[illegible]

MARIANI SOCINI
SENIORIS SENENSIS,

ERVDITISSIMA COMMENTARIA
In Primam Partem Lib. II. Decretalium,

VNA CVM AVREIS, AC PENE DIVINIS
ad Titulum de causa possessionis & proprietatis enarrationibus,

Jamdiu exoptatis, ac nunc primùm in lucem editis.

OMNIA OMNIBVS, TAM IN SCHOLIS, QVAM IN CAVSARVM
Foro versantibus, admodum proficua, & necessaria.

CVM RERVM, AC VERBORVM NOTABILIVM
Summarijs, & Indice locupletissimis.

CVM PRIVILEGIIS.

ex legato   [illegible] Socini

VENETIIS, M. D. XCIII.

APVD IVNTAS.

MARIANI SOCINI
SENIORIS SENENSIS,

ERVDITISSIMA COMMENTARIA
In Primam Partem Lib. II. Decretalium,

VNA CVM AVREIS, AC PENE DIVINIS
ad Titulum de causa possessionis & proprietatis enarrationibus,

Iamdiu exoptatis, ac nunc primum in lucem editis.

OMNIA OMNIBVS, TAM IN SCHOLIS, QVAM IN CAVSARVM
Foro versantibus, admodum proficua, & necessaria.

CVM RERVM, AC VERBORVM NOTABILIVM
Summarijs, & Indice locupletissimis.

CVM PRIVILEGIIS.

VENETIIS, M. D. XCIII.

APVD IVNTAS.

INDEX TITVLORVM, ET CAPITVLORVM.



INDEX LOCVPLETISSIMVS
RERVM AC VERBORVM
. IN MARIANI SOCINI SENIORIS
Doctissima Commentaria
SVPER SECVNDO LIBRO DECRETALIVM,
Serie alphabetica digestus .

A

Allegare

B

C

Citatio,

Condem-

Copia

D

E

Effectus

G

H

I

Iuramen-

LACVS

L

M

Noti-

O

P

Q

R

Recon-

Respon-

S

Seruus

T

Testi-

V

Visita-

F I N I S.

MARIANI [a] SOCINI
SENIORIS SENENSIS,
I. C. CELEBERRIMI,
DOCTISSIMA COMMENTARIA,
Super Secundo Libro Decretalium,
CVM NONNVLLIS ADDITIONIBVS D. BARTHOLOMÆI EIVS FILII.

De Foro competenti. *Rubrica.*

SVMMARIVM.

1 *Forum quis sortitur administrationis ratione.*
2 *Forum accessorietatis ratione, quis sortitur.*
3 *Forum sortiri potest quis, ratione actionis. Item adoptione, agricultura, adulterio, appellatione, artis ratione, & authoritatis præstatione.*
4 *Forum sortitur quis in loco vbi baptizatur, aut vbi beneficium recipitur.*
5 *Forum sortitur quis canonicè regularis ratione, clericatus assumptione, & rationibus sequentibus.*
6 *Forum quis sortitur delicti commissione, delegatione, & cæteris, quæ sequuntur causis.*
7 *Forum quis sortitur, si in ciuem eligatur. Item emancipatione, emergentia, & alijs sequentibus causis.*
8 *Forum quis sortitur ratione familiaritatis, filiatione, feudi ratione, & alijs causis, quæ sequuntur. vsque ad num. 12.*
13 *Vxor forum sequitur viri, ratione matrimonij.*
14 *Forum quis sortitur ratione matrimonij, mercaturæ, militiæ, & alijs sequentibus rationibus.*
15 *Forum quis sortitur ratione officij, officij receptione, loci opportunitate, & alijs causis sequentibus, de quibus nu. seq.*
17 *Vagabundus, vbique forum sortitur.*

Quamvis hæc materia debita ordinatione sit adeo difficillima, vt pro ea magistraliter tradenda, & facilius examinanda, vix aliquē bonum ordinem potuerim cogitare: tamē in ea difficultate, pro clariori ipsius doctrina, prosequar infrascriptos artic.

¶ Primò, quid sit forus, seu quis iudex dicatur competens, & de hoc dicam in rubrica.

¶ Secundò, quotuplex sit forus: seu quot species fori, aut cōpetentię iudicis, & de hoc ēt dicā in rub.

¶ Tertiò, quot modis quis sortiatur forum. circa quē articulum diu anceps fui, qualiter illum traderem: quoniam in vnam partem trahebat, vt nullo seruato alphabeti ordine, secundùm cuiusque fori maiorem præstantiam & frequentiam, deberem modos & causas tradere: vtrum in alteram partem, propter causarum & modorum pluralitatem, pro faciliori inuentione, institui ordinem alphabeti seruandum. dic ergo, quòd quis sortitur forum per varias rationes & modos.

A

1 ¶ † Primò, ratione administrationis, vnde argentarius in edendis rationibus, sortitur ibi forum, vbi administrauit. ff. de eden. in l. Pretor. §. his etiā. vbi enim administratio gesta est, tenetur quis rationem reddere, vt est tex. no. in l. heres absens. §. 1. ff. de iud. siue sit administratio publica, siue priuata, vt in l. 1. & 2. C. vbi de ratioci. agi oportet. & ratio est, secundùm quod assignat tex. in d. l. secunda, quia facilius b & plenius potest ibi veritas [b] reperiri: tā per testes, quàm per instrumenta. quinimo non solum in publica, sed etiam in priuata administratione locus est c remissioni, [c] secundum Bal. in d. l. 1. vbi dicit, quòd hoc est speciale in hoc casu: quia regulariter in ciuilibus

ADDITIONES.

a *Marianum, immortalem Doctorem appellat Feli. in proœ. Rex pacificus. 2. colum.*

b *Adde bonum tex. in cap. scripturam. de ele. & ibi Abb. in 5. nota.*

c *Quid si aduena contraxit mutuum, an cōueniatur in loco contractus, si ibi reperiatur, vide Paul. in l. si hæres absens. §. 1. in 2. col. & in l. fi. vbi gl. reprobatur. ff. de iud. & Bal. in simili q. in rubr. C. de reuo. his, quæ in fraudem. 2. colum.*

tilibus non est locus remissioni, de quo tamen dic, vt latius dicam inf. in 7. princ. art. Et in tutoribus aut curatoribus dic, quòd debēt rationem reddere, vbi administrauerunt, vt in l. omnes. C. arbi. tut. per quā l. probatur, quòd licet tutores sint diuersarum iurisdictionum: tamē potest pupillus omnes sub vno iudice conuenire, secundum Spec. in tit. de comp. iud. adi. ver. 46. & ibi subdit Spec. quòd licet hoc sit introductum in fauorem pupilli: nō tamen poterit pupillus illos coram diuersis iudicibus cōuenire, si modo ipsi petant, quòd sub vno conueniantur. siue ergo plures tutores in eodem loco, siue in diuersis administrauerint, omnes coniunguntur, & loco vnius habentur, & corā vno conuenientur. arg. de ex. tut. in l. iurisperitos. §. 1. Et ratione administrationis rei ecclesiasticæ, laicus coram ecclesiastico iudice rationem reddere tenetur. 90. dist. c. iudicatum. tetigi in c. 2. supra de iudic. tangam etiam in c. licet. inf. eod. & vide quod dixi infra, versi. 42. & ver. 75.

2 ¶ † Secundò, accessorietatis ratione, vt dotis ad matrimonium, de quo infra in ver. 36. vel familiæ ad Ecclesiam, de quo dicam in c. 1. inf. eo. vel vxoris ad maritum. de quo dicam in c. fi. infra eod.

3 ¶ † Tertiò, actionis ratione. & no. Spec. in titu. de compe. iud. adi. ver. 48. per l. fin. C. vbi in rem actio. sed illud contingit potius ratione rei, secundùm quòd dicam in c. sanè. infra eod.

¶ Quartò, adoptione, vt est tex. in l. 1. ff. ad mun. no. tamen, quòd per adoptionem non perdit quis

a primam [a] originem, vt in l. ordine. §. fin. ff. ad mun. & durat ista qualitas, donec durat adoptio, vt l. sed si is. ff. ad muni. no. Bar. in l. 1. eo. tit.

¶ Quintò, agricultura, vt no. in Spec. in ti. de competen. iud. adi. §. 1. ver. 28. de quo infra eo. ver. 45. & dicemus aliquid in c. 1. infra eod. & infra in ver. 87. peregrinationis.

¶ Sextò, adulterio. de quo dicemus infra eo. cap. cum sit generale.

¶ Septimò, appellatione, 3. q. 6. cap. peregrina. tangam in cap. licet ex suscepto. infra eo. & vide, quæ latius dixi in rub. de ap. in 8. prin. art.

¶ Octauò artis ratione. de quo infra eo. ver. 42.

¶ Nonò authoritatis præstatione: seu in authoritate præstanda ad validitatem instrumentorum: aut quid simile, de quo in c. si diligenti. infra eo.

B

4 ¶ † Decimò, baptismate. nam per baptismum videtur quis sortiri forum in loco, vbi baptizatus est: quia per baptismum liberatur quis à peccato, & à seruitute qua tenebatur Sathanæ & Angelis eius. ergo videtur quædam manumissio. vnde sicut per manumissionem quis sortitur forum in locum manumissionis, vt infra eo. ver. 61. ita & per baptismū. sed Bar. in l. 1. ff. ad mu. tenet contrarium, quò ad temporalia. Mouetur: quia certi sunt modi, quibus ciuilitas contrahitur, vt l. 1. ff. ad mu. & l. ciues. C. de incolis. lib. 10. inter quos non est iste modus: ergo &c. sed quò ad spiritualia, relinquit ipse determinationi canonistarum. ego verò apud canonistas non me

b mini legisse: tamen pro prima sententia [b] facit, quia in baptismo quis dicitur renasci & regenerari. ergo videtur quòd ibi sortiatur forum, sicut per natiuitatem & originem. de quo dicetur inf. eod. versic. 72. natiuitatis. & ver. 82. originis. tamen si ignoraretur origo paterna & propria, quòd ibi sortiretur forum, vbi baptizatus est: maximè si ibi expositus esset, per ea, quæ dicam inf. in versi. 40.

¶ Vndecimò, beneficij receptione. de quo in c. sanc. infra eod.

C

5 ¶ † Duodecimò, canonicæ regularis ratione. de quo dicam in c. 1. infra eod.

¶ Decimotertiò, clericatus assumptione, secundùm Inno. in c. ex ore, de priuileg. & gl. 71. dist. c. clericos. de quo latius in c. 1. inf. eod.

¶ Decimoquartò, cognitionis præcedentis ratione, vt infra eod. ver. 40. & versi. 56. mutatione.

¶ Decimoquintò, coitus commissi cum clerico vel moniali ratione. si quis enim fornicetur, aut mœchetur cum persona ecclesiastica, sortitur forum ecclesiasticum, vt no. in c. 2. inf. de coha. cle. & mu. tex. cum glo. 32. distin. c. eos. de quo inf. eod. versic. 103. sacrilegij, & latius videbimus in c. cùm sit generale. infrà eodem.

¶ Decimosextò, communis patriæ ratione, vt Romæ, vt l. Roma. ff. ad munic. de quo latius videbimus in c. fin. infra eod.

¶ Decimoseptimò, cōpromissi ratione, propter quod receditur à proprio iudice: & agitur coram arbitro. de quo supra de arbi. per totum. & ff. & C. de arbi. vnde pendente compromisso, non potest quis

c absque metu pœnæ [c] ab arbitro recedere, & ad iudicem ire, vt l. si quis rem. ff. de arbitris.

¶ Decimooctauò, consensus ratione, de quo latissimè dicam in c. significasti, infra eo.

¶ Decimononò, cōstitutione seu statuto, quādo scilicet aliquis sit receptus in ciuitate, vt munera ibi subeat, quod propriè dicitur municeps, quasi muneris particeps, vt l. 1. 2. responso, ff. ad muni.

¶ Vigesimò, consuetudine, de quo latius dicetur in c. cùm contingat. infra eod.

¶ Vigesimoprimò, connexitatis ratione, vt puta, dotis, vel hæreditatis ad matrimoniū, vt inf. eo. ver. 26. de quo dicam in c. licet ex suscepto, infra eo. & ratione connexitatis spiritualitatis ad tēporalitatem, vt iuris patronatus, vt inf. eo. ver. 60. aut personarum mixtarum, vt vniuersitatis, de quo inf. eod. ver. vlti. vniuersitatis, vel etiam vxoris ad virum, de quo inf. eo. versi. 66. Et ciuilis ad criminalem, & contra, infra eo. c. licet ex suscepto. ver. 12.

¶ Vigesimosecundò, contractus ratione, de quo latius dicemus in c. dilecti, infra eod.

¶ Vige-

ADDITIONES.

a *Facit quod no. Bart. in l. assumptio. §. filius. ff. ad mun.*

b *Et pro ista opi. facit: quia sicut filius naturalis alitur à patre, ita & spiritualis ex baptismo ali debet in subsidium. ita eleganter Bald. in auth. si rogati. C. ad Trebel. 4. col. & Barba. in c. cùm P. de accu. nam nec vocat patrem in ius sine venia, qui eum de sacro fonte leuauit. Ang. in l. adoptiuum. in princ. de in ius voc. & Bal. in l. 1. col. 12. C. qui accu. dicit, quòd cognatio spiritualis est maior, quàm sit carnalis.*

c *Quæ pœna in arbitro committitur lite contesta. in arbitratore verò post latam sentētiam. Bar. in l. qui fidem. ff. de transact. & de dicto Bar. vide Alex. consi. 72. lib. 3. col. 4. ver. non omitto. vbi dicit, id alibi non reperiri.*

¶ Vigesimotertiò, conuersione ad religionem, etiam absque alia professione: prout sunt quidam, qui vocantur conuersi, de quo in c.1.seu 2.inf.eod. ver.17. declaratio. prope fi.

¶ Vigesimoquartò, conuentione. si ciuitas conuenit cum aliquo, vt fiat suus ciuis, vt no. Bar. in l.1. ff.ad mu.vt deduxi, supra versi.31.

¶ Vigesimoquintò, criminis perpetratione.infra eod.versi.28.

¶ Vigesimosextò, cursus tẽporis ratione, si scholaris vel alius, qui videbatur stare in loco animo nõ contrahendi ibi domicilium, in eo loco ibi moram per decennium traxerit. l.2.C.de incol.lib.10. Spec. in ti.de compe.iu.adi.§.1.ver.45. de quo inf.eo.versi. 35.& latius tractabimus in c.fi.inf.eod.

¶ Vigesimoseptimò, curatoris datione. de quo in c.1.infra eod.

D

6 ¶ † Vigesimooctauo, delicti cõmisione, de quo latius dicemus in c.postu.infra eod. A.B. hoc tamen potest intelligi dupliciter. vno modo ratione loci: & de hoc dicetur in d.c.postulasti. alio modo, ratione qualitatis criminis. & de hoc dicetur in c. cum sit generale.inf.eo. super Glos.fin. Ma.

¶ Vigesimononò, delegatione, de quo sup.de offic. deleg.per totum,& latius videbimus in c.si clericus laicum,& ibi tangit Glos.inf.eod.

¶ Trigesimo, defectu iudicis secularis, seu iurisd. habentis, de quo latius videbimus in c.licet ex suscepto.inf.e.& ibi videbimus, vtrũ propter defectũ iudicis Ecclesiastici, iudex secularis efficiatur cõpetens.

¶ Trigesimoprimò, decimarum ratione, vt infra de deci.per totum, & inf.eo.versi.106.spiritualis.

¶ Trigesimosecundò, denunciatione Euãgelica, de qua latè diximus in c.nouit, supra de iud.

¶ Trigesimotertiò, dignitatis assumptione. de quo dicam in c.1.inf.eod.

¶ Trigesimoquartò, distractus seu dissolutionis contractus ratione.de quo in c.dilecti.inf.eod.

¶ Trigesimoquintò, domicilio. de quo latè in c. fi. infra eod.

¶ Trigesimosextò, dotis causa, seu ratione.de qua dote etiã inter laicos põt cognoscere Ecclesiasticus. A.B.probat c.ex literis.de pign.& ibi no.Dñs meus. sed ibi ille locus erat de subditis Ecclesiæ, quod procedit, secundũ aliquos, rõne connexitatis [a] seu accessorietatis ratione, vel rõne incidentię ad causam matrimonialẽ: aliqui verò tenent principaliter.de quo latius videbimus in c.licet ex suscepto, inf.e.versi.12.

¶ Trigesimoseptimò, dubietatis ratione: cùm enim in iure aliquid difficile vel ambiguũ emergit, ad iudicem Ecclesiasticum recurritur, vt in c.per venerabilẽ.§.rationibus. infra qui filij sint legi. de quo per Spec.in titu.de competen.iud.adi.§.1.versi.32.& latius dicam in c.licet ex suscepto. inf. eod. & maximè hoc procedit propter dubitationẽ eorum, quæ possunt esse spiritualia, [b] propter quod declaratio ad Ecclesiam pertinet. ita no.Bal.in l.omni.C.de sacrosanctis Ecclesijs.

E

7 ¶ † Trigesimooctauò, electione alicuius in ciuẽ. de quo sup.eod.versi.18.& si ex forma statuti efficitur quis ciuis, si per tot annos habitauerit, dicitur ibi sortiri forum, ac ciuitatem acquisiuisse: si maiori parte [c] cuiuslibet anni habitauerit.no.ibi Bar.in l. cùm de lanionis.§.Sabinus.& l.quęsitum.§.si aliqua. ff.de fundo instru.& pro hoc casu vide tex.in l.ciues. C.de incolis.lib.10.vbi tex.dicit, electio ciuem facit. no. Bar.in l.1.ff.ad municip.

¶ Trigesimononò, emancipatione. de quo in c. 1. infra eodem.

¶ Quadragesimò, emergentia.de quo aliquid in c.1.inf.eod.& in c.licet ex suscepto, infra eod.

¶ Quadragesimoprimò, expositione. vnde infans [d] expositus, cuius ignorantur pater & mater, & locus originis proprię, sortitur forum illius ciuitatis, vbi est appositus & nutritus: cũ nulla alia reperiatur origo, vt d.l.1.in fi.ff.ad municip.& ibi no.Bar.facit: quia ex quo ibi reperitur, præsumitur inde oriũdus. facit l.si ita, in fi.de fun.instru.& quod dixi in c.qualiter. el 2.inf.de accus. in 11.prin.art. q.33.vbi vide.

¶ Quadragesimosecundò, exercitio seu arte. [e] de quo dixi supra eod.versi.1.A.B. Et probatur ex his, quæ traduntur in l.fi.C.de iurisdict. omn.iud.& l.2. C.de consti.pec.& quæ dixi c.cùm omnes.de consti. & licet quis fuerit de vna arte,& postea desierit: potest conueniri pro his, quæ gessit tempore quo erat de illa arte, coram illis iudicibus, no. Pau.de Cast. d. l.2.facit l.Prætor.§.is etiam.ff.de eden.Et idem tenet Do.Pau.l.fi. C.de iurisd.omn.iud. Ma.

¶ Quadragesimotertiò, exercitus causa. nam vbi Dominus vel ciuitas habet exercitũ, ibi dicitur territorium, [f] vt no. Bar. in l.pupillus. §.territorium.ff.de verb.signif.& Bart.post Mart.& Iac. But.in l.1.C.de summa trini. versi.sed iuxta prædicta quęro.col.12. & tradit Bal.in c.1.in princ. quibus modis feu.amit.

F

8 ¶ † Quadragesimoquartò, familiæ seu familiaritatis ratione. de quo videbimus in c.1.inf.eo.

¶ Quadragesimoquintò, filiatione. de quo in d. c.1. & aliqua infra, versi.80.

¶ Qua-

ADDITIONES.

a *Non sic in iudice seculari, qui ratione connexitatis nõ potest cognoscere de causa Ecclesiastica. c. lator. qui filij sint leg. vbi Abb. in 2. no. & ratio ponitur ibidem per eum in glo. pe.*

b *Ideo dixit Abb.in c.venerabilem. in 20.no.quem tex. dicit esse sing. de elect. quòd vbi est dubium de periurio, notio soli Papæ competit, & Abb. in dispu. incip. stante statuto.*

c *Tex. in §.Sabinus, reputat inter sing.Lud.Ro.sing.581. communiter sunt statuta. & vide latius per Felyn.in c. rex pacificus. 2.col.facit tex. melior de iure in c. significatum. in fi.de præben.*

d *Adde Bar.in l.quia semper.ff.de in ius vocan. & facit, quia si res subtracta furto, reperiatur apud Titium, is fur præsumitur. Bal.in l.Lucius. C.de furtis.*

e *Intellige tamen, quòd cõueniri possit quis respectu pertinentium ad eam artem: aliàs secus, vt declarat Bald. in l.fi.C.de iurisd. omn.iud. & vide, quæ latè dixit Barba.in add. ad Bal. in l.nulli. C.quo. app. non recip.*

f *Sed aduerte: quia tex.in §.territorium, videtur facere in contrarium: quia dicitur, vniuersitas agrorum. & ideo magis refertur ad locum, quàm ad personas, vide Innoc.in c.postulasti.& cano.infra eod.& Bald. in l.si quis in hoc.C.de episc.& cler.*

¶ Quadragesimosextò, feudi ratione, de quo latè videbimus in c.ex transmissa.inf.eo.

¶ Quadragesimoseptimò, fideiussione. de quo in c.1.infra eod.

¶ Quadragesimooctauo, fidei ratione. 23.q.1.c. quoties. & per Spe.in ti.de comp. iud. adi. §.1.versi. 21.de quo dicam in c.licet ex suscepto. inf.eo.

¶ Quadragesimononò, fraternitatis causa, puta, quia sit effectus frater tertij ordinis sancti Francisci. de quo latius in versi.78.

H

9 ¶ † Quinquagesimò, habitus ratione. si fortè clericus incedit in habitu laicali, de quo dicam in cap. 1. infra eod.

¶ Quinquagesimoprimò, hæreditate. quod procedit ratione connexitatis, seu accessorietatis ad matrimonium. de quo in c.licet ex suscepto.inf.eo.

¶ Quinquagesimosecundò, hæresis causa. de qua dicetur in d.c.licet ex suscepto.

¶ Quinquagesimotertiò, heremitatu. de quo dicetur in c.1.vel 2. inf.eod.

¶ Quinquagesimoquartò, hospitalitatis, seu hospitalariorum pietatis causa. de quo dicam in cap.1. vel 2. infra eod.

I

10 ¶ † Quinquagesimoquintò, ignorãtia. puta, si clericus tacet se clericum. de quo dicam in c.1.inf.eo.

¶ Quinquagesimosextò, inchoatu. de quo dicam in c.1.infra eod.

¶ Quinquagesimoseptimò, incidentis causæ ratione. de quo dictum fuit supra in 26. de quo dicetur in c.licet ex suscepto.infra eod.

¶ Quinquagesimooctauò, infidelitatis ratione, vt,
a quis Iudæus [a] vel similis. licet n. Iudæi apud iudices laicos ordinarios conueniendi sint, l. Iudæi Romanos. C.de Iudę. tamẽ si de cã spirituali vel quasi, agatur, conueniendi sunt apud Ecclesiasticũ, licet sint extra Ecclesiã. c.postulasti. de Iudæis. & per totũ tit. C.de Iudę. & de Paganis. Inn. & Dominus meus latè in c.ꝑ super his, de voto. de quo dicetur in d.c.licet.

¶ Quinquagesimononò, inuitatione, seu requisitione. puta, si laicus iudex inuitatur ab Ecclesiastico. de quo dicemus in c.1. infra eod.

¶ Sexagesimò, iuris patronatus Ecclesiastici causa. de quo in d.c.licet.

¶ Sexagesimoprimò, iuramenti ratione. de quo in d.c.cum sit generale.inf.eod.

L

11 ¶ † Sexagesimosecundò, legitimatione. vnde bastardus seu spurius legitimatus, sequitur forum pa-
b tris [b] legitimãtis, no. Bar. in l.1.ff.de mun.& ori. per l.ordine, in fi.ff.ad muni. & idem no. Glos. in l.filios. C.de mu.& ori. lib.10.

¶ Sexagesimotertiò, legitimitatis causa, videlicet, cum disputatur, an aliquis sit legitimus vel non. de quo in d.c.licet.

¶ Sexagesimoquartò, loci opportunitate. de quo infra eod.versi.80.

M

12 ¶ † Sexagesimoquintò, manumissione. vnde libertus sequitur forum patroni manumittentis. not. Spe. in ti.de cõpe. iud. adi. vers.41. & probatur in l.si quis, in fi.ff.ad muni. vbi tex. dicit, si quis á pluribus manumissus sit, omnium patronorum originem sequitur. ad idem l.assumptio.§.fi.ff.ad mun. vbi tex. dicit, liberti originem patronorũ vel domicilij sequuntur. ita & hi, qui ex eis nascuntur. hoc tamen vltimũ procedit quò ad honores & tutelas: nõ quò ad alia munera patrimonialia, vel personalia, vt dicit Io. Andr. in addi. Spec. ad d. versi.41. facit quod no. Glo. in l.assumptio.§.1.ff.ad mun. ad quod etiam facit quod dicam infra eo.versi.81. & no. quòd si seruus manumittatur, vt ordinetur: debet manumitti coram Ecclesiastico iudice, & no. Arch.54. dist.c.2.

13 ¶ † Sexagesimosextò, matrimonij [c] conuentione,
c ratione vel causa. & per hunc modum vxor sortitur forum viri, vt in l.fin. C. de incol. lib.10. & in l.cùm quædam puella. ff.de iurisd.om.iud. & in l.ea, quæ. & in l.fi.§.2.ff.ad mun. A B. etiã quò ad munera personalia imposita propter res, quales sunt collectæ, l.fin.§.idem rescripserunt.ff.ad mun. l.de iure.§.fi.cod. tit. & l.1. C.de mulie. facit etiam l.exigere dotem.in fi.ff.de iud. & quod no.in l.consequens, in prin.ff.de pri.schola.lib.12.C.de nup.l.cum te.ff.de sena.l.fœminæ.& l.1.eod.tit. & in Authen. de nup.§.non tantum.colla.4. & in Authent.de cõsuli.§.si verò. colla. 4.vnde tex.in l.mulieres.C.de dign.lib.12.& l.fin.C. de incol.lib.10.dicunt mulieres, maritorum honore erigimus, genere nobilitamus, forum ex eorum persona statuimus, & domicilia mutamus. Et pòderandus est tex. qui dicit, domicilia, in plurali: & sic saltem duo exigit, vt in regula, pluralis.de reg.iu.lib.6. vnde non solum domicilium incolatus, quod solo animo & verbis, aut factis contractus erat, de quo latius dixi c.fin.infra eo.sed etiam originis, per matrimonium mutatur, facit quod no. Bal. post Cyn. in l.2.C.de iurisd.omn.iud. vbi dicit, mulier nupta nullo modo retinet domiciliũ originis paternæ vel auitæ: hoc enim operatur virtus matrimonij, quæ mutat ius originis, quod in alio casu nõ reperitur, secundum eum, adeo quòd vt originaria ciuis, loci mariti, debet tractari. vnde consulendo tenuit Bal. quòd
d si statutum [d] dicit, quòd si ciuis originarius occiderit forẽsem, puniatur pœna pecuniaria: si ciuẽ, pœna capitis: quòd si mulier alienigena nupta ciui illius loci occidit forẽsem, debeat puniri pœna pecuniaria: quia vxor viri & originarij ciuis, & ipsa tanquã eidẽ origini vnita, per virtutem matrimonij: & tãquam pars corporis viri effecta, dicitur esse de loco illo vnde maritus est: nam matrimoniũ est illius naturæ & virtutis, quòd transfundit originẽ vxoris, ad originẽ viri, vt legitur & no. in d.l.origine. quod etiam probatur ex virtute vnionis, in qua id, quod est potentius [illegible] latius,

ADDITIONES.

a *An autem in litigijs Iudæorum sit seruanda lex Mosaica, vide Fely. in c.Iudæi, in 2.col. de Iuda.*

b *Adde Bar.in l.assumptio.§.1.ff.ad municip.*

c *Facit lex exigere. vbi Bart. ff. de iud. & quod no.in c.1.de spon. secus esset si vxor ducat virum. ita no. Bald. in l.fi.in 1.col.C.si à non compe.iud. & hanc materiam extende & amplia, vt per moder. in d.l. cum quædam, in princ. adde Socin. consil.227. col. 7. versic. quibus suppositis.*

d *Et quando statuta sunt diuersa, quod attendatur, videndus est Barba. consi.54. lib.1. & quæ dicunt repeten. l.1. C. de summa trin.*

tius, trahit ad id, quod est minus dignum, vt c. quod in dubijs. de conse. Eccle. vel alta. & c. 1. ne se. va. & l. quæritur. ff. de sta. ho. cū si. sed nulla est maior vnio, quàm coniugalis, per quam vir & vxor efficiuntur
a vna caro.[a] Et est quasi vna sola in duabus personis, vt l. 1. ff. re. amo. c. debitus. de biga. 33. q. 5. c. hæc imago. ff. ad Sylla. l. 1. §. vir, & in c. Martinus. de biga. Et ponderari debet tex. in l. fœminę. ff. de sena. cū dicit, continet. Et sic verè, & non per interpretationē, secundum Bal. ibi. dicit etiā Bal. q̄ nuptię habent vim originis: nam vnio viri propter sacramētalem vnionem matrimonij, reputatur vxoris: quia vxor vnitur viro tanquā digniori, & est eadem virtus & conditio vnitorum, per iura prædicta. hinc est secūdum Bald. quòd statuta, quæ ligant virum ratione originis vel domicilij, ligant etiā vxorem. d. l. exigere dotē. ff. de iudi. & d. l. cum quædam puella. ff. de iurisd. omn. iud. Ma. Et ideo sequitur vxor forum viri, & etiam illum sortitur viduata morte viri: donec alteri nubat, vt l. filij. §. 1. ff. ad muni. vnde etiam forum sepulchri sortitur, vt in c. de vxore. inf. de sepul. tradit Io. And. in c. is, qui. in fi. de sepul. li. 6. & in c. 1. de cle. coniug. li. 6. A B. Et quod no. d. l. cōsequens. & Glos. expresse, l. 1. C. de mulie. & in quo loco. Glo. 1. & ibi
b Ber. & Bar. l. 1. C. de mulie. & in quo loco. nā vidua[b] viduando, videtur in matrimonio perseuerare. l. fin. C. de bo. ma. & l. 1. §. exactio. C. de rei vxo. act. & Barto. in d. §. vidua. facit tex. in Authen. de nup. §. non tamen. & §. soluto. Nec obst. præd. §. idem rescripserūt. ibi dum tex. dicit, quādiu nupta est, incolā eiusdem ciuitatis videri, cuius est maritus. quæ dictio, quandiu, est temporis limitatiua. l. quamdiu. C. qui admi. ad bon. pos. & l. quamdiu. ff. de acquir. hære. cum si. quia respōderi potest, secundum Ber. quod dicitur virum seruare, quia viduitatem seruat. Ma. Item etiam habet locum respectu fori iudicialis, etiam si vir sortiatur forum propter artem, vel priuilegium personæ, vt est tex. singularis in l. penul. C. de fabri. lib. 11. & ideo ex forma statuti, secundum Doct. nō possint conueniri coram officialibus mercātiæ: nec etiam poterunt conueniri eorum vxores coram dictis officialibus. A B. facit quod dixi c. 1. inf. versic. 17. declaratio. & c. fin. inf. codem. 3. q. princ. secundo membro. Ma.

14 ¶ † Sexagesimoseptimò, matrimonialis causæ ratione. de quo videbimus in c. licet ex suscepto. inf.

¶ Sexagesimooctauo, mercaturæ causa. de quo videbimus inf. versi. 86.

¶ Sexagesimononò, malitiæ ratione, seu assumptione, vt not Bar. in l. 1. in fi. ff. ad muni. Spec. in tit. competen. iudi. adi. §. 1. versicu. 43. & probatur. ff. ad muni. in l. municipes. §. fin. vbi loquitur tex. respectu militiæ, & non assumptionis: dicens, quòd debet cōueniri in loco, vbi inhæret. & intellige, quòd etiā ibi, vbi inhæret non conuenitur, nec accusatur, nisi coram magistro militum: nec ab alio punitur. C. de iurisdict. omn. iud. in l. magisteriæ. & ff. de custo. reo. in l. militibus. & ff. de re mi. in l. 2. 6. quæst. 1. cap. 1. c. nullus omnino. quod procedit in milite militante: secus in non militante. & ita intelligo tex. in l. fin. in fi. ff. de ac. not. Spec. in titu. de reo. §. 1. in princ. Item prædicta procedunt, nisi in certis casibus, de quibus videre poteris in dictis iuribus: sed respectu assumptionis militiæ, in quantum militia esset dignitas, de quo latè disputaui capitulo, quanto. infra de mag. de quo dixi ver. 33. de militibus autem gaudentibus, quem forum sortiantur, dic vt dicam in c. 1. inf. eo. Item miserabilitate personarum. c. licet ex suscepto. infra eod.

¶ Septuagesimò, molestiæ illatæ Ecclesiæ causa. de quo dicetur in d. c. licet.

¶ Septuagesimoprimò, mutatione. pone exemplum, erat laicus tempore iudicij intentati, & pendente iudicio, vel lata sententia ante executionem fit clericus, de quo dicam in c. fin. inf. eo. & inf. A. 15. Item mutuę petitio. ratione. vide infra de mutua pe ti. c. 2. A. 9. & c. 1. A. 4.

N

¶ Septuagesimosecundò, natiuitate. siue loquamur respectu natiuitatis ipsius, quò ad forum sortiē dum: quia in loco, in quo natus est, sortitur forum, vt est tex. in l. 1. ff. ad municip. de quo latius dicā statim in ver. 82. siue loquamur de natiuitatis causa & iudicio: an scilicet sit natus legitimus, vel nō. de quo dicam in c. licet ex suscepto. inf. eod.

¶ Septuagesimotertiò, nauigatione. de quo dicam infra, versi. 86.

¶ Septuagesimoquartò, negligentia iudicis proprij. de quo dicam in d. c. licet.

¶ Septuagesimoquintò, negotiatione. ff. de iud. in l. hæres absens. C. de inco. l. 2. lib. 10. Spec. in ti. de compe. iud. adi. vers. 159. & vide quod dixi sup. ver. 1. vide sup. vers. 8. Item negligentia. de quo in c. licet, inf. eo.

¶ Septuagesimosextò, nominatione. exēplum, cōuenitur laicus in iudicio reali, & ipse comparet, & nominat clericum in iudicio. de quo latè dicam in c. 1. infra eod.

¶ Septuagesimoseptimò, nullitatis ratione. nam & de nullitate processus iudicis secularis potest quādoque iudex Ecclesiasticus cognoscere. de quo tamen dicam in d. c. licet.

¶ Septuagesimooctauò, nutritione: nā vbi quis ab infantia nutritus est, ibi sortitur forum, si aliter nō ostēdatur origo sua. ad quod vide sup. e. vers. 41.

O

15 ¶ † Septuagesimononò, officij ratione. puta, tutela, argentaria, aut simili. supra eo. versi. 1.

¶ Octuagesimò, ordinis receptione. vt no. Glos. singularis in l. hæres absens. ff. de iud. vide supra eo. uersi. 13. dicam in c. 1. infra eo.

¶ Octuagesimoprimò, oportunitate loci. 31. q. 2. cap. fin.

¶ Octuagesimosecundò, originis propriæ uel paternæ ratione, ut l. 1. in prin. & l. assumptio. §. 1. & l. libertus. §. patris. ff. ad mun. & in l. 11. l. filios, cū duab. sequētib. C. de muni. & orig. lib. 10. no. Glo. in uerbo, oriundus, in c. accedens, el 2. infra ut li. non contest. nec obst. si dicas, quòd secūdum hoc habebit duos Episcopos originis: quia simile uidemus diuersa beneficia,

ADDITIONES.

a *Vna caro. Adde Socin. consi. 17. lib. 1. colum. penul.*

b *Vnde si committat adulterium, perdit dotem, perinde ac si maritus viueret. quod est mirum: tamen ita cōsuluit Pau. consi. 167. lib. 2. & moder. sequuntur in l. 2. 2. col. ff. solu. matrim. licet Alexan. aliter senserit, & Paul. impugnet in l. sororem. C. de his, quib. vt indig.*

neficia, vt no. Ioan. Andr. in c. cùm nullus. de temp. ord. lib. 6. & ostẽditur clarè ex casibus superioribus & inferioribus, quorum qualitates plures possunt in persona eiusdem coniungi, & patebit ex his, quæ dicam inf. in 4. princ. artic. & etiam in 13. prin. artic. Et quamuis, quò ad ordines, tex. in d. c. nullus. videatur ponderare propriam originem, & non paternam: & hoc tenendum sit ante factum, secundum Io. Andr. pro maiori securitate, post factum tam ordinans, quàm ordinatus, deberẽt haberi pro excusatis, secundum eum, de quo tamen remittit ad nota. per se in mercuriali. cùm quid. de reg. iur. lib. 6. in solutione quæstionis. & sic ex prædictis patet, quòd Florentinus est factus habitator nomine ciuitatis, secundum quod nihilo minus potest Florentiæ conueniri, etiam ratione paternę originis. quod tamen videtur procedere, quò ad honores & tutelas. C. vbi petantur tut. l. 1. & in l. assumptio. §. 1. ff. ad munic. & Azo in summa in titu. de iure immu. prope fi. & Spec. in titu. de compe. iud. adi. §. 1. vers. quid ergo si aliquis. & sentit Glos. in c. fi. inf. de paro. Tu verò dic, quòd ista fuit una opin. Glos. in l. assumptio. §. 1. ff. ad muni. quę uoluit, quòd ratione originis paternę non possit ibi filius conueniri, exemplo filij translati ad senatoriam dignitatem, per l. municeps. ff. ad muni. & l. pen. ff. de senten. & idem dixit Glos. de eo, qui sequitur originem manumissoris. de qua opin. uide latius per Bart. in d. §. 1. sed ad propositum nostrum competentiæ fori prædicta opi. quæ uult, quòd filius non potest cõueniri respectu originis paternę, non est vera, secundũ Bar. per tex. in l. incola. la 1. ff. ad mun. sed Iac. de Arc. dicit, quòd prædicta opin. potest sustineri, vt non possit ibi conueniri, subaudi, si ibi non reperiatur, per l. hæres absens. 1. responso. ff. de iud. & l. relegatorum. §. non dubitan. ff. de interd. & releg. quod satis potest esse bonum dictum, secundum Bart. Secunda fuit opi. Glos. prædicta in d. §. 1. quòd filius in propria origine debeat subire omnia munera; sed in origine paterna habeat locũ præcedẽs opi. quæ opi. cõiter reprobatur. ¶ Tertia fuit opi. dictæ Glos. quòd in omnibus subijt munera ratione dictæ originis, vel manuscrip. nisi alibi habeat domicilium: quia tunc nihil subijt ibi muneris vel honoris, per l. filios. C. de mun. & orig. quę opin. in quantum dicit, quòd in omnibus debet subire onera, approbatur per Bar. sed in quantum excipit, nisi alibi habeat domicilium, malè dicit, per tex. in d. l. assumptio. §. 1. & ita ẽt sentit Glos. ibi per l. fi. C. de mun. & orig. facit l. libertus. §. pręscriptiones. ff. ad mun. & C. de incol. l. ciues. & ista fuit etiam opin. Mar. de Fa. Iaco. de Are. & Dy. quam sequitur etiam Cyn. in l. 2. de iurisd. om. iud. Nec obst. d. l. filios. quia ibi non dicitur filium non conueniri in originali ciuitate patris, si alibi habeat domicilium: sed quòd non potest conueniri in originali
a ciuitate matris, si ibi non habebat domicilium.[a] ¶ Conclude igitur, omissa dispu. quid iuris de alijs muneribus patrimonialibus & honoribus: de quibus per Bar. in d. §. 1. quòd quantum ad competentiam fori, filius potest conueniri ẽt in loco originis paternæ, vt d. l. incola. quod est verum, secundũ Iac. de Arc. & supra dixi, si ibi inueniatur, per prædictã l. hæres. & d. l. relegatorum. sed in origine propria arbitror, quòd ibi possit conueniri: & si ibi non reperiatur, si modo aliquo alio speciali priuilegio nõ defendatur. & ex prædictis etiam habes, quod filius non sortitur forum in loco originis maternę: quod est verum in recognoscente paterna, secus in vulgo quæsitis: quia isti nullam habent originem. tex. est in l. 1. in fi. ff. ad mu. Aduerte tamẽ, quòd licet filius sequatur forum originis paternæ veræ & naturalis: tamẽ in ficta, quam fortè haberet ex statuto, vel priuilegio, magnum est dubiũ. & Bar. in d. l. assumptio. §. 1. dimisit q. indecisam. sed in l. libertus. §. patris. ad mun. determinat, quòd talis ciuilitas, licet sit quæsita ex conuentione, transeat ad filios, per illum tex. quia quis est obligatus ciuitati, ergo nõ põtest libera voluntate recedere. facit etiam, quia ciuilitas acquisita per manumissionem vel adoptionem, transit ad filios, vt d. l. assumptio. in fi. & in d. §. in adoptiua. in d. l. libertus. ergo etiam prędicta ciuilitas quæsita ex conuentione, quæ prædictis æquiparatur, debet transire ad filios: pro quo etiam allego, quia origo originalis & accidẽtalis videntur æquiparari per tex. & quod ibi no. Bart. in l. 2. C. de mu. & orig. lib. 10. & d. l. assumptio. §. filius. Aduerte tamẽ: quia fortè dici posset, quòd prędicta decisio procedit quò ad honorem & munera: non quò ad forum, quia in eo non videtur vrgere ratio prædicta. ¶ Quid autem de origine aui paterni, aut aliorũ superiorum? dic, quòd non consideratur, vt sentit Io. And. & clarius Lap. & d. Do. in c. cum nullus, de tempo. ord. lib. 6. & probatur in d. l. assumptio. §. filius. & sentit Glos. in l. filios. C. de mu. & origi. aliàs, vt in dictis iuribus traditur, haberemus quęrere agrum Damascenũ, vbi ortus est Adam. 13. dist. §. his omnib. vers. econtra. & hoc etiam dicit Old. consi. 25. In contrarium tamẽ facit: quia nepos sequitur originem manumissoris patris sui, vt d. l. assumptio. §. fi. Item facit d. l. libertus. §. in adoptiua. quę hoc expresse videtur velle, per quam l. multi tenent hoc simpliciter, & aliquando etiam tenuit Iac. de Are: sed postea mutauit sententiam, & distinxit: quòd aut nepos natus
b est viuẽte auo,[b] & sequitur originem aui. aut non: & tunc patris. arg. l. emancipatum. ff. de sena. & sic residet Cy. in l. 2. de iurisd. om. iud. secũdum quam distinctionem dixi posse saluari opiniones cõtrarias: & sic etiam residet Io. Andr. in c. is, qui. de sepul. lib. 6. super Glos. 2. in nouella. intelligo tamẽ, quòd dictum est de nepote nato viuente auo, quò ad munera & honores: & quò ad facultatem conueniendi, quãdo ibi reperitur. & no. quòd licet quis sit natus in comitatu, si tamen paterna origine est ciuis: dicitur ciuis, vt no. Bart. ad mun. l. 1. per l. cùm satis C. de agric. & censi. lib. 10. & idem econtra, vnde ille poterit conueniri respectu originis proprię in ciuitate:

ADDITIONES.

a *Et circa hanc materiam, quia disputatur sępe de origine propter statum Doct. de collegio, quid si casu aliquis nascatur extra patriam, vide Pau. & Cumen. in l. huiusmodi. §. legatum. ff. de leg. 1. & l. cætera. §. fin. de leg. 1. & alleg. d. §. legatum. & adde Soc. consi. 272. 2. col.*

b *Et ratio est, quia si mortuo auo cõcipiatur nullo iure cognationis auo iungitur, per consequens ex persona sua non admittitur ad bona aui. §. cùm autem quæritur, an quis. Institu. de hære. quæ ab intest. deferuntur.*

nitate: & comitatiuus natus in ciuitate, poterit conueniri in comitatu.

P

16 ¶ † Octuagesimotertiò, pacis ratione, cuius vigore Ecclesia se intromittit de qualibet causa, vt in c. nouit. & ibi dixi, supra de iud.

¶ Octuagesimoquartò, paupertatis ratione. de quo dicam inf. eod. c. ex tenore.

¶ Octuagesimoquintò, peccati cuiusq; ratione. de quo dicam in c. licet ex suscepto. inf. eod.

¶ Octuagesimosextò, pœnitentiũ causa, siue agatur per viam denũciationis, ut d. c. nouit. siue de causis pœnitentiũ, quę ad Ecclesiam pertinent. 11. q. 1. c. aliud. tradit Spec. in tit. de compe. iud. adi. §. 1. uers. 3. & uers. 17. de quo fortè dicam in d. c. licet.

¶ Octuagesimoseptimò, peregrinatione, mercatura, agricultura, & marinis nauigationibus, aut similibus exercitijs, argu. c. innouamus. supra de treu. & pa. 23. q. 1. cap. si quis Romipetas. & sequ. inf. de peregri. c. 1. & de rap. cap. excommunicationi. & plenè per Innoc. & Ioan. Andr. in cap. significantibus. de offic. deleg.

¶ Octuagesimooctauò, de possess. seu rei, de qua agitur, ratione. de quo in c. sanè. inf. eod.

¶ Octuagesimononò, priuilegio. vt in scholari, qui habet priuilegium, vt non conueniatur nisi sub suo magistro vel Potestate, vt in authent. habita. C. ne filius pro patre. de quo latius dicam in 4. prin. art. Item Fabricensis, qui non potest nisi sub certo iudice conueniri. de quo in l. pen. C. de fab. lib. 11. & miles, de quo dixi sup. vers. 49. priuilegium enim sicut consuetudo, potest tribuere iurisdictionem, vt in c. cùm contingat. inf. eod. & in c. fin. de offic. Arch. tradit Spec. in tit. de compet. iud. adi. §. 1. versi. 33.

¶ Nonagesimò, principalis, seu præambulæ, vel præcedentis cognitionis ratione. de quo supra, versicu. 40. & versic. 57. de quo latius dicam inf. in 40. princ. artic.

¶ Nonagesimoprimò, processione, de quo dicam in c. 1. inf. eod.

¶ Nonagesimosecundò, pronunciatione, seu iudicis sententia, vt puta, quando opposita exceptione incompetentię, iudex pronunciauit se competentem, vel processit ad vlteriora: quia tunc si pars appellat, facit se competentem: etiã si non esset, dummodo funditus non careat iurisdictione. de quo latè dicam in c. si clericus laicum. inf. eo. item prorogatione. de qua materia latè inf. eo. c. significasti.

¶ Nonagesimotertiò, pupillorum, viduarum, & miserabilium personarum causa. de quo in c. licet, inf. eodem.

R

17 ¶ † Nonagesimoquartò, rapina. de quo dicam in d. cap. licet. Item ratiocinatione. l. 2. & per totum. C. vbi de ratioci. agi opor. vide supra, versic. 8. & latius sup. versic. 1.

¶ Nonagesimoquintò, rei, seu possessionis causa. de quo dicam in c. sanè. inf. eod.

¶ Nonagesimosextò, reconuentione. de quo latè dicam in c. 1. inf. de mutu. peti. & aliquid tangam in c. 1. & c. licet. inf. eod.

¶ Nonagesimoseptimo, recusatione. de quo inf. eod. c. si quis contra clericum. & plurima dixi in c. cùm speciali. inf. de appel.

¶ Nonagesimooctauò, recursu. de quo dicam in d. c. licet. inf. eod.

¶ Nonagesimononò, relatione causę. de quo dic vt latissime dixi in c. intimasti. inf. de appel.

¶ Cẽtesimò, religione. de quo dicet in c. 1. inf. eo.

¶ Centesimoprimò, requisitione, seu mutatione. versic. 58.

¶ Centesimosecundò, reuocatione ad domum. de quo latè dicam in 8. prin. art. in c. fi. inf. eod.

S

¶ Centesimotertiò, sacrilegio. de quo dicam in d. cap. licet.

¶ Centesimoquartò, sequestratione rei penes clericum. de quo in c. 1. eod.

¶ Cẽtesimoquintò, sęuitate. si forte clericus immisceat se sæuis enormitatibus. de quo in c. 1. & in c. postulasti. inf. eod.

¶ Centesimosextò, spiritualitatis causa, vel quasi, ratione. de quo in c. licet. inf. eod.

¶ Centesimoseptimò, spoliatione Ecclesiæ, vel Ecclesiasticarum personarum à laico facta. de quo in c. licet, inf. eod.

¶ Centesimooctauò, solu. seu solutionis destinatione. de quo in c. dilecti. inf. eod.

¶ Centesimononò, statuto. vide sup. vers. 19.

¶ Centesimodecimò, studio, seu studij causa. de quo sup. versi. 89.

¶ Centesimoundecimò, supplicatione. de quo in authen. quæ supplicatio. C. de preci. Imper. offe. & aliquid fortè dicam in d. c. licet.

T

¶ Centesimoduodecimò, testamento, seu vltima voluntate. de quo inf. versi. 115.

¶ Centesimodecimotertiò, tutoris datione. de quo versi. 27.

V

18 ¶ † Centesimodecimoquartò, vagatione. vagabundus enim vbiq; sortitur forum, vt in c. fi. inf. eo.

¶ Centesimodecimoquintò, vltima volũtate. vnde si fideicommissum petitur, debet peti vbi relictũ est. C. vbi fideicõmissum peti opor. l. 1. ff. de iud. l. hæres absens. & l. si fideicommissum. & l. post legatum.

¶ Centesimodecimosexto, vsura. de quo in cap. licet. inf. eodem.*

¶ Centesimoseptimò, voluntaria submissione, de quo in c. significasti, inf. eod.

¶ Centesimooctauò, vxoratione, de quo sup. versic. 66. & inf. eo. c. fi. & sic cum vxore volumus finire, & casus terminare: cùm maritus forum vxorum sequi debeat, & non alia fora. Et aliquos ex prædictis casibus enumerat Glo. in d. l. hæres absens. ff. de iud. qui enumerat 12. casus, vel circa. Host. vero in sum. in ti. de foro compe. enumerat 40. vel circa. Spe. vero in tit. de compe. iud. adi. enumerat 52. Et aduerte etiam: quia licet aliquando reiterauerim aliquos casus per nomina sinonima, illud feci ne fortè requirendo vnum nomen, illo non reperto in loco debito, quod fortè esset positus in alio loco sub alio nomine, & litera: arbitrareris defectum esse & voluntate tua frustratus eris.

Centesimodecimononò, de vniuersitate. dicam in c. 1. inf. cod. in 14. de donatione.

Quartò principali artic. quia ex superioribus traditus in præcedenti art. apparet, quòd quis varijs modis for-

dis sortiatur forum. examinabimus quid, si in persona eiusdem concurrant plures qualitates, per quas concludatur multiplex forus: ita quòd posiit varijs locis conueniri, vtrum electio iudicis, corã quo debeat conueniri, debeat pertinere ad actorem vel ad reum. & de hoc videbimus in c.fi.inf.eo.

¶ Quintò, qualiter cognoscitur, an quis sit iudex competens per aliquos ex modis superius deductis, in 3.art. & an ad concludendam competentiam sufficiat sola allegatio in libello qualitatis concludentis forum, vel qualiter. de quo latè videbimus in c. si clericus laicum, inf. eo.

¶ Sextò, vbi & in quo loco iudex posiit iurisdictionem, seu forum exercere. de quo videbimus in cap.fi. infra eod.

¶ Septimò, in quibus casibus sit locus remissioni: & ad cuius petitionem, & qualiter sit fienda. de quo videbimus in c.postulasti.inf.eo.

¶ Octauò, in quibus casibus licet quis sortiatur forum, habet ius reuocandi domum: & quando, & qualiter hoc ius posiit vel debeat proponi. de quo in c.fin. inf. eod.

¶ Nonò, vtrum, & quibus casibus, & quando citatus coram iudice incompetenti teneatur comparere, allegaturus priuilegium suum? & quid iuris si non compareat ? an, & quando valeat processus, de quo in c.si clericus laicum, inf. eo.

¶ Decimò, qualiter debeat se habere citatus corã iudice incompetenti, & quando debeat opponere declinatoriam: & qualiter, seu quam cautelam adhibere, ad hoc, vt non incidat in pœnam statutorum prohibentium forum declinari: & vtrum ualeant alia statuta. de quo in c.si clericus, inf. eo.

¶ Vndecimò, quid agẽdum sit, si aliquis citatur ad forum non suum, seu coram iudice de iure communi: & secundum eius primordialem naturam incompetentis, cuius tamen ex aliqua qualitate in libello allegata concludatur competẽtia. & ad quem pertineat probatio illius qualitatis: & quando debeat probari: & quem modum debeat iudex seruare. de quo videbimus in c.si clericus, inf. eo.

¶ Duodecimò, quid si sunt plures iudices, ad quos iurisdictio simul pertineat, quid agendum sit: & qualiter procedendum: & maximè, si vnus est secularis, & alius ecclesiasticus.

¶ Tertiodecimò, quid si sunt plures iudices seu officiales competentes in solidum: & singulariter, qualiter sit locus præuentioni: & quãdo, & quibus casibus, & hic aliqua videbimus de misto foro. de quibus in c.proposuisti, inf. eo.

¶ Quartodecimò, quid si vnus iudex vel officialis impedit se de foro, seu iurisdictione ad alium pertinente: & ad ipsum se impediente nõ pertineat de iure: vel non pertineat, quia sit præuentus ab alio: quid agere debeat iudex, qui præuenit: vel ad quẽ iurisdictio pertinet? & hic tractabimus materiam inhibitoriarum, quantum ad materiam pertinet. & de hoc latè in c.proposuisti.inf. eo.

¶ Quintodecimò, quid si vnus tempore inchoati iudicij erat vnius fori, & pendente iudicio, vel ante executionem, mutet forum: quis iudex erit tunc competens. & de hoc in c.pe.inf. eo.

¶ Sextodecimò, quid si actor & reus sunt diuersi fori? quis forus sit attendendus, an actor teneatur sequi forum rei, vel econtra? de quo in c.cũ sit generale.inf.eo. & variæ sunt fori consuetudines, vel varia statuta, quas consuetudines vel statuta, debemus attendere: an actoris vel rei. de quo in c. quòd clericis. infra eod. Et quibus casibus laicus posiit conueniri coram iudice ecclesiastico. c. licet ex suscepto. infra eod.

¶ Decimoseptimò, de pœna trahentis aliquem coram iudice incompetenti. de quo videbimus in c. si diligenti. inf. eod.

¶ Decimooctauò, vtrum acta & processus facti coram iudice incompetenti, valeant, vel aliquem producant effectum? de quo in cap. si clericus. infra eodem.

¶ Vltimò, qualiter forus finiatur: & an posiit quis renunciare foro: & cui, & per quos modos. de hoc videbimus in c.fi.inf. eod.

¶ Circa primum artic. in quo venit examinandũ, quid sit forus: dic secũdum Host. & Io. And. quòd hoc verbum habet plura significata: quod in genere neutro, ponitur pro territorio cuiusque iudicis, infra quod animaduerti potest in facinorosos homines, vt in l. pupillus. §. territorium. ff. de ver. sig. & hoc apud cano. appellatur diœces. quòd cuiusque Episcopi diœcesis, dicitur ipsius territorium. 16. q. 7. c. omnes basilicæ. sed in masculino genere comprehen-
a   ditur locus exercendarum litium, vt in c. forus.[a] inf. de verb. sig. Et vtroque modo potest sumi titulus noster: sed melius adaptatur ad primum modum secũdum Do. Et aduerte: quiã, vt dicit hic Ioan. post Ho. forus etiam alijs modis sumitur, ad titulum nostrum non pertinentibus: videlicet pro loco nundinarum, iuxta illud Ouidij, Ad fora cõueniunt, &c. Item pro loco, in quo calcantur vuæ. & dicitur tũc à feriendo. Item pro loco plano existenti in naui, vnde Virgilius: Laxantque foros, &c. dicitur tunc à ferendo. Item sumitur pro foramine, per quod ex naui emittitur remus. vnde versus: Causatur, venditque forus, signatque foramen. Inuenies fores, datque carina fores.

¶ Circa secũdum articulum, quotuplex sit forus, seu quot sint species fori, aut cõpetentiæ iudicis: di-
b   cendum est, quòd plures species[b] & multiplex diuisio potest sumi ex his, quę dixi in 3. prin. ar. vt diligẽs inuestigator potest colligere. insuper etiam dicendum est, quòd aliquis est forus contentiosus, in quo regulariter trahitur quis inuitus, vt l. inter stipulantem. §. 1. ff. de verb. ob. quidam voluntarius, ut adoptionis,

ADDITIONES.

a   *Et licet ita in iure cano. dicatur, tamen apud oratores nunquam in eo significatu capitur. Mar. Fora litibus omnia feruent. Imò quando mas. g. est, semper pluralis num. reperitur. Vergi. Implessemque foros flammis. Cice. Alij malos scandant, alij per foros cursitent. significat tamẽ etiã locum ad spectan. vt Liuius in primo ab vrbe condita, Diuisa loca patribus, equitibusque, vt sibi quisque spectacula faceret. Fori appellati sunt & armariola libris cõdendis apta. Iuu. Hic libros dabit & forulos. Sed hæc nihil ad iuris materiam. non debueras igitur inscribere, adde etiam Abb. in c. forus. de verb. signific.*

b   *Adde quòd est idem sortiri forum, & ligari statutis, vt dicit Soc. in consi. 27. l. 2. col.*

ptionis, manumissionis, collationis, & similium actuum. Item quidam est forus contentiosus, in quo de re temporali contenditur. Quidam pœnitentia-
a lis, [a] in quo solum de animæ salute voluntariè agitur, de quo dixi in c. omnis. infrà, de poe. & remis. & per totum illum titulum tractatur. ¶ Item, quidam dicitur forus animæ: Quidam, forus quasi animæ. forus animæ dicitur, cùm quis cõfitetur peccata sua ad effectum recipiendi pœnitentiam & absolutionem: sed quasi animæ forus dicitur, quãdo quis nõ accusatus, nec inquisitus, nec denũciatus: sed vt aliquid salubriter agat, ab aliquo salutare sibi consiliũ petit. Et in his duobus foris, ipsi pœnitenti, aut consilium petenti, fides adhibetur: etiam in his, quæ al-
b legat pro se, [b] quod no. gl. antepe. in Cle. 1. de pęnis. dixi post Do. m. in c. significasti. el 2. inf. de homi. in gl. super verbo, credendum.

ADDITIONES.

a *An autem differat forum animæ à foro contentioso, vide Feli. in c. vigilanti. in vlt. col. de præscr. ca. 1. in 12. col. de constit.*

b *Adde, quòd quando statur conscientiæ alicuius, non potest postmodum probari contrarium. gl. not. in c. statutum. §. assessorem. in ver. relinquat. de rescr. lib. 6. vbi Gemi. not. Laufran. de iure pa. ver. sed pone. & Lud. Rom. in rubr. de arbitr. in 3. col. & multa eleganter collegit Ias. de conscientia, in §. sed istæ. 26. col. cum seq. de act.*

SVMMARIVM.

1 *Clericus coram suo iudice conueniri debet.*
2 *Clericus iurisdictionem alterius iudicis prorogare non potest.*
3 *Clericus coram suo Episcopo conueniri debet.*
4 *Episcopus est iudex competens clericorum. & nu. seq.*
10 *Religiosi possunt coram Episcopo conueniri.*
11 *Eremitæ non nisi coram Episcopo conueniri possunt.*
12 *Fratres & sorores tertij ordinis, coram Episcopo possunt conueniri.*
13 *Pœnitentes, sub quo conueniantur foro.*
14 *Iesuati coram Episcopo sunt conueniendi.*
15 *Canonici seculares, sunt de foro ecclesiastico.*
16 *Clerici coniugati monogami, coram iudice ecclesiastico sunt conueniendi.*
17 *Vniuersitas ex solis clericis constituta, non potest coram iudice laico conueniri.*
18 *Clericus cum laico pro causa indiuisa, conueniendus est coram Episcopo.*
19 *Rectores piorum locorum, sunt de foro ecclesiæ.*
20 *Vxores clericorum, forum sequuntur maritorum.*
21 *Filij & familia clerici, sunt de foro Episcopi.*
22 *Fideiussor clerici coram Episcopo debet conueniri.*
23 *Curator clerico datus, est coram episcopo cõueniendus.*
24 *Administrator generalis ecclesiæ, coram Episcopo conueniri debet.*
25 *Clericus agens contra laicum, sequitur eius forum.*
26 *Clericus in quibus casibus aut causis, coram iudice laico conueniatur. & num. seqq.*

SI QVIS CLERICVS. Clericus corã suo Episcopo conueniri debet. h. d. Et in tex. ibi, clericus, vel dic, laicus, qui velit clericum conuenire, vt infra dicam.

1 ¶ † Primò noto, quòd clericus debet conueniri coram suo iudice: siue conueniatur à clerico, siue à laico: quia actor sequitur forum rei. & de hoc latius infra.

2 ¶ † Secundò no. quòd clericus non potest prorogare iurisd. alterius iudicis, etiam ordinarij ecclesiastici, sine licentia, seu consensu sui Episcopi. & de hoc dicam latius in c. significasti. inf. eod. ¶ Glos. 1. quærit, & soluit in fi. dic hoc verum, quando clericus traheretur coram iudice seculari: secus si coram ecclesiastico: licet non proprio iudice, de quo dic, vt latius dicam in d. c. si diligenti. ¶ Glo. 2. in fi. dic, quòd imò tex. stat propriè secũdùm Do. m. quia hic non dicitur, quòd actio proponatur: sed quòd ventiletur actio, id est, ius competẽs alicui, quod appellatur actio, quæ est ius persequẽdi in iudicio, quod sibi debetur, vt Insti. de act. in prin. Et ideo dicimus,
a quòd sine actione nemo [a] experitur, vt in l. si pupil. §. videamus. ff. de neg. gest. & de hac materia dic, vt latius dicam in c. 2. inf. de li. obla. ¶ Glo. 3. in fi. no. ex hac gl. quòd ad prorogationem iurisd. iudicis ecclesiastici fiendam per ecclesias, exigitur consensus proprij Episcopi: nec videtur sufficere consiliũ. de quo dic, vt latè videbimus in c. significasti. inf. eod. quæ
b autem differentia sit inter consilium [b] & cõsensum, traditur per Ioan. And. in c. 3. de offic. deleg. & per Doct. in c. nouit. de his, quæ fiunt à Præla. & c. cum in veteri. & c. ne pro defectu, sup. de elect. per Do. m. in cap. cùm olim. supra de arbi. per Bar. in l. 1. §. si plures. ff. de exer. & per Bart. in rubr. C. de exerci. ¶ Glos. fin. colligit duo: & contra quodlibet opponit, & soluit. ¶ In ea. gl. ibi, Romana curia. dic secundum Doct. quòd ista Romanæ curiæ consuetudo, quòd si vtraque pars est præsens, & consentit: ille detur in iudicem, in quem vtraque pars consentit. si verò partes dissentiunt, quelibet sibi eligit vnum: & Papa dat tertium ex officio, vel partium consensu. altera verò parte absente, fit delegatio ad petitionẽ præsentis, saluo iure recusandi. dicit tamen Ioan. And. quòd hoc nõ est de necessitate; quia Papa absque aliquo partium consensu, potest iudicem dare. supra de offi. deleg. c. super quæstionum. §. quem verò. & §. fin. operatur tamen consensus accedens, quia tunc non valebit iudex recusari, nisi ex noua causa; & secundùm prædictam glo. videtur intelligere tex. quòd Episcopus proprius committat causam alteri: sed tunc non est necessarius partium consensus, secundum Ioan. And. Potest etiam, & secundo modo intelligi tex. quòd isti de licentia proprij Episcopi prorogent iurisdictionem alterius iudicis: & tũc est necessarius consensus vtriusque partis, vt l. 2. ff. de iur. de quo late dicam in cap. significasti. supra eodem. Postremò,

ADDITIONES.

a *Nemo sine actione experitur. Quod tamen fallit in l. si Titiæ. cum ibi latè no. per Doct. præsertim Ias. ff. de verbor. obligat.*

b *Item inter consensum licen. & auth. Alexan. consil. 106. col. 2. ver. & differentia, li. 1. & consi. 29. fi. col. lib. 3. Soc. consi. 87. 2. col. lib. 1. & aduerte, quòd iste tex. in ver. cons. quod exponitur, idest, licentia, facit contra Abb. in c. significasti, inf. eo. vbi vult quòd tacitus consensus Episcopi sufficiat.*

Postremò, iuxta præmissum ordinem in rubr. & in tertio principali artic. venit hic examināda materia, corā quo clericus, seu ecclesiastica persona, debeat conueniri. circa quam materiam primò pono regulam, quam tradit hic tex. noster, † quòd clericus de
3 lam, quam tradit hic tex. noster, † quòd clericus de
a bet coram suo Episcopo [a] conueniri. ad idem 11. q. 1.c.inolita.& c.placuit, & c.si diligenti.inf.eod.solus enim Episcopus de iure habet iurisdictionem contentiosam in clericos suæ diœcesis, de quo in c.quāto.in c.cum ab ecclesiarum. supra, de offi.ord.& 11. q.1.c.de persona. Et sic ex prædicta secunda sequitur,quòd coram alio iudice, etiam ecclesiastico,non potest conueniri. Item & secundò infertur, quòd longe minus potest conueniri coram iudice laico,& istius secundæ illationis ratio est: quia clerici sunt exempti à iurisdictione Imperatoris: & sic iudicis secularis,quia clerici sunt res spirituales, ex quo ex toto corpus & animam deputauerunt, & ascripserunt in seruitium in sortē Christi.12.q.1.c.cui portio.no. Inno.& Io.And.in c.2.supra, de ma.& ob. & Inn.& Ioan.Andr.in c.significantibus. sup. de offic. deleg.

¶ Prædicta tamen regula recipit 24.declarationes & fallentias, prout hic distinguam.

¶ Prima, qualiscunque Episcopus, ratione domicilij, vel beneficij vel originis.

¶ Secunda, in quolibet Prælato iurisdict. habēte.

¶ Tertia, siue à clerico, siue à laico conueniatur.

¶ Quarta, etiam si in minoribus ordinibus.

¶ Quinta, si modò sint clerici: secus si solùm in habitu clericali, & essent laici: nisi seruiāt ecclesiæ.

¶ Sexta, etiā quibuscunq; personis ecclesiasticis.

¶ Septima, quibuscunque religiosis.

¶ Octaua, etiam in eremitis.

¶ Nona, fratribus & sororibus tertij ordinis.

¶ Decima, in pœnitentibus.

¶ Vndecima, in Iesuatis.

¶ Duodecima, canonici seculares.

¶ Decimatertia, etiam in clericis coniugatis.

¶ Decimaquarta, etiam si ficta persona cleri. vt vniuersitas.

¶ Decimaquinta, etiam si conueniendus sit vnà cum laico.

¶ Decimasexta, in rectoribus piorum locorum, hospitalarijs, leprosarijs, &c.

¶ Decimaseptima, etiam in vxorib. clericorum.

¶ Decimaoctaua, in filijs & familia clerici,& hic, quid de concubina.

¶ Decimanona, in fideiussore clerici.

¶ Vigesima, in rusticis clericorum.

¶ Vigesimaprima, non solùm in clerico litigante, sed etiam in curatore dando clerico.

¶ Vigesimasecunda, etiam in actu fiendo coram iudice voluntariè.

¶ Vigesimatertia, si taceat se clericum.

¶ Vigesimaquarta, etiam in generali administratore ecclesiæ. Et hic dicit, si quis exemerit cle. à iurisdict. temporali.

4 ¶ † Prima declaratio, quòd regula prædicta & tex. noster procedit secundùm Do. m. hic in fi. siue sit Episcopus suus ratione domicilij, de quo dicam in c.fin. infra eod. siue ratione beneficij, de quo dicam in cap. fane, infra eod. aut ratione originis, de quo dixi supra,in rub. ver.82. vel ratione ordinis ab Episcopo recepti. pro quo est glo. singu. secundum
b Do.m.in l.hæres absens. [b] ff.de iu.quam gl.dicit procedere, quando ipsum ordinauit nomine proprio tanquam suum subditum, vt quia habebat domicilium vel originem in sua diœcesi,secus si ex commissione alterius: quia committens videtur ordinare, arg.c.si Episcopus.de præben.lib.6. siue etiam sit subiectus ratione contractus, aut delicti, de quo dicemus in c.postulasti.& in c.dilecti.infra, eod. dicit tamen hic Do. m. quòd licet quis ratione debiti vel contractus, possit in tali loco conueniri: tamen ta-
c lis non dicitur propriè subditus, vt glo. [c] no. in verbo, subditos.in Cle.1. de foro compe. & vide quod no.gl. magna, & quod ibi dixi, in c.nuper,infra, de sent.excom.& hoc etiam tenet Do.m.in c.pe.inf.eo. vbi dicit, quòd ille propriè dicitur subditus, qui est subditus ratione domicilij. Nec ob.quod no. glo.2. in c. à nobis. el 1. infra, de senten. excom. quæ vult quòd ratione delicti quis dicatur subditus: quia illud debet intelligi latè, & impropriè.& ita etiam debet intelligi quod no.glo.in c.1.inf.de rap. ad quod vide quod tradit Io.And.in c.fi.inf.e. & quod latius ibi dicam. & prædicta notabis ad interpretationem statutorum loquentium de subditis.

5 ¶ †Secunda declaratio est,quòd prædicta regula
d procedit non solum [d] in Episcopo,sed etiam in quolibet alio superiore,vel etiam inferiore ecclesiastico, habente iurisdictionem ordinariam: fortè ex cōsuetudine,præscriptione, vel priuilegio. ad quod vide, quæ latius dicam in c.cùm contingat.inf.eo.

6 ¶ † Tertia declaratio, quòd regula prædicta procedit non solùm si clericus conueniatur à clerico, vel ab alia ecclesiastica persona: sed etiā si cōueniretur à laico: quia dum tex. noster dicit, propriū,&c. debet intelligi, scilicet illius rei conueniendi: quia actor sequitur forum rei, vt in c.cùm sit generale.infra eo.11.q.1.c.experientiæ.

7 ¶ † Quarta declaratio est, quòd dicta regula procedit non solùm in clerico conueniendo,qui etiam in sacris constitutus est: sed etiam si esset constitutus in quocunque minori, per tex. in c. sequen. qui loquitur per vniuersalem negatiuam, neque vllum. & ad idem tex.in c.cùm non ab homine, & in c.clerici,supra ti.prox.& c.cùm contingat. in fi.supra, de ætate & quali.

8 ¶ † Quinta declaratio est, quòd prædicta regula procedit in clericis, non autem in his,qui solùm incedunt in habitu clericali, & non sunt clerici: quia habitus

ADDITIONES.

a *Imo si aliter fieret, puniretur actor clericus, vt in d.c. si diligenti. Ro.consi.369.Fede.110.*

b *Et est in §.& si quo. in ver. debebit.circa fin. vbi etiam Bar.no.& quid si clericus minor petit se restitui in patrimoniali re,an petat coram ecclesiastico? dic vt per Ant. de But.in c.constitutus. de rest. in integ.*

c *De illa glo.quam Feli. appellat sing.vide eundem in c. fin.in 10.col.inf.eo.versi. circa forum, & de illa glo.per Abb. in c.dilectus. 2. de rescrip.*

d *Non solùm. Vt in rectore, & de multiplici foro clerici,vide Abb.in c.proposuisti.infra eo.& in c.fin.infra eo. Host.de pæn. & re. §.cui confitentur. & quid si rector sit laicus, vide Abb. in c.si diligenti.vlti. char. infra eod. & in q. disputata per eum, incip.Gandulphus.*

habitus nõ facit monachum,&c. vt in c.porrectum. infra,de reg.quod procedit,etiam si tales inter cleri cos viuerent,vt infra dicam. ¶ Aduerte, quia glo.2. in c.seq. videtur intelligere, nisi tales in habitu cleri cali incedentes,seruirent ecclesiæ: quamuis non essent clerici, vt probatur in c.seq.iuncta glo.2.vbi gl. vult,quòd illud,quod tex.dicit de iunioribus,intelligatur de scholaribus,qui seruiunt ecclesiæ,& fortè illa glo.habuit respectum,secundum Doct. ad consuetudinem Alamaniæ, in qua scholares addiscentes apud parochianos suos tanquam clerici seruiunt ecclesiæ.facit in simili,cap.1.inf.de cele.mis. Vin.tamen in c.se.allegando c.omnis ętas.12.q.1.dum tex. in c.se.loquitur de iunioribus,videtur intelligere, si tales sint deputati obsequio ecclesiæ: qui aduenien te ætate debeant ad ordines promoueri, sed Feder. de Senis intelligit de oblatis, & adstrictis seruitio ecclesiastico: secus in nõ adstrictis: quia licet tales incedant in habitu & tonsura,& viuant inter clericos, & intersint celebrationi diuinorum: nõ tamen gaudent priuilegio eccl. etiam respectu immunitatis ecclesiæ,& hoc etiam sentit gl.in c.se.dum dicit, deputatos ecclesiæ. facit glo.in verbo,perpetuò oblati. in c.per exceptionem.de priuil.lib.6.& placet Do.m.in c.se.ar.Cle.vnicæ,in fi.de dec.licet gl.11.q.1.in clericum. simpliciter velit, quòd familia clericorũ [a] gaudeat priuilegio fori. Sed Arch.ibi,& 12.q.2.c.ecclesiarum seruus. dicit, quòd hoc non habet locum in seruitoribus, qui pretio seruiunt: cùm hoc non reperiatur iure cautum. facit quod no.Innoc. & Ioan. And.in c.significantibus. de offi. deleg. & in c.2.de ma.& obed.vbi volunt, quòd clerici sunt exempti à iurisdictione Imperatoris: quia sunt res spirituales, vt supra dixi in ratione regulæ positæ in princ. quæ ratio cessat in his,qui non ita se deputauerunt. Non ob.c.fi.de offic.Arch.quia secundùm Doct.speciale est ibi in familia Episcopi, & sic in cõtrarium est ius commune,vt in l.1.in fi.ff.ad muni.& in c.2.infra,de coniug.lepro. Sed tu aduerte: quia in contrariũ facit,quod no.glo.32. distin. c.in eos. vbi dicit, quòd familia sacerdotis est de foro ecclesię.pro qua etiam faciunt no.in c.ad liberandam. infra de iud.in parte decisa.& quod ibi dixi post Io.Andr.in 10.& 15. notabilibus. & quod no.in l.2. C.de episc.& cler. & ad idem etiam glo.89. distinct. c.iudicatum. & glo.11. quæst.1.in sum.tenet etiam Hostien.in sum. eo.tit.§. 2.versic. ex præmissis. vbi vult,quòd etiam causæ rusticorum, & seruorum ecclesiæ pertineãt ad forum ecclesiasticum, per d. c.iudicatum. & per d.c.ecclesiarum seruos.& per cap.seq.& per l.2. C.de episc.& cle.& l.si quis.C.vbi causa fisc.sed Spec.in ti.de com pe. iud. adi.§.1. ver.27. dicit, quòd omnia prædicta iura possunt intelligi de rebus, quas tales tenent ab ecclesia, super quibus conueniri debent coram ecclesiastico: secus si aliter conuenirentur ex delicto, vel contractu, facit c.si clericus laicum, infra eod.& quod ibi no.Inno.vnde sit conclusio,quòd tales generaliter conueniuntur coram iudice seculari: nisi in casu prædicto, vel quando ecclesia haberet hoc priuilegium ab Imperatore, vel ratione generalis administrationis in ecclesia,vt sentit glo.in d.c.iudicatum.& sentit D.m.in d.c.seq.facit c.si clericus. infra eo. vel etiam nisi ratione consuetudinis,[b] vt dicam in c. se. sed aduerte: quia quantum ad intellectum cap.se. & ad prædictorum limitationem: ego arbitror, quòd si aliqui sunt in ecclesia seruiẽtes,in qua seruiunt ea intentione, vt fiant clerici: & in sorte Christi deueniant: quòd licet tales non sint clerici, tamen gaudent priuilegio fori. nam cum tex.in c.se. dicat, vllum clericum, & sic intelligat de omni clerico per hanc vniuersalem, vllum. vnde cùm postea subdit, aut iuniores ecclesiæ,intelligo de alijs iunioribus non clericis,sub dicta tamẽ intentione seruientibus: sed si ea intentione non seruirent, vt clerici fierent: sed pretio, vel vt addiscerent: & tãdem ad secularia negotia discederent, & ad vitã secularem: non procederet ille tex. arbitror tamen in d. casu attendendam esse consuetudinem, & obseruandam: nam licet consuetudo non possit operari, vt clerici conueniantur coram seculari, etiam accedente voluntate Papæ: tamen istis potest operari, vt statim dicam in fallentia. Item prædicta arbitror procedere, nisi tales in fraudem hoc facerẽt, vt statim dicam in 9.decl.& inf. in fallentia. Et secundùm istas duas limitationes, potest limitari etiam ea, quam infra subijciam in sequentibus declarationibus pro maiori parte.

9 ¶ † Sexta declaratio est, quòd prædicta regula procedit in quibuscunque personis ecclesiasticis, vt superioribus: & etiam ex infra dicendis latius apparebit.

10 ¶ † Septima declaratio est,quòd prędicta regula procedit in quibuscunque religiosis, aliquam regulam approbatam profitentibus,vt in c.fi. infra, de relig.domi.facit 17.q.3. c.si quis suadente. & etiam ex infra dicendis latius apparebit. A. B. Et non solum hoc videtur procedere in religiosis, qui profitentur tria substantialia regulæ: sed etiam in conuersis [c] talium religionum, licet nullum habeant ordinẽ clericalem: quia personæ ecclesiasticæ, & ecclesiastici fori dicuntur, vt no. in c.parochianos. & c.eo tenore. & c.non dubium. & c. de monialibus. de senten. excom. & c.ex eo.de elect.lib.6. & cap.religiosa. de sen.excom.lib.6. Ma.

11 ¶ † Octaua declaratio est, quæ videtur prosequi ex prædictis, quòd prædicta regula procedit etiam in eremitis: vnde eremitæ non possunt conueniri, nisi coram iudice ecclesiastico, vt no.gl.27. dist.cap. nulli.16.q.1.c.qui verè.in quibus gl. vult, quòd sint de foro Episcopi, sub cuius territorio degunt.& idẽ etiam sentit Inno.in c.cum monasterium.sup.de ele. vbi cõcludit, quòd tales sunt personæ ecclesiasticæ. facit etiam c.1.in fi. de exces.prælat. lib.6.vbi tex.videtur velle, quòd tales sunt personæ religiosæ. contrarium tamen tenent Archi.& Io.de Lig. in Clem. 2.de pręben.quia tales sunt laici eo,quòd in eis non concurrit, aut interuenit aliquis actus eripiens eos à iurisdictione Imperatoris: qualis est ordinis receptio,

ADDITIONES.

a *De hoc latius per mod.infra cap.proxi.in 1.colum.vbi Abb.dissentit ab opi. Mar.*

b *Consuetudo enim dat iurisdictioni vires. C. de diuer. offi.lib.12.c.cùm contingat.inf.eo. & ibi latius Doct.*

c *Vt sunt hi, qui vocantur tertij ordinis. de quibus Fel. in c.2.col.pen. infra eo.& iste seq. col. & Ioan.And. in c. sciant cuncti. de elect. lib.6.*

ptio, & couersio ad aliquã religionem approbatam, vt d.c.si quis suadente.& in c.fi.de relig.do.infra, de senten.excom.c.non est dubium.Do.in.in c.se. & in d.c.cum monasterium, dicit, quòd primum dictum est equum, & secundum est verius de iure: quia eremitæ non habent certam regulam, sed viuunt sola voluntate: & sunt sicut locustæ sine rege, vt voluit Gul. & no.gl. in d.cap.qui verè. Et ideo videtur absurdum, quòd sola voluntate possint se eximere à iurisdictione Imperatoris. facit 12.q.2. in c.duo sunt. & hæc opin. plus mihi placet: & eam tenet Gul. in d.Cle.2.& in Cle.cùm ex eo. de sen.excommu. licet do. Anton. teneat contrarium ex eo, quòd tales ex voto tenentur ad castitatem, vt tractatur in d.c.cùm monasteriū. & tenuit Zenzelinus d.Cle. cùm ex eo. quòd fortè posset procedere, vel si hoc haberet consuetudo, vel Episcopi authoritate, cui continentiam promisissent, ipsum habitum assumpsissent: aliàs secus: quia propriè loquendo, isti non sunt personæ eccle.quia nō sunt clerici.& hoc clarum.nec sunt re-
a ligiosi [a] alicuius religionis approbatæ per se: nec obligati, nec professi alicuius professionis approbatæ religionis. facit c.duo sunt. 12.q.2. sed sunt meri laici, & recedunt ad libitum, nec deputati repetiuntur ad aliquod ecclesiasticum pium vsum, authoritate ecclesiæ, vel alicuius Prælati. facit quod dicam infra, & maximè in sequenti declaratione. & hoc tenet Pet.de Anch.in d.Cle.cum ex eo.& in repe. regulæ, ea, quæ fiunt.de reg.iu.lib.6.q.7.& vtrobique refert Io.Cal. ita cōsuluisse. Sed retēta prima opi.dico, ꝙ illa procedit, nisi cōsuetudo aliter habeatur, aut in fraudem ille habitus viuēdi fuisset assumptus, vt sup.dixi, & statim subijciam in seq.declar.

12 ¶ † Nona declaratio, quòd prædicta regula procedit in fratribus, seu sororibus tertij ordinis, & in his, qui dicuntur fratres gaudentes, secundum Bar. in l.1.ff.de pœn.& latius in l.semper.ff.de iu.immun. vbi concludit, quòd tales gaudent priuilegio fori ecclesiastici, & quòd ita consuluerunt multi aduocati de curia, & Gul.Archi.Bon.& etiam Dyn. quorum tamen consilia solum loquebantur in fratribus gau-
b dentib. idem tamen dicendum est in fratribus [b] de pœnitentia. Subdit tamen quòd Parisijs seruatur cōtrarium, & quòd ipsi soluunt collectas, & conueniuntur coram iudice seculari Do.Ant.in cap.seq.sequitur dictam opi. Bart. & eam etiam tenet Pau. in Clem.cùm ex eo.de sen.excom. pro qua facit, quod ibi dicit glo.dum vult, quòd talis ordo fuit approbatus per Nico. Papam. & Ioan. de Lig. dicit expressè pro hac parte consuluisse. & etiam tenet Zenz.& sequitur Lapus per cap. quāquam.de censi.lib.6. & c. 1.de immu.ec.lib.6.nam secundum Lapum, negari non potest, quin tales dicantur personæ ecclesiasticæ, vel etiam religiosæ, largè sumpto vocabulo, & sic debent gaudere priuilegio ecclesiastico nedum in bonis, sed etiam in personis.facit glo.17.quæst.4. c.si quis. vbi pro ecclesiasticis personis exponit de pœnitentibus. facit etiam quòd professi hanc regulam, prohibentur redire ad seculum, licet ingredientibus ordinem mendicantium non prohibeatur intra annum probationis ad seculum redire, vt in cap. non solùm. de regu. lib.6. vnde ex quo tales fratres sunt adstricti dicto ordini, & per consequens sentiunt onus, debēt etiam sentire commodum, vt in regula, qui sentit onus, de reg.iur.lib.6.contrariam tamen sententiam consuluit Fed.consi.145. Mouetur, quia licet isti habeant quendam modum viuendi approbatum à Papa: nō tamen sunt verè religiosi: cùm non profiteantur tria substantialia regulæ, nec sunt clerici, nec vxores dimittunt.Spe.aliud tangit in titu.de sta.mo.§.1.ver.136.& hanc opin.sequitur Do.me.in c.sequenti, quamuis præcedens opin. videatur tutior, æquior, & tolerabilior, & fauorabilior. nam si rectè consideretur eorum status, longè magis ad laicalem, quàm ad vitam ecclesiasticam accedunt: nam cùm tria sint cuiuslibet approbatæ religionis substantialia, videlicet castitas, paupertas, & obedientia, vt in c.cùm ad monasterium.inf.de sta. regu.isti non seruant continentiam, cùm vxores habeant; nec paupertatem, cùm proprium possideāt; nec ēt possunt omnimodam seruare obedientiam, quia cùm ipsi habeant vxores, nō habent integram sui corporis potestatem, vt in c.non debet.inf.de cōsang.& affi.& ibi obijcitur in eis, quòd nō benè concordat cithara cum psalterio, hoc est, vita actiua male concordat cum contemplatiua, vt dicit tex.in c.diuersis.infra de cle.coniu. quare cùm ipsi potius accedant ad statum laicalem, quàm ad ecclesiasticum, debent censeri laici: quia mixtum debet iudicari secūdùm illud simplex, in quo magis incalescit, vt l.quæritur.ff.de statu ho.4.q.4.ver.itē hermaphroditus. facit etiam tex.in d.c.duo sunt.7.q.2. Et prædictam ēt opi.tenuit Gul.de Mon.laud.in d.Clem. cùm ex eo. & Pet.de Ancha.& eam latè consuluit Io.Cal. consi. 56.quod incipit, quęsitum est à me, vtrum fratres de pœnitentia.vbi dicit, quòd strictè non dicuntur personæ ecclesiasticæ, ita quòd gaudeant priuilegio canonis 17.q.4. c.si quis suadente, nec priuilegio fori de quo hic, nec priuilegio de quo dixi 12. quæst.2. c.ecclesiarum seruos.& 16.q.1.cap.si mulier.§.nouatur.& c.fi.de vita & ho. cle. & c.1. de immun.eccles. lib.6.& in authen.item nulla.C.de episc.& cler. vide plenè, seu per eum Bal.in l.placet. C.de sac.sanct.eccle. Ego vero pro concordia arbitror ita posse distingui, quòd aut tales assumunt sibi hūc modum viuendi, vel alium similem in fraudem onerum, aut fori, & tunc eis non debet prodesse, vt l.semper. §.diuus quoque Pius.ff.de iure immu. & l.iura.§.fi. ff.de mu. & ho. vbi gl. tangit de fratribus de pœnitentia. facit quod no.in c.1.de oblig.ad ratioci. & l.qui sub prætextu.C.de sacrosanct.eccles. vnde, vt par est, sum solitus dicere, quòd isti tales, qui assumunt tertium ordinem sancti Fran. prout nonnullos cognoui sub ea fraudis intentione, quòd venerabilis, honestus, & religiosus vir frater Ioan. de Minella, dum cingit cordulam, sicut is, qui bono & puro corde illam regulam assumunt: meritò cordulam cingit in loco cincturæ.

ADDITIONES.

a *Nisi large, vt no.in c.ecclesia.supra de constit. & facit: quia qui spiritu Dei aguntur, non sunt sub lege, vt latè no.Mo.in c.1.de consti.& vide Inno. in c.cum monasterium.supra de elect.*

b *Adde Cal.cons.91.Bal.in l.placet.C.de sac.san.eccl.& an tales sint personæ ecclesiasticæ, vide Do.in c.1.inf.de simo.& vide And. consil.196.& Ancha.in cap.ea,quæ. de regu. iur. lib.6.*

cturæ, & ex parte Iesu Christi, aut beati Francisci pollicetur regnũ cœlorum istis talibus, qui per fraudem talem regulam ingrediuntur, deberet cordulam cingere in gutture, & ex parte satanæ furcas polliceri. & adde, quod latius dicam in c. penul. in 15. prin. artic. & hoc no. etiam pro limitatione sequentium quæstionum. Si verò fraus cessabit, distingue, quòd aut tales assumunt habitum religionis author. superioris, vt perpetuò sint Deo dediti, & vt mortuus vxoribus alias non ducant, & hoc casu, cùm videantur esse quodammodo personæ ecclesiasticæ, æquum est, vt gaudeant priuilegio fori, & cuiusuis, maximè canon. si quis suadente. 17. quæst. 4. quia priuilegium illud concessum est clericis, alijs verò non clericis, non est concessum; nisi aliud reperiatur specificè dispositum, vt in religiosis, & conuersis ad religionem, vt in c. non dubium. infra de sent. excom. & in nouitijs religionum, qui interim cẽsentur religiosi, vt in c. religioso. de sent. excomm. lib. 6. Sed si tales hunc modum viuendi propria authoritate assumerent, procedat opin. Feder. nisi fortè conuenirent ratione rerum, quæ essent effectæ de foro Ecclesiæ. facit cap. sanè. infra eod. nec obstat, quòd tales vocentur fratres, vel ferant habitum religiosorum, quia ista sunt accidentia sine subiecto, & potius quædam apparentia in habitu, quàm existentia in effectu de realitate, vt no. Bal. in l. officiales. C. de episc. & cler. facit quod no. in c. porrectum. infra de regula. & in l. qui sub prætextu. C. de sacrosan. eccl. nec etiam obstat, quòd isti de tertio ordine dicãtur continentes: quia non est uerum propriè, sed impropriè, quò ad quid: videlicet, quia certis diebus debent continere, secundum Laudu. Subdit tamen ipse, quod debent ipsi diligenter animaduertere, ne fortè, dum abstinent ab vxoribus, alijs locum præstent: quia in habentibus symbolum, facilior est transitus. Item coniugati rectè viuentes possunt isto modo dici cõtinentes, & ideo tex. in d. Clem. cum ex eo. dicit, quod potius dicantur fratres de pœnitentia, quia multas pẹnitentias faciunt, & afflictiones sustinent etiam, licet Laudu. & Lapus volunt, quòd potius dicantur castè viuere, quàm continenter, per no. 31. distin. cap. tenere. nec obstat, quòd isti habeant certum modum viuendi, quia istud non immutat naturam personæ, quò minus laicus censeatur, & rationibus prædictis. quod etiam sentit gl. 3. in d. Clemen. cùm ex eo. dum dicit, quòd talium non est propriè regula, seu religio, seu quidam viuendi modus: nec videntur à seculo recessisse, aut perpetuo religioni obligati, prout exigunt iura, clericos seu personas ecclesiasticas priuilegiantia, vt in cap. per exceptionem. de priuileg. lib. 6. Et hanc opinionem videtur sequi Zabar. in d. Clem. cum ex eo. & in Clemen. 2. de præben. In prædictis tamen multum operatur consuetudo, vt dixi in præcedentibus declarationibus.

13 ¶ † Decima declaratio est, quòd prædicta regula procedit etiam in pœnitentibus, secundum d. Antonium in c. seq. vbi vult, quòd sint de foro Ecclesiæ, per c. aliud. 11. q. 1. sed contrarium tenet Do. m. nec obstat c. aliud. quia solùm dicit, quòd possunt alios conuenire in iudicio ecclesiastico, nõ autem, quòd sint conueniendi coram iudice Ecclesiastico, vel secundum glo. tex. ille loquitur de actore pœnitente, & quando ad hoc accedit voluntas ipsius rei. facit quod no. Inn. in c. significantibus. supra de offi. dele. qui vult, quòd tales, & aliæ miserabiles personæ, ita demum possunt adire iudicem Ecclesiasticum, & dicere, quòd velint esse sub eius protectione, si indebitè vexentur, aut iustitiam non recipiant à iudice seculari: aliàs secus. faciunt no. 87. distin. per totũ. & hæc opinio plus mihi placet, quamuis Hostien. in sum. eod. ti. §. 2. ver. in causis pœnitentium, teneat cõtrarium, cuius opin. sequitur Spec. in titu. de compe. iud. adi. §. 1. vers. 17. per d. c. aliud. & per tex. de pœnitent. dist. 1. c. aliud. & sentit etiam Ioan. Cal. qui dicit hoc debere intelligi de pœnitentibus solenniter, de quibus 50. distin. c. in capite. sed idem voluit glo. in d. c. aliud. 11. q. 1. aduerte tamen, quia hæc quæstio potest intelligi dupliciter: vno modo de pœnitentibus simpliciter à peccatis, & cum solenni pœnitentia. & hoc casu placet: quia propter hoc de necessitate non sint conueniendi coram ecclesiastico: quia hoc non reperitur iure cautum, & quia de facili per hũc modum euacuaretur secularis iurisdictio, facit quod no. Inno. & Io. And. in c. 2. de ma. & obe. nisi diceres, quòd ex quo isti grauantur in pœnitentia publica, consequantur hoc commodum, vt non possint nisi à iudice Ecclesiastico astringi. & hoc intelligerem respectu eorum, quæ sunt tunc commissa & perpetrata, de quibus tũc pẹnitentia agitur: ne fortè propter publicam pœnitentiam, cùm pẹnitentia debet esse secreta, daretur occasio contra eos inquirẽdi per iudicem secularem. & istud videtur esse satis rationabile; nisi per fraudem hæc pẹnitentia susciperetur. arg. eorum, quæ dixi in præcedenti declaratione, sed respectu nõ peccatorum, aut delictorum postea commissorum, nequaquam dicendum est, quòd tales efficiãtur propter præcedentem pẹnitentiam etiã publicam, de foro Ecclesiastico. So l. Non potest intelligi de illis fratribus, qui vocantur fratres pœnitentes, seu de pœnitentia, & de illis dixi in præcedenti declaratione. Cogitabis tamen, quia nunc prædicta venerunt in mentem.

14 ¶ † Vndecima declaratio, quòd prædicta regula procedit in his fratribus, qui vocantur Iesuati, secundum d. Anto. in c. seq. quia tales se adstringunt multis disciplinis, & discalciati ambulant, possunt dici in statu pœnitentium. facit 11. q. 1. c. aliud. Dom. m. tenet contrarium per rationes allegatas in duabus precedẽtibus, maximè in 9. nam tales possunt redire ad seculum. Et subdit, quòd eos arbitraretur peccare mortaliter, cùm veniant contra prohibitionem c. fi. de relig. do. & c. 1. de relig. do. lib. 6. in quibus iuribus præcipitur, ne quis nouam religionem inueniat, & sic videntur peccare mortaliter, vt in cap. 1. supra de ma. & obed. & 13. q. 1. c. quod præcipitur. vnde non debent priuilegium reportare ex his causis, propter quas merentur pœnam, & priuilegium amitterent, si haberent, faciunt no. in c. 2. de cle. coniug. sed tu aduerte: quia, vt accepi, ipsi habent priuilegia summorum Pontificum Martini V. & Eugenij IIII. nam Martinus concessit, quòd sint sub protectione Romanæ sedis, non derogando ordinarijs Episcopis, & quòd inquisitores hæreticæ prauitatis nõ possint inquirere contra eos: habent etiam priuilegia circa possessiones & vota, quæ omitto, & sic approbatus videtur eorum status, & per consequens videntur

tur hodie de foro Ecclesiastico, faciunt quæ dixi in 9. declaratione. facit etiam, quod no. Barto. in l. 1. & fin. ff. de colleg. illici.

15 ¶ † Duodecima declaratio, quòd prædicta regula procedit etiam in his, quæ vocantur canonicę seculares, quia etiã tales gaudent priuilegio fori: quia quamdiu in tali statu remanent, etiã si non sint verè religiosæ: sunt tamen personæ Ecclesiasticę, & Deo deuotæ. & ideò gaudent tali priuilegio. ar. no. 28. q. 4. c. quisquis. & quod no. in c. religiosus. de sent. exc. lib. 6. in fi. & ibi per glo. pro quo bene facit 12. q. vlt. c. fin. cum ibi no. & quod dixi supra de Eremitis, & alijs similibus personis. alij verò dicunt, quòd illi nõ gaudent priuilegio fori, sed possunt conueniri coram iudice seculari, quia eorum status nõ est approbatus, vt c. indemnitatibus. in fi. de elect. lib. 6. & inf. de statu mona. c. fi. & in Cle. fin. §. 1. c. illos. de sta. mona. imò est reprobatus. 108. q. 2. c. perniciosè. & ideo non merentur priuilegium immunitatis. argu. l. auxilium. §. in delictis. ff. de mino. & hanc opi. sequi videtur Io. And. in c. dilecta. supra de maior. & obed. vbi etiam glo. no. de istis canonicis. & ita seruat cancellaria, secundum dominos Rotæ, quæ pro talibus non concedit literas. alij verò distinguunt, quòd aut quęritur de tempore, quo portant habitum suæ canoniæ, vt superlitium, vel alium habitum, & quo seruiunt Deo, & tunc reputant eas personas Ecclesiasticas, & gaudere priuilegio fori: sed quãdo degunt in proprijs domibus extra seruitium Dei, tunc non gaudent. ar. l. item apud Labeonem. §. si quis virginem. ff. de iniur. & ita concludunt domini de Rota, decis. 398. in antiquis. Sed tu aduerte, quia decisio videtur aliter facienda, secundum ea, quæ superius dixi in quatuor præcedentibus declarationibus, videlicet, vtrũ talem habitum & viuendi modum assumãt authoritate Episcopi, vel superioris, & gaudent priuilegio fori: secus, si propria authoritate. & ex prædictis etiam possunt decidi plures aliæ quæst. vt

a de disciplinatis societatibus disciplinatorum,[a] quas Bar. sentit esse sub foro seculari, prout ipse no. in l. sub prætextu. C. de sacrosan. eccl. & Bal. in cap. 1. de pace iur. fir.

16 ¶ † Decimatertia declaratio, quòd procedit dicta regula non solùm in clericis non coniugatis, sed etiam in clericis coniugatis, qui tamen vnicã & virginem ducerent vxorem, vt in cap. 1. de cler. coniug. lib. 6. vnde tales gaudent priuilegio canonis, si quis suadente. & gaudent priuilegio fori, respectu causæ criminalis, sed respectu causæ ciuilis, est dubium nõ paruum. de quo statim subijciam in fallentijs: licet in clericis non coniugatis nullum sit dubium, quòd non possunt conueniri coram iudice laico, etiam si sint in minoribus ordinibus constituti: etiam si consentirent conueniri sub iudice laico, vt in c. at si clerici. supra ti. prox. iunctis his, quæ no. in c. si diligenti. & c. significasti. infra eod. no. Spec. in titu. de reo. ver. item clericus.

17 ¶ † Decimaquarta declaratio, quòd prædicta regula procedit non solùm, si verè personæ clericorũ sint conueniendæ, sed etiam si fictè, vnde vniuersitas ex solis clericis constituta, non potest conueniri coram iudice laico, sed debet conueniri coram Ecclesiastico: quia licet vniuersitas non habeat in se caracterem, tamen ipsum habent illi, qui regunt vniuersitatem, & hoc est expeditum, quando oẽs sunt clerici. sed dubiũ est, quid si vniuersitas esset permixta ex clericis & laicis: & hoc casu, Doct. distinguũt, quòd aut maior pars est clericorum, & tunc, quia minor pars accedit maiori, & mixtum iudicatur à suo potentiori: ideò perinde est, ac si esset clericorũ, per no. in c. quæritur, hermaphroditũ. ff. de sta. ho. & in l. sed si non sunt. §. perueniamus. ff. de au. & ar. le. aut maior pars est laicorum, & tamen poterit conueniri coram iudice laico. ar. dictorũ iurium. aut illi de vniuersitate sunt æquales numero, & tunc clericis accedunt laici eo, quòd clerici digniores sunt, ar. c. quod in dubijs. ff. de conse. ec. vel alta. & hoc no. Bar. in l. 1. ff. de colleg. illicitis. & Bal. in authen. habita. C. ne filius pro patre. & Pet. de Ancha. in repe. c. ea, quæ. de reg. iu. lib. 6. q. 16. & dom. Ant. post Inn. in c. dilecto. de exces. Prælat. & do. me. in c. ex literis. supra de consti. & aliquid per eum, in c. 3. de offic. ord. & etiam aliquid per Bar. in l. cùm senatus. ff. de reb. dub. Sed aduerte, quia Bar. de Sali. prædictam q. latius tractat in authen. habita. C. ne fil. pro patre. format tamen ibi quæst. de vniuersitate scholarium: & dicit, quòd quidam Doct. ibi dicunt, quòd talis vniuersitas debet conueniri sub potestate: quia ipsa est quoddam corpus fictum seu repræsentatiuum, de quo non est specialiter aliqua lege dispositum, sub quo debeat conueniri, & sic stat regula, quòd debeat conueniri corã iudice vniuersali ipsius loci. alij verò dicunt, & melius, secundum eum, quòd si scholares habent priuilegiũ sub quo iudice cõueniantur, vt in d. auth. habita. & hoc ideò, quia sunt de vniuersitate scholariũ: fortiùs hoc priuilegium debet habere ipsa vniuersitas; quia propter quod est vnumquodque, & illud magis, vt in authen. multò magis. C. de sacrosan. eccle. & pro hoc ẽt facit; quia ipsa scholarium vniuersitas nihil aliud est, quàm ipsi scholares, vt no. in l. sicut. ff. quod cuiusque vniuer. nomine. quare concludit, quòd vniuersitas prædicta habet priuilegium, vt eligat, vel Rectorem studij, vel Episcopum, vel Potestatem. Doctorem enim non potest eligere, quia sub vno tantùm Doctore non intrat vniuersitas. Quidam verò Doctores consentiunt prædictis in omnibus, præterquam in vltimo dicto, in quo dicũt, quòd omnes Doctores legentes habentur loco vnius Doctoris, vel saltem vniuersum Collegium ipsorum Doctorum. Deinde Salicet. recitat distinctionem Bar. & Bal. de qua supra dixi. postea verò dixit, sed dicunt mihi isti Doctores egregij, sed maior pars trahit ad se minorem, & per hanc consideratione nem consideramus uniuersitatem esse laicam, uel ecclesiasticam: tunc quæro, quare diuersum dixerũt in electione[b] Rectoris: cùm uelint, quòd quocumque

ADDITIONES.

a *Disciplinatorum. vide Bar. in l. fi. ff. de collegijs illi. in 2. col. & vide Inno. in c. inter dilectos. de do. & quæ no. in c. 1. de relig. do.*

b *No. Rector debet eligi clericus. & adde no. quòd si vniuersitas, in qua sit vnus clericus, committat delictum, ratione illius debet vniuersitas trahi coram iudice ecclesiastico. Ita consuluit ipse Maria. quẽ refert & dicit ita fuisse seruatum in prac. do. Bar. So. in l. cùm Senatus. circa fi. ff. de reb. dub. quod no. perpetuò.*

cumque sint clerici, etiam numero pauciores: in ipsa vniuersitate enim Rector debet eligi, qui sit clericus, vt etiam voluit Bartolus in dicta l. cùm senatus. & Bald. in d. authentica, habita. & est communis opinio. quare dicit Salicetus, se putare sanctius esse, vt dicamus, quòd vniuersitas scholarium conueniri debeat coram iudice Ecclesiastico: quamuis in ipsa vniuersitate clerici sint numero pauciores, & quòd ipsum corpus potiùs debeat censeri Ecclesiasticum: quia Scholares, licet verè sint laici: tamen participant cum clericis, & ideò vbique in partibus Vltramontanis appellantur clerici. Et hoc ideò, quia ministrant in diuinis, & discunt Deo obedire, ac seruire: & etiam Principibus, & per eos debet mundus illuminari, vnde Doctores appellantur etiam Sacerdotes, vt l. prima, ff. de iust. & iu. & propter has rationes datus fuit Episcopus in iudicem, & propter talem participationem concludit Salicetus vniuersitatem Scholarium sub Episcopo conueniendam, vel sub eius Rectore clerico, quia etiam Rector vniuersitatis est competens iudex ipsius vniuersitatis, vt in dicta authentica, habita, iuncta glo. in verbo, Publicis. & in l. fin. C. de iur. omn. iud. & ad hoc dicit bene facere l. præcipimus. C. de appell. nam ibi non considerat nisi dignitatem: licet alter sit additus, qui in nulla sit positus dignitate: nec dicit curandum, si plures in nulla dignitate positi adijciantur vni dignitatem habenti. ego verò vtramque opinionem arbitror, posse saluari per distinctionem dato, quòd in vniuersitate sint longè plures laici, quàm clerici. Dic ergo, quòd aut vniuersitas conuenienda est, vt vniuersitas, & tunc debet conueniri coram iudice seculari, quia tunc non consideratur singulare, vt vniuersitatis, sed vt vnum corpus fictum, & vt vniuersitas: sicut dicimus, quòd illud, quod est vniuersitatis, non est alicuius singularis, seu singulorum; vt l. 1. §. publicè. ff. de rerum diuisione. & in l. in tantum. §. vniuersitatis. eodem titu. & in l. sed si hac. §. qui manumittitur. ff. de in ius vocan. & duodecima, quæstio. 2. capitulo, qui manumittitur. & in l. 2. ff. quod cuiusque vniuersit. & aliud est vniuersitas, & aliud singuli de vniuersitate: quia si idem essent singuli de vniuersitate, quod vniuersitas, non ligaretur statutis vniuersitatis, cum nemo possit imponere sibi legem, vt l. nemo. ff. de pact. & l. penul. ff. de arbitr. & tamen statuto vniuersitatis ligantur singuli de vniuersitate, vt in capitulo, ex literis. supra, de constitut. & in executione incumbentium actiuè & passiuè se habet vniuersitas, sicut vnum corpus, vt l. mortuo. ff. de fideiussor. & in l. ergo. §. fin. ex quibus causis ma. & per Oldr. consil. 100. & vide quod latiùs dixi in capitulo, dilectus. el 2. infra de simo. & in capitulo, dilecta, infra de excess. Prælat. Ex quo l. illa dat potestatem creandi Rectorem. Sol. Do. me. in disputatione, quæ incipit, Gandulfus. in fi. primi dubij distinguit, quòd aut est laicus, & non potest, quia non est capax huius iurisdict. vt in cap. cùm non ab homine. sup. de iu. Et supra dixi. tenet Barto. l. fin. ff. de colle. illi. & Bald. in authentica, habita. C. ne fil. pro patre. sentit Innocen. in cap. cùm ab Ecclesiarum. supra de officio ordin. vnde hoc casu, clerici studentes erunt de vniuersitate.

Et erunt exempti à iurisdictione Rectoris: nec est hoc nouum, cùm sæpe contingat huiusmodi exemptio. l. 1. ff. ad mu. no. so. in prædicta l. fin. aut Rector est clericus, & distinguit tres casus, quia aut vniuersitas pro maiori parte est clericorum, & potest cognoscere. mouetur, quia ex quo iura approbant hanc vniuersitatem, etiam mixtam, vt colligitur ex cap. quia in causis. de procu. & in proœ. Clem. ubi scribit vniuersis Doctoribus & scholaribus Bonon. commorantibus, & postea comprehendit eos sub nomine vniuersitatis: ergo iura vniuersitatis videntur eis concessisse, & per consequens possint habere syndicum, sigillum commune, & similia, quia qui vult antecedens, videtur etiam velle accessoriũ, quod ex illo sequitur, vt no. in cap. cum M. de constit. facit etiam cap. ex literis. de constit. cum ibi no. sicut enim in collegijs realibus, clerici subijciuntur prælato collegij. cap. 1. de elect. 16. quæst. fi. cap. congregando. no. gl. c. quanto. de off. ord. ita eadem ratione idem videtur dicendum in collegijs personalibus, quale est collegium scholarium. nec competat rectori hæc iurisdict. directo in scholares, ex dispositione legali, sed ex approbatione cano. subdit tamen. D. M. quòd si scholaris conuenitur coram Episcopo loci ratione contractus vel delicti, non poterit ipsius iudicium declinare, eligendo rectorem, per tex. dicta l. fin. C. de iu. omn. iud. no. Innocen. in cap. cum ab ecclesiarum. de offic. ord. Et sic erit in optione actoris, coram quo conueniat scholarem. Item coram rectore non poterit conueniri, nisi de his litigijs, quæ oriuntur occasione scholasticæ professionis, vt no. dicta l. fin. & per Innocen. in d. cap. cum ab ecclesiarum. faciunt no. per Bald. in l. fin. C. ad se. consul. Ma. aut tot sunt clerici, quàm laici. & idem: quia talis vniuersitas ecclesiastica, cum magis dignum &c. cap. quod in dubijs. de consec. ec. vel alta. & Bart. l. fin. ff. de col. illi. & Bald. in d. authent. habita. aut maior pars est laicorum, & secundum quod sentiunt Barto. & Bald. talis vniuersitas debet censeri laicorum. facit quod supra dixi: quia hoc debet considerari, quod potentius agit, non quod dignius. Et hoc videtur verum de iure in genere, secundum D. M. quod ipse tenuit in cap. si diligenti, infra eod. motus principaliter per no. per Inn. in d. cap. cum ab ecclesiarum. Item, quia cum vniuersitas det iurisdict. rectori, vt no. glo. in l. & quia. ff. de iu. omn. iud. & Ioan. Andr. in cap. quoniam Abbas. de offic. deleg. non potuit hæc vniuersitas, cum censeatur secularis, transferre iurisdict. respectu clericorum in rectorem suum: cũ illam non haberet. dicit tamen D. M. in dicta disputatione, quę incipit, Gandulfus, de æquitate subsanari posse: prout etiam habet cõsuetudo, quòd talis rector possit exercere iurisdict. in clericum. Et sic est consuetudo per omnia studia Italiæ, in quibus tamen maior est copia laicorum. mouetur: quia iura cano. & ciuilia approbant talem vniuersitatem: quamuis sit mixta clericis & laicis, & sic hominibus disparis prof. vt supra dixi, ergo videntur dari tutori iurisdict. indifferenter rectori, ex quo subiectum recipiẽs est habile, quia est clericus. Nec ob. quod dicit Innoc. in cap. cùm ab ecclesiarum. vbi vult quòd ad hoc vt electus habeat iurisd. in clericos, duo requiruntur. Primò, quòd sit clericus. Secundò, quòd vniuer-

sitas, quæ ipsum elegit, sit clericorum aut religiosorum. quod dictum Inn. debet intelligi de collegio ecclesiæ, vel monasterij: & sic de collegio reali: quibus casibus oportet, quòd rector vel Prælatus eligatur à clericis vel religiosis. ar. c. ex eo. de ele. lib. 6. vel secundò potest dici, & melius, quòd Inno. non dicit simpliciter, quòd rector debeat esse electus à collegio ecclesiastico ad hoc, vt habeat iurisd. in clericos: sed requiritur, quòd collegium sit ecclesiasticum ad hoc, vt habeat iurisd. spiritualem, scilicet excommunicãdi, interdicendi, & si. exercendi: & ita proprie loquitur, quasi aperte velit, quòd talis rector nõ potest aliter censuram ecclesiasticam exercere, nec de causa spirituali, metu cognoscere: non autem negat quin in temporalibus & profanis possit cognoscere contra clericos, ex quo rector est clericus, & electus ab vniuersitate approbata. quod etiam videtur sentire Inno. in c. quanto. prope fi. ff. de off. or. vbi dicit, quòd electus ab vniuersitate non consequitur potestatem excõicandi: sed solum iurisd. sed si confirmationem recipit ab Episcopo: tunc potest interdicere & excommunicare: quia talem potestatẽ recipit ab Episcopo confirmante: nõ ab vniuersitate, cum excommunicatio sit mucro spiritualis. 16. q. 2. c. visis. Et ex prædictis potes colligere, an & quando talis rector possit excommunicare, de qua materia latissimè dixi in cap. 1. inf. de sent. excom. Ma. Nec ob. quod dictũ est de rectore: quia ideò debet esse clericus & non laicus, si in vniuersitate sunt aliqui clerici, quia rector non solum super vniuersitatem habet iurisdict. sed etiam contra singulos de vniuersitate, & ideò debet esse clericus. vnde necesse est vel rectorem esse clericum, vel clericos esse ab ipsius iurisdictione exemptos: nec est hoc nouum, quòd aliqui sint de vniuersitate, & tamen sint exempti & priuilegiati, vt l. 1. ff. de admin. tut. & ibi no. licet opi. Sali. habeat locum, quando aliqui conuenirent, non vt vniuersitas, sed vt singuli de vniuersitate, & isto modo intelligitur l. præcipimus. quia licet illi cõmuniter sententiam ferant: tamen cum singuli habeãt iurisdictionem insolidum, necessarium est considerare potentiorem qualitatem ipsorum, qui iudicãt, & secundum illam appellare, ne aliàs daretur absurdum, quòd appellaretur ad æqualem, vel ad minorem contra sententiam & diffinitionem appellationis, de qua dixi in rubrica, inf. de appel. facit quod statim subiũgam in seq. declaratione. & prędicta notabis, quia nouissima sunt. istud tamen vltimum ex tẽpore venit in mentem, ideò cogitabis. A. B. sed aduerte, quia contra prædictam opi. fortiter ob. quia si vniuersitas est mixta, magis dignũ debet attrahere ad se minus dignum, vt in c. quod in dubijs. de cõse. eccl. vel alta. dixi in c. quanto. sup. de iu. ergo deberet dici potius clericorũ, qui digniores sunt, & corã iudice ecclesiastico cõueniri. So. dicendum arbitror, quòd in eo, quod consideratur vt vniuersum, attẽdimus ꝙ potentius est, & potẽtius agit. nam quod dignius, vt probatur in c. ex literis. & c. cũ secundùm. inf. de iu. pa. & probatur ẽt in l. quæritur. ff. de sta. ho. vbi data inæqualitate sexus, quia magis incalescat in sexu fœminino, quàm masculino: licet sexus masculinus sit dignior: tamen iudicatur vt fœmina, nõ vt masculus. facit tex. Inst. de rerum diui. §. si tamẽ. & ff. de au. & arg. leg. & si nõ sint. §. perueniamus. & quod no. Bar. in l. fi. ff. de colle. illi. & Bal. in auth. habita. C. ne fi. pro pat. sed aduerte, in contrarium facit quod dicam in seq. declar. Et ad prædicta vide quæ dixi inf. eo. c. significasti. in 6. prin. ar. quæ. 7. ver. item iuxta prædicta subijce. vbi vide, an rector scholariũ possit cognoscere contra scholarem clericum. & vide inf. eod. tit. fi. in 4. prin. ar. ver. prædicta tamen regula primò fallit. sequ. quę. vtrum rector vigore dispositionis l. fi. C. de iur. omn. iud. habeat iurisd. in scholares clericos.

18 ¶ † Decimaquinta [a] declaratio est, quòd litera a prædicta procedit nõ solùm, si solus clericus est conueniendus, sed etiam si esset cõueniendus vnà cum laico: quo tamen casu, si pro causa indiuisa & connexa sunt conueniendi, debent conueniri coram iudice ecclesiastico: secus si causa est diuidua: quia tũc quilibet debet conueniri coram iudice suo. hoc singulariter voluit Dyn. in l. iurisperitos. §. 1. de exc. tut. & sequitur ibi Bar. quod ego arbitror procedere, etiam si plures laici cum vno solo clerico essent conueniendi, & causa esset indiuidua. Nec ob. quæ dicta fuerunt in præcedenti declaratione: quia ibi conueniuntur vt vniuersitas, & ibi conueniantur, vt singuli, & ideò attenditur persona clerici, licet laici sint plures. facit l. præcipimus. C. de appel.

19 ¶ † Decimasexta declaratio, quòd prædicta procedit in rectoribus piorum locorum, hospitalarijs, leprosarijs, & similibus, secundum Pet. de Ancha. in repet. regulæ, ea, quæ fiunt. de reg. iur. lib. 6. q. 15. & in Cle. ex eo. de sent. excom. sed Laud. & Io. de Lig. in Cle. 2. de præben. tenent, quòd non gaudeant priuilegio ecclesiastico, nec Imperatoris, nec in bonis, quia non sunt clerici. Host. verò in sum. in ti. de reg. c. 1. ver. quid de rusticis, videtur etiam idem tenere: nisi tales ędificassent talia pia loca, & promisissent in manibus Episcopi castè viuere, & mortua vxore aliã non superducere, & etiam renũciare proprijs: quibus interuenientibus, isti essent quodammodo religiosi, seu quasi conuersi. & idem tenet Do. m. in c. seq. & mihi placet. Zab. tamẽ tenet quòd licet tales non habeant priuilegium canonis, si quis suadente. 17. q. 4. cùm illud solùm cõcedatur clericis, nisi aliud specialiter reperiatur expressum, vt in conuersis & similibus, secundùm quod latè dixi in tit. de sen. excom. in 9. principali articulo: tamen priuilegio fori debent ipsi gaudere, tãquam personæ ecclesiasticę. facit quod dixi, sup. in 9. declaratione. & isto modo potest intelligi tex. in ca. 2. de ec. ædifi. vbi leprosarij appellantur religiosi. secus si prædicta non interuenirent, sed simpliciter assumerent sibi aliquem habitum, & propria authoritate ædificarent aliquem locum pium: nisi fortè aliud haberet consuetudo, quæ in talibus seruanda est, vt sæpius dictum est. vel nisi conuenirentur ratione bonorum, quæ obtulisset alicui loco, qui esset de foro ecclesiæ: nam tunc atten-

ADDITIO.

a *Attende quòd ratione connexitatis causæ, laicus consors litis cum clerico trahitur coram iudice ecclesiastico. facit tex. in l. si communem fundum. ff. quibus mod. serui. amit. & quæ per illam l. dicunt mo. in cap. 1. 2. & 3. col. de præscr. mo. in l. si emancipati. 3. colum. C. de colla. Pau. consi. 323. lib. 3. in fi.*

attenderetur conditio rei in iudicium deducendæ, vt in cap. sanè. infra eod. facit etiam, quod de rusticis & colonis dictum fuit in quinta declaratione. & quod etiam dicam infra, in duabus sequentibus declarationibus.

20 ¶ † Decimaseptima declaratio est, quòd prædicta regula procedit non solùm in clericis, sed etiam in eorum vxoribus: quia sicut clerici gaudent priuilegio fori, vt dictum est: ita & eorũ vxores,[a] vt no. glo. 32. di. c. eos. & 11. quæst. 1. cap. 2. sed Ioan. Andr. in cap. 1. de cler. coniug. lib. 6. tenet contrarium: quia hoc non reperitur iure cautum. Item, quia inconueniens videretur, quòd in ciuili conueniretur coram seculari, in criminali coram ecclesiastico, tu conclude, quòd in omnibus casibus, in quibus clericus cõiugatus gaudet priuilegio fori, similiter etiam vxor gaudet: vnde si maritus promotus est ad sacros ordines, & vxor vouit continentiam, aut si maritus professus est, secundum quod tractatur in cap. cùm sis. & in cap. sanè. infra de conuer. coniug. tunc sicut maritus in omnibus gaudet priuilegio fori: ita & vxor, per iura statim alle. Si verò maritus est simpliciter coniugatus; & clericus, & non est separatus ab vxore, & non incedit in habitu, & tonsura, sicut ipse non gaudet aliquo priuilegio fori, vt d. cap. 1. de cle. coniu. sic etiam nec ipsius vxor, sed si incederet in habitu & tonsura, sicut ipse gaudet priuilegio clericali, quò ad omnes causas criminales, etiam ciuiliter intentatas: ita & eius vxor, vt dixi supra in Rub. ver. 67. non obstant ar. Io. And. quia nõ est verum, quòd sit inconueniens, quod dicit Io. And. quia idem inconueniens esset in marito. & tamen illud nõ habet obstare. vnde sicut maritus quò ad causam criminalem etiam ciuiliter intentatam, gaudet priuilegio fori, ita & vxor. nec ob. quòd diuersa sit ratio in marito ratione characteris, vt voluit Ioan. And. quia licet ista ratio diuersificet quò ad priuilegium canonis, si quis suadente. 18. quæst. 4. tamen non infert, quò ad priuilegium fori, vt dixi in præcedenti declaratione. & per id, quod no. de iunioribus, in cap. sequen. nec est etiam inconueniens, quòd respectu unius causæ, quis sortiatur forum coram vno iudice, & respectu alterius, coram alio, vt clarissimè colligi potest ex his, quæ supra dixi, in Rub. non ob. quòd hoc non reperiatur iure cautum, quia imò reperitur cautum ex regula generali, quæ vult, quòd vxor sequatur forum viri, vt l. pe. C. de fab. Et prædicta procedũt, si vxor sit legitima, secùs si non sit legitima, per tex. in l. de iure. ff. ad mun. & no. glo. 32. distin. in cap. eos. & glo. 11. quæstio. 1. c. 2. in contrarium tamen facit, quod dicam de concubina, in sequenti declaratione.

21 ¶ † Decimaoctaua declaratio, quòd prædicta regula procedit in filijs, cum familia clerici, hoc tenet glo. 11. q. 1. c. 2. & quamuis aliqui velint, quòd istud procedit in familia Episcopi, solùm speciali fauore ipsius Episcopi, per no. per Io. And. & Doct. in c. tin. supra, de off. Arch. tamen si rectè aspiciantur verba Io. And. videretur sentire, quòd idem sit in familia cuiuslibet clerici. & quamuis Arch. velit, quòd hoc procedat in familia nõ mercenaria: secùs si in familia, quæ ex mercede constituta seruiret ex precio, tamen Alb. de Rosa. in l. 1. C. de epis. & cler. vult, quòd illud intelligatur de his, qui seruiũt mercede dietim pro aliquo paruo tempore: secùs si ad annum, vel ad longius tempus, & latis placet: gaudent ergo filij & familia priuilegio fori. A. B. Et ita intelligo dictũ Baldi in l. 1. C. de epis. & cler. vbi dixit, quòd familiaris perpetuus habet priuilegium perpetuum, sicut dominus: temporalis autem, non nisi durante familiaritate, vt in c. cùm olim. de arb. per Inno. intelligo enim de temporali, qui non dietim seruiat. Ma. Ad quod vide, quod dixi sup. in quinta declaratione. & in c. ad liberandum. inf. de Iudæ. in 10. & 15. no. & quod no. in c. cùm non ab homine. inf. de senten. ex com. & ad id quod dixi de filijs, vide tex. in d. l. pen. C. de fab. lib. 11. & l. 2. C. de episc. & cler. & sic ex prędictis sequitur, quòd oblati, & conuersi Ecclesiarum etiam scholarium, cùm sint de familia clericorum, & vt perpetuò ibi sint, gaudent priuilegio fori. ad quod vide, quod no. 27. q. 1. c. vt lex continentiæ, & in c. vt priuilegia. inf. de priuil. & etiam Host. in sum. in tit. de reg. §. 1. vers. quid si de rusticis. & de materia oblatorum vide, quæ latiùs dixi in tract. oblatorum & oblationum. Et per prædicta videtur dicendum, quòd etiã concubina clerici, cùm sit de familia, non possit conueniri, nisi coram iudice Ecclesiastico. & hoc tenet gl. & sequitur do. Dom. 32. dis. c. eos. quod ego arbitror procedere respectu sacrilegij, quod cõcubina dicitur committere fornicãdo cum clerico, prout sentit glo. prædicta in d. c. eos. & ideo efficitur de vtroque foro, vt dicam in c. cùm sit generale. inf. eo. & locus esset præuentioni. Sed alio respectu videtur mihi dicendum contrarium, quòd non gaudeat priuilegio fori: quia ex delicto non debet commodum[b] reportare: & quia si illa, quæ reputatur vxor, & etiam minùs legitima, nõ gaudet priuilegio fori, vt dixi in præcedenti declaratione, longè minùs debet gaudere concubina.

22 ¶ † Decimanona declaratio, quòd prædicta regula procedit, non solùm in clerico, sed etiam in ipsius fideiussore, vt scilicet debeat conueniri coram iudice Ecclesiastico, & hoc tenuerunt quidam: quia exceptio, quæ competit principali, competit etiam fideiussori, secundum ea, quæ traduntur in cap. peruenit. infra de fideiuss. & quia fideiussor non intelligitur obligatus in duriorẽ causam, quàm principalis, vt l. Græcè. §. illud. ff. de fideiuss. Sed contrariam sententiam communiter tenent Doct. quòd talis sit coram seculari conueniendus, quia ad hoc dantur fideiussores, vt magis cautum sit creditoribus, vt l. 1. & 2. ff. qui satisd. cog. & hinc est, quòd si pupillus sine tutoris

ADDITIONES.

a No. quòd vxor clerici incedentis in habitu & tonsura, gaudet priuilegio fori. ar. reg. generalis. l. cùm quædam puella. ff. de iurisd. omn. iud. C. de incolis. in fi. lib. 10. facit l. fœminæ. ff. de sena. & ratio est, quia coniugiũ non repugnat ordi. no. in c. cùm olim. de cle. coniu. non ob. quòd ipsa non habet characterem: quia multi non habent, qui tamen gaudent, vt moniales, familia Episcopi, conuersi ecclesiarum. c. de monialib. de sent. excom. imò fortiùs, & post mortem viri, cùm vidua censeatur viuere in matrimonio. c. ex parte. de foro compe. l. ante. C. de nup. aliqua per Abb. in c. 1. inf. eod.

b Facit textus in l. si ab hostibus. §. 1. ff. soluto matrim. & ibi not.

toris authoritate compromittat, & præstet fideiussorem: potest peti pœna à fideiussore: ad quam pupillus aliàs non teneretur, nisi fideiussorem præstitisset: vt l. si pupillus. ff. de arb. & præterea iste creditor fuit secutus personam fideiussoris, & non clerici, cũ quo fortè aliàs non contraxisset. C. si tut. vel cura. nõ interue. l. si creditor. Item hoc est priuilegium personale, vnde personam non egreditur: vt in regula priuilegium personale. de reg. iur. lib. 6. & hanc opinionem tenet Spec. in tit. de comp. iu. adi. §. 1. ver. sed pone, clericus.

¶ Vigesima declaratio, quòd prędicta regula procedit etiam in rusticis clericorum, sed de hoc dic, vt incidenter tetigi in 5. prin. declaratione.

23 ¶ † Vigesimaprima declaratio, quòd prędicta regula procedit non solùm in clerico conuento & litigãte, sed etiam in curatore dando ipsi clerico: quia si intra 14. annum ageret, aut conueniretur, & indigeat curatore, dandus est sibi curator à iudice Ecclesiastico, vt in c. fin. de iud. lib. 6. ibi glo. super verbo, huiusmodi. Et ad hoc etiam domini de Ro. decisio. 204. aliàs 200. allegant c. si diligenti. inf. eo. sed tamẽ decidunt in contrarium, quando propter litem quæ penderet coram iudice laico, dandus esset curator, qui curator nõ potest dari, nisi per eum coram quõ lis pendet: licet ipsi clerico ante litis pendentiam deberet dari curator per iudicem Ecclesiasticum. Alij verò tenent, quòd semper sit dandus à iudice Ecclesiastico: quia in dando curatore, tangitur subiectio clericalis. sed ad hoc potest responderi, quòd hoc non est verum: quia curator datur potiùs causæ, quam personæ: vt Inst. de cura. §. curator. & l. sancimus. §. sed si quis. C. de admin. tut. Nec obst. quòd in hoc videretur subijci clericus iudici seculari, quia propter hoc non sequitur, quòd non debet à iudice seculari dari curator: quia etiam in ipsa causa principali intentata per clericum coram seculari, subijcitur iudici seculari, per c. verum. & c. cùm sit generale. infra eo. ergo non mirum si subijcitur in accessorio, causam ipsam tangente. ar. regulæ, accessorium. de reg. iur. lib. 6. & in hoc etiam residet do. Domi. in d. c. fin. de iud. lib. 6. Et sic videtur concludendum, quòd aut lis pendet coram Ecclesiastico, & ab Ecclesiastico dandus est curator: aut coram seculari, & dandus est à seculari: aut nulli pendet lis, & dandus est per Ecclesiasticum. & ex prædictis ego infero, quòd si clerico pupillo aliquo modo esset dandus tutor, dandus est per iudicem Ecclesiasticũ, quia tutor datur principaliter personæ, vt l. 1. ff. de tuto.

¶ Vigesimasecũda declaratio est, quòd prædicta regula videtur procedere secundum aliquos, etiam in actu voluntario fiendo coram iudice, seu iudicis authoritate, prout est emancipatio, vnde clerici secundum aliquos, debet fieri coram iudice Ecclesiastico. Sed tu vide dominos de Rota, decis. 567. aliàs 674. quę incipit, Item, quòd emancipatio. qui dicũt, quòd tàm Ecclesiasticus, quàm secularis possunt authorizare tali emancipationi, per no. per glo. in ver. huiusmodi. in d. cap. fin. de iu. lib. 6. & per no. per Cynum in l. si prædium. C. de prædijs mino. quamuis

a enim lex dicat, quòd emancipatio [a] debet fieri coram iudice competenti, vt in l. 1. C. de emanc. tamen isto casu etiam laicus potest dici iudex competens: quia emancipatio est actus, qui fit per patrem: non autem per filium, vt d. l. 1. Et ideo à iudice patris; non filij videtur solennizandus. facit etiam, quia ius patriæ potestatis à iudice seculari, & non ab Ecclesiastico fuit introductum: facit Instit. de patria potestate, in prin. Item quia iste actus procedit à sola patris voluntate: igitur, &c. facit, quod in simili traditur in c. 1. de rebus ecclesi. non alien. li. 6. & in Clem. 1. eo. titu. in quibus traditur, quòd in alienatione rei pertinentis ad beneficium, quæ res sita est extra diœcesim beneficij, exigitur consensus Episcopi beneficij. Nec obstat, quòd actor sequatur forum rei, vt in c. cùm sit generale. infra eod. quia illud procedit in contentiosis, & quando iudicium redditur in inuitum, secùs in istis voluntarijs. & pro ista opinione facit, quod no. Inno. in c. quod in dubijs. sup. de renun. vbi vult, quòd ille recipiat renunciationem beneficij, qui potest illum inuitũ priuare beneficio. præterea, sicut in emancipatione necessaria quando pater cogitur, vt emãcipet filium, debet cogi coram suo iudice, vt in c. si clericus. & in c. cùm sit. inf. eod. fortius in voluntaria debet sibi hoc concedi. nec obstat c. fin. de iud. lib. 6. quia loquitur, quando agitur de re spirituali. & ita etiam concludit ibi d. Domi. & tenet Petr. de Anch. in repe. c. ea, quæ. de re iu dic. lib. 6. q. 18. potest tamẽ pater, si vult, ipsum filium emancipare coram Ecclesiastico.

¶ Vigesimatertia sit, quòd prædicta regula procedit nõ solùm, si clericus dicat se clericum, sed etiam si taceat se clericum: quia licet non alleget, aut non excipiat de clericatu: tamen processus & sententia iudicis laici non tenet, per no. in cap. si diligẽti. & c. significasti. infra eod. & per gl. nostram hic. & tenet Spec. in titu. de citatione. §. contra. versi. sed pone. & Arc. 15. q. 4. ver. placita. & Bar. consil. 26. quod incipit, clericus.

24 ¶ † Vigesimaquarta declaratio est, quòd prædicta regula procedit non solùm in clerico, sed etiam in generali administratore Ecclesiæ, vt sentit gl. 89. di. c. iudicatum. & sequitur Dominus meus in c. seq. & supra tetigi in quinta declaratione.

¶ Vigesimaquinta declaratio, quòd prædicta regula procedit, siue clericus conueniatur actione personali, siue conueniatur reali, etiam si conueniatur reali, pro rebus proprijs patrimonialibus, ad quod vide, quæ dixi in c. sanè. inf. eod. ver. 9. declaratio. vbi omnino vide. Sed quęro circa prædicta, quis exemerit clericos à iurisdictione seculari. ¶ Soc. Paul. dicit, quòd Papa ipsos exemit de consensu Principis. 11. q. 1. c. 4. & in Authen. de sanct. Episcopis. §. si quis contra. & in Authent. vt clerici apud propri. Episcopos. §. si verò ecclesiasticum. Tu verò dicit, quòd iure diuino fuerunt exempti, per tex. 96. dist. 1. cap. si Imperator. vnde dicunt Inno. & Host. in c. 2. de maior. & obe. quòd cum clerici sint res spirituales, quia corpus & animam in sorte Christi transtulerunt. 12. q. 1. in c. cui portio. non debent iudicio, seu constitutionibus laicorum subiacere. 10. d. c. Imperium. & c. in adiutorium. per quod videntur velle Innoc. & Host.

ADDITIO.

a *An emancipatio facta coram incompetenti iudice, tractu temporis conualescat, vide Philip. Deci. consi. 15. colum. 3. in fi.*

Host. quòd Papa possit etiam sine Imperatoris consensu, clericos eximere, Et sequitur Io. Andr. in d.c. 1. de maior. & obed. Tu vide glo. in verbo, diuino, in c. quàquam. de cen. lib. 6. quę vult, quòd in testamēto veteri Ioseph exemit sacerdotes à potentia Pharaonis, Genesis c. 47. & alibi habetur, quòd rex Adagar, vt traditur in lib. Esdræ, c. 7. Sed in nouo Testamento clarum est, quòd Christus illos exemit, dum dixit, Tu es Petrus, &c. Matth. 16. 49. di. cap. ita dominus. & 21. di. c. in nouo. & 9. di. c. quoniam. & 96. di. c. cùm à duorum. vnde dicit D. M. quòd Papa hodie non possit subijcere clericos Imperatori, quia non potest contra ius diuinum dispensare. 25. q. 1. c. sunt quidam. Subdit tamen, quòd etiam procedit, si teneremus; quòd essent exēpti ab Ecclesia, & non à iure diuino: quia cùm per talem subiectionem decoronaretur status totus Ecclesiæ, non potest Papa attentare, 7. q. 1. c. & si illa. no. gl. in c. literas. de rest. spo. Et ita tenet Do. meus in c. 2. supra de maior. & obed. & sic ex prædictis habes latè declaratam prædictam regulam. Quæ tamen regula sic declarata, recipit fallentias 32. scilicet:

¶ Prima, Si clericus contra laicum agit.
¶ Secunda, in causa reconuentionis.
¶ Tertia, in causa feudi.
¶ Quarta, data regula Ecclesiastica.
¶ Quinta, in Papa se submittente.
¶ Sexta, si ex permissione, seu deleg. Papæ.
¶ Septima, si laicus ab Ecclesia inuitatur.
¶ Octaua, si vt assessor.
¶ Nona, in subsidium Ecclesiastici.
¶ Decima, prorogatus, seu qui tacet se clericum.
¶ Vndecima, in causa reali.
¶ Duodecima, in degradato.
¶ Decimatertia, in incorrigibili.
¶ Decimaquarta, quādo cognosceret de crimine oppositæ cle. producto in testem.
¶ Decimaquinta, si veniret contra clericum tanquam reus.
¶ Decimasexta, quia nominatus in iudicio.
¶ Decimaseptima, si clericus compareret virtute generalis citationis.
¶ Decimaoctaua, iurisd. voluntaria, secundum aliquos.
¶ Decimanona, ratione consue. sed non placet.
¶ Vigesima, in cle. qui post delictum effectus est clericus.
¶ Vigesimaprima, si cle. fideiussit apud acta.
¶ Vigesimasecunda, propter falsitatem commissam in testificando.
¶ Vigesimatertia, in vniuersitate mixta.
¶ Vigesimaquarta, in cle. inuasore apost. se.
¶ Vigesimaquinta, in cle. volēte fidē subuertere.
¶ Vigesimasexta, in schismaticis contemnētibus excommunicationem.
¶ Vigesimaseptima, ratione tributi.
¶ Vigesimaoctaua, in cle. deputato executore.
¶ Vigesimanona, si alieno nomine conuenitur.
¶ Trigesima, in clerico bigamo.
¶ Trigesimaprima, in coniugato ēt non big. &c.
¶ Trigesimasecunda, in coniugato non biga. &c.

25 ¶ † Primò fallit in clerico agente contra laicum: nam cùm ipse teneatur sequi forum rei, vt in cap. si clericus. & in c. cùm sit. infra eod. Ideo potest iudicari à laico, nisi qualitas causæ aliud suaderet.

26 ¶ † Secundò fallit in causa reconuentionis, quia si clericus conuenit laicum coram seculari, potest coram eo reconueniri, vt no. gl. & Dom. meus, in c. at si clerici. supra eod. Sed tu dic, vt latiùs dicam in c. 1. infra de mu. pe.

27 ¶ † Tertiò fallit in causa feudi. de quo dic vt latè dicam in c. ex transmissa. inf. eo.

28 ¶ † Quartò fallit, data negligentia, vel defectu iudicis Ecclesiastici, secundum aliquos, per tex. 11. q. 1. c. si quis cū clericis. & in Auth. vt clerici apud proprios Episcopos. in prin. Sed tu dic, quòd hæc fallentia non est vera: quia contra tex. in c. qualiter. supra ti. 1. & ibi dixi. posset tamen saluari, secundum Host. in sum. eo. tit. §. 2. ver. sed nunquid iudex in actione reali; quod etiam mihi nō placet per ea, quæ dicam in c. sanè. infra eod.

29 ¶ † Quintò fallit in Papa, qui se submitteret iudicio Imperatoris, vel alterius laici, per tex. 2. q. 7. c. nos si incompetenter. facit l. est receptum. ff. de iurisdict. om. iud. de quo dic, vt latè dixi in c. significasti. inf. eo. in 2. prin. art. in prin.

30 ¶ † Sextò fallit, quando secularis cognosceret ex permissione, seu delegatione summi Pontificis, vel etiam Episcopi: intelligendo tamen, vt dixi in c. 2. supra titu. 1.

31 ¶ † Septimò fallit, si ab Ecclesia laicus inuitaretur, vt no. glo. 32. dist. c. eos. & no. infra de hære. c. ad abolendam. §. pen. & c. excommunicamus. & 63. d. c. Adrianus. tenet Spec. in titu. de comp. iu. adi. §. 1. ver. in quibusdam.

32 ¶ † Octauò fallit, si secularis cognosceret, & iudicaret, vt assessor clerici, vt dixi in c. 2. sup. ti. 1.

33 ¶ † Nonò fallit, quando iudicaret in subsidium ecclesiastici. 23. q. 5. in c. Princeps. tenet Spe. in d. ver. in quibusdam.

34 ¶ † Decimò fallit per viam prorogationis, seu taciturnitatis eò, quòd clericus conuentus tacuerit se clericum, nec opposuerit exceptionem incompetentiæ. videtur enim, quòd hoc casu processus teneat. ar. no. in c. veniens. inf. de acc. in gl. super verbo, contumaciam. & per Io. 3. q. 3. in c. si Episcopus. sed dic contra, vt dixi sup. in 23. declaratione. & latiùs dicetur inf. in c. significasti.

35 ¶ † Vndecimò fallit in causa reali, secūdum Collect. in cap. qualiter. supra ti. 1. & Hostien. in summa. eod. titu. §. 2. sed tu dic contra, vt dicam latiùs in cap. sanè. infra eod.

36 ¶ † Duodecimò fallit in clerico degradato, vel deposito, vt no. glo. 50. di. c. accedens. & glo. 11. q. 1. c. 1. vel 2. & d. Do. 32. dist. c. eos. de quo dic, vt latiùs traditur in cap. cùm non ab homine. supra titu 1. & ibi tetigi. & vt latiùs dixi in cap. nouimus. infra de verb. signif.

37 ¶ † Decimotertiò fallit, si clericus est effectus incorrigibilis, & se immiscet sæuis & enormitatibus: quòd qualiter intelligatur, dixi in d. ca. cùm non ab homine. & vide per Pet. de Anch. in repe. c. ea quæ. de reg. iur. lib. 6. q. 12. & 18. & 21. & ibi vide de reperto in flagranti crimine, quæ latè dixi in c. perpendimus. inf. de sent. excom.

38 ¶ † Decimoquartò fallit, si contra clericum productū in testem opponeretur exceptio criminis coram iudice seculari, aut de alia ipsius inhabilitatis: quia

quia de eo cognoscit secularis, vt no. Innoc. in c. verum. infra eod. & glo. 2. q. 1. c. multi. & adde quod dicam infra, fallen. 22.

39 ¶ † Decimoquintò fallit, si laicus veniret ad iudicium contra clericum, non tanquam actor, sed tanquam reus: prouocando tamen ipsum clericum. de quo dic, vt latiùs dicetur in c. cùm sit. inf. eo.

40 ¶ † Decimosextò fallit, si clericus nominatur in iudicio à laico conuento coram seculari: qui clericus nominatus velit causam assumere. Nam, secundùm aliquos, debebit causa agitari contra ipsum clericum coram iudice seculari. de quo per Bartol. & Doct. in l. 2. C. vbi in rem actio. sed de hoc dic, vt latius dicam post Doct. in c. quoniam frequẽter. vers. quod si super, inf. vt li. non conte.

41 ¶ † Decimoseptimò fallit in clerico comparẽte, virtute generalis citationis, seu proclamatis, pro suo interesse: contra quem cognoscit laicus, si dixerit se esse legitimum contradictorem. hoc tenuit Bart. in consi. suo 239. quod incipit, diambra. ad quod vide, quæ dicam in c. cùm sit generale. inf. eo.

42 ¶ † Decimooctauò fallit, secundùm aliquos, in iurisdictione voluntaria. vnde laicus potest emancipare filium clericum coram iudice seculari. de quo tamen dic, vt latius dixi supra in 22. declaratione. In alijs verò actibus voluntariæ iurisd. non sic simpliciter dicunt prædicti Doct. vt in dando tutore, aut curatore. de quo vide per Cy. & in l. generaliter. C. de epis. & cler. per Petr. de Anchar. in repe. cap. ea, quę de reg. iur. lib. 6. quæst. 18. & vide quod latius dixi supra, in 21. decla. Et aduerte: quia Pet. de Anch. in d. quæst. 18. dicit, quòd pro insinuatione fienda donationis transcendentis quingentos aureos, iuxta formam l. sancimus, C. de don. debet adiri iudex secularis: & idem dicit, si laicus minor vult alienare in clericum bona, quæ non possunt sine decreto iudicis alienari, aut ipsi clerici solenniter obligari; quia debet adiri iudex secularis. fortè tamen si clericus vellet facere donationem vltra quingentos aureos, aut existens minor, alienare: aut cum solennitate alteri se obligare: deberet adire iudicem suum. In cõtrarium tamen facit, quod no. Io. And. in c. 2. eo. tit. lib. 6. vbi vult, quòd pro solennitate, seu authoritate testanda, aut authenticandis literis, fortè deficiente copia tabellionum, debet clericus adire iudicem secularem. cogitabis.

43 ¶ † Decimonono fallit, secundùm aliquos ratione consuetudinis, sed non placet, vt dixi in c. clerici. & in c. cùm non ab homine. supra tit. 1. & probatur expresse in c. 1. de cle. coniug. lib. 6. quod procedit, a etiam si Papa sciret & toleraret,[a] vt no. Ioan. de Lig. & Gas. Cald. in c. decernimus. supra tit. 1. & D. meus, d. c. clerici. posset tamen hæc fallentia saluari in alijs personis Ecclesiasticis non clericis: quæ tamen gaudent priuilegio fori, vt latiùs dixi supra in declarationibus. & vide quod ibi dixi, in 5. declaratione, & in 8. & pluribus seq.

44 ¶ † Vigesimò fallit in clerico, qui post delictum effectus est clericus: quod tamen intellige, vt latiùs tradit Pet. de Ancha. in d. repet. c. ea, quæ. de reg. iur. lib. 6. q. 13. & Io. And. in c. 1. de obl. ad ratio. de quo latius dicam in c. pen. inf. eo. in 15. prin. art.

45 ¶ † Vigesimoprimò fallit, secundùm aliquos, in clerico, qui fideiussit apud acta de iudicato soluendo pro aliquo laico. Nam sententia lata contra principalem, mandabitur executioni per iudicem laicũ, contra ipsum clericum, iuxta plenè no. per Cy. Bal. & Doct. in l. fi. C. de vsur. rei iud. & per Bar. in Rub. ff. iud. sol. traditur in c. 1. de iniur. lib. 6. & per Pet. de Anch. in d. repe. cap. ea, quæ. quæst. 22. quasi in fi. vbi arguit pro ista parte, & postea sequendo Cyn. in l. 1. ff. si quis in ius vocan. non ierit. decidit in contrarium. & idem etiam dicit in clerico, qui fideiussit iudicatum solui pro alio conuento, etiam coram iudice Ecclesiastico, sed non suo iudice, quod est satis mirabile, quia saltem ratione contractus videretur ibi sortiri forum: forte aliquid dicam in cap. dilecti. infra eod.

46 ¶ † Vigesimosecundò fallit, secundum aliquos, in clerico producto in testem coram seculari, contra quem potest secularis cognoscere de exceptione falsitatis commissæ in testificando, vt no. Inno. in c. verum. infra eod. & ibi do. Ant. & in c. cùm dilectus. infra de or. cog. & quod dixi supra, in 14. fal. Host. tamen videtur tenere contrarium in d. c. verum. & sic videtur reprobare opi. glo. & Cy. in l. nullum. C. de testib. vbi volunt, quòd laicus iudex possit punire clericum in testem productum coram se, si falsum dixit. Fede. consi. 88. sentit, quòd possit cognoscere de exceptione prædicta, vt ipsum vel eius fideiussorem condemnet, dum sententiæ executio in personam, reseruetur Episcopo, & idem tenet Arch. 5. q. 6. c. presbyteri. & Dom. me. in d. cap. verum. vbi dicit hoc procedere in quantum Episcopus consensisset clerico in deponendo testimonio. Nam tũc cognoscit de crimine obiecto, non vt puniat, sed in quantum tractatur de præiudicio litigantium. vnde non potest ipsum falsum deponentem, vacillantem, aut variantem punire. & vide ad prędicta Pet. de Anch. in d. repe. c. ea quæ. de reg. iur. lib. 6. q. 22. in prin. & ver. sed iuxta prædicta quæro.

47 ¶ † Vigesimotertiò fallit in vniuersitate conuenta, in qua essent clerici & laici: sed clerici essent numero pauciores: de quo dic vt latius dixi supra, in 14. declaratione.

48 ¶ † Vigesimoquartò fallit in clerico inuasore Apostolicæ sedis, contra quem secularis humano auxilio ab Apostolica sede repellere potest. 79. dist. c. super. & ibi vide glo. & Doct. & no. glo. 23. q. 5. cap. Principes.

49 ¶ † Vigesimoquintò fallit in clericis volentibus fidem subuertere, vt no. glo. in d. cap. Principes. per c. 1. ea. causa. & q.

50 ¶ † Vigesimosextò fallit in schismaticis contemnentibus excõmunicationem, contra quos etiam secularis excogitet iurisdictionem, vt per gl. in d. cap. Principes. quæ allegant c. de Liguribus. 23. q. 5.

51 ¶ † Vigesimoseptimò fallit ratione tributi, secundum

ADDITIO.

a *Adde, quòd nec expressè potest Papa subijcere clericos Potestati seculari, vt ipse Marian. dixit supra, in vlt. declarat. vnde quod non potest expressè fieri: ergo nec tacitè. l. cum quid. si certum peta. & quod ex pacto fieri non potest, nec per consue. vel statutum, vt no. gl. in Rub. C. de decret. Decur. lib. 10. Abb. in cap. sacrosancta. in 3. no. de elect.*

cundum gl.in d.c.Principes.& 23.q.5. c.conuenior.
52 ¶ † Vigesimooctauò fallit in clerico deputato executore, ēt si sit Episcopus, quando sunt instituti pauperes, qui possunt cōueniri tàm coram seculari, quàm ecclesiastico iudice, vt tenet Spec. in tit. de instrumentorū editione. §.nunc aliqua. & ibi vide iura & rōnes, quibus mouetur. & idem tenet Io. And. in c. Ioannes. de testa. & reperio tenuisse quosdā Legistas, quia ipse non conuenitur, vt Episcopus: nec hæres, sed vt administrator nomine pauperum: quare vt quidā tutor & curator facit. l. orphanotrophos. C. de epis. & cle. & l. venditor. ff. de iud. & Cle. 1. de re scr. & quod in simili dicimus de cessionario agente nomine cedentis, secundum no. in l. quoties. in prin. ff. de admin. tut. & per Dy. in regula, pro possessore. de reg. iu. lib. 6. & in l. si mihi & tibi. in prin. ff. de leg. 1. & per Bar. in l. si duo. ff. de so. & optimè facit l. hæres absens. ff. de iu. Sed in contrarium facit, quia Episcopus hoc casu videtur esse hæres, vt in l. si quis ad declinandam. C. de episc. & cler. vbi tex. videtur sentire, quòd teneat nomen hæredis. & hoc tenet Iaco. But. in l. nulli. eod. ti. & Bar. in l. centurio. ff. de vul. & pup. Sed clericus hæres laici conueniri debet coram iudice suo, non in foro defuncti, vt in authen. sancimus. C. de episc. & cler. & ita tenuit gl. Cy. & Bart. in d. l. hæres. facit etiam quod no. Cyn. in authen. quas actiones. C. de sacrosan. Eccles. & maximè, quia inter ipsos pauperes sunt etiam personę clericorum & ecclesiasticarum personarum. Et sic quæstio videtur remanere satis dubia. Sed aduerte, quia in hac quæst. reperio quendam dominum Signorellum de Amides de Mediolano, Doctorem excellentissimū, in quodam suo consilio, quod incipit, pone, instituti sunt heredes, conclusisse attendendam esse formā agendi. nam si Episcopus conuenitur vt hæres, conueniri debet coram ecclesiastico. & ita procedat 2. opin. pro quo ēt facit, quod no. Bart. in l. solent. ff. de alim. & cibar. le. in q. quando sunt instituti clerici & laici. Item facit, quia clericus suo & non alieno nomine conuenitur, vt no. glo. in l. qui seruum. ff. de interrog. ac. Si verò Episcopus conuenitur non vt hæres, sed vt executor, vel vt pater & legitimus administrator pauperum, vt no. Bal. in l. si quis ad declinandam. C. de epis. & cler. Et tunc sit vera prima opinio: quia non attenditur persona Episcopi, sed pauperū, quorum nomine agit, seu conuenitur. facit d. l. venditor. & alia iura primo loco allegata, maximè: quia non reperitur iure cautum, quòd pauperes excusentur aliquo speciali priuilegio clauso in Corpore Iuris, quòd solùm cōueniantur coram iudice ecclesiastico. imò dicit Inn. in c. significātibus. supra de offi. deleg. quòd conuenti coram seculari nō possunt declinare forum, quāuis reperiatur, quòd sint sub protectione Ecclesiæ: quia etiam coram Ecclesiastico agere & conueniri possunt, vt dixi in capitulo, cùm sit. & in cap. licet. infra eo. Non obstat contrarium, quòd in vniuersitate pauperum possunt etiā esse clerici, quia secundum Bar. quando plures sunt laici iudicatur de eā, vt de vniuersitate laicali, sed vt docet experientia, pauperes longè numero sunt plures laici, quàm clerici. & vide quod dixi in c. significasti. infra eo. & sup. eo. in ver. 14. declar. & mihi placet.
53 ¶ † Vigesimonono fallit in om. casibus, in quibus clericus non suo, sed alieno nomine conueniretur: videlicet, si conueniretur tanquam tutor, curator, procurator, aut sub simili forma per ea, quæ dixi in præce. fallen.
54 ¶ † Trigesimò fallit in clerico bigamo, qui etiam in causa criminali potest conueniri coram iudice seculari, per c. 1. de biga. lib. 6. & probatur in cap. 1. de cler. coniu. lib. 6. à contrario.
55 ¶ † Trigesimoprimò fallit in clerico cōiugato, ēt non bigamo: si nō incedit in habitu & tonsura, per tex. in c. 1. de cle. cōiu. lib. 6. & ibi vide qualiter intelligatur. & quid iuris, si dimissum habitum reassumat. quinimò ēt si non esset cōiugatus, & esset in maioribus ord. constitutus, & nō deferat habitū, posset à iudice laico capi, si aliàs ignoraretur clericus, de quo dic, vt latiùs traditur in c. si iudex. de sent. ex. lib. 6.
56 ¶ † Trigesimosecundò fallit in clerico cōiugato, etiā non bigamo, & incedente in habitu & tonsura: quia potest nihilominus cōueniri in causa merè ciuili, per tex. in d. c. 1. de cle. coniu. li. 6. Sed aduerte, quia quidam volunt, quòd tales nō possunt conueniri corā laico: ēt in causa merè ciuili, per tex. in d. c. 1. ver. nec ab ipsis secularibus. quia si ver. ille nō intelligeretur de cā merè ciuili, videretur superfluus: cùm de causa criminali ciuiliter intentata tex. iā pręmisisset. sed Io. And. tenet contrariū ibi. Mouetur: quia tex. ille solùm priuilegiat tales coniugatos super causis criminū, pro quibus pōt agi criminaliter duplici modo. s. ad pœnā corporalem, & pecuniariam, & ēt ciuiliter duplici modo, scilicet ad rei persecutionem, & per viā accusationis, vt sup. de accus. c. super his. vnde illius literæ videtur esse intentio, quòd sicut pęna corporalis, ita nec pecuniaria competat laico. & hoc apertè probat tex. ille, in quantū vult, ne per vnam viam. s. cōdemnationis pecuniarię concedatur laicis punire clericorū delicta, quod per aliā viam. s. corporalis punitionis, denegatur. Et sic in hac opi. residet Io. And. quam sequūtur Io. Cal. & d. Do. ibi. vbi vide per eum latiùs. & est cōis sententia Doct. Et vide ēt duas notabiles limitationes, quas dedi anno præterito in c. Io. inf. de cle. coniug. ¶ Postremò, postquam latè tractauimus, coram quo iudice sint conueniēdi clerici ponendo regulam, & declarationes, & fallentias: tractandum esset etiam de pœna trahentis clericum coram iudice laico, & de pœna iudicis laici contra canonum prohibitionē cognoscentis de causa clerici. sed quia decre. illa satis cū bona dote iuit ad nuptias, tanquam prima, ideò de his dic, vt dicam in c. si diligenti. in 18. prin. artic.

SVMMARIVM.

1 *Clericus quilibet, priuilegio fori gaudet.*
2 *Iniuria clericis illata, Ecclesiæ Dei dicitur inferri.*
3 *Excommunicatus, est ab Ecclesia separatus.*
4 *Excommunicatus, potest excommunicari rursus.*
5 *Excommunicatus pro contumacia non absoluitur, nisi satisfecerit de iniuria.*
6 *Dictio vniuersalis restringitur, ne absurdū sequatur.*

NVLLVS IVDICVM. Iudex secularis, qui per se distringit, vel condemnat clericum, debet excōicari. h. d. & habetur à quibusdam pro palea. 11. q. 1. c. nullus. Diuiditur. Primò prohibet. Secundò pœnam addit. ibi, quod si fecerit.

¶ † Primò

1 ¶ † Primò noto ibi, clericum vllum, propter hâc vniuersalem dictionem, quòd quilibet clericus in quocunque ordine constitutus, gaudet priuilegio fori, vt non posit distringi, aut condemnari à iudice seculari. de quo dixi in d. cap. præcedenti. in tertia declaratione.

2 ¶ † Secundò no. quòd iniuria facta clericis, videtur illata Ecclesiæ Dei. Nam clerici videntur electi in sortem Dei, 21. dist. c. cleros. vnde dicit tex. quòd iniuria eorum ad Christum pertinet, cuius legatione funguntur, vt in c. accusatio. el 1. in fi. 2. q. 7. & tradit gl. in c. postulasti. inf. de Iudæ. & no. in c. cum venissent. supra ti. 1. no. etiam in c. cùm desideres. inf. de sent. excom. & 3. q. 1. c. nulli.

3 ¶ † Tertiò no. quòd excommunicatus dicitur esse ab Ecclesia sequestratus, & ideò debet ab Ecclesia repelli, 21. dist. cap. cleros. versiculo, infideles. sup. 25. distin. c. perlectis. facit eo. responso. infra de senten. excom. ad quod vide, quod latè dixi in cap. sacris. infra de senten. excomm. in 19. prin. art. & in c. per tuas. eo. tit. in 20. art.

4 ¶ † Quartò no. quòd excommunicatus potest iterum excommunicari, hoc colligitur hic: quia secularis distringens clericos personaliter est excommunicatus. 17. quæst. 4. capitulo, si quis suadente. & tamen dicitur hic, quòd debeat sequestrari ab Ecclesia. ergo sequitur d. conclusio, secũdum Dominum meum, qui dicit, quòd hoc nõ procedit respectu iudicis simpliciter condemnantis, qui non est excommunicatus ipso facto. Ego arbitror, quòd verbum, Sequestratus, positum in tex. accipiatur dupliciter, respectu duorum terminorum, quibus adiungitur, vt intelligamus, quòd quando personaliter distrinxit, fit excõmunicatus ipso facto: quando verò non distrinxit, sed solummodò sententiam, aut condemnationem protulit: sit excõmunicandus per sententiam. nec est inconueniens, quòd idem verbum [a] ad

a diuersa relatum, ratione diuersæ subiectę materię dicto modo diuersimodè capiatur, vt est glo. nota. in verbo, Relaxetis. in c. capitulum sanctæ crucis. sup. de rescript. & est glo. fin. in c. si Papa. de priuil. lib. 6. de quo dic, vt latiùs dixi in c. quia circa. infra de priui. regulariter tamen debet vniformiter determinare, vt ibi dixi. & sic patet, quòd tex. noster nõ loquitur nisi de vnica ex communicatione. dictum tamẽ Dom. m. in se est verum, quòd excommunicatus potest iterum atque iterum excõmunicari. de quo dic, vt latè dixi in c. cùm pro causa. inf. de sent. exc. in 11. prin. art. in c. ita quorundam. inf. de Iudæ. & ibi vide, quid operetur multiplicata excommunicatio.

5 ¶ † Vltimò no. ibi, emendet, quòd excommunicatus pro manifesta contumacia non absoluitur, nisi priùs de iniuria satisfaciat, de quo art. dic, vt latissimè dixi in c. venerabilis. infra de senten. excomm. in 25. prin. articulo. ¶ Glo. 1. sentit contrarium, ad tex. in eo, quod dicit, nullus iudicum. Nam cũ tex. dicat nullus, & sic loquatur per vniuersalem negatiuam, videretur sequi, quòd delicta clericorum deberent remanere impunita, contra cap. vt famæ. infra de senten. excommunic. & l. ita vulneratus. in fi. ff. ad legem Aquil. Quare huius timore glo. exponit, iudicium, scilicet secularium, ex qua expositione notabis duo.

6 Primò, † quòd dictio vniuersalis restringitur, ne sequatur absurdum. ad quod tex. l. vt gradatim. §. sed si lege. ff. de mune. & ho.

Secundò colligitur, quòd in appel. iudicum simpliciter facta comprehenduntur iudices seculares, secundum Dominum meum, & potest esse ratio: quia Ecclesiastici potiùs appellantur Prælati, seu Põtifices, vt hic, quàm iudices. Sed contra hoc obst. tex. in cap. cum speciali. infra de appellat. & in c. si iudex laicus. de senten. excom. lib. 6. vbi non sine ministerio additur verbum laicus, quod nõ fuisset additum, si simpliciter intelligeremus de seculari. Quare

b re conclude, quòd ratione subiectæ [b] materiæ quandoque intelligimus de ecclesiastico, quandoque de seculari, & si subiecta materia est conueniens vtrique, intelligimus de vtroque, argum. cap. 1. supra de constit. Sed regulariter prolatum à canone, intelligitur de ecclesiastico: nisi materia repugnet, vt hic. Sed prolatum à lege seculari intelligitur de seculari. vel põt dici, quòd ideo hoc intelligitur de seculari: quia adiungitur verbo, distringere, & condemnare, quę verba simpliciter prolata, videntur denotare generalem potestatem distringendi, quacũque districtione: quam generalem nõ habet ecclesia, vt non habeat sententiam sanguinis, vt in c. pe. infra ne clerici vel mo. Vel dic secundum Vin. & Fran. quos referendo sequitur hic Ioan. An. quòd tex. potest intelligi etiam de ecclesiastico, quò ad clericos alienos in quos non debet quis falcem immittere. 6. q. 3. c. scriptum. ex quo singulariter no. quòd etiam iudex ecclesiasticus distringens aut condemnans clericos alienos, est excommunicatus, vel ipso facto si personaliter distringit: vel debet excõmunicari si simpliciter condemnat, quod est notatu dignum. dic vt dicam in cap. si diligenti, infra eo. ¶ Glo. 2. quærit, qui comprehendantur appellatione iuniorum, & soluit. ¶ In ead. glo. ibi, scholares. dic, quòd gl. fortè habuit respectum ad quasdam ecclesias Alamaniæ, in quibus sunt scholares addiscentes, qui seruiunt ecclesiæ. vel secundum Vinc. intelligitur de iunioribus deputatis obsequio ecclesiæ, qui aduenientc ętate debent promoueri ad ordines. Fed. intelligit de obligatis & adstrictis seruitio ecclesiastico. Tu dic, vt latius dixi in c. præcedenti, in quinta declaratione. & hinc sumpta occasione do. Anton. & D. m. tractant hic de varijs personis ecclesiasticis, coram quibus sint conueniendæ, de quibus dic, vt latè dixi in c. præcedenti. ¶ Glo. 3. sentit contrarium & soluit. ¶ In ead. glo. ibi, à contrario sensu, dic, an & quando vacet vel sumatur argumentum à contrario sensu, vide per Ioan. And. in c. publicato. supra de elect. & quæ latè dixi in l. 1. §. huius rei. de offi. eius, cui mãdata est iurisdict. in fi. glo. dic, vel potest dici, quòd non vacat, si intelligatur de condemnatione in causa merè ciuili, secundum ea, quæ dixi in cap. præcedenti,

ADDITIONES.

a *Facit tex. & ibi glo. in l. 2. in versic. manumittitur. ff. de offi. procons. & illud Virgi. Disce puer virtutem ex me, verumque laborem, Fortunam ex alijs. nec enim fortunatum esse disci potest.*

b *Facit tex. in l. plenum. §. equitij. ff. de vsu & ha. ca. cùm de beneficio. de præben. lib. 6. & Ias. latè in l. si domus. in princ. ff. de leg. 1.*

denti, in finali fallentia: intelligendo de tali clerico. vel dic, quòd etiam non vacat argum. si intelligeremus de pontifice, scilicet summo: quia per eius commissionem potest laicus distringere, & condemnare, vt dixi in c. præced. in 6. fallen.

¶ In glo. 4. in fi. dic de hac materia, vt dicam in c. 1. infra de mu. peti. ¶ Glo. pen. potest recitari per q. dic. vt in ea.

SVMMARIVM.

1 *Archiepiscopus, quandoque venit Primatis nomine.*
2 *Delegare potest, qui & cognoscere.*
3 *Forum quis sortitur in loco, vbi res situatur.*
4 *Possidens res in locis varijs, potest in eisdē conueniri.*
5 *Episcopus in aliena diœcesi censetur priuatus.*
6 *Conueniri corā quo possit possidens res in confinio duarum prouinciarum.*
7 *Priuatus nunquam potest sibi ius dicere.*
8 *Laici non possunt punire clericum delinquentem.*
9 *Statutū disponere potest de bonis in suo territorio sitis.*
10 *Clericus ratione rei profanæ conueniri potest coram laico iudice.*
11 *Clericus in causa feudi conuenitur coram iudice seculari.*
12 *Iudex ratione rei sitæ, non habet iurisdictionem respectu personæ.*
13 *Iudex rei sitæ, qualiter citet possessorem extra territorium morantem.*
14 *Index, nec citare, nec excommunicare potest extra territorium.*

SANE SI EPISCOPI. Ratione, de qua agitur sortitur quis forum. h. d. vel sic: Episcopus ratione rei conuenitur coram Archiepi-
1 scopo, in cuius diœcesi res est sita. h. d. † Primò no. quod appellatione Primatis, quandoque venit Archiepiscopus, nō tamen propriè: quia propriè continetur Patriarcha. 99. distin. c. 1. & 2. Quandoque sumitur pro Episcopo. 4. quæst. 5. c. 1. & ibi vide de significato istius verbi.
2 ¶ †[a] Vltimò no. quòd omnis ille, qui habet pote-
a statem cognoscēdi à iure ordinario, habet etiam potestatem delegandi, quod procedit etiam si sit inferior Episcopo, vt in c. 1. supra de offi. primicerij, & in c. Odoardus. infra de sol. gl. 1. sentit contrariū, quòd Archiepiscopus non teneatur delegare, sed possit per seipsum cognoscere: ex quo res de qua agitur, est sita in prouincia sua. glo. fatetur contrarium. In fi. glo. dic, vel secundum Vinc. tex. potest intelligi, quando Archiepiscopus est remotus à partibus vltra duas dietas. Nam tunc delegabit iudici propinquiori, nisi ex iusta causa impediatur, vt puta, quia subditi suffraganeorum nolunt recipere. in c. pastoralis. supra de offic. ordin. & hoc perpetuò notabis, secundum do. Anton. Nam secundùm istam opin. Vincen. iura loquētia de Papa delegante, qui secundùm hæc tempora non delegabat vltra duas dietas, extenduntur & ad inferiores delegantes: sed D. m. non placet hoc dictum. mouetur: quia quando iudex vult cognoscere ratione rei sitæ in suo territorio, non habetur respectus ad numerum dietarum. sicut enim ratione contractus potest quis conueniri in loco contractus, quamuis distet a loco domicilij vltra duas dietas, secundum ea quæ latè dixi in c. dilecti, infra eod. ita etiam pari ratione videtur dicendum in foro ratione rei sitæ: cùm enim ista æquipararentur, vt in l. fi. C. vbi in rem actio. & in c. fi. infra eo. & no. Inno. in d. c. dilecti. & probatur etiam in c. ex parte. iuncta glo. infra eod. ergo, &c. Et subdit D. m. quòd si talis inferior velit causam delegare extra territorium suum, vbi res sita est, quòd tunc requiritur consensus partium, vt in c. vt litigantes. de offic. ord. lib. 6. Sed si per se vellet cognoscere, non posset: nisi in proprio territorio. Tu verò dic, quod etiam debet accedere consensus iudicis, in cuius territorio fit commissio, vt volunt glo. & Doct. in d. cap. vt litigantes. & istis interueniētibus arbitror, quòd etiam hodie posset, nō solum intra vnam dietam, sed etiā vltra plures delegare: cùm hoc non reperiatur prohibitum, quando accedit partium, & vtriusque iudicis consensus. In contrarium tamen facit, quod no. Io. And. & do. Domi. in c. statutum. §. in nullo. de rescr. lib. 6. & Io. An. in addit. Spe. in ti. de iudice deleg. §. sequitur videre, quid sit officiū. ver. sed nunquid delegatus. vbi concludunt, quòd delegatus à Papa etiam de consensu partium, non potest subdelegare vltra vnam dietam extra diœcesim, in qua causa est sibi delegata. sed posset fortè dici, quòd secus est in delegato Papæ, quàm in inferiore: quia sicut nō valet delegatio Papæ simpliciter facta vltra vnā dietam à diœcesi rei, vt in d. cap. statutum. ita nec delegatus. vel etiam posset forte dici, quòd fauorabilior est iurisdictio ipsius ordinarij, quam delegati etiam apostolici. cogitabis, quia res non procedit sine magna dubitatione, & adde, quæ dicam in cap. ex parte B. infra eod.

¶ Glo. fin. fortificat tex. allegationes, dic vt in ea, & vt infra latius dicam. Postremò: quia superius in rubr. in versi. 95. dixi me hic dicturum, qualiter quis sortiatur forum ratione rei: Ideò hunc articulum latius attingamus. pro ipsius ergo expeditione primò ponam regulam, deinde declarationes & fal-
b lentias, si quæ erunt.[b]
3 ¶ † Est igitur regula, quòd ratione rei sitæ quis sortitur forum in loco, vbi sita est. tex. est hic, & in c. fi. infra eo. & in l. fin. C. vbi in rem actio. 11. quæst. 1. cap. experientiæ. in l. forma. ff. de censib. in l. si prædium. C. de prædijs minorum. & l. fin. C. de præscr. lon. temp. hæc tamen regula recipit plures declarationes.

¶ Prima declaratio est, quòd prædicta regula pro-
c cedit non solum in profanis, sed in spiritualibus[c] & beneficijs, vt in dictis iuribus. quod tamen dixi de beneficijs, intellige secundum D. m. quando ageretur solum de beneficio, quod non requirit residentiam, argum. tex. nostri, & c. dilectus. supra de rescr. & l. fi. C. vbi in rem actio. si enim requireret residentiam:

ADDITIONES.

a *Adde l. & quia, cum materia. ff. de iur. om. ind.*
b *Pro ista reg. vide Rom. in consi. 250.*
c *Adde, quòd si actor meus est clericus, & ego cōuenior rei vend. quòd tamen ipse non potest mutare forum, sed debet me defendere in loco meo, & meo foro. ita Spe. in tit. de primo & secundo decre. §. restat. versi. quid si dominus clericus est. sequitur Bal. in l. 1. C. vbi in rem actio.*

tiam: quia tunc diceretur habere ibi domicilium, secundùm no. in c.ex ore. infra de priui. conueniretur ibi ratione domicilij, de quo dicam in cap. fin. infra eod. Aduerte tamen: quia etiam si beneficium exigeret residentiam de sui natura: sed fortè ex aliqua causa excusaretur à residentia, ad quod vide, quod latè dixi in cap. ex tuæ. infra de cle. non resi. in 9. princ. arti. haberet locum declaratio, & regula prædicta.

4 ¶ † Et no. quòd sicut ille, qui in varijs locis possidet plures res, potest in quolibet loco ratione cuiuslibet rei vbi sita est, conueniri: Ita & si plura beneficia habeat in diuersis locis, ratione cuiusque beneficij in loco beneficij pro quo conueniretur, sortiretur forum, secundum glo. & D. m. in c. quia in tantû. infra de præb. & per no. per Do. in d. c. dilectus. facit quod no. glo. & Bart. in l. 1. ff. ad mu. & Innoc. in d. c. ex ore. & D. m. hic.

¶ Secunda declaratio est, quòd prædicta regula procedit, siue quis conueniatur ratione rerum immobilium, vt hic, & in alijs iuribus supra allegatis in prin. siue ratione rerum mobilium, secûdum Host. in summa, eod. tit. §. 2. ver. item ratione possessionis. & probatur in l. fin. C. vbi in rem actio. & ff. de iud. in l. quod legatum. & l. non aliàs. §. fin. & l. sequen. in Auth. vt omnes qbe. iud. prouinciarum. §. 2. col. 5. licet quidam teneant côtrarium & dicant, quòd illud est speciale in legato, & malè, secundum Host. quia specialitatis nullam possunt sufficientem rationem

a allegare.[a] Et idem etiam dicendum est de rebus se mouentibus, vt elephante & equo. vnde si aliquis trâsiret cum equo tuo per aliquem locum, vbi aliàs non sortiretur forum, potes ibi eum conuenire. Aduerte tamê, quia circa res mobiles, & maximè se mouentes, & in prædicta q. fuerût variæ opi. de quibus per glo. in l. fi. C. vbi in rem actio. & per glo. pen. in c. fin. infra eo. Prima opi. fuit Azo. Franc. Accur. & Oldra. in d. l. fi. & gl. in d. cap. fi. & Innoc. & Compostē. in c. dilectus. supra de rescrip. & Host. hic, qui tenent predictam opi. quòd idem sit in predictis rebus mobilibus & se mouentibus, quod est in rebus immo-

b bilibus:[b] quia ista actio procedit ex possessione, vt in l. non aliàs. §. 1. ff. de iud. Item, quia iura, quæ loquuntur de foro ratione rei, loquûtur generaliter: ergo generaliter sunt intelligêda, &c. Secunda principalis opi. fuit Vgo. per contrarium, quòd prædicta regula non habet locum in dictis rebus, quę opi. magis videtur placere Accur. in d. l. fi. quamuis ipse non bene se firmet: volunt tamen, quòd si conuentus ratione talium rerum petat se remitti ad domicilium suum, debeat remitti, sed quod teneatur satisdare. argum. l. Senatus. ff. de offic. præsid. & l. si fide iussor. §. fin. ff. qui satisda. cog. & si non potest satisdare, sequestrabitur res propter suspicionem de recessu, & hoc tamen de sequestratione fallit in legato, qui non reputatur suspectus, & ideò statur eius iuratoriæ cautioni, secundùm Bal. in d. l. fin. per l. 2. §. si dubitetur. ff. de iud. nec est mirandum, quòd mobilia & immobilia iudicentur hoc casu, vt diuersa. Nâ & ita in plerisque alijs iuris articulis hoc contingit, primò respectu præscriptionis in quatuor tempora, sunt diuersa, vt in iuribus vulgatis. Secundò in onere satisdandi, vt l. sciendum. ff. qui satisd. cog. Tertiò in alienatione fienda ab ecclesia, vt infra de rebus eccle. non alie. in c. nulli. & etiam in alienatione rerum minoris. ff. & C. de rebus & prædijs minorum. Quartò in executione fienda, secundùm ea, quæ traduntur in l. à diuo Pio. ff. de re iud. & in c. quoniam. §. fi. vt lite non contest. Tertia principalis fuit opin. Placentini, quam sequitur Pe. qui distinguit, ꝙ aut res mobilis est mansura in loco, & procedat prima opi. aut non, & procedat secunda, per l. debitor. ff. de Pig. & l. generali. §. vxor. ff. de annu. leg. & in l. cum quidam. ff. de fun. instr. quæ quidem opi. fortificatur secundum Io. An. per c. præsenti. §. 1. de præb. lib. 6. & c. fin. de ver. sig. lib. 6. facit. ff. quibus ex cau. in pos. ea. l. 2. in fi. ff. de in rem verso. in l. si pro tempore. §. versum. & 1. quæst. 1. constat. & quod ibi no. & inf. de torneamentis. c. 2. infra de verb. sign. c. 3. & l. granaria. ff. de act. emp. & C. de ver. sign. l. 1. & 2. & C. in quibus cau. pig. tacitè contra. in l. 3. aliàs 4. & sic residet Ioan. And. in addi. Spec. in titu. de compe. iu. adi.

c §. 1. ver. 20. & in c. fi. infra eod. Et hanc[c] etiâ sequuntur Bar. & Bald. in d. l. fi. tenentes, quòd ibi possit côueniri, vel teneatur satisdare, & in defectum satisdationis, debet sequestrari, & eam etiam videtur tenere Spe. in titu. de satisd. §. 1. in prin. vbi dicit, quòd licet non possit côueniri in loco, per quem transit cû re aliena, quando ibi non est mansura: tamen tenetur satisdare de re nô baratanda, vel alio modo non transportanda, sed de ea exhibenda, quando opus erit. vnde dicit D. m. posse concludi, quòd aut talis nô est suspectus in loco domicilij: quia possidet immobilia, & non tenebitur satisdare, aliàs secus. Sed mihi placet, quòd si non possidet immobilia, seu est suspectus, teneatur satisdare de iudicio sisti, & de re exhibenda, & non baratanda. Si verò non est suspectus, teneatur saltê satisdare de re exhibenda, & non baratanda. Nam licet aliàs sit soluendo, tamen non est plenè cautum actori, si res non exhiberetur propter difficultatem probationis.

¶ Aduerte tamen: quia si quis talem rem mobilem, vel se mouêtem furatus fuerit, cum ratione nouæ contrectationis videatur nouum furtum committere, secundum originalem opin. Bart. posset ratione delicti conueniri, secundùm quod latè dicam in c. dilecti. infra eo.

¶ Tertia declaratio est, quòd regula predicta procedit, siue agatur ratione ipsius rei, petendo ipsam rem per rei vendicationem publicianam, aut similem actionem: siue agatur de turbatione, aut violentia commissa in possessione ipsius rei, quia contra talem turbatorê, aut violentum, potest agi in loco rei sitę, secundùm quòd tenet Spec. in tit. de compe. iudi. adi. §. 1. versi. 20. per l. 1. C. vbi de possess. agi oportet. & l. si prædium. C. de prædi. mino. quod procedit non solùm si in loco fori rei sitæ sit commissa violentia, sed etiam si extra iurisdictionem illius loci. v. g. habeo possessionem in territorio Lucano,

ADDITIONES.

a *Vnde remedium miserorum est, & refugium infœlix, iuxta glo. in l. filium quem. C. fam. ercis.*

b *Quid si agatur actione personali pro re immobili, vide Bar. in l. fi. C. vbi in rem actio. Ro. consi. 197.*

c *Vide Fran. Aret. in consil. 95. 2. col. vbi bene de hac quæst. transiens cum equo, seu alia re mobili, &c.*

cano, ad quam cum ex hac ciuitate Sen. vellem ire,
a tu in districtu Florentino in itinere [a] me detinuisti, ne ad possessionem meam irem: vnde turbas me sub forma prædicta in possessione illius fundi: nam hoc casu, licet me non expellas de illo fundo: tamen pro tali violentia non solum potest agi Florentiæ, per ea, quæ no. in c. postulasti. infra, eod. sed etiam in territorio Lucano, & iste est casus valde notabilis, secundũ Bal. in l. 1. C. vbi de poss. agi oportet. Et ex prædictis infertur, quòd si B. accusatur, quòd de tali mense turbauit A. in possessione rei in tali loco sitæ, & sic cõfinatæ, quòd licet talis libellus propter rem sic confinatam videatur continere locum, secundũ formam l. libellorum. ff. de accu. & ea, quæ latius dixi in c. qualiter. el 2. inf. de accu. in 11. prin. ar. q. 50. tamen prædictus libellus non procedit, quia hoc maleficiũ nullam habet annexam certitudinem: cum potuerit in varijs locis committi, vt patet ex supradictis, & ideo non procedit accusatio sine specificatione loci commissi maleficij, per d. l. libellorum. & hoc singulariter voluit Bald. in d. l. 1. in fi. C. vbi de posses. agi oportet.

¶ Quarta declaratio est, iudicio meo, quòd prædicta regula procedit, siue res sit posita in loco fori conueniendi rei: quo casu, res est clara: siue in loco fori actoris, qui casus est magis dubius in terminis tex. nostri, vt statim dicã. Siue in tertio loco, in quo nec reus, nec actor forum sortiatur. Moueor, quia iura prædicta allegata in regula, simpliciter & indistinctè dicunt, quòd ratione rei quis sortitur forũ. Quare si reus conueniendus sortiretur forum, etiam in alijs locis, vel respectu domicilij, vel ex alia causa, secundũ ea, quæ latè dixi, supra in rubr. tamen posset conueniri in loco rei sitæ. Aduerte tamen, quia in terminis tex. nostri, quando contentio est inter Episcopos, dicit D. M. quòd aut res est sita in diœcesi rei, & decisio est clara: Quia conuenietur coram Archiepiscopo, qui est iudex episcopi, qui rem ipsam possidet, vt in c. pastoralis, supra, de offi. ord. Aut res sita est in diœcesi actoris, & maius est dubium, an possit conueniri coram metropolitano ipsius actoris, & putat Do. M. quòd non possit. sicut enim Archiepiscopus regulariter non habet iurisdictionẽ in personas existentes in diœcesi suffraganei sui, vt d. c. pastoralis. longè minus debet habere in rebus: nisi dicere mus, quòd hoc speciale inducat hoc capitulũ, quod tamen non placet, quia non potest reddi sufficiens ratio specialitatis. quare concludit, quòd cum casu deficiat iudex rei sitæ, debet recurri ad forum domicilij ipsius conueniendi, & est notabilis limitatio ad tex. nostrũ, & mihi placet. vel fortè dici posset, quòd hoc est propter defectũ suffraganei, quia cum quis non possit esse iudex in causa propria remoto suffraganeo: remanet quodammodo res ipsa sub Archiepiscopo, per no. in c. licet. infra eo. Sed aduerte, quia circa prædicta dubitatur, quid si agatur de re sita in diœcesi vnius Episcopi, vt puta, Episcopus vel subditus Episcopi Lucensis possidet rem in diœcesi Pistoriensi, & ipsam rem Episcopus Senensis vult petere, vtrum possit illam petere corã Episcopo Pistoriensi. Sol. Do. Ant. hic in notabilibus videtur velle, quòd solum debeat petere corã Archiepiscopo ipsius Episcopi Pistoriensis. colligit enim ex tex. nostro, quòd ratione rei sitæ nõ subijcitur quis foro iudicis æqualis aut inferioris gradus, vnde Episcopus non debet subijci Episcopo aut inferiori, sed Archiepiscopo duntaxat, quod dictum D. M. dicit omnino falsum,
5 † quia Episcopus in diœcesi alterius reputatur priua
b tus. [b] arg. l. 3. ff. de offi. præsi. vnde si ibi delinqueret, posset puniri per Episcopum illius diœcesis, vt no. in c. 1. inf. de rap. vbi et ego idẽ dixi de Archiepiscopo & Primatibus delinquentib. in diœcesi alicuius Episcopi, ad quod ẽt vide quod dixi in c. postulasti. inf. eo. Et sic pari rõne in hoc casu poterit agere Episcopus Cenensis corã Pistoriensi, & aduersus eũ poterit ius dici, facit l. est receptũ. ff. de iuris. om. iu. Non ob. tex. noster, quia loquitur in alijs terminis, nec cõtradixit prædictis, & mihi placet, quia ẽt Episcopus põt cõueniri coram Archidiacono, & sic coram inferiore, secundũ no. per Doc. in c. cũ inferior. sup. de maio. & obe. licet Arch. tenuerit contrarium, & malè.

¶ Quinta declaratio sit, quòd prædicta regula procedit, siue quis proprio, siue alieno nomine possideat, dũmodo ipse conueniatur rõne rei, siue pos-
c sidens rñdeat pro se, siue nominet dominum [c] in iudicio, qui veniat ad suscipiẽdum iudicium, quia eo casu, quo nominatus susciperet iudicium, sortiretur forum rei sitæ, nisi qualitas personæ aut forma sumẽdi iudiciũ aliud induceret, secundum ea, quæ latius dicam in c. quoniam. §. in alijs. inf. vt lite nõ contest.

¶ Sexta declaratio est, quòd prædicta regula procedit, etiam si res esset sita in confinio duarũ diœcesium, vel diuersorum territoriorum, & dubitatur, in quo territorio sita sit: quia hoc casu vtriusque territorij iudex poterit adiri, secũdum Host. & Io. And.
6 hic, qui volunt, quòd † si in terminis tex. nostri, res
d esset in confinio [d] duarum prouinciarũ, vterque Archiepiscopus poterit causam audire, vel ambo simul poterunt committere, argum. c. cum illorum. §. si verò claustralis. infra de senten. excom. vel hoc casu recurrendum est ad Papam, argum. c. sanè. de offic. de leg. secundum D. M. hic, quod etiam tenet Zab. dicens, quòd etiam potest teneri primum dictum. argum. c. pastoralis. de rescript. & licet ille tex. loquatur in iudicibus delegatis, tamen eadem, & fortior ratio est in ordinarijs, de quibus debet esse minus dubium: posset etiam recurri ad Papam, vt ordinarium omnium clericorum. de quo dicam in c. dilecti. inf. eo. de contrahente in cõfinio & loco dubio, & similiter in c. postulasti. inf. eo. de delinquente in confinio duplicis territorij.

¶ Septima declaratio est, quòd prædicta regula procedit in actionibus realibus, prout verbum sonat, vt hic, & in c. fi. infra eo. & in l. fin. C. vbi in rem actio. Item habet locum in actionibus mixtis: hoc est

ADDITIONES.

a *Vide bonum tex. in l. quibus diebus. in prin. ff. de cõdit. & demonst. vbi etiam datur actio iniuriarum cõtra turbantem me ire per viam publicam. & ibi no. Soc.*

b *Priuatus. Adde, de ista q. latè disputat Abbas hic, quem iste videtur allegare sub nomine sui domini.*

c *Adde l. 2. & quod ibi late Bart. Bald. & Doct. C. vbi in rem actio. & Pan. consi. 470. lib. 1.*

d *Et sic quando est dubitatio de iurisdict. vide Bart. in l. 2. ff. si quis in ius voca. non ierit. & latius per Fel. in c. super literis. in versi. an sua. in 8. fallen. supra de rescr.*

est scriptis in rem, vt quia petitur restitutio rei subtractæ per violentiā: potest enim peti restitutio vel vbi violentia commissa est, vel vbi res est sita, vt in l. 1. C. vbi de possess. agi oportet. licet enim interdictum turbatiuum, vel violentū sit personale, quia tamen scriptum est in rem, quò ad ipsam rem iudicatur, vt realis actio, vt in l. 1. ff. de interdic. & no. Innoc. in c. ex parte B. infra eod. quod qualiter posit contingere, dixi supra, in 4. decla. Item procedit regula in hypothecaria, in qua est eadem ratio, secundum Spe. post V ber. de Bobio in tit. de compe. iudi. adi. §. 1. ver. 7. secus si ageretur pignoratitia, quia ista est personalis, vt infra, de pigno. c. cum cōtra. & hoc tenet Innoc. Io. An. & D. M. in c. postulasti. infra eo. & idem etiā dicendum est in quacunque alia actione personali: licet occasione sumpta, remoueretur. Nam tunc non attenditur locus rei sitæ, sed forus eius, qui conuenitur, per l. forma. ff. de censi. ita tenet Bart. in l. fin. C. vbi in rem actio. [a]

¶ Octaua declaratio, quod prædicta regula locū habet, si directè agatur de ipsis rebus eo modo & forma, quibus supra dictum fuit. Secus si agatur de delicto commisso in personam, non tamen respectu ipsius rei, secundum quod dictum fuit supra, in tertia declaratione. Pone exemplum, habens domicilium Senen. delinquit in persona Florentini, vel alicuius domini, in cuius territorio bona possidet: sed tamen delinquit extra illud territorium. Nam hoc casu, non potest puniri in illo territorio, in quo possidet illas, secundùm Inno. in c. postulasti. infra eod. argum. c. cùm sit generale. infra eo. Sed debet adiri iudex, vbi ille offendens habet domicilium, & si iudex ille non faceret iustitiam, tunc poterit ipse prosequi iustitiam suam secundum formā c. dominus. 24. quæst. 1. ad quod vide quod traditur in cap. dilectis. infra, de appel. & per Ioan. An. in regula, non debet aliquis. de reg. iur. lib. 6. in mercu. poterit enim propter hanc iustitiæ delegationem represalias concedere, & bellum indicere, sed si possessiones deberēt aliqua munera & talia ordinaria, aut similia: hoc respectu, posidens sortiretur ibi forū, & posset ibi distringi per occupationem ipsarum possessionum. argumen. l. placet. & l. iubemus nullum. C. de sacrosan. eccles. Sed ad respondendum in iudicio, nō posset cogi possessor, etiam si statutum vel consuetudo hoc disponeret, quia non valeret, quantum ad hoc, nisi super his rebus. Sed vt dixi, ratione delicti non posset distringi in loco rei sitæ, etiam respectu ipsarū rerum, seu ipsas res occupando: Nisi forte statutum disponeret, quod bona cuiusque, qui offensam committit contra ciuem, vel subditum, confiscari deberent, vel offenso applicarentur, quia tale statutum & etiam consuetudo valeret, respectu ipsarum rerum, quæ sunt de ipsius territorio. argumen. d. l. iubemus. nec debet talis consuetudo per extraneos rumpi. 8. dist. c. quæ cōtra. secundum Inno. Prædicta tamē ex toto nō placent Host. Nam in eo, quod dicit Innoc. quod dominus, sub quo sunt possessiones, non potest facere vindictam de aliunde venientibus, videtur contradicere tex. in c. postulasti. infra eo. quia ex quo dominus aliàs habet iurisdictionē in loco, vbi quis deliquit, potest punire delinquentem, vt in c. 1. inf. de rap. & in c. postulasti. infra eo. & ibi dicam. & ideò dicunt Host. & Ioan. An. quòd illud dictum Inn. potest intelligi de domino, qui non habet iurisdictionē in loco, vbi delinquitur, quamuis ab eo locus ille detineatur. Interdum enim sunt nedùm militis, sed etiam præbet possessiones, domos, & agros retinentes, in quibus tamē non habet iurisdictionē, & de istis fatentur Host. & Ioan. And. quòd ex consuetudine possunt iurisdictionem habere, vt in c. cū contingat. infra, eo. intelligendo tamen, quòd per talem cōsuetudinem dicant ius alijs, & inter alios, sed
7 non sibi. † Nam quod priuatus ius sibi dicat, nulla cōsuetudine potest induci, quia esset irrationabilis, vt in l. vnica. C. ne quis in sua causa iudicet, & infra, de verb. sig. c. forus. & irrationabilis consuetudo nō tenet, vt in c. cùm causam. infra, de re iudi. cū si. Sed tu aduerte, quia vt singulariter dicit D. M. quòd etiā in veritate in mente ante, quàm ipsum videret, si bene ponderentur verba Innoc. non fuit de mente ipsius, quod dicit Host. imò intellexit de habente possessiones in iurisdictione alterius, quod patet etiā ex eo, quod dicit, quòd dominus ille, in cuius territorio sunt possessiones, potest facere statuta prædicta, &c. vnde intelligit Inn. vt verba ipsius sonant, solùm de illo, qui in alieno territorio delinquit, contra subditum, vel dominum, in cuius territorio habet possessiones, delinquit tamen extra illud territorium, vt ex quo delinquit extra limites illius territorij rei sitæ: nec est alias personaliter ibi subiectus, sed solum virtute possessionum, non potest illarum virtute puniri ex delicto commisso extra territorium, [b] vel contra dominum, vel contra subditum: cùm loquamur de ipso delicto commisso penitus extra rem, & non de ipsis rebus: neque enim aliquo modo credēdum est Inn. intellexisse de delinquente intra illud territorium, cùm omnia iura disponant, quòd quis sortitur forum, vbi deliquit, vnde fortius hoc dicendum est, si cum delicto cōcurrit possessio rerum sitarum in loco, & hunc intellectum videtur etiam sensisse Bar. in l. 1. C. de sum. trin. Aduerte etiam, quia quod supra dixi secundum Inno. quòd valet statutum seu consuetudo, per quam bona delinquentis nō subditi, in personam subditi extra territorium posint occupari, non placet Host. indistinctè. Mouetur, quia per hunc modum aperiretur via principibus, & ciuitatibus, & laicis contra ecclesias, & personas ecclesiasticas. quid enim faceret si statutum vel consuetudo haberet, quod committentis adulteriū, vel aliud crimen deberent possessiones cōfiscari, & clericus possessiones habens, adulterium, vel illud crimen committeret. Nam secundùm Inn. tales possessiones deberent confiscari, quod tamen non placet ipsi Host.
8 cùm certum sit, † quòd laici personam clerici delinquentis nō possunt punire, secundum ea, quæ latius dixi in c. 1. sup. eo. vnde longè minus videntur puniēdæ possessiones, quæ nō sunt puniendæ pro delictis: etiā ab his iudicibus, qui possunt punire personam delinquentis in loco delicti, vt statim dixi, & in Auth. de mād. prin. §. oportet. Itē, quia statuta vel cōsuetu-

ADDITIONES.

a *Adde Rom. in d. consi. 297.*

b *Quid si quis existens in vno territorio cum lapide percussit hominem existentem in alio territorio, vide Bald. in l. 1 C. vbi de poss. agi. versi. & inducuntur ista.*

ſuetudines laicorum non ligant clericos, aut eorum bona, vt traditur in c. eccleſia. & in cap. quæ in eccleſiarū. ſuprà, de conſtit. nec debet dari via figmentis, infrà, de diuor. c. quanto. §. pen. nec prohibitum vna via, debet per aliam concedi. ſuprà, de procur. c. tuæ. Et ſubdit Hoſt. quòd ſi Innoc. prędicta ponderaſſet, non ita tenuiſſet. D. Ant. in d. c. poſtulaſti. vult, quod dictum Inn. procedat, quando fieret ſtatutū contra perſonas delinquentes cōtra ſe, vel contra ſubiectos intra territorium, qui ex delicto ſubijcerentur ſtatuenti, & ſic patet, quòd non loquitur in clericis, qui licet delinquant, non ſubijciuntur iuriſdictioni ſecularis illius loci. loquitur ergo in laicis nō ſubditis delinquentibus intra territorium: quia extra territoriū non ligarentur, vt in c. 2. in fi. de conſtit. lib. 6. Sed hæc opin. non placet D. M. qui dicit, quòd iſte intellectus nullo modo fuit intellectus Innoc. cùm ipſe loquatur ſub dubio fortè, & nulli poſſet eſſe dubiū, quod ratione delicti, quis ſortiatur ibi forum. Sed Innoc. propriè intellexit de non ſubdito delinquente extra territorium.
9 † Nam licet principaliter ſtatutum non poſſit diſponere in perſonam non ſubditi delinquentis extra territoriū, tamen in bonis ſitis in territorio ſuo, videtur poſſe diſponere: diſponendo principaliter ſuper ipſis bonis: ſicut etiam poteſt diſponere ſuper bonis certo non transferendis, quamuis talia bona ab extraneis poſſiderentur, quia per hunc modum principaliter non dicitur ius in extraneos, ſed ſolùm in bona ſibi ſubiecta. argum. optimum in l. reſcripto. & quod ibi no. ff. de mu. & hon. facit etiam quod no. Bart. in d. l. 1. C. de ſumma trin. vbi vult, quòd ſtatuto diſponente, quòd bona decedentium veniant in primogenitum, ligantur etiam extranei reſpectu bonorum, quæ ſunt in loco ſtatuti. arg. d. l. reſcripto. & l. an in totū. C. de ædificijs priuat. & ſic etiā videtur dicendum in caſu noſtro: cùm ſtatutum principaliter diſponat circà bona, & ſic debet valere reſpectu bonorum, etiam quò ad extraneos, & ſic procedat dictum Hoſt. nec eſt verum, quòd ex dicto Inn. ſequatur aliquid abſurdū, prout voluit Hoſt. in exemplo ſuo, quia ſtatutum valet circa bona, quæ ſunt ſubiecta ſtatuenti, ſed bona clericorum, vbicunque ſint, nō ſubijciuntur iuriſdictioni laicorum. in cap. quę in eccleſiarum. & in c. fin. infrà, de vita. & hon. cle. & in c. fin. de rebus eccle. non alie. Secùs ſi verba ſtatuti vel conſuetudinis diſponerent circa perſonam, videlicet, quòd primogenitus ſuccedat, quia tunc non habet locum in extraneis: licet in loco ſtatuti bona poſſideant. Et ratio, ſi ſtatutū diceret, quòd ſi quis commiſerit delictum contra ſubditum, perdat omnia bona: nō extenderetur ad extraneos delinquentes extra territorium, quamuis haberent bona in loco ſtatuti. Prædicta tamē deciſio non procedit ſine magna dubitatione, quia in prædicta quæſtio. de primogenito, Bart. & Bald. & Saly. in dicta l. 1. C. de ſacro ſanct. eccleſ. tenent varias opinio. de quibus, & alijs plurimis, vide latè per do. Anton. de Prato veteri in repe. l. in quartam. ad l. Falc. char. 87. & quatuor ſequentibus, & in q. quam diſputauit idem d. Ant. quæ incipit, Peruſinus magnum Florentiæ poſſidens patrimonium, & de ſtatuto diſponente ratione bonorum, quis generaliter ſortiatur ibi forum, quòd non valeat, vide Bald. in d. l. iubemus nullam. C. de ſacroſanct. Eccl. & etiam ad prædictam materiam vide Bald. in repe. l. de quibus. ff. de legibus. & in repet. l. 1. C. de ſumma trin. q. 10. in illa repet. quam fecit Paduæ, vbi recitat etiam aliorum opi. vide etiam Pet. de Anch. in repe. c. 1. de conſtit. in 12. princ. q. verſ. ſed iuxta prædicta quæritur, vtrum valeat ſtatutum, & in repe. c. poſtulaſti. infra eodem, quæſt. 5.

¶ Nona declaratio ſit, quòd prædicta regula procedit intelligendo, vt inſpiciamus nō ſolum locum poſſeſſionis vbi res eſt ſita, ſed & qualitatis ipſius cōueniendi, & ideo ſi cōueniendus ratione rei eſt clericus, conueniri debet coram Eccleſiaſtico in loco rei ſitæ. Si vero ſit laicus, coram laico, vt no. Arch. 11. q. 1. cap. clericum, & Old. conſi. 84. vnde mutatur locus, non qualitas perſonę: & attenditur res in loco ſita, tanquam acceſſoria ad qualitatē perſonæ, vt hac in iuribus ſupra allegatis in regula, facit quod dicam in ſequenti declaratione. Aduerte tamen, quia Collectarius refert Hoſt. in ſumma eodem tit. §. 2. tenere,
10 quòd † clericus ratione rei profanæ reali iudicio conueniendus, poſſit conueniri coram ſeculari, facit c. quod clericis, & c. ſi diligenti, infra eodem, vbi tamen diſponitur circa actiones criminales, & ciuiles perſonales, ad idem etiā facit authen. ſed hodie. C. de epiſ. & cler. vbi tantum dicitur de perſonali, & ſic ſecus videtur eſſe in reali, in quo perſona non dicitur obligata, vt Inſtit. de actio. §. 1. nec trahitur perſona, ſed res: ipſe tamen Collectarius tenet contrarium, per tex. in c. qualiter. ſup. tit. 1. & d. c. ſi diligenti. & authent. ſtatuimus. & authent. nullus. C. de epi. & cle. & c. cùm ſit generale. infra eodem. qui tex. loquuntur ſimpliciter, vel loquuntur etiam de cauſis ciuilibus, & non eſt dubium, quòd cauſa realis eſt ciuilis, & ita dicit curiam [a] tenere. facit, quòd ſi perſona eſt exempta, ergo & res, quæ eſt acceſſoria debet eſſe exempta. facit l. fi. de cen. & tradit Innoc. in c. ſi. infra de vita & ho. cle. facit etiam quod no. Arch. in c. 1. de cle. coniug. lib. 6. Non ob. dictum Hoſt. quia Hoſt. non loquitur ſimpliciter, prout ipſum allegat Collectarius, ſed videtur requirere duo, videlicet, quòd cauſa ſit realis, & iudex clerici ſit negligens in exhibendo iuſtitiam laico, vt dixi ſupra in c. 1. in 4. fallentia. Sed tamen Hoſt. dictum etiam non placet Domino Meo in d. c. qualiter. nec mihi, quia eadem ratio, quæ eſt in perſonalibus actionibus propter quam prohibetur, ne ſecularis ſuppleat negligentiā Eccleſiaſtici, vendicat ſibi locum etiam in realibus, videlicet, ne inferior videatur ſupplere negligentiā ſuperioris, quod eſt inconueniens, vt ibi dixi, & c. ex tranſmiſſa. & c. licet, inf. eo. Secūdò reprobatur dicta opi. ex regula generali. c. cùm ſit generale. Tertiò reprobatur per c. ſi clericus. inf. eo. vbi clericus agens reali, pro re ad Eccleſiā vel ad ipſum pertinente, pôt agere corā Eccleſiaſtico: ergo videtur, quòd multò minus poſſit conueniri corā laico. Quartò reprobatur

ADDITIO.

a *No. curiam tenere, quòd etiam ſi clericus conueniatur rei vend. de re merè ſeculari: tamen debet coram perſona Eccleſiaſtica conueniri, & dicitur quòd iſta opinio eſt tutior, contra Collec. & ita creden. eſt: quia Doctori aſſerenti de ſtylo & conſuetudine, credendum eſt. Bart. no. in l. de quibus. ff. de legibus.*

tur per tex. apertũ in c. fin. sup. de iudicijs, vbi secundũ communem lecturam, si datur aliqua connexitas earum, vt possessionis & proprietatis, & quæstio possessoria fuerit tractata coram seculari, licet clericus fuerit actor, non tamẽ debet ibi tractari quæstio proprietatis, quando clericus efficitur reus, ergo longè minus in casu nostro. A. B. Et etiam Dom. Meus in epi. c. Ecclesia sanctæ Mariæ. de const. in secundo membro. princ. versi. primus casus. col. 20. Ma. Non obst. d. c. qualiter. per quod mouetur Host. quia cum tex. ille loquatur indistinctè, potius probat in contrarium, cum tex. ibi dicat, quòd omnino fieri prohibemus, & loquatur indistinctè tam in reali, quàm in personali, & ibi etiam hoc sentiunt Host. & Ioan. Andr. in eo, quòd tex. dicit, ad iudicium seculare, subaudiunt de facto, & non de iure. Et mihi placet,
11 vt dixi. pro qua opin. optimè facit,† quia speciale est in causa feudi secularis, quòd clericus potest conueniri coram seculari in iudicio reali, vt in c. solitæ, sup. de ma. & obe. & latius dicam in cap. ex transmissa. infra eod. ergo regula & ius commune est in contrarium, vt in l. 1. in fi. ff. ad mu. cum si. A. B. Nec ob. si dicatur, quòd non trahitur, cum agitur reali, quia
a indirectè trahitur timore perditionis [a] causæ, facit c. fi. de iud. & quod in fi. no. Io. And. in c. Romana. §. contrahentes. de foro compe. lib. 6. secundum Dominum Meum. Ma. Prædicta tamen opin. Host. posset argui, quia exemptus, vt nõ teneatur nisi sub vno iudice respondere, potest conueniri coram alio reali actione, ratione rei alibi sitæ, vt in cap. 1. de priuileg. lib. 6. posset etiã & aliter fortificari, sed omitto, quia contraria opin. plus mihi placet.

¶ Decima declaratio sit, quia sicut in præcedenti declaratione dixi, quòd inspicitur qualitas personæ conueniendæ ratione rei sitæ: ita etiam dico, quòd debet inspici qualitas respectu causæ, si fortè causa non esset nisi de foro Ecclesiastico, puta, agitur vigore decimarum, aut ad rem vsurpatam per vsurariam prauitatem, quia tunc agitabitur hæc causa coram iudice Ecclesiastico: licet res sit profana. In secundo casu facit, quia de talibus causis non potest nisi Ecclesiasticus cognoscere, vt dicam in cap. cùm sit, infra eodem.

¶ Vndecima declaratio est, quòd prædicta regula intelligi debet, quòd sortitur forum loci, nõ iudicis, habita consideratione ad personam conuenti, nisi fortè aliquid incidit agendum in persona alterius, respectu rei super qua aliquid ad cautelam agentiũ, agendum sit: & ideo quamuis inter laicos coram seculari sit quæstio, si tamen petatur fieri sequestratio bonorum existẽtium penes clericum vel Ecclesiam, debet peti talis sequestratio fieri per iudicem Ecclesiasticum, non per secularem, facit tex. in l. præsenti. §. sane. C. de his, qui ad Eccles. confug. faciunt etiam quæ dixi in 9. declaratione.

¶ Duodecima declaratio sit, quòd regula procedit etiã si reus conueniendus alibi, quàm in loco rei sitæ habeat domicilium, secundum Glo. hic. Gof. verò intelligit, quòd sit in optione actoris, an velit conuenire in loco domicilij, vel in loco possessionis, vnde ad fi. tex. nostri supplet hæc verba, vel is, in cuius diœcesi quis habet domicilium, vt no. d. l. fin. C. vbi in rem act. quæ opin. nõ placet. Host. mouetur, quia
b si legislator [b] hoc voluisset, de facili potuisset dicta verba adiungere, vnde concludit, q debeat conueniri in loco rei sitæ. sed Inno. in c. dilectus filius. el 2. sup. de rescr. videtur sequi opin. Gof. & idem Io. Cal. hic, & est opin. communis Doctorum hic, & ẽt Glo. & Doct. in d. l. fi. & etiam in c. fi. inf. eo. vbi D. M. dicit, quòd forum domicilij, si tenemus opi. cõtrariam in realibus, videretur esse superfluum, si conueniendus ratione rei sitę de necessitate ibi foret cõueniendus: vel, vbi res sita est, quod dici non debet, facit quod in simili dicimus in foro contractus, & domicilij, in c. dilecti, inf. eo. & in foro delicti & domicilij, in c. postulasti, inf. eod. & de vtroque in c. fi. inf. eod. Et ad istum tex. potest responderi, quòd habuit respectum ad id quod cõiter solet euenire, quia vt plurimum conueniendus reali actione, conuenitur in loco rei sitæ, & hanc etiã opi. tenet Io. And. in addi. Spe. in ti. de compe. iud. adi. §. 1. vers. 7. & Bart. & Bal. in d. l. fi. & Io. Cal. & Zab. hic. non obstat quòd tex. in d. l. fi. loquatur per verbum, iubemus, & sic videatur imponi necessitas, quia illa necessitas imponitur reo conuento, vt teneatur ibi respondere, nõ autem actori. non obstat authen. habita. C. ne fi. pro patre. vbi tex. vult, quòd sit in electione rei habentis plures iudices, coram quo velit conueniri: quia speciale est ibi in scholaribus priuilegio eorum, & sic in contrarium est ius cõmune. facit etiam, quia in exordio causæ magis fauemus actori, quàm reo, vt in l. si quis intentione ambigua. ff. de iud. & in l. inter stipulantem. §. 1. ff. de verb. ob. & vide ad prædicta, quę latius dicam in c. fi. inf. eo. in 4. prin. artic. Prædicta tamen procedunt, nisi aliqua ratio specialitatis aliud inducat, vt in feudo, vt statim dicam in fallen.

¶ Decimatertia declaratio sit, quòd prædicta regula procedit, siue ratione rei sitæ quis sit cõueniendus coram ordinario, siue delegato, vt fiat delegatio in loco rei sitæ, vt sentit Inno. in c. dilecti. infra eo. & dicam in c. ex parte B. infra eodem. Sed si actor vellet impetrare iudicem extra locum rei sitæ, & extra locum domicilij ipsius cõueniendi, distingue, quòd aut in loco vbi res est sita nullum habet domiciliũ, & tunc debet impetrare, habita consideratione ad locum domicilij: ita, vt ab illo loco fiat computatio dietarum, & si habet plura domicilia, inspicimus principale & magis frequentatum, si tamen concurrit forus rei sitæ, & quòd quãdoque consueuerit in illo loco habitare, quamuis ibi non sit suum principale, & frequentius domicilium: tamen quia agitur vigore rei sitæ, & concurrit duplex vinculum, scilicet rei & domicilij, quamuis non sit principale domicilium, tamen attendimus locum rei sitæ, & ab ipso debemus facere computationem dietarum, quia
c duo vincula, [c] &c. vt in c. 1. sup. de treu. & pace. & in authent.

ADDITIONES.

a *Idem dicitur in l. age cum Geminiano, per Doct. iuncta l. nec emere. C. de in. deli. & in rub. vt nemo inuitus. & est ista quædam necessitas causatiua, licet non præcisa.*

b *Iuxta l. 1. §. fin autẽ ad deficientis. C. de cad. tollen. & adde Rom. consi. 197. facit c. ad audientiam. de decimis.*

c *Eandem rationem allegat Abb. in c. ex parte B. 2. col. & seq. inf. eod. & vide quod de directis dicitur, & de iudi. delegato, quia And. Barb. videtur aliter dicere in c. dilectus. de rescrip.*

authent. itaque. C. communia de suc. & hoc tenet Dom. Meus in c. ex parte B. infra eo. & mihi placet, vt ibi dicam, licet quidam aliter teneant, & adde quod dixi supra in Glo. 1.

12 ¶ † Decimaquarta declaratio sit, quòd prædicta regula procedit solum, vt intelligamus quòd iudex rei sitæ habet iurisdictionem duntaxat respectu rei sitæ, non aût personæ, vnde si iudex rei sitæ citat reū alterius territorij ratione rei sitæ in suo territorio, & reus citatus non comparet, nō potest propterea talis non comparens mulctari, aut excōmunicari, secundum Vincen. quia talis iudex non habet iurisdictionem in personam illius, sed solum in rem, & ideo potest solum facere missionem in pos. ipsius rei, vt in c. Romana. §. contrahentes. eo. ti. lib. 6. Sed si contumax inferret violētiam in eum, qui missus est in pos. posset à tali iudice, ipsius delicti ratione, excommunicari, & sequuntur contra Io. And. Zab. & communiter Doct. Tu etiam dic, quòd si conueniendus reperiretur ibi, vbi res est sita, & citatus ratione rei nō comparet, posset excommunicari, & idem, si fuit ibi constitutus in contumacia, licet idem recesserit, vel si aliquando comparuit in iudicio, quia in prędictis casibus firmata est iurisdictio, etiā circa personam, sicut in simili dicimus in foro, respectu solius contractus, de quo latius dicam in c. dilecti. inf. eod. & ad horum intellectum poteris ibi dicta, hic repetere, & hic dicta, ibi addere. Et ex prædictis [a] infertur, quòd licet ex forma statutorum inter cōsanguineos vel certas personas debeat fieri cōpromissum, tamen si habens alibi domicilium cōueniatur ratione rei sitæ in loco dicti statuti à consanguineo suo, non potest conuentus compelli ad faciendum compromissum, nisi ibi reperiatur, quia regulariter per solum iudicem domicilij potest fieri distractio personalis, & ita dicit hic Ioan. de Imola respondisse & consuluisse in quæst. facti, ad quod alle. no. per Do. Anto. in c. fi. infra eod.

13 ¶ † Sed quæro circa prædicta, qualiter iudex rei sitæ, citabit illum extra territorium, cum extra territorium, &c. vt in c. 2. in fi. de const. lib. 6. & in l. fi. ff. de iur. omn. iud. ¶ Sol. Dic quòd mittet literas iudici ipsius cōueniendi, vt faciat illum citari seu moneri, quòd veniat coram se, & si ille non venerit, mittat actorem in pos. rei petitæ, secundum Vber. per l. hæres. §. 1. ff. de iud. & c. Romana. §. contrahentes. de foro competen. lib. 6. facit quod no. Spe. in ti. de cita. §. sequitur. versi. consanguinei. & de accu. §. 1. versi. sed nunquid. & §. fi. versi. vt autem. Alij dicūt, quòd potest citare illum extra suam iurisdictionē, ex quo ipse est iudex ratione rei, no. Gof. in sum. eod. titu. post princ. & valebit citatio, quia innititur iuribus citantis, quia interloquitur in loco, in quo habet iurisd. arg. l. à diuo Pio. §. 1. ff. de re iud. secundum Spe. in ti. de compe. iud. adi. §. 1. versi. sed quomodo iudex, & ibi remittit ad no. per Inno. in c. fi. infra eo. vbi Inno. & post eum Ioan. Andr. recitatis dictis opin. dicit secundum secundam opin. quòd si citatus non venit, est contumax, & per consequens videretur posse excommunicari, per tex. in c. tuæ. & in c. quoniam, inf. vt lite non contest.

¶ Sed dicit ipse, quòd primi respondent primam
14 opi. tenentes, † quòd nec potest citare extra territorium. sed posito etiam, quòd posset, non tamen potest eum excommunicare, quia non est contumax ex eo, quia non tenetur comparere, & sufficit, si res suas possidere patiatur. argu. ff. de procur. in l. sed & hæc. §. fi. & l. seq. nec mireris, quòd dixi eum non contumacem, & fieri missionem cōtra eum, quia etiam hoc fit in absente causa reipub. & in publico, qui nō sunt contumaces. ff. ex quibus cau. maior. in l. ait prætor. §. hoc autem. & ff. de priuileg. cred. in l. pupillus. vnde concludit, quòd talis iudex non potest procedere, nisi per missionem in possessionem, per d. §. cōtrahentes, & remittit etiam ad no. per se in c. 2. infra de dilatio. in Glo. quæ incipit, hic habes. Sed tu vide alias opin. Io. Cald. & Io. de Lig. & aliorum, quas latius recitabo in simili quæst. videlicet materiæ fori, & ratio. delicti in c. postulasti. infra eod. in 2. princ. ar. Et ex prædictis habes regulam & materiam prædictam notabiliter declaratam. Prædicta tamen regula recipit aliquas fallentias.

¶ Primò fallit ratione feudi. de quo in c. ex transmissa. infra eod.

¶ Secundò fallit in rebus mobilibus, seu se mouentibus, secundum opi. Vgo. & sequacium. de qua dixi supra in 2. declaratione.

¶ Tertiò fallit in omnibus causis realibus, quę de sui natura non possent tractari nisi coram iudice Ecclesiastico, de quo dic, vt dixi in 10. declaratione, intelligendo, vt dixi.

ADDITIO.

a *Stante eo statuto, si ego vendidi rem, & frater meus monet q. emptori: an ego, qui sum defensor, cùm emptor me nominauerit in iudicio, iuxta c. quoniā frequenter. §. in alijs. vt lite non contest. potero iuridice petere à fratre, vt compromittat, iuxta formam statuti. dic vt per Bal. in l. 1. in prin. C. vbi in rem act.*

SVMMARIVM.

1 *Actor forum rei sequitur.*
2 *Episcopus in clericos suæ diœcesis iurisdictionē habet.*
3 *Actor & reus iudicem ordinarium recusare possunt.*
4 *Delegatus venit executoris nomine.*
5 *Iudex ordinarius, licet Episcopus, recusari potest.*
6 *Archiepiscopus non succedit in locū Episcopi recusati.*
7 *Delegatus de partium consensu recusari nequit.*
8 *Iudex recusatus, sententiā à se delegati potest exequi.*
9 *Iudex recusatus de recusatoris assensu, debet negotium alteri committere.*
10 *Verba, de recusatoris assensu, qualiter intelligantur.*
11 *Iudex causam, in qua aduocatus fuit, sine partium consensu delegare potest.*
12 *Appellari an possit à delegato Episcopi recusati, ad vicarium Episcopi.*
13 *Delegatus ab inferiore à principe non exequitur, sed ipse delegans.*
14 *Delegatus inferioris à principe, exequi potest canonico iure.*

SI QVIS CONTRA. Famosum est, & solenniter legitur, solēnius fuit repetitū per D. M. qui tamen multas alias materias ad tit. nostrum non pertinentes admiscet: quas ego non intendo examinare, sed iuxta consuetudinem meam, in locis congruis tractabo, & potes hic per eum vi-

dere. h.d. coram Episcopo suo conueniendus est clericus, qui si recusatur, dabit delegatum partibus nō suspectum. h.d. Et ita communiter summatur. vel sic secundum D. M. Episcopus si recusatione proposita contra eum ad arbitros deueniri non vult, potest etiam partium non requisito cōsensu causam principalem alicui non suspecto committere: cuius sententiā executioni mandabit. h.d. Vel sic, secundum alium intellectum. Episcopus vt suspectus recusatus, de cuius suspicione notoriè constat, potest dare delegatum partibus non suspectum: cuius sententiam poterit per se executioni mandare. h. d. Posset etiam & alijs modis summari, secundum varios intellectus, de quibus inf. dicam. Diuiditur, quia primò prouidet reo, secundò prouidet actori. ibi, aut si actor. & hoc dupliciter. primò circa delegatum, secūdò circa executionem ibi, à quibus. secūdum vnum intellectum, vel secundum intellectum Dom. mei, primò prouidet, quādò vt suspectus recusatur à reo. secundo, quando delegatus in locum recusati, recusatur ab actore. ibi, aut tertiò. prouidet circa executionem: ibi, à quibus.

1 ¶ † Primò no. regulam generalem, quòd actor sequitur forum rei. ad quā regulam Dominus meus dat plures limita. de quibus ego dicam in cap. cum sit, infra eod.

2 ¶ † Secundò no. quòd Episcopus habet ordinariam iurisdictionem in omnes clericos diœcesis suę. de quo hic per Dominum meum, in repe. & in cap. quanto, & in c. cum ab Ecclesiarum. supra de offi. ordi. & legatus etiam similiter habet ordinariam, vt in c. 2. de offi. leg. lib. 6. Et subdit hic Dominus meus quædam de ordinaria iurisdictione legati, sed non sunt ad propositum.

3 ¶ † Tertiò no. quòd non solùm reus, sed etiam actor potest iudicem ordinariū recusare. quod qualiter intelligatur, dicetur in Glo. 1. & 3.

4 ¶ † Quartò no. quòd appellatione executoris, cōtinetur delegatus. ad idem c. exhibita. supra de iud. & ibi dedi remissiones, in 2. no.

5 ¶ † Quintò no. quòd ordinarius iudex potest recusari, licet sit Episcopus, quinimò & Patriarcha, & Legatus de latere possunt recusari. ad quod vide quæ dixi in c. ad petitionem, inf. de accu.

¶ Sextò no. quòd proposita recusatione, etiā contra ordinarium, non potest ordinarius inuitis partibus cognoscere de causa principali, etiam cum alio adiuncto: licet secus sit de iure ciuili,[a] secundum quod ipsi ordinario datur adiunctus, vt in authent. si verò, de iudi. & rationes differentiæ prosequitur hic Dominus meus. Sed non pertinet ad principale propositum.

6 ¶ † Septimò no. quòd Archiepiscopus non succedit in locum Episcopi recusati, sed recusatus debet seruare formam huius decretalis, iuncta dispositione c. cum speciali. inf. de appel. vnde quantum ad hoc, recusatio & appellatio non iudicantur à pari. de qua materia dixi in cap. super eo. el 2. infra de appel. vtrum autem Episcopo negligente exercere iurisdictionem, Archiepiscopus suppleat, latè tractat Dominus meus hic in repe. sed ego fortè dicam in c. licet, infra eod.

¶ Octauò no. quem modum debeat seruare ordinarius recusatus. & de hoc latius infra in Glo. 1.

7 ¶ † Nonò no. arg. secundum Dominum meum, quòd delegatus de partium consensu non potest recusari. Et ideo cautela est ad tollēdam recusandi potestatem, quòd fiat delegatio de partium consensu, & tunc non potest recusari. quod intellige ex antiqua causa, etiam incognita, secus ex noua, aut nouiter cognita, vt hæc probantur in c. inter, infra de re iud. & in c. super quæst. & c. insinuante, supra de offic. deleg.

8 ¶ † Vltimò no. quòd quāuis iudex ratione recusationis & suspicionis sit remotus à cognitione causæ principalis: tamen potest exequi sententiam delegati à se in causa prædicta. Ex quo infertur, quod delegatus inferioris à Principe nō exequitur sententiam suam, sed ille qui delegauit. de quo in c. significasti,[b] sup. de offi. dele. & per legistas in l. à diuo Pio. in prin. ff. de re iud. Secundo infertur, quòd quamuis ordinarius sit suspectus: tamen propter hoc non potest recusari in actu executionis,[c] de quo per Do. meum in c. super quæst. in prin. & in §. quem vero. supra de offi. dele. & vide quæ dixi post Doct. in c. nouit. & in c. proposuit, infra de appel. Glo. 1. sentit contrarium de c. cum speciali. infra de app. vbi proposita recusatione debent eligi arbitri, qui cognoscant de recusationis iustitia & iniustitia, vnde tex. noster videtur contrariari, cum dicit simpliciter, quòd recusatus delegat. Glo. respondet quòd illi decretali standū est, quæ ista interpretatur, & sic videtur sentire, vel quòd ista sit correcta per illum, vel quòd nihil noui inducat. Extra Glo. vero dantur aliæ plures solutiones & intellectus. primus est Gof. quòd ista procedit, quando suspicio est manifesta, quo casu ordinarius absq; alia arbitrorum electione delegat[d] causam: quia cū notoria sit suspicio, frustra agitaretur processus suspicionis nihil operaturus, sed si de suspicione dubitaretur ac disceptaretur, ad ipsam declarandam eligendi sunt, vt in contrario. Secundus intellectus est, quòd est in facultate ipsius recusati eligere arbitros, si vult, vt in contrario, vel omissa suspicionis disputatione, causam committere, vt hic. Tertius intellectus, quòd tex. noster procedat facta pronunciatione per arbitros super iustitia recusationis, & hoc fortè voluit Glo. nostra dum dicit, quod hęc decretalis interpretatur per illam, vt scilicet intelligamus hunc tex. dum dicit, si fuerit vt suspectus recusatus, scilicet cum effectu, cum verba debeant intelligi cum effectu. de pœn. di. 1. §. hæc verba, cum si. & sic intelligantur verba prædicta tex. nostri, vt approbata suspicione per arbitros detur delegatus, & proceda-

ADDITIONES.

a *No. hic vnam differentiam inter ius ciuile, & canonicum: quia in primo ordinarius non potest euitari vt suspectus, secus de iure canonico. & ratio ponitur hic per Abba.*

b *Et latissime per Alexan. & mod. in l. à diuo Pio. ff. de re iudi. hic alleg.*

c *Secus in mero executore, qui vt suspectus potest recusari. ita dicit Abbas in c. super quæstio. in prin. 2. col. sup. de offic. deleg.*

d *Adde tex. in c. suspicionis. & latè Doct. supra de offic. deleg. de hac materia suspicionis. & assumuntur arbitri iuris, de quibus ibidem latissimè.*

cedatur, vt hic dicitur. Sed contra prædicta, & maximè contra istum vltimum intellectum, opponitur alio modo de d.c. cum speciali.

9 ¶ † Nam ibi dicitur, quòd iudex recusatus debet de recusatoris assensu personæ idoneæ negotium cõmittere, vel ad superiorem transmittere: hic verò aliter disponitur, vt hic patet. Glo. hic fatetur hoc cõtrarium. concludit enim ibi quòd ordinarius volens delegare, posit solum de recusatoris assensu cõmittere. Sed si vellet ad superiorem remittere posset &t inuitis partib. facere, & sic illa clausula, de accusatoris assensu, non respicit totum seu regulam, sed illam partis alternatiuæ, quæ pertinet ad delegationẽ. vult tamen ibi Glo. quòd consensus requiratur solùm ad hoc, vt posit delegare, non aũt respectu certæ personæ, cui fieri debeat delegatio. & ibi etiam hoc tenet Io. And. & sequitur hic Inno. qui vult quod hoc c. corrigatur per illud, & per c. licet. infra eo. vbi tex. vult, quòd si de recusatoris assensu non pôt delegare, debet causam ad superiorem remittere, & hunc intellectum &t videtur sequi Spe. in tit. de recusatione. §. fi. ver. ordinarius autem. licet satis intricatè loquatur, & clarius disputando tenuit quidam Dominus Vigentinus notabilis Canonista, per c. iudex. de offi. deleg. lib. 6. æquiparando delegatum & ordinarium, quo ad commissionem ante electionem arbitrorum. mouetur etiam, quia cum per pronũciationem factam, quòd recusatio sit iusta, ordinarius amiserit omnem iurisdictionem: merito absque recusatoris assensu non debet posse recusare, quia per delegationem vteretur iurisdictione, per c. si à subdelegato. de offi. deleg. lib. 6. & l. 3. ff. de iurisd. om. iud. Et quia fortè posset delegare alteri magis suspecto, cuius fortè suspicio probari non posset. non ob. tex. noster, quia vel est correctus, vel limitatur, & intelligitur prout in cõtrario habetur, secundum eũ, & hæc opi. videtur esse communis. Host. verò in c. licet. inf. eod. tenet quòd Episcopus, aut alius superior recusatus, posit propter dignitatis excellentiam delegare, inferiores verò remittere, per d.c. licet. & d.c. cũ speciali. idem tamen Host. in d.c. cum speciali. in quantum ille tex. loquitur de delegatione fienda de partium consensu, tenet quòd loquatur in ordinario: in quãtum verò loquitur de remisione, dicit quòd debet intelligi de delegato. Sed D. M. non placet, nec primum, nec secundum dictum. cõtra primum obstat, quia non potest reddi sufficiens specialitatis ratio inter superiorem & inferiorem ordinarium, cõtra secũdum dictũ facit, quia eadem oratio & idem sermo positus in d.c. cum speciali, non debet diuersimodè, ac diuerso [a] iure censeri, vt in multis iuribus vulgatis, de quibus dixi in c. quia circa. de priuileg. Do. Anto. in c. 2. requiris. infra de appel. sentit quòd proposita & etiam probata recusatione, posit iudex etiam inuitis partibus committere, dummodo non sit pronũciatum super recusatione. Sed in d.c. cum speciali. videtur velle, quòd solum posit committere post propositam, & ante probatam recusationẽ, & videtur velle, ꝙ procedat etiam in delegato. Sed hoc vltimum est expresè contra tex. c. iudex. de offi. deleg. lib. 6. vt statim dicam. Dom. meus in hoc articulo distinguit duo membra. Primum, de iudice delegato: Secundum, de iudice ordinario, quò ad iudicem delegatum, est hodie tex. expressus in cap. iudex. de offi. deleg. lib. 6. vbi expresè dicitur, quòd proposita recusatione, quamuis non probata, delegatus non potest committere, nisi de partium cõsensu, quamuis Dom. Anto. voluerit contrarium, vt statim dixi, quòd fortè processit, vel ex lapsu linguæ, vel quia de proximo non viderat illum tex. secundum Dom. M. Circa secundum membrum de ordinario concludit, quòd aut proposita recusatione iudex lites execrans non vult venire ad electionem arbitrorum, & potest etiam inuitis partibus causam committere personæ tamen idoneæ, & non suspectæ, & ita loquatur tex. dum dicit, excusandi, ne fortè ab eo delegatus recusetur cautela est, vt committat de partium consensu, & ita loquatur versi. aut si hoc actor, facit c. super quæstionum. sup. de offic. deleg. vnde hic in primo casu, nullus requiritur consensus. In secundo vero casu exigitur ad cautelam, de qua dixi, sed non de necesitate, quia non est maior ratio, quòd partium consensus de necesitate exigatur in secundo casu, quàm in primo. ex quibus infert vnam differentiam inter ordinarium & delegatum, quia delegatus, vt supra dixi, proposita recusatione, licet non probata, non potest committere nisi de partium consensu, vt d.c. iudex. Sed in ordinario est secus, vt statim dixi. & ratio differentiæ apparebit ex his quæ infra subijciam. Aut nõ solum fuit proposita recusatio, sed etiam super recusatione pronunciatum, & maius est dubium, per tex. in d.c. cum speciali, qui videtur velle, quòd de necesitate exigatur recusatoris assensus. Sed tamen Do. M. tenet idem, quòd in præcedenti casu, vt scilicet etiam inuitis partib. posit causam delegare. Sed tamẽ quia reseruatur partibus recusandi potestas, ideo ad cautelam, vt hæc potestas tollatur: vtile est quòd partiũ consensus accedat per tex. nostrum, qui secundum vnum intellectum procedit, quando causa suspiciõnis erat notoria, dum dicit, vt suspectus fuerit recusatus, & tamen in primo casu quòd iudex potest cõmittere, nec exigitur partium cõsensus. vnde idem videtur dicendum, fieri posse etiam probata recusatione, quia notorietas facti debet tantum operari, quantum notorietas iuris, quæ oritur ex sententia, vt no. in c. fi. inf. de coha. cle. & mul. & no. Inn. in c. 2. infra de dilat. & in c. ex parte. infra de verb. signif. & Glo. in Clem. 2. §. Pisana. de reiudi. quinimò quandoque plus operatur, vt no. Glo. in Clem. 1. de vsu. vel etiam secundum alium intellectum, secundum quem intelligitur, & quòd probata erat recusatio, & hic, vt verba illa, recusatus vt suspectus, sumantur cum effectu,[b] secundum quod dixi in prin. Glo. sequitur etiam, quòd de necesitate non requiritur partium consensus, cum tex. in primo responso nihil dicat de partium consensu, & loquatur imperatiue, quòd executor, hoc est delegatus ab ipso, deputetur. Ex quibus verbis inferũtur tres intellectus ad tex. nostrum. Primò, quòd iudex abhorrens litẽ immediate proposita recusatione, potest absque partium

ADDITIONES.

a *Facit l. iam hoc iure, in princ. ff. de vulg. & in l. eum qui. ff. de vsucap. in d. §. hoc interdicto. ff. de no. ope. nun.*

b *Iuxta c. perlatum. de cle. non resid. & l. 1. §. hæc verba. ff. quod quisque iuris. & ibi latè per moder.*

tium consensu causam delegare. Secundò, quòd idē sit etiam si notoria sit à principio iustitia recusationis. Tertiò, quòd idem sit etiam si pronunciatum sit per arbitros, causam recusationis fuisse iustam: & sic fortius hoc procedit post factam probationē, & ante pronunciationem. Nec ob. c. cum speciali. quia clausula ibi posita de recusatoris assensu, non ponitur necessitatiuè: sed consultiuè ad hoc, vt tollatur via ad secundam recusationem proponendam contra delegatum, vt dictum est per c. super quæstionū. §. cum autem, vbi tex. vt auditor non valeat recusari, consuluit quòd detur de partium consensu, vt patet ex Glo. ibi dum exponitur statuimus, scilicet consulendo, non necessitando: quia potest etiam sine partium consensu delegare, vt d. c. super quæstionum. §. quem verò. & ideo si verbum statuimus, ibi positum, importat consiliū & non necessitatem: fortius possumus ita interpretari tex. in c. cū speciali. & tex. nostrum in secundo responso, in quo non est maior ratio, quàm in primo, & tamen in primo nihil dicitur de partium consensu.

10 ¶ † Præterea, quòd prædicta verba, de recusatoris assensu, debeant accipi cōsultiuè, probatur: quia aliàs sequeretur absurditas, quando in optione recusatoris esset trahere alteram partem ad remotum iudicem sine culpa sua: cum solum dicat, de recusatoris assensu, & non dicat, de partium consensu, & sic esset contra regulam, quæ vult, quòd non debeat actori licere, quod reo non permittitur: nec contra, vt in regula, non licet actori. de reg. iur. lib. 6. cum iudicium non debeat claudicare. Nec obstat quòd ille tex. intelligatur de consensu vtriusque partis, vt quidam intelligunt: quia istud est impropriare illa verba: quia si Papa hoc voluisset, sciuisset hoc dicere, infra de decimis. c. ad audientiam. vnde cōcludit Do. M. quòd ille tex. loquitur cōsultiuè. & ideo dicit, de recusatoris assensu: quia præsumptio est contra eū, a per regulam, semel malus,[a] de reg. iur. lib. 6. Sed vberius consiliū est, quòd faciat de vtriusque partis consensu. Nec ob. arg. Do. Vigentini, quòd iste non videatur posse committere: cum delegatio sit vsus iurisdictionis, quo iste videatur priuatus: quia responde tur quod quamuis in illa causa recusatio non habeat exercitium iurisdictionis, in cognoscendo: tamen quia remanet in iurisdi. generali, poterit ipsius vigore causam delegare. licet enim sit suspectus in cognoscendo: non tamen est suspectus in delegando: quia si delegaret personæ suspectæ, posset delegatus recusari: & si recusatio non admitteretur, posset appellare. facit quod in simili videmus: quia in facto notorio potest suspectus procedere in exequendo sententiam, vt hic, & tamen in executione sententiæ possit extendere modum, vt in c. quod ad consultationem. infra de re iudi. de quo excessu, iura non curauerunt: tum quia hoc non est verisimile: tum quia est proditum remedium appellandi, vt ibi. & pro dicta sententia facit l. Prætor. ff. de iurisdic. omn.

11 iudi. vbi traditur † quòd iudex potest delegare sine partium consensu, causam in qua prius fuerat aduocatus, vel consuluerat. Et ad idem quod no. Inno. supra de offi. ordi. c. irrefragabili. & Io. And. & Arch. in c. si contra vnum, de offi. deleg. lib. 6. & 2. q. 6. c. sta

b tuendum. Et præterea [b] Papa etiam, vt euitetur suspicio, causam propriam alijs committit, vt traditur in c. cum dilecta. infra de confir. vti. facit etiam, quia si iudex à quo appellatum est, efficiatur iudex ap. licet non possit cognoscere propter suspicionem: tamen potest delegare, vt supra de elec. c. querelam. & 3. q. 7. §. tria. ver. item si contra patrē. & C. de ap. in l. eos. facit etiam, quia iste tex. sic intellectus, est magis conformis iuri ciuili, quo iure ordinarius non potest in totū recusari, vt in auth. si verò. C. de re iudi. Et prædicta opin. Dom. M. in quantum verò dixit, de vberiori consilio, committit de consensu vtriusque partis, &c. facit tex. noster in 2. responso. Nam eo, quòd hic prius recusauerat reus, & postea actor fugiebat: dicitur quòd de partium consensu iudices eligātur. Nec obst. c. licet, infra eodem, quia dum tex. ille vult quòd proposita recusatione habeatur recursus ad superiorē, tex. ille habet varios intellectus, vt ibi latius dicam. Primò, quòd illud habebat consuetudo, vt satis innuit ibi litera. Secundò, quòd ibi fuit appellatum propter recusationem non admissam: & ideò per viam appella. nō autem recusationis, negotium fuit deuolutum ad superiorem. Vel tertiò potest intelligi secūdum dispositionem decretalis nostræ: vt scilicet quòd possit delegare si vult, & in delegando seruare formam decretalis nostræ, vel potest remitte

c re ad superiorem: vt ibi & in d. c. cum speciali. [c] Prædictæ autem rationes, quæ locum habent in ordinario, cessant in delegato: maximè illa de iurisdictione: quia facta pronunciatione, reperit se sine iurisdictione. & ideo non potest aliquo modo subdelegare: sed facta sola recusationis propositione, iurisdictio sua est obfuscata, seu ligata: ita vt non possit illam exercere, nisi de partiū cōsensu: aut prout ius disponit, vt d. c. iudex. & dic, vt ibi latius traditur. Sed tu aduerte: quia licet prædictus intellectus Do. M. sit valde singu. & sustentabilis: tamen ego legendo capitulum, cum speciali, dedi ibi alium intellectum, quē poteris ibi videre. sed quia, vt ibi dixi, tunc non potui videre commentarios Domini mei hic, idcirco nunc ipsis diligenter examinatis, sum magis dubius. dico tamen quòd vltra intellectus supra traditos, potest tex. noster & alijs modis intelligi. Primò, quòd dum tex. dicit, aut si actor hoc refugerit, intelligamus de actore recusante. vel melius possumus ita intelligere, quòd si reus proposuit recusationem, & recusatus delegauit: sed actor delegationē refugit, dicendo, quod recusatio non fuit legitimè proposita: & quod ipse ordinarius debet cognoscere causam, hoc casu recusatus potest facere, vt continetur in litera hic: videlicet deputare aliquem, qui cōpellat partes mutuo consensu eligere sibi iudices, quod vltimū potest dupliciter intelligi. Primò, quòd partes compellantur eligere arbitros, quia & ipsi dicuntur iudices, cū debeant de causa suspicionis cognoscere:

ADDITIONES.

a *Semel malus, &c. Sed cum quisque sit pronus ad malū natura, cur tamen præsumitur bonus. c. 1. de scrutinio. vide per mod. in c. fi. de præsumptio. vbi soluit quæstio.*

b *Nam & si ipse non sit subiectus legibus, debet tamen viuere secundum dictamen rationis, vt latè tradit Fely. in c. 1. de consti. per discursum multarum columnarum.*

c *Et vide hic Bar b. in apostillis ad Abb. qui reprobat omnes intellectus ad tex. hic per tex. in d. c. cum speciali.*

scere: vnde ab ipsis appellatur, vt à iudicibus, vt in capitulo, ab arbitris. de offi. deleg. li. 6. cum sim. Nec videatur tibi mirum, quia hoc videtur expresse velle tex. qui est quasi per omnia similis, vt hic, & est Gregorij, prout est tex. noster: sicut iste fuit transmissus defensori Corsicæ, ille fuit transmissus defensori Siciliæ. iste est tex. 11. q. 1. in c. peruenit. vbi tex. formaliter dicit, Sed si quis contra quemlibet clericũ causam habuerit, Episcopum ipsius adeat: & aut ipse cognoscat, aut certè ab ipso iudices deputentur, aut si fortè ad arbitros eundũ est: partes ad eligendos iudices, hoc est arbitros, compellat per executorẽ per se deputatũ. & sic tex. ille appellat iudices, quos prius arbitros appellauit. Nec obstat tex. noster in versi. à quibus, inquantum dicit, quicquid fuerit diffinitũ, quia possumus intelligere de diffinitione circa iustitiam recusationis. & dum postea subditur ipsius sollicitudine, seruata lege, modis omnibus cõpellatur: intelligitur scilicet, quia si recusatione pronunciatũ est, ipse Episcopus cognoscet: si verò pronũciatum est pro recusatione, seruetur forma cap. cum speciali. & hoc denotat verbum comprobatur, positum hic in tex. quod videtur denotare perfect. respectu cognitionis & decisionis caussæ principalis, & sic iste tex. non contradicit cap. cum speciali. posset etiam secundo modo intelligi quòd tex. loquatur de consensu communi ad iudices eligendos, qui de causa principali habeant cognoscere: quorum sententia mandanda sit executioni seruata lege, prout hic dicitur: intelligendo, prout intelligit Glo. fin. quæ tamen Glo. secundum præcedentem intellectum non procederet: ex quibus infero singulariter, quòd opposita recusatione, licet iudex velit delegare: si tamẽ altera pars velit insistere, quòd cognoscatur de iustitia recusationis: quòd necessarium est ad alterũ deuenire: videlicet, vel ad electionem arbitrorum, vel iudicum mutuo consensu deputandorũ: quam deputationem potest ipse ordinarius & per se facere, & per delegatum. Posset etiam intelligi tex. in vers. aut si actor refugerit, scilicet quia non vult delegatũ tanquam suspectum, in eligendo sequentia duplici modo, prout statim dixi, & tunc non ob. capitulum, cum speciali. quia potest dici, quòd proposita recusatione iudex exercens lites, potest simpliciter committere, etiam non requisitis partibus. Sed si fortè delegatus à se recusaretur, quamuis posset alium delegare: tamen vt tollat omnem suspicionem, & recusandi potestatem: delegauit vnum, qui cõpellat partes ad eligendum sibi iudices mutuo consensu: quã tamen compulsionem posset ipse per se facere. Sed magis congruit vt faciat per delegatũ ad hoc, vt omnis suspicio tollatur. & iste est notabilis intellectus, qui multum congruit literæ nostræ, & secundum quem de facili respondetur ad cap. cum speciali. videlicet, quòd hic tex. loquitur ante electionem arbitrorũ: ille verò loquitur electis arbitris, & facta pronunciatione super recusatione. Idẽ tamen arbitror, si recusatio esset notoria, vel etiã si probata esset veritas, vel iustitia recusationis, dummodo sentẽtia super recusatione nõ esset lata, sed si esset lata sentẽtia, videretur procedere dispositio cap. cum speciali. Et quamuis hæc conclusio prima fronte videatur satis ambigua & admirabilis: tamen potest diuersitatis ratio assignari: quia licet recusatio videretur notoria, vel esset probata: tamen quia iudicis officium latissimum est, & non semper ad species probationis aduertit: posset contingere quòd ex aliqua alia causa sententiam ferret. secus quando probata est sententia quæ transit in rem iudicatam, quia tunc clarum est, quòd nulla amplius videtur esse species pro iurisdictione iudicis in illa causa, licet non sit veritas, quòd iudex iniustam sententiam ferat: tamen posset contingere, quòd ex aliquo motu animi sui directiuo & informatiuo, sententiã aliter feret: pro qua etiam differentia singulariter facit tex. in d. c. iudex. de offi. deleg. lib. 6. vbi licet probata sit recusatio coram arbitris, potest tamen de partium cõsensu subdelegare, quod tamen post pronunciationem, etiã de communi partium consensu non potest facere, & ista videtur esse ratio illius decretalis. aduerte tamen quia in ordinario, cum remaneret cum iurisdictione generali, secũdum quam saltem videtur posse delegare, videtur esse locus opi. Domini Mei. Gl. 2. in prin. sentit contrarium, dum tex. dicit, executor deputetur. Nam cum hic non esset data sententia nõ erat deputandus executor. vnde Glo. pro solutio
a ne exponit executor, id est, delegatus.[a] de quo dic vt dixi in notabilibus. ¶ Sol. Format quæst. & soluit ponendo duas opiniones, vltimò ponit de c. placuit. & non soluit. in fi. Glo. dic, quòd iudice dato in locum recusati, non appellatur ad Episcopum recusatum. & sic contra secundam solutionem Glo. Sed solue, vt statim dicam. aduerte tamen, quia licet Doct. hic late tractent hunc articulum: tamen quia non pertinet principaliter & propriè ad titulum nostrum, nec tex. aliquid dicit de hoc: ideo procedam per conclusiones. vnde dic, quòd Host. quem sequitur Spe. in tit. de appel. §. tunc tractemus. in fi. 1. col. tenet quòd appellatur ad Archiepiscopũ. idẽ Tanc. & Phil. qui volunt, quòd appellatur ad superiorem illius, qui delegauit: & sequitur Ioan. And. Sed quidam vltramontani, quos refert Ioan. de Lig. distinguunt, quòd aut recusato ordinario pronunciatur pro recusatione, & sit vera prædicta opi. Sed si statim proposita recusatione delegasset, appellatur ad degantem, quæ tamen opi. non placet Ioan. de Lig. Sed Dom. Ant. tenet dictam distinctionem, & dicit se ipsam cogitasse antequã videret vltramontanos. Ioan. Cal. distinguit, quòd aut proposita recusatione: & adhuc non probata, statim delegauit: & appellatur ad recusatũ. Sed ea probata, & fortius lata sententia pro recusatione, tenet opinionem Host. & sequaciũ. Dominus meus tenet vltimam opinio. Glo. & post pronunciationem, & rationes, & argumenta, & iura ad prædictas opiniones, vide hoc per Dominum meum in repetitione. Non obstat c. placuit. primò quia ibi illi non erant delegati Episcopi. secũdò quia nõ loquitur in ipso recusato, sed in alijs terminis, vide Docto. ibi, & hic. Aduerte tamen quia præsens quæstio posset habere duo capita. Primum respectu pronunciationis arbitrorũ super suspicione. de quo dic vt traditur in cap. ab arbitris. supra de off. deleg. in 6. Et ibi etiam vide Glo. & Doct. Secundum

ADDITIO.

a *Executor. i. delegatus. Facit tex. in c. sciscitatus. supra de rescrip. adde Do. Abb. in consi. 24. lib. 1.*

dum respectu iudicũ pronunciantiũ in causa prin. in quo satis placet conclusio Dom.mei. Et hinc sum pta occasione D.M.hic format aliã quæst. quid si de legatus ab Apostolica sede recusatione proposita, de partiũ consensu subdelegauit, non in totũ, vtrum appellari debeat ad subdelegantẽ, vel ad Papam, qui primò delegauit. & tenet quòd ad subdelegantem.

12 ¶ Item format aliã quæst. † vtrum à delegato Episcopi recusati, vel etiam non recusati, possit appellari ad vicarium Episcopi. & concludit, quòd non, nisi Episcopo in remotis agente, licet Archi. in c.2. de cõ suet. lib.6. videatur indistinctè velle, quòd sic. de quibus q. vide latè hic per D.M. maximè in repetitione; quia, vt dixi, nõ pertinet principaliter ad materiam. Glo.3. querit de intellectu literæ in vers. aut si actor, & ponit duos intellectus, de quib. dic vt dixi in gl.1. in Glo.pe. põt expediri per quęst. an delegatus [a] exequatur sententiam suam. posset ẽt expediri per contrarium quòd imo delegatus possit, quia omnia videntur cõmissã, &c. & sic obstat tex. noster. Glo. soluit in effectu ponendo duas opi. & tenet secundam quam modificat. ¶ In eadem Glo. ibi, delegatus ab ordinario non potest, dic: quamuis circa hanc materiam, an sententiam suam delegatus exequi possit: Doct. & maximè Dom. meus plenissime instent, tamen principaliter nõ pertinet materia ad tit. nostrũ. Sed quia tex. noster probat causam istius disputationis, ideo seruabo quandam mediã viam. dic igitur, quòd in hoc articulo plures traduntur opinio.

13 ¶ † Prima, quòd delegatus ab inferiore à principe non exequitur, sed delegans. Et hanc opin. tenet hic Gof. Abb. Lau. Tanc. Vin. Host. & Bonaguida de Aretio & Inno. & Host. in c. innotuit, supra de arbit. & Glo. & Bar. in l. à diuo Pio. in prin. ff. de re iu. & Glo. in l. tale pactum, in §. qui prouocauit. ff. de pac. & in c.1. de milite vasallo, qui contumax est. in vsib. feud. & Glo. in l. properãdum. §. sin autem. C. de iud. Spe. in ti. de deleg. §.1. in fi. Secunda fuit opin. directè contraria, quam tenuit Glo.2. q.6. c. quisquis. & refert Glo. nostra, & tenet Glo. in cap. ex literis. sup. de offi. delega. & Io. de Deo, & Bar. Brixiensis. Tertia fuit opin. Inno. in c. cum ab Ecclesiarum, supra de offi. ord. qui dicit, quòd delegatus potest exequi per iurisdictionem, quam habet, vt in d.c. dilecto. 1. de appel. Quarta fuit opi. quorundam, qui voluerunt, quòd non exequatur, sed non possit pronũciare exequendum esse. de qua per Spe. in tit. de primo & secundo decreto. §. restat. ver. nunc dicamus. Quinta fuit Specul. quòd possit exequi si sibi sit demandata executio, alias secus, vt per eum in tit. de executione sententiarum. §. nunc dicendum. in princ. vsque ad versic. quid si delegatus. & Ioan. & Gal. Cal. tenent hic opinionem Glo. nostræ. Do. Ant. dicit hic, quòd potest pronunciare de exequendo. Item potest exequi per iurisdictionem, quam habet, vt excommunicando, vel interdicendo, vt dixi in tertia opin. sed actualiter exequi sententiam suam, vel mittendo in possessionem, non potest, nisi sit sibi commissa executio, vt committimus tibi cognitionem talis causę, & sententiæ executionem, alias autẽ generaliter nõ veniret, quia in generali commissione non veniunt ea, quæ sunt mixti imperij, vt executio, Ang. de Perusio in rep. d. §. qui prouocauit. col. 19. concludit, quòd delegatus inferioris non potest exequi, etiam si specialiter sit commissa sibi executio, quia cum talis executio sit mixti imperij, non est delegabilis ab inferiore. intelligit tamen de executione facti. Nã de iure potest tuendo iurisdictionem suam & mutare, & excommunicare, & audientiam delegare, & similia facere. & hoc etiam Bart. in l. à diuo. Io. Andr. dicit ibi, quòd de iure canonico exequi potest, de iure ciuili non potest, vt sentit gl. nostra. Dom. Meus hic distinguit quatuor membra, Primum de vicarijs ordinariorum, in quibus tenet quòd possint exequi, maximè in his, qui faciunt idem consistorium cum ordinario, sicut traditur in c.2. de cõsue. li.6. & ideo dixit maximè, quia idem videtur dicendum in de leg. ad vniuersitatem causarum. Secundum membrum est, de inferioribus Prelatis, an ipsimet possint exequi sententias suas. & distinguit varias species iurisdictionis, sed non est materia nostra. vide hic per eum. Tertium membrum est de delegato Principis, in quo de iure canonico est clarum, vt in c. significasti, & in c. quærenti, & c. pastoralis. supra de offi. deleg. de iure ciuili, sunt opiniones, quia aliud tenet glo. in d. l. à diuo Pio. & aliud in l.1. C. qui pro sua iurisdictione. de quibus per Doct. maximè moder. in l.4. §. duas. ff. de dam. infe. & Bar. in d. l. à diuo. finaliter concludit, quòd potest saltem, cum hodie de iure canonico hoc sit expeditum, ad quod vide iura, quæ allegaui in ca.1. & ibi latè dixi, infra de ope. no. nunc. Prædictam tamen opin. singulariter limitat Ang. in l. qui restituere. ff. de rei vendicat. in executione non violenta, quæ fieret manu militari, quam non potest facere delegatus Principis, secundum Innoc. in c. significãtibus. sup. de offi. dele. & in c. cum olim. inf. de priuil. & ita dicit de facto consuluisse in persona Episcopi Gabrielis de Eugubio.

14 ¶ † Quartum membrũ est de delegato inferioris à Principe, in quo concludit, quòd de iure canonico simpliciter possit exequi, dummodo delegans habeat exequendi potestatem, & hoc dicit procedere etiam si executio principaliter expresè non demandetur. mouetur multipliciter, vt hic poteris videre per eum. de iure ciuili dicit, quòd licet posset idem attentari, ex eo, quòd licet ea, quę sunt meri aut mixti imperij, non sint delegabilia, tamen accessoriè trãseunt. ar. l. quoties. C. de iud. In contrarium tamen allegat, & in hac conclusione videtur remanere, per tex. in authen. ei qui iurat, de bonis author. iud. pos. vbi tex. sentit apertè talem delegatum non posse dare tenutam ex primo decreto. cuius contrarium à iure canonico dispositum reperitur per c. cum venissent. infra de eo qui mittitur in pos. Item mouetur per tex. in l. properandum. §. sin autem. C. de iud. & authen. qui semel. C. quomodo & quãdo iud. Nam si non potest citare per edicta, vt ibi, minus debet posse exequi. Item mouetur per tex. iuncta Glo. in l. fi. ff. de offic. eius, cui man. est iurisdi. Et concludit, quòd de iure canonico possit, de iure ciuili nõ possit. & ratio differentiæ sit, quia de iure canonico possunt delegari ea, quæ sunt mixti imperij, vt in cap. quod sedes. de offi. deleg. quæ tamen de iure ciuili non

ADDITIO.

a *Adde do. Phi. Deci. in c. significasti. supra de offi. dele. & per Legistas in l. à diuo Pio. de re iud.*

non possunt delegari. non ob. tex. noster in fi. vbi videtur innuere, quòd etiam de iure canonico, non delegatus, sed delegans exequatur: quia respondetur quòd licet concedat deleganti, non tamen delegat delegato. Vel secundo modo potest responderi quòd loquitur in delegato ab ordinario propter suspicionem, vnde causa suspicionis, quæ est causa delegationis, limitat ipsam delegationem, vt videatur facta solum respectu cognitionis & diffinitionis causæ: in quibus potest cadere suspicio, non autem respectu executionis, in qua cessat suspicio, vt supra dixi in Glo. 1. & ideo delegans exequitur. vel posset tertiò responderi magis clarè, si teneremus opin. de qua dixi in Glo. prima, post Doct. quòd finis tex. nostri loquatur de pronunciatione arbitrorum.[a] Sed tu aduerte, quia reperio Dom. Ant. de Prato veteri, in repet. dictæ l. fin. ff. de offi. eius, & in l. ab executore. ff. de appell. col. 8. tenentem simpliciter, quòd etiam de iure ciuili, delegatus ab inferiore à Principe possit exequi sententiam suam per executionem facti. Mouetur primò per regulam, quia mandata iurisdictione omnia videntur demandata iurisdictione, &c. de quo hic in Glo. Secundò, quia sicut per mandatum executionis cognitio videtur demandata, vt in cap. pastoralis. de offic. delegati, & in l. & si non cognitio. C. si contra ius, vel vtilit. publ. Ita per contrarium mandata cognitione, videatur mandari executio, vt contrariorum idem sit iudicium. Tertiò per tex. in l. fi. iuncta l. apertissimi. C. de iud. Quartò per l. 2. C. de spor. licet Glo. ibi aliter intelligat, & malè, secundum eum. Quintò per l. placet. C. de iud. Sextò per cap. querelam, supra de elec. Septimò, quia velle interpretari, quòd virtute talis rescripti vel delegationis possit exequi, nihil aliud est, nisi latè interpretari rescriptum contra concedentem, de cuius solius præiudicio agitur, quod fieri debet, vt in l. si quando. C. de bon. vac. lib. 10. no. Inno. cap. cum dilectus. infra de do. & Bart. in l. si beneficium. supra de consti. Prin. Vltimò mouetur per l. si reus. ff. de procu. vbi delegatus potest iubere pecuniam deponi, quæ depositio habet instar solutionis, vt l. acceptum. C. de vsu. & l. si soluturus. ff. de sol. & sic executionis. Nec ob. quòd de iure ciuili non possit executio expressè delegari per inferiorem, quia ipse negat hoc, & ego contrarium tenui in repet. l. 1. ff. quis & à quo. Præterea[b] posito, quòd non posset committi expressè per se, & principaliter, tamen multa veniunt cum alio accessoriè, quæ sola nō possunt committi, vt no. in cap. ex literis. de iure pat. & in l. modicis. ff. de contrah. empt. & in l. quædam. ff. de acquir. rer. dom. cum si. Et ad tex. nostrum responde, vt suprà dixi, & similiter potest responderi ad l. à diuo Pio, in prin. vt dixi in prima solutione data ad tex. nostrū. Et sic patet ex prædictis quòd materia est satis dubia, & disputabilis, & repetibilis.

ADDITIONES.

a *No. quòd delegatus inferioris à principe potest exequi sententiam suam de facto. primo per executionem facti, & istam executionem facti declarat Alexan. in d. l. à diuo Pio. in 2. colum. ff. de re iud. vbi etiam Imo. latius hunc prosequitur articulum. vbi etiam Aret.*

b *Et septem fundamentis istis respondent hic Feli. in pe. col. quem videas.*

SVMMARIVM.

1 *Laicus, quo casu coram iudice Ecclesiastico conueniri possit.*
2 *Bona clericorum gaudent priuilegijs Ecclesiarum.*
3 *Rigor pro iuris ordine accipitur quandoque.*
4 *Laicus ex cõsuetudine de foro Ecclesiastico potest esse.*
5 *Citatus, quando non tenetur comparere, valet processus contra eum gestus, & nu. seq.*
7 *Seruus in iudicio contra dominum esse potest, propter grauem iniuriam sibi illatam.*
8 *Citatus, quid facere debeat.*
9 *Declinatoria qualitatis iurisdictionis & fori, quando debeat opponi.*
10 *Citatus coram incompetenti iudice, quam cautelam debeat adhibere.*
11 *Statuta contra libertatē Ecclesiasticam, sunt inualida.*
12 *Negatio sola qualitatis forum mutat.*
13 *Iurisdictio excluditur qualitate negata.*
14 *Iurisdictio iudicis Ecclesiastici, qualiter probetur.*
15 *Clericus agens rei vendicatione, non censetur tacitè sacrilegium deducere.*
16 *Cognitio summaria, qualis esse dicatur.*

SI CLERICVS. Laicus à quo clericus vel Ecclesia rem vendicat, debet coram suo iudice laico conueniri, hoc dicit. Vel sic secundum Dom. meum, super re Ecclesiæ vel clerici, potest laicus coram Ecclesiastico iudice conueniri: sed si probabiliter negat rē esse clerici vel Ecclesiæ, debet coram suo iudice laico conueniri. h. d. Et primò ponit dictum. secundò ipsius rationem, & contrariam localem obseruantiam ibi, cum actor.

1 ¶ † Primò no. vnum notabilem casum, in quo laicus potest coram Ecclesiastico iudice conueniri, scilicet quando agitur de re Ecclesiæ. & ratio potest esse, quia ipsa detentio in dubio præsumitur iniusta. 12. q. 2. c. nulli, & c. qui abstulerit, cum si. vnde ex tali iniusta detentatione videtur committi quasi quoddam sacrilegium, ratione cuius Ecclesia vēdicat sibi iurisdictionem, vt in c. cum sit, & in c. conquestus. infra eod. & de hoc ibi latius dicam.

2 ¶ † Secundò no. quòd quantum ad priuilegium fori, bona clericorum gaudent priuilegio, quo gaudent bona Ecclesiarum, & de hoc infra.

a ¶ Tertiò no. per allegationē[a] efficitur res dubia, ad idem, c. Pisanis. inf. de rest. spol. & in l. 3. C. qui. ad liber. procla. nō licet, & no. in c. super eo. inf. de testi. cogen. quod procedit, nisi allegatio haberet manifestam calumniam, & cōtrariam notorietatē, ad quod vide, quæ dixi in c. consuluit. inf. de app.

3 ¶ † Quartò no. ibi, de rigore, quod hic accipitur
b rigor[b] pro iuris ordine, secundum Host. & Io. And. Nā, vt sequitur in litera, ordo iuris vult, quòd actor sequatur forum rei, alibi dicitur, quòd rigor est quędam

ADDITIONES.

a *No. ex negatione fieri rem dubiam. adde Glo. 1. in c. veniens. de renun. & in c. 1. de offi. dele. lib. 6. amplia & limita pluribus modis, vt per moder. hic in 1. no. per Fel. in cap. ad nostram. de prob.*

b *Adde, quid sit rigor, & quid dispensatio, ho. Glo. in c. vt constitueretur. 50. di. & latius hic Panorm.*

dam generalis ordinatio secũdum iuris ciuilis regulas. vide Bar. in l. 1. C. de leg. aliquando tamen ponitur pro quadam austeritate facta ad terrorem, per quã exceduntur iuris regulæ. vide Glo. 50. di. c. vt cõstitueretur, & aliquid per Dominum meum in c. 2. de re iud. & vide quod latè dixi in Cle. 1. de iud. vbi tractaui de rigore & æquitate, & vide etiam quod dixi in c. fi. supra de transact.

4 ¶ † Quintò no. quòd potest ex consuetudine induci, vt laicus efficiatur de foro Ecclesiastico. de quo dicam in c. cum contingat. infra eod. ¶ Vltimò no. quòd quando certa qualitas dat iurisdic. iudici, non videtur sufficere, quòd talis qualitas allegetur in libello, si talis qualitas negetur, & de hoc latius infra post Glo. in Glo. 1. in fi. dic de hac materia, vt latè dicemus in c. cum sit, infra eod. Glo. 2. in princ. quærit, vnde habuerit ortũ consuetudo, de qua in tex. & soluit, & subdit quid hodie obseruet curia. In eadem Glo. ibi, quotidie concedit. dic, idem no. Glo. in c. seq. Sed dic quod hæc concessio potius procedit de facto, quàm ex iuris dispositione, vt dicit Archid. 89. di. c. iudicatũ. ¶ Postremò, quia supra in rub. ego remisi me examinaturum quintum princip. articulum, in quo versatur materia, qualiter cognoscatur quis sit iudex cõpetens secundum varios modos positos in d. rub. Circa quem artic. breuiter dic, quòd talis competentia cognoscitur ex qualitate in libello deducta. tex. est hic, & in c. cum sit, & c. ex tenore. infra eo. & in c. cæterum. supra ti. 1. & no. Io. de Imo. in Glo. super verbo, vsuris. in Cle. 2. de iud. & ibi dixi, & adde, quod statim dicam in 11. artic. in 5. opp. ¶ Item, quia in rub. ego dixi me hic tractaturum de nono articulo, videlicet vtrum & quibus casibus citatus coram iudice incompetenti teneatur comparere: saltem allegaturus priuilegium suum, & quid iuris si non comparet, an & quando valeat processus. ideo pro ipsius art. examinatione dic, quòd in hac materia Glos. & Doct. variè loquuntur. de quibus latè per Inno. & Doct. in c. 2. infra de dila. & per Inno. in c. super literis. de rescript. & in c. prudentiam. de offi. deleg. & per Io. And. in regula, scienti. de reg. iur. lib. 6. in mercu. circa solutionẽ quæstionis. & per Legist. in l. 2. ff. si quis in ius voc. non ierit. & maximè per Barto. ibi in repe. & aliquid per Barto. sed latius per Ioan. de Imo. in l. quidam cõsulebat. ff. de re iud. & per Glo. in verbo, citent. in cap. Romana. §. cum autem. de ap. lib. 6. & per Glo. in c. si duobus. infra de appel. & in c. veniens. ubi tetigi. infra de accus. & per Glo. in verbo, citet. in cap. statutum. §. in nullo. de rescrip. lib. 6. vt per Glo. 3. q. 2. cap. si Episcopus, & per Ang. in q. sua, quę incipit, Bononiensis, & in hac materia quasi sequar ordinẽ Domini mei, & Do. Ant. in d. c. 2. de dilat. quibusdã additis. Cum igitur quæritur, vtrum citatus coram iudice incompetenti teneatur comparere,[a] &c. procedam per casus & conclusiones.

5 ¶ † Prima igitur conclusio sit, quòd quando citatus nec est, nec esse potest iudex ipsius citati, citatus non cogitur comparere, nec valet processus gestus contra eum non comparentem: nec etiam si compareret & taceret, quia taciturnitas hoc casu, nihil operatur. facit quod no. Glo. in l. 1. C. vbi de cri. agi oportet, quæ dicit, quòd quando citans est talis, quem citatus sua voluntate non potest facere iudicem, taciturnitas nihil operatur ad faciendum eum iudicem. facit. cap. dilecto, & quod ibi no. Innoc. infra de præben. & quod tradit Spec. in tit. de citat. §. 1. versic. sed pone, quòd iudex. & §. penul. in fi. & Archi. 15. q. 4. c. 2. & quod no. Ioan. Andr. in d. regula, scienti. & ex hoc infertur, quòd si clericus citatur à laico, siue cõpareat, siue non compareat, nõ valet processus contra eum agitatus: ex quo laicus nõ potest esse iudex suus, quia semper reperitur sententia à non suo iudice lata, vt in cap. at si clerici, supra de iud. & C. si à non compe. iudi. per totum, & quod no. Glo. in c. significasti. infra eo. Et hoc modo potest intelligi Glo. no. in Clem. 1. de sequest. pos. & fru. quæ dicit de defectu iurisd. potest quandocunque opponi, & mihi placet: quia quotiescunque certum est citantẽ non esse iudicem citati, non est dubiũ quòd citatus non tenetur comparere, vt no. Glo. in d. c. super literis, & in d. cap. Romana. §. 1. & in d. l. 2. ff. si quis in ius voc. non ierit. Aduerte tamen: quia prędicta procedũt in terminis prædictis, & sic quando nulla esset facta expresio causæ, propter quam aliquo modo fundaretur iurisdictio citantis: secus si esset aliqua qualitas expresè, per quam fundaretur citantis iurisdictio: puta quia citatur clericus coram iudice laico domino feudi, ratione feudi, de quo dic, vt latius dicam in c. sequenti. in 1. quæstio, & etiam apparebit hoc ex infra dicendis.

6 ¶ † Secunda conclusio sit, quando citatus nõ est iudex, sed tamen posset esse iudex citati, sed notoriè constat eum non esse iudicem: citatus non tenetur comparere, nec valet processus gestus contra eum non comparentem: siue sit contumaciæ punitiuus, siue sit factus super causa principali. ad hoc Glo. 3. quæst. 2. cap. si Episcopus, & infra de accus. in cap. veniens, & c. si duobus, & in cap. de auide. de appella. lib. 6. Et ita communiter tenent Innocen. & Doct. in d. cap. 2. de dilatio. & mihi placet. licet enim possit esse iudex in aliquo casu, tamen si illum non exprimit in libello, aut citatione: citatus habet regulam pro se, vt non teneatur comparere. vnde cum habeat regulam pro se, dicitur certum esse notoriè, vt hoc appareat, vt no. in l. quoties. ff. si quis cau. facit etiam regula l. omnis diffinitio. ff. de reg. iur. & ideo casum exceptum per quem teneatur ille comparere tanquam subditus citati, debet quis allegare in ipso libello: aut iudex in citatione, & ipsum si opus est, postea probare. facit tex. noster, & quod statim dixi.

¶ Tertia conclusio, quando non est notorium citantem non esse iudicem, sed in veritate non erat iudex, & in citatione nulla innititur potestate, sed simpliciter citat, non exprimendo se iudicem ordinarium, vel delegatum: citatus non tenetur comparere, vt voluit Innoc. in d. cap. 2. vbi etiam dicit, quòd processus contra talem agitatus non tenebit, & sequitur Dominus meus. Quandoque verò non est notorium citantem esse iudicem, tamen in ipsa citatione

ADDITIO.

a *No. quòd delegatus citãs debet rescriptum inserere in citatione, aliàs citatus non cõparet. auth. qui semel. vbi Bar. no. in 3. col. ad hoc, C. quomodo & quando iudex, & vide d. Ias. in l. 2. in 1. col. si quis in ius voc. non ierit.*

tione citans exprimit aliquam iurisdictionem ordinariam, vel delegatã, per quam ostendit, quòd alicui innititur iurisdictioni, & hoc casu distingue, quòd aut citans exprimit se delegatum, aut ordinarium.
a Primo casu, quando exprimit [a] se delegatum, & ipsi citato mittit copiam tenoris rescripti, vel etiã si non mittit in casibus, in quibus hoc fieri potest, secundum ea, quæ traduntur in c. cum iure, supra de offi. deleg. & per Dominum meum post Innoc. in d. cap. 2. & hoc casu subdistingue, quòd aut nullum rescriptum à superiore emanauerat, aut si emanauerat, illud erat falsum, & Innoc. videtur variasse. Nam in cap. super literis, videtur velle, quòd non valet processus contra abeuntem, etiam super incidenti: quia sicut fabricator falsi rescripti non potuit dare iurisdictionem super principali, ita nec super incidenti, vt puta quòd possit pronunciare se competentem, vel vt possit punire non comparentem, tanquã contumacem, & hoc placet Ioan. And. in d. c. super literis, licet Inno. aliud sentire videatur in d. cap. 2. de dilatio. Sed primum dictum plus placet ibi Domino meo, qui tamen remittit ad no. in d. c. super literis. Aut rescriptũ in veritate emanauit à superiore, sed erat nullum, puta, quia impetratum ab excommunicato & citatus tenetur comparere. Et si non comparebit, valebit processus contumaciæ punitiuus: nisi propter contumaciam perueniretur ad secundũ decretum, quia tunc non valeret hoc casu, secundum quod statim dicam in ordinario. Sed tamẽ aliter punitiuus, & incidenter factus processus valebit, quia in dubio erat iudex in cognoscendo, an sua esset iurisdictio, vt d. c. super literis. sed agitatus super principali causa, non tenebit, super illa nullam habet iurisdictionem, ex quo rescriptum non erat nullum, quod tamen procedit, nisi talis iudex prius pronunciasset se iudicem competentem, quo casu valeret processus postea gestus, & istud fuit singulare dictũ Lapi in cap. 1. de rescrip. lib. 6. quod sequuntur DD. mod. in d. cap. super literis. & Dom. M. in d. c. 2. quod perpetuò notabis, & ex ipso semper adhibebis consilium & cautelam, prius facias iudicẽ pronunciare super iurisdictione sua, quam procedat super principali, & ad id quod dixi de rescripto impetrato ab excõmunicato, vide quæ latius dicam in c. sacris. infra de sent. excom. in 19. princ. art. Si vero rescriptum non erat nullum, sed subreptitium, & sic valeat, sed elidi poterat exceptione, hoc casu valet processus gestus contra absentem, etiam si sit factus super principali, quatenus tamen status causæ hoc patiatur: & ratio est, quia licet rescrip. sit subreptitium, tamen tribuit iuris. l. exceptione elidibilem. quare imputãdum est citato, si non comparet, & non opponit exceptionem, vt no. in d. c. super literis. & cap. cæterum. de rescrip. & in c. inter, infra de re iud. quod tamen intellige, nisi error esset expressus in citatione, vel de iniustitia citationis notoriæ constaret, secundum ea, quę statim dicam de ordinario. Si verò iudex citans innititur iurisdictioni ordinariæ, dic quòd aut talis in veritate non erat iudex ordinarius, nec citati, nec aliorum, & non valet processus, siue sit factus contra absentem, siue etiam cõtra comparentem, quia iste processus semper reperitur factus à iudice incompetẽti, vt supra dixi in prin. Nec in eo potest habere locũ prorogatio, ex quo nulli præest iurisdictioni, per ea, quæ dixi in cap. significasti. infra eod. in 4. princ. art. Aut non est iudex ordinarius citati, sed aliorum territorij citantis, & tunc aut causam exprimit in citatione, quæ si vera esset, competeret iurisdictio, vt quia ibi contraxit, vel deliquit, & tunc aut de citatione exprimit aliquem errorem, vt puta, quod veniat ad respondendum seruo, vel excommunicato, aut bannito, vel spoliatori suo, aut pupillo, vel simili: Aut si non exprimit, tamen notorium est citationem esse iniustam, vt quia citat ad locum notoriè non tutum, & non tenetur comparere, vt singulariter voluit Inno. in d. c. 2. Nec ob. quòd in aliquo casu prædictorũ casuum possit contingere citationem esse iustam: quinimò non videatur posse considerari, quòd detur aliquis ex prædictis casibus, in quo in aliquo casu nõ possit citatio esse iusta. exemplum, si citatus est dominus, vt respondeat seruo.
7 ¶ † Nam propter grauem & enormem iniuriam seruo illatam, potest seruus esse in iudicio contra dominum. Insti. de his qui sunt sui vel ali. iu. Et idem in alijs casibus, in quibus semper posset inueniri aliqua excusatio: quia respondetur secundum Inno. quòd ex quo in citatione posuisti iniustum, seu illicitum, ratione talis citationis prima facie iniuste non teneatur citatus comparere: nisi in ipsa citatione exprimatur causa confundens illam præsumptam iniustitiam, quia citatus habet pro se fundatam intentionem suam. facit bonus tex. in Clem. 2. §. Pisana. de re iudic. & idem si citatio de se non est iniusta, sed impedimẽtum est notorium ex parte citati, vt quia notorius infirmus, vt l. quæsitum. ff. de re iud. Si verò citatio est iusta, tenetur comparere licet in veritate nõ sit iudex, ex quo de hoc dubitatur, & si non compareret, valet processus contumaciæ punitiuus, quia debebat venire allegaturus priuilegium sententiæ, vt l. si quis ex alie. ff. de iud. & l. 1. ff. si quis in ius voc. non ierit. cum sim. Sed si in veritate non erat iudex, non valebit processus super principali: etiam si status causæ patiatur, vt posit procedi super principali, li. non contest. quod tamen est verum, nisi prius expresse pronunciaret se iudicem competentem, & ideo dixi expressè, quia per processum ad vlteriora, ex quo pars aduersa est absens, & sic non videtur cõsentire, sed potius contradicere, non videtur iudex tacitè pronunciare super iurisdic. quia tunc intelligitur tacite pronunciare per processum ad vlteriora quãdo pars est præsens, & ita procedit c. ex parte, el 3. & quod ibi no. inf. de app. & hoc voluit Inn. in d. c. 2. de dila. & sequũtur ibi Doc. & Io. An. in d. reg. scienti. & ratio quare potius [b] valeat processus contra absentem contumaciæ punitiuus, & etiam super princ. quando prius pronunciauit expressè se cõpetentem & iud.

ADDITIONES.

a ¶ *Not. quòd delegatus citans debet rescriptum inserere in citatione, aliàs citatus non comparet. auth. qui semel. vbi Barto. no. in 3. colum. ad hoc, C. quomodo & quando index. & vide d. Ias. in l. 2. in 1. colum. si quis in ius voc. non ierit.*

b ¶ *Not. rationem, quare processus ordinarij valeat, quando declarauit se competentem, & non delegatus, quando vterque erat incompetens, facit quòd no. in l. si quis ex aliena. ff. de iu.*

& iud.ord.& tamen nō valet, si sit delegatus, vt sup. dixi, quia ordinarius habet saltem iurisdict. in omnes habitantes in suo termino: etiā si sunt extranei, & ideo ratione dubij potest citare & pronunciare. Sed aduerte circa prædicta: quia licet supra dixerim valere processum contumacię punitiuum: illud procedit, nisi pro tali contumacia sit interpositū decretum ex causa iniusta, vt quia ius non cōpetebat actori, vel sciebat suum ius posse elidi per excep. cōpetentem reo: puta, pacti de non petendo, aut similem: quia cū decretum debeat ritè & rectè interponi, meritò interpositum contra absentē ex falsa causa, non tenet, secundū Inno. D. An. & D. M. in c. 2. & in c. dilecto. inf. de ver. sig. & per Bart. in l. iustè. ff. de acq. pos. & in l. Fulci. §. Prætor, ff. quib. ex cau. in possatur, & est bonus tex. in l. cum verò. §. subuentum. ff. de fideic. liberta. & l. 1. §. hæc verba. ff. ne vis fiat ei. & in l. si eo tempore. ff. de pecu. licet gl. dubitauerit in d. §. Prætor. & aliud videatur sentire in d. l. iustè. & vide Spec. in ti. de primo & secundo decreto. §. nunc dicamus. in fi. licet secus sit in sententia, si aliud non obsistat, quam iuris, vt l. cū putarem. ff. fam. ercis. de quo per Doct. in c. cum Bertol. inf. de re iud. & per Legistas in l. si prætor. §. Marcellus. ff. de iud. & vide quæ latissimè dixi in c. 2. inf. de crimine falsi. si verò iudex citans in veritate habebat iurisdictionē, & expressit ea, quæ erant exprimenda in citatione: tenetur aduersarius cōparere, quāuis fortè actori ius non competeret, vel nō esset audiendus, ex varijs causis. Sed omitto, quia non est materia nostra, cum detur competentia. Circa 10. prin. art. de quo etiam remisi me hic dicturum in rubrica, videlicet qualiter se debeat habere coram iudice incompetenti, & quādo opponere de incompetētia, & quas causas allegare, seu cautelas adhibere, vt non incidat in pœnam statuti prohibentis declinari forum: & an valeant talia statuta, procedam per quatuor principales quæstiones, prout ex infra dicendis apparebit.

¶ Prima quæstio sit, quid debeat ipse citatus facere. Secunda, quādo debeat opponi declinatoria, seu negatio qualitatis iurisd. Tertia, quando cautelam adhibere debet conuētus, qui citatur coram iudice incompetenti, scilicet ex forma statuti, pœna est declinare iurisd. Quarta, vtrum talia statuta valeant.

8 † quò ad primam dic, quòd debet diligenter considerare formam citationis, & casus in quibus nullo modo nec super incidenti, nec super principali potest contra eum procedi, & securè potest non comparere per ea, quæ dicta sunt in præced. artic. Si verò aliquo modo, vel ex aliqua causa posset contra ipsum procedi: vel incidenter, vel principaliter, secundum quod dictum fuit in præcedenti articulo: tunc cautius videtur esse, quòd citatus compareat, & ipsius citati iurisdictionem declinet, vt no. in cap. super literis. supra de rescript. & in c. inter. infra de re iud. Nec ex eo, quòd citatus compareat, videtur prorogare iurisdictionem: etiam si esset talis, cuius iurisdictio posset prorogari, nec etiam videtur priuilegio suo renunciare, [a] nisi litiget coram eo. vt no. Bal. in l. 2. C. de bo. aut. iu. pos. Item etiam nec per copiæ petitionem, aut promissionem factam de parendo mandatis iudicis, sed solum per actum compatibilem priuilegio suo, vt dicit Bal. in d. l. 2. & Cyn. in l. fi. C. de spon. in fin. quæstio. vel per actus positiuos tales, per quos fiat iurisdictionis prorogatio secundum ea quæ latè dixi in c. signifi. infra eo. in 6. princ. art. in 1. q. prin. & in 8. q. princ. Aduerte tamen, quia debet esse cautus comparens quòd alleget priuilegium suum & incompetentiam citantis, & ipsum declinare, sed non simpliciter dicere illum iudicem incompetentem, sed debet dicere, quòd non est suus iudex competens, & quòd non intendit in eum consentire per illum actum, aut aliquem fiendum in posterum, nisi & inquātum sit iudex competens: quia si simpliciter declinaret, posset puniri tanquam contumax, secundum no. per Innocen. in cap. Cuma. de elect. & per Bald. in l. non videtur, ff. de iud. & Io. de Imo. in l. quidam consulebat. de re iu. in pe. col. dixi in d. c. inter. infra de re iu. Et si fortè ratione alicuius qualitatis esse competens & vigore illius qualitatis citaretur, debet negare illam qualitatem, si non est vera. tex. est hic, nec per hanc negationem videtur in iudicem consentire, vt hic, quòd etiam si qualitas illa videretur facere ad merita causæ: quia per dictam negationem non dicitur induci litis contestatio, per quā excludatur declinatoria, secundum no. in d. c. inter. & l. pe. & fi. de except. quia talis negatio non fit ad litis ordinem, hoc est, ad litis contest. sed ad iurisdictionis exclusionem, secundum Host. & Io. An. hic. vnde dicūt singulariter D. Ant. & D. M. hic, quòd vbi negatio respicit pariter iurisdictionē & petitionem, potius interpretatur, vt fiat ad iurisdictionis exclusionem, quàm ad litis contestationem,
b quod est singulare [b] & perpetuò memoria cōmendandum, & mihi placet, pro quo dicto mihi venit in mentem: quia sicut verba dubia libelli interpretantur pro libellante, vt in l. si quis intentione ambigua. ff. de iu. ita & verba dubia exceptionis propositę debent interpretari pro excipiente, maximè cum intentioni conforment. Et ideo cum intētionis reorum sit fugere, vt in l. inter stipulantem. §. 1. ff. de verbo. oblig. merito potius interpretantur dicta verba in vim declinatoriæ, quàm peremptoriæ. Nec obs. quod no. Innocen. in cap. dudum. el 2. supra de electio. & Doct. ibi. vbi volunt, quòd verba dubiæ exceptionis interpretentur contra excipientem: quia intelligo respectu dubiæ probationis exceptioni dubiæ propositæ. Nam sicut dubia probatio non releuat actorem, vt in cap. in præsentia. infra de prob. licèt dubius libellus interpretetur pro actore, vt dixi: Ita dubia probatio exceptionis non releuat excipientem, sed tamen respectu propositionis debet pro ipso interpretari, quia non debet esse in hoc deterioris conditionis, quàm actor, maximè cum excipiens respectu exceptionis uideatur agere, ut l. 1. ff. de exceptio. & pro dicta sententia facit quod dixi

ADDITIONES.

a *¶ Citatus comparens non videtur renunciare priuilegio. Facit quod no. Bart. in authen. C. de Episco. & cler. vbi infert ad testes deponen. qui inuiti præsumuntur deponere, quando sunt priuilegiati. cuius contrarium tenuit ipse in l. post legatum. §. is verò. ff. de his quibus vt indig. & de ea contrarietate perpendit Ar. in cap. illa, 2. colum. de accu.*

b *¶ No. dictum sing. ad lim. l. si quis intentione ambigua. ff. de indi.*

dixi in c.inter.inf.de re iud.vbi dixi post Doct.quòd si aliquis proponit simul recusationē declinatoriam & alias dilatorias,intellige illas proponere secūdum ordinem intellectus.arg.l.2.§.sed si quis.ff.de vulga.& pup.& no.Bal.in l.fi.C.de iu.& vide alia iura,quę allegaui in d.c.inter.facit etiam, quia verba interpretantur secūdum quod est verisimile,per l.stipulatus.ff.de vsu.& l.cum pater dotem.ff.de pac.dota.& in l.insulam.ff.qui po.in pig.ha. Ex quibus infero, quòd si in libello essent narrata plura, aliqua qualitas tribuens iurisdictionem, quæ etiam respiceret merita causæ,quòd si reus comparēs negaret narrata,prout narrantur, vera esse, & petita, prout petuntur, fieri debere: nō propterea intelligitur esse facta litis contestatio. de quo latius dicetur in cap.1. infra de li.contest.ar.8.& quæ prædic.notabis, quia nouissima sunt. Vtrum autem Episcopus possit declinare forum Regis cognoscentis, an sua sit iurisdictio, dicam in seq. ar.

9 ¶ † Secundò quæro, quando debeat opponi declinatoria, seu negatio qualitatis iurisdictio.& fori. Solutio patet ex prædictis: quia debet proponi ante li.contest.& non post. Nam si postea proponeretur, onus probandi incumberet ipsi conuento, secundum Dom. Anto. de quo dic, vt latius dicetur in seq. artic. in 4.opin. Francisci de Albergotis. Sed hoc vltimum mihi non placet: quia post li.contest.
a non potest opponi exceptio declinatoria,[a] vt late dixi in cap.inter.infra de re iud. & no.in l.exceptione.C.de except.& vide quod dixi in cap.significasti. infra eod.in prin. artic. q.1.& 8.nisi intelligeres, quòd esset talis incompetētia seu iurisdictio, quæ non posset prorogari.

10 ¶ † Tertiò quęro,quam cautelam debeat adhibere conuentus,qui citatur coram iudice incompetenti, & ex forma statuti prohibetur declinatio fori talis iudicis sub certa pęna.exēplum,dictat statutum[b]
b quòd declinans forum Potestatis, incidat in tantam pœnam, vel possit impune offendi, citatur clericus coram Potestate,quæritur qua cautela vti poterit ne incidat in pęnam statuti,saltem de facto. Sol. But.& Bart.in auth.statuimus. C.de episc.& cler. tenent quòd cautela est, dicat non possum respondere coram vobis obstante prohibitione.c.si diligēti. de foro compet. Io.de Lig. dicit quòd tale statutum nōn tenet respectu clericorum: quia aut expressè disponit de clericis,& clarum est,quòd non tenet,vt in authē.cassa. C.de sacrosan.eccles.& in c.nouerint. inf. de senten.excom. Aut expressè nō disponit,sed simpliciter & generaliter loquitur, & nō refertur ad clericos,vt in c.1.de iureiu.lib.6.& in c.1. de immu. eccle.lib.6. & subdit, quòd forte cautela But.& Bart. nō prodesset,cū effectualiter videatur declinare.nec refert, facto aut verbo aliquid fiat. vide multa iura alleg.per gl.in c.cum super.supra de offi.dele.& quoniam de facto prædicta statuta, quæ nunc mandantur executioni, vt euitetur grauamen facti, vtile est seruare consilium Bar.de quo in l.pe.§.ad crimen.ff.de pub.iud.videlicet, quòd clericus nō declinet,sed superior compareat pro interesse suo, & cū reuocet.ar.c.si iudex laicus.de sent. excom. lib.6. facit quod in simili dicam de domino reuocāte vasallum, in c.seq.inf.eo.& hoc etiam tenet Do.Ant.in c.relatum. infra de sent. excom. per illum tex.& Pet. de Anch. in repet. reg. ea, quæ. de reg. iur. lib.6. dicit bene, quòd quantum ad validitatem & potestatem comprehensiuam,tenenda est opi. Io.de Lig. facit quod no.Io.An. in d.c.fi. & idem tenet Bal.in d.auth. statuimus. etiam si per quandam viam indirectam pœna concerneret clericum declinantem,vt puta,si clericus declinauerit,vel etiam si dicit statutum, si quis declinauerit,pater eius, vel frater, vel consanguinei tantum soluant, vel possint impunè offendi. voluit tamen Bal.& Pet. quòd ad euitandum grauamen facti,cautela etiam est, vt ipse clericus vadat coram iudice in habitu & tonsura clericali, non autem excipiat, quia habitus & tonsura manifestant eum clericum,& pro ipso excipiunt, secundum no. in c.si iudex laicus. de sen.excom. lib.6. quam etiā cautelam tradit Ang.& sequitur Io.de Imo. in l.quamdiu. ff. de acqu. hær. A. B. Et eandem cautelam tradit Bal. in l.1. C.de natu. lib. in fi. per illam l.Ma. Ego etiam arbitror, quòd tam in clericis, quàm in laicis, si iudex funditus careret iurisdictione, ita quod processus contra eum absentem non teneret, quod caute-
c la[c] est, quòd non cōpareat, & si forte postea contra eum lata esset sententia, aut processus factus,vigore cuius ageretur: opponat de nullitate ipsius sententiæ & processus.

11 ¶ † Quartò quæro,vtrum talia statuta,de quibus statim dictum est, valeant. Sol. Dic,quòd in quantum non loquuntur de clericis,nec sint cōtra ecclesiasticam libertatem, valent: sed si essent contra clericos,aut contra ecclesiasticam libertatem,non valerent: quamuis de clericis,aut personis,vel rebus ecclesiasticis non loquerentur, secundum ea quæ latè traduntur in auth. cassa. C.de sacrosan. eccle. & per Bar.in l.omnes populi.ff.de iust.& iu.& latè per Pet. de Anch.in rep.c.1.supra de const.in 11.prin.q.dixi in d.c.nouerint. infra de sent. excom. vnde non ualent, si propter talia statuta clerici efficerentur timidiores,& laici audaciores, vt dicit Bald.in d.authen. cassa.in 3.q.per tex.in l.1.§.quæ onerādæ.ff.quarum rerum actio non datur. Et vide quæ statim dixi in præced.q.secundum Io.de Ligna.

¶ Circa

ADDITIONES.

a ¶ *Exceptio declinatoria non potest opponi post litem contest. Vide latè Bal.in l.exceptionem.C.de prob.vbi tamen ponitur de delatorijs. sed vide eundem in l.fin.C.de excep.& l.1.C.si à non compe.iud.*

b ¶ *De hoc statuto vide Ange. aliter loquentem, l.filiusfa.§.diui.ff.de leg.1.Anch.in c.1.ver.quæro regulariter. de const.& dicit Barb.in auth. cassa. quòd isti statuētes sunt excōm.in addi.Bal.adde Bal.latè distinguentem authen. statuimus. in 2.col.de sacrosan.eccl.*

c ¶ *Cautela clerici ad euitand. tribunal iudicis secularis, vt indutus vestes clericales compareat,quia hoc modo re ipsa excipiet.& ipso facto, & bene facit, quòd non minus re, quàm verbo,mens hominis ostenditur. l.si tamen.§.1.ff.de ædil.edi.latè Ias.in l.si ita scriptum.§.1.de legat.1.in princ. vbi multa per l.reg. & facta vero proximiora sunt. Decius consil.54. & facto facilius prorogatur iurisdictio, quàm verbo. l.si conuenerit.ff. de iurisdict.omn. iudic. l.sed & si susceperit.ff. de iurisdictio. adde Paul. consil.263. lib.primo. vbi multa. quod no. facit l. de quibus. circa fin. ff. de legib.*

¶Circa 11. artic. de quo similiter in rubr. remisi me hic tractaturum: videlicet, quid agendum sit si aliquis citatur ad forum non suum, seu coram iudice incompetenti, secundum suã naturam & primordialem essentiam, sed ex aliqua causa in libello deducta concluditur ipsius competentia, quæ tamen qualitas negatur quid agere debeat iudex, & ad quẽ pertineat probatio illius qualitatis, & quam debeat probare, & apud quem, & iste articulus est subtilis & difficilis, vt ex infra dicendis apparebit, & est diligenter attendendus, & ideo maiores nostri varias tradiderunt opi.

¶Prima opin. fuit Glo. qui primo videtur fateri, quòd iudex debet summariè cognoscere de qualitate tribuentis iurisdictionem negatam per conuentũ comparentem, per l. si quis à liberis. §. si vel parens. ff. de lib. agno. pro quo facit, quod no. Vincen. in cap. conquestus. infra eo. vbi vult quòd si laicus conuentus coram ecclesiastico pro inuasione, aut raptu tribuentis iurisdict. ecclesiastico neget talem qualitatem, quòd iudex ecclesiasticus cognoscet, donec appareat, quòd iurisdictio non sit sua, & cum cognouerit, condemnat actorẽ in expensis, & remittit laicum ad iudicem suum, vt inf. de app. in c. vt debitus. & c. cum speciali, & hãc opi. sequitur hic Io. An. pro qua facit quod no. Inno. in c. cæterum. supra de iudi. vbi dicitur, quòd si ad fundandam iurisdictionẽ exigitur, quòd res sit feudalis, & hoc negetur: debet iudex ante omnia de hoc cognoscere, & idem si ratione contractus vel delicti, quis citaretur, & negaretur talis qualitas, prius de ea cognoscendum est, vt no. Inno. in c. super literis. de rescript. & Arch. & Io. And. in c. Romana. §. contrahentes. eod. titu. lib. 6. & Ioan. And. in c. 1. de rapto. & in l. præscriptione. C. si contra ius vel vtil. pub. Et idem si citatus à conseruatore dato ab Apostolica sede, negat iniuriam notoriam, vt no. Io. And. in c. 1. de offic. deleg. lib. 6. Et in Archiepiscopo visitante prouinciam, qui vult subditorum suffraganeorum delicta punire: si per ipsos talia delicta negentur esse notoria, vt tradit Archid. in c. Romana. §. notoria. de censi. lib. 6. A. B. Et hanc opin. tenet etiam Gem. in d. §. contrahentes. Idem Iaco. Butri. & Bald. in l. præscriptione. C. si contra ius vel vtil. publicam. idem Anto. de But. Abb. Moder. & Imo. in d. c. super literis. & Anton. de But. in c. cæterum. supra de iudi. & Bal. in l. si quis ex aliena. ff. de iu. Ma. Et sic patet, quòd in his omnib. & similibus casibus, cognoscitur prius de qualitate allegata pro fundamento iurisdictionis denegata per reum conuentũ ad excludendam iurisdictionẽ, & si talis qualitas non reperiretur adesse, remittit conuentum ad iudicem suum, & actorem in expensis condemnabit, vt dixi. Si verò probatur adesse, cognoscet de causa principali, & sic est intelligẽdus & limitandus tex. noster.

12 ¶† Secunda opi. principaliter fuit, quòd sufficiat sola negatio qualitatis allegatæ, & sola negatio facit, vt mutetur forum, mouetur per tex. nostrum. Nam ex eo, quòd hic fuit negatum, quòd ista res esset ecclesiæ seu clerici: dum dicitur hic quòd debet adiri iudex secularis, allegat etiam no. in c. cum sit, inf. eo.

¶Tertia opi. est, quòd sola in libello allegatio facta qualitatis vel causæ concedentis iurisdictionem sufficit, quamuis illa non sit vera, dummodo nõ constet de falsitate, quia quod exprimitur in libello, habetur pro vero quò ad fundandam iurisdictionem, vt in l. cum quædam puella. in fi. ff. de iurisd. om. iud. tenet Barto. in d. l. 2. ff. in ius voca. vt eant. vbi dicit, quòd si aliquis citatur ratione contractus vel delicti coram non suo iudice, non sufficit negare contractum vel delictum, ad excludendũ iurisdictionem. Sed hoc non obstante, iudex plenariè cognoscet de causa princip. non autem summariè de qualitate denegata. allegat quod in fi. dicitur in l. ordinata. ff. de libe. causa. vbi quantum ad limitandam personã serui agere volentis sufficit quòd seruus in libello dicat se liberum. facit etiam quod no. Innoc. in c. cum sit. infra eo. vbi dicit, quòd ad fundandam iurisdictionem ecclesiastici, satis est allegare aliquã qualitatem, per quam fundetur iurisdictio sua, vt vsuræ, fraudis, aut illiciti contractus, vel quid simile, quod no. in auth. qua in prouincia. C. vbi de crim. agi oportet. ubi dicitur quòd satis est allegare delictum commissum esse in certo loco, ad fundandam iurisdictionem iudicis dicti loci: si qualitas prædicta postea non probabitur, corruet totus processus, per totum tit. C. si à non compe. iu. A. B. Et hanc opin. tenet Raph. Ful. in d. l. ex quacunque, & Ful. in d. l. præscript. & Pau. de Cast. in l. cum quedam puella. §. quoties. per illum tex. ff. de iurisd. omn. iud. & est de mente Io. And. in addi. Spe. in ti. de comp. iu. adi. §. 1. in addi. quæ incipit, Guido de Suza. Ma.

¶Quarta opi. fuit Francisci de Albergo. de Aretio, quem sequitur Lapus allegatione 61. secundum Dom. Anton. & Do. Ma. Sed ego habeo in allegat. 59. qui dicit, quòd sufficit, quòd qualitas allegetur in libello, & postea probetur, & si per comparentem negaretur, neganti incumbit onus probandi ex eo quòd ex libello sit fundata intentio agentis, vt in d. l. cum quædam. in fi. Sed ista, & præcedentes opiniones reprobantur per Dom. Anton. mouetur, per tex. vbi licet allegetur qualitas, videlicet quòd res sit ecclesiæ: non sufficit, si talis qualitas negatur: nec aliquid hic dicitur, quòd negãs grauetur onere probandi. Mouetur quòd ex dictis opin. sequeretur quòd in potestate actoris esset allegando aliquã qualitatem, per quam ipsius iurisdictio fundaretur, grauare reum onere probandi, quod videtur esse incõueniens. Non obstat l. cum quædam. in fi. quia ibi ideo inspicitur quòd petitur in libello & non quod in veritate debetur, quia siue sit verũ quod petitur, siue falsum concluditur iurisdictio, cum non habeatur respectus ad veritatem debiti, sed ad milites eius quod est petitum, & si vltra deberetur iurisdictio sua, ad illam maiorem quantitatem nõ extenditur, sed in casu nostro & in alijs exemplis supra positis, si qualitas allegata sit falsa, excluditur in totũ, & etiam hoc sentit Barto. in l. præscriptione. C. si contra ius, vel vtil. publi. A. B. Aduerte, quia rationes adductæ contra tertiam & quartam opin. non videntur vrgere, & ad primum respondetur quod in isto tex. negatio qualitatis facta per reum, non fuit ratio propter quam causam hoc non potuerit tractare coram iudice ecclesiastico, sed ratio fuit quia actor debet sequi forum rei, vt hic patet. facit tex. in cap. cum sit generale, & quod ibi no. Innocen. in no. Nec ob. secunda ratio, quia aliquando reus negando non negat factum principale, quia non fatetur, neque

negat

negat se debitorem, sed simpliciter negat iurisdict. & allegat priuilegium suum, & tūc verum est quòd nō inspicitur quod in lib. sit narratum iurisd. specta re ad iudicem, sed debet cognosci de iurisd. & pronunciari. & ita procedunt iura in contrarium allega ta in 1. op. & absurdum. aliquādo negat iurisdictionem, negando factum principale: puta, quia negat se contraxisse, vel se non debitorem, & tunc satis est, quòd ex inspectione libelli appareat narratum esse tale, quòd si verum esset iurisdic. competeret: quia tunc ex sola inspectione libelli, iudex cognoscet, an sua sit iurisdict. Et ita loquitur Barto. rectè intuenti, cum optimè probatur per tex. in d. §. quoties. ad quē hic non datur bona responsio: quoniā pone quem non esse iudicem nisi à 10. supra, & actor petat 15: tum in veritate non deberentur nisi 5. & reus neget non deberi nisi quinque: certè iudex cognosceret ex sola narratione (vt ibi est casus) & tamen non est verum, quòd hic dicitur quòd si narretur verum quòd ille esset iudex. sed contra opin. Bart. facit fortis ratio, quia post negatio. ante cognitio. iudex redditur dubius de sua iurisd. ergo interim non potest cognoscere. l. quæstio. ff. de eo, qui pro tutore, & per Bar. in l. multum. ff. de condi. & demon. & per hanc rationem, hanc opin. tenet Pe. de Ancha. in repe. ca. postulasti. in 1. quæst. infra eo. Sed ad hanc potes respondere quòd iudex ex sola inspectione libelli certificatur, quòd est iudex, quantum ad hoc, vt posit in vnam procedere per tex. in d. l. cum quędam puella. §. quoties. vel potest aliter respōderi, vt colligitur ex dictis Bar. in d. l. multum, & hoc modo aliàs seruabam opin. Bart. Ma. vnde ex prædictis & ex alijs plurimis infra dicendis, articulus iste redditur dubius & difficilis, in quo D. Anto. peregregie locutus est, & subtiliter: quamuis aliqualiter obscure: ideo magis clare loquendo distingue post eum, & Dom. me. quòd aut in libello allegatur qualitas expressè tribuens iurisdictionem & non solum allegatur, sed et probatur, & casus est clarus: aut non allegatur expressè, sed tamen probatur, & idem si modo qualitas ipsa iurisdictionem tribuens poterat includi in libello, per no. per Innoc. in c. cæterum. supra ti. prox. vbi dicit, quòd si agens coram domino feudi simpliciter dicit se dominum, non tamen dicit rem feudalem, sed probat illam feudalem: quòd debet obtinere, quia potest includi in libello, intelligendo de dominio vtili. Quod limitat Dom. me. nisi conuentus exciperet de incompetentia, quia non sufficeret sic generaliter allegare, per l. fin. C. de annali except. Si verò qualitas illa nō potest aliquo modo includi in libello, non sufficit quòd fuerit probata. argum. d. c. cæterum, & c. conquestus, & c. cum sit. infra eodem. Quod limitat D. M. si modo nō fuit notoria. Secus si fuerit exceptum de incompetentia, sed an qualitas tribuēs iurisdictionem erat notoria, per tex. quā dicit singularem in l. 2. §. 1. ff. de iudi. vbi valet iudicium, ex quo iudex putat suam esse iurisdictionem: licet non sit, nec sciat qualitatem tribuentis sibi iurisdictionem, dummodo partes conueniant de prorogãda iurisdictione ipsius, & sic fortius in casu nostro, quando qualitas est probata, vel patens: nam cum partes adeant iudicem, nec excipitur de incompetentia: videntur in dubio illum adiisse respectu qualitatis tribuentis iurisdictionem, vt sic libellus interpretetur, vt conueniat iudici & litigantibus, per no. in c. cæterum, & c. dilecti. supra ti. 1. & l. si quis intētione. ff. de iu. & vt res potius valeat, quàm pereat, vt in c. abbate. infra de verb. sign. & in l. quoties. de ver. obl. & de rebus dubijs. & quia facto non minus, quàm verbis datur voluntas intelligi, vide iura allegata in glo. 4. in c. cum super. infra, de offi. deleg. Prę terea notorietas excusat ab onere probãdi & proponendi, vt no. glo. in Cle. 2. §. Pisana. de re iud. & Inno. in c. 2. infra de dilat. dixi in c. vestra. inf. de coha. cle. & mu. Concludit igitur D. Ant. quòd si aliquo modo potest apparere ex coniecturis, quòd partes litigent respectu illius causę, vel qualitatis tribuentis iurisdictionem, valet iudicium: licet qualitas nō sit expressa in libello, ex quo est notoria, vel probata. Aut allegatur qualitas, & non probatur, & hoc casu, si talis qualitas allegata non negatur per cōuentum, sufficit sola allegatio. argu. tex. nostri. Si verò conuentus negaret talem qualitatem: hoc casu, siue negatio qualitatis contingat absque negatione rei principaliter petitæ, vt quia nō negat rem petitam, sed negat qualitatem rei petitæ. exemplum, petit quis rem vt feudalem, quam reus negat feudalem: siue negatio excludat in totum principaliter petitam, vt puta, si ratione contractus vel delicti; quis conueniatur in loco contractus vel delicti, [a] & conuentus negat se contraxisse, aut deliquisse: his casibus, qui ambulant pari passu, distinguendi sunt tres casus, secundum D. Ant.

¶ Primus est, quando fundatur iurisdictio in vera existentia qualitatis.

¶ Secundus, quando non exigitur vera subsistentia qualitatis, sed ad fundandam iurisdictionem sufficit, scilicet dubietas illius qualitatis.

¶ Tertius, quando iurisdictio fundatur solùm super qualitate existente notoria.

13 ¶ † Circa primum concludit Dom. Anto. quòd ex quo qualitas allegata negatur, excluditur iurisdictio: nisi allegans asserat se probaturum. quo casu iudex summariè cognoscet de ipsius qualitatis existentia, vt videat, an sua sit iurisdictio. & ita intelligo dictum Bar. qui hoc tenet in l. pręscriptione. C. si contra ius vel vtil. pub. pro quo facit tex. in l. 2. ff. si quis in ius voc. nō ierit. vbi dicit quòd citatus debet vbique comparere vt videatur, an sit de iurisdictione citantis, quod aliter videre non potest, nisi discutiatur fundamentum iurisdictionis, & sic qualitatis tribuentis iurisdictionem: cum scire sit, rem per causam cognoscere, vt latè dixi in c. cum causam. inf. de testi. Et ita procedat quod dixi supra, in op. Goffr. Item pro hoc allego notabile dictum Baldi in l. 2. C. cōi diui. vbi allegando dictū Inn. in d. c. ex parte Abbatissæ. inf. de verb. sig. dicit in simili quòd si in libello proponitur certa qualitas, qua deficiente, libellus non procederet: talis qualitas negata debet ante omnia

ADDITIO.

a ¶ *Loco contractus vel delicti. Exemplum, Florentinus conuenitur Bononiæ ratione delicti vel contractus: ipse opponit quòd non contraxit vel deliquit, & sic negat qualitatem tribuentem iurisdict. de qua Barto. in l. præscript. in 4. col. vers. pone, Flor. de qua latè per d. Alex. & mod. in l. 1. in 4. colum. ff. si quis in ius voc. non ierit.*

omnia probari. & ad hoc adde, quæ dixi in c. dilecti. inf. eo. in 2. prin. ar. q. 9. Prædicta tamen procedunt: nisi negatio haberet notorietatem contra se; quia tunc nõ sufficeret. Exemplum, petitur possessio præbendalis à laico, quam notorium est in eo loco præbẽdalem esse. Nam hoc casu, licet reus neget, quòd res sit ecclesiastica, non tamen fatigatur actor onere probandi: nec propter negationem efficitur res dubia, vt no. in c. venerabilis. de censi. & in c. tuæ. inf. de coha. cle. & mu. in c. super eo. inf. de testi. cog. in quibus probatur, quòd sola negatio non inficit notorium. de quo latius dixi in c. consuluit. inf. de ap. & in c. vestra. infra de coha. cle. & mul.

¶ Circa secundum casum, quando non exigitur veritas qualitatis allegatę. Exemplum, si agitur ratione sacrilegij [a] coram ecclesiastico, & hoc casu negatiua nihil operatur: quia cum crimen sit etiam ecclesiasticum, spectat cognitio ad ecclesiam, & si de ipso dubitaretur, & isto casu procedat dictum Innoc. in c. cum sit. inf. eo. ti. & in c. cæterũ. sup. ti. 1. & Vin. in c. conquestus. inf. eo. & idem dicendum in similibus casibus, vt puta, si agitur pro re, vt spirituali, & negatur, vt spiritualis, vt in c. si iudex. de sent. excom. lib. 6. vel pro cõtractu vsurario, & negatur vsurarius, vt in c. illa vos. inf. de pigno. & cap. ad nostram. infra de empt. & ven. & idem de causis similibus, & isto modo potest procedere 3. opi. Bart. ¶ Circa tertium casum, quando fundatur super notoria existentia qualitatis, dicendum est, quòd si qualitas allegatur notoria & per conuẽtum negatur quòd sit notoria & sic iurisdictio excluditur, vnde non põt ipse iudex procedere, vt no. gl. in c. 1. de offic. deleg. lib. 6. & gl. in c. accusatus. de hæret. & probatur etiam secũdum Do. Ant. in tex. nostro. Nam super re ecclesiastica petita concludit iurisdictio ecclesiastica, quando res est Ecclesiæ, & hoc constat, & non negatur: sed si negatur ex quo notoriè non constat, non sufficit summaria cognitio, & sic sentit D. Ant. quòd iurisdictio in casu nostro solùm excluditur ratione rei, quãdo notoriè constat rem esse ecclesiasticam: saltẽ, quia non negatur. Sed tu aduerte secundum Dom. meum, ad duo ex dictis Dom. Ant. Primum est illud, quod dicit Dom. Ant. de notorio, quò ad tex. nostrum, quia non videtur verum, quòd debeat notoriè constare, quòd res sit Ecclesię, sed videtur sufficere sola existẽtia rei ecclesiasticæ adeò, quòd procedet iurisdictio reo non excipientis, & tamen etiam ipso prius nõ excipientis posset negare, quantum ad merita causæ, quòd res non esset Ecclesiæ, & sic non erit notoriũ. Sed tu dic, quòd Dom. Anto. iudicio meo, in hoc non errauit, sed solùm dixit, quòd vel existentis notorietatis, vel si non existat, & non negatur qualitas, procedet iudicium: in alio tamen errauit, iudicio meo, dum in fine dixit, quòd si negetur, ex quo notoriè non constat, nõ sufficeret summaria cognitio, quia istud est falsum, vt patebit ex infra dicendis. Secundò aduerte ad aliud dictum Dom. Ant. in quantum simul allegat glo. in c. 1. de offic. deleg. lib. 6. & glo. in d. cap. accusatus. nam illæ glo. videntur prima fronte contrariæ, quia glo. in c. 1. vult, quòd si ad excludẽdum iurisdictionem negatur iniuria notoria, potest conseruator summariè cognoscere, an sit notoria. Sed glo. in c. accusatus. dicit, quòd nisi diuinationes sapiant hæresim manifestam, inquisitor hæreticæ prauitatis se non intromittit, & sic videtur excludi in dubio eius iurisdictio: licet alius iudex possit cognoscere, an sua sit iurisdictio. Sed si rectè põderentur, in veritate non contradicunt, quia glo. in cap. 1. intelligitur, quando ab vna parte consequitur contrarietas, & ab alia negatur: quia tunc iudex cognoscit de tali qualitate, vt videat, an sua sit iurisdictio, & sic etiam loquuntur, Innoc. & Archi. in d. c. Romana. §. notoria. de censibus. lib. 6. Sed si iudex non subsistente qualitate vel notorietate, vellet inquirere super veritate facti, non posset: ex quo deficit qualitas concludens iurisdictionem. ita procedat glo. in dicto cap. accusatus. vnde etiam ibi posset inquisitor cognoscere pro fundanda iurisdict. sua, vtrum illæ diuinationes sapiant hæresim manifestam.

14 ¶ † Ex prædictis igitur potes inferre tres conclusiones. Prima est, quòd siue requiratur vera substantia qualitatis tribuentis iurisdict. siue notorietas qualitatis, procedit iudicium: si subsistentia siue notorietas allegatur in libello, & reus non neget, & hoc casu narrata in libello habentur pro veris, vt dixi supra in 3. oppos. Bar. Secunda conclusio est, quòd in casibus prædictis, si reus negat subsistentiam aut notorietatem, potest actor summariè probare, & super hac summaria iurisdictione potest iudex procedere. Tertia cõclusio sit, quòd in prædictis casibus, si actor non assumit onus probandi, iudex non potest procedere negatione obstante, & hoc modo potest procedere textus noster, vt statim latiùs dicam. Et prædicta procedunt, quando qualitas tribuens iurisdictionem expressè allegatur in libello: quandoque verò qualitas tribuens iurisdict. non allegatur expressè in libello, sed tacitè potest comprehendi, quod est secundum membrum principale D. Antonij. potest figurari exẽplum in textu nostro, quando clericus agit rei vendic. contra laicum pro rebus Ecclesiæ, vel clerici, & in libello solo dicit non esse Ecclesiæ, vel clerici. Nam ex hoc expressè non concluditur iurisdictio ecclesiastici, sed per detentionẽ iniustam, per quam committitur quoddam quasi sacrilegium. vnde non allegatur sacrilegium vel iniusta detentatio præsumptiuè inducens sacrilegium, sed simpliciter petitur res Ecclesiæ eo, quòd ad Ecclesiam pertineat, & sic posit clericus illam petere, non vt priuilegiatam, de foro ecclesiastico: tunc sola negatio excludit iurisdictionem, quia specificè non attingitur sacrilegium, aut iniusta detentatio. nã potest esse, quòd reus iustè possidet, ex quo possessoris iniustitia non allegatur, & sic in effectu videtur

ADDITIO.

a ¶ *Quid si clericus citatus, quem Potestas non sciuerit esse clericum, non comparuit, & fuit contumax, & bannitur à iudice, stante statuto quod bannitus impune occidatur, si iste occidatur, an occidens excusetur à statuto. istam q. disputat Ioan. And. in reg. quòd quis mandato. in merc. concludit hunc excusari, & sequitur Alexan. consi. 65. in 3. vol. incip. attenta dispositione statuti. in 4. col. Bal. contra in l. 1. C. si à non compe. iud. & eum sequitur Alex. sibi contrarius in consi. 87. 3. vol. sed prima opi. & mitior tenenda est, vt latè Ias. concludit in l. 2. si quis in ius voc. non ierit.*

tur concludere Dom. Antonius, quia tex. noster tribuens ecclesiastico iurisdictionem: procedit solùm, quando expresè concluderetur sacrilegiũ, vel quasi sacrilegium tacitè ex iniusta detentione, quod nõ placet hic Dom. meo, quia si concluderetur sacrilegium expresè vel tacitè, licet negaretur: non propterea excluderetur iurisdictio ecclesiastica, vt supra dictum fuit in secundo casu præcedentis articuli, quia actoris intẽtio ex sola negatione rei non debet variari, vnde si ex intentione actoris concludentis tacitè vel expresè sacrilegiũ, fundatur iurisdictio ecclesiastici: non debet ipsa iurisdictio deludi per vagationem conuenti, vt in cap. cum sit. inf. eodem. si verò non deducitur expresè val tacitè, & sic non cõcluditur iurisdictio, asseueratio, vel negatio, quòd res sit Ecclesiæ vel non sit: videretur frustratoria, & tamen iste tex. innuit, quòd si constat rem Ecclesiæ, iudex ecclesiasticus procedet, si verò negaretur, procedet, vel non procedet, secundum quod institerit in probatione vel destiterit.

25 ¶ † Præterea non est verum, secundũ Dominum meum, quòd clericus agendo rei vend. tacitè videatur deducere sacrilegium, quoniam stant ista simul, quòd quis teneatur rei vend. & non sit obligatus vel criminosus, vt Instit. de actio. §. 1. & de obli. §. 1. vnde concludit, quòd hoc capitulum vult dare priuilegium, quòd cũ agitur de rebus ecclesiasticis aut clericorum, potest adiri ecclesiasticus, qualitercunque agatur actione rei, vel etiam secundum Innocent. si ageretur actione personali ex re, seu pro re: ex legato, seu ex locato: licet Host. hic teneat cõtrarium, nisi aliud sit de consuetudine vel ex priuilegio: secus si clericus simpliciter vellet agere actione personali pura, non pro re Ecclesiæ vel clerici, quia tunc secularis est iudex laici cõuenti etiam à clerico, & sic potest intelligi Innoc. in cap. cum sit generale. infra eodem. vbi videtur contrariari his, quæ hic dixit. & sic etiam videtur residere Ioan. Ant. Sed Ioan. Cald. hic dicit, quòd non credit Innoc. hoc intellexisse, quando simpliciter ageretur pro legato, vel locato contra laicum, sed quando allegaretur violentia, vel fraus, vel minus legitimus contractus, per no. per Innoc. in d. c. cum sit. Zabarel. verò hic dicit, quòd studentes non percipiunt hanc difficultatem, sed secundum eum, difficultas stat in hoc, quia contra Innoc. facit eo, quòd actio ex locato est personalis competẽs ex contractu contra obligatum. & ideo non videtur iurisdictionis ecclesiasticæ contra laicum conductorem. Sed defendit ipse dictum Innoc. intelligendo illud in actione locati, quam clericus intentat de re Ecclesiæ vel clerici cõtra laicum, & laicus fatetur ita esse, videlicet, rem esse Ecclesię vel clerici, quia tunc licet actio ex locato sit personalis, quia tamen est in rem scripta, secundum eum, quo ad sortiendum forum, censetur realis. & ideo, sicut quando agitur de re Ecclesiæ cognoscit ecclesiasticus, ita & quando personali scripta in rem, & per hoc, & secundũ eum, defenditur dictum Innoc. in eo, quod dicit de legato, quia etiam pro re legata competit actio in rem, vt l. 1. C. communia de leg. Et ideo si non negatur legatum, poterit agi coram ecclesiastico. Et subdit Zabar. quòd hoc casu, quando agitur de re Ecclesiæ, si negatur res Ecclesiæ: de hoc summariè discutietur ad finem fundandæ iurisdict. vt voluit Gotfre. non autem stabitur dicto actoris. Nec obstat, quod nota. in cap. cum ad sedem. infra, de restit. spol. vbi videtur standum dicto actoris, quia illud procedat, quo ad litis ordinationem, non quo ad fundandam iurisdictionem. & hæc dicit Zabarel. notanda, quia frequenter eueniunt, & se vidisse magnas altercationes. Aduerte tamen, quia vt dicit hic Innocentius, in quantum Zabarel. vult, quòd actio locati sit scripta in rem: nullibi hoc iure dispositum reperitur. Sed est merè personalis competens contra obligatum ex locato, & non contra singularem successorem, vt l. 1. §. si hæres. ff. ad Trebellia. posset tamen defensari Zabarel. quia si laicus conuentus ex locato fatetur rem Ecclesiæ cum illa actione ex locato concurrat etiam rei vendicatio: ideo propter concursum realis actionis trahetur ab eius natura, vt debeat tractari coram ecclesiastico. argum. no. in l. qui fundum. §. si tu ex parte. ff. ad l. Falcid. & ibi per Dy. & Bart. Ego arbitror, quòd intentio Zabarel. fuerit, quòd si ex locato agatur, non solum ad mercedem, sed etiam ad rem, & sic pro re, quæ asseratur Ecclesiæ vel clerici, quòd possit adiri ecclesiasticus: etiam coram laico, & sic si negetur Ecclesię, vel clerici, procedatur, vt supra dictum fuit, & infra dicetur, quia hoc casu nõ videtur esse mera actio personalis, quia tunc videtur mera actio personalis, quando agitur ad mercedem. Item pondera, quia Zabar. vult indistinctè, quòd vbi agitur pro re Ecclesiæ, ecclesiasticus cognoscit, quia si reus fatetur rem Ecclesiæ vel clerici, res est clara: si verò negat, summariè cognoscetur ad finem fundandæ iurisdictionis: & ideo si ageretur actionę personali scripta in rem, vt dixi. Et ad prædicta etiam allegat Do. meus, quod in fi. no. glo. in verbo, possunt acquirere. in c. 2. de vsur. lib. 6. & quod in fi. no. de interdicto, vnde vi, scripto in rẽ. in c. ex parte. infra eo.

Et sic etiam concludit Dominus meus, quod textus noster videtur concedere priuilegium, qualitercũque agatur de re ecclesiastica. pro quo facit, quia tex. noster non fundat se super rei vendicatione. & ideo Ecclesia voluit vti hoc priuilegio, quia laici vt plurimum, sunt negligentes in exhibendo iustitiam Ecclesijs, vt in capit. cum sit. infra eod. Et quia detinentes rem Ecclesiæ, non præsumuntur mixtè retinere, & largo modo videntur quoddam quasi sacrilegium committere, & ideo negatio operatur, quia non agitur de vero sacrilegio, quia si de vero sacrilegio ageretur, negatio nihil operaretur, vt dictum est. & ideo concludit, quòd siue allegetur qualitas concludens quasi sacrilegium, & sic iurisdictionem vel illam rem esse Ecclesiæ vel clerici, vigore cuius agit contra laicum coram ecclesiastico, ex qualitate iudicis ecclesiastici, cui in dubio debet actio in libello deducta proportionari; videtur intentata actio concludens iurisdictionem ecclesiastici, vt no. Innocent. in capit. cæterum. supra, titu. 1. facit. l. si quis intentione. ff. de iudi. sed Dominus Anton. videtur hic aliter sentire, & quamuis ista qualitas tribuens iurisdictionem non videtur à re principaliter: tamen separabilis est ordine intellectus, sicut contingit de eo, qui conuenitur ratione delicti commissi in alieno territorio, qui simpliciter negat delictum commissum. Ex quo infert Dom. M. quòd si reus conuentus negat rem esse Ecclesiæ, ex quo

negatur

a negatur qualitas [a] concludens iurisdictionem, hoc casu, iudex volente actore summariè cognoscet de hoc incidenti, & futurus euentus declarabit, an possit esse iudex super principali. Nec obstat, quòd hic idem veniat discutiendum ad merita causæ, & sic idem bis examinabitur, quia hoc non est nouum, nec inconueniens, vt statim subdam in seq. quæst. Nec obstat iste tex. dum videtur velle, quòd ex sola negatione laici, debeat causa remitti ad iudicem suũ, quia debet suppleri per alia iura, videlicet, quando actor instaret, quòd quæstio discuteretur quo ad merita causæ, & non vult assumere onus probandi idem bis, scilicet incidenter & principaliter: secus, si offerret se statim probaturum incidenter. Nam promptum est iura iuribus concordare, vt in c. cum expediat. de elect. lib. 6. & si aliud decernimus, quasi inutilis esset istius Decretalis prouisio: cùm quilibet conuentus sit promptus ad negandum, vt l. inter stipulantem. in princ. ff. de verbo. obligat. Præterea, si tex. tribuit priuilegium fori, quod patet, quia si non negatur, procedit ecclesiasticus, vt dixi: si tamen negatur, debet assumi cognitio. Nec obstat, si diceretur, quòd licet negetur, tamen quia concluditur quasi sacrilegium, debet iudex posse procedere, quia hoc est falsum. nam vt supra dixi, posset conuentus possidere aliquo iusto titu. vnde concludit Dominus meus, quòd clericus potest agere contra laicum simpliciter agendo pro re Ecclesiæ vel clerici, vt expressè concluditur ex tex. nostro, qui solum excludit casum, quando negaretur res esse Ecclesiæ vel clerici, quia remittitur ad iudicem suum propter dubium: si non adhiberetur alia cognitio, an res esset Eccle. vel cler. secus autem, si constaret aut non constare posset summariè ex oblata probatione per actorem qualitatis concludentis iurisdictionem. facit, quod in fi. no. Innoc. in c. nouit. in fi. supra tit. 1. vbi dicit, quòd si laicus denunciatus Ecclesiæ etiam super re profana negat peccatum: per hoc non excluditur à iurisdictione ecclesiastici, si notoriè constat de peccato, vel aduersarius denuncians, maximè, si offert probationem in continenti. ar. no. in c. literas. infra de restit. spoli. & in l. fi. C. de compensa. cum simil. & vide, quod dixi in d. c. nouit. & no. per Cy. in l. 2. C. quando fiscus vel priuatus. & sic habes satis egregiè expeditum hunc articulum. Quid autem, si reus conuentus coram laico oppo. quòd contractus est vsurarius, vide infra eodem, cap. pen. 14. principali art.

Sed quæro circa prædicta ad intellectum prædictorum, quia sæpius dictũ est, quòd si negatur qualitas concludens iurisdictionem, debet probari summariè in vim dilatoriæ.

16 ¶ † Quæro, qualis erit ista summaria cognitio? Sol. Barto. in l. præscrip. C. si contra ius, vel vtil. pu. refert But. ibi, & Innoc. in cap. super literis. supra de rescrip. tenentes, quòd ante lit. contestatam erit summaria, post lit. contest. debebit esse plenaria. Petrus verò dicit, quòd talis exceptio reseruatur examinanda post lit. contest. ne idem bis probetur. Guliel. l. 2. ff. de in ius vocan. & Cyn. in d. l. præscriptione, dicit, quòd quando esset talis negatio, quæ non esset coar-

b ctata loco & tempore: non debet admitti, [b] vtputa conuenis me in alieno territorio vigore contractus ibi gesti: Et ego nego me ibi contraxisse, hæc negatio non est coarctata certo loco & tempore, & sic videtur improbabilis. sed Barto. in d. l. præscriptione. quem sequitur hic Domin. meus, distinguit, quòd aut illud, quod opponitur per modum declinatoriæ iurisdictionis, connexum est cum principali negotio, & est probandum ab actore, non solum ad fundandam iurisdictio. sed etiam ad merita causæ, vt in exemplo statim posito, in quo actor debet probare contractum in illo loco celebratum ad fundandam iurisdictionem iudicis ratione contractus, & probare etiam contractum ad obtinendum in meritis causæ, vel si agitur pro re Ecclesiæ vel clerici, probare rẽ Ecclesiæ vel clerici, vt hic, & hoc casu dicit Bartol. quòd ante lit. contesta. probatio fiet summarie, postea verò fiet plenè: nec est hoc inconueniens, quòd etiam ab eadem parte idem bis probetur, per no. in cap. veniens. el 2. infra de testib. vbi quòd prius dilatoria discutitur, postea venit discutiendum plenè ad merita causæ: nec probationes prius factæ ante lit. contest. fidem faciunt ad merita causæ, vt ibi, & in d. l. præscrip. & in cap. per inquisitonem, de elect. & per Innoc. in cap. 2. supra de restitu. in integ. per Dom. Anton. in capit. cum dilectus. infra de ordi. cogn. no. Cyn. in l. 2. si quis in ius voca. non ierit. & Bart. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verb. obliga. & in l. nam & postea. §. si minor. ff. de iureiur. aut ante li. contest. incumbit probatio vni, vtputa, reo: post litem verò contesta. alteri, puta actori. exemplum, agitur vigore rescripti, opponitur peremptoria in vim dilatoriæ ratione mendacij, & sic subreptionis, vt d. cap. super literis. & d. l. præscrip. & hoc casu ante lit. contesta. reo, quia opponit de subreptione, & sic de mandato incumbit plena probatio, quamuis possit dici summaria, quia non fit facta lit. contest. sicut probatio aliarum dilatoriarum. post lit. verò contest. non est dubium, quòd cum onus probandi veritatem principalis intentionis & rei petitæ incumbit ipsi actori, vt in l. qui accusare. C. de eden. debet probatio esse plena & necessariò concludens, vt in cap. in præsentia. infra de probat. Et aduerte, quia in nullo prædictorum casuum ante lit. contest. sufficeret iuramentum: quamuis d. Ant. dicat, quòd Bart. dicit sufficere: sed Bart. hoc non dicit, nec etiam placet D. Ant. cum non tractetur de modico præiudicio, vt no. in l. thesauros. ff. ad exhiben. pro quo etiã allegat Dom. meus d. cap. veniens. el 2. infra, de testib. vbi idem grauatur onere probandi ante litem contesta. & post, & tamen non sufficit iuramentum, quia inconueniens esset, quòd per solum iuramentum, quis posset trahi coram iudice non suo, aut declinare iudicem competentem. Vlterius etiam quæritur, quæ sint qualitates fundantes iurisdictionem Ecclesiastici contra laicum, de quo tractant hic aliqui Doct. Ego dicam in cap. licet. infra eo. postremò

licet

ADDITIONES.

a *¶ Et de ista qualitate dictum est supra in 3. col. vbi addita sunt quædam facientia ad propositum hic.*

b *¶ Non debet admitti. Aduerte, quia Innoc. in cap. Romana. in §. contrahentes. in 6. & Ioan. And. in c. 1. de lit. conte. & Doct. in c. super literis. de rescrip. videntur expresse contrarium sentire, vt dicit Alex. in l. præscriptione. C. si contra ius vel vtil. pub.*

licet in Rubr. dixerim me hic tractaturum 18. artic. principalem, vtrum acta & processus habiti coram iudice incompetenti valeant: tamen quia hæc decretalis satis fuit grauata, ideo omitto. dicam de eo in cap. fin. infra eo.

SVMMARIVM.

EX TRANSMISSA. Quæstio feudi debet per dominum feudi terminari, quo negligente, Iudex ecclesiasticus, alias eius superior cognoscet. h. d. vel secundum lecturam glo. hoc
1 dicit: † Si quæstio feudalis est inter clericum & laicũ, cognoscit dominus feudi, sed eo negligente, cognoscit delegatus Papæ datus etiam ante negligentiam. h. d. vel sic & tertiò, quæstio feudi debet terminari per dominum immediatum, & illo negligente, per mediatum. h. d. & reincidit cum primo summario. Sed est magnum notabile & clarum, secundum Dominum meum. Et in tex. ibi, & infra dic, continebatur sub isto infra in antiqua, secundum Ioan. And. quòd ex eo, quod propter inhibitorium & præceptũ istius nobilis Octa. de Campis, isti conuenti non respondebant, Episcopus excommunicauit eos, de quo latius infra dicetur.

2 ¶ † Primò no. quòd dominus potest delegare inter subditos suos, & hoc colligitur, si in litera habetur, Ecclesiæ tuæ, quod tamen intelligi debet, saluo iure recusationis, de quo dicetur in glo. 1.

Secundò no. quòd quæstio feudi debet agitari coram domino feudi. & de hoc latius dicetur infra in 1. quæstio. prin.

3 ¶ † Tertiò no. quòd laicus, etiam subditus ratione feudi, non potest prorogare iurisdictionem alterius iudicis in causa feudali, sine consensu domini illius feudi, de quo latius infra dicetur.

4 ¶ † Quartò no. quòd dominus feudi inspectantibus & concernentibus causam feudalem, potest præcipere vasallis suis ne respondeãt coram alio iudice.

5 ¶ † Quintò no. secundum vnum intellectũ, quòd quando ratione feudi vasallus habeat dominum secularem immediatum, & ecclesiasticum mediatum, prius debet respondere coram immediato, & illo negligente, coram mediato, & sic in casu huius negligentiæ non succedit ordinarius.

6 ¶ † Sextò no. ibi, de seculari feudo, iuncto notabili præcedenti, quòd licet feudum originaliter procedat ab Ecclesia, & sic prima origine sit ecclesiasticum, si tamen vasallus seu feudatarius est secularis, & aliquas possessiones feudales concessit alteri in feudum, ista secunda concessio vocatur feudum seculare, & de ipso feudo iudicatur vt de seculari.

¶ Vltimò no. quòd sicut Episcopus potest præcipere clerico sub virtute obedientiæ in his quæ spectãt ad officium suum, ad quod vide glo. 11. q. 3. in summa. ita & dominus vasallo, in spectantibus ad feudum, & hoc insurgit virtute promissæ & iuratæ fidelitatis. facit infra de iureiur. cap. veritatis. & infra de
a iureiur. cap. ego N. & sic facit in ar.[a] quòd † Rector
7 Vniuersitatis scholarium potest præcipere scholaribus sub debito iuramento. dicit tamen Zabar. quòd inobedientes propter hoc non incurrunt periuriũ, sed propter inobedientiam posset Rector eos mulctare. Glo. 1. sentit contrarium ad tex. in eo, quòd Papa impedit se inter laicos, contra cap. nouit. supra titu. & soluit glo. quòd hoc fecit, quia fortè iste Rector, erat clericus. in ea. glo. ibi, aliàs Papa non dedisset literas. dic, sentit ergo glo. quòd iste Episcopus Trecenensis erat delegatus impetratus ab isto clerico, quod non placet Hosti. quia non colligitur ex hac litera, nec etiam ex antiqua. vnde dicit Hosti. quòd iste Episcopus cognoscebat vt ordinarius, secundum

ADDITIO.

a ¶ *Et sic facit in arg. No. perpetuò, quòd scholares licet sint inobedientes Rectori præcipienti sub pœna periurij, vt fit quotidie, tamen non incurrunt periurium: quod dictum, si est verum, multum releuat scholares.*

cundum consuetudinem illius prouinciæ, secúdum quam laicus potest trahi coram iudice ecclesiastico. Sed isti milites exceperūt, quòd causa erat feudalis, & quia exceptio non admittebatur, fuit appellatum ad Papam, vnde Papa ad instantiam ipsorum militum, causam delegauit. Sed quia fortè in litera nihil dicit de appellatione, subdit Hosti. quòd fortè non fuit appellatum, sed fortè ipsi conquesti fuerūt Papæ de iniusta excommunicatione, qua fuerunt excommunicati per Episcopum, ex eo, quòd propter mandatum domini nolebant coram Episcopo respondere. facit cap. cum contingat. supra de offi. delega. & ideo Papa scribit, vt hic habetur in litera. Sed contra hoc, & contra tex. opponitur. videtur enim, quòd Papa non debuerit causam istam committere domino istorum militum, qui posset procedere data negligentia domini, quia cum isti milites essent milites Ecclesię ipsius delegati, meritò iste Archiepiscopus Coloniensis, cui causa cōmittebatur, erat suspectus. Solutio duplex colligitur ex dictis Innoc. & Ioan. And. prima, quòd quamuis Papa, etiam ex certa scientia, committeret Archiepiscopo nominando milites ipsius Archiepiscopi, non tamen per hoc intelligitur voluisse auferre facultatem recusandi. facit capitulum, accedens, infra, vt lite non contesta. & sic videtur, quòd ipse Episcopus Trecenensis cognoscebat de causa, vt ordinarius: Archiepiscopus verò, cui scribitur, erat delegatus Papæ, & ideo Papa potuit committere, quia iste R. erat clericus, vt dicit glo. 1. vel quia isti erant milites Ecclesiæ, & sic de foro ecclesiastico. vel potest dici, secundum alium intellectum Innoc. quòd ad istum Archiepiscopum, cui scribitur, pertinebat ordinariè cognoscere, tanquam ad dominum superiorem, à quo tenebatur hoc feudū, & ideo cognitio pertinebat ad eum, ad ipsum pertinebat in defectum domini immediati, propter ipsius negligentiam, vel quia fortè appellatum erat ad Papam propter quas causas ad ipsum Archiepiscopum, & non ad ordinarium pertinebat supplere negligentiā. ex quo infertur, quòd Ecclesia istius Archiepiscopi, cui scribitur, concesserat hoc feudum isti domino de Campis, & dominus de Campis concesserat istis militibus. & ratio quo ad feudum, iste Archiepiscopus erat mediatus ordinarius istorum militum, vnde Papa committendo videtur excitare ipsius iurisdictionem, qui intellectus est valde notabilis, secundum Dominum meum, & verior in se, sed non concluditur literæ. Nam si isti milites respectu istius feudi erant subditi istius Archiepiscopi, cui scribitur, longè fortius dominus de Campis debebat dici homo ipsius Archiepiscopi, cum esset vasallus, & tamen quòd ita esset, nihil apparet hic in litera. Præterea, secundum prædictum intellectum, hoc feudum non debuisset appellari seculare, sed potius ecclesiasticum, secundum ipsius primordialem, & non secundum accidentalem[a] naturam. ar. l. qui habeb at. ff. de tu. †Item
8 facit, quia sicut quando a seculari conceditur feudum Episcopo, non desinit esse seculare, vt no. glo. in c. Romana. §. debet. de appel. lib. 6. ita debemus dicere contra. vnde datur tertius intellectus, dum tex. dicit Ecclesiæ tuæ, intelligatur, scilicet, Trecenensis, & melius facit ad hoc litera, quæ habetur in multis libris, quæ dicit, Ecclesiæ suæ, & sic est sensus, quòd isti erant milites ecclesiæ Trecenen. alio respectu, quàm occasione istius feudi, & Archiepiscopus, cui scribitur erat merus delegatus, nec erat dominus istorum militum; & sic cum cessaret suspicio tollitur cōtrarium supra formatum, & cum hac lect. videtur transire gl. fin. Et hæc etiam lec. plus placet D. meo. Sed tu aduerte: quia contra hanc lec. iudicio meo, fortiter obstat. Nam si iste dom. de Campis erat secularis, & feudum seculare, & iste, cui scribitur, non erat superior respectu feudi, non debebat ei cōmitti, vt suppleret negligētiam ipsius domini: cum hoc casu videatur potius pertinere ad dominum secularem, vt traditur in c. seq. & latius dicam infra in 7. q. prin. Sol. tenendo intellectum, quòd secularis superior debeat supplere negligentiam, contrarium est difficile, nec videtur posse aliter responderi: nisi quod forte iste R. erat clericus. Sed videtur, quòd hoc nō attendatur in causa feudali, quæ habet specialem naturam, vt dicam infra in 1. q. prin. in primo & tertio membro, secundum quam etiam clericus conueniri potest coram laico, nisi fortè diceres, quòd illud est verum, quòd non attenditur qualitas clericatus in causa feudi, quò ad causam agitādam corā dom. immediato. Sed si talis dominus est negligens, tunc vel ratione clericatus, posset suppletio negligentiæ committi ecclesiastico, vel si essent laici hinc inde, posset responderi, quòd istud posset contingere ratione cōsuetudinis existentis in illo loco, secundum quam laici possunt conueniri coram ecclesiastico. vel fortè posset responderi, quòd iste do. de Campis nō recognoscebat alium dominum secularem in superiorem, & ideo, cum ex consuetudine loci, laici conuenirentur coram ecclesiastico, vel Papa scribit ecclesiastico, quòd suppleat, vel si non erat talis consuetudo, forte iste R. erat clericus, vel posito quòd nec clericus esset, nec cōsuetudo vigeret, Papa scripsit cōditionaliter, si dominus feudi esset negligēs, vt colligitur ex litera, & ideo literæ non sunt nullæ, vt statim dicam in glo. fin. dependet tamen veritas huius responsionis ex his, quæ dicam in c. licet. infra eo. & ex his, quæ dicam in d. glo. fi. quæ hic sunt repetenda ad intellectum prædictorum. Glo. 2. licet breuis sit, sentit cōtrarium ad tex. de seipso ad seipsum, quia primò dicit, quòd erant milites Ecclesiæ, & postea dicit, quòd erant sub domino de Campis. glo. soluit, & bene. dic vt in ea. Glo. 3. fortificat tex. & bene dicit. Gl. fi. colligit ex tex. quòd propter negligentiam iudicis secularis, iurisdictio, quæ prius erat inefficax apud delegatum reassumit vires. In ea glo. ibi, c. licet. dic, D. Anto. reprehendit hanc glo. dicens, quòd fundatur super opi. reprobata in d. c. licet, & c. ex tenore. nam vt ibi dicitur, vbi causa delegatur inter puros laicos, iurisdictio non est in suspenso, sed commissio est nulla ipso iure, quod placet D. meo, quantum ad hoc, sed nō quo ad reprobationem gl. nostræ. dicit enim, quòd gl. saluari potest intelligendo, quòd isti erant milites Ecclesiæ. id est, subiecti Ecclesiæ, & ideo cum essent de iurisdic. ecclesiastica, non potest dici commissio nulla, sed stat in suspēso. & sic

ADDITIO.

a ¶ *Facit glo. in l. certi condictio in glo. 2. in fi. ff. si cer. peta. & quæ ibi Alex. & Doct. no. per illam.*

&c sic limitat c.licet. Secundò saluatur intelligendo, quòd iste R. esset clericus, & Papa ex generali consuetudine dedit literas, vt dicit glo.1. hic, & glo.fi.in c.præced. Sed quia causa erat feudalis, Papa noluit præiudicare domino feudi: vel melius, illa generalis consuetudo, de qua statim dictum est, non extendit se ad causam feudalem, vt dictum fuit in cap.præcedenti. Sed quo ad hoc, vt Papa possit simpliciter literas concedere, in hoc tamen operabitur clericatus, quòd literæ concessæ ante negligentiã domini, non sunt ipso iure nullæ, sed stant in suspenso, & solum consequuntur effectum data negligentia domini, & est notabilis limita. ad d.c.licet. vel dic, vt dixi supra in glo.1. ¶ Postremò, quia supra in Rubr. versi.46. remisi me hic dicturũ, coram quo feudalis quæstio debeat agitari, quamuis Doct. non hic, sed in c.cæterum, supra tit.1. hanc materiam attingant, tamen tũ ratione tituli, tum ratione decretalis, quibus hęc materia congruentius adaptatur, eam hic institui examinandã, & vt eã magis latè & ordinatè habeas, quàm tradant Doct. prosequar infrascriptas quæstiones.

¶ Prima, coram quo iudice causa feudi sit agitanda. ¶ Secunda, in quo loco. ¶ Tertia, quam iurisdictionem habeat dominus feudi. ¶ Quarta, qualiter in causis feudalibus libelli sint concipiendi. ¶ Quinta, quid debet facere dominus, si vasallus debens litigare coram eo, litigat coram alio. ¶ Sexta, qua pœna puniri debeat vasallus nolens litigare coram domino in casibus, in quibus tenetur. ¶ Septima, quis suppleat negligentiam talis domini, de pœna ipsius iudicis negligentis. ¶ Octaua, quę iura seruanda sint in agitandis & decidendis causis feudalibus. ¶ Nona, ad quem appellatur in causa feudali. ¶ Decima, quis exequatur sententiam in causa feudali. ¶ Circa primam quęstionẽ distingue quatuor membra. ¶ Primum, quando est quæstio inter dominum & vasallum. ¶ Secundum, quando est quęstio inter dominum & tertium. ¶ Tertium, quãdo est quæstio inter vasallum & vasallũ. ¶ Quartum, quando est quæstio inter vasallum & tertium. ¶ Circa primum membrum, prosequar infrascriptas quęstiones. ¶ Prima erit generalis, quis sit competens iudex inter ipsum dominum & vasallum. ¶ Secunda, quid si vasallus conuentus a domino, nominat alium dominum in iudicio. ¶ Tertia, ad intellectũ eorum, quę dicuntur in prima, in qua dicetur, quòd pares curiæ sunt iudices: examinabimus, qui dicãtur pares. ¶ Quarta, quid si sunt plures pares iudices curię, vtrum omnes sint iudices, & pariter eligantur. ¶ Quinta, vtrum pares debeant esse de eadem prouincia. ¶ Sexta, vtrum pares possint recusari, vt suspecti. ¶ Septima, quid fiendum sit, si pares non adsunt. ¶ Octaua, in quo loco pares debeant cognoscere, & pro tribunali sedere. ¶ Nona, quem ordinem in procedendo valeant seruare. ¶ Decima, vtrum coram paribus habeat locum reconuentio.

9 ¶ † Primo igitur [a] quæro generaliter, coram quo
a iudice quæstio feudi est agitanda inter dominum & vasallum? SOL. Dic, quòd si non est quæstio super ipsa re feudali, aut de iniurijs, vel tangentibus feudum, ordinarius rei est iudex, quoniam iste casus relinquitur dispositioni iuris communis, vt no.in c.1. §.præterea. de prohibi.feu. alie. per Feder.& tenent Doct.in c.cęterum.supra tit.1.faciunt quæ dicam in 3.& 4.membris.& generaliter concludunt Innoc.& Doct.in d.c.cæterum. & Bal.in c.1.de inuestitura in maritum facta, quòd quoties agitur alio iure, quàm ex lege, seu consuetudine feudorum, vel ad alium effectum, quàm simplicis feudi, ordinarius est adeundus: quod tamen limitatur primò, saluo iure reconuentionis, vt dicam infra: secundum limitatur, nisi consuetudo aliter se haberet, quia tunc illa seruanda esset, vt no.in c.1.de cognitione feudi. consuetudo enim tribuit iurisdictionem, vt latius dicam in c.cum contingat.infra eodem, & vide quod no. Host. in summa.eo.tit.§.fin.versi.finaliter. Si verò quæstio est propriè feudalis, vt quia agitur ad inuestituram feudi, vel ad priuationem feudi, vel ad præstandam fidem, vel aliud simile, pares curiæ sunt iudices, vt d. §.præterea.& in c.si inter.de contro. feudi coram paribus terminanda, & cap.dominus.de mili.vasal. qui contu.est. Et hoc procedit etiam, si vasallus esset clericus. Nam licet dominus esset laicus, conueniri posset à domino coram paribus factis, propter specialẽ naturam feudi, quæ trahit ad se personam, vt d.cap. cæterum, & sequenti. & propter feudorum generalem consuetudinem, & hanc opinionem tenet Bal. in cap.1. de controuer.feu. apud pares terminanda. refert tamen alios dicere, sed prædicta opinio magis placet. Et sic dispositio capituli nostri, & cap. cæterum, & sequentis, quæ loquuntur, quòd quæstio feudi etiam contra clericos, est terminanda coram domino feudi, habet locum non solum in dictis terminis, quando talis quæstio agitanda est coram domino, sed etiam extenditur quando quæstio feudi esset apud pares terminanda, ita, vt etiam clericus possit coram ipsis conueniri. Est ergo conclusio, quòd coram paribus est quæstio terminanda, quæ tamen conclusio recipit plures limitationes.

10 ¶ † Prima limitatio est, nisi consuetudo [b] habeat,
b quòd apud alios terminetur, arg.glo.1.hic, & quod dixi supra in secunda limitatione.

11 ¶ † Secundò limitatur, quando causa esset ciuilis, secus si esset criminalis, criminaliter vel ciuiliter intentata, vt dicam infra in tertio membro.

12 ¶ † Tertiò limitatur, si modo vasallus coram alio, quàm coram paribus conuentus, opponeret de incompetentia, quia ei inuito non est beneficium iuris auferendum, vt in regula, indultum. de reg. iur.
c lib.6. Secus, si ambo consentirent [c] litigare coram alio, quàm coram paribus, quia tunc valeret iudicium, secundum Doct.in d.c.cæterum.

¶ † Quar-

ADDITIONES.

a *¶ Quando clericus est dom. feudi, vel econtra, quando clericus est vasallus, an & quando quæstio feudalis coram ordinar. feudi sit agitanda, vide latè d. Soc. in consil. 12. quoniam in præsentiarum. versi. nec obstat. cum sequ. lib. 1. & quando quæstio feudi agitatur inter alios, quàm inter vasallos & feudatarios, an dominus sit iudex, vide late dom. Alexan. consi. 1. 5. vol.*

b *¶ Consuetudo quæ tribuit iurisdictionem, vt supra dixi, vt tangitur per istum in c. cum contingat. inf. eo.*

c *¶ Consentirent. Alias vno cõtradicente, pares cognoscunt, nisi suspecti allegarentur per aliam partem, quia tunc ordinarius cognoscet. ita Bald. in c. 1. an apud iudicem vel curiam.*

13 ¶ †Quartò limitatur, si modò dominus & vasallus asserunt rem feudalem, secùs si alter negaret rem feudalem esse, declinando iudicium parium: quia hoc casu, pares possunt summariè cognoscere de hac qualitate ad fundandam iurisdictionem, vt plenè dixi in c. præcedenti. tenet Bald. in d. §. præterea. & adde quæ dicam in tertio membro.

14 ¶ †Quintò limitatur, si modò agatur inter eos de feudi proprietate: secùs si solùm ageretur de possessione, secundum aliquos. Aduerte tamen; quia quando esset solùm quæstio possessoria feudalis: Innocen. in dicto cap. cæterùm. videtur prosequi tres opiniones.

15 ¶ †Prima est, quòd agitari debeat coram ordinario: quia talis quæstio non potest dici feudalis. ar. c. ex parte. infra eo. & hanc opin. videtur hic tenere Innocen. ¶ Secunda opin. est, quòd agitari debeat coram paribus: & hanc tenet in d. c. ex parte. ¶ Tertia est, vt distinguamus spoliatum & clericum, vt primo casu coram paribus debeat agitari. Sed in secundo casu, possit clericus conuenire suum spoliatorem coram ecclesiastico: quòd videtur cōmissum, quasi sacrilegium. facit quod dixi in c. præce. & quod not. in c. cùm sit. inf. eo. & 16. q. 1. in canonib. quod procedit etiam, si dubium sit de spoliatione, secundum Archid. in d. c. in canonibus. per tex. 23. q. 3. in c. de pœnitentibus. Tu verò dic, vt dicam infra, in tertio membro principali: ita, quòd in omnibus casibus, in quibus ibi dicetur, quòd in possessorio feudali iurisdictio pertineat ad dominum, ita & hic dici possit, quòd pertineat ad pares.

¶ Vltimò limitatur, si modò dominus habeat pares: [a] si verò non habet pares, ille est iudex, qui est ordinarius eius, qui conuenitur: quia hoc generale est, quòd actor sequitur forum rei, vt in c. cùm sit generale. infra eo. & ibi glo. 1. alle. concor. vbi plenè dixi: vel secundum aliquos eligendi sunt arbitri, vt in c. 1. §. præterea. el 2. de alie. feu. per Fed. & c. 3. in prin. quo tem. mi. inuest. & c. cæterùm. & ibi per In. Zab. & Doct. supra de iud.

16 ¶ †Secundò quæro, quid si dominus agit coram paribus contra vasallum rei vēdicatione: quia dicit eum cecidisse à feudo, vel agit, implorādo officium iudicis contra vasallum, vt recognoscat eum in dominum, conuentus verò nominat alium in iudicio, tanquàm dominum: vtrùm nominatus de hoc cognoscet? Sol. Bal. in d. c. 1. §. præterea. de prohibita feu. alie. per Fed. tenet quòd non: quia nominatus per hunc modum dicitur reus, vt l. 1. C. vbi in rem actio. de quo latè dixi in c. quoniam. infrà, vt li. non contest. constat autem, quòd inter actorem, reum & iudicem, debet esse distinctio personarum, vt in c. forus. & c. ex parte. infra de verb. sig. & ibi per Inn. & 4. q. 4. c. 1. & sic residet Bal. nec aliter declarat, quis sit iudex. Ego arbitror posse distingui, quòd aut iste nominatus recognoscit eundem superiorem ratione feudi, quod tenet: quem etiam recognoscit agens, & sic essent conuasalli eiusdem domini. & dic, vt statim dicam in tertio membro; aut non recognoscit eundem dominum: & tunc videtur, quòd debeat adiri ordinarius. quæstio tamen non procedit sine dubio, propter ea quæ traduntur in d. l. 1. & l. venditor. ff. de iudi. & per Barto. in quæstione, quæ incipit, Consilium Pisanæ ciuitatis. de quo latius dixi in dicto capitu. quoniam. infra vt lite non contesta.

17 ¶ †Tertiò quæro ad intellectum prædictorum, qui dicantur pares? Sol. Quòd illi dicuntur pares curiæ, qui consimilia feuda ab eodem domino recognoscunt, vt in c. 1. ver. qui ab eo. si de inuestitura inter dominum & vasallum lis oriatur. vnde si causa est Ducum, Duces dicuntur pares: si Marchionum, Marchiones: si Comitum, Comites. & sic de singu. & dicuntur pares à paritate, secundum Docto. in d. c. cæterum. vel secundum Host. quia sunt pariter eligendi. Sed plus placet primum dictum, quia isti regulariter deputantur à iure: licet quandoque etiā fiat electio, vt dicetur in sequenti quæstione.

18 ¶ †Quartò quæro, Vtrum omnes pares sint iudices, si sunt plures: & qualiter eligantur? Sol. Inno. & Doct. in d. c. cæterùm. ponunt varias opi. quidam volunt, quòd non omnes sint iudices: sed dominus eliget vnum, & vasallus alium. ar. c. si clericus. 11. q. 1. & hoc videtur plus placere Innoc. Alij dicunt, quòd ipsimet pares eligent ex se duos, vel quot voluerint: quia cùm ipsi hanc à lege habeant iurisdictionem, possunt eā demādare, cui volūt. ar. 64. dist. c. 1. 2. & 3. & in c. pastoralis. primo responso. supra, de rescrip. & in l. & quia. ff. de iurisd. om. iu. & sic residet Dominus meus. sed tu aduerte: quia licet isti pares habeāt iurisdictionem à lege: tamen videntur illam habere per modum electionis partium, per textum in c. 1. de controuersia feudi apud pares terminanda. vbi textus vult, quòd aut dominus & vasallus cōsentiūt in eligendis paribus, & illi erunt iudices quos elegerint, & possunt etiam eligere illum, qui adhuc non iurauit fidelitatem domino, si ambo consentiunt. secùs si alter dissentiret, vt ibi: & si dissentiunt in eligendis paribus, tunc dominus eliget vnum vel plures ex paribus eiusdem domini, quos voluerit. Secundo verò loco, vasallus similiter eliget, quos voluerit, secundum numerum à domino prætaxatum, sentit Hostien. in summa, in titu. de feudis. §. fin. vers. pares autem. & est tex. in d. c. 1. Intelligendo tamen, quòd debeat eligere in eadem prouincia, si fieri potest, dicam in seq. q.

19 ¶ †Quintò quæro, Vtrùm pares debeant esse de eadem prouincia? Sol. Bald. in d. §. pręterea. quòd sic. Et hoc ne partes cogantur vagari extra prouinciam. facit, quod not. in cap. si duo. §. si tres. de pace tenen. Iniquum enim esset, quòd iudex & litigantes cogerentur vagari extra prouinciam, vt in Authent. de litigiosis. in princip. & C. de decurio. l. curiales. supra lib. 10. facit prouisio c. statutū. de rescript. lib. 6. Et hoc verum, quando in prouincia reperirentur pares in numero sufficienti. Secùs si non reperirentur in numero sufficienti: tunc enim assumuntur de vicina prouincia. ar. ff. de dam. infec. in l. si tàm vicinū. & ff. de tut. & curat. datis ab his. in l. diuus Marcus. secūdum Bal. facit optimè tex. 6. q. 4. c. 1. & 2. & quod dixi in c. 2. infra de accu.

20 ¶ †Sextò quæro, quid si sunt pares suspecti, an possit eorum iurisdictio declinari? Sol. Bal. in d. §. præte-

ADDITIO.

a ¶ *Adde, quòd omnes pares non sunt idonei, sed solùm pares loci, vbi est res de qua agitur, casus est, & ibi Bal. no. in c. 1. §. si qua, de pace Constan.*

præterea.arguit primò, quòd non, quia isti non sunt iudices regulares, sed seculares, arg.no.per glo. in c. 1. de inuestitura in ma. facta. Item, quia cum sint ordinarij, non debent remoueri, sed debet eis dari adiunctus, vt in auth. si vero contigerit. C. de iudi. Contrarium tamen ipse determinat, quia de iure canonico, etiam ordinarius potest in totum recusari, vt in c.si quis.supra eo.de quo latè dixi in c.cum speciali. de appel. vnde cum in hoc articulo accusationis, ius ciuile discrepet à iure canonico ratione iuramenti, quod præstatur in fidelitate, debet seruari ius canonicum. Ego verò arbitror aliter distinguendū, quòd aut feudum est ecclesiasticū, & procedat opinio Bal. aut est seculare, & procedat prima opinio, & hoc vltimo casu intelligo no.per Iacob. de Bel.in cap. 1. in fi. de inuestit. in ma. facta. Et vide in cap. 1. an apud pares vel curiam. intelligo tamen, quòd
a in dubium verteretur de viribus iuramenti, [a] quòd remittenda esset causa ad forum ecclesiasticum, in quo seruaretur ius canonicum.

21 ¶ † Septimò quæro, quid si pares non requiruntur, seu non adsunt? Sol. Dicit Innoc. in d.cap.cæterum, supra tit.1. quòd eligantur arbitri ad similitudinem iudicis, allegati suspecti, vt d.cap.cum speciali, quod limitat Hosti.in d.cap.cæterum. si dominus est actor. Secus si vasallus agat, quia tūc aget coram ordinario domini. arg.16. q. 1.c.si clericus. Sed glo. in verbo, pares. in d.§.præterea. dicit indistinctè agēdum coram ordinario rei. Et ista opinio est verior, & eam sequitur Do. meus. Nam ex quo non potest seruari forma à iure introducta, iurisdictio debet redire ad naturam suam.ar.no.in d.c.cæterum. Et quia ista iurisdictio est inducta de iure speciali, & sic est restringenda, arg.cle.fi. de offi. ord. faciunt quæ dixi supra in prin. illius membri.

22 ¶ † Octauò quæro, in quo loco pares debent cognoscere, seu pro tribunali sedere. Sol. Glo. in d. c.1.§.præterea. dicit, quòd possint sedere vbi voluerint, salua honestate. Et vbi fuit mos maiorum cognoscere, & ibi licet Bal. arg.l.pen.in fi. ff de iusti.& iu. & in loco partibus non suspecto. arg.l.diem proferre. §.si arbiter. ff.de arbi. & locum semel electum possunt mutare, cum talis loci electio sit quædam interlocutoria, dummodo partibus intiment. facit l.si vt proponis. C.quomodo & quando iudex. vnde sit conclusio, quòd de istis dici potest, sicut de alijs iudicibus non habentibus territorium, de quibus in cap.cum contingat, infra eo. & adde quæ dicam in 2.q.prin.

23 ¶ † Nonò quæro, quem ordinem pares debeant seruare in procedendo? Sol. Inno. & cōiter Doct. in d.c.cæterum. volunt, quòd teneantur seruare legitimum ordinem iudiciariū, ex quo sunt iudices ordinarij, nec aliud reperitur dispositum, & mihi placet, quia quod mutatur, &c.

24 ¶ † Decimò quęro, vtrum coram paribus habeat locum reconuentio super re non feudali? & videtur dicendum, quòd non, quia pares habent iurisdictionem limitatam & singularem præter iuris ciuilis regulas, & quia istæ controuersiæ pertinent ad diuersa capitula iuris, ergo non habet locum ius accumulandi. argum.l.in agris. & in l.sed cum patrono.ff.de bonor.possess. Contrarium determinat glo.in d.capit. 1. & sequitur ibi Bal. licet arguat pro & contra, & idem concludit in d.§.præterea, per no.in l.Papinianus, & in auth.& consequenter. C.de sent. & interlocut. om. iudi. Non obstat, quod dictum est de iure accrescendi, quia secundum Bald.in illis agitur de magno præiudicio, videlicet de successione vel obligatione, sed iurisdictio non continet magnum præiudicium, imò causa ipsa reconuentionis continet partium fauorem, ne partes habeant adire diuersos iudices, vt in l.1. ff.de quibus rebus ad eundem iud. eatur, de quo latius dicam in c.1. infra de mutuis pet.

25 ¶ † Circa secundum membrum principale, quando contentio est inter dominum & tertium, qui nō sit vasallus: puta emptorem feudi, vel alio modo ipsius feudi possessorem, vel fortè, quia dicit iste tertius dominum sibi obligatum ad infeudandum, vel vendendum feudum. Inno.Io. Ant.& Doct.in d.c. cæterum, supra tit.1.& Hosti. in summa, eo.tit.§.fin. breuiter concludunt, quòd ordinarius erit iudex, quia lex dat iurisdictionem paribus, quando quæstio est inter dominum & vasallum, vt d. c.1. §.præterea si inter. de prohibita feud.alie. per Feder.ergo extra illum casum remanet iurisdictio ordinaria, secundum ea, quæ sæpius dicta fuerunt in præceden. membro.

26 ¶ † Circa tertium membrum, quādo quæstio est inter duos vasallos, dic, quòd aut quæstio est extra causam feudalem, vel si agitur de feu. agitur alio iure, quàm ex lege vel consuetudine feudorum, & ordinarius est adeundus, vt dixi in primo membro, in princ. tenent Innoc.& Docto. in d.cap.cæterum, & Hostien. in summa, de feud. §.fin. & probatur in d. capit.1.§.præterea, vbi etiam hoc tenet Bald. & hoc procedit secundum Innocen.nisi esset infeudata iurisdictio in loco, quia tunc siue sit quæstio feudi, siue non, semper cognoscit dominus. & ratio, quia hoc casu dicitur ordinarius, & ad hoc facit tex. iuncta glo.in verbo, alia. in cap.Romana.§.debet.de appella. lib.6. Item possemus dicere, quòd hoc procedit, nisi consuetudine aliud esset inductum, secundum ea, quæ dixi in primo membro, in princ. in secunda limita. saluo eo, quod videbimus in cap.cum contingat. infra eodem. Si verò quæstio est feudalis, seu tangens naturam feudi, dic, quòd aut est contentio inter eos, qui propriè dicuntur capitanei, vt Duces, Marchiones, & similes, & tunc Imperator est iudex, vt in cap. 1. apud quem vel quos contro. feu. termin. debe. in c. 1. de lege Corradi. vbi probatur, quòd si sunt Capitanei eiusdem Regis, Rex est iudex. Aut loquimur de alijs vasallis inferioribus, & subdistingue, quòd aut prætendunt diuersos inuestitores, & sic non recognoscunt eundem dominum, & agi debet coram ordinario, vt in c.1.§.si verò, & §.seq.de pace tenen.

Si verò prætendant eundum inuestitorem & do-
27 minum, dic quòd regula est, † quòd dominus feudi est iudex, vt hic, & c.seq. & in d. §.præterea. & d. cap.cæterum. Prædicta tamen regula recipit plures limitationes.

¶ † Primò,

ADDITIO.

a ¶ *Iuramenti. Vide Cald. in cons. 2. in tit. de iud. quod tamen limitat Fel. in cap. cæterum. in 4. col. ver. 2. fallit.*

28 ¶ †Primò, quòd regula procedit, si quilibet eorũ vasallorum vult ostendere de iure suo: secùs si vnus vult docere de titulo, & alius nullũ alleget, seu ostẽdat titulum: quia tractabitur coram ordinario, vt d. §. si verò. secundum vnum intellectum. & ibi tenent Doct. Nec obstat, si diceretur, quòd hæc quæstio deberet agitari coram domino, ex quo vterque fatetur se vasallum: quia potest responderi, quòd eo casu, non ostendendo titulum, videtur potiùs inuasor & occupator, quam vasallus, licet verbo alleget se vasallum, nec sit in possessione feudi. facit tex. in d. c. cæterùm. dum tex. dicit, constat possessiones tenere in feudum. & sic videtur, quòd sit necessariũ quòd constet, quòd vterque sit vasallus, ad hoc, vt domini iurisdictio fundetur, vt no. glo. in d. §. præterea. & Bal. ibi, & Domi. meus in d. c. cæterùm. tenet etiam Bal. in ca. si inter. de lege Corradi. per illum textum.

29 ¶ †Secundò limitatur, si modò sint vasalli eiusdẽ domini, respectu aliorum feudorum. secùs si nõ possiderent alia feuda, vt no. gl. in verbo, duos. in prin. §. præterea si inter. quæ limit. non placet D. meo, in d. c. cæterùm. quia nullibi reperitur, quòd vltra feudum, de quo est contentio, debeant aliàs esse vasalli in alijs feudis ad hoc, vt dominus cognoscat, vt patet ex iuribus supra alle. sed satis est, quòd contendant ratione eiusd. feudi, quamuis non possideant alia feuda ab eodem domino.

30 ¶ †Tertiò limitatur, si modò in cognitione non versatur commodum aut damnum ipsius domini: secùs si versaretur. & ideo si vasallus conuentus ab alio vasallo negaret feudum ipsius dñi, nõ erit iudex dñs, etiam si negans alia feuda possideret ab eodem dño: & hoc ne sit iudex in causa propria, quia semper pronunciaret se iudicem: & sic iudicaretur feudũ suũ, secundum Doct. in d. c. cæterum. & sequitur ibi D. Ant. quia hoc casu, non agitur de nudo exercitio iurisdi. quo casu iudex potest cognoscere, an sua sit iurisdictio: sed agitur de proprietate & commodo ipsius domini. facit quod traditur in l. de iure. ff. ad municip. & quod no. in c. ad audientiã. infra, de appel. agetur ergo coram ordinario, & si ordinarius iudicabit causam feudalem respectu eiusdẽ dñi, fiet remissio ad domi. secundũ Inn. in d. c. cæterùm. licet in aliquibus verbis defectiuè loquatur. refert tamen alios dicere quàm dñs cognoscet: quia hoc modo, secundum primum intellectum, de facili declinaretur iurisdictio dñi. sed dicit Host. in sum. in d. §. fin. quòd dñs poterit eos compellere ad iurandũ de veritate dicẽda, sed si pars persistat in negatione: veritas est, secundum eum, quòd ipse nõ cognoscet, sed ordinarius. Et ex prædictis etiam infertur, quòd si est dubium, an feudum pertineat ad Ecclesiam, vel ad laicum: nullus ipsorum iudicabit, sed ordinarius erit competens, vt in cap. seq. & ibi dicam in gl. Item infertur, quòd si vnus ex vasallis prætendit feudum nouum, hoc est concessum ab ipso proprio domino: alius verò prætendit antiquum, hoc est concessum à prædecessoribus domini: & hoc casu, corã paribus, & non coram domino, quæstio terminabitur, vt in c. an apud iu. vel do. quæstio feu. termina. debe. & ibi tenet Bal. quia dom. vellet tueri factum suum. & ideo meritò est suspectus. facit c. 1. ad fin. de testi. lib. 6. & quod ibi traditur, & si pares propter prædictam causam haberentur aliquo modo suspecti, possent recusari, secundum Bal. ibi, & secundum quod dixi in primo membro.

31 ¶ †Quartò limitatur, si modo agatur de proprietate feudi, vel de iure ipsius feudi: secùs si pro feudo ageretur possessorio. de quo vidistis varias opinio. in primo membro, in 5. limit. Innoc. tñ in c. ex parte II. infra eo. tenet præcisè causam tractãdam coram domino feudi, quod magis placet Dom. meo: quia licet interdicta sint personalia, tamen sunt scripta in rem, vt l. 1. ff. de inter. vnde si inter vasallos coram domino, aut si inter dominum & vasallum coram paribus sit cõtrouersia, etiam feudi: possessoria debebit agitari vel coram domino, vel coram paribus: maximè, quia contra agentem possessorio possit excipi de proprietate feudi, secundum quod no. in capitulo, in literis. infra de restit. spol. & in c. ad decimas. de restit. spol. lib. 6. inter conuasallos ad solum dominum feudi cognitio pertinet. facit quod in simili dicimus, quòd de possessorio spirituali agitur coram ecclesiastico. facit c. literas. infra, de iura. cal. nõ ob. d. c. ex parte. vbi fuit actum coram ordinario: quia secũdum Inn. in d. c. cæterùm. spoliatio fuit ibi facta à tertio, vel agebatur ibi ex iure dotalitio: & sic nõ erat quæstio feudalis. vel tertio, & melius, agebatur ibi per viduam spoliatam, & sic miserabilem personã oppressam: quo, quia miserabiles personæ oppressæ, sunt sub protectione Ecclesiæ, possunt cõuenire suos spoliatores sub ecclesiastico, ex illo textu. & idem in Ecclesia spoliata. sic debet intelligi opinio glo. in d. c. cæterùm. dum vult, quòd possessoria quæstio feudi debeat agitari coram ordinario.

32 ¶ †Quintò limitatur, si modo prædicti vasalli sũt laici: secùs si sunt clerici, secũdum aliquos in c. seq. quæ tamẽ limit. cõmuniter reprobatur: quia etiam si essent clerici, secundum Doct. hic, & in c. seq. & in d. c. cæterùm. supra titu. 1. secundum opin. Host. quæ communiter approbatur, quòd ille Præpositus, de quo in c. seq. esset clericus, vnde sit conclusio, quòd si feudum est seculare, debet iudicium agitari, etiam contra clericũ, coram dño feudi. hæc tñ conclusio procedit in causa ciuili: secùs in causa criminali, siue ciuiliter, siue criminaliter intẽtetur: quia illa debet intentari coram ordinario ipsius clerici: & sic põt procedere opi. cõtraria, vnde remittitur tũc clericus ad ordinarium suum, secũdũ Inn. in c. seq. & si per Prælatum suum fuerit condemnatus de productione, aut simili causa, propter quã debeat feudum amittere: tunc poterit dñs auferre illi feudum. & ratio quare remittatur ad ordinarium est, quia de crimine clerici nedum directè, sed nec indirectè aut incidenter potest laicus cognoscere, vt in c. at si clerici. sup. de iu. Nec obstat, quòd clericus deponens falsum testimonium corã laico, potest puniri à laico: quia rñde vt dixi in c. 1. supra eo. in 19. fallentia. Aduerte tñ: quia ita demum propter delictum clericus põt priuari feudo, si feudum est proprium, nouum, seu paternum ipsius clerici. Secùs si pertineret ad Ecclesiã: quia tunc propter delictum Prælati non priuaretur, per no. 16. q. 1. in c. si Episcopũ. & in regula, delictum. de reg. iu. lib. 6. quod vltimũ limitat Host. & sequuntur Doc. vt scilicet Ecclesia nõ priuaretur perpetuò: sed tñ Prælatus priuabitur dũ viuit: & post mortem reuertetur ad Ecclesiã, vt in c. si clericus vel Episcopus. de capitulis Corr. in vsib. feu. hoc tñ dictum

ctum Host. intelligit D. Ant. si feudum solùm spectat ad mẽsem illius Prælati: quia tunc sibi soli prę- iudicatur: secùs si pertineat ad totum capitulum: quia tunc capitulum non priuatur, nisi totum capitulum delinquat, secũdum ea, quę dixi in c. dilectus. infra de simo. & in ca. dilectus, infra de exces. Prælat. facit quod traditur in l. iubemus. C. de sacrosan. eccl. Item secùs esset, si feudũ pariter pertineret ad mensam Prælati & ad capitulum, vel si simpliciter fuisset concessum Ecclesiæ. faciunt no. in c. cum venissent. infra de instit.

33 ¶ †Sextò limitatur, nisi circa quæstionem feudi secularis agitatam coram domino, verteretur in du-
a bium de iuramento: [a] quia tunc remittitur ad ecclesiasticum: & sic ratione incidentiæ poterit cognoscere de eo, quod non poterat principaliter. facit infra, qui fil. sint legi. c. lator. & quod no. in l. quoties. C. de iud. & sic per hunc modum poterit incidenter diffinire quæstionem proprietatis super feudo, casus est in cap. nouit. supra titu. 1. Nam cùm maior causa trahat ad se minorem, sicut potest cognoscere de iuramẽto, sic de feudo, cum causa sit minor. & ita consuluit Io. Cal. quem refert & sequitur domi. Domin. in c. fin. eodem titu. lib. 6. Sed quod dictum est de quæstione proprietatis, intelligo, si iuramentum directè comprehenderet quæstionem proprietatis. secùs si quæstio proprietatis posset separari à quæstione iuramenti, argumen. eorum quæ traduntur in d. capitu. fin. quia tunc remittenda esset causa proprietatis ad dominum feudi.

34 ¶ †Sed circa prædicta quęro, quid si feudum spectat ad Ecclesiam, & Ecclesia vacat, an capitulum poterit cognoscere de causa feudi? Sol. Dic, quod nõ. de quo latius dicam in c. seq. ¶ Circa quartum & vltimum membrum istius primæ quæstionis principa-
b lis, quando quæstio est inter vasallum & tertium, [b] qui vel litigat super feudo, non tamen vt vasallus, vel super alia re: non est dubium, quòd ordinarius est iudex, vt in c. 1. §. si verò. de pace tenen. & patet ex his, quæ dixi supra, in præcedenti membro.

35 ¶ †Secundò principaliter quæro, in quo loco causa feudalis agitari debeat? Sol. satis clara colligi potest ex his, quæ dixi in præcedenti membro, in 12. q. respectu parium curiæ cognoscentium inter dominum & vasallum. Sed latius prosequitur Hostien. in summa, in tit. de feudis. §. fin. vers. in quo autem loco. ex cuius dictis cõclusio est, quòd in loco maiorum. facit 8. q. 1. c. 2. & intra territorium, vt in l. more. & in l. fina. ff. de iurisd. omn. iud. vel vbi dominus locum constituerit, vt in l. penult. in fi. ff. de iust. & iure. dummodò honestus sit, & partibus non suspectus, vt in cap. cum dilecta. de confir. vtili. & in Clemen. 2. §. Pisana. de re iudic. & in l. 2. ff. si quis cau. vbi tex. loquitur de suspicione respectu intemperiei aeris, potest eum eligere, vt dictum est, locum: dummodò idoneum & commodum: non tamen debet relinquere sacra, vel prętoria Palatia pro domibus priuatorũ. facit. C. de offic. recto. prouin. in l. fin.

36 ¶ †Tertiò principaliter quæro, quam iurisdictionem habeat dominus feudi? Sol. Dic, quòd habet ordinariam in vasallos, in concernentibus ipsum feudum, qualecũque sit feudum, siue principatus, siue comitatus, siue castellania: & si dominus sit aliàs vilis aut rusticus, vt probatur in d. cap. 1. §. præterea si inter. de prohibita feudi alien. per Feder. siue dominus sit ecclesiasticus siue laicus, vt hæc probantur etiam in d. c. cæterùm. supra titu. 1. Et hic & in c. sequenti. vbi idem tenet Domi. meus. & non solùm dominus in vasallos, sed etiam pares in dominum, & vasallus habet iurisdictionem ordinariam respectu causarum ad eos deuolutarum, secundum ea quæ dixi supra, in 1. membro, in 2. q. prin. & meritò: quia hanc iurisdictionem habent à lege seu consuetudine generali feudorum. facit l. & quia. & quod ibi traditur. ff. de iurisd. om. iud.

37 ¶ †Quartò principaliter quæro, qualiter in causis feudalibus sint concipiendi libelli? Sol. Vide varias formas per Specu. in titu. de feudis. §. nunc dicamus. Et aduerte: quia volunt Doct. in d. cap. cæterùm, quòd quando agitur coram domino, seu paribus ratione feudi, sit exprimenda qualitas tribuens iurisdictionem: videlicet, quòd causa est feudalis: aliàs non possunt dominus, vel pares cognoscere. & hoc quidam tenent. Sed Innocentius tenet contrarium:
c quia libellans [c] videtur omne ius suum deduxisse: & per consequens etiam qualitatẽ concludentẽ iurisdictionem. facit c. cùm Ecclesia. infra de causa poss. & proprie. circa quod vide, quod latius dixi in capitu. præcedenti.

38 ¶ †Quintò principaliter quæro, quid si vasalli litigãt coram alio in casibus, in quibus debẽt litigare coram domino: quid facere debeat dominus? Sol. Dic, quòd potest eis inhibere sub debito fidelitatis, quòd non debeant litigare coram illo: sed coram se: & si vasalli aut alter eorum nollet obedire, potest dominus illum punire, vt statim dicã. Sed circa prędicta potest dubitari vtrùm processus & sententia agitati coram illo iudice, teneãt: non data negligentia domini ipsius feudi. Sol. Host. in capitulo, cæterùm. tenet quò non, per illum textum, dum dicit prohibemus. ar. c. super literis. de rescript. Et remittit ad no. in c. licet. infra eo. Tu verò dic, quòd dictum Hostiensis procedit, quando esset lata sententia, vel processum esset cõtra inuitum & nolentem litigare coram illo: quia tunc talis sententia reperitur lata cõtra iuris prohibitionem: & sic est nulla, vt in c. at si clerici. de iud. 10. dist. c. vides. vnde excommunicatio, & quælibet alia sentẽtia lata in inuitum, & ante legitimã prorogationẽ, est nulla. Et idem etiã dicendum, si vasalli, sponte litigarent coram alio dño contradicente: quia vasallus nõ potest prorogare iuris-
d dictionem alterius inuito [d] dño feudi, vt no. Inno. in d. cap.

ADDITIONES.

a ¶ *De iuramento. Adde Fely. in d. c. cæterùm. de iudicijs. in 4. colum.*

b ¶ *Et quid, si sit quæstio de emphyteusi, quomodo terminetur causa, Roma. cons. 212. arguit de feudo ad emphyteusim, & vide Bal. cõs. 583. 1. lib. & cons. 422. lib. 3.*

c ¶ *Libellans videtur omne ius suum deduxisse. Adde, quod no. Bar. in l. si mater. §. eandem. ff. de except. rei iud. & latiùs Dec. c. cæterum. de iudicijs.*

d ¶ *Inuito domino. An autem sciens & tacens dominus, videatur consentire, est maxima disceptatio inter Abb. & Aret. in d. cap. cæterum. vbi Flo. dicit, melius est, quod contra Abba. tenetur. & vide Alexan. in l. 1. §. & post operis. fi. colum. ff. de oper. no. nunc.*

d.cap.cæterum. & Bart.in l.1.ff.de iudi. & in l.1.§.& post operis.ff.de ope.no.nunc.& glo.in d.§.præterea si inter. de prohibita feu. alie. per Fede. Et ex rationibus prædictis sequitur, quòd idem est si vasalli litigarent domino ignorante. facit quod no. in c.significasti.infra eo. & tenet Dom. Ant.in d.c.cæterum. & And.de Iser.in d.§.præterea. Bal.tamen ibi dicit, quòd hoc videtur procedere, si dominus feudi est princeps,aut tenet locum principis,secus si inferiori loco à Principe, quia tunc inuito eo vasalli possunt alterius iudicis iurisdictionem prorogare,sicut in arbitros compromittere. Subdit tamen Bal. quòd tutius est dicere ad hoc,vt omnis cesset collusio,quòd non possint prorogare,per tex.nostrum. Si verò dominus sciret vasallos suos litigare de feudo corã ordinario,vel alio iudice,& non contradiceret, præfatus And.in d.§.præterea. tenuit, quòd tacendo præiudicaret sibi, arg.l.sæpe.ff.de re iudi. & in cap. cum olim.supra de offi.deleg. dummodò posset prohibere,& non contradiceret. secus si non posset. contrarium tamen tenet Dom. Anto. in cap.cæterum. vbi vult, quòd etiam si posset prohibere, & taceat, non videatur consentire, cum non agatur de commodo suo. Nec obstat,quòd ille,coram quo vasalli agunt, sit aliàs eorum ordinarius, quia cum exercitium iurisdictionis in causa feudali sit attributum domino feudi, intelligitur in feudo adempta iurisdictio ab ordinario, dixi in d.cap.cæterum. Item non obstat, quòd inhibita iurisdictione alicui, nihilominus valet quod agitur in d.c. super literis, quia verum est, quando emanasset sola prohibitio,& alteri non fuisset attributum iurisdictionis exercitiũ per viam abdicatiuam, seu priuatiuam. Dom. meus in d.c.cæterum.dicit tenendam primam opin.tam fauore iudiciorum, quàm etiã, vt actus iudicialis potius valeat, quàm pereat.arg. regulæ l.quoties.ff.de reg.iur.& de reb.dub.& vt sit litium finis. arg. c.fin. infra de dolo & contum. & l.quidam æstimauerunt. ff.si cer. peta. facit quod no.Innoc in cap.ex par.deca.supra de rescrip. vbi dicit, quòd si aliquis agit nomine meo in iudicio,& ego non contradico mandare, vt l.qui pa

a titur. [a] ff.man.cũ non tractetur de aliquo graui præiudicio. Et ita hic,quia licet iudicare sit honor,vt in cap.vt debitus. infra de appel.tamen est etiam onus, vt in l. munerum. §.iudicandi. ff.de mune. & hono. vnde pro onere euitando, ex taciturnitate cõsensus præsumatur,secundum no.in l.Caius.ff.de pign.act. ad quod vide, quæ latè dixi post Doct. in l.quæ dotis.ff.solu. matrim. & in regula,qui tacet. de reg.iur. lib.6. Item,quia sicut ex parte prorogantium sufficit tacitus consensus,vt dicam in c.significasti. infra eo. ita ex parte superioris habentis consentire, videtur sufficere tacitus consensus.

39 ¶ † Sextò principaliter quæro, qua pœna puniatur vasallus nolens litigare coram domino, in casibus,in quibus tenetur. Solutio. glo.in d.c.cæterum, dicit, quòd dominus potest ipsum punire, sed non dicit qua pena. Sed tu dic, quòd ex quo vt dixi,supra in 3. q.prin. dominus habet ordinariã, sequitur quòd ipse potest omnia remedia ordinaria exercere quæ producta sunt contra contumacem,quorum tamen ipse sit capax,quia si esset laicus, non posset excommunicare. Specialiter qualiter contumacia vasalli puniatur,vide per tex. & Bald.in cap.1.de mili. vasal. qui contum. est, vbi bonus tex. & ibi traditur quòd cum certa solennitate & forma dominus possit priuare vasallum feudo.

40 ¶ † Septimò principaliter quæro, quid si in casibus, in quibus dominus debet cognoscere, ipse dominus sit negligens, quis ipsius negligentiã debeat, vel possit supplere. Sol.glo.in c.cæterum,dicit quòd iurisdictio deuoluitur ad alium,sed non declarat ad quem, nisi quòd in fine videtur sentire quòd ad iudicem rei conuenti, dum alleg.c.cum sit. infra eo.& tenent ibi Doct. & idem tenent in c.1.§.præterea si inter.de prohi.alie.feu.per Fede.quia res de facili reuertitur ad naturã suam,35.dist.c.ab exordio. Nam talis iurisdictio videtur eis data,in quantũ per dominos feudi explicetur,alias remanet sub iudice suo,facit quod in simili no.in c.irrefragabili.§.excessus.supra de offi.ordi. quod tamen limitat hic Dom.meus & in d.cap.cæterum. Si modo dominus feudi,respectu feudi nõ recognosceret alium superiorem, alias secus, quia tunc ille superior negligentiam supplet. tex.est hic,secundum vnum intellectum,de quo dixi in glo.1.Sed tu aduerte, quia ex glo.pen. in c.seq. & ex dictis Doct. ibi, maximè Dom. mei, plurimis additis arbitror ita distinguendum, videlicet quòd aut feudum est ecclesiasticum, aut est seculare. Primo casu subdistingue,quod aut dominus ecclesiasticus feudi ecclesiastici habet alium dominũ superiorem in ipso feudo,& dico,quòd siue ille dominus superior mediatus, sit laicus,siue ecclesiasticus, supplebit negligentiam ipsius domini immediati. tex. est hic,secũdum vnum intellectum. Aut talis dominus ecclesiasticus non habet alium dominum superiorem, & hoc casu glo. pen. in c.seq. ponit duas opin. Prima quòd ordinarius laicus supplebit, & hanc tenent Tan. Vin.& Hosti. Nec obstat c.qualiter.supra tit.1.quia intelligitur in actione personali, non autẽ in feudo.Secunda opi.quam glo.finaliter videtur sequi, est quòd ecclesiasticus suppleat. Io.Andr. dicit quòd prima opin.est vera de iure speciali,hoc est de consuetudine, secundũ Do. Ant.per c.Ro.§.debet. de appel.lib.6.Secunda verò opi.est vera de iure cõmuni. Sed Do. Ant.dicit quòd superior ecclesiasticus supplet, si non recepit ab alio domino laico, & ita etiam intellexit Io. An.dum alleg.§.debet.secundum D. meũ. Sed ego arbitror distinguendũ quòd aut vasalli sunt clerici,& supplet ecclesiasticus,& sic procedit secunda opin.quia data negligentia,res reuertitur ad naturam suam,vt statim dicam,& idẽ dicendum est,si alter ex vasallis,qui conuenitur,sit clericus per c.cum sit.infra eo. Si verò vasallus actor esset clericus & conueniret laicum, arbitror quòd sit in potestate sua,data negligentia domini ecclesiastici,conuenire laicum corã laico. Posset tamen si vellet conuenire eum coram ecclesiastico,ratione quasi sacrilegij, vt hæc duo probantur per c.cum sit, infra eo.iuncto c. præcedenti. Aut ambo vasalli sunt laici,& subdistingue,quòd aut loquimur de iure cõmuni, & laicus supplebit,quia vt dicit Do. meus iurisdictio fuit cõcessa domino feudi in causa feudali.

Si do-

ADDITIO.

a ¶ *De hac reg.vide Soc.in l.si ego,in prin.si cer.pe.& latè per Mod. in c.nonne bene dicimus, de præsumptionib.*

Si dominus esset vigil, & diligens, siue talis esset excommunicatus, siue secularis, secus si negligens, vt d.c.cæterum.supra tit.1.& hic. Si ergo Ecclesiasticus est negligens, vasalli remanent sub iudice proprio & naturali: nec per hoc dicitur secularis supplere negligentiam ecclesiastici, sed potius vtetur iure suo in laicos & sibi subiectos deficiente iurisdict. apud dominum feudi, propter ipsius negligentiam. facit l.fi. C. de iurisd.omn.iud. res enim, vt dixi, de facili reuertitur ad naturam suam, [a] 35.dist.c.ab exordio. facit etiam ad prædicta quod no. Inno. in c.solitæ.supra de maior. & obedi. vbi dicit quòd in rebus feudalibus Episcopus cognoscet vt ciuilis iudex, quasi in illis non censeatur Episcopus. Item facit, quia huiusmodi iurisdictionem habet dominus feudi, non à canonibus, sed à legibus feudorum, generaliter tribuentibus iurisdi. domino feudi, vt in c.1. de prohi. alie. feu. per Fede. & in alijs iuribus, supra alleg. Item facit tex.in c.seq. vbi vacante sede, capitulum non succedit in hac potestate cognoscendi, & licet res sit ecclesiastica, quia tamen non contenditur de iure spirituali, aut re ecclesiastica, sed vtili dominio ipsorum vasallorum, ideo laicus potest cognoscere, sicut in simili dicemus, quòd licet de iure spirituali non possit in laicos compromitti, potest tamen de re temporali ecclesiæ, vt supra de arbi.c.contingit. Aut consuetudo habet quòd laici in illo loco conueniantur coram ecclesiastico, & tūc ecclesiasticus supplebit negligentiam domini feudi, vt probatur hic in tex. nostro argum. à fortiori. Nam si in casu nostro ordinarius ecclesiasticus supplet negligentiam domini secularis ratione consuetudinis prædictæ, fortè inter puros laicos, fortius in prædicto casu negligentiam ecclesiasti supplebit ecclesiasticus, & ita arbitror intellexisse Ioan. Andr.

¶ Secundo membro principali, quando feudum est seculare subdistingue, quòd aut habet alium superiorem in feudo, & dic vt dixi in præce. membro, in prin. Aut non habet, & distingue quòd aut vasalli sunt laici, & quæritur de iure cōmuni, & superior ordinarius supplet negligētiam si habet ordinarium superiorem. Si verò esset talis, qui non recognosceret superiorem secularem, Papa supplebit, vt in c.nouit.de iudi.& sentit Bald. in d.§.præterea. sed si consuetudo esset in loco quòd laici conuenirentur coram ecclesiastico, ecclesiasticus supplebit. tex.est hic secundum vnum intellectum, de quo dixi in glo.1. & fi. Aut ambo vasalli erant clerici, vel saltem conuentus erat clericus, & tunc ecclesiasticus supplebit, ad quem alias de iure communi spectaret cognoscere inter ipsos clericos, vel contra clericum conuentum, aut conuentus erat laicus, & actor clericus, & tunc, vel quòd in volūtate clerici sit vel adire laicum per regulam cum sit. infra eo. vt ipse suppleat negligentiam domini, vel adire ecclesiasticum, cum agat ratione rei ad ipsum clericum pertinentis, per tex. in c.præced. intelligendo tamen secūdum quod ibi dixi. Et aduerte circa prædicta, quòd dominus feudi, qui negligit facere iustitiā vasallo, priuari debet proprietate ipsius feudi. hoc sing.no.glo.in c.1.in §.porrò.in tit. quæ fuit prima causa benefi.amit. per illum tex.à contrario, & sequitur Bal.ibi.

41 ¶ † Octauò principaliter quæro, quod ius seruari debeat in agitandis & decidendis causis feudalibus, an canonicum vel ciuile. SOL. Bal.in d.c.1.§.præterea. de prohi. alie.feu. per Fede. dicit quòd si ius canonicum discrepat à iure ciuili, debet seruari ius canonicum ratione iuramenti.arg.c.nouit. supra de iudi. Ego [b] verò arbitror, vt etiam superius tetigi in 1. q. vbi aliàs non disputaretur, aut dubitaretur de aliqua spiritualitate, vt de iuramento, vsuris, & similibus, quibus casibus non est dubium quòd ex natura ipsarum causarum, cognitio pertinet ad ecclesiā, quia alijs casibus, ante omnia seruanda esset consuetudo, & seruandæ leges feudorum, quibus videntur ligari etiam clerici, vt hic, & in c.seq.& in c.cęterum. & c.nouit.supra tit.proxi. Sed vbi deficerent consuetudines & leges feudorum, si feudum esset ecclesiasticum, & causa agitaretur coram ecclesiastico, non est dubium quòd tam in procedendo, quàm in decidendo essent seruandi canones. Sed si feudum esset seculare, & causa agitaretur coram seculari, procedēdum & decidendum esset secundum iura ciuilia. Si verò feudū esset ecclesiasticū, & causa agitaretur coram seculari, non est dubium quòd quantum ad ordinem [c] procedendi, seruādæ essent leges seculares: & idem econtra, si feudum esset seculare, & agitaretur coram ecclesiastico, quo ad ordinem, seruādum esset ius canonicum, sed quantum ad decisoria, videtur esse maius dubium, tamen in ecclesiastico videtur quòd debeant seruari canones, & in seculari leges, ad quę omnia vide quæ traduntur in c.quod clericis.inf.eo.& in c.fi.supra de iud. & quæ late traduntur per Pet.de Anch.in repe.c.1.de const. & per Docto.& Do. meum in c.ecclesia sanctæ Mariæ.de consti.& per Bart.& Bal.in l.1.C.de sum.Trin.& per Io. And.in regula, possessor.de reg.iu.lib.6. & vide quæ latius dixi post Doct.in c.1. de ope.no.nun.

42 ¶ † Nonò principaliter quæro, ad quem appelletur in causa feudali. SOL. Bal.tangit in c.1.de inuest. in ma. facta. & nihil boni dicit glo. in verbo, ab eo. in c.solitæ.de maio.& obe.ponit opi. vnam quòd ad Imperatorem, alia est quòd ad Archiepiscopum, nō tamen clare loquitur, an procedat in causa feudi, vel aliorum bonorum donatorum per Imperatorem ecclesiæ. Inno.& Io. And.in c.cęterū.sup.tit.1. variè, & intricatè loquuntur. Tu conclude post Do.meum, quòd aut proximus superior est mediatus dominus feudi, & ad illum appellabitur tam à sententia domini cognoscentis inter vasallos, etiam clericos, quàm à sententia parium curiæ cognoscentiū inter dominum & vasallū, & hoc procedit, siue dominus vel pares, a quo vel quibus appellatur, sint clerici, & superior laicus, etiā si inter clericos vel laicos aut clericū vel laicum, causa fuerit agitata, siue dominus, siue pares sint laici, & superior ecclesiasticus, etiā si causa esset agitata inter puros laicos. facit tex. videlicet, secūdum vnum intellectū, de quo dixi in gl.1.& fi.quod et dixi in 7.q.principali. & bonus tex.in c.fi. quo tēpore

ADDITIONES.

a ¶ *Ad naturam suam.l.si vnus.§.pactus ne peteret.ff. de pact.l.in rem.§.quæcunque.ff.de rei vend.*

b ¶ *Ego verò arbitror. Adde quod no. in c.1. per Abb. & Moder. supra de constit.*

c ¶ *Ad ordinem procedendi, de hoc est dictum Innoc. in d.c.1.& ibi Abb.in vlt.no.de constit.*

pore miles inuesti. & quod no. glo. in c. Romana. §. debet, de appel. lib. 6. tenent Innoc. & Dom. Anton. & Dom. meus in c. seq. Si vero non est ibi proximus dominus mediatus, breuiter concluderem, quòd in omnibus casibus, in quibus dixi, quòd in casu negligentiæ debet supplere ordinarius: in eisdem ad ipsum appellabitur, & sic ad illum appellandum est, ad quem pertinet supplere negligentiam, de quo dixi in 7. quæstione.

43 ¶ † Decimò & vltimò quæro, quis exequatur sententiam latam in causa feudali. SOL. Dic secũdum Inn. in c. seq. quòd cum dominus feudi sit iudex ordinarius in ipsa causa, vt dixi supra, poterit ipse sentẽtiam suam executioni mandare, & quamuis sit laicus poterit etiam contra clericos exequi, & eos resistentes compellere absque metu excommunicationis, per c. olim. infra de rest. spo. Io. An. dicit hoc di-
a ctum sibi non placere, quòd possit laicus,[a] fortè rusticus & vilis, compellere clericum personaliter absque metu canonis, si quis suadente. 17. q. 4. Sed Do. Ant. dicit quòd dictum Inno. potest saluari intelligendo quod possit compellere non tangendo personam clerici, sed aliter compellendo, forte expellendo colonos de possessionibus: aut ita similia faciendo. Dom. meus in c. sequen. dicit, quòd licet iste intellectus sit verus in se: tamen non fuit de mente Inno. allegando d. c. olim, & dicendo quòd absque metu excommunicationis potest compellere: quasi sentiat quòd speciale sit in causa feudi quod possit compellere clericũ personaliter. Zab. hic dicit quòd dominus non potest immittere manus in clericos, vt iudex, sed tamen potest, vt pars: forte resistendo, & ita dicit quòd potest intelligi dictum Inn. quod est verum secundum D. meum: & bene, si prius habuisset possessionẽ, & clericus de nouo illam turbaret: quia tũc propriè videtur defendere iurisdictionem & possessionem suam. facit quod no. in c. cum nostris. inf. de exces. Præla. & quod traditur in c. super hoc. de renun. Secus si post priuationẽ & sententiã latã clericus nihilo minus de facto incumberet possessioni, quia hoc casu nõ posset dici quòd laicus repellendo diceretur suam iurisdictionem defendere respectu possessionis: cum illam prius non haberet, vnde dicit, quòd hoc casu, tutius est tenere opin. Io. An. & mihi placet. Et ex prædictis infertur, quòd si dominus feudi esset ecclesiasticus: etiam ipse posset exercere iurisdictionem inter puros laicos, & idem etiam dicendum est de paribus curiæ, quòd etiam ipsi possunt sententiam suam exequi, quia habent iurisdictionem ordinariam, vt dixi in 3. quæst. prin. Et ex his habes expeditam hanc materiam.

ADDITIO.

a ¶ *Imò videtur, quòd nec cognoscere possit de re ad clericum pertinente, etiam ab eodem habita. quãquam Bal. assignet rationem in cap. 1. de contro. apud pares terminan. nam dicitur in c. qualiter. de iudi. omnino fieri prohibemus. facit c. fi. de iud. c. sanè, supra eo. & cap. clericus laicum. cum si. vt per Barba. c. seq.*

SVMMARIVM.

1 *Quæstio feudi debet coram domino terminari.*
2 *Clericus potest esse vasallus, tam clerici, quàm laici.*
3 *Causa ecclesiæ præiudicialis, non debet tractari sede vacante.*
4 *Effectus in Episcopum, ante consecrationem non habet iurisdictionem.*
5 *Quæstio de feudi dominio non debet tractari absente eo, qui se prætendit dominum feudi.*
6 *Iudex secularis potest ecclesiastici negligentiam supplere in causa feudi.*
7 *Verba, relinquo beneplacito tuo, quid importent.*
8 *Capitulum, an succedat in iurisdictionalibus, sede vacante.*

VERVM QVONIAM. Dominus feudi cognoscit de causa feudi: siue sit ecclesiasticus, siue secularis. hoc dicit. vel secundum Do. meum magis euacuãdo & clarificando literam, h. d.
1 † Quæstio feudi terminari debet per dominum feudi, et si sit secularis: licet vasalli sint clerici, & si vasalli plures prætendant dominos, non potest vnus cognoscere: maximè absente altero, an feudum ad ipsum pertineat. h. d. Primò ponitur factum. Secũdò dispositio in certum casum. Tertiò, in alium casum ibi, alioquin. & quia tex. est aliqualiter dubius, potes sic figurare casum, quòd vacãte quadam ecclesia cathedrali quæ dicebatur habere quendam Præpositũ in vasallum, ratione feudi contra talem Præpositum fuit quæstio mota super ipso feudo per quosdã alios vasallos: qui agentes fortè asserebant Imperatorem esse dñm feudi, propter quod petebant causam per Imperatorem terminari: Præpositus verò asserebat se vasallum ecclesiæ & similiter dicebat quòd etiam ipsi agẽtes erãt ipsius ecclesiæ vasalli: propter quod concludebat decisionẽ causę prędictæ ad ecclesiam pertinere. cum igitur hoc in dubium reuocaretur, quis in ea causa iudex esse deberet. Papa de hoc cõsultus statuit quòd cum dubitaretur, an ipsa ecclesia est domina, & sic quæstio feudi esset corã ea agitanda, non poterat quæstio prædicta agitari sede vacante in præiudicium ecclesiæ. Sed expectandum erat donec ecclesia Prælatum haberet: quo recepto, terminari debebit per iudicem competẽtem: quis prædictorum sit dominus, an ecclesia, an Imperator: & sicut apparebit alteram, vel alterum dominum: coram ipso causa prædicta tractabitur & decidetur.

¶ Primò no. secundum vnum intellectum, secun-
a dum quem iste Præpositus erat clericus[a] & erat Præpositus cuiusdam ecclesiæ cathedralis, vt voluit In-
2 noc. quòd † clericus potest esse vasallus nedum clerici, sed etiam laici, ratione feudi obtenti. facit ad idem c. solitæ. supra de maior. & obed. contrarium tamen tenet Archid. in c. 1. de cle. coniug. lib. 6. vbi intelligit, quòd Præpositus, de quo hic, erat merus laicus, vt quandoque contingit in quibusdam locis, vt est Ianuę, vbi vocatur Abbas, & est penitus laicus, & potest etiam figurari exemplum in Præpositis Florentinis, qui fiunt ex eorum prioribus, qui similiter sunt puri laici. Sed intellectus Host. est magis notabilis, & communiter approbatur, & dicit hic

ADDITIO.

a ¶ *Et ista est communis opin. quòd sit clericus hic Præpositus, vt dicit hic Inno. & Abb. in 4. col. multos tex. in contrarium adducit Barba. hic.*

hic Zab. quòd fortè Papa ad tollendum hanc dubitationem, an clericus ratione feudi posset conueniri coram laico, vtitur hoc verbo, statuimus. Sed tu dic de hoc, vt latius dixi in cap. praeced. in prima q. prin. in tertio membro.

3 ¶ † Secundò no. quòd sede vacante non debet causa praeiudicialis ecclesiae tractari: quamuis ipsa causa non videatur graue praeiudicium afferre ipsi ecclesiae, prout hic erat: quia cum haec causa inter alios ageretur, non videbatur ecclesiae plenè praeiudicare, per c. pe. cum sua materia, infra de re iud.

4 ¶ † Tertiò no. ibi, in ecclesia, cõsecratus, quòd electus in Episcopum, etiam confirmatus: ante consecrationem non videtur habere iurisdictionem, secundum D. Anto. sed contrarium colligitur in cap.
a transmissam.[a] supra, de electio. quare de hoc dicam statim in glo. 2.

5 ¶ † Quartò no. quòd de dominio feudi non debet discuti absente illo, qui se praetendit dominum feudi. Nam subditus eo ipso quòd allegat se debere conueniri corã alio domino ratione feudi, quàm coram eo, coram quo conuenitur: videtur quodammodo nominare dominum in iudicio. & ideò talis dominus nominatus citandus est, secundum ea quae latè tradunt Doc. in c. quoniam. §. quòd si super. infra, vt lite non contest. & in l. 2. C. vbi in rem actio.

b ¶ Quintò no. quòd dominus[b] feudi hẽt in vasallos suos ratione feudi iurisdictionem ordinariam: de quo dic, vt dixi in c. praeced. in 3. q. prin.

6 ¶ † Sextò no. ibi, alioquin. secundum vnum intellectum, quòd quando in causa feudi iudex ecclesiasticus est negligens, potest secularis ipsius negligentiam supplere, sed de hoc dic, vt latius dictum fuit in c. praecedenti, in 7. q. principali.

7 ¶ † Vltimò no. quòd per haec verba, relinquo beneplacito tuo: non dicitur res esse commissa liberae voluntati alicuius, sed solùm illius arbitrio regulato ratione: & sic videtur esse facta commissio tãquam bono viro: quia licet hic relinquatur beneplacito Imperatoris, non tamen potest Imperator ex sua potestate absque legitima causa priuare vasallum feudo, vt in c. 1. de feudo sine culpa non amit. Et idem dicendum est de istis verbis, ingenio tuo, quia intelligitur rationabili, vt no. in l. ne quicquam. §. circa aduocatos. ff. de offic. proconsul. & lega. vel si diceretur, committo sensui tuo, secundum quòd latè dixi post dominum meum, in c. 1. de consti. licet D. Ant. sentiat ibi contrarium, & malè: & similiter si diceretur, ad deliberationem tuam, intelligitur de honesta & iusta, vt in c. sicut olim. infra, de accusa. & idem si diceretur, ad nutum tuum, secundum quod traditur in l. 1. C. de sacrosan. eccle. vel etiam si diceretur, vt placuerit, vt no. in l. Thais. §. soror. ff. de fideicommis.
c liber. & de multis verbis[c] importantibus boni viri arbitrium, vel nudam & absolutã volũtatem, vide per D. Anto. & D. meum, in c. 1. & c. ne innitaris. supra, de cõsti. & in c. Quintauallis. infra, de iureiu. vbi latè dixi, & per legistas in l. fideicommissa. §. quanquam. de leg. 3. & in l. fi. C. de contrahen. empt. per Bart. in l. si sic. ff. de leg. 1. & per Bal. in rep. l. 1. ff. de leg. 2. & vide quae latè dixi in repet. l. si quis arbitratu. ff. de verb. oblig. Glo. 1. quaerit, quare ista quaestio differatur in tempus futuri Episcopi. & soluit assignando duas rationes. In ea. glo. ibi, posit cognoscere. dic no. ergo ex glo. quòd capitulum sede vacan. non succedit in cognoscendo de causa feudali. & sequitur hic Hostien. & ratio huius est, secundum Io. And. ne fortè Episcopus illum habeat in vasallum, quem nollet habere: sic etiam nec succedit in collationem beneficiorum, vt in cap. 2. ne sede vacan. Nec obstat, quòd capitulum generaliter succedat in iurisdictione, vt in c. cum olim. & in c. his quae, supra de maior. & obe. quia illud procedit in his, quae competunt Episcopo de iure communi, secus si speciali. facit quod no. Innoc. in c. cum in cunctis, supra, de elect. vbi dicit, quòd in beneficijs competentibus per viã deuolutionis ex negligentia vel delicto alterius capitulum non succedit, quia non consideratur haec causa accidentalis. facit quod no. Archi. in c. 1. ne sede vacan. lib. 6. & quod no. Io. And. in c. quanquam. de elect. lib. 6. tangit glo. 3. & ibi plenissimè dixi, in Clem. 1. de supplen. neg. Prael. & quod no. D. Mar. in c. cum olim. & in c. irrefragabilis. supra, de off. ordi. & praedicta inducit D. Ma. ad decisionem q. vtrum capitulum sede vac. possit dispensare. de quo dic vt latius traditur per eũ in c. at si clerici. §. 1. supra tit. 1. Secundò inducit ad decisionem quaestionis, vtrum
d sede vacan.[d] capitulum succedat in potestate doctorãdi. de quo hic vide per eum, & per Zaba. quia non est materia nostra principalis. In ea. glo. ibi, in praeiu-
8 diciũ ecclesiae. dic no. ex hac glo. quod † licet capitulum regulariter succedat in iurisdictionalib. vt puta an aliquis deliquerit vel contraxerit in dioecesi ita vt possit ibi puniri, aut conueniri: quia potest capitu-
e lum[e] sede vac. summariè de hoc cognoscere: vt sic intelligat, an sua sit iurisdictio: quia per hoc nullum generatur praeiudicium ecclesiae: secus si contenderetur de proprietate: videlicet, An talis sit subiectus vel non, exemptus vel non. ar. tex. nostri. vel vtrum locus sit, vel non sit de dioecesi. tales enim quaestiones sede vac. nõ possunt per capitulum agitari. ar. tex. nostri, & per ea quae latius traduntur in c. fi. infra ne sede vac. Glo. 2. sentit contrarium ad tex. quòd idem debeat esse si Episcopus est cõfirmatus, licet nõ cõsecratus. In fi. gl. dic, vel põt dici quòd hic ponitur consecratio largè pro confirmatione: quia eo ipso quòd quis est deputatus ad ecclesiae seruitium, large videtur

ADDITIONES.

a ¶ *Vbi bona gl. & ibi Abb. in fi. & vide Abb. Sicu. in c. at si clerici. §. 1 de iud.*

b ¶ *Et si sit laicus & feudatarius sit clericus, & de ratione vide omnino Bald. in c. 1. de contro. feu. apud pares terminanda.*

c ¶ *De multis verbis importantibus arbitrium boni viri, siue praecisam voluntatem, vide latissime per Fely. in cap. 1. de consti. in 13. col. ver. fallit octauo. cum multis seq.*

d ¶ *Vide latius per Oldr. in cons. 30. & Zaba. consil. 35. incip. haec dubia. cum si. vt tradit Decius in c. at si clerici. in 14. colum. supra de iudi. vbi post Abb. concludit, quòd capitulum sede vacante potest omnino dispensare.*

e ¶ *An capitulum sede vacan. possit doctorare, haec est consuetudo, quòd sic in Ticinensi gymnasio: fuit anno superiori obseruatum, post interfectionem Cardinal. Rauenna.*

tur illi consecratus, sicut in simili res inanimata dicitur consecrata ecclesiæ: quando illi deputata est, vt 12.q.2.c.nulli liceat.& idem quod dicit glo.de confirmato,dic procedere etiam, si ante confirmationẽ propter aliquam causam consecutus esset administrationem, vt c.nihil. supra de elect. & ibi per Gof. Innoc.Host. & Io.Andr. Aduerte tamen: quia licet Doct. omnes sic intelligant: ego arbitror prædicta limitari, nisi feudum esset concessum Episcopo, vt Episcopo: quia hoc casu, arbitror quòd ante consecrationem non possit Episcopus cognoscere. Et si hoc casu tex. noster pot stare propriè, & ratio, quia ante consecrationem ẽt post confirmationem non est Episcopus,circa quod vide quę dixi in c.ex iniuncto.in fi.infra de hær.latius in disputatione mea quę incipit, A sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ. Glo.pen. format duas q. quò ad primam dic, vt dixi supra in casus positione. Quò ad secundam dic, vt latius dictum fuit in c.præcedenti.in 8.q.prin. Glo.est expositiua literæ. in fi. glo. dic & sic intelligit glo. quòd tex. velit quòd si fundum pertineret ad Imperatorem, ipse cognosceret. Sed contra hoc opponitur, quia cum iste præpositus esset clericus, ergo Imperator non poterat cognoscere, vt in cap. 1. supra eod. vbi latè dixi. Solu. Gof. vt euitet contrarium dicit, quòd iste præpositus erat secularis, officio seculari præpositus,sicut dixi supra in no.de Præpositis Florentinis. Sed Host. hic & Innoc.in c.cæterum, supra ti.1. intelligunt, quòd iste esset clericus, & quòd sit speciale in causa feu. vt dominus secularis cognoscat etiam inter clericos, & cõtra clericum,& hoc etiam tenet glo. 11. quæstio. prima, in sum. & ratio potest esse: quia licet per infeudationem transferatur vtile dominium in vasallum, de quo tamen disputat glos. magna in cap. 1. de capitulis Corradi. tamen directum dominium non transit, sed remanet penes Dominum, vnde laicus est dominus, & cognoscit de causa feudi, & potius iudicat super re sua, quàm iudicet de clerico: cum solum sit iudex respectu causarum, quæ oriuntur ratione feudi, vt in c.cęterum. supra tit. 1.& latius dixi in c.præceden.in 1.q. vnde ex quo clericus recepit feudum à laico, debet quò ad feudum recognoscere laicum in dominum, vt in c. solitæ. supra de maior.& obe. facit c.cum officijs.infra de testa. prædicta tamen procedunt in ciuilibus,& non criminalibus, vt dixi in c.præcedenti.in 2.q.in 3.membro. Item procedunt in his, quæ conceduntur in feudum. Sed si baroniæ aut aliæ res cõcederentur non in feudum, sed simpliciter clericis, aut ecclesiæ donarentur: non tenerentur domino concedenti in aliquo, etiã respectu munerum, quæ prius subibat illa baronia, vnde nec sub tali domino respondere tenerentur, vt infra de do.cap.cum dilectus,& de censi.c.1. Quod tamen ego intelligo, nisi essent munera realia, vt quia prædia essent tributaria, & sic transirent cum onere suo, secundum ea quæ dixi in c.fi.infra de vita & hon. cle. Et per Bart. in l.rescripto.ff.de mune.& hon.& in l.Imperatores. ff. de publicanis. Secus in muneribus personalibus aut mixtis, ad quæ clerici non tenentur, nisi in concessione fuerint imposita ipsa munera, honesta tamen, vt in c. non minus. infra de immunita. eccles. Quid autem si dentur baroniæ, vel alia bona sub cõditione vel sub eo tenore quod si ecclesia nõ subierit onera imposita, quòd liceat donatori laico sua propria authoritate illa capere: an deficiente conditione vel modo, liceat propria authoritate capere? tractant hic Inno. Io. And.& Doct. Sed non est materia nostra, vide hic per eos. Vltimò etiam tractant hic Doct. vtrum vasallus in cognoscendo non dominum in dominum, faciat aliquod præiudicium vero domino. Sed quia non est materia nostra, licet sit feudalis, ideo vide per eos, forte dicam in c.olim. el 3. infra de rest. spo. vbi tractat Dom. meus.

SVMMARIVM.

1 *Actor sequitur forum rei.*
2 *Generale dici potest, quod casum exceptum habet.*
3 *Fauor est actoris, plures habere iudices.*
4 *Sacrilegium est crimen mixtum, & nõ ecclesiasticum.*
5 *Beneficiatus simplicis beneficij, venit nomine rectoris ecclesiastici.*
6 *Reo plures iudices habente, coram quo conueniatur, est in actoris electione.*
7 *Actor sequitur forum rei, limitatur numeris seq.*
19 *Ecclesia coram iudice ecclesiastico restitutionem in integrum petere potest.*
20 *Causa vsuraria non est propriè spiritualis.*
21 *Vsura, an secundum ius authenticorum sint omnino prohibita.*
22 *Causa vsuraria, coram quo iudice tractari debeat.*
23 *Iudæi hæretici, & excommunicati, vinculis sacramentalibus non possunt ligari.*
24 *Adulter, sacrilegus quandoque appellatur.*
25 *Peccatum contra naturam, est mixti fori.*
26 *Delicta mixti fori, qualiter cognoscantur.*

Cum sit generale. Malefactores ecclesiarum in vtroque foro conueniri possunt: h. d. Et primò ponitur regula, secundò casus exceptus, assignando triplicem causam. Prima est, ratione negligentiæ iudicis secularis. Secunda, fauor ipsius ecclesiæ. Tertia, qualitas criminis, quia sacrilegium.

1 ¶ † Primò no. regulam generalem, quòd actor sequitur forum rei, quæ tamen regula recipit multas fallentias, de quibus dicam in gl. 1.

2 ¶ † Secundò no. quòd potest dici generale, quod etiam habet causam exceptam: imò quotidie dicimus quòd omnis regula patitur exceptionem.

3 ¶ † Tertiò no. ibi, fauore Ecclesiæ. quòd fauor est actoris habere plures iudices, etiam diuersi fori: coram quibus reus possit conueniri. quod intelligo, quando electio iudicis est actoris: prout est regulariter, vt dicam in fi.no. secus si electio esset rei: quia tunc diceretur continere fauorem rei, vt est tex. in authen. habita. C. ne filius pro patre.

¶ Quartò no. ibi, sæpe. quod iura debent adaptari ad ea, quæ frequenter eueniunt, vt in c. literas. inf. de despon. impube.& in l. nam ad ea. ff. de leg.

¶ Quintò no. ibi, remissi. quòd iudex non debet esse remissus in administranda iustitia. de quo in Glos. secunda.

¶ Sextò no. quòd iudex, qui negligit facere iustitiam, grauat partem, & ideo potest ab eo appellari. de quo per Zaba. in c. qualiter. sup. tit. 1.

4 ¶ † Septimò no. quòd crimen sacrilegij non est merè

merè Ecclesiasticum, sed mixtum: quia si esset merè Ecclesiasticum, non posset laicus cognoscere, vt in c.inquisitores.de hære. lib.6. & tamen cognoscit, vt hic, & in l.placet. & l.si quis in hoc genus. C. de Episco. & cle.& in c.fi.de pœn.lib.6. vbi patet quòd punitus sacrilegio per Ecclesiasticum, potest puniri per secularem in eo, quòd secularis pœna excedit, de qua materia dic vt latè dixi in capitulo, de his. infra de accusat.

¶ Octauò no. quòd dispositio istius cap. habet locum non solum cum delinquitur in Ecclesiam particularem, propter quòd committitur sacrilegiũ, sed etiam, quando delinquitur contra venerabilem locum, vt cõtra hospitale, aut similem locũ. sunt enim ista pia loca sub protectione & iurisdictione Ecclesiæ, vt in Cle.quia contingit.de relig.do. & in c.3.& c.ad hæc.infra de relig.do.facit quod no.Io.And.in c.2.de resti.in integrum.lib.6. facit etiam tex. noster in quantum dicit rectores: quia rectorum appel.veniunt etiam hospitalarij, vt no.Glo.in verbo, beneficijs. in Cle.2.de iud.& Paul.ibi.& no.in Cle.quia cõtingit. de relig.do.& est bonus tex.12.dist.c.2.habet ergo locum tex. noster in hospitalibus, & similibus locis: nec debet esse hoc mirum, quia etiã propter pauperum oppressionem Ecclesia exercet iurisdict. 24. quæst.3. c.de potentibus. Item procedit etiam, si rapina committeretur in bonis clerici, vt dixi c.clericus. supra eod.

5. ¶ † Nonò no.quòd appella.rectoris Ecclesiastici, comprehenditur Beneficiatus, etiam simplicis beneficij: vnde omnis habens regimen Ecclesiæ, venit appel. rectoris Ecclesiastici, & hoc latè: propriè enim & strictè non includuntur inferiores, vt no.Glo.in verbo, rectores, Paul.ibi in Cle.1. in fi.de magistris. & 9.quæst.3.in cap.conquestus.tex.tamen ille posset adduci in contrarium.de quo dic vt dixi in Clem.1. de supplen.neg.Prælat.& Prælati etiam regulares veniunt. tex.est in extrauag.in authen. Bonifacij VIII. & sic etiam venit Abbas, vt in cap. in singulis. infra de sta.reg.& 90.dist. in c.si quis Monachus. & generaliter omnis regens potest dici rector, vnde & hospitalarij rectores appellantur, vt dixi in præced. no. & regens vniuersitatem nostram, rector appellatur. & similiter etiam regentes ciuitatem, vt no. Glo. in Cle. fi.de procu.

¶ Decimò no. quòd rectores Ecclesiarũ possunt agere & prosequi in iudicio iura Ecclesiæ.de quo in c.cum deputati.supra ti.1.& in c.pe. infra de dila.

6. ¶ † Vltimò no. quòd quando reus, qui conueniẽdus est, habet plures iudices: coram quibus possit conueniri, est in electione actoris, coram quo velit ipsum conuenire, & idem no.in cap.dilecti. infra eod. & ibi in Glo.& tetigi in cap.sanè, supra eodem, tradit Ioan. Andr.in cap.1.de priuileg.lib.6.de qua materia ego latius dicam in cap. fin. infra eod. in quarto princ. artic. Glo.1.allegat concordantia, per

7 quæ firmatur hæc regula, quòd † actor sequitur forum rei. Sed aduerte: quia hæc regula recipit multas fallentias.

¶ Regula quòd actor sequitur forum rei.

¶ Primò fallit, si reus originarius vult agere super exceptio.

¶ Secundò in clerico, qui peteret reductionem ad arbitrium boni viri.

¶ Tertiò, si examinaui testes ad perpetuam rei memoriam.

¶ Quartò in examinatione instrumẽti vetustatis.

¶ Quintò publicatione testamenti.

¶ Sextò restitutione in integrum.

¶ Septimò priuilegio canonis, redintegranda.

¶ Octauò inuestitura no. oper.

¶ Nonò, si Ecclesia repetit rem malè alienatam.

¶ Decimò in omnibus casibus, in quibus laicus potest conueniri coram Ecclesiastico.

¶ Vndecimò quãdo actor perhorresceret coram iudice rei comparere, propter potentiam ipsius rei.

8 ¶ † Primò igitur fallit generaliter, quandocunque ageretur super aliqua exceptione, vt puta, si reus originarius antequam conueniatur vult agere super exceptione sibi competenti, quòd quandoque potest, vt traditur in l.si contendat. ff. de fideius. & in cap.1. infra de iureiur. Nam hoc casu, coram illo iudice poterit ipse reus agere, corã quo fuisset conueniendus: quia debet attendi naturalis origo causæ, & non accidentalis, vt l.qui habebat.ff.de tut.cum sim. vnde cum fideiussor habeat exceptionem, vt non conueniatur in totum, sed vt fiat diuisio inter alios confideiussores: ita & quilibet teneatur pro parte sua, si omnes sunt soluendo, vt Inst.de fideiusso.§. si plures. si talis fideiussor vult implorare officiũ iudicis, vt fiat diuisio, poterit adire iudicem, coram quo ipse conueniendus esset, vt l. si contendat, & ad idem allegat Dominus meus Glo. singularem in l.Aurelius. §.centum. ff.de liberatione legata, quæ sentit, quòd tutus exceptione potest implorare officium iudicis super illa exceptione: etiam antequam conueniatur, vt sic silentium imponatur aduersario, sicut in simili dicimus in negatoria actione quæ datur possessori, vt dixi in c.examinata. de iud. & traditur in l.si fortè.ff.si seruitus vend.hoc tamen procedit secundum Dominum meum, quando vel molestaretur de facto, vel timeret verisimiliter molestari, secundum materiam legis, diffamari. C.de inge. ma. & secundùm quod traditur in cap. conquerente. supra de offic. or. & C. vt nemo inuitus agere &c. facit etiam ad prædicta, quod traditur in c.si autem. supra de rescript.& etiam in c.cum dilecti.& cap.dudum, de elect. prædicta tamen limita secundum Dominum meum, vt procedant in vera exceptione proprie dicta, quæ tantum competat stimulato, aut stimulari verisimiliter dubitanti, per intentionem seu stimulum actionis. Secus in exceptione

a impropria,[a] quæ competit etiam nõ stimulato: quę habet quodammodo naturam actionis, vt puta, in exceptione quæ opponitur contra dictũ confirmandum, vel contra cõfirmatum ad impediendam consecrationem, secundum ea, quæ tradentur in d.c.dilecti. infra de dolo & contu. hæc enim exceptio in multis habet naturam actionis, vt traditur in dictis iuribus, & in capitulo, super his. inf.de accusationibus, & ibi dixi, vnde talis exceptio esset intentanda coram iudice ipsius electi: quia est quæstio principalis

ADDITIO.

a ¶ *Impropria. De ista exceptione impropria, vide Abbat. in c.super eo. in 2.col.de elect. & Alexan. in l.si tibi. §. si de pignore. ff.de pactis.*

palis de per se, nec expectat aliud iudicium, vt in dictis iuribus, & in c.fi. de elect. lib. 6.

9 ¶ † Secundò fallit in clerico, qui vellet petere reductionem laudi ad arbitrium boni viri contra laicum: talis enim potest adire suum iudicem Ecclesiasticum, & ratio descendit ex his, quæ statim dicta sunt in præcedenti fallentia, & hoc tenet hic Dominus meus, allegat no. per Bar. in l. si societatē. §. arbitrorum. ff. pro socio. & Fed. consi. 230. Sed in ordine consiliorum meorum, illud consilium nihil dicit. Prædictam tamen opin. tenet Spec. in ti. de arbitro. §. 1. versi. sed quis erit. & ibi Ioan. Andr. in addi. Sed Fed. de Senis consi. 285. tenet contrariam opin. quòd debeat agere coram iudice rei, quam opin. tenet Ang. in sua disputatione, quæ incipit, duo nobiles. Pet. de Anch. in repe. c. ea quæ. de reg. iur. lib. 6. quęst. 17. concludit quòd si quæstio, de qua compromissum vertebatur, fuit super bonis Ecclesiæ, quòd si clericus vult dicere laudum iniquum, talis iniquitas debet discuti, & reduci tā ad æquitatem & iustitiam petitam coram iudice Ecclesiastico, quā etiam coram laico: siue clericus circumscripto cōpromisso in illa causa fuisset futurus actor vel reus. & ita intelligit c. exposita. & c. peruēnit, supra de arbi. vtrobique enim laudum latum fuit per laicum, & super lite inter clericum & laicum, & tamen super querela iniquitatis clericus ibi adiuit Papam. Et hoc ideo, quia iniquitas laudi cōcernebat res Ecclesiæ, & principaliter in vtroque foro potuisset laicus conueniri vt hic. Similiter etiam & coram altero, coram quo clericus maluerit, poterit istam iniquitatis querelam proponere & discutere: vbi vero non de rebus Ecclesiæ, sed de suis proprijs patrimonialibus clericus fecisset compromissum, & laudum fuisset latum, cōcludit Pet. de Anch. quòd si clericus vult dicere laudum iniquum: ille iudex est adeundus, qui fuisset iudex in illa quæstione, vnde si clericus erat actor, debuisset adire iudicem laicum, vt in c. si clericus, supra eodem. sic & nunc adire debebit super querela iniquitatis. Si verò clericus fuisset futurus reus in casu, in quo nō fuisset causa compromissa; tunc sicut debuisset conueniri coram Ecclesiastico, ita & coram Ecclesiastico intentare querelam poterit iniquitatis laudi. & ita sentit Bar. in d. §. arbitrorum. & sic etiam residet Pet. de Anch. remittēdo se ad ea quæ ipse latius dixit in quæst. quæ incipit, cum C. laicus. Et ad prædictam etiam vide aliquid in l. Episcopales. & in authen. si quis litigantium. C. de Episcopis & cle. & per Bar. & Bal. in l. 2. C. vbi & apud quos. & fuit hæc quæstio solenniter disputata temporibus meis per Dom. Antonium de Prato veteri, & incipit, disputatio, Marco Bal. vbi vide.

10 ¶ † Tertiò fallit eo, quod vellet petere examinari testes ad perpetuam rei memoriam, secundum formam capituli, Albericus. & c. significauit. infra de testi. Nam talis poterit adire iudicem proprium: licet conueniēdus habeat aliam iudicem, secundum Dominum meum hic, de qua materia vide per Bar. & melius per Ang. ibi, in l. cum hi. §. transactiones. ff. de transactio. & per Ang. in repe. l. si vacantia. C. de bon. vac. lib. 10. facit quod traditur in l. consulta diualia. & l. testamenta. C. de testa. & l. in lege Aquilia si deletum. ff. ad leg. Aquil. & per Bar. in l. si societatē. §. arbitrorum. ff. pro socio. & per Pet. de Anch. in d. quæst. 17. tetigi aliquid in c. fi. inf. de fide instrum. fortè dicam in c. Albericus. aut in c. significauit. inf. de testi. vbi melius conuenit.

11 ¶ † Quartò fallit in exemplatione instrumēti propter vetustatem, vel aliam similem causam, quia talis exēplatio petitur coram proprio iudice ipsius petentis: non coram illo, qui vigore illius instrumenti esset conueniendus: debent tamen interuenire solennitates, de quibus latè dixi post Doct. in c. fi. sup. de fide instrum.

12 ¶ † Quintò fallit in publicatione testamenti, quę fit coram proprio iudice ipsius petentis fieri publicationem, de quo tamen dic vt latius traditur in d. l. testamenta. & in l. consulta. C. de testa.

13 ¶ † Sextò fallit in restitutione in integrum, quam clericus petit aduersus laicum coram proprio iudice Ecclesiastico, secundum Inn. hic, qui mouetur: quia Ecclesia in hoc iuuatur speciali priuilegio, quam rationem perpetuo notabis. Addit tamē Dom. meus aliam rationē, videlicet, quia in petitione istius restitutionis allegatur dolus, vel ex proposito, vel re ipsa, quæ in hoc æquiparantur, vt no. in l. si quis cum aliter. ff. de verb. ob. & sic fundatur iurisdictio Ecclesię propter dolum & deceptionem. facit quod dicā in Glo. fin. Et vide ad prædicta, quod no. in c. constitutus. de rest. in integrum & quod dixi in c. pe. de ope. no. nun. tenet Dom. meus in c. ad nostram. inf. de rebus ecclesi. non alien. vbi bonus tex. Aduerte tamē: quia si laicus peteret talem restitutionē, debet adire iudicem rei, contra quē peteret, tex. est in l. 2. C. ubi & apud quos. de quo dic vt ibi traditur, & vide etiā quod tradit Alb. de Rosa. in quæstionibus statutorum, in secunda parte. q. 41.

14 ¶ † Septimò fallit in priuilegio canonis, redintegranda. 3. quæst. 1. quòd competit Ecclesię ex speciali priuilegio, secūdum quod voluit Cal. in cap. cum ad sedem. inf. de rest. spol. vbi fortè videbimus. vnde propter hanc rationem tenet Inn. quòd clericus possit tale priuilegium intentare coram proprio iudice Ecclesiastico, & hoc tenet Glo. penu. quæ non est alibi, secūdum Dom. meum in c. pen. supra quod met. causa. tetigi in c. pen. inf. de ope. no. nun.

15 ¶ † Octauò fallit in nūciatione noui operis, quā clericus potest intentare coram proprio iudice, vt in d. c. pen. & vide quod ibi latius dixi.

16 ¶ † Nonò fallit, si Ecclesia peteret rem ipsius malè alienatam ex alienatione inualida, propter defectum alicuius solennitatis, vt est tex. notabilis, secundum lecturam Hostien. in cap. ad audientiam. infra de rebus Ecclesiæ non alie. Quid autem de reo, qui intentat condictionem ex l. diffamari. C. de inge. manu. vide quæ dixi in c. cum inter. infra de exceptio. Item quid iuris de clerico, qui nominatur in iudicio à laico conuento coram seculari, qui venit ad defendendum laicum, an possit dicere, quòd uelit esse coram iudice proprio? traditur in l. venditor. ff. de iudi. & in l. 2. C. ubi in rem actio. de quo dicam latius in cap. quoniam. §. quòd si super. infra vt lite non contest.

17 ¶ † Decimò fallit in omnibus casibus, in quibus laicus à clerico potest conueniri coram iudice Ecclesiastico, de quibus latius dicam infra eodem, cap. licet ex suscepto.

18 ¶ † Vndecimò fallit, quando is, qui debet agere

per

per correctionem coram iudice rei per potētiam ipsius rei: quia potest trahere ipsum reum extra domicilium suum, dummodo nō trahat ad proprium iudicem actoris, & c.statutum.§.cum verò.de rescr. lib.6. Et ad peti.iudicis actoris potest requiri iudex eo, vt velit eligere alium iudicem, quam proprium iudicem. hoc singulariter voluit Bart.in tractatu represaliarum, in 2.quæst. vbi etiam dicit, quòd denegatio huius est iusta causa concedendi represalias. Glo. secunda format quæst. quo remedio succurratur contra iudicis negligentiam, seu malignitatem, & soluit. In ea Glo. ibi, l.si appellationem, dic hoc verum, quando iudex interpellatus negligit. Secus
a si non interpellatur: [a] quia tunc non tenetur ad aliquam pœnam, vt traditur in c.fin.supra de rescrip.& per Barto.in l.4.§.hoc autem iudicium.ff.de dam.in fec.& in l.properandum. C. de iudi. In fi. Glo.dic, quia ista non est principalis materia nostra, ideo vide de ea, quod traditur in l.1.& 2. C.de pœna iudi. qui malè iud.& per Bar. in l.fi.§.diuus.ff.de varijs & extraord.cognit.& in quæst. ipsius Bar. quæ incipit, sententia iudicis, quæ fit per imprudentiam. & per Bald.latè in repet.l.obseruare.§.proficisci.ff.de offic. procon.& legati. traditur etiam de materia in c.hoc etiam placuit.2.quæst.6.& in c.1.de re iud.lib.6. tetigi aliquid. in c.dilecti.inf.de excess.Prela.Glo.fin.primò tradit de foro ad pœna sacrilegorum seu malefactorum Ecclesiarum. Secundò ponit quinque crimina Ecclesiastica, subiungendo generaliter, quid de peccato. Tertiò colligit argu.ex tex.à contrario. In eadem Glo.ibi, raptores & inuasores. dic, idem tenet hic Inno.& no.17. quæst.4.c.3. & c.sicut.& sub-
b dit hic Innoc. [b] quòd hoc casu concluditur iurisdictio Ecclesiastici, etiā si negetur qualitas sacrilegij, de quo dic, vt dixi in c.si clericus. supra eod. deinde subdit, quòd non solum in clericorum oppressione, sed etiam pauperum non clericorum habet locum tex.noster, & sic videtur inferendum, quòd Ecclesia potest agere cōtra laicum interdicto, vti possidetis, coram Ecclesiastico: quia in tali interdicto, agens dicit se turbari in possessione sua, & sic concluditur iniuria, violētia, & molestia, tenet Lapus alleg. 65.66. & 72. & sequuntur Doct. traditur in c. conquestus. inf.eodem, & vide quod ibi dicam. Et aduerte: quia Innoc.Io.Andr.& Dom.Anto.sentiunt in d.c.conquestus.quòd ad hoc, vt corā Ecclesiastico possit agi pro rebus Ecclesiæ contra laicum interdicto, vti possidetis, requiritur vis turbatiua, quod reprobat ibi Dominus meus, & ibi videbimus post Gloss.2. Item subdit hic Inn. quòd idem est, si contractus gestus cum Ecclesia dicatur initus per fraudem vel dicatur nullus: licet sit gestus sine fraude.12.quæst.2. Apostolicos, & c.quicunque militum. Est tamen necessarium quòd talis qualitas, quæ cōcludit iurisdictionem, allegetur in libello: & licet negetur, tamē proceditur in princ. per summariam cognitionem, & si non probabitur talis qualitas, vt oppresio viæ, contractus illicitudo, aut similis: remittetur tunc ad iudicē suum, per ea quæ dixi in c.si clericus. supra eo. Et licet ēt absolueretur propter hoc: tamen talis absolutio non præiudicaret agenti postea ex alia causa, per l.& an eadem.ff.de except.rei iud. Sed si contractus non esset nullus, sed fortè veniret irritandus, fortè propter defectum præsentiæ canonicorū, aut similis solennitatis à statuto requisitæ, cuius tamē defectus non reddat actum nullum, sed irritandum. Innocen. in hoc videtur aliqualiter sibi contrarius, quia hoc casu tenet quòd adiri debet iudex ordinarius ipsius rei, per c.si clericus. supra eod. dicunt tamen quidam, secundum Inno. quod etiam si contractus teneat, & petatur restitutio in integrum, quòd laicus poterit conueniri coram Ecclesiastico, quia ēt respectu restitutionis in integrum, iuuatur iure speciali, vt dixi supra in Glo. in 6. fallentia. Sed si non iuuaretur aliquo iure speciali, vt si ageretur rei vendicatione, commodati, depositi, aut de similibus cōtractibus, quia tunc iudex secularis ipsius laici esset adeundus, ex quibus dictis Inno. plura colliguntur. Primò extensio tex. nostri ad casus prædictos: licèt hic Glo.in fi.videatur velle contrarium. facit tex. noster, dum fundat se super fauore Ecclesiarum, ergo videtur prouidere vltra casum violentiæ, vel rapinę, & idem sentit Io. de Lig. in d.c.si clericus. facit 24. quæst.3.c.si quis de potentibus. Secundò colligitur ex dictis Inno. quòd ratione fraudis allegatæ in contractu celebrato cum Ecclesia, concluditur iurisdictio Ecclesiastici. Ex quo infertur, quòd si clericus de pecunia Ecclesiæ emit prædium, & fecit fieri instrumentum in personam alterius, quòd si allegatur hæc fraus, potent Ecclesiasticus cognoscere, de quo vide quod latè tradit Lapus, allegatione 59. Et ad hanc materiam vide etiam quod tradit idem Lapus allegatione 65.66.& 72. vbi multum singulariter loquitur recitando hic dicta per Inn. & allegando plures alias rationes, quas hic repetit Dominus meus. Et inter alias, quia tales fraudātes Ecclesiam anathematizantur, 12.quęst.2.c.Apostolicos. & c.quicunque. ergo spectat iurisdictio ad Ecclesiam, quia excōmunicatio infligitur ex causa, quæ fit de foro Ecclesiæ. 30. distin. c.si qua. & cap.quicunque. & per Ioan.Andr.in regula, ea quæ. de regu.iur.lib.6.facit etiam: quia excōmunicatio est pœna, vt in c.sacro. infra de sent.excommun.& pœna solum à iudice in competenti est imponenda, vt infra de iud. c. at si clerici, & 23. quæst.2. §.in hoc capitulo.de quo latè dixi infra de sen.excommu.c.perpendimus. Et quia non debet imponi sine causæ cognitione, vt in c.1. de sent.excommu.lib.6.& 2.quæst.1.c.nemo.facit supra de iud.cap.nouit.de quo latè dixi in c.perpendimus. infra de senten.excommun. in 10.princ. artic. quod tamen intelligit Dominus meus, quando excommunicatio competeret alicui, vt iudici, non autem vt parti, sicut quādoque competit ad defensionem iuris sui, vt in c.dilecto.de senten.excom.lib.6. Item

ADDITIONES.

a *¶ Secus si non interpellatur. Iudex enim, nisi petitus, non tenetur impartiri officium suum nisi rogatus, vt in l.4.§.hoc autem edictum. vbi latè Barto. & Alexan.& adde, quod vbicunque iudex ex potestate potest aliquid facere, semper intelligitur, si postuletur, vt latè accumulat l.vniuersa, per Glo.ibi.C.de prec.Impe.offeren.*

b *¶ Et est dictum sing. Innocen. de quo per Ange. consil.52.& vide quæ latè dixit Andr. Sicu. in cap. si clericus laicum. supra eo. & in eo, quod dicit de quocunque paupere, pondera tex. hic in contrarium, dum loquitur de fauore Ecclesiæ.*

Item aduerte: quia quod supra dixi de fraude limitat Lapus, si agitur de fraude in ipso contractu: secus si sola retentione concluderetur, vt puta si in libello rei vendicationis concluderetur contra reum, quòd per fraudem & dolum non vult restituere, & sequitur Dom. Anton. in c. si clericus, supra eodem. Sed Dominus meus dicit idem tenendum, dummodo talis fraus probetur: quia ex fraudulosa detētione concluditur quodammodo sacrilegium, & sic detentor pót dici malefactor Ecclesiæ, nec differt multum quò ad periculum animæ, inuadere, vel iniustè retinere, argum. c. sæpe. de resti. spolia. Et ista potest esse ratio, quare si allegatur nullitas contractus, concluditur iurisdictio Ecclesiastici: quia ex tali detentione concluditur læsio Ecclesiæ ex maleficio. Ego verò distinguerem, quòd aut conuentus posidet rē petitam ex iusto titulo, nulla facta sibi denunciatione antequā emeret, & hoc casu, licet postea denuncietur sibi, quòd est Ecclesiæ, non tamen constituitur in mala fide, aut in fraude, vt est tex. sing. in l. pe. ff. de vsucap. pro emp. & ideo, quando sic narraretur in libello, & non concluderetur aliter fraus: stante hac dubietate, Ecclesiasticus non esset omnino iudex quasi ex sacrilegio, sed ex assertione rei ad Ecclesiam pertinentis posset esse iudex, secūdum ea, quæ dixi in c. si clericus, supra eodem. Sed si posidens antequam acquireret per aliquem titulum fuit denunciatus ne emeret, vel reciperet, quia res erat Ecclesiæ: videtur concludi fraus & mala fides, per tex. singu. in l. si fundus. C. de rei vend. Et ad prædicta vide quod tradit Spec. in titulo de empt. & vendi. §. nunc dicendum. aliàs, nunc videndum. versic. vlt. vsque 19 in fi. Tertiò colligitur ex dictis Inno. quòd † Ecclesia potest petere in integrum resti. coram iudice Ecclesiastico, etiam contra laicum: quia iuuatur speciali priuilegio, de quo dic, vt latius dixi in Glo. 1. Quartò colligitur, quòd si agitur rei vendi. depositi, commodati, vel similibus actionibus, in quibus Ecclesia non iuuatur aliquo speciali priuilegio: agendum est coram iudice ipsius rei conuenti. de quo tamen dic, vt latius dixi in c. si cler. supra eod. Vltimò colligitur singularis practica pronunciandi, quando iurisdictio fundatur super aliqua qualitate, quæ postea non probatur in processu. Nam iudex debet absoluere reum ex sola causa deducta, secundum Inn. Sed Goff. in d. cap. si clericus. dicit, quòd imò debet summariè cognoscere de illa qualitate fundante iurisdictionem sine præiudicio principalis causæ. arg. l. si quis à liberis. §. si vel parēs. ff. de libe. agno. & probata illa qualitate, debet procedere ad merita causæ: ea verò non probata, remittit illum ad iudicem suū. Sed Io. And. dicit in d. c. si clericus, ꝙ si reus negat qualitatem, Ecclesiasticus cognoscet quousque intelligat, quòd sua sit iurisdictio. & cognito, quòd ad eum non pertineat cognitio, cōdemnabit actorem in expensis, & remittet eum ad iudicem suum, argu. c. vt debitus, & cap. cum speciali. infra de appel. Et ita etiā videtur intellexisse Vincen. qui dicit, quod procedet in principali. sed cognito ex qualitate & probatione, quòd ad ipsum nō pertineat cognitio, non debet diffinitiuè pronunciare, sed remittere. Tu verò, quantum ad materiam cognitionis, dic vt latius dixi in d. cap. si clericus: sed quantum ad hunc articulum conclude ex dictis Dom. Anton. & Domini mei, quòd aut iurisdictio fundatur super vera qualitate tribuendi iurisdictionem, & qualitas à principio negatur, & seruabitur practica Gof. vt dixi in d. c. si clericus. Sed si iudex procederet ad vlteriora, saluis exceptionibus, & sumus in casu, in quo partes non habent animum prorogandi iurisdictionem, & hoc casu, si actor deficit in probatione qualitatis tribuentis iurisdictionem, reus debet resolui, & actor in expensis condemnari, quia licet nō sit iudex in causa principali: tamen potest in expensis cōdemnare, vt no. Glo. in c. dispendia. de rescrip. lib. 6. & in cle. 2. de rescript. dixi in c. calumnia. inf. de pœn. Si verò iurisdictio fundatur super aliqua qualitate, nec requiritur quod sit certa, sed satis est, ꝙ sit dubia, vt puta sacrilegij, fraudis, vel similis causæ, & tūc pronunciabit diffinitiuè, absoluendo solum ipsum cōuentum ex qualitate deducta in libello, & ita procedat dictum Inno. & hoc coniunge, & adde ad ea, quæ dixi in d. c. si clericus. supra eodem. In ea. Glo. ibi, possunt excōmunicari. dic, Glo. hic tractat, qua pœna sacrilegi sint puniendi, & per quem. Sed tu clarius conclude, quòd quandoque agitur ad pœnam corporalem: de qua in l. sacrilegij. ff. ad legem Iul. pec. & istam imponit solus laicus, quia talem pœnam non habet clericus, vt in c. sententiam. infra ne cler. vel mona. Quandoque agitur de pœna spirituali, vt excommunicationis, vel similis: & istam ponit solus Ecclesiasticus, quia laicus est incapax, vt in c. 2. supra tit. 1. Quandoque verò agitur ad pœnam pecuniariam, de qua 17. quæst. 4. in c. quisquis. vel ad restitutionem rei subtractæ, & hoc casu, tam Ecclesiasticus, quam secularis [a] est iudex, vt hic, & in c. felicis. in prin. iuncto §. per hoc, de pœnis. lib. 6. & in c. conquestus. infra eodem, & est in electione actoris coram quo velit reum conuenire, secundū quod dixi in vltimo no. In ea. Glo. ibi, vsurarum. dic circa hoc, vtrum causa vsuraria sit mixti fori, duæ principales traduntur opinio. Prima est, quòd solus Ecclesiasticus sit iudex, non solùm si dubitatur, an contractus sit vsurarius, sed etiam si certum sit contractum vsurarium, propter quod vsuræ repetuntur, vt hic sentit Glo. & in c. 2. supra de iudi. Et hanc tenet Lap. allegatione 57. & 73. qui dicit se de facto obtinuisse. facit Glo. in c. ex literis. inf. de iureiur. qui dicit, quòd crimen vsurarū est spirituale, quod idem etiam sentit Glo. in cle. 2. de iudi. facit quod no. Gl. in c. 1. de offic. ordi. & 11. quæst. 1. in summa. vbi dicit, quòd est crimen Ecclesiasticum, & ad idem Glo. in Clem. 1. de vsur. & hanc etiam videtur sequi Hostien. in summa eodem titu. & Spec. in titu. de competen. iudic. adi. §. 1. versic. 2. qui enumerat hanc causam inter Ecclesiasticas, & tenet Bal. in l. omni. C. de sacrosan. Ecclesi. & in l. quoties. C. de iudi. licet ibi loquatur multum ambiguè. Secunda principalis opin. est, vt distinguamus in modo agendi: quia aut dubitatur, an contractus sit vsurarius vel non, & pertinet ad solum Ecclesiasticum, & ita procedit præce-

ADDITIO.

a ¶ *Tam Ecclesiasticus, quàm secularis iudex imponit pœnam pecuniariam pro sacrilegio. Et no. istam distinctionem. adde Pet. de Ancha. consi. 14. & Cald. consil. 2. de foro compet.*

præcedens opin. & de ratione per Dominum meũ, in rubr. infra de vsur. & Ioan. Mo. in cap. 1. de vsur. li. 6. Aut non dubitatur, sed certum est, contractum esse vsurarium, imminet sola quæstio facti circa repetitionem vsurarum solutarum, vel disputatur an sint solutæ vel non, vel quid simile, & potest cognoscere tam Ecclesiasticus, quam laicus,[a] & hanc opin. tenet Pau. in cle. 1. de vsu. quem sequitur Bar. Bal. & Pau. de Cast. in l. Titia. ff. solu. matri. & in d. l. omni. & ibi Bal. & d. l. quoties. & l. 2. ff. de iurisdict. omn. iudi. Raphael Fulgo. ibi, & Fran. de Alberg. & Butrig. in Leg. allegat. C. de vsur. & eam tenuerunt Vgutio Lau. Gott. & Arch. 14. q. 4. cap. quid dicam. & tenet etiam hic Dom. Anto. Ioan. de Lig. Zab. & Dominus meus. faciunt no. per Ioan. And. Ioan. Mon. & Garziam, & Ioan. And. in cap. 1. de vsu. lib. 6. & per Ioan. And. in c. tuam. infra de ordi. cog. & Zab. & Dominus meus ibi sequitur Io. de Imo. in d. Cle. 2. de iud. vbi dicit, quòd audiuit Pet. de Ancha. & Gaspa. de Cal. tenentes istam opin. dum legerent, & quòd etiam ambo ita consuluerunt Gaspa. consi. 14. Pet. de Anch. consi. 114. & 226. Et idem tenet d. Dom. in c. cum C. laicus. eo. tit. lib. 6. & Ang. in dispu. quæ incipit, Astensis miles: prope fi. vbi dicit quòd secularis potest publicare vsurarium manifestum, & Zabar. hic qui mouetur, quia hoc modo talis materia non potest dici, nisi temporalis, quamuis ratione indebiti recepti habeat annexum peccatum. Sed talis concursus peccati non tollit iurisdictioné seculari, dummodo nó disputetur, an sit peccatum vel non, vt patet ex tit. de fur. vi bon. rap. de incen. rui. & naufr. & de condi. indeb. cum simi. per totum. Nam si diceremus, quòd in quolibet temporali iniustè quæsito, ratione peccati commissi deberet adire Ecclesiasticus, quasi ex toto euacuaretur iurisdictio secularis, cõtra cap. nouit. supra de iudi. Et hanc rationem per prius posuit Pet. de Ancha. in repe. cap. ea quæ. de reg. iur. lib. 6. in 2. quæst. prin. Zaba. in c. ciuitate. de vsu. in repe. Bal. l. filium. ff. de his, qui sunt sui, vel alie. iur. Vnde dicit Bal. in cap. similiter. de contro. inuestituræ, quòd diabolicum esset dicere, quòd secularis non posset cognoscere de pignoratitia actione, licet allegaretur, quòd fructus sint indebitè recepti, & vide etiam Bal. in auth. ad hæc. C. de latina liber. toll. prope principium, & hanc opin. vt dixi, tenet hic Dom. Anto. & Zaba. & sequitur Dominus meus. Et eandem tenet Zaba. in repe. c. in ciuitate. infra de vsu. & in cle. 1. de vsu. vbi etiam tenet Ioan. de Imo. & idem tenet Ioan. de Lig. & d. Do. in cap. 1. de vsu. lib. 6. & hæc opin. plus mihi placet.

20 ¶ † Nec est verum, quòd causa vsuraria propriè & strictè sit spiritualis: sed impropriè & largè, vt dicit Ioan. And. in d. c. ex literis, de iureiur. & tunc est quasi spiritualis, quando dubitatur, an cõtractus sit vsurarius, & ita possunt intelligi allegata in prima opi. & etiã tenet Lud. Ponta. in d. l. Titia. ff. solu. mat. per c. post miserabilem. infra de vsu. si igitur est questio de soluto, vel non soluto, secularis iudex de hoc poterit cognoscere. Idem etiam si petantur fructus computari in sortem, quos altera pars dicit fuisse cẽtũ, & altera quinquaginta: vel si debitor dicit se restituisse sortẽ, creditor verò negat: vel si debitor dicit se recepisse 20. de his & similibus cognoscere potest iudex secularis. de quo per Bar. in d. l. quoties, & Lapum & Zaba. in d. cle. 1. de vsu. Et idem si creditor dicit se mutuasse summam, de qua in instrumento, debitor verò dicit, ꝙ nõ recipit nisi dimidiam illius summæ, & ꝙ alia dimidia fuit adiecta in fraudẽ vsurarum, quia tunc quæst. nõ est de aliquo spirituali, sed super facto, & ideo potest laicus cognoscere, secundum Bar. in d. l. Titia. ff. sol. matr. quod exemplũ vltimum non placet Lapo in d. cle. 1. quia per prædictum modum, instrumentum mutui purũ in sui forma impugnaretur de fraude vsuraria, & ideo laicus non põt cognoscere, & ad hoc est tex. in c. illo vos inf. de pign. & in c. ad nostrã. inf. de iureiur. Et sequitur Zaba. in d. cle. 1. vbi etiam subdit, ꝙ ratio contingit, ꝙ causa quæstionis facti non sit commissa quæstioni iuris. Aduerte, quia Do. Ant. hic vult, ꝙ si de consuetudine appareret aliter, esset seruanda. arg. c. cum dilectus. de consue. Et sic etiam videtur primò concludere Ioan. de Imo. hic. Quod ego arbitror procedere, quo ad exempla & casus, in quibus secundum communem opin. laicus posit cognoscere, de quibus statim dixi, quia in hoc licet communis opi. habeat, quòd secularis posit de illis cognoscere, tamen cõsuetudo posit operari, quòd solus Ecclesiasticus posset cognoscere. Sed in casibus, in quibus solus Ecclesiasticus potest cognoscere, secũdum communem omnium opi. consuetudo non videretur valere, quòd laicus posit cognoscere. ar. no. in c. 2. & 3. supra tit. 1. Nisi diceres quod ista causa non videtur esse spiritualis, nec quasi spiritualis, secundum quòd supra tetigi. Sed tamen licèt propriè non sit spiritualis vel quasi, tamen impropriè & latè videtur quodammodo spiritualis. Subdit tamen hic Io. de Imo. posse dici, ꝙ si agitur de repetenda vsura, vltra modum taxatum à lege, seu à iure ciuili. de quo in l. eos. C. de vsu. quòd tunc potest procedere opi. communis, quia ex quo lex ciuilis facit illud indebitum, & vult posse repeti, vt in l. si non sortem. ff. de condic. inde. Concludit Ioan. de Imo. quòd non videt quid repugnet quo minus agi posit coram seculari. Si verò peteretur vsura vsque ad modum à iure ciuili prætaxatum: tunc est dubium, ex quo lex ciuilis permittit, & sic non videtur posse peti coram seculari, & hoc clarum, secundum iura Digestorum.

21 ¶ † Sed dubium est, an per ius Auth. vsuræ indistinctè sint prohibitæ? Aliqui tenent, quòd sic, hoc tenet Gl. in auth. ad hæc. C. de vsu. & in Auth. de Ecclesiasticis titulis. §. 1. & Glo. 14. q. 4. cap. quid dicam. & infra de vsur. cap. quia in omnibus. & tenent Laudunus, Zenze. Pau. & Ioan. de Lig. in cle. 1. de vsu. Contrariam tamẽ opin. tenet Glo. in Auth. nullum mutuantẽ agricolæ. in fi. & Azo in summa de vsu. in princ. & Iac. But. & Bar. post eum in d. auth. ad hæc. & in l. 1. C. de sum. Trini. Alij verò aliter dicunt, de quo per Ioan. And. Do. Ant. & Dom. meum, in d. c. quia

ADDITIO.

a ¶ *Laicus iudex, an & quando cognoscat de causa vsuraria, vide per Alex. in consi. 9. per totum, lib. 4. & quando possit Ecclesiasticus inhibere cognitionem laico iudici, habes per eundem in eod. consi. adde Soci. in cons. 219. in 2. par. Corn. 227. in 3. par. adde etiam idem esse distinguendum, quando agitur causa matrimon. de quo vltimò latius per Pau. de Cast. in consi. 2. in 2. lib. per totum.*

c.quia in omnibus. Sed latius vide, quæ dixi in tractatu vsurarum, in 4. prin. art. Concludit ergo Io. de Imo. hic, quòd non est tutum repetere vsuras etiam coram iudice seculari propter varietatem opinionũ. Sed credit, quòd tutius sit retinere Glo. in cle. 1. de vsur. Arbitror, quòd velit dicere in cle. 2. de iudi. fatetur tamen, quod si incideretur crimen vsuræ, & obijceretur exceptio vsuraria, quòd iudex secularis deberet illam admittere: & si non admitteret, posset cogi per iudicem Ecclesiasticum, per id quod habetur in c.licet. de iureiur. lib. 6.

22 ¶ † Communiter tamen practicatur quòd remittatur cognitio ad iudicem Ecclesiasticum: saltem

a quando Ecclesiasticus facit inhibitionem. ego [a] arbitror pro nunc posse distingui, quòd aut loquimur de iure communi: Et hoc casu dico, quòd coram iudice seculari põt cognosci de vsura & contractu vsurario, in omnibus casibus in quibus iura ciuilia prohiberẽt vsuras: vt in personis illustribus & qui sunt supra eam dignitatem, à quibus vltra trientes prohibentur vsuræ stipulari: vel in inferioribus illustribus licitas gerentib. negotiationes, vltra besses. In traiectitijs verò contractibus, & in speciebus fœnori datis, vltra centesimas. dicitur autem pecunia traiectitia, quę trãs mare vehitur, vt in l. 1. ff. de nautico fœnore. In certis verò hominibus prædictas qualitates non habentibus, vltra semisses repeti possunt: etiam de iure ciuili, vt hic. omnia habẽtur in l. eos. C. de vsu. ad quod vide quæ latius dixi in tractatu vsur. in 2. princip. artic. Vltra igitur permissas vsuras arbitror, quòd secularis posit cognoscere: sed si infra summam taxatam ante ius Authẽticorum actum fuisset coram seculari, non debebat audire: sed hodie quæstio est magis dubia: quia cùm videatur simpliciter prohibita, tenendo primam opin. de qua statim dixi, videtur quod corã iudice seculari repeti possent. Sed tenendo aliam secundam opinionem videretur dicendum contrarium. Ex quo ego infero, quòd si ex forma statuti vltra certam summam prouideretur repeti posse solutum vltra sortem, quòd illud plus posset repeti coram seculari. & ita vidi pluries practicari. & idem fortè dicendum esset, si consuetudo haberet, quòd omnes vsuræ repeti possent coram seculari, argumen. prædictorum. cogitabis, quia nouissima sunt, & latius vide de materia, quæ dixi in tractatu de vsu. in 17. seu 18. princ. articu. quia ad præsens plus non potui. In eadem Glo. ibi, hæresis. dic vt infra de hære. c. ad abolẽdam. & c. excommunicamus. & quasi per totum, & est hoc delictum merè Ecclesiasticum, adeò quòd iudex secularis nullo modo potest se intromittere: nisi quo ad executionem ad petitionem Ecclesiæ, vt in c. vt inquisitionis. §. prohibemus. de hære. lib. 6. quamuis secularis posit nouas pœnas addere, secundum Dominum Antonium, quod non placet Domino meo, quia cum sit merè Ecclesiasticum, secularis non potest se intromittere: & ideo cùm ad eum non spectet punire, non debet valere statutum circa pœnam imponendam. no. in c. 2. de consti. lib. 6. & in l. fi. ff. de iurisd. om. iud. quod mihi placet, ex quo hæc materia est duntaxat de foro Ecclesiastico, sicut in simili dicimus, quod laici non possunt aliquid statuere in materia spirituali, secundum ea, quæ latius traduntur in cap. Ecclesia. supra de constitu. & per Bartolum & Baldum in l. 1. C. de sum. Trin. & per Petr. de Anchar. in repe. c. 1. supra de constitu. In ead. Glo. ibi, simoniæ, dic vt infra de simo. per totum, secundum Host. & Io. Andr. & istud crimen est etiã merè Ecclesiasticum: quia originem & prohibitionem habuit ab Ecclesia. 1. q. 1. in sum. & dicitur, quasi hæresis, 1. q. 3. in c. altare. dixi in rubri. de simo. & in rubr. de hære. In ead. Glo. ibi, periurij. dic, Io. Andr. remittit se ad not. de hoc in c. fi. eod. titu. lib. 6. Tu distingue post Dominum Antonium, & Dominum meum, plurimis additis, quòd aut agitur de iuramẽto respectu fori pœnitẽtialis, & secularis se non intromittit, quia caret tali foro. sic loquitur. 22. quæst. 1. cap. prædicandum. inf. de pur. cano. c. nos inter. & quod ibi traditur in Glo. 1. nam laicus non habet claues Eccle. sup. de offic. ordi. cap. pastoralis. 1. de pœn. & remiss. in c. omnis. & c. noua. Aut agitur de remissione vinculi iuramenti, & non

b potest laicus [b] illud remittere, nisi respiciat suã principalem vtilitatem, aut præiudicium, vt in cap. 1. inf. de iureiur. & in c. 2. de spon. quinimo dubitatur, an Episcopus vel Papa possint. de quo in c. quanto. & in c. debitores. de iureiur. & in c. cum inter P. sup. de renun. 15. q. 6. c. autoritate. Aut dubitatẽ, an iuramentum sit licitum, vel non: & sic, an sit seruandum vel non: & etiam solus Ecclesiasticus cognoscit, vt in c. venerabilem. de elect. Aut non dubitatur, sed certum est, quod litigat: & agitur ad pœnam transgressionis, & hoc casu tam secularis, quàm Ecclesiasticus est competẽs. de Ecclesiast. est tex. supra tit. 1. c. nouit. de laico, no. 23. q. 5. c. rex debet. Si verò agitur vt iuramentum seruetur, vel de eo excipitur: & tunc si iuramentum est validum, secundum vtriusque iuris dispositionẽ, datur actio & exceptio: & Ecclesiasticus & secularis est iudex competens: & sic accumulatur forus foro, vt d. c. fi. ita dicit Petr. de Anchar. in c. quamuis. de pa. lib. 6. se pluries practicasse. Si verò iuramentum de quo quæritur, de iure ciuili nec actionem nec exceptionem produceret, vt in casibus de quibus per Bartolum in l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. & latissimè per Ioan. de Imo. in repe. cap. cùm contingat. inf. de iureiur. dicendum est, quòd de iure canonico non est dubium, quòd cum etiam ex solo nudo pacto agi posit propter subsistentiam obligationis, secundum ea, quæ plenè traduntur in capitulo 1. supra de pact. & sic fortius ex iuramento, vt in capitulo, cum venissent. infra de instit. & in cap. nouit, supra de iud. per Inno. quod potest agi coram Ecclesiastico. sed an agi posit coram seculari, maius est dubium. & licet secundum Dominum meum prima fronte de iuris ciuilis rigore videatur dicendum,

ADDITIONES.

a ¶ *Ego arbitror. Adde, quòd pro ista distinctione benè facit sing. dictum Pau. in cons. 220. lib. 2. secun. nouam impressionem, quem & Moder. referunt in l. quoties. de iudicijs. C. vbi dant aliquas limitatio. in materia, vt citãt Pau. cons. 72. sed tamen inuenies, vt dixi, cons. 210. lib. 2.*

b ¶ *Adde dictum no. Pau. quòd pars, quæ cogeretur virtute iuramenti litigare coram Ecclesiastico iudice, vbi sunt causæ immortales, potest remittere iuramentum in contractu præstitum. ita Pau. in d. l. quoties, vbi latiùs D. Ias. etiam de hac materia.*

dum, quod non: tamen quia in concernẽtibus salutem animarum, leges non dedignantur sacros canones imitari, vt in c.fi. infra de præscript. videtur dici posse, quod etiã secularis ad hoc teneretur: & quod posit compelli per Ecclesiasticum. arg. d.c.fi. eodem titu. lib.6. & c. licet, de iureiur. lib.6. quamuis hoc dictum fortè de facto non reciperetur, secundum Dominum meum.

23 ¶ † Et hæc procedunt in iuramentis fidelium, secus in iuramentis Iudæorũ, hæreticorum & excommunicatorum inter se: quia vincula sacramentalia nec actiuè nec pasiiuè cadunt in eis: vnde ius canonicum non habet locum in illis: sed Imperator arctat eos, vt in l. quoniam. de hæreti. & in c.1.§. item sacramẽta, de pace iur. fir. & ibi Bal. ponit hoc dictũ, quod tamen mihi non placet, maximè respectu excommunicatorum & hæreticorum, de quibus non est dubium, quòd Ecclesia iudicat. insuper etiam Iudæi & iure canonico ligantur, vt infra de Iudæ. per totum. & per quandam viam indirectam possunt etiam excommunicari, vt in c. & si Iudæos. in fi. & c. seq. & ibi in Glo. fi. & in c. cum sit. & ibi Glo. fin. & in c. ad liberan. de Iudæ. Item prædicta procedunt, qñ ageretur contra iurantem ad obseruãtiam iuramenti, vel ad aliud simile. Secus si ageretur contra hæredes iurantis, qui non possunt conueniri coram Ecclesiastico, vigore iuramenti præstiti a defuncto, secundum Ioan. Andr. in d.c.fi. eodem titu. lib.6. quia cum iuramentum sit personale, vt in c. veritatis. infra, de iureiurando, non trãsit in hæredem,[a] & sequitur Bal. in l.1. C. de iureiuran. Quod limitat Dominus meus hic & in c.fi. infra de sepul. si coram Ecclesiastico directè ageretur vigore iuramenti, implorando ipsius officium ad obseruantiam iuramenti: secus si indirectè, vt compellat hæredes ad satisfaciendum, & exonerandum animam defuncti. argu. c. nobis. infra de sent. excommu. & no. in d. c. fi. infra de sepul. & ita procedat dictum Abb. antiqui Glossatoris in d.c. fina. qui simpliciter voluit, quòd etiam hæres iurantis esset de foro Ecclesiæ, per l. hæres absens. ff. de iud. & sic per viam indirectam saluatur dictum Abbatis, licet Ioan. Andr. & d. Dom. illud simpliciter reprobent in d. c. fi. & vide Bal. in d. §. sacramenta. qui singulariter dicit, & si est dubium de validitate iuramenti ipsius mortui, solus Ecclesiasticus cognoscit. ar. no. in c.2. de pa. lib.6. & hæc mihi satis placet. In ea. glo. ibi, adulterij, dic secundum Io. Andr. in d.c.fi. eodem tit. lib.6. quòd istud est verum, quando agitur ad separationem thori. sed Dom. Ant. & Dominus meus hoc aliter distinguunt. Tu vero latius & clarius distingue, quòd aut quæritur de foro pœnitentiali: & non est dubium, quòd pertinet ad Ecclesiam, per ea, quæ dixi in præcedenti quæst. aut de pœna temporali: & dic, quòd aut agitur ad separationem thori, & pertinet ad Ecclesiasticum: & ita potest intelligi, quod dicit Ioan. Andr. quòd est merè Ecclesiasticum: aut agitur ad aliam pœnam, & distingue, quòd aut agitur de adulterio cõmisso cum Sacerdote: & talis cognitio est de foro Ecclesię. arg. c. quidã clerici. 81. dist. & no. 32. dist. c. eos. & ibi Gl. tenet Fede. cons. 162. facit, 6. quæst. 3. c. placuit. quod ego arbitror verum, respectu pœnæ imponẽdæ ipsi Sacerdoti aut clerico, quem secularis nullo modo potest iudicare, vt in c.2. supra eodem. sed respectu pœnæ imponendæ mulieri arbitror, quòd tam Ecclesiasticus, quàm secularis sit iudex: quia talis sortitur forum Ecclesiasticum ratione sacrilegij, vt dicitur in iuribus prælleg. vnde sicut sacrilegium est de vtroque foro respectu laicorum, vt hic: ita & in casu prædicto, & ita per contrarium dico, si aliquis laicus ageret cum aliqua moniali, licet simili persona religiosa, quòd respectu monialis, solus Ecclesiasticus sit iudex: tamen respectu laici, vterque iudex poterit procedere: & erit locus præuentioni. Aut quæritur de adulterio commisso inter laicos: & tunc aut agitur ad pœnam sanguinis: & pertinet ad solum secularem, vt in capitulo, sententiam. inf. ne cler. vel mo. aut agitur ad aliam pœnam: & licet Io. Andr. videatur velle, quòd solùm pertineat ad laicum: tamen mihi plus placet, quòd sit mixti fori: & quod etiam Ecclesiasticus posit cognoscere. nam quòd sit de foro seculari, non est dubium. quod autẽ sit de foro Ecclesiastico, videtur tex. in capitulo, consuluit. infra de appellat. & ibi dixi in primo no. Item probatur in cap. primo. sup. de offic. ordin. nisi intelligeres, quòd ille tex. cap.1. loquatur clericus. Nec obstat, quòd ille tex. loquatur simpliciter, & quòd de clericis non erat dubium: & sic intelligatur etiam de laicis: quia potest responderi, quòd ille tex. de necessitate videtur intelligendus de clericis. Nam tex. ibi dicit, adulteria & scelera inquirere, & sic coniungit & copulat alia scelera: sed alia scelera laicorũ, non Ecclesiasticus, sed laicus regulariter punit. igitur, &c. nisi forte diceres respondendo, vt intelligatur de aliis sceleribus similibus adulterio, quæ sunt mixti fori. Item probatur hæc opinio, per capitulũ, intelleximus. infra de adult. vbi Episcopus excõmunicauit illos laicos propter adulterium: & tamen ibi non agebatur ad separationem thori: nisi respõderes, vt ibi dixi, quòd forte Episcopus excommunicauit illos, non propter adulteriũ: sed propter contumaciam. Nam ex eo, quòd moniti per Episcopum non desistebãt, illos tãquã contumaces excommunicauit. vel secundò dici potest, vt sentiunt ibi Hostien. & Ioan. Andr. ꝙ ibi recitatur factum, nec quæritur, an Episcopus iustè vel iniustè excommunicauerit. vel tertio dici potest, ꝙ loquitur respectu pęnæ spiritualis, qualis est excõmunicatio: cuius solus Ecclesiasticus est cõpetẽs, vt dictum est: placet tñ d. opin. & probatur optima ratione: quia propter adulteriũ violatur matrimonium, quod est maximũ sacramentũ, vt in c. debitum. infra de big. & sic peccatur contra Ecclesiam, sicut in fi. dicimus in sacrilegio. ad quod etiam facit tex. in l. quamuis[b]. C. de adul. vbi adulter appellatur sacrilegus. item facit 32. quæst.

ADDITIONES.

a ¶ *In hæredem. Quod qualiter intelligatur, vide Pau. in consilio 13. lib. 2. & consilio 459. lib. 1. & Feder. consilio 31.*

b ¶ *Et quomodo puniatur adulter, vide Salyc. in dicta l. quamuis. per Bartolum in l. si adulterium cum incestu. de adult. in princip. Spec. in titu. de adult. in prin. & an sit crimen Ecclesiasticum, quod agitur ad separationem thori. vide Io. Andr. in c. fi. in fi. eod. titu. lib 6. & vide Roman. in singu. 686. incip. nos sumus in materia adulterij. vbi reprobat opi. Io. Andr. in d. cap. fin.*

quæst. 1. cap. de benedicto. vbi tex. iuncta Glo. loquitur de pœna adulterij ignominiosa, per quam inciduntur capilli, & panni ante & retro, secundum morem quorundam locorum: quam pœnam imponit ibi Ecclesiasticus. Aduerte tamen, quia si ageretur ad pœnam detrusionis ad monasterium, & per iudicem secularem, per authen. sed hodie. C. de adult. tunc spectaret executio ad Ecclesiasticum, cum secularis non habeat monasterium. argu. 2. quæst. 6. c. biduum. versi. si quidem. & ff. de interdi. & rele. in l. inter pœnas. & l. si quis exhæredato. §. 1. ff. de iniu. testa. Et ita potest intelligi, quod no. arg. 25. quæst. 3. cap. rex debet. vbi dicit, quòd hodie adulteria non puniuntur pœna seculari, quia matrimonia reguntur iure poli, non iure fori, secundũ Dominum Antonium hic. In eadem Glo. & consimili dic, Glo. aliter non exprimit: sed fortè habuit respectum ad falsatorem literarum Apostolicarum, de quo in c. ad falsariorum. 1. de crimi. fal. & ibi dixi. volunt tamen Doct. quòd etiam secularis possit cognoscere ad pœnam ciuilem, qua falsarij puniuntur, vt C. & ff. de fal. per totum. & 19. dist. cap. in memoria. Item secundum Goffr. comprehenditur concubinatus, quia non est prohibitus secundum leges, vt in l. in concubinatu. ff. de concubin. sed solum per Ecclesiam. 32. quæst. 4. capit. nemo. vnde solus Ecclesiasticus cognoscit, cum non sit mixti fori, quia illud delictum est mixti fori, quod vterque forus iudicat esse delictum, secundum Goffr. & prædictam opin. quòd solus Ecclesiasticus cognoscat, tenet Host. in sum. huius tit. §. 2. & Spec. in tit. de compe. iud. adi. §. 1. versi. 2. & Feder. consi. 162. Sed Ioan. And. in mercu. sine culpa. in fi. de reg. iur. lib. 6. & Hosti. in cap. lator. qui filij sint legi. tenet, quòd concubinatus sit etiam per leges prohibitus, per tradita in Authen. de leno. colla. 2. & in Auth. vt non luxurientur contra naturam. colla. 6. & quia etiam leges, castitatis sunt amatrices, vt in Authen. quibus mo. nat. effi. legi. §. illud. & in peccatis corrigendis, non dedignantur sacros canones imitari, vt sæpius dictum est. Et hanc opin. sequitur hic Dom. And. & etiam Dominus meus, vt intelligatur prohibitus per quandam viam indirectam, ad quod etiam vide Ioan. And. in Glo. 1. in cap. nos inter. infra de purga. canon. & in clemen. fin. §. 7. de hære. Item potest addi aliud crimen, de quo cognoscit Ecclesia, videlicet sortilegij & diuinationis, vt est tex. iuncta Glo. 26. quæst. 5. in cap. idolorum. & tale crimen est mixti fori, pro quo allego tex. eadem causa & quæstio. in cap. Episcopi. & C. de malefic. & mathematic. per totum, vnde & secularis posset imponere pœnam ciuilem, facit 23. quæst. 5. cap. rex. quod tamen intelligo, nisi essent tales, quæ superent hæresim manifestam, quia tunc solus Ecclesiasticus cognosceret, vt dixi supra in articu. de hæresi. & vide quæ dixi infra de sorti. in cap. 1. in vltimo no. & in libro, quem de sortibus composui, in lib. 10.

25 ¶ † Item potes addere peccatum contra naturam, quod etiam est mixti fori, vt in capit. clerici. 1. de exces. prælat. & ibi dixi, in 1. not. vbi vide. potest etiam addi secundum Cyn. in l. præsenti. C. de his, qui ad Ecclesias confu. quando delictum [a] committeretur in Ecclesia, sed Barto. tenet contrarium in l. si cui. ff. de accu. & hic plus placet Domino meo argum. cap. fin. infra de immun. eccle. & in l. si quis in hoc genus. C. de sacrosanc. eccle. Nec obst. Glo. in authen. item nulla. C. de episcop. & cleric. quæ intelligitur, quando quis deliquit in Ecclesiam, illam collectando, seu opprimendo vt hic. Item potes addere crimen fractæ pacis, vt in capit. 1. §. 1. de treu. & pace, facit capit. nouit. supra de iudi. tenet Ioan. And. in capit. fin. eodem titu. lib. 6. & Spec. de compe. iudi. adi. §. 1. versi. 33. Item crimen assassinatus, vt in cap. 1. de homic. lib. 6. Vlterius potes addere alium casum generalem, videlicet crimen concernens statum totius Christianitatis, de quo iudicat etiam Ecclesia, facit capit. 1. de homic. lib. 6. & quod no. in capit. nouit. & est optimus tex. in cap. ita quorundam. infra de iudæ. & ibi hoc notaui. Vltimò etiam adde alium casum generalem, videlicet in defectum superioris secularis, vt no. Ioan. Andr. in cap. fin. eodem titu. lib. 6. per capit. venerabilem. infra qui fil. sint legit. tradit Dominus meus in cap. cum venissent. & in cap. nouit. supra de iudi. & Bal. in l. in contractibus. §. fin. C. de non nume. pecu. & videbimus infra eo. cap. licet ex suscepto. In eadem Glo. ibi, & de quocunque peccato. dic, & sic habes ex Glo. alium casum generalem, & idem sentit Glo. in cap. 1. supra de offi. ordin. quod tamen intellige per viam indirectam, videlicet per viam denunciationis, & tenet Glo. in cap. ex tenore. infra eod. alias autem hæc Glo. esset sibijpsi contraria dum subdit, quòd secus est in malefactoribus alijs, & ista est veritas, quæ probatur in tex. nostro, qui vult, quòd speciale sit in malefactoribus Ecclesiarum, ergo secus in alijs, vt in cap. nonne. infra de præsump. tenet Bal. in authen. ad hoc. C. de vsur. vbi concludit, quòd quando contra delinquentem potest succurri remedio actionis, vel accusationis: Ecclesiasticus non potest se impedire, nisi in casu negligentiæ, vel per viã denuncia. & sequitur Petr. de Anchar. in repet. regulæ, ea quæ de regu. iur. lib. 6. quæst. 9. Et sic infertur, quòd ex nudo pacto potest agi coram Ecclesiastico: intellige tamen, sumpta ratione peccati, & vide Ang. qui hoc dicit in repet. l. si certis annis. C. de pact. in 2. col. vbi enumerat plures ex casibus supradictis. A. B. Et hoc procedit non solum ratione peccati commissi, sed etiam committendi, vt no. Dominus meus, in cap. 1. de spon. & probatur cap. ex literis. 2. eo. tit. & ibi dixi cum no. Ma.

¶ In eadem Glo. ibi, coram suo iudice trahendi. dic idem tenent Glo. & Doct. & in c. cum inter. infra de purg. cano. Et sequuntur hic Host. & Io. And. Contrariũ tamen de facto seruatur à Papa, & à suis legatis, qui contra omnes raptores concedunt literas, per c. nouit. supra de iudi. & c. 1. supra de treu. & pa. Et sequitur hic Do. Ant. & maximè in his, quorũ delicta sunt notoria, vnde contra tales, & contra piratas, per quos quies & pax Christianorũ turbatur, & pauperes opprimũtur: Ecclesia cognoscit, quinimò

ADDITIO.

a ¶ *Adde, quòd si delictum est commissum in Ecclesia, iudex laicus non potest ibi capere, sed Episcopus, & debet eũ tradere curiæ seculari. auth. si quis ei. de adul. & ibi per do. præsertim, per Cy. & de dicto Bar. de quo hic, vide Abb. in c. cũ sit generale. in antepe. col. infra eodem.*

imò quibusdam diebus solennibus & non quolibet, Papa contra tales profert sententias censuræ. Sed Dominus meus, hic dicit intelligendum in occupatoribus & oppressoribus certarum personarum priuilegiatarum, vt viduarum, pauperum, libertorum, & pupillorum. 29. quæst. 3. in c. si quis de potētibus. 87. dist. per totum. infra de verbor. significat. c. nouimus. maximè saltem secundariò, secundum Specula. in titulo de compe. iud. adi. §. 1. versicu. 19. per c. ex tenore, infra eodem, no. Hosti. in sum. eodem tit. §. 2. versicu. item libertorum. vbi dicit, quòd quantum ad petitorium, hoc intelligitur in defectum secularis. Sed quantū ad possessoriū, tenet indistinctè per c. ex parte B. infra eodem, & sic quantum ad defensionem & tuitionē, & ne inferiores à potentioribus opprimantur. 23. quæst. 5. c. administratores, & in d. c. si quis de potētibus, & c. sequen. & in c. licet. infra de cen. Sed in mero petitorio, ad secularem pertinet cognitio. 23. quæst. 5. c. Regum. & C. quando Imperator inter pupillos. in l. vnica, supra de offic. leg. cap. significātibus. & ibi vide per Inn. de peregrinis, agricultoribus, & nauigantibus, & in c. fin. supra de treu. & pace, & 24. quæst. 3. si quis Romipetas. Specu. in d. §. 1. vers. 24. & idem Inn. in c. 3. infra de rap. & Host. in sum. eodem titu. §. 2. versic. item in peregrinis. Pet. de Ancha. in d. regula, ea quæ. quæst. 9. & Bald. in d. authen. ad hoc.

26 ¶ † Postremò extra Glos. quæro, qualiter cognoscantur delicta Ecclesiastica, secularia, vel mixti fori.

¶ Sol. Goffr. hic tradit istā regulam generalem, quòd illa dicuntur Ecclesiastica, quæ solum à iure canonico, & non à ci. sunt prohibita: vt cōcubinatus & vsurarum. Sed vbi prohibētur per vtrumque ius, illa sunt mixta: & tàm secularis, quàm Ecclesiasticus poterit cognoscere: secularis contra laicos: Ecclesiasticus contra clericos. quæ doctrina non est vera, vt patet in crimine hæresis, quod per vtrumque ius prohibetur: & tamē solus Ecclesiasticus cognoscit, vt supra dixi. Et etiam de vsuris, secularis quādoque cognoscit, vt supra dixi, & tamē est crimen prohibitum à iure canonico. Zaba. hic aliter dicit, & nō bene. Dominus meus distinguit, quòd quædam sunt merè Ecclesiastica, quæ ideò dicuntur: quia vel tantùm ab Ecclesia prohibentur, vel quia laicus non potest de illis cognoscere: vt in hæresi & vsura, quando dubitatur de eius substantia, quædam sunt Ecclesiastica, sed nō merè: quia etiam laici possunt de illis cognoscere, vt sacrilegia, & ista similia dicuntur mixti fori: quantum ad potētiam cognoscendi, & vide etiam vnum casum singularem de illis, qui carius
a vendunt victualia,[a] de quibus in c. 1. infra de emp. & ven. & ibi vide Hosti. & Abb. & Dominum meum qui tenēt, quòd Episcopus possit contra tales, etiam laicos cognoscere: similiter contra laicos, qui immiscent farinam cum cera, vel aliam indebitam mixturam: & vide ad hoc, si rectè memini, vnum casum no. quem posui in c. 1. infra de simo. Quædam sunt mixta, vt prohibita per vtrunque ius: sed non subest aliqua qualitas tribuens iurisdictionem Ecclesiæ, & in istis laici puniuntur per secularem, clerici per Ecclesiasticum, vt in capit. 2. de iureiu. lib. 6. & in c. causam. infra qui fil. sint legi. Quædam verò sunt merè secularia, quæ solum à iure ciuili reperiuntur prohibita: & de his directè se impedit solus secularis: sed indirectè quandoque etiam Ecclesiasticus. argu. c. ex tenore. & capitulo, licet. infra eodem: & hæc procedunt, quò ad causas criminales. Sed quò ad causas ciuiles, qualiter Ecclesia possit se intromittere inter puros laicos, dicetur in dicto capitu. licet ex suscepto. vtrum autem Ecclesia in criminibus Ecclesiasticis possit capere laicos & punire: aliqui quòd non. sed quòd solùm potest compellere per censuram Ecclesiasticam. arg. c. fin. eodem titulo, lib. 6. & capitu. 2. de pac. lib. 6. Tu dic contra, nisi in pœna sanguinis. & vide Oldradum consil. 86. quod incipit, an Ecclesia. Vltimò ego oppono contra text. videtur enim, quòd ex læsione clerici vel Ecclesiæ, non committatur sacrilegium: ita quòd Ecclesiasticus possit cognoscere, nisi sit de temporali dominio Ecclesiæ. ita est tex. in c. postulasti. infra de iud. vbi tex. distinguit, vtrum ille infidelis, qui percussit clericum, sit sub iurisdictione temporali vel non, ad hoc vt Ecclesia possit punire. Solutio. dic vt hic dixi, in fi.

ADDITIO.

a ¶ *Vide Abb. in cap. 1. in fi. de empt. & ven. vbi concluditur, quòd etiam vbicunque notoriè constat de peccato laicorum. & dicit ibi, quòd si accusetur aliquis, quòd ceræ venali immisceat aliam materiam, quòd poterit ipse episcopus cognoscere, & fuit dictum Abb. antiqui, vt dixit Rom. sing. suo 340. fui interrogatus ab vno Episcopo.*

SVMMARIVM.

Vòd Clericis. Causæ clericorū, secundū iura canonica, non secundum laicorum consuetudines, terminari debent. h. d. Et primò ponitur decisa conquestio. Secundò, mandatum ibi, mandamus. Et dicit Ioannes Andræas, quòd casus ita figuratur, quod Papæ conquesti sunt quidam scholares Parisienses, quòd quando conueniebant, vel conueniebantur, non recipiebantur canones per eos allegati: sed tātum consuetudo loci: vnde Papa prouidet eis circa hoc.

1 ¶ † Primò no. ex tex. iuncta casus positione, quòd consuetudo laicorum, etiam indeterminata & generalis, non comprehendit clericos litigantes in foro Ecclesiastico, concor. cap. Ecclesia. supra de consti. & de hoc latius infra dicetur.

2 ¶ † Secundò no. quòd clericus trahens moram extra locum sui domicilij, non subijcitur iurisdictioni laici: etiam in causis pecuniariis: sed Episcopus illius loci, etiam si sit ibi causa studij, vt hic, de quo latius videbimus in cap. si diligenti. infra eod.

3 ¶†Vltimò no. ꝙ ex sola mora in loco videt̃ quis cõtrahere ibi, saltem quasi domicilium, vt possit ibi conueniri : si laicus, coram iudice laico : si clericus, coram Ecclesiastico, de quo dic, vt latius dicã in c.fi. infra eod. vbi tractabo materiam competentiæ fori propter domicilium & moram. Glo. 1. opponit cõtra tex. in eo quod vult, quòd etiã si clerici habeãt causas contra laicos, debeat obseruari ius canonicum. Nam videtur, quòd debeat seruari ius ciuile : cum laici sint conueniendi coram suo iudice seculari. Glo. soluit. ¶ In ea. Glo. ibi, nec enim tractaretur ibi, dic, scilicet corã laico. ¶ In ea. Glo. ibi, iure municipali. hic dicit Ioan. Andr. quod aduocati ciuilis fori quotidie allegant hanc Glo. ad probandum, quòd causæ quas clerici mouent contra laicos in foro ciuili, non solum secundum leges, sed etiam secundum statuta & humanas consuetudines ipsius fori, sint tractandæ, de quo infra. Et aduerte in eo, ꝙ dicit Glo. quòd speciale est Parisijs : quia vt infra apparebit, nõ est verũ, quòd sit in hoc specialitas : quia idem etiam esset alibi, vt infra apparebit. & quamuis Glo. quòd Parisijs Episcopus habet iurisdictionem in temporalibus, dicit Dominus meus se habuisse à fide dignis viris Parisiensibus, ꝙ hoc non est verum: sed solum habet illam in certa parte ciuitatis : sed in maiori parte subest soli Regi : & sic hæc litera probat, secũdum Dominum meum, quòd si clerici conueniant laicos coram seculari, causa debet tractari secundum leges & statuta laicorum. de quo latius infra. Postremò pro declaratione tex. & Glos. & ar. 16. de quo in rub. remisi me hic dicturũ. ¶ Quæro, quid si actor & reus sint diuersi fori, & iura, statuta, vel cõsuetudines sint variæ : vtrum debeamus attendere iura, statuta, seu consuetudines actoris vel rei? ¶ Sol. Articulus est dubius & intricatus. Et aduerte : quia quæstio solum procedit in materia indifferenti, in qua tam laici, quàm clerici possunt disponere. In hoc igitur articulo Doct. sunt varij, & ex eo redditur materia magis dubia : quia commiscetur non solum materia fori, sed validitatis & potentiæ statutorum & consuetudinis, de qua materia Doct. hic, & in alijs iuribus inferius allegãdis. Et quoniam hæc materia conuenit in plurimis, & pro maiori parte titulo de consti. ideò diu anceps fui, vtrum hic tractarem, an verò in titu. de consti. in ea tamen dubietate institui deligere quandam viam. pro clariori igitur doctrina, facio duo membra principalia.

¶ Primũ, de iuribus, statutis, seu consuetudinibus respicientibus solennitatem processus, & ordinis iudiciarij.

¶ Secũdum, de respicientibus decisionem & instantiam causæ.

¶ Quò ad primum membrum, respectu solennitatis processus[a] & ordinis dic, ꝙ regula est, † quòd
4 inspiciuntur iura, statuta, & consuetudines fori, in quo iudicium agitatur. hoc singulariter tenet Glo. nostra dum dicit, quòd tractari debeant ibi, scilicet coram laico, ciuili iure vel municipali. Et sic vult, ꝙ causæ, quas clerici mouẽt contra laicos, in foro seculari debeant tractari, non solum secũdum leges, sed etiam secundum statuta & consuetudines illius fori. & hanc Glo. sequitur hic Ioan. And. qui dicit, quòd hæc Glo. sæpe allegatur per aduocatos ciuilis fori, & cum ministerio Glo. nostra locuta est per verbum, tractari, & non per verbum, decidi. Nam verbum tractari, videtur respicere potius ordinem & processum. & sequuntur hic Docto. dummodo statuta & consuetudines, sint rationabiles : quia quò ad ordinem procedendi, seruãda est lex iudicij, seu fori, vt no. Glo. in verbo, vsuris. in cle. 2. de iudi. quæ dicit, quòd licet Ecclesiasticus possit super vsuris procedere simpliciter, de plano, &c. per illã cle. 2. Si tamen causa vsuraria agitetur coram iudice seculari, secundum quod dixi in cap. præcedenti, iudex tenebitur seruare ordinem iudiciarium : non autem poterit procedere summariè, &c. quia lex canonica non potest dare modum procedendi in foro seculari. & illam Glo. sequuntur ibi Doct. & ibi eam approbaui: & hanc etiam opi. sequuntur Inn. Compo. Io. Andr. & communiter Doct. in Rubrica de cõsue. & Host. in sum. in titu. de test. §. qualiter cõficiãtur. loquitur tamen simpliciter dicens, quòd clerico agẽti coram laico, seruãdæ sunt leges humanæ, per tex. 10. dist. c. certũ, & quod ibi no. gl. & c. quoniam, & c. si in adiutorium. Sed debet restringi dictum Host. ad li. ordinatorios processus. & hanc etiam opi. tenet Cyn. in l. 1. C. de sum. Tri. in 2. & pe. q. Bar. ibi in 1. q. & Bal. ibi, in pe. q. & idem tenet gl. 1. & Bal. in l. 1. C. quæ sit longa cõsue. & Bal. in l. cum clericis. C. de epi. & cle. Et sic ex prædictis sequitur, quòd clerico agenti contra laicum in foro seculari, non canones, sed leges, & humanæ consuetudines ordinatoriæ sunt seruandæ. neque enim hoc casu statutum offenditur : sed causa regulatur secundum statuta fori, vbi iudicium agitatur, ad quod l. 3. ff. de testi. & ibi hanc opin. tenet d. Florian. de Bon. & probatur etiam 12. di. c. illa. & tenet eam Io. And. in addi. Spe. in titu. de constit. ver. & no. per d. c. illa. & per tex. 8. dist. c. quæ contra, & c. cum venissent. inf. de eo, qui mittitur in poss. & c. Rayn. inf. de testam. & l. primam. C. de emancip. li. Secundò mouetur per id quod statim dicam de renunciatione. Tertiò, quia sicut clericus agens videtur approbasse iudicium, & suas qualitates pro se: ita debet recipere contra se. 19. dist. c. 1. inf. de censi. c. cũ olim. & quod ibi no. Quartò, propter qualitatem in iudicio seruandam : & ne vnum & idem iudicium diuerso iure censeatur. inf. de excep. c. cum inter. 12. q. 2. cognouimus. inf. de priui. cap. quia circa. Quintò, ne actori magis faueamus, quam reo, contra regulam iuris, non debet, in Digestis, & in 6. Sextò vt connexorũ idem sit iudicium, vt in c. translato. de const. cum sua materia. Septimò, quia cum actor sequatur forum rei, vt in c. præcedenti, ergo & ipsius statuta sequi debet. 11. q. 1. c. experientię. & in regula, accessorium. de reg. iur. lib. 6. Et idem etiam tenent Lau.
5 & Arch. 2. q. 6. c. non ita. qui dicũt, † quòd si clericus reconuenitur coram seculari, non potest appellarę ante sententiam à grauamine : nisi in casibus, in quibus

ADDITIO.

a ¶ *Not. quòd quò ad ordinem processuum, debent leges fori obseruari, quicunque sit is, qui litigat. & fuit dictum celebre Abb. in c. 1. de constit. & vltra hic allegata per istum, vide nouissime per excellentem Doctorem Phil. Decium patrem, & præceptorem meum, in c. Ecclesia sanctæ Mariæ, in 17. col. vbi ex tali conclusione infert ad multa sup. de constitu.*

quibus poteſt de iure ciuili, ab interlocutoria appellare, de quibus dixi in cap. ſuper eo. infra de appell. Et econtra, laicus conuentus coram eccleſiaſtico poterit à qualibet interlocutoria appellare, niſi à iure canonico prohibeatur ab illa appellare. tex. eſt in c. ex parte. infra de app. Item à ſeculari iudice per clericum appellabitur ad ſecularem, & ab eccleſiaſtico per laicū appellabitur ad eccleſiaſticum, ſecundum Archi.& Lau. Et ex prædictis infertur, quòd ſi ſtatuto cauetur, quòd cauſæ debent terminari intra 20. dies, & ꝙ non ſubditus agens coram ſeculari teneatur ſatiſdare de ſoluendis expenſis, ſi contingeret eū in expenſis cōdemnari, quòd clericus agens coram laico, ligatur tali ſtatuto. Ita diſponendo decidit Io. Cal. in q. ſua, quæ incipit, ſtatuto ciuitatis, eo, quòd prædictum ſtatutum tangit proceſſum, & litis ordinationem, vt de ſe patet, & non eſt oneroſum, ſed licitum & honeſtū ad hoc, vt lites celeriter terminentur. ar. c. fin. de dolo & contum. & vt ſine difficultate reus conſequi valeat expenſas ab actore non ſubdito, condemnato: ſicut ſine difficultate conſequeretur actor contra reum, facit de reg. iur. in c. in iudicijs, & c. non licet. lib. 6. Et quia indubitatum videtur, quòd ſi in foro eccleſiaſtico talia ſtatuta vigerēt, laico ibi agenti ſeruarentur talia ſtatuta eccleſiaſtica. ar. tex. noſtri, & inf. de teſt. c. filius, & c. cum eſſes, & quod ibi no. ad fi. gl. 2. facit c. ſuper quibuſdam. in fi. infra de verb. ſig. & c. 2. de except. lib. 6. ergo econtra debent ſeruari hæc ſtatuta clericis in foro ſeculari. arg. 2. quæſt. 7. c. in ſancta, & c. ſeq. vbi probatur hæc illatio. & 28. quæſt. 1. c. omnes. infra de teſt. c. iudæi. Et eſt ratione iuriſdictionum, ne ordo turbetur. 10. diſt. c. quoniam, 96. di. c. cum ad verum. 11. q. 1. c. peruenit. infra de app. c. ſi duob. & qui fi. ſint leg. c. cauſam. el 2. & ſic videtur intelligenda d. l. cum clericis. in fi. C. de epiſc. & cle. vbi eſt expreſſum conſuetudinem loci ſpectandam eſſe, quò ad ordinem iudiciariū, & circa hoc ligare non ſubiectos, ad quod etiā facit quod no. Hoſt. de iur. cal. in c. 1. ſuper ver. inſinuandum. vbi dicit, quòd ſi clericus in cauſa propria vel eccleſiæ conuenit laicum coram iudice ſeculari, coram eo iurabit de calumnia: aliàs repelletur à iudicio, vt in cap. fin. de iu. cal. & hoc ideo, quia ex quo à iure habet licentiam litigandi coram ipſo iudice, per conſequens tenetur ad ea, ſine quibus cauſa expediri non poteſt, vt in iuribus vulg. & idem de inſtantia & ſatiſdatione tenet Pet. de Anch. in repet. c. 1. de conſti. q. 12. vel pro confirmatione præcedentis q. & Imo. hic. & ego de inſtantia [a] dixi in c.
a pe. ſup. ti. prox. in 7. prin. ar. quod tamen dixi de ſatiſdatione, limitatur ſi modo loquamur de ſatiſdatione pura: ſecus ſi ex forma ſtatuti debet eſſe fideiuſſoria, vel iuratoria: quia tunc ſtatutum nō arctaret clericum vel eccleſiam, per tex. ſing. in Auth. de ſan. epi. §. ſi quis igitur pro pecuniaria. nam ſi illud eſt generale priuilegium clericorum litigātium in foro ſeculari, vt non teneantur fideiuſſores dare, vel iurare, ſtatutum licet generaliter loquens non arctet clericum vel eccleſiam, cum tale priuilegium ab Imperatore generaliter conceſſum, non poſſet tolli per ſtatutum tacitè vel expreſsè, per no. C. de epiſc. & cler. auth. clericus. & auth. caſſa. & quod no. Innoc. in c. nouit. ſup. titu. prox. & quæ tradunt doc. in c. nouerint. de ſenten. excom. & ſecundum Ioan. Cald. in d. q. & mihi placet. ad quod vide, quod no. glo. in d. l. cum clericis. §. ſtatuimus. & in auth. generaliter. C. de epiſc. & cler. per Specu. in tit. de ſatiſda. §. 1. & per glo. in l. 1. ff. qui ſatiſd. cog. & vide omnino D. M. in cap. quoniam. in §. in alijs. infra vt lite non conteſt. Et ex prædictis no. quòd ſi ſtatuto diſponeretur, ꝙ libellus non ſit neceſſarius, ſed ſufficiat talis qualis petitio: Vel etiam ſi ſtatuto diſponeretur, quòd inſtrumentum guarentigiatum haberet paratam executionem, quod clerico coram tali iudice contra laicum litiganti, deberent ſeruari talia ſtatuta, eo quòd reſpiciunt ordinem proceſſus, & iſtud voluit Barto. in d. l. 1. C. de ſum. trin. & Io. de Imo. hic, & Bald. in auth. caſſa. C. de ſacroſan. eccl. & Pet. de Anch. in repet. c. 1. de conſt. licet Bal. aliud videatur ſentire in l.
b 1. C. de ſumma trin. Sed ſi ſtatutum [b] diſponeret ꝙ non admitteretur probatio per teſtes, ſed ſolùm per publica inſtrumenta: hoc caſu, quia ſtatutum videretur reſpicere deciſionem, non videtur habere locum dicta regula, de quo latius tradit Ioan. Cald. in d. q. & Pet. de Ancha. in d. c. 1. quia hoc pertinet ad
6 ſecundum prin. membrum. † Eſt igitur regula, vt dixi, ꝙ quantū ad ordinatoria iudicij, & proceſſus ſolennitatem, conſideramus ſtatuta & conſuetudines loci, in quo iudicium agitatur. Et ad prædicta vide quæ dixi in c. eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſt. Hæc tamen regula fallit multipliciter.

7 ¶ † Primò fallit, quando eſſemus in terris eccleſiæ ſubiectis, quò ad temporalem iuriſdict. quia tūc etiam in foro ſeculari ſeruādum eſſet ius canonicū, vt hic in gl. & idem no. in c. ſeq. per illum tex. & probatur in c. ſi duobus. infra de appel.

8 ¶ † Secundò fallit, ſi eſſemus in foro ſeculari, & non obſeruantia ordinis eccleſiaſtici induceret peccatum. hoc tenet do. Domi. in cap. 2. de iureiuran. lib. 6. & probatur in cap. decernimus. de ſenten. excom. lib. 6. dixi in cle. 1. de foro compet. ſuper verbo, omnimodam.

9 ¶ † Tertiò fallit, ſi eſſet talis ſolennitas ordinis iudicij, quæ eſſet conceſſa clericis in priuilegium, licet eſſet conceſſa ab Imperatore: quia talis ſolennitas deberet ſeruari, non obſtante conſuetudine vel ſtatuto ciuili, aliud diſponente, vel ſi ab aliquo iuris ciuilis ordinatoria proceſſus ſolennitate clerici fuiſſent exempti ab Imperatore in priuilegiū ipſorum, quia tunc non poſſet cōtrarium induci ſtatuto, aut conſuetudini, ſecundum ea, quæ ſupra dixi, per tex. ſingularem in Auth. de ſan. epiſ. §. ſi quis igitur pro pecunia.

10 ¶ † Quartò fallit in Epiſcopo expulſo à diœceſi ſua, qui cognoſcit in proxima diœceſi. Nam talis epiſcopus, etiam quo ad litis ordinationem, debet ſeruare ſtatuta ſuæ diœceſis, non autem ſtatuta & conſuetudines ipſius diœceſis, in qua cognoſcit, & vbi iudicium agitatur, glo. eſt ſingularis in verbo, omnimodam.

ADDITIONES.

a ¶ *Adde etiam Salyc. in auth. caſſa. in 1. q. C. de ſacroſanc. eccleſ.*

b ¶ *Et quid ſi ſtatutum mandat compromitti. vide Phi. Cor. in conſil. 104. lib. 2. incip. quamuis primo aſpectu. cum ſimili. vt latiſſimè Dec. in d. cap. eccleſ. in 17. colum. de conſtit.*

modam. in cle. 1. de foro compe. & ibi dixi. Et prædicta notabis, ex quibus habes singulariter expeditum hoc primum membrum multum imperfectè à maioribus nostris examinatum.

11 ¶ † Circa secundum principale membrum, de statutis, & consuetudinibus recipientibus causæ decisionem & substantiam, vtrum debeamus attendere statuta & consuetudines actoris vel rei: quia hæc materia potius adaptatur ad tit. de constit. ideo hoc omitto, & ibi plenius tractabo. dixi in cap. ecclesia. de constit.

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictio in temporalibus penes ecclesiam in habitu existens, illā inter laicos non potest actu exercere.*
2 *Literæ per laicos à Papa impetratæ de rebus ad forum ciuile pertinentibus non valent.*
3 *Habitus iurisdictionis penes ecclesiam existēs, ad quid valeat.*
4 *Consuetudo, secundum quam qualitatem tribuat iurisdictionem.*
5 *Consuetudo, iurisdictionem tribuere potest.*
6 *Iurisdictio est apud consules in populari ciuitate.*
7 *Recusatio & appellatio à pari procedunt.*
8 *Consuetudo est extendenda de similibus ad similia.*
9 *Dictio, sicut, est nota similitudinis.*
10 *Imperio vacāte, an ad Papam deuoluatur iurisdictio.*
11 *Papa non habet exercitium iurisdictionis temporalis.*
12 *Appellationes gradatim debent interponi.*
13 *Episcopus associatur iudici seculari suspecto.*
14 *Laici iudicantur à legibus ecclesiasticis.*
15 *Papa non potest de iure merè temporali cognoscere.*
16 *Appellare a seculari ad Papam nemo potest.*
17 *Appellari an possit consuetudine cessante à seculari ad ecclesiasticum, ob Cæsaris defectum.*

LICET EX SVSCEPTO. Laicus laicum super re ciuili coram ecclesiastico iudice conuenire non potest: nisi in defectum iustitiæ secularis. vel vbi consuetudo hoc haberet. h. d. Et primò ponit dictum cum sua modificatione. Secundò ibi, liceat, prouidet contra grauamina consulū. Tertiò ibi, si verò, prouidet circa ipsorum consulum recusationem.

¶ Primò no. quòd quamuis secundum communem canonistarum opin. de qua in c. nouit. de iud.
1 † iurisdictio in temporalibus sit in habitu penes ecclesiam: tamen ecclesia illam in actu inter puros laicos non potest regulariter exercere, [a] nec etiam potest pro libito voluntatis illam aduocare à principe seculari: ex quo sequitur, quòd Imperator in temporalibus non dicitur vicarius Papę: quia si vicarius esset, posset reuocari ad libitum, vt in cle. 2. de rescr. & in c. cum venissent. infra de insti. Nec etiam illam simpliciter à Papa: quia si hoc posset illum reuocare, vt in c. super quæstionum. sup. de offi. dele. & in l. iudi. solui. ff. de iudi.

2 ¶ † Secundò no. quòd literæ impetratæ à Papa inter puros laicos de rebus profanis ad ciuile forum pertinentibus sunt nullæ, & ideo non validantur secuta negligentia secularis, de quo latius inf. in gl. 1.

3 ¶ † Tertiò no. quòd habitus iurisdictionis in tēporalibus, qui est penes ecclesiam, vt dictū est, non est omnino inutilis eo, quòd negligēte aut deficiente seculari iudice, potest ecclesia supplendo, negligentis iurisdictionem exercere. de quo latius inf.

4 ¶ † Quartò no. quòd consuetudo tribuens iurisdictionem, illam tribuit secundum qualitatem, cui defertur: non secundū qualitatem tribunalis à quo abdicatur. Et ideo, si à seculari defertur ad ecclesiā, sequitur quòd si de iure canonico potest à quolibet fœnore, & à quolibet grauamine appellari omisso medio: ita & hoc casu idem seruabitur, & rationem poteris colligere ex inf. dicendis.

5 ¶ † Quintò no. quòd consuetudo potest tribuere iurisdictionem, de quo latius dicemus in c. cum cōtingat, inf. eo. & si tribuit vni quo ad causam principalem, vt puta ecclesiastico, etiam illam intelligitur tribuere quò ad causam appellationis. facit quod no. do. Arch. 2. q. 6. non ita.

6 ¶ † Sextò no. secundum Dom. Ant. quòd de iure communi in ciuitate populari, qualis est ista ciuitas, iurisdictio est penes consules ciuitatis: hoc est, penes maiores natu, qui eliguntur à populo, vt præsint ciuitati. Sed hoc non colligitur hic, quia tex. dicit de consulibus communitatis, vnde potius videtur dicendum, quòd ipsam totam ciuitatem præsentent decuriones, vt dicit glo. in rubr. C. quæ sit longa consuet. & Barto. in rubr. ff. de decu. & in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure, vide quod traditur in cap. omnes. de constit. & in c. cum accessissent. eod. titu. quod latè dixi in c. dilectus. el 2. infra de simo. maximè in 2. q.

¶ Septimò no. quòd etiam iudicium vniuersitatis potest ex causa recusari. de quo dic, vt latius dixi in c. 1. supra de iud.

¶ Octauò no. tex. qui expresse probat, quòd probata suspicione iudicis recusati apud arbitros, iurisdictio non defertur ipsis arbitris, sed ad superiorem, licet Host. voluerit contrarium, de quo latius dixi in c. si quis contra. supra eo.

7 ¶ † Nonò no. quòd recusatio & appellatio procedunt à pari, de quo dic, vt latè dixi in c. super eo. el 2. infra de appel.

8 ¶ † Decimò no. quòd consuetudo extenditur de similibus ad similia: sicut ius, de quo in c. cum olim. & cap. cum ecclesia. supra de elect. & per Innoc. in cap. fi. supra de offi. Archid.

¶ Vndecimò no. secundum Dom. Anton. quòd licet secularis non recusetur in totum de iure ciuili, sed adiungatur episcopus si recusatus est ordinarius, vt in auth. si verò. C. de iudicijs. Si tamen iurisdictio est translata de seculari in ecclesiasticum, licet ecclesiasticus sit subrogatus in locum secularis, tamen recusatur in totum, & eliguntur arbitri: quia, vt supra dixi, hæc iurisdictio transfertur cum qualitate ecclesiastica, & sic sentit Dom. Anton. quòd hic

---

ADDITIO.

a ¶ *Dicit enim Papa in c. nouit. de iudi. quòd non intelligit perturbare iurisdict. laici, & est speciale in personis miserabilibus. ergo in contrarium est ius commune. ar. c. præsenti. §. loca. de præb. lib. 6. & no. quia iudex laicus semper dicitur paratus reddere ius, vt dicit And. Sicu. hic. & an Papa sit superior Cæsare, vide Alex. in l. 1. §. 1. in fi. ff. de requiren. reis. & Soc. consi. 375. in 2. par.*

hic recusaretur ecclesiasticus, quod mihi nō placet: quia loquitur de recusatione secularis, & ideo dic, vt infra dicam.

¶ Duodecimò no. secundum Abb. quòd vbi iudex ecclesiasticus habet iurisdictionem temporalem in loco, debet iudicare secundum canones, & non secundum leges, de quo dic, vt dixi in cap. præcedenti.

9 ¶ † Vltimò no. quòd dictio, sicut, est similitudinaria, & verificatur per relationem ad aliud, & pondera tex. in fi. pro hac clausula, sicut superius est expressum. Glo. 1. sentit quæstionem, vtrum literæ impetratæ à Papa inter puros laicos sint nullæ, & soluit. In fi. glo. dic, vide ergo glo. sentire, ꝙ literæ sint nullæ, sed stent in pendenti, donec sententia proferatur, quod potest intelligi duobus modis, vno modo, quòd istud, vsque ad sententiam, intelligatur de sententia proferenda per delegatum hoc modo, videlicet, quòd secularis quandocunque volet poterit procedere ante, quàm delegatus proferat sententiā, & sic vult, quòd secularis poterit assumendo cognitionem impedire iurisdictionem delegati, & ipsius processum irritare, quod non placet Dom. Anton. qui vult, quòd secularis posit assumere cognitionē vsque ad actum citationis factæ per delegatum, ar. c. proposuisti. infra eo. quia ex quo cœptum est iudicium coram delegato, ibi debet finem accipere, vt in l. vbi cęptum. ff. de iudic. & quia de qua re cognouit Prætor, &c. vt in l. de qua re. ff. de iudi. & hoc satis mihi placet. Vnde datur secundus intellectus ad glo. vt quod dicit glo. vsque ad sententiam, intelligi debet, quòd literæ stent in suspenso, quousque iudex secularis sententiam proferat: quare si interim aliquo modo negligētia cōmitteretur per secularem, delatus vigore literarum impetratarum poterit supplere negligentiam secularis, iudicando etiam ex eisdem actis, & hunc intellectum sequitur Ioan. And. licet Tan. Vin. & Ioan. voluerint, quòd inchoato iudicio per secularem, tales literæ irritentur, argum. c. plerunque. supra de rescript. quasi per ipsam inchoationem laici videantur à seculari iudice recipere iustitiæ complementum. Sed Dom. Anton. hic tenet opin. Ioan. And. & sic videtur velle, quòd literę non sunt ipso iure nullæ, & sequitur Hostien. & ad tex. qui videtur contrariari dum dicit, irritas & inanes. dicit quòd debet intelligi cum suppletione hoc modo, videlicet quia per tales literas non potest procedi, sicut non posset si cōstaret ipsas irritas & inanes: aliàs versiculus sequens non bene exciperet dum dicit, dummodo consules, &c. quasi velit dicere, quòd non secuta negligentia perinde est in effectu, ac si essent irritæ. vel potest intelligi secundum Dom. Ant. quòd sunt irritæ, quando in literis expresisset falsitatem, quòd consules erant negligētes: cum adhuc non fuissent requisiti, vt in cap. super literis. supra de rescriptis. Inno. hic vult, quòd literæ sunt ipso iure nullæ: cum Papa ante negligentiam commissam inter laicos non habeat iurisdictionem, & ad versiculum, dummodo, respondet, quòd debet intelligi, ꝙ literæ possunt impetrari data negligentia secularis, & quo ad hoc c. & ipsius intellectum, idem videntur tenere Ioan. Cal. Dom. Anton. & Zab. in cap. sequen, vbi tex. videtur huic contrarius. D. M. in hoc artic. satis inordinatè procedit. Sed tamen ex ipsius dictis videtur ita distinguēdum, quòd aut literæ impetrantur à persona miserabili, aut à persona nō miserabili. Primo casu subdistingue, ꝙ aut est miserabilis & oppressa, vt quia est vidua, & spoliata, & hoc casu, valent literæ impetratæ à iudice ecclesiastico: nulla etiam data negligentia iudicis secularis, vt in c. ex parte B. infra eod. 24. quæst. 3. c. si quis de potentibus. Ecclesia enim habet istas personas miserabiles sub protectione sua, vt dixi in c. præceden. facit. c. super quibusdam. infra de verb. signif. & idem si sunt pauperes, quamuis non oppressi erit, spoliati, quia satis paupertate sua opprimuntur, vt sentit Inno. in c. significantibus. supra de offi. deleg. & ibi bonus tex. facit etiam d. c. super quibusdam. Si verò essent miserabiles personæ, sed non pauperes, nec oppressæ, vt viduę, pupilli, infirmi, & similes, qui tamen sint diuites, & istę possunt adire ecclesiasticum impetrādo literas. Sed literæ non habent statim effectū suum, vt in casu præcedenti: sed stabunt in pendenti, vt in c. sequenti. & hoc casu potest saluari gl. nostra, quod tamen limitari debet, nisi per surreptionem essent impetratæ eò, ꝙ impetrans falso expresit in illis de negligentia secularis, vel quia fuerūt impetratæ post inchoatum processum coram seculari, nulla facta mentione de ipso processu. hoc enim casu & similibus, literæ sunt ipso iure nullæ: saltem ope exceptionis, vt in c. super literis. supra de rescrip. & in c. inter. infra de re iud. Aut loquimur in personis non miserabilibus, & literæ sunt ipso iure nullæ, vt hic, & ratio huius est, quia in nō miserabilibus ecclesiasticus nō habet iurisdictionem: nec habitu nec actu. Sed in miserabilibus licet actu, non habeat iurisdictionem: tamen habet illam habitu, secundum Ioan. de Lig. Sed primum dictum est falsum, per no. in c. nouit. supra ti. 1. & quæ dixi in c. solitæ. supra de ma. & obe. & infra subijciam. vnde D. Anton. dicit quòd ratio differentiæ est: quia in miserabilibus non pauperibus ecclesią habet exercitium, sed illud habet ligatum. In non miserabilibus verò, habet exercitiū interdum. Sed primum mēbrum non placet D. M. quia si habet ligatum: ergo non debet posse exercere durante vinculo seu ligamine. argum. c. Romana. de offic. or. lib. 6. & legis, obseruare, in fi. C. de offic. procōsul. & legati. Præterea, hæc diuersitas D. Ant. non probatur iure. Inno. in c. seq. dicit ꝙ ecclesia licet habeat exercitium iurisdictionis in personis miserabilibus, tamen ex gratia non vtitur illo. contra quod facit tex. in c. seq. qui apertè sentit, quod Papa faceret iniustitiam committendo effectualiter ante euentum negligentiæ, ꝙ non esset, si de iure posset: quia nemini iniuriam facit. & 123. quæst. 3. cap. qui peccat. & in l. Gracchus. C. de adul. Quare D. M. assignat aliā rationem: videlicet, quod in personas miserabiles seu delinquētes, in ipsas Papa magis latam habet iurisdictionem, quam in nō miserabiles, quia miserabiles vt dictum est, sunt sub ipsius protectione. Et ideo committendo videtur officium protectionis exercere, & quasi comminari seculari iudici, quod si negligens fuerit, procedet per suum delegatum: sicut in simili dat conseruatorem ante iniuriam illatam, vt in c. 1. de offic. deleg. li. 6. facit etiam, ꝙ in simili dicemus de comminatione peremptorij, in c. cum ex literis. supra de restit. in inte. quæ ratio cessat in alijs laicis, quos nō sic habet sub sua protectione.

ctione. Ideò nullo modo committit ante negligentiæ tempus, vt in d.c.1.§.1.de offi.or.lib.6.& in l.obseruare.in fi.de offi.proconf.cum si. Quæ distin.cum ratione prædicta satis mihi placet pro cõcordia tex. nostri, & cap.sequentis. & quia tex. dum dicit, irritas & inanes, stat propriè, & ad ver. dummodo, responde vt dixi, supra secundum Innocen. & adde quod dixi in c.ex transmissa.in glo.1.& in glo.fin.supra eod. Aduerte tamen, quia contra id quod supra dixi de personis miserabilibus diuitibus, cõiuncta ratione Dom.mei, videtur obstare tex. in d.c.1.§.1.de offic.or.lib.6.vbi Archiepiscopus non potest constituere vicarium super causis subditorũ suffraganeorum deuoluendis ad eum per appellationem, & tamen subditos suffraganeorum videtur habere in sua protectione. Sed potes respondere, quòd illa protectio Archiepiscopi est conditionaliter limitata, cogitabis. Et ex prædictis habes declaratam hanc glo. & tex.nostrum vna cum cap.seq. Et sic habes, in quibus casibus ecclesia potest cõcedere literas inter puros laicos. Aduerte tamen, quia glo. sequens pro examinanda hac materia, an & quando inter puros laicos ecclesiasticus possit cognoscere & procedere, procedit per casuum enumerationẽ. Sed ante, quã ad illos descendam, pro examinatione præcedentium, quando propter commissam negligentiam literæ possunt impetrari: Quæro quid requiratur ad hoc, vt dicatur commissa negligentia per secularẽ propter q ecclesiasticus valet adiri. SOL. Inn. & Host. per omnia distinguunt secũdum quod statim dicam in casu vacantis Imperij aut alterius inferioris principatus. Do.Ant. distinguit quòd aut iudex
a negligens nõ recognoscit alium superiorem,[a] & potest adiri Papa, ar. no.in c.per venerabilem,infra qui fil.sint legi. Et ideò si reges vel ciuitates nõ recognoscentes Imperatorem sunt negligentes, potest haberi recursus ad Papam. Et idem si recognoscerent, sed aditus ad Imperatorem esset difficilis. ar.§.si verò. in Auth. vt differentes iudices no. Host.in c.nouit.sup. tit.1. Aut est talis, qui recognoscit superiorem, & si persona est miserabilis, Papa potest statim adiri. ar. cap.seq.& supra, de iud. cum deputati. quia satis dicitur oppressa, ex quo negligitur eius iustitia, vt in c. ex parte. infra eo. Sed primum dictum Dom. Ant. non placet D. M. quòd in casu negligentiæ iudicis non recognoscentis superiorem, Papa possit statim adiri: dicit enim ipse potius hoc casu Imperatorem adeundum: fortè, quia isti inferiores præscribentes dictã iurisdict. contra Imperatorem, videntur illam habere in quãtum sint vigiles & solliciti, in administranda iustitia: aliàs aut superior se impedit, & reassumit originariam iurisdictionem suam, per tex.no.
b in c.irrefragabili. §.excessus,[b] supra de offic.or.& ibi dixi in 4.no.facit q dixi, c.cæterum.supra tit.1. Et sic infertur, quòd multo fortius hoc debet procedere, quando iurisdictio non est præscripta contra Imperatorem. Sed de facto, quis ipsum Imperatorẽ non recognoscit in superiorem, quia tunc Papa non succedit: sed debet adiuuare Imperatorem, vt recognoscatur in do.Arch.c.quoniam, 10.dist.cum sim. Ego arbitror, quòd D.Ant. habuerit solum respectum, quando Imperator non esset habilis cõtra talem inferiorem ad faciendum, vt iustitia exerceatur: vnde tunc facilius Papa potest adiri, qui spiritualem gladium suum plurimũ timendum facilius poterit exercere. Et ex prædictis habes expeditum casum negligẽtiæ, quem adde articulo, quem posui supra, in rubrica, remittendo me hic. Sed vltra dictum casum negligentiæ, gl. sequens recitat alios quinque casus, & doct. etiam addunt plures. Ego omisso ordine gl. & doct. procedam enumerando & declarãdo prius casus, qui colliguntur ex tex.nostro: deinde referam casus doctorum, plurimis additis.

¶ Primò, ratione negligentiæ secularis.

¶ Secundò, ratione defectus secularis.

¶ Tertiò, ratione appellationis: quia caret superiore.

¶ Quartò, quia secularis suspectus.

¶ Quintò, ratione consuetudinis.

¶ Sextò, ratione dubietatis inter iud.

¶ Septimò, in causis criminalibus ecclesiasticis, vel mixtis.

¶ Octauò, in causis ciuilibus ecclesiasticis.

¶ Nonò, in causa fidei.

¶ Decimò, in causa matrimoniali.

¶ Vndecimò, in causa natiuitatis.

¶ Duodecimò, ratione connexitatis.

¶ Decimotertiò, in causa decimarum.

¶ Decimoquartò, in causa mortuariorum.

¶ Decimoquintò, in causa iuris patronatus eccl.

¶ Decimosextò, in feudo ecclesiastico.

¶ Decimoseptimò, in causis seruorum & rusticorum eccle.

¶ Decimooctauò, in causis pœnitentium.

¶ Decimononò, in causis eremitarum.

¶ Vigesimò, hospita. templariorum, & leprosariorum.

¶ Vigesimoprimò, libertorum, pupillorum, viduarum, & miserabilium personarum.

¶ Vigesimosecundò, in peregrinis nauigan. &c.

¶ Vigesimotertiò, in causa reconuentionis.

¶ Vigesimoquartò, ratione administrationis.

¶ Vigesimoquintò, in collectantibus ecclesias.

¶ Vigesimosextò, vigore denunciationis.

¶ Vigesimoseptimò, ratione rei ecclesiasticæ.

¶ Vigesimooctauò, ratione priuilegij.

¶ Vigesimononò, in casibus, in quibus clericus agens contra laicũ potius videtur reus quàm actor.

¶ Trigesimò, ratione mixturæ: quia conuenienda vniuersitas.

¶ Trigesimoprimò, ratione promissionis, &c.

¶ Trigesimosecundò, ratione consuetudinis.

¶ Trigesimotertiò, rõne nullitatis processus, &c.

¶ Trigesimoquartò, propter signa pœnitentię.

¶ Trigesimoquintò, in omnibus criminibus ecclesiasticis.

¶ Trigesimosextò, ratione cuiuscunque peccati.

¶ Trigesimoseptimò, ratione delicti vel contractus, &c.

¶ Trigesimooctauò, in concernentibus totius Christianitatis, &c.

¶ Trigesimononò, in omnibus casibus, in quibus

ADDITIONES.

a ¶ *Et de hac materia vide latius per Moder.*

b ¶ *Fely. hic multa de isto tex. vide hic per eum in 2. colum. & sequen.*

bus iudex ecclesiasticus potest excommunicare.

¶ Quadragesimò, ratione violentiæ in rebus ecclesiasticis.

¶ Quadragesimoprimò, ratione cõnexitatis causæ, & ne continentia diuidatur.

¶ Quadragesimosecundò, si non fuerit exẽptus.

¶ Quadragesimotertiò, ex generali consuetudine, &c.

¶ Secundus casus igitur sit, quãdo locus caret seculari iudice, & alius superior secularis non inuenitur, quia tunc potest adiri episcopus. Circa hoc tamen doct. distinguunt, quod quandoque vacat Imperium, & succedit ecclesia. tex. est hic. Quandoque vero in prouincia deest præses, vt quia cessit, vel decessit, & tunc potest adiri episcopus, vt in Authen. vt diff. iud.§.si verò. Quandoque vero vacat totus principatus, seu regnum, & hoc casu, Innoc. ponit tres opin.

10 ¶ † Prima est, ꝙ iurisdictio deuoluitur ad proximum superiorem, non ad Papam: quia licet ad Papam deuoluatur iurisdictio vacante Imperio, tamen secus est vacante alio principatu, quod videtur esse contra id, quod statim dictũ fuit de præside, & ratio diuersitatis sit, maior est conuentio inter Papam & Imperatorem, quàm inter Papam & aliũ principem, sicut in fi. dicitur in c.requisisti.inf.de test. Nam Papa examinat & consecrat Imperatorem, & Imperator est eius aduocatus, & ei iurat, & ab eo tenet imperium, vt in c.venerabilem.supra de elect. & in cle.1.de iureiu.63. di.c.tibi domino.& hoc est, ꝙ vacante imperio, ecclesia succedit in eo, quòd Imperator recognoscit ab ecclesia.

¶ Secunda opin. Innoc. est, referendo quosdam, quod idem est in inferiore non recognoscente superiorem, quod est in Imperatore. Subdit tamen, quòd hoc casu, non recurritur ad Papam: ex eo, ꝙ ille teneat regimen ab ecclesia, sed per similitudinem potestatis, quam habet vt vicarius Christi, vt c. nouit. supra tit. 1.

¶ Tertia & vlt. opin. Innoc. est, quod vacantibus regnis, Papa non põt se intromittere: nisi per viam denunciationis, vt d.c.nouit. Host. vero dicit, quòd vacantibus [a] Regnis & principatibus quibuscũque, Papa non solum succedit de plenitudine potestatis: sed ex consuetudine, quod sequitur Dom. Anto. in his, qui non recognoscunt superiorem: secus in recognoscentibus superiorem, ne contingat perturbatio aliorum in eorum iurisdictionibus. Dom. M. hic indistinctè tenet 2. opin. Innoc. quod etiam in inferioribus non recognoscentibus superiorem Papa non potest se impedire: nisi per viam denunciationis, vel nisi occurrat aliquis casus ordinis, propter quem posset se impedire, vel etiam regnis non vacantibus. argum. no. in d.c.nouit. & in cap.1. de homi. lib.6.

11 ¶ † Mouetur etiam: quia Papæ est interdictum exercitiũ iurisdictionis temporalis ex verbis domini ad Petrum dum dixit: Mitte gladium tuum in vaginam, &c. vt etiam traditur in d.c.nouit. vnde dicit, ꝙ aut Imperator non recognoscit imperium ab Ecclesia, aut recognoscit. Primo casu, quia à Deo potestatem obtinet in temporalibus in toto orbe, vt in cap. si Imperator. 96. dist. & in l.bene à Zenone. C. de quadriennij præscript. Ideò si vacat imperium, debet redire ad iurisdictionem Papæ, vicarij Iesu Christi, quia res de facili reuertitur ad naturã suam. 35.dist. c.ab exordio. facit c.Cumana. de elect. Aut recognoscit imperium à Papa, & fortius idẽ dicendum est: quia eadem ratio est de parte quò ad partem, quæ de toto, quò ad totum, vt in l.quæ de tota. de rei vendic. cum si. vnde sicut vacante imperio, quod præest toti iurisdictioni, deuoluitur iurisdictio ad Ecclesiam ex plenitudine potestatis: ita & in hac parte deuoluetur ad Ecclesiam, sec. Dom. me. Sed in veritate, ex prædictis verbis, quæ mihi uidentur esse corrupta, licet sub eadem forma repererim in pluribus Commentarijs, nõ potest colligi rectus sensus: quare ego arbitror dicendum, quòd in recognoscentibus superiorem, succedat ecclesia vacante regno in hac parte: sicut succederet in toto, vacãte imperio, per no. per Bar. in l.infamem. ff.de publ. iud.& in l.hostes. ff.de cap. & in c.per venerabilem. infra qui filij sint legit. vbi Doct. dicunt, ꝙ idem iuris est de principibus nõ recognoscentibus superiorem, quod de Imperatore. Sed fortè dici posset, ꝙ hoc casu, iurisdictio debet redire ad suum generalem administratorem in temporalibus, qui in actu habet iurisdictionem vniuersalem in temporalibus, videlicet ad Imperatorem. Et hoc ego arbitror melius esse, ne detur perturbatio iurisdictionis & pluralitas principatuum. facit quod dixi supra, de inferiore negligente non recognoscente superiorem. in op.d.& quod no.10.dist. quoniam.96.dist.c.cum ad verum. Et hoc, quando Imperator posset talem defectum supplere: aliàs autem teneamus opinionem cõmunem vt redeat ad Ecclesiam. Et adde hoc ad ea, quæ dixi in Rub. versi.30.

¶ Tertius casus colligitur ex tex.& gl. vt per viam appellationis possit adiri ecclesiasticus, quod intelligitur, quãdo iudex secularis, qui iniustè sentẽtiauit, non recognoscit alium superiorem, secundum Dominum Antonium. Si verò recognoscit, & persona sit miserabilis: põt adiri Papa, quia satis dicitur oppressa eo, ꝙ opprimatur sententia iniusta, vt in c.ex parte. inf.eod. & idem dicit Dom. Anton. si grauaretur persona ecclesiastica, & causa sit Ecclesiæ: quia tunc appellandum est ad ecclesiasticum. Secus si clerici: nam tunc ad proximum superiorem secularem esset appellandum, vt tradit Archi. 2.q.6. c.non ita. quod dictum non placet Dom. meo.

12 ¶ † Mouetur: quia de iure ciuili appellationes debent gradatim interponi, vt l.1.§.pen.ff.de appell. dixi latè in cap.3.infra de appel. vnde cum non reperiatur in iure contrarium, stabimus communibus regulis. 2.quæst.6. c.anteriorum. & optimè probatur in c.si duobus. de appel. vbi Papa dicit, ꝙ à seculari appellandum est ad eum, quando locus est de iurisdictione Ecclesiæ: nec aliquid dicit de persona ecclesia-

ADDITIO.

a ¶ *Adde, quòd nemo debet esse acephalus. 93. d.c.nulla. & ideò licet ex hac ratione, exempti ab Imperio sint sub Pontifice, ita Card. in cle.past.versic. & illud.in 2. oppo. de re iudic. Host. in c.cum Ioannes. de fi. instrum. & Card. in cle.præsenti. in 7.q.de censi. & latè per Mod. in d.c.nouit.de iud. vbi inferunt ad regem Galliæ & Hispaniæ, & adde quæ dicit iste, infra, circa finem.*

clesiastica, aut miserabili. Ego verò ita distinguerem, quod aut secularis, qui tulit sententiam, recognoscit superiorem, & tunc etiam si persona sit miserabilis, vel ecclesiastica, appellari debeat ad secularem,
a vt ibi iudicium finem accipiat,[a] ubi cœptū est. Nec obstat tex. noster: quia loquitur, quando consuetudo erat in loco, à sententia consulum appellare, vel ad Papam, vt patet in tex. ibi, dum dicitur, sicut hactenus seruatum est, &c. Si verò est inferior, non recognoscens superiorem, videtur maius dubium. Arbitror tamen dici posse, quod appellari posit ad Papam: quia saltem datur defectus superioris. faciunt ea, quæ dixi in præcedenti articulo, & tenet Dom. Antonius in c. cum Ioannes. de fide instru. per tex. nostrū. & in Authen. vt differentes iu. §. si vero. Sed tex. noster parum facit, vt infra subijciam. Et idem tenet Dom. Antonius, vt hic: multi tamē voluerūt quod isto casu, idem sit quod in Imperatore, per l. infamem. ff. de pub. iud. inducēdo, vt induxi in præcedenti casu, & dixi in c. 1. infra de malefic. vnde sicut ab Imperatore non appellatur ad Papam, vt infra subijciā: ita nec ab istis appellari debet ad Papam. Sed mihi non placet: quia longa est differentia inter vnum casum, & reliquum. Quare cum vacante Imperio ad quem appellandum erat, appellari posset ad Papam, vt statim dixi. Ita videtur dicendum in hoc casu: quia quò ad istum, qui non recognoscit Imperatorem, imperium quodammodo dicitur vacare. aut loquimur in Imperatore, & arbitror dicendum esse, quod non posit appellari ad Papam: etiam si sit persona miserabilis vel ecclesiastica, quæ litigabant coram Principe. & ratio sit, quia præsumitur pro sententia iudicis, vt in l. Herennius. §. Caia. ff. de euict. Et maximè Principis, secundum ea, quæ traduntur in c. quæ in Ecclesiarum. supra de consti. & per Cyn. in l. quoties. C. de preci. Impera. offe. vnde cum à sententia Principis de iure communi non appelletur, vt in l. 1. in prin. ff. à quibus appellare nō licet. agentes coram ipso, etiam si sint clerici, ligantur iure communi singulari: quia appellatio videtur potius inspicere ordinem & potestatem procedendi, quàm decisionem. & ideò seruamus ius ciuile etiam in clericis, vt latè dixi in c. quod clericis. supra eod. Secus autem est in inferiore, licet non recognoscat Imperatorem: quia non reperitur iure cautum, quod non posit appellari, & talis nō recognitio est potius de facto, per no. 10. distin. quoniam. & 86. dist. c. cum ad verum. & in c. solitæ. supra de maio. & obed. Et adde hunc casum ad hoc, quod dixi in Rub. ver. 8. & vide ad prædicta, quæ dicam infra, in fi.

13 ¶ † Quartus casus est, cum iudex secularis est suspectus, quia tunc associatur ei Episcopus, vt in authen. si verò. C. de iud. & in Authen. vt differētes iu
b di. §. si vero[b] traditur. 11. q. 1. in sum. quod singulariter limitat Hostien. in c. nouit. supra, de iud. quando recusatur iudex, qui est immediatè subiectus Imperatori, secus si in dicta prouincia est alius superior secularis: quia tūc debet adiri ille superior, & sequuntur hic Dom. Anton. & Doct. quod dictum est valde singulare, & memoriæ commendandum. & sic videtur dicendum, quod quando in ciuitate datur superior, si recusatur ordinarius inferior, adeūdus est superior, quamuis semper viderim contrarium practicari, & practicaueram ignarus huius singularis limitationis ad dictam authent. si verò. Et hac ratione idem arbitrarer, si in prouincia nō esset superior, sed Imperator esset in loco propinquo & vicino: ita, quod de facili posit adiri, & adde hoc ad id, quod dixi in Rubr. versi. 97.

¶ Quintus casus est ratione consuetudinis. tex. est hic, & sequuntur Host. & Doct. & Spec. in ti. de compe. iudi. adi. versic. 33. & probatur in c. ex transmissa. supra eo. secundum vnum intellectum. & in c. cum contingat. inf. eod. & ibi latius dicam. & adde quod dicam, infra post glo. fin. A. B. Facit quod no. Dominus meus in c. pen. de iura. cal. in fi. & ibi dixi, & probatur secundum vnum intellectum, in c. 2. de ordi. cog. & ibi per Dom. meum, in 1. oppo. post glo. & infra ver. 44. Ma.

¶ Sextus casus, quem etiam hic ponit gl. est, cum aliquid ambiguum fuerit difficile, inter iudices variatur. in c. per venerabilem. infra qui filij sint legitimi. tenet Speculat. in d. §. 1. versi. 22. & Hostien. in summa. eod. tit. §. 2. & dicit hic Petr. quod hoc facit ad quæ-
c stionem de duabus[c] quartis, &c. vt cum sit in ambiguitate opinionum legistarum, stetur interpretationi canonicæ.

14 ¶ † Sed tu aduerte: quia istud cōcludit, quod laici iudicantur à legibus ecclesiasticis, non à iudice ecclesiastico, prout quærimus. Item contra hoc dictum videtur tex. expressus in l. 1. C. de legi. vbi textus dicit, quod interpretatio dubiorū legalium spectat ad Principem, non ad Ecclesiam, quia eius est interpretari, cuius est denuo condere, vt in l. fin. C. de sententijs. & ideo quidam restringunt hoc dictū, quando ageretur de causa fidei, vel materia spectante ad Ecclesiam. argu. l. 1. C. de summa Trinit. & d. cap. per venerabilem. vnde dicit Dom. Antonius, & sequitur Dom. meus, quod pro interpretatione rectius & ordinatius recurritur ad Principem, si dubium est circa leges & causas seculares. Si tamen reperitur illud ab Ecclesia determinatum, sequēdum est & in foro seculari. Tu dic, quod si iudex potius vellet adire Principem, est in facultate sua: sed si non vult, debet sequi, quod determinatum est à iure canonico. Circa quod vide, quod tradit Barto. in extrauag. ad reprim. in verbo, per edictū. & quod latè dixi circa hoc in cap. 1. de ope. no. nun. Et adde prædicta ad id, quod dixi in Rub. vers. 27.

¶ Septimus casus est, in causis criminalibus ecclesiasticis, vel mixtis, de quibus etiam inter puros laicos ecclesiasticus potest cognoscere. de quibus latè dixi in c. cum sit. supra eo.

¶ Octauus casus est in alijs causis non criminalibus,

ADDITIONES.

a ¶ *Finem accipiat. Vt l. vbi cœptum. ff. de iud. ad eam tamen reg. vide 2. fal. per Fel. in c. ex tenore. ver. lex, vbi cœptum. supra de rescrip.*

b ¶ *Dicit tamen ibi Bal. quòd illa authen. de consuetudine non seruatur: vnde miror, quòd Maria. dicit se obseruasse practicam eius authent. antequam viderit do. Hostien. in c. nouit. & adde, quòd pars litigans potest petere, vt alius iudex sibi associetur, & nō Episcopus, vt concludit no. Sal. in l. apertissimi. in 2. col. C. de iu.*

c ¶ *De quibus latè per Bart. in l. iubemus. C. ad Trebel. & Ca. & Ab. in c. Raynal. & in c. Rayn. de testa.*

bus, quæ tamen de sui natura spectant ad cognitionem ecclesiastici, de quibus in cap. tuam. infra de ordine cog.

¶ Nonus casus est in causa fidei. 24. quæstio. 1. cap. quoties.

¶ Decimus casus est in causa matrimoniali, vt d. c.tuam.de ordi.cog.& ibi dixi in notabilibus.vbi posui plures rationes,& 10.dist. cap. 1. inf. de consang. & affin. in c.1.Spec.de comp.iud.adit.§.1.vers.21.Et adde ad id,quod dixi in Rub.versi.57.

¶ Vndecimus casus est in causa natiuitatis, vt in cap.causam. & cap.lator. infra qui fil. sint legit. & d. cap.tuam. & adde ad id, quod dixi in Rubr. versic. 72.& sequenti.

¶ Duodecimus ratione connexitatis, vt hic dicit glo.fin.& sic cognoscit de dote,prout incidit ad causam matrimonialem, vt in cap. de prudentia. infra de donat. inter virum. & per Dominum meum in cap.non est. infra de spon. & est bonus tex.in cap.accedens. el 2. & ibi dixi in vlt. no. infra vt lite non contesta. Item de hæreditate, prout dependet à natiuitate. de quo latius per Doctores in cap.1. infra qui fil. sint legit. & adde ad id, quod dixi in Rubrica, versi.21. Et ratione connexitatis, seu incidentiæ, iudex deputatus ad criminalia potest cognoscere de ciuilib. & econtra. l.solemus. §. latrunculator. ff. de iud. tradit Bald. in l. sed & loci. §. si dicantur. ff. finium regun.

¶ Decimustertius, in causa decimarum. infra de decimis, per totum.

¶ Decimusquartus, in causis mortuariorum à defunctis relictorum, secundum Hostiensem, & probatur in Authent. de ecclesiasticis titulis.§.si quis autem pro redemptione.

¶ Decimusquintus, in causa iuris patronatus Ecclesiæ, vt in cap.2.& cap.quanto. supra de iud.tetigi in Rubr. ver.60.

¶ Decimussextus, in causis feudalibus Ecclesiæ. de quibus latius dixi in c.ex transmissa,sup.eo.

¶ Decimusseptimus, in causis seruorum & rusticorum Ecclesiæ.de quibus dixi in c.1.supra eo.

¶ Decimusoctauus, in causis pœnitentium, dixi in cap.1.

¶ Decimusnonus, in causis Eremitarum, dixi in cap. primo.

¶ Vigesimus,in causis hospitalariorum, templariorum, & leprosariorum: licet sint laici, de quibus dixi in d.cap.1.

¶ Vigesimusprimus, in causis libertorum, pupillorum, viduarum, & miserabilium personarum: intelligenda tamen, vt dixi in cap. cum sit generale. supra eodem.

¶ Vigesimussecundus, in peregrinis, agricultoribus, & nauigantibus, quod declara, vt dixi in d. cap. cum sit.

¶ Vigesimustertius, in causa reconuentionis. 3. q.8.in c.cuius in agendo,de quo latius dicam in c.1. & 2.infra de mutuis peti.

¶ Vigesimusquartus, ratione administrationis assumpta à laicis de rebus ecclesiasticis. de quo tetigi post Dom. meum in cap.2.titu. supra 1.& vide quæ dixi in Rubr. ver. 1.

¶ Vigesimusquintus, in laicis collectantibus Ecclesias, vt in authent. item nulla. C. de sacrosanct. Eccles. & vide quod dixi in cap.cum sit.supra eod.

¶ Vigesimussextus, cum agitur vigore denunciationis Euangelicæ. de quo latè dixi in cap.nouit. supra titu.1.

¶ Vigesimusseptimus, cum agitur per clericum contra laicũ pro re Ecclesiæ,vel ipsius clerici,de quo dic,vt latius dixi in c.si clericus. supra eo.

¶ Vigesimusoctauus, ratione priuilegij, vt in c. cum contingat. inf. eo. & ibi videbimus.

¶ Vigesimusnonus, quando clericus agit contra laicum, in quibus casibus potius videtur esse reus, quàm actor in causa restitutionis in integr. in causa reductionis ad arbitrium boni viri, & simil. de quibus latius dixi in c.cum sit generale.supra eod.

¶ Trigesimus, ratione misturæ, quia sit conuenienda vniuersitas, in qua sunt clerici & laici, si modo sunt numero plures, aut saltem pares: secus si pauciores. Sed quidam in hoc vltimo contrarium tenent, de quo dic, vt latius dixi supra eod. cap.1. vers.decimaquarta declaratio.

¶ Trigesimusprimus, ratione promissionis factæ per laicum clerico,etiam de re temporali cõcernente tamen spiritualitatem, vt in cap.cum essent. & ibi traditur, infra de simonia.

¶ Trigesimussecundus,ratione cõsuetudinis,per quam in quacũque causa à clerico cõtra laicum impetrarentur literæ, secundum quod supra tetigi, & in c.si clericus. & ibi gl. & in c.ex transmissa. sup.eo. A.B. Et probatur in c.2. infra de ord.cog. secũdum intellectum, de quo ibi per Dom. meum, in prima opp.post glo.& probatur etiam in c.pen.supra de foro comp.secundum intellectũ,de quo ibi per Doct. & Dom.meum, in fi.opp. Ma.

¶ Trigesimustertius, ratione nullitatis processus iudicis secularis agitati inter clericum & laicum: de qua potest cognoscere etiam ecclesiasticus. in cap. fin. supra de iud. & in cap. cum ecclesia. supra de constitut.

¶ Trigesimusquartus, propter signa pęnitentiæ, quæ apparuerint in defuncto: propter quę Ecclesia potest exercere iurisdictionem in hæredes laicos,ad quod vide,quæ latius dixi in c.à nobis. el 2. infra de senten. excom.in fi.no.

¶ Trigesimusquintus,in omnibus criminibus ecclesiasticis, vel mixtis, vt vsurarum, adulterij, concubinatus, periurij, sortilegij, peccati contra naturam, fractæ pacis, assasinatus, & similibus. de quibus latius dixi in c.cum sit. supra eod.& tetigi supra in versic. septimus casus.

¶ Trigesimussextus, generaliter ratione cuiuscunque peccati,[a] secundum Lap. allegatione 70. tenet glo. in cap.cum sit. supra eodem.quod tamen declara, vt ibi dixi.

¶ Trigesimusseptimus,in omnib. casibus,in quibus dixi, quem sortiri forum alienum ratione delicti vel contractus, de quibus latius videbimus in c. dilecti, & in c.postulasti. infra eo.

¶ Trigesimusoctauus,in omnib. cõcernentib. totius Christianæ religionis decorẽ, vt in c.Iudæi.inf. de testi.

ADDITIO.

a ¶ *Peccati. Adde, & ratione peccati, vt in d.cap.nouit. vbi Decius, in 9. not. de iud.*

de testi. & ibi D. meus, & in Clemen. de testi. & ibi Pau. Zanzel. & Matthæus, & ibi dixi. & in cap. 1. de homi. lib. 6. 23. q. 4. in c. displicet.

¶ Trigesimusnonus sit in omnibus casibus, in quibus reperitur, quòd iudex ecclesiasticus possit excommunicare: quia etiam in illis poterit cognoscere inter puros laicos, quod tamen intellige secundum ea, quæ dixi in d. c. cum sit.

¶ Quadragesimus, ratione violentiæ in rebus ecclesiasticis: vt in cap. pen. de immu. eccl. secundum vnum intellectum, de quo ibi per D. meum, in fi. & probatur etiam in c. 2. de ord. cogno. secũdũ vnum intellectum, de quo ibi per Dominum meum, in 1. oppo. post glo.

¶ Quadragesimusprimus, rõne cõnexitatis causæ: & ne cõtinentia causæ diuidatur. ad quod vide, quod dixi in c. fi. ĵ. de mutu. peti. in 11. prin. art. fal. 8.

¶ Quadragesimussecũdus, si nõ fuerit exceptus, vt probatur c. 2. de ord. cog. secundum vnum intellectum, de quo ibi per Dom. meum, in prima oppo. post glo. & sic ratione prorogationis, de qua infra eod. c. significasti.

¶ Quadragesimustertius, ex generali consuetudine, secundum quam clericus conuenit laicum coram Papa, vel delegato ab eo, vt in c. 2. de ord. cog. secundum vnum intellectum, de quo ibi per Dominũ meum, in 1. oppo. post gl. vide supra, vers. 10.

15 ¶ † Sed contra prędicta opponitur, & videtur, ꝙ Papa nõ possit de iure merè temporali cognoscere & iudicare inter puros laicos: nec videtur iuribus Papæ credendum in hoc, cùm illa sint per eum statuta in suum fauorẽ, vt in rubro & nigro. C. ne quis in sua causa iud. & in l. de ætate. §. 1. ff. de interrog. ac. 13. q. 2. in §. 1. Sol. Dicit hic Inno. quem sequuntur Doct. quòd si illi, qui hoc dicunt, diligenter attendant, non euadunt culpam sacrilegij. & ad probandum, quòd Papa possit se impedire, probat per hunc discursum. Deus à principio creauit cœlum & terram, & omnia quæ in eis sunt: & Angelicam naturam, & spiritualia, & temporalia: quæ omnia per seipsum rexit & gubernauit: & homini, quem fecerat, præcepit: & transgredienti, pœnam imposuit, vt hæc habentur Gen. 1. & 2. ipsis etiam peccantibus pœnam per seipsum imposuit Adæ & Euæ, vt habetur Gen. c. 3. & ibi etiã habetur, qualiter per seipsum puniuit Cain & Lamech, & quosdam alios, vt habetur ibi, 4. & 5. cap. & sic per seipsum rexit vsque ad Noe, cuius tempore cœpit gubernare & regere per ministros suos, quorum primus fuit Noe, quod ex eo ostẽditur: quia Deus eidem commisit gubernationem arcæ, per quam Ecclesia significatur, vt habetur Gen. 5. & 6. & etiam 9. capit. vbi traditur, ꝙ dedit Rectoriã & Legem Noe, & filijs suis. & licet non legatur, ꝙ Noe fuerit Sacerdos: tamen statim post egressum arcæ, exercuit officium sacerdotis, & leges dedit populo, vt etiam habetur Gene. cap. 8. quod officium sacerdotis Abel & Cain priùs exercuerũt. In hac autem rectoria & vicaria, successerũt Patriarchæ, Iudices, Reges & Sacerdotes, & alij, qui pro tempore Iudæorum regimini præfuerũt: & sic processum fuit vsque ad aduentum Iesv Christi, Redẽptoris nostri, qui cùm esset naturalis & verus Dominus, & iudex iustus, iuxta illud Psalmistæ, Iuxta iudicium tuum, &c. & Esa. 24. cap. Dominus Legifer noster, qui Iesv Christi vicarium suum constituit Petrum & Successores suos, dum dixit: Pasce oues meas. Et rursus, Tu es Petrus, &c. Et licet in multis distincta sint officia & regimina mundi: quandoque tamen necessarium est recurrere ad Papam, siue sit necessitas iuris, quia alius non est Iudex seu superior: siue facti, quia de facto minores iudices, vel non possunt, vel nolunt iudicia exercere, vt supra latiùs dixi. Quid autem sit de Iudæis, Sarracenis, Gentilibus, Schismaticis, & similibus, quomodo pertineant ad iurisdictionem Papæ, Innocentius hic, & Ioannes Andræas remittunt ad nota. per eos in cap. quòd super his. inf. de voto. & sunt quasi formalia verba Innocen. & Ioan. Andr. quæ etiã formaliter sequuntur dominus Antonius, & Dominus meus hic. Glo. fin. format contrarium, & de materia recusationis remittit. In ea. glo. ibi, locali. & dic, & sic habes vnam solutionem: sed Glo. hic dat aliam solutionem dicens, quòd hoc est intelligendum, quando superior aditur per appellationem: vtputa, consules recusati nihilominus procedebant, & hoc probat litera nostra, quæ dicit, sicut superiùs est expressum: quasi per appellationẽ causa deuoluatur ad eos, vt supra dixi. Et hæc solutio satis placet Domino meo. Sed mihi non placet: quia litera videtur contrariari, dum vult, quòd probata suspicione coram arbitris, recurratur ad Episcopum, vel ad Papam, vnde datur tertia solutio secundum Gofred. vt tex. noster intelligatur secundum iura contraria: videlicet, quòd recurritur, nisi causa committatur per recusatum. quæ solutio non videtur bona, nisi essemus ante electionem arbitrorum, de quo tamen dic, vt latiùs dixi in capitu. si quis contra. supra eo. & dicto capitu. cum speciali. vnde datur quarta solutio, secundum Vincentium, quòd sufficit, quòd iudex secularis per se non possit causam cognoscere ad hoc, vt fiat transitus ad ecclesiasticum: vix enim contingeret, quòd per alium posset cognoscere. quæ solutio non placet Domino meo, nec mihi, per not. in dicto capitu. si quis, & capitu. cum speciali. vnde datur quinta solutio, secundum Hostien. quòd tex. noster procedat de consuetudine, & hoc sentit glo. & mihi placet. secundum eum dici potest, quòd contraria procedunt, cùm recusatur Episcopus propter excellentiam dignitatis: secùs quãdo recusatur minor, quæ solutio non placet Domino meo, nec mihi: quia nimis restringit cap. cùm speciali. & ideo, iudicio meo, melior est solutio glo. iuncta prima solutione Hostiensis, vt in effectu hęc decretalis procedat ratione localis cõsuetudinis, quæ sic habebat, quæ circa iurisdictionalia multum operatur, vt latiùs dicam in cap. cùm contingat. infra eod. Et adde, quæ dicam in solutione sequentis contrarij, sed contra hunc tex. in fi. opponitur aliter: Nam tex. iste loquitur de iudice temporali, seculari, & ordinario: ergo videtur, quòd nõ possit recusari in totum: nec quòd debeant eligi arbitri: Sed quòd adiungatur Episcopus loci, vt in authen. si verò. C. de iudicijs, & in corpore vnde sumitur. Cuius contrarium hic dicitur. Sol. Domi. Anto. hic dicit, quòd consuetudo tribuens iurisdictionẽ in causa appellationis, extenditur ad causam recusationis, quæ iudicatur à pari, vt in c. super eo. el 1. infra de appel. quæ solutio non placet Domino

meo,

meo, quia præscriptio tanquam odiosa, non debet extendi, vt in cap. cum olim, & in c. auditis. infra de præscript. Nec obstat parificatio prædicta, quia parificatio non est per omnia, sed duntaxat in quibusdam casibus, vt est tex. in cap. si contra vnum. de offic. deleg. lib. 6. dixi latè in d. c. super eo. Et maximè in casu nostro, quia in appellatione aditur superior, tàm de Iure Canonico, quàm Ciuili, quod non contingit in recusatione: quia Iure Canonico eliguntur arbitri, vel causa committitur, vt d. cap. cum speciali. infra de appellatio. & in cap. si quis contra. sup. eodem. Sed Iure Ciuili, in ordinario adiúgitur Episcopus, vt dixi, sed in delegato seruatur dispositio l. cum speciali. & l. apertissimi. C. de iud. Item in parificatis, non debet fieri extensio quò ad præscriptionem, secundum Dom. meum, de quo tamen dic, vt latius dixi in c. cum ex iniuncto. infra de hæret. & in disput. mea, quæ incipit, A. sacrosanctæ: vnde Do. meus soluit aliter, videlicet, vel quòd hoc erit consuetudo, vt sentit glo. quæ consuetudo habebat, ꝙ consules recusati, probata suspicione nõ possent cõmittere. Sed hæc solutio propriè non soluit cõtrarium: quia contrarium loquitur, quòd debebat dari adiunctus, & non deberent eligi arbitri. vnde datur secunda solutio per eum, videlicet, quòd tex. noster loquitur, quando fuit appellatum ex eo, ꝙ consules nolebant admittere recusationem, vt habetur in fi. literæ, quasi sentiat, quòd postea coram Episcopo ad quem, appellabitur, probata iustitia appellationis, electi fuerunt arbitri, quæ solutio mihi non placet: quia hic nihil dicitur de appellatione: imò dicitur, quòd proposita recusatione, & electis arbitris, & probata suspicione coram eis, recurrẽdum est ad Episcopum: quia consules non admittebant recusationem: nec videbatur propter hoc, quòd essent eligendi arbitri: quia aut iudex ad quem, iudicabit appellationem iniustam, & poterit remittere ad iudicem à quo: aut iudicabit eam iustam, & hoc casu, vel ipse debuit posse cognoscere, vel iudicare, quòd esset locus adiuncto. vnde Dom. meus dat tertiam solutionem, quæ sumitur ex lectura Hostiẽsis, quòd iste locus erat subiectus Ecclesiæ, quò ad iurisdictionem temporalem, ex qua solutione habes vnam singularem limitationem ad dictam authent. [a] si verò. videlicet, quòd procedat in ordinarijs secularibus in terris imperij: Secus in terris Ecclesiæ. facit, quod in simili no. in cap. si duobus. infra de appell. quæ solutio satis placet in se, quantum ista ciuitas simpliciter fuisset concessa Episcopo in temporalibus, & nõ in feudum. Sed in quantum fuisset concessa in feudum, videtur seruanda originalis natura ipsius feudi, & non accidentalis, vt dixi in cap. ex transmissa. supra eodem. facit, quod dicam in sequenti contrario. hæc tamen solutio continet diuinationem: vnde ego arbitror, quòd vera solutio sit, quòd totum hoc operabatur consuetudo, vt innuit textus noster, dum dicit, sicut superius est expressum, quę consuetudo hoc totum habebat, quòd recusatis consulibus eligerentur arbitri, & probata suspicione coram ipsis, recurreretur ad Episcopum, vel Papam, & sic est plana. facit quod statim dicam in sequenti contrario, vel possumus soluere dando vnam aliam singularem limitationem ad dictam authenticam, si verò. intelligendo, ꝙ Episcopus est dominus temporalis hoc modo, videlicet, quòd cum in ciuitate essent consules, qui tenebant locum superioris temporalis, sed non esset alius superior secularis, sed ecclesiasticus, scilicet Episcopus: quia si esset superior secularis in loco, non haberet locum authentic. si vero. quòd adiungeretur Episcopus, secundum quod supra dixi secundum Hostiensem, in versiculo, quartus casus. vnde hoc casu eligatur quædam media & mixta via, vt recusato seculari ordinario, eligantur arbitri, & probata suspicione, recurratur ad Episcopum, vel ad Papam. sed tamen plus mihi placet præcedens solutio, quæ iudicio meo, est verior.

¶ Vltimò opponitur contra textum de notatis
16 in cap. si duobus. infra de appellat. † vbi dicitur, ꝙ à seculari nõ appellatur ad Papam: nisi secularis sit de temporali iurisdictione Ecclesiæ. Sol. Innocentius hic dicit, quòd Episcopus poterat appellari iure speciali ratione consuetudinis: Papa vero iure imperij: quasi velit dicere, quòd Papa succedit, vacante imperio. vnde sicut appellaretur ad Imperatorem, si non vacaret: ita nunc vacante imperio appellaretur ad Papam, qui succedit in locum ipsius. Sed contra hoc fortiter obstat textus, dum dicit præsertim, & sic includit, quòd idem esset, si non vacat imperium. Sed posset exponi præsertim [b] id est, tantum, vt habetur undecima distinct. cap. illud. cum suis Concordantijs, secundum Vincent. & Gofred. Sed tunc fortiter obstat, si enim Papa solum poterat cognoscere loco Imperatoris: ergo sicut ad Imperatorem gradatim est appellandum, vt dixi supra in tertio casu. Ita videtur dicendum hoc casu, quòd Papa succedit in locum ipsius, per regulam, is, qui in ius. de regul. iur. lib. 6. & sic videbatur prius appellandum fuisse ad Episcopum. Sol. Vincent. & Ioannes Andreas dicunt, quòd dum textus dicit, de Papa, debet intelligi, quando Episcopus non exhibebat iustitiam, fortè propter metum consulum, vel secundum Vincent. loquitur fortè in grauioribus causis, de quibus non recognoscit Episcopus, prout habetur in capitulo, vt debitus. in fi. infra de appellatio. Domin. Anton. hic dicit, quòd postquam iurisdictio defertur hic à seculari ad ecclesiasticum ratione consuetudinis, consuetudo prædicta sic deferens interpretari debet secundum qualitatem eius, ad quem defertur. Et sic cum de Iure Canonico appellari posit omisso medio: ita & hoc casu, ecclesiasticus recipiens hanc iurisdictionem, eam recipit cum dicta qualitate, quæ ratio non placet Domino meo, & bene: quia si cõsuetudo erat, quod appellaretur ad Episcopum: ergo non poterat appellari ad Papam: quia aliàs consuetudo & præscriptio extenderentur: quod esse non debet, vt supra dixi. Nec obstant iura, quæ volunt, quod de Iure Canonico appellari posit, omisso medio: quia procedunt de Iure Communi, non autem de iure speciali, & per hanc rationem reprobatur aliud dictum. Dom. Antonij dicentis, quòd hoc

ADDITIONES.

a ¶ *Alias fall. ponit iste sup. in 4. colum. & ibi dixi.*

b ¶ *Præsertim id est, tantum. similem facit glo. in c. ad abolendam. §. de filijs præsbyt. in ver. maximè.*

hoc casu, à quolibet grauamine licitum est appellare: quæ reprobatio mihi placet, in quantum loquceremur de grauamine iudicis secularis: secus si de grauamine illato per Episcopum, quia tūc inspiceretur locus & qualitas tribunalis iudicij agitati, cum appellatio ante sententiam respiciat ordinatoria iudicij. Hostiensis verò hic sentit aliam solutionem, videlicet, quòd ideo hic appellatur ad Episcopū, quia Episcopus est dominus ciuitatis Vercellensis, quia eam tenet in feudum ab Imperatore, quod dictum non est verum, vt patet ex his, quæ dixi in c. ex trāsmissa. sup. eo. quia si ciuitas ista ita fuisset concessa in feudum, non appellaretur ad ecclesiasticum, sed ad secularem superiorem, & si consules erant constituti ab Episcopo, appellandum erat ad Episcopum de iure, tanquam ad superiorem, & non de consuetudine, prout hic dicitur in textu. Si verò ciuitas fuisset concessa simpliciter, & nō in feudum, & sic non esset feudalis, vt dixi in d. cap. ex transmissa. tunc ab Episcopo, tanquam à quolibet ecclesiastico, appellaretur ad Papam, omisso medio, vel ad proximum superiorem, quia idem est in hac iurisdictione, sicut in qualibet iurisdictione ecclesiastica, vt in c. Romana. §. debet. de appell. lib. 6. & quod no. per Innoc. in c. solitæ. de maior. & obe. & in c. 1. de iu. pa. li. 6. Et sequitur hic Ioan. de Lig. Ego tamen arbitror, quòd quantum ad intellectum istius c. in quantum tex. dicit de consuetudine, & postea subdit, præsertim vacante imperio, quòd tex. debeat ita intelligi, videlicet, quòd consuetudo erat, quòd à sententia consulum appellaretur ad Episcopū, vel ad Papam. Et sic consuetudo habebat, quòd erat in potestate appellare ad alterum, vel ad alterum. Et subditur in tex. q talis consuetudo, præsertim vacante imperio, seruanda erat, & sic tex. stat propriè.

17 ¶ † Vtrum autem cessante consuetudine, à seculari appellandum sit ad ecclesiasticum propter defectum Imperatoris ita, vt appellatio assumat qualitatem ecclesiasticam, Do. meus hic tenet, quod sic, vnde poterit appellari ad proximum superiorem, & etiam ad Papam, omisso medio. Nam cum Papa iure proprio habeat iurisdictionem temporalem in habitu, vt supra dictum fuit, & desit sibi exercitium,
a quod reassumit, vacante [a] imperio: illud videtur reassumere iure proprio, non autem tanquam subrogatus. facit quod no. in c. 1. infra de pign. & quia res de facili reuertitur ad naturam suam. 35. di. c. ab exordio. cum si. Et hæc adde ad ea, quæ dixi supra eo. c. in 3. casu principali.

ADDITIO.

a ¶ *Vacante imperio. Card. hic negat hoc commune dictum omnium: quia hoc esset turbare imperium & iurisdictionem eius, contra illud, quod ipsemet Papa in c. nouit. supra titu. protestatur, & de hoc vide hic Moder. in fi. & adde const. Ioannis 22. in extrauag. incip. si fratrum coepiscoporum more.*

SVMMARIVM.

1 *Vidua, quando laicum coram ecclesiastico conuenire possit.*
2 *Superior secularis præcipere potest subditis, ne coram alio iudice litigent.*
3 *Superior secularis ad instantiam laici conuenti, præcipere potest actori subdito.*
4 *Literæ impetratæ ad petitionem personæ miserabilis, an valeant.*
5 *Literæ impetratæ à puris laicis ad iudicem ecclesiasticum, quando valeant.*
6 *Vidua, quæ verè dicatur.*
7 *Vidua dici potest, virum inutilem habens.*

EX TENORE. Vidua laicum coram ecclesiastico conuenire non potest, nisi super causa ecclesiastica, vel in defectum iustitiæ secularis. h. d. Et primò ponitur Comitis con questio. Secundò Papæ prouisio. secunda ibi, nos igitur. Quæ tria facit, primò causam reddit, secundò mandat supersederi ibi, mandamus, cum duobus casibus exceptis.

1 ¶ † Primò no. quòd licet vidua sit sub protectione Ecclesiæ, non tamen potest conuenire laicum coram ecclesiastico, nisi data negligentia iudicis secularis. Et aduerte: quia ad hoc vt possit conuenire laicum, aut literas impetrare ad ecclesiasticum: videtur sufficere, quòd suus iudex sit negligens, licet ipsius iudicis superiores non sint negligentes, & hoc ratione fauoris ipsius viduæ, aut miserabilis personæ, secus in alijs, quia tunc exigeretur non solùm negligentia iudicis proprij, sed etiam aliorum superiorum, secundum Innocentium, in cap. significantibus. supra de offic. delega. Petrus tamen & Abbas hic videntur idem tenere, etiam in qualibet alia persona vidua, vel miserabili. mouentur per textum nostrum, qui dicit, iudicem, & sic loquitur indefinitè, & non dicit, comitem: quia fortè Rex Franciæ, qui est superior ipsius comitis Britanniæ, erit etiam requirendus. In contrarium tamen opponunt de cap. ex transmissa. supra eodem, & non soluunt. Domin. Anton. hic, quem sequitur Ioannes de Imola, tenet primum dictum Innocentij, per textum nostrum, qui loquitur in singulari, & non in plurali, & mihi plus placet. Moueor etiam, quia ideo prouidetur viduæ & alij miserabili personæ, vt sine difficultate possit in loco iustitiam consequi, & sic ne compellatur extra locum egredi ad alienas curias, & adde prædicta ad ea, quæ dixi in cap. præcedenti, in glo. 1. in fi. primi casus.

2 ¶ † Secundò no. quòd secularis superior potest præcipere subditis, ne litigent coram alio iudice, & sic potest impedire prorogationem subditorum in alium iudicem. de quo latius videbimus in cap. significasti, infra eod.

3 ¶ † Tertiò no. quòd secularis superior ad instantiam laici conuenti potest præcipere actori subdito, ne illum trahat coram alio iudice. quod tamen intellige, dum modò qualitas causæ aliud non inducat, vt hic.

¶ Quartò no. quòd ex eo, quòd quis sit persona miserabilis, non tamen debet alij iniustitia fieri propter eam. 14. q. 5. in cap. denique. facit l. assiduis. C. qui po. in pign. hab.

4 ¶ † Vltimò no. quòd literæ impetratæ ad petitionem personæ miserabilis, non oppressæ, nec pauperis: non sunt nullæ ipso iure, nec statim sortiuntur effectum. Sed demandata negligentia secularis,

ris, de quo dic, vt latius dictum fuit in cap. præceden. in glo. 1.

Glo. 2. colligit, quòd causæ viduarum & miserabilium personarum principaliter spectāt ad forum secularem, nisi tales personæ sint oppressæ: quia sunt sub protectione iudicis ecclesiastici, & vltimo loco enumerat glo. quasdam causas ad ecclesiasticum forum pertinentes.

¶ In ea. glo. ibi, & aliarum miserabilium personarum. dic, Quæ autem dicantur miserabiles personę, traditur in l. vnica. C. quando Imperator inter pupillas & viduas, & ibi per Do. & per Azo. in summa eiusdem titu. vbi dicitur, q tales sunt senes, decrepiti, diuturno morbo fatigati, viduæ, pupilli, & generaliter omnes, quibus natura mouemur ad miserandum propter mutatam in eis fortitudinem & sanitatem, vide gl. 12. quæst. 2. in c. 1. 87. dist. per totum. 23. q. 5. eo. regum. vnde Bart. concludit in d. l. vnica. q hoc relinquēdum est arbitrio iudicis, & sequitur ibi Bald. quòd fortè limitandum est in alijs personis non expresè declaratis à iure, q sint miserabiles. in fi. gl. dic, vt latius dixi in c. cū sit, & in c. licet. sup. eo. Glo. pe. quærit, quæ sint causæ quæ pertinent ad forum ecclesiasticum, & soluit enumerādo plures: de quibus, & alijs plurimis dixi in c. præced. & in c. cum sit. supra eo. Glo. fi. quærit, Vtrum isto comite, & sic iudice seculari negligente, iudices isti impetrati procedere debeant vigore priorum literarum vel secundarum: hoc est, huiusmodi mandati Apostolici in fi. tex. nostri positi, & soluit, & interserit contrarium, quod non soluit.

¶ In ea. gl. ibi, non valet, dic, scilicet ope exceptionis, valent tamen ipso iure. Secus si ipso iure non tenerent, & ita loquitur contrarium allegatum in glo. in versi. ar. contra.

¶ In ea. glo. ibi, per negligentiam. dic, & sic, quòd si secularis iudex pronunciaret, quamuis sentētia ipsius esset iniusta, delegati non possent se intromittere, cum tex. noster velit solam negligentiam suppleri, secundum Vin. Pe. Egidium, & Io. An. facit c. ex transmissa. supra eod.

5 ¶ † In ea. glo. ibi, & sic literæ istæ sunt in pendenti. dic, & an, & quando literæ impetratæ à puris laicis ad iudicem ecclesiasticum sint nullę à principio, vel valeant, vel sint in pendenti, tangunt hic Dom. Ant. & Io. Cal. ego latius dixi in c. præce. in gl. 1. Extra glos. oppono, primò in eo, quod tex. dicit, q hic agebatur super hæreditate, & Papa mandat supersederi, nisi causa sit talis, quæ pertineat ad iudicem ecclesiasticum: quia hoc nō videtur posse procedere: quia causa hæreditaria nullo modo videtur pertinere ad iudicem ecclesiasticum, vt inf. de ord. cog. cap. tuam, & inf. qui fil. sint legit. c. causam. el 2. Sol. Hostien. timore contrarij exponit hæreditatem, id est, re hæreditaria sibi in dotem concessa, vel legata, vel ex succesione sibi delata. Et per hunc modum pōt agi coram ecclesiastico. ar. ff. de iud. in l. quod legatum. Dos enim potest intelligi hæreditas mulieris, quia suum patrimonium appellatur, vt in l. 3. §. sed vtrum. ff. de mino. de quo potest Ecclesia cognoscere, vt infra de donat. inter virum. in c. de prudentia. maximè quādo vidua repetit dotem, vt in c. nuper, eod. tit. Item ratione testamenti potest spectare ad Ecclesiam, infra de testamen. capitulo, qui nobis. de quo dic, vt ibi. aliàs Ecclesia non potest se intromittere de hæreditate, vt in contrarijs supra formatis: & ideo textus dicit, nisi causa sit talis. Ego arbitror posse textum intelligi ratione connexitatis, seu incidentiæ, vt quia ratione hæreditatis incidat quæstio natiuitatis, vel matrimonij: propter quod pertineret ad iudicem ecclesiasticum, vt dicit gl. præcedēs, vt dixi in c. præcedenti. Posset etiam & tertio modo intelligi, quòd Papa in hac exceptione non intendit referre se ad casum præmissum, sed excipiendo dare regulam generalem, quòd ecclesiasticus non potest se intromittere inter puros laicos: etiam si ex vna parte sit vidua, vel miserabilis persona: nisi sit talis causa, quæ pertineat ad ecclesiasticum, vt sentit glo. præcedens.

Secundò principaliter opponitur contra textum in quantum dicit, quòd alijs iniustitiam facere non debemus: quia imò videtur, q Princeps posit concedere priuilegium, cum iniustitia & præiudicio alterius, vt no. in c. suggestum. infra de decimis. & in l. quoties. C. de preci. impe. offe. Sol. Dicit Vincen. & Phi. q contraria intelliguntur in leui præiudicio, sed textus noster debet intelligi de graui præiudicio: sed quia non est materia nostra, vide in dictis iuribus, & per glo. 25. quæst. 2. cap. rescripta. & quod traditur maximè per Dom. meum, in c. quæ in ecclesiarum. de constit.

6 ¶ † Postremò quærit hic Phil. quę dicatur vidua. & soluit, quòd dicitur illa, cuius maritus mortuus est, 33. di. cap. vidua. quod procedit, secundum Dominum meum, ex cōmuni vsu loquendi, secundum quem vidua dicitur, quæ orbata est viro, à quo fuit recognita. Sed ex propria significatione, & ex ethymologia vocabuli dicit, quod dicitur etiam illa, quę nunquam habuit virum. nam dicitur à ve, quod est sine, sicut vecors, quasi sine corde, & vesanus, quasi sine sanitate, vt est tex. in l. malum. §. vidua. ff. de verborum signific. & vide glo. 88. dist. c. 1. & hoc modo latè sumpto vocabulo, vidua, potest dici, quælibet miserabilis persona: tu dic quod strictè & propriè non videtur dici posse vidua, nisi illa, quæ orbata est viro: nam viduare idem est, quod separare & diuidere, & ideo vidua dicitur quasi à viro diuisa, seu separata. Et ita potest intelligi glo. 1. quæst. 2. §. sed opponitur. Quandoque tamen sumitur pro cognita, & quandoque pro non cognita, vt est tex. cum glo. in verbo, Viduæ. in cap. debitum. de biga. & traditur in l. 2. C. quando Imperator inter pup. & ibi per Azo. in sum.

7 † Potest etiam dici vidua, secundum aliquos, quę habet virum, sed inutilem. facit tex. in cap. 2. de transl. Præla. & dicit Bal. no. in auth. donationem. C. de secund. nupt. quod illa dicitur vidua, quæ defunctum virum honorat: non quę inhonestè viuit, per textum in Authentica de nupt. §. quæ vero. pro quo allego, quod no. in simili, in cap. cum. de præbend. lib. 6. Nam sicut ibi non debet esse melioris conditionis violentus possessor, quam posidens beneficium mixtè, ex titulo; & sic sponsam: ita & hic, sicut sumens alium virum amplius non dicitur vidua. Ita longè minus debet dici illa, quæ post mortem viri alijs viris se inhonestè immiscet, & prædicta notabis ad interpretationem vltimarum voluntatum defunctorum, & etiam statutorū loquentium de viduis.

SVMMARIVM.

1 *Diligentia ad omne exercitium necessaria.*
2 *Doctor opinionem propriam relinquens, qualiter se excusare debeat.*
3 *Concilia vniuersalia, vt canones allegari possunt.*
4 *Clericus coram seculari non potest conueniri.*
5 *Pactum priuatorum nõ valet in praeiudicium Reipub.*
6 *Priuatus, quis dicatur.*
7 *Fauori publico non potest renunciari.*
8 *Iuramentum emissum contra legem ad publicum editam fauorem, non ligat iurantem.*
9 *Iudicia secularia, quare dicantur publica.*
10 *Clericus clericum trahens ad forum seculare, qua afficiatur pœna.*
11 *Ordo in consilijs dandis, vel disputationibus faciendis, qualis seruari debeat.*
12 *Iuri diuino renunciari non potest.*
13 *Iuri naturali, quare non possit renunciari.*
14 *Iuri positiuo certam solennitatem inducenti, non potest renunciari.*
15 *Cursui instantiae causae principalis à iure ciuili inductae, renunciari non potest.*
16 *Facultati per testes probandi non potest renunciari.*
17 *Priuilegio per legem commissoriam inducto, nullus renunciare potest.*
18 *Minor non potest beneficio aetatis renunciare.*
19 *Ecclesia, an possit beneficio restitutionis in integrum renunciare.*
20 *Conuentio priuatorũ est nulla, vbi interesse publicum, & priuatum sunt connexa.*
21 *Institutus à debitore communis, non potest renunciare haereditati in praeiudicium fisci.*
22 *Iuramentum contra bonos mores emissum, non est obligatorium.*
23 *Trahens aliquem ad vetitum examen, quando & qua pœna afficiatur.*
24 *Pœnam trahentibus ad vetitũ examen statutam, quis incurrere dicatur.*
25 *Pœna quae, & quanta sit trahenti alium ad vetitum examen imponenda.*
26 *Actor trahens reum ad examen vetitum, an perdat causam ipso iure.*
27 *Practica seu modus procedendi contra actorem ad vetitum examen trahentem, qualis, & num. seq.*
32 *Reus patiens se trahi ad vetitum examen, qualiter puniatur.*
33 *Pœna patientis se trahi ad examen vetitum, quando habeat locum & contra quem, & in quibus causis, & in quantum, & quando licitè sit pœnitere, vt euitetur, & num. seq.*
38 *Reus ad examen vetitum tractus, qua cautela vti debeat, vt trahens in pœnam incidat.*
39 *Actor & reus, quibus rationib. excusentur à pœna trahentis, & se patientis ad vetitum examen trahi.*
40 *Iudex citari faciens ad vetitum examen, qua sit afficiendus pœna.*

SI DILIGENTI. Clericus non potest sibi laicũ iudicem constituere, etiam si proprium iuramentum & aduersarij consensus accedat. h. d. & pars istius habetur in cap. si diligenti. infra de praescript. Diuiditur in quinque partes. Primò ponitur falsa opinio Archiepiscopi Pisani. Secundò ipsius reprobatio: ibi, immemor. Tertiò conclusio: ibi, manifestè. Quartò, vnius obstaculi remotio: ibi, cum non sit. Quintò ad aliud obstaculum responsio: ibi, nec iuramentum.

1 ¶ † Primò no. quòd tu scholaris,[a] qui non es di-
a ligens, & parum vis stare in scholis, eris immemor istius decretalis & aliorum: quia per diligentiam fit memoria: vigilantibus enim & non dormientibus iura subueniunt, & omne artificium per exercitium suscipit incrementum, vt in l. legatis. §. ornatricibus. ff. de lega. 3.

2 ¶ † Secundò no. ibi, ad haec tempora tenuisse, ꝙ Doctor, qui tenuit vnam opinionem, quam postea reperit falsam, debet dicere, licet vsque ad haec tempora sic tenuerit, tamen veritas se habet in contrarium: quia ẽt Imperator non dedignatur leges suas corrigere, vt in Authen. de nupt. circa prin. & ad idẽ c. magnae. de voto. quia humanum est peccare, &c. tamen prudenter debet emẽdare sub aliqua palliatione. ad quod vide, quod notabiliter dixi in c. qualiter. el 1. infra de accus.

¶ Tertiò no. ex eisdem verbis, pro communi vsu loquendi, secundum quem quotidie dicimus, talis gl. & talis Doctor tenet talem opinionem. Sed magis proprius modus loquendi esset, vt hic sentit Pet. videlicet, talis Doctor est in tali opinione.

3 ¶ † Quartò ibi, concilij, quòd concilia vniuersalia possunt allegari, vt canones, & idem no. in Authen. de Eccle. ti. in prin.

4 ¶ † Quintò no. quòd clericus non potest conueniri coram seculari, sed debet conueniri coram ecclesiastico, quamuis agatur pro re merè profana. Ex quo infertur, secũdum Dom. Ant. quòd tex. noster procedit, siue agatur actione personali, siue reali, de quo infra subijciam.

5 ¶ † Sextò no. quòd pactum priuatorum non valet in praeiudicium eorum, quę statuta sunt ad publicam vtilitatem: secus si essent statuta in merum fauorem ipsorum priuatorum, de quo latius dicam in
b gl. 1. & ex hoc & ex tex. infert Do. meus contra gl.[b] in Rubr. C. de decre. decu. lib. 10. quae dicit, ꝙ illud potest fieri per pactum, quod potest fieri per statutum. Nam hoc reprobatur hic, cum per pactum nõ possit derogari iuri publico, & tamen potest per statutum, nisi sit de reseruatis Principi, vel contra bonos mores, vt no. Barto. in l. omnes populi. ff. de iustit. & iu. Sed tu aduerte: quia licet illa glo. ita communiter allegetur, tamen hoc non dicit: sed vult, quòd valeat. ar. negatiuè, hoc modo: non potest fieri statuto, ergo nec pacto, aut consuetudine. Et haec argumentatio valet, quia à superiore ad suum inferius valeret etiam affirmatiuè: hoc modo potest hoc fieri pacto: ergo non potest fieri statuto, ergo nec

ADDITIONES.

a ¶ *Scholaris. Adde Ro. in sing. 359. tu habes Senis multos Doct. vbi dicit, ꝙ verbum stude, aedificat memoriam. alibi Cicero in .. Rhetoricorum, memoria nisi exerceatur, citissimè rubiginem contrahit.*

b ¶ *De ista glo. vide etiã latè per d. Abba. in c. sacrosan. in 3. no. sup. de elect. & adde Old. in cons. 146. vbi dicit, quòd id, quod fieri potest per priuilegium, potest fieri per consuetudinem.*

nec pacto: quia statutum dat iurisdictionem, & nō pactum, vt in l. priuatorum. C. de iurisd. omn. iudic. Item per statutū potest tolli ordo iudiciarius, & non per pactum, vt infra subijciam. & vide per Bald. in l. quisquis. C. ad l. Iuliam maiesta. & per glo. in Rubr. C. quæ sit longa consue.

6 ¶ † Septimò no. ibi, in priuatorum, quòd priuatus dicitur singularis persona, sicut capitur hic secundum Dominum meum, aliàs autem dicitur priuatus, qui non est in dignitate cōstitutus. In quo etiā habet locum tex. noster, in quantum esset clericus sine dignitate, 24. q. 1. c. qui cōtra pacem. quinimò etiā clericus in dignitate constitutus, non potest pacisci, vt tāquam reus litiget coram seculari. Ego arbitror, quòd verbum priuatorum, sumatur hic pro omnibus illis, qui non habent potestatem legis cōdendę, aut statuti faciendi, per quod iuri publico posset pręiudicari.

7 ¶ † Octauò no. quòd fauori principaliter introducto ad publicam vtilitatem, licet secūdariò, vel in consequentiam ad priuatam vtilitatem introducto, non potest renunciari, de quo latiùs dicam in glo. 1.

8 ¶ † Nonò no. quòd iuramentum præstitum contra constitutionem, seu legem editam ad publicum fauorem, non obligat iurantem. & ratio est, quia iuramentum non obligat ad illicita: & ita potest intelligi regula cap. non est obligatorium. de re. iu. lib. 6. præstans tamen tale iuramentum faciens tanquam temerarius: quia contra legem agit, est puniendus, per not. in c. 2. supra de ma. & obe.

9 ¶ † Decimò no. quòd iudicia secularia dicuntur publica. Et ideò dicuntur publica, secundum Hostiensem, quia sunt communia, 11. q. 1. cap. testimonium. & c. clerici.

¶ Vndecimò no. quòd per hæc verba, à communione habeantur extranei, non dicitur promulgari sententia excommunicationis ipso iure, sed mandatur fieri, de quo in glo. & si rectè memini, latiùs dixi in c. perpendimus. infra de sent. excom.

10 ¶ † Duodecimò no. qua pœna est puniendus clericus [a] trahens clericum coram iudice seculari: quia in criminali debet deponi, in ciuili debet perdere causam, quod vltimum intelligit Dom. meus, quando traxit alium clericum. Secùs si proprium Episcopum: tunc etiam in ciuili debet perdere beneficium. ad hoc cap. grauem. infra de excess. Prælа. Sed tu aduerte: quia ille textus loquitur, quando traxit Episcopum in causa spirituali. & sic deliquit in duobus: ratione personæ, & ratione causæ: vnde non videtur pœna illius Decretalis extēdenda ad causam non spiritualem: sed esset standum huic dispositioni. quid autem de laico trahēte clericum, vtrum incidat in hanc pœnam: dicam in glo.

11 ¶ † Vltimò no. ex toto progressu istius tex. iuncta diuisione, optimam instructionem ad obseruandum ordinem in dandis cōsilijs, vel faciendis disputationibus, vt primò ponantur argumenta contraria, & falsæ recitentur opiniones. Secundò, quòd illæ impugnentur per rationes & iura. Tertiò, quòd ponatur vera cōclusio. Quartò, quòd soluantur contraria. ¶ Glo. 1. ex eo, quod tex. noster vult, quòd ius publicum priuatorum pacto tolli nō potest, ad hoc allegat in prin. multa iura, deinde in cōtrarium alle. 6. iura, & pro solutione distinguit, ex qua distinctione soluit incidenter aliquas quæstiones. ¶ In eadem glo. ibi, sub hac contrarietate. Dic, Doct. omnes hic tractant hunc articulum satis latè, & antiqui & Moderni, de quo traditur etiam latè per glo. in Auth. vt sine prohibitione. §. quia verò. & per Bart. Bal. & Doctor. in l. pe. C. de pac. per Iac. de Ra. & But. & Doct. antiquos in l. si quis in conscribendo. C. de pac. tradit etiam Bart. in l. ius publicum. ff. de pac. D. Anto. hic procedit, ponendo regulam & fallentias. Ego iuxta consuetudinem meam: quia hic non sumus in tit. de renunciatione, cui conuenit hæc materia, institueram illam omittere: & solùm pro necessitate artic. tex. nostri, ipsum ar. & tex. declarare. Sed postquā vultis, quòd ipsum ar. hic examinem: sub compendio breui, quantum potero, ipsam materiam examinabo. pro ipsius ergo clariori intellectu distinguo tria membra principalia.

¶ Primum, vtrùm posset renunciari iuri diuino.

¶ Secundò, vtrùm iuri naturali.

¶ Tertiò, quid de iure positiuo.

12 ¶ † Circa primum dicendum est, quòd quis non potest iuri diuino renunciare: tùm quia in plurimis ius diuinum est immutabile, de quo tamen dicendum est, vt traditur in c. quanto. & fi. sup. de consuetudi. & per glo. 6. dist. §. is ita. tum etiam, quia ea quæ iure diuino mutabilia sunt, qualia sunt ceremonialia, vel mystica, de quibus per glos. & Doct. in dictis iuribus: quia talia non pertinent ad dispositionem inferioris, etiam habentis iurisdictionem: & sic multò minus ad dispositionem priuati. Et ex hoc ego infero, quòd ferijs [b] inductis in honorem Dei, non potest per priuatos renunciari. de quo per glo. 2. in c. de causis. supra de off. deleg. & per glos. super verbo, ob necessitatem. in Clem. sæpe, de verbor. significationib. & est tex. & ibi latè dicam, in cap. fi. infra, de ferijs. prædicta tamen limitanda sunt, vt dicam in seq. membro, in fi.

13 ¶ † Circa secundum membrum, de iure naturali idem dicēdum est, quod non potest illi renunciari: & ratio est, quia naturalia iura sunt immutabilia. Instit. de iure naturali, gentium & ciuili. §. sed naturalia. & 5. dist. in princ. Et ex hac conclusione inferuntur plura. Primò, quòd iuri agnationis seu consanguinitatis naturalis non potest renunciari, vt in l. iura sanguinis. ff. de reg. iu. & in l. abdicatio. C. de pat. po. & in l. ius agnationis. ff. de pac. & declara, vt in dictis iuribus. Secundò infertur, quòd origini paternæ vel propriæ, non potest quis renunciare: de quo vide per glo. in l. origine. C. de mu. & originariis. lib. 10. Tertiò infertur, quòd nō valet renūciatio, per quam quis perderet vitam, aut statum suum. tex. est in l. nō tantum. ff. de appel. & in l. 2. & 3. ff. de liberali causa. not. glos. in l. pactum inter hæredes. ff. de pactis. & Simon de Bulsano in Clementi. 2. de re iudica. est enim de iure naturali, vt inquit Cicero, primo Officiorum, dum dicit, principio generi animantium omni

ADDITIONES.

a ¶ *Adde optimum consilium Rom. consilio 369. & Feder. consilio 90.*

b ¶ *Ferijs nemo potest renunciare, quando sunt inductæ in honorem Dei. ad idem est bona glo. in c. de causis. de offic. deleg.*

omni à natura tributum est, vt se, vitam corpusque tueatur, &c. Potest etiã assignari alia ratio, quia nemo est dominus membrorum suorum, vt in c. contingit. de sent. excom. 24. q. 5. c. si non licet. & in l. liber homo. ff. ad l. Aquil. Quartò infertur, quòd confessus vel cõuictus in causa personali, non potest renũciare termino [a] defensorio, de quo vide per Bar. & Moder. in d. l. non tantum, & per Bart. & Ioan. de Imo. in l. custodias. in fi. ff. de pub. iud. & per Bal. in l. 1. C. qui accu. non poss. & per Ang. in repe. l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pac. col. 12. & 13. & c. qualiter. el 2. infra de accus. & vide, quod ibi latius dixi, in 11. princip. art. q. 92. Quintò infertur, quòd quis non potest renunciare beneficio cessionis, & obligare se ad carceres, de quo per Bart. & Doct. in l. alia. §. eleganter. ff. solu. matri. & per Spec. in titu. de renun. & conclusione. §. 1. ver. item est beneficium. no. per d. Ant. Dom. meum, & Ioan. de Imo. in c. 2. infra de pign. Aliqui verò tenent contrarium, quòd possit renunciare, vide in dictis locis, & per Cyn. & Bal. in l. 1. C. qui bonis cedere possunt, traditur etiã per canonistas in c. Odoardus, & ibi per Ioan. And. vbi fortè latius tractabo, infra de solut. & per Dom. An. in cap. cum contingat. infra de iureiu. per Fede. de Sen. consi. 60. alias 57. per dominos de Rota, decisio. 161. & 205. & quod possit renunciari, latè per multas rationes tenet Ludo. Ponta. in d. §. eleganter, quod tamen limita secundum Fede. in dicto loco, nisi notoria & manifesta sit paupertas renunciantis, & sine spe lucri in futurum, quia decrepitus, & similiter absque spe, quòd alius pro eo soluat, quia tunc poterit cedere non obstante renunciatione, tanquã inualida, etiam cum iuramento facta, sicut non valet propter inhumanitatem, vt dicam statim in versi. 7. infertur. Sextò infertur, quòd quis non potest renunciare priuilegio, ne conueniatur, nisi in quantũ facere potest, de quo per Bart. & Doct. in d. §. eleganter. dicit tamen Ioan. An. post Ioan. in c. Odoardus, infra de solut. quod sequitur ibi Ioan. de Imo. quòd istud est verum, quando istud priuilegium competeret ratione personæ priuilegiatæ, quia tũc non potest illi renunciari, vt d. §. eleganter. facit quod no. glo. 2. in c. 1. infra de dona. secus si concederetur ratione contractus, vtputa, ratione societatis, quia tũc potest renunciari. no. glo. in l. si conuenerit. ff. de re iud. Septimò infertur, quòd non tenet renunciatio etiam iuramento vallata, ratione inhumanitatis contra ius naturale insurgẽtis, vtputa, si filius renunciat alimentis, ne possit illa petere à patre, secũdum Spe. in tit. qui filij sint legit. §. 1. ver. sed pone, pater. alias, item pone, no. Bart. in l. si quià liberis. §. parens. ff. de lib. agn. & Bal. in l. pactum, quod dotali. C. de colla. pro quo tex. in cap. cum quidam. infra de iureiur. tenet Ludo. Pontan. in d. §. eleganter, & mihi placet, quia si non valet statutum, nec valet pactum, & dixi supra in 6. no. Sed statutum non valet secundum Io. An. in addi. Spe. ad dictum ver. & Pet. de Ancha. in repet. cap. 1. supra de constit. in 9. quæst. princ. versi. quæro etiam iuxta. Octauò infertur, quòd non videtur valere renunciatio facta per filium, per quam filius amitteret legitimam suam, quia ex quo non valet statutum, vt tenent Pet. Rayn. & ferè omnes Vltramontani in l. 1. C. de sum. Trin. & Bal. in l. hac edictali. C. de secun. nup. & domini de Rota, decis. 17. & Saly. in l. sancimus. C. de iud. ergo nec renunciatio valet. quamplurimi tamen Doct. tenẽt, quòd valet statutũ. hoc tenet Cy. in d. l. sancimus. & Bart. & Bal. in l. Titio centũ. §. Titio genero. [b] ff. de cond. & demonstra. & Bal. in l. 1. §. ius naturale. ff. de iustit. & iu. Oldr. consi. 73. Alber. de Rosa. in 2. par. statutorum, q. 100. & vide per Dyn. & Ioan. And. in regula, indultum. de reg. iur. lib. 6. & ibi, in mercuria. & in addit. Spec. in Rubr. de succes. ab intest. Et sic ex prædictis potes sumere decisionem plurimarum illarum similium quæstionũ. Prædicta tamen in hoc secundo membro & in præcedenti limitanda sunt, nisi renunciatio operaretur effectum, per quem agens non videretur agere, seu committere cõtra ius diuinum, seu ius naturale. Nam furtum est prohibitum de iure diuino, vt dixi infra de fur. in Rubr. & etiam iure naturali, vt in regula, locupletari. de reg. iu. lib. 6. & in l. nam & natura. ff. de condict. indeb. & tamen huic iuri possit renunciari, dando tibi licentiam, vt possis de rebus meis accipere, licet non possim renunciare, ne furti agam pro furto fiendo, vt in l. iuris gentium. §. si paciscar. ff. de pact. facit quod dicam in sequenti membro.

¶ Circa tertium personale membrum, de iure positiuo, subdistingue duo membra.

¶ Primò, quando ius statuit inducendo certam formam, [c] seu solennitatem.

¶ Secundò, quando alio modo disponit.

14 ¶ † Circa primum dic, quòd non potest renunciari tali iuri, vt in l. nemo potest. ff. de leg. 1. A. B. Et ibi Bart. in l. fi. C. de vendi. mu. lib. 11. & ibi Barto. & per Bal. in l. scire. C. vt in poss. leg. Bar. & Bald. l. pen. C. de pact. Ange. in l. ius publicum. ff. de pact. Oldr. consi. 173. Bald. in cap. 1. de contr. inter do. & vasal. de inuest. Ma. & in l. contra iuris. ff. de pact. & no. in cap. cum esses. de testa. & in cap. quia propter. de electho. tradit Cy. in auth. generaliter. C. ad Vel. & Bar. in l. Modestinus. ff. de dona. Spe. de instr. editione. §. porrò. ver. item no. & Bal. in l. fin. in princ. C. si cert. peta. A. B. Solennitates enim, quibus omissis actus redditur nullus, non sunt in potestate contrahentium, vt d. l. nemo. & l. quidam decedens. ff. de admi. tut. & l. 2. §. sed quia. C. de iura. calu. & l. nemo. C. de leg.

ADDITIONES.

a *¶ Renunciare termino. Fallit, quando constaret notoriè, quòd nulla defensio reo competeret, de quo latissimè per Alex. in d. §. custodias. ff. de pub. iud. & adde fortius, quòd si sit pœna pro crimine alternatiua, puta manus, vel centum, quòd non potest reus dicere, volo potius truncari manum, quàm centum, ita Ioan. And. in c. cum laicus. supra eo. & vide eundem Alex. in l. non tantum. ff. de app. vbi cumulat multa similia.*

b *¶ Titio genero. An possit tolli legitima per statutum, vide Pau. consi. 427. lib. 1. & quæ ipse dicit ibi, consi. 16. lib. 2. & consi. 322. lib. 1. in prin.*

c *¶ Adde quæ habentur per Alex. consi. 68. col. 3. lib. 1. & cons. 22. col. 1. lib. 3. And. Sicu. in c. Apostolicæ. de do. vide Pau. de Cast. consi. 90. lib. 2. & vide, quæ dicit Alexan. in l. 2. §. prius. de vulg. & pupill. ibi per Mod. etiam si esset leuis omissio vitiaret actum, quando requireretur sub conditione, per l. prætor. in princ. ff. de con. & fuit dictum Bal. & per Alex. in d. §. prius.*

leg.tuto. vnde dicebat Bart. in l. post legatũ. in prin. de his, qui. vt indig. & l. non dubium, in fi. C. de testa. dicens, quòd cum legibus tradentibus formam quis renunciare non possit: ea pars non potest approbare actũ, in quo deficit forma, & vide Baldum in l. si institorem. ff. si certum petat. & vide quæ no. Bar. in l. penu. C. de pact. & l. vniuersa. C. de prec. imper. offer. & Bald. in l. fin. C. de proc. & per Bald. in l. quamdiu. & l. 1. C. qui admit. ad bo. poss. possunt. facit quod tradit Barto. in l. si quando. ff. de inoff. testa. & Ioan. de Imo. post eum in l. filio præterito. ff. de iniu. rup. & irri. test. quòd quamuis filius consentiat hæreditati, quam pater facit, non præiudicat sibi, si causa legitima non est inserta, quæ est de forma. Ma. Et ex hoc primo infertur, quòd nõ valet pactum, quòd testamentum vel stipulatio fiant nõ adhibitis solennitatibus. Secundò infertur, quòd non potest quis renunciare solennitati libelli, contestationi litis, iuramento calumniæ & similibus, de quibus videmus in dictis titulis. tradit glo. fin. in Cle. sæpe. de ver. sig. glo. & Doct. in c. de causis. supra de offi. dele. & in c. fi. de re iu. lib. 6. & per glo. in cap. fin. de hæret. lib. 6. hoc tamen limitat singulariter Barto. in l. si societatem. §. arbitratorum. ff. pro socio, respectu agendorum coram iudice. secus coram arbitratore: quia arbiter solùm cognoscit ex consensu partium. Secundo casu, quando ius disponit non inducendo solennitatem, sed aliter disponendo, subdistingue, quòd
a aut talis dispositio habet clausulam decreti,[a] aut nõ. Primo casu tali iuri renunciari non potest, licet videatur principaliter introductum ad priuatum fauorem, hoc sing. no. d. Dom. post glo. super verbo, valeant. in cap. dispendia. de rescriptis. lib. 6. & in c. statutum. eo. titu. & lib. & in c. fi. in glo. super verbo, præsumant. de offic. deleg. lib 6. Et facit quod no. de huiusmodi clausula decreti in glo. in verbo, huiusmodi. in cap. dilecto. infra de præbend. & quod ibi tradit Io. de Imo. vbi vide per eum notabilem limit. Vinc. & Host. & vide omnino per Lap. & d. Domi. in c. statutum. de præben. lib. 6. vbi no. distinguit in mandato Papæ vel inferioris, habente clausulam decreti, an possit illi renunciari. Et procedunt prædicta etiam, quando dispositio concerneret priuatam vtilitatem, vt videntur velle glo. & authoritates prædictæ. quod tamen intelligo, nisi persona, propter cuius specialem fauorem actus annullatur, vellet ipsum actum approbare. stat enim in potestate ipsius approbare vel reprobare, vt est tex. no. in l. filio præterito. ff. de iniusto testa. & ibi no. Bart. & Docto. & no. Barto. in l. 1. ff. de leg. 3. tenent Gof. glo. D. Ant. Ioan. de Imo. & communiter Docto. in cap. 1. infra ne sede vacan. & Dom. Anton. & Ioan. de Imo. in c. si quis presbyterum. infra de rebus eccles. non alie. lib. 6. Ego allego tex. no. in l. Iulianus. §. si quis à pupillo. ff. de actio. empti. quam limitatio. perpetuo notabis. Secundo casu: quando non habet clausulam decreti, subdistingue alia duo membra. Primò, quando dispositio loquitur prohibitiuè. Secundò, quando loquitur simpliciter, si loquitur prohibitiuè, dic, quòd non potest renunciari, vt tradit gl. in l. 1. C. ne fideiusso. dot. dentur. & Bal. in l. libertorum. C. de testi. Aliqui tamen contrarium tenent. vide in dictis iuribus, & aliquid per Iaco. de Are. But. Cyn. & Barto. in authen. si qua mulier. C. ad Velle. & per Barto. in l. de his. ff. de transactio. & per Bald. in l. generaliter. §. 2. C. de Episc. & cler. & adde, & uide quæ dixi in præceden. casu. Et hæc potest esse ratio, quare non valet pactum de non succedendo, nisi sub certa forma, de qua per Barto. & Doct. in l. pactum. & l. fi. C. de pact. per d. Domi. in cap. 2. de pact. lib. 6. Non autem est illa, quia sit contra bonos mores naturales: quia tunc non firmaretur iuramento, vt firmatur, vt in d. cap. 2. & vide quod traditur per Legistas in l. pactum. C. de collatio. Si verò ius simpliciter disponit, & non prohibitiuè, subdistingue tres casus. Primus casus est, quando dispositio concernit publicam vtilitatem duntaxat. Secundus, quando respicit solùm priuatam vtilitatem. Tertius, quando mixtim respicit tàm publicam, quàm priuatam vtilitatem. Primo casu, non potest renunciari, vt l. ius publicum. ff. de pact. & ad hunc casum potest adaptari tex. noster: quia clerici sint attentiores ad diuina, & ut liberius possint intercedere pro peccatis populorum, in quibus publica vtilitas consistit: non possunt trahi ad iudicia secularia: ideò non possunt huic priuilegio renunciare, vt hic.

15 ¶ † Secundò infertur, quòd cursui instantiæ causæ principalis inductæ à iure ciuili, non possunt partes renunciare: vel ex voluntate illam prorogare, de quo latissimè dixi, in capitulo penultimo, supra de iudic.

16 ¶ † Tertiò infertur, secũdum aliquos, quòd non
b potest renũciari facultati probandi[b] per testes, quia testificandi vtilitas est communis, vt in Authen. de testi. in princ. Et facultas probandi est amplianda, & non coarctanda, vt in l. quoniam. C. de hæret. & in l. generaliter. C. de rebus cre. & traditur in cap. in præsentia. infra de probat. Et hanc opin. tenẽt Vgu. Azo, Albe. Galle. & glo. in authent. vt matres, tam debit. quàm credi. circa fin. secundum Spec. in tit. de proba. §. videndum. ver. sed pone quòd in instrumẽto, & sentit Ioan. An. hic. Host. verò in sum. in tit. de renun. §. quæ possũt. ver. quid de pacto. allegat Azo. tenentem contrarium, quam etiam contrariam opinio. Vber. de Bobio, & hanc etiam sentit, & tenet glo. in verbo, in scriptis. in c. 1. de censi. lib. 6. versic. 12. gl. Bar. & Saly. in l. contractus. C. de fide instrum. & l. testium. & l. fi. C. de testi. Alij verò dicunt, quòd ex

ADDITIONES.

a ¶ *Clausulam decreti. Quæ solet sic cõcipi. si secus actũ fuerit, irritum & inane. de hoc est tex. singularis in c. dilecto. ad fin. infra de præbend. etiam si confirmatio talis statuti fiat fauore statuentium: quia per dictam clausulam videtur superior habere pro illicito. & facit doctrina, quæ dicit ꝙ vbicunque in aliqua dispositione apponitur talis clausula, consensus partium nihil operatur, & vide multa eleganter cumulata per Fel. in c. cum accessissent. in 4. colum. vers. tertia declarat. de constit. & vim eius clausulæ habet etiam dictio, nullatenus. vide glo. sing. in authent. si qua mulier. C. ad Vel. Card. in Cle. super literis. de rescrip.*

b ¶ *Probandi per testes. Adde de hac materia, latè Alex. in auth. iubemus. col. 2. de in. & consil. 102. viso processu. in fi. lib. 5. & Ful. in cõsi. 103. proponitur quòd quidam. & Mo. latè in cap. 2. in fi. de probat. & vide Fel. hic in 3. fallen. in l. correla.*

ex qualitate personarum non obstante pacto audietur quis, vel non audietur, prout iudici videbitur. argum. l. diui. ff. de lib. causa. & l. fi. ff. de actio. & oblig. quod satis est æquum, secundum Spec. in d. ver. sed pone. & in hanc vltimam opin. videtur potius inclinare Asbe. Galeoti, qui dictas tres opin. posuit in tracta. de testi. versi. sed pone. Secundam verò opin. tenet D. M. in c. 2. in fi. infra de proba. vbi dicit, quòd licet valeat pactum, quòd quis non possit probare nisi per instrumentum, tamen loco instrumenti deficientis, poterit probare per quinque testes notabiles, per l. testium. C. de testi. quod est valde sing. secũdum D. M. Item poterit probare amissionem instrumenti per duos testes, de quo per Cy. & Bald. in d. l. testium, & vide quod no. in cap. sicut. infra de re iudi. iuncto cap. fi. de re iudi. lib. 6. Aduerte tamen, quia in iudicio potest quis expressè, tacitè renunciãdo vel concludendo, renunciare facultati producẽdorum testium, ita ꝙ amplius illos producere non potest. Secundo casu principali, quando dispositio respicit duntaxat priuatam vtilitatem subdistingue, quòd aut respicit priuatam vtilitatem renunciantis duntaxat, aut priuatam vtilitatem renunciantis & alterius. Primo casu, ꝙ aut talis dispositio respiciens priuatam vtilitatem principaliter fuit inducta in alterius odium: Et hoc casu, si renunciatio est causa, quòd illud odium esset, valebit renunciatio, vt est tex. in l. fi. C. ad Maced. alias, secus, vt in l. sed & si pater. ff. ad Maced. Et ex prædictis primò infertur, vtrũ filiusfamilias possit renunciare exceptioni Macedoniani, de quo hic per glo. & per Doct. & Bart. in l. si quis pro eo. ff. de fideiusso. & plenius per Io. de Imo. in repe. c. cum contingat. infra de iureiur.

17 ¶ † Secundò infertur, quòd non potest quis renunciare priuilegio inducto per l. commissoriam, de quo in l. fi. C. de pac. pignorum, quia tale priuilegium fuit inductum in odium auaritiæ creditorum, vt ibi. Et sequitur Cal. hic, & Arch. 2. q. 7. cap. quam periculosum. de quo arti. vide omnino Bal. in c. 1. de feu. dato in vicem legis commissoriæ, & vide quod late dixi in tractatu vsurarum, in 6. principali artic. q. 13. quod tamen limita secundum ea, quæ traduntur per Bart. in l. si executione. C. de non num. pecu. & per Doct. maximè Mod. in l. Titius. ff. de pig. acti. vbi dantur quatuor vel quinque limitationes. Si verò dispositio non fuit facta principaliter in odium alterius, sed in fauorem, subdistingue, quòd aut fauor est introductus propter imbecillitatem renũciantis, & non valet renunciatio.

18 ¶ † Ex quo infertur, quòd minor [a] non potest renunciare beneficio ætatis, aut beneficio restitutio. in integ. vt dicit glo. nostra, & traditur in l. si iudex circumuento. ff. de minor. & in l. si alterius. C. si minor se maiorem dixerit, & per Bar. in l. doli. ff. de noua. & per Spec. in tit. de resti. in integ. §. qualiter. ver. sed nunquid minor. traditur etiam in l. si intra. C. de resti. in integ. & in c. si animum. de iud. lib. 6.

19 ¶ † Quid autem in ecclesia, [b] vtrum possit renunciare huic beneficio. Spec. in d. §. qualiter. versi. quid de ecclesia, refert & sequitur Vincen. tenentem, ꝙ possit, vt in c. ex literis. de resti. in integ. lib. 6. facit c. intellecto. & c. sicut nostris. infra de iureiur. Secundò infertur, ꝙ mulier non potest renunciare Velleiano, quia eius priuilegium fuit inductum propter imbecillitatem & mulierum fragilitatem, & hoc tenet Ia. Pet. & Cy. in l. si quis in conscribendo. C. de epis. & cler. Sed glo. tenet contrarium in l. 1. ff. ad Vell. traditur etiam in l. generaliter. C. ad Vell. & hic latè tractat D. M. recitando opin. quem vide. Prima tamen opin. est magis communis & æquior. Tertio infertur, quòd illi, qui propter imbecillitatem, vel aliud simile impedimentum, habent excusationem ab aliquo munere, non possunt renunciare dispositioni concedenti illam excusationem, vt no. glo. in l. 1. C. qui morbo. posset tamẽ hic casus adaptari ad alium casum, quando tractatur de fauore renunciantis & alterius. Si verò id, quod dispositum est, est introductum, non propter imbecillitatem aut simile impedimentum, subdistingue, quòd aut talis renunciatio est contra bonos mores, vel inducit aliquem ad delinquendum, & non valet, vt in l. conuenire. ff. de pac. dota. facit d. l. alia. §. eleganter. ff. solu. matri. Aut non est contra bonos mores: Et subdistingue, quòd aut loquimur in iure de futuro, an valeat quis renũciare illi iuri: Et distingue inter iura competentia re, vel spe, aut re tantum, aut spe tantum, aut nec re nec spe. In quibus etiam casibus consideranda sunt, & ponderanda verba reformationis, ad quod vide quę latè tradunt Barto. & Doct. in l. 1. C. de pact. & per glo. in l. si pupilli. ff. de nego. ge. per Cyn. in l. penul. C. de pact. glo. & Doct. in c. Raynutius. infra de testam. per Spec. in tit. de renunc. & conclusione. §. 1. versi. quid si quis. Aut loquimur in iure de præsenti, & non est dubium, quod cuilibet licitum est huic iuri renunciare, & ita procedat glo. nostra hic dum dicit, argu. contra. Et ex hoc primò infertur, quòd facultati appellandi licitum est renunciare, vt in l. 2. §. 1. ff. à quibus appellare non licet, & per Ang. in repet. l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pac. & per Doct. in c. pastoralis. infra de appell. & ibi latius dixi in tertio membro principali. Secũdò infertur, quòd sententiæ pro se latæ potest quis renunciare, vide gl. in c. fi. infra de adult. & in c. ex literis. de diuortijs, & latius per Bart. & Doct. in l. 1. §. & post operis. de no. ope. nun. & in l. acta. ff. de re iudi. Hæc tamen glo. in hoc vltimo casu, quòd licita sit renunciatio, limitatur, si modo sit possibilis. Aut iste fauor renunciandi competit renuncianti, vt sibi: secus si, vt rei, & nõ personę. Et ideo non potest quis renunciare iuri accrescendi, quod est portionis, & non personæ, vt in l. si Titio. §. 1. ff. de vsufruc. & in l. si totum. & in l. 1. & ibi latè per Bar. & Io. de Imo. ff. de acqui. hære. & est bonus tex. in l. 1. §. ita & sic diffinitis. C. de cadu. toll. vbi tex. dicit quod accrescit etiam inuitis. facit quod dicam in sequenti casu. Si verò dispositio continet fauorem renunciantis, & alterius, prout superius distinxi, subdistingue, quòd aut iste fauor proprius nõ est superabilis à fauore alterius, & non valet renunciatio, vt in l. 1. & 3. ff. de libe. causa. facit quod no. in cap.

ADDITIONES.

a ¶ *Nisi forte iurasset, quia tunc teneret renunciatio, vt habetur latè per Doct. in auth. sacramenta pu. C. si adver. ven. & Fel. hic in 4. col. adde Alex consi. 27. per totum, in consi. 42. in 8. col. lib. 1. & in consi. 225. lib. 2. vbi latissimè.*

b ¶ *Adde Ang. consi. 137.*

cap. cum venissent. infra de institu. cap. ex conquestione. infra de restitut. spolia. in l.si partes. §. fin. ff. quemadmodum seruitus ami. & in l.si post. §.fin. ff. de contra tabulas, & vide quod not. in l.1. ff. de acquiren.hæred. facit quod dixi in præcedenti limitatione, & vide Bald. in l.si arrogator. ff. de adopt.& huic casui posset etiam adaptari tex.noster: quia fauor clericorum, ne conueniantur coram seculari, non est diuisibilis aut separabilis abinuicem. Aut fauor est diuisibilis, & quantũ ad præiudicium renunciationis valet, non quãtum ad præiudiciũ tertij.C. res inter alios acta. per totũ, & in c.ad apostolicã.j. de regu.& in l.1.C.de commu. rerum alienatione.

¶ Tertio & vltimo casu principali, quando mix-
a tim [a] continet publicam & priuatam vtilitatem,distingue,vt dixi in præcedenti casu, quòd aut vtilitas priuata potest separari à publica: & valet renunciatio,quò ad præiudicium renunciantis, non quo ad præiudicium publicę vtilitatis, vt in l.iuris gentium. §.si paciscar.ff.de pact.facit cap.cùm venissent.infra, de institutionibus. & ita potest intelligi finis glo. nostræ. aut non potest separari, & renunciatio non tenet, vt in l.de die.ff.de pac.dota.iuncta l.prima.ff. so lu. matri. facit, quod notat. in dicto cap.cùm venissent, & cap.sicut. infra, de iureiuran. A.B. l. quos prohibet. ff. de postu. & cap. filius. §.veterani. ff. de procur.& l.2.§.sed quia.C.de iura.calum. tradit Bar
20 tol.in l.pen. C.de pac. † vbi dicit, quòd quando interesse publicum & priuatum connexa sunt, priuatorum conuentio in nullo valet. Ma. Et huic casui melius adaptatur dispositio tex. nostri, & ipsius ratio: quare clericus non posit renunciare priuilegio fori, quia priuata vtilitas ipsius renunciantis, non potest separari à publica vtilitate, ne abstrahatur à diuinis,&c.faciunt quæ dixi in pręcedenti casu.Nec ob.lex,si quis in conscribendo.C.de Episc.& cler.& de pact. l.vbi pactum. quòd sacerdos potest renunciare priuilegio fori: quia potest tripliciter responderi,secundùm Barto.ibi.primò, quòd ibi loquitur de quodam sacerdote tẽporali, quod erat quædam dignitas temporalis in loco. facit quod dixi de Præposito in cap.verum.supra eod. de Præposito & Abbate. Secundò potest responderi, quòd illa iura corriguntur de iure canonico. Vel tertiò potest responderi, quòd loquuntur,quando clericis esset concessum priuilegium, vt possent eligere vnum ex pluribus iudicibus: nam possunt huic priuilegio renunciare. & istas solutiones etiam tenent hic Doctores.

21 ¶ † Et ex prædictis ego infero, quòd institutus à debitore communis, non potest renunciare,seu repudiare hæreditatem in præiudicium fisci. & ideo si talis hæres institutus ab ipso testatore relinquente eum hæredem, alio titulo bona quæsierat, tenetur vel adire, vel cedere omnibus bonis sibi acquisitis, etiam inter viuos, aut satisfacere fisco.tex.est singularis, quem nõ memini alibi legisse, in l.hæredes. C. de omni agro deserto.lib.11. & sequuntur Barto.&
b Ioan.de Imo.in l.1. ff.de acquir.hæred. Vtrum [b] autem iuramentum habeat validare renunciationes inualidas, de quibus dixi supra, & similes.Bart. plenè tradit in l.si quis pro eo.ff.de fideiusso. Sed longè plenius tractat Ioan.de Imo. post Doct. in cap.cùm contingat.infra, de iureiur.

22 ¶ † Et inter alias sume istas regulas, quòd nũquã contra bonos mores,diuinos, aut naturales, aut publicos, ad publicã vtilitatem introductos, iuramentum operatur,vt in regula, nõ est obligatorium, de re.iur.lib.6. Neque etiam in præiudicium tertij priuati, secundùm Host. & Ioannem de Imo.in dicto capitu.cùm contingat, & per Ioannem de Imo.in l. non solùm.§.quod vulgo.ff.de vsuca. & vide etiam ad materiam principalem Archid.secunda,quęst.7. cap. quam periculosum. & de Prælato, an possit renunciare iuribus competentibus ecclesiæ suę, vide Innoc. & Do.in c.grauis. infra, de deposito, & in c. exposita. supra, de arbi.in fi.& in c.veniẽs. infra, de præscript.& per Io.And. in c.si cautio. infra. de fide instr.& in c.si.infra,de solu. traditur etiam in c.cùm olim.infra, de censibus. Et ex prædictis habes notabiliter & ordinatè expeditã hanc vtilem materiam. In ea.glo.ibi,laicus verò,dic de hoc,vt latius dicetur in c.significasti.infra eo.In ea.glo. ibi, clerici tamen possunt.dic de hoc,vt infra dicam in fallentiis.In ea. glo.super verbo, pertrahant. in fi. dic de hoc arg.an reus puniatur sicut actor: & de cautela adhibenda, vt non puniatur, vt dicam in seq. glo. in 6. q.princ.

¶ Gl.super verbo, causam perdãt, format duas quæstiones, & in prima ponit duas opiniones,in secunda recitat tres opi.& de rigore approbat primam,de æquitate approbat secundam, eam tamen limitando & restringendo. In ea.glo.ibi,sed videtur quòd potius per sententiam.dic de hoc vt statim dicam in quarta prin.q.In fi. glo.dic,quoniam suprà, in rubr. ego remisi me hic dicturum de 17.prin. art. videlicet de pęna trahentis aliquem coram iudice incompetenti, de quo tractat tex. noster & glo. nostra & Doct.Quare, vt hanc materiam habeas ordinatam, prosequar infrascriptas quæstiones.

¶ Prima erit, quando quis dicatur aliquem trahere ad vetitũ examen ad hoc, vt incidat in pœnam talibus statutam.

¶ Secunda erit, quis incidat in hanc pœnam.

¶ Tertia, quæ sit,& quanta.

¶ Quarta, vtrum incidat in hanc pœnam ipso iure,vel per sententiam.

¶ Quinta, qualiter procedendum sit contra talem, & de practica seruanda ad hanc pœnam imponendam.

¶ Sexta, vtrum reus, qui permittit se trahi, patiatur dictam,aut aliam pœnam.

¶ Septima, de cautela adhibenda per eum,ne incidat in pœnam, & vt faciat cadere actorẽ in pœnã.

23 † Quo ad primam quæstio. glo. nostra refert tres opi.vna est, ꝙ per solam citationem: secunda,quod per li.cont.tertia, quod per solam sententiam puniatur. Et finaliter glo. videtur approbare opinionem Vgucionis, ꝙ per solam citationem trahens puniatur ita,vt non sit locus pœnitentiæ, & hóc tenet Hostien.Sed Io.An.dicit,ꝙ potest distingui inter eum, qui

ADDITIONES.

a *¶ Quando mixtim. Adde Gemi.in §.leges.4.dist.Lud. sing.408.incip.quid econtra.in l.si vero. §.de viro. in 7. fal.ff.sol.ma.Oldr.cons.83.& Ab.in c.2.de ma.& obe.*

b *¶ Vtrum iuramentum validet renunciationem,adde quæ dixi in præcedenti colum.supra, vbi adduxi multa consilia Alex.*

qui assumpsit pertinaciam causæ, & eum, qui non assumpsit, sentiens, quòd primo casu habet locum opin. Vgucionis. Secundo casu, sit necessaria litis contestatio, & quando dicatur pertinaciter sumere, concludit relinquendũ esse arbitrio iudicis, seu boni viri, facit quod in simili dicitur in c. de multa. infra de præben. & quod no. glo. in auth. habita. C. ne filius pro patre. Et idem tenet glo. & Archi. 11. q. 1. c. inolita. Refert tamen hic Io. An. quòd quidam legistæ distinguunt, aut lex punit agentem, & requiritur sententia, quasi lex considerauit effectum accusationis, & ideo licet pęnitere ante sententiam. ff. de bon. lib. l. qui cum maior. §. accusare. ad quod etiam faciunt iura allegata hic in glo. in ver. Imo etiam videtur. Aut lex punit vocantẽ in ius, & hoc casu sufficit sola citatio, etiam si vocatus nõ venerit, quia ex sola citatione delictum est consummatum. ff. de ædi. edi. l. quid sit fugitiuus. Sed tu aduerte, quia glo. in d. l. in criminali. C. de iurisd. omn. iud. tenet ꝙ sit licitum pęnitere quandocunque ante sententiam, [a] & tamen ille tex. loquitur prout loquitur tex. noster. & idem tenet ibi Bar. dicens, ꝙ in istis pęnis legalibus, licitum est desistere vsque ad sententiam, per d. §. accusatores. & idem probatur in l. in seruitute. in prin. iuncto §. petijsset. ff. de bo. lib. Et idem tenet ibi Iac. But. & sequitur hic D. M. & hanc opin. etiam tenuit Martinus Sillimani. Sed Pet. & Iac. de Are. tenent 2. opi. gl. ꝙ sufficiat sola litis contestatio, ita quòd post non liceat pœnitere, eo quòd ius sit iam quæsitum ipsi tracto ad vetitum examen. & hanc opinio. sequitur Bal. in d. l. in criminali. non ob. secundum Bal. §. accusatores, & §. petijsse, quia illę leges loquuntur in delicto, quod desiderat iuris effectum. Nam iudicium ibi tenebat, & ideo ibi expectatur sententia, quæ potest trahere secum effectum: sed in terminis nostris frustra expectatur sententia propter defectũ iurisdictionis. Et ideo cum hic solum consideretur delictum, non attento iuris effectu, ideo pęnitentia non habet locum, etiam post lit. contest. quæ consideratio fuit subtilis. Aduerte tamen, quia edictum pretoris in illis iuribus solum puniebat accusantem, & petentem in seruitute, & tamen ibi iurisconsultus declarat, quòd requiritur sententia, & tamen clarum est quòd accusare vel petere dicitur quis, per litis contest. Sed Guido de Suza. aliter respondebat ad illas leges, videlicet quod ponunt casus speciales declarando, quòd in dictis casibus requiratur sentẽtia, pro qua solutione facit l. penul. C. qui accus. non poss. vbi ex eo quod prohibita est accusatio in ipso litis exordio, pœna dicitur committi, & sic hic Guido tenet sententiam Bal. & glo. nostræ. Et eandem sententiam tenet Bal. in auth. statuimus. C. de episc. & cler. licet solutio Guidonis non placeat sibi in d. l. in criminali. vt dicit, ꝙ prædicta pœna habet locum siue quis trahat aduersarium ad vetitũ examen, per modum ordinarij libelli, vel per modum executionis, per tex. in d. l. in criminali. facit quod dicam infra in 6. q. prin. Sed gl. 11. q. 1. c. placuit. tenet secundam sententiam istius glo. ꝙ requiratur litis contestatio, pro qua facit tex. in d. c. grauem. de excess. præla. qui tex. loquitur per verbum, quæstionem, quæ denotat litis contestatio. glo. tamen ibi tenet opi. glo. nostræ, ꝙ non requiritur litis contestatio. Et hanc etiã opi. tenet hic Zab. dicens, ꝙ ex solo tractu & vocatione, iste punitur, quia hoc videtur importare verba tex. nostri, & quia ius videtur quæsitum aduersario, & ideo non videtur locus pęnitentiæ. Nec ob. l. quamuis, quia secundum Zaba. facit potius pro ista parte, quia cum dicatur ibi esse casus specialis, ergo in contrarium videtur esse ius commune. Do. Anto. hic etiam transit cum glo. Io. de Imo. hic dicit, ꝙ credit, ꝙ hæc glo. seruaretur in practica in foro canonico: sed gl. in l. in criminali, seruaretur in foro ciuili. Iste articulus, iudicio meo, est satis dubius & disputabilis, in quo sententia Bar. videtur æquior, alia videtur iustior de iuris rigore. Et sic patet ex prædictis, ꝙ si citatus non comparuit, non habet locum hic pœna. arg. d. l. quãuis. ff. de in ius voc. & l. 1. ff. ne quis eũ. & tenent gl. & Doct. in l. in criminali. Et aduerte, quia hæc procedunt, quando ista verba, non petere, non accusare, aut agere, non vocare in ius, aut controuersiam, causam, litem, vel quæstionem nõ facere, proferuntur à lege: secus si proferũtur ab homine, quia tunc non attenditur benignitas, sed proprietas verborum, secundum ea quæ traduntur in d. l. amplius non peti. ff. rem ratam habe. & l. causas. C. de transa. Et ratio sit, quia mitius agitur cum lege, quàm cum homine, vt l. Celsus. ff. de arbitr. & in l. traiectitiæ. ff. de act. iun. l. & si post tres. ff. si quis caut. & quod ibi traditur.

24 ¶ † Circa secundam quæstionem, qua quæritur quis incidat in hanc pęnam trahentis aliquẽ coram vetito examine, & quod dicatur vetitum examen, Breuiter dic, quo ad primum, ꝙ pęnam amissionis causæ incurrit, quicunque trahens reum ad vetitum examen, siue clericus trahat clericum, siue laicũ trahat, aut siue laicus trahat clericum, aut etiam laicũ, secundũ Bal. in d. l. in criminali. C. de iuris. omn. iud. insuper incidit in hanc penam non solum actor, sed etiam reus, sed de reo videbimus, infra in 6. q. princ. Quo ad secundum, quod dicitur vetitum examen. tex. hic videtur sentire, ꝙ dicatur illius iudicis, cuius iurisdictio prorogari non potest, quod patet ex ver. dum hic dicitur in tex. sed etiam voluntarij pacisci nequeunt. quasi sentiat, ꝙ secus esset, si voluntarij possent pacisci. idem videtur velle tex. in d. l. in criminali. C. de iuris. omn. iud. iuncta gl. super ver. vetito, quæ dicit exponens, alieno prorsus. Doct. tamen hic & ibi videntur sentire, ꝙ vetitum examen dicatur illius iudicis, cuius iurisdictio possit prorogari, quod tunc habeat locũ, quando non fuit facta prorogatio, ad quod vide quæ dicam in 7. prin. q. & prædicta notabis, quia Doct. non tangunt specificè.

25 ¶ † Circa tertiam q. qua quęritur, quæ & quanta sit imponenda pœna. distingue, ꝙ aut loquimur in causa spirituali, aut in criminali, aut in ciuili. Primo casu, si est beneficiatus, debet tanquam membrum putridum ab ecclesia perpetuò remoueri. tex. est secundum

ADDITIO.

a ¶ *Ante sententiam. Vide Ang. & Pau. in l. quamuis. ff. de in ius vocan. verior tamen videtur opi. Ia. de Are. & Bal. in d. l. in criminali. de qua ibi per And. Sicu. & vide Bart. qui ponit differentiam inter libertum, & alium vocantem illicitè in ius, in l. qui ea mente. ff. de fur. adde Rom. consi. 59. & consi. 70. & 407. vbi tenet, quòd vsque ad sententiam licet pænitere.*

cundum vnum intellectum in d. c.graue. de exces. præla. Alij tamen intelligunt illum tex.etiam in alia causa, & quod speciale sit ibi, quia trahit Episcopū & superiorem suum. Si vero trahens nō esset beneficiatus, quando pęna tex. nostri, amisionis causæ non haberet locum; arbitror, quòd debeat puniri pęna extraordinaria, ad quod vide quæ latè dixi in c.1. inf. de aposta. sed si pęna posset habere locum, causam ipsam amitteret. Secundo casu, quando loquimur de causa criminali, dic quòd aut loquimur in clerico,& secundum Hosti.& Ioan. And. Do.M. Ioan. de Imo. & Doct. dicendum, ꝙ siue obtinuerit,siue succubuerit,debet deponi,ex quo trahit clericum ad iudicem seculare,& sententia pro, vel contra lata non tenet, vt probat ille tex. ibi, si pro eis sit lata. si vero clericus trahit laicum, aut laicus laicum vel clericum,dicerem, quòd solum amittit causam, vt d.l.in criminali. quod tamen declara, vt dicam in seq. casu. Tertio casu, cum loquimur in ciuili, dic ꝙ si actor est clericus & trahit clericū, perdit causam, & excommunicatur, vt hic. Si tamen vellet perdere beneficium potius, quàm admittere causam, forte admitteretur,per ea quæ dicam, infra in 6.q.prin. Si vero clericus trahit laicum,aut laicus laicum, perdit causam,vt in d.l.in criminali. facit etiam tex. noster. Si vero laicus trahit clericum, amittit causam. ar.tex.nostri, & probatur in d.l.in criminali.punitur etiam pęna auth.statuimus. C.de episc.& cler.Et prędicta procedūt,quando actor iustè egit:Sed si actor iniustam causam fouebat, frustra videtur quòd tractemus de amisione causæ. Doct.non tangunt,fortè dici posset, vel tunc quòd debeat puniri pęna extraordinaria, vt statim dixi,vel ꝙ debeat condemnari reo, qui in nulla fuit culpa ad tantundem, quantum causa importabat. arg.no.in l.si quis in tantam. C.vnde vi.vbi inuasor si est dominus, amittit dominium,& si non est dominus, tenetur tantundem restituere. In contrarium facit,quia pęnæ nō sunt extendendæ, sed restringendæ, vt in regula, in pęnis. de reg.iu.lib.6. Sed pro primo dicto facit,quia ille, qui iustam causam fouet, peccat solum in vno, quia trahit ad vetitum examen,& tamen punitur in amisione causæ:ille vero, qui iniustā causam fouet,peccat in duobus,quia trahit ad vetitum examen,& ratione iniustitiæ causæ suæ, vnde non debet mitius, sed acrius puniri.arg.c.eum,qui.de præb.lib.6. cogitabis,quia Doct.non tangunt.

26 ¶ † Circa quartam principalem quæst. qua quæritur, vtrum actor, qui trahit ad vetitum examen, perdat causam ipso iure, [a] vel necessaria sit sentētia. glo. nostra,in prin. ponit duas opin.vnam Vguccionis, ꝙ ipso iure perdit causam: aliam Ioannis,quòd per sententiam, & hanc probat glo. nostra per tex. nostrum qui dicit, perdant, & sic loquitur per verbum futuri temporis, & similiter etiā loquitur tex. per verbum futuri temporis in c.graue. infra de excе.præla.& glo.1.& est communis opin. Doctorum in d.l.in criminali. C.de iurisd. omn.iudi. vbi etiam tex. loquitur per verbū futuri temporis,& hinc sumpta occasione Doct. hic tractant, an & quando lex sit latæ sententiæ vel ferendæ, vide hic per eos,& in d. l. in criminali. & glo. l.si quis in tantam. C. vnde vi. Ego latius dixi in cap. Iudæi. el 2. infra de Iudæ. & tetigi in cap.3.infra de rap.vbi etiam tangit glo.& in cap. dura. & c.falsariorum. infra de crimine falsi. & c.3.infra de priuil.ad materiam principalis quęst. adde,quæ dicam in seq.q.

27 ¶ † Circa quintam q. principalem,qua quæritur de practica & modo procedendi contra talem actorem in casibus, in quibus actor debet perdere causam, dic quòd multiplex practica colligitur ex his, quæ hic dicuntur per glos.& Docto. & in d.l. in criminali.

28 ¶ † Prima est practica, quòd pars petat in eadem instantia, quòd actor mulctetur in amisione causę, & hęc practica est clara, quando actor fuisset laicus, vel talis, qui potuisset condemnari à dicto iudice, alias secus, secundum aliquos modernos, qui mouētur, quòd si talis non habet iurisdictionem in causa principali, pari ratione non habet in hac pœna imponenda. Sed hæc ratio non placet, nec dictū: quia licet iudex nō habeat iurisdictionem in causa principali, habet tamen super ista pęna imponēda, sicut in simili dicimus de condemnatione expensarum. arg.c.dispendia, de rescrip.lib.6.& Cle.1. de rescrip. sequitur Bal. in d.l.in criminali, dicens, ꝙ licet iste alias esset incompetens, tamen ex quo aduersarius eum eligit pro se, non debet dedignari habere eum contra se.ar.l.cum Papinianus.C.de sen.& interloc. om.iud.& ista fuit opi. Guidonis de Suzaria.

29 ¶ † Secunda practica est, vt postea inchoetur nouum iudicium, & agatur cōdictione insurgente ex istis iuribus, argu.l.prædictæ, & ibi no. C.de condictio. ex lege. ad hanc pœnam poterit agi, etiam coram ecclesiastico, secundum Spec. in tit.de compe. iud.adi.§.1.ver.sed quod.dicit tamen Ioan. And.ibi in addit. quòd si laicus hoc casu est conueniendus, debet conueniri coram suo iudice, per regulam c. cum sit generale, supra eod. Et hoc sentit glo.fi.in c. parochianos. infra de senten.excom. Sed pro dicto Spec. facit, quod dixi in c.cum sit, supra eo. quia propter talem tractum factum de clerico coram laico, videtur commissum quoddam quasi sacrilegium,& ideo videtur esse locus præuentioni, & per præuentionem posit conueniri coram ecclesiastico, posset tamen agi coram seculari, per ea, quæ dixi in d. capit.cum sit.

30 ¶ † Tertia practica potest colligi ex dictis Spec. in dicto loco, videlicet, quòd reus poterit se defendere per viam exceptionis: actore enim agente coram iudice incompetenti, poterit reus excipere, Tu me olim traxisti coram iudice incompetenti, vnde debes perdere causam,& ideo peto te condemnari; & tunc tenet sententia, pro qua practica facit quod tradit Fede.consi.85. vbi fortius concludit,ꝙ etiam si clericus à laico, vel clerico fuisset tractus coram seculari super possessorio restituendo, & nunc trahatur corā ecclesiastico super dicto possessorio, quando potest excipere,quòd actor amisit causam,& admittitur hæc exceptio, quia respicit iudicium possessorium, licet non debeat admitti exceptio proprietatis, secundum Federicum ibi.

31 ¶ † Quarta practica colligitur ex dictis Federici, cons.

ADDITIO.

a ¶ *Ipso iure. Vide quæ statim dixi, supra in proxima apostilla ex mente Roma. in consil. 407.*

cons.47. & D. meus hic, vt actor stet in meris terminis exceptionis dicendo, non teneor tibi respondere super hac causa: quia me olim traxisti super hac ad vetitum examen, propter quod debes perdere causam. ad idem Glo. in simili, in c. pastoralis. de causa pos. & proprie. facit regula illa, cui damus actionem, &c. vt in regula, cui. ff. de reg. iur. facit etiam quod traditur per Innoc. in c. inter dilectos, infra de exces. Præla. Item, quia ex quo actio & exceptio hoc casu tendunt ad eũdem effectum: Ideo si competit actio ad faciẽdum priuari: ergo & exceptio ad conseruationem conuenti, secundum Innoc. ibi, & hæc practica similis est precedẽti. tutius tamen est, quòd adiungat & petat aduersariũ priuari, securior tamen & clarior est secũda practica superius posita: & hæc procedunt, dato quòd requiratur sententia ad condemnationem, secundũ quod dixi in precedenti q. Sed si teneremus opin. Vgutionis, ꝙ ipso iure quis perderet causam nullam, alia esset necessaria practica, nisi staret in meris finibus exceptionis. Et aduerte, quia dicit Glo. & post eum Bal. in l. in criminali, in fi. quòd etiam post sententiam condemnatoriam potest peti, quòd infringatur pœna d. l. in criminali. neque obstat sententia condemnatoria, cùm sit nulla, ex quo non interuenit prorogatio iurisdictionis.

32 ¶ † Circa 6. quæst. principalem, vtrum reus, qui patitur se trahi ad vetitum examen, patiatur prædictas, vel alias pęnas. tex. noster in vers. tam Episcopi. dicit, quòd tam Episcopi, quàm Diaconi, &c. puniuntur, quia in criminali locum suum, hoc est beneficium, amittunt: etiam si pro eis sit lata sententia. In ciuili vero perdunt, quod euicerunt, vt 11. quæst. 1. capitu. placuit. verùm text. iste, qui est in hoc versiculo, loquitur in reo, & ipsius pœna, est satis dubius. Et glo. & Docto. confusè & imperfectè loquuntur, ideo pro clariori ipsius doctrina, prosequar hæc membra.

¶ Primum erit, quãdo locum habeat hæc pœna.
¶ Secundũ, contra quem, seu quis reus teneatur.
¶ Tertium, in quibus causis teneatur.
¶ Quartum, in quantum puniatur.
¶ Quintum, an & quando licitum sit pœnitere reo, vt pœnam euitet.

33 ¶ † Circa primum membrũ, quòd habet locum in reis voluntarijs, qui ex voluntate sua trahũtur ad vetitum examen, quod patet ex text. dum dicit, voluerit, & per tex. in d. c. placuit. qui similiter vtitur verbo, voluerit. & ideo Glo. hic super verbo, voluerit, dicit & bene, quòd si reus inuitus traheretur, nõ puniretur. ar. c. at si clerici. supra tit. proxi. & 11. quæstio. 1. cap. in clericorum. Sed licet Gl. ita dicat, non tamen recipitur clara doctrina: nec Doct. hic aliud dicunt. Quare ego intelligo, quòd pœna istius decretalis, & similium, locum habeat quãdo reus operam dedit, vt actor inuitus traheret ipsum ad vetitũ examen: puta comminando ei, ꝙ effoderet sibi oculum, si non ageret contra eum coram tali iudice: & sic per metum, vel etiã si per dolum, vel per amicos compulit actorem, vt ageret coram vetito examine, secundum Glo. & Cy. in d. l. in criminali. Et ita intelligo Glo. hic in verbo, perdant quod euicerint. ibi dum dicit, quia fortè potens erat. vel potest poni exemplum de eo, qui impetrauit rescriptum, quòd nõ posit conueniri nisi sub certo iudice, secundum Cy. nec ob. tex. in l. in criminali. qui innuit quòd per rescriptũ principis potest reus vocari coram vetito examine absque pœna actoris, vel rei: & quod ibi no. Doct. quia illud habet locũ in rescripto valido: per quod facta sit commissio cum clausula, non ob. si aliqua lege, sed prædictum exemplum procedat in rescripto inualido propter defectum dictæ clausulæ, aut alium similem effectum: ita vt sic actor propter rei impetrationem de facto sit vsus tali rescripto, secũdum Pau. de Cast. in d. l. in criminali, vel potest ponere exẽplum per l. diffamari. C. de inge. manu. & per alia similia exempla, de quibus dixi in c. cùm sit generale. supra eodem, in prima Glo. quando reus secundum plena exempla ibi posita, induceret actorem ad trahẽdum coram vetito examine, & sic patet, quòd ista pęna nõ haberet locum, quando locus esset prorogationi iurisdictionis ex libera voluntate actoris & rei, quod no. quia Doc. hic non declarant. & no. quod dicam in 7. prin. q.

34 ¶ † Circa secundum membrum, contra quos locum habeat pœna istius decretalis, seu quis reus teneatur ad dictam pœnam. dic, quòd tenetur reus prædicta committens, siue sit clericus, vt hic, cuiuscũque ordinis sit clericus, vt dicam in quarto membro: siue sit laicus, vt d. l. in criminali, licet non eodem modo puniãtur laicus & clericus beneficiatus, vt dicam in quarto membro.

35 ¶ † Circa tertium mẽbrum, in quibus causis reus incidat in pœnam: dic quòd locum habet in causa ciuili & criminali, vt hic, & d. c. placuit. & in d. l. in criminali. ibi, siue criminalem, siue ciuilem, licet pęna diuersificetur, vt dicam in sequenti membro.

36 ¶ † Circa quartum membrum, ad quam pœnam teneatur reus. distingue, quòd aut reus est clericus, aut est laicus. si est clericus & beneficiatus in criminali amittit locum suum, hoc est, beneficium suum. & hanc opi. tenet hic Domi. meus, post Io. Cald. dicens quòd reus volũtarius in causa criminali debet deponi, siue sentẽtia sit lata pro eo, siue contra eum propter dictionem, etiã, positam in tex. quæ est implicatiua: quia tamen sententia est tanquam lata à non suo iudice, causa remanebit in suo esse: nec propter hoc debet puniri in amisione causæ, ne duplici pœna affligatur, vt in capit. at si clerici. supra tit. proxi. & hoc sentit tex. in eo, quod postea in causa ciuili solum punitur in amisione causæ, vt statim dicam. Si verò loquimur in causa ciuili, reus clericus perdit quod euicerit: si locum suum maluerit obtinere, hoc est, perdit rem, quæ ab eo petebatur, de qua fuit absolutus: & habebitur pro condemnato, vt dicit hic Glo. in verbo, perdant quod euicerint. Et aduerte, quia Glo. hic in verbo, locum, dicit quòd reus iste habet electionem, vt vel perdat eam, vel amittat locũ. Sed Ioan. Andr. dicit quòd credit, quòd iste reus non habeat electionem, imò credit verba minatoriè dicta: quasi dicat, quòd si contenderet habere quod euicit, poterit deponi. facit quod no. Ioan. Glossator 99. dist. c. 2. in Glo. fi. Ioan. Cal. hic dicit, quòd si contendit retinere, quod euicit, debet deponi. hæc est enim noua culpa, quæ meretur hanc pœnam. Sed propter hoc non tollitur optio quam litera nostra cõcedit, dum dicit, maluerit, quod verbum ex propria significatione tribuit optionem. Et ideo ab ipsius propria significatione

non

non debemus recedere: nisi aliud appareat de mente, vt in l.non aliter.in prin. ff.de lega.3.cum alijs iuribus. Quare si reus non vult perdere quod euicit, videtur illud tacitè eligere, & per cõsequens debet potius priuari vel deponi: & sic fieri debet, sed hoc non sequitur, quòd sententia valeat, cum fuerit lata à non suo iudice: & ideo actor, qui non fuit in culpa, potest petere, quod prius petere potuerat: nec obstat exceptio rei iudicatæ, quia vt dixi, sententia est nulla. nec obstat l. in criminali, dum dicit, habetur pro condemnato: quia loquitur in laico, cui non datur hic optio, vt dicam: quia sibi non conuenit, & sequitur hæc Do. Anto. licet non faciat mentionem de Calderino, sequitur etiam Do. meus, & mihi placet per ea, quæ supra dicta sunt, ex quibus sequitur, ꝙ si cler. non habet locum amittit causam, quam euicit, si modo sit causa propria, secus si sit Eccles. vt no. Gl. in d. verbo, quod euicit. in fi. quia delictum personæ, &c. 16. q. 6. c. si Epis. supra, de excep. cùm venerabilis. & in reg. delictum personæ, in 6. & ideo hoc casu punitur pœna amissionis loci, quia licet velit perdere causam nõ potest, cum non sit sua, sed Ecclesiæ, ꝙ est verum nisi vellet de suo proprio tantundem tradere Ecclesiæ. arg. no. in c. de multa, infra de præbend. nec obstat quod videatur puniendus etiam iure Ecclesiæ ex eo, quòd delictum prælati in iudicio debeat nocere Ecclesiæ, vt traditur in dicta regula, dilectum. quia illud procedit in iudicio non vetito, fauore iudiciorum, secus in iudicio vetito, vt hic, quo casu Ecclesia non debet pati pœnam: quod tamen limita, quando solus Prælatus litigaret non communicato consilio cum capitulo: secus si communicato consilio cum eo, quia tũc nocet Ecclesiæ, etiam in iudicio vetito: sicut etiam noceret dicto modo per alia delicta extraiudicialia, vt traditur in dicta regula, delictũ. ad quod vide quæ latissimè dixi in c. dilectus. el 2. infra, de simo. Si verò reus est laicus, quia pœna amissionis loci non est cõueniens: habetur pro condemnato. tex. est in d. l. in criminali. quod arbitror procedere, etiã si obtinuerit reus in causa per illam l. quæ dicit simpliciter, quòd pro condemnato habetur. & argu. tex. nostri dum dicit, perdant quod euicerint. quod procedit tam in ciuili, quàm in criminali, vt d. l. in criminali.

37 ¶ † Circa quintum membrũ, vtrum reo, quo ad fugiendam pęnam, sit licitum pęnitere, & quando. Doct. specificè non tangunt. Ego arbitror ita distinguendum, quòd aut loquimur in iudice, cuius iurisdictio potest prorogari: & hoc casu, sicut actor non incidit in pœnam trahendo reum si reus prorogat jurisdictionem, ita pari ratione non incidit reus, & in quantum incideret, post prorogationem non esset locus pœnitentiæ. Aut loquimur in iudice: cuius iurisdictio non potest prorogari, prout loquitur tex. noster, & arbitror loqui l. in criminali. & supra tetigi in prima principali q. & hoc casu videtur mihi attentari posse, ꝙ semper sit locus pęnitẽtiæ vsq; ad sententiã. Moueor primò per tex. nostrum dum dicit, pro eis sit lata sententia, & per tex. ibi dũ dicit, ꝙ etiam euicerint: quod verbũ, denotat etiam sententiam prolatam. Sed in contrarium facit tex. in d. l. in criminali. dum dicit, pro condemnato habetur: quod verbum, non præsupponit sententiam: nisi diceres, pro condemnato habetur: scilicet etiam si fuerit absolutus: & sic ante condemnationem poterit pœnitere. cogitabis. Tamen diceres, ꝙ idem ius sit seruãdũ in reo, quod in actore, recurrendum esset ad ea, quæ dixi in prima prin. q. Et ex his habes expeditã notabiliter sextam quæst. principalem.

38 ¶ † Circa septimam quæst. de cautela [a] adhibẽda
a per reum conuentũ ad hoc vt actor trahens incidat in hanc pœnam. Glo. præcedens in verbo, perdant: exigit, quòd inuitus trahatur. & ideo Spec. in titulo de compe. iudi. adi. §. 1. versic. sed quomodo. potest dici, ꝙ ad hoc vt appareat quòd reus trahatͬ inuitus debet protestari, quòd nõ vult coram illo respõdere: & si iudex quærat an hoc proponat excipiendo, vel petendo, vt fortè ipsum absoluat ab instãtia iudicij: debet respondere, nihil peto vel excipio, sed protestor: & si iudex sibi pręcipiat, quòd respõdeat vel litem contestetur: tunc protestetur, quòd ipse respõdet vel litem cõtestatur cõpulsus metu iudicis: & super hoc adhibeat testes, vel confici faciat publicum instrumentum. Et hanc opin. tenent hic Doct. & Ioan. de Imo. & idẽ quasi in effectu sentit Bal. in l. in criminali. Sed tu aduerte, quia si teneremus opi. quòd solus tractus sufficeret ad hoc, vt actor puniatur, de quo dixi supra in 1. q. videretur, quòd posset excipere de incompetentia: & protestari de pęna. Si verò teneremus quòd exigeretur sentẽtia ad pœnã committendam, vt dixi in 1. q. cautela non esset necessaria: nisi ad hoc in casu, in quo per prorogationem iurisdictionis actor excusaretur à pœna. Sed tenendo aliã opi. quòd exigatur saltem litis contestatio: dicerẽ, quòd si essemus in casibus in quibus per litis contestationem non prorogaretur iurisdictio ratione ignorantiæ vel quia iudex habet limitatam iurisdictionẽ, aut propter aliam similem causam. de quo latissimè dicam in c. significasti. ӡ. eod. in 4. & 6. prin. art. Et hoc casu nulla alia cautela est necessaria. Si verò essemus in casibus, in quibus iurisdictio prorogaretur: tunc procedit dicta cautela. Aduerte etiam, quia videtur mihi attentari posse, ꝙ dicta cautela sit necessaria quantum ad hoc, vt ista pœna applicetur reo: sed quantum ad hoc vt actor euadat pœnam, non videtur necessaria: quia licet vterque fuerit in culpa: tamen vterque punitur, vt dicam in sequenti quæstione.

¶ Circa 3. quæst. qua quæritur, quid agendum sit de pęna prædicta. Glo. hic super verbo, perdant id quod euicerint, in effectu concludit, quòd aut solus actor fuit in culpa, & perdit quod euicerit: & datur reo, qui inuitus & coactus tractus fuit ad iudicium vetitum. loquitur ergo Glo. hoc casu quando actor solum euicerit. Sed si reus fuit absolutus, Glo. nihil dicit. vnde videtur attentari posse, quòd actor debeat tantundem dare, per ea quæ dixi in 6. q. prin. in secundo membro. quod tamen procedere arbitror nisi actor esset paratus ostẽdere quòd reus fuit iniuste absolutus. & ita tẽpera quod dixi in d. secundo mẽbro. Aut solus reus fuit in culpa, & potest exemplificare,

ADDITIO.

a ¶ *No. cautelam, qua vti debet clericus conuentus, vt conueniens coram iudice vetito, vt hic dicitur, incidat in pœnam, de qua in hoc tex. & in l. in criminali. C. de iurisdictione omnium iudicum, vbi etiam Baldus.*

plificare, vt dixi in 6. q. princ. in primo membro, & Glo. statim allegata dicit, quòd illud quod reus euicit, qui fortè fuit absolutus, debet dari actori, cui facta est iniuria, quod intelligo, si causa sit ciuilis, secus si sit criminalis. Item in ciuili intelligo, nisi reus fortè potius eligeret perdere locum, quàm causam, secundum ea, quæ dixi in 6. quæst. princ. in 4. membro. Item intelligo, quando causa fuit propria, non Ecclesiæ, vnde hic redeundum est, secundum ea, quæ dixi in d. 4. membro. Si vero reus fuit condemnatus, debet soluere, nec potest opponere de incōpetentia, quia si pro condemnato habetur quando fuit absolutus, vt hic, & in d. l. in criminali. fortius si fuit cōdemnatus. Si vero tam actor, quàm reus fuit in culpa, tunc vterque debet condemnari, secundū formam & intellectum præcedentis distinct. & dari debet Ecclesiæ, & intellige de Ecclesia, cui facta est iniuria, & sic, cuius iurisdictio est spreta. facit c. 2. supra eodem. & tandiu in excommunicatione retineri debet, quandiu satisfecerit, vt dicam in Glo. super verbo, à communione, & idem de excommunicatione videtur intelligendum in duobus casibus præce. Et prædictam opin. ꝙ debet dari Ecclesiæ, quam tenet Glo. nostra, tenet Vgu. Hosti. & Spec. in tit. de compe. iud. adi. §. 1. ver. sed cui. & seq. & sequitur hic Ioan. And. ad quod vide quod latius dixi in c. 3. supra de iudi. quod ego verū arbitror in causa, in qua potest pęna conuenire, vt detur Ecclesiæ secundum terminos c. nostri, & sic in clericis, sed in laicis, siue vterque sit laicus, siue solus conuentus sit laicus, arbitror dici posse, quòd dolus [a] cum dolo, culpa cum culpa compensari debeant, cum sit commissa circa idem, per l. si duo. ff. de dolo. & c. tua. infra de adult. & ibi latè per Henricum Bohic, de materia compēsationis delictorum adinuicem. & per Dominum meum, in cap. dilecti. infra de excep. per Bart. Ioan. de Imo. & Ponta. in l. viro. ff. solu. matr. sed latius per Bal. & Ponta. in repet. l. cum mulier. ff. solu. matri. & aliquid per Bal. in l. 1. C. vnde ui. & aliquid tetigi in c. 1. infra de iniur.

39 ¶ † Circa 9. quæst. principalem, per quas causas actor & reus excusentur à pœna prædicta. dic indubitatum esse quòd excusantur, si reus citatus non comparuit.

¶ Item si comparuit & prorogauit iurisdictionē, vel si actor seu reus, aut ambo, debito tempore pœnituerint, secundum ea, quæ latius dixi in 1. q. prin. & 6. 4. & 5. membris.

40 ¶ † Circa 10. & vltimam quæst. vtrum iudex, qui citari fecit ad vetitū examen, sit aliqua pęna puniendus, & qua. dic vt dixi in c. proposuisti. inf. eodem, in 20. prin. art. Et ex his habes expeditā hanc materiā.

¶ Glo. super verbo, à communione, quærit & soluit ponendo opin. in fi. Glo. dic, vult ergo Glo. tenere primam opin. ex qua no. quòd etiam ab homine fieri potest. de quo dic, vt dixi in c. 1. inf. de sent. excom. quia priuare quem à Sacramentis, nihil aliud est, quàm ferre minorem excommunicationem, vt in c. si celebra. infra de cle. ex. mi. & ibi dixi, & vide quod dixi in Rubr. & in c. sacris. inf. de sent. excom. in 19. prin. artic. vel intellige tertiò tex. dum dicit, à communione, secundum Hosti. & Ioan. And. quòd priuatur à communione hominum per sententiam excommunicationis quousque satisfecerit, non solum tracto, sed etiam Ecclesiæ, secundum distin. de quo dixi in 8. q. prin. & sequuntur Zaba. Dominus meus, & Ioan. de Imo. Et prædicta adde ad ea, quæ dixi in 6. q. in tertio membro.

¶ Glo. super verbo, voluerint. potest recitari per contrariū. Et in eadem Glo. ibi, examinare causam. dic secundum Tanc. vel dic, examinare, id est, innocentiam suam litigando ostendere, secundum Hostien. & Ioan. And.

¶ Glo. super verbo, pro eis. format. quæst. & soluit. In fi. Glo. dic, sentit ergo Glo. nostra, quòd sententia teneat. Host. verò indistinctè tenet ꝙ non valet, per tex. in auth. statuimus. C. de epis. & cler. subdit tamen quòd vtroque casu patietur pęnam amissionis loci. tu dic vt dixi supra, in 6. quæst. princ. in quarto membro.

¶ Glo. super verbo, perdant. potest expediri per quatuor quæst. & de prima tertia & vltima quæstione, dic vt latius dixi sup. in 6. q. princ. in quarto membro. de secunda quæst. Glo. 4. debeat applicari, dic vt latius dixi supra in 9. quæst. prin.

¶ Glo. super verbo, locum, quærit & soluit in fi. dic, dicit Ioan. And. quòd credit, quòd iste non habeat electionem. Sed tu dic, vt latius dixi in 6. quęst. prin. in quarto membro.

¶ Glo. super verbo, patet, in princ. est declaratiua literæ, deinde format quæstionē, an saltem clericus possit prorogare iurisdictionem iudicis secularis, & soluit, quòd non. In fi. Glo. dic, quamuis Do. Anto. Do. meus, & Doct. hic latè tractent hunc articulum prorogationis, & quid iuris in clerico seculari, & in vniuersitate mixta: tamen quia articulus prorogationis melius conuenit c. significasti. inf. eo. ideo dic vt ibi latissimè dixi, & de vniuersita. mixta clericis & laicis, dic vt plenè dixi in c. 1. sup. eod. in ver. quintadecima declaratio. Gl. fi. in prin. colligit vnum notabile & multipliciter probat, & ad duas vltimas rationes intermiscet quædam contraria, deinde in fi. opponit contra primam rationem, & contra tex. In ea. Glo. ibi, prin. & accessoriū. dic de hac materia, vt latè traditur in regula, accessorium. de reg. iu. li. 6. In ea. Glo. ibi, l. 3. dic, vbi restituto pignore, non remittitur debitū. In ea. Glo. ibi, ff. de pac. l. 2. dic, vbi restituto chirographo, intelligitur remissum debitū. In fi. Glo. dic de hoc, vt latè traditur per Doct. in d. c. cum contingat. inf. de iureiur. & longè latius ibi per Ioan. de Imo.

¶ Postremò multi Doc. ponunt aliquos casus, in quibus clerici possunt cōueniri coram laico, & ego aliàs posui, & similiter etiam tractant de clerico cōuento, qui tacuit se clericum vsque ad sententiam. Et vtrum clericus citatus coram iudice laico debeat comparere allegaturus priuilegium, & quid agendum si statuta imponunt pęnam declinanti iurisdictionem iudicis secularis. Sed tu primò dic, vt latissimè dixi in c. 1. supra eod. de tribus vltimis arti. dic vt latè dixi in c. si clericus laicum. supra eod. Ma.

SVM-

ADDITIO.

a ¶ *Dolus cum dolo compensatur. vide latius Pau. in l. viro. ff. sol. matri. Fely. & Mod. Papi. in c. dilecti. infra de excep. & Ana. in c. intelligimus. de adult. in 9. col. Ang. Aret. Instit. de excep.*

SVMMARIVM.

1 *Clerici ad seruitium maiorum prælatorum diœcesis possunt deputari.*

2 *Ciuitas venit diœcesis appellatione.*

3 *Iurisdictio non fundatur in seruientes ex sola seruitij receptione.*

4 *Capitulum cathedralis Ecclesiæ, iurisdictionem non habet in canonicos.*

5 *Iurisdictio absque coerctione potest esse.*

6 *Episcopus solus de iure communi in tota diœcesi est ordinarius.*

7 *Iurisdictionem tribuere priuato possunt, priuilegium & consuetudo.*

8 *Priuilegium & consuetudo, qua via inferiori iurisdictionem tribuant.*

9 *Iurisdictio consuetudine quæri potest.*

10 *Iurisdictio quæ consuetudine aut præscriptione quæri possit.*

11 *Imperium merum quid sit, & quid mistum. & numero 12.*

13 *Iurisdictio simplex consuetudine quæri potest.*

14 *Præscriptio contra Imperatorem non currit, imperio vacante.*

15 *Præscribi non possunt, quæ in signum supremæ potestatis principi competunt.*

16 *Potestas excommunicandi potest præscribi.*

17 *Iurisdictionem acquirere, quis possit consuetudine.*

18 *Dominus in seruos non coactionem, sed monitionem habet.*

19 *Iurisdictionem habens, an possit illam exercere in familiam suam, aut filios proprios.*

20 *Iurisdictio, qualiter & per quos actus quæri possit.*

21 *Iurisdictio, quanto tempore quæratur præscriptione, vel consuetudine.*

22 *Superior in aliquo loco, quis dicatur.*

23 *Iurisdictio certa vt præscribatur, titulus requiritur.*

24 *Populus idem est, qui antea fuit, & nunc est.*

25 *Iurisdictio, contra quos consuetudine quæratur.*

26 *Consuetudo, qua iurisdictio quæritur, quos producat effectus.*

27 *Effectus consuetudinis, per quam iurisdictio quæritur, qualis.*

28 *Iurisdictio consuetudine, seu præscriptione quæsita ad tempus certum, an possit ad aliud extendi.*

29 *Iurisdictio delegati, quando possit ad aliud tempus extendi.*

30 *Iurisdictio consuetudine vel præscriptione quæsita, an possit extendi de persona ad personam.*

31 *Iurisdictio consuetudine quæsita, an extendatur de loco ad locum.*

32 *Iurisdictio quæsita consuetudine vel præscriptione, an extendatur de re ad rem.*

33 *Iurisdictio consuetudine vel præscriptione per exercitium certarum causarum quæsita, an possit ad alias causas extendi.*

34 *Iurisdictio quæsita consuetudine vel præscriptione in vna iurisdictionis specie, an extendatur ad alias species.*

35 *Præscribens potestatem excommunicandi, an præscribat potestatem absoluendi.*

36 *Iurisdictio præscripta, vel consuetudine quæsita, an transmittatur ad hæredes.*

VM CONTINGAT. Clerici super excessibus coram suo Episcopo debent conueniri: non coram his, quibus seruiunt: nisi
a cõsuetudo, vel priuilegium, vel aliud inducat.[a] Ex pars istius habetur in capitulo, cum contingat. infra de decimis. & primò ponitur consultatio. Secundò responsio: ibi, supra eodem.

1 ¶ † Primo no. quòd clerici possunt deputari seruitio & obsequio maiorum prælatorum diœcesis, quinimò possunt etiam astringi, vt in c. statuimus. supra de maio. & obed. sed laicorum seruitio deputari nequeunt, vt in c.2. infra ne cleri. vel mona.

2 ¶ † Secũdò no. quòd appellatione diœcesis, comprehenditur ciuitas, ad idem clem. 1. de foro comp. quod procedit, vide capitulum 1. de rerum permu. lib.6.

3 ¶ † Tertiò no. quòd ex sola receptione seruitij, non fundatur iurisdictio in seruientes: etiam si Dominus habeat aliquam prærogatiuam, prout hic patet: & de hoc latius infra.

4 ¶ † Quartò no. quòd de iure communi etiam capitulum Cathedralis Ecclesiæ non habet iurisdictionem in canonicos, aut in simili seruiẽtes: nisi aliud habeat consuetudo, vt hic & in cap. irrefragabili. §. excessus. ff. de offi. ord. & ideo nec admonere, nec corrigere potest capellanos suos exercendo iurisdictionem suam.

5 ¶ † Quintò no. ibi, vel aliàs coercere, argu. quòd iurisdictio videtur posse stare sine coerctione, quod est singulare secundũ Zab. & Ioan. de Imo. Sed contra hoc fortiter obstat c. 1. & c. ex literis. supra de off. deleg. & l. fi. ff. de offi. eius cui man. est iurisdi. vbi dr
b quòd iurisdictio sine modica coerctione[b] nulla est. ¶ SOL. Potest dici quòd tex. noster intelligatur de coerctione spirituali: sed tamen sine aliquali temporali coerctione nõ possit stare, vt in cõtrarijs. vel potest intelligi tex. noster de coerctione propria per se exercenda: quia sine ista potest esse iurisdictio: sed sine aliqua coerctione, vel per se, vel per alium: puta ordinarium, non possit esse. vnde talis, qui nõ potest per se coercere, potest per ordinarium coercere, vt in l. à diuo Pio. §. ait Prætor. ff. de re iudi. & in c. per tuas. sup. de arbi. secundum Host. qui etiam subdit ꝙ isti potuerunt coercere per fideiussores, & pignora, Instit. de satisd. tut. §. pen. ff. de dam. infe. l. 4. §. 3. ff. de vent. inspi. l. prima. §. quid ergo.

6 ¶ † Sextò nota, quòd de iure communi solus Episcopus est ordinarius in tota diœcesi: tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, exclusis penitus alijs Prælatis inferioribus. & idem not. in capitulo 1. & in cap. cum Episcopus. de offi. ord. lib.6. 11. quæst. 1. c. de persona.

¶ † Se-

ADDITIONES.

a ¶ *Aliud inducat. Pondera hic text. secundum Andream Siculum, quòd iurisdictio attributa inferiori, non restringitur propter iurisdictionem ordinariam: quòd est contra cap. per hæc, de hære. lib. 6. responde vt hic per eum.*

b ¶ *Sine coerctione. Quod est contra tex. in l. fi. de offic. eius, vbi etia Doct. & Pau. adde ibidem Alex. & Alex. in l. 2. de iurisdi. omn. iudi. vbi dicit, quòd iurisdictio acquisita per præscriptionem, non habet coerctionem.*

7 ¶ † Septimò no. duo, quę possunt etiam priuatis tribuere iurisdictionem, videlicet priuilegiũ & consuetudo. & dicit Ioan. And. quòd non meminit alibi legisse. de quo latius infra tractabo.

8 ¶ † Vltimò no. quòd quando priuilegium vel consuetudo tribuunt iurisdictio. inferiori, videntur illam tribuere per viam exclusiuã seu abdicatiuam iurisd. superioris: non autem per viam accumulatiuam. quod est verum, si priuilegium vel consuetudo hoc specificè disponit: aliàs autẽ potius videtur acquiri per viam accumulatiuam, vt in c. cum ab Ecclesiarum. & in cap. irrefragabili. & ibi tetigi, supra de offic. ordin. & latissimè tractaui in c. cæterum. supra de iud. Glo. sentit contrarium eo quòd iste tex. præsupponit clericum delinquentem extra diœcesim propriam posse puniri per suum Episcopum, vt denotat dictio maximè, posita in tex. quæ de sui natura est inclusiua, vt in cap. quoniam. §. si vero. inf. vt li. non contest. & in c. cùm olim, infra de testi. Et sic obstant iura disponentia quòd quis debet puniri vbi delinquit. Glo. soluit dupliciter, & in fi. sentit aliam quæst. & remittit. In ea. Glo. ibi, nam tantum ab illo. dic, hæc solutio non videtur bona: quia destruit literam: quia (vt dixi) dictio maximè, propriè sumpta, stat inclusiuè, vt etiam traditur in c. auditis. de elect. In eadem Glo. ibi, vel dic. licet Dominus meus, hic post Doct. latè tractet materiam, vtrum Episcopus possit punire subditum suum alibi delinquentem. & concludit quòd sic: vnde dictio maximè, stat propriè: quia tunc materia ista melius conuenit c. sequenti. dic vt ibi latius dicam. In fi. Gl. dic & de hoc argu. remissionis fortè etiam dicemus in c. sequenti.

¶ Glo. fin. in princ. colligit vnum notabile, quod probat per plura iura: deinde sentit contrarium: & soluit per tria similia. In fi. Glo. dic, quoniam supra in Rub. Ego remisi me hic dicturum de competentia fori quæsita ex cõsuetudine, in vers. 20. Ideo pro ipsius materiæ clariori examinatione prosequar infrascriptos articulos.

¶ Primus, vtrum iurisdictio, & sic competentia fori possit quæri consuetudine.

¶ Secundus, quę iurisdictio posset consuetudine quæri.

¶ Tertius, quis illam possit quærere.

¶ Quartus, qualiter, quãto tempore, & per quos actus quæri possit.

¶ Quintus, in quos, seu cõtra quos valeat quæri.

¶ Sextus, quis sit effectus talis consuetudinis.

¶ Postremò fortè tractabimus, quam iurisdictionem seu potestatẽ habeant inferiores Prælati ab Episcopo: & consequenter, vbi possint eam exercere.

9 ¶ † Circa primum articulum, vtrum iurisdictio possit quæri consuetudine. dic quòd sic, vt no. hæc Glo. in princ. & probatur in cap. cùm irrefragabili. §. excessus. supra de offic. ordi. & in c. auditis. & in cap. cùm olim. infra de præscript. & in c. ad hæc. & c. accedentibus. inf. de exces. Præla. supra de arbi. c. dilecti. 3. quæstio. 8. c. conquestus. & in l. 1. & fi. C. de emancip. & in aliis iuribus, infra allegandis.

10 ¶ † Quò ad secũdum articulum, quæ iurisdictio possit quæri consuetudine, seu præscriptione: quia maior est difficultas, pro clariori ipsius doctrina pręmitte ꝙ iurisdictio in genere distinguitur in duas species: [a] videlicet, in imperium, & iurisdictionem. imperium distinguitur, in imperium merum, & mistum, vt in l. imperium. ff. de iurisd. omn. iudic. & ibi

11 latè per Barto. & † merum imperium describitur ꝙ est iurisdictio, quæ iudicis off. nobili expeditur: vel per accusationem publicam vtilitatem respiciẽs, secundum Pet. & Barto. in d. l. imperium. & ibi prosequere, & vide. illa tamen verba, vel per accusationem, vt dicit Bartol. non videntur esse necessaria. pertinet igitur ad merum imperium habere gladij potestatem, ad animaduertẽdum in facinorosos homines: aut ad exercendum alia, quæ sunt meri imperij, aut supremæ potestatis, de quibus infra aliqua exempla apparebunt.

12 ¶ † Mistum verò imperium est iurisdictio, quę iudicis officio nobili expeditur, priuatam respiciens vtilitatem: & dicitur mistum, quia participat de mero imperio, & de simplici iurisdictione. in quantum enim iudicis officio nobili expeditur, participat de mero imperio: inquantum verò respicit priuatam vtilitatem, participat de iurisdictione simplici, seu in specie. iurisdictio verò in specie describitur quòd est iurisdictio, quæ iudicis officio mercenario expeditur priuatam respiciẽs vtilitatem. Item debes scire, quòd duplex est etiam iurisdictio: quia quædam contentiosa, quædam voluntaria. Et rursus Bart. distinguit imperium merum [b] in 6. species. Mistum in sex alias species, & iurisdictionem simplicem in alias 6. species. vide per eũ in d. l. imperium. non sunt multum necessaria ad propositũ nostrum.

13 ¶ Respondendo autem ad primum propositum articuli nostri, dico quòd † simplex iurisdictio indubitanter potest quæri consuetudine, vt hic & in iuribus allega. precedenti articulo. Sed maius dubium est respectu meri & misti imperij. Hostien. hic tenet quòd ista non possunt quæri consuetudine, per tex. nostrum in fi. dum dicit, iurisdictionem. & sic à contrario sentit, quòd secus sit in imperio. Idem etiam tenet Iac. de Are. in l. 1. C. de emanc. lib. quia cùm imperiũ habeatur à lege, vt in l. 1. ff. de offi. eius, cui man. est iurisd. ergo quæritur præscriptione, vt in l. ius emphyteutici. C. de fundis patrimoniali. lib. 11. Et sic vult, quòd non quæratur etiã per præscriptionem tanti temporis, cuius in contrarium memoria non existat. Ioan. Andr. hic dicit, quòd Franciscus Accursij disputauit hanc quæstionem, & non determinauit, quòd etiam merum imperium possit quæri consuetudine: & sic præscribi. Nam si potest concedi priuilegio: ergo potest quæri consuetudine, & præscriptione, per tex. nostrũ, qui parificat cõsuetudinem & priuilegium. Et quia princeps tacendo videtur consentire, & idẽ tenet Bart. in l. 1. §. denique. ff. de aqua plu. arcen. dicit tamẽ ꝙ quæritur scientia & patiẽtia superioris: quia aliàs item incorporalia non possunt præscribi, vt in c. bonæ. el 2. & ibi traditur, sup. de postu. præla. & in l. 1. C. de serui. & aqua, tenet

ADDITIONES.

a ¶ *In duas species. Aut potius in tres, de hoc tamen vide latius per Moder. in dicta l. imperium. ff. de iurisd. omn. ind.*

b ¶ *Bar. distinguit imp. merum, &c. Adde etiam de hac materia latè per Saly. in l. placet. C. de ped. ind.*

tenet Bal. in l.2. C.quæ sit lon. consuetud. vnde infert Bart. quòd cum longo tempore Imperator non fuerit in Italia, ciuitates Italiæ non potuerunt præscribere imperium. sed hoc hodie dici non potest, quia nunc est vigesimus annus, ꝙ diuus Sigismundus Imperator fuit in Italia & in hac nostra ciuitate, per 9. menses moram traxit, & in vrbe Romana coronatus fuit per Eugenium quartum. Et tunc reassumpsit arma propria, videlicet aquilam cum duobus capitibus, quā præ timore Carolus magnus creatus Imperator, propter demerita Imperatoris Constantinopolitani, nolens tantam dignitatē repudiare, ductus tamen timore ipsius Imperatoris Constātinopolitani, assumpsit aquilam cum vno capite. verum, cum tempore Sigismundi Constantinopolitanus nedum ꝙ Imperator, sed vix Regulus remanserit, maximè cum Theucri propter malignitatē Christianorum iam ferè totam Græciam occupauerunt, ipsam aquilam cum duplici reassumpsit. Et de mense Februarij proximè præterito 1451. ab incarnato verò Fede. 12. Imperator cum Leonora sponsa eiusdem Imperatoris in Italiam, & ad hanc nostram ciuitatem venerunt. Et in vrbe Feder. per Nicolaum quintum in Imperatorem coronatus est.

¶Et sic hodie cessat illud dictum Barto. Et dicit
14 Bar. in dicto loco,† quòd vacante Imperio non cur
a rit dicta præscriptio[a] contra Imperatorem. Nec ob. quòd Papa vacante Imperio succedat in iurisdictione, vt in cap. licet. supra eodem. quia licet hoc sit, tamen imperium caret immediate defensore. Sic intelligi dicit notabiliter Inno. in cap. olim. infra de resti. spol. vbi vult quòd contra clericum inferiorem vacantem non currit præscriptio, & tamen Episcopus succedit in defensione ipsius Ecclesiæ. Sed contra alium inferiorem, cui competeret merum imperiū, præscriptio procederet etiam vacante imperio, data ipsius solius inferioris (de cuius præiudicio agitur) scientia & patientia, vt no. Bart. in l. si publicanus. §. in uectigalis. ff. de pub. & vectig. no. Innoc. in c. conquerente. supra de offi. ordin. & sequitur hic Dominus meus, licet Bar. in d. §. denique. arguat & nō decidat. Sed Ioan. de Imo. ibi tenet prædictam opi. Prędicta tamen limita secundum notabile dictum Bar. consi. 155. quod incipit, vtrum iurisdictio, & consi. 173. quod incipit, quæritur, vtrum iurisdictio. Si modo ille, contra quem præscribitur, poterat expressè concedere & transferre in præscribentem, & vtrobique mouetur per l. hac edictali. §. ad hæc. de pace tenen. in vsib. feudo. iuncta l. alienationis verbo. ff. de verb. signific. & in l. vbi lex. ff. de vsucap. & quod no. in l. si fundum. ff. de fun. do. Item de scientia & patiētia, procedit, si modo Imperator, vel superior, qui sciuit vel scire potuit, verisimiliter prohibetur, alias autem non videtur dari patiētia, si verisimiliter prohiberi nō potuit. facit quod habetur in l.2. C. de noxa. & ita tenet Ioan. de Imo. post Bar. in d. l.1. §. denique. in fi. ff. de aqua plu. arcen. quę limitatio mihi placet, quia patientia est virtus, cum qua mala ęquo animo toleramus, id est, sine perturbatione tristitiæ, secundum Aug. in lib. de patientia, & beatum Thomam, 2.2. q.136. arti.1. Sed virtus est habitus electiuus, & sic non est nisi voluntariorum, & inuoluntariorum. de quo latè per Aristotelem in 4. Ethicorum, si rectè memini, & vide, quæ dixi in cap. si quis propter necessitatem. infra de fur. Sit ergo conclusio, quòd merum imperium potest quæri consuetudine. non obst. tex. noster dum loquitur per verbum iurisdictionis, per quem tex. mouetur Hosti. ad dicendum contrarium, quia responde dupliciter. Primò, quòd non sumitur argu. à contrario, quia resultaret absonus intellectus, per iura & rationes superius & in contrarium allegatas. Secundò potest solui & melius, quòd hic sumitur iurisdictio generaliter, vt comprehendat omnem iurisdictionem, & sic merum & mistum imperium, & iurisdictionem simplicem, secundū ea, quæ dixi in euidentialibus. Et prædictam conclusionem quòd merum imperium possit præscribi, tenent etiam Ioan. And. & Archid. in cap. cum Episcopo. de offi. ordin. lib.6. & Domini de Rota, decis.39. per tex. in cap. auditis. & cap. cum olim. de præscrip. & 16. q.3. c. quicunque. supra de offi. ordi. c. dilectus. infra de exces. præla. cap acce dentibus. vnde volunt ꝙ etiam cap. possit præscribere contra singulares canonicos, & alios beneficiatos, vt possint illos interdicere & excommunicare, & in eos exercere, quæ sunt meri imperij. Idem tenet Lapus alleg.92. per l. viros. C. de diuer. offic. lib. 12. & per tex. in Auth. de defenso. ciuitatis. in §. nullam. in fi. Glo. magnæ. Et per no. per Bart. in l. hostes. ff. de capti. & tenet Cal. in c. cum non liceat. infra de præscrip. Et sequuntur Moder. ad quod omnino vide Bal. in q. quæ incipit, Apuleius. col.9. Item prædicta procedunt si modo sint talia, quæ non sint reseruata Principi. Sed in reseruatis Principi, dic post
15 Doct. & Dom. meum, quod † quædam competunt Principi in signum supremæ potestatis, & hæc non
b possunt præscribi,[b] vt l. competit. C. de præscrip. 30. vel 40. annorum, vbi aduersus tributum non potest præscribi, ne quis videatur exemptus à suprema potestate, & sic videatur acephalus, & hoc clarum est aduersus Papam, vt in c. bonæ, el 2. de postu. præla. & in c. cum non liceat. infra de præscrip. no. Glo. in c. cum nobis. eo. tit. & Glo. 14. d. c. illud. & c. vnico. de cleri. ægro. lib.6. tradit Pau. in cle. fin. de censi. super verbo, guidagia. vbi dicit quòd contra Papam non potest præscribi, sed contra Imperatorem, sic. & ibi allegat rationes differentiæ, & ibi respectu Imperatoris maius est dubium, quia non videtur quis omnino acephalus. Bart. tamen videtur sentire contrarium in l. hostes. ff. de cap. vbi concludit quòd si quis diceret Imperatorem nō esse Dominum & Monarcham, esset hæreticus, & idem etiam tenet Ange. in Imperatore, quod in Papa, in l.2. C. de vsuca. vide etiam per Do. Anto. in c. per venerabilem. infra qui fil. sint legi. Et ex prædictis ego sum solitus inferre, quòd non videtur valere consuetudo, ꝙ in publicis instrumentis non præponatur nomen Imperatoris: quia huiusmodi solennitas cū maxima deliberatione in signum supremæ præeminentiæ fuit statuta, vt in

ADDITIONES.

a *¶Dicta præscriptio. Addo Pet. de Anch. in consi. 131. eundem in consi. 312. latius per Alex. in l.3. ff. de iurisdi. omn. iudic.*

b *¶Non possunt præscribi. Vide Inno. in c. cum venerabilis. de reli. domi. & Doct. in l. neminem. C. de sacrosan. eccle. & adde Old. in consi. 154. & consi. 142.*

in publicis instrumẽtis præponeretur, vt in Auth. vt præpo. nomen Impera. vel saltem ad ipsius cõsuetudinis & præscriptionis validitatem, esset necessariũ articulare & probare de scientia & patientia Imperatoris. de quo dixi in c. 1. inf. de fi. instr. & in cle. statutum. de elect. Quædam verò sunt reseruata Principi in signũ eiusdem prærogatiuæ. exẽplum in c. quod translationem. ȷ̄. de offi. lega. & in c. sicut vnire. infra de exces. præla. & hæc ẽt nõ possunt quæri consuetudine, secundum Do. Ant. hic, & secundum quod traditur in Cle. ægro, lib. 6. Dom. meus dicit ꝙ imò possunt præscribi interueniente scientia Papę, sicut dicimus in legatis in d. c. ꝙ translationem. & hoc ẽt sentit Glo. in c. pe. ȷ̄. de filijs præsbyt. & probatur in c. super quibusdam. inf. de verb. sig. vbi reseruata Principi possunt præscribi tanto tempore, cuius in contrarium memoria nõ existat, & per illum tex. dicit Do. meus in c. per venerabilem. infra qui filij sint legi. ꝙ inferior põt præscribere potestatem legitimandi, & causandi tabelliones: quæ potestas soli Principi conuenit, vt traditur in c. fi. inf. de fi. instru. & in l. 1. §. de qua. ff. de postu. intellige tñ prædicta, probata scientia & patientia superioris. Quædam verò competũt rõne ordinis, seu characteris, & ita nulla consuetudine vel præscriptione quęri possunt per nõ habentes ordinem, vt in c. quanto. & ibi dixi s̄. de consuetud.

16 Et ex prædictis vr̄ inferendum, † ꝙ potestas excommunicandi posit præscribi, siue dicamus ꝙ sit meri imperij: quia iudicis officio nobili expeditur: siue misti, eo ꝙ ad partis postulationem proferatur, vt in c. venerabilibus. de sen. excom. lib. 6. quod est verum secundum Host. & Io. And. si præscribens est capax, vt quia sit prælatus, vel similis. secus si sit priuata persona. argu. c. cum satis. & seq. de offi. Archid. & c. dudum. de elect. & c. cum ab Ecclesiarum, & c. conquerente, & ibi per Io. And. de offic. ord. sentit etiam Innocen. in c. olim, el 3. inf. de rest. spo. vbi dicit, ꝙ simplex clericus non potest quærere potestatem excommunicandi, & sequitur hic Zab. & placet Do. Anto. & Domino meo in eo, ꝙ nullam habeat potestatẽ, & gladium, vel aliquam prælaturam: sed si esset prælatus, quamuis non haberet potestatem & gladium posset quærere talem potestatem: non tanquam sibi, sed tanquam prælaturę, secundum no. in c. noua. & c. omnis, de pœ. & remis. vide ad hoc quod latius dixi in c. 1. infra de sent. excom. in 5. vel 6. princi. ar. Et ex prædictis etiam patet ꝙ nõ solùm ea, quæ sunt iurisdict. contentiosæ, possunt quæri consuetudine, sed etiam illa, quę sunt iurisdic. voluntarię, tex. Cyn.
a & Bal. in l. 1. C. de eman. lib. [a]

17 ¶ † Circa tertium prin. art. quis posit præsumpt. seu consuetudine iurisdictionem acquirere. in primis dic ꝙ ad præscribẽdum iurisdictionem circa ea, quæ sũt ordinis vel characteris, requiritur ꝙ præscribens habeat ordinem vel characterem, vt dixi in pręced. art. quantũ verò ad reliqua dic, ꝙ ad hoc vt quis posit pręscribere ea, quæ sunt meri & misti imperij præscriptibilia, secundum ꝙ dixi in art. præced. requiritur ꝙ præscribens habeat aliquam prælaturam vel administrationẽ, vt in c. irrefragabili. §. excessus, s̄. de offi. ordin. & in c. auditis, & c. cũ olim. ȷ̄. de pręscr. & in c. ad hæc, & c. accedẽtibus. inf. de exces. prælat. vel ꝙ habeat aliquam præeminentiam, vel pręrogatiuam, vel subiectos, vnde capitulum potest prædicta præscribere, secundum D. Ant. & D. M. hic, arg. l. non ex singulis. ff. de regu. iur. priuata verò persona non potest ea, quæ sunt meri aut misti imperij præscribere: quod tamen limita, nisi per præscriptionẽ acquireret simul & semel subiectos, & exercitiũ eorum, quæ sunt imperij. arg. no. per Inn. in c. dilectus. de capel. mo. & quod ap. in cap. dilecto. de sent. exc. lib. 6. Sed ordinariam seu simplicem iurisdict. videtur quòd etiam priuata persona posit ex consuetudine acquirere, vt hic. & dicit Ioan. And. quòd non meminit alibi legisse. Et ex prædictis ego infero, ꝙ pater in filios & familiam suam potest ex consuetudine iurisdictionem quærere: cessante verò consuetudine, non potest. Sed dubium stat no. vtrum posito ꝙ aliàs non habeat iurisdictionem, & quòd illam nulla quæsierit cõsuetudine, patres & Domini posint in filios & familiam iurisdictionem exercere. & dicẽdum est, quòd non. vnde dominus in seruos mercenarios nõ habet iurisdictionem, nisi illam quæsierit consuetudine. tex. est hic. vnde Philoso-
18 phus in 6. Ethicorum dicit, † quòd dominus in seruos habet solum monitionem, non autem coactionem. scilicet iurisdictionalem, sed habet monitio-
b nem: quia potest ex causa castigare, [b] vt no. Glo. 7. q. 1. c. sicut alterius. fac. 23. q. 4. c. duo ista. vbi verus Dominus habens verum Dominium in seruos, non potest in illos iurisdictionẽ exercere, sed ratione potestatis, quam habet, potest in vincula cõstringere, vel moderatè castigare: non autem sęuire, vt Instit. de his, qui sunt sui vel alie. iur. §. 1. & in l. 1. C. de emẽdat. seruorum, & habetur Ecclesiastici. c. 33. vbi dicitur, seruo maleuolo torturam & compedes inijce. & idem dicendum est in patre, qui ratione patriæ potestatis quam habet in filium, potest illum leuiter casti-
c gare, vel tradere [c] ipsum iudici, vt iste puniat. no. in l. 3. de patria potestate, & in l. 1. C. de emancipat. liberorum, & vide Prouerbiorum cap. 13. Qui parcit vir-
gæ,

ADDITIONES.

a ¶ *Adde Sali. ibidem, & Do. Abb. hic: & aduerte, ꝙ propter hoc non prohibetur ordinarius in negligentiam eius, cui præscripsit, iurisdictionem exercere suam generalem, imò potest statuere præscribenti terminum ad conueniendam negligentiam. ita Abb. in c. irrefragabili, de de offic. ord. cum sim. vt dicit Phi. Decius in cap. ceterum. 4. no. de iudi.*

b ¶ *Leuiter potest d. seruos castigare, & est quasi index in seruos, vt dicit tex. in l. 1. §. si percussos. ff. ad Syll. l. quid ergo. §. hæres. ff. de lega. 1. l. pe. ff. de cond. ob ca. si tamen supra modum sæuiat, ita vt homicidium sequatur: debet dominus decapitari. ita Bald. in l. 1. C. de emenda. seruo.*

c ¶ *Pater tradit filium iudici ad puniendum. Adde ꝙ index debet ferre sententiam secundum voluntatem patris. l. 3. C. de patria potestate. nec poßet imponi pęna mortis, ne videretur pater filium morti obiecisse. sing. tex. in l. milites agr. §. fin. ff. de re mili. & quid de patrono & patre, an poßit conijcere in compedes & carcerem, vide Bald. in l. liberto. C. de obsequi. pa. præstan. & an poßit dominus nobiles suos homines leuiter castigare, & in mediocribus punire, vide Bal. in auth. ad hæc. C. de lati. libert. tollen. Quid de marito in vxore, vide And. hic, & Roma. in sing. 4. incip. licet.*

gæ, odit filiũ suum.& c.23. Noli subtrahere à puero, seu filio disciplinã: si enim percusseris cũ virga, non morietur. Tu virga percuties eum,& animam eius ab inferno liberabis. Idem etiam in marito respectu vxoris, vt in l.vxorem.C.de condi.inser.potest enim ex causa leuiter eam castigare, vt no. Docto. in cap. quemadmodum.de iureiur.& Archi.in d.c.sicut alterius.licet Glos.aliter sentiat. sed debet intelligi, ꝙ non potest sine causa aliquo modo castigare, sed cũ causa potest, moderatè tamen, & non crudeliter. & ita debet intelligi tex. in l.consensu. C.de repu. Sed si sine causa castigaret, aut causa, sed immoderatè sæuiret: punietur secundum formam authent. sed nouo.C.de repu. & in corpore vnde sumitur: quia punietur in tertia parte donationis propter nuptias, vel in tertia parte totius substantiæ, si non excedat trecentos aureos: aliàs punietur in centum aureis,& ita no.etiam Glo.33.quæst.3.c.placuit. vtrum possit eam in carcere aut in vincula ponere, vide tex.in d. c.placuit. vbi tex. dicit ꝙ clerici vxores suas peccantes, hoc est, adulterantes, habent potestatem præter necem ligandi,& custodiendi in domo sua, ad ieiunia salutaria,& non mortifera.23.q.5. c.hæc imago. Et quæ dicatur leuis castigatio, & quæ iusta, vide quæ latè dixi in c.1.de clerico percussore, & cap.peruenit. de sent.excom. in quarto membro principali, in 6.illatione, in fi.

19 ¶ † Aut quæritur, vtrũ habens aliter iurisdictionem, vel à lege, vel ex commissione, vel quia eã quę fierit consuetudine, vel priuilegio: possit illam exercere in filios, aut in familiam suam plures, reperiuntur opiniones. Prima fuit opin. Gos.hic, qui dicit ꝙ ipsis agentibus de familia non possunt contra alios iurisdictionem exercere, si recusantur. quæ opi.non placet Ho.nec Cal.si possunt ius dicere, quando alij agunt contra illos de familia: ergo & econtra. Do. meus dicit quòd Gos. habuit bonum intellectum, quia potest cognoscere quando alij agunt: quia nõ potest recusari à familia sua, vt in cap.insinuante.de offi.deleg.Sed quando familia agit contra alium, potest meritò recusari, vt suspectus, vt d. cap.insinuante. & c. accedens. infra vt lite non contest. dixi latè in cap. postremo. infra de app. Secunda principalis opin.fuit quòd in criminali non potest cognoscere: sed in ciuili potest esse delegatus, non ordinarius, quia delegatus fungitur vice delegantis. hanc tenet Glo. in l.qui iurisd. ff.de iu.om.iud.& in l.quinetiã, ff.de arbi.vbi plus dicit ꝙ potest esse ordinarius vsq; ad lit.contest.vt actio pereat, vt in l.Senatus.ff.de offic.præsid. Sed non placet Calde. hic: quia lex, qui iurisdictioni. loquitur indistinctè, non faciens differentiam inter ciuilem & criminalem causam. Item sequeretur quòd vbi delegans non posset recusari, non posset etiam delegatus: quod est cõtra dictum c.insinuãte. & cap.iudex, de offi.deleg. lib.6. Tertia fuit opin. Glo. in §.tria 3.quæst.7. quæ vult quòd in causa ciuili possit esse iudex, vsque ad finem litis, vt d.l.quinetiam, sed in criminali, vsque ad litem contest.sed delegatus indiscretus non potest esse. sed cõtra hanc opinionem est textus in d.l.qui iurisdictioni. qui indistinctè prohibet, ne quis dicat ius familię suæ. Quarta fuit opi.Calde. qui nõ facit aliquam differentiam inter ordinarium & delegatum, aut inter causam criminalem, & ciuilem, sed simpliciter dicit, quòd põt esse iudex, saluo iure recusationis, quæ opin.placet Dom. Anto. & est verissima, secũdum Dominum meum: quia ex quo iste aliàs habet iurisdictionem, debet posse illam exercere, nisi recusetur.argum. d.cap.postremo. voluit tamen hic Dom.Anto. quòd quantum ad effectum perpetuationis, potest esse iudex, etiam recusatus cognoscere vsque ad litẽ contest.& hoc procedit in ciuili, sed in criminali nulla exigitur recusatio: quia licet non recusetur, non tamen potest esse iudex: quia lex præcludit sibi exercitium iurisdictionis, vt d.l.qui iurisdictioni.& l.lex Cornelia.ff.de iniurijs. & sic residet Dominus meus. Et prædicta opin.Dom.Anto.placet mihi iure communi, quo iure, tam ordinarius, quàm delegatus possunt in totum recusari, vt dixi in c.si quis contra, supra eodem. Sed de iure ciuili, eo, quòd non posset in totum recusari, secundum ꝙ ibi dixi, sed esset adiungẽdus Episcopus, distinguendo ꝙ aut loquimur in ordinario, & non potest esse iudex, vt d. l.qui iurisdictioni. nisi fortè aut perpetuetur actio, vt d.l.Senatus. aut loquimur in delegato,& potest esse iudex familiæ suæ, vt in l.in priuatis.ff.de iud.& probatur in d.l.quinetiã.& ratio differentiæ sit inter ordinarium & delegatum, quia ordinarius non potest in totum recusari, ut in authent. si verò contigerit. C.de iudi. & in corpore vnde sumitur. sed datur adiunctus. & ideo non fuit conueniens quòd post, quàm iste non potest in totum recusari, quòd possit familiæ suæ ius dicere.& ideò lex simpliciter & indistinctè delegauit exercitium iurisdictionis absque propositione recusationis, in d.l. qui iurisdictioni. quæ ratio cessat in delegato, qui potest in totum recusari, vt in l.apertissimi,& in l.cũ speciali.C.de iud.Et ideò si pars potest recusare delegatum, & non recusat: est quid sibi imputetur. Et sic etiam similiter in electione arbitrorum, quæ à sola voluntate descendit, vt d.l.quinetiam.& quod dixi de ordinario, quòd potest quandoque vsque ad lit. contest. ius dicere familiæ suæ, est rationabile: ne pereat ius, & quia non vertitur magnum præiudicium. Et de prædictis uide, quæ latius dixi in repe.l.1.ff.quis & à quo.

20 ¶ † Circa quartum principalem articulum, qualiter, & per quos actus iurisdictio possit quæri. dic quòd per exercitium actuum iurisdictionalium: siue illi pertineant ad merum imperium, siue ad mistum, vel ad simplicem iurisdictionem, vt in iuribus allegatis in primo articulo. & etiã apparebit ex his, quæ dicam in seq.artic.& in 7.art. Debent enim esse

a actus [a] de natura & potestate iurisdictionis, quæ pręscribitur: aliàs non fieret quis quasi possessor talis iurisdictionis exercendæ. quãuis enim ego probem quòd maiores mei creauerint tabelliones in tali castro

ADDITIO.

a ¶ *Actus. Adde bonum tex. in l.1.§.Iulius ait. ff.de itin. actuque priua. vbi in præscriptionibus non fit extensio de loco ad locum: nec de actu ad actũ, vide etiam Abb.in c.Cumana.de elect.in 7.no.& Bar.in d.l.1.& bene facit: quia volũtas, quæ ex facto colligitur, eatenus colligitur, quatenus ex facto insurgere potest. ita probat tex. in c.solicitudinem. de ap.& Deci. in c. gratum, in 4. no. de offit.delega.*

stro: non tamen per hoc probo, me habere aliquam iurisdictioně territorij: quia hoc est quid diuersum à causa territorij: quia non competit ex natura territorij, sed priuilegij, vel cõsuetudinis, vnde possessor vnius, non infert ad possessionem alterius: sicut in simili non probo me possedisse hæreditatem, licet probem me possedisse aliquid ab hæreditate extraneum: oportet enim probare illud ad hæreditatem pertinere, vt l. gerit. ff. de acquiren. hæredit. Si verò esset tale quid, quod naturaliter esset tale quid, id est, de iure communi pertineat ad territorium, & cohæreat territorio, vt cognosceret de causis meri & misti imperij, &c. tunc probato tali vsu, probata est quasi possessio illius dignitatis, seu iurisdictionis, vt in c. vt nostrum. supra de offi. Archi. per quem tex. dicit ibi Ioan. Andr. singulariter, aperte probari quòd si quis probare intendit possessionem alicuius officij vel dignitatis, non sufficit quod probet exercitium, quod de iure communi non spectat ad dignitatem vel officium, sed debet probare illos actus spectare ad talem dignitatem, aut officium, & sic dicit Ioan. Andr. ibi se obtinuisse in Archidiacono natu Bononiensi. probato enim, quòd talis tali tempore dat publicas vel priuatas examinationes scholarium & Doctorum: non tamen probata est quasi possessio dignitatis Archidiaconi, nisi probaretur quòd illud spectet ad officium Archidiaconi. Sed si talis actus de iure spectaret ad tale officiũ vel dignitatem: tunc satis est probare exercitium illius actus, vt institutio ad Episcopum, inuestitura Archidiaconi, & sic de singulis. quod est notandum, secundum Bal. in quæstione quæ incipit, Apuleus, col. 12. Si ergo de iure communi tales actus non pertinerent ad illud officium vel dignitatem: teneretur quis probare se priuilegio, vel cõsuetudine illud quæsiuisse per actus conformes, & ideò in terminis d. c. ut nostrũ. quia fortè cancellarius Mediolanensis dicebat se habere ex consuetudine, vel priuilegio, examinare ordinatos ab Episcopo, quod nõ fuit probatum, ideo succubuit: quia solùm ex hoc, & ex officio vel dignitate poterat competere. sed si competeret officio vel dignitati, licet auferretur ei priuilegium vel præscriptio, tamen perderet quasi possessionem, quæ ad dignitatem vel officium pertineret, argum. l. si domus, & l. si ædes. de serui. rust. præd. debent igitur (vt dixi) actus conformes esse iurisdictioni, quos quis intendit consuetudine quærere. Aut asserit quæsiuisse, faceret tex. in c. 1. §. si quis per 30. & ibi no. Bald. si de feu. fuerit controuersia. & tex. in l. cum de in rem verso. ff. de vsu. in quantum loquitur de pręstatione vniformi. & quod no. in l. Seio. ff. de annuis leg. vbi, quòd legum pręstationes non adaptãtur ad ea, quæ habent incertam formam erogationis. & adde, quæ dicam in 7. art. Et aduerte: quia secundum Bal. in d. quæstio. per ædificationem nouæ ciuitatis in nouo solo, & exercitiũ meri aut misti imperij, &c. per eũ, qui ędificat, seu nouum populum, qui ibi exerceat omnia iurisdictionalia, quęritur iurisdictio talis meri & misti imperij: per huiusmodi enim ipsius soli occupationem & exercitium, quęritur iurisdictio, vt fecerunt Veneti. Et isto modo, etiam priuata persona potest quęrere iurisdictionem meri & misti imperij, secundum quod supra dixi in articulis pręcedentibus. Item aduerte: quia in his quæ sunt principi reseruata, quę tamen possunt cõsuetudine quęri, vt dixi in 2. arti. requirıtur sciẽtia & patiẽtia superioris, vt sentit Glo. 2. in c. pen. inf. de filijs pręsby. & probatur in c. super quibusdam. §. pręterea. 1. de verb. sign. Intellige tamen de scientia & patientia illius superioris, qui posset expresè concedere & transferre in præscribentem, vt dixi in 2. artic. no. etiam Bald. in l. 2. C. de serui. & aqua. & per l. si quis diutino. ff. si seruitus vendi. & per no. in l. qui ad certum. ff. locati. & l. fistulas. §. fundum. ff. de contrahen. emp. & l. 2. in fi. ff. de acquir. posses. & requiritur scientia & patientia omnium, quorũ auctoritas requiritur in quasi possessione tradenda, vel inuestitura facienda. ff. de acquir. poss. in l. pupillum. Quòd si sunt plures, qui haberẽt quasi possessionem iurisdictionis eiusdem generis, contra quos quis velit consuetudine, seu præscriptione iurisdictioně præscribere: exigitur scientia & patientia omnium, & vnius ignorantia prodest omnibus. quemadmodum serui. amit. l. si communem. Si verò iura essent diuersa, & penitus separata: tunc scientia nocet scienti, & ignorantia prodest nescienti. ad quod vide no. per Inno. in c. bonæ, infra de post. pręla. & per Bal. in d. l. 2. C. de serui. & aqua. vbi subdit, quòd ille, qui nescit non dicitur pati per l. 3. §. is qui nescit. ff. de lib. homine exhiben. facit ẽt l. annus. ff. de cal. & no. Ioan. de Imo. in l. sępe. ff. de re iud. requiruntur etiam actus continuati, & tempus de quibus dicam in seq. art.

21 ¶ † Circa quintum principalem articulum, quanto tempore iurisdictio ex consuetudine seu præscriptione quæratur. Bal. satis egregiè tractat hanc materiã in d. q. quæ incipit, Apuleus, & multum obscurè loquitur: habetur tamen quæstio prædicta satis corrupta, & ad intelligentiã præmittit, quòd in exercitio iurisdictionis requiritur factum personæ exercentis, & hoc non potest continuò exerceri, seu semper cõtinuari, & persona patientis, & hoc est duplex videlicet obediẽtia in faciendis, & hoc est bis continuum: & obedientia in omittendis, & hoc est continuum in patiente. ergo est actus continuus, sicut seruus dicitur continuè seruire etiam cum dormit, vel prandet: quia animus hominis posidet, & posidetur, sed non sic est in prædijs: quia anima non est in fundo, nec fundus obedit homini. pręmittit etiã, ꝙ in pręscriptione sufficit ciuilis possessio in actu, si naturalis sit in potentia. Si autẽ naturalis possessionis difficilis sit persecutio, in hac sufficit ciuilis, sed in re mobili, realiter perditur possessio ciuilis per amissionem naturalis, vt in l. si rem mobilem. ff. de acqu. poss. Sed in rebus immobilibus, durat ciuilis possessio: licet cum difficultate posit recuperari possessio naturalis, quam homo retinet: licet sit absens, nisi aliàs per metũ, aut per signa metus ostendat se illam amisisse, vt in l. clam posidere. §. si. ff. de acquir. poss. tradit etiam Bart. in l. 1. C. de ser. fug. & quòd ciuilis possessio & non naturalis, inducat præscriptionem, no. Gl. 2. in c. causam. de pręscrip. inf. & Io. And. post Dy. in regula, sine possessione. de reg. iur. lib. 6. & latè per Barto. & Ioan. de Imo. in l. 3. §. ex contrario. ff. de acquir. poss. & aliquid tetigi post Dom. meum in c. vigilanti. infra de præscript. His præmisis, redeundo ad principale propositum, dicit Bal. quòd prima fronte videtur distinguẽdum quòd aut præscribens iurisdictionem habet titulum & bonam fidẽ, & pręscribit

scribit spatio 10. annorum inter præsentes, & 20. inter absentes, per l.fi.C.de præscrip.lon.tempor. Aut quasi possidet bona fide, & absq; titulo, & tunc pręscribit spatio 30.annorum, & hoc probatur, quia talis distinctio sit in domino, vt C.de præscript. 30.annorum. in l.si quis emptoris. Sed iurisdictio æquiparatur dominio, vt in l.qui furem. ff.de statu hom. igitur, &c. In contrarium videtur quod titulus non requiratur, quia in præscriptionibus incorporalium nõ requiritur titul. vt l.si quis diuturno. ff.si seruitus vendi. ergo nec in iurisdictio. quæ est ius incorporatum. sed potest dici secundum Bald. quòd ibi loquitur in iuribus, quæ sunt infra dominium. Sed iurisdictio est supra dominium, vt ff.de acquir. poss.l. qui vniuersitas. §.item cum Prætor. qui parum, aut nihil facit. Præterea lex, si quis diuturno. nõ habet locum in præscriptione personarum, siue status, nec in seruitutibus personalibus, vt l.fi. C.de præscr.lon. temp. sed quòd non requiratur titulus in præscribẽda iurisdictione, probatur: quia quò ad subditos est potius consuetudo, quàm præscriptio. Sed in præscribenda cõsuetudine, non requiritur titulus: quia vtriusque partis consensus habetur pro quodam titulo, licet innominato. facit quod no. per Glo. in l. cum de in rem verso. ff. de vsuris. & in l.litibus. & l. cum satis.C.de agr. & censi.lib.11. & ibi per Andr. de Baru.& per Bart. Subdit finaliter Bald. quòd aut volo præscribere iurisdictionem personalem in proprietate & dominio, ita quòd eam vendere & concedere possim in feudum.. primo casu aut volo iurisdictionem, quam alius habet, in me transferre: & quamuis Bal. multum obscurè loquatur, tamen ista videtur sententia sua, quòd præscribo tanto temporis spatio, quanto præscriberem ipsum territorium, & sic spatio longi temporis, vt in d.l.fin. sicut enim pręscribẽs fundum, pręscribit quicquid est ibi plan-
a tatum vel radicatũ: ita pręscribens territorium,[a] pręscribit iurisdictionem, tanquam plantatam & annexam territorio, à quo non potest auelli. facit. ff.de cõtrahen.emp.l.in modicis, & infra de iure pa.c.ex literis, iuncto tex.l.1.§.cum vrbem.ff.de offi.præfe. vrb. & l.fi.eod.ti. & l.3. ff.de offi.pręsi. & l.fi. ff.de iurisd. omn.iud. in quibus dicitur, quòd iurisdictio cohæret territorio, & ad idẽ c.fi.in fi.ff.de const.lib.6.& in l.fi.C.vbi & apud quos & l.pupillus.§.territorium.ff. de verb.sign.& l.quicunque.C.de fund.limi.lib.11. vnde tanto tempore iurisdictio, quę est ius incorporale cohęrens territorio, regulariter præscribitur, & consuetudine solet, quanto tempore quæritur territorium, per tex.& quod ibi no.Bal.in l.fi. C.de præscri.lon.tempo. & in l.2. C.de ser.& aqua. Si autem aliquis uellet creare liberas gẽtes, nouum imperium ex surrectione, & iurisdictionis exercitio, verbi gratia: si aliquod castrũ tenebatur Regi ad soluendum tot denarios in anno, & in omnibus alijs, homines illi erant ibi liberi, & ego volo eos pręscribere vt subditos quò ad omnia: hoc casu, oportet interuenire tempus longissimum, & ratio differẽtię sit inter præcedentem casum & istum: quia in pręcedenti, homines subditi, non mutant statum seu dominum: licet quãdoque intersit magis habere vnum, quàm alium dominum, vt l.inuitus. ff. de fideicommissa. lib. In hoc verò secundo casu, subditi mutant statum, & ideò exigitur tempus longissimum, vt d.l.litibus, & d.l.cum satis.C.de agri.& cẽsi.& quod vtrobique notatur, & quod no. Gl.in d.l.cum de in rem verso.ff.de vsur. Secundo casu, quando dolo pręscriberet feudum, & sic iurisdictionẽ subalternam. tex. videtur velle, quòd requirantur 30. anni, in cap. 1. §. si quis per 30. si de feu. fue. controu. inter dominum & agnatos. Bald. distinguit quòd aut tractatur de feudo transferendo, aut de nouo formando. Primo casu, sufficit longum tempus: vnde si tu habes feudũ, quod ego emo bona fide ab alio, consentiente domino: ego illud præscribo longo tempore, & ero solus & insolidum feudatarius: sicut medio tẽpore fui solus & insolidum possessor; quia possessio regulat, & regit præscribentem. ff.de iti. actuque priua.l.1.§.1. faciunt quæ dicam in 7.prin.artic. Subdit tamen Bald. quòd licet aliqui dicant quòd si loquimur in eo, qui nullam aliàs habet iurisdictionem, & vult præscribere, quòd requiritur tantum tempus, cuius in contrariũ memoria non existat: moti: quia talis iurisd. habet causam discontinuam, per l.hoc iure.§.ductus aquę.ff.de aqua quoti.& ęsti. tamen Bal. dicit quòd hoc non est verum: quia in præscribenda iurisdict. tria sunt consideranda. Primò conside-
22 rari debet actus superioris sciẽtis & patientis † & appellatur superior ille, ad quem pertinet locus ex natura loci. id est, exitu, ff.de iud.l.insulæ. Exemplum. Rex habet totum regnum suum, & totum illius regni solum in eius potestate consistit, vt d.l.1. §.cum vrbem, & cum fine isto solo præscriptio non procedat, vt c.bonæ. de postu.Præla. & in l.2. §.pe. ff.de aqua plu. arcen. & in l.si publicanus. ff. de publica. Ista scientia & patientia ipsius superioris, dicitur habere causam continuam. argum. l.magnan. C.de cõtrahen.& commit. stipu. Secundò considerari debet actus præscribẽtis, & iste in genere sui est cõtinuus: quia tribunal perpetuum habet, & eius statuta bona & edicta semper vigẽt, vt in l.Arriani. C.de here.sed respectu singulorum actuũ, non dicitur continuus. ar.l.fin. C.de ser. & ita intelligi debet quod dixi sup. in euidentialibus. Tertiò considerari debet actus inferioris obedientis, & quò ad obedientiam patientis, non est dubium quòd est actus continuus. arg.l. dedi.in princ.ff.de condictione causa da. Nec rebellio vnius aut duorum, seu plurium subditorum, tollit possessionem in vniuersis: Sed vniuersalis rebellio omnium, vt sentit Bart. in l.hostes.ff.de cap.& sic videtur concludere Bald. quòd sufficiat ad præscribendam iurisdictionem, longum tẽpus, scilicet, decem annorum inter pręsentes, & viginti inter absentes. non ob. §.ductus aquæ. quia ibi tempus allegatur pro causa: hic verò causa aliunde allegatur, & tempus allegatur ad illam causam probandam: quia tempus non habet in se causam, nec ponitur inter causas substantiales. pro quo facit l.obligationum ferè.§.placet. ff.de act.& obli. Causæ enim substantiales sunt tãtum quatuor, licet Seneca in quadam sua epistola dicat esse plures, quàm quatuor. Et inter naturales & accidentales causas ponit locum & tẽpus.

Ista

ADDITIO.

a ¶ *Iurisdict. cohæret territorio, tanquam nebula super paludem. ita Socin. in consil. 74. colum. 2. ver. 1. quia, ex quo.*

Ista sunt verba Bal. satis dubia, licet ipse etiam magis dubiè loquatur, & in effectu videtur velle q. vbi ad præscriptionem allegatur tẽpus pro titulo, quod est necessarium, quando ius facit contra præscribentem, per c. 1. de præscr. lib. 6. & c. ad decimas. de rest. spol. lib. 6. tunc exigitur tãtum tempus, cuius in contrarium memoria non existat. Sed quando allegaretur causa aliunde, quàm ex tempore, vt puta concessio tui patiẽtis, aut similis titulus, & ad probandũ deduceretur tẽpus, sufficit tẽpus longum 10. vel 20. annorum. Sed dicit Bal. q. hic occurrit magnum du-
23 bium, † quia quãdoque est certa iurisdictio, ad quã præscribendã specialiter requiritur titulus: alias nõ procedit propter malam fidem præsumptam, per d. c. ad decimas. facit etiam d. c. 1. de præscript. lib. 6. ergo videtur falsum, quod dictum est de præscriptione decennali. Solu. dicit Bald. q. si aliquis vtitur iurisdictione in aliquo regno, iurisdictio qua vtitur, non est eadem cum iurisdictione Regis: sicut cum quis præscribit seruitutem in fun. Titij, præscribit ius quod non est Titij: quia res Titij non seruit ipsi Titio, & finaliter de intellectu d. cap. ad decimas, remittit Bal. ad no. per Bar. in l. 1. §. 1. ff. de itinere actuque priuato. & sic residet, quæ verba sunt satis dubia. de quo etiam vide in c. 1. de præscrip. lib. 6. & per D. M. in c. si diligenti. infra de præscript. Ista materia (iudicio meo) est difficillima, quia ad eam expediendam concurrunt plures articuli difficiles. In primis generalis articulus est, quanto tempore inducatur cõsuetudo. in quo Doct. sunt valde varij, vt latè traditur in c. fi. supra de consuetud. & in l. de quibus. ff. de legi. Item quia per Docto. commiscetur materia præscriptionis & consuetudinis ad inuicẽ, inter quæ duo, longa videtur differentia, & est articulus subtilis & difficilis, vt apparet ex his, quæ tradit Dom. Anton. in d. c. fi. Item commiscetur materia iurisdictionalis, quæ similiter est subtilis & difficilis. Est alius secundus artic. quando ius incorporale dicatur continuum, vel discontinuum. Est & tertius articul. de
a scientia & patientia [a] superioris. Quare si essemus in materia cõsuetudinis, latius instarem: verùm pro nunc breuiter & compendiosè loquar. Et in primis dico quòd si aliquis inniteretur sola præscriptione, quæ tenderet ad præiudicandum iuribus alicuius, exigeret illud tempus, quod exigitur ad validitatem præscriptionis, quãdoque longissimum, secundum quod statim aliquid subijciam. Et etiam tunc esset necessarium considerare vtrum iurisdictio haberet causam continuam, vel discontinuam. Et vtrum talis inniteretur ex titulo, vel ex bona fide, & de sciẽtia & patientia superioris, seu eius, contra quem præscribitur. verùm cum ad esse seu substantiam consuetudinis, aut ad eã inducendam non requiratur titulus, vt tradit Archid. & Ioan. Andr. post eum in cap. 1. de præscript. lib. 6. & ibi d. Do. & Hostien. in cap. cum olim. de præscript. & Dom. Anto. & D. M. in cap. fin. de consue. Nec etiam videatur requiri bona fides, cum agatur de cõsensu publico: nec etiam scientia & patientia superioris, vt no. glo. 1. dist. consuetudo. 4. d. §. leges. 8. dist. cap. frustra. Doct. in cap. fin. de consue. & probatur expressè in c. 1. de constit. licet gl. videatur voluisse contrarium in l. de quibus. ff. de leg. & malè, nisi intelligendo, prout statim dicam, meritò dicendum arbitror quòd vbi ad esse consuetudinis non exigitur substantia præscriptionis, quòd semper sufficit longum tempus, hoc est decem annorum, non dico inter præsentes, viginti inter absentes, prout nonnulli videntur interpretari:
b sed dico quòd sufficiat solum tẽpus [b] 10. anno. quia absentia priuatorum non habet obesse eius cõsuetudini: quia consuetudo non inducitur ex tacito consensu populi in loco existentis, vt d. l. de quibus. & Instit. de iure na. §. ex non scripto. qui populus semper est præsens in loco.

24 ¶ † Et est idem populus, qui semper pro tempore præterito fuit, vt in l. proponebatur. ff. de iudic. & in l. sicut §. fi. & ibi etiam Bald. ff. quod cuiusque vniuer. nomine. no. glo. 7. quæstio. 1. cap. denique. Nec facio vim, aut differentiam vtrum iurisdictio dicatur habere causam continuam vel discontinuã quò ad intelligendam cõsuetudinem propriam, seu quærendam ipsam iurisdictionem per consuetudinem propriam: quia non memini legisse, quantum ad puram consuetudinẽ per iura nostra talem aliquam fieri differentiam. Quinimò reperio, quòd iurisdictio voluntaria, quæ non videtur adhærere territorio, vt in l. 2. ff. de offic. procons. & 8. q. 2. cap. episcopum. cum duobus sequentibus. & 18. quæst. 2. c. luminoso, & quę videtur habere causam discontinuã: nihilominus quæritur longo tempore, vt l. fin. C. de emancip. libe. no. Bal. in l. 1. C. eod. & maximè, quia latius traditur in cap. fin. de consue. & in d. l. de quibus. ad inducendam consuetudinem consideratur pluralitas actuum, etiam si fuerint duo vel tres, qui transiuerint in verisimilem notitiam populi concursu decennij. Vnde concludo quòd cum iura velint consuetudinem longo tempore induci, vt in rubr. & in l. 2. C. quæ sit longa consuet. & in d. l. fin. C. de eman. liberorum. decenium videtur sufficere, cum dicatur longum tempus. Nec etiam videtur distinguendum, secundum Iac. But. & Bart. in d. l. de quibus, vtrum talis consuetudo sit præter, vel contra ius, de quo tamen aliquid statim subijciam. Si verò ad esse consuetudinis misceretur substantia præscriptionis, quia exigeretur præscriptio, vt præscriptio: non dico, vt tempus: quia ad cuiuslibet consuetudinis substantiam exigitur tempus 10. annorum: Sed loquor de præscriptione, quæ exigeretur propter præiudiciũ alicuius: non de præiudicio, seu effectu publico vniuersali inducto per consuetudinem: quia tunc succederet differẽtia inter actus cõtinuos & discontinuos, & habitum titulum & non titulum, scientiam, & ignorantiam superioris, seu illius, de cuius præiudicio ageretur, & ideò hoc casu arbitrarer distinguẽdum, quod aut loquimur de iure ciuili, aut de iure canonico. De iure ciuili regulariter sufficit longum tempus, per l. 2. C. de serui & aqua. facit l. fi. C. de præscript. lon. temp. & hoc casu, possunt procedere rationes Bal. quòd iurisdictio dicatur habere causam continuã, exigitur tamẽ scientia & patientia: quia talis habetur pro titulo, & ex hoc

ADDITIONES.

a ¶ *An iurisdictio quæratur cum patientia & scientia superioris, vide Soc. in consi. 187. 9. col. ver. 5. & vlt.*

b ¶ *Quanto tempore quæratur, vide Soc. d. consil. 187. in 3. col. versi. circa tertiam.*

hoc titulo presumpto in iuribus incorporalibus, per l. si quis diuturno. ff. si seru. vend. & per ea quæ supra dixi sufficit longum tempus, vt d. l. fi. de præscr. lon. temporis. Et hoc casu, inquantum ageremus de præiudicio illius respectu præscriptionis illi præiudicantis, acciperemus longum tempus decennij inter præsentes, & 20. annorum inter absentes, vt d. l. fi. Et hęc tamen regula fallit in iurisdictione, per quam status subiectorum mutaretur, argu. l. litibus, & per l. cum satis. C. de agric. & cen. lib. 11. & per ea, quæ dixi secundum Bald. Item fallit in casu c. 1. §. ꝙ si per 30. si de feu. fuerit controuer. inter dominum & agnatos. Tertiò fallit, nisi per consuetudinem quis vellet præ
a scribere iurisdictionem principi reseruatam [a] in signum specialis priuilegij: quia tunc etiam de iure ciuili exigeretur tantum tempus, cuius in cõtrarium memoria non existat, secundum D. M. super ca. super quibusdam, infra de verb. signif. & tenet D. M. & Doct. in c. fin. supra de consue. Bart. & Io. de Imo. in l. 1. §. denique. ff. de aqua plu. arcen. sufficit tamen hoc tempus: quia vsus tanti temporis habet vim priuilegij, vt d. cap. super quibusdam, & l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quot. & æsti. facit ꝙ no. Bart. in l. si publicanus. §. fi. ff. de publica. Quartò fallit secundum D. Ant. vbi ius requireret antiquatam consuetudinem, quæ fallentia non plus placet D. M. ibi. videtur enim esse contra tex. in d. l. de quibus. vbi consuetudo dicit̃ inueterata, quæ acquisita est cursu decennij, nec videtur fieri differentia inter verbum, inueteratã, & antiquam. facit l. minime. ff. de legi. quæ loquitur per verbum, diuturni. vnde hæc verba, diuturna, inueterata, & antiqua, videntur synonima. Quintò fallit, secundum D. Anton. vbi consuetudo obuiaret omni iuri: quia tunc requiritur etiam tantum tempus, cuius in contrarium memoria non existit, secundum Do. Anton. in d. cap. fin. & intelligo omni iuri, contra quod operari posit consuetudo. & istæ fallentię fuerunt originaliter Io. Mo. & Arch. in cap. generali. de elect. lib. 6. quæ fallentia similiter non placet D. M. videtur contra tex. in d. cap. fi. qui requirit consuetudinem esse præscriptam, cùm est contra ius, & tamen dicit ibi, quòd sufficiunt 10. anni. Item cum de iure ciuili sufficiat tempus 10. annorum, non debemus obuiare iuri ciuili: nisi quatenus reperiretur iure cautum, vt dixi in cap. 1. de oper. no. nun. In contrarium etiam facit quod dixi supra, secundum Iaco. But. & Barto. nisi diceres ꝙ Iac. & Bar. loquuntur de cõsuetudine contra ius, & non contra omne ius: de iure autem canonico, idem videtur regulariter dicendum: quia tempus consuetudinis inducendæ regulariter de iure canonico nõ videtur esse difforme a iure ciuili, etiam si consuetudo exigat præscript. per tex. in cap. fi. supra de consuet. iũctis his, quæ supra dixi, quod videtur procedere, etiam si tractetur de alterius præiudicio: dummodò non agatur de præiudicio ecclesiæ. vnde Do. meus in cap. si diligenti. infra de præscrip. vbi videtur approbare opin. Bal. de quo supra, videtur concludere in effectu, quòd sufficiat longum tempus. Mouetur in cap. cum ecclesia. infra de causa poss. & propric. Nam ibi loquitur de quadam quasi possessione iurium incorporalium, & acquirẽda quadam seruitute in iure eligendi contra Canones ecclesiæ cathedralis: iure etiam residentiæ, & tamen nõ fuit opus probare bonam fidem, & sic titulum. Et idem sentit Innoc. in d. cap. si diligenti. dicens, ꝙ contra præscript. quæ est contra præscribentem, sufficit allegare titulum: sed non est necesse probare, sed sufficit probare quod per longum tempus, scilicet per 10. annos quis fuerit vsus tali iure, quod etiam tenet Barto. in l. 1. §. denique. ff. de aqua plu. arcen. Aduerte tamen: quia gl. in c. fi. supra de consuet. & 12. di. c. consuetudo. videntur velle, quòd quando consuetudo sit contra ius: tunc non sufficiat longum tempus, sed solummodo quando præter ius. Sed Dom. Anto. ibi dicit quod sufficeret longum tempus, si sciente Papa induceretur, quod est valde no. secundum D. M. sed non probatur iure. qui Do. M. fatetur tamen quod procedit dictum Do. Ant. quando Papa fuisset vsus illa consuetudine: sed sola patientia non sufficeret, quia multa per patiẽtiam tolerantur, &c. vt in c. cum iam dudum. inf. de præb. & sic videtur fateri D. M. ꝙ quando consuetudo est contra ius, de iure Canonico exigeretur longius tẽpus, cuius contrarium videtur ipse & Inno. voluisse, per ea, quæ statim dicta sunt. Sed posset intelligi & saluari hoc dictum, quando requireretur præscriptio longioris temporis, quàm decennij respectu iuris ꝙ pręscriberetur, & fauoris illius, contra quem præscriberetur. Nam hoc casu, si sola scientia & patientia illius, contra quem præscribitur, nõ diminueret tempus præscriptionis, ita nec consuetudinis habentis admistam præscriptionem, & ideo si consuetudo talis esset præiudicatiua ecclesiæ, ita ꝙ tractaretur de alicuius ecclesiæ præiudicio, per exercitium talis iurisdictionis: sicut contra ecclesiam non præscribitur et̃ cum titulo, nisi quis possederit per annos 40. Ita nec præscriberetur, seu consuetudine quæreretur talis iurisdictio, nisi quis fuerit vsus tali iurisdictione sciente & patiẽte aduersario, per dictum tempus 40. annorum. hæc enim patientia in iuribus incorporalibus habetur pro titulo & posset allegari & probari, ex tempore titulus, per l. cum de in rem verso. ff. de vsu. & l. 1. §. fi. ff. de aqua plu. arc. & in c. peruenit. infra de censi. & istud est quod voluit Bal. supra, dum dicit ꝙ allegatur causa aliũde, & probatur per tempus. Conclude ergo ꝙ si per talem consuetudinem & vsum iurisdictionis detraheretur iuri alicuius ecclesiæ: tunc sicut in præscriptione contra ecclesiam requirũtur 40. anni: ita & in consuetudine. hoc no. voluit Innoc. in c. cum dilectus. supra de consue. & D. M. in c. fi. de consue. videtur tamen Inno. se restringere, & velle quòd dictum suum procedat, quando consuetudo esset contra ecclesiam particularem: hoc est quando tractaretur de præiudicio ecclesiæ particularis. quod non placet D. M. in d. cap. fin. qui dicit, ꝙ non videt congruam differentiam inter præiudicium ecclesiæ particularis & vniuersalis, & quia non debet esse minus fauorabile totum corpus ecclesiæ, quàm vnum ipsius membrum, & sic

ADDITIO.

a ¶ *In præscribenda iurisdictione, quæ reseruatur principi in signum supremæ potestatis requiritur tempus, cuius initij memoria nõ existat, & quæ sunt ista, vide Bal. in l. rescripta. C. si contra ius. & per l. 1. C. de iure aur. annul. & vide Bald. in tit. quæ sint rega. in vsibus feud.*

& sic quàm vna quæque ecclesia particularis, & ex prædictis ego arbitror inferendum ꝙ si consuetudini propria admista esset præscriptio, vel ipse vsus iurisdictionis potius propriè diceretur præscriptio, quam consuetudo, secũdum ea, quę latius dicam in 7.princ.artic. Si essemus in casibus, in quibus de iure ciuili requireretur maius tempus decẽnio: diceremus quod esset de iure ciuili ad præscriptionem talem inducendam, & ex prædictis habes expeditum quintum principalem articulum, qui est satis intricatus, & difficilis.

25 ¶ † Circa 6. articulum principalem, in quos seu contra quos iurisdictio possit quæri consuetudine, breuiter dic quòd contra quemcunque inferiorem: siue sit dominus, aut aliàs habens iurisdictionem: siue vniuersitas, siue populus, vt patet ex superioribus, quinimò & contra Imperatorem, & contra Papam potest quæri: dummodò nõ sit talis, per quam quis videatur præscribere ꝙ sit acephalus, per ea quę dixi supra in 2.prin. art.

26 ¶ † Circa 7. principalem articulum, quis sit effe-
a ctus huius consuetudinis. Et [a] aduerte: quia vt patet ex superioribus, nos hic non tractamus de effectu consuetudinis in genere, de quo latius per Doct. maximè per D. Anto. in d.c.fi. supra, de consue. Sed loquimur de effectu consuetudinis, per quam quæsita sit iurisdictio, qui articulus est etiam intricatus & difficilis, & ideò, vt facilius intelligas infra dicenda, debes premittere ꝙ per vsum longæuum quandoq; acquiritur ius priuato, & ista non est propriè consuetudo, sed præscriptio, siue tale ius trahatur ex publico, siue ex priuato: quia propria consuetudo nõ acquirit de sui propria essentia alicui priuato, sed in publico, vndecunque caufetur, etiam si tale ius publicum acquirat ex iure priuato, vt in l. venditor. §. consistat. ff. communia prædiorum. vbi patet quòd potest consuetudine introduci ꝙ dato pretio quisque possit fodere, seu excidere lapides ex fundo, seu lapidicinis alicuius priuati: vnde ex quo istud ius acquiritur publico, & in communi: licet acquiratur, seu trahatur à priuato: tamen dicitur consuetudo: sed si acquirerẽ particulari personę, vel certis personis, non diceretur cõsuetudo, sed præscriptio. Nam consuetudo est lex non scripta, quæ debet esse communis, sicut lex scripta. 4. dist. c. erit autem lex. Si ergo ius acquiritur priuato, non potest dici lex: quia non est communis, & ideò notabiliter dicit Io. An. & D.M. post eum in cap. cum dilectus. supra de consue. quòd illa decretalis incongruè ponitur sub illo titulo: quia potius debebat poni sub titu. de præscr. quam ibi: quia ibi illud ius subtrahebatur vni collegio, & acquirebatur alteri collegio. quod dictum est singulare, & ideò non dicitur consuetudo, ubi ius acquiritur certo collegio: quia collegium tenet uices vnius.

¶ Est enim corpus fictum & repręsentatum, ut in l. mortuo. ff. de fideiussoribus, & in l. proponebatur. ff. de iud. secundum D.M. Ego tamen arbitror quòd in vno collegio respectu omnium de collegio, potest induci consuetudo, & erit propria consuetudo respectu ipsius collegij: quia sicut potest statutum condere, vt in l. fi. C. de iur. om. iud. & l. ambitiosa. ff. de decretis ab ordine faciendis, & per Bart. in l. omnes populi. ff. de iust. & iure, & per Pet. de Ancha. in repet. c. 1. sup. de const. in 9. q. princ. Intelligendo tamen secundum quod dicitur in dictis iuribus, ita ꝙ possit consuetudo induci. A. B. Ad prædicta etiam facit quod dicit Bar. consi. quod incipit, capitaneus patrimonij. vbi dicit, quòd consuetudo est, quando ex tanto consensu populi & cursu temporis inducitur aliquod ius, quod populus statuendo facere posset, & ita loquitur l. de quibus. sed quando quis præscribit contra aliquẽ aliquod ius, quòd si vellet, non posset statuendo inducere: tunc est præscriptio. quod etiam sensit Cyn. in l. 2. C. quæ sit lon. consue. & Doct. in c. fi. de consue. Ma.

¶ Et aduerte: quia vnus & idem vsus quãdoque vno respectu potest esse præscriptio, & alio respectu potest esse consuetudo, vt singul. exemplificat Ioan. An. in c. 3. de consue. lib. 6. & si Episcopus acquirit, vt solus possit corrigere sine consilio capituli: quia quò ad Episcopum, cõtra capitulum est prescriptio: quia detrahitur iuri capituli, & acquiritur Episcopo, & sic non potest dici cõsuetudo, per ea quæ statim dicta sunt, sed respectu subditorum, qui per solum Episcopum veniunt corrigendi, dicitur consuetudo, & idẽ respectu Episcopi quo ad subditos: quia subditis nihil detrahitur, sed est quędam lex tacita, seu nõ scripta, per quam solus Episcopus potest eos punire, & ideò dixit ibi no. Io. And. quatenus Episcopus contendit contra capitulum, debet habere titulum: quia est præscriptio, & in præscriptione contra ius requirit titulus, vt in c. 1. de præscr. lib. 6. & sic intelligit gl. in verbo, canonice. in d.c. 3. iuncto illo tex. Sed quatenus Episcopus litigaret contra subditos de iurisdictione contra eos per eum solum quæsita, non tenetur allegare titulum contra eos, vt dixi, est consuetudo, & in consuetudine etiam contra ius non requiritur titulus, vt supra dixi.

27 ¶ † His igitur sic præmissis descendo ad declarationem articuli, quis sit effectus consuetudinis, per quam quæritur iurisdictio. breuiter, dic, quod is, qui cõsuetudine iurisdictionem quæsiuerit, potest illam exercere, vt hic, & in alijs iuribus alleg. & in allegandis, quod est intelligendum, quãdo exercens actum iurisdictionalem habuit animum acquirendi quasi
b possessionem [b] iurisdictionis generalis, vel particularis, in toto vel in parte: aliàs sine animo acquirendi nullam iurisdictionem acquireret, quæ non acquiritur sine quasi possessione, & quasi possessio non acquiritur sine animo. C. de acquir. possess. l. licet. & ff. eod. l. 3. & l. quemadmodum. in princip. & in cap. cum nostris, de concess. præben. & in cap. pastoralis, de priuil. Et aduerte, quod ille, qui vult acquirere quasi possessionem alicuius iuris, seu iurisdictionis, debet eo animo facere quod credat vti iure suo. ff. quemad. ser. amit. l. fin. & ff. de itin. actuq; priua. l. fi. tenet Innocen. in cap. cum dilectus. de capel. mo. in glo. sed quæritur. in princ. licet in contrarium notet idem Inn. in ver. quod autem credat.

Sed

ADDITIONES.

a ¶ *Quomodo acquiratur iurisdictio per cõsuetudinem, vide Feli. in c. ex parte decani. de rescr. & Corneum in consi. 268. incip. in hac.*

b ¶ *Quasi possessionem. Et quomodo hic possessio acquiratur, vide Socin. d. consi. 187.*

Sed primam glo. Inn. intellige, quantũ ad hoc, vt iurisdictionem effectualiter acquirat, ita vt iuris remedijs opportunis posit se in quasi possessione defendere. quod autem secundo loco dicit Inno. intelligi debet, quò ad hoc, vt non posit se perpetuò defendere, secundum Henricum Bohic in d. cap. cum dilectus. Acquiritur ergo prædictis duobus concurrentibus iurisdictionis exercitium, per consuetudinem, si modò sit legitimè præscripta, vt in cap. Cumana, de electio. & ibi no. secundum Hostien. & Ioan. And. Et hæc adde ad ea, quæ dicta fuerunt in 4. princ. artic.

¶ Et prædicta indubitanter procedunt respectu eorum, quę expresè & specificè per quasi posesionem exercitij & iurisdictionis quæsita sunt, siue sint quæsita respectu certarum personarum, siue certi loci, aut certarum causarum: siue sint meri, siue misti imperij, siue etiam iurisdictionis simplicis. Indubitanter enim est concurrentibus his, quæ ad acquisitionem iurisdic. necessaria sunt, in his, quę expresè quasi possessa sunt iurisdic. exerceri posse. sed dubiũ satis difficile oritur, vtrum huiusmodi consuetudo extendatur ad alias personas, loca, res, vel alias iurisdictionis species.

¶ Et ideò pro istius dubitationis clariori doctrina, prosequar infrascriptas quæstiones.

¶ Prima erit, vtrum fiat extensio de tempore ad tempus.

¶ Secunda, de persona ad personam.

¶ Tertia, de loco ad locum.

¶ Quarta, de re ad rem.

¶ Quinta, de causa ad causam.

¶ Sexta, de vna specie iurisdictionis ad aliam speciem.

28 ¶ Primò igitur quęro, † vtrum iurisdictio consuetudine seu præscriptione quæsita ad certum tẽpus, extendatur ad aliud tempus. Exemplum, acquisiuit quis potestatem cognoscendi de causis concurrentibus intra mẽsem Maij, vel certo tempore anni: an poterit iste cognoscere de alio mense, vel alio tempore? Sol. dic, quòd non authoritate præscriptionis. argu. ff. de leg. 2. in l. statuliber. §. stipulatus. & C. cõmunia de le. in l. fi. sed si propter iustũ impedimentum fuerit impeditus, tunc ex ratione iuris cõis potest cognoscere, vt l. fi. C. de adulter. & in l. intra vtile. ff. de minor. & in l. prospexit. §. sextus. ff. qui & à quibus, secundum aliquos. ꝙ non placet Baldo, quia secundum eum, talis est exclusus à potestate cognoscendi alio tempore per l. legatum. C. de conditio. incertis. quod est verũ, nisi partes ipsæ prorogent, quia officium prorogatum dicitur esse unũ & idem, dummodo sit eiusdem formæ & iuris, secus si alterius, vt in §. hi, qui. de præben. lib. 6. & ibi glo. & in l. cum in plures. §. lege dicta. ff. loca. Item secus si uenit ad perimendum officium, quod introducebatur ex primo cursu: quia tunc nõ dicitur idem, per l. si stipulatus sim mihi à Proculo. ff. de verbor. obligat. & l. Valerianus. ff. de præto. stipul. & hæc uera, si meta apponitur actioni, extenditur actio & iurisdictio, quia extenditur ad incidentia. C. de iudi. l. quot. secundum Bal. in d. quæst. quæ incipit, Apuleus. Tu verò conclude, quòd uigore consuetudinis uel prescriptionis, quæ etiam strictè est intelligenda, secũdum quod infra dicam, non potest ipse alio tempore iurisdictionem exercere: quia permissa ad tempus, regulariter post tempus intelliguntur prohibita. Sed vigore prorogationis est maius dubium, & dubitationem faciunt ea quæ dicam in cap. significasti. infra eodem, in 3. quæstio. princ. & in 8. videtur tamen quòd virtute prorogationis posit: quia etiam iurisdictio delegata, est strictè interpretanda, vt in cap. cum dilecta. de rescript. & in cap. venerabili. de offic. deleg.

29 ¶ † Et tamen iurisdictio delegati ad certum tempus, potest ad alium tempus prorogari, vt in c. de causis. supra de offi. deleg. & ibi dixi. debent tamen quatuor concurrere.

¶ Primò, quòd fiat intra tempus.

¶ Secundò, quòd sub eadem forma & natura.

¶ Tertiò, consensus vtriusque partis.

¶ Quartò, consensus iudicis, de quibus dic, vt ibi dixi, & vide etiam quæ dicam in d. c. significasti. inf. eo. in 4. prin. art. in 4. q.

30 ¶ † Secundò quæro, vtrum iurisdictio consuetudine vel præscriptione quæsita extendatur de persona ad personam.[a] Exemplum, incipit quis cognoscere de causis inter homines vnius tercerij portæ vel parochiæ, aut in homines certæ conditionis, vt puta, inter pupillos, vel inter viduas, vel inter homines alicuius pasionis, vt puta Guelphos & Gebellinos. Sol. Inno. & Io. An. in d. c. cum dilectus. infra de capel. mona. primò dicunt, quòd quantumcunque quis intendat generaliter vti iurisdictione: non tamen extenditur ad alias personas, nisi ad illas, inter quas iurisdictionem exercuit. Nec obstat quòd uideatur extẽdi de re ad rem, seu de causa ad causam, seu parte iurisdictionis ad partem, vt dicam in tribus vltimis quæstionibus: quia inter hæc aperta est ratio differentiæ. Nam sub iurisdictione non comprehenduntur omnes partes, & omnes actus ipsius iurisdictionis: sed sub vna persona nõ comprehenditur alia, quantuncunque intendat per vnam personam exercere iurisdictionẽ in alias, vel in totum populum: quia diuersi sunt homines, vnde quod fit cum vno, regulariter nõ extenditur ad alios, in cap. quamuis. de re iud. Et ad hoc præstat argumentum, quod de glebis dicimus: in quibus vna apprehensa, contiguæ intelliguntur apprehensæ: separatæ verò non intelliguntur apprehensæ. ff. de acquir. poss. in l. posideri. post prin. facit de consec. eccl. vel alta. c. 1. lib. 6. Quare cum personæ non sint contiguæ, sed diuersæ: meritò per exercitiũ iurisdictionis in aliquos per quos acquiritur quasi posesio, non fit extensio ad alias personas. vnde infert Ioan. An. quòd si Episcopus habet possessionem in vna persona, & aliquis intendens iuri suo, aliquid iurisdictionis in eadem persona exerceat: Episcopus possessionẽ amittit, nisi quam cito sciuerit cõtradicat. de quo etiam no. supra de in integ. restitu. cap. 2. Et subdit, quod licet quis acquisiuerit quasi possessionem generalis iurisdi-

ADDITIO.

a ¶ *De persona ad personam. Adde tex. in l. 1. §. Iulius. ff. de itin. actuque priuato, & Abb. in cap. Cumana. de electio. in 7. no. & dixi supra. Et adde cap. cum in tua. vbi Innocent. de deci. & an si præscribatur in certis rebus extendatur, vide Socin. consi. 111. colum. 2. in fi.*

iurisdictionis in aliqua vniuersitate: non tamen extēderetur, neque intelligeretur acquisiuisse in singulares personas illius vniuersitatis, quia aliud est ius vniuersitatis & aliud ius singulorū. 12. q. 1. c. qui manumittitur. dixi latius in c. dilectus. de simo. & c. dilecta. de excel. præl. Et prædicta procedunt, secundum Inno. & Ioan. And. vbi nullus alius est in possessione iurisdictionis illarum personarum. tunc enim possessio super vno acquisita, non extenditur ad alios. Si vero aliquis sit in possessione iurisdictionis super vnum populum, & ego exerceo iurisdictionem in vna persona, intendo acquirere iurisdictionē in toto populo, possessore, seu alio sciente, & tunc super toto populo iurisdictionem acquiro: quia tunc persona vna est quasi contigua ad totum populum, qui simul vnus est: sicut proximè dictum est de gleba contigua, nec hoc casu dicitur extendi de persona ad personam: quia ille, in quem exerceo iurisdictionem, non posidebat in se iurisdictionem, sed alius illam exercebat in dictam personam, quam aliàs cōmuniter habebat iurisdictionem: contra quem possessionem acquiro, & præscribo, & sic residet Ioan. Andr. post Inno. in d. cap. dilectus. Bald. verò in d. q. quæ incipit, Apuleus, dicit ꝙ iurisdictio non tenet, & non extenditur de persona ad personam. Sed Petrus tenet quòd iuris vniuersalis consuetudo extēditur ad omnes personas singulares. Sed ius singulare non extenditur, vnde subdit ꝙ qui præscripsit iurisdictionem prætoris vrbani, non tamen præscripsit iurisdictionem peregrini: quia in diuersis subiectis esse debet. Sed si deberent esse in eo. subiecto, id est, in eodem magistratu, vtrū intelligeretur præscripsisse: sicut fructus, qui non nascuntur: qui non natura, sed iure percipiuntur. ff. de rei vendi. in l. si maius. vniuersalis enim actus si exercetur, omnes includit singulares. no. C. quæ sit lon. consuet. l. 1. per Pet. & Cyn. Et in vniuersali, licita est extensio, iuxta no. in l. mandatum. C. mandati. & per Pet. & Cyn. in l. non modus. C. de seru. & aqua. Sed Bald. finaliter cōcludit ꝙ magis cōsideranda est causa actus, quàm ipsius actus exercitatio. Nam per vnum actum [a] singularem, si causa & intentio est vniuersalis, acquiritur vniuersalis possessio. ista sunt verba Baldi. sed inquantum allegat Pet. & Cy. in d. l. 1. & in d. l. cū modus. ego non habeo in lecturis meis. Sed Cyn. in l. 1. C. de eman. li. dicit, ꝙ (quicquid dicāt Canonistę) tenēda est distinctio Petri, quòd aut quis exerceret actum iurisdictionis singulariter, aut vniuersaliter. Primo casu exemplificat, quando singulariter iudicat contra certā personam, & tunc non quærit contra alios. Secundo casu, quando vniuersaliter circa personas, & quoslibet homines quotiescunque casus incidit: tunc quærit iurisdictionem contra omnes, qui tunc, & postea possunt sub tali iurisdictione comprehendi. arg. ff. de leg. 2. in l. peculium. & in l. grege. sed idem Cyn. in l. 1. C. quę sit lon. consue. in quarta oppositione, loquens simpliciter, an consuetudo sit extēdenda: dicit quod dominus Ricar. de Senis, egregius doctor, qui postea fuit Cardinalis (& intellige quòd fuit de Patronibus, & compilator Sexti) dicebat, distinguēdum fore quòd aut consuetudo est per errorem inducta, aut ex certa scientia. primo casu, non egreditur personas, in quibus tenuit etiam in casu suo: quia tunc consuetudo est sine consensu, qui ad eam inducendam requiritur, ut l. de quibus. ff. de leg. Sed nihil est tam cōtrarium consensui, &c. vt in l. si per errorem. ff. de iurisdict. omn. iudic. Et hoc casu procedit ultima lectura glo. in l. quòd non ratione. ff. de leg. Secundò casu, quando est introducta ex certa scientia: refert, aut est introducta contra rationem siue legem, & tunc in eo casu bene seruatur in alijs personis, sed non in similibus, per l. id quod vero. ff. de legi. Et sic procedat prima lectura posita in d. l. quod non ratione. Si verò non est introducta contra rationem: tunc procedit de similibus ad similia, per l. 1. C. quæ sit longa consuet. secundum præfatum dominum Ricar. vnde si consuetudo est contra legem, non trahitur ad similia, quantuncunque ex certa scientia. Et exponi debet dicta l. quòd non ratione, hoc est contra ius scriptum: sed errore, id est, deuiatione. Nam qui deuiat à Iure communi, errare dicitur. C. de hæret. per totum, secundum Cyn. Ego uerò pro clariori demonstratione istius artic. facio duo membra princip.

¶ Primum, de consuetudine, quæ stat in meris finibus consuetudinis, & sic de consue. pura & mera.

¶ Secundum membrū, de consuetudine non pura, sed de consuetudine, quæ transit in naturam præscriptionis: intelligendo hanc differentiam secundum ea, quæ dixi in prin. istius 7. artic.

¶ Primo casu, si talis consuetudo esset secundum legem, vel præter legem, extenderetur ex identitate rationis, sicut lex, per l. 1. C. quæ sit longa consue. Et per Dom. Ant. & per Dom. meum in c. fin. supra de consu. Sed si consuetudo, per quam teneretur iurisdictio, esset contra rationem & legem: nō extenderetur, quia nec lex correctiua extēditur ad alias personas, vt in l. si verò. §. de viro. ff. solu. matr. Et intellige, quòd non extenditur nisi in casibus, in quibus extenderetur lex, vel ratione equiparationis, vel connexitatis, vel ratione correlatiuorum, vel ex alijs similibus causis, de quibus per Do. Ant. in d. c. fin. vbi loquitur propriè de consuetudine, & de l. scripta latè per Modern. in d. §. de viro. Aduerte tamen: quia licet quis prætextu consuetudinis non puniuerit nisi aliquos: tamen in eodem territorio poterit punire nouos taliter delinquentes: licet quoad eos nunquam fuerit vsus quasi possessione iurisdictionis, secundum Bar. in l. si quis diuturno. ff. si seruitus vend. per illum tex. qui hoc singulariter probat, ad quod etiam facit quod statim dicam in sequenti membro.

¶ Circa secundum membrum, quando consuetudo non stat in meris finibus cōsuetudinis, sed potius transit in naturam pręscriptionis: Pono regulam, ꝙ consuetudo non extenditur ad alias personas, [b] sed tantum intelligitur præscripta, quantum probatur præscriptum & possessum, vel quasi possessum, vt in c. auditis. in fi. & c. cum olim. in fi. de præscript. & ibi per

ADDITIONES.

a ¶ *Per vnum actum an acquiratur iurisdictio, vide Socin. consi. 187. col. 6. versi. iam ergo est tempus, & quid per actus aequiuocos. vide ibid. 7. col.*

b ¶ *Ad alias personas. Quid si ciuitas est diuisa per quarteria: an vsus iurisdictione in vno, acquisierit quoad reliqua, vide eundem Soc. in consi. eod.*

per Inno.& Host.& Archid. 16.q.1. c.quicunque.in glo.2.& per no. in d.c.cum in tua. infra de decimis, & ibi per Inno.facit l.venditor. §.si constat.ff.cõmunia prædiorum. & per Inn. in c.dilecti.de offi. Arch. & quod tradunt Tancre. Gof. gl.& Host. in c.super eo.inf. de censi. hæc enim est natura præscriptionis, vt tanquam odiosa restringatur,& sic non extendatur ad alias personas.facit c.vigilanti.de præscr.& regula rub.& nigri.C.res inter alios acta. & c.pe.infra de re iud. Et hæc regula maximè procedit, quando ille,cõtra quem præscribitur, vtitur illo iure vel consimili: seu exercet illud ius,vel cõsimile contra alias personas: quia tunc ipse est in quasi possessione ipsius iurisdictionis respectu illarum aliarum personarum. Et sic præscribens quoad ipsas personas,reperitur sine quasi possessione. infra de præscrip. c.causam.& idem si ille,qui præscribit, non haberet animum vel intentionem præscribendi iurisdictionem in dictas personas, quia (vt supra dixi in princ. istius septimi articuli) possessio vel quasi, non quæritur sine animo:vel posito,quòd ipse exercens iurisdictionem in certas personas haberet animum præscribendi in alias: non tamen illam acquireret, si ille, contra quem præscribitur,probabiliter ignorat:quia ex quo non præscribitur in loco,seu inter personas,inter quas quis exercet iurisdictio. si ille,contra quem præscribitur, ignorat: quia vt dixi in 4.princ. art.inter alia requisita. ad hanc præscriptionem requiritur scientia & patientia aduersarij. vnde si inter ipsasmet personas, inter quas exercetur iurisdictio, non procedit pręscriptio ignorante aduersario: longè minus pręscribitur inter alias personas,inter quas iurisdictio non realiter exercuit, sed intendit acquisiuisse interpretatiuè vel extensiuè, quod etiam probatur: quia ex quo ille, contra quem præscribitur, ignorat præscribentem habere animum seu intentionem præscribendi inter alias personas, seu præscriptionem suam extendi ad eas personas: non pręsumitur habere animum deferendi suam possessionem,vel quasi illius iurisdictionem in illas personas, cum talis quasi possessio solo animo retineatur,vt ff. de acquir.pos. in l.cum posidere. §.fi.& in l.quemadmodum.eod.titu. C.de acquir.posses.in l.licet.& hoc intendit Inno. in c.tua.de decimis. qui tex.cum his,quæ ibi tradũtur,optimè facit ad prædicta: quia ibi, licet quis habuerit, quòd collegit decimam per totam Parochiam,excepto vno prædio,de quo non probauit, non adiudicatur sibi decima in illo prædio. facit etiam c. cum contingat. de decimis. quod fuit pars istius decretalis, vt dixi in prin. facit etiam c.ex literis. infra de prob. & c.auditis. in fi. & c.cum olim.in fi.infra de præscrip. requiritur ergo quòd ille,contra quem præscribitur,non sit vsus iurisdictione,& quòd iste præscribẽs habeat dictum animum, quòd detur scientia & patientia illius contra quem præscribitur,quæ notabis, vt scias articulare & concludere. Aduerte tamen ad id, quod dixi de vsu, quod procedit, siue quis fuerit vsus omni iurisdictione,quam habebat in tales personas: siue aliquo capitulo ipsius iurisdictionis: quia per vnum capitulum ipsius iurisdictionis, in omnibus alijs videtur quasi possessionem retinere: nisi illam amittat, vel per violentiam, vel quia reuertens aut volens vti nõ admittatur: quia suspicatur se posse repelli. ff. de vi, & vi arma.l.1.§.deiectus, & seq.& in d.§.qui ad nundinas. aliàs cum hæc iura sint contigua, sufficit in vno prædictorum retinere quasi possessionem.ff.de acquir. possess. in l.posideri. 1. respon. imò hoc casu non præiudicat præscriptio tanti temporis, cuius non existat memoria in contrarium. de qua in cap. quid per nouale. infra de verb.sig.Nam talis præscriptio non currit etiam cõtra talem, cum semper possideat. Quid enim si aliqua Ecclesia vel persona per quinquaginta annos vel vltra fuit in tali statu, & in tanta tranquillitate pacis viguit, quòd non oportuit ipsam visitari vel per aliquem actum in eam,vel contra eam iurisdictionem exercere: nunquid dices, quòd propter hoc amittat Episcopus iurisdictionẽ suam,quam habet in ea? absit,secundum Innoc.facit quod no.in c.vigilanti. infra de præscr. & sic sentit,quòd si non fuit vsus aliquo capitulo iurisdictionis: tamen illam retinet si casus non contingit, & in eas personas iurisdictionem non exercuit. Si verò prædicta omnia concurrerent, quòd alius non possideret, vel quasi possideret, & quòd ille qui præscribebat, haberet animum præscribendi in illas personas, & daretur scientia & patientia illius,contra quẽ præscribitur: tunc talis consuetudo seu præscriptio extenderetur ad personas contiguas seu connexas. Et ideò tunc per exercitium in vnam aut plures personas, acquireretur iurisdictio in toto populo, secũdum ea,quæ dixi supra, in opin.Innoc. & Ioan.An. Et etiam intelligo opin. Pe. & Cyn. in quantum dicunt,quòd vniuersalis consuetudo extẽditur ad omnes personas, & similiter quod dicit Bald. in quantum voluit, ꝙ magis sit consideranda causa actus, quàm ipsius actus exercitatio: hic magis consideranda est intentio acquirendæ possessionis vel quasi cum scientia & patientia aduersarij, contra quẽ pręscribitur, quàm ipsum exercitium per ea,quæ supra dixi,quia licet exercitium iurisdictionis esset singulare respectu aliquorum, in quos iurisdictio exercetur: tamen data intentione vniuersaliter præscribendi, cum alijs supra requisitis, præscriptio procederet in vniuersum contiguum. Nec diceretur accedere persona personæ: quia populus est vnũ & idem corpus per omnes particulares repræsentatum. Et ideò cum dicta intentione, &c. sufficeret iurisdictionem exercere in aliquos de populo. ¶ Et sic procedit illud,quod dixi supra,secundum Bal. in l.si quis diuturno.ff.si ser.ven.sed quoad alias personas non contiguas vel connexas aut dissimiles, non extenderetur. vnde non extenderetur ad personas alterius loci territorij,aut iurisdictionis distinctæ. ad quod vide quæ dicam in seq. q. Et ideò per exercitium iurisdictionis in aliquam vniuersitatem,vt vniuersitatis non posset quis exercere iurisdictionem in particulares propter dissimilitudinem,per ea,quę dixi supra in opi. Innoc.& Ioan.An. & quando & qualiter posit constare de intentione præscribendi vniuersaliter, dicam in 6.quæst.in fi. & hæc procedunt per viam cognoscendi iure proprio ex potentia consuetudinis, aliàs præscriptionis, & inuitis partibus. Sed si quæreretur de iure prorogationis, non est principalis materia nostra. Sed potes sumere conclusionem ex his, quæ dixi supra in præced. quæstio. & quæ latius dixi in c. P. & G. supra de offic. deleg. & ex his, quæ dixi in cap.significasti. infra eodem.

31 ¶ †Tertiò principaliter quæro, vtrùm iurisdictio quæsita ex consuetudine extendatur de loco ad locum? Sol. Bal. in d. q. quæ incip. Apuleus. ver. 4. col. pen. Dic, quòd duplex est locus, finitimus sine circumscriptione, & non licet hoc casu terminos transigere. ff. de ædil. edic. l. quid sit fugitiuus. §. idem Celsus. Alius est locus accusatiuus & demonstratiuus, vt quia fuit commissum delictum in castro, non extra castrum, vel intra vnum miliare, & non vltra. & iste locus non circumscribitur iurisdictione, sed delictum, vt l. libellorum. ff. de accu. Et in dubio putat Bald. quòd locus iurisdictionis non limitetur præscriptione, quia totum est cótinuum. ff. de acq. poss. in l. 4. in prin. & ff. de serui. l. vna est via. Item, quia qui amputat aurê, totû merû Imperiû præscribit. arg. l. vulgaris. in princ. ff. de fur. & C. de agri. & censi. in l. cùm simus. li. 11. & quia possessio vtilis nó requirit omnes actus, sed requirit aptitudinem. ff. de seru. vrba. præd. in l. hæc autem iura. & l. si seruitus. & ff. quemad. ser. ami. in l. si stillicidij. §. fi. & quia casus nó emergens, non restringit præscriptionem seu qualitatem iurisdictionis. C. de decur. in l. in filijs. lib. 10. licet casus impediens arctaret eam, vt l. 3. de acqui. poss. secundum Bald. Tu verò distingue duo membra, sicut distinximus q. præcedentem.

¶ Primum de consuetudine propria.

¶ Secundum de impropria, quæ transit in naturam præscriptionis: & sic est potiùs præscriptio quàm consuetudo.

¶ Circa primum, si consuetudo est contra ius vel onerosa: non extenditur ad alia loca, 11. distin. cap. Catholica. 12. dist. c. omnia. facit quod traditur in capit. 1. & in cap. ex parte. supra de consue. & quod no. Inno. in c. dilecto. de offi. Arch. in glo. no. quod in princ. & circa fi. in ver. item dicimus. Si verò non est cótra ius, nec onerosa: Dic, quòd etiam non extenditur ad iura alterius loci penitùs separati & remoti. & hoc est quod voluit Bal. de loco finitimo: hoc est, de loco non eiusdem territorij vel iurisdictionis. Item non extenditur ad locum contiguum, qui diuerso iure censeatur: nec etiam ad locum contiguum vel connexum, si iura sunt dissimilia, per c. auditis. & cap. cùm olim. de præscript. Si verò loquimur de loco coniuncto vel connexo, & iura sint paria vel similia: Dic, quòd aut omnes vel quasi omnes loci vel Ecclesiæ circumuicinæ illi eadem cósuetudine reguntur: & tunc extenditur, vt in c. sopitæ. infra de censi. & ibi glo. Innoc. & Host. in c. dilectus. infra de cap. mo. vbi etiam per Inn. in gl. quę incipit, si enim, facit. 100. dist. cap. contra morem. no. Arch. 10. dist. c. illud. Aut non omnes, vel quasi omnes loci, vel Ecclesiæ contigui, illa cósuetudine reguntur: & tunc aut maior pars regitur ea: & extenditur ad alia loca vel Ecclesias pauciores. no. Inno. in d. c. dilecto. in d. glo. no. ver. & dicimus sufficere. & glo. & Inno. in c. ex parte. infra de censi. Sed Host. ibi tenet quòd hoc casu requiritur maior pars in duplû. argu. c. licet. & c. scriptû. supra de elect. cuius opin. videtur satis æqua, secundû Henric. Bohic hic in d. c. sopitæ. arg. c. si quando. de elect. lib. 6. Aut maior pars non regitur dicta cósuetudine, sed minor vel vna Ecclesia: & non extenditur. ar. d. c. illud. & ff. communia præd. in l. venditor. §. si cóstat. cum iuribus ibi alleg. Et ad prædicta vide omnino Io. And. in d. c. dilecto.

¶ Quo ad secundum mébrum de pręscriptione, Dic, quòd nó extenditur ad alia loca in præiudiciû alterius, contra quem præscriptum est: quia pręscriptiones sunt odiosæ & restringendæ, vt dictum est, sed contra illû seu in præiudiciû illius, contra quem est præscriptum, etiam idem dicendum est, si talis, contra quem præscribitur in illo loco vtitur iurisdictione, per ea, quæ supra dixi in præced. q. Sed si ille contra quem præscribitur, non exerceret illam iurisdictionem in illo loco: dic, quòd si locus est penitùs separatus, non extenditur ad iura illius loci: & ideò si vnus tenet duos Episcopatus, vel Archidiaconatus, vnum in Francia, & alium in Anglia, & præscribatur contra eum aliquid de iuribus vnius: non extenditur ad iura etiam consimilia alterius loci: vnde si præscripsit visitatioê in loco, non propterea intelligeretur præscripsisse visitatioê in alio loco: quia ex separatis non fit illatio, vt in iuribus vulgatis. & ad materiam nostram est tex. in cap. cum olim. infra de præscript. & idem si locus non sit penitùs separatus: si modo iura & qualitates ipsorum locorum sint dissimiles & diuersæ. vnde licet præpositus scripserit visitationem in Ecclesijs secularibus ciuitatis & diœcesis Sen. propter hoc non poterit visitare regulares: & licet pręscripserit visitationem in monasterijs virorum: non propterea poterit visitare monasteria mulierum, sed si qualitates cótigui, seu eiusdem loci: eodem vel pari iure censerentur: idem tamen dicédum est, si loqueremur de iuribus dissimilibus: quia ad iura dissimilia non fieret extensio. Quare si Archidiaconus Senensis pręscripsit visitationem in monasterijs ciuitatis & diœcesis Senensis, propter hoc non acquirit procurationem vel aliud ius in monasterio non visitato. Poterit ergo visitare monasterium non visitatum: interuenientibus tamen his, quæ statim dicam. Sed non poterit petere procurationem: quia nec in monasterijs, in quibus visitationem non præscripsit acquisiuit procurationem, vel aliud ius præter visitationem præscriptam, vt dicto cap. cùm olim. no. Hostien. in capitu. cùm ex officio. eodem titu. & Ioan. Andr. in regula, odia. de reg. iur. lib. 6. Sed si loqueremur in similibus qualitatibus & similibus iuribus locorum: vtputa, Archidiaconus præscripsit visitationem omnium monasteriorum mulierum ciuitatis & diœcesis Senen. excepto, quòd non visitauit monasterium Sanctæ Mariæ Magdalenæ propter optimam illius famam, & honestam ac religiosam vitam. Quamuis fortè visitauerit vt faceret ab eis scribi aliquod pulchrum breuiarium. Sunt enim ibi 14. vel 15. scriptrices ita notabiles, sicut in tota Italia, & ita conformes in litera, an poterit demum visitare dictum monasterium. & dicendum, quòd si dictus Archidiaconus visitans alia monasteria etiam visitando minorem numerum monasteriorum intendebat animo præscribere iurisdictionem visitandi & procurandi omnia monasteria mulierum: & hoc fecit sciente & patiente illo: & eo non vtente dicta iurisdictione, contra quem præscribitur: tunc extenderetur ad dictum monasterium, vt dicto cap. dilecto. de offic. Archid. & in d. cap. sopitæ. de censib. & not. Innocen. in d. cap. dilectus. de cap. mo. Quæ autem sit ratio differentiæ, quare præscriptio legitimè completa per aliquem contra alium in aliquo loco, vel

vel in aliqua Ecclesia extendatur contra ipsum ad alium locum seu aliam Ecclesiam conuicinam, quæ eodem iure censeatur, interuenientibus his, quæ statim dixi, quamuis non præscripserit in omnibus Ecclesijs, vel maiori parte ecclesiarũ, vt supra dixi, & tamen secus est in consuetudine qua requiritur ꝙ in omnibus vel maiori parte iurisdictionẽ exercuerit, vt supra dixi, respondendo ꝙ ratio est, quia in præscriptione fit illa extensio propter animum & intentionem præscribentis intendentis acquirere iurisdictionem, seu quasi possessionem iurisdictionis in alia loca contigua & connexa. ff. de acquir. possess. l. 3. in princ. & ff. ad Trebel. in l. restituta. no. plenè per Innoc. de restit. spol. cap. in literis. & in d. c. dilectus. iuncta scientia & patientia in istis rebus incorporalibus habetur pro traditione, vt dictum est, & ideo ipse qui scit & patitur si damnificatur, de seipso conqueratur. Sed in consuetudine non fit extensio ex animo & intentione vel patientia aut consensu tacito vel expresso alicuius præscri. de loco vel ecclesia ad quem seu per quam fit extensio: sed authoritate iuris communis tantum, vt dicit Inno. in d. c. sopitæ. in glo. fi. Et ad prædictorum limitationem & declarationem adde quæ dicam in fi. seq. q. quando quis præscriberet iurisdictionem in certa loca tanquam certus officialis, cuius iurisdictio limitabatur ad certum locum, quia nõ extenditur extra illum locum, licet sit eiusdem iurisdictionis vel territorij, per ea quæ ibi dicam. Vtrum virtute prorogationis ex partium consensu posset extra locum iurisdictionem exercere, collige ex his quæ dixi in cap. cum olim: supra de offi. deleg. in 5. q. prin. & quæ dicam in cap. significasti. infra eod. in 4. art. q. 7. iunctis his quæ dixi supra in 1. q. in fi.

32 ¶ † Quartò principaliter quæro, vtrum iurisdictio quæsita consuetudine vel præscriptione extendatur de re ad rem. Sol. dic, quòd aut alius non est in quasi possessione illius iurisd. & dicunt Innoc. & Ioan. Andr. quòd extenditur ad alios actus seu ad alias species iurisdictionis, vnde si cognoscit de vna causa, siue ciuili siue criminali, vt quia excõmunicat vel suspendit aliquem, vel facit quodcunque aliud quod ad iurisdictionem pertineat, extenditur, dummodo intendat vti iure suo, & intẽtione ad iurisdictionem vniuersaliter quærendam, & hoc tenent Inno. Hosti. & Ioan. And. in d. c. dilectus. de cap. mo. & Spe. in tit. de iur. om. iud. §. 1. ad. fi. versi. illud etiam no. dicit tamen Ioan. And. ꝙ legistæ, vide licet Pet. & Cyn. qui recitant hanc opin. Innoc. in l. 1. C. de eman. liber. reprobant dictam opin. quia diuersæ sunt species iurisdictionis, vnde exercitium leuioris actus non dabit iurisdictionem superioris. alleg. d. l. si stillicidij. §. fina. quemadmo. seru. amit. & in l. si prius. in princ. ff. de aqua plu. arcen. in princ. Sed Innoc. declarans prædictam opin. dicit quòd si audiendo causam ciuilem intenderet solum in ciuilibus vti iure suo, nihil tunc acquireret quo ad causas criminales. arg. ff. quemad. ser. amit. in l. fin. & infra de præscrip. c. auditis. & supra de offi. ordi. c. dilectus. versi. vnde præfatus. Quantumcunque tamen intendat iurisdictione vniuersaliter vti, non tamen extenditur ad alias personas, nisi ad illas inter quas ipsam exercuit, vt supra dixi in 2. q. secundum Inno. & ibi posui rationem diuersitatis. Et sic apparet ꝙ potius extenditur, quo ad partes iurisd. quàm quo ad personas. & ratio est, quia sub iurisdictione comprehenduntur omnes partes, & actus ipsius iurisd. Sed sub vna persona, non comprehenditur alia, vt dixi in d. 2. q. Et facit quod ibi in simili dixi de gleba. Vnde sicut in gleba vna apprehensa, omnes contiguæ intelliguntur apprehensæ, ita concludendum est ibi, ꝙ apprehensa quasi possessione iurisdictionis in vno capitulo,[a] intelligitur apprehensa in omnibus alijs, dummodo apprehendens hoc intendat, quia omnia iurisdictionis capituli eidem iurisdictioni contigua sunt & annexa. secus in personis quæ sunt non contiguæ, sed diuersæ, vt dictum est. Si verò alius erat in quasi possessione iurisd. illius ciuitatis vel loci, ille qui vult acquirere possessionem generaliter, non acquirit nisi capitulorum & hominũ tantum, quæ & quos quasi possessio apprehendit, ar. l. quod meo. §. fi. ff. de acqui. posses. quia alius quasi possidendo, seu iurisdic. exercendo retinet in eo quo vtitur, seu quo exercet iurisd. per ea quæ superius dixi in præcedentibus q. Et maximè in proxima præcedenti. Et sic apparet ex prædictis ꝙ prædicti Doct. commiscent tres quæst. adinuicem, de rebus, causis, & speciebus iurisd. Et similiter etiã quandoque commiscent alias duas species de personis & locis. Et idem etiam facit Bal. in d. q. Apuleus. licet ipse faciat quatuor quæstiones de tempore, persona, loco, & rebus. Sed in hac vltima q. commiscet omnes prædictas tres quæstiones de rebus, causis, & speciebus. Ego verò distinxi istas tres quæstiones pro clariori doctr. Et ideo circa hanc quartam q. vtrum iurisd. quæsita extendatur de re ad rem: Pone exemplum, quidam exercuit iurisd. in cognoscendo de causis à descendentibus vsque ad summam centum florenorũ, & tanto tempore exercuit quòd consuetudo est legitimè inducta vel iurisd. præscripta, vnde quæritur vtrum posit cognoscere de causis maioris summæ. Et arbitror dicendum quòd si fortè aliquis præscripsit iurisdic. ad aliquem officialem pertinentem. Exemplum, in ciuitate erant plures officiales, ex quibus vnus non poterat cognoscere nisi vsque ad certam summam, puta centum florenorum, prout traditur in l. penul. §. fin. de iurisdic. omn. iud. Pone ergo quòd aliquis incipit cognoscere, & iurisd. exercere, vt talis officialis, certè hoc casu nec consuetudo, nec præscriptio extenditur ad maiorem summam, ita vt posit de maiori summa cognoscere, tum quia vt sæpius dictum est, consuetudo & præscriptio sunt odiosæ & restringendæ, tũ quia limitata iurisd. limitatum parit effectum, vt traditur in d. l. penul. §. fi. tum quia subrogatum debet sapere naturam eius, in cuius locum subrogatur, vt in l. eum qui. §. iniuriarũ. ff. si quis caut. cum alijs iur. vulgatis. Tum quia videtur successisse in locum illius, vnde succedit regula legis, qui in alterius. ff. de reg. iu. & in c. is qui in ius. de reg. iu. lib. 6. Et hoc notabis etiam ad limitationem & declarationem eorũ quæ dicta sunt in præcedentibus quæstionibus, facit ad prædicta, l. 1. C. de offi. præfe. vr. & quod no. in

ADDITIO.

a ¶ *In vno capitulo. Vide Alex. in consi. 78. in 3. lib. per Bar. & Alex. in l. hostes. de captiuis.*

in Auth. de defens. ciui. in §. iudicare. Vtrum autem virtute prorogationis posit de maiori summa cognoscere. Collige ex his quæ dixi in cap. cum olim. supra de offi. deleg. in 2. prin. q. & ex his quæ dicam in c. significasti. infra eo. in 5. princ. artic. q. 1. Si verò quis non vsus iurisdict. vt officialis, sed simpliciter intentione acquirendi iurisdictionem, & ea intentione longo tempore cognouit de causis vsque ad certam summam. Sed non cognouit de aliqua causa transcendente illam summam, vel quantitatem, & hoc casu arbitror quòd virtute talis consuetudinis vel præscri. posit cognoscere de causis maioris quantitatis, per ea quæ dicam in 6. prin. q. Intelligendo tamen & limitando secũdum ea quæ ibi dicam.

33 ¶ † Quintò principaliter quæro, vtrum iurisd. cõsuetudine vel præscriptione quæsita per exercitium seu vsum certarum causarum extendebatur ad alias causas. Exemplum, si consuetudine vel pręscriptione cognouit de causis principalibus, an poterit cognoscere de causis appellationum, vel si cognouit de causis feudalibus vel emphyteuticarijs, vel ad mercantiam pertinentibus, vtrum poterit de alijs causis cognoscere. Et hoc casu dicerē quòd aut iste hanc iurisdic. quęsiuit vt aliquis seu certus officialis qui talem iurisdictionem limitatam solitus erat exercere, & dic vt dixi in pręcedentibus quęst. per rationes quas ibi deduxi. Et adde etiam hic ea quæ in illis dixi de prorogatione ad quam prorogationem vide etiam quæ dixi in d. c. cum olim. de offi. deleg. & in c. significasti. infra eod. Si verò quis simpliciter non vt gerens certum officium exerceret talem iurisdictionem cognoscendo de aliquibus causis, vtrum posit virtute talis consuetudinis vel præscriptionis cognoscere de similibus aut grauioribus. Collige ex his quæ dicam in seq. q. & distingue diuersas species iurisdictionis generalis.

34 ¶ † Sextò principaliter quæro, vtrum iurisdictio quæsita consuetudine vel præscriptione in vna specie iurisdictionis vel in aliquo capitulo alicuius speciei iurisd. extendatur ad alias species iurisdictionis, vel etiã ad alia capitula eiusdem speciei. Sol. Doc. communiter non faciunt differentiam inter vnam speciem, & aliam speciem iurisdictionis: sed solum distinguunt, vtrũ vsus fuerit aliquibus capitulis animo quærendæ vniuersalis iurisdictionis vel non, secundum ea quæ dixi in 4. prin. q. istius artic. Ab. tamen & Vinc. in c. dilectus. infra de cap. mo. dicunt quòd sunt tres modi iurisdictionis: melius dixissent tres species iurisdictionis, scilicet, merũ Imperium mistũ, & iurisdictio minor seu simplex. Si quis exercuit vnam speciem de prædictis, propter hoc nõ intelligitur alias acquisiuisse. Quare si quis exercuit iurisdictionem minorem propter hoc non intelligitur merum aut mistum Imperium acquisiuisse, nec propter exercitium eorum quæ ad mistum Imperiũ pertinent, videtur quæsiuisse ea quæ sunt meri Imperij aut econtra. Sed per exercitium aliquorum articulorũ, aut capitulorum vnius speciei iurisdictionis, tantum illam speciem videretur acquisiuisse, vnde si quis exercuit aliqua, quæ sunt meri Imperij, puta mulctando aut fustigando, videtur quæsiuisse quasi possessionem decapitandi, suspendendi cruce, & ad mortem condemnandi, secundum Abb. & Vinc. quæ distinctio secundum Henr. in d. cap. dilectus. potest probabiliter sustineri, cum vnus actus vnius speciei iurisdictionis maiorem similitudinem & conformitatem habeat ad alium actum eiusdem speciei quam vna species ad aliam speciem, & in habentibus symbolũ faciliorem transitus. Instit. quib. mod. tol. oblig. §. 1. & §. præterea. & l. si per acceptilationem. ff. de accep. & in l. eum actum. ff. de neg. gesi. & in l. fi. ff. de vino triti. & oleo lega. cum sim. Item, quia conueniens esset quòd quis per vsum minoris iurisdictionis acquireret ea quæ sunt meri aut misti Imperij, per nota. in cap. sedes. supra de rescrip. & in cle. non potest. de procur. supra de elect. c. scriptum. & c. fi. ff. de auro, & arg. leg. in l. Plautius, quod mihi placet. Si modo quis non exercebat iurisdictionem vt gerens certum officium, quia tunc secundũ qualitatem & limitatam iurisdictionem illius officij, videretur iurisdictionem quæsiuisse. facit l. solemus. §. latrunculator. ff. de iudi. Sed si simpliciter quis vteretur iurisdictione, tunc licet quodlibet capitulum iurisdictionis vniuersalis pertineat ad iurisdictionẽ vniuersalem in genere, per ea quæ dixi sup. in prin. 2. art. Et si exercendo aliquem actum iurisdictionalem animo acquirendi iurisdictionem vniuersalem videatur posse attentari ipsum quęsiuisse iurisdictionem vniuersalem, quod videntur communiter sentire Doct. tamen plus placet quòd extendatur solum ad ea quæ sunt illius speciei iurisdictionis, per ea quæ statim dixi. Et quia præscriptio & consuetudo sunt restringendæ, vt sæpius dictum est, & ideo non extendendæ, maximè extendendo de minori seu inferiori ad maius seu superius, & hęc procedũt alio non posidente: alio vero posidente, plura requiruntur, videlicet, quòd intendat vti iure suo, & vniuersalem iurisdictionem quærere de scientia & patientia aduersarij, contra quem præscribitur: Et quod aduersarius non vtatur iurisdictione vniuersali, per ea quæ dicta fuerunt in 4. quæst. prin. & etiam in 2. & 3. Si enim alius vteretur iurisdictione vniuersali, vel iurisdictione ex illis capitulis, in quibus perscribens non fuit vsus iurisdictione, vel etiã in alijs capitulis, per ea, quæ videretur vniuersalem iurisdictionem retinere per ea, quæ supra dixi, in hoc casu, præscribens non intelligeretur præscripsisse, nisi quo ad capitula, in quibus exercuit iurisdictionem. iste tex. est notabilis in cap. cum olim. infra de præscrip. qui vult, quòd aliquo exercente aut quasi possidente vniuersalem iurisdictionem in loco, alius exercendo iurisdictionem in certos articulos, etiam animo acquirendi vniuersalem iurisdictionem, nõ tamen per hoc acquirit vniuersalem iurisdictionẽ: sed tamen acquirit, quantum exercuit, & quasi possedit. Secus vbi nemo vniuersalem posidebat secundum quòd in vtroque membro voluit Inno. & post eum Ioan. And. in d. c. dilectus. facit c. 1. de reli. domi. Et secũdum prædicta posset intelligi dictum Bar. in l. 1. §. si quis hoc interdicto. ff. de itinere actuque priuato. vbi dicit quòd in præscribente iurisdictionẽ probata quasi possesione certi actus, in illo tantum actu præscriberetur & non in alijs, & sequitur Dominus meus in d. c. cum olim. procedit ergo dictum Barto. quando exercens non haberet animum quærendæ vniuersalis iurisdictionis, vel quando alius vteretur, vel retineret vtilem iurisdict.

35 ¶ † Vtrum autem præscribens potestatẽ excommunicandi

municandi videatur præscribere potestatem absoluendi. Domi.meus in d. c.cum olim. arguit ad partes,& decidit quòd non videbimus hic. Vtrum autem ille, qui præscripsit potestatem instituendi, videatur præscripsisse potestatem destituendi, & recipiendi resignationem beneficiorum, vide quæ dixi in c.cũ ex iniuncto. infra de hære. & latius in dispu. quã feci, & respõdit sub me dilectissimus ac nobilis scholaris, dominus Gul.Fiscar.tunc Præpositus Valentinus,& nunc Episcopus Horensis,in dispu. quæ incipit,à sacrosan. Romanæ eccle. Aduerte tamen circa prædicta: quia posset quæri per vnicum exercitium generalis quasi possessio vniuersalis iurisdictionis alicuius castri,ciuitatis, vel prouinciæ: vtputa,si quis publicè & vniuersaliter per loca consueta ciuitatis banniri seu preconizari facit sub hac forma videlicet, d. Pet. dominus talis ciuitatis mandat, ꝙ quicunque sic fecerit,incurrat talem pœnam,& alia similia proclamata. In hoc enim casu,& si nullus pęnam incurrat: tamen videtur casu possessionem generalis iurisdictionis acquisiuisse: quia edictũ, quo ad iurisd. pertinet, fuit publicè propositum & promulgatum,secundum Io.And.post Inno.in d.c.dilectus.quod tamẽ dicit esse verum,si nullus alius erat in poss.generalis iurisd. illius loci: alioquin ille, qui prædicto modo,vel alio quocunque modo vult apprehendere possessionem generaliter,alio possidente non acquirit,nisi illorum capitulorum & hominum, quæ & quos apprehendit exercitium, argu.l. quod meo. §.fina. ff.de acquiren.poss. ¶ Sed quæro circa prædicta,quia sæpius dictum est, quòd est necesse quòd quis sit vsus iure suo, qualiter hoc poterit constare. Sol. Io.And.in c.bonæ.el 2. supra de postu.prela.super glo.3.dicit quòd cõstabit per verba expressa,videlicet præscribens dicat quòd intendit,vel non intendit vti ex gratia,sed ex debito, vel quia frequenter vtitur alio viuente,& non contradicente,sed patiente, vel si alius contradicit, ipse resistit, dicẽs quòd vtitur iure suo, ar.l.fi.ff.quemad.ser. amit.& ff.de aqua quo.& æsti.l.aliàs.la 2.in §.Aristo. & ff.de iti.actuq; priua.l.1.§.Iulianus. & l.fi.vel quia talem actum exercet, qui de facili non potest competere, nisi habenti ius,vel ei, qui intendebat vti iure suo. & vide quæ ibi latius traduntur per Io.And. Et sic ex prædictis habes expeditum effectum extensiuum. ¶ Sed quæro, vtrum ille, qui consuetudine, vel præscriptione, quæsiuit iurisdictionem, videatur illam quæsiuisse omnino per viam abdicatiuam, vt videatur ibi facere vnum caput: an per viam accumulatiuam. Sol. Hosten.hic, quem simpliciter recitat Ioannes Andræas dicit, quòd non videtur per viam accumulatiuam: ita vt videatur nouum caput facere, ne videantur duo capita, & sic sit quasi quoddam monstrum:loquitur tamen in prælato inferiore præscribente imperiũ in diœcesi. contrarium videntur tenere Archid. & Ioan. And. in c.cum episcopus. de off.ord.lib.6.Si modo Imperator præscriberet, vt saltem subesset episcopo hoc modo quòd episcopus intelligeretur habere vniuersalem iurisdictionem,saltem habitu: & iste inferior in actu sicut non contingit, in exemptis, aliàs secus. & placet Domino meo, qui dicit quòd iurisdictio, quæ remanebit penes episcopũ in habitu, esset magni effectus. Primò,quia cessat absurdum quòd solum recognoscitur vnum caput in eadem diœcesi. Secundò data negligentia inferioris,superior reassumit iurisdictionem, vt in c.irrefragabili. §. excessus. supra de off.ord.facit c.cæterũ.supra de iud.& quod dixi in c.ex transmissa.& cap.licet.supra eod. Tertiò quia vacante prelatura,inferior episcopus exercebit iurisd.vt in dictis iuribus. Quartò ab isto inferiore appellatur ad episcopũ,vt in c.Romana.§.1.de app. lib.6.& ad prædicta faciunt no. per Innoc.in c.cùm satis.sup.de off. ord. Sed contra prædictam opi.ego fortiter oppono. Nam sicut Papa potest ex priuile. concedere, vt in eadem diœcesi sint duo episcopi pares, 7.q.1.c.non autem. & no.glo.80.dist.c.2.dixi in c.quoniam.supra de off.ord.& ibi tenet D.meus, ergo & cõsuetudine debet posse quæri,data patientia & scientia superioris,ar.tex.nostri,qui æquiparat consuetudinem & priuilegium: & ideo quantum ad hanc q. videtur mihi posse distingui, secundum ea, quæ dixi latius circa hãc materiam in c.cæterum. supra de iud. Et in effectu totalis q. consistit,an alius etiam vtatur: aut non vtatur tali iurisdictione:& an ab ipso vtente nouiter, seu exercente, ille qui prius erat in quasi possessione prohibeatur,vel non prohibeatur exercere iurisdictionem.

36 ¶ † Vltimò circa hũc septimum articulum posset formari quæstio de effectu trãslatiuo, vtrum iurisd. præscripta,vel cõsuetudine quæsita transferatur seu transmittatur ad hæredes. Bal.ponit in d. q.quæ incipit, Apuleus. in fi.col. & satis rectè loquitur: tamen ex his quæ ibi dixi,possumus concludere quòd aut quis rescripsit tanquàm officialis vel alio modo, ita quòd præscriptio esset personalis: & tunc nõ transmittatur. Aut vt tanquàm dominus vel prælatus vel alio modo, ita quòd possit dici realis, & tunc transmittatur. facit regula, priuilegium personale. cum sua materia,de reg.iur.lib.6.& quod traditur in cap. quoniam Abb.de off.dele.cum simil. Et ex his Deo duce, habes notabiliter expeditam hanc difficilem & intricatam materiam.

¶ Postremo verò Dominus meus hic tractat de potestate & iurisdictione prælatorum inferiorum, quam,s.potestatem habeant in subditos. Ego alias hic dixi: dic,vt hic per eum: omitto enim propter prolixitatem precedentis materiæ: & quia etiam melius conueniret tit. de off. ord. Sed si plura velles hic ponere, pone prout hic aliàs formaliter scripsi. Et maximè postquàm iam sunt indictæ vacationes generales,& calores sunt intensissimi,&c.

SVMMARIVM.

1 *Clericus delinquens in aliena diœcesi forum sortietur ibidem.*
2 *Iudex vnius territorij sententiam suam in bonis suis extra territorium suum non potest exequi.*
3 *Clericus in pluribus locis forum sortiri potest.*
4 *Forum quis sortitur in loco vbi deliquit.*
5 *Existens in vno territorio, si telo existentem in alio percusserit, à quo punietur.*
6 *Existens in vno territorio, si conuitium dixerit existenti in alio, vbi forum sortietur.*
7 *Delinquens in cõfinibus duorum territoriorum, à quo puniri debeat.*
8 *Furtum committens in vno loco, & illud deferens ad alium*

alium locum vbi sortietur forum.
9 *Superior delinquens in territorio sui subditi, an possit ab eodem puniri.*
10 *Laicus delinquens in ecclesia, an possit à iudice ecclesiastico puniri.*
11 *Monachus an sortiatur forum ordinarij loci, vbi deliquit.*
12 *Clericus coram iudice laico falsum deponens, an possit ab eodem puniri.*
13 *Delinquens repertus in loco delicti, quo ad omnes effectus iurisdictionis potest ibi puniri.*
14 *Remissio an locum habeat in delictis.*
15 *Iudex remittens delinquētem ad proprium iudicem, quid facere debeat.*
16 *Delinquens an debeat puniri secundum statuta loci, in quo deliquit.*
17 *Sententia digna priuatione beneficij vel confiscatione bonorum, an trahatur ad bona alibi sita.*

Postvlasti. Episcopus delicti condemnat clericum de delicto, sed non priuat beneficio alibi existente, sed episcopus beneficij priuat exequendo condemnationem iudicis delicti. hoc dicit, secundum primum intellectū. Vel secundò, iuxta secundum intellectum, h.d. Episcopus delicti clericum cōdemnat de delicto etiam priuando eum beneficio alibi sito. Sed realis executio fit ab episcopo beneficij. h.d. Et pars istius habetur infra de homic. c. postulasti. communis diuisio, secunda ibi, ad quod.

1 ¶ † Primò no. quòd clericus delinquens in aliena diœcesi sortitur ibi forum, etiam si sit delictum dignum priuatione officij vel beneficij. Et ad episcopum loci perpetrati delicti pertinet condemnare eum. & ex hoc tex. infertur quòd de iure communi nullus prælatus inferior episcopo habet territorium in diœcesi episcopi: Sed tota diœcesis est ipsius episcopi territorium, & idem no. in cap. 1. supra de offi. ordi. & in c. cum episcopus. de offi. ordi. lib. 6. Et latius per D.M. in c. præced.

2 ¶ † Secundò no. quòd iudex unius territorij nō potest exequi sententiam suam in bonis sitis extra territorium. de quo infra in 2. art. & in 5. art. prin.

¶ Tertiò no. quòd quędam sunt delicta, propter quę quis uenit priuandus officio & beneficio, & inter alia sunt, homicidium, periurium, & furtum, ut in c. ab homine. supra tit. 1.

3 ¶ † Vltimò no. quòd etiam clericus potest forū sortiri in pluribus locis, uidelicet ubi delinquit, ubi patrimonium habet, & ubi habet beneficiū, quod non placet Vinc. qui dicit quòd licet laici possint habere plura domicilia, tamen clericus beneficiatus solum dicitur sortiri forum, vbi beneficium habet, per tex. 70. dist. cap. sanctorum. Sed Ioan. And. plus placet prima opin. per c. cum nullus. de temp. ord. lib. 6. D. Ant. distinguit quòd si clericus habet plura beneficia requirentia residentia, & ipse æqualiter in ambobus resideat interuallis temporibus secūdum quod fieri potest, vt traditur 71. dist. c. ad primates. & sentit glo. 21. q. 2. in c. 1. tetigi in c. sanè. supra eo. in prima declaratione, & tradidi in cap. ex tuæ. infra de cler. non resi. tunc in utroque loco dicetur sortiri forum. Sed si haberet vnum beneficium, tunc solum ibi & non alibi sortitur forum, secundum Do. Ant. Tu conclude ex dictis Do. M. quòd aut quæritur vtrum ratione beneficij vel plurium beneficiorum eiusdem quis in vno vel pluribus locis sortiatur forum: Et hoc casu dic quòd aut residet in altero duntaxat, & ibi sortitur forum. facit tex. noster, & quod traditur per Inno. & Doc. in cap. ex ore. infra de priuil. & per Ioan. And. in c. statutum. §. cum autem. de rescrip. lib. 6. Sed si in vtroque deseruiret, quod fieri potest, vt statim dixi, & no. glo. in c. non potest. de præb. lib. 6. Et in utroque loco dicitur domicilium habere, facit quod no. in l. assumptio. §. viris prudentibus. ff. ad municip. & quod no. in cap. 2. de sepul. lib. 6. Et vide etiam ad prædicta quod traditur in cap. Romana. §. qui verò. eo. tit. lib. 6. Et hæc procedunt respectu beneficiorum adinuicem, vt videamus, vtrum ratione beneficij quis sortiatur ibi forum. ad quod vide quod latius dixi in c. sanè. supra eod. maximè in ver. prima declaratio. Aut quæritur vtrum clericus beneficiatus possit etiam respectu aliarum qualitatum alibi sortiri forum, & dicendum quòd sic respectu originis, est tex. iuncta glo. in d. cap. cum nullus. de origine paterna & auita tradit Barto. in d. l. assumptio. dixi in rub. ver. originis. Item ratione delicti, vt hic, & ratione patrimonij vel maioris partis, aut rerum sitarum. arg. tex. nostri, & in d. c. sanè. Videtur tamen esse magnum dubiū respectu domicilij, seu habitationis quam beneficiatus faceret extra locum beneficij. Nam si est beneficiatus, & beneficium requirit residentiam, licet alibi habitet, non dicitur ibi sortiri forum ratione domicilij, vt no. hic Do. Ant. Mouetur, quia cum beneficiatus debeat habitare in loco beneficij, habitando alibi non videtur per talem habitationem assumere domicilium, sed videtur stare ibi animo reuertendi. alleg. no. in l. ex facto. la grande. ff. de hære. insti. quod dictum est uerum in dubio, nisi aliud appareat expresè vel tacitè, vt puta si per decenniū ibi habitat. arg. l. 2. C. de incolis. lib. 10. Nec ex eo quod teneatur in beneficio residere debet dici quòd non sortiatur forum in loco domicilij, quia nō debet esse melioris conditionis inobediens quam obediēs, vt in c. eum qui. de præb. lib. 6. Et de materia domicilij, dicam latius in c. fi. infra eo. vbi etiam fortè dicā quid de abbate, & quid de monacho, & sic sunt expedita textualia. ¶ Glo. 1. colligit, deinde ponit practicam respectu sententiæ & executionis. In ea. glo. ibi, delictum dat iurisdictionem. dic de hoc ut statim latius dicam in primo prin. arti. In ea. glo. ibi, & non super ecclesia. dic ut statim dicam in 5. prin. artic. In fi. glo. dic utrum sententia lata in causa criminali fidem faciat in alio iudicio, vide quæ dixi in cap. qualiter. el secondo, infra de accusat. in 3. princip. artic. quæst. 2. & ibi uide iura & authoritates.

¶ In glo. 2. in fi. dic de hoc ut dicam infra in 5. princip. arti. ¶ In glo. fin. ibi, vbi delictum perpetratum, dic, & sic sentit glo. quòd ad petitionem iudicis delicti locus sit remissioni. de quo statim latius dicetur in 2. princ. artic.

¶ Postremo, quia supra in rubr. in ver. 25. & 29. remisi me hic dicturum de foro criminis vel delicti, ideo pro clariori doctrina istius materiæ prosequar quinque principales articulos.

¶ Primus erit, an, quando & in quo loco quis ratione criminis sortiatur forum. Et circa hunc articulum,

culum, præmissa regula affirmatiua, prosequar infra scriptas quæstiones.

¶ Prima, quid si existens in uno territorio, telo, vel simili instrumento percutit existentem in alio territorio.

¶ Secunda, quid si Florentinus mandauit T. vt interficeret S. in ciuitate Bononię, à quo iudice possit puniri.

¶ Tertia, quid si delictum per alium in uno loco commissum, quis habuit ratum in alio loco.

¶ Quarta, quid si in uno loco fuit habitus tractatus de committendo delictum, & in alio loco fuit commissum.

a ¶ Quinta de eo qui existens in uno territorio [a] dixit villaniam, vel conuitium existenti in alio territorio.

¶ Sexta de prelato, qui existens in una dięcesi cõmisit negligentiam circa reformationem & prouisionem ecclesiæ existentis in alia dięcesi.

¶ Septima, quid iuris si delictum fuit cõmissum in confinibus, & ignoratur, an locus delicti sit unius vel alterius territorij vel dięcesis.

¶ Octaua de eo qui furtum commisit in uno territorio, & illud portauit ad aliud territorium.

¶ Nona de delictis commissis in locis exemptis.

¶ Decima, vtrũ archiepiscopus delinquẽs in dięcesi suffraganei sui, possit puniri à suffraganeo suo.

¶ Vndecima, si archiepiscopus delinquit in loco iurisdictionis suffraganei sui, à quo possit puniri.

¶ Duodecima, quid si negatur delictũ cõmissum in iurisdictione alicuius, an ille possit cognoscere.

¶ Decimatertia, quid si ratione delicti cõuentus coram non suo iudice negat se deliquisse, an ille iudex asserti delicti possit cognoscere.

¶ Decimaquarta, quid si dicto modo conuentus fatetur delictum & locum, sed negat locum esse de iurisdictione illius.

¶ Decimaquinta, quid si Florentinus cõmisit homicidium Bononiæ sit ibi bannitus, & adiectum, q si ueniat in fortiam cõmunis, amputetur caput: An iudex Florentinus poterit procedere contra eũ tanquam contra subditum.

¶ Decimasexta, quid si laicus deliquit in ecclesiam, vtrum sortiatur ibi forum.

¶ Decimaseptima, vtrum monachus vel religiosus ratione delicti sortiatur forum vbi deliquit.

¶ Decimaoctaua, vtrum clericus productus in testem coram iudice seculari deponens falsum possit ab eo puniri.

¶ Decimanona, quid si iudex Señ. corã quo uertebatur de necessitate iuris, vel de partium cõsensu commisit examinationẽ cuiusdam testis iudici Florentino, & testis ibi deposuit falsum, an iudex Florẽtinus vel Senensis possit illũ punire. Et hic subijciõ quæstionem de nuncio falso referente citationem commissam extra territorium.

¶ Vigesima de eo qui commisit delictũ & post delictum commissum mutauit statum.

¶ Vigesimaprima, vtrum subditus Episcopi qui contra dispositionem statuti Episcopalis ingreditur monasterium exemptorum, sit puniendus per Episcopum.

¶ Vigesimasecunda, an ratione delicti quis sortiatur forum pœnitentialem vbi deliquit.

¶ Vigesimatertia, vtrũ ratione possessionũ quas quis habet in alieno territorio, in quo offendit dominum vel subditum illius domini, extra territoriũ possit ab illo domino puniri.

¶ Vigesimaquarta, Perusinus interfecit bannitũ Perusinum in comitatu Florentiæ, vtrum possit à iudice Perusino puniri.

¶ Vigesimaquinta, quid si Perusinus interfecit bannitum à ciuitate Perusij in territorio Florẽtino, quem licitũ erat interficere in territorio Perusino, an possit puniri Perusij.

¶ Vigesimasexta, vtrũ iudex domicilij possit cognoscere de delicto commisso in ecclesiam vel extra territorium suum.

¶ Vigesimaseptima, quare ratione delicti ampliatur forum ad non subditum, & non ratione indulgentiarum.

¶ Secundus principalis articulus versatur circa modum practicandi prædicta.

¶ Tertius principalis articulus erit, utrum in delictis sit locus remissioni. Et quid facere debeat iudex remittens, & vtrum valeat consuetudo ne fiat remissio.

¶ Quartus principalis articulus, vtrũ delinquens debeat puniri secundum statuta loci domicilij, vel vbi deliquit.

¶ Quintus principalis articulus, vtrum sententia digna priuatione beneficij vel confiscationis bonorum ratione delicti trahatur ad beneficium, vel bona alibi sita. Et in hoc examinabitur intellectus c. nostri. & duplicis summarij supra positi.

4 ¶ † Quo ad primum articulum dic, quòd regula est quod ratione criminis quis sortiatur forum vbi deliquit, vt hic, & in c. fin. infra eod. & c. 1. de rapt. & l. 1. & auth. qua in prouincia. C. vbi de crim. agi opor. cum simil. A. B. Et dicitur potissimum forum ipsius delinquentis, vt dicit Bal. in l. de quibus. ff. de leg. q. 5. per tex. in Auth. vt nul. iud. §. si verò comprehen. Ma. Aduerte tamen, quia talis ratione delicti solum efficitur de foro illius vbi deliquit, nõ autem efficitur propriè subditus, vt singulariter no. glo. in c. nuper. infra de sent. excom. & glo. in cle. 1. de foro compet. Et sequitur Do. meus, in d. c. nuper. quod no. ad statuta & dispositiones loquẽtes de subdito.

5 ¶ † Circa primam quæst. vtrum existens in uno territorio si telo, vel balista, vel alio simili instrumẽto, percutit existentem in alio territorio, possit ab vtroque vel ab altero tantum puniri. Et conclusio est, quòd ab alterutro, ideo locus est præuentioni. Ita no. Ioan. And. in regula, in obscuris. de reg. iur. lib. 6. in mercur. & in d. l. 1. vbi de crim. agi opor. & ibi Pet. & Cyn. Bar. in l. libellorum. ff. de accu. Ioan. And. in c. 1. de consec. eccl. vel alta. & Do. M. in c. 1. de præsump. de quo dic vt latius dixi in c. 1. de rapt. tetigi aliqualiter in cap. qualiter. el 2. de accu. in 11. prin. art. q. 6. Pet. de Anch. hic, q. 2.

¶ Circa

ADDITIO.

a ¶ *In vno territorio. De hac quæst. vide Bald. in l. 1. in 1. q. C. vbi de pos. agi. vide Ioan. And. in cap. 1. de priuil. in 6. Dyn. in l. iurisperitos. §. cum oriundus. de excu. tut. & in sim. Pau. de Eleaz. q. inci. episcopus monuit, Auth. in c. postulasti. infra eo. in 2. q.*

¶ Circa secundam quæst. si Florētinus mandauit Florentiæ T. vt interficeret S. in ciuitate Bononiæ: & ita secutū est homicidium: quæritur, coram quo iudice debeat iste Florentinus puniri? Sol. Dic, q coram Bononiensi: Et ista est communis conclusio, quæ traditur per Doct. in iuribus supra alleg. in præcedenti q. dixi latè in d. c. 1. de rapto. vbi retuli Dy. contrarium conclusisse, & Bart. & Doct. communiter ipsum reprobantes. Sed quicquid dixi in d. c. 1. arbitror hic meliùs dici posse, vt distinguamus, q aut loquimur de pœna imponēda ratione mandati, aut ratione delicti. ¶ Primo casu dicendum est, quòd debet puniri in loco, vbi factū fuit mandatū: & sic Florentiæ. vnde si statutum Florentię diceret: Si quis mādauerit delictum committi, puniatur tali pœna. hoc probatur in gl. l. 1. §. persuadere. ff. de seruo corru. & Institu. de oblig. quæ ex delicto nascuntur. §. 1. quæ volunt, quòd quis ex mādato puniatur, & ex persuasione in accusatione serui corrupti. Quinimò tex. in l. si quis seruo. C. de fur. vult, quòd puniatur, licet non sit secutus effectus. Et idem dicendum est, si statutum nihil disponeret de pœna mandantis, sed ageretur de Iure communi, de puniendo dictum mādatorem extra ordinem propter mandatum atrocis delicti, vt est mandatum homicidij, aut similium. ita sentit Bart. in l. non solùm. in fi. ff. de iniu. & Ioan. de Imo. in l. si, vt proponis. ff. de fide. & dixi plenè in d. c. 1. de rapto. ¶ Secundo casu dicendum est, quòd iste est puniendus solùm à iudice Bononiensi, ex delicto consummato. facit, quod no. glo. in d. §. persuadere. & d. §. 1. Et est bonus text. in l. si quis vxori. ff. de fur. vbi tex. vult, quòd tunc incipiat teneri mandator, quando delictum est commissum. Et sic non tenetur ex mādato, sed ex seruo corrupto, seu ex delicto secuto. A. B. tenet Ber. in d. l. si vt proponis. & quod no. in l. is, qui opem. ff. de fur. & Pet. de Anch. hic, in 2. q. Ma. Et si tu diceres, quòd ex contractibus oritur actio mandati ex mandato: illud procedit inter mandantem & mandatarium, sed inter mandantem & tertium non oritur, nisi ex actu postea secuto. l. ita aut. ff. de admin. tuto. sed in delictis inter mandantem & mandatarium non oritur aliqua actio mandati, quia redditur res turpis, vt l. remunerandi. §. rei turpis. ff. mand. & vide quod dixi in d. c. 1. & de materia mādati in delictis, vide quæ dixi in c. ad audientiam. de homi. in 7. art. prin. q. 68. vel 88. & seq.

¶ Circa tertiam quęst. qua quæritur, T. commisit homicidium in ciuitate Florentię interficiendo inimicum S. vt ipsum S. redderet securum, qui S. in ciuitate Senensi habuit ratum dictum homicidium. quæritur, vbi debeat puniri, an Senis, vel Florentiæ. D. Pet. de Anch. in Clem. 1. vt li. pen. & hic in 2. q. remittens se ad gl. d. Cle. tenet, quòd Senis, pro quo no. glo. magistra ibi posita, quæ singulariter vult, quòd differentia sit inter procuratorē respectu mandati, vt inspiciatur locus consummati mandati, & inter negociorum gestorum secuta ratihabitione, & inspiciatur locus ratificationis: & sic dicit Petr. illud dicendum esse in ratificatione delicti, secundum illam glo. reprobat Ioan. de Imo. in d. l. si vt proponis. ff. de fideiuss. & aduerte, quia licet ista videatur communis opi. vt traditur in l. item si pupilli. §. item quæritur. ff. de neg. gest. & ibi per But. & Bar. Cy. & Bal. in l. si pecuniam. C. de neg. gest. per Dy. in regula, rati. de reg. iur. lib. 6. tamen vt dixi in d. Clem. 1. dicta communis opi. posset limitari, vbi verba statuti punirent ratificationē: quia tunc inspicitur locus
a ratificationis, [a] arg. eorum, quæ dixi in præced. q. Et ita limita ea, quæ dixi in d. c. 1. de rap. & hoc casu potest saluari opinio Petri, & vide quæ dixi in d. c. ad audientiam. in 7. artic. principali, quæst. 100.

¶ Circa quartam quæstionem, T. tractauit & ordinauit Florentiæ de committendo homicidium in ciuitate Bononiæ, & ita subsecutum est: quæritur vbi sortiatur forum: & an vbi delictum tractatum fuit, possit puniri? Sol. Bartol. in l. & si amicis. ff. de adult. dicit, quòd potest conueniri Florentiæ, vt ibi puniatur, vbi de delicto tractatum fuit: duntamen non steterit in meris finibus voluntatis ac cogitationis: quia sola cogitatio nō meretur pœnam. de pœ. dist. 1. cap. cogitationis. & prædicta procedūt respectu eius qui ordinauit, vt ab alio occideretur, sed cùm ipse tractasset vt interficeretur per ipsum: quia pœna tractatus est extincta propter sequēs homicidium, vt l. illud. in fi. ff. ad l. Aquil. & arg. eorum quæ dicimus de insultu & persecutione secuta, vt in l. qui crimen. ff. de acc. & ibi per Doct. & Barto. in l. nunquam plura. ff. de priua. deli. & l. inspicienda. ff. de pœ. & dixi in c. qualiter. el 2. ff. de accu. in 11. prin. ar. q. 69. & 56. Hoc tamen est verum, secūdum Bar. si ipse punitus est de delicto per se perpetrato. secùs si Bononiæ esset contumax, seu in loco perpetrati homicidij, ita quòd ex homicidio nō potuerit pati debitam pœnam: & tunc probabiliter satis dici potest, quòd ex tractatu venerit puniendus. Nam principale ita demum extinguit accessorium, si habuit causam & actionem: aliàs secus, vt l. hæres à debitore. ff. de fideiuss. quod sing. no.

6 ¶ † Circa quintam quæstio. qua quæritur, an existens in vno territorio dixit conuitium, vel quid simile existenti in alio territorio audienti dicta verba iniuriosa: quæritur vbi sortiatur forū, & vbi debeat puniri, & à quo iudice? Sol. Dic, quòd à iudice territorij, vbi est ille qui conuitium passus est. facit quod no. ponit D. Ant. & per eum D. meus, in cap. cùm inter nos. de consue. Arbitror enim, quòd etiā possit puniri ab illo iudice, in cuius territorio erat ille qui iniuriam dixit, secundum ea, quæ supra diximus de percutiente cū telo, vel proijciente telum. in 1. q. in hoc tamen essent attendenda verba statutorum punientium, secundum quod latè traditur in iuribus alleg. in 1. q. & pro prima conclusione facit quod no. sin. Barto. in l. 1. aliàs 2. §. idem ait. ff. ne quid in loco publ. & quod no. in c. patentibus. infra de priuil. per Dominum Antonium, & quod dixi in cap.

ADDITIO.

a ¶ *Locus ratificationis. D. Card. in Cle. 1. in 8. q. tangit istum passum, vbi videtur æquiparare agitata per negociorum gestorem & procuratorem: quia sicut ratihabitio trahitur retrò quoad tempus, ita & quoad locum. ar. l. vinum. si cer. peta. vide Bald. in l. nullum. C. de testi. de Potestate Bonon. qui mandat examinari testes Imolæ. & dicunt falsum, quis puniat. & quid si ego vendo tibi per nuncium Bonon. dum ego sum alibi, vide Bald. in l. multum. per illum tex. C. si quis alteri vel sibi.*

6 ¶ † Sextò no. quòd sacrilegium committitur in rebus ecclesiæ nō solùm quādo occupantur & vsurpantur, sed etiam si in illis turbatiua molestia inferatur, per quam molestiam etiam laicus efficitur de iurisdictione ecclesię, secundum quod latius dixi in c. cum sit, supra eo. quinimò etiam propter detentionem bonorum ecclesiasticorum sine violentia contra voluntatem ecclesiæ dicitur committi sacrilegium. 16. q. 7. si quis principum, & no. in cap. si clericus, supra eo. parum enim differt quò ad Deum, aliena inuadere, vel iniustè possidere, vt in c. sæpe. infra de restit. spoliat.

7 ¶ † Septimò no. ibi, collata. iuncto verbo, relicta, quòd verbum collata, refertur ad dispositionem inter viuos, sed verbum relicta, ad dispositionem in morte: quia verbum relinquēdi, ad viui tabulas nō pertinet. ff. de tab. exhi. l. 1. in fi. secūdum Philippum & Io. An. Tu vide etiam tex. cum gl. in l. 1. C. de pec. eius, qui libertatem meruit. & tex. & Bar. in l. vnum ex familia. in prin. ff. de leg. 2. & no. Inst. ex quib. cau. ma. non licet, in fi. & Azo in sum. in tit. de testa. ma. ver. quis autem possit.

¶ Octauò no. ibi, anathemati supponendi, quòd inuasores rerum ecclesiarum non sunt excommunicati ipso iure: sed excommunicandi, quia tex. loquitur per verbum futuri temporis, supponendi, per ea quæ dixi in cap. si diligenti, supra eod. Incendiarij verò & violatores ipsarum ecclesiarum, sunt excommunicati ipso facto. 11. quæstio. 3. cap. canonica, & ibi glo. 16. quæstio. 4. c. omnes, dixi in cap. contingit. infra de senten. excom. in 18. princ. art. versi. 2. & ibi vide 199. casus, in quibus quis incidit in excommunicationem ipso facto.

8 ¶ † Vltimò no. ex fine practicam obseruandam in interdicto vti possidetis. agitur enim vt aduersarius cesset à turbatione, & vt satisfaciat de pręteritis damnis seu iniurijs. Sed [a] tu dic vt latius traditur in c. licet. inf. de proba. & in l. 1. C. vti possid. & per Bar. in l. quoties, ff. vti poss. & ex pręditis, & ex tex. infertur, ꝙ clericus etiā nomine ecclesię potest petere satisfactionem iniuriæ. de quo dic, vt latius dixi in c. olim. infra de iniu. & ibi vide, an solus rector vel prelatus possit remittere satisfactionem iniuriæ. de quo etiam in c. si is, & c. contingit. inf. de senten. excom. & per glo. 88. d. c. discordantes, & vide quæ dixi in c. 2. supra de malefic.

¶ In glo. 1. in fi. dic, Io. An. reprehendit hanc glo. quia tex. expressè facit mentionem de sola temporali iurisdictione dum dicit, ꝙ iurisdictio temporalis competebat ecclesiæ pleno iure, & sic non intendit comprehendere spiritualem: unde dicit, ꝙ intelligitur pleno iure, hoc est, tam respectu meri & misti imperij, quam iurisdictionis, quia iurisdictio in genere comprehendit etiam merum & mistum imperium, vt dixi in cap. cum contingat. supra eo. in princ. 2. q. 7. princ. art. Tu aduerte: quia de iurisdictione spirituali non erat necessarium dicere si castra erant de diœcesi Bon. No. tamen prædictas expositiones Docto. ad intellectum literarum & priuilegiorum, vel aliarum conuentionum, vt si pleno iure aliqua ecclesia, vel aliquis locus concedatur ab illo, qui habet & potest iurisdictionem temporalem & spiritualem concedere, vtranque intelligitur concessisse. ar. glo. nostræ, & c. olim. inf. de ver. sig. iuncta l. beneficium. ff. de consti. prin. & quod no. in l. si quādo. C. de bo. vac. lib. 10. & idem dicit, si concederetur omnimoda iurisdict. Ita no. gl. in verbo, omnimodam. in Cle. vnica, eo. ti. & ibi dixi. Sed si concederetur omnimoda iurisdictio temporalis, vel pleno iure, intelligeretur etiam de mero & misto imperio. Quid aūt in libello, si aliquis dicat rem, quam petit, pleno iure ad se spectare: an si habet solam proprietatem, talis libellus procedat? tex. facit ꝙ sic, in l. raptores. §. sin autem. ibi, plenum habeat dominium. C. de episco. & cle. facit l. 1. C. de bonis libertorum. & satis placet, quia illud videtur deduxisse. Et verba libelli sunt interpretanda in fauorem libellantis, vt statim dicam. Quando autem ecclesia dicatur spectare ad superiorem pleno iure, & quid tunc importet, uide glo. & Doct. in c. quoniam. & in c. cum & plantare. inf. de priui. & vtrobique tetigi. Et adde quæ dixi infra de cau. pos. & proprie. in rub. Glo. 2. quærit & soluit. In ea. glo. ibi, non possidentur. dic, idem probatur in l. 1. §. incorporales. ff. de acq. rer. do. & in c. querelam. sup. de elect. Et notabiliter tradit Do. Ant. in repe. c. fi. inf. de cau. pos. & proprie. Et aduerte: quia iurisdictio & huiusmodi iura non possidentur, sed quasi possidentur: non competit interdictum, uti poss. directum, sed quasi interdictum, vti possidetis, vt ff. de serui. in l. quoties. & ff. si serui. ven. & in l. 2. §. Pomponius. competit etiam pro istis iuribus incorporalibus condictio ex canone, integranda. 3. q. 1. secundum Gul. competit ergo interdictum, quasi uti possidetis, pro iuribus incorporalibus, vt etiam traditur in l. 1. ff. uti pos. Et ex prædictis, & ex tex. iuncta glo. no. habes formam libellandi in istis iuribus incorporalibus: quia debes semper cōcludere in quasi interdicto, siue sit interdictum, vti poss. siue interdictum, vnde vi, vel aliud simile, quod intentas. hic enim est regula, ꝙ sicut pro rebus corporalibus competunt interdicta directa secundum materiam cuiuslibet specialis interdicti: Ita & pro iuribus incorporalibus competunt quasi interdicta, vel vtilia interdicta in illa materia. Ad quod vide quod latè tradit Spec. post Gof. in tit. de restit. spol. §. 2. ver. sed si aliquis certis. & in titu. de causa poss. §. in retinenti. nisi sint talia interdicta, de quorum natura sit vt solum agatur duplo iure, pro iuribus incorporalibus, exemplum in interdicto de itinere actuque priuato utendo, aut etiam reficiendo: quia tunc pro iuribus incorporalibus dantur directa interdicta, vt tradit Specul. in tit. de causa pos. §. priuata. ver. est & aliud interdictum, & ver. porro. Aduerte tamen, quia etiam si in libello quis diceret se agere simpliciter interdicto, & non diceret, quasi interdicto, vel vtili interdicto, etiam in casibus, in quibus non competit directum, sed vtile: non tamen vitiaretur libellus, vt in c. olim. de restit. spol. & in cap. licet. infra de prob. & in cap. accedens. infra vt lite non contest. vbi probatur, ꝙ nec sententia sic lata uitiatur. facit etiam quod no. glo. in c. si qui. 74. distin.

¶ † Voluit

ADDITIO.

a *¶ Dic latius. de materia huius interdicti, vt per Are. in §. quadrupli. in vlt. car. de act. Bart. in consi. 112. quidam accusatus. Bald. in consi. 331. lib. 1. incip. casus, super quo, Alex. 136. col. 3. lib. 2. An. Sicu. consi. 25. lib. 4.*

9 ¶ † Voluit tamen hic Collectarius, quòd si libellans pro iuribus incorporalibus diceret se esse in vna possesione, quòd succumberet, quod non placet Do. meo, nec mihi, quia verba libelli impropriè & latißimè sunt intelligenda, vt concludant intentionem libellantis, vt est tex. iuncta glo. in cap. constitutus. infra de reli. do. & in cap. cæterum. supra de iud. Nam & videmus rationes subiectæ materiæ, ꝙ appel. dominij intelligimus de vtili, quamuis propriè veniat directum, vt l. 1. §. qui in perpetuum. si ag. vec. vel emphy. pet. facit etiam tex. in l. si quis inten. ambi. ff. de iud. & quod dixi in cap. præced. Sed cõtra prædicta opponitur. videtur enim, quòd huic Episcopo non competeret interdictum, vti posidetis. nam cum diceret illatam violentiam, videbatur amisisse possessionem. argu. eorum, quæ traduntur infra de restit. spol. per totum, sed interdictum, vti posid. non datur nisi possessori. Solu. dic vt dixi super tex. quod violentia non fuit ablatiua, seu expulsiua, sed turbatiua. Et aduerte: quia licet ad hoc vt competat interdictum, vti posid. non sit necessaria violentia, sed sufficiat simplex turbatio: si tamẽ quis ageret ex violentia turbatiua, deberet succumbere, si simpliciter probaret turbationem, & non violentiam. facit l. mater. §. eandem. ff. de except. rei iudi. secundum Innocen. & Ioan. Andr. hic, & sequitur D. Anto. qui subdit, quòd ad hoc vt contra laicum agatur pro turbatione rei ad ecclesiam pertinentis coram ecclesiastico, requiritur ꝙ turbatio sit violenta. quod non placet hic D. M. & bene, per no. in cap. cum sit, supra eod. vbi generaliter dicitur, ꝙ ecclesia potest conuenire malefactores suos coram ecclesiastico. facit etiam tex. noster in fi. qui probat, ꝙ qualitercunque violetur, vel damnificetur ecclesia, dicitur committi sacrilegium. Sed primum dictum Innocen. & Ioan. An. ꝙ talis debet succumbere si non probat violentam turbationem, prout deduxit, placet hic D. M. quia non videtur probasse factum deductum in iudicio. arg. no. in c. cum sit. & per Cyn. in l. 2. C. de probat. vbi dicit ꝙ accusans de insultu cum armis, vel de percusione cum sanguinis effusione, debet succumbere si solùm probat insultum sine armis, aut solam percusionem sine sanguinis effusione. all. c. fin. infra de rest. spol. Sed tu vide Ioan. An. qui hoc idem singulariter tenet in addit. Spec. in rub. de accu. vbi etiam tractat, quid econtra, si accusabit de insultu aut percusione duntaxat, & probat insultum cum armis, vel percusione cum sanguinis effusione. Et ad prædicta etiam vide glo. in cap. Abbate. de re iudi. lib. 6. & quod no. in c. ex parte, infra de priui. in c. licet. infra de proba. in cap. pro posuisti. de cle. excom. mi. in c. venerabilis. de sent. excommu. tenet Bart. in l. denunciasse. §. qui tamen. ff. de adul. Bal. in l. in causis. C. de accu. traditur etiã in l. 4. §. hoc autem. ff. vi bon. rapto. & in l. Fulcinius. §. cum autem. ff. quibus ex cau. in poss. ea. & in l. 1. §. fin. de incen. rui. naufra. & per d. Flo. in l. 1. in princ. ad leg. Aquil. Nec ob. quod supra dictum fuit, & quod dixi in cap. præced. vbi videtur satis esse, quòd in libello concludatur illud, quod est sufficiens ad intentionẽ libellantis, adeò quòd si postea aliquid aliud addatur, non nocet: quia respondeo, quòd illud procedit, quando probaretur idem factũ, quod comprehensum fuisset in libello, quod est substantia & fundamentum libellantis. secus autem quando non probaretur idem factum, sicut est in terminis nostris. Nam probando simpliciter turbationẽ, seu insultum, vel percusionem: non videtur probare illud factum, quod est deductum in libello: videlicet violentam turbationem, insultum cum armis, & percusionem cum sanguinis effusione: sed videretur esse probatum aliud factum, & sic non deberet obtinere. ¶ Glo. fi. in princ. est declaratiua, & allegat rationem, seu respondet tacitæ quæstioni. Et deinde decidit tres quæstiones. In ea. glo. ibi, ipso iure, dic: Doct. hic allegant in contrarium quædam iura, & tandem recitãt varias opi. tu vide quod dixi supra in 8. no. In fi. glo. dic, vide remisiones, quas dedi supra in vlt. notabili.

SVMMARIVM.

1 *Contractus factus per prædecessorem, an liget successorem.*
2 *Contrahens in aliquo loco, ibidem conueniri potest.*
3 *Priuilegium concessum patriæ sub nomine appellatiuo, clericis etiam competit.*
4 *Expreßio nominis proprij, quid operetur.*
5 *Clericus per viam contractus, potest prorogare iurisdictionem non sui iudicis.*
6 *Damnorum emergentium ratio habetur contra debitorem quantitatis.*
7 *Contrahens in vno loco, si simpliciter promittat se soluturum, qualiter sortiatur forum.*
8 *Promittens se soluturum, vbi contrahit, ibidem forum sortitur.*
9 *Contrahens in vno loco, si alibi solutionem destinauerit, vbi conueniatur.*
10 *Obligatus ratione debiti, an poßit alibi conueniri, quàm in loco destinatæ solutionis.*
11 *Vagabundus vbi conueniatur.*
12 *Intereße non attenditur in omnib. actionibus, nisi agatur in loco solutioni destinato.*
13 *Intereße, an propter locum in actionibus arbitrarijs attendatur tam ex parte rei, quàm actoris.*
14 *Fideiussor, qui interuenit pro eo, qui promisit se in alio loco soluturum, an propter locum teneatur ex mora debitoris.*
15 *Obligatio ad intereße propter locum ex mora debitoris, an extinguatur sorte in loco non destinato soluta.*
16 *Forum sortiens alicubi solum ratione contractus, qualiter poßit ibi conueniri.*
17 *Clerico conuento coram iudice ecclesiastico non suo, an valeat processus contra eum gestus.*
18 *Forum quem sortiri in loco destinato solutioni, an sit indistinctè verum, & nu. seq.*
23 *Forum ratione contractus, quam iurisdictionem producat.*
24 *Citatio, quæ extra territorium fieri poßit, & nume. sequen.*
26 *Iudex domicilij, à iudice contractus non potest cogi.*
27 *Creditor, cui fit promißio de soluendo in alio loco, an statim in illo loco debitorem conuenire poßit.*
28 *Promittens soluere Romæ vel Venetijs, vbi conueniri poßit.*
29 *Promittens soluere in duobus locis copulatiuè, vbi conueniri poßit.*

Promittens

30 *Promittens soluere in aliquibus locis expressis cum clausula generali, & vbique locorum, vbi conueniri possit.*
31 *Promittens soluere vbique locorum nullo expresso loco, vbi conueniatur.*
32 *Contrahens in vno loco & in alio promittens soluere, & in tertio conficitur obligationis instrumentum, vbi tunc conueniatur.*
33 *Contrahens in vno loco, vbi conueniatur, si cōditio contractui adiecta, in alio impleatur. & nu. seq.*
38 *Remißio locum habet in contractibus, & hoc limitatur numeris sequen.*
47 *Statutis diuersis existentibus in loco contractus, quæ attendi debeant.*

DILECTI FILII. Priuilegiatus, si non teneatur respondere nisi in certo loco: si in alio loco respondere vel soluere promittit, potest ibi conueniri, secundum Io. And. vel sic secundum D. M. Priuilegium alicui concessum, vt non teneatur nisi in certo loco respondere, non extenditur ad locum, vbi ex aliqua causa de iure communi potest conueniri. hoc dicit. Et est casus notabilis. Et primò ponitur querela actorũ, quæ continet causæ commissionem, & rei exceptionem. Secundò, ponit mādatum factum reo, & prouisionem: si non pareat mandato.

1 ¶ † Primò no. ꝙ contractus celebratus per prædecessorem, obligat successorem non solum quoad substantiam, sed etiam quò ad qualitates.

2 ¶ † Secundò no. quòd contrahens in aliquo loco potest ibi conueniri, non solum coram ordinario, sed etiam coram delegato apostolico: non obstante priuilegio, cuius fauore talis contrahens non posset per literas apostolicas trahi extra domiciliũ.

3 ¶ † Tertiò no. ꝙ priuilegium concessum hominibus alicuius patriç sub nomine appellatiuo, puta Anglicis vel Petruscis, cōpetit etiam clericis: quoniam materia est proportionabilis etiam clericis, & comprehendit etiam laicos, licet concessum sit à sede Apostolica in materia subiecta.

4 ¶ † Quartò no. ꝙ expresßio nominis proprij non impedit quo minus rescriptum respiciat successorem vniuersalem: hic enim rescriptum fuerat impetratum contra R. Et tamen iste Episcopus Dulmenen. successor istius R. conuenitur vigore talis rescripti. Sed fortè fuit, quia fuit impetratum contra R. nomine ecclesiæ, de quo dic, vt latius dixi in cap. quoniam Abbas. de offic. deleg. & latißimè dixi in Clem. & si principalis. de rescript. & tangitur hic in glo.

5 ¶ † Quintò no. ꝙ quamuis clericus nō poßit expressè prorogare iurisdictionem non sui iudicis, sine consensu sui ordinarij, vt in c. sequ. tamen potest per viam contractus, de hoc latius infra.

¶ Sextò no. quod quis dicitur cōtraxisse loco destinatæ solutionis. ad idem l. contraxisse. ff. de act. & obl. & de hoc latius infra.

6 ¶ † Vltimò no. ꝙ contra debitorem quantitatis, etiam de iure canonico habetur ratio non solum partis principalis debitæ, sed etiã damnorum emergentium propter nō factam solutionem dilato tempore, & istud est clarum, respectu damnorum emergentium, prout accipitur damnum pro diminutione patrimonij, secundum quod accipitur in l. 3. ff. de dam. infec. Sed in quantum damnum accipitur pro lucro cessante, est maius dubium, an poßit peti de iure canonico. tex. tamen iuncta gl. facit, quòd sic in l. cohæredi. C. de actio. empti. Quare mercator,[a] cui in tempore præfixo non soluitur pecunia mutuata, potest petere damna lucri cessantis, & hoc etiam tenet Dom. me. in c. conquestus. infra de vsu. & in cap. cum venerabilis. super gl. 3. infra de excep. & in cap. P. & G. de offic. deleg. tenet glo. & Barto. in l. vtique. ff. de eo, quod certo loco. facit bonus tex. in l. at qui natura. §. non tantum. ff. de neg. gest. & in l. & in contraria. ff. de vsu. & Bald. ibi, qui summauit illam l. quòd vsuræ veniunt ex mora, vel ex interesse, dicens, ꝙ veniunt etiam de iure canonico. Et ita dicit se consuluisse. allegat cap. 2. infra de fideiusso. Et idem etiam tenet Ioan. de Imo. in l. generit. ff. de acquiren. hæred. in pe. quæst. Considerari tamen debet circa prædicta qualitas personæ, cui datur ad hoc, vt videatur, vtrum habeatur ratio lucri cessantis. in mercatore igitur, aut simili, qui cum pecunia non est solitus lucrari, vt in pluribus præallegatis, & traditur per Bart. & Doct. in l. 1. C. de senten. quæ pro eo, quod interest proferuntur, & per Bar. in l. 1. C. de summa Trin. & per Cyn. in authen. ad hæc. C. de vsu. q. 3. Io. Cal. in c. nauiganti. de vsu. q. 3. Pet. de Anch. in Cle. 1. §. sanè. de vsu. Et ita ego pluries cōsului[b] & obtinui in foro ecclesiastico. de quo tamen articulo vide, quæ latius dixi in rubr. de vsu. in 8. princ. artic.

¶ Glo. 1. sentit contrarium, ꝙ etiam ex alio capite iste Episcopus non teneretur respondere vigore literarum: quia ex quo fuerunt impetratæ cōtra R. & R. erat mortuus, videntur expirasse, vt in cap. quoniam. supra de offic. deleg. glo. soluit. In fi. glo. dic, no. singulariter ex ista glo. quòd quamuis literæ sint concessæ expresso nomine proprio: tamen dicũtur reales, & non personales: si materia subiecta est realis. Et ita etiam per contrarium dic, quòd si subiectum seu materia respiceret personam propriam, quamuis literæ concedantur sub nomine dignitatis, dicuntur esse personales, & non reales. Et ad prçdicta facit quod no. in c. requisisti. infra de testa. & vide in iuribus allegatis in 4. no. Et per Ioan. Andr. in mercuriali. priuilegium. de regu. iur. lib. 6. & per Barto. in l. post mortem. ff. quando ex facto tutorum. facit quod traditur supra de offic. deleg. cap. P. & G. & de iudic. cap. quia V. Philippus tamen aliter respondet ad contrarium hic, videlicet, quòd hic fuit iurisdictio perpetua cum prædecessore per citationem, vel similem actum. de quo in cap. gratum, & c. relatum. supra de offic. deleg. Sed præcedens solutio est notabilior.

¶ Glo.

ADDITIONES.

a ¶ *Mercator. Adde latè do. Phil. Deci. consi. 39. vbi quærit, quando veniat vsura præstanda, & quando non. & quid ratione interesse lucri cessantis & damni.*

b ¶ *Consuluit in consil. 133. & consil. 174. an & quando debeatur vsura propter retardatam solutionem. & an liceat ad tempus carius vendere, vide latè & solenniter per Dominum Philip. Deci. in consi. tertio, incipien. & pro tenui. per totum consilium.*

¶ Glo. 2. in principio colligit argumen. deinde est declaratiua literæ: posset tamen secunda pars expediri per contrarium, vt c. si diligenti. supra eod. In ea. gl. ibi, tenetur aduersario ad interesse. dic de hoc vt latius dicam infra in secundo principali, in pluribus quæstionibus. In ea. glo. ibi, renunciasse. dic de hoc vt latius dicam infra in 2. princ. artic. maximè in 10. quæstio. In fi. glo. dic de hac materia, vt latius dictum fuit in d. cap. si diligenti. Glo. 3. colligit argumen. & soluit quæstio. In ead. glo. ibi, vbi promisit. dic, vt latius videbimus infra in 2. princ. artic. In fi. glo. dic de hoc, vt latius dicetur in cap. fi. infra eo. in 5. princ. artic.

¶ Glo. fi. in prin. format vnam quæstio. deinde in ver. sed qualiter. format aliam quæst. de modo probandi expensas, & damna, & soluit distinguendo. In ea. glo. ibi, cap. finem. tu dic de hac materia, vt latius dixi in c. calumniam. inf. de penis. maximè in 9. & 10. artic. principalibus. In ea. gl. ibi, statur iuramento. dic secundum Gof. Ioan. And. & Doct. communiter hoc procedere respectu expensarum factarum in iudicio. secus in factis ante iudicium, quia illæ petuntur vt interesse, vt infra de fideiuss. cap. peruenit. & c. constitutus, & probatur aliter, quàm per iuramentum, vt tradit Specu. in titu. de fructibus & interesse. §. fi. ver. pe. & traditur in l. in lege Aquilia. ff. ad l. Aquil. Quinimò & si à principio promitterem a stare iuramento [a] tuo super expensis, possem nihilominus reuocare antequam iures, argum. l. si quis iusiurandum. C. de iureiur. Et si iuraret antequam reuocaret iuramentum, posset petere reductionem ad arbitrium boni viri, vt in l. & si libertus iurauerit. ff. de oper. liberto. tenet Barto. in l. fin. C. de præto. stip. & traditur in cap. finem. infra de dolo & contuma. In ea. glo. ibi, & iudex hoc interesse debet requirere. dic no. hanc glo. facit ad singularem quæstio. quòd licet non sit probatum interesse respectu quantitatis: sed solum sit probatum, quòd intersit, sed non probatum quantum intersit, tamen iudex non debet ferre sententiam incertam, condemnando ad interesse: nec debet absoluere conuentum. Sed potest ex officio se informare, vel duobus committere, vel alios testes examinare super quantitate interesse, secundum no. in l. si quod ex Pamphila. ff. de leg. 2. & in l. semper. §. in hoc interdicto. ff. quod vi aut clam. & in l. 1. in fi. C. de senten. quæ pro eo quod interest profe. & per Bart. & Bald. in l. si traditio. C. de actio. empti. no. Vin. & D. M. in cap. causam. infra de restit. vbi dicit, quòd malè facit iudex absoluere reum ex eo, quod non sit probata quantitas interesse, & ita intelligitur quod no. Barto. & Bald. in l. 2. C. de rescinden. vendit. & quod no. per Barto. in l. fin. C. de iure dominij impetrando. Et hoc perpetuò notabis, quia quotidie contingit.

¶ Ego pluries consului, & pluries in causis obtinui. In ea. glo. ibi, probantur per iuramentum, vt dicunt iura prædicta. dic de hoc ar. vt dixi supra quod met. cau. In fi. glo. dic, idem tenet Specu. in titu. de fructibus & interesse. §. fin. ver. pe. & no. in cap. 1. supra de restit. in integ. & per glo. Instit. de verbor. oblig. §. sed non solùm, & vide quod traditur in d. l. fin. ff. de prætorijs stipul. & per glo. & Archid. in c. quod fieri. 3. quæst. 3.

¶ Postremò, quoniam supra in rubr. ver. 22. ego dixi, me hic tractaturum materiam fori ratione contractus, quæ materia est multum vtilis & quotidiana, & ideo plenius attingenda, vt dicit tex. in l. legaui. in princ. ff. de lib. leg. & est materia subtilis & intricata. Sed vt ipsam claram & ordinatam, & per consequens faciliorem reddamus, prosequar quatuor princ. artic.

¶ Primus articulus erit, quot modis & qualiter quis in aliquo loco dicatur contrahere, ita vt uideamus qualiter quis sortiatur forum ratione contractus.

¶ Secundus de effectu ipsius fori ratione contractus, & de modo practicandi.

¶ Tertius, vtrum in contractibus sit locus remissioni.

¶ Quartus, vtrum existens de vno foro, in aliquo debeat iudicari secundum statuta proprij domicilij: An verò secundum statuta fori contractus.

¶ Circa secundum principalem articulum prosequar 12. princ. q.

¶ Prima erit quid si aliquis contrahit in vno loco, nec aliquid aliud dicit, nisi quòd promittit se aliquid daturum vel facturum, qualiter & in quo loco dicatur forum sortiri. Et hic subiungo aliam secundam quæstio. quid si promissor non conueniatur in loco contractus vel domicilij, vel in alio simili loco, in quo potest conueniri, vt Romæ, vel si est vagabundus vbique, vtrum talis actio sit arbitraria. subiungo etiam tertiam quæstio. de clerico, qui pro clerico vel laico conuento in iudicio fideiubet iudicatum soluere, nec exprimit alium locum, vtrum possit ibi conueniri, si aliàs ibi non sortitur forum.

¶ Secunda principalis quæstio erit, si contrahens promittit se soluturum in illo loco, in quo contrahit.

¶ Tertia principalis questio erit, quid iuris quando contractus est celebratus in vno loco, puta, Senis, & solutio est destinata in alio loco, puta, Florentiæ, quis locus consideretur. & pro hac materia, & ipsius quæstione clarius declaranda, subijcio 14. quæstiones.

¶ Secunda quæstio est vtrum obligatus vigore dicti contractus possit alibi conueniri, quàm in loco destinatæ solutionis.

¶ Tertia quæstio erit, vtrum creditor à quo debitor conuenitur in alio loco, quàm destinatæ solutionis, possit agere sine aliqua commemoratione ipsius loci, in quo est destinata solutio.

¶ Quarta, vtrum propter locum in omnib. actionibus habeatur ratio interesse, si non agatur in loco destinatæ solutionis.

¶ Quinta, vtrum in istis actibus arbitrarijs propter locum consideretur interesse tam ex parte rei, quàm

---

ADDITIO.

a ¶ *Iuramento. An promissio de stando iuramento de expensis, valeat, vide Roma. in l. 1. ff. ne quis eum qui. in l. qui bona. §. quidam. ff. de dam. infec. & no. vnum quod est bene no. quòd Papa non potest facere, quòd stetur dicto vnius. cap. indicas. 3. quæst. 9. adde etiam do. Alexan. consi. 37. in 8. col. in fi. & seq. lib. 2.*

quàm ex parte actoris, & quando & qualiter.

¶ Sexta, vtrũ fideiussor qui pro illo promisit se soluturum in aliquo loco, teneatur ad interesse propter locum ex mora debitoris non soluentis in loco destinato.

¶ Septima, vtrum sorte soluta in alio loco, quàm destinatæ solutionis extinguatur obligatio ad interesse propter locum ex mora debitoris.

¶ Octaua, qualiter is qui sortitur forum ratione contractus, possit ibi conueniri.

¶ Nona, quid agendum sit, si Senensis conuenitur Florentiæ ratione contractus, & ipse negat se ibi contraxisse.

¶ Decima, quid si clericus conuenitur ratione contractus coram Ecclesiastico aliàs nõ suo iudice, & in veritate ipse nec ibi contraxit, nec ibi solutionem destinauit, sed comparet in iudicio, & non excipit, ꝙ non possit ibi conueniri. quæritur, an processus iudicis valeat.

¶ Vndecima, vtrum indifferenter sit verum, ꝙ quis sortiatur forum in loco destinato solutioni, ita quod non habeatur ratio, an in loco contractus fuerit tanquam viator, vel de proximo recessurus.

¶ Duodecima, quam iurisdictionem producat huiusmodi forus ratione cõtractus, & qualiter quis ibi possit conueniri.

¶ Decimatertia, quia supra dixi, ꝙ iudex contractus scribit alteri iudici vbi degit reus conuentus, ꝙ mittit in possessionem. quid iuris, si iudex, cui scribitur, non vult illam facere.

¶ Decimaquarta, vtrum creditor, cui existenti in vno loco facta est promissio de solutione fienda in alio loco, possit statim conuenire debitorem in alio loco.

¶ Quarta principalis quæst. erit, quid si existens hic Senis promittat soluere Mediolani, vel Parisijs, ita ꝙ alternatiuè addat duo, vel plura loca.

¶ Quinta principalis quæst. quãdo plura loca copulatiuè exprimuntur: puta, Senis & Florentiæ, an possit agi vtrobique, & ad quantum, & an actio sit arbitraria.

¶ Sexta, quid si aliqua loca sunt expressa adiecta clausula generali, verbi gratia, existens Senis stipulatur solui Florentiæ Bononiæ, Mediolani, & vbique locorum. Et hic subijcio quæstionem, an & quando hoc casu actio sit arbitraria.

¶ Septima, quid si nulla loca fuerũt expressa, sed solùm generaliter dictum fuit, ꝙ promisit soluere vbique locorum. Et hic subijcio quæstionem, an & quando hoc casu actio sit arbitraria.

¶ Octaua, quid iuris quando quis contrahit in vno loco & in alio promittit soluere, & in alio tertio loco conficitur instrumentum obligationis.

¶ Nona, quid si contractus geritur in vno loco, sed conditio adiecta cõtractui est impleta in alio loco: exemplum, existens hic Senis promittit tibi ducẽta si Imperator venerit Mediolanum: Imperator venit, & sic est adimpleta conditio Mediolani, vtrũ debeat attendi locus celebrati contractus, an vero vbi conditio est adimpleta.

¶ Decima, quid si effectus & implementum contractus, seu conditio destinatur ad unum alium locum, quàm in loco celebrati contractus ex parte vnius tantum, sed ex parte alterius simpliciter est facta promissio. exemplum cõduxi te procuratorem seu aduocatum ex hac ciuitate Senensi, vt me defenderes Florentiæ, & ibi promisi certum salarium, vel conduxi operarios, vt mihi ædificarent Palatium Bononiæ, quæritur, vbi tales contrahentes sortiantur forum.

¶ Vndecima, quid si in stipulatione vel obligatione nõ sit adiectus locus destinatæ solutionis, sed solummodo inter contrahentes conuenit hoc modo: videlicet, promisisti mihi mille, & ego promisi tibi nõ petere illa mille, nisi Florentiæ. Et circa prædicta subijcio quæstionem notabilem. T. Florentinus & S. Perusinus de lite vertente inter eos Ianuæ, fecerunt compromissum in hac ciuitate Senarum in B. ciuem Bononiensem tanquam in eorum arbitrum & arbitratorem hic Senis existentem, & promiserunt soluere quicquid per prędictum B. sententiatum fuerit. iste B. arbitrium suum protulit: quæritur ergo, in quo loco ex prædictis locis contrahentes sortiantur forum respectu dicti arbitramenti.

¶ Duodecima, vtrum ea, quæ dicta sunt circa hunc secundum prin. art. de foro ratione cõtractus, habeant locum in quasi contractu. Et hic finaliter subijcio, qualiter ille, qui sortitur forum ratione contractus non dicatur subditus.

¶ Decimatertia, qualiter agatur ad prædictum interesse ratione loci.

Quò ad primum dic, quòd quandoque quis contrahit in vno loco, promittens se aliquid soluturum vel facturum, loco aliter non expresso. Quandoque, & secundò, quis contrahit in vno loco, promittens se sibi soluturum vel facturum. Quandoque, & tertiò, quis contrahit in vno loco, & promittit se soluturum vel facturum aliquid in alio loco, & hoc potest multipliciter contingere. Quandoque enim destinat solutionẽ, vel promittit soluere in vno alio loco duntaxat. Quãdoque in alijs pluribus locis determinatis: tamen specificè, & hoc dupliciter. Quandoque alternatiuè, quandoque copulatiuè. Item, quandoque alia loca specificantur, & addunt tunc clausulam generalem videlicet, ubique, seu vbicunque vel in omnibus alijs locis. Quandoque nulla loca exprimuntur, nec specificantur, sed solùm dicit quòd vbique promittit soluere. Quãdoque, & quartò principaliter, quis contrahit in vno loco, & in alio promittit soluere, & in vno alio tertio loco celebratur instrumentum. Quandoque, & quintò contractus geritur in vno loco, & conditio completur in alio, quoniam hæc verba varios sortiuntur effectus tam respectu fori, quàm etiam aliorum plurimorum effectuum. Ideò singulariter per ordinem ipsa membra prosequar in secundo princ. artic. vbi exemplum cuiuslibet membri explicatur.

¶ Circa igitur secundum articul. de effectu fori ratione contractus, & de modo practicandi iuxta ordinem supra positum, prosequar ibi positas quæstiones.

7 ¶ † Quæro igitur primò, si aliquis contrahit in vno loco, neque aliud dicit, sed simpliciter promittit se soluturum, vel facturum, qualiter dicatur sortiri forum, & vbi. Sol. Dic ꝙ iste talis potest conueniri in loco contractus, vt in l.fi. C. de tritica. & in l.

a vinum.ff.si cer.peta. Item [a] potest conueniri in loco domicilij, quia forum domicilij concurrit cum quo libet alio foro, vt dicam in c.fi. infra eodem.& si plu ra habet domicilia, potest in quolibet conueniri, vt in d.cap.fi. & ibi videbimus. & no.Bart. in l.quód si Ephesi.ff.de eo quod cer.loco. Et prædicta etiam ha bent locum in clerico. arg.c.nostri, & c.Romana.§. contrahentes. eo.tit.lib.6. & per hunc modum tacitè & directè potest clericus per viam contractus in alienum iudicem consentire, sine superioris licentia, sicut etiam per viam delicti, vt dictum fuit in c. postulasti. infra eodem, licet expresse non possit, vt in c.seq.Et in electione actoris est, an velit conueniri in loco contractus, an domicilij, vt dicit hic Glo. 3. Prædicta tamen limita, secundum ea, quæ dicam infra q.11. Et hoc procedit, quando aliquis promittit se daturum, vel soluturum. sed si aliquis promittit se facturum, deberet exprimi locus certus, si est factum solo cohærens, vt domum fabricare, & similia facere, nec sufficit etiam sola expressio loci, sed debet exprimi quãtitas altitudinis, & longitudinis, alias obligatio vel promissio non teneret, vt l.3.§.si quis insulam.ff. de eo quod certo loco. & in l.qui insulam. & in l.stipulatus. & ibi per Barto.ff.de verbo. oblig.coniunctis his, quæ dicit ibi Iac. de Are. & sequitur Ioan.de Imo.in l.qui insulam, respectu quan titatis operis, & ideo dicit de factis solo cohærentibus, quia in illis non est necessarium exprimere locum & præstationem operarum, & similium, vt in l. interdum.§.1.ff.de verb.oblig.& de ope.lib.ff.per totum. tradit Barto. in l.si non sortem.§.libertus.ff.de condi.indeb.vnde in istis casibus dicendũ est, quod dictum est in obligationibus damni, respectu fori. In alijs tamen est aliqua differẽtia, vt infra subijciam in 2. quæst. princ. Sed quo ad istam primam quæst. istius secundi articuli, subijcio istam, quid si promissor non conueniatur in loco contractus, vel in loco domicilij, aut in alio loco vbi possit cõueniri, vt Romæ, vel in alio quolibet loco, vt in vagabundo, vtrum talis actio sit arbitraria? ¶ Sol. Guil. de Cun. voluit, quód sic, ex eo, quod tacitè videtur insertus locus celebrati contractus, vt in l.si cum dies.§.si arbiter.ff.de arb. & in l.quæ conditio. §.fi. ff. de condi. & demonstr. Et vide quod dixi ad hoc in cap.qualiter. el secondo, de accusat.in 9.princ.artic. versi.39. Barto. tenet contrarium in d. l.quod si Ephesi. ff. de eo, quod certo loco. Mouetur, quia secũdum Guil. sequeretur hoc, quód omnis actio esset arbitraria, si ageretur alibi, quam in loco promissionis, quod est contra mentem tituli, de eo, quod certo loco. Nec est verum, ꝙ videtur agi de loco promissionis, vbi locus non exprimatur, imò intelligitur expressus locus vbi petitur, & ille videtur destinatus solutioni, vt in d.l.fi.& triticaria. & in d.l.vinum. & ideo actio non est arbitraria, vt in d.l.quód si Ephesi. Et ex hoc sequitur, ꝙ creditor, qui cõuenit debitorem in alio loco, quàm celebrati contractus, non tenetur aliquam mentionem facere de loco contractus.

¶ Itẽ subijcitur notabilis quæst.de clerico vel laico cõuento in iudicio, qui fideiubet iudicatum soluere, nec exprimit alium locũ destinatæ solutionis: vtrum possit ibi conueniri, ponendo, ꝙ alias ibi sortiatur forum. Solutio. hęc quęstio, quo ad clericum, potest habere duo dubia.

¶ Primum, quid si clericus coram iudice laico fideiubet.

¶ Secundum, quid si coram iudice Ecclesiastico.

¶ Quo ad primum, quidam voluerunt, ꝙ possit ibi conueniri, etiam coram iudice laico, de quibus dixi in c.si diligenti. supra eodem, in 5.quæst.princ. fallentia 18. Et ibi vide remissiones, quia ista executio in istum fideiussorem contractus, non fit principaliter authoritate ipsius iudicis secularis, nec apparet cõdemnatus sine citatione à iudice seculari. Nec cum ipso est fundatum iudicium, sed cum eo, pro quo fideiussit, ergo non potest dici per talem fideiussionem cõsensisse in iudicem laicum, postquam non potest dici iudicium cum eo institutum, potius ista executio videtur fieri in eum authoritate iuris propter contractum causatum à sua promissione, quàm à sententia. Sed Dy.in l.1.ff.si quis in ius voca.nõ ierit.tenet quód non, nihil tamen allegat Spe. eo.titu. vers.22.in fi. & placet mihi hæc decisio, quia aut volumus, quód iste clericus teneatur respondere per viam iudicij, & non potest prorogare iurisdictionem laici, per c.si diligenti.sup.eodem. Aut per viam contractus, & tunc debet cõueniri coram suo iudice, vt in c.cum sit, supra eodem. Et sic patet ex b prædictis, ꝙ clericus coram laico non est idoneus [b] fideiussor. Sed si ageretur contra ipsum clericum solum ratione contractus coram iudice ecclesiastico, in loco contractus, vel domicilij, teneretur ibi respondere, vt statim dicam. Si vero fideiussit coram ecclesiastico iudice non suo, Pet.de Ancha. in regula, ea, quæ fiunt.de regu.iur.lib.6. in repe.q.22.in fi. post Cyn. in d.l.1.tenet illud idem, quod in fideiussione fienda coram laico, ꝙ sic fideiubendo non videtur illi foro posse consentire, vt sententia lata contra principalem, mandetur executioni contra fideiussorem. Et sic patet secundum eum, quód clericus etiam coram ecclesiastico non suo iudice, non est idoneus fideiussor de iudicato soluendo, sed extra iudicium valet eius fideiussio.& in tit.de fideius. infra, siue coram Papa, siue coram legato, vel delegato Papæ. In quibus casibus non videtur consensisse in iudicem non suum, etiam posito, ꝙ rescriptum delegationis non loqueretur de ipso fideiubente. Nam iure accessionis videtur rescriptum extẽdi ad istas personas non expressas, quæ quandoque in iudicio sunt necessariæ, vt per Ioan. And.in c.1.supra de offi.deleg.vnde cum fideiussor sit de talibus, meritò venit sub mandato, vt in cap.præterea. supra de offic. delega. Et hoc ultimum dictum mihi placet. Sed non placet primum dictum simpliciter, quód clericus fideiubens coram ecclesiastico non suo iudice simpliciter non possit conueniri, imo arbitror distinguendum, quód aut contra talem fideiussorem agitur vigore primæ sententiæ latæ contra principalem, vt sine alia tela iudicij, sententia mandetur executioni contra fideiussorem, secundum ea, quæ notan-

ADDITIONES.

a ¶ *Vide etiam Bart. in l. illa. in fi. prin. ff. de consti. pe. & an valeat promissio sine expressione, vide Bal. in l. liberti. C. de op. lib. 6. col.*

b ¶ *Vide ea, quæ no. Moder. in l. 1. ff. si quis in ius vocat. non ier. in 3. col. vbi reprehendunt Bar.*

notantur in l. 1. ff. iud. sol. per Bart. & per Doct. in l. fi. C. de vsu. rei iudi. Et procedat opin. Cyni & Petri. Aut agitur principaliter ratione contractus: Et tūc dicerem, quòd iste clericus potest conueniri tam coram iudice contractus, quàm in proprio domicilio, intelligendo semper, quòd conueniatur coram iudice ecclesiastico, cum clericus ratione contractus etiam sortiatur forum coram iudice non suo, vt dictum est. Est ergo ponderanda diligēter forma practicandi, vt intentando nouum iudicium conueniatur ratione contractus, non autem petatur mandari sententia executioni contra fideiussorem, nisi fortè accessisset in tali fideiussore sui iudicis consensus.

8 ¶ † Secundò principaliter quæro, quid si contrahens promittit se soluturum in illo loco, in quo cōtrahit? ¶ Sol. Dic quòd ibi sortitur forum ratione contractus etiam si alibi habet domicilium. Et hæc est differentia inter principalem quęst. & istam, quia hoc casu, si peteretur quod dandum est in alio loco, quàm in loco istius contractus, vbi destinata est solutio, haberetur ratio interesse ratione loci. Et sic est actio arbitraria, quod non contigit in quæst. præced. & ibi dixi in versi. secundo quæro. Et ratio descendit ex his, quæ ibi dixi, & latius dicam in 3. q. prin. Et habent locum prædicta in promissionibus dandi: Sed in promissionibus faciendi, si idem sint solo cohærentes, debet designari locus, & qualitas, & quantitas, vt dixi in princ. primæ quæst. præcedentis. quibus etiam interuenientibus, licet non posset peti illud opus alibi fieri, quàm in loco destinato, tamen promissor potest alibi conueniri, quàm in loco domicilij, vel vbi alias sortiretur forum, vt si adimpleatur in loco destinato, alias succederet obligatio ad interesse, sicut in cęteris obligationibus faciēdi, vt in l. stipulationes non diuiduntur. ff. de verbo. oblig. & in l. si quis ab alio. in fi. ff. de re iud. In obligationibus autem faciendi, nō potest peti quòd alibi fiat, quàm in loco destinato, vt dictum est. Et ad materiam istius interesse vide ea, quæ dicam in proxima seq. quæst. Et in clericis dic, vt dixi in præced. princ. quæst. & vt etiam dicam in seq.

9 ¶ † Tertiò principaliter quæro, quid iuris quando contractus est celebratus in uno loco, puta Senis, & solutio est destinata in alio loco, puta Florentiæ, quis locus consideratur. ¶ Sol. Dic, quantum ad sortiendum forum ratione contractus, non consideratur locus celebrati cōtractus, sed destinatæ solutionis, quoniam ibi contraxisse videtur, vt in l. cōtraxisse. ff. de actio. & oblig. probatur hic & in c. Romana. §. contrahentes. eo. tit. lib. 6. tenet Glo. Pet. & Cy. in l. 1. C. vbi conueniatur quis in loco. Et tenet Bart. & Doct. in l. quæro. ff. de sol. & l. 3. ff. ex quibus causis in pos. eatur. & tenet Bar. in l. 1. ff. de eo quod certo loco. licet Gl. dubitauerit in l. eum. C. de consti. pecu. & in l. 1. ff. de bonis auth. iud. pos. & ibi Ber. & communiter sequuntur hic Doct. & in d. §. contrahentes. Inn. in c. 1. infra de plus peti. Bal. & Ang. in l. hęres absens. in fi. de iudi. Sed quantum ad alios effectus, quis locus consideretur, tangam infra in quarto princip. artic.

10 ¶ † Secundò quæro iuxta prædicta, vtrum obligatus vigore dicti celebrati contractus possit alibi conueniri, quàm in loco destinatæ solutionis? ¶ Sol. Dic, quòd in hoc duæ reperiuntur principales opi. [a] Prima fuit in l. 1. ff. de eo quod certo loco. & Doct. communiter ibi, qui dicunt, quòd iste potest conueniri in quolibet alio loco, dummodò idoneo. Ita dicit glo. præallegata, & ita restringit tex. in l. si duo. §. fi. ff. de constit. pecu. qui vult, quòd talis possit vbique conueniri, vnde limitat vt hic, hoc est in loco idoneo, per l. vt gradatim. §. sed si lege. ff. de mu. & hono. Et ita etiam intelligit l. eum qui, ff. de iudi. Et videretur velle, quòd solùm possit iste conueniri in loco domicilij, aut vbi alias sortiretur forū. Sed Bar. post Nic. de Mat. in d. l. 1. ff. de eo, quod certo loco, simpliciter voluit, quòd taliter obligatus possit vbique conueniri, & in loco vbi aliàs non sortiretur forum. Mouetur per d. l. si duobus. §. 1. & per l. qui certo. ff. de condi. indeb. quæ iura generaliter volunt, quòd possit vbique conueniri: ergo generaliter sunt intelligenda, vt in iuribus vulgatis. Et hoc ad similitudinem fugitiui, vt in l. 1. C. vbi quis de curiali, vel cohortali. & in l. 1. C. vbi causa status. & quoniam vbique reus potest conueniri, secūdum istam opinio. datur arbitrium iudicij, vt in hoc habeat ipsum interesse propter rem petitā in loco non destinato solutioni, per l. 2. de eo, quod certo loco. Non obst. l. hæres absens, in fi. ff. de iudi. quia secundum eum, debemus distinguere circa modum agendi. Nam si petitur in loco destinato solutioni, aut in alio loco vbi aliàs obligatus regulariter poterat conueniri, vt in loco domicilij vel simili: Et tunc non habetur ratio interesse, & ita debet intelligi d. l. hæres absens, in fi. facit quod no. in l. 2. C. de sen. quæ sine certa quantitate. Si verò peteretur in loco vbi aliàs non sortiretur forum: & hoc casu, actio est arbitraria. Nam licet in loco non destinato regulariter non possit cōueniri, nisi ad verum debitum, vel in loco vbi alias sortiretur forum: tamē ex eo, quia conuenitur extra ista loca, vbi regulariter poterat conueniri, habetur ius ad interesse propter locum, vt in l. 2. ff. de eo, quod certo loco. Non obst. l. vt gradatim. §. sed si lege. quia tūc dispositio generalis debet restringi, quando aliquid de nouo induceret: tunc enim restrictionem recipit de indemnitate & habilitate, vt etiam probatur in l. 1. C. de sacrosan. Eccles. Secus quando dispositio emanaret generaliter super iure antiquo, secundum quod dicit Iacob. de Are. in l. 1. §. nunciatio. ff. de no. ope. nunc. Et ibi Glo. notabilis, dum intelligit tex. qui dicit omnibus diebus, & glo. exponit, scilicet feriatis, & nō feriatis, aliàs dispositio nihil operaretur. Et ita hic, si intelligeremus de loco idoneo: cum satis de se cōstaret, quòd in iure communi in loco domicilij vel simili, potest quis conueniri. Et secundum hunc intellectum videntur notabiliter limitari ea, quæ dixi in duabus præcedentibus quæstionibus. Sed tu aduerte,

ADDITIO.

a ¶ *Vtrum is, qui promisit dare certo loco, si ibi non reperiatur, possit quocunque loco, etiam non idoneo conueniri? quòd intelligatur de loco idoneo, tenet Glo. in l. 1. C. de eo, quod cer. loco, & Flor. ibi, qui refert Bal. concordantem opin. & videtur sequi distinct. Maria. hic, in fi. huius quæst. & de hac quæst vide Moder. Instit. de actio. in §. præterea, & §. loco. adde etiam Soci. in consi. 247. col. 4. versi. 3. ead. conclu.*

te, quia hæc videtur esse mirabilis opinio. Et quamuis iura generaliter loquentia videantur facere pro ea, tamen mihi videtur, quòd non sit vera: quoniã nimis absurdum esset, quòd quis posset vbique conueniri ratione contractus vel destinatæ solutionis: si modo potest conueniri in loco cõtractus, aut destinatæ solutionis vel domicilij: aut vbi aliàs sortiretur forum, & alicubi ex prædictis locis sui copiam faciat, non videtur hoc esse conueniens, quòd tu posses me conuenire in loco domicilij, aut simili ratione contractus alibi celebrati, aut destinatæ solutionis: quòd non habeatur ratio interesse ratione loci, vbi debebat fieri solutio, maximè ex parte rei suæ debitoris, si ibi reperiretur. arg. d. §. cõtrahentes. Et fortè magis debitori interest conueniri, vbi destinata est solutio, in quo loco solum de scripto iure videbatur petenda solutio, vt verba sonant, & sic videbatur non posse alibi peti, etiam in loco domicilij, aut aliàs sortiretur forum. Nam eo ipso, quòd solutio est destinata in certo loco, videtur creditor sibi præiudicasse respectu facultatis agendi contra debitorem, etiam respectu locorum, in quibus aliàs sortiebatur forum. arg. l. quæsitum. §. idem respondit. ff. de fun. instruc. facit in simili. l. cum ita. ff. de condi. & demon. ideo sicut creditor non cogebatur in alio loco recipere, vt in l. is, qui certo. ff. de eo, quod certo loco. ita nec debitor cogendus est soluere in alio loco. verum quia si in loco destinato solutioni debitor non faceret sui copiam, videtur inutilis stipulatio. Et sic videtur esse quodammodo in potestate promittentis, an deberetur, quod esse nõ debet, vt in l. 2. ff. de eo, quod certo loco. & obligatio non debet esse inutilis, vt in l. Titia. §. idem respondit. ff. de verbor. oblig. Ideo meritò ex vtilitate quadam, vtilis est prodita actio in hoc Legislatore, vt alibi valeat conueniri, quàm in destinato solutioni. Et hoc est, quod voluit tex. in l. 1. ff. eodem. dum dicit, vtilem actionem dandam. Et ideo vtilem intelligo, quia verba non deseruiebant, sicut in simili dicimus de vtili actione, in l. penult. ff. si quadrupes pau. fecisse dicatur. licet Glo. ibi exponat, vtilem, id est, efficacem, ideo satis fuit, quòd debitor posset conueniri ubique, hoc est in loco idoneo scilicet vbi alias sortiretur forum. facit quod no. in simili in l. si quando. C. de inoffi. testa. coniuncta. l. 1. ff. de mil. testa. Ex quibus patet nunc, quòd responsio Barto. ad l. vt gradatim. §. sed si lege. non est bona, quia iura generaliter loquentia, quòd qui promisit soluere certo loco posit vbique conueniri, inducunt nouum ius. Et contra iuris communis verborum rigorem & significatum. Ideo debet recipere
a restrictionem de identitate.[a] facit etiam quod no. Bart. in l. Titium & Mæuium. §. tutoris. ff. de admini. tu. vbi dicit, quòd licet debitor promiserit soluere vbicunque fuerit petitum, non tamen potest conuẽniri, nisi in loco domicilij. Et sic illa dictio, vbicunque, recipit restrictionem, de quo dicam infra in alia quæst. Et pro dicta opin. est tex. in l. hæres. in fi. Et hanc etiam opi. voluit Glo. nostra hic super verbo, domicilium. Quinimo hic videtur tex. expressus, & tenet expresse Glo. Instit. de actio. §. loco. non obstant iura in contrarium allegata: quia possumus respondere multipliciter. Primo, quod dum tex. dicit, vbique, aut per similia verba, intelligamus de loco, scilicet aliàs idoneo, vt supra dixi, secundum Gl. Secundo possumus respondere, ꝙ dum text. in l. si duo. §. 1. dicit, vbique, & proposuerit locum contractus, & locum destinatæ solutionis, intelligamus vbique, de duobus præmisis locis, non autem generaliter de omni alio loco. Et intelligo de loco contractus, hoc est de loco domicilij. neque obstat si quis diceret quòd ista videtur esse diuinatio, quia respondeo, quòd istud non est verum, quia quis pręsumitur esse in loco, vbi cõtractus agitatur. ar. l. quæ conditio. §. cum ita. ff. de condi. & dem. & in l. nonnulli. C. de epis. & cler. de quo latius dixi in cap. qualiter. el 2. infra de accus. in 11. artic. princ. quæst. 23. & ita etiã potest responderi ad l. cum qui. ff. de iudi. dum tex. dicit, quocunque loco, videlicet destinato solutioni, & Romæ, vbi cõtractus gerebatur, secundum quod dicit ibi Glo. in apostil. Et eodem modo potest responderi ad l. qui certo. Nam ibi soluebatur indebitum in alio loco, quàm in loco domicilij. vnde dicit ibi text. ꝙ in quolibet loco potest recipi debitũ, quod est in loco destinatæ solutionis, & in loco domicilij, & iste est verus & nouissimus intellectus iudicio meo, ad illa iura. pro quo etiam facit, quia non memini me legisse, quòd si in loco domicilij geritur contractus, & ibi destinatur solutio, quòd detur facultas creditori alibi conueniendi debitorem, si alias alibi non sortiretur forum, nisi fortè loqueremur in eo, qui postea esset effectus vagabundus. vnde posset etiam dari tertia responsio ad dicta iura videlicet, quòd loquuntur in vagabundo, qui non habet certum locum, nec in certo loco sui copiam facit, ideo conueniri potest in quocunque loco, vbi alias inueniatur, debet tamen haberi ratio interesse propter locum. nam vagabũdus potest vbique conueniri, vt dicam in c. fin. infra eodem. Quare arbitror sic concludendum, quòd aut
b est vagabundus,[b] & potest vbique conueniri. Sed si conuenitur in loco destinato solutioni nõ habetur ratio interesse, secus si alibi. facit quod statim dicã. Aut non est vagabundus, & non potest vbique conueniri, sed solum in loco destinato solutioni. Et hoc solo casu omnino habetur ratio interesse, vt est tex. in l. quod si Ephesi. ff. de eo quod cer. loco. Et intellige de interesse ratione loci, secus de interesse ratione temporis, aut simili, vt est tex. hic, vbi habetur ratio talis interesse, quod tamen intellige, vt infra dicam. Aut quæritur in alio loco, vbi alias sortitur forum, & tunc habetur ratio interesse etiam propter locum, tam ex parte actoris, quàm ex parte rei, vt infra subijciam, & iste tex. in d. l. 2. & in l. 3. §. nunc de officio. ff. de eo quod cer. loco. & in l. 1. C. vbi conueniatur qui certo loco dare promisit. Instit. de acti. in §. loco.

11 ¶ † Tertiò quæro vtrũ à quo deuenitur debitor in alio

ADDITIONES.

a ¶ *Vide tex. in l. 1. §. 1. vbi Pau. infert ad no. quæst. ff. de constit. pec. & latè Moder. Ias. in l. quicunque, in princ. ff. de verbo. obliga.*

b ¶ *Vagabundus. Ista distinctio non placet Flor. in l. 1. C. de eo, quod cer. lo. quia in tali vagabundo, l. 1. ff. de eo, quod cer. loco, nihil noui induceret, cum etiã de iure communi vagabundus possit quocunque loco conueniri.*

in alio loco, quam destinatæ solutionis, possit agere sine aliqua commemoratione illius destinatæ solutionis. ¶ Sol. Dic, quòd non, imo debet in libello suo mentionem facere de loco destinato solutioni, vt in l. 2. §. si quis Ephesi. ff. de eo, quod cer. loco. Ille tamen text. loquitur in alternatiua locorum, vnde melior est tex. Insti. de acti. in §. loco. vbi tex. vult, quod debet fieri commemoratio loci, aliàs autem dicitur creditor plus petere. facit c. 1. infra de plus peti. Et intellige, quòd sufficit, quòd fiat commemoratio loci in narratione libelli: nõ autem est necessaria commemoratio in conclusione, aut in executione, vt dicit Bart. in l. 3. in princ. vers. quare puto. ff. de eo, quod cer. lo. Si tamen in libello nõ habetur mentio loci, propter hoc libellus non vitiaretur, sed solum diceretur ille plus loco petere, vt in d. §. loco. sed si peteretur in loco destinato solutioni, vel in vno in locis destinatis solutioni, non est aliqua necessaria commemoratio loci, vt in d. l. 3.

12 ¶ † Quartò quæro, vtrum propter locum habeatur ratio interesse in omnibus actionibus si non agitur in loco destinatæ solutionis. ¶ Sol. Dic, quòd nõ, sed solum in actionibus scripti iuris, & in actione ex testamento, vt in l. si is. ff. de eo quod cer. lo. secus est ergo in actionibus bonæ fidei, vt in l. bonæ fidei, eod. titu. Et ratio potest esse, in actionibus bonæ fidei ex ipsa natura actionis principalis, arbitriũ iudicis multum potest. Ideò non consideratur causa accidentalis, vt in l. qui habet, in princ. ff. de tute. veniunt casu in actionibus bonæ fidei actioni in re, quæ æquum est conueniri re, licet exposita aut cogitata non fuerint, vt in l. fin. ff. de condi. ob turpem causam. & sic per hunc modum petens in alieno loco in actione bonæ fidei nõ videtur habere necesse exprimere locum in libello. hoc tamen mihi non placet, quia licet ex ipsa natura actionis concedatur arbitrium iudicis: tamen ipsa expressio qualitatis dirigit iudicem ad arbitrium. Ideo iura quæ simpliciter volunt, quòd petens in alio loco, dicatur plus petere: non distinguunt inter actiones bonæ fidei & stricti iuris, vide Instit. de actio. in §. actionum. & traditur per Glo. primam, & Doct. in c. P. & G. supra de offi. deleg.

13 ¶ † Quintò quæro, vtrum in istis actionibus arbitrarijs propter locum consideretur interesse, tam ex parte actoris quam ex parte rei. ¶ Sol. Dic, quòd consideratur ex parte vtriusque, tex. est in l. 2. & in l. 3. §. nunc de officio. ff. de eo, quod certo loco. & in l. 2. C. eodẽ. Et si tu diceres, quomodo potest haberi ratio interesse actoris & rei, quia aut reus est in mora, & non debet haberi ratio sui interesse, quia damnum quod quis sua culpa, &c. Aut non est in mora, & non potest conueniri, vt d. l. 3. §. si quis ita. ff. de eo, quod cer. lo. respondeo distinguendo, quòd aut reus ast in mora, & non actor, & tunc actio est arbitraria propter locum, & habetur ratio interesse rei. Et si tu diceres, quomodo habetur ratio interesse rei, cum ipse solus sit in mora: respondeo, quia cum ipse grauetur in hoc, quòd in alio loco conuenitur, quàm in loco destinatæ solutionis, ideò debet in alio releuari, vt habeatur ratio sui interesse contra actorem, per regulam, qui sentit onus, &c. & hoc voluit Glo. & Bar. in l. 3. §. nunc de officio. ff. de eo, quod cer. loco. Aut actor est in mora, & reus non, vt puta quia reus obtulit & deposuit in loco destinato solutioni, & tũc respectu interesse actoris contra reum, actio non est arbitraria, vt in l. 2. in princ. & ibi no. ff. eodem, ponit Barto. in d. §. nunc de officio. sed Glo. ibi in ver. ratio, apertè sentit contrarium dum dicit, soluere vel recipere, sed potest concordare, quòd respectu vtilitatis ipsius rei petitæ, quæ est circa ipsam rem: puta quia est maioris valoris in loco destinato solutioni, quàm vbi petitur. ideo habetur ratio istius interesse, cum non sit mora, sed posset reus euadere istud interesse cauendo se soluturum in loco destinato solutioni, postquàm adhuc nõ fuit in mora. & ita procedat Gl. sed ratio interesse extra non habetur ab actore moroso contra eum non morosum, vtputa, pœnæ in quam incidisset expensarum aut similium, quia sibi moroso imputandum est: licet in ipso debitore cõsideretur esse istud interesse ad rem, vt statim dicam. quare dic, quòd respectus interesse rei contra actorem, an actio sit arbitraria propter locum, quidam dubitauerunt, quia cum mora actoris non sit considerata ad hoc, vt noceat reo, ergo non potest, quia non nocet, non debet sibi prodesse, vnde non debet posse imputari culpa actoris ex qua sentit lucrum, vt in l. tãtum in fundo. §. quod si mulier. ff. de iure do. Sed prædicta opin. reprobatur per Bart. in d. §. nunc de officio. potest enim esse, quòd rei interest, quia iuit tempore congruo ad locum destinatæ solutionis, & ibi obtulit, & consignauit pecuniam, & fecit expensas in eundo & redeundo, & sic interest sua non redire iterum ad locum illum. vnde totum hoc venit in arbitrio iudicis, vt in l. quòd si Ephesi. §. 1. ff. de eo quod cer. lo. per quem tex. volunt Doct. quòd hac ratione iudex possit etiam in totum absoluere reũ, etiam habita cautione de soluendo in loco statuto, prout æquitas dictauerit. facit l. 2. §. in omnibus. ff. de iudi. sed si reus esset paratus soluere in loco, in quo conuenitur in loco non destinato solutioni: habetur ratio interesse circa rem, quia fortè minus valet in loco destinato solutioni, quàm vbi conuenitur, & etiam interesse extra rem, vt expensarum vel similiũ. Aut actor & reus sunt in mora, nam hoc casu, mora cum mora compensatur, vt l. si ambo. ff. de compen. Alij dicunt morã actoris, quæ prodest reo, non esse inspiciẽdam, non quòd mora cum mora compensetur, quia ista committitur circa diuersa, ideo non est locus compensationi, sed bene compensabitur interesse cum interesse, in eo, quod vnũ aliud excedat fiet cõdẽnatio, vt in l. 2. ff. de eo, quod cer. lo. adde etiam quæ dicam in 4. & 5. quæst. princ. huius 2. artic.

14 ¶ † Sextò quæro, vtrum fideiussor, qui interuenit pro illo, qui promisit se soluturum in alio loco, teneatur ad interesse propter locũ ex mora [a] debitoris non soluentis in loco destinato. ¶ Sol. Dic, ꝙ non siue fideiussor interuenerit ante moram cõmissam per

ADDITIO.

a *¶ Ex mora debitoris videtur augeri obligatio ipsius fideiussoris: quia idem videtur fideiussisse in omnem causam quæ venit ex natura actionis; vt latè per Alex. in consil. 34. col. 2. lib. 2. vide Docto. in §. præterea. de act. Bar. & alios in d. l. si. ff. de eo, quod certo loco.*

per debitorem, vt in l.centū Capuæ.ff.de eo, quod cer.loco.vbi omnino vide per Bar.& Doct.siue etiā intercessisset post mortem, vt in l.fin. & ibi etiam vide latius per Bar.ff.de eo,quod certo loco.

15 ¶ † Septimò quæro, vtrum sorte soluta in alio loco, quàm destinato solutioni, extinguatur obligatio ad interesse propter locum ex mora debitoris. ¶ Sol. Dic q̃ aut soluitur principaliter creditori, aut soluitur adiecto. Primo casu videtur quòd extinguatur, vt in l.centum Capuæ.ff.de eo,quod certo loco. vbi liberatur tam principalis quàm fideiussor, quod est verum, secundū Pet.etiam si recipiens sortem fuerit protestatus, quòd non intendit liberare reum ab interesse propter locum. Sed Bar.distinguit, quòd aut recipiens simpliciter recipit non liberando soluentem; sed cum protestatione, quod non intendit liberare,& protestatio prodest in hoc, q̃ ille non videatur à sorte liberatus, sed remaneat petitio sortis pro interesse.arg.l.3.§.item Iulianus.ff. de eo, quod certo loco. vbi solutione sortis solutæ adiecto non liberatur soluens ab interesse propter locum, de quo statim dicam. Et hoc ideo est, quia deficit cōsensus veri creditoris. ita in proposito per protestationem apparet, quòd deficit consensus creditoris. Aut non recipit simpliciter, sed expresè liberat

a soluentem à sorte, protestando [a] quod sibi remaneat ius saluum petendi interesse,& tunc procedit opin. Pet. Vel posset etiam dici secundum Bart. quod etiam hoc casu, cum reus soluens videatur cōsensisse illi conditioni adiectæ ne liberaretur, remaneat ius saluum ipsi creditori, q̃ posset petere interesse, vnde poterit peti non ex vigore officij iudicis, vel actionis primæ, quæ sublata est, sed vigore actionis nouæ ex actione præscriptis verbis, quæ oritur ex quodam contractu nominato celebrato tempore solutionis, videlicet quia libero te à sorte hoc pacto, quod habeam, seu tradas interesse. Soluit tamen Bart.in d.l.fin. in fi. quòd etiam si soluens non consenserit, debemus intelligere, quòd creditor liberabit soluentem, non liberaret, si crederet nō posse petere interesse. Et sic cum debitor reperiatur liberatus ab interesse sine causa potest agere cōdictione ob causam, vt reponatur in suam pristinam obligationem ad hoc, vt posit petere interesse. Et quoniam tale interesse erat purum, potest peti sine circuitu, vt no.in l.si mulier. & in l.si quis accepto.ff.de condic.ob causam. potest tamen dici, quod in casu prædicto detur etiam condicio sine causa, per l.1.§. binarij.ff.de condi.sine causa. Nam cōdictio ob causam, non videtur posse dari, cum non fuerit consensum ab vtraque parte, arg.l.si repetendi. C.de cond. ob causam. secundum Rapha. Sed tu aduerte, quia tex.ille loquitur solum quādo causa & voluntas fuit solum in mente retenta, ita q̃ non fuit aliqua expressio voluntatis. Sed nos loquimur, quando creditor expressit voluntatem suam. vnde licet debitor soluens non expressit suam voluntatem, tamen soluendo illi adhibenti talem conditionem, quòd non intendebat liberare ab interesse, tacitè videtur habuisse consensum. Aut soluitur adiecto verbo, promisisti mihi, aut Titio soluere centum Florentiæ. Et tamen ipsi Titio aut mihi, soluisti Senis, vtrum habeatur ratio interesse, vt propter locum, illud posit petere creditor principalis, non obstante receptione sortis. Sol. tex. est, quòd sic, in l.3.§.item Iulianus. ff. de eo, quod certo loco. Et quomodo procedat hoc, & qualiter sit formandus libellus, an sit petenda sors, vt consequi valeat interesse, quod est magis verum: An verò solum posit petere interesse, vide ibi per Bar. quia in hac q. & in aliquibus præcedentibus, præter consuetudinem meam prædictas q. assumpsi, non facientes principaliter ad titulū, quia non poterant bene distingui & separari à materia tituli, & c.nostri.

16 ¶ † Octauò quæro, redeundo ad principalem materiam tituli, qualiter is, qui sortitur forum solum ratione contractus, posit ibi conueniri. ¶ Sol. Dic, quòd tunc potest ibi conueniri, si ibi reperiatur, vt in cap. Romana.§.contrahentes. eod. titu. lib.6. Et sic patet, quòd in contractibus non fit remissio ad locum contractus, sicut in delictis ad locum delicti. de quo dicam infra in 3. princ.artic.& vide quæ dixi, infra q.12.

¶ Nonò quæro, pone quòd ille, qui promisit soluere Florentiæ ibi ratione cōtractus, & existens ibi citatur ad iudicem, ipse comparet & negat se ibi cō traxisse, quid fiet. ¶ Sol. Dic secundum Inn.quòd ante omnia cognoscendum est summariè, an ibi cō traxerit vel non, etiam cognosci valeat, an sua sit iurisdictio, secundum no.in cap.super literis. supra de rescrip. & per Legistas in l.si quis ex aliena.ff.de iudi. & in l.ex quacunque.ff.si quis in ius voc. non ierit. de quo arti. ego latè dixi in cap.si clericus. supra eod. & aliquid in cap. ex transmissa. supra eodem. Et aduerte, quia Bart. in hac materia sibi contradixisse videtur in l.2.ff.si quis in ius voc.nō ierit. dum dicit quòd potest procedere in causa, non præmissa aliqua conditione super hoc, an ibi contraxerit. Nam sicut examinabitur in meritis causæ. Et quia videtur sufficere in libello allegare qualitatem concludentem iurisdictionem iudicis, per l. pen. C. de iurisdic. omn. iudi. Sed ideo Bart.tenuit contrarium in l.præscrip.C.si contra ius vel vtilita.publ.& tenet Inno. in d.c.Romana.§.contrahentes. eo.titu.lib.6. vbi dicit, quòd ante omnia debet stante parte cognoscere summariè an ibi contraxerit.Et postea plenariè ad merita causæ discutitur de hoc art. in c.veniens. el secondo, vbi idem venit bis examinādum, in eo. iudicio.& hæc opi. magis placet Do. Anto.in d. c.super literis. & tenet Ioan. de Imo. in l.quidam

b consulebant.[b] in pe.q.ff.de re iud.

17 ¶ † Decimò quæro, quid si clericus conuenitur ratione contractus coram Ecclesiastico, alias nō suo iudice, & in veritate ipse non contraxit in illo territorio, nec solutionem destinauit, tamen ipse comparet,& non excipit, q̃ non posset ibi conueniri, quia cōtractus sit alibi gestus, quare iudex procedit, quæritur, an valeat processus. ¶ Sol. Lapus in c.Romana.§.contrahentes.eo.tit.in 6.dicit, q̃ non, quia talis clericus

ADDITIONES.

a ¶ *Protestatio enim conseruat ius protestantis, quod alias fuisset periturum, Alexan.consi.190.col.6.lib.2. Aret.consi.90.in 1.col.*

b ¶ *Quidam consulebant. Vide ibidem per Alex.in 4. col.& latissimè per Fel.in c.super literis. in 10.col.vers. an sua sit iurisdictio.supra de rescrip.*

clericus sine cõsensu dioecesani sui nec expressè nec tacitè potuit in illum consentire, vt in c. sequenti. vnde si comparet, & etiam iudex pronunciauit esse cõditionem suam super principali, & appellaretur, per iudicem ad quem irritandus esset processus: si verò non appellaretur, secundum Lapum, processus valeret, postquam pronunciauit suam esse cõditionem, nisi pronunciatio esset manifestè contra veritatem, vt quia notoriè apparet contractum alibi gestum, quàm in suo territorio, facit quod no. in simili in c. super literis. supra de rescrip. & per Inn. Ioan. And. & Doct. in c. preterea. infra de dila. & quod traditur in d. l. ex quacunque, & l. si quis ex alie. Deinde subdit Lapus pro clariori conclusione & veritate distinguendum esse, quòd aut clericus conuenitur ratione contractus coram nõ suo iudice, aut laicus. Item quod aut constat contractum vigore cuius conuenitur non esse celebratum in territorio illius iudicis: aut constat celebratum esse, aut est dubium. quando constaret contractum celebratum esse, tenetur respondere, etiam si sit clericus, dummodo conueniatur coram ecclesiastico. tex. est in d. §. contrahentes. Secundo casu, quando cõstat alibi celebratum, non tenetur respondere, & processus esset nullus. Tertio casu, quando est dubium, dic quòd aut excipitur, quòd contractus non est ibi gestus, & ratione dubietatis cogitur ibi respondere. Sed cognoscetur quod dixi in praece. q. Aut contractus sit ibi vel alibi gestus. soluit tamen, quòd si probatur contractus gestus, licet non probetur ibi gestus, dummodo nõ probetur alibi gestus, quia excipiendo videtur subijsse iudicium sicut laicus, duntaxat tenetur ibi respondere. Sed si est clericus, quia clericus non potest prorogare iurisdictionem non sui iudicis, vt in c. sequenti. & hoc casu, non tenet processus. Si verò clericus non simpliciter excipit, sed declinat forum ex eo quòd dicit ibi se non contraxisse. Et tunc antequàm ad vlteriora procedatur necessarium est discutere, an ibi contraxerit vel non, prout supra dixi. Et si non probatur quòd ibi contraxerit, reus absoluetur ab instantia, & actor in expensis condemnabitur. si autem probatur, procedet iudex in causa. Et si fortè non probaretur, iudex tamen pronunciaret tãquam probatum esset se iudicem competentem, & si non appellaretur, sententia teneret & praeiudicaret sibi, quia in hoc faceret ius inter partes, secũdum Lapum in d. §. contrahentes. quem sequitur ibi Dominus Dominicus. Et adde ad praedicta, quae latius dixi in c. si clericus. supra eodem.

18 ¶ † Vndecimò quaero, vtrum indifferenter sit verum, quod quis sortiatur forum in loco destinato solutioni, ita vt non habeatur ratio, an in loco contractus fuerit tanquam viator, & de proximo recessurus. ¶ Sol. Dic, quòd de hoc nõ habetur aliqua ratio. Nam l. contraxisse, & alia similia iura supra allegata, quae loquuntur, quòd quis sortiatur forum in loco destinatae solutionis, non faciunt differentiam, vtrum fuerit destinata solutio ab existente in loco, vbi quis esset tanquam viator, aut vero vt habens ibi stationem vel tabernam vel pergolam, sic habeatur restrictus respectu contractus celebrati. debes enim scire, quòd ad hoc, vt quis sortiatur forum in loco contractus, requiritur quòd quis contraxerit ibi tanquam viator & immediatè recessurus. [a] Sed requiritur, quòd ibi posuerit stationem, pergolam, vel tabernam, vel quid simile vt contrahat, quamuis non habeat ibi animum ponendi domicilium, vt est tex. in l. haeres absens. §. 1. ff. de iudi. A. B. tenet Bal. in tractatu constituti. ver. modo venio ad locum. alle. no. per Dy. in l. 3. ff. de bo. auto. iudi. pos. & est tex. Ma. & in c. Romana. §. neque etiã. eod. titu. lib. 6. Et hoc adde ad limitationem pri. q. principalis huius secundi principalis ar. Aduerte tamen quia praedicta limitat singulariter Bart. in d. l. haeres. §. 1. videlicet, quòd tunc sit verum, ꝙ quis nõ potest conueniri ratione contractus, si contraxit vt viator, quando cõtrahens sciebat illum viatorem, [b] secus si ignorabat probabili ignorantia, quia tunc ignorantia probationis non debet sibi obesse, & in dubio praesumitur ignorare, si videt illum habẽtem pergolam, seu tabernam, aut quid simile, prout Senis nunc sunt multi propter aduentum Domini nostri Eugenij Quarti Papae, vel si ille cum quo cõtraxit non habebat aliquod signum peregrinationis, seu itinerationis: sed incedebat tanquam vnus ciuis mercator, fuit in culpa non pandendo seu notificando personam suam, quod esset viator. ar. c. in audientia. & c. si vero. de sent. excom. & hanc limitationem sentit bene tex. in d. l. haeres. §. 1.

19 ¶ † Secunda limitatio est, quando cõtrahens sciebat illum viatorem: Sed res erat talis, quae verisimiliter à viatore, vel per viatorem emebatur, aut vendebatur, vt ibi statim solueretur pecunia, vel traderetur res, vt puta, si à viatore emitur equus, vel venditur, aut similis res. Nam tunc potest ibi cõueniri ad rem tradendam, vel ad pretium. Et si recipiens pretium à viatore existens, & viator vellet recedere cũ equo dicens, ꝙ deberet conueniri in loco domicilij sui ex eo, ꝙ ibi contraxit tanquam viator, nõ est admittendus. Quinimo volens recedere, videtur quodammodo delinquere. facit l. 2. & quod ibi no. ff. de pig. act. Et ideo dicit singulariter Ang. in d. l. haeres. §. 1. quod si aliquis mercator vadit Venetias, & ibi emit merces tanquam viator, ꝙ non potest ibi conueniri, sed in loco domicilij: secus si aliquid aliud emeret, in quo tacitè videretur conuenire, ꝙ ibi statim pecunia soluatur, prout deprehendetur ex qualitate rei, nisi consuetudo aliud haberet. Et ex praedictis ego infero, quod si consuetudo habet apud istas nundinas, quod videatur conuentum inter cõtrahentes de pretio ibi soluendo & rem tradendo, quod licet aliqui contrahant ut viatores, nihilominus alter alterum posset ibi conuenire ratione destinatae tacitae solutionis, in qua destinata solutione, vt supra dixi, nõ habetur ratio, an tanquam à uiatore, vel non à uiatore contractus geratur.

20 ¶ † Secundò infero, quod licet Glo. quam communiter ibi sequuntur Doc. in d. §. contrahentes. velit, quod uiator conducens aduocatum uel procuratorem in loco, non uideatur ibi sortiri forum ratione

ADDITIONES.

a ¶ *Vide Pau. de Cast. in l. haeres absens. §. 1. ff. de iudi. & dixi, supra in ru. in 1. col.*

b ¶ *Sciebat illum viatorem. Adde in simili quod pulchrè distinguit Soci. in l. Iulianus, parua, in fi. verb. ff. de condi. & demonstr.*

in cap.accepimus,infra de priuileg. in 6.artic.princ.

¶ Circa sextam q. qua quæritur, Prælatus existẽs in vna diœcesi commisit negligentiam circa reformationem & prouisionem Ecclesiæ existẽtis in alia diœcesi. Quæritur,ad quem Episcopum pertineat supplere negligentiã huiusmodi. Sol. Dicendum est, quòd Episcopus loci, vbi situm est beneficium: quia ibi dicitur commissum delictum,ita tenet glo. in ver. eorum. in Clem.1. de sup. negl. Præla. & sequitur ibi Pau. & Zab. allegant quod no. Innoc. in c.pasto.inf.de priuil.

7 ¶ † Circa septimam quæst. qua quæritur, aliquis deliquit in confinibus,ita quòd ignoratur, an locus ille sit vnius vel alterius diœcesis: à quo iudice debet iste puniri. Sol. Dicẽdum,quòd iudices debẽt ad inuicem concordare,quis ipsorum debeat punire, facit quod in simili dicimus de arbore nata in confinibus,vel Ecclesia sita in confinibus,secundũ quod no.glo.16. q.2. c.licet. & quod no.Instit.de re.diui. §.insulam. hoc tenet Dy.in l.pupillus.§.1.ff.de verb. sign.& Rayn.Bart.& alij in l.iurisperitos.§.cũm omnes.ff.de excusa.tut.& tradit in auth. qua in prouincia.C.vbi de crim.agi opor. & idem tenet Guido de Suza. vt tradit Specul. in titulo, de compet.iud.adi. §.1.vers.sed propter quæ. & ibi Ioan.Andr.in addit. vbi dicit, quòd cùm absurdũ sit delinquentem trahi ad diuersos iudices, pro quo delicto tãtum esset, quod ambo inter se conuenirent.arg.c.pastoralis,supra de rescrip. & vbi conuenire non possent, remittendus est ad iudicem fori, quando sunt pares iudices. Sed si vnus est superior, vt præses: & alter inferior,vt præfectus: tunc superior cognoscit.argu.c.si à sede,de præben.lib.6.& sequitur hoc etiam Dom. Ant.& Petr.Ego tamen dicerem,quòd si delinquẽs haberet domicilium in altero dictorum locorum, ille deberet punire vbi haberet domicilium: maximè si essent æquales, per no.in d.c.dilectus filius, supra de rescrip.& per no.in c.ex parte,infra eod.quia duplex vinculum &c.Sed si alter esset superior,esset magis dubium, per no.in d. c. si à sede. si verò esset in vtroque foro, placet decisio Ioan.And.& ad prædicta vide etiam Dom. Nellum in Tractatu bannitorum,in secunda parte primi temporis, q.9. Communiter tamen seruatur, quòd vtroque casu iudex procedat,ne præiudicent sibi in territorio.

8 ¶ † Circa octauam quæst. qua quæritur, Titius commisit furtum Senis, & illud portauit in territorio Florentinorum, vbi contrectauit.[a] Quæritur, vtrùm ibi sortiatur forum? Sol. Bartolus in l. dominum. ff.de fur.tenet, quòd sic, vide quod dixi in d.c.1. de rap. vbi retuli collegium Bononiense contrarium consuluisse.

¶ Circa nonam q. qua quæritur,quid de delictis cõmisis in loco exẽpto per exemptos, vel alios, vel extra eum exemptum per exemptos: quis iudex sit competens,vide vt latissimè dixi in c.accepimus,de priuil. in 6. princ.artic. & aliquid per Bartolum in l. si sui. ff.de accusa. per Bartol. de Sal. in l. qui de crimine. C. de accus. & aliquid per Dominum meum in cap.præcedenti.& latè per Petr.de Anchar.hic in repet.in 4.q.princ.

¶ Circa decimam quæst. vtrùm existẽs in maiori dignitate Archiepiscopus delinquẽs in diœcesi Episcopi nõ suffraganei sui posit ab Episcopo puniri? Sol. Communis cõclusio est, quòd sic,[b] no.Ioan. Andr.in dicto cap.cùm inferior, supra de maior. & obed.dixi in dicto cap.1. de rapto.in antepen.q.vbi vide limitationes.

9 ¶ † Circa 11.quæst.qua quæritur,vtrùm superior vt Archiepiscopus delinquens in territorio sui subditi, aut suffraganei posit à subdito, aut à suffraganeo puniri? Sol. Innoc. & Doct. communiter in dicto cap.cùm inferior. & Archid. in c.2.de consti. lib.6.tenent,quòd non,etiam si esset Episcopus,qui haberet duos Episcopatus, & Archiepiscopus delinqueret in diœcesi non suffraganei: quia Archiepiscopus est vbique superior, & hoc tenet Dominus meus in dicto cap.1.de rapt. & Petr.de Ancha. hic in repet.in 6. contrario. Sed Dominus meus tenet contrarium in d. c.cùm inferior, & hãc opinionem approbaui in d.c.1.in pen.quæst.& ibi vide rationes. A. B. Quid de legato Papæ delinquente, vtrùm posit puniri à suo ordinario? Ioan.Andr.in c.fin.de rescript.quòd non, si deliquit in non procedendo, quia solùm excessit contra Papam in non parendo. Secùs si alicuius peruersæ agnitio, quia non conuenitur vt delegatus, sed vt ecclesiasticus, dummodò non impediatur per Ber. delegatio sua, cuius respectu maior est quolibet ordinario.cap.studuisti, de off.deleg. & sequitur Dominus meus d.c. fi.de exces.Sed aduerte, quia Cy. in authen. qua in prouincia. C. vbi de cri. agi opor. tenet, quòd possit illum punire, dummodò finita sit delegatio. alle. tex.in Auth.vt iu.sine quo.suffr. §.damus. D.Pet.de Anch.hic in repe.in 6.contrario tenet,quòd coram ordinario ratione sentẽtiæ iniustæ simpliciter etiam finita,delegatus non posset conueniri, quia talis delegatus de suo processu causæ sibi delegatæ soli deleganti tenetur reddere rationẽ. Si verò cõueniatur ratione fraudis & doli, puta quia dicitur corruptus pecunia vel per fraudem & sordes pronunciasse, sequitur opi. Cy.pro qua cõsideratione alleg.l.si quis libertatem. ff. de pe.hær. & l.si duo patroni. §. idem Iul.ff.de iureiur.& vide Spec.& Io.And. in tit.de inquisi.§.1.ver.sed pone. Sed querit hic Petrus,quid de colle.vtrùm posit punire collegam. & arguit, quòd nõ,quia par in parẽ &c. c.innotuit,de elec. & quod dicimus de duobus procu. simul datis, quòd vnus non potest agere cõtra aliũ. ff.de procur.l.qui duos. Nam & asinus intumescit,cùm videt se comprehendi per comparem,vt l.hæres per seruum.ff.de acqui. hære. item quia vbi duo sunt pares cõtendentes ad-inuicem

ADDITIONES.

a ¶ *Et dicit bene Pan.in cap.1.de rapt. quòd opi.Bar. fecit plurimos decapitari vel suspendi, & ratio qua mouetur Bart.hæc est,quia videtur etiam ibi cõmisisse furtum,& volo tibi dicere vnum, quod est sing.no. quòd si fur contrectat rem in cæmiterio Eccl. puta quia ibi vẽdidit vel prope cæmiterium ad cautelam, vt si deprehenderetur esset sibi facilior transitus ad Ecclesiam,quòd poterit capi in Ecclesia,quia dicitur inibi furtum commisisse,vide Pan.cons.459.lib.2.*

b ¶ *Adde etiam Felyn. in cap. cùm inferior, de ma. & obed.& quid de eo qui deliquit, an teneatur ibi confiteri. Dic, quòd non, secundùm Abba.in cap.1.de rapt. & vide Feder.cons.17.& vide Abb.supra c.proxi.in fi.col.*

inuicem recurritur ad principem.ff.de re iud.l.duo. C.de app.l.in offerendis. In contrarium alleg.no.in l.1.in fi.C.ne lic.pot.& in Auth.vt iud.sine quoquo suffr.§.an autem. Sed respon.quòd ibi non erat par in administratione, sed in dignitate, & quia erat in prouincia præsidis.C.de ap.sac.larg.l.nihil.lib.12.& c.ad supplicia.de renunc. Nec obstat,quòd Romulus puniuit Remum delinquentem, licet essent fratres, quia Romulus forte obtinuit Imperiũ, & hanc
a opinionem tenet Bart. in l.si quis uiolauerit.[a] ff.de reb.diui. de quo etiam per eum in l.intra tuto.ff.de administr.tut. Mar.

¶ Circa 12.quæst. qua quæritur, aliquis conuenitur de aliquo crimine coram nõ suo iudice,quia dicitur deliquisse, & ipse negat se deliquisse in iurisdictione illius,quæritur, vtrũ iste iudex possit cognoscere, an deliquerit in territorio suo? Sol. Dic, ꝙ sic,arg.l.si quis ex aliena.ff.de iud.hoc tenet Spec.in tit.de compe.iudi.adi. vers.sed ponit Ioan. And.ibi in addit.remittit ad no.per se,per Inno.in c. super literis. supra de rescrip. Tu dic, vt in similibus terminis dixi, in c.ex transmissa. supra eod. Dom.Petr.de Anch.in repet. istius ca. q.1.distinguit,quandoque reus non negat delictum, sed dicit se alibi deliquisse, quàm in territorio iudicis, & hoc casu potest cognoscere, vtrũ deliquerit in loco iurisdictionis suæ vel non, per d.l.si quis ex aliena. Quandoque certus est de delicto & loco delicti: sed reus negat locum illum esse de iurisdictione iudicis procedentis, & tunc Innoc.magis dubitat propter imminens periculum alteri iudici in perdenda quasi poss.iurisdictionis in illo loco, si iudex pronunciaret illum locum esse de sua iurisdict. Concludit tamen, quòd nihil præiudicabit, sed partibus tantum, vt ipse no. in c. super literis. de rescrip. Quandoque quis simpliciter negat se deliquisse: Et hoc casu videtur in vim declinatoriæ sumere cognoscentiam,vt in præced.casibus. Sicut enim hæc tota vis quasi & iurisdictio dependet à prædicta excep. ita in prædictis casibus præcedent. & sic videtur de tali except. in vim declinatoriæ cognoscendum. Sed posito,ꝙ in vim declinatoriæ constiterit de delicto,poterit ne iudex condemnare reum? & videtur quòd non, quia ad hunc finem non est actus, c.cum dilectus. in fi. j.de ordi.cogn. tum quia non poterat dici iudicium,nec ordo seruatur, qui requiritur in ciuilibus.l.absentẽ. ff.de pę. ibi,more priuatorum iudiciorum,&c. & c. qualiter,primo.infra de accusa. Dic ergo,quòd ista cognitio est summaria, & sufficit ad fundandam iurisdi. & postea plenariè cognoscet de delicto. tenet Ioan. Cald. in repet. c.1.de rapt. in 4.q.qui remittit ad Spe.de comp.iud.adi.§.1.ver.sed pone aliquis.& seq.& vide Ioan.And.in cap.1.de lit.conte.lib.6. Et ad prædictam materiam vide quæ dixi in cap. si clericus laicum.supra eo.

¶ Circa 13.quæst.qua quæritur,aliquis conuenitur de aliquo maleficio coram non suo iudice in loco in quo ipse dicitur deliquisse, ipse negat delictũ commisisse, quæritur an talis iudex possit cognoscere? Sol. videtur dicendum,quòd sic per ea quæ statim dicta sunt in pręceden.quæst.& per no.in auth. qua in prouincia.C.vbi de crim.agi opor.Sed aduerte tamen, quia ille tex. loquitur, quando constat de crimine, vt patet in tex. ibi dum dicit, deliquerit. Sed primum quòd possit, tenet Spec.in tit.de compet.iud.adi. dicto ver.per no.in c.dilectus filius.sup. de rescri. sed vide quod dixi in d.c.ex trãsmissa.s.eo. & quod tradunt Inn.& Io. And.in d.c.super literis.

¶ Circa 14. q. qua quæritur, T. accusatus vel inquisitus in alieno territorio propter delictum ibi cõmissum,qui non negat se deliquisse, sed negat locũ in quo dicitur, & fatetur esse de iurisdictione illius, an possit cognoscere, an ille locus sit de iurisdictione sua. Communis conclusio est,ꝙ sic,vt dicitur in iuribus allegatis supra in duabus præcedent. quæstionib.& per Io. And.in addi.in d.ver.sed pone.

¶ Circa 15. q. Florentinus cõmisit Bononiæ homicidium, & à Bononiensi iudice bannitus est, & adiectum,ꝙ si veniat in fortiam communis Florentini,caput sibi amputetur: An iudex Florẽtinus possit procedere cõtra istum per viam accusationis, vel inquisitionis, tanquam sibi subditum respectu domicilij? vide quod dicam in c. fi. infra eo. tradit Io. And.in addi.in d.ver.sed pone.

10 ¶ † Circa 16. q.laicus deliquit[b] in Ecclesia,quæ-
b ritur vtrum ibi sortiatur forum, ita quòd possit à iudice ecclesiastico puniri? Sol. Cy.tenet, quòd sic, in l.præsenti.C.de his qui ad eccl.confu. Bart. tenet contrarium in l.si cui.ff.de accu.per c.fi.infra de immu.eccle.& per l.si quis in hoc genus. C.de sacrosa. eccle.frustra enim legis auxilium implorat &c. facit c.quia frustra.infra de vsu. cum iuribus ibi allegatis. & sequitur Dom.meus. Si tamen aliquo modo esset admistum sacrilegiũ delicto commisso, tunc potest cognoscere, & tunc esset locus præuentioni, secundum ea quæ dixi in c.cum sit generale.supra eo.maximè in antepenul. col. Et ita potest intelligi glo. in auth.item nulla communitas. de epis.& cle. quia intelligitur, quando quis deliquit in Ecclesia illã collectando seu opprimendo, & sic esset priuilegium, facit quod no. Bar.de Saly.in l.qui de crimine.C.de accusa.A.B.Arbitror tamen latius distinguendum, quòd aut delictum commissum in Ecclesia est delictum duntaxat seculare,aut dũtaxat ecclesiasticum, aut mistum. Primo casu habet locum opi. Bar.& D. mei, de qua supra, quia cognitio & punitio solum pertinet ad iudicem secularem, puta si aliquis committit in Ecclesia delictum merè seculare, secũdum ea,quæ dixi in c.cum sit generale.de fo. compe. Secundo casu cognitio pertinet ad solum ecclesiasticum. Tertio casu siue delictum cõmissum in Ecclesia ex seipso, etiam si alibi cõmissum esset misti fori siue ex eo, ꝙ committitur in Ecclesia fiat misti fori, vbi alias non esset misti fori. Sed quia committitur in Ecclesia fit sacrilegium,vt 17.q.4. c.si quis contumax.§.sacrilegium.& c.quisquis.§.sacrilegium. & c. si quis domum, & c.si quis suadente. §.1.cum simil.

& hoc

ADDITIONES.

a *¶ Cum similibus,vt no.Alexan.in l.est receptum. vbi etiam Moder.Pap.ff.de iurisd.omn.iud.*

b *¶ Laicus deliquit. Adde tamen,quod iudex secularis non potest ibi capere, sed Episcopus, & tradit seculari, secundum quod habetur in auth.si quis ei.de adult. vbi Cy.Abb.in c.cum sit generale.in antepen.col.supra eod. adde etiam hunc, supra in c.verum.circa fin.col.vbi declarat, quæ crimina dicantur ecclesiastica.*

& hoc casu locus est præuentioni, vt dicam in cap. penult. infra eodem. Ma. Et aduerte, quia si delictum est commissum in Ecclesia, laicus non potest capere & extrahere malefactorem. Sed Episcopus debet eũ capere & dare iudici seculari, vt in auth. si quis ei. C. de adulter. secùs autem si deliquit extra Ecclesiam, & postea fugiat in Ecclesiam: quia tunc potest capi & extrahi per laicum, vt in Authen. de manda. princip. §. sed neque homicidæ. collatio. 3. Quidam tamen dicunt hic procedi de ciuili in leuibus, secùs in atrocibus criminibus. Sed Bart. in d. §. sed neque, tenet idem in omnibus delictis de iure ciuili, sed de iure canonico quod est seruandũ, iuuatur ab Ecclesia, si deliquit extra Ecclesiam, siue delictum sit atrox, siue non. in hoc, scilicet, vt non puniatur in persona & in membris, exceptis publicis latronibus ac nocturnis depopulatoribus, vt de immunit. Eccles. cap. inter alia. & 17. quæst. 4. c. sicut antiquitùs. Et quæ dicta sunt de delinquentibus in Ecclesia vel fugientibus ad Ecclesiam, seruãda sunt de delinquentibus vel fugientibus ad locum, vel ad atria Ecclesiæ vel domus Episcoporum, 17. quæst. 4. cap. id cõstituimus. tenet Bart. in dicto §. sed neque. & prædicta procedunt in liberis hominibus. Quid autem in seruis, dic vt traditur in iuribus supra allegatis, maximè in dicto cap. id constituimus. Quid autẽ de delinquentibus in rem Ecclesiæ? dic, quòd sortiuntur forũ ecclesiasticum, vt in cap. cùm olim, supra de offi. deleg. & ibi no. Dominus meus, quod quodammodo etiam largè & impropriè potest dici sacrilegium: ad quod vide, quod dixi in cap. cùm sit generale, sup. eo.

11 ¶ † Circa 17. quæst. principalem, vtrum ratione delicti, religiosus seu monachus sortiatur forum ordinarij vbi deliquit, vel debeat omnino conueniri coram Abbate suo. Sol. De hac quæstione vide, quod tradit latiùs Domi. meus in c. præcedenti. Et ibi ego posui conclusionem, quòd cõueniendus sit coram Abbate suo, nisi viarum discrimina seu distantia longa aliud suadeat. & adde quod dixi supra in 8. q. & quod traditur per Dominum meum in c. fi. infra eod.

12 ¶ † Circa 18. quæstio. qua quæritur, quid si clericus [a] productus in testimonium coram iudice laico deposuit falsum: an ibi posit puniri? Sol. Innoc. in cap. verum, supra eo. dicit, quòd laicus potest cognoscere de tali crimine. Hosti. dicit, quòd hæc conditio est remittenda ad ordinarium loci, per no. in c. 2. supra eo. Nec obstat l. nullum. C. de testi. vbi dicitur, quòd si testis in ferẽdo testimonium iudicem offenderit, poterit per eum puniri, nõ obstãte quocunque priuilegio: quia secundum Hostien. illa lex non astringit clericos testificantes coram laico. glo. tamen & Cyn. ibi tenent contrarium, scilicet, quòd habeat locum in clericis. facit dictum Federici de Senis, cons. 88. vbi videtur velle, quòd licet clericus non posit accusari coram seculari principaliter: tamen si agendo aut deponendo coram seculari deliquit, potest iudex laicus extra ordinem punire, ita tamen, quòd executio pœnæ in personam clerici reseruetur Episcopo. Sed in bonis clerici ipsam executionem poterit facere laicus, fortè & fideiussores clerici distinguendo, arg. d. l. nullum. facit, quod no. Archid. 5. q. 6. cap. presbyteri. Dominus meus in d. cap. verum. dicit posse concludi, quòd si Episcopus consenserit in deponendo testimonium coram laico, poterit laicus cognoscere de crimine obiecto cõtra clericum, quia non cognoscit vt puniat: nec ad hoc agitur, sed tantùm videtur talis causa agi inter litigantes. & hoc dicit voluisse Innocen. in d. cap. verùm. nec ob. d. l. nullum. quia cùm illa lex generaliter loquatur, non comprehendit clericos, qui habent speciale priuilegium fori. Tu verò dic, vt latè dixi in cap. super literis, infra de pœnis.

¶ Circa 19. q. Quid si iudex Senensis, coram quo quæstio vertebatur de necessitate iuris, vel ex consensu partium, remisit seu cõmisit examinationem cuiusdam testis Florentini iudici Florentino, qui testis Florẽtiæ receptus coram Florentino falsum deposuit, an iudex Florentinus vel Senensis poterit talem testem falsum dicentem punire? Bald. in d. l. nullum. [b] distinguit. Ego tetigi post Petrum de Anchar. in Clem. 1. de homi. & vide quod dixi in d. ca. super literis, infra de pœnis. A. B. Quid autem de nuncio, cui commissa est citatio extra territorium, & cùm illam non fecisset retulit fecisse, vel aliter retulit quod fecerit: dic, quòd non potest puniri à iudice extra territoriũ, sed solum à iudice, coram quo falsum retulit, secundum Bald. in l. nullum. C. de restitu. & quæ dixi latiùs inf. de dila. in rubr. 14. princ. art. in materia citationis. Ma.

¶ Circa 20. q. Aliquis commisit delictum, & post commissum mutauit statum: quia factus est clericus, vel religiosus, vtrum posit à laico puniri. Sol. vide latissimè per Ioannem Andræam in cap. primo, de obl. ad ratiocinia. in glo. super verbo ratiocinijs, dicam infra eod. in cap. pen. Quid autem de eo, qui post commissum delictum, & citationem factam impetrauit priuilegiũ exemptionis, vide per Ioan. Andr. in cap. 1. de priuil. vide per Dominum meum in c. fin. inf. eod.

¶ Circa 21. q. Vtrùm subditus Episcopi, qui contra cõstitutionis Episcopalis formã ingreditur monasterium exemptorium, sit puniendus, vide latè Ioan. Andr. in q. quæ incipit, quæritur an subditus, in quæstionibus suis. & adde ad ea, quæ dixi supra, in 9. q.

¶ Circa 22. q. qua quærit, vtrùm quis ratione delicti sortiatur forum pœnitentiale vbi deliquit, vide quæ latiùs dixi in c. omnis. inf. de pœn. & remiss.

¶ Circa

ADDITIONES.

a ¶ *Clericus productus. Bal. in l. nullum. tenet, quòd potest puniri coram seculari. adde quod dicit Bal. in l. acceptam. in 1. col. C. de vsu. vbi vult, quod si secularis iudex elegit clericum depositarium, quod ad restituendum depositum potest conueniri coram eod. iudice. Et adde ad hãc q. Ant. in c. 1. de cri. fal. Inn. in c. dilectus, de pæ. Ro. in l. 2. ff. de iuris. omn. iu. vbi videtur tenere contra glo. & Bal. in d. l. nullum. vide Imo. in c. verùm, sup. eo. & Petr. de Anch. in c. ea quæ, de reg. iu. lib. 6. in q. 22.*

b ¶ *Vide etiam Bald. in l. neganda. C. qui accu. non poss. in 1. col. & adde Inno. in d. c. dilecto, de pæ. vbi aliter loquitur, & an punitus per vnum iudicem: puta ab eo coram quo falsum dixit, possit iterum puniri ab eo, qui commisit examinam, vide ea, quæ Antonius Siculus apposuit Abba. & Baldum in dicta l. nullum.*

¶ Circa 23. q. qua quæritur, aliquis habet possessiones in iurisdictione alicuius dominij: sed nō habet ibi domicilium, & offendit dominum, vel aliquem ipsius subditum, vtrùm poterit per illum dominum puniri, in cuius territorio habet possessiones, & cuius subditum offendit. istam q. ponit hic Inno. sed tu dic vt latiùs dixi in c. 3. sup. eo. in vers. 8. declaratio. vt hanc q. plenè examinaui, quia ibi meliùs cadit propter formam ratione pos.

¶ Circa 24. q. Perusinus interfecit hominem Florentinum in comitatu Florentiæ, vtrùm posit à iudice Perusino puniri. Dic, vt latius dicam in c. fi. inf. eod. in materia fori domicilij. dixi latè in c. qualiter. el 2. de accus. in 5. prin. arg. q. 11.

¶ Circa 25. q. Perusinus interfecit in territorio Florentino bannitum in ciuitate Perusij, quem licitum erat Perusij interficere: sed non in territorio Florentino, ab alio, quàm à Perusio: quæritur, an posit ratione domicilij Perusij puniri. Bald. dicit, quòd non, in l. 1. de sum. Trin. & fide Cath. per l. 3. §. transfugas. ff. ad leg. Corne. de sica. dicam in d. c. fi.

¶ Circa 26. q. Vtrùm iudex domicilij posit cognoscere de delicto cōmisso in exemptum, vel extra territorium suum, vide etiam de hac materia in c. fi. inf. eo. & vide quæ dixi in c. qualiter. el 2. de accusa. in 6. prin. ar. q. 11. ver. plenissimè dixi.

¶ Circa 27. & vltimam q. qua quæritur, cur propter delictum ampliatur forus ad non subditum, & non ratione indulgentiarum. vide quæ latissimè dixi in c. fi. inf. de pen. & remis.

¶ Quò ad secundum principalem articulum de modo practicandi supradicta, Docto. variè instant.

13 † Quidam dicunt, quòd aut delinquens reperitur in loco delicti, & tunc potest exercere iurisdictionem, quò ad omnes effectus: & etiam quò ad personam, & quò ad bona, vt no. glo. 1. in authen. qua in prouin. aut non reperitur in loco: & tunc, aut citatio comprehendit illic dum esset in territorio: quia contumacia est contracta in illo loco. Item potest procedere contra ipsam personam, dummodo non offendat alterius territorium. arg. c. penult. infra eo. & c. tuæ. inf. vt li. non conte. tenet Ioan. de Lign. in Clem. 2. de re iudi. Inno. in c. præterea. de dila. Ioan. Cald. in c. 1. infra, de rapt. Aut citatio non comprehendit reum: & tunc variæ sunt opi. quidā. n. dicūt, vt refert Inn. in c. fi. inf. eo. quòd quamuis posit citari quò ad effectus, aut potest procedi contra bona existentia in territorio citātis vbi delictum est commissum, non tamen potest citare: & procedat contra personam, ita vt contumax posit excommunicari, vt in Clem. pastoralis. de re iu. & in cap. 2. in gl. fin. de constitu. in 6. & l. fina. ff. de iurisd. omn. iud. & no. in cap. Romana. §. contrahentes. eodem tit. lib. 6. Alij dicunt secundum Inno. ꝙ ex quo citans habet iurisdictionem, potest citare & cōtumacem excommunicare, vt d. cap. tuę. & c. quoniam. infra, vt li. non contest. Sed volentes tenere primam opin. respondent ad hoc, quòd cùm iste non teneatur cōparere, non potest dici contumax, nec per consequens excommunicari. Et si tu diceres: ergo nec potest fieri misio in possesionem bonorū contra eum. respondetur, quòd talis misio fit etiam contra absentes Reipublicæ, cōtra pupillos, qui non sunt contumaces. l. item ait. §. hæc aūt. ff. ex qui. ca. ma. & l. pupillus. ff. de priuile. cred. & non potest ad aliud procedi. ar. d. §. cōtrahentes. & hoc etiam videtur placere Ioan. Andr. & Inno. in d. c. præterea. infra de dila. & Ioan. de Lig. in d. Clem. pastoralis. vbi dicit, quòd iudex delicti debet committere iudici, vbi delinquens degit, ad hoc vt posit afficere eius personam. Idem tenet Domi. Anto. in c. fi. infra eo. Nam hoc casu, si talis non comparebit, videtur esse cōtumax in loco, vbi iussus fuit comparere per suum iudicem domicilij. argum. l. si vt proponis. ff. de fideiusso. & l. contraxisse. ff. de actio. & obliga. & placet Ioan. de Lign. & Ioan. Andr. vbi supra. Hostien. verò in c. 1. de rap. voluit etiam, quòd posset per se citare, & contumacem excōmunicare per illum textum, qui non probat. Sed prædicta opi. videtur placere Ioan. Cald. ibi in prima sua opinio. Si modò citatus fuerit, vel monitus à iudice illius territorij, & ita dicit intelligendum esse c. tuæ. & cap. fi. inf. vt li. non conte. & c. cum sit Romana. inf. de ap. vbi Apostolus excommunicat Corinthiam absentem. Sed si in tempore citationis nō erat in territorio non excōmunicatur. Deinde Io. Cald. dicit ponendo suam secundā opi. quòd licet hoc dictum videatur æquum: tamē melius credit, quòd illud dictū sit verum, quando ignoratur, vbi delinquens esset: nam tunc potest citari, tanquam vagabundus per iudicem delicti: in quo delinquens, & non comparēs poterit excommunicari per iudicē delicti, & in loco delicti, vt in c. tuæ. de cle. non resi. quia tunc haberetur pro pręsente, vt d. c. fi. inf. de do. & cōtu. Sed si delinquens alibi facit copiā sui: tunc iudex delicti debet priùs requirere iudicem sub quo ille degit, vt moneat vel citet delinquentē, quo casu non comparens poterit excōicari. ar. d. §. cōtrahētes. facit tex. in Auth. vt omnes obe. iud. §. 2. & §. verò si quis compre. & d. Cle. pasto. ver. nos quoque. Subdit tamen Cald. quòd si quis vellet tenere, quòd iudex delicti posset citare per se, & excommunicare citatum: quia effectus talis excōicationis refertur ad locum delicti territorij sui, & posset. & hanc opi. tenent Pe. Iac. de Are. & Cy. in l. oēs. §. si vero apparitor. C. de ępis. & cle. vbi dicūt esse casum per illum tex. in l. 2. C. de off. præfec. vr. Nec ob. l. fi. de iuris. om. iudi. & c. 2. in fi. de consti. in 6. quia loquuntur in actibus iurisd. exercendæ extra territorium: secùs in actu, cuius effectus refertur ad locū in quo citans habet iurisdictionem, & hanc opi. secutus fuit Cy. disputando,[a] prout refert Bart. in l. 1. ff. de requi. re. vbi concludit, vt d. §. si verò apparitor. & d. l. 2. C. de off. pręfec. vr. Sed citatio realis per quā capitur persona, nō potest fieri in alieno territorio, vt d. §. si quis verò comprehen. Nec ob. d. Cle. pastoralis. vbi tex. videtur de directo in contrarium; quia vt dicit Cynus, cùm non posit dari aliqua respōsio transeat cum alijs erroribus canonistarum, quæ solutio est temeraria. Bartolus in dicta l. prima dicit, quòd quando sunt plures iudices habentes iurisdictiones separatas: omnes tamen habent dependentes ab vno principe: tūc poterit verbo citari in alieno ter-

ADDITIO.

a ¶ *Disputando. Adde ea, quæ latè cumulat Alex. in l. 1. de requir. re. & Are. cons. 58. in 2. col. & cons. 136. & D. Soc. in cons. 167. col. 8. vers. præterea.*

no territorio, vt d.§.si verò apparitor. quasi sit eis à principe hoc permissum, qui eos constituit. argu.l. quæro.ff.de solu. & l.Titium aut Mæuium. ff.de admin.tuto. Quidam verò sunt habentes separatas & distinctas iurisdictiones, quia sunt sub diuersis principibus, vt vnus Papæ, alter Imperatoris, tunc vnus non potest citare in territorio alterius cui non subest, vt d.Clem.pastoralis. alias secus.& hoc procedit secundum opinionem, quæ vult, quòd Imperium non dependeat ab Ecclesia, sed à Deo. Sed tenendo contrariam opinionem, sicut declaratum est per Ecclesiam, respondet Bart. secundo modo, ꝙ vnus iudex potest citare in territorio alterius, vt d.§. si vero apparitor. dummodo non citet in territorio maioris iudicis à quo habet iurisdictionem, quia non potest tunc propter eius reuerentiam, arg.no.in l.4. §.si tam vicinum.ff.de dam.infec.vnde videtur Bar. etiam concludere, quòd etiam in territorio alterius iudicis potest fieri citatio verbalis, & quo ad defectum procedendi contra personam, sed non in territorio maioris iudicis, à quo habet iurisdictionem. Dom. meus, in c.fin. infra eodem, dicit, quòd licet hæc distinctio Bartoli multum videatur aures demulcere, non tamen in totum satisfacit contrario Cle. pastoralis. Nam ibi Papa non solum fundat se ex eo, quòd Rex citatus esset in territorio maioris iudicis, imo ex alijs rationibus, per quas patet, quòd citatio non arctauit ipsum constitutum extra Imperium citantis, quamuis post dicat, quòd non fuit requisitus Papa, vt ipsum Regem citaret. Sed multum valet ista reprobatio. Idem dicit Dom. meus, quòd ex opin. Bart. sequeretur, quòd vnus Episcopus possit citare etiam respectu personæ, & citatum excommunicare in territorio alterius, quod omnino est falsum, vt probatur in d.§.contrahentes. vbi apertè dicit tex. quòd iudex contractus non potest contrahẽtem alibi existentem, trahere inuitum, quod tamen facere posset, si eum posset personaliter citare, & cõtumacem excommunicare, vel aliter contra personam procedere. Nam saltem per viam indirectam hoc faceret, vt ibi dicit Ioan. And. & ideo permittetur citatio solum ratione bonorum, & per prædicta respondetur ad dictum Ioan. Cald. qui voluit, quòd non quæreretur de excommunicatione, sed tantum de missione. Nam ex quo tex. ille vult, quòd non potest trahere inuitum, per consequens denegare videtur processum posse fieri in personam, per quam citatus indirectè traheretur. Nec est bona responsio ad Clem. pastoralis. quæ vult, quòd loquatur ibi, quando quis citatur ad locum periculosum, quando iste citatus non erat subditus citanti ratione delicti, vel domicilij, vel alio modo. Nam si bene ponderetur ille tex. rationes sibi assignatæ videntur concludere, quòd dispositio dictæ Clem. procedit etiam, si citatus deliquisset in territorio citantis. & ideo Calde. non videtur multum persistere in dicta solutione. Domi. meus distinguit, quòd aut delinquens reperitur in loco delicti, & tunc serua, quod in prin.dixi. Aut non reperitur, & tunc si fuit prius citatus quàm se absentaret, idem quo ad omnes effectus personales, quos tamen causæ qualitas patitur, & qui valeant contra absentes exerceri. Aut absens non fuit præuentus citatione, & potest citari verbaliter, quo ad effectum distinguendi bona, vt d.§.contrahentes. Item potest requiri iudex alterius territorij, vbi delinquens nunc degit, vt eum arctet vel remittat, & ille debet hoc facere, vt probatur in d.Clem.pastoralis.& in d.§.Si quis verò comprehensorum. & si citatus non parebit, potest procedi contra personam, in quantum status causæ pateretur, quia iam est constitutus in contumacia per citationem iudicis, vbi degit, & videtur effectus cõtumax in loco, in quo citatur, vt d.Cle.pastoralis. & d.§.cõtrahentes. facit l.1.ff.de requir. reis. & quod no. in Auth.vt omnes obe.iud.§.2.Si vero iudex, vbi delinquens degit, non vult remittere, nec citare, tunc putat dominus meus, quòd iudex delicti non posset procedere contra personam, nec citare extra territorium ad hunc effectum, vt d. Clem. pastoralis. & optimè probatur in d.§.si quis vero compre. vbi dicitur, quòd si delinquens recesit de loco, & nescitur vbi sit, debet citari per edicta. Si verò habetur notitia in loco vbi sit, tunc debet requirere illum iudicem vt remittat, & si non vult, tunc punitur, & si hoc casu non concedit citationem simplicem, vt in præcedenti casu, & isto modo potest saluari opin. Cald. vt scilicet, quando nescitur, vt posit citari per edicta, & si talis non comparet, non posset personaliter distringi: Sed tantum proceditur contra eum respectu bonorum, vt l.1.ff.de requir. reis. Nam si est extra territorium iudex delicti non videtur habere iurisdictionem in personam, vt d. Clem.pastoralis, & sic reperitur processus factus à non suo iudice, vel alieno, qui non est certus de iurisdictione sua. & ad tex. in l.2.ff.de officio præfec.vrb. & d.§.si apparitor. respondet, quòd loquuntur in casu speciali, videlicet, in præfecto vrbis. & sic præfectus vrbis posset citare delinquentes in vrbe, licet inde recesserint, quia multa specialia introducta sunt in fauorem vrbis & prefecti ipsius. Sed iudex vnius prouinciæ non potest citare delinquentem existentem in alia prouincia, vt d.§.contrahentes. & d.Clem.pastoralis. licet Bar.& alij plures aliter senserint. Nam iste forus est accidentalis, nec potest extendi, nisi quatenus reperitur à iure permissum, videlicet respectu petitionis, remisionis, vel commisionis citationis factæ iudici, vbi degit delinquens. Sed aduerte circa prædicta, quia licet supra dixerim, ꝙ personaliter citari non potest extra locum delicti, ita vt persona ipsius affici posit, est verum, nisi loqueremur in vagabundo. Nam talis potest vbi inuenitur citari & puniri, vt d.l.1.C.vbi de crim. agi opor. qui tex. potest etiam ita intelligi, quod no. in Auth. vt nulli iudi. §.si quis uerò. & authoritas illa, vbi te inuenero, ibi te iudicabo, licet tex.in d.l.1.etiam intelligatur secundum glo. quando delinquens extra locum delicti reperitur in domicilio. Primò de qua materia.dic, ut dicam in c.dilecti.infra eod. Sed præcedens intellectus est notabilior.

¶ Potest tamen intelligi illa authoritas, ubi te inuenero &c. in Papa vel in Imperatore. ar.tex.8. q.3. c.cuncta per mundũ &c.96.dist.c.si Imperator. & l. deprecatio.ff.ad l.Rhod.de iactu. Nam totus mundus est eorum territorium. Sed in alijs inferioribus non sic est, quoniam eorum iurisdictio limitatur in territorio asignato. Et hoc casu uagabundus secundum intellectum prædictũ posset ubique citari propter delictum alibi commissum, sicut in simili vide-

bimus in materia fori ratione contractus, vt d. c. dilecti. infra eodem. vbi videbimus aliquas quæst. quæ multum faciunt ad materiam nostram. Et ex his est
a expeditus secundus principalis articulus. [a]
14 ¶ †Quo ad tertium articulũ principalem, vtrùm in delictis sit locus remissioni. A.B. Videtur dicendũ quòd sic, per tex. in Auth. vt nulli iudi. §. si quis verò comprehen. vbi tex. necessitatem imponit iudici, vbi degit, vt eum comprehendat & remittat. ad idem tex. in c. 1. de rap. vbi tex. videtur imponere necessitatem, quòd eum nõ retineat. Tertiò probatur 23. q. 4. c. si illic. vbi tex. dicit, ibi vindicetur iniuria, vbi plectibilis est orta præsumptio. Ad idem tex. 2. q. 1. c. si peccauerit. ibi dũ tex. dicit, vbi contigit malum, ibi moriatur. Præterea graui præsidi congruit curare, vt malis hominibus prouincia careat. l. congruit. ff. de off. præsi. Quare cùm propter delictum territorium suum, & eius res publica offendatur ad ipsum fienda est remissio, vt cæteri ad exemplum respicientes abstineant à delictis. in Authen. vt iud. sine quo. suffra. §. si quis autem. collat. 2. & l. capitalium. §. famosos. ff. de pœn. vbi etiam assignatur prædicta ratio, vt cæteri terreantur. In contrarium verò facit tex. c. fi. infra eo. vbi tex. simpliciter vult, quòd iudex domicilij possit punire delinquentem de delictis vbique commissis. Ad quem etiam cõueniũt verba d. l. congruit. Item, ratione domicilij potest quis conueniri ex contractu vbique celebrato, vt c. fin. infra eo. & l. fi. C. vbi in rem act. & l. fi. de præscri. lon. temp. d. c. dilecti. supra eod. & d. c. fin. ergo eodem modo ratione delicti. Et quia si semper in grauioribus necessariò esset fienda remissio, frustra iura de domicilio videntur posita. Et hanc opin. tenet gl. in l. 1. & 2. C. vbi de crimi. agi opor. Tu distingue post Ioan. Cal. in repet. infra de rap. Pet. de Anchar. in repet. huius c. & Domi. meus in c. fina. infra eod. Et vide omnino cõsilium Domi. mei, quod incipit, Rod. ciuis Corne. quod est 25. in ordine. Mar. Bre-
b uiter [b] dic, quòd aut iudex delicti non postulat hãc remissionem, tunc non est necessariò fienda. Ideo iudex domicilij, qui vult cognoscere, vel iudex loci vbi reperitur vagabundus: possunt licitè cognoscere & punire, vt dicta l. 1. C. vbi de crimi. agi opor. secundum vnũ intellectum, quem sequitur ibi Bar. Aut à iudice delicti petitur fieri remissio: & hoc casu in leuioribus delictis. Aut si agitur ciuiliter ex crimine, non tenetur iudex remittere. Ita no. Io. Cald. in d. c. 1. de rapt. quoniã ista remissio ad locum delicti fit, vt ibi puniatur, & eius pœna cedat aliis in exẽplum: quæ ratio cessat in dictis casibus. Si verò agatur criminaliter delictum sit atrox. glo. in Clem. 2. de re iud. Primò concludit, quòd remissio sit fienda ex necessitate: non autem ex vrbanitate, vt quidam voluerunt, vt voluit Cy. communiter Doctor. in d. authen. qui in prouincia. & Bartolus in l. si cui. ff. de accu. Secundò concludit illa glo. quòd licet iudex requisitus nolit remittere: non tamen potest puniri a iudice requirente, quia par in parem, &c. Sed debet requirens agere coram superiore, contra requisitum. Contrarium tamen tenuit Cyn. in dicta auth. qua in prouincia. & Barto. in d. l. si cui. tenet dictum glo. per dictum §. si quis verò comprehen. in Auth. vt nul. iud. Sed Ioannes Calderinus in dicto cap. 1. de rapt. dicit, quòd aut delinquens est in loco domicilij, & hoc casu iudex solùm tenetur ex vrbanitate remittere: Sed non remittens non debet puniri, neque conueniri. Si ergo ex vrbanitate debet remittere: ita si videt iudicẽ delicti paratum ad puniendum illum. Secùs fortè, si cognosceret remissionem peti, vt ille non puniretur. Sic etiam per contrarium ex vrbanitate, iudex delicti potest remittere ad iudicem loci domicilij, sicut Pilatus remisit IESVM CHRISTVM ad Hærodem. Aut delinquens degit in alio loco, quam domicilij. & vel si degit in loco domicilij iudex delicti iam incępit procedere contra delinquentem. hic autem necessaria est remissio: aliàs poterit non remittens puniri, & cogi saltem à superiore. Subdit tamen Ioannes Calderinus, quòd opinio Ioannis Andreæ melius probatur, & placet Domino meo: quia §. si quis verò, indistinctè mandat iurisdictionem fieri. No. tamen ex opinio. Ioannis Calderini, quòd non solùm iudex domicilij tenetur remittere, sed etiam alius, qui non est iudex delinquentis. quod tamen non videtur placere Domino Antonio in dicto capitu. fin. infra eodem. A. B. Nec etiam Domino Petro de Ancharano in repet. huius capit. in qua opin. Nec obstat §. si quis non. vbi tex. iubet remissionem fieri: quia debet intelligi, si deprehensus fuerit ab alio iudice, quàm domicilij. Ma. Sed Domino meo plus placet opinio Ioannis Calderini, quia tex. dicti §. si quis verò. loquitur indistinctè, dum dicit, vbi degit. & ad idem allegat text. in Authen. de defen. ciui. §. audient. Item, quia hic continent publicam vtilitatem, & quia etiam hoc potest quandoque priuatus facere, comprehendere, & ad iudicem ducere criminosum, vt no. in l. nullus. C. de Iudæis. de quo per Dominum meum in cap. 1. & cap. cùm nõ ab homine. supra, de iud. A.B. Quod placet Petro si iudex domicilij non peruenit ad iudicem delicti: quia iura & rationes factæ pro iudice delicti magis vrgent. Et præsertim si testes, per quos potest probari delictum, non essent de prouincia iudicis domicilij: & sic non posset eos compellere ad perhibendum testimonium. l. 3. §. fin. ff. de testibus. Item nec posset iudex domicilij eorum examinationem alteri committere, vt in authen. apud eloquentissimum. C. de fide instrum. propter quæ impetrata si iudex domicilij procederet, crimen remaneret impunitum. Et ista est potissima ratio, quare in istis grauibus delictis fieri debeat remissio ad locum delicti: quia ibi de facili crimina probabuntur. Quæ ratio apertè colligitur in Authen. vt nulli iud. §. primo. & hanc rationem considerantes, quæ multum vrget contra iudicem domicilij, vt semper remittere teneatur, quod æquum est dicere: vbi talis difficultas probandi crimina immineret. Et sic tenet

Petr.

ADDITIONES.

a ¶ *Artic. iste est adeo intricatus, vt dixerit Ang. eum indigere decisione Cæsarea in l. fi. ff. de iuris. om. iud. vbi latè Moder. & adde hic Oldrad. in cons. 88. incip. tertiò quæritur. per Ant. inf. in c. fi.*

b ¶ *Breuiter. De ista materia tractat latè Aret. in tract. malefi. in vers. existens Florentiæ. & adde ea, quæ habentur latè per Alex. in l. hæres absens. de iud. & vide eundem. in l. si cui. §. fi. ff. de accus.*

Petr. prædictam opinionem. Secus si iudex domicilij consideret habere promptas probationes delicti: aliàs per iudicem delicti requisitus omnino remittere tenetur. Nec obstat c. 1. de rapt. vbi simpliciter dicitur, quod proprius iudex non debet eum recipere, nisi prius redeat ad iudicem delicti: quia ibi hęc ratio dicitur: quia ille erat excommunicatus per iudicem in cuius diœcesi deliquerat, qui à nullo debet recipi, donec satisfaciat & absoluatur ab excommunicatione, vt in cap. cum ab Ecclesiarum. de offi. ordi. secundum Ioan. Calder. ibi, in 5. quæstio. Si verò iudex domicilij nondum cœpit cognoscere, communis decisio est, quòd omnino necessitetur remittere, si remissio petatur. Et prædicta procedunt in foro iudiciali: secus in pœnitētiali, & ita loquitur tex. 16. quæst. 1. cap. 1. Et ratio differentiæ ibi assignatur. de qua materia dic, vt dixi c. omnis, inf. de pœnit. & remis. Nec obstat, quod dicta iura, quæ dicunt, vbi te inuenero, ibi te iudicabo: quia deberet intelligi exemplum Papæ vel Imperatoris, aut vagabundi, vt dixi in fi. præceden. Et aduerte: quia licet vterque iudex possit procedere, secundum tamen distinctionem quam supra feci: Non tamen debet puniri diuersis pœnis: quia per pœnam impositā ab vno tollitur potestas procedendi, & pœnæ imponendæ alteri iudici: quod tamen intellige secundum ea, quę traduntur per Bartolum in l. Senatus. ff. de accusa. & l. denunciasse. §. quid tamē. ff. de adulter. & per Cyn. l. extra territorium. ff. de iurisdict. omnium iud. q. 6. iunctis his, quæ dixi in c. de his. de accus. & c. penul.
15 infra eodem. Ma. † Quid autem debeat facere iudex remittens. Glo. prædicta in d. Clem. concludit, quod debet adhibere aliqualem causę cognitionem, ne fortè sine causa infamet ipsum, remittēdo legatum, tanquam criminosum, & idem sentit Bart. in l. 1. C. vbi de cri. agi opor. Subdit tamen, quod hoc verum, nisi talis cognitio fuerit prius adhibita à iudice delicti, vbi citatus à iudice delicti noluerit comparere, per dictum §. si quis verò. Nam sicut est hoc notum iudici nolenti remittere, tunc ratione contumaciæ citati nolentis comparere, fit pręsumptio contra eum, secundum no. in c. nullus. de præsump. & per ea, quę no. de fuga, in l. admonendi. ff. de iureiur. & in l. lex Cornelia. ff. ad Syllan. de quo latè dixi in cap. fi. infra de iureiu. sed si nulla fuit commissa contumacia, nec potest doceri de fuga, tunc d. gl. habet locum, vt fiat aliqualis cognitio super crimine. facit quod no. de comparente propter interesse suum, qui tenetur ante omnia docere de interesse, vt in cap. veniens. infra de testi. nec soli iudici petenti remissionem tenetur iudex requisitus credere, etiam si sit Episcopus. argu. capituli, nullus. & cap. placuit. 6. q. 3. & ita dicit Dominus meus, concordandum esse dictum Bartoli, & dictum dictæ glossæ in d. Clem. 2. de re iudic. si tamen esset notorium delictum vel fama, in loco iudicis, à quo petitur remissio, satis æquè posset dici, quòd non debet pręmittere aliquam cognitionem. Quid autem in cōtractibus, an sit locus remissioni? Dic, vt dicam in cap. dilecti. infra eodem. Sed circa prædicta quæro: Vtrum vagabundus debeat remitti ad iudicem delicti. Innocen. in cap. 1. infra de rap. tenet, quod sic. sed Ioan. Cald. ibi tenet cōtrarium. nam cum ipse possit vbique puniri, vt d. l. 1. C. vbi de crimine agi oportet. & d. author. vbi te inuenero, vt supra dixi, sequitur, quod non est fienda remissio: aliàs si contrarium diceremus, posset sequi perplexitas. Pone enim, quòd commisit plura delicta in diuersis territorijs, & omnes iudices petant remissionem: cum non possit apparere, cui magis remittendus sit, poterit per ipsum puniri sine alia remissione. Dom. Anton. putat, quòd ita fiat remissio in vagabundo, sicut in alijs: cum eadem sit ratio. hoc sequitur Dominus meus in c. fi. infra eodem. vbi tenet, quod ratio potius concludit, vt remissio fiat in vagabundo, quàm in alijs, vt scilicet tollatur scandalum in loco delicti, & vt satisfaciat illi Reipublicæ quā læsit: & vt cæteri metum habeant mortis, per tex. in d. c. 1. de rap. & in d. §. si quis verò comprehēsorum, qui indistinctè loquuntur. Nec obstat tex. in d. l. 1. C. vbi de crim. agi opor. quia fateor, quòd potest conueniri, vbi inuenitur: nō tamen per hoc sequitur, quòd non debeat habere locum remissio. nam & delinquens potest puniri in loco domicilij, vt in c. fi. infra eodem. & tamen habet locum remissio, vt supra dixi. Nec obstat quod dicitur de perplexitate: quia licet in casu prædicto fortè puniri posset: tamen in alijs non procedit, quod non sit locus remissioni. vel dici potest & melius, quòd aut delicta sunt æqualia, & hoc casu, debet fieri remissio ad iudicem primi delicti, vbi quis primò videtur se obligasse, vt l. obligantur. ff. de actio. & oblig. facit quod in simili notat Innocentius in cap. cum iam dudum. de præbend. de clerico habente plura beneficia in diuersis diœcesibus. vbi vult, quòd existentibus mandatis cōtrarijs eodem tempore, tenetur quis primo Episcopo obedire, cui primo se obligauit. facit, quod no. in l. si cui. ff. de accu. quod tamen ego limito, nisi fortè in alio loco esset maius futurum scandalum, propter delictum non punitum. Nam tunc arbitror dicendum, quod istud scandalum faciat præponderare primo delicto. Aut delicta non sunt æqualia, & isto casu remittendus esset ad locum, in quo actionis delictum cōmisisset. Vltimò circa prædicta quæro, Vtrum valeat consuetudo, ne fiat remissio, prout hodie communiter obseruatur? Sol. Ioannes Cald. in d. c. 1. dicit, quod si haberet consuetudo de loco, in quo quis non habet domicilium: non valet ex eo, quod esset irrationabilis: quia per eam delicta remanerent impunita, & sic non debet valere, vt c. 1. & c. fin. supra de consuet. Sed cōsuetudo, per quam induceretur, quod iudex domicilij non teneatur remittere ad locum delicti, vel econtra: tunc bene valet, quia tunc cessat ratio prædicta: quia quilibet iudex potest punire. Et sequitur Dom. meus in c. fin. infra eodem. Et ex hac ratione ego dicerem, quod idē esset in vagabundo, vt valeat consuetudo, quod non sit fienda remissio ad locum delicti: quia cessat ratio supradicta ex eo quod supra dixi, quòd vagabundus potest vbique puniri. Et aduerte: quia consuetudo prædicta inducens hoc modo valeret, ex eo si fuit sæpius petita & denegata: secus autem, si nunquam fuit petita, quia per nō vsum bona inducitur cōsuetudo, facit quod no. in c. Ioan. inf. de cle. coniug.

16 ¶ † Quò ad quartum principalem articulum, vtrum delinquens debeat puniri secundum statuta loci, in quo deliquit, vel secundum statuta sui domicilij, vel secundum iuris communis dispositionem: non est principalis materia nostra. Vnde breuiter conclude,

conclude, ꝙ communis conclusio est, ꝙ puniri debet secundum statuta loci, vbi punitur, vt tradit Ioannes Cald. in c. 1. de rap. vide per Barto. in l. 1. in fi. C. de summa Trin. & vide ad prędicta in d. Clem. 2. de re iud. per Ioan. de Lig. & plurimas remissiones, quas dedi in c. qualiter. el 2. supra de accus. in 14. art. q. 3. 4. & 5. A. B. Et vide, quę dixi in c. dilecti. inf. eod. in 4. princ. art. & in c. pen. de fer. art. 10. & c. 2. de ord. cog. art. 25. & vide Cyn. in l. fi. ff. de iurisd. omn. iud. & Pet. de Anch. in repe. huius cap. in 5. oppo. Quod post multa finaliter distinguit, ꝙ aut quæritur, vtrũ possit eum punire pœna Iuris communis, & potest: & sic loquuntur iura, quę dicunt delinquentem posse puniri de delictis, vbi crimen commisit. Aut quæritur, vtrum possit puniri secundum statuta sua, & aut quæritur, quò ad ordinem procedendi, & seruãda sunt statuta præcedentis. ad quod vide, quæ latè dixi in c. quod clericis. de foro competenti. 16. principali artic. iunctis his, quæ dixi in cap. 2. infra de ordi. cog. artic. 26. Aut quæritur, quò ad pœnæ impositionem, & tunc aut statuto expressè disponitur super pœna contra subditum alibi delinquẽtem, & ligatur subditus, l. fi. ff. de decre. ab ordi. fa. Aut statutum simpliciter loquitur, & secundum Cyn. distinguitur, vtrum disponat super eo, quod est delictum de iure communi, & potest puniri secundum statuta loci delicti: aliàs secus. Sed Pet. de Anchar. hoc simpliciter tenet, quòd non possit, per c. vt animarum. §. 1. de constit. lib. 6. & adde, quæ dixi in 3. artic. ver. & aduerte, quia licet vterque. Sed in loco delicti, an possit puniri secundum statuta loci delicti. & dicendum, ꝙ sic, si alijs erat delictum de iure communi. Cyn. & Doc. in auth. qua in prouincia. ubi de crim. agi opor. Ioan. Cal. c. 1. de rap. q. 5. aut non erat delictum de iure communi, & tũc, aut forensis tantam moram ibi traxit, ꝙ verisimiliter poterat scire, & punit pœna statuti. facit l. 2. & quod ibi no. per gl. fi. C. vbi de crim. agi opor. aut non traxit ibi tantam moram, & tunc, aut illud factum erat communiter per omnes ciuitates prohibitum, puta, ne frumentũ extrahatur de territorio, vel ne de nocte eatur, & tenetur pœna statuti, quia non licet tũc allegare ignorantiam. facit l. fi. §. licet. ff. de publ. iud. aut non erat ita generaliter prohibitum, & non tenetur: nisi fuerit sciens. l. fi. ff. de decre. ab or. fa. facit c. 2. de constit. lib. 6. Nisi ignorantia fuerit crassa & supina, & sequitur Pe. hic in 3. q. Adde tamen: quia si vtrunque statutum & loco domicilij, & loco delicti pro illo delicto imponeret pœnam ipso iure: deberet solum attendi statutum loci, vbi delictum est commissum. & ratio est, quia non debet quis duplici pœna puniri.

a Item statutũ domicilij irrogans pœnã ipso iure [a] nõ potest afficere subditum suum delinquentem extra territorium & domicilium suum. c. 2. de cõst. lib. 6. & l. fin. ff. de iur. om. iur. & vide bonam rationem diuersitatis, per Feder. consi. 16. Ma.

17 ¶ † Quò ad vltimum princ. artic. Vtrum sententia digna priuatione beneficij, vel confiscatione bonorum, trahatur ad beneficiũ, vel ad bona alibi sita?

¶ SOL. Glo. & Docto. sentiunt duos intellectus. Primus, ꝙ iudex delicti non fert sententiã super Ecclesia, seu bonis priuando delinquentem, sed solum super crimine, & hæc sententia facit fidem in alio iudicio, vnde iudex beneficij vel bonorum, priuabit istum vigore illius sententiæ, & per hunc modum exequetur primam sententiam, & sententia trahetur ad beneficium alibi situm. Hostien. tenet, ꝙ iudex delicti potest etiam pronunciare super beneficio, & idem Doct. communiter hic, & pro hac opinione facit secundum Ioan. And. quia hic fuit quæsitum: etiam de beneficio, & solum vult hic tex. ꝙ Episcopo beneficij reseruetur executio, non priuato: vel pronunciatio, de qua materia tandem remittit ad no. per se in c. pastoralis. de appel. in fi. & idem tenet glo. 1. in cap. præcedenti. Innoc. hic sentit primam lecturam: dicit enim, ꝙ prima sententia per iudicem delicti erit ferenda sub hac forma: Condemno te de tali crimine, & demum executio fiet per iudicem beneficij, secundum canones, qui præcipiunt condemnatos deponendos, vt 25. dist. c. 1. nisi fortè cum tali dispensetur, secundum quod traditur in c. at si clericus. supra de iud. Subdit etiam Innoc. se credere, ꝙ primus iudex poterit eum perpetuò suspendere à beneficio, sito in aliena diœcesi, sed sentẽtia mandabitur executioni de facto per eum, in cuius diœcesi situm est beneficium, vel res secundum no. in l. à Diuo Pio. ff. de re iudic. Dominus meus dicit, ꝙ vtraque lectura potest practicari. Nam iudex delicti poterit pronunciare tãtum super delicto, & immediatè sequẽtur pœnę iuris, vt l. 1. ff. ad Turp. 2. q. 3. §. notanda. no. Ioan. An. & Archid. in cap. 1. de homi. lib. 6. Actualiter verò executionem priuationis beneficij faciet iudex beneficij, aut bonorum sitorum. Nec est sententia alia priuationis necessaria, si delictum fuit dignum priuatione: quia prima sententia lata super crimine, consequitur effectum priuatiuũ, vt in iuribus supra allegatis, & probatur hoc in textu nostro, dum dicit, ꝙ executio spectat ad iudicem beneficij, & ad prædicta vide Specul. in titu. de executione sententiæ. §. nunc videndum. ver. Pone iudex Florentinus. vbi tangit vtrunque intellectum, & dicit, quòd sibi plus placet secundus intellectus, vt iudex delicti pronunciet super priuatione beneficij. Nec ex hoc dicitur ponere falcem in messem alienam, cũ titulus resideat penes personam ipsius clerici, & inhæret ossibus suis, sicut dicimus de alijs iuribus incorporalibus, vt no. glo. in l. 3. ff. pro socio. Ideò cum ratione delicti persona sit sibi subiecta, priuabit ipsum iure sibi adhærentem. Et res seu beneficium alibi existens, habebitur quasi pro derelicta, & ibi fiet executio actualis, & hic est textus nõ

b cauillando literam. Tenent [b] etiam in simili Bar. in publicatione bonorum ratione delicti, in d. l. cunctos populos. de summa Trinit. & Ioan. Andr. in capit. cum secundum. de hæret. lib. 6. Tradit Ioannes Caldc. etiam hic. facit l. magis puto. §. illud. ff. de rebus

ADDITIONES.

a ¶ *Ipso iure. Vide in hac materia Bal. Ang. & alios, in l. fin. ff. de iur. om. iud. & Cano. in c. vt animarum. de constit. lib. 6. Bal. in l. pen. 5. col. C. de execu. rei iu.*

b ¶ *Tenent etiam, &c. De hoc eleganti articulo, an publicatio bonorum facta in loco, trahatur ad bona alibi existentia, vide latè per do. Alex. in consil. 31. lib. 1. incip. viso tit. q. & Ar. consi. 10. adde per Paul. consi. 319. incip. primum quæsitum, lib. 1. secundum nouissimam & elegant. impressionem Papiensem.*

bus eo. vbi patet, q decretum interpositum super alienatione, extendatur ad rem sitam extra iurisdictionem, & quod notatur in cap. Romana. §. contrahentes. eod. titu. lib. 6. A. B. Primam opinionem tenet Petrus de Anchar. in repet. istius cap. in primo contrario, dicens, quòd prædicti Patres canonum, qui tenent secundam opinionem, non bene intellexerunt: quia expressio iud. exprimentis aliquid in sententia præter vel contra ius, non est in ipsius potestate, sed iuris. l. 1. ff. ad Turp. hinc est, quòd si iudex in sententia aliquid omittit vel decernit aliter, quàm ius disponat, lex supplet, quod tali sententiæ deest. l. 4. §. si quis condemnatus, & l. miles. §. decem. ff. de re iud. & l. ex diuersis. §. si in iudicio. ff. solu. matrim. & quia lex dicit, q iudex debet pronunciare super crimine. quò ad pœnam vero, iuris potestas considerattur, vt pœna infligatur, quam lex super illo delicto sentiat. d. l. 1. §. 1. ff. ad Turpil. & hoc est, quod sensit Innocen. allegat etiam pro hac opinione tex. nostrum in princ. & in fi. in prin. dum dicit, pro delicto ibi commisso debeat iudicari, & nil dicit de pœna priuationis, vel alia, sed simpliciter loquitur, & sic super crimine solùm pronũciatur: in fine etiam dicit, q erit, quò ad illud executio facienda, quasi non priuatio vel condemnatio facta fuerit super beneficio, sed tantum super crimine fieri debeat executio sententiæ. Item mouetur, quia vbi quis de tali crimine condemnatur, propter quod bona ueniant publicanda, sentẽtia lata contra personam extenditur ad bona vbicunque sita, sine alia expressione, veluti accessoria rei ad sententiam, vt in authen. ingressi. C. de sacrosan. eccles. & l. si adoptauero. ff. de procur. & l. fin. C. si pen. ap. mors inter. & cap. 1. de iu. pat. lib. 6. Nec obstat l. cum vnus. §. si is qui. ff. de bon. author. iu. pos. vbi sententia iudicis lata cõtra contumacem super misione in pos. non extenditur ad bona sita extra territorium ius dicentis, quia ille textus loquitur in interlocut. tex. noster in sentẽtia diffinitiua. sed istam reprobant Hostien. & Ioannes Andr. cap. Romana. super ver. decernere. eod. titu. lib. 6. Sed Pet. dicit, quòd aut loquimur in diffinitiua, & habet locum tex. noster, & l. à diuo Pio. in princ. ff. de re iudi. aut in interlo. & tunc aut iudex simpliciter præcipit misionem fieri in rebus contumacis, & non extenditur ad bona sita extra territorium. d. §. si is qui. Quandoque iudex decernit expressè super talibus sitis extra territorium, & tunc ad illa extenditur, vt d. cap. Romana, quod no. ad hoc dictum Hostien. & Ioan. An. Sed quò ad principalem intellectum tex. nostri, mihi placet opinio communis, declarata per Dominum meum, quòd iudex posit omittere in sententia pœnam, quæ ex illo delicto venit, & posit etiam pœnam exprimere, sicut dicimus in libello accusatorio, ad quod vide, quod dixi in cap. qualiter & quando. el 2. de accusat. Vel possumus dicere, q aut libellus est generalis, & facta est inquisitio respectu certi delicti, vt veniat ad r̃ndendum, & se excusandum à dicto delicto, & tunc procedat prima opin. aut in libello inquisitionis vel accusationis intenta est certa pœna, quæ ex delicto veniebat imponenda, & tunc habet locum secunda opinio, vt sententia sit conformis li. vt in cap. licet Heli. de simon. Mar. & generaliter an sententia porrigatur ad bona alibi sita, disputauit late Richar. Mal. primò, deinde Ioan. Calde. quorum dicta refert hic Pet. de Anch. in repe. quæst. 8. & vide per Bart. in d. l. cunctos populos. in fi. q. cuius dicta refert Dominus meus. tangit Iaco. de Arc. in l. fin. §. 2. de public. & vectigalibus. Gul. de Cu. in l. 2. de capi. dimi. & l. si procurator. §. si plures. ff. de exer. Nico. de Matta. in quæstio. quæ incipit, inculpatus, quam ponit Albe. de Ro. in quæstionibus statutorum, parte 2. quæst. 233. Ioan. And. in addit. Specul. in tit. de accus. §. sequitur. ver. quod si aliquis. latissimè per Dominum Nell. de S. Geminiano, in tractatu bannitorum, in prima parte secundi temporis, quæstio. 17. non est enim principalis materia nostra, ideo non insisto.

SVMMARIVM.

1 *Dignitas mulieris extinguitur morte mariti.*
2 *Dictiones, quondam, olim, iamdudum, quid significent.*
3 *Possessorij natura non alteratur per narrationem in libello possessorio factam.*
4 *Domicilium vbi quis sortiri dicatur.*
5 *Libellus alternatiuus non semper reijcitur.*
6 *Ecclesia miserabiles personas tueri debet.*
7 *Libellus aliqua speciali iure concludens, non vitiatur.*
8 *Dictio Leuca, quid significet.*

EX PARTE B. Miserabilis persona potest laicum interdicto, vnde vi, coram iudice ecclesiastico conuenire. h. d. Et pars istius habetur infra de fi. instrum. c. ex parte. Diuiditur principaliter in duas partes. In prima ponitur partis conquestio. In secunda, iudicum institutio. Secunda ibi, mandamus. Prima subdiuiditur in tres. Primò ponitur causæ commisio & rei citatio. Secundò ponuntur rei exceptiones, & actoris replicationes. Tertiò ponitur alia exceptio, & actoris ad illam replicatio. Secunda ibi, dictus. Tertia ibi, idem quoque. Et tex. ibi, defensare, & infra, dic, q sub isto, infra, decidititur, q hoc concludebat Regina, quærendo de iudicibus, qui propter illas exceptiones non procedebant in causa, secundum Ioan. And. Et ad euidentiam pro intellectu literæ præmittit, quòd secũdum hæc tempora, literæ ad lites non debebant impetrari vltra duas dietas, & si aliter impetrabantur, non valebat impetratio, vt in cap. nonnulli. supra de rescript. secundum aliquos hic per tex. dum dicit, non valebant. Alij verò dicunt, q olim ualebant. Sed per eas quis non poterat trahi vltra duas dietas, per cap. olim. infra de excep. secundum Ioan. An. hic. de quo statim dicam in glo. super verbo, in eadem diœcesi. Hodie verò impetratæ vltra vnam dietam non valent, vt in c. statutum. de rescrip. lib. 6. Et olim videbatur, q si agendum erat reali, fieret computatio à fine diœcesis rei sitæ, per tex. nostrum. Hodie verò fieri debet à fine diœcesis domicilij, vt in d. cap. statutum. in §. cum verò. & ibi in glo. super verbo, vnam dietam. Sed quia non est materia nostra, dic vt latius ibi traditur, & in d. cap. nonnulli. Et de intellectu tex. nostri dicam statim in d. glo. super verbo, in eadem diœcesi.

1 ¶ † Primò no. ibi, quõdam Regina, argumentũ, quòd per mortem mariti extinguitur dignitas, seu coruscatio vxoris. Nam cum tex. dicat, quondam

Regina.

Regina. Talis dictio, Quondam, videtur remouere qualitatem Reginæ de præsenti, secundũ ea, quæ dixi de dictione, Dudum, in cap. 1. de cle. excom. mini. Sed in contrarium facit tex. dum postea istã simpliciter bis appellat Reginam. Et hoc plus videtur placere Do. meo, & etiam d. Ant. licet ambiguè lo-
2 quatur. Non obstat tex. noster, in prin. † Nam istæ
a dictiones, [a] Quondam, Olim, Iamdudum, significant tria tempora, videlicet, præteritum, præsens, & futurum, vt in cap. cum olim. supra de offi. deleg. dixi in d. c. 1. de cler. ex. mi. no. glo. in l. nec emptio. ff. de contrahen. empt. & per hoc dicit Barto. in l. 1. §. hæc autem. ff. de no. ope. nunc. quòd notarius qui in instrumento dixit, Titius quondam Martini, non dicit falsum, licet Martinus viuat. Et similiter etiam si diceret, Titius Martini nõ dicit falsum, licet Martinus sit mortuus, quia subauditur quondam, secundum Dom. Anto. hic, tradit Spec. in tit. de instrum.
b edi. §. restat. ad finem. Quòd autem vidua [b] retineat mariti coruscationem, no. in l. mulieris. C. de dignitatibus. lib. 12. & in l. filij. §. vidua. ff. ad munic. no. Barto. in l. fin. C. de priui. schola. lib. 11. tenet glo. in verbo, vacare. in clem. 2. de elect. & glo. fin. hic, facit etiam, quod de sepultura viduæ dicitur in cap. 3. §. 1. de sepul. lib. 6.

3 ¶ † Secundò no. quòd quamuis in libello possessorio fiat narratio proprietatis, tamen non alteratur natura possessorij, ita ut agens teneatur probare proprietatem, nec etiam vt admitti debeat excep. cõcernens effectum proprietatis, facit cap. sequens. & c. licet. infra de probat. Nam libellus debet attendi circa modum concludendi, non autem circa modum narrandi. & idem no. Bal. in l. 2. C. de peti. hæred. & in l. præscriptione. C. si contra ius vel vtilit. publi. & per Dyn. in regu. nullus pluribus. de reg. iur. lib. 6. & per Cyn. in l. cum te. C. de probat. Ex quo infertur, quòd licet in libello narretur aliqua qualitas, per quam concluditur iudicis incompetentia, illi non nocet, nisi replicetur in conclusione, secundum D. Anto. hic. Tu vide, quod dixi in cap. si clericus laicum. supra eod.

4 ¶ † Tertiò no. quòd dicitur quis sortiri domicilium vbi habet larem, vel communem habitationẽ, consideratur tamen quandoque, & si non solitã habitationem, sed interuallatam ibi habeat. de quo dicemus latius in c. fi. infra eod.

¶ Quartò no. quòd falsitas narrata circa merita causæ non vitiat literas.

5 ¶ † Quintò no. quòd libellus alternatiuus [c] non
c reijcitur, quando in qualibet parte alternatiuæ concluditur intentio libellantis. facit quod no. in c. ex parte S. supra de rescrip. & in c. dudum. el secondo, supra de ele. & per Innoc. in c. constitutus. supra de restit. in integ. & per Bal. in l. 1. C. de fur. & ratio est, quia per hoc reus non redditur incertus: licet enim Regina hic libellauerit, quòd per ipsum V. vel per eius complices, fuerit spoliata, tamen quia in utroque casu competit interdictum restitutorium, vt in cap. sæpe. & in cap. cum ad sedem. infra de restitut. spolia. meritò procedit libellus. ad quod vide, quod statim dicam super glo. 1. & quæ latius dicam, infra de lib. obl.

¶ Sextò no. in versi. idem quoque, quòd data negligentia iudicis secularis, potest miserabilis persona adire iudicem ecclesiasticum contra laicum, de quo dic, vt latius dixi in c. licet. supra eod.

6 ¶ † Vltimò no. quòd Ecclesia tenetur ad defensionem miserabilium personarum, ne opprimãtur, etiam in causa feudali. Et sic habes unum casum, in quo etiam de causa feudali non cognoscit dominus feudi. de qua materia dic, vt latius dixi in c. ex transmissa. supra eo. & quia hic agebatur possessorio, vide, quod ibi dixi in 1. quæst. princ. in primo membro. versi. 6. limitatio. & latius in 3. membro princi. prædictæ primæ q. principalis.

In glo. 1. ibi, propter nuptias. dic, sed contra hoc fortiter ob. quia donatio propter nup. debet redire ad virum, vel eius heredes, sicut dos debet redire ad mulierem, vel eius hæredes, vt in c. nuper, alleg. in glo. Sol. Huius timore contrarij dicit hic Io. And. quòd debet intelligi, quando ex pacto vel consuetudine, mulier lucrata fuerat donationem propter
7 nu. vt in cap. fi. infra de don. inter vi. & uxo. † Et ex prædictis infert Do. meus, quòd non uitiatur libel-
d lus, licet non concludat [d] de iure communi, vel municipali, dummodo cõcludat aliquo iure speciali, etiam non allegato in libello, si modo in causæ processu de illo iure fiat fides, quod est ualde sing. Et subdit hic D. M. quòd à prin. posset opponi contra talem libellum, per no. per Innoc. in cap. 1. supra de offi. uica. & in cap. cum sit generale. supra eo. Sed si non opponeretur, libellus procederet, & sufficeret, quòd testificaretur in processu, per no. per Innoc. in c. cæterum. supra tit. 1. & per D. M. in c. dilecti. supra tit. 1. & per no. in c. 1. supra de ordi. cogn. facit l. fin. C. de anna. excep. aduer. Cep. Aduerte ergo, quia videtur sentire Dom. meus, quòd si à prin. obijceretur, libellus deberet reijci, quod mihi non placet. imò arbitror, quòd talis exceptio posset tolli replicatione, subdendo, quòd competit actio, vel facultas agendi ex pacto, vel consuetudine, secus si non replicaretur, quia tunc posset procedere dictum D. mei. Et vide, quæ dixi in cap. si clericus. supra eod. & quæ no. Cyn. in l. 2. C. quæ sit longa consue. in 3. prin. arti. ver. secundò quæritur. circa hoc ego latius dicam, inf. de libel. obla. Et aduerte etiam, quia ego arbitror ad tollendum cõtrarium, supra formatum, quòd dum tex. dicit dotalium, possit accipi pro ipsa dote, quia uerba, quæ possunt dupliciter intelligi, intelliguntur & exponuntur eo casu, qui magis adaptatur intentioni petentis, ad quod uide, quod dixi in c. 2. infra de libel. obla. 33. princ. arti. ¶ Glo. 2. potest expediri per duplex contrarium. Primò, quòd licet

ADDITIONES.

a ¶ *De similibus dictionibus vide Fulg. in cons. 22. Alexan. & Mod. in l. 1. §. 1. de no. ope. nun. Ar. in c. 1. de acc.*

b ¶ *Vidua coruscat radijs mariti. vide Bart. in l. fæminæ. ff. de sen. l. fi. & ibi Doct. C. de verb. signif. adde Alex. in l. filij. §. fi. ad munic. vbi intelligit de honestè viuente. Et adde hic Moder. qui latè examinant hanc materiam per 4. fallent.*

c ¶ *Vide Doct. in §. sed istę. in fi. Insti. de act. & adde Pan. consi. 392. in prima impressione.*

d ¶ *Non concludat. Debet tamen tale quid in libello exprimi, per quod reddatur verisimile quod petitur, vt per scri. in c. quia verisimile. de præsump. inf.*

licet quis sit spoliatus per complices, nō tamen competit interdictum vnde vi, contra dominum, nisi mandauerit, aut ratum habuerit, vt in cap. cum ad sedem. glo. soluit, fatendo contrarium. Secundò sentit cōtrarium, ꝙ petat restitutorium: licet per se aut per complices, vel mandato suo non spoliauerit, vt in cap. sæpe. alle. in glo. fatetur contrarium. In ea. glo. ibi, tenetur etiam alia ratione. Dic, hoc intellige vt non teneatur interdicto, vnde vi, per ea, quæ statim dixit glo. sed iudicio possessorio ex condictione decretalis, sæpe. Et ex prædictis & ex glo. iuncto tex. no. sing. ꝙ libellus alternatiuus non vitiatur, quando est talis alternatiua, quæ non inducit obscuritatem, & in qualibet parte concluditur intentio libellantis: licet non oriatur eadem species agendi, sed diuersa: nam expoliatione propria, vel ipsius mādato, aut ratificatione commissa, cōpetit interdictum, vnde vi, sed expoliatione alterius, & receptione possessionis scienter facta, competit condictio c. sæpe. alleg. in gl. & tamen videtur procedere libellus super possessorio ratione spoliationis per se, seu per complices, de qua materia latiùs dicam in titulo, de lib. obla. Glo. 3. sentit contrarium, quòd licet iste nobilis haberet castra & reditus in diœcesi Andeuagensi, nō tamen potest dici, quòd propter hoc habeat ibi domiciliū, quia sola domus possessio &c. Glo. soluit, ꝙ non solùm habebat ibi castra, sed etiam habitationem. Et sic no. quòd ex habitatione in loco quis dicitur sortiri domicilium ibi, de qua materia latius dicam in c. fin. eod. Et ad intellectum glo. relatæ ad tex. adde, quæ dicam in seq. gl. ¶ In gl. super verbo, in eadem. in fi. dic, Sed contra hanc glo. & contra tex. opponitur. Aut enim computatio dietarum fit à loco domicilij, prout dicit glo. in cap. statutum. §. cum verò. quæ incipit, olim dicebamus. de rescript. lib. 6. Et frustra Papa exigit, quòd inquiratur, an ibi sit res litigiosa. Aut computatiō fit à loco rei sitæ, secūdum quod sentit glo. & secundum communem opinionem antiquorum. Et etiam Innocen. & Host. hic, & tunc frustra tex. videtur requirere, ꝙ ibi habeat castrum, in quo interdum iste conuentus consueuerit habitare. Sol. Ad id quod dicitur in tex. de habitatione secūdum Doct. debet suppleri verbum, maximè, quasi velint, quòd istud non sit necessarium, sed sufficiat, ꝙ ibi sit res sita, & ꝙ hic positum fuit in tex. quia sic fuit allegatum per partem. Alij verò intelligētes quòd fiat computatio à loco domicilij: vel habitationis, in quantum litera videtur requirere rem ibi sitam esse, supplent verbum, maximè. Et hoc plus placet Zab. & sic patet, ꝙ secundum vtrunque intellectum, litera non potest stare sine supplečtione. Sed intellectus placet Dom. meo, mouetur: quia nō est verisimile, quòd Papa voluerit aggrauare istam viduam superfluis probationibus. Et si alterum fuisset sufficiens, Papa mandasset alternatiuè, non copulatiuè, vt in c. exhibita. supra de iud. & in c. cum iam dudum. infra de præben. Vnde in effectu concludit Dom. meus, quòd olim & hodie computatio debeat & debet fieri à loco [a] domicilij: etiā vbi ageretur reali, cum limitatione, de qua statim dicam. Distinguit ergo Dom. meus, ꝙ aut quis conuenitur coram ordinario rei sitæ: Et hoc est clarū, quòd ratione rei sortitur ibi forum, per iura allegata in gl. de qua latius dixi in c. 3. supra eod. Aut conuenitur ibi coram delegato. Et idem est dicendū, quia sicut ibi sortitur forum coram ordinario, ita debet posse conueniri coram delegato, vt sentit Innoc. in c. dilecti. infra eodem. Aut delegatio fit extra locū vbi res est sita, & extra locum domicilij conueniendi: Et hoc casu, si in loco rei sitæ nullum habet domicilium, fiet computatio dietarum à loco domicilij, & si plura habet domicilia, inspiciemus principale & magis frequentatum. Sed si cum foro rei sitæ concurrit, quòd quandoque ibi consueuerit habitare, quamuis in illo loco rei sitæ non sit principalius & frequentius domicilium, tamen quia agitur vigore rei sitæ, & concurrit duplex vinculum, scilicet rei sitæ & domicilij: quamuis non principalis, attendimus locum rei sitæ, & ab illo debet fieri computatio dietarum, quia duo vincula vincunt unum, vt in c. 1. sup. de treu. & pa. & in authent. itaque. C. communia de successionibus, quæ distinctio est valde notabilis, & subtilis consideratio, & mihi placet.

8 ¶ † Sed circa prædicta quæro pro intellectu prędictorum, & tex. quid intelligatur per verbum, Leuca. Sol. Dic, quòd secūdum Philippum, Leuca est spatium continens duo miliaria: sed dicit Hostien. quòd iste 12. Leucæ, de quibus in tex. solùm continebant 20. miliaria. Et sic erat una dieta, vt in l. 1. ff. si quis cautio. & in l. 3. ff. de verbor. sign. vnde dicit, ꝙ tres Leucæ in illo loco faciunt quinque miliaria. Et dicit hic Fran. Vercel. ꝙ Leucæ in Francia sunt magnæ, in Burgundia maiores, in Anglia & Alamania sunt maximæ, & sic residet Ioan. An. Glo. fin. in princ. est declaratiua literæ. deinde in ver. & sic uidetur colligi ar. contra quod opponit de quatuor iuribus, & soluit, deinde in ver. Item est ar. colligit aliud ar. deinde in ver. item exceptio, sentit contrarium. quod falsitas illa narrata in rescripto per Reginam, ꝙ castrum illud pertineret ad eam iure dotalitij, debebat literas uitiare, saltem ope exceptionis glo. soluit & satis obscurè loquitur. deinde in ver. sed quare, sentit contrarium, ꝙ ista non debuerit appellari Regina, & soluit. In ea. glo. ibi, & ita literæ ab initio suspensæ manent. Dic de hoc, vt latè dixi in c. licet. supra eod. in glo. 1. vbi tractaui intellectum tex. nostri, & c. ex tenore. supra eo. & quantum ad id quod dicit gl. vt tollat contrarium de c. ex transmissa. & c. cæterum. dum dicit, ꝙ illa iura, dum uolunt, quòd solus dominus feudi possit cognoscere de re feudali, & non alius: non data negligentia domini feudi, procedunt in petitorio, non autē in possessorio, dic de hoc vt latius dixi in d. cap. ex transmissa. in tertio membro princip. primæ q. principalis. In ea. glo. ibi, non debet proponi in exceptione dilatoria. Dic, sentit ergo gl. duas solutiones ad cōtrarium. Prima est, quod in literis impetratis super possessorio, licet aliquod falsum narretur super proprietate, non tamen uitiantur tales literæ. Secunda solutio & melior, quod falsitas narrata circa merita causæ non vitiat rescriptū, sed debet reseruari ad merita, sicut reseruaretur ipsa exceptio peremptoria, secus si committeretur

ADDITIO.

a ¶ *Vide latius de hac materia per An. Sicul. in c. dilectus. de rescrip. & pondera textum contra ea, quæ hic dicuntur in l. si post sententiam. C. de appel.*

mitteretur falsitas circa exceptionem dilatoriam. & quamuis Doct. antiqui dubitauerint, tamen est hodie tex. expressus de hoc in cap. 1. in fi. de li. contest.
a lib. 6. & ad hoc dictum ponit hic Vinc.[a] duas notabiles limitationes, de quibus dixi in c. super literis. supra de rescript. aliquid traditur in c. cum ordinem, & in c. constitutus. eo. ti.

ADDITIO.

a ¶ *Et ad vnam limitationem Vinc. quando notoriè constat de falso expresso, vide Ro. consi. 466. & consil. 214. vbi dicit, quod omnis exceptio, per quam ostenditur agentem non habere ius, potest opponi ante li. contest.*

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictio ciuitatis, per quem exerceatur.*
2 *Ecclesiæ speciali iure, possunt castra aliqua cõpetere.*
3 *Iurisdictio non possidetur, sed quasi possidetur.*
4 *Collata Ecclesiæ in dubio pro animæ censentur conferri remedio.*
5 *Relicta Ecclesijs non debent ad alios vsus conuerti.*
6 *Sacrilegium multis modis in rebus Ecclesiæ committitur.*
7 *Dictio collata, ad quid referatur, & ad quid dictio relicta.*
8 *Practica quæ in interdicto, vti possidetis, sit seruanda.*
9 *Libellans pro iuribus incorporalibus succumbit, si se esse in vera possessione dixerit.*

CONQVESTVS. Laici vsurpantes iura ecclesiarum, velut sacrilegi per iudicem ecclesiasticum compescuntur. h. d. & primò ponitur querela Episcopi. Secundò iudicis datio, cum præambula iustificatione ibi, cum autem. & in tex. ibi, ac esse. dic, & per hoc videbatur intentari interdictũ, vti pos. l. 1. §. interdictum. ff. vti pos. secundum Host. & Ioan. And. Idem in tex. ibi, per violentiam, non intelligas, quòd ista violentia esset spoliatiua: quia tunc non bene diceret Episcopus, quòd esset in quasi possessione. Sed debes intelligere de violentia inquietatiua, secundum Innoc. & Ioan. Andr. Item, in tex. ibi, modis alijs, dic vt puta, emptione, permutatione, vel vsucap. vt Instit. de re. diu. §. per traditionem. & C. de pact. l. traditionibus. secũdum Hostien. & Ioan. And.

1 ¶ † Primò no. ibi, potestas & commune, quòd iurisdictio ciuitatis exercetur per rectorẽ ciuitatis, tam
a in ciuitate, quàm in castris ciuitati subiectis.[a] Nam tales rectores & potestates dicuntur habere quasi præsidentalem potestatem, facit lex fi. C. de præscr. lon. temp. & castra subiecta ciuitati non dicuntur habere iurisdictionem, quamuis ciuium app. veniãt homines ipsorum castrorum, ad quod vide no. in l. qui ex vico. ff. ad munic. & in l. qui in continentibus. ff. de verb. sign. intellige tamen, quòd hoc procedit ex lata & non propria significatione, & vide bonum tex. in l. 3. C. de natura. lib. & in l. nulli. C. de episc. & cler. & per Bar. latè in consilio quod incipit, quæritur vtrum iurisdictio. & hoc procedit de iure cõmuni. de consuetudine tamen, ex priuilegio possunt talia castra habere iurisdictionem. de quo per Bart. in l. 1. ff. de dam. infec. ad quod uide quæ latè dixi in c. cum contingat. supra eo.

¶ Quid autem de castris & locis confœderatis, &
b quid de his, quæ præstant pallium,[b] aut quid annuatim, vtrum videantur subiecti, vel liberi? vide per Bar. in d. l. 1. & in l. nõ dubito. ff. de captiuis & postli. reuer. de his autem, qui se submittunt protectioni alicuius ciuitatis, an dicantur in illam trãsferre suam iurisdictionem. Bar. simpliciter dicit quòd non, in l. 1. C. de excu. mu. lib. 10. & vide latè per eum in tractatu de tyranno, & per Bal. in authen. decernimus. C. de sacrosan. eccles. Quinimo Barto. in d. l. 1. C. de excu. mu. plus voluit, quòd etiam si se cõmittit quis protectioni & regimini alterius, non transfertur merum vel mistum imperium. ar. illius l. 1. quamuis hoc vltimum de regimine, sit magis dubium, & vide no. per Barto. in procemio ff orum, & quod no. in cap. recepimus, & in c. ex parte tua. supra de pri. Vtrum autem concesso castro vel territorio, venditionis titulo, aut simili, videatur cõcessa iurisdictio, vide per Dyn. & Barto. in l. inter eos. exequendi. ff. de acquir. rer. dom. in princ. & l. 3. in princ. ff. de acquir. posses. & per Bald. in l. à procuratore. C. mand. & per eum in cap. 1. de capitaneo, qui curiam vendidit. & in cap. 1. §. ex eadem. de l. Corradi. in vsib. feu. & vide Oldr. qui etiam multa alia iura alle. consil. 244. & per Bald. consi. quod incip. commune Spoleti, & prædicta notabis, quia quotidie veniunt in pract.

2 ¶ † Secundò no. quòd ecclesiæ iure speciali possunt pleno iure aliqua castra compètere. Et quid importet, pleno iure, statim videbimus, in gl. 1.

3 ¶ † Tertiò no. ibi, in eius quasi possessione, quòd iurisdictio non dicitur possideri, sed quasi possideri: quia iurisdictio, sicut cæteri iura, est quid incorporale. Instit. de rebus corporalibus. §. primo. Incorporalia verò proprie quasi possidentur, vt in cap. querelam. supra, de electio. & in iuribus hic allegatis in glo. 2. & in cap. fin. supra titu. 1. valet tamen li-
c bellus,[c] licet in iuribus incorporalibus quis dicat se possidere, vt traditur per Bart. in l. sed & si possideri. ff. de iureiur.

4 ¶ † Quartò no. quod collata, seu relicta ecclesiæ, in dubio videntur relicta pro remedio animæ peccatorum. Et sic etiam iudicantur, vt pia relicta, ad idem 12. quæstio. 4. cap. Pontifices. & infra de test. cap. requisisti. & latè per Lud. Pontanum in repet. authen. similiter. C. ad leg. Falc. & quod hic dicitur de ecclesijs, idem dicunt Docto. de alijs pijs locis, per d. c. requisisti. & c. officij. inf. de test. secundum Hostien. & Ioan. An.

5 ¶ † Quintò no. quod relicta ecclesijs nõ debent ad alios vsus conuerti. ad idem c. ad hæc. infra de reli. do. & de conse. dist. 1. c. ligna, & cap. vestimenta. ad quod vide quæ latius traduntur in regula, semel Deo. de reg. iur. lib. 6.

¶ † Sextò

ADDITIONES.

a ¶ *Subiectis. Adde Abba. in consil. suo 3. in 1. lib. & an castrum exemptum teneatur vti statutis ciuitatis, & inseruire eiusdem necessitatibus, vide Alexan. consi. 152. lib. 2.*

b ¶ *Vide de hoc latius per d. Soc. consi. 7. col. 1. versi. ex quibus verbis. & consi. 74. col. 3. ver. præterea dictis.*

c ¶ *Valet tamen libellus. Adde D. Philip. Dec. consi. 28. colum. 5.*

per se citare. pro qua facit tex. in d. §. contrahentes. ibi dum tex. dicit, autoritate eorum citati. & infra de cler. non resi. c. ex tuæ. & c. ex parte, & c. fi. Quare voluerunt Hostien. & Archi. quòd si tales extra locum contractus faciunt copiam sui sunt citandi personaliter antequàm repetentur contumaces, per no. in l. 1. C. quæ sen. sine app. rescin. Et per hoc facit tex. in d. §. contrahentes. dum text. ibi dicit, peruenerit ad eosdem. Hoc tamen limitant, quando ille qui est citãdus, est intra prouinciam: secus si est extra prouinciam. Intelligit tamen Archi. de prouincia vulgari, non canonica. alleg. no. in c. cùm olim. ad fin. infra de dolo & contuma. ibi dum tex. dicit, in Hibernia. & sequitur etiam Gof. & Archid. 3. quæst. 8. in c. caueant. Gof. tamen in sum. huius tit. post prin. apertè, & simpliciter tenet quòd iudex possit citare contrahentem, etiam extra forum contractus. Mouetur, quia non est necesse, quòd locus in quo quis citatur, sit subiectus citanti, vt probatur in l. fi. si interpellatur. §. 1. ff. de arbi. Nã arbiter citat per nuncium & epistolam, vt in l. diem proferre, eod. tit. Et tamen constat, quod arbiter non habet territorium. Simile etiam videmus in canonicis, qui pro electione celebranda, aut similibus actionibus exercendis, citant canonicos, vt supra de elect. cap. cum nobis olim. Et pars etiam quandoque citat partem, vt no. in capitulo primo, de elect. lib. 6. & in Clemen. causam, de electio. Item videmus, quòd ex delatione facta extra territorium, proceditur intra territorium, vt in cap. nouit, de offi. deleg. & in l. 1. de offi. præfec. vrb. Sic etiam ex citatione extra forũ facta, debet posse procedi intra territorium. Item facit in simili, quia citatio potest fieri die feriata, ad diem non feriatam. de quo plenius traditur in c. fi. infra de ferijs. ergo & citatio facta in loco non subiecto, ad locum subiectum, debet valere, arguẽdo de tempore ad locum, secundum no. in l. vinum. ff. si cert. pet. Secunda opi. fuit per contrarium, quòd talis citatio non possit fieri extra territorium, per tex. in cap. 2. in fi. infra de consue. lib. 6. & in l. fi. ff. de iurisd. omn. iud. & quod no. in Cle. pastoralis, de re iud. vbi tex. probat, quòd non debeat fieri citatio extra territorium: sed requiri debeat iudex illius territorij, seu loci vbi citandus degit, vt illum citet. facit quod no. Spec. in titu. de compe. iud. adi. §. 1. ver. sed quomodo. & in tit. de accus. §. 1. ver. sed nunquid. & §. fi. ver. vt autem. Præterea, non est dubium, quòd iudex contractus, aut alius non potest extra suum territorium totum iudicium exercere: ergo nec partem, cum idem ius esse debeat de parte, quò ad partẽ, &c. infra de dona. c. nuper. 14. q. 5. c. pęnale, & in l. quæ de tota. de rei vẽ. Quod autẽ citatio sit pars, probatur in c. quoniam contra. infra de proba. Præterea speciale est in ipso expulso à diœcesi, vt extra suam diœcesim possit citare & cognoscere, vt in d. Clem. 1. eod. titu. ergo regula est in contrarium, vt ibi probatur, & in l. 1. in fine. ff. ad mun. & in c. 2. infra de coniu. lepro. Præterea, cum iudex existens extra suum territorium cẽseatur vt priuatus, vt ff. de offi. Præto. in l. 3. ergo fortius ipsius nuncius vel epistola, & sic nõ potuerunt arctare citatum. Ioan. Andr. in d. §. contrahentes. dicit, ꝙ satis putat, quòd iudex cõtractus possit citare extra territorium per se sine requisitione iudicis, sub quo citandus degit, per tex. in d. §. contrahentes. dum dicit eorum autoritate citati. & sic patet, quòd non autoritate alterius iudicis, sed sua propria possit citare, etiam existens extra territorium: non autem dicit tex. ad ipsorum requisitionem citari. & vult ille tex. quòd taliter citati, seu comparere contendentes, dicantur contumaces, quamuis non simpliciter, sed quo ad aliquid, vt infra subijciam. Hoc tamen dicit intelligẽdum solum de citatione verbali, non autem de reali, per quam persona distringeretur. vnde non potest committere ibi capturam fiẽdam. Et quidam sequentes hanc opin. dicunt in simili tex. in l. omnes. C. de episc. & cler. in verbo, verum si apparito. & ibi tenent Iac. de Are. & Cy. in iudice delicti. ad quod vide, quæ latius dixi in cap. postulasti. in 2. princ. artic. supra eod. Et hanc etiam opin. sequitur Ioan. de Imo. in d. §. cõtrahentes, per istum tex. dum dicit, & alibi sui copiam facit. dicit tamen, quòd tutius est quòd fiat citatio per iudicem territorij, vbi ille degit, ad requisitionem iudicis contractus, per no. infra de priuil. in c. volentes, in verbo, neque. in 6. vbi patet, quòd contrahenti iniungitur, quòd vadat ad locum cõtractus, & quòd delinquẽs remittatur ad locum delicti. Et sic videtur, ꝙ etiam in contractibus habeat locum remissio, de quo dicetur in 3. princ. articu. Aliqui tamen dicunt, quòd hæc decretalis hoc non dicit, sed solum quòd non exemptus à iudice domicilij, remittatur ad iudicem contractus, verbo duntaxat, sed non re, de quo dicam ibi. Ad contraria respondetur, & primò ad prima contraria, quòd loquuntur in ius dicente extra territorium. Sed citare, non est ius dicere vel iudicare: sed potius requirere. vnde dicit Io. Mon. in d. §. contrahentes, quòd citatio habet duo extrema, videlicet interlocutoriam de citando, & illa est iurisdictionis: & quandoque appellatur sententia, vt in l. fi. C. de procu. & in l. omnes. §. præterea. & l. cum clericis, ad fin. C. de episco. & cler. Et ideo talis pronunciatio non potest fieri extra territorium. Aliud extremum est ipse actus citationis, vel quo citatio nunciatur. Et iste non est iurisdictionis: & ideo fit per nuncium, vt in c. fin. de ferijs. Et ideo voluerunt Pet. & Cy. quòd quamuis actus iurisdictionis non possit exerceri extra territorium, non obst. tex. in d. §. contrahentes, in verbo, sed nunc, & in c. postulasti, supra eo. quia loquuntur in executionem sententiæ & missionem in possessionem, quæ fit re ipsa, per quam nedum iurisdictio simplex, sed etiam mistũ imperium exercetur, vt in l. iubere. ff. de iuris. omn. iudi. Ad Clem. pastoralis, respondetur, quòd Imperator ibi non erat iudex delicti ex loco. vel dic quòd iudex cõtractus citat extra suum territorium: quia citatio nõ afficit personam aliquo modo, cum solum fiat ad effectum, vt procedatur ad missionem in possessionem: quæ etiam fieri potest de absente causa republicæ & de pupillo. Sed citatio, quæ fit ratione delicti, de quo loquitur d. Clem. pastoralis. afficit personã, & ipsam respicit citationis effectus. & ideo casus est diuersus. vnde dicit Io. Mo. in d. §. cõtrahentes. ꝙ licet quò ad sortiendum forum, delictum & contractus æquiparentur, tamen quò ad trahendum aliquem inuitum, non æquiparantur. quod patet ex his, quæ dicta sunt in cap. postulasti, supra eodem, in secundo articu. princ. & ex his, quæ dicam inf. in 3. art. prin. Ad tertium contrarium re-

spondetur, quod sæpe licitum est in parte, non est licitum in toto, vt no. in cap. fi. in verbo, vices. de offi. deleg. lib. 6. vbi patet, quòd ille, qui non committit iurisdictionem, committit citationem. Et uide quæ no. in l. si quid. ff. de leg. 3. Nam ubi est diuersa ratio partis ad partem seu partis ad totum, non procedit ar. vt in Cle. 2. de reb. eccle. non alie. dixi post Doct. in c. pastoralis. §. 1. supra de offi. deleg. Ad aliud arg. de cle. quamuis. de foro compe. dicendum est, ꝙ verum est quod sit ibi speciale, sed loquitur in alio casu, videlicet, in exercenda iurisdictione extra territorium ratione expulsionis, & sic in contrarium est ius commune. Sed nos loquimur in actu, qui non est iurisdictionis. Ad vltimum arg. satis potest responderi ex his, quæ dicta fuerunt in prima responsione. Et hoc quasi formaliter ponit Ioan. And. in d. §. contrahentes, in nouella. Zen. in d. Clem. pastoralis. simpliciter tenet, quòd citatio fieri debeat per iudicem, in cuius territorio est ille, qui conuenitur ratione contractus. Et ad requisitionem iudicis cótractus per d. §. cótrahentes. & per l. properandum. §. sin autem. C. de iudi. & ibi tenet Matthæus. Et in effectu videtur etiam voluisse Laudunius in d. cle. pastoralis, qui dixit, quòd citatio duo continet, interlocutoriam, secúdum quod dixi supra; & executionem, quæ fieri debet per apparitorem, vel nuncium, primam non potest facere extra territorium, secundam sic. Sed aduerte, vt vidisti, iste articulus est satis dubius, & intricatus & difficilis, in quo vidisti prædictorum opiniones, de quo per Dom. Ant. & Dominum meum, & Zaba. in c. fin. infra eodem, & per Pau. in cap. 2. in fi. de consti. lib. 6. sed plenius per eum in d. Cle. & ibi etiam plenius per Zab. tangit etiam quædam notabiliter Bar. in extrauaganti, ad reprimendum. in Glo. super verbo, per edictum, & aliquid per Io. Cald. in c. 1. infra de rap. latè etiam tractat do. Domi. in d. §. contrahentes, & ibi ponit vnam notabilem distinctionem, quæ mihi multum placet, & melius loquitur, quã aliquis alter. Et ideo eam prosequor quibusdam additis. Distingue igitur sic, quòd aut quæritur de citatione, quæ fit quo ad primum extremum emanans ab ipso iudice, vt in cognoscendo & pronúciando circa citationem: Aut quo ad secundum extremum, videlicet de ipso actu citationis.

24 ¶ † Quo ad primum dicendum est, quòd talis citatio [a] nó potest fieri extra territorium regulariter, per l. fi. ff. de iur. omn. iu. & c. 2. de consti. in 6. & supra dixi secundum Io. Mo. Hæc tamen regula fallit in terminis Cle. quamuis. eo. tit. Item secundũ eum dici posset, ꝙ fallit in prima citatione, quę potest fieri in prin. iudicij, sine causæ cognitione, secundum quod no. in c. cum contingat. supra de rescrip. & in c. licet. infra de accu. quia talis citatio non dicitur esse actus iudicialis, vt no. glo. in Cle. 1. de iud. Et sic cessat ratio regulæ. de quo tamen dic vt in dictis iuribus, & tangit etiam do. Dom. in c. fi. de ele. lib. 6.

25 ¶ † Circa secúdum casum de executione citationis subdistingue, ꝙ aut quædã est executio actualis seu realis, vt quia iudex mandat vt quis capiatur, & ad eum ducatur, & ista non potest fieri extra territorium citantis, vt probatur expresè in d. §. contrahétes. dum prohibet inuitos trahere personaliter existentes extra locum citantis ratione fori contractus. facit etiam d. Cle. pastoralis. ibi dum tex. dicit, & si quando veniret in suam, & imperij fortiã. quædam est executio verbalis, & subdistingue ꝙ aut est talis per quam designatur, quòd si talis iurisdictioné habeat in loco, sicuti potest dici illa, quæ fit per præconem, & talis non potest fieri extra territorium, quoniam missio talis publici præconis est signum iurisdictionis, quã habet illo in loco, per quem, siue in quo mittit præconium, vt sentit Glo. in c. quod clericis. supra eo. & no. Inno. in c. dilecti. de capel. mo. facit Cle. grauis. de sent. excom. Quare cum iste nó habeat iurisdictionem in loco, non videtur ꝙ hoc facere possit, & ista fuit singularis no. in d. Cle. pastoralis. Quędam vero est executio merè verbalis, non designans iudicem habere iurisdictionem in loco, vt puta, quia simpliciter citatur, vt ueniat ad iudicem per nunciũ vel epistolam. Et in hoc subdistinguit d. Dom. quòd aut est iudex ordinarius, etiam ratione domicilij, & hoc casu potest citare etiã existentem extra territorium.

¶ Et ita potes intelligere rationem Ioan. And. & opin. ipsius, & tenet Pau. in d. cle. pastoralis. Et ratio est, quia iste non habet aliũ iudicem, per quem possit citare talem, & sequitur Bart. in d. extrauaganti. Et potest hęc citatio fieri ad finem, vt imponatur pęna corporis afflictiua, quando illa pęna statim imponitur à iure communi, vt lex statim imponit pęnam infamiæ. 2. q. 7. §. punire. Et ratio est, quia talis pęna imponitur à iure communi, cui omnes subsunt, vt in c. 1. de consti. & in l. omnes populi. ff. de iust. & iu. nisi aliud disponeretur à lege vel iure muni. Et idẽ dicendum est, quando senrẽtia traheret secũm executionem, quo ad actum priuationis, vt in priuatione beneficij, in clerico, secundum ea, quæ traduntur in c. ex tuæ. infra de cle. non resi. & in c. extirpãdæ. §. qui vero. infra de præb. Secus quo ad execut. facti, vt in c. postulasti. sup. eo. & Pau. in d. cle. pasto. & ideo secus est etiam, si requireretur ministerium hominis. Ex quo infert Paulus, ꝙ virtute istius citationis non poterit excommunicare subditum existentem extra territorium, per c. 2. de consti. in 6. Et ratio est, quia cum excommunicatio trahat secum executionem, vt in c. pastoralis. ̄j. de app. ideo sicut nó potest exequi actualiter in territorio alieno, ita nec potest ferre excommunicationẽ, quę in alieno territorio traheret secum executionem. Sed d. An. in c. fi. inf. eo. tenet contrarium, & tenet gl. 9. q. 2. c. episcopũ. Et patet hoc in Paulo Apostolo, qui excommunicauit Corinthium absentem. inf. de app. cũ sit Romana. Non obstant iura allegata per Paulum, quia loquitur de executione, quã iudex actualiter vult facere, quam faciendo turbaret alterius iurisdictionem. Et ideo non potest illam facere. Sed executio excõicationis transit inuisibiliter. Quare si eadem potestas in iudice trãseat sine turbatione iurisdictionis, meritò potest fieri. Vel secundo põt responderi, secundum d. Do. ꝙ excommunicatio trahit secum executionem ex dispositione iuris cómunis, vt dicit tex. in d. c. pastoralis. Et ideo videtur quòd

ADDITIO.

a ¶ *Citatio an possit fieri extra territorium, vide eundem Soci. in consi. 167. ver. præterea.*

quòd fieri posit secundum aliam theoricam Pauli. Non obst.c.2. de consti. in 6. quia respõdet D. Ant. quòd loquitur, quando vellet excommunicare ex causa originata in territorio alieno negatiuè, cuius contrarium affirmatiuè esset adimplendum in territorio citatis: tunc posset, sicut est ex eo, quòd non vult comparere, istud est negatiuum, & vult in territorio alieno. Sed contrarium affirmatiuum debet fieri in proprio territorio. Et tunc posit excommunicare per not. in c. ex tuæ, infra de cler. non resi. Sed tu aduerte, quia quamuis ista videatur subtilis consideratio: tamen nõ video, quòd in iudice domicilij sit adhibenda hæc difficultas. Nam iudex domicilij potest citare in loco proprij domicilij, licet citandus ibi non reperiatur, vt dicam in c. fi. inf. eo. Et sic non est opus citationem facere extra domicilium, sed solum prædicta possunt procedere, quando essemus in casibus, in quibus necessaria esset personalis citatio ad habitationem, seu ad domum. Aut iste, qui vult citare, non est iudex ratione domicilij, sed ex accidenti, videlicet iure contractus: Et tunc secundùm d. Doc. distinguendum est, quia aut locus, in quo debet fieri citatio, non est eiusdem iurisdictionis vniuersalis, sed differt ratione maioritatis: & tũc citare nõ poterit, sed debet requirere iudicem illius territorij, vt citet, & iste est propriè casus Cle. pastoralis. Nam Imperator non potest in terris de temporali iurisdictione ecclesiæ, quia sunt diuersæ iurisdictionis vniuersalis, & maioris. Aut differt à iurisdictione vniuersali, sed minori, & tunc posset, vnde Papa, qui est Vicarius Christi, cuius est vniuersalis orbis. 9. q. 3. cap. cuncta per mundum. & in cap. tuæ. infra de decimis, potest citare in terris imperij, & ita concludit Bartolus in l. prima. ff. de requi. reis. & in extrauaganti, ad reprimendum. Sed tu circa hoc aduerte ad ea, quæ dixi in capitulo, postulasti, supra eodem, in secundo principali articulo. Si autem non differt à iurisdictione vniuersali, vt quia vnus Episcopus vult citare in diœcesi alterius, vel præses aut alius iudex secularis in territorio alterius iudicis secularis ita, quòd ambo subsint imperio. Et hoc casu, aut vult facere ad finem & effectum distringẽdi bona, quæ sunt in territorio citatis, & hoc facere potest, & iste est casus in d. §. contrahentes. Aut vult facere ad finem distringendi bona alterius territorij: Et hoc etiam facere potest verbaliter duntaxat, vt ipse decernat, vt iudex alterius territorij in possessionem mittat. & hoc potest facere, etiã si ipse reus in illo alio territorio faciat copiam sui, & paratus sit respondere. Nec obst. quòd de bonis alibi sitis non
a posit iudex decernere, vt in l. cum vnus. §. pen.[a] ff. de bo. auth. iud. pos. quia aut iudex generaliter decreuit missionem in bonis fieri contumacis, & tunc talis generalis pronunciatio non extenditur ad bona sita extra territorium nunciantis, quia in dubio videtur decernere de bonis sui territorij. & ita procedat cõtrarium. Aut non decreuit generaliter, sed specialiter: & tunc, aut decreuit missionem fiẽdam in bonis alterius territorij, & potest. Ita debet intelligi quod dictum est. & est tex. in d. §. contrahentes. Aut præcipit, quòd in illis fiat missio, & vult pro se exequi, & non potest. & ita etiam potest intelligi d. l. cum vnus. §. penul. & sequitur Host. in d. c. postulasti. Ioan. Mo. Archi. & Ioan. Andr. in d. §. contrahentes. Nec obst. l. magis puto. §. illud. ff. de reb. eorum. vbi quis potest iubere, seu interponere decretum de rebus, quæ nõ sunt in suo territorio, quia verum est, quòd potest ratione personæ sibi subiectæ. Sed non potest per se executionem facti facere, vt no. Barto. in d. §. penul. Si verò citatio fit ad finem afficiendi personam propter cõtumaciam: tunc si iste citauit antequam excõmunicaret, dic vt supra dixi in prin. Si autem nunquam citauit in territorio, nõ poterit citando afficere personam, vt posit excommunicare, vt no. in d. §. contrahentes. & no. Vinc. in c. sanè, supra eo. Nam si non potest inuitus compelli: ergo non est contumax. si non est contumax, ergo non potest excõmunicari, vt in c. sacro. infra de sent. exc. Sed aduerte circa prædicta, quia D. Ant. in c. fin. infra, eo. sentit, quòd iudex contractus posit requirere iudicem contrahentis, vt illum citet etiam ad finem, vt coram eo discutiatur de obligatione personali personaliter, ita vt eum posit directè condemnare, si aliud non obsistat. quod dictum non placet Domino meo per tex. in d. §. contrahentes. qui indistinctè vult, quòd non potest eum trahere inuitum. sed si non teneremus opin. Domini mei per hunc modum, per viam indirectam traheret eum inuitum in contractibus, non habet locum remissio, vt dicam in 3. artic. princ. Sed mihi plus placet opinio domini Antonij ponderatis verbis suis dum dicit, nisi aliud obsistat. vnde arbitror sic dicẽdum, quòd aut est talis causa, in qua vel de iure communi, vel ex consuetudine, vel statuto potest procedi lite non contest. ad sententiã diffinitiuam contra absentem, & hoc casu dico, quòd facta citatione talis absentis per se, vel per iudicem illius, vbi degit citandus ad requisitionem iudicis contractus, & hoc casu, cùm ille sit contumax, & nos ponamus, quòd posit procedi ad sententiam lite nõ contest. quòd iudex contractus poterit ipsum sentẽtialiter condemnare: aut talis est causa, in qua non potest procedi ad sententiam lite non contesta. & tunc procedat dictum Domini mei, quia tunc istud obstat, secundum quòd voluit do. Anto. vt arbitror. & sic non obst. §. contrahentes. quia loquitur regulariter lite nõ contes. contra contumacem non potest deueniri ad sententiam diffinitiuam, sed ad missionem in posses. vt infra, vt lite non conte. per totum. vnde qua ratione potest cõtra istum hoc casu procedi ad missio. licet sit extra territorium propter citationem etiam factam extra territorium, eadem ratione debet posse ferri sententia contra eum, sic non obstante contumacia li. non contesta. potest ferri sententia, & prædicta notabis singulariter, quia nouissima sunt, & ad prædictam materiam vide Spec. in titu. de primo decre. §. nunc uidendum. ver. pe.

¶ Decimotertiò quæro, quia supra dixi, ꝙ si iudex contractus scribit alteri iudici vbi degit reus cõuentus, ꝙ mittat in possessionem, quid iuris, si ipse iudex, cui scribitur, non vult illam facere? Sol. dic, quòd talis videtur peccare, non tamen potest compelli à iudice cõtractus, nisi alias sit suus iudex superior,

ADDITIO.

a ¶ §. *penultimo. Adde ibi Bartolum, vide per Doctores in l. à diuo Pio. §. primo. ff. de re iudicata.*

rior, secundum Ioan. Mon.& Arch. Nec ob.secun-
a dum eos.ff.de re iudi.l.à diuo Pio.[a] §.1.vbi dicitur, quod iussu pronunciantis debet alter exequi senté-tiam,quia intelligitur de iussu superioris iudicis,nõ æqualis, aut inferioris. vel potest dici,quòd non sumitur iussus pro necessitate, sed vt quandoque sumitur materia tituli,quod iussu.in l.1.§.1.eo.titu.facit quod no.in Cle.pastor.de re iud. Et sic no.quod siue loquamur in ecclesiastico, siue seculari superiore iudice,tenebitur inferior obedire. Sed in æquali aut inferiori,non datur necessitas parendi,sed est in facultate sua, licet malè agat, & ideo secularis nullo modo potest cogere ecclesiasticũ, per no. in c.cum inferior.supra de maio.& obed. & sequuntur Ioan. And.& do.Domi.in d.§.contrahentes. Sed aduerte ꝙ ego arbitror, ꝙ iudex iste alterius territorij non posset compelli, quia esset æqualis aut superior, & nollet complacere, ꝙ hoc casu fortè dicendum est, ꝙ posset procedi ad sententiam per iudicem contractus, postquam non datur aliud remedium, secundum quod dicemus,quod proceditur ad sententiã, quando competit aliud remedium, nisi fortè diceres,quod huic creditori competit aliud remedium, quia potest agere coram iudice,vbi ille habet domicilium. Cogitabis,quia nunc venit in mentem.

26 ¶ † Decimoquartò, vtrum creditor, cui existenti in vno loco facta est promissio de solutione faciẽda in alio loco, possit statim conuenire debitorem in illo loco. Sol. Dic,quòd non,sed hoc casu,in tali promissione inest tacitè dies,qua possit ad locum illũ peruenire, vt in l.3.§.si qui ita.el secondo, ff.de eo, quod cer.lo. & ideo si hic Senis existens stipulatur ita quòd sibi soluatur Parisijs, non potest statim agi,sed intelligitur data dilat. tanti temporis, quod est necessarium ire Parisios. & ideo si hic Senis existens ita stipuletur, hodie dabis Parisijs,talis stipulatio non tenet, vt in d. §.si qui ita. circa quod vide, quod no.in l.fi.§.si inter.ff.de verb.oblig. vbi tex.videtur contrarius. sed loquitur in alio casu. Et vide etiam in l. si mihi & tibi.§.si quis seruos.ff.de leg.1.

27 ¶ † Postremò circa hanc 3.q.secundi principalis artic. accipe vnum effectum ratione solutionis alibi destinatæ,aut contractus gesti in certo loco, non tamen tanquã à viatore, videtur quis renunciasse priuilegio,ne possit trahi extra suam diœcesim per literas apostolicas,tex.est hic & collegit glo.2.

28 ¶ † Quarta principalis quæstio, quid si existens hic Senis, promittit,se soluturum Mediolani vel Parisijs,ita quòd alternatiuè addat duo vel plura loca. Sol. Dic,quando in omnibus illis locis videtur cõtraxisse per allegatam l.contraxisse. ff.de actio. & obligat. & per ea, quæ dixi supra in princ. 3.princ. q. Et in omnibus dictis locis sortitur forum, sed est in electione actoris, vbi velit conuenire debitorem in alieno ex locis alternatiuè comprehensis, vt in l.3. in princ.ff.de eo, quod cer. loco, quia alias obligatio esset inutilis ex eo, quòd debitor posset semper variare volendo nec cõueniri in uno loco, nec alio, licet enim in alternatiua summarium aut rerum debitarum electio sit debitoris, vt in c. 1.infra de plus petitio. & in regula,in alternatiuis. de reg.iur. lib.6. Et ibi per Dyn. & Ioan. Andr. & in l.cum quidam. C.de verbo.signific, & in l.Lucio.ff.de leg.2.tamen
b secus est in alternatiua[b] locorum per rationem ibi allegatam. Et aduerte, quia creditor agens in altero loco in alternatiua comprehenso, tenetur facere mentionem in libello de alijs locis alternatiuè comprehensis,quia hoc casu,actio non est arbitraria. Et aduerte, quia in facultate ipsius rei est soluere in alio loco, quam vbi cõuenitur per electionem actoris, dummodo eligat ante,quàm petitum sit,hoc est ante litẽ contest. vt in l.amplius non peti. ff.rem ratam hab. Et est bonus tex.in l.si ita stipulatus fu.mil. ff.iudica. sol. Et sequitur Barto. in l.3.in princ. ff.de eo, quod cer. loco. Et aduerte, quia arbitror si ante litẽ contest. reus offerret solutionem in alio loco alternatiuè expresso: Et actor vellet sibi solui in loco iudicij, habetur ratio interesse ipsius rei postquam soluit in alio loco, vbi ex potestate sua potest soluere, licet ipsi soluat in loco alternatiuè expresso, quia respectu solutionis fiendæ, videtur esse in optione rei. Et ideo si compellitur ad ibi soluere, videtur actio esse arbitraria: licet secus sit, si actor in altero ex locis alternatiuè comprehensis petat, quia tunc nulla habetur ratio interesse ex parte ipsius cõtra reum. Sed si alibi cogeretur petere, vt puta, in loco domicilij, non expresso in alternatiua, quia in locis expressis non reperitur, tunc habetur ratio interesse ex parte actoris. Et si actor ageret in aliquo locorum alternatiuè expressorum, & reus offerret solutionem in alio loco extra illa loca, quod facere potest offerendo sortem interesse, ut in l. is, qui certo. & ibi per Barto.ff.de eo,quod certo loco. Et ita potest intelligi lex continuus.§.tamen. ff.de verbor. obligatio. quod est verum secundum Barto. quando locus vel loca fuerint apposita gratia actoris tantum, vel gratia actoris vel rei, vt no. in l.qui Romæ. in princip.ff.de verbor. obligat. Si vero appositus esset locus gratia rei tantum, & hoc obstat, & tunc potest reus ubique soluere, sine aliqua solutione interesse, sicut non esset locus adiectus, de quo dixi in 1. quæst. princip. versi.secundo quæro, & tenet glo. & Barto.in d.l.is, qui certo. per l.fideicommissi.§.cum pupillus.ff.de vsur. & in l.si ita relictum.§.Pegasus, & in l.cum quæst. alias incipit, Iabolenus.ff.de annu.leg. & in l.continuus.§.cum ita. de verbor. obligat. Item aduerte, quia reperio per aliquos legistas allegatum quòd Hostien. hoc dicit, quòd ex quo actori confertur electio loci, vt conueniat reum, quòd non potest postea uariare, & si variat, perdit causam, per tex. in l.1. C.de asser. tol. Sed nõ reperi, nec placet simpliciter. Sed posset intelligi, quando actor traheret reum coram diuersis iudi-

ADDITIONES.

a ¶ *A diuo Pio. Fit tamen differentia, an intentetur actio ex sententia, an vero imploretur officium iudicis, quia primo casu, iudex alterius territorij debet exequi sententiam virtute actionis, quæ loco non circumscribitur, vt latè per Alexan. in d.l.à diuo Pio.§.1.4.colum. ff.de re iudi.*

b ¶ *De materia alternatiua locorum, vide bonum tex. in l.ei apud quem,ff.depo. & de clausula, quòd possit conuenire vbique locorum, vide vltra Bar.in l.non vtique, & in §.seq.ff.quod cer. loco,etiam Bart. & Pau.in l.Lucius.la prima,ff.depos. Et quòd electio sit creditoris, vide Alex.cons.35.incip.in causa & lite,col.pe.& lib.1.*

iudicibus, circa quod vide, quæ traduntur per Doc. in cap. ex tenore, & fi. & ibi dixi supra, de rescript. & & in l. nulli. C. de iudi.

29 ¶ † Quintò principaliter quæro, quando plura loca copulatiuè exprimuntur, verbi gratia: promittis soluere Florentiæ & Bononiæ. Et in hoc casu, in vtroque loco potest agi, sed non potest agi nisi ad medietatem in vno loco, & medietaté in alio, quia diuisa intelligitur esse obligatio. Et tria fuerunt expressa loca copulatiuè, & in quolibet loco potest peti tertia pars. Et si quatuor, quarta, vt est tex. in l. 2. §. si quis ita stipuletur. ff. de eo, quod cer. loco. Et ideo arbitror, quòd si ageretur in loco nõ expresso, actio est arbitraria. Si verò agitur in altero ex locis expressis, dic quòd aut potest ibi agi respectu totius, & ibi aliàs sortiebatur domicilium vel aliàs erat vagabundus. Et hoc casu, si tria loca fuerunt expressa in tertia parte actio non est arbitraria: sed respectu aliarum duarum partium, actio est arbitraria. Si verò actor agat in alio loco quocũque, in quo etiam reus non posset conueniri, sed non opponit declinatoriam: tunc habetur ratio interesse totius, & hæc notabis, quia nouissima sunt.

30 ¶ † Sextò principaliter quæro, quid si aliqua loca sunt expressa, adiecta clausula generali, verbi gratia episcopus Sen. stipulatur quòd sibi soluatur Florentiæ, Bononiæ, & vbique locorum: vtrum iste debitor posit vbique conueniri, & qualiter. Sol. Arbitror distinguẽdũ, ꝙ aut loca expressa sunt expressa copulatiuè, adiecta clausula generali: Primo casu, aduertendum est qualiter concipiantur verba. Nam si diceretur, pro dicta summa voluit posse cõueniri

a Medio. Bononiæ, & Florentiæ, & vbique locorum:[a] Ista verba parum aut nihil operantur, vt traditur in l. si conuenerit. ff. de iurisd. omn. iud. de quo dic vt latius dixi in c. 1. supra, de iud. in gl. super verbo, placere. vnde debent concipi verba ad hoc, vt aliquid operentur sub ista forma, & promisit soluere Florentiæ, Medio. & vbicũque fuerit inuentus. Et istud euidẽtiale est etiam præsumendũ, secundum membrum de alternatiua. Vnde quò ad primum membrum, cõmunis cõclusio Doct. est, quòd ipse potest conueniri in quolibet dictorum locorum: & etiam in omnibus alijs locis similiter non distantioribus, ar. Cle. non potest, de proc. & no. in c. sedes, supra de rescr. & in l. fi. §. cui dulcia. ff. de tri. & oleo le. Prædicta tamen limita, vt no. dixi in d. Clem. non potest, nisi dictum fuerit, & vbicunque fuerit inuentus,

b etiam in loco distantiori.[b] Nam tunc etiam in loco distantiori poterit cõueniri, nisi verisimiliter fuerit incogitatus, arg. no. per Barto. in l. scio. in princ. ff. de ann. leg. & quod no. in l. legitima. ff. de pet. hæred. & in l. si mater. ff. de inoff. testa. Et ideo, vt talis cautela etiam addatur ad clausulam generalé, & vbicunque locorum, & etiam in locis distantioribus, & distantissimis cogitatis & incogitatis, aut penitus inopinatis, & adde quod dixi sequenti quæstio. Sed hic potest cadere dubitatio, vtrum in altero prædictorum locorum posit iste ad totum agere, an verò debeat obligationem diuidere per loca. Est communis conclusio Bart. in d. l. si conuenerit. & omnium Doc. in d. l. 3. §. si quis ita stipuletur. ff. de eo, quod certo lo. quod insolidum vbilibet posit agere, ne aliàs delusoria videatur obligatio, si fieret diuisio inter loca, cùm per hũc modum posset deuenire obligatio ad vnum minimum. Si diceret debitor creditori: tu potes in quolibet loco me inuenire: & ideo ne delusoria fiat debet intelligi, vt in quolibet locorum soluatur totum, vt sic actus potius valeat quàm pereat, vt in l. quoties. ff. de verb. obli. & de reb. du. & de re. iu. & no. in l. 1. ff. de eo, quod certo loco. Nam si esset in electione rei nominare loca, in quibus diceret se posse conueniri, esset in potestate sua, an deberet, quod esse non debet, vt in l. 3. in prin. ff. de eo, quod certo lo. Sed aduerte, quia reperio quòd dominus Raph. Fulg. in d. §. si quis ita. dicit, quòd si duobus locis copulatiuè appositis sortitur clausula generalis, videtur præstatio, seu solutio diuidenda per loca ex propria significatione: vnde si dicatur, promitto Mediolani & Florentiæ, & vbique soluere, videtur quòd solutio tertiæ partis sit destinata Mediolani, & tertiæ Florentiæ, & alterius tertiæ in quolibet locorum aliorum sub generalitate comprehensorum: & insolidum respectu ipsius tertiæ partis. Et per consequens etiam si tria loca fuerunt expressa in quolibet expressorũ, quarta pars videtur destinata, & in quolibet alio ex non expresis, integra alia quarta. Et idẽ de similibus dicendum est per l. vulneratus, in fi. ff. ad l. Aquiliam. & in l. Stichum, aut Pamphylum, in fi. & in l. stipulatio huiusmodi. ff. de verbo. obliga. Et ex prædictis ego infero singulariter, quòd si duo loca essent expressa, & creditor cõueniret debitorem pro certa solùm parte in altero ex locis expresis, & pro tertia in altero non ex locis expresis, qui cum venirent sub generalitate, non diceretur actio arbitraria, nec habetur ratio interesse. Sed si in altero prædictorum locorum comprehensorum expresè, vel sub generalitate, creditor cõueniret debitorem insolidum, hoc casu, actio esset arbitraria respectu duarum tertiarum, & ipsarũ habetur ratio interesse. Sed respectu alterius tertiæ, neque esset arbitraria, neque haberetur ratio interesse. Et idem de similibus arbitror dicendum. Aduerte etiam, quòd fortè posset attentari, quòd si duo aut tria loca essent expressa satis propinqua, & clausula generalis simpliciter subiecta, ita quòd per ipsam, quæ non refertur ad distantiora loca expressa, solum duo, tria, aut pauca intelligerentur venisse, dicẽdum esset quòd hoc casu per singula loca obligatio solutionis videtur esse diuisa propter cessanté rationem Bartoli, de qua supra dixi. Si verò post loca expressa alternatiuè subijcitur clausula generalis: dicẽdum arbitror quòd in quolibet loco expresso vel comprehenso sub generalitate, potest creditor conuenire debitorem inso-

ADDITIONES.

a *¶ Florentiæ, & vbique locorum. Vide Bart. in l. 3. §. si quis ita stipulatus, in fi. ff. quod cer. lo. & de ista clausula, qualiter possit firmiter concipi, vide eleganter dictũ Barto. Cæpol. in cautelis suis, caut. 102.*

b *¶ Distantiori. Adde, quòd quando sunt expressa loca, non potest conueniri in remotiori. adde tex. in l. fi. §. cui dulcia. ff. de vino, tri. c. sedes. de rescr. An. in c. 1. 17. col. & ibi Abbas, de iu. Imo. in clem. 1. de re iud. in 4. col. & Abb. in d. clem. 1. 13. col. Lud. Roma. consil. 108. incip. si admittimus, & vide Moder. in dicta l. si conuenerit, circa fi. & Phil. Dec. in d. c. 1. 21. col. in prima lect. de iudi.*

insolidum: nec habetur ratio alicuius interesse. Sed si conueniret debitorem in alio loco non expresso, vel non compreheso sub clausula generali, habetur ratio interesse, secundum ea, quæ dicta fuerunt in 3.q. princ. Et prædicta sing. notabis, quia sunt maximi effectus, & pro maiori parte nouissima.

31 ¶ †Septimò principaliter quæro, quid si nulla loca fuerũt expressa: sed solum generaliter dictũ fuit, quòd promisit soluere vbique locorum. Sol. Dicendum, quòd talis obligatio vel solutio nõ videtur esse diuisa per loca, sed in quolibet locorum compreheñsorum sub ipsa generalitate videtur destinata solutio, vt dixi in princ. præcedentis quæstio. Et aduerte, vt sis cautus, quòd apte concipias verba, videlicet per viam destinatæ solutionis: nõ autem quòd possis conuenire debitorem vbique, &c. secundum ea, quæ dixi in præced. q. princ. A.B. Quid autem si aliquis accipit à te mutuo 10. hic Senis, & promisit tibi soluere vbicũque fuerit inuentus & petieris, nũquid dicatur inuentus, si nõ est citatus? Sol. Dic, quòd non, vt l. si Lisyas. C. de fideiuss. Ita dicit Bald. in l. ab eo. C. quomodo & quando iud. vers. extra
a quæro, sed vtrum per citationem [a] & libellum ante lit. contest. dicatur petere. Sol. Dic, quòd sic hoc casu, quia verbum petere, est appositum præparatorio, videlicet super electione iudicis, quod est notandum secundùm Bal. in d. l. Ma. Sed circa prædictam q. quid si solutio fuit destinata generaliter vbique: quæro quæ loca comprehendantur sub ista generalitate, vt videamus in quo foro valeat iste conueniri ratione cõtractus, & vt cognoscere valeamus quando actio sit arbitraria, vel non. Sol. Dic, quòd Bartolus in hoc videtur sibi fuisse cõtrarius, nam in l. si conuenerit. ff. de iurisdi. omn. iud. distinguit, quòd aut promittit soluere vbicunque voluerit creditor: Et illa generalitas restringitur ad loca, in quibus alias poterat conueniri. Et sic ad locum domicilij, ad communem patriam, vel ad similia loca, vel alias si talis generalitas nõ restringeretur, sequeretur absurdum, quòd creditor posset trahere debitorem ad quæcũque remotissima loca, & ibi oportet reum debitorem habere saccum paratum ad soluendum contra l. ratum. & l. quod dicimus. ff. de solu. & ad hoc etiam allegat l. Mela. in fi. ff. de annu. leg. & l. si patronus. ff. de ope. lib. Et idem tenet Guil. de Cun. in l. si quis ad declinandum. C. de episc. & cler. Aut promisit soluere vbicunque fuerit inuentus: & tũc vbicunque inueniretur poterit conueniri, quia ibi videtur contraxisse. de actio. & oblig. in l. Titium & Mæuium. §. tutores. ff. de admi. tut. maximè secundũ Bar. si dictum fuisset, vbicunque inuentus fuero in Tuscia: quia de facili poterit tunc cogitare omnia loca Tusciæ. Sed idem Bart. in d. §. tutores. tenet per illum tex. quòd potest conueniri simpliciter vbicunque inuentus fuerit personaliter, etiã extra locũ domicilij, vel in quo aliàs poterat conueniri. Et loquitur Bar. etiam quando generaliter debitor promisit vbique soluere. Et sic fortius dicẽdum quando adie
b cta fuerunt alia verba, de quibus supra. Et hanc [b] opi. sequitur Iaco. de Arena, & Specu. in tit. de cõp. iudi. adi. §. 1. versi. quid si pactum. Et sequitur etiam Ioan. de Imo. & Domi. meus, & communiter Doct. in c. 1. supra, de iudi. Ne talis generalitas alias videatur esse superflua, & nihil importent dicta verba, maximè cum adiuncta sint ad ampliandam facultatem conueniendi, vnde deberent aliquid operari. infra, de priuil. c. in his. & in c. si Papa. de priui. lib. 6. sed D. Ant. in d. c. 1. de iudi. dicit, quòd quando debitor promisit soluere generaliter, debet cõsiderari verba: vnde distinguit, quòd aut fuit facta promissio per verba sonantia liberam & nudam voluntatem, & poterit conueniri vbicunque fuerit inuentus, vt statim dixi. Et si dicit, promitto soluere, vbicũque volueris, cum hoc verbum denotet liberam voluntatem, vt in l. cum quidam. ff. de leg. 3. meritò procedit, quod dictũ est. facit dictus §. tutores. Aut promisit per verba sonãtia arbitriũ boni viri, prout denotat verbum, placet, & similia verba, vt in l. Thays. §. sororem. ff. de fideicom. lib. de quibus verbis sonãtibus liberam voluntatem, & arbitrium boni viri, dic vt latissimè dixi in cap. Quintauallis, infra de iureiur. Et hoc casu debet creditor conuenire debitorem discreto in loco, in quo bonus vir arbitretur illum conueniendum esse. facit quod no. in d. c. Quintauallis. & in c. veniẽs. eo. tit. & in l. sed & si quis. §. quæsitum. ff. si quis cautio. Aut dicit promitto soluere vbicunque petieris: & tunc vbicunque fuerit inuentus poterit interpellari & conueniri, vt supra dictum fuit. & satis æqua videtur dicta distinctio. Sed circa prædicta cadit dubitatio, quãdo actio sit arbitraria propter locum. Sol. Concluderem breuiter, quòd aut agitur in loco, qui secũdum præmissam distinctionem comprehensus erat, seu destinatus erat soluere: Et actio nullo modo potest dici arbitraria, nec venit aliquod interesse propter locum, cum in loco debito petatur, vt no. Ang. in l. 1. C. vbi conuenitur, qui cer. lo. Si verò ageretur in alio loco non comprehenso in generalitate, tunc actio esset arbitraria propter locum, secundum ea quæ latius dicta sunt in 4. præced. prin. quæst.

32 ¶ †Octauò principaliter quæro, quid iuris quando quis contrahit in vno loco, & in alio loco promittit soluere; & in vno tertio loco conficitur instrumentum obligationis. Sol. Dic breuiter secundum Dominum meum in c. fi. infra eo. quòd respectu facultatis conueniendi solùm attenditur locus destinatæ solutionis, ita quòd si ibi conuenitur, actio non est arbitraria. Sed si alibi conueniretur, actio esset arbitraria. Sed in loco vbi confectum est instrumentum non sortitur quis forum, quò ad aliquem effectũ, vt no. in l. exigitur. ff. de iu. nisi fuisset actum, quòd de illo contractu fieret scriptura. Nam tunc non diceretur contractus perfectus, nisi fieret scriptura, vt in l. contractus. C. de fi. instrum. Sed tu aduerte, quòd ego arbitror, quòd etiam in casu prædicto attendi valeat locus celebrati contractus, quò ad quosdam effectus, de quibus dicam infra in 4. articu. princip.

¶ †Nonò

ADDITIONES.

a ¶ *Adde ad hanc materiam l. amplius. ff. rem ra. ha. & Bal. in l. fin. in vlt. col. C. de bo. auth. iudi. poss.*

b ¶ *Hanc opin. dicit esse communem Alex. in d. l. si conuenerit, de iu. om. iud. in 10. fal. & isto casu habebit eligere locum creditor, vbi soluatur sibi, vt dicit Alex. in cons. 25 incip. in causa & lite, in pen. col. lib. 1. cum si. per Philip. in cap. 1. col. 21. de iudi. supra.*

33 ¶ † Nonò quæro, quid si contractus geritur in vno loco, sed conditio adiecta contractui est impleta in alio loco, exemplum: Existens hic Senis promisit tibi centum si Imperator venerit Mediolanum: & Imperator venit, & sic adimpleta est cõditio Mediolani, vtrum attendi debeat locus celebrati contractus vere, an verò vbi adimpleta est conditiō. Sol. dic quòd inspicitur locus celebrati cõtractus, non adimpletæ conditionis, quia sicut implementum conditionis trahitur ad uiam contractus, vt in l. si filius. ff. de verb. obliga. ita implementum conditionis debet referri ad locum contractus, arguendo de tempore ad locum, & tenet hoc glo. in l. si vxor. ff. de iudi. Sed aduerte, quòd ille tex. videtur velle contrarium: dicit enim, quòd si vxor, quæ alibi contraxerat cum marito, & dotem dedit, & conuenerunt de dote reddenda in casu soluti matrimonij, quod matrimonium solutum est Romæ, quòd potest vxor ab ipso marito etiam legato Romę existenti, ibi petere dotem, & sic attenditur locus impletæ conditionis. Vnde quidam soluunt, quòd speciale est ibi in dote, volentes simpliciter, quòd si mulier in vno loco contrahit, & in alio soluitur matrimonium, quòd fauore dotis inspiciatur locus impletæ conditionis. Sed mihi non placet, quia est contra tex. in l. exigere dotem. ff. de iudi. Nec ob. d. l. si vxor. quòd illud ibi ideo est ratione communis patriæ, videlicet Romę, in qua quis potest conueniri, licet habeat ius reuocandi domum, de quo iure dicam infra eo. cap. fi. vnde est bene ista specialitas ibi, quod vbi alias ratione contractus alibi gesti, legatus habuisset ius reuocandi domum, vt in l. 2. §. omnes. ff. de iudi. si distraxit matrimonium Romæ, potest ibi conueniri, cogitabis.

34 ¶ † Decimò quæro, quid si effectus & implemẽtum contractus suæ cõditionis, destinatur ad vnum alium locum, quàm in loco celebrati contractus ex parte vnius tantum, sed ex parte alterius simpliciter est facta promissio. exemplum, conduxi te procuratorem seu aduocatum de hac ciuitate Senensi, vt me defenderes Florentiæ, & ibi promisi certum salarium, vel conduxi operarios vt mihi ædificarent vnum palatium Florentiæ, & ita sequutum est, quæritur, vbi sortiantur tales contrahentes forum. Sol. dic, quod respectu illius, qui tenetur me defendere, vel fabricare, videtur quod possit conueniri Florentiæ, quia videtur ille destinasse solutionem, vt patet ex suprascriptis, maximè in 3. quæst. princip. facit quod no. in l. exigere dotem. ff. de iudi. Sed de eo, quod promisi pecuniam simpliciter pro aduocatione vel opere fabricando, maius est dubium, quia glo. in cap. Romana. §. nec etiam. videtur sentire, quod non possit conueniri Florentiæ, sed hic Senis, & hoc sequitur d. Anto. in c. fi. infra eo. quod dictum non placet ibi D. M. Quid enim si ex coniecturis videatur verisimiliter actum, vt soluatur salarium vbi opus est fabricãdum, seu aduocatio exercenda, vt quia aduocatus & faber sunt multum pauperes, nec est verisimile, quòd voluerunt ibi morari pro aduocatione vel opere faciendo, nisi interea eis soluatur. facit quod no. in c. statutum. §. insuper. de rescrip. lib. 6. & quod no. in l. traiectitiæ. ff. de actio. & oblig. & quòd no. Bart. in l. 1. ff. de var. & extraor. a cog. & in illa q. an salarium debeatur in prin. [a] vel in fine operis. Sed si tales essent potentes & diuites, & promittens pauper, vel alia similis coniectura, tunc procedit opin. glo. & Dom. Anto. facit quod no. in regu. in obscuris. de reg. iur. lib. 6. & l. semper. in stipu. de regu. iur. sed cessantibus coniecturis, solutio debet fieri in fi. quod est regulare, quando obligatio descendit ex contractu, vt no. Bart. in d. l. 1. & vide Innoc. in cap. propter sterilitatem. infra de loc. & tunc procedat opin. glo. & d. Anto. Sed si in princ. est fienda solutio, tunc secus est dicendum. Attendenda ergo sunt verba contractus & promissionis, & istis existentibus dubijs recurrendum est ad coniecturas, vt dictum est. Et hæc tamen distinctio non procedit sine dubitatione. Et ad prædicta vide quæ dixi supra, in 3. q. prin. 15. q.

35 ¶ † Vndecimò quæro, quid si in stipulatione, seu obligatione non sit adiectus locus destinatę solutionis, sed solummodo inter contrahentes conuenit hoc modo, promisisti mihi centum, & ego promisi tibi non petere à te illa centum nisi Florentiæ. Sol. dic, quòd clarum sortitur forũ Florentiæ, quia tacite videtur conuenisse soluere Florentiæ. Et si ibi non reperitur, debitor potest alibi conueniri & habetur ratio interesse propter locum. Iste est tex. in l. in bonę fidei. ff. de eo, quod cer. loco, secundum vnum intellectum, & sequitur hic Barto. qui dicit, quòd sic debet intelligi. l. nemo potest. ff. de leg. 1. & illud quod dicitur in d. l. in bonæ fidei. quòd agenti in alio loco obstat except. nisi propter moram rei deueniretur ad actionem arbitrariam, quod dicit Bart. esse notandum. sed circa prædicta oritur notabilis quæstio. Pone, T. Florentinus, & S. Eprusinus de lite vertente inter eos Ianuæ fecerunt compromissum, in hac ciuitate Senarum in B. ciuem Bononiensem, tanquam in eorum arbitrum, & arbitratorem hic Senis existentem, & promiserunt soluere quicquid per dictum B. sententiatum fuerit. iste autem B. arbitramentum suum Mediolani protulit, quæritur ergo, in quo loco ex prædictis locis prædicti contrahentes sortiantur forum respectu dicti arbitramenti. Sol. Hæc quæstio iudicio meo, potest habere duo principalia dubia. Primum respectu solutionis fiendæ de eo, quod B. arbitratus est, circa quod arbitror dicendum ex prædictis, quòd si quidem arbitrator aliquid expressit, videlicet, quòd in vno loco, quàm in alio solueretur, illud seruandum sit. si vero nihil expressit, sed simpliciter mandauit aliquid dandum vel soluendum, & hoc casu dicerem, ꝙ cum implementum cõditionis videatur referri ad locum contractus per ea, quæ dicta sunt in duabus proximis præcedentibus quæstionibus, merito debitor poterit cõueniri in loco compromissi, & ideo si coram alio iudice quàm Sensi ageretur ad illud dandum haberetur ratio interesse propter locum, regulando tamen hoc secundum ea, quæ dixi in prima secunda, & tertia quæstionib. principalib. Et si modo tales non contraxissent Senis tanquã viatores, vt ibi dixi, quo casu actor deberet sequi forũ rei,

ADDITIO.

a ¶ *In prin. Vide glo. & Bal. in l. vnica. C. de suffra. Bart. & Doct. in l. 2. C. loc. & Spec. in tit. de sal. §. nunc proç. in fi. & §. sequitur, & per Doc. in c. quia propter. de loca.*

rei, vt in c. cum sit. supra eod. Et tunc non haberetur ratio interesse propter locum, secundum ea, quæ dixi in prima quæstione principali. versi. sed iuxta prædicta. Et intellige prædicta, vt dixi, quando arbitrator mandaret aliquid dandum. Secus si præciperet aliquid faciendum: quia tunc videtur destinata satisfactio ipsius operis faciendi in loco, vbi fiendum est, quo casu nō habetur alia ratio interesse propter locum, secundum ea, quæ dixi in 1. quæstio. princip. in versic. secundò quæro, quò ad illum, &c. sed solùm propter non factum, in quo succedit obligatio ad interesse.

36 ¶ † Secundum principale dubium est magis notabile, quid si altera partium diceret se læsam, & vellet petere reductionem ad arbitrium boni uiri. Et vt quæstio etiam sit magis dubia, pono quòd iste, qui vult petere hanc reductionem, sit clericus, & is, contra quē petitur, sit laicus. Item pone, quòd laudum dicat de soluēdo aliquid Parisijs, aut sit latum super re sita Parisijs, corā quo iudice debet petere iste hāc reductionem: an coram clerico, an coram laico, de quo dixi in cap. cum sit. supra eod. Et an in ciuitate

a Senarum, vbi celebratus [a] fuit contractus compromissi: an verò Ianuæ, vbi lis pendebat, de qua factū est compromissum, an coram iudice rei conueniendi, & sic Senis vel Florentiæ, an coram iudice Bononiensi, vbi arbitrator habebat domicilium: an verò Mediolani, vbi arbitramentum fuit prolatum: an verò Parisijs, vbi res sita est, vel aliquid soluendum est. Circa quam quæstio. quia nimis esset standū, & iam nimis prolixi fuimus, vide, quod singulariter tradit Feder. consi. 275. quod incipit, Petrus Rector. Et vide, quod tradit Petrus de Anchar. in repet. capituli, ea quæ. de reg. iur. lib. 6. quæst. 27. & per Baldum in l. 2. ff. de eo, quod certo loco. & quod tangit Bal. in l. multum. C. si quis alteri, vel sibi. & quod traditur in cap. quintauallis. infra de iureiur. & per Barto. in l. si societatē. §. arbitrorum. ff. pro socio. Et pro iudice rei sitæ, vide quod dixi supra eo. Pro eo, quod clericus, vide, quæ dixi in cap. cum sit. supra eodem. Pro eo, quod contraxerūt partes, vide quæ supra dicta sunt. Pro eo, quod arbitratur iniquè, videtur quodammodo deliquisse, vide quod habetur in c. postulasti. supra eod. Pro eo, quod Bononiæ, vide quæ dicam in c. fi. infra eod.

37 ¶ † Duodecimò & vltimò quæro, circa hūc secundum articulum principalem, vtrum ea, quæ dicta sunt supra de foro contractus, habeāt locum in quasi contractu? Sol. Textus videtur, quòd sic, in l. hæres absens. §. 1. ff. de iud. & ita no. ibi Bar. Bald. & Doctores, quod tamen limitat Bald. in l. omnem. ff. de iu. Si modò talis quasi contractus habeat causam subsistentem per se, vt in d. l. hæres. §. 1. Secus si non haberet causam subsistētem per se, sed fieret ad aliū finem. Exemplum in aditione hæreditatis, per quā quasi cōtrahitur, vt l. Aquilianam. in fi. ff. ex quibus cau. in pos. ea. & in l. moræ. ff. de acquir. hær. quo casu, non inspicitur locus aditæ hæreditatis, vt in l. de eo. ff. de iu. secundum vnum intellectum. habet tamen ille textus alios varios intellectus, ibi per Doc. & maximè per Bartolum. Et ad prędicta etiam vide, quod no. & traditur per Doct. in districtu, in l. qui certo. ff. de eo, quod certo loco. A. B.

Tertiodecimò quæro, qualiter agatur ad prædictum interesse ratione loci. Sol. Dic, vt dixi in c. 1. de plus peti. in 5. prin. art. Ma. ¶ Postremò circa hūc articulum no. q̄ ille, qui sortitur forum ratione contractus, non dicitur propriè subditus, no. Do. meus in c. nuper. de sent. excom. vide quod dixi in simili, in cap. postulasti. supra eo. in prin. primi artic.

38 ¶ † Circa 3. artic. prin. de remissione, [b] communis
b conclusio est, q̄ illa habeat locum regulariter. Nam cum in ciuilibus sit datus alius modus procedendi, etiam contra absentem, vt in d. c. Romana. §. contrahentes, lib. 6. & dixi in 8. quæst. prin. versi. sed quæro iuxta prædicta. Item probatur, quia si remissio fieri deberet, non esset necessaria æquitas actionis arbitrariæ propter locum, de qua in l. 1. ff. eo. & supra latius dixi in 3. quęst. Et hanc opinionem tenent Glo. Guli. Bart. & Doct. in d. l. hæres absens. traditur etiā in authen. qui semel. C. quomodo & quādo iudex, & Bar. in l. si cui. §. fi. ff. de accu. Io. And. & Docto. in d. §. contrahentes. licet Specu. videatur velle contrarium in ti. de primo decreto. §. nunc videamus. circa fin. Sed prima opinio est magis communis, quam ēt sequuntur Doct. in l. 1. C. vbi conueniatur qui certo loco, & dixit Bar. in d. l. hæres. §. 1. Barto. hodie dicit esse casum in d. §. contrahentes.

39 ¶ † Prædicta tamen regula fallit, secundum Bar. in d. l. hæres. §. 1. si contrahens in contractu suo renunciasset priuilegio fori, quia tunc esset locus remissioni: hoc singulariter tenet glo. quæ non dicitur esse alibi, in l. 1. ff. si quis in ius voc. non ierit. & sequitur ibi Bar. quam tamen glo. limitat Do. meus in c. fi. infra eo. si modò loquimur in his, qui possunt expresse prorogare iurisdictionem: aliàs secus, vt in clericis, per c. sequens. Quæ tamen limitatio dubia est: quia sicut potest clericus contrahendo præiudicare sibi in priuilegio fori, ita vt possit ibi cōueniri: ita videtur, quòd possit per clausulam accessoriam adiectam contractui regulari, secundum naturam ipsius contractus. Item aduerte: quia illam glo. singularem reprobat ibi Angel. & etiam eam reprobat in l. hæres absens. §. primo. & fortè ipsius opin. est melior.

¶ Secundò fallit secūdum Bartolum, quando debitor latitaret, hoc est, turpiter se occultaret à loco domicilij fraudationis causa: siue ibi habeat bona, siue non, & in loco contractus vel quasi, nulla possideat bona, quia in his duobus casibus concurrentibus, secundum Bar. locus est remissioni per textum in Authen. de exhib. & introducen. reis. §. suscepto. Sed Ang. in d. l. hæres. §. 1. non placet hæc fallentia: nisi

ADDITIONES.

a ¶ *Celebratus. An attendi debet locus celebrati cōtractus, vide etiam Bar. in l. contraxisse. ff. de act. & obl. & Alex. in consi. 21. col. vlt. lib. 2. vbi etiam dicunt, quòd verba contractus debent interpretari secundum statuta & consuetudines loci, vbi contractum est.*

b ¶ *An in contractibus fiat remissio, vide Bal. in l. consentaneū. in 8. no. C. quomodo & quādo iudex, vbi etiam limitatur, quando lis esset inchoata contra præsentem, & vide Bar. in l. à Diuo Pio. §. sententia, de re ind. Bald. in l. omnes. §. 1. C. de Episc. & cler. latius per Alexand. de §. contrahentes, in d. l. hæres absens. in §. 1. ff. de ind. vbi etiam aliter limitat.*

nisi quando quis promitteret se assistere & repręsentare in certo loco, & ita iurasset, & deinde aufugisset. Nam tunc his duobus concurrentibus dicitur esse locus remissioni, per textũ singularem in Authen. de exhib. reis. §. si verò. ibi, omnino exhibere, aut exhibeantur. Bart. tamen in l. vt cum Archimedoram. C. vt in poss. leg. simpliciter dicit, quòd quando quis
a simpliciter promisit assistere, vel repraesentare [a] in certo loco, si non seruat promissa cum possit locus est remissioni.
40 ¶ † Tertiò fallit in reddenda administrationis ratione, pro qua reddenda debet quis remitti ad locũ, vbi administrauit, vt in l. 1. & 2. C. vbi de ratiocin. agi oportet. & tenet ibi gl. quasi & sequuntur Do. Ant. & Dom. meus in c. fi. infra eod.
41 ¶ † Quartò fallit in causa status, quando existens in quasi possessione seruitutis confugit ad alium locum, & ibi vendicat se in libertate. debet enim remitti ad locum vnde aufugit, vt ibi cognoscatur, ut tenet Cyn. in d. l. 1. & 2. & Ang. in l. haeres. & Dom. meus in d. c. fi.
42 ¶ † Quintò fallit in debitore fiscali, vt in l. fin. C. vbi de curiali vel cohortali, & in l. 2. C. vbi de ratiocin. agi oportet.
43 ¶ † Sextò & vltimò fallit, si ageretur de conditione personae, quae diceretur astricta alicui corpori vel Collegio, à quo aufugit, vt in l. 2. C. vbi de curiali vel cohortali. & sequitur Ang. in d. l. haeres. §. 1.
44 ¶ † Septimò fallit propter nimiam cõtumaciam. l. consentaneum. C. quomodo & quando iudex. secundum Bal. hic in vlt. no.
45 ¶ † Octauò, quando ille, qui contraxit iurat, vt litigaret in loco, vt in authen. ei, qui. C. de bo. auth. iud. pos.
46 ¶ † Nonò fallit in vnũ. §. necessitate. in Authen. vt iudi. sine quoquo suffrag. secundum Io. Andr. in d. §. contrahentes, &c.
47 ¶ † Circa 4. & vltimum articulum principalem, videlicet, quae statuta sint attendenda, si sunt diuersa statuta in loco contractus, & diuersa in loco destinatae solutionis, & diuersa in loco, vbi quis conuenitur. Dic secundum Doctores, quò ad solennitates requisitas in contractu conficiendo inspicitur locus, vbi contractus editur: non vbi destinatur solutio, seu vbi conuenitur, arg. l. si fundus. ff. de euictio. 8. dist. c. quae contra. & in l. 2. ff. quemadmodum test. aperiantur. & tenet Bar. in l. 1. C. de summa Tri. quia locus destinatae solutionis nõ dicitur verè locus contractus: sed fictè, vt in d. l. contraxisse. ff. de act. & ob. dum tex. ibi loquitur per verbum, Intelligit, quod verbum denotat fictionem, vt in c. ex studijs. de praesumpt. & in l. nec emptio. ff. de contrah. empt. & in l. qui in vtero. ff. de statu bo. Et hoc tenet Bal. in l. 1. §. eum, qui. ff. de const. pe.

Sed quò ad iudicium potest agi tãtùm vigore dicti contractus, inspicitur locus iudicij: quia, vt supra dixi, quò ad ordinem & solennitatem inspicitur locus celebrati contractus, seu celebrati testamenti, & respectu iudicij, locus vbi iudiciũ agitatur, vt per Bartolum & Baldum latè in d. l. 1. C. de summa Trinit. & per Petrum de Anch. in repe. c. 1. de consti. & alias plures remissiones, quas dedi in cap. quod clericis. supra eodem. Et ex praedictis infertur, ꝙ stante statuto, quòd de contractibus soluatur certa gabella, aliàs non valeat contractus, quòd solutio gabellae debet fieri in loco contractus, non in loco destinatae solutionis: quia talis solutio pertinet ad confirmationem contractus: ergo sicut in solennitate debet inspici locus, in quo contrahitur, vt dictum est: ita & solutio gabellae fieri, & hoc tenet Bald. A. B. vide eundem Bal. qui contrarium tenet in l. multum interest. C. si quis alteri vel sibi. Ma. in l. 1. C. vbi conueniatur, qui certo loco. loquitur tamen sub verbo, fortè, & hoc etiam tenet Dom. meus in c. fi. inf. eod. Sed tu aduerte, quia difficilior uidetur esse quaestio ista. Pone, ꝙ duo Florentini contrahunt Florentię, de bonis immobilibus hic sitis, vtrum debeant ipsi hic, vel ibi soluere gabellam, stante hoc statuto, ꝙ de bonis immobilibus soluatur gabella. Sol. Ego reperio Paulum in hoc multum dubitasse, & adeò, vt vix possit intelligi, ꝙ ipse decidit. Nam quandoq; videtur velle, ꝙ soluenda sit Florentiae, quandoque ꝙ Senis, quandoque quòd nullibi, vt ipse latè prosequitur in quodam suo consilio, quod incipit, statuto cauetur, ꝙ de bonis immobilibus, & ibi vide per eum. Item ex praedictis infertur, quòd quantum ad interpretationem verborum contractus, inspicimus consuetudinem loci, vbi cõtractus celebratur: non destinatae solutionis, per pręallegatam l. si fundus. cũ similibus. tenet Bar. in l. contraxisse. ff. de act. & obli. & latius in l. 1. C. de summa Trini. & pro hoc anno in practica cõsului, ꝙ cum quidam Spoletanus esset electus in pręsidem nostrum, & conduxisset Spoleti officiales suos, constituto salario ad Bologninos & Florenos, soluendo in hac ciuitate Senarum, & diuersus esset valor in hac ciuitate: tunc consului soluendos esse Florenos, secundum consuetudinem ciuitatis Spoletanae. Sed aduerte circa praedicta: quia quod dixi, ꝙ in praedictis inspicitur locus cõtractus, non destinatae solutionis: Fallit in dote exhibenda, in qua attenditur locus domicilij mariti, non domicilij vxoris, in quo celebratus est contractus. Et ideò si ex forma statuti in domicilio viri, vir debet lucrari totã dotem vxore praedecedente: Et in domicilio vxoris, vir deberet lucrari solùm medietatem dotis,
b vel nihil inspicimus domicilium [b] viri non celebrati contractus in domicilio vxoris, secundum Bartolum & Baldum & Rapha. in l. exigere. ff. de iudic. licet Angel. ibi in fine, videatur tenere contrarium. Sed prima opinio est communis, & eam tenet Bald. in c. 1. §. 1. de inuest. rei alie. in vsi. feu. Dom. meus in c. fin. infra eodem, & Dom. Anto. & Dom. meus in cap. 1. infra de spon. vbi volunt, ꝙ super solennitate adhibenda in contractu, inspiciatur statutum seu cõsuetudo loci contractus, etiam si ambo contrahentes sint forenses, per iura quae allegaui supra in prin. Secus quantum ad executionem instrumenti, vel super

ADDITIONES.

a ¶ *Vide etiam glo. in cap. Romana. §. nec etiam. de foro competenti.*

b ¶ *Domicilium viri spectatur in lucranda dote, vide latissimè Alex. in consi. 101. lib. 3. & quod no. per Bart. in l. cunctos populos, de summa Trin. & fide cath. & quid si maritus promisit reddere dotem Mutinae, Bon. &c. cuius loci statuta considerentur, vide Bald. l. exigere. ff. de in. & de materia vide Pau. consi. 369. lib. 2.*

per alijs obseruandis post contractum: quia tunc debet attendi statutum vel consuetudo domicilij mariti: quia vxor sequitur domicilium viri, vt dixi supra eodem, in Rubr. versi.66. & supra eod.cap.2.in 1.q. Et sic in hoc attenditur locus destinatæ solutionis, per l. contraxisse. Aduerte tamen: quia Dom. Anto.in d.cap.1. quem sequitur ibi Dom.meus, singulariter dicit, se putare, quod si maritus mutaret domicilium post contractum matrimonium, quod attenderetur domicilium, quod erat tempore contractus, & nō vbi dissolutum est matrimonium: quia debet attendi locus, vbi fuit orta obligatio, & non recipit purificationem, per tex. iuncta gl. secundum vnum intellectum, in l.si vxor. ff. de iudi. Circa quod vide, quod dixi sup.in 2.prin.art.in 9.q.princ. Et hæc opinio videtur mihi iustissima, quia aliàs de facili maritus posset defraudare hæredes vxoris.

Et ex prædictis etiā sequitur deci. alterius notab. q. vtrum si ex cōtractu gesto competat in integrum restitutio, debeamus attendere locum celebrati contractus, an verò destinatæ solutionis; vel fortè ipsius loci, vbi agitur? Exēplum, hic Senis est celebratus contractus à maiore 25.annis, & minore 20. sine iuramento: Et hic circa petēdam restitutionem in integrum, seruamus ius commune; Sed Florentiæ, vbi destinata est solutio, vel alibi, fortè agitur: vrget statutum, quod maior 20. annis ratione ætatis non possit petere restitutionem in integrū, vnde quæritur, si agatur Florētiæ, & petatur restitutio, an debeat attēdi locus iudicij, vel celebrati contractus? Gl.in d. l.2.in princ. ff.de eo, quod certo loco. sentit, quòd debet inspici locus iudicij, & ita infert ibi Bart.ex illa glo.dum vult, quòd si interest in totum non conueniri alibi, vt puta, quia in loco solutionis haberet restitutionem in integrū, & in loco, vbi petitur, non potest eam habere de iure speciali, & sic sentit, vt dixi, quò ad cōcedendam in integrum restitutionem, inspicitur locus iudicij, etiam si ibi non sit destinata solutio: non autem locus contractus. Sed hoc est contra l.si fundus, & alia iura, quæ supra allegaui in prin. quæ volunt, quòd in his, quæ pertinent ad decisionem, inspiciamus locum contractus quantum ad ea, quæ veniunt ex natura contractus: Et quæ agebantur à partibus tacitè, vel expressè. Sed restitutio in integrum non est de his talibus, igitur &c. Et hāc opinionem videtur sequi Ange.in l.1.C.vbi cōuen. qui cer.lo. Bar.in d.l.1.C.de sum.Trin.& in d.l.2.de eo, quod certo loco, tenet contrarium, per regulam generalē l.semper in stip. ff.de reg. iur. vbi dicit tex. inspiciendum locum contractus semper, & sic sine vlla destinatione. facit etiam, quia sicut in actionibus, quæ veniunt ex contractu, inspicitur locus celebrati contractus: ita & eadem ratione in officio iudicis, debet inspici locus, in quo actus est celebratus, qui habet mouere iudicis æquitatem ad concedendum, vel non cōcedendum restitutionem, pro quo facit l.qui certo. ff. de condi. indeb. & quod ibi no. Barto. Et hæc procedunt, quando peteretur restitutio ratione læsionis ortæ ex contractu. Secus si ratione læsionis ortæ incidenter in iudicio, vel in loco iudicij. Et idem secundum Barto. in d.l.2. si in loco iudicij erat statutum expressum, quòd non daretur restitutio maiori 20. annis, etiam de contractibus alibi gestis, quod est singulariter notandum, quod statutum valeat respectu alibi gestorū, & quòd per nō subditos. A.B. respectu verò consuetudinis, si esset diuersa in loco celebrati contractus, vel litigantibus aut vbi iudicium agitatur, vide quod dixi in c.cum dilectus.de consue.ar.14. Ma. Et per hæc Deo duce est ordinatè & clarè expedita hæc difficilis & subtilis, ac quotidiana materia.

SVMMARIVM.

1 *Abbas, iurisdictionem habet prorogabilem.*
2 *Iurisdictio prorogabilis est iure speciali competens.*
3 *Pœnitere non potest alterius iurisdictioni se submittens.*
4 *Iurisdictio & purè & sub conditione prorogari potest.*
5 *Laici iurisdictionem non sui iudicis prorogare possunt.*
6 *Prorogatio vt fieri possit, quid requiratur.*
7 *Clerici iurisdictionem iudicis, etiam ecclesiastici non sui, quando prorogare possint.*
8 *Prorogare iurisdictionem, quid sit.*
9 *Prorogatio iurisdictionis, quot modis fieri possit.*
10 *Papa, an possit iurisdictionē alterius in se prorogare.*
11 *Papa, necessariò tenetur confiteri Deo.*
12 *Confessio peccatorum de iure diuino, facienda est, sed Deo.*
13 *Papa constitutioni suæ tenetur super iure diuino fundatæ.*
14 *Imperator & alij Principes, quādo possint iurisdictionem alterius prorogare.*
15 *Archiepiscopus & Episcopus, vel Parochianus, iurisdictionem non sui iudicis prorogare non possunt.*
16 *Iurisdictio iudicis non sui, à quibus possit prorogari, & num. sequen.*
20 *Prorogatio iurisdictionis iudicis non sui, an per procuratorem possit fieri.*
21 *Prorogatio, cuius iudicis fieri possit.*
22 *Iurisdictio Episcopi expulsi, an possit per non subditos suos prorogari.*
23 *Iurisdictio competens de iure speciali vel consuetudine, an possit prorogari.*
24 *Iurisdictio inferiorū ab Episcopo, an possit prorogari.*
25 *Iurisdictio delegati, an possit prorogari.*
26 *Iurisdictio arbitri, an possit prorogari.*
27 *Iurisdictio, seu officium Notarij, an possit prorogari.*
28 *Iurisdictio, in quibus causis, & per quas species prorogari possit.*
29 *Iurisdictio, an possit prorogari de re ad rem, seu de causa ad causam.*
30 *Prorogatio, an possit fieri in spiritualibus.*
31 *Prorogatio, an fieri possit de tempore ad tempus.*
32 *Iurisdictio, an possit prorogari de persona ad personā, & de loco ad locum, & nu.seq.*
34 *Iurisdictio, an possit prorogari in causa inquisitionis.*
35 *Iurisdictio, an possit prorogari in causa appellationis.*
36 *Iurisdictio, an possit in causis criminalibus prorogari.*
37 *Consensus tacitus vel expressus, an requiratur ad prorogandum iurisdictionem.*
38 *Processus, an valeat partibus errantibus.*
39 *Prorogatio per metum facta, an valeat.*
40 *Prorogatio iurisdictionis, in quibus fiat personis.*
41 *Iurisdictio vt prorogetur, an requiratur, quòd iudex ordinarius sit.*
42 *Iurisdictio vt prorogetur, cuius superioris consensus requiratur.*

Clericus

SIGNIFICASTI. Clericus sine diœcesani licentia non põt se submittere iurisdictioni non sui iudicis. h. d. Vel sic & latius. Quanquam laici possint iurisdictionem non sui iudicis prorogare, clerici tamen non possunt, nisi accedat consensus diœcesani Episcopi, & iudex, cuius iurisdictionem vult prorogare, sit ecclesiasticus. h.d. communis diuisio, secunda ibi, inquisitioni.

1 ¶ † Primò no. quòd Abb. habet iurisdictionem, quæ prorogabilis est. de quo latius infra in 4. artic. quæstio. 4.

2 ¶ † Secundò no. quòd non solùm est prorogabilis iurisdictio, quæ alicui competit de iure communi, sed etiam illa, quæ cõpetit de iure speciali. Nam secundùm Hostien. Ioan. And. & Dom. Anton. iste Abb. habebat istam iurisdictionem de consuetudine. sed secundum Dominum meum dicendum est, ꝙ habebat etiam de iure communi. de quo dicam in 4. prin. art. in 4. q.

3 ¶ † Tertiò no. argu. ꝙ submittens se iurisdictioni alicuius iudicis præsentis & acceptantis, non potest amplius pœnitere, sed præcisè compelli ad respondendum. de quo aliquid dixi in c. 1. sup. de iud. sed latius dicetur in 6. prin. art. q. 8.

4 ¶ † Quartò no. ꝙ prorogatio iurisdic. potest fieri non solùm purè, & de præsenti, sed etiam sub conditione in futurum. de quo dicetur inf. in 1. prin. ar.

5 ¶ † Quintò no. ꝙ laici possunt prorogare iurisdictionem non sui iudicis, etiam sine consensu superioris. hoc probat tex. noster in versi. clerici tamen, qui loquitur aduersatiuè. de quo latius dicam in 6. princ. art. q. 7.

6 ¶ † Sextò no. ꝙ ad hoc, vt prorogatio fieri possit, requiritur, quòd ille, de cuius prorogatione agitur, habeat iurisdictionem. de hoc latius dicam infra in 3. princ. artic.

7 ¶ † Vltimò no. ꝙ clerici non possunt prorogare iurisdictionem iudicis, etiam ecclesiastici, aliàs non sui, sine consensu proprij Episcopi. Et sic no. vnũm casum reseruatum Episcopo, & sic videtur dicẽdum secundum Aegid. ꝙ non sufficit consensus inferioris ab Episcopo, etiã qui aliàs sit suus iudex. de quo latius dicam infra in 6. princ. art. q. 7. Glo. 1. in fi. Dic de hoc, vt latius dicetur infra eodem, in 6. princ. art. q. 2. Glo. 2. colligit arg. ex tex. & ex eo quod colligit, tacitè infert ad decisionẽ quæstionis. deinde in ver. sed contra. opponit & soluit dupliciter. deinde in versic. sed nunquid. format aliam quæstio. & arguit pro parte affirmatiua, & soluens, contrarium decidit pro parte negatiua. In ea. glo. ibi, non tenet sententia. Dic de hoc, vt latius dicam, infra in 7. princ. art. q. 8. In ea. glo. ibi, sed nunquid clerici. Dic de hoc, vt latius dicam in 7. princ. artic. q. 10. In ea. glo. ibi, sed contra. Dic de hoc, vt latius dicam in 6. princ. artic. quæstio. 7. In ead. glo. ibi, sed nunquid potest. Dic de hoc, vt dicam infra 6. prin. art. quæst. 7. In ea. glossa, in fi. Dic de hoc, vt latius dixi in cap. si diligenti. supra eod.

¶ Postremò, quia supra in Rub. versi. 93. arbitror remisisse me hic dicturũ de materia prorogationis fori eo, quòd hic principaliter conuenit, quæ materia est satis lata, intricata, & difficilis, & malè explicata, & ordinata à Doctoribus. Et quia est quotidiana & vtilissima: Ideò vt ipsam perfectè & ordinatè, distinctè & clarè habeas, prosequar principaliter istos articulos.

¶ Primus, quid sit prorogatio.

¶ Secũdus, quot sunt species prorogationis iurisdictionis, seu quot modis possit fieri prorogatio.

¶ Tertius, quis possit prorogare, circa quem articulum prosequar infrascriptas quæstiones.

¶ Prima, quid de Papa, vtrum possit alterius iurisdictionem prorogare.

¶ Secunda, de Imperatore.

¶ Tertia, de Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis.

¶ Quarta, de exemptis.

¶ Quinta, de clericis simplicibus.

¶ Sexta, de laicis.

¶ Septima, vtrum minor vel pupillus possit iurisdictionem prorogare.

¶ Octaua, quid de tutore.

¶ Nona, vtrum prorogatio possit fieri per procuratorem.

¶ Quartus principalis artic. tractabit, cuius iudicis, seu in quem iudicem possit fieri prorogatio. Et ex hoc examinabo infrascriptas quæst.

¶ Prima erit generalis continens reg. in materia.

¶ Secũda, vtrum Episcopi expulsi, qui põt in proxima diœcesi cognoscere inter subditos, secundum formam Cle. vnicæ. eo. ti. possit fieri prorogatio.

¶ Tertia,

¶ Tertia, quid si alicui iudici ordinario est data potestas possendi solùm cognoscere de certis causis: puta, pupillorum, vel viduarũ, vel similium: an possit talis iudicis iurisdictio prorogari in causis nõ pupillorum, vel viduarum.

¶ Quarta, vtrum iurisdictio, quæ competit alicui de iure speciali, puta priuilegio præscriptionis, vel consuetudinis, possit prorogari.

¶ Quinta, vtrum iurisdictio inferiorum ab Episcopo, vt Præpositi, Abbatis, vel similium, possit prorogari.

¶ Sexta, an iudicis delegati iurisdictio possit prorogari.

¶ Septima, quid de conseruatore.

¶ Octaua, quid de officio arbitri, an possit prorogari.

¶ Nona, vtrum iudicis, quem partes litigantes coram eo credũt habere iurisdictionem inter alios, possit iurisdictio prorogari, si non habet.

¶ Decima, an iurisdictio, seu officium Notarij possit prorogari.

¶ Vndecima, vtrum delegatione facta in aliqua causa, possit in illa causa iurisdictio alterius iudicis, etiam ordinarij prorogari.

¶ Quintò prin. art. videbimus, in quibus causis possit fieri prorogatio. Et in hoc articulo, præmissis quibusdam euidentialibus, prosequar infrascriptas quæstiones.

¶ Prima, vtrum prorogatio possit fieri de re ad rem, seu de causa ad causam.

¶ Secunda, vtrum in spiritualibus possit fieri prorogatio.

¶ Tertia, quid si ex forma statuti disponitur, ꝗ quidam officiales nõ possint cognoscere, nisi de causis certarum personarum: puta, pupillorũ, & viduarum, aut de causis testamentarijs, vel quid simile, & quòd in alijs non possint se intromittere, adiecta clausula decreti. vtrum illi, qui non sunt pupilli uel viduæ, possint prorogare iurisdictionem talium officialium, vel vtrum possit prorogari in alijs causis quàm testamentarijs.

¶ Quarta, quid si concessa est alicui officiali iurisdictio sub dicta forma, quòd solus possit cognoscere inter pupillos & viduas, vel etiam simpliciter dicatur, quòd cognoscat inter pupillos & viduas, an pupillus vel vidua possit alterius iudicis iurisdictionem prorogare.

¶ Quinta, vtrum iurisdictio possit prorogari de tempore ad tempus.

¶ Sexta, vtrum possit prorogari de persona ad personam.

¶ Septima, an possit prorogari de loco ad locum.

¶ Octaua, vtrum in causa inquisitionis habeat locum prorogatio.

¶ Nona, vtrum in causa appellationis possit fieri prorogatio.

¶ Sextò principali articulo tractabitur, quæ requirantur ad hoc, vt possit fieri prorogatio. Et sic tractabitur forma prorogationis. circa quem articulum prosequar infrascriptas quæstiones.

¶ Prima, quia requiritur cõsensus, an requiratur, quòd sit expressus vel tacitus.

¶ Secunda, quia requiritur, ꝗ consensus non sit erroneus: quid si partes errant, quia litigant coram iudice tanquam suo, cum non sit, an teneat processus, saltem vigore prorogationis.

¶ Tertia, quia requiritur, ꝗ consensus non sit meticulosus, an prorogatio facta per metum, sit ipso iure nulla, vel veniat rescindenda.

¶ Quarta, quia in clericis prorogantibus requiritur, ꝗ sit persona ecclesiastica is, cuius iurisdictio prorogatur, vtrum similiter idem dicendum sit, vt non possit prorogari iurisdictio per laicos: nisi ille, cuius iurisdictio prorogatur, sit laicus.

¶ Quinta, quia requiritur, ꝗ ille, cuius iurisdictio prorogatur, sit aliàs iudex: vtrum hoc procedat tàm in clericis, quàm in laicis.

¶ Sexta, vtrum requiratur, quòd sit iudex ordinarius.

¶ Septima, quia dicitur, ꝗ in clericis requiritur cõsensus superioris, vtrum hoc habeat locum in laicis. Et hic prosequor quæstionem, cuius iudicis clerici possint de consensu sui Episcopi iurisdictionem prorogare, & quid de clerico scholari, & examino intellectum authenticæ, habita. C. ne fil. pro patre. Et subijcio, ꝗ in laicis prorogantibus nõ requiritur consensus sui iudicis seu superioris. Et subijcio rationem differentiæ, quare potius requiratur in clericis, quàm in laicis. Subnecto etiã quæst. vtrum proprius iudex possit inhibere subdito, ne litiget coram alio. Et aliam quæst. an ordinarius, vel delegatus possit inhibere delegato, ne recipiat prorogationem vltra tempus statutum. Et an idem possit præcipere partibus.

¶ Octaua, quia dicitur, quòd exigitur, quòd qui consentit non pœniteat, qualiter hoc intelligẽdum sit: & an, & quando, & vsque ad quod tempus possit pœnitere, & vtrum pœnitens teneatur parti ad aliquod interesse.

¶ Nona, quia requiritur, quòd sit talis causa, quæ iudicis prorogationem recipiat, qualiter hoc intelligatur.

¶ Decima, vtrum requiratur consensus iudicis, cuius iurisdictio prorogatur.

¶ Septimò, principali artic. examinabimus effectus prorogationis. Et de pœna non legitimè prorogantium. Et in hoc articulo in primis pono regulam generalem, quòd eiusdem effectus & qualitatis est iurisdictio prorogata, cuius effectus & qualitatis est principalis. Deinde subijcio infrascriptas quæstiones.

¶ Prima, vtrum prorogata iurisdictione iudicis delegati, eius iurisdictio, quò ad prorogatam, sit ordinaria.

¶ Secunda, vtrum iudex ordinarius vel delegatus, qui cognoscit vigore prorogationis, possit illam causam delegare, si modo sit delegatus, qui causam delegatam possit subdelegare.

¶ Tertia, vtrum iudex, cuius iurisdictio est prorogata, possit in causa prorogata compelli ad pronunciandum, vel sententiandum.

¶ Quarta, quis exequatur sententiam latam per iudicem in causa prorogata.

¶ Quinta, vtrum coram iudice, cuius iurisdictio est prorogata, habeat locum reconuentio.

¶ Sexta, quid si prorogantes credunt illum habere iurisdictionem, cum non habeat, an teneat processus.

¶ Septima,

¶ Septima, quid si à principio, quãdo partes consenserunt, iudex habebat iurisdictionem, sed ante litem contestatam desinit habere.

¶ Octaua, an partes litigantes coram iudice incõpetenti possint postea venire cõtra, dicendo processum, vel sententiam nullam: an verò teneantur stare processui vel sententiæ, saltem vi taciti pacti.

¶ Nona, vtrum sententia lata à iudice, cuius iurisdictio non poterat prorogari sine licentia superioris, possit per ipsum superiorem ratificari.

¶ Decima, vtrum clericus, qui litigauit coram iudice ecclesiastico, non suo, sine licentia sui superioris, debeat amittere causam.

¶ Vndecima, quid si clericus in fine causæ, uel post latam sententiam cum petitur executio sententiæ, opponit de nullitate processus & sentẽtiæ: quia dicit se clericum, & non potuisse prorogare iurisdictionem sine consensu sui superioris, vtrum audiatur.

¶ Duodecima, quid si prorogatio iurisdictionis fuit facta eo, quòd partes scienter omiserunt proponere exceptionẽ declinatoriam. Sed iudex pronunciauit processum inualidum ratione alicuius defectus formalis, qua pronũciatione facta, actor de nouo inchoat iudiciũ coram eodem iudice: reus comparet & opponit declinatoriam: actor verò replicat quòd non potest, quia semel consensit, vnde quæritur, quid iuris.

¶ Decimatertia, vtrum per prorogationem iurisdictionis dicatur præuentus proprius iudex.

¶ Octauus principalis articulus est, vtrum à sententia iudicis, cuius iurisdictio est prorogata, possit appellari, & ad quem.

Nonus principalis articulus tractabit, qualiter finiatur iurisdictio iudicis prorogati.

8 ¶ † Quò ad primum articulum, quid sit prorogare iurisdictionem. dicendum est, quòd prorogare idem est, quod augere, seu extendere qualitatem, seu potentiam rei, de qua fit prorogatio, vt colligitur ex textu cap. P. & G. supra de offic. deleg. & in l. 1. & 2. ff. de iudic. facit etiam textus noster. tradit Specu. in titu. de dilat. §. nunc videndum. versic. hæc sunt, & Innocen. in cap. prudentiam. supra de offic.

a deleg. Et hinc est, quòd per prorogationem [a] non alteratur primus actus, sed extenditur, vt no. glo. in l. interuenientes. ff. ad municip. no. Dominus meus, in cap. causam. infra de re iudic. facit, quod dicam in secundo artic. principali. Et ex prædictis sequitur, quòd si aliquid est fiendum in certum tempus ad hoc, vt valeat prorogatio temporis, debet fieri prorogatio intra illud tempus: quia si tempus esset elapsum, eius quod non esset, non posset fieri prorogatio: in dictis iuribus, & in cap. de causis. supra de offic. deleg. & in l. sed si manente. ff. de preca. & traditur in l. Labeo. ff. de arbit. & per Specul. in titu. de iud. deleg. §. excipi potest. versic. item quod iuramento. Et prædicta no. quia quotidie præstant intellectum ad multa. Et sic ex prædictis sequitur, quantum ad materiam nostram, quòd prorogatio iurisdictionis, est extensio, seu augmentatio iurisdictionis: vnde requiritur subiectum iurisdictionis: quia si non esset iurisdictio, non daretur eius prorogatio, vt in cap. ad dissoluendum. infra de despon. impub. & in alijs iuribus supra alleg. de quo latius dicam in quarto artic. principali. Et no. quòd prorogatio non solùm potest fieri purè, & de præsenti, vt in l. 1. ff. de iud. & l. 1. C. de iurisd. omn. iud. sed etiam de futuro, & sub conditione, vtputa, si non satisfecero tibi, submitto me iurisdictioni talis iudicis, vt hic.

9 ¶ † Quò ad secundum articulum principalem, videlicet, quot sint species, & quot modis possit fieri prorogatio. Dic secundum Bartolum in l. 2. in fine principij. ff. de iudic. quòd potest fieri quatuor modis.

¶ Primò, de persona ad personam, vt hic, & in l. 1. ff. de iud. & in l. 1. ff. de iurisd. om. iud.

¶ Secundò, de tempore ad tempus, vt in c. de causis. supra de offi. deleg. & in l. 2. in prin. ff. de iud.

¶ Tertiò, de re ad rem, vt in cap. cum olim. supra de offic. deleg. & in l. de qua re. §. primo, iuncta glo. ff. de iud. Et istas tres species ponit etiam glo. in d. l. 2. §. si iudex.

¶ Quartò de loco ad locum, vt in c. statutum. §. in nullo. de rescript. lib. 6. de quo latius dicam infra in 4. artic. princip. versic. primò quæro. Et hos quatuor modos ponit etiam Bal. in quæst. quæ incipit, Apuleus. col. 12. Sed Dominus meus in d. cap. P. & G. de offic. deleg. addit duas alias species: videlicet, quintam, de casu ad casum, per no. in cap. cordi. de appel. lib. 6. Item sextam, de causa ad causam. de qua 6. specie & alijs præcedentibus, latius infra videbimus.

¶ Quò ad tertium principalem art. quis possit prorogare iurisdictionem.

10 ¶ † Quæro primò, an Papa possit prorogare iurisdictionem alterius iudicis in se? Sol. Tex. videtur velle, quòd sic. 2. q. 7. c. nos si incompetenter. & 2. q. 5. c. mandastis, & c. auditum. & sequitur hic Io. An. & post eum Do. Ant. Excusatur enim ex nimia humanitate, & etiam ex necessitate: cum non habeat superiorem ad quem recurrat, vt in cap. licet. §. fi. de elc. sicut etiam ex necessitate submittit se confessori in pœnitentia: quia homo est, & peccare potest. 9. q. 3. c. aliorum. & supra de iud. c. nouit. ver. cum Valentinianus. facit glo. in cap. sanè. supra de offic. deleg. vnde dicit Ioan. Andr. quòd secundum Legis diuinæ necessitatem, cui necessario subest, debet pœni-

b tere. Et ipsum forsitan adstringat mens [b] constitutionis, de qua in cap. omnis vtriusque sexus. infra de pœn. & remiss. Et aduerte: quia iura in prin. alle. probant, quòd Papa possit in se prorogare iurisdictionem, etiam iudicis secularis. quod tenet etiam hic Ioan. Andr. & in glo. in d. cap. nos si incompetenter. & glo. 63. d. c. in synodo. & glo. 9. q. 3. c. nemo. & glo. in prooemio 6. in ver. forus. Quidam tamen voluerunt

ADDITIONES.

a ¶ *Per prorogationem nõ alteratur primus actus, imò censetur idem, quod prorogatur, cũ eo, quod primò erat. ad quod vide no. per Doct. & Deci. in c. de causis. de offic. deleg. & Innoc. vide Paul. consi. 359. lib. 1. incip. si consideremus tenorem prorogationis.*

b ¶ *An mens constitutionis c. omnis vtriusque sexus, liget Papam, vide latè per Fely. in c. 1. in 8. col. versi. 7. & vlt. declaratio. sup. de constit. vbi concludit Papam peccare, si non obseruat constitutionem illam, & quamlibet ratione naturali inductam, etiam per ipsum.*

runt contrarium, & ad alia iura respódent, ꝙ ibi Papa illud dicit ex nimia humanitate, vel quod ibi narrat vt factum, non iuris ministerium: quia de iure Papa non potest. Sed non debet se submittere iurisdictioni iudicis secularis: quia hoc redundaret in opprobrium Dei, cuius Papa est vicarius, & hoc voluit Io. And. in c. Ecclesia sanctæ Mariæ. sup. de const. & Anch. in d. c. nos si incompetenter, & Do. meus in c. P. & G. supra de offi. deleg. Et hæc opi. videtur magis æqua: si fortè aliud fieret, scandalizaretur vniuersalis Ecclesia. Sed prima opinio de iure videtur verior, quia in quantum Papa se submittit iurisdictioni alterius, non facit illud vt vicarius Dei, sed vt homo, & sic cessat absurdum. Et no. tria singulariter ex dictis Io. Andr. hic.

11 ¶ † Primò, quòd Papa tenetur de necessitate confiteri peccata sua. Et idem sentit glo. in dicto cap. sanè.

12 ¶ † Secundò, quòd confessio est de iure diuino. de pœn. dist. 5. in summa. de quo dic, vt dicam in c. omnis. infra de pœn. & remiss.

13 ¶ † Tertiò colligitur, quòd constitutio Papæ fundata super iure diuino, adstringit Papam quò ad mentem, licet non quò ad verba. Et ad formalem dispositionem, seu ad pœnam, quæ adduntur vltra ius diuinum.

14 ¶ † Secundò quæro, quid de Imperatore. Dicendum est idem, ꝙ multo fortius quàm in Papa, ar. iurium sup. allegatorum, & probatur in l. est receptũ. ff. de iurisd. om. iud. Et idem dicẽdum de Regibus, Ducibus, & alijs Principibus secularibus, vt d. l. est receptum. dummodo propter alias qualitates & causas non impediatur prorogatio: vtputa, ratione feudi, & simili causa, secundum quod infra videbimus in 5. & 6. art. prin.

15 ¶ † Tertiò quæro, quid de Parrochianis, Archiepiscopis, & Episcopis. Sol. Dicendum est, ꝙ sicut alij clerici non possunt prorogare iurisdictionẽ non sui iudicis sine cõsensu sui superioris, vt hic: ita nec Archiepiscopi & superioris, quia eadem est ratio utriusque. Et hoc tenet Host. in c. ad reprimendam. supra de off. ordin. Sentit hoc Do. meus, dum vult, ꝙ tex. noster habeat locum in clericis cuiuscũque gradus, & mihi placet. In Episcopo enim debet interuenire cõsensus sui Metropolitani, in Archiepiscopo sui Primatis, si illum habet: aliàs summi Pontificis.

16 ¶ † Quartò quæro, vtrum exempti possint prorogare iurisdictionem alterius iudicis non sui, & cuius requiratur consensus in clerici prorogatione. Sol. Dic, vt dicam infra in 6. art. princ. versi. sed quęro, cum 5. sequen.

17 ¶ † Quintò quæro, vtrum clerici possint prorogare iurisdictionem iudicis alterius, simpliciter non sui. Sol. Tex. est hic, ꝙ non nisi accedat consensus Episcopi proprij, de quo consensu latius dicetur in 6. artic. ver. vnde quæro.

18 ¶ † Sextò quæro, quid de laicis. Sol. Regulariter dicendum est, ꝙ prorogare possunt, vt in l. 1. & 2. ff. de iud. & l. 1. C. de iur. om. iu. Sed an tunc requiratur consensus sui iudicis secularis, dicam in 6. artic. ver. sed quæro nunc de laicis.

19 ¶ † Septimò quæro, vtrum minor 25. annis, & pupillus possint prorogare iurisdictionẽ. Sol. Quidã dicunt, ꝙ non, quia tales non habent personas habiles ad iudicium, vt in l. 1. & 2. C. qui legitimas personas. ergo non possunt prorogare. Et ideo Bal. dicit in l. 1. C. de iur. om. iud. ꝙ fuit dubium, ꝙ quidã pupillus esset expulsus de Bononia, & moraretur in ciuitate Ferrarię, & vellet sibi tutorẽ dari per iudicem Ferrariensem, & iudex diceret, se non posse dare: quia non erat suus iudex. Vnde quærebatur, quæ via esset tenenda ad hoc, vt posit ei dare tutorem. Quidam dicebant, ꝙ poterat prorogare iurisdictionem illius ex certa scientia, arg. l. 1. C. de emanc. lib. Sed Iac. Butr. tenebat contrarium ex eo, ꝙ non habebat legitimam personam, vt dictum est. Sed dicit ibi Bal. ꝙ fortè dici potest, quod etiam pupillus potest prorogare, si in hoc versetur suum interesse: sicut tenet iudicium in fauorem suum agitatum per eum, arg. l. non eo minus. C. de procur. quæ l. secundum Bal. ibi, habet locum in pupillo. & tenet gl. in l. neque tutores. C. de procur. & hoc mihi satis placet. A. B. Ad prædicta vide Ang. sing. in l. 1. ff. si quis in ius vocatus non ierit. vbi dicit, ꝙ minor 25. annis sine authoritate curatoris etiam cum iuramento, non potest renunciare suo foro: nec prorogari iurisdict. data alteri eo, quia non habet legitimam personam standi in iudicio, vt in l. clarum. C. de author. præstan. Item, quia authen. sacramenta. non habet locum in pendentibus, quæ fiunt in iudicio, & hoc videtur de mente Spec. in tit. de actore. §. 1. versic. quis minor. sed de hoc vide Doct. maximè Moder. in d. auth. sacramenta. Ma.

20 ¶ † Octauò, & vltimò quęro, vtrum prorogatio [a] possit fieri per procuratorem. Sol. Glo. 3. in c. cum olim. el 1. de offi. deleg. tenet, ꝙ prorogationem de tempore ad tempus potest facere procurator generalis, etiam sine speciali mandato, & hãc opinionem tenent ibi Vinc. Phil. & Pet. sed Gof. ibi tenet contrarium, nisi saltem habeat generale mãdatum cum libera. & hoc magis videtur placere Inn. in c. de causis. supra de offic. deleg. & Dom. meo in d. cap. cum olim, & satis hoc mihi placet. In alijs tamen speciebus [b] prorogationis arbitror dicẽdum, quod requiratur speciale mandatum ad hoc, vt possit fieri prorogatio, si qualitas causæ hoc exigat: si tamen procurator non habens ad hoc mandatum, & patiente domino prorogat, tenet prorogatio, vbi per Dominum suum posset prorogatio fieri, secundum Dominum meum in cap. cum olim. supra de offic. deleg. per illum tex.

21 ¶ † Quò ad quartum art. princ. videlicet, cuius iudicis iurisdictio possit prorogari. accipe in primis hãc regulam, quod ad hoc, vt iurisdictio alicuius iudicis possit prorogari, debet esse talis iudex, qui iurisdictionẽ in habitu & actu habeat, vt l. 1. & 2. ff. de iudi. & satis probatur hoc in tex. nostro, coniunctis his, quæ infra dicã, quæ probãtur ratione: quia priuatæ

ADDITIONES.

a ¶ *An prorogatio possit fieri per procura. vide Barbat. in c. de causis. in 4. col. de offic. deleg.*

b ¶ *An iurisdict. specialis possit prorogari, adde quòd iurisdictio iudicis mercantiæ non potest prorogari, nisi ad similes causas mercaturæ. ita tenet Cyn. Bald. & Saly. in 2. q. C. de iurisd. om. iud. in l. fi. & Pau. consi. 26. secundum antiquam impressionem.*

uatæ personæ non possunt dare iurisdictionē, quam non habent, vt l. priuatorum. C. de iurisd. omn. iudi. propriè prorogare idem est, quod extendere, vt dixi supra in 1. articulo. ergo debet adesse subiectum iurisdictionis ad hoc, vt possit fieri extensio, secūdum ea, quæ dixi supra in 1. artic. facit 32. quæst. 2. c. quod vero non formatur, & hæc procedunt etiam quò ad forum pœnitentiale: licet etiam quis habeat à Prælato suo licentiam confitendi alteri sacerdoti, debet tamen eligere sacerdotem habentem curam animarum in habitu & actu, vt est glo. sing. in Clem. 1. de priu. in ver. pœnitentiale. in fi. & sequitur hic Dom. meus. Ex quo infertur, quòd non sufficit iudicem habere iurisdictionem habitu, si eam non potest deducere ad actum, & sic si non habet eius exercitiū. quod facit ad materiam. l. obseruare. in fi. ff. de offic. procur. & leg. Ex quibus ego infero, quod si plures sunt delegati simpliciter, licet vnusquisque habeat iurisdictionem in solidum in habitu: tamē quia eorū nullus habet iurisdictionem in solidum in actu, secundum ea, quæ dixi in d. c. prudentiam. sup. de offic. deleg. facit c. cum super. & c. causam. eo. tit. quòd partes etiam ex propria voluntate non possunt prorogare integram iurisdictionem in vnū in solidum, quod etiam arbitror procedere, quando esset facta delegatio cum clausula, quod si nō omnes: quia ante purificatam conditionem, vnus solus non dicitur habere iurisd. in actu, secundum ea, quæ traduntur in c. prudentiam. de offic. dele. & quæ ibi latius dixi, secundum quæ est regulandum hoc dictum. Sed si delegatio esset facta cū clausula, vt omnes, aut duo, aut vnus, non est necessaria prorogatio, per ea, quæ traduntur in c. cum plures. de offic. deleg. lib. 6. Ma. Item ex prædictis hoc sequitur, ꝙ prorogatio iurisdictionis non videtur posse fieri de loco ad locum, videlicet, ꝙ iudex Senensis cognoscat in territorio Florentino. Sequitur ergo ex prædictis, ꝙ tàm iudicis ordinarij, quàm delegati, quàm alterius cuiuscū que iudicis inferioris, habentis iurisdictionem in habitu, & in actu, potest iurisdictio prorogari: intelligendo tamen & limitando secundum potentiam ipsorum prorogantium, & qualitatem iudicum & causarum, secūdum ea, quæ dicentur in seq. ar. sed quia quædam quæstiones veniunt hic adaptandæ: ideò distinctè prosequar illas.

22 ¶ † Secundò igitur quæro, vtrum iurisdictio Episcopi expulsi, qui pōt in alterius diœcesi cognoscere inter subditos suos, secūdum formam Clem. vnicę. de foro cōp. possit prorogari per non subditos suos? Sol. Dicēdum arbitror, ꝙ non: moueor: quia tex. in d. Cle. vnica. specialiter indulget, ꝙ possit cognoscere inter subditos suos: ergo inter alios non poterit cognoscere. ar. c. 2. inf. de coniu. lepro. & l. 1. ff. ad municip. quod tamen arbitror limitandum, nisi ad hoc accederet cōsensus illius diœcesani, in cuius diœcesi talis expulsus cognoscit: nam hoc casu, etiā Episcopus non expulsus cum consensu diœcesani videtur ꝙ possit iurisdictionem exercere in alia diœcesi, vt no. gl. in verbo, indulgemus. in d. Clem. vnica. Et sic videtur, ꝙ possit fieri prorogatio iurisdictionis de loco ad locum. de quo statim dicemus in artic. sequenti, in versic. septimò quæro. Et adde, quæ statum dicam in 4. quæstione.

¶ Tertiò quęro, quid si alicui iudici ordinario est data potestas cognoscendi solùm de causis pupillorum & viduarum, vtrum istius iurisdictio possit prorogari in causis non pupillorum, seu nō viduarum? Sol. Hæc quæstio magis congruit art. seq. Ideò dic, vt dicam ibi, in ver. quartò quæro.

23 ¶ † Quartò quæro, vtrum iurisdictio, quæ competit de iure speciali ex consuetudine, priuilegio, vel præscriptione, vel alio modo, possit prorogari? Sol. Host. Io. And. & Do. Anto. hic videtur tenere, quòd sic, dum volunt, ꝙ iste Abbas, de quo hic in tex. haberet iurisdictionem de consuetudine: licet sibi nō placeat intellectus prædictorum, quò ad tex. videlicet, ꝙ iste Abbas haberet iurisdictionē de consuetudine, vt statim dicam in seq. quæstio. placet tamen, quod dicunt de prorogatione. Moueor: quia iura, quæ loquuntur de prorogatione, non distinguunt, an iurisdictio competat de iure commmuni, vel de iure speciali: sed simpliciter requirunt, quòd requiritur, quòd ille, de cuius prorogatione tractatur, habeat iurisdictionem, vt in l. 1. ff. de iud. facit quod no. glo. & Bar. qui volunt, ꝙ etiam iurisdictio eorum, qui præsunt alicui Collegio, potest prorogari. Et sic sequitur, ꝙ iurisdictio Episcopi expulsi videtur, quòd possit prorogari: cuius contrarium dictum fuit supra in 2. q. Sed aduerte: quia ista quæstio incidit in aliam maiorem dubitationem, videlicet de prorogando iurisdictionem loci, coniuncta dubitatione altera de proroganda iurisdictione illius, qui non potest cognoscere, nisi in certas personas, de quibus dicetur in seq. artic. principali, versi. septimò quæro.

24 ¶ † Quintò quæro, vtrum iurisdictio aliorum inferiorum ab Episcopo, vt Præpositi, Abbatis, Archidiaconi, & similium possit prorogari? Sol. Textus hic videtur velle quòd sic: sentit enim, quòd si accessisset licentia Episcopi, clericus, de quo in tex. potuisset prorogare iurisdictionem illius Abbatis. Hostien. tamen hic, Io. And. & Dom. Anton. videntur sentire contrarium, dum intelligunt, ꝙ iste Abbas habebat iurisdictionem ordinariam de consuetudine: quasi sentiant, quòd de iure communi talis non habebat iurisdictionem contentiosam, vt etiam traditur per aliquos in c. quanto. de offi. ord. Et sic sentiunt, ꝙ iurisdictio, quam habet Abbas de iure communi nō sit prorogabilis. Dom. meus hic in Abbate tenet contrarium dicens, ꝙ Abbas habet iurisdictionem, etiam cōtentiosam, secundum ea, quæ plenè traduntur per eum in c. cum contingat. supra eo. col. 14. & 15. Præterea dicit ipse, ꝙ dicta opinio diuinat ad tex. nostrum, intelligēdo, quòd iste Abbas haberet iurisdictionem hanc de consuetudine, cum tex. nihil dicat. Sed tu aduerte: quia decisio istius quæstionis & similium, pendet primò ab illa quæst. Vtrum Abbas & alij inferiores Prælati habeant iurisdictionem contentiosam de iure communi. de qua dicendum per Dominum meum, in d. cap. cum contingat. Et ibi succinctè ego tetigi in 3. membro princip. de qua etiam latè per Dom. meum in repet. cap. si quis contra clericum. supra eod. Secundò dependet ab alia quæstio. videlicet, vtrum eius, qui habet iurisdictionem in certum genus, possit iurisdictio prorogari. de quo latius dicemus in quinto artic. principali, versicu. quartò quæro.

25 ¶ † Sextò quæro, an iurisdictio delegati possit pro-

prorogari? Sol. Dic, quod sic, sed non per omnes species prorogationis, de quibus dictum fuit in 2. artic. principali. potest enim fieri de tempore ad tempus, vt in cap. de causis. supra de offic. delega. dummodo fiat sub eadem forma & natura cũ prima: vnde si nõ fieret sub eadem forma & natura, non esset prorogatio, & fieri non posset, vt no. glo. in c. hi, qui. de præben. lib. 6. & Bald. in l. si qui ex consensu. C. de Epis. aud. faciunt ea, quæ dixi supra in 1. ar. princ. Et adde alia requisita, de quibus dixi in d. cap. de causis. Et adde quæ dicam inf. in 6. art. prin. versi. septimo quæro, in articulo de seculari prorogante, cui à superiore prohibetur prorogatio. Item potest fieri de re ad rem, vt dicam in sequ. artic. princ. ver. primò igitur quæro. sed de persona ad personam fieri nõ potest, vt in cap. P. & G. supra de offi. deleg. & licet multæ rationes assignentur, quare fieri non possit: hoc casu tamen illa sola est vera, & verissima, secũdum Dominum meum, quia iurisdictio delegata est potius delegantis, quàm delegati, vt in c. sanè. sup. de off. deleg. & in l. 1. ff. de off. eius, cui mand. est iurisdictio: ergo non potest prorogari ad alias personas, præter consensum delegantis, cuius est iurisdictio. sed tu aduerte: quia ex prædicta ratione sequitur, quod idem videretur dicendum, si esset facta prorogatio de re ad rem: cuius contrarium videtur dicẽdum per ea, quæ dicam in sequen. artic. nisi diceres, quòd maior abusio esse videtur, & difficilius cõcedi videtur prorogatio de persona ad personã, quàm de re ad rem,
a cogitabis.[a] Item sequitur ex prędicta ratione, quam approbat Dominus meus, quòd prędicta procedũt, siue loquamur in delegatis ad vnam causam tãtùm, siue in delegatis ad vniuersitatem causarum: cuius contrarium videtur velle glo. in l. 1. ff. de iud. sed contra glo. prædictam facit ratio prædicta, & tex. in d. cap. P. & G. in fi. qui indistinctè loquitur, quòd iurisdictio delegata ad alias personas, non possit prorogari, sed potest responderi ad illum textum, quòd loquitur, quando delegatio fuit facta ad certam causam, pro quo facit tex. ibi in fi. dum dicit, huiusmodi delegata. vnde verbum, huiusmodi, videtur se restringere ad casum propositum. Sed casus propositus erat de delegatione facta ad certam causam, igitur, &c. Item facit pro dicta opinione: quia iurisdictio delegata ad vniuersitatem causarum, est ordinaria, vt no. glo. in cap. cum causam. iufra de appellat. & vide, quæ ibi dixi. Et vide etiam ad hoc alia iura, quæ allegaui in cap. cum Bertholdus. infra de re iud. in glo. super verbo, committentibus. Prima tamen opinio plus placet Domino meo, & mihi, per rationem supra alleg. & per d. cap. P. & G. Et quia nullibi reperitur, quòd iurisdictio delegata ad vniuersitatem causarum, possit prorogari de persona ad personam. Nec est verum, quòd talis iurisdictio habeatur pro ordinaria, vt latè dixi in d. cap. cum Bertholdus, & in cap. cum causam, & latius in repet. l. 1. ff. quis & à quo. Item aduerte, quia quod supra dictum est, quòd non potest fieri prorogatio iudicis delegati de persona ad personam, limitat Bald. in l. si qui ex consensu. C. de Episcopa. aud. dicens, quòd tex. in d. cap. P. & G. loquitur, quando personæ volentes prorogare nullo modo continentur in illa causa delegata. Secus autem si
b prędicta aliquo modo ad eos pertineat.[b] Nam licet tales personæ non sint expressæ in rescripto: tamen poterunt agere coram delegato. Exemplum, si committeretur causa iuris prælationis in aliquo actu, vt in aliqua Ecclesia: Et aliqui non contenti in rescripto expressè comparerent, & dicerent se potiores in illa re. Nam hoc casu, ad tales potest fieri prorogatio. argu. l. si suspecta. ff. de inoffic. testam. & l. asinam, & quod ibi no. ff. de appel. Sed vt dicit Dominus meus, licet limitatio ista sit pulchra: tamen non probatur iure. Putat tamen eam veram, vt contingentia causæ aliquid operetur, argum. no. in cap. 2. infra de ordi. cogn. & in cap. per inquisitionem. de ele. Mihi autem videtur, quòd istud potius contingat ex virtute comprehensiua delegationis, ratione connexitatis, argu. eorum, quæ dixi in cap. licet. de offic. deleg. in materia perpetuationis, quàm ex uirtute prorogationis. A. B. Et aduerte circa prædicta; quia Dominus meus in consi. 62. quod incipit, Saluatoris eiusque genitricis Mariæ, &c. singulariter dicit, quòd licet delegans non haberet iurisdictionem in personas, quarum causam delegat: quod tamẽ si ipsius delegantis iurisdictio, quia erat ordinaria, poterat prorogari: potest etiam prorogari iurisdictio delegati ab eo, ex quo delegatus vice delegãtis fungitur, & tales personæ in delegatis comprehendebantur: licet quidam in illa q. de facto allegarent in contrarium, c. P. & G. & cap. cum olim. de offic. deleg. Sed dicit Dom. meus, quòd illa indagatio non habet locum in dicto casu, ex quo delegatus tãtum cognoscit inter personas, & de causa in delegatis cõprehensis, & sic frustra indagatio fit de prorogando, vt ibi latius per eũ. Maria. Limita etiam ea, quæ hic dicuntur procedere, quò ad personas principales: secus quo ad accessorias, puta, fideiussores. Item exemplum, si laicus dedit clericum fideiussorem vni delegato Papæ: nam per hoc talis clericus, licet sit persona extranea non contenta in rescripto: tamen videtur subijci iurisdictioni illius iudicis delegati, & illius iurisdictionem prorogare: quia Papa est ordinarius omnium clericorum in omni diœcesi totius mundi, & simpliciter eius delegatus, dictum[c] fuit sing. Cyni in l. 1. ff. si quis in ius voca. non ierit. quod perpetuo no. & illud fuit dictum Petri, quod etiam sequitur l. prædicta.

¶ Tertiò

ADDITIONES.

a ¶ *Cogitabis. Aduerte, quia in contrarium videtur, quod facilior sit prorogatio de persona ad personam, quam de re ad rem, per ea, quæ tenet glo. in l. 2. §. si iudex. in ver. inhibita. & ibi Bar. ff. de iud.*

b ¶ *Pertineat. Istam limitationem sequitur Innocen. & Abb. in cap. veniens. 2. de testi. & Rota in antiquis decis. 516. incip. item si causa committitur, & D. de Ro. commendans dictum Innocen. quòd non comprehensus in rescripto pro suo interesse, possit comparere coram delegato iudice.*

c ¶ *Dictum Cy. sing. quòd fideiussor subijcitur delegato principali. de hoc dicto dubitant Moder. in c. P. & G. de offi. delega. & alleg. Cy. post Pe. in l. pe. no. in l. 1. ff. si quis in ius voc. non ierit. adde Felyn. in d. c. P. & G. in 2. col. ver. 3. limita. vbi etiam limitat alijs modis huiusm. conclusiones. Et an possit fieri prorogatio de loco ad locum in delegato, vide Card. consi. 71. & Ang. in consi. 162.*

¶ Tertiò limitatur, nisi sit talis persona, quæ successerit in locũ personæ contentæ in rescripto. Nam si successit, fit prorogatio ad eam, vt in c.1.supra de alie.iud.mu. causa facta. Sed ista etiam non videtur propriè prorogatio, quia ratione successionis succedens fungitur eadem persona. De loco autem ad locum, potest fieri prorogatio, etiam iudicis delegati. Et ideò delegatus, vt cognoscat in certa diœcesi, potest cognoscere extra illam diœcesim accedente cõsensu ipsarum partium, & sic in alio loco, vt est tex. in cap. statutum. §. nullo. de rescrip. in 6. quod tamen arbitror limitandum, si modo loquamur in delegato apostolico: secus si loquamur in delegato inferioris ordinarij: quia sicut ipse inferior ordinarius non posset extra territorium suum cognoscere, vt dicam in sequenti articulo: ita etiam nec posset alteri delegare. Secus autem est in summo Pontifice: quia sibi totus mundus est vna diœcesis. 8. quæstio. 3. cap. cuncta per mundum. Posset tamen circa hoc dubitari, quid si tunc accesserit consensus iudicis illius territorij, cuius solutio colligitur ex his, quæ dixi supra in 1. quæst.

¶ Septimò quæro, vtrum iurisdictio conseruatoris posit prorogari. Sol. Dic, vt tradit d. Domin. in cap. 1. de offic. deleg. in 6. quia ad præsens videre non potui.

26 ¶ † Octauò quæro, quid in arbitro? Sol. Gul. de Cug. in l. si cum dies. §. si arbiter. ff. de arb. quem refert & sequitur Bald. in repet. l. ex compromisso. ff. de arbit. in 7. quæst. principali, tenet quòd non, & bene. & ratio est in promptu: quia arbiter non habet iurisdictionem, sed notionem, vt in l. ait prætor. ff. de re iudic. & ideo nõ potest fieri prorogatio eius, quod non est, vt dixi supra in primo articulo principali. Sed ipsius notionis, quam habet, an posit fieri prorogatio: si fiat infra tempus compromissi per expressum consensum, sicut factum est compromissum, potest fieri prorogatio, vt debet fieri cum qualitatibus, quibus factum est ipsum compromissum, vt l. Labeo. ff. de arbitr. aliàs autem post tempus diceretur fieri nouum compromissum, & ita etiam si intra tempus compromissi à partibus eligeretur tertius, vt singulariter dicit Bart. in l. si dominium. ff. de furt. in fi. q. quod perpetuo notabis.

¶ Nonò quæro, quid si partes litigantes coram vno iudice credentes ipsum habere iurisdictionem inter alios, cum non habeat, intendentes prorogare iurisdictionem ipsius, illam prorogauerunt, vtrum valeat processus gestus per ipsum. Sol. Dic de hoc, vt latius dicam in 7. princip. articu. versic. 7. quæro.

27 ¶ † Decimò quæro, vtrũ iurisdictio seu officium notarij posit prorogari. Sol. Debes scire, quòd quidam sunt notarij, qui ex priuilegio sunt iudices ordinarij: quales sunt omnes notarij Senenses, qui ex eo, ꝙ sunt iudices ordinarij: possunt præcipere guarentigiam, & isti tales notarij appellantur iudices ordinarij: aliàs cartularij, vt no. in l. 1. ff. de iud. qui nõ habent iurisdictionem nisi inter consentientes. in d. l. 1. de quib. iudicibus cartularijs facit mentioné tex. in l. rem nõ nouam. ff. de iud. & in l. fi. C. vbi & apud quem in integrum restit. &c. & istorum iurisdictio potest prorogari de persona ad personam. vnde notarius Senensis potest inter forenses præcipere guarentigiam, & aliam similem iurisdictionem exercere inter consentientes. Sed an de loco ad locum posit fieri prorogatio, maior est dubitatio: vnde non videtur, ꝙ notarius Senensis extra territorium Senense posit præcipere guarentigiam, aut aliam similem iurisdictionem exercere, quod videtur expeditum, si à statuto aut consuetudine Senensi concessa fuerit ipsa iurisdictio & potestas: quia extra territorium, &c. facit quod dicam in sequen. artic. in materia prorogationis iurisdictionis de loco ad locum. Sed si talis haberet talem iurisdictioné à Principe, vel à Papa eo ipso, quòd est notarius Senen. maius est dubium per ea, quæ tradit Guli. de Cug. & Docto. in l. repetita. C. de Episcopis & clericis, & in l. non aliter. ff. de adoptio. & per Barto. & Bald. in l. 1. C. de summa Trin. & in l. 2. ff. de offic. consul. coniunctis his, quæ tradit Specul. in titu. de instrumen. edit. §. restat. versic. quid si de huiusmodi, & per Domin. Anton. & Docto. in cap. per venerabilem. infra qui fil. sint legi. & per Dom. me. & Ioan. de Imo. in cap. penult. de fide instrumen. coniunctis his, quæ dicimus in materia istorum, & in materia causæ prohibitiuæ & permissiuæ. Aut nos loquimur de simplicibus [a] notarijs, & cum tales nullam habeant iurisdictionem, non est quærendum de prorogatione iurisdictionis, vt dixi supra, in 1. art. & etiam in prin. illius tertij articuli. Sed an ipsorum officium posit prorogari. Gul. in d. l. repetita. dicit, quòd non. Et adde etiam pro decisione, quæ dicuntur per Doct. in iuribus supra alleg.

¶ Vltimò quæro, vtrum delegatione facta super aliqua causa, posit in illa causa iurisdictio alterius iudicis & ordinarij prorogari. Sol. Innocen. in cap. ad petitionem. infra de accu. videtur sentire, quòd non. ipse videtur postea sibi contrarius, & multum intricatè loquitur, & ideo dic, vt ibi latius dixi, vbi post multa conclusi, quòd si Papa motu proprio committit aliquam causam reuocando ad se inquisitionem, vel cognitionem ex certa scientia: processus factus per inferiorem non tenet, licet pars non excipiat. facit cap. cum olim. supra de constitu. & cap. vt nostrum. infra de appellat. & quod ibi dixi. sed si Papa simpliciter alteri commisisset inquisitionem vel cognitionem, processus factus per alium inferiorem aliàs habentem iurisdictionem, teneret, si pars non opponeret: quia licet pars uel inferior non posit impedire talem delegatum, aut ei iurisdictionem tollere, possunt tamen partes in prę iudicium suum dimittere iudicem delegatum, & in alium iudicem ordinarium consentire, etiam alterius prorogãdo iurisdictionem: dummodo aliud impedimentum, seu alia qualitas non obsistat.

28 ¶ † Circa quintum princ. artic. videlicet, in quibus causis, & per quas species posit fieri prorogatio. Inno. in cap. de causis. de offic. deleg. ponit regulam, quòd omnis causa, quæ potest delegari, potest prorogari, & sentit etiam Paul. in l. 1. ff. de iudic. sed aduerte, quia non sequitur, non potest delegari: ergo non

ADDITIO.

a ¶ *Simplex notarius non habet iurisdict. & ideo non potest facere præceptum guarentigiæ contrahentibus, Socin. in consil. 4. colum. fin. ver. & si diceretur.*

non potest prorogari, vt dicit Bald. in l. 1. C. vbi de cri. agi opor. & patebit ex his, quæ infra dicam. Verum quia in hoc artic. veniunt examinandæ plures quæstiones, ideo ut eas habeas distinctè & ordinatè, prosequar per infrascriptum ordinem.

29 ¶ † Primò igitur quęro, vtrū de re ad rem, seu de causa ad causam possit fieri prorogatio. Sol. Dic, quòd sic, tam coram delegato, vt in cap. cum olim. supra de offi. deleg. quàm etiam coram ordinario, vt in l. de qua re. & ibi etiam vide glo. ff. de iudi. Intellige tamen, quòd causæ ad quas fit prorogatio, sint similes illis, de quibus potest cognoscere iudex, cuius fit prorogatio, vt no. per glo. & Bart. in l. inter conuenientes. ff. ad municip. & tenet Dom. M. hic & in cap. si diligenti. supra eod. Et ratio est in promptu, quia non dicitur fieri prorogatio, quando committitur aliquid quod sit alterius naturæ vel formę,

a vt est glo. sing.[a] in c. ij, qui. de præben. lib. 6. quam sequitur ibi Pet. de Anch. qui dicit, quòd eam allegat pro singu. Bald. in l. si quis ex consensu. C. de episc. audi. Sed aduerte, quia casus iste potest considerari dupliciter. vno modo, quando fit prorogatio de re ad rem eiusdem quantitatis & qualitatis, & hoc nō est dubium. Secundo modo, de re ad rem maioris quantitatis. exemplum, potest iudex cognoscere vsque ad centum aureos, & non vltra, vtrum vigore prorogationis poterit cognoscere inter prorogantes de causa ducentorum aureorum. & dicendum est, quod sic. tex. est no. in d. l. inter conuenientes. nā diuersitas in quantitate non inducit diuersam speciem iurisdictionis, sicut homo paruus non differt specie ab uno homine magno, & idem econtra, per eandem rationem. vnde iudex, qui non habet iurisdictionē nisi à ducentis aureis supra, potest cognoscere de minori summa vigore prorogationis. facit tex. in d. c. cum olim.

¶ Nam non erat verisimile, quòd ibi fieret prorogatio prorsus in eadem quantitate, & sequitur Domin. M. in d. capit. P. & G. secus autem si ageretur de his quæ sunt diuersæ naturæ vel formæ. vnde iudicis habentis solum iurisdictionem in ciuilibus, non potest fieri prorogatio in criminalibus, & in causis meri vel misti imperij, quę sunt alterius speciei, vel iurisdictionis.

¶ Et sic sequitur, quòd prorogatio debet fieri de ciuili causa ad ciuilem, de mero imperio ad merū, & de misto ad mistum, non autem de misto ad merum, & sic de similibus, vt dicit glo. & Bar. in d. l. inter conuenientes. Dom. M. in d. cap. si diligenti. & d. c. P. & G. quia aliàs non esset prorogatio, vt dixi supra, & maximè in 1. artic. sed noua concessio iurisdictionis, quam priuati non possunt facere, vt l. priuatorum. C. de iurisd. omn. iudi. A. B. Tenet Innoc. & Do. M. in c. de causis. de offi. deleg. & Dom. M. in c. innotuit. de arbit. in fi. glo. 1. & c. pen. de ordin. cogit. in glo. fi. Ma.

¶ Et ex prædictis etiam sequitur, quòd in causis etiam criminalibus, potest fieri prorogatio. contrarium tenet glo. in d. c. si diligenti. 11. q. 3. c. inolita. & Iac. de Are. vt refert & sequitur Spec. in titu. de compe. iudi. adi. §. 1. ver. sed nunquid in iudicem. Sed primam opin. tenet, licet sub dubio fortè, glo. fin. in verbo, criminali. C. de iurisd. omn. iudi. dummodo iudex, vt dixi, habeat merum imperium, per l. 1. C. vbi de cri. agi oportet. & ibi Bal. hoc tenet, & etiam tenuit Fran. Accur. vt refert hic Ioan. And. in d. c. si diligenti. & in addi. Spe. in d. ver. sed nunquid in iudicem. & Inn. & Doc. in d. c. de causis. & in d. c. P. & G. & ibi Dom. M. glo. & Bart. in d. l. inter conuenientes, & glo. Bar. Bal. & Ang. & communiter Doct. in d. l. 1. ff. de iudi. Vtrum autem proprius iudex teneatur illam prorogationem habere ratam, dicam in seq. artic. in 8. quæst. versi. sed quæro, quæ est ratio differentiæ, & etiam fortè tangam in 7. arti. princ. ver. 13.

30 ¶ † Secundò quæro, vtrum in spiritualibus possit fieri prorogatio. Sol. Dic, quod non, nisi accedat proprius consensus iudicis ecclesiastici, vt in c. omnis. infra de pœnit. & remis. & in cap. nullus. infra de paroch. & in cap. fin. de tempo. ordi. lib. 6. & hoc est clarum in spiritualibus sacramentalibus: sed in non sacramentalibus, vt puta, in decimis, & iure patronatus, & similibus, dicit hic Ioan. And. quod iurisdictio iudicis secularis sine clericorum mistura nō potest prorogari absque apostolicæ sedis authoritate, de quo remittit ad no. in c. per tuas. & c. cum contingat. supra de arbitr. & sic sentit Ioan. Andr. quòd solius laici iurisdictio super spiritualibus, vel annexis spiritualibus, non potest prorogari, nisi sit mistura clericorum & laicorum. Nam hoc casu, potest fieri prorogatio, vt ipse sentit per d. c. per tuas. quod dictum non placet Domino M. quia d. cap. per tuas, habet locum solum in arbitris, qui non habent iurisdictionem, sed notionem quandam, vt in l. ait prætor. ff. de re iudi. Ideo non mirum si mistura ibi toleratur, secus in iurisdictione: vnde causa spiritualis nō potest committi laico, & clerico, cum laicus sit omnino incapax talis iurisdictionis, vt in cap. 2. supra de iudi. & iurisdictio competit cuilibet in solidum, & indiuisibiliter, vt dixi in cap. prudentiam. supra de offi. deleg. & sic mistura inhabilis potius inficeret habilem, quàm toleraretur per habilem. argu. l. Pedius. ff. de arbit. & cap. quod super. de offi. deleg. & quod traditur in regula, vtile. de reg. iur. in 6. Sed tu aduerte, quia D. M. transit de materia prorogationis ad delegationem, de qua materia delegationis, vt possit laico causa spiritualis committi, dic vt dixi in cap. 2. supra de iudi. sed data potentia iurisdictionis in ipsis clericis, aut laicis admistis clericis, circa commissionem spiritualium, quādo tractaretur de proprio commodo ipsius prorogantis, ego non uideo quare non possit fieri prorogatio, post quam causa est similis iurisdictionis ipsius, vnde videtur quòd sic, & ibi possit, per regulas supra dictas: secus si tractaretur de incommodo proprij iudicis, quo casu in præiudicio ipsius non possit sine consensu sui superioris prorogare, & ita intelligo quod voluit Hostiens. in d. capitu. P. & G. vbi voluit, quod laicus non possit prorogare sine consensu sui superioris, quod intelligo, quando tracta-

ADDITIO.

a ¶ *Et dicit ibi Gemi. quòd illa glo. esset scribenda literis aureis, & adde Bal. in c. fin. de consue. Abb. in c. cæterum. de iud. & Bal. in c. in præsentia. in 4. col. de testi. & alibi sæpe, vt per Feli. in c. de causis. in 2. col. versi. 2. limita. supra de offi. deleg.*

tractaretur de incommodo sui superioris. Innocen. tamen in dicto cap. de causis. finaliter videtur concludere, quòd licet in foro pœnitentiali non possit fieri prorogatio sine consensu proprij iudicis, in foro contentioso fieri posset à laico, licet causa sit spiritualis, & hoc sequuntur communiter Docto. & Dominus meus in dicto capitu. P. & G. & hoc dummodo non fiat cóclusio in præiudicium superioris. Quid autem iuris sit in potestate excommunicádi, an possit prorogari. Inn. fuit varius, nam in d. cap. P. & G. sentit, quòd sic. Sed contrarium sentit in d. c. de causis. & hoc vltimũ sequitur Bal. in d. l. si quis ex consensu. C. de episc. aud. quia hæc potestas competit à solo Deo. Sed dic, quod prædictũ motiuum procedit, quando quis subijceret se non habenti potestatem excommunicandi: secus si haberet respectu subditorum suorum: quia tunc nó datur noua potestas, sed fit extensio de persona ad personam, vnde est amplius ampliatio potestatis, sicut in simili legitur & no. in cap. 2. de conse. eccle. vel alta. Sed tu vide omnino quæ latius dixi in capit. P. & G. supra, de offic. delega. in glo. super verbo, promulgantes. vbi tenui contra Dominum meum in nouis recollectis.

¶ Tertiò quæritur, quòd ex forma statuti, quidam officiales non possunt cognoscere nisi de causis pupillorum & viduarum, aut de causis testamentarijs, vel quid simile, & quòd in alijs non possint se intromittere adiecta clausula decreti, vtrum non pupilli vel viduæ possint prorogare iurisdictionem talis officialis, vel vtrũ possit prorogari in alijs causis quam testamentarijs. Sol. Ego anno præterito consului, quòd non, quia cum dicti officiales habeant limitatam iurisdictionem ex statuto, si cognoscunt in alio casu, sunt incópetétes, vt in Auth. de defen. ciui. §. & iudicare. & in l. placuit. C. de ped. iud. facit quod no. in l. si idem cum eodem. & l. cùm quædam puella. ff. de iurisd. om. iud. quia limitata dispositio limitatum parit effectum, vt in l. cancellauerat. ff. de his, quæ in test. delen. & no. in cap. cum intelleximus, supra, de iud. facit etiam quod no. Bar. in l. 1. ff. de iu. in ratione quam assignat, quare delegata iurisdictio non possit prorogari ad alias personas, de quo tamen dictum fuit supra, in præcedenti articulo.

¶ Secundò probatur, quia quando certa qualitas est fundamentum iurisdictionis, & est causa dandi iurisdictionem alicui iudici, illa qualitas debet allegari in libello, & probari si negetur, vt in c. ceterum. & ibi no. supra de iud. & in c. si clericus laicum, supra eod. & ibi etiam dixi. Sed hæc qualitas dans iurisdictionem, videlicet quòd sit pupillus vel vidua, per non pupillum vel viduam non potest allegari nec probari: ergo, &c.

¶ Tertiò probatur: dato, quòd regulariter possit fieri prorogatio in iudicem ordinarium, & virtute iurisdictionis prorogatæ possit cognoscere vt competens iudex, quia aliàs est incompetens: tamen hoc est verum, quando fit de vna specie iurisdictionis ad aliam causam eiusdem speciei: secus si ad speciem penitus diuersam, quia tunc non est prorogatio, sed noua concessio, vt dictum fuit supra in 1. artic. & in præced. quæst. in prin. Et per has rationes & alias similes cócluditur, quòd etiam sine clausula decreti,
a non poterit fieri prorogatio: fortius tamen [a] prohibetur fieri adiecta dicta clausula decreti, cuius effectus est, quòd licet pars non opponat, nihilominus processus est ipso iure nullus, vt in c. statutum, iũcto fine, & iuncta glo. fi. de rescrip. lib. 6. Et pro dicta sententia etiam facit quod tradit Dominus meus in c. P. & G. de offic. deleg. vbi dicit, quòd iurisdictio iudicis, qui solùm potest cognoscere de mercantijs, non potest prorogari in alijs causis: licet sint variæ opin. vt ibi ipse refert. A. B. Nota tamen quòd ratione connexitatis & incidentiæ potest vnus iudex cognoscere, de qua aliàs non posset. dixi in cap. licet ex suscepto, supra eod. vers. 17. Ma.

¶ Quartò quæro, quid si concessa est iurisdictio sub dicta forma alicui officiali, videlicet, quòd solus possit cognoscere inter pupillos vel viduas: vtrum pupillus vel vidua possint alterius iudicis iurisdictionem prorogare. Sol. Istius autem dubitationis decisionem sume ex his, quæ dicta sunt in præcedenti quæstione, coniunctis his, quæ latissimè dixi in cap. cæterum, supra de iudi. in illo articu. an per concessionem iurisdictionis factam vni, videatur iurisdictio sublata alteri. A. B. Vide pro decisionibus. quæst. Bal. singulariter in l. certas. C. quando prouo. non est neces. Ma.

31 ¶ † Quintò quæro, vtrum iurisdictio possit prorogari de tempore ad tempus. Sol. In delegato dic vt dixi in præcedenti articu. versic. sexto quæro. in ordinario, vtrum cadat hæc prorogatio: aduertendum, quòd si iudex est perpetuus, tunc quò ad subditos frustra quæremus de prorogatione prædicta: Sed quò ad non subditos, possumus dicere, quod non possunt ipsi prorogari submittédo se iurisdictioni illius, vsque ad certum tempus. arg. d. c. P. & G. ibi hoc tenet Host. & tenet etiam Innoc. in d. cap. de causis, supra eod. de offic. deleg. Aut iudex ordinarius non est perpetuus, sed temporalis, qualis est Potestas, vel Capitaneus istius ciuitatis: & tunc si litigátes vellét prorogare tépus, quo futurus est non Potestas, & non possunt, quia fieret præiudicium successori. Item, quia partes possunt per hunc modum constituere sibi iudicem perpetuũ. Item cessat extremum ad quod requiritur in fictione translatiua, vt traditur per Barto. in l. si quis pro emptore. ff. de vsucap. & per Dom. meum in c. is qui, de spon. facit etiam, quia tempore quo futurus est priuatus sine iurisdictione, res deuenit ad casum, à quo non potest incipere prorogatio, secundum ea quę dixi in præced. artic. in princ. igitur vitiatur, vt l. si aliter, aliàs incipit, Iulianus. ff. de iud. & hanc opin. tenet Bal. in d. l. si qui ex consensu. C. de episc. aud. & Dominus meus in dicto cap. P. & G.

32 ¶ † Sextò quæritur, vtrum iurisdictio possit prorogari de persona ad personam. Sol. In delegato dic, vt in articulo præcedenti, in 6. quæst. in ordinario verò clarũ est, ꝙ fieri potest, vt in l. 1. §. 1. de iudi. & in l. 1. C. de iuris. om. iu. & probat etiã in tex. nr̃o.

¶ † Septimò

ADDITIO.

a ¶ *Fortius tamen. Quia vbi adest clausula decreti, tunc consensus partium nihil operatur, adde do. Card. cons. 73. incip. omnis à me charitatis. cum simil. vt per Fely. in cap. cùm accessissent. in 4. col. de constit.*

33 ¶ † Septimò quæritur, vtrum iurisdictio posśit prorogari de loco ad locum. Sol. In delegato dic, vt dixi in præcedenti artic. in 6. quæst. Sed in ordinario, maius est dubium. D. M. in d. cap. P. & G. dicit, quòd infra suam iurisdictionem posset fieri prorogatio de loco ad locum. Ideo si erat solitus habere tribunal in platea, posset fieri prorogatio, vt habeat extra plateam. facit tex. in l. si vt proponis. C. quomo. & quando iudex. Aut partes volunt prorogare de loco ad locum non subditum, & sic extra territorium, & multi tenuerunt in d. l. si qui ex consensu, quòd fieri posśit. Bal. ibi tenet contrarium, in l. 1. C. de iurisdi. omn. iudi. & Doct. hic. A. B. Et de hac materia huius 7. quæst. vide quæ dicam infra in c. fi. super glo. fi. in materia, vbi, seu in quo loco iudex iurisdictionem, seu forum exercere, seu retinere debeat. in 6. prin. artic. in secundo membro, versi. sextò fallit. Ma. nisi consentiat iudex illius territorij cuius consensus si non accedat, processus est nullus, & hoc putat Dom. M. verius esse, quia iurisdictio istius inhęret territorio, vnde extra territorium censetur priuatus, vt l. 3. ff. de offi. præsid. legitur & no. in cap. nouit. supra de offi. leg. & in cap. 1. de postu. præla. ad quod etiam adducit per locum à speciali tex. in Clem. vnica, eo. tit. & glo. singularem in cap. vt litigantes. de offi. ordi. lib. 6. quæ dicit, quod a ad hoc, vt iudex [a] posśit cognoscere in alieno territorio, oportet quòd partes consentiant, & iudex illius territorij, ne violet alterius territorium. 10. q. 2. c. 1. facit cap. postulasti. supra eod. Et pro hac etiam opinio. ego allego glo. in verbo, indulgemus. in d. Cle. vnica, eo. tit. quam ibi secutus fui post Ioan. de Imo. & Docto. Aduerte tamen, quia ego arbitror hoc limitandum, si modo iudex illius territorij, qui consensit, sit talis, qui in loco illo habeat iurisdictionem ordinariā: vel talem, per quam posśit fieri prorogatio: quia tūc quodammodo vigore iurisdictionis delegati videtur cognoscere. Sed si non esset talis, non video quòd cum partes non posśint istum facere iudicem, & iudex etiam ipse, qui consentit, non posśit tribuere iurisdictionem, & iste extra territorium censeatur priuatus, quòd aliquo modo, posśit prorogare iurisdictionem exercendo. Sed posito, quòd iste iudex, in cuius territorium iste vult cognoscere, posśit tribuere iurisdictionem, vide casum singularem, in quo solus Episcopus potest consentire, vt non habens iurisdictionē inter suos subditos, certo casu illos iudicet, posito quòd subditi non consentiant, de quo vide tex. & quod ibi no. in cap. Romana, post prin. de cen. lib. 6. & sic per illum tex. habes no. lim. ad illam glo. in cap. vt litigantes. & ad alia iura, supra alleg.

34 ¶ † Octauò quæro, vtrum in causa inquisitionis habeat locum prorogatio iurisdictionis, de quo articulo in cap. qualiter, & quando, el secondo, infra de accusat. in 5. artic. principali, quæst. penul. remisi me hic dicturum. Sol. Bald. in l. 1. in fi. C. vbi de crim. agi opor. dicit, quòd non, quia in inquisitione non fit litis contest. Sed ista ratio non est bona, quia etiam in causis, in quibus non fit lit. contest. fit prorogatio. Præterea non est simpliciter verum, quòd in causa inquisitionis non requiratur lit. con- b test. [b] de quo late dixi in d. cap. qualiter. de accus. in 11. princ. artic. versi. 80. quæro. vnde Bald. assignat aliam rationem, videlicet, quòd in causa inquisitionis non sunt partes, quæ posśint prorogare inquisitionem, & iudex non potest prorogare iurisdictionem in seipso, neque etiam fama prorogat iurisdictionem, quia non habet in se consensum, cum sit res inanimata. Et subdit Bal. quod videre suo illam sententiam tenet Spec. sed ego non reperi Spe. hoc tenere, in tit. de compe. iud. adi. & in tit. de inquisitione. sed bene reperi d. Nellum de san. Gemin. in tractatu bannitorum. in 2. quæst. 2. partis primi temporis. per l. 2. ff. de iud. ad quod etiam allegat no. per Innoc. in cap. ad petitionem. infra de accus. sed Innoc. ibi non dicit aliquid de inquisitione. Et aduerte, quia ratio Baldi non concludit in inquisitione, quæ fieret ad promotionem vel instigationem alterius prosequentis & suscipientis in se telam iudicij, secundum ea, quæ latius dixi in d. cap. qualiter. in 2. art. versi. 10. quæro. A. B. Adde Bald. in l. nummis. C. qui accus. non poss. & in l. 1. C. ad l. Corn. de sica. & in l. magisteriæ. C. de iurisdi. omn. iudi. & vbique idem tenet. sed aduerte, quia cum dictum non videtur verum, quia consensus duorum, quando agitur de præiudicio vtriusque. In casu autem nostro, quia agitur de præiudicio unius duntaxat, videtur ꝗ sola voluntas eius attendatur. argu. l. Nesennius. cum ibi no. ff. de neg. gest. & adde quod ponit Bart. in l. non solum. §. morte. ff. de no. ope. nunc. Ita dicit Fran. de Acco. de Are. in c. 1. sup. de iud. Ma.

35 ¶ † Nonò quæro, vtrū in causa appellationis posśit iurisdictio prorogari. exemplum, debebam appellare ad vnum iudicem, & appellaui ad alium: & appellatus non opposuit declinatoriam, neque aliquam exceptionem incompetentiæ, vtrum valeat processus? Sol. Dic quòd non. Nam vigore ordinariæ potestatis non potest, quia non debebat ad ipsum appellare: quia vigore prorogationis non posset. probo, quia aut isti credebant ad istum appellandum esse, & errabant, & per consequens non tenet prorogatio, vt dicam in sequenti articu. quæst. 2. Aut sciebant, & non potuerunt facere iudicem appellationis, qui nō erat contra iuris dispositionem, cùm iura disponant gradatim esse appellandum, de iure ciuili, & de iure canonico: nisi appellatur ad Papam. Et adde quæ dicam infra, in 8. articu. princ. quæst. 8. in fi. Quæ tamen arbitror procedere, si ipse talis, qui appellauit, non esset superior ipsius iudicis à quo appellatur. Secus si esset superior ipsius, licèt fortè ad ipsum, tanquam mediatum, non esset appellandū: quia licet fortè propter errorem non posśit dici prorogari iurisdictio, tamen videretur valere ex dispositione l. primæ, §. penul. versic. si verò. & versic. si quis ergo. ff. de appellatio. Et fortè etiam si sciuerunt partes, & non opposuerunt, posset dici valere, arg. illius tex. cogitabis, quia non reperi tactū per Doct. A. B.

¶ † Deci-

ADDITIONES.

a ¶ *Quando fit prorogatio de loco ad locū, oportet quòd iudex loci, in quē fit prorogatio, consentiat. Adde quod dicit Aret. consi. 58. & Old. consi. 88.*

b ¶ *Causa inquisitionis, an fiat litis contestatio, adde Bald. in l. 1. C. vbi de cri. & quæ dicuntur per Doct. post Bar. in l. 2. §. si publico. ff. de adult.*

36 ¶ † Decimò magis generaliter quæro, an in causis criminalibus possit fieri prorogatio. & in hoc dico quòd sic, tex. est, & ibi no. Docto. in l. prima. C. vbi de cri. agi opor. & maximè Pau. de Cast. qui notabiliter subdit hoc verum, interueniente consensu iudicis, vbi delictum fuit commissum: cui respublica fuit offensa: sicut in prorogatione, quam facit clericus in Episcopum non suum, vt hic, & ita dicit tenere Specu. in titu. de compe. iud. adi. §. primo. vers. sed nunquid in iudicem. licet in ciuilibus talis consensus non requiratur, vt in l. 2. & ibi Barto. de iudi. quod vltimũ, quomodo procedat, vide in 7. quæst. sequen. quæst. quod no. & signa, & quod in criminalibus fieri possit prorogatio iurisdictionis, tenet Bart. in l. 1. ff. de iud. Ma.

¶ Circa 6. princ. artic. quo quæritur, qualiter fiat, & quæ requirãtur ad hoc, vt possit fieri prorogatio. Sol. Ioan. And. hic enumerat 10. requisita ad hoc, vt clericus possit prorogare iurisdictionem iudicis non sui.

¶ Primò, quòd consentiat.

¶ Secundò, quòd non per errorem.

¶ Tertiò, quòd non per metum.

¶ Quartò, quòd sit persona ecclesiastica.

¶ Quintò, quòd sit aliàs iudex.

¶ Sextò, quòd ordinarius.

¶ Septimò, quòd de consensu Episcopi, seu superioris.

¶ Octauò, quòd re integra non pœniteat.

¶ Nonò, quòd sit talis causa, quæ iudicis prorogationem recipiat, quæ nouẽ requisita distinctè prosequar, eadem specificè per quæstiones examinãdo, tàm in clericis quàm in laicis.

37 ¶ † Primò igitur circa consensum partium, qui requiritur ad prorogandum iurisdictionem, an sufficiat tacitus vel expressus. Sol. Quidam voluerũt, quos refert Bal. in d. l. si quis ex consensu. quod requiratur consensus expressus: non autem sufficiat tacitus, quod etiam refert Inno. in cap. 2. supra de in integ. resti. in ver. inhibitiones. Sed communis opi. est in contrarium, ꝙ sufficiat tacitus adeundo iudicem, & scienter litigando coram eo, vt tenent communiter Doct. in cap. si diligenti, supra eod. & Bart. & Doct. in l. 2. ff. de iud. Inno. in cap. ad petitionem, infra de accu. & ibi dixi in gl. 1. tenet etiã D. M. in c. cùm olim, supra de offic. deleg. vbi tex. singulariter probat dum dicit, quòd ille Comes penitus contradixit, quasi consentiat: quod secus esset si tacuisset, licet Ange. de Perus. in l. fi. ff. de iuris. om. iud. alleget illum text. quòd ad prorogandum iurisdictionem delegatam, requiritur expressus, & malè, pro quo etiam allegat text. in c. statutum. §. nullo, de rescript. lib. 6. qui tex. exigit expressum consensum. Sed loquitur in prorogatione, quæ fit de loco ad locum, de qua dixi supra, in præced. articu. quæst. 2. Et ideo ille tex. posset induci ad contrarium arguendo per locum à speciali. Sed fortè Ang. voluit inducere illum arguendo à paritate rationis. Sed tunc potest responderi, quòd cùm illud sit ius nouum, & quod venit à paritate rationis, venit ex tacito intellectu, vt no. gl. in cap. cupientes. §. quod per viginti. de elect. lib. 6. & regulare sit, ꝙ consensus tacitus & expressus æquiparentur, vt in c. dilecti, supra eo. & 43. dist. c. sit rector. meritò non sumitur illud argumentum.

¶ Est ergo communis cõclusio, quòd regulariter tam in ordinario, quàm in delegato, in casibus in
a quibus aliàs potest fieri prorogatio, sufficit tacitus [a] consensus, & hoc tenet glo. in l. prima. C. de iurisd. omn. iud. & in l. 1. vbi de cri. agi oportet. in verbo, inchoatæ, quæ probat iuncto illo tex. quòd eo ipso, quòd citatus coram iudice incompetenti non declinat eius forum, sed coram eo respõdet, cùm sciat eum nõ esse suum iudicem, videtur in eum consentire. hoc etiam tenet Inno. in c. cùm venissent, supra de in integ. rest. & in d. c. dilecti. & in c. prudentiam. in verbo, excommunicationis, supra de offic. deleg. & in c. ad petitionem, infra de accus. & tenent etiam Doct. in c. si clericus laicum, supra eod. & Dominus meus in d. c. P. & G. & hoc facit, quod nota. in l. quidam consulebant. ff. de re iudic. & in cap. inter monasteriũ, infra de re iudic. & quod ibi dixi, & etiam tangendo tenui in dicto c. ad petitionem. remittendo ad hic not.

¶ Aduerte tamen, quia vt ibi dixi post Inno. per solam patientiam partis patientis iudicem procedere contra se, non prorogatur iurisdictio non sui iudicis, nisi ex parte ipsius interueniat aliquod propositũ, quod etiam tenet ibi Dominus meus, pro quo etiam alleg. Inn. in c. olim, el 3. infra de restitu. spol. facit quod no. Bal. in d. l. si qui ex consensu. vbi sing. dicit, quòd si iudex citauit subditum alienum, & ille non comparuit, vnde iudex prætendens contumaciã procedit ad vlteriora, quia per hoc non est prorogata iurisdictio sua, quia absens nunquam consentit in eum, facit etiam quod no. Specu. in titu. de citationibus. §. 1. versic. sed pone, quòd iudex. & in §. fin. & per Arch. 15. q. 4. cap. 1. & quod tradit Ioan. And. in reg. scienti. de reg. iu. lib. 6. A. B. Quod tamen singu. limitatur per ea, quæ sing. dicit Barto. in repe. l. ex quacunque. ff. si quis in ius voc. non ier. vbi mirabiliter dicit, quòd si contra contumacem pronunciatum sit per iudicem se fore iudicem competentem, quòd nunquam ille contumax poterit opponere illum non fuisse iudicem competentem: & non esse prorogatam iurisdictionem, ex quo non est appellatus, vt potuit: etiam de iure ciuili, vt no. gl. in auth. habita, C. ne fi. pro patre. Et sequitur Io. Pe. in d. l. ex quacunque. Sed tu aduerte ad plura. Primò ad id, quod dicit, ꝙ potuit appellare: quia intelligere debes, nisi talis fuisset in cõtumacia propter quam excluderetur à potestate appellandi, secundum ea, quæ dixi in Clem. 1. de do. & contu. fortè aliquid tangam, vel in titu. de do. & contu. vel in tit. de appel. Secundò ego arbitror, quòd illud procedat potius virtute sententiæ iudicis quàm alicuius prorogationis: per ea, quæ superius dixi. Tertiò, debes intelligere, quòd ad hoc, vt illud habeat locum, debet citare illum absentem contumacem, vt veniat ad dicendum quomodo præfatus iudex non debeat pronunciare se iudicem competentem: vt si talis pronunciatio fiat præcedente citatione, & causæ cognitione, vt l. 3. §. si causa cognita. ff. de bon. possess. & debet citare specialiter ad hoc, vt absens red-

ADDITIO.

a ¶ *Vide latius per Ang. & Imo. in l. quæro. ff. de fo. & Aret. in c. ad petitionem, de accu.*

reddatur certus de citatione super competentia. argum. l. aut qui aliter. ff. quod vi aut clam. ad quod vide, quæ latius dixi, infra de dilatio. in rubr. artic. 20. q. 8. quam cautelam perpetuò notabis ad excludendum prouisionem l. si per errorem. ff. de iurisdi. omn. iudic. & potestate app. de iu. de quo videtur posse oppo. quandocunque, secundum glo. in Cle. 1. de sequest. posses. & fru. Ma. Aduerte tamen, quia ideo dixi supra quòd regulariter sufficit tacitus consensus: Nam quandoque requiritur expressus, vt in prorogatione de loco ad locum, vt in d. c. statutum. §. in nullo. de rescrip. lib. 6. circa quod vide, quod dixi, supra in præce. artic. in 7. quæst. & in 4. artic. q. 6. Et est notandum, quòd prædicta procedunt tam in clericis, quàm laicis, cum eadē sit ratio in utrisque. vtrum autem per satisdationem de iudicio sisti, vel iudicato soluendo, fit prorogata iurisdictio, dicam infra in hoc eodem artic. in vlt. quæst. princ. vbi tractabo, an per citeriorem actum à litis contestatione fiat prorogatio iurisd. De prorogatione autem iurisdictionis, quæ fit ex consensu resultante ex contractu, dixi late in cap. dilectus. supra eo. de illa autem, quæ fit per delictum, dixi in c. postulasti. sup. eo.

38 ¶ † Secūdò quæro, quid si partes errant, [a] quia litigant coram iudice tanquam suo, cum non sit, vtrū processus teneat. Sol. Dic, quod non, per tex. in l. si per errorem. ff. de iurisd. om. iud. & in l. 1. & quod ibi tenet glo. & Doc. ff. de iud. hoc etiā tenet hic gl. 1. & sequuntur Doct. & tenet Spe. in tit. de compe. iud. adi. §. 1. ver. 10. & Dominus meus in d. cap. P. & G. quod procedit etiam si erraretur in iure, vt tenet Dominus meus in d. c. P. & G. qui allegat no. Inno. in d. c. ad petitionem. infra de accu. quod ego ibi limitaui in 1. Glo. quando loqueretur de uera prorogatione in non suum iudicem, secus si prorogatur iurisdictio sui iudicis ordinarij proprij, qui tamen poterat aliqua exceptione declinari. Nam si nō declinatur etiam ex errore iuris, tenet processus, vt traditur in d. l. si per errorem. & in l. si conuenerit. eo. tit. & no. per Dominum meum in c. 1. supra de iud. Sed quæro quid si reus ab initio ignorauit illū non esse suum iudicem, & sic errauit, sed postea sciuit, & exceptionem litigauit, an valeat iudicium. ¶ Sol. Glo. tangit in l. 1. C. vbi de crim. agi oportet. melius, quàm alibi, & Bal. ibi, qui distinguit, ꝙ aut in iudicio non est defectus iurisdictionis, sed voluntatis partium, quæ non prorogant iurisdictionem propter errorem vel ignorantiam, & tūc ab initio ignorauerunt, & postea sciunt & ratum habent, validatur iudicium, quia erat defectus solum in voluntate partium, qui defectus suppletur ex isto consensu, per l. licet. ff. de iud. & sentit Glo. & Iac. But. & tenet ibi Bart. Sed Cy. contrarium. mouetur, quia litis contestatio reperitur facta coram incompetenti, ideo fuit nulla secundū ueritatem, sed fingitur fuisse aliqua propter consensum secutum ex ratihabitione. Sed Bal. hoc nō obstante dicit in d. l. 1. quod opin. Cyni est uerior, quia in iurisdictione consensus non fingit retro, vt l. obseruare. §. fi. ff. de officio proconf. & leg. oportet ergo, quod litis contestatio fiat de nouo, alias non posset sequi diffinitiua. Et hæc opin. plus mihi placet, quia post quàm actus fuit omnino nullus, non potuit cōsensum partium superuenientem validari saltem vt valeat, vt tunc, licet posset quandoque ualidari, vt ualeat ut nunc, vt no. in c. 2. & 3. & ibi per Dominum meum, infra de his, quæ fiunt à præla. Nec obst. quia consensus potest interuenire ex postfacto, vbi dicit Dominus meus, & Bal. in l. si pacti. C. de sponsa. & Bald. in l. venditioni. C. de vsuca. pro emp. per l. sicut. §. venditionis. ff. quibus mo. pig. vel hypo. sol. dicam in cap. ad audientiam. infra de homic. in 7. articu. princip. quæst. quia respondeo, ꝙ illud est verum, quando à principio [b] actus non esset omnino nullus propter defectum substantificum, vt est in casu nostro. facit, quia si filius agit sine patris consensu, consensus superueniens non validat iudicium, vt tradit Bart. in l. si quis mihi bona. §. iussu. ff. de acquir. hæred. Glo. & Bal. in l. fi. §. necessitate. C. de bon. quæ libe. Ang. in l. licet. ff. de iudi. Arbitror tamen, quòd si partes vellent validare iudicium agitatum coram non suo iudice ignoranter, possent illud ualidare scienter repetendo omnia acta eodem instanti, per theoricam Bar. in l. mulctari. ff. de procu. & in l. properandum. C. de iudi. si vero defectus fuisset in iurisdictione iudicis, cui postea superueniret iurisdictio, & in quē tunc etiam partes consentiant, etiam scienter, an validetur iudicium iam agitatum. tradit Bald. in d. l. 1. Glo. Bart. Bald. & Ang. in d. l. licet. dicam infra in 7. artic. princip. versi. duodecimo quæro. Item potest dubitari circa prædicta, nunquid partes præsumantur scire, ex quo vsque in finem litigauerūt. ¶ Sol. Spec. in tit. de compe. iud. adi. §. 1. versic. 10. & versi. sed nunquid præsumitur, dicit, quod non, imo fortius præsumitur ignorare, per l. uerius. ff. de probat. & l. si lenones. C. de episco. audi. & l. 1. ff. de iudi. ibi consentientes. qui ergo allegat sententiā, illam probare debet, vt l. ei qui. ff. de probat. 6. quæst. vlt. cap. actor. facit l. filius. §. inuitus. ff. de procura. subdit tamen Specu. quòd Vbertus de Bobio tenet contrarium per l. octaui. ff. vnde cognati: & l. de tutela. C. de in integ. rest. vel potest distingui secundum Spe. an partes sint peritæ & præsumantur scire; an rusticæ, seu simplices, & tunc secus. argum. l. si quis id quod. ff. de iurisdic. omn. iudi. & quod no. in l. regula. ff. de iur. & fac. igno. & 37. dist. §. fi. & 39. distin. c. Petrus. & 1. q. 3. §. fin. quæ distinctio satis est æqua & iusta. Et est aduertendū, quòd quæ supradicta sunt de errore vendicant sibi locū tam in clericis, quàm in laicis, quia eadem est ratio utriusque. A. B. Ad hanc materiam vide Ange. in repetit. l. falsus. ff. de fur. versi. deinde quæro. idem Dominus Marianus Socinus.

39 ¶ † Tertiò quæro ex eo, quòd supra dixi ad esse prorogationis requiritur, quòd nō fiat per metum, vtrum prorogatio facta per metum sit ipso iure nulla, an

ADDITIONES.

a ¶ *Errant. An autem error vitiet prorogationem, vide Angelum in consil. 27. vide etiam Felyn. in cap. P. & G. in fi. col. de offic. deleg.*

b ¶ *A principio. Aduerte tamen, quia quando actus solum esset nullus propter defectum consensus, tunc consensus validaret actum, & dicit argu. Glo. in l. 2. ad fi. C. de iure fisci. lib. 10. de quo vide Ioan. de Imo. & Alex. in l. si quis mihi bona. §. iussum. in 2. col. ff. de acqui. hered. vt videtur in casu isto.*

la, an vero ueniat irritanda. ¶Sol. Dic, quòd talis prorogatio est ipso iure nulla. tex. est clarus in l. 2.ff.de iud. licet regulariter ea, quæ fiunt per metũ, sint ualida, & ueniant rescindenda per actionem, quod metus causa, tamen speciale est in hoc casu, quòd gesta per metum sint inualida ipso iure, tenet Bald.in l.fin.§.necessitate. C.de bonis quæ libe. tenet Dominus meus, & Doct.in cap.Abbas. supra quod metus causa, & Bald.in d.l.decernimus. C.de sacrosan.eccle. & Bart. in tractatu de tyranno. sicut in simili in contractu dotis facto per metum, qui est ipso iure nullus, vt in l.si mulier.§.si dos.ff.quod metus causa. ex quibus infertur, quòd cum ea, quæ fiũt coram tyranno, præsumantur facta per metum, vt no. Bar.in l.pen.ff.de condict.ob turpem causam.& traditur in l.2.C.quod metus cau.facit quod no. Io. And.in c.quia propter.sup.de elec. merito dicetur, ꝙ corã tyranno non videtur fieri prorogatio, & prędicta procedunt tam in laicis, quàm in clericis.

40 ¶ † Quartò quæro: dixi, quòd requiritur, quòd sit persona ecclesiastica, vtrũ hoc procedat tam in clericis, quàm in laicis. ¶Sol. Dic, quod non, sed solum in clericis. clerici enim volentes non possunt prorogare iurisdictionem laici, vt in l.si diligenti. supra eodem, & cum consensu proprij iudicis. de quo tamen dicam in 7.quæst.istius artic. Fallit tamen in casibus, de quibus dixi d.cap.si diligenti.in 5.quęst. princip. Sed laicus etiam iurisdictionem iudicis ecclesiastici potest prorogare, dummodo alia qualitas non resistat, vt quia sit causa feudalis, de quo dixi in cap.ex transmissa.supra eodem. Aut sit causa criminalis exigens pęnam sanguinis, aut alia similis qualitas: nam cum hoc non reperiatur prohibitum, stamus in regulis generalibus, quibus habetur, ꝙ iurisdictio iudicis potest prorogari.

¶Quintò quæro, dixi supra quod requiritur, ꝙ sit alias iudex, vtrum hoc procedat tam in clericis, quàm in laicis? ¶Sol. Dic, quod sic, sicut etiam laici per priuatum eorum consensum non possunt iudicem facere, qui alias non est, vt l.priuatorum. C. de iurisdict. omn.iudic. ita nec clerici. vnde ad hoc quod valeat prorogatio, exigitur vt verbum sonat, ꝙ sit iudex, qui habeat iurisdictionem prorogabilem, secundum ea, quæ latius dixi, supra in 3. princip. artic.in princ.

41 ¶ † Sextò quæro, dixi ꝙ exigitur, quòd sit ordinarius. Nam hoc casu videtur verum esse, licet Ioan. And.& Doct.ita simpliciter ponant, ꝙ etiam iudicis delegati potest fieri prorogatio, licet nõ per omnem speciem, secundum ea, quæ dixi in 4. princip. artic. versi.6.quæro.

¶Septimo quæro, dixi ꝙ requiritur consensus Episcopi, vel superioris, vtrum habeat locum indifferenter tam in laicis, quàm in clericis? ¶Sol. Quia hic art.est difficilis, & in eo longa est differentia inter clericos & laicos, vt patebit ex infra dicendis: Ideo distinctè examinabo prius de clericis, deinde de laicis. Vnde quæro, vtrum clericus possit prorogare iurisdictionem alterius iudicis ecclesiastici nõ sui, sine consensu sui superioris. ¶Sol. Dicendum est, ꝙ non, vt hic in tex. in fi. Nec obst.3.q.6. c.pulsatus. vbi videtur dari optio clerico pulsato coram non suo iudice, an velit respondere vel non, & sic videtur esse in sola potestate sua: quia respondeo, vt hic dicit Glo.2.circa medium, ꝙ ibi vacat argu. à contrario sensu. vel potest responderi secũdum Io. And.ad illum tex. dũ dicit, taceat, id est, nõ respondeat. quasi velit dicere, ꝙ clericus ibi cõuentus non teneatur aliqualiter respondere, si non vult, etiam allegaturus priuilegium fortè, ꝙ non sit iudex. Sed si vult respondere, potest, dicendo, quod in cũ non habet iurisdictionem.

42 ¶ † Sed quæro pro declaratione prædictorum & tex. cuius superioris cõsensus exigatur. ¶Sol. Tex. noster hic in fi. dicit Episcopi diœcesani, & sic videtur velle, quod solus Episcopus diœcesanus possit cõsentire huic prorogationi: vnde putat Aegidius, quod alius inferior non possit præstare hunc consensum, etiam si esset talis, qui posset de causa cognoscere. Et ex hoc, & ex tex. arguit Dom. Anto. quod Episcopus potest dare hanc licentiam, etiam in præiudicium immediati superioris istius clerici volentis prorogare, quasi possit eum præuenire in datione istius licentiæ, argumento eorum, quæ no. in cap. quanto. & cap.pastoralis. & cap. cum ab Ecclesiarum. de offi. ordin. quod putat hic Dominus meus, verissimum esse, quando vterque haberet iurisdictionem, licet vnus immediatè, & alius mediatè, argumento eorum, quæ no.in cap. 1. de pęni. & remis. lib.6. Secus putat, si inferior Episcopo habe-
a ret iurisdictionem quasi Episcopalem [a] de iure speciali, tunc ad eum, & non ad Episcopum spectaret præstare consensum, arg. no.per Glo. in clem.1. de rebus eccle. non alien. & per Innoc. & Dominum meum, & ibi dixi, in cap.2. supra de transac. & in c. relatum. de cler. non resi. & per Dominum meum in cap.at si clerici. §.de adulte. supra de iudi. Et aduerte, quia singulariter dicit Ioan.de Lig. hic, quod clericus subiectus Abbati, etiam vbi Episcopus non potest eum conuenire, potest prorogare iurisdictionem Episcopi sui, & fortè sine consensu Abbatis, quod etiam videtur hic sequi Dom. Anto.quod dictum Dominus meus non putat verum, vt possit sine consensu Abbatis, si vltra subiectionem obtinet ab eo beneficium, quia tunc est subiectus ultra, nedum exercitiũ iurisdictionis, facit quod dicam infra. Idem etiam si haberet Abbas iurisdictionem in ipsum quasi Episcopalem. Item aduerte, quia quamuis tex. loquatur de subditis Episcoporum, vt sine eorum consensu nequeant prorogare iurisdictionem alterius iudicis, idem dicendum est de superioribus, vt Episcopis & Archiepiscopis. vnde Episcopi non possunt prorogare iurisdictionem alterius metropolitani, sine consensu proprij metropolitani, vt sentit Host.in c.ad reprimendum.de offi.ord. ar.tex.quod placet mihi: quia sicut Episcopus est ordinarius suorum subditorũ, ita & Archiepiscopus Episcoporum suffraganeorum suorum, vt cap.pastoralis. supra de offi.ordin. vnde cum eadem sit ratio, eadem debet esse iuris dispositio. Et idem dicerem de Archiepiscopis respectu Patriarcharum. & sic con-

ADDITIO.

a ¶*Quasi Episcopalem. Faciunt quæ no. Abb. in c.sicut. col.2.de exces.præla. & in c.Monachi.de sent.excom. & Ant.de But.in consi.23.incip.quia agitur. cum si.vt per Moder.in c.at si.§.de adult.supra.*

concludendum, quòd nullus clericus cuiuscunque sit gradus, aut dignitatis inferioris, vel superioris, potest sine sui superioris licentia iurisdictionem alterius prorogare. Ex quibus infertur, quòd cum exempti sint sub iurisdictione Papæ, nõ possunt Episcopi proprij iurisdictionem prorogare sine licentia Papę, qui est eorum superior, vt no. in c. auctoritate. de priuileg. lib. 6. 93. dist. cap. nulla. & hoc voluit Ioan. Andr. in regu. scienti. de regu. iur. lib. 6. in mercurialibus. Sed dubiũ est, quid de potestate absoluendi: vtrum exemptus qui incidit in excõmunicationem inflictam à canone vel statuto, posit absolui à proprio Episcopo. ¶ Sol. Feder. de Senis conf. 14. tenuit, quòd sic per c. luminoso. 18. quæst. 2. & quia talia priuilegia concessa in fauorem exemptorum, non debent in eorum odiũ retorqueri, & sic vt super absolutione teneantur ire ad curiam, vt in regula, quod ob gratiam. de regu. iuris, lib. 6. Nec obstat, quòd Papa sit diœcesanus exemptorũ, vt supra dixi. & sic debet requiri ipsius licentia, vt hic, iuncto cap. omnis. de pęni. & remis. quia ad hoc respõdet Fede. multipliciter. Primò, quia aliud est esse subditum mero iure cõmuni: nam in alium penitus extraneũ consentitur sine sui superioris licẽtia: & aliud exemptum consentitur in eum, qui aliàs est suus iudex, licet speciali priuilegio sit ab eo exemptus. Et ratio diuersitatis, quia res de facili reuertitur ad naturam suam. 31. dist. c. ab exordio. & l. si vnus. §. quod in speciem. ff. de pac. facit etiam quod in simili dicimus, quod facilius tollitur actio, vel exemptio competens contra ius commune, quàm consona iuri communi. facit quod no. Glo. 16. quæst. fi. cap. fi. Sed iurisdictio ordinarij est consona iuri, exemptio verò dissona. igitur, &c. Et pro hoc etiã allego Glo. in c. statutum. in verbo, numerandum, de præbend. lib. 6. & quod tradit Feder. conf. 89. per c. 1. iuncto cap. fin. de pac. lib. 6. & quod no. Glo. fi. in Clem. sæpe, de verb. sign. Præterea pro prædicta sententia facit, qui per exemptos non ita de facili habetur copia Papæ, sicut per non exemptos copia ordinarij, sic difficultas permittit, aliàs prohibitum. 63. dist. c. cum longè. & 24. q. 1. c. pudenda. Quare concludendum videtur, quòd permittitur exempto, quod non conceditur non exempto. facit c. luminoso. vbi in exempto, Episcopus nil iurisdictionis exercet, nisi fuerit inuitatus: & sic inuitatus potest ibi exercere iurisdictionem. Et ex dictis rationibus Feder. & ex alijs traditis per eum in d. conf. videtur concludendum, quòd etiam in foro contentioso exemptus posit prorogare iurisdictionem sui Episcopi sine licentia. Et idem tenet hic Ioan. de Lig. referẽdo verba Federici, quamuis eum non alleget. Sed Io. Andr. in d. regula, scienti. sentit contrarium. & eum sequitur D. Ant. dicẽs, quòd determinatio Feder. est falsa, & contra tex. in Clem. penul. de sen. excom. Nec obst. secundũ eum, c. luminoso. quia loquitur in his, in quib. sufficit sola inuitatio, & nõ exigitur prorogatio, vel loquitur in exemptis. Sed de priuilegiatis aliter Dominus meus latè prosequitur hunc art. in disputatione sua, quæ incipit, duo clericali ordine, & etiam hic qui dicit ad Cle. pen. per quam mouetur D. Ant. potest faciliter respõderi, videlicet, quòd ideo ibi Episcopi absoluunt illos exemptos auctoritate apostolica & non propria, quia in casu illius Clemen. Papa reseruauit sibi absolutionẽ: quo casu Episcopi nõn possent etiam subditos absoluere, vt in cap. nuper, de sent. excommu. & si illud nõ contingit vigore exemptionis, sed vt dicit Gl. propter reseruationem. facit quod in simili dicitur in c. irrefragabili. de offic. ord. & in c. 1. de sta. reg. lib. 6. Item facit contra D. Anto. quod ipsemet tenuit supra post Ioan. de Lig. dum voluit quòd clericus subiectus Abbati, etiam vbi Episcopus non potest illum conuenire, posit prorogare iurisdictionem sui Episcopi, sine licẽtia Abbatis, quamuis hoc supra reprobatum sit. Prædictis tamen non obstantibus Dominus meus sequitur opinio. Ioan. And. Feder. & Ioan. de Lig. concludẽs, quòd exemptus regulariter non potest prorogare iurisdictionem sui Episcopi, sine licẽtia Papæ, etiam respectu absolutionis. mouetur, quia per absolutionem exemptus efficitur non subditus: & immediate subest Papæ, vt in cap. si Papa, de priuileg. lib. 6. & in cap. penult. supra de offic. ordina. Subditus enim dicitur quasi sub alterius ditione, id est, potestate positus. Sed per exemptionem [a] desinit Episcopus habere potestatem & iurisdictionem in exempto: nisi in casibus sibi expresè concesis, vt patet in iuribus supra allegatis, & in cap. frater noster. 16. q. 1. ergo exemptus per Episcopum non potest absolui, quia ex quo Papa illum exemit à iurisdictione Episcopi, non debet Episcopus transgredi proprios terminos, & sibi nõ subditum absoluere, vel ligare. nec potest subditus exemptus Episcopi iurisdictionem prorogare, nec quo ad forum contentiosum, vt hic; nec quò ad pœnitentialem, vt d. c. omnis. & sic non potest absolui ab eo, siue talis absolutio dicatur fori contentiosi, siue pęnitentialis. ad quod facit quod no. idem Dominus meus in cap. pen. de maio. & obed. super Glo. 1. Nec ob. si dicatur, quòd prædicta procedunt, quando clericus vult consentire in iudicem penitus alienum: secus si in dięcesanum proprium, vt dicit Feder. quia hoc videtur tex. nostro, qui vult, quòd clericus non posit cõsentire in iudicem non suum, sine licentia superioris. Cum ergo Episcopus loci non sit iudex exempti, vt supra dixi: ergo non potest in eum consentire sine licentia Papæ, qui est suus diœcesanus. Item si exemptus posset prorogare iurisdictionem quò ad absolutionem, vel alium articulum contentiosum, posset per quandam viam indirectam iurisdictionem prorogando, renunciare priuilegio exemptionis, quod facere non potest, per cap. cum tempore, supra de arbi. & ad hoc facit quod in simili, no. in c. cum venerabilibus, infra de censi. Et per prædicta tollitur alia ratio Feder. dum vult, quòd exemptio fuit inducta in fauorem ipsius exempti: quia hoc non est simpliciter verum: quia etiam fuit inducta in fauorem superioris, ideo non potest ipse subditus huic fauori renunciare, quod aliàs posset, vt in cap. apostolica. inf. de reg. Interest enim

---

ADDITIO.

a ¶ *Exemptionem. Adde quòd videtur esse penitus adempta iurisdictio ipsi ordinario, vt latè concludit Andr. Sicul. in c. 2. de offic. leg. Corneus in conf. 30. primus quidem Io. 2. & Alex in l. testam. col. fi. C. de test. & in l. Gallus. §. ille casus. ff. de liber. & posthu. Deci. in c. cæterum, in 4. col. vers. successiuè, supra titu. 1.*

enim sui iudicis considerare mores, & gesta sui subditi, vt no. in cap. omnis, infra de pœniten. probatur etiam dicta opin. quia si speciale est, quòd prælati exempti possint sibi eligere confessorem, vt in cap. fin. infra de pœniten. ergo regulariter nequeunt in alium iudicem cõsentire: quinimò, secundum Dominum meum, vigore concessionis factæ per d. cap. Episcopi exemptos non possunt absoluere ab excommunicatione, aut alijs casibus reseruatis Episcopis, etiam si sint electi, arg. c. 1. de poe. & remis. lib. 6. vnde caueant sibi exempti, & prouideant vt à Papa, vel à suis superioribus obtineat super hoc specialem indulgentiam. Item facit pro prædicta conclusione, quia clarum est, quòd maiorem habet potestatem Archiepiscopus in subditos sui suffraganei, quam Episcopus in exemptos, cum Archiepiscopus sit iudex totius prouinciæ: & in certis casibus habeat ordinariam in subditos sui suffraganei, vt no. in c. pastoralis, de offic. ord. & tunc subditi suffraganei non possunt consentire in Archiepiscopum suum, sine licentia sui Episcopi, vt in c. Romana, eod. titu. lib. 6. & no. in dicto cap. pastoralis. ergo fortius nõ potest exemptus in Episcopum loci, sine licẽtia Papæ consentire. facit etiam tex. in dicto capitu. auctoritate, de priuileg. lib. 6. vbi satis apertè colligitur, quòd Episcopus loci nõ potest authorizare in facto exempti, etiam volentis. facit etiam quod dicimus de feudatarijs, qui nõ possunt prorogare iurisdictionem, etiam ordinarij loci, sine consensu domini feudi, vt infra subijciam. Et traditur per Innoc. in c. cæterum. supra de iudi. dixi in c. ex transmissa, supra eod. multò ergo minus poterit clericus exemptus, qui magis est subiectus Papæ, quàm vasallus domino suo. facit c. per venerabilem. §. insuper, infra qui filij sint legit. & quod no. Host. in summa eodem titu. versicu. sed nec. & quod no. in c. nimis, infra de exces. præla. vbi dicitur, quòd exempti etiam volũtariè non possunt confiteri ordinario loci. Præterea rationes, quæ concludunt quòd alij clerici non possint prorogare iurisdictionem non sui iudicis, sine licentia sui Episcopi: concludunt etiam, quòd exempti possint sine consensu Papæ, & sic residet Dominus meus cum opinio. Ioan. Andr. & domini Antonij. Et sic contra Federicum, & Ioãnem de Lig. subdit tamen aduertendum esse ad vnum dictum, quod ponit Ioannes Andræas in cap. religiosos, de senten. excomm. lib. 6. vbi dicit, quòd rationem ibi expressam in textu, ne religiosis detur materia vagandi, quòd Episcopus potest absoluere religiosos, etiã exemptos. cum loquatur generaliter, & ratio concessionis pariter procedat in vtrisque, sed alios non religiosos exemptos simpliciter, vel religiosos extra casum illius cap. non possit Episcopus absoluere. Et sic procedit secundum eum, opin. Ioan. de Lig. secundum casum prædictum d. cap. religiosos. Nec obst. prædictis 2. quæst. 7. c. nos si incompetenter, cum similibus, quia, vt dicit ibi Ioan. Andr. & dixi supra in 3. artic. princ. in princ. tex. ille, & similes loquuntur in Papa, qui non recognoscit superiorem: & ex humanitate quandoque submittit se iudicio inferioris. Et prædicta opinio Domini mei pro nunc mihi placet, licet articulus sit dubitabilis & disputabilis. Aduerte tamen circa prædicta, quia Episcopus exemptus ex priuilegio iuris potest eligere sibi cõfessorẽ absque licentia Papæ, vt no. in cap. fin. de pœn. dixi in cap. pen. supra de maio. & obed. Item dubitatur, vtrum clericus possit prorogare iurisdictionem iudicis laici, cum consensu sui proprij Episcopi. ¶ Sol. Glos. hæc arguit primo, quòd sic, per cap. clericum nullus. 11. q. 1. vbi dicitur, quòd nullus præsumat clericum apud iudicem secularem pulsare, Episcopo nõ permittente: ergo à contrario Episcopo permittente potest. Glo. tamen concludit in contrarium, quia sicut clericus non potest renunciare huic priuilegio introducto in fauorem ipsius clerici, vt in cap. si diligenti, supra eodem: ita nec Episcopus, qui non potest minuere priuilegium clericorum, sicut non potest facere, vt clericus verberetur de facto, vt in cap. contingit, de senten. excommunic. Nec obst. contrarium supra assignatum, quia ibi vacat argumen. à contrario. Sed contra hanc determinationem fortiter ob. quod no. Glo. & sequuntur Docto. in c. 2. supra de iudi. vbi volunt, quod Episcopi possunt delegare causam ciuilem clericorũ iudici laico, quia respondeo, vt ibi dicit Ioannes Andræas, quia aliud est delegare, & aliud est prorogare, vnde in delegato appellatur ad delegantem, in prorogata ordinaria, appellatur ad superiorem. & ideo dicit hic Hostien. quòd Episcopus meus, me inuito, non potest me submittere iurisdictioni ordinariæ iudicis alicuius, etiam Ecclesiastici, licet me inuito possit causam meam alteri delegare: & eodem modo arguit, quod Episcopus non potest cogere subditum suum recipere ordines ab alio, quã ab ipso. 9. quæst. 2. c. 1. & in cap. nullus, infra de paro. de quo in cap. quod sedem. supra de officio ordina. Et ratio differentiæ sit, quare potius possit delegare, quàm prorogare, quia delegatus nõ iudicat iure proprio, sed iure delegantis, cum nihil habeat proprij, vt in l. prima. ff. de officio eius. & in cap. sanè, supra de officio deleg. non ergo cognoscit laicus, vt laicus, sed vt delegatus Episcopi. & sic iurisdictio sua est Ecclesiastica, sed in prorogatione cognosceret iure proprio, vt dicam infra in septimo articulo principali. & hoc fieri non potest, tum quia laicus non potest habere iurisdictionem in clericum: tum quia prorogatio non posset fieri ad speciem iurisdictionis alterius naturæ, vt dixi in præcedenti articulo. Sed hæc vltima ratio mihi non placet, quia per eam sequeretur, quòd laicus non posset prorogare.

43 ¶ † Item iuxta [a] prædicta subijcio, quid de clerico scholari, vtrum saltem ipse sine licẽtia superioris possit prorogare iurisdictionem iudicis secularis, saltem tacitè cõsentiendo in iudicem vnum ex tribus iudicibus scholarium, secundum formam authen. habita. C. ne fi. pro pa. Sol. Glo. pen. in c. si diligenti, supra eodem, simpliciter non formando quæstio. de scholari, tenet quòd non, sed Domi. Anto. & Dominus meus ibi, & Doct. assumunt hãc quæst. de scholari, & latè tractant, de quo remisi me ibi hic dictu... rum,

ADDITIO.

a ¶ *No. hoc latissimè disputatum; vtrum clericus scholaris possit prorogare iurisdict. iudicis secularis. & de intellectu authent. habita. C. ne filius pro patre. de quo etiam Abb. in capitu. si diligenti. de foro competen. & per repeten. in dicta authent. habita...*

rum, vnde circa hanc quęst. variæ reperiuntur opin. Goffr. in summa huius tit. dicit illam auth. non habere locum in scholaribus clericis, vel quod si habet locum in scholaribus clericis, saltem non habet locum in ciuilibus, cum ipsi habeant ibi proprium Episcopum. Hosti. in cap. significantibus. de officio delega. & in summa huius titu. §. quibus ex causis. versi. sed cum illa. vbi latius prosequitur articulum, tenet quod etiam in alienigenis clericis non habet locum illa authen. Sed pro contraria opinio. alleg. Ioan. Andr. hic, quia clarum est, quod Imperator de clericis & Ecclesiasticis personis non potest statuere sine consensu Papæ. Et si per sua statuta concedit clericis priuilegia, vel Ecclesijs, dicimus, quod illa statim tenent, vt no. 10. distinct. cap. 1. in princ. cum ergo illa constitutio authenticæ, habita, fuerit statuta, priuilegium studentium debet competere etiam clericis, sed alio respectu, ex eo, quia per illam iurisdictionem præiudicatur iurisdictioni proprij Episcopi, quod Imperator facere non potest, videtur de iuris rigore quod uerior sit opin. Goffr. Ioan. Calder. dicit posse defendi, quod d. authen. locum habeat quo ad clericos alienigenas respectu Doctorum, seu Magistrorum clericorum, si sunt in studio de licentia sui Episcopi. argu. no. 2. quæst. 7. c. cum pastoralis. & cap. ex parte, de accus. quoniam in ipsis alienigenis cessat præiudicium diœcesani. Sed opin. Goffr. & Hosti. sequitur Archi. 11. quæst. 1. cap. inolita. quia Imperator non potuit, neque voluit magistris clericis dare iurisdictionẽ in clericos, quam ipse non habebat. d. Card. Zabar. videtur tenere, quòd illa authen. habeat locum in alienigenis respectu magistrorum clericorum, & etiam respectu Rectoris scholarium, licet de rectore nulla fiat mentio in d. authen. habita. Sed hoc fuit, quia tunc temporis scholares non faciebant rectorem, vnde verisimile est, quod etiam respectu rectoris Imperator dedisset hoc priuilegium. Et sic rector accumulatur sub eadem qualitate ad iudices, de quibus in d. authen. Dom. Anton. in d. cap. si diligenti. videtur multum variè loqui. Sed tandem videtur concludere, quòd illa authen. habeat locum in alienigenis, respectu iudicum Ecclesiasticorum. Sed postea subdit, quòd etiam in alienigenis non habeat locum, in quantum submittit eos inferiori Episcopo, quoniam per talem submisionem saltem derogat dignitati & honori Episcopali, in quantum clericus submittitur inferiori Episcopo. quod minimè potuit facere Imperator. Et sic in effectu videtur cõcludere, quòd illa authen. nihil inducere potuit respectu clericorum, cum de iure cõmuni, clerici ibi delinquentes aut contrahentes sortiantur forũ Episcopi loci, vt in cap. postulasti. & in cap. dilecti. supra eodem. Sed hæc ratio non placet Domino meo per tex. nostrum, qui non requirit, quòd iudex, cuius iurisdictio per clericum sit ęqualis Episcopo, sed sufficit, quòd sit Ecclesiasticus, vnde si habuit licentiam à suo Episcopo accedendi ad studium, videtur quòd omnia sint sibi concessa, sine quibus institutio esse non potest, vt in cap. prudentia. & in c. præterea. supra de offic. delega. Et ideo dicit, quòd videtur disputatiuè posse teneri, q̃ in causis ciuilibus, & in alienigenis illa authen. habeat locum. in sim. dicimus in causa feudi, vt in cap. cæterum. supra de iudi. & secundum ea, quæ dixi in cap. ex transmissa. supra eodem, in 1. artic. princip. Nam si in casu prædicto, lex ciuilis tribuens certam speciem iurisdictionis præiudicat Episcopo in ciuilibus, etiam si iurisdictio illa non sit introducta in fauorem clericorum, multo fortius debet præiudicare, aut effectum producere in casu illius auth. vbi iurisdictio tribuitur in fauorem clericorũ, etiam respectu licitæ professionis. Præterea in alienis nullum præiudicium fit proprio Episcopo, & in ipsis cessat ratio, de qua supra dixi in princ. istius quæst. videlicet, ne per indifferentes prorogantes, omnes subditi possint relinquere Episcopum propriũ. Sed dicit Dominus meus, quòd post diligentem indaginem visum est sibi in hac materia distinguendo, quòd aut vniuersitas scholarium est Ecclesiastica, aut secularis. Et dicitur Ecclesiastica, si maior pars scholarium sit clericorum. Et idem si æqualiter sit numerus clericorum & scholarium: quia cum clerici sint magis digni, ipsum mistum attribuitur digniori, vt in cap. quod in dubijs. de consec. Eccle. vel alta. no. Barto. in l. fin. C. de colleg. illicitis. & Dominus meus in c. ex literis. de consti. Si ergo est Ecclesiastica modo prædicto subdistinguit, quòd aut quæritur, vtrum rector habeat iurisdictionem in clericos scholares respectu l. fi. C. de iurisd. omn. iud. secundum quam omnis rector habet iurisdictionem in illos de collegio, vt ibi no. & per Inno. in c. cum ab Ecclesiarum. de offi. ordi. dixi in c. dilecta. de excess. prælat. Et hoc casu tenet hic, quòd possit iurisdictionem exercere in clericos scholares, secundũ formam d. l. fi. solummodo in ciuilibus, nec per talem cognitionem vel iurisdictionem præiudicatur Episcopo proprio, vel Episcopo loci, quominus possint ipsi iurisdictionẽ exercere, & idem tenet Dominus meus in cap. 3. de offi. ordin. & in d. cap. ex literis. Aut est uniuersitas scholarium, quia maior pars sunt scholares: Et hoc casu non potest rector cognoscere, & idem si sit Ecclesiastica, & rector sit secularis, per no. per Innoc. in d. cap. cum ab Ecclesiarum. vbi dicit, quod oportet, quod vniuersitas, quæ eligit sibi rectorem, sit clericorum aut religiosorum, ad hoc, vt electus habeat iurisdictionem in clericos, & quod clericus vel religiosus, qui aliter, nec uniuersitas daret, nec electus recipere potest iurisdictionem specialem. arg. cap. 2. de iudi. quod est notandum, secundum eum. Sed tu aduerte, quia prædictum argumentum videtur procedere in causis spiritualibus, sed in alijs casibus non spiritualibus, nõ video quare si rector est clericus, & iurisdictionem recepit, non possit iurisdictionem exercere, cuius iurisdictionis est capax in omnes de collegio, etiam clericos, cum hic non videatur aliquid obstare. cogitabis, quia nunc uenit in mentem. An autem incumbat onus probãdi rectori, vel parti, si contra rectorem electum excipitur, quod non est clericus, vide quod no. Glo. 2. 5. q. 3. in summa, & quod no. in cap. si iudex. de senten. excommu. lib. 6. Et per Feder. consi. 13. & quæ latissimè dixi post Innoc. & Doct. in cap. super his. de accusat. Aut quæritur, an rector habeat iurisdictionem, seu habere possit in scholares clericos ex dispositione prædictæ auth. habita. cũ hodie videatur rector subrogatus in locum præsidis. Et idem etiam dici potest de Doctore. Et hoc casu, dicendum est, quòd

quòd aut rector, vel doctor est secularis, & non potest, quia Imperator neque intendit, neque potuit dare iurisdictionem secularis in clericos, argu. Authen. vt clerici apud proprios Episcopos. in rubro & nigro.& authen.statuimus. C. de episc. & cler. & est tex.in cap.Ecclesia, supra de constitu. & 96. dist. cap.bonæ. Nec obst. quod supra dictum est de causa feudali, quæ agitari potest per secularem in clericos vasallos, ex permisione Principis, quia Papa confirmauit illam iurisdictionem. Et potest esse ratio, quia dominus feudi videtur iudicare super re quodammodo sua ratione directi dominij, quod habet, secundum quod tradit Dominus meus in c. cæterum, supra de iudi. & in c. ex transmissa, supra eodem. Secus in casu nostro, cum tales non iudicãt in rem suam,nec reperitur hoc ab Ecclesia probatũ: imò contrarium videtur probari in c. vnico, de cle. coniug.lib.6.vt c.3.supra eodem.vbi patet,quòd secularis non potest cognoscere de aliquo crimine clerici, qualiscunque sit ipse clericus. & authen. habita.dat iurisdictionẽ & in criminali, vt ibi no. Aut rector seu magister sunt clerici: & hoc casu dicit, ꝙ tales non habent iurisdictionem etiam in clericos scholares, quia Imperator non intendit, neque potuit dare ordinariam iurisdictionem alicui respectu clericorum in præiudicium Episcopalis iurisdictionis,& maximè,cùm agitur criminaliter, cũ de crimine clerici solus Episcopus posit cognoscere. 11.q.1. c.de persona,de quo latè dixi in c.3. infra de re iud. Sed bene poterunt clerici scholares prorogare iurisdictionem rectoris,seu magistri. Et sic in eos consentire virtute prorogationis, si aliter in studio esse non possent,vtputa, quia statutum dicit, quòd quilibet scholaris teneatur respondere sub suo rectore vel magistro : obtenta enim à superiore licentia veniendi ad studium, videntur omnia concessa sine quibus in studio esse nõ potest,vt supra dixi, & hoc locum vẽdicat solum in ciuilibus. Secus si statutum præcisè arctaret ad hoc, prout est in hac ciuitate Senarum, vt quia datur electio scholari respondendi sub Episcopo, rectore vel magistro: tũc enim debet scholaris clericus, siue ciuis, siue forensis existat, respondere sub Episcopo,ex quo non necessitatur respõdere sub rectore vel magistro, arg.l.sed Iulianus. §.dicitur.ff.ad Maced. Sed vbi collegiũ scholarium est seculare,& rector est clericus, tunc secũdum Dominum meum ex quadam æquitate dicendum est, quòd rector habet iurisdictionem in ciuilibus tantum,ex dispositione & æquitate illius l.fi.C.de iuris. omn. iudi. Ex quo enim faciunt collegium licitum & approbatum,vt ibi per Barto.in l.fin. ff.de colleg. illicitis. Aequum est, quòd rector clericus habeat iurisdictionem in ciuilibus, maximè cum per hoc non præiudicetur Episcopo, cum & ipse valeat iurisdictionem exercere in eos. Et conuentus coram eo non posit ipsius iurisdictionem declinare, sicut dicitur in simili in d. l.fin. de superioribus magistratibus.no.Innoc.c.cum ab Ecclesiarum,supra de offi. ordi.faciunt no.per Innocen.in cap.dilecta,infra de exces.præla. vbi indistinctè loquit de istis collegijs : nec distinguit inter clericos & laicos: imò potius videtur in clericis applicando Glo.suam ad illum tex. & vide quod latius ibi dixi. Sed clarius voluit in d. c.cum ab Ecclesiarũ. facit optimè c.ex literis, supra de consti. intelligendo, quòd illa vniuersitas magistrorum erat Ecclesiastica : quia alias Papa non impedisset se,nisi vniuersitas exerceret iurisdictionem in ciuilibus in illos de collegio, vnde idẽ de rectore vniuersitatis dicendum est, arg.d.l.fi. facit c. quia in causis, supra de procura. Et ibi Papa aperte approbat collegium scholarium Parisiensium, quod est clericorum, quæ distinctio Domini mei pro nunc satis placet, & satis videt æqua & rationabilis. A. B. Et ad prędicta vide quęst. Domini mei disputatam, quę incipit, Gandulphus clericus. vbi latè disputat, vtrum rector vniuersitatis scholarium mixtæ ex clericis & laicis,posit exercere iurisdictionem in scholarem clericum. Et ibi post multa argu.pro vtraque parte formata, & post recitatas opin. quoniam hæc difficultas descẽdit ab intellectu auth. habita. C.ne fil.pro patre,& l.fi. C. de iurisdi.omn.iud. ibi plenè examinat,vtrum dicta authen.habita,habeat locum in rectore scholarium. Et quid in alijs iudicibus clericorum. Ad quod vide quæ latè dixi post eum in cap.fi.infra eodem,in 4.princ.artic. versic. prædicta tamen regula fallit.Sed quæro,vtrum rector virtute l.fi.C.de iurisd.omn.iud.posit exercere iurisdict.in scholares clericos. ¶Sol. Dic vt dixi in cap.primo, supra eodem, versic.14.declaratio. ibi, Sed quæro, vtrum rector vigore. Ma.

44 ¶ † Item quæro, vtrum processus habitus contra clericum per iudicem non suum, qui clericus non comparuit, nec opposuit declinatoriam, teneat. ¶Sol. Dic vt dicam in cap.1. infra de dilat. & vide quod in fi.tetigi in cap. si diligenti, supra eodem, in 4.quæst.princ. Et quod etiã in fi. tetigi in 6. & vlt.q. Et hæc procedunt in clericis.Sed quæro nunc, quid de laicis,an ad hoc vt laicus posit prorogare iurisdictionem non sui iudicis sine cõsensu sui superioris. Sol. Dominus meus hic post Docto. distinguit, ꝙ aut quęritur,an posit quo ad temporalia,an quo ad spiritualia. Primo casu, aut loquimur in suppositis respectu nudi exercitij iurisdictionis, & possunt prorogare etiam sine consensu proprij iudicis, vt hic, & in l.prima, & ibi hoc firmat Barto. & in l.2.ff. de iudi.& in l.prima. C.de iurisdict. omn.iud. quod procedat secundum Dominum meum quando velet prorogare respectu eiusdem speciei iurisdictionis, & sub eodem genere, vtputa, quia subiectus imperio vult prorogare iurisdictionem iudicis subiecti imperio, secus quando ad diuersam speciem, & de iudice laico ad Ecclesiasticum, vt in capitu. per venerabilem. §. insuper, infra qui filij sint legi. Subdit tamen, quòd hodie quilibet habet potestatem prorogandi iurisdictionem Ecclesiasticã in ciuilibus,vt in l.si ex consensu.C.de episc.audi.& in l. Episcopale.C.de episc.& cle. Aut loquimur in subditis vltra modum exceptionũ iurisdictionis, vt puta,ratione feudi de quo agitur,aut similis qualitatis: & tunc sine cõsensu domini non potest iurisdictionem alterius iudicis prorogare : ideo iudicium agitatum in causa feudi sine consensu domini coram alio iudice,non tenet,vt no.in c.Imperialem. §.præterea.de prohibita feu.alie. per Feder. tenet Dominus meus post Doct. in c.cæterum, supra de iudi.& in cap.P.& G.supra de off.dele. col.pen. & dixi in c. ex transmissa.supra eodem,& vide Bart.in l.1.§.post operis.ff.de no.oper.nun.& in d.l.1.ff.de iud.vbi af-

firmat dictam regulam, quòd subditus solum ratione nudi exercitij iurisdictionis potest alterius iudicis iurisdictionem prorogare, sine consensu proprij iudicis. Secus si alio respectu esset suppositus, vt dictum est.

45 ¶ † Secundò principali casu, quantum ad spiritualia dicendum est, ꝙ quo ad spiritualia sacramentalia nõ potest laicus non sui iudicis iurisdictionem prorogare, sine consensu proprij rectoris, seu sui superioris, vt in cap. omnis. infra de pœnit. & remiss. Sed quo ad spiritualia non sacramentalia, dic vt dixi supra in 5. articu. princip. versic. secundo quæro: Sed quæro, quæ est ratio differentiæ, quòd laicus regulariter potest prorogare iurisdictionem nõ sui iudicis sine consensu sui superioris, & clericus regulariter non potest. ¶ Sol. Dic, quod ratio descendit ex his, quæ statim dixi: clericus enim ideo non prorogat iurisdictionem sine consensu, &c. quia adstrictus est suo superiori vltra nudum exercitium iurisdictionis, videlicet ratione ordinum receptorum, & ratione beneficij: superior enim clerici est ipsi clerico loco Dei: cum enim clericus ordinem recipit, totum transfert & dedicat se Deo. 12. quæst. 1. cap. cui portio. 21. distinct. cap. cleros. & in capit. cum secundum. infra de præben. vnde sicut laicus suppositus vltra nudum exercitium iurisdictionis, non potest alterius iudicis iurisdictionem prorogare sine consensu proprij iudicis, vt statim dictum est, ita etiam & clericus. Sed laici possunt solum subesse quo ad nudum exercitium iurisdictionis, & ideo tunc possunt prorogare iurisdictionem sine consensu, &c. Et vltra prædictas rationes, vide Glo. no. 11. quæst. 1. cap. inolita. quæ reddit triplicem rationem diuersitatis. Prima est, quia laicus potest iurare sine licentia sui iudicis. Sed clericus non, vt infra de iuramen. calum. inhærentes. Secunda est, quia non potest ab alio Episcopo ordines recipere: ergo nec iudicium, quod maius est. 8. quæst. 2. cap. nullus primas. Tertia est, quia non potest ab alio, quàm à suo Prælato petere iudicem animæ, vt supra dictum est, quod est occultum, ergo multo fortius nec manifestum. de pœn. distinct. 6. cap. placuit. & ibi vide. Ex prædictis infertur decisio alterius quæstionis, quæ potest adaptari ad prędictam, videlicet, vtrum proprius iudex possit inhibere subdito, ne litiget sub alieno iudice. Et communis conclusio est, quod non, si sit sibi subiectus respectu solum nudi exercitij iurisdictionis, vt traditur per Doct. in d. l. si qui ex consensu. C. de episc. audien. no. Ioan. And. in c. fin. de offic. Archid. licet Ioan. de Imo. videatur velle contrarium, & Ioan. And. in addit. Spec. in titu. de competen. iudi. adi. §. 2. versic. sed genera. dixi in capit. cum Abbas. supra de offic. deleg. Imperator posset hoc prohibere, vt in l. 2. §. si iudex. ff. de iudi. Et aduerte, quia non solum respectu feudi, sed etiam quocunque alio respectu simili, laicus esset subiectus iurisdictioni alterius, videtur quòd non possit prorogare sine consensu, &c. per tex. in capit. ex tenore. supra eodem. & ibi hoc no. Dominus meus, facit quod statim dixi de clerico, & pondera, quod ille tex. in capit. ex tenore, singulariter probat, quòd superior, tam rei, quàm actoris, potest ad instantiam rei conuenti coram alieno iudice præcipere actori, ne trahat reum coram iudice incompetenti. Et ibi etiam hoc no. Dominus meus, quod perpetuo notabis. Nam per hunc modum indirectè potest induci, vt laicus sine consensu superioris alterius iudicis iurisdictionem prorogare prohibeatur. Item aduerte circa prædicta, quia Ioan. Andr. in addit. in titu. de competen. iud. adi. §. 2. versic. sed quid in delegato. qui ver. est sub versi. decimo quærit, an ordinarius vel delegatus possit prohibere delegato, ne recipiat prorogationem vltra tempus statutum ad causam decidendam. Et an idem possit præcipere partibus. & arguit primò, quòd non possit hoc facere, vt in l. 2. §. si iudex. ff. de iudic. ergo in alijs videtur prohibitum, vt in l. cum Prætor. ff. de iudic. Guido de Suza. in d. §. si iudex. tenet contrarium, quia sicut delegatus Principis fungitur eius vice, sic & delegatus alterius ordinarij, nec transit in eum plus iuris, vel potestatis, quàm delegans committat. allegat l. 1. ff. de officio eius, cui man. est iurisdict. iuncta l. 1. C. si à non compet. iud. facit capit. cum dilecta. supra de rescript. & capit. venerabili. de officio delega. Et ita dicit Ioan. And. tenere Bagalotum. & sic residet. Sed aduerte, quia hoc mihi non placet, nisi in Principe hoc prohibente, sed in inferiore nõ videtur procedere: nam cum sit data potestas partibus, vt possit fieri prorogatio iudicis delegati de tempore ad tempus, vt dictum fuit supra in articulo 4. princip. non potest inferior facere, vt in delegatione sua post quàm facta est, iura locum non habeant. argu. no. in l. nemo potest. ff. de lega. 1. Vnde ego etiam arbitror, quòd licet tam superior actoris, quam rei possit prohibere partibus, ne prorogent alterius iurisdictionem, secundum quod statim dixi post Dominum meum, prohibitio tamen nõ operatur, ꝙ minus si partes alterius iudicis prorogent iurisdictionẽ, non valeat prorogatio, cum ipsa prorogatio habeat sua substantialia, sed bene posset ipse superior subditos suos mandatum suum transgredientes punire, seu mulctare.

46 ¶ † Octauò quæro de eo, quod dixi in princip. istius 6. artic. videlicet, quòd requiritur quòd non pœniteat, qualiter hoc intelligendum sit, & an, & quando, & vsque ad quod tempus possit pœnitere, & vtrum pœnitens parti teneatur ad aliquod interesse, quæ quæstio satis est difficilis, & in uarijs locis tradita per legistas in l. si conuenerit. ff. de iurisdict. omn. iudic. & aliquid in l. 1. & 2. ff. de iudic. & in l. si qui ex consensu. ff. de episcop. audien. & per Bald. in l. si quis in conscribendo. C. de episcop. & cleric. & per cano. in cap. 1. supra de iudi. & ibi latè per Dominum meum, & Domi. Anton. sed melius conuenit hoc, vt integrè habeatur materia, & ideo in d. cap. 1. ego remisi me hic dicturum. Quare vt habeas clare hanc quæst. dic, quod interdum nos quærimus de facultate non declinandæ iurisdictionis eius, qui habet iurisdictionẽ, sed aliqua exceptione vel recusatione potest declinari. Et de hoc articulo vsque ad quod tempus possit declinare, dic vt latè dixi in cap. inter monasterium. de re iudi. interdum quæritur de proroganda iurisdictione non sui iudicis, & ista est materia nostra propriè, in qua distingue, quòd aut loquitur de pacto, seu promissione facta circa prorogandam iurisdictionem sine aliquo actu positiuo facto in iudicio: Aut nos quærimus,

rimus, vtrum post aliquos actus positiuos in iudicio celebratos, quis possit pœnitere.

¶ Circa primum membrum subdistingue, quod aut loquimur de pacto vel promisione facta in præsentia ipsius iudicis, cuius partes volunt prorogare iurisdictionem. de hoc dic vt dixi in cap. 1. supra de iudi. in Glo. super verbo, placere, vbi melius conueniebat propter intellectum illius tex. Aut nos loquimur de pacto aut promissione facta in absentia iudicis. Et in hoc sunt tres opin. princ.

¶ Prima est Vinc. in dicto c. 1. quam recitat hic Ioan. Andr. qui simpliciter dicit paciscentem posse pœnitere vsque ad litis contestationem, & se teneri ad interesse.

¶ Secunda opinio principalis fuit, quòd hoc pactum non valet, nec quo ad agendum, nec quo ad defendendum & excipiendum, & sic est prorsus contraria primæ. Et hanc opinionem tenuit Petrus & refert Cyn. in d. l. si qui ex consensu. & sic in effectu volūt præfati Doctores, quòd ante, quàm detur actualis prorogatio iurisdictionis, promissor possit pęnitere sine aliqua pœna. mouetur: quia ex quo quis simpliciter promittit, cùm possit vti pœnitētia ex legali promissione, vt in d. l. si cōuenerit. non debet aliqua pœna puniri. 23. quæst. 3. c. qui peccatum. & l. Gracchus. C. de adul. Et causa promissionis à lege concessæ potuit esse secundum Petrum, quia periculosum est litigare coram suspecto iudice, vt in l. apertissimi. C. de iudi. & 3. q. 5. cap. & quia suspecti. Et hanc opin. sequitur Ioan. Andr. in addi. Specu. in titulo de competen. iud. adi. §. 1. versic. quid si promisi. sub versicu. decimo. ad quam opin. tenendam tanquàm æquam, mouetur pluribus rationibus.

¶ Primò, quia iurisdictio de qua quæritur, est à solo partium consensu. non enim hic agitur de iurisdictione à lege, vel à superiore attributa.

¶ Secundò, quia iudex non potest aliquod interesse prætendere.

¶ Tertiò, quia per hanc pęnitentiam reditur ad ius commune, & ad iurisdictioné ordinariam, quæ fauorabilis est.

¶ Quartò, quia lex de conuentione loquens, hoc permittit, vt in d. l. si conuenerit.

¶ Quintò, quia in multis casibus pęnitētia admittitur, qui casus notantur in regula, quod semel, de regu. iur. lib. 6. in quibus non est maior ratio, aut tanta, quanta est hic.

¶ Tertia opinio principalis est, ad obligandum partem parti, inspicimus naturam ipsius pacti: vnde si pactum est nudum, solùm producitur exceptio. Si verò est vestitum, tunc potest agi vt seruetur, & si non seruetur, potest peti interesse vel pęna, si pęna sit apposita. Et hanc opin. tenuit Iac. de Are. & sequitur Baldus in d. l. si conuenerit. Gul. de Cun. in l. prima. ff. de iu. & recitat Cynus in dicta l. si qui ex consensu. imò plus dicūt ipsi, quòd etiam si pactum nudū intercessit, potest agi ad interesse actione de dolo. arg. l. cum mihi. & l. fin. ff. de dolo. Et hanc opinionem hic sequitur domi. Anton. & placet mihi: quia licet lex permittat pœnitere, tamen intelligi debet sine alterius præiudicio: non enim est præsumendum quòd Princeps vóluerit permittere pœnitentiam cum alterius præiudicio. Et si tu diceres, quare ergo lex non fecit mentionem de interesse: respondet Dominus Antonius, & sequitur Dominus meus, quia vt plurimum contingit, quòd re integra non potest pars petere aliquod interesse, si in veritate posset prætēdere aliquod interesse, facit quod in simili dicit l. prima. §. si quis à principe. ff. ne quid in loco publico. & quod no. in capitu. super eo, supra de offic. deleg. item facit, quia nulla bona æquitas subierit in contrarium. Sed potius hanc opinionem suadet, cum pactum non sit reprobatum. Et ideo non videtur, quòd possit recedere ab illa promissione, coniectura alterius partis per l. primam. ff. de pac. & supra de pac. per totum. Et quia graue est fidem fallere, vt in l. prima. ff. de consti. pecu. Ex quo infertur, quòd cùm de iure canonico agi possit ex nudo pacto, vt in cap. primo, supra de pac. quòd agi poterit ad interesse, vel ad pęnam, si apposita est: non autem agitur actione de dolo, quæ non datur nisi in subsidium, vt in l. de dolo. ff. de dolo. Sed de iure ciuili distinguendum est, vt dixi inter pactum nudum & vestitum, secūdum Dominum meum in dicto cap. primo, de iudi. allegat ad prædicta, quod legitur, & notatur in cap. per tuas, supra de arbi. & in cap. dilecti, supra eodem. & ibi dixi in materia interesse, ratione contractus localis. A. B. Sed tu aduerte, quia videtur magis de iuris mente, quòd dicta obligatio non committatur, nec ad pœnam, nec ad interesse, vt voluit Ioan. Andr. Mouetur primò per textum in dicta l. si conuenerit. Ma. Et aduerte, quia quod supra dicunt Docto. quòd potest agi ad interesse, vel ad pęnam, debet intelligi in casibus, in quibus nō potest præcisè compelli quis ad factum: secus autem si essemus in casibus, in quibus quis posset præcisè compelli: vtputa, si iurasset respondere coram vno iudice, secundum quod no. Glo. in l. si pecuniam. ff. de condi. ob causam. de quo articulo vide, vtrum ex iuramento præcisè quis possit compelli ad factum, in cap. per tuas. & ibi per Dominum meum supra de arbit. per Doct. maximè Moder. in l. stipulationes non diuiduntur. ff. de verb. obliga. & tetigi in cap. primo, supra de iudi. & per Bald. in l. 1. C. de sen. quæ pro eo, quod interest. vbi etiam dicit Bal. si promissio esset facta in instrumēto guarentigiato, quo casu posset præcisè cōpelli ad prorogandam iurisdictionem: sed quia non est de his, non est principalis materia nostra, an quis possit præcisè compelli ad factum: de quibus casibus ideo dic, vt in iuribus supra allegatis.

¶ Sed circa prædicta dubitatur, vtrum ratione interesse propter non seruata promissa de prorogāda iurisdictione, posset agi ad illud interesse coram illo iudice, coram quo ille promisit respondere. Et videtur dicēdum, quòd ex quo adhuc non est prorogata iurisdictio, & licitū est pęnitere: nō videtur effectus suus iudex. Sed Doct. cōmuniter cōtrarium tenent. licet enim in principali obligatione non sit iudex propter pęnitentiam: tamen super interesse agi potest ex eo, quia executio istius obligationis destinata est nedū ad locū iudicis, sed ad ipsius tribunal, per cōsequens ad ipsum interesse vel pęnam censetur ibi contraxisse, & ibi potest conuenire, per cap. Romana, eod. tit. lib. 6. de quo latè dixi in dicto cap. dilecti, supra eodem. Et fuit hoc originale dictum & singulare Gul. de Cu. in l. prima. ff. de iudi. sentit Specu. in titu. de compe. iudi. adi. §. 1. ver. sed

quid si pactum. & Do. Anto. in d.c.1. supra de iudi. licet Io. de Lig. distinguat, an promissio fiat coram iudice, & tunc ibi possit conueniri ad pœnam, vel ad interesse; aut in absentia, & tunc debet conueniri coram iudice suo.

¶ Sed primum dictum plus placet Domino meo si ibi reperiatur, per ea, quæ dixi in c. dilecti. & per no. in l. exigere. ff. de iudi. Ego verò pro concordia dictarum opin. distinguerem sic, quòd aut quis existens in loco, in quo nō sortiebatur forum, promisit prorogare iurisdictionem alterius iudicis non sui, & alterius territorij: Et hoc casu, non poterit cōueniri ad pœnam, vel ad interesse coram illo iudice: quia postquàm nō est destinata solutio ibi, videtur in dubio destinata solutio in loco contractus, secundum ea, quæ latius dixi in capitu. dilecti, infra eodem. aut existens in loco, in quo sortiebatur forum, promisit prorogare iurisdictionem non sui iudicis, existentis tamen in eodem territorio: Et hoc casu non poterit conueniri coram illo iudice, nisi fortè fuerit facta promissio in præsentia iudicis: de cuius tamen promissionis potentia & effectu, vide quæ latius dixi in cap. 1. supra de iud. In Gl. super verbo, placere. Aut existens in territorio alieno promisit prorogare iurisdictionem iudicis illius territorij: Et hoc casu, licet quantum ad principalem obligationem nō possit ibi inuitus conueniri, quia locus est pœnitentiæ: tamē ratione cōtractus ibi celebrati, propter quem sortitur ibi forū, vt in c. dilecti, supra eodem, poterit ibi conueniri ad pęnam vel interesse. Et idem, si existens in proprio territorio promisit alterius iudicis extra territorium existentis iurisdictionem prorogare, aliàs in illo territorio soluere interesse vel certam pœnam, per l. contraxisse. ff. de actio. & oblig. & per ea, quæ latius in d. cap. dilecti. dummodo ibi inueniatur, vt ibi dixi.

47 ¶ † Sed quæro nunc circa aliud membrum supra formatum in princ. istius 8. quæst. per quos actus positiuos in iudicio celebratos, videatur inducta prorogatio iurisdictionis ita, quòd non sit amplius licitum pœnitere.

¶ Sol. Communis Doctorum est, quòd ad hoc, vt quis non possit pœnitere, requiritur litis contestatio: aut actus, qui habeatur pro litis contestatione,
a vt in l. si conuenerit.[a] ff. de iurisdi. om. iud. & tenent Docto. in auth. offeratur. C. de litis contesta. Iacob. de Are. Petr. & Cyn. in l. vbi absunt. ff. de tuto. & cur. datis ab his. & Bald. in l. testamenta. C. de testa. & ratio est in promptu, quia sola lit. conte. de se est terminus exclusiuus dilatoriarum, vt in c. pastoralis, supra de officio deleg. & ibi latius dixi. Quidam voluerunt, quòd aut actus geritur in iudicio ante lit. contest. & non habet admistum consensum prorogationis: imò potius videtur sapere contractum, & hoc casu, non intelligatur inducta prorogatio. Aut talis actus habet tacitum cōsensum quodammodo circa prorogamen. Et hoc casu, non possit postea pœnitere. Sed præcedens opin. plus mihi placet, per d. l. si conuenerit. quæ vult, quòd vsque ad lit. conte. possit pęnitere, nisi fortè ipse expressè consensisset ante lit. contest. quo casu esset recurrendum ad ea, quæ dixi in d. c. 1. supra de iudi. in Glo. super verbo, placere. Alij tamen aliter etiam intelligunt commiscentes potestatem prorogandi & recusandi: & non declinandi iurisdictionem; de quibus opi. vide latè quæ dixi in d. c. inter monasterium, infra de re iudic. & vide quæ dixi in c. si clericus laicum, supra eodem, in 10. artic. princ. quæst. 1. A. B. Sed circa prędicta, vtrum per præstationem satisdationis de iudicio sisti intelligatur prorogata iurisdictio iudicis. Sol. Glo. in l. fin. C. quando appel. sit primo, in fi. videtur sentire quòd videatur prorogare, & quòd nō possit opponi declinatoria: tenet enim ibi, quod includatur via opponēdi contra rescriptum, per illum textum, & per no. in l. ad solutio. C. de re iudicata. & l. 1. §. illud. ff. de separa. In contrarium tamen arguit de l. fin. & de tex. in l. non videtur. ff. de iudicis. Dyn. ibi in additio. tenet hanc vltimam partem, per authen. offeratur. C. de li. cōtest. Et hanc opinio. quòd non intelligatur facta prorogatio, tenet Barto. in l. quidam cōsulebat. ff. de re iudi. per dictum authen. offeratur. Et quia talis præstatio satisdationis de iudicio sisti, intelligitur si apparuerit illum iudicem. Idem etiā tangit Ber. in l. vir bonus. ff. iudi. sol. Idem tamen Barto. videtur dubitasse in l. si pupillus. §. primo. ff. de priuil. credi. & Inno. in cap. inter, de re iud. Ioan. de Imo. in d. l. quidam consulebat. dicit fortè dici posse, quòd si constat de mente partis, illa seruatur. In dubio autem non posset dici, quòd aut præstatur in casu necessitatis, & tunc nō intelligatur renunciasse exceptioni declinatoriæ, & sic videtur intellectus Innocen. Ma.

¶ Nonò quæro de eo, quod supra dixi in priuilegio istius 6. art. quòd requiritur, quòd sit talis causa, quæ iurisdictionis prorogamen recipiat: qualiter hoc intelligatur. ¶ Sol. Dic, hoc intelligendum & declarandum esse secundum ea, quæ fuerunt dicta supra in 5. articu. princ. A. B. Videtur etiam requiri, quòd nō adijciatur noua qualitas ad iurisdictionē: quia tunc non esset prorogatio, sed noua concessio, quæ priuatorum consensu fieri non potest, per l. priuatorum. C. de iurisd. omn. iudi. ad quod vide quæ dixi in cap. fi. de dila. art. 19. quæst. 7. Ma.

48 ¶ † Decimo & vltimo quæro, vtrum requiratur consensus eius iudicis, cuius iurisdictio prorogatur? Sol. Tex. in l. 2. ff. de iudi. dicit, quod in prorogatione, quæ fit de persona ad personam, non requiritur. Secus in prorogatione, quæ fit de tempore ad tempus, & ratio differētiæ fit, quia in primo casu, iudex scit se habere iurisdictionem, & ideo tenet prorogatio: quia in prorogatione personarum, ignorantia iudicis non obest. Nam cùm sit iudex, & credat se habere iurisdictionem, nō errat in fundamento iurisdictionis: licet erret in qualitate. quo casu error non habet vitiare, vt est tex. in d. l. 2. Et ideo idem videtur dicendum in omnibus aliis speciebus prorogationis, in quibus ratio prędicta locum haberet. Sed si prorogatio quæ fit de tēpore ad tempus cum post tempus ignoret iudicem, vel credat nō habere iurisdictionem: requiritur ipsius consensus, saltem tacitus, vt in dicta l. 2. aliàs non valet eius sententia, vt l. quæro. ff. de eo, qui pro tutore. & facit quod no. in l. sed & si de sua. ff. de acqui. hæred. tenet Bart. in d. l. 2.

ADDITIO.

a ¶ *L. si conuenerit. De intellectu illius l. vide latissimè per D. Philip. Dec. in c. 1. in 9. col. de iudi. in 1. lectu.*

d.l.2. & in l.si per errorem.ff.de iurisdi.omn.iudi. & in c.P. & G. circa fi. per Dominum meum, supra de offi.deleg.

¶ Assumo nunc 7. argu. princip. in quo tractandū est de effectibus ipsius prorogationis, circa quē articulum in primis sume hanc regulam, ꝙ effectus aut qualitas iurisdictionis prius existentis, non alteratur vigore prorogationis, sed eiusdem naturæ & qualitatis, cuius erat inter eos, quorum erat iudex. Et ideo si ex qualitate iurisdictionis suæ summariè, & iuris ordine seruato, cognoscebat, similiter inter istos prorogantes ipsius iurisdictio erit summaria, vt in l. Episcopalem. & ibi no. Barto. C. de episco. & cler. A. B. Tenet Ludo. Ponta. l. si quis arbitratu. ff. de verb. oblig. Ma. Facit quod dixi in primo articulo princip. & etiam in 4. artic. princ. Ex quo infertur quòd si erat talis iudex, à cuius sententia non poterat appellari, quòd etiam per istos prorogantes non poterit prorogari. Item si erat talis iudex, à cuius sententia qualibet, etiam interlocutoria, poterat appellari, similiter etiam per prorogantes poterit appellari. tenet Bar. in d.l. Episcopalem. & Dominus meus, in c. causam quæ. infra de re iud. facit quod no. glo. in l. inter cōuenientes. ff. ad municip. vide etiam ad prædicta, quæ tradit Lapus. in cap. fi. de excep. lib. 6. vbi vult, quòd laici si prorogant iurisdictionem Episcopi, debent iudicari secundum canones, nō secundum leges, quod intelligo, quantum ad ordinatoria, non præparatoria, in quibus inspiciuntur statuta, leges, & consuetudines loci iudicij, secus quo ad decisoria. Et circa hoc membrum vide iura quæ allegaui tibi in c. ex transmissa. sup. in 8. q. princ.

49 ¶ † Sed circa prædictum arti. primò quæro, vtrum per prorogationem iudicis delegati, eius iurisdictio fiat ordinaria. ¶ Sol. Spec. in tit. de compet. iudi. adi. §. 1. vers. sed qualem. refert opinionem. Quidam enim intelligunt, quòd sit ordinaria ex eo, quia talis iurisdictio à lege confirmatur, ergo videtur ordinaria, vt in l. & quia. ff. de iurisdic. omn. iudi. facit l. obueniente. ff. de verb. signifi. allegat alios tenere contrarium per l. nemo debet. & l. id quod. ff. de reg. iu. & etiam hanc opinio. tenet Glo. ff. in fi. in c. P. & G. supra de offi. deleg. & ibi vide rationes, quas allegat. & hanc eandem opin. sequitur Bal. in l. 1. ff. de iudi. & mihi placet. pro qua opinio. faciunt, quæ dicta fuerunt supra in regula statim data in princ. istius 7. artic. Ex quo infertur, quòd si appellandum erit à deleg. appellari debebit ad delegantem. Item sentit quòd delegans poterit prohibere delegato, ne cognoscat, per l. iudicium soluitur. ff. de iudi. & sequitur Bal. in d.l. 1. Sed an tunc talis prohibitio extendatur ad istos prorogantes, tanquam in 9. artic. princip. in versi.

50 ¶ † Secundò quæro, an iudex qui cognoscit virtute prorogationis, posit illā causam delegare si sit ordinarius delegatus talis qualitatis, qui posit delegare. ¶ Sol. Spec. in tit. de compet. iudi. adi. versi. sed nunc quid ordinarius, dicit quòd ante litis contesta. non potest delegare ex eo, quia partes adhuc possunt pœnitere, secundum ea quæ supra dixi in præcedenti artic. in 8. quæst. sentit ergo, quòd secus sit post litem contest. Ego vero arbitror, quòd etiam ante litem contestatam posit delegare. nam cum ipse exerceat iurisdictionem virtute prorogationis, & delegare sit iurisdictionem exercere, posito quòd ipse alias habeat potestatem delegandi, cum non alteretur eius natura, vt dictum est, non video, quare non posit delegare. Non obstat artic. Spec. in contrarium formatum, quia fateor, quòd partes potuerunt pœnitere ante litis contesta. etiam coram ipso delegato, sicut poterant coram principali. Et sic verum est effectualiter inuitis partibus nō habebit locum delegatio potentia pœnitendi.

51 ¶ † Tertiò quæro, vtrum iudex, cuius iurisdictio prorogatur, in causa prorogata posit compelli ad pronunciandum, seu sententiandum. ¶ Sol. Spec. in tit. de compe. iudi. adi. §. 1. versi. sed an is. in quem partes. arguit quòd sic, per l. sancimus. C. de aduo. diuer. iudi. & l. si quis magistratum. & l. mune. §. iudicandi. ff. de mune. & hono. deinde in contrarium arguit, quòd non posit cogi, quia iurisdictionem habet ex partium consensu, sicut arbiter. vnde non videtur cogendus, nisi consentiat ad instar arbitri, per l. 3. §. tametsi. ff. de arbit. Et sic videtur in effectu sentire, quòd aut iudex consentit in prorogatione, aut non. si consentit, cogitur iudicare sicut arbiter, vt in d. §. tametsi. & no. Glo. in cap. præsentata. de testib. & Glo. in cap. pastoralis. §. 1. & in cap. suspicionis. & in cap. penul. & Glo. supra de offi. deleg. Sed mihi videtur satis durum, quod etiam posito quòd ipse non consenserit expresse, quòd ipse non posit cogi. Nam postquam ipse incœpit cognoscere, & lis est contestata coram eo, rationabile videtur, ꝙ ipse posit compelli, per iura allegata, supra in prin. & per l. de qua re. ff. de iudi. maximè cum in prorogoganda iurisdictione non requiratur consensus ipsius iudicis, vnde cum prorogatio fuerit facta iuris authoritate, & sit eiusdem naturæ, cuius est principalis iurisdictio, secundū quam iurisdictionem poterat ipse compelli, & sumus post lit. contesta. postquam partes non possunt pœnitere, vt supra in 8. artic. præced. in 8. quæst. merito dicendum est, quòd posit ipse compelli. Sed fortè ante lit. contest. non potest compelli, quia sicut ipse non potest partes compellere inuitus, ita videtur, quòd nec ipse inuitus debeat compelli. Sed si requireretur consensus expressus secundum ea, quæ dixi supra in præced. artic. in 10. q. Et adhuc non esset præstitus consensus expressus, procedat dictum Spec.

52 ¶ † Quartò quæro, quis exequatur sententiam latam per ipsum iudicem in causa prorogata. Sol. Spec. in d. tit. §. 1. ver. sed quid exequatur, dicit, quod ipse iudex, si alias est ordinarius, alias autem eius superior vel delegans, secundum ea, quæ traduntur in l. à diuo Pio, in princ. ff. de re iudi. Sed tu aduerte, quia vt dixit ibi Ioan. Andr. in addit. si esset ordinarius, & non posset ibi exequi, quia executio esset fienda extra territorium, vbi iudex pronunciat, non habeat iurisdictionem, & sic nec potestatem exequendi, vt in cap. 2. in fi. de constitutio. lib. 6. & in l. fin. ff. de iurisdict. omn. iudic. tunc ipse iudex scribet iudici illius, contra quem lata est sententia, vt illam exequatur. Et hoc tenuit in simili modo Vicentinus in l. 1. C. de iurisdict. omn. iudic. per l. cum vni. §. pen. ff. de bon. autho. iudi. pos. pro quo dicto vide quæ scripsi de iudice ratione dilecti in c. postulasti. supra eo. & de iudice ratione contractus in c. dilecti. supra eo.

53 ¶ † Quintò quæro, vtrum coram iudice, cuius iurisdictio est prorogata, habeat locum reconuentio.
a Sol. Glo. est sing. [a] quòd sic, in l. est receptum. ff. de iurisd. om. iud. & illam sequitur ibi Bar. & Doct.

¶ Sextò quæro, quid si prorogantes iurisdictionē credunt illum habere iurisdictionem, qui tamen non habet, an valeat processus & sententia ipsius. Sol. Specu. in titu. de compe. iu. adi. §. 1. ver. quid si priuati consentiunt. dicit, quòd valent, quæ coram eo fiunt, argu. l. 1. C. de testa. & in l. 2. C. de senten. & interloc. om. iud. & no. in l. Barbarius. ff. de offic. præt. & 2. quæst. 7. §. tria. in prin. Sed aduerte: quia hæc dicta Specu. procedunt data communi opi. & iusto errore, seu credulitate, quòd ille iurisdictionem haberet. de quo ar. dic, vt latius traditur in dictis iuribus, & in cap. ad probandum. infra de re iudic. & per Io. Cald. in sua q. notabili, quæ incipit, excommunicatus, qui communi opin. &c. & per Dom. me. in capi. cum dilecta. supra de rescript. & vide etiam quæ dixi in c. qualiter. el 2. infra de accusat. in 9. prin. art. q. 45.
b Sed si ista commu. opi. & communis error [b] iuuaret, vtrum processus habitus per istum iudicē, valeat. arbitror, quòd non per ea, quæ dixi supra in 4. articu. princ. in princ. & ibi me remisi in 8. quæst. ad hic dicenda. Quid autem si pendente iudicio, iurisdictio superueniat? Bald. in l. 1. C. vbi de crim. agi oportet. post glo. distinguit, quòd aut iurisdictio superuenit de causa ex nouo emergenti, & processus nullo modo potest confirmari: quia initium iudicij non fuit legitimatum. ar. l. in vniuersis. C. qui da. tut. possunt, & in l. instar. C. de iure fisci. lib. 10. si verò ex causa de præterito, tunc firmatur iudicium, vt ex nunc, non vt ex tunc, vt in l. obseruare. in fi. ff. de offic. proconsul. & no. in l. 1. C. qui pro sua iurisdict. secundum Iaco. & Barto. Sed Bal. in l. 1. C. vbi de crimine. concludit contrarium. Nam ex quo li. contest. fuit nulla ex defectu iurisdictionis, nūquam iudicium conualescit: quia deficit in fundamento. Nec obst. l. licet. ff. de iudic. quia ibi iudicium erat aliquod, & sic secundum istam opin. Bal. secus videtur esse, si iurisdictio superueniat ante litem contest. & satis placet: quia in ipsa lit. contest. firmatur iudicium, & iurisdictionis prorogatio consolidatur, secundum ea, quæ dixi in præceden. artic. q. 8.

¶ Septimò quæro, quid si à principio consenserunt, & ipse iudex, qui tunc habebat iurisd. ante li. contest. desinit habere, vtrum saltem vigore prorogationis iam initæ possint prosequi prorogantes iudicium. Sol. Quia hæc quæstio melius conuenit vlt. prin. art. dic vt dicam in ver.

54 ¶ † Octauò quæro, an partes litigantes coram iudice incompetenti, possint postea venire contra sententiam dicendo processum nullum: an verò teneantur stare processui & sententiæ, saltem ex vi taciti pacti. Sol. Dom. me. hic in glo. 2. circa fin. distinguit, quòd aut sciebant eum incompetētem, & poterunt prorogare eius iurisdic. nec poterunt contrauenire, ex quo ille habebat iurisdict. quam tacitè prorogauerunt. Aut poterant prorogare iurisdictionem, sed ignorabant eum incompetentē, & tunc possunt prorogare: quia error non impedit prorogationem, ut dictum fuit superius in præced. articu. q. 2. Aut non poterant prorogare, vt quia fuit clericus, qui litigauit sine licentia sui superioris. Et glo. 2. hic dicit, quòd valet non vt sententia, sed vt tacitum pactum. videtur enim partes pacisci de stando dicto illius iudicis, quod est verum, secundum Doct. hic & Dom. me. quando partes ipsę approbauerunt sententiam post ipsius sententiæ prolationem: quia tunc videntur tacitè contrahere & pacisci, vt est tex. cum gl. in l. 2. C. cōmunia vtriusque iudi. & valet tunc, non vt sententia, sed habet uim cuiusdam contractus, per quē partes videntur se obligasse ad obseruandum id, quod venit in sententia, vt no. Cyn. in d. l. 2. & Bart. & Bal. in l. 1. C. qui pro sua iurisdict. & sic intelligitur glo. ibi, & sequitur Bar. in l. licet. C. de iud. A. B. Et intellige, quòd expressè approbauerit, nō tacitè, per lapsum fatalium. facit quod no. per Barto. & Bald. in d. l. 2. C. commun. vtriusque iudic. & per Bald. licet communiter non habeatur in regula, ratum. in fi. reg. iu. lib. 6. & l. vnica. C. qui pro sua iurisdict. vbi dicit, quòd consensus debet sequi sententiam per viam contractus, non procedere simpliciter consentiendo in iudicem. Et ita consuluit Pet. de Anchar. & reperitur consilium suum inter consilia Ioan. Cal. sub rub. de re iudic. consi. 8. prope fin. Ma. Secus si ex postfacto non approbauerunt: quoniam ex solo accessu ad iudicem incompetentem, non videntur partes contrahere: seu tacitum pactum facere, sed potius iudicium exercere: vnde si non est iudex, nō datur prorogatio, vt dixi supra in quarto artic. princip. & per consequens nihil valet quod actum est, vt tenet hic Dom. me. & bene. & videtur de mente literæ, & Docto. in d. l. 2. facit etiam l. 1. C. de iurisdict. omn. iudi. ex quibus infert Dom. me. quòd glo. 2. quæstio. 1. in cap. statutis. male dicit in eo, quòd vult appellantem à sententia nulla illam confirmare, per l. 3. §. falsus. ff. rem ratam habe. quia ille tex. non procedit, quando sententia est omnino nulla. Sed non est materia nostra. dic vt ibi. Et adde ad prædicta, quod tradit Speculat. in titu. de appel. §. nunc tractemus. ver. quid si de facto. vbi vult, quòd sic appellatur à vicario Episcopi, ad Episcopum ad quem non potest appellari, per cap. 2. de consuetu. lib. 6. & Episcopus causam cōmittat, quòd licet partes scientes non valere commissionem litigent coram delegato, processus non valet, secundum aliquos, per l. ex consensu. §. fin. ff. de appel. facit l. priuatorum. C. de iurisdict. om. iud. Refert tamen alios tenere contrarium, & fuit Albertus Galeoti. Sed ipse Spec. videtur residere cum prima opin. quæ mihi plus placet, circa quod vide, quę dixi supra in 5. princ. art. q. 9. A. B. Adde Bal. in tit. de pace Constan. in verbo. vbi dicit, quòd per uiam prorogationis non potest appellari coram incompetenti. Ma.

55 ¶ † Nonò quæro, vtrum sententia lata à iudice, cuius iurisdictio non poterat prorogari sine licentia superio-

ADDITIONES.

a ¶ *Glo. est sing. Illam gl. appellat singularissimam Angel. & Fulg. etiam ibidem. & vide Abbatem in c. cum dilectus. supra de arbit.*

b ¶ *Error communis facit ius. vide omnino Bal. in l. 2. C. de senten. & Bald. in l. 1. in q. de testa. & limita, vt per eundem in l. nihil. C. de manu. vinc. & Alex. de materia erroris, consil. 138. lib. 1. & eam reg. cum 5. fal. ponit late Ias. in l. Barbar. 6. col. ff. de offi. præt.*

a superioris, posit per ipsum superiorem ratificari.[a] Sol. Glo. nostra hic sentit, ꝙ sic. Et hoc in odium ipsius clerici, qui prorogauit sine licentia superioris. Nam ipse clericus non pôt eam dicere nullam: quia videtur in se habere tacitum pactum, ne vlterius petat, aut contradicat, sicut acceptilatio inutilis, vt ff. de pact. in l. si vnus. §. penult. facit quod dicimus de renunciante beneficio suo in manibus non sui superioris, vt in cap. quod in dubijs. supra de renunc. Sed Dom. me. hic & Docto. communiter tenent, ꝙ non posit ratificari, & sequitur Io. de Lig. & etiam Bart. in l. licet. ff. de iud. quoniam hæc sententia est nulla, non solùm ex defectu consensus, sed etiam propter defectum solennitatum, quę non poterunt coram illo interuenire: nec potestas supplendi dependet à cõsensu proprij iudicis: Nam & ipsemet iudex non posset facere, vt valeret sententia à se lata, sine solennitatibus, vt no. in cap. dudum. supra de elect. & in c. vnico. inf. de li. contest. & in c. fi. de re iud. lib. 6. cum sim. Quare licet Episcopus posit punire clericum, non tamen potest habere ratam talem sententiam, sicut statim dixi in præced. q. de partibus, nec etiam potest punire partes priuatione ipsius causæ, & subijciam, infra in seq. q.

56 ¶ † Decimò quæro, quoniam tex. noster hic vult quòd clericus non potest prorogare iurisdictionem alterius iudicis, etiam ecclesiastici sine consensu sui superioris, vt hic, de quo latius dictum fuit supra in 6. artic. prin. q. 7. vtrum eo casu, quo clericus litigaret coram alieno iudice sine licentia sui superioris, debeat amittere causam, sicut quãdo litigaret in foro seculari, vt in c. si diligenti. supra eo. Sol. Glo. 2. in prin. hic tenet, ꝙ nõ, & bene. mouetur: quia non tantùm deliquit, quantum consuetudo in iudicem laicum, quod etiam sentit Ioan. Andr. & assignat rationem diuersitatis. Nam quando litigat coram singulari, offendit vniuersalem statum & honorem iurisdictionis ecclesiasticæ, vt ibi. facit 10. quæstio. 1. cap. placuit. sed in terminis nostris offendit tantum vnam speciem iurisdictionis: videlicet, sui superioris. facit quod no. in c. cum apostolica. infra de his, quæ fiunt à Præla.

¶ Vndecimò quęro, pone, aliquis egit in iudicio tanquam volens prorogare iurisdictionem, & demum in fine causæ post sententiam latam cõtra executorem sententiæ opponit de nullitate sentẽtiæ & processus: quia dicit se clericum, & prorogationem fieri non potuisse sine superioris sui licentia. Quæritur, vtrum audiatur. Sol. Ex decisione præceden. quæst. patet, quòd sic. Sed hac exceptione probata, licet ferenda sit ex eo, quòd sentẽtia annullatiua processus & sententiæ, talem debet condemnare

b in expensis, & est dictũ singulare Dominorum[b] de Rota decis. 223. & per tex. in c. exceptione. infra de except. circa quod adde, quod latius dixi in c. si diligenti. supra eo. in pe. q.

¶ Duodecimò quæro, pone ꝙ prorogata fuit iurisdictio, quia non fuit apposita exceptio declinatoria incompetentiæ, & scienter: demum cõtingit, ꝙ iudex declarat processum inualidum ratione alicuius defectus, vnde de nouo inchoat iudicium coram eodem iudice: reus comparet, & apponit declinatoriam: actor replicat, quod non potest opponere: quia semel consensit: reus duplicat, ꝙ consensus ille non valuit post quàm processus ille fuit annullatus: actor triplicat, ꝙ non fuit annullatus ex capite incompetentiæ, quæritur, quid iuris. Sol. Gul. de Cu. in l. eum qui. ff. de constit. pecu. tenet, quòd reus sit admittendus ad exceptionem declinatoriam, per

c l. si quis repetere. ff. ad Turpil. & idem tenet Ang.[c] in l. si quis postea. ff. de iud. quem refert & sequitur

d Ludo. Pon.[d] in singularibus suis. Sed ego hoc dictũ arbitror limitandum, si modo iudex pronunciaret processum nullum, & reum absolueret ab instantia iudicij. Secus si pronunciaret processum retro factum non tenere, vsque ad certum actum, & inter ipsa acta annullata comprehenderetur prorogatio, vt puta, quia post prorogationem factam per principalem comparet aliquis procuratorio nomine ipsius, qui tamen est falsus procurator. vnde opposita postea exceptione, ꝙ non sit procurator, quę potest opponi quandocunque, vt l. licet. C. de procurat. & no. glo. in c. cum iuris peritus. supra de offi. leg. pro quo iudex pronunciaret processum agitatum per procuratorem non tenere: nam hoc casu, actore demum prosequente in processu non poterit ei opponi declinatoria: cum ipsius iurisdictio prorogata remanserit in suo effectu. facit quod no. Bar. in l. hos accusare. ff. de accusa. Et vide ad prædicta, quæ similiter dixi in simili quæst. in c. 1. infra de accus. in 2. prin. q. Et prædicta notabis ad materiam cap. pastoralis. infra de excep.

57 ¶ † Decimotertiò quæro, vtrum per iurisdictionem prorogatam dicatur præuẽtus proprius iudex. Sol. Ioan. Andr. in addit. Specu. in titu. de comp. iudi. adi. §. 1. ver. sed nũ quid. dicit ꝙ Guliel. de Suza. in l. si conuenerit. ff. de iurisdict. omn. iudic. tenet, ꝙ sic, adeo quòd iudex proprius tenetur habere ratam prorogationem in criminalibus, in quibus procedit hæc quæstio. Nam in ciuilibus non potest procedere, quia ad priuatam vtilitatem non potest iudex inquirere, secundum ea, quæ latius dixi in c. qualiter. el 2. de accusa. in 8. artic. prin. Sed in criminalibus potest ad publicam vtilitatem, de quo ibi. Sed dicit ibi, ꝙ hoc casu non potest se intromittere sine accusatore, per regulam in l. rescripto. §. si quis. ff. de muneri. & honori. & quia de delicto eiusdem hominis non est sæpius inquirendum, vt in l. licet. in fi. ff. nau. caupo. stab. & in c. de his. infra de accus. & ibi latius dixi. Sed tandem soluit ipse Io. Andr. quòd si talia sunt

ADDITIONES.

a ¶ *Ratificari. De hac q. vide Bal. in l. falsus. C. de fur. in l. 1. C. qui pro sua iurisdic. & in l. fi. col. 1. C. si à non compe. indi. & Doct. in c. ex par. de rescriptis.*

b ¶ *No. sing. dictum Rotæ, quòd is, qui post agitatum processum & dictam sententiam excipit, quòd omnia nulla sint ex eo, quòd prorogatio fieri non potuit sine consensu superioris, debet condemnari in expensis.*

c ¶ *Imo Ang. tenet, quod non poterit obijcere exceptionem, & idem Ang. in l. si conuenerit. in fi. ff. de iurisdic. om. iu. & allegat Guliel. de Cu. sicut iste. Istam negatiuã, ꝙ non obijciat excep. incõpetentiæ, tenet Alex. & Mod. in d. l. si conuenerit, in 2. no. Pau. ibi limitat, vide eosdem & melius, quàm alibi de hoc artic. per Decium in c. 1. in 10. col. de iud. ver. inhærendo tamen.*

d ¶ *Pon. sing. suo 146. incip. vlt. dico tibi vnum.*

sunt crimina, in quibus iudex posit inquirere, vt in d.8.articu. non tenebitur iudex habere ratum iudicium prorogatum: nec per pactũ delinquentis prorogantis impediretur ipsius iudicium. argum. c. pen. infra de cler. coniug. & in c. ex parte. el 2. infra de priuileg. & cap. ex authoritate. de priuileg. lib. 6. In alijs vero criminibus, ex quo accusator & accusatus sponte litigant sub alio iudice, ipse ordinarius conquiescit. Et subdit tamen, quòd inter clericos non procedit hæc quæstio: cum ipsi non possint sine cõsensu sui superioris alterius iurisdictionem prorogare, vt dictum fuit in 6. prin. artic. quæst. 7. Et satis placet mihi dicta opin. Est tamen aduertendum, quòd si coram alio iudice iurisdictio esset prorogata: actum
a esset per collusioné, ꝙ licet reus esset absolutus,[a] tamen iudex proprius posset cognoscere, secundum ea, quæ traduntur per Bar. in l. Senatus. ff. de accusa. & in l. 1. ff. vi bonorum rapto. & per Doct. in c. fœlicis. §. fi. de pœnis. lib. 6. & per Bald. in l. nullum. C. de testi. circa quod vide quod dixi in d. cap. de his. in 4. membro princ. & vide notabilem casum, quem posui in c. 2. infra de maled.

58 ¶ † Descendo nunc ex ordine ad 8. princ. artic. in quo tractandum est, an à sententia iudicis, cuius iurisdictio prorogata est, possit appellari, & ad quẽ debeat appellari. Et quamuis iste articu. conueniat tit. de appel. tamen etiam conuenit materiæ nostræ: vnde dic, quòd Specu. in tit. de compet. iudi. adi. §. 1. versi. sed ad quem appellabitur, ad superioré ipsius iudicis, cuius iurisdictio est prorogata, & nõ ad proprium ordinarium, cum gradatim sit appellandum, vt l. præcipimus. C. de appellat. & in l. Imperatores. ff. eod. 2. quæst. 6. c. biduum. infra de appell. c. dilecti. Sed superior proprius iudex non facit gradum illi, qui iudicauit: ergo, &c. Et idem voluit Bart. in l. ex consensu. ff. de appell. vbi concludit, ꝙ etiam à iudice, cuius iurisdictio est prorogata de consensu partium, potest appel. per l. Episcopali. C. de Episc. aud. arguendo ibi à casu speciali. Sol. Ideo ibi prohibetur appel. quia erat talis iudex, à cuius sententia propter dignitatis excellentiam non poterat appel. per subditos suos, & ratio horum descendit ex his, quæ dixi in præceden. articu. in prin. & in 1. quæst. vnde sit conclusio, quòd si talis est iudex, à cuius sententia potest appel. per subditos, poterit appell. & per istos prorogantes, & quò ad illum debebit appel. ad quem appellandum esset per subditos ipsius. Et sic ad superiorem ordinarium ipsius pronunciantis vel delegantis, si delegati pronunciantis fuit prorogata iurisdictio his casibus, in quibus fieri potuit prorogatio, secundum ea, quæ dixi supra, in 4. art. prin.

59 ¶ † Postremò assumo vltimum articu. princ. in quo tractandum est, qualiter iurisdictio iudicis prorogata finiatur. circa quem articu. Docto. instant in c. nouit. supra de offic. leg. & Specu. in titu. de offic. lega. §. nunc dicamus. ver. penult. & satis diffusè loquitur. Quare ego circa hunc art. pro ipsius clara intelligentia distinguo, quòd aut loquimur de his iudicibus, qui non habent nisi unicam speciem iurisdictionis: Aut de his iudicibus, qui funguntur duplici iurisdictionis specie. Primo casu subdistinguo membra.

¶ Primum, de eo qui habet successorem.

¶ Secundum, de eo qui non habet successorem.

¶ Primo casu, licet Doct. in d. c. nouit. & Spec. in d. versi. pe. videãtur velle idem quod in casu sequen. dum commiscet de Episcopo, cuius iurisdictio fuit prorogata, distinguendo, vtrum prorogatio fuerit facta sub nomine proprio, an sub nomine dignitatis, secundum quod dicam in sequen. casu. Tamen ego dico, ꝙ successor cognoscet. A. B. Hanc opin. tenet Pau. de Cast. in l. 1. ff. de iudic. per eandem ra-
b tionem [b] Ma. Aut prorogatio non tenuit. Nam cũ fuit prorogata iurisdictio ipsius, non tanquam priuati, sed tanquam iudicis iurisdictione fungentis: etiam si prorogatio fuit facta sub nomine proprio, quia partes in ipsum, tanquam in priuatum non potuerunt iurisdictionem prorogare, per ea, quæ dixi supra in 4. prin. art. in 6. q. Et sentit etiam Specu. in fi. illius ver. ideo nomine ipsius tanquam priuati, licet expressum non sit nomen proprium, videtur facta prorogatio. Quinimò, si voluissent partes hoc facere, non valeret, vnde videntur in dubio prorogasse iurisdictionem ipsius, tãquam iurisdictionem habentis, secundum ea quæ latius dixi post Do. me. in c. quoniam Abbas. supra de offic. deleg. & latissimè in Cle. & si principalis. de rescript. facit c. dilecta. iuncta glo. supra eo. vbi rescriptum concessum contra Prælatum in causa ecclesię expresso nomine proprio censetur reale & non personale, & trãsit in successorem. Et ideo hoc casu, arbitror quòd cum expiret iurisdictio prorogata, sicut non expirat ordinaria, successor cognoscet: quia successor est ille idem, cuius iurisdictio fuit prorogata, vt l. 1. ff. quis & à quo. in d. c. quoniam. cum simil. Nec obst. si diceretur, quòd fortè partes prorogauerunt, habentes solùm respectum ad dignitatem & bonitatem ipsius iudicis. Et fortè non ita confidissent de successore: quia respondeo, quòd in hoc debeant sibi prouidere. Et si nunc sunt concordes, vt successor non cognoscat: possunt etiam sibi prouidere renunciando instantiæ: vel ipsum successoré amplius non adeundo: possunt etiam à principio, si de hoc timent conuenire, quòd in quantum iurisdictio in persona ipsius expiraret ante finitam causam, haberetur perinde ac si in causa prædicta nõ esset processum, & nullum iudicium intentatum, & apponant graues pœnas, si alter altero inuito vellet postea in causa procedere. Et sic ex prædictis infero, ꝙ Spec. non bene dicit dum loquitur de Episcopo sic delegato. Nam cum Episcopus habeat ordinariam iurisdictionem, & successor sit in dignitate successor, de causa prædicta cognoscet: nisi aliud conueniat inter partes.

¶ Secũdo casu, de eo, qui nõ habet successorem. exemplum in legato misso de latere, & in iudice delegato,

ADDITIONES.

a ¶ *Imò si fuerit punitus vna pœna alter iudex, poterit aliam infligere, vide Bald. in l. cunctos populos. de sum. Trin. & quæ latè Siculus An. posuit in c. de his. de accu. & per Anch. in c. conq. sup. eo.*

b ¶ *Imò per aliam rationem, quia si fieret tanquam in priuatum, non valeret. arg. l. priuatorum. C. de iurisd. omn. iud. & ideo videtur fieri in iurisdictionem, non in ipsum, vt priuatum. adde no. in simili per Abb. dum loquitur de successore Canonici delegati, in cap. quoniam Abbas. de offic. deleg. 4. col.*

legato, & hoc casu Specu. in tit. de legato. §. nunc dicamus. ver. pen. arguit, q; duret iurisdictio prorogata, ex quo incœpit ea vti prius, quam iurisdictio finiretur, per c. gratum. & c. licet. sup. de off. deleg. & c. si. versi. quis autem, ad finem. supra de arbit. & in c. ex parte, eo. titu. & c. requisisti. de testam. & per l. si quis concubinam. ff. de leg. 2. In contrarium tamen arguit, quia perempta iurisdictione principali, debet perire & prorogata, quæ est accessoria. ff. de regu. iur. in l. cum principalis, & in regula, accessorium. de reg. iur. lib. 6.

¶ Concludit tamen Specu. post Host. in d. c. nouit. de offic. leg. distinguendo, quòd aut prorogatio fuit facta expresso nomine proprio: Et tunc nõ transit potestas in successorem legati, per c. pastoralis. §. 1. de offi. ordi. Aut fuit facta prorogatio non expresso nomine proprio: Et tunc idem legatus, vel delegatus, licet amplius nõ sit legatus vel delegatus, quia reuocatus est, potest cognoscere mouetur per no. in c. quoniam Abbas, supra de offi. deleg. allegat etiam in argum. ff. quibus modis vsusfruct. amitta. l. qui tamen. 1. responso. nisi propter crimen, vel etiam famosam causam redderetur inhabilis ad iudicãdum. 3. quæst. 7. c. iudices. supra de rescrip. c. sciscitatus. hęc distinctio non placet Dom. meo hic, quia cap. quoniam Abbas, non potest vendicare sibi locum in illo, qui non habet successorem in dignitate, & quia in casu nostro, prorogatio non potest respicere propriam personam ipsius iudicis: quia ipsius tanquam proprij, & sic tãquam priuatione personæ nulla erit iurisdictio. & ideo non potest dicto respectu fieri prorogatio. Et hoc argumẽtum tangit etiam Spec. in ver. pen. supradic. de quo dixi latius in 1. præced. casu, pro quo etiam facit quod no. Barto. in l. terminato. C. de fru. & litis expẽsis. vbi dicit, quòd iudex, qui seruauit sibi taxationem expensarum sub nomine proprio, non potest illam facere deposito officio & iurisdictio. quia lex expresit nomen proprium: videtur tamen sibi reseruasse, tanquam habenti iurisdictionem. Et hoc clare procedit, secũdum Dominum meum, in d. c. nouit. in delega. & in legato. Sed dubium remanet in delegato respectu delegantis, vtrũ delegans possit cognoscere de illa causa. circa quod Pet. vt refert Cyn. in l. si qui ex consensu. C. de episc. aud. tenet quod sic: quia prorogantes habuerunt respectum ad delegantem, sicut in simili contrahentes cum procuratore habent respectũ ad dominum. Spec. in titu. de compe. iud. adi. §. 1. versi. quid in delegato. tenet, quòd si delegatus fuit remotus post li. contest. ipse cognoscit propter reliquias prioris mãdati, quod est falsum, secundum Dominum meum: Nam cum illa iurisdictio prorogata extinguatur, & prorogantes videantur habuisse respectum ad iurisdictionem delegatam, & etiam ad personam delegati, & ad locum prorogatum: absurdum videtur, q; prorogantes iurisdictionem delegati in Hybernia teneantur ire ad curiam Romanam, quæ delegauit pro causa finienda. Nam si à principio habuissent respectum ad delegantem, corã eo causam egissent. Et hanc etiam opin. sentit Dom. Anton. in d. c. nouit. & mihi placet dicta opi. Nam cum ipsius iurisdictio fuerit prorogata, & iurisdictio sit sublata, & extincta in eo: nec habeat successorem, etiam si sit legatus: quia si mitteretur alius legatus post eum, non diceretur successor, sed diceretur nouus legatus. facit c. dilecto. infra de præben. Et ex prædictis deciditur, quid tenendum sit, si à prin. quando partes consenserunt, iudex habebat iurisdictionem, & ex post facto finita est iurisdictio. de quo artic. dixi supra in 7. art. prin. ver. septimò quęro. vbi remisi me hic dicturum. Et sic per prædicta habes decisionem illius dubij.

¶ Secũdo principali casu, cũ loquimur de eo, cuius iurisdictio poterat prorogari duplici respectu, propter duplicem iurisdictionis speciem. Spec. in ti. de compe. iud. adi. §. 1. vers. quid si duo Pisani. ponit exemplũ in Pisanis, qui cõsentiunt in potestatem Lucanum, qui aliàs ratione sui officij habet ordinariam iurisdictionem. vnde quæritur, nunquid si finito officio potestariæ, causa illorum non est finita, potestas futurus possit illam finire. Et distinguit, q; aut consenserunt in eum ratione potestariæ, & successor poterit cognoscere, & causam finire, per l. municipijs. ff. de rebus dub. & per c. aduersus. infra de immun. eccles. & c. pastoralis. §. 1. de offic. ordi. & in c. quoniam Abbas. de offic. deleg. secundum quod dixi supra, in primo membro huius 9. arti. Aut consenserunt in eum ratione alterius iurisdictionis, quã habet, & tunc ipse idem diffinire poterit. ar. c. requisisti, de testa. & fuit hæc originalis opi. Albe. Papiensis qui allegat l. cum aliquibus. C. de iure delibe. & hoc mihi placet, dummodo in ciuitate Lucana possit vti alia specie iurisdictionis: aliàs secus. Nam licet esset talis, qui aliàs ratione personæ suæ haberet in suo proprio domicilio vel dominio suo iurisdictionem: tamen si in territorio Lucano non haberet nisi respectu potestariæ, quia extra proprium territorium censetur priuatus: hoc casu, non procederet prorogatio respectu ipsius proprij & iurisdictionis, quam haberet in proprio territorio: quia vt supra dixi in 4. ar. prin. requiritur, quod competat iurisdictio in actu. Et ideo tũc esset concludendum, vt dixi supra in 1. membro istius 9. art.

60 ¶ † Vltimò quæro, pro complemento istius artic. quid si iudex, cuius iurisdictio fuit prorogata, pronunciat processum nullum, vtrũ per talem pronunciationem, finita intelligatur iurisdictio prorogata? Sol. Dic de hoc, vt dixi supra in 7. artic. princ. q. 12. Et ex prædictis, Deo duce, habes latè & ordinatè expeditam hanc quotidianam & vtilem materiam intricatam prorogationis iurisdictionis.

SVMMARIVM.

1 *Subditus, quis propriè dicatur.*
2 *Iurisdictio, quando per citationem perpetuetur.*
3 *Creditor debitorem fugientem potest realiter citare, non autem personaliter.*
4 *Iurisdictio, quando per citationem præuenta dicatur.*
5 *Subditus ratione dominij tantum, desinit subditus esse ex dominij translatione.*
6 *Aduersarius meus, quis propriè dicatur.*
7 *Domicilium, an possit quis mutare.*
8 *Iurisdictionem præuenire, quis possit.*
9 *Iurisdictionem alterius iudicis ordinarij, an possit præuenire is, qui iurisdictionem aliquo speciali iure acquisiuit.*
10 *Iudex præpositus cognitioni causarum ciuilium, an in causis*

PROPOSVISTI. Si citatus ad causam postea mutat forum, in causa illa coram primo iudice respondere tenetur. h. d. vel sic. Citatus legitimè tenetur causam prosequi coram iudice citante. non obstat, ꝙ post citationem mutauerit forum. h. d. communis diuisio. secunda ibi, pono.

1 ¶ † Primò no. ibi, subditus, ꝙ licet sortiens forum ratione contractus vel delicti, non dicatur propriè subditus, vt dixi in cap. praeced. in 2. princ. artic. q. fi. tamen suppositus ratione domicilij iurisdictioni alterius, potest dici subiectus: quia iste tex. non loquitur de subiecto ratione originis, per ea, quae infra dicā, sed de supposito ratione domicilij tantum: quia potest mutare forum, de quo videbimus latius in cap. sequen.

2 ¶ † Secundò no. ibi, ad petitionē, quòd ad hoc, vt per citationem perpetuetur iurisdictio, debet fieri ad partis petitionem, quod intellige, quando iudex procedit ad vtilitatem priuatam, quo casu, ad validitatem citationis exigitur, quòd fiat ad partis petitionem, ad idem facit c. praecedens, & in l. ad praetorium. C. de iud. & ibi per Bar. & in l. fi. C. de bon. author. iudi. poss. & in l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infec. Et dicit Ioan. de Imo. & bene, quod cautum est, ꝙ hoc scribatur in actis. facit quod traditur per Doct. in c. ad nostrum. el 2. de iureiur. secus si iudex procedit ex officio, quia tunc tenet locum partis. de quo dic, vt latius dixi in c. qualiter. el 2. infra de accus. in 8. prin. artic.

3 ¶ † Tertiò no. ibi, à te. ar. optimum, ꝙ licet creditor possit debitorem fugientem propria auctoritate realiter citare, ipsum personaliter capiendo, vt in l. ait Praetor. §. si debitorē. ff. de his, quae in fraud. cred. non tamen potest verbaliter citare eum ita, vt ille necessitetur comparere, & vt vigore talis citationis non comparens, dicatur contumax, & sic vt contumax valeat mulctari. Sed talis citatio debet fieri per iudicem, & ad partis petitionem. facit quod no. maxime per Dom. meum in c. 1. supra de iud. & ibi tetigi. vide Spec. & Ioan. Andr. in tit. de citationibus. §. sequitur. ver. 2.

4 ¶ † Quartò no. ibi, legitimè citatus, ꝙ ad hoc, vt per citationem dicatur praeuenta iurisdictio, necessarium est, quòd citatio sit legitima. nam sicut per citationem nullam non perpetuatur iurisdictio, vt no. glo. in c. cum plures. de offi. deleg. lib. 6. Item nec praeuenitur, secundum Io. And. de quo latius dicam infra in 4. prin. art. q. 5.

5 ¶ † Quintò no. ꝙ subditus solùm ratione domicilij ex sola domicilij translatione desinit esse subditus, & fit de iurisdictione alterius. de quo latius dicam in c. sequen.

6 ¶ † Vltimò no. ibi, aduersarij tui, quòd ille, qui mihi aduersatur in lite & in iudicio, potest dici aduersarius meus. ad idem c. 1. supra de iudi. quod procedit, etiam si iustitiam foueat: nam inter litigantes, propter litigium praesumitur inimicitia, vt no. in c. in literis, & in c. item cum quis. infra de restit. spol. & vide, quod no. in c. 1. de collusione detegen. & ibi dixi. non ergo consideratur iustitia vel iniustitia, sed factum, quod solitum est mouere animos ad inimicitiam, vt in c. meminimus, & in cap. repellantur, & ibi dixi, infra de accus. vide etiam ad hanc materiam 23. quaest. 5. c. non est crudelis. vbi etiam iudex quandoque incurrit odium ex administratione iustitiae, & non solum ille, qui principaliter mouit litem, vel cui principaliter est mota lis, dicitur mihi aduersarius, sed etiam subrogatus in illa lite, vt in c. 2. vt lite pendente, lib. 6. Et praedicta notabis ad intellectum statutorum loquentium de aduersarijs. Sed antequam veniam ad apparatum & materiam, oppono. videtur enim, quòd etiam si nō praeuenta fuisset iurisdictio per citationem: tamen iste potuisset compelli ad respondendum coram ipso iudice, licet mutasset domicilium, vt no. in l. 2. C. de iurisd. om. iud. SOL. Dic, ꝙ aut loquimur in foro respectu domicilij, & hoc casu, post mutatum domicilium, non potest

test quis coram priori iudice conueniri, vt hic, & in l.si quis postea. ff.de iudic. Aut loquimur in foro ratione contractus, & tunc mutatio domicilij uel recessus à loco contractus, non facit vt non possit conueniri in loco contractus. Ita loquitur contrarium, & hoc tenent glo. Barto. Bald. & Doctores, in l.penult. ff.de iurisdict.omn. iudic. de quo dic, vt dixi in c.dilecti. supra eod.in 2.princ.artic. q.11.& in c.postulasti. supra eo.

7 ¶ † Secundò oppono: videtur enim, quòd quis non possit sibi mutare domicilium, vt in l.Senatores. ff.de Sena. Sol. Aut nos loquimur in domicilio assumpto, & sic in domicilio accidentali, & hoc potest quis volũtate sua mutare, vt hic, & in l.assumptio.ff.ad muni.& in l.si quis postea.ff.de iud. Aut loquimur in domicilio naturali & originario, & illud non potest mutari. Ita loquitur contrarium. fallit in muliere, quæ per contractum matrimonij mutat domicilium, etiam originarium, vt in d.l.pen. ff.de iurisdict.omn.iud.& in l.penul.§.1. ff.ad municip.& in l.origine. C. de municip. & orig. lib. 10. Glos. in princ.allegat iura concordantia, ex quibus effectualiter sumpta est hæc decretalis: deinde infert ad intellectum tex. & tractat per quos actus fiat præuentio. Et in fi. ponit vnum effectum præuentionis. In ea.glo.in fi.dic, quia supra in Rubr. versi.13. Ego dixi, me hic dicturum de materia præuentionis, seu occupationis vel præced.cognitionis, in quo art. venit tractanda materia præuentionis & præoccupationis iurisdictionis, quæ est vtilis & subtilis, & quotidiana, & quotidie frequentata, & à maioribus minus plenè & ordinatè expedita. Ideò, vt eam claram & latè & ordinatè habeas, prosequar infrascriptos articulos principales.

¶ Primus erit, quid sit præuenire, vel præoccupare iurisdictionem.

¶ Secundus, quis possit præuenire seu præoccupare iurisdictionem, & in hoc prosequar infrascriptas quæstiones.

¶ Prima, distinguam preuentionis actum quò ad iudicem, & quò ad partes.

¶ Secunda, vtrum ille, qui acquisiuit iurisdictionem aliquo iure speciali, puta priuilegio, vel consuetudine, aut præscriptione, possit præuenire iurisdictionem alterius iudicis ordinarij.

¶ Tertia, vtrum iudex, qui præpositus est cognitioni causarũ ciuilium, possit in causis criminalibus, de quibus incidenter cognoscit, præuenire iurisdictionem iudicis causarum criminalium.

¶ Quarta, vtrum iudex, cuius iurisdictio prorogata est, dicatur præuenisse vigore prorogationis in eum factæ.

¶ Quinta, vtrum iurisdictio delegati possit præueniri per ordinarium.

¶ Sexta, vtrum iurisdictio ordinarij possit præueniri per delegatum.

¶ Septima, vtrum eo casu, ꝙ Episcopus expulsus potest cognoscere in proxima diœcesi inter subditos suos, secundum formam Clem.vnicæ, eod.titu. possit præuenire illum ordinarium ratione delicti commissi per subditum suum in dicto loco propinquo, vbi cognoscit.

¶ Tertius princip. articulus erit, in quibus causis possit fieri præuentio.

¶ Quartus princip. art. erit, qualiter, & per quos actus dicatur fieri præuentio. & in hoc articulo præmisso quodam euidentiali, prosequar infrascriptas quæstiones.

¶ Prima, vtrum possit fieri per libellum positum in actis.

¶ Secunda, vtrum fiat per citationem verbalem.

¶ Tertia, qualis debeat esse citatio.

¶ Quarta, an requiratur, quòd talis citatio perueniat ad notitiam citati.

¶ Quinta, an ad hoc, vt fiat præuentio per citationem, sufficiat citatio etiam inualida.

¶ Sexta, vtrum per citationem realem, hoc est, per capturam fiat præuentio.

¶ Septima, quid si aliquis apparet citatus eodem die à duobus iudicibus pro eodem delicto: sed non apparet, quæ citatio prior fuerit, quid erit agendum.

¶ Octaua, quid iuris si vnus & idem est citatus à duobus iudicibus, ab vno verbaliter, ab alio realiter: quis dicatur præuenisse: maximè, si eodem tempore vtraque citatio facta fuerit.

¶ Nona, quid si in ciuitate sunt duo officiales, Potestas & Capitaneus, & viget statutum, quod de eodem maleficio vel negocio, de quo vnus actor cœpit cognoscere mittẽdo copiam inquisitionis ad cameram, alius non possit se intromittere, &c. vide inf. ne nimis longa sit propositio quæstionis.

¶ Decima, Quid si per iudicem domicilij quis fuit excommunicatus sub conditione, si non satisfecerit intra mensem, & ante conditionis euentum transtulit domicilium, vtrum adueniente die, & eo non satisfaciente, sit excommunicatus, & sic, vtrum per actum conditionalem præueniatur iurisdictio.

¶ Vndecima, Quid si visitator mandauit Priori alicuius monasterij, quòd se paret ad visitationem: quia incontinenti volebat eum visitare, & ideo à loco non discederet: post quod mandatũ Prior prædictus statim recepit literas à suo Generali, ꝙ se eidem incontinenti præsentaret: quare dubitat Prior, quid agere debeat, & an per primum mandatum, sit præuenta iurisdictio.

¶ Duodecima, vtrum per intentionem conditionis ex l.diffamari. C.de ingen.man. in ciuilibus, aut in criminalibus ex l.Titia. ff. de accusat. & ex l.ea quidem. C.qui accusa. non poss. dicatur præuenta iurisdictio.

¶ Quintus & vltimus princ.artic.istius 13.art.erit de effectibus ipsius præuentionis.

¶ Circa primum articulum, in quo quæritur: quid sit præuenire iurisdictionem. arbitror dicendum, quòd præuenire est iurisdictionem, quæ pluribus competebat, vel competere poterat, sibi appropriare, & in personam suam formare, seu consolidare in causa præuenta. Quare autem ita ego descripserim, apparebit ex his, quæ dicentur in 5. princip. artic.

8 ¶ † Circa secũdum principalem articulũ, in quo venit examinandum, quis possit præuenire iurisdictionem. In primis arbitror ita distinguendum, ꝙ aut loquimur de preueniendo iurisdictionem respectu iudicum, qui amodò non poterunt cognoscere de causa præuenta: Aut respectu partium, ita quòd possint amplius forum mutare. Primo casu dicen-

dum arbitror, quòd talis præuentio seu occupatio potest fieri per omnes iudices & officiales habentes iurisdictionē principaliter in solidum, & in actu, argum. tex. nostri, & l. si quis postea. ff. de iud. & c. cum plures. de offic. deleg. lib. 6. & no. in l. si pluribus. ff. de leg. 1. Ideò autem dixi principaliter: quia si alter ab altero recognosceret, non intelligeretur præuenisse aut præoccupasse inuito superiore, vt in l. iudicium soluitur. ff. de iud. ideò autē dixi, quòd in solidum, quia secus esset si plures haberent iurisdictionem cō muniter, seu coniunctim: quia tunc vnus solus non posset præoccupare, vt in c. prudentiam. supra de offic. deleg. Ideo autem dixi, in actu, quia secus esset, si in defectum aliorum, vel alijs negligentibus,
a vel impeditis [a] quis posset iurisdictionem exercere. Nam tunc expectanda esset negligentia, vel impedimentum illorum, vt in d. cap. prudentiam. facit & quod traditur in d. cap. cum plures. de offic. deleg. lib. 6. Item faciunt no. in cap. ex transmissa. & cap. ex tenore. supra eodem, & secundum prædicta potest intelligi, & saluari dictum Barto. in l. si maritus in magistratu. ff. de adult. vbi dicit, quòd si duo habent æqualem iurisdictionem, alio deficiente, alius non poterit præoccupare, per illum tex. dicit tamen cogitandum. Intelligo enim dictam decisionem secundum terminos illius legis, quòd alter solùm posset præueniri, data sola negligentia alterius: quia si solùm adest impedimētum alterius, quia tunc non dicitur negligens, nō videtur posse præueniri. quod arbitror procedere, quando alius iudex posset cognoscere: secus si nullus alius adesset, & fortè impedimentum esset aliqualiter duraturum, & maximè ne delicta remaneant impunita: fortè dicendum, ꝙ alius posset præuenire. arg. l. 1. §. huius rei. ff. de offic. eius cui man. est iurisd. Et fortè propter hāc causam, tex. in l. 1. ff. de offi. consulis, considerat solùm impedimentum alterius, & non solam negligentiam. per quem tex. Ange. in d. l. si maritus. reprobat illud dictū Bart. Sed potest saluari secundum ea, quæ supra dixi. Et prædicta procedunt, tàm in iudicibus ecclesiasticis ad inuicem, quàm in iudicibus secularibus adinuicem, & etiam in iudicibus ecclesiasticis & secularibus mistim, respectu causarum misti fori, secūdum ea, quæ dixi in c. cum sit generale. supra eo. Ista procedunt tàm in habētibus merum vel mistum imperium, quàm etiam simplicem iurisdictionē, quod de se satis patet, & voluit Bal. in d. l. si quis postea. ff. de iud. dummodò agatur de præuentione circa id, quod fit in cognitionali iurisdictione ipsius iudicis volentis præuenire, per l. 1. & 2. C. si a non cōpe. iud. & in regula, ea quæ fiunt à iudice. de regu. iur. lib. 6. & patet ex superioribus. Nam per iudicem incompetentem, non potest præoccupari iurisdictio, vt in Cle. fi. vt li. pend. A. B. Item procedunt tam in ordi-
b narijs, vt hic, quàm in delegatis, datis cum clausula, [b] quatenus uos vel duo, vel vnus vestrum. c. cum plures. §. porrò. de offic. deleg. lib. 6. & in vno ordine, & alio delegato. de offi. deleg. c. studuisti. inf. de appel. c. vt debitus. Ma. Et aduerte: quia non solùm æqualis potest præuenire iurisdictionem æqualiter, aut inferioris iudicis, sed etiam inferior potest præuenire iurisdictionem superioris in his, in quibus vtrique cōpetit iurisdictio, si inferior à superiore illam non recognoscit. vnde Archid. potest præuenire iurisdictionem sui Episcopi in his, quæ spectant ad ipsum, & ad Episcopum pariter. de quibus in c. ad hoc, & in c. cum satis, & in c. fi. de offi. Arch. A. B. Sed aduerte: quia quidam volunt, ꝙ de causis subditorum inferiorum Prælatorum Episcopus cognoscere nō potest, nisi per appel. deuoluantur ad ipsum, per c. cum ab ecclesiarum, & c. quanto. supra de offi. ord. 18. q. 2. c. cognouimus. 93. dist. c. legimus. de exces. Præla. c. 2. 11. q. 1. c. peruenit. hoc tenuit Io. 11. q. 2. qui resistit. 70. dist. in c. de offic. ord. c. pastoralis. vbi hoc tenet g. Alij tenent cōtrarium, dicentes, ꝙ Episcopus, prætermissis & inuitis inferioribus Prælatis, cognoscit de causis subditorum inferiorum Prælatorum, si ipsum adeant: quia est ordinarius totius diœcesis. 11. q. 1. c. de persona. supra c. cum contingat. in Authen. de defen. ciui. in prin. vbi dicitur, ꝙ defensores ciuitatis, prætermissis magistratibus municipalibus, possunt cognoscere de causis subditorum, tenet Io. in d. c. cum ab ecclesiarum, & c. quanto. in quibus de hoc per Hostien. qui idem tenet, nisi speciali priuilegio vel consuetudine Episcopus impediretur, vt no. Host. cap. pastoralis. de offic. ord. & in summa, eod. titu. §. quid pertineat se. §. sunt autem distinctæ. ver. quid de subditorum. reperio, ꝙ quidam Dominus Alanus de Perusio cōsuluit, ꝙ locus esset gratificat. in deferendo opin. magistrorum. Sed Ioan. And. in quodam suo consilio, quod incipit, Episcopus Aretinus, qui nunc est, concludit, ꝙ sit locus præuentioni, vt qui primò incœpit de causa cognoscere, & ar. præuenit de causa cognoscat: nec alius possit se intromittere: quia vbi quis plures habet iudices in optione actoris est, coram quo maluerit aduersarium conuenire, d. c. cum sit, & cap. dilecti. supra eod. dixi plenè cap. fi. infra eod. in 3. prin. artic. alterius autem cognitio per alium præueniri potest, vt hic & supra dixi. Et mihi placet per ea, quæ supra dixi. Ma. Quinimò videtur, ꝙ etiam inferior possit præuenire iurisdictionem superioris, à quo illam recognoscit: vnde iurisdictio Papæ videtur posse præueniri per inferiorem ordinarium, vt in cap. vt debitus. infra de appellat. & in collatione beneficiorum ordinarius præuenit Papam, vt in cap. dilectus filius. infra de præbend. cum alijs infinitis sim. Sed non est effectualis præuentio, quò minus superior possit prohibere, & ad se iudicium & iurisdictionem aduocare, per d. l. iudicium soluitur. ff. de iudic. & supra dixi, in princ. istius q.

¶ Secundo casu, cùm loquimur de præuentione, quò ad ipsas partes, ne possint mutare forum, dic vt latius dicam infra in 15. q. prin. art.

9 ¶ † Secundò quæro, vtrum ille, qui acquisiuit iurisdictionem aliquo iure speciali, possit præuenire iurisdictionem alterius iudicis ordinarij? Sol. Dic, quòd sic, per no. per Innocen. Ioan. Andr. & Dominum

ADDITIONES.

a ¶ *Impeditis. Cessante tamen impedimento, debet reassumi iudex consocius, vt magistraliter declarat Abb. in capit. quoniam Abbas. in gloss. de offic. deleg. supra.*

b ¶ *Clausula. Aduerte tamen, quia secus esset in clausula, quòd si omnes non poteritis, & c. de qua per glo. & Abb. in c. quoniam Abb. de offi. deleg.*

num meum, in cap.3. supra de offic.ordin. quod limita, si modò talis præscripsit, vel acquisiuit iurisdictioné accumulatiuè, & principaliter, & separatim & insolidum, per ea, quæ dixi in quæst. præceden. secùs si accumulatiuè per viam cõmunis cognitionis, vel exclusiuè, excludendo ordinarium ab ea cognitione, quia tunc non esset tractandum de præuentione. & idem si præscripsit in defectum vel negligentiam iudicis ordinarij, faciunt quæ dixi in pręced.q.& quod no.in c.irrefragabili, in princip. & §. excessus. supra, de offic.ordin.

10 ¶ † Tertiò quæro, Vtrùm iudex, qui præpositus est cognitioni causarũ ciuilium, possit in causis criminalibus, de quibus incidenter potest cognoscere, præuenire iurisdictionem iudicis causarum ecclesiasticarum: Exemplum in teste, qui in causa ciuili examinatus, vel coram non suo iudice falsum deponit: an potest à dicto iudice puniri. Sol. Bartolus tenet q sic, in l.3. §.aqua. ff. de aqua quotid. & æsti. per notata per illum textũ, & l.nullum. C.de test. & l.sciant cuncti. C.de probat. Tu dic, quòd hæc quæstio pendet ab his, quæ notantur in dicta l.nullum. & quæ traduntur in capitulo, super his, & quæ dixi in cap.de his.infra de accu. & adde, quæ dicam in 5. princ.art.

¶ Quartò quæro, Vtrùm iudex, cuius iurisdictio est prorogata, dicatur per prorogationem præuenisse? Sol. Dic, vt latè dixi in capitulo præcedenti, in 8.princ.artic.quæst.13. & aliquid subdam infra, in 4.articu.

11 ¶ † Quintò quæro, Vtrùm iudex delegatus possit præueniri per ordinarium? Sol. Dic, quòd sic. tenet Hostiens. in summa, in titulo, de offic. deleg.§. quod sit officium. Innocentius & Hostiensis in c.ad petitionem.infra de accusa.& ibi etiam traditur per Vincen. Ioan. Philip. & Ioannem Andræam, tenet Henricus Bohic in cap.plerunque.supra de rescript. & est textus in cap.vt debitus. infra de appel. secundum vnum intellectum, & ibi dixi in 6. not. quod limita & declara, vt ibi dixi, maximè in glo.4. in fi. vbi latissimè examinaui istum ar. & ibi etiam examinaui de præuentione, qualiter possit fieri inter plures delegatos per diuersas literas impetratas ab actore & reo.

12 ¶ † Sextò quæro, quid ecõtra: Vtrùm iurisdictio ordinarij possit præueniri per delegatũ? Sol. Dic, quòd sic, vt legitur & notatur in d. cap. vt debitus. secundum glo. Ioan. Vinc. Innoc. Hostiens. & Abb. ibi, & Archi.2.quæst.6. cap.eius qui, facit etiam cap. cùm dilectus.in fi.de purga.cano. tenet Specu. in titulo, de legato. §. fin. vers. Item quòd causa pendet. & glo. magna in cap.quamuis, de offic.leg. lib.6. & Henricus in d.c.plerunque.& vide quod latè dixi in d.cap.vt debitus.

13 ¶ † Septimò quero, Vtrùm eo casu, quòd Episcopus expulsus potest cognoscere in proxima diœcesi inter subditos suos, secundum formam Clem. vnicæ, eo.tit. possit præuenire ordinarium, in cuius diœcesi cognoscit ratione delicti cõmissi per subditum suum Episcopi expulsi in loco, in quo cognoscit? Sol. Bertrandus in dicta Clem.vnica, concludit, q non. Nec obstat secũdum eũ ille tex. dum loquitur per verbum, iurisdictionem ordinariam, quia intelligitur, secundum eum, saluo iure tertij, arg.l.2.§. meritò. ff. ne quid in loco publi. & c.quamuis. in fi. de rescript. lib.6. mouetur, quia si Episcopus expulsus fuisset in propria diœcesi, non potuisset ita citò præuenire dictum ordinarium, ex quo non sciuisset ita citò, vt in cap.quanto.de rescript. Ioan.de Lig. in dicta Clem.in verbo, Subditos, tenet cõtrariam sententiam, quam sequũtur ibi Zabarel. & Ioannes de Imola, & ego etiam secutus fui, & ad rationem Bertrandi respondetur per cap.Ecclesia. supra de elect. vbi dicitur, quòd non est considerandum, an tàm citò, vel non tàm citò potuerit scire: quia cum ratione domicilij & ratione iurisdictionis habeat potestatem cognoscendi, sequitur, quòd sicut poterat in propria diœcesi præuenire iudicem loci delicti, ita & in delicto: quinimò ego arbitror, quòd etiã hoc casu debebit punire secundum cõstitutionem propriæ diœcesis, circa quod vide remissiones, quas in genere dedi in c.postulasti. supra eod.in 4.membro princ. & fortè aliquid dicma in 5.princ.artic.

14 ¶ † Circa tertium principalem articulum, in quo quæritur, in quibus causis possit fieri præuentio. Arbitror dicẽdum, quòd data potestate cognoscendi in iudicio, potest fieri pręuentio in omnibus causis, tàm ciuilibus, quàm criminalibus, & spiritualibus quàm prosanis. facit secundum Baldum in l.si quis postea.& in l.vbi cęptum. ff.de iudic. in crimine hæresis, in quo nõ solùm iudex qui incœpit, sed etiam alius cognoscere potest, non obstante præuentione primi. quod an sit verum, & procedat in crimine læsæ maiestatis, dicam in 5.princ.articu.

15 ¶ † Circa quartũ principalem articulum, in quo tractandum est, qualiter, & per quos actus quis dicatur præuenisse, seu præoccupasse iurisdictionem. A.B. Aduerte, quia de præoccupatione, seu præuentione possumus quærere, quò ad diuersos actus. Quandoque enim quęritur de præoccupatione respectu ordinis procedendi. & ista non est materia nostra, sed l.qui prior. ff.de lega.secũdo, & cap.cùm dilectus. infra de ordi.cognitio. Quandoque respectu iuris eligendi, & similiter nõ est materia nostra, sed l.si pluribus.ff.de leg.3. Quandoque de præoccupatione respectu effectus eius, de quo agitur, & similiter nõ est materia nostra: Sed traditur dicta l.si pluribus.& l.si ex duobus. ff.de duob.reis.& l.fideicommissa.§.interdum.ff.de leg.3.& cap.si duobus.de rescript.lib.6. Et vide etiam, quæ dixi in cap.penul.de ordine cog.in vlt.not. & in c.2. de restit. spol.in materia molendinorum. quæst.5. Quandoque quæritur de præoccupatione vel præuentione respectu iurisdictionis ab habente scilicet iurisdictionem, non quò ad acquirendam iurisdictionem, quæ dicitur quæri per pręsentationem literarum, vt in cap.super eo.& cap. vt debitus. infra de appell. Quandoque quò ad perpetuandam iurisdictionem. Ma. In persona iudicis, ita vt videatur cœpisse iurisdictionem, & per cõsequens res desinat esse integra. & ista non est principalis materia nostra: Sed de ea dicendum, vt dixi in cap.gratum. & in cap.relatum.& in cap.licet. supra de offic. deleg. & per Archid. 2. quæst.6. cap.non ita. & per Legistas in l. & quia. ff. de iurisd. om.iud. Aut loquitur quòd ad perpetuãdam iurisdictioné contra citatũ, adeo vt amodò videatur esse quò ad dictã causam de foro ipsius, & q alius iudex nõ possit se intromittere ratione præuẽtionis factæ

per ipsum. Et ista est propriè materia nostra, in qua pro ipsius clariori doctrina prosequar infrascriptas quæstiones.

16 ¶ † Primò igitur quæro, vtrum per libellum positum in actis dicatur præuenta iurisdictio? Sol. Bal. in d. l. si quis postea. ff. de iudic. dicit, quòd non: nisi accedat citatio. mouetur per glo. singularem in l. 1. ff. de in ius vocan. & per l. libertus aduersus. eodem tit. de in ius vocan. vbi bonus textus, qui vult, quòd libelli porrectio non habet vim citationis, & ibi etiam hoc tenet Baldus, & mihi placet. faciunt quæ dicam in sequen. quæst. tenet Ioan. And. in additio. Specul. in titu. de libel. oblat. §. nunc videamus. in princ. A. B. Vnde licet officialis antea posuerit inquisitionem in libro, non tamen diceretur præuenisse: quia ista non est præuentio, sed voluntas præueniendi. ita dicit Bald. in l. 1. C. de confess. & vide eundem Bal. in l. 1. C. quando libel. prin. da. licet tamen per formatam inquisitionem non inducatur litis pendentia, tamen inducitur litis præparatio. tex. in l. quemadmodum. de inoffic. testam. Aduerte tamen: quia licet non emanauerit citatio, si tamen iudex processit ad examinationem testium ad informationem curiæ diceretur fortè vel præuenisse, vel præparasse. facit l. 1. §. non semper. ff. de appell. Vidi allegatum, quòd si citatio rei fuit facta sine schedula inquisitionis ab vno iudice, deinde secundo loco fuit facta ab alio iudicum tenore inquisitionis, ꝙ tamen dicatur præuenisse, per cap. Ecclesia. secundo, vt lite pend. sed nihil facit. item per c. 2. de dilat. sed loquitur in alio casu. Tertiò per l. si finita. §. Iulia. ff. de dam. infec. Ma. Et hoc arbitror procedere, nisi libelli oblatio fortè ex forma statuti haberet vim li. contesta. facit, quod no. Bald. in repe. l. seruum quoque. §. publicè. ff. de procur. d. cap. veniens. de accusa. in 1. quæst. 3. quæst. prin. & vide quod dixi in c. 1. de libel. obla.

17 ¶ † Secundò quæro, vtrum per citationem verbalem dicatur præuenta iurisdictio? Sol. Tex. est hic, quòd sic, quò ad partem. & idem probatur in d. l. si quis postea. Et idem arbitror quò ad iudicem, propter eandem rationem, & l. vbi cœptum. ff. de iudic. & per no. in l. fin. vt lite penden. tenet Bald. in l. Senatus. circa finem. C. qui accusare non possunt.

18 ¶ † Tertiò quæro, qualis debeat esse ista citatio,[a]
a an requiratur, quòd sit peremptoria per tria edicta distincta, vel vnica peremptoria, vel sufficiat prima citatio sine peremptorio? Sol. Ioan. Andr. post Guli. concludit sufficere primam citationem: facit quod no. in cap. licet. supra de offic. deleg. Petr. verò tenet contrarium. Sed primam opinionem sequuntur communiter Doct. Moder. Dom. Anton. & Dominus meus, & tenet gl. expresse in Clemen. vnica. in verbo, citationes. de iud. per textum nostrum. facit quod no. in cap. quoniam contra. infra de probat. & in cap. prudentiam. in princ. de offic. deleg. & Instit. de pœna teme. litigan. §. fin. facit l. si quis postea. quia solùm requiritur, quòd quis fuerit vocatus in ius. & sequitur Bald. in d. l. si quis postea, allegans no. per Archid. in c. non ita. 2. quæst. 6. Prædicta tamen sunt limitanda in eo citato, qui habet plures iudices, quorum par & principalis est iurisdictio: nec citatus potest aliquem ex illis iudici-

b bus declinare.[b] Exemplum. In hac nostra ciuitate Senensi, in ciuilibus possunt cognoscere Potestas & officiales mercantiæ: in criminalibus verò Potestas & Capitaneus: in his ergo casibus, qui præuenerit aliũ per citationem, erit iudex ipsius citati. Sed si aliquis citaretur coram non suo iudice, vel coram eo, qui posset declinare iudicium per solam citationem: nõ videretur acceptum nec præuenta iurisdictio, sed tunc solùm quando esset præclusa via proponendæ dilatoriæ fori, de qua materia latissime dixi in c. inter monasterium. inf. de re iud. singulariter limitat Bart. in d. l. vbi cœptum. ff. de iudic. per l. non vim. eod. titu. & mihi placet. circa quod vide, quo dixi in cap. præced. in 6. art. princip. quæst. 8. Et hoc adde ad ea, quæ dixi supra in 2. princ. artic. quæstio 4. Item aduerte circa prædicta: quia ad hoc, vt per talem citationem dicatur præuenta iurisdictio, requiritur, ꝙ fiat ad partis instantiam: nisi sit causa, in qua iudex possit procedere per inquisitionem, secũdum quod dixi supra in 2. no.

19 ¶ † Quartò quæro, an requiratur quòd talis citatio peruenerit in notitiam citati? Sol. Ioannes Andreas, Dom. Anton. & Zabarel. videntur velle, ꝙ requiratur: vnde volunt, quòd non sufficiat sola commissio, vt traditur per eos in cap. fi. supra de offi. leg. Sed Dom. meus ibi sentit contrarium. Et etiam tenent Bar. & Bal. in d. l. & quia. ff. de iurisdic. om. iud. Sed tu aduerte: quia præfati Doctores loquuntur in perpetuandam iurisdictionem, secũdum formam primi membri, de qua dixi in prin. istius 4. artic. de quo in d. c. gratum, & c. relatum, & per Archid. in d. c. non ita. in quo casu videtur sufficere, quòd res desierit esse integra, quæ videtur desinere esse integra per solam cõmissionem de citando. Sed nos loquimur, per quem actum dicatur præuenta iurisdictio quò ad materiã nostram, de qua in fi. principij istius quarti membri principalis. Et ideo arbitror dicendum, quòd requiritur, ꝙ perueniat ad notitiam citati. Et hoc denotat verbum Citamus, positum hic in textu, & in d. l. si quis postea. ff. de iudic. Nam aliud est esse citatum, & aliud cõmissam esse citationem. vt de se patet. facit etiam Clemen. 2. & quod no. gl. in verbo, ad partem, vt lite penden. Nam & hic, quò ad materiam nostram, litis pendentia videtur esse illa, quæ inducit effectum præuentionis & præoccupationis. cogitabis.

20 ¶ † Quintò quæro, vtrũ ad hoc, vt fiat præuẽtio
c per citationem, sufficiat quæcunque[c] citatio etiam inualida? Sol. Ioan. Andr. & Doct. hic volunt, quòd

ADDITIONES.

a ¶ *An per solam citationem perpetuetur iurisdict. & præueniatur, faciunt etiam no. per Doct. in l. cum notissimi, in princ. vbi Alexan. C. de prescrip. 30. vel 40. an. & vide Bar. in l. sepulchri. ff. de sepul. viol. & Are. in tract. malefici. ver. citentur. Bal. in l. si plurib. ff. de leg. 1. Alex. in l. & quia. 10. col. de iurisd. om. iud.*

b ¶ *Declinare. Adde quod dicit Bar. qui etiam aliter limitat in l. si maritus. ff. de adulter. Pau. consi. 48. secundum antiq. impressionem.*

c ¶ *Adde quòd nec perpetuatur siue præuenitur per porrectionem libelli, vel inquisitionem ineptam. Bald. in l. edita. 13. col. in fi. C. de eden.*

quòd exigitur, quòd citatio sit valida, per no. per gl. in cap. cùm plures. de offic. deleg. lib. 6. dixi supra in 4. nota. tenet Bald. in dicta l. si quis postea. in l. cùm quædam puella. ff. de iurisd. omn. iud. per l. pen. C. ne de statu defunctorum. tenet Archid. 2. quæst. 6. cap. non ita. frustratoria enim citatio non perpetuat iurisdictionem, vt in c. bonæ, in fi. supra de elect. facit quod no. Ioan. And. in addit. Specu. in titu. de libel. oblat. §. nunc videamus.

21 ¶ † Sextò quæro, vtrùm per citationem realem, a hoc est, per capturam [a] personalē, dicatur præueniri iurisdictio. Sol. Dic, quòd sic, quia si præuenitur per verbalem citationem, fortiùs debet præueniri per ipsam capturam. & hoc tenet Ioan. Andr. in c. 1. supra de oblig. ad ratiocinia. & Bald. in dicta l. si quis postea, & in l. Senatus, in fi. C. qui accusa. non poss. per tex. in l. 2. ff. de custo. reo. Et ex prædictis infertur, quòd si vnus officialis cepit furem, & alius inquireret contra furem, quòd ille, qui recipit, dicitur præuenisse. ita dicit Bald. in auth. sed nouo iure. C. de seru. fugi. quod tamen intelligas, nisi prius alter verbaliter citasset.

¶ Septimò quæro, quid si appareat, quòd F. pro eodem delicto vel negocio fuit citatus à duobus iudicibus, seu officialibus eodem die: Sed nō apparet, quæ citatio prior fuerit, quid agendū sit? Sol. Bal. in dicta l. Senatus, qui accusa. non poss. circa finem, tenet, quòd si vnus est maior alio, minor debet deferre maiori. Et sic citatus coram illo debet comparere. argu. nota. in l. 2. ff. de custo. reo. & in l. 2. §. fin. ff. si quis cau. Et ista fuit opinio Vber. de Bo. quam tenent Ioan. Andr. & Docto. in c. cùm parati, infra de appella. & probatur per textum & glo. 18. dist. cap. si Episcopus. tradit Specul. in titu. de citat. §. contra citationem. ver. item quod vocati. & Bal. in c. 1. de milite vasallo, qui contumax est, in vsibus feudorum. Sed si vterque iudex est æqualis, & paris potestatis, Bal. non decidit, nec Docto. vnde ego arbitror distinguendum esse, quòd aut vnus citauit verbaliter, & alius realiter, & citatio realis tanquam potentior, & efficacior, debet præualere per ea, quæ dixi in proxima præced. quæst. Aut ambo iudices verbaliter citauerunt, & videtur posse subdistingui, quòd aut causa, propter quam iste citatur, habet maiorem conformitatem cum iurisdictione vnius, quàm alterius: & ille dicatur præuenisse, cū quo negocium habet maiorem conformitatem. facit quod in simili dicimus de testibus varijs & contraria deponentibus, in c. in nostra, de testi. & quod ibi latè dixi. A. B. Et idem arbitror dicendum, si fortè actor fecit citari reum petendo sibi debitum coram vno iudice: & reus fecit citari actorem super eodem negocio coram alio iudice: puta, allegando, quòd talis asserit ipsum reum esse creditorem suum. vnde petit declarari se non esse debitorem: nec in aliquo teneri, secundum ea, quæ traduntur per glos. Barto. & Ioannem de Imola, in l. si contendat. ff. de dam. infe. & per glo. l. Aurelius. §. cētum. ff. de libe. lega. & Bal. in l. diffamari. C. de ingen. manu. Nam posito, quòd hoc fieri posit, si nō apparet quis præuenerit: debet intelligi præuenisse creditor per regulam, quæ vult, quòd reorum semper est fugere, vt l. inter stipulantem. §. 1. supra de verb. oblig. iunctis his, quæ notantur in dicto cap. in nostra. & quod ibi latè dixi, supra b de testi. Ma. Sed si omnia essent æqualia [b] possent iudices sibi adinuicem deferre, secundum quod traditur in simili in c. pastoralis, de rescript. vel potest dici, quòd sit in potestate citati comparere coram illo, quē elegerit: quia cùm ipse fuerit citatus, & sciat quæ citatio ad eū peruenerit, nec aliter probari possit, nisi per ipsum: stabimus dicto ipsius cum sacramento: sicut in simili dicimus de probatione eorum, quæ cōsistunt in animo & conscientia, in quibus admittitur probatio per propriū sacramentum, vt est glo. singu. Instit. de actio. §. aliç. & in cap. significasti, el primo, infra de homicid. vbi vide alia plura iura, quæ ad hoc allegaui. Et hæc qualitas seu causa, videtur præponenda & præponderare qualitati conformitatis causæ, de qua statim dixi, quòd indubitatum videtur in citato, qui haberet plures iudices, & haberet electionem, coram quo vellet conueniri, secundum no. in authen. habita. C. ne filius pro patre. & secundum ea, quæ dicam latius in cap. fin. infra eod. titu. in 4. princip. artic. Nam hæc qualitas non solum præponderare videtur cæteris existentibus æqualibus, sed etiam si coram maiore iudice, non nisi unica citatione fuisset citatus, quia potest eligere alium iudicem præuentum, vt dicam in d. 4. artic. in cap. fin. Sed si ipse citatus non haberet electionem de iure, & ignoraret quæ nam citatio præuenisset, quia fortè utraque fuit facta ad domum, & non ad personam, vel eodem tempore uterque citans occurrit, & verba protulit, maius videtur esse dubium. dubitatio autem descendit à tribus uarijs regulis. Nam secundū regulam, quæ vult, quòd simus fauorabiliores reis, quàm actoribus, videtur, quòd sit in electione illius citati, vt eligat corā quo velit comparere, & ille dicatur præuenisse. Sed secundum aliam regulam, quæ vult, quòd in primordio causæ potius debeamus fauere actori quàm reo, vt l. inter stipulantē. §. 1. & l. si quis intentione ambigua. ff. de iudi. videtur, quòd potius ad actorem pertineat electio. Sed secūdum aliam regulam, de qua in regula, non debet actori, de regu. iur. lib. 6. quæ vult, quòd utriusque actoris, scilicet, & rei, æqualis sit conditio, videtur dicendum, quòd hæc altercatio forte sit dirimenda, argumen. l. sed cum ambo. ff. de iudic. Nam licet quo ad interpretationem libelli potius fauerimus actori, quàm reo, quia reorum est fugere, vt d. §. 1. & d. l. si quis intentione ambigua. tamen quia hic non agitur de interpretatione libelli, neque de fuga, postquam citatus paratus est respondere coram altero, videtur, vt dixi, quòd sorte sit dirimenda hæc altercatio, quia hoc casu licitum esse videtur sortis iudicium, secundum ea, quæ latius dixi infra de sorti. & latius etiam in Tractatu, de sortibus. lib. 7. Et prædicta procedunt, vt dixi, quando quis citatur coram duobus iudi-

ADDITIONES.

a ¶ *Per capturam. Adde Ang. in §. scientes. in Auth. vt iu. sine quoquo suffra. & Bal. in auth. sed nouo iure. C. de ser. fug. Bar. Cæpo. in tract. de seru. in tit. de mari. & Alexan. in l. sepulchri. de sepul. viol.*

b ¶ *Quid si coram omnibus ipse citatus sit contumax, an possit ab vtroque condemnari, vide Bartol. in l. sepulchri. in fi. vbi Alexan. ff. de sepul. viola.*

iudicibus pro eodem negocio: quia si citaretur super diuersis, teneretur coram ambobus, saltem per procuratorem comparere, secundum quod traditur per Ioannem Andræam & Doctores in d.cap. cum parati. & in cap. fin. supra de rescrip. in glo. super verbo, comparuerit. Et prædicta notabis, & etiam cogitabis, quia nouissima sunt. aduerte etiam, quia nūc venit in mētē, quòd videtur etiam posse haberi consideratio, vtrùm vna citatio fuerit verbalis ad personam, & vna fuerit facta ad domū, quia in se videtur potentior citatio, quę apprehendit personam, secundum ea, quæ latiùs videbimus in cap. cùm causa, inf. de dolo & contu. & per Bart. in l.4. ff. de dam. infec.

22 ¶ †Octauò quæro, quid iuris, si vnus & idem est citatus pro eodem negocio à duobus iudicibus, vel officialibus, ab vno realiter, ab alio verbaliter, eodē, vel diuersis temporibus, quis dicatur præuenisse? Sol. Si citatio realis præcesit, aut facta sit eodem tempore præualet realis per ea, quæ dixi in quæst. præced. sed si citatio verbalis præcesit, & realis secuta fuit, videtur esse maius dubiū, nec reperi tactum nisi à domino Angelo de Aret. in trac. malef. super verbo, iudex commisit, qui dicit hanc quęstionem vidisse de facto, & quòd prædicta quæstio potest terminari per not. in dicta l. si quis postea. ff. de iudi. & per no. per Barto. in l.2. ff. de custo. reo. & in l.1. ff. de pœ. & per Bald. in l. prima. C. vbi de crimi. agi opor. & per Bartol. in l. Domicianus. ff. ad Senatusconsul. Turpil. & Ioan. Andr. in cap.1. de oblig. ad ratiocin. & Bald. in addi. Spec. in titu. de contumacia. §. sequitur. versic. sed pone. quæ authoritates licet faciāt ad materiā præuentionis, tamen parùm faciunt quoad quæstionem nostram. decidit ipse similiter tenēdū, a quòd potentior sit realis [a] citatio, quàm verbalis. Et sic ille iudex præferatur in dicto processu, qui cepit malefactorem, per prædicta, & maximè, quia ipse ad sui libitum potest sententiam executioni mandare, quod non potest ille, qui verbaliter tantùm citauit. Et etiam quia hodie in criminalibus nō habet locum remissio. de quo dixi in c. postulasti, supra eo. titu. in 3. princ. art. vnde facta executione secundi iudicis, necessariò sequitur, quòd sententia primi erit frustratoria, & poterit opponi exceptio rei iudicatæ, cùm paruerit primæ sententiæ, ne bis de delicto eiusdem hominis inquiratur, vt in l. non possunt. ff. nau. cau. stab. & argum. no. per Bar. in l. sepulcri. ff. de sepul. vio. de qua materia latiùs dixi in c. de his, infra de accusa. Et ita residet præfatus Doctor. A.B. Et ad hoc facit tex. Instit. de rerum diui. §. illud autem quæsitum, per quem textum ibi hoc tenet clarissimus Doctor conciuis, & mihi frater honorandus, dominus Thomas Docij. Ma. Sed tu aduerte, quia Bal. in auth. sed nouo iure. C. de ser. fugi. videtur sentire contrarium: dicit enim, quòd per citationem realem præuenitur iurisdictio, nisi alter prius verbaliter citasset. de quo dixi supra in 6. quæst. in fi. & sic à contrario Bald. sentit contrariam opin. quòd præualet citatio verbalis, si præcesit. Mihi videtur, quod ista quæstio indigeat altiori indagine: quāuis enim vtraque citatione eodem tempore concurrente, arbitrarer præualere realem tanquam potentiorem, nisi quando esset in electione citati, coram quo iudice mallet respondere per ea, quæ dixi in præced. quæst. Ad quod facit, quod no. Barto. in d. l. si quis postea. & Ioan. And. in c.1. de obl. ad ratioci. tamen quando citatio verbalis præcesit, non placet mihi prædicta decisio. Sed arbitror distinguēdum, quòd aut ambo iudices vel officiales in eodem loco habēt æqualem potestatem respectu negocij, de quo quæritur, eo quòd vterque potest cognōscere, nec alter ab altero recognoscit iurisdictionem. Exemplum, In nostro Potestate Senen. & Capitaneo, qui ambo à nostra Republica iurisdictionem recognoscunt (& idem si ab eodem domino) aut ambo recognoscunt iurisdictionem à diuersis. Primo casu dico, quòd si oritur contentio inter ipsos officiales, quòd præualebit ille, cui præuenit in citando verbaliter: quia cùm ad præuentionem sufficiat sola verbalis citatio, vt supra dictum fuit, meritò cùm præuenta sit iurisdictio alterius non potest ipse ampliùs se impedire: & realis citatio non tenet effectualiter: & potest iudex, qui præuenit etiam per verbalem citationem præcipere alteri, vt illum remittat, vel dimittat ad se venire, secundum ea, quæ statim dicam in 15. princ. artic. quia citatio verbalis operatur pręuentionem, tàm respectu iudicum, quàm partium, vt dicam in effectibus præuentionis, in 5. artic. Aut iudices vel officiales iurisdictionem recognoscunt à diuersis. Exemplum in Potestate Sen. & Florentino, verbi gratia, ratione delicti commissi, vel cōtractus initi per Lapū Florentinum hic Senæ, Potestas Sen. citat verbaliter Lapum hic existentem, qui citatus interea discedens, Florētiam, ibi capitur pro eodem negocio. & hoc casu dico, quòd aut ipse opponit de præuentione facta à Potestate Senensi, & debet audiri & relaxari: & si non audiretur, grauaretur & posset iustè appellare, per ea, quæ supra dicta sūt, si tamen non obstante exceptione vel appellatione, officialis Florentinus procederet, & sic de facto ne appellantem iuuaret appellatio, & puniretur, & pœna nō esset reiterabilis, vt mortis, mutilationis membri, vel offensionis oculorum, decisio est clara: si à iudice Senen. eadem pęna veniret imponenda. & hoc casu procedat opinio præfati domini Angeli. & idem arbitror in causa ciuili, si satisfactum fuisset debito, quia solutione eius, quod debetur, omnis tollitur obligatio, Instit. quibus modis tollitur obli. in princ. sed si pœna esset reiterabilis, puta, pecuniaria, vel similis: tunc est maius dubium, si fortè potestas procesit vigore citationis suæ, & statuti concedentis, procedit contra absentem contumacem ad pœnā delicti. arbitror tamen distinguēdum, quod aut citatus arripuit iter malitiosè, & sic sibi potest imputari impedimentum superuenientis capturæ: quia nō intendebat cōparere coram iudice Senen. & hoc casu sententia contra eum lata tenebit: quia citatus, qui arripuit iter, vt non compareret, non debet excusari à contumacia, si postea detinetur, seu impeditur, per no. in l. si is qui rei. ff. ex quibus causis maio. & no. per Baldum in l. ea quæ. C. quomodo & quando iud. & quæ no. in Clemen. 1. de dolo & contumacia. & quod no. in capitulo de cle. ægro. libro

ADDITIO.

a ¶ *Realis citatio est potentior. Adde quæ dicta sunt supra in quæst. præced. & Angel. de Per. in §. sedentes. in Auth. vt iud. sine quoquo suffrag.*

libro 6. & capitulo, contra n rem: 100. distinct. & per Archidiaconum. 11. quæstio. 3. capit. corum. si verò discedens non habebat talem animum, sed habebat animũ redeundi & parendi; & maximè si dimisit, vel misit nuncium seu excusatorem, qui notum faceret impedimentum suum, qui nuncius vel excusator tale impedimentum fecerant notum iudici Senen. vel si hoc non fecerunt, tamen secundũ
a impedimentum erat notum iudici, [a] & hoc casu, videtur, quod processus iudicis Senen. non valeat per ea, quæ traduntur in l. quæsitum. ff. de re iudi. vel si iudex ignorauit impedimentum, processus ipse videtur reuocandus per no. in d. l. quæsitum. & in cap. querelam. supra de procur. & per glo. & Gul. de Cu. in l. quo tempore. C. de resti. mili. & per Cyn. in l. 1. eo. tit. per glo. & Archi. 5. q. 4. cap. si ægrotans. & per glo. & Bar. in l. 1. ff. de diuer. & tempo. præscri. & per Ioan. And. in regula, præsumitur. de reg. iur. lib. 6. in mercu. & per glo. antepen. & Dominum meum, in cap. 2. infra de testi. per Spec. in tit. de procura. §. fin. ad fin. per Gul. in l. 1. C. quando imperat. inter pupil. & l. Papinianus. ff. de mino. per Domin. meum, & Doct. in cap. cum dilecti. infra de dolo & contu. & fortè ibi tractabimus, & post dicta notabis, quia non tanguntur per Doctores.

¶ Nonò quæro, Quid si in ciuitate sunt duo officiales, vtputa, Potestas & Capitaneus, & viget statutum, ꝙ de eo maleficio vel negocio, de quo vnus Rector cœpit cognoscere mittendo copiam ad cameram, quòd alius non possit cognoscere cum adiectione nouæ qualitatis, & quicquid fiat contra, sit ipso iure nullum, quibus statutis sic disponentibus, Titius mandauit S. vt interficeret P. qui S. illum interfecit, propter quod Potestas inquisiuit de homicidio contra S. & copiam misit ad cameram, & facto processu, eum posuit in banno: Capitaneus deinde format inquisitionem contra T. de mandato homicidio committendo, qui T. citatus, non comparet: Quæritur, vtrũ Capitaneus possit ipsum bannire; & an si banniat, bannũ teneat, vel sit nullum? ¶ Sol. Hanc quæstionem reperio solum tetigisse Dom. Nell. de Sancto Gemin. in tract. bannitorum. in 7. quæst. secundæ partis primi temporis, qui dicit, quòd hæc quæstio fuit de facto Florentiæ, & quòd post multa fuit determinatum, quòd non potuerit banniri, & ꝙ bannum esset nullum. Et inter alia per tres rationes. ¶ Prima, quia mandans tenetur de homicidio propter mandatum, non ex mandato, vt l. qui seruo. §. fin. ff. de fur. & est communis opinio Doct. in l. non ideo. C. de accus. licet Bald. aliter dixerit, & male. in c. 1. §. iniuria. de pa. iura. firm. & sequitur, quòd causa inquisitionis formata contra T. mandantẽ, versatur principaliter super homicidio, vt l. eo tempore. in princ. ff. de pecu. & l. 1. C. si seruus extero. in quibus patet, quòd licet dictio Ex, denotet causam proximam, tamen dictio propter, denotat causam remotam, & ibi vide alia iura concordantia. ex quo sequitur, quòd cum Capitaneus incipiat cognoscere de eo delicto, de quo iam incœpit cognoscere Potestas, obstat dispositio dicti statu
23 ti. ¶ † Secunda ratio, quia delictũ mandantis [b] est
b vnum & idem in specie, cum delicto mandatarij, vt no. Cyn. in l. 2. C. si reus vel accus. mor. fuc. vbi allegat multa iura. & sequitur Rayn. in addit. ad Cyn. in l. athletas. ff. de infa. & Barto. in l. hos accusare. §. lege Iulia. ff. de accusat. & consilio suo, quod incip. Bernard. de Tuderto. & tenuit etiam Iac. But. in l. obseruare. §. 1. ff. de offic. proconsul. & leg. & latius Bald. in d. l. non ideo. & consilio suo 45. quod incipit, A. mandatarius. ¶ Tertia ratio principalis, quia statutum vtitur etiam verbo, negocij. sed clarũ est, quòd si non esset idem delictum, cuius contrarium supra ostensum est, tamen est idem negocium, vt in c. forus. infra de verb. signifi. & C. de sent. l. cum Papinianus. & ff. de nego. gest. in l. Pompo. in negotijs. cum ibi notatis. & C. ad l. Iul. de vi. in l. quoniam. & est bonus tex. in l. filius. ff. de in rem verso. Et sic resi det præfatus Doct. & mihi placet.

24 ¶ † Decimò quæro, Quid si per iudicem domicilij quis fuit excõmunicatus sub conditione, si non satisfecerit intra mensem, & ante conditionis euentum, & sic intra mensem iste transtulit domicilium, vt cum adueniente die, & eo non satisfaciente, sit excommunicatus? Sol. Ioan. And. post Bart. Brixien. & Damasum, format quæstio. in regula, cum sint iura partium, de reg. iur. lib. 6. in mercur. & post multa decidit, quòd iste erit excommunicatus, ex quo fuit præuentus antequam transtulerit domicilium, & sequitur hic Dominus meus, & mihi placet. Sed intellige, vt dicit Ioan. Andr. nisi reus desierit esse de foro excõmunicantis, & cessauerit causa excommunicationis, puta, quia erat excommunicatus, si intra mensem non faciebat residentiam in beneficio, & intra dictum tempus contraxit matrimonium, vel translatus est ad aliud beneficium. Et si vis videre argumenta pro utraque parte, & decisionis fundamenta, vide ibidem per Ioan. Andr. & quæ latius dixi in c. mulieres. infra de sent. excom. in 7. princ. artic. q. 11. & in c. sacrò. infra de sent. excom. in 13. princ. artic. q. 5.

25 ¶ † Vndecimò quæro, visitator quidam mandauit Priori certi monasterij, vt pararet se ad visitationem, quia incontinenti volebat eũ uisitare, & ideo à loco non discederet, quia Prior receptis literis recepit à suo Generali, vt eidem Generali incontinenti se presentaret, quare dubitat Prior quid agere debeat, & vtrum per primum mandatum sit præuenta iurisdictio, ita ut non possit discedere ante completam uisitationem, & sic quæritur, quid iuris. Sol. Feder. de Senis, consi. 140. versi. sed pone, concludit, quòd aut ipse Prior in fraudem procurauit literas à suo Generali, & talis fraus non debet nocere uisitationi, argu. cap. 2. de renun. & c. pastoralis. §. penul. de offi. deleg. Cessante vero fraude dicendum est, quòd aut fuit solummodo reuocatus à generali,

ADDITIONES.

a *¶ Quando impedimentum est notum iudici, an sententia & processus sit nullus ipso iure, vide quod dicit Bal. in c. 1. de mili. vasal. qui contumax est. vbi dicit, quòd impedimenti notitia ligat manus ipsi iudici, & de hoc disputat Aret. in c. 2. in 4. col. de testi.*

b *¶ Delictum mandantis est vnum & idem in specie, cũ delicto mandatarij. aduerte tamen, quia non videtur, quòd statutum puniens delictum habeat locum in mandante, vide Alex. in cons. 65. lib. 4. per totum consilium, vide Bal. in tract. statu. in ver. mandatum.*

nerali, non tamen fuit absolutus in totũ de illo mo-
nasterio, & non impedit potestatem uisitationis;
quia res non est integra, argum. tex. nostri, & cap. ut
debitor. infra de appellationibus. Aut à dicto mo-
nasterio fuit absolutus in totum, & euanescit tunc
præceptum per uisitatorem. Dom. Anton. hic di-
cit se sic capere verba, seu dubium Feder. quia si res
non est integra, absolutio non prodest, cum sit præ
uentus. Et ideo vis decisionis illius quæstio. consi-
stit in considerando, an præceptum uisitatoris ha-
beat vim citationis, & finaliter concludit, quòd sic,
quia dicendo, prohibeo & præcipio ne discedas,
quia volo te uisitare (cum sit uisitatio fienda in lo-
co monasterij) videtur tractare ipsum Priorem, vt
præsens sit, quando uisitatio erit celebranda. Ad
hoc vt hæc requisitio facta ad locum pro actu visi-
sitandi operetur præceptũ ne discederet à loco, ni
si sit facta visitatio, Dominus meus distinguit, quòd
aut visitator volebat illum visitare tãquam priorem
illius loci; & tunc cum sit absolutus ab illo loco, ex-
pirat mandatum, quia cessat effectus citationis, facit
quod no. Ioan. And. in regula, cum sint obscura. de
regu. iur. in lib. 6. & in cap. 1. de priuileg. lib. 6. Aut
volebat eum uisitare propter crimina per eum com
missa, & sic ratione personæ: Et tunc procedat di-
ctum domini Antonij. Et ita dicit se credere fuisse
de mente Feder. Sed tu aduerte, quia hæc distin-
a ctio non videtur habere saporem, quia prioratus [a]
non potest delinquere, aut malè administrare, sed
Prior constitutus. Et ideo non videtur haberi con-
sideratio visitationis fiendæ quo ad Priorem, vt of-
ficium seu dignitatem: Sed ad ipsum tanquam A.
vel B. præpositum administrationi. & ideo videtur
habere locum dictum domini Antonij, & secun-
dum membrum Domini mei: quia licet sub nomi-
ne Prioris fuerit factum præceptum, tamen in hoc
non consideratur qualitas dignitatis: Sed propria
est & specialis persona, sicut dicimus, quando ex-
communicatur Prior vel Vicarius Episcopi, vel Ab
bas, quia non dignitas, sed ipse proprius videtur es-
se excommunicatus, & sic successor eius non tene-
tur, secundum ea, quæ latius dixi in c. quoniam Ab
bas. supra de offi. deleg. & in Clem. & si princ. de re-
scrip. Visitatio enim ipsa, non fit de dignitate, aut
officio, sed fit de ipso tanquam capite, officium vel
dignitatem aut administrationem habente. Si ta-
men ex forma præcepti visitatoris appareret, quòd
visitator nihil intenderet inquirere de Priore, tunc
potest procedere primum membrum Domini mei.
Et ad prædicta vide, quæ dixi in c. qualiter, el secon-
do, infra de accusa. princip. artic. q. 2. & in pluribus
alijs ar. semper in 2. q.

26 ¶ † Duodecimò quæro, Quid si intentatur con
dictio ex l. diffamari. C. de ingen. manum. aut in cri-
minalibus ex l. Titia. ff. de accusa. vt ex l. ea quidem.
C. qui accusa. non possunt, vtrum intelligatur præ-
uenta iurisdictio, cum facta est citatio, secundum
quod supra dixi. ¶ Sol. Dic, quòd aut quærimus,
vtrum præuenta sit iurisdictio, quo ad iudicium in-
tentatum ratione diffamationis: Et hoc casu, arbi-
tror præuentam esse iurisdictionem, ita quòd alius
non poterit ipsum præuenire statuendo terminum
reo conuento, intra quem debeat agere, vel accusa-
re, imponendo sibi perpetuum silentium, per tex.
nostrum, & l. si quis postea. ff. de iudic. cum sim. Aut
quæritur, vtrum intelligatur præuenta iurisdictio,
quo ad iudicium postea intendendum per ipsum
reum conuentũ in iudicio diffamationis, quia tunc
fuit reus, & tũc erit actor agendo vel accusando in-
tra tempus statutum, & quo ad istud iudicium, cum
sit separatum iudicium à primo, non intelligitur fa-
b cta præuentio, cum ex separatis [b] non fiat illatio, vt
in c. quod translatione, sup. de offi. lega. & in l. duo-
bus. ff. de testa. tute. & in c. 1. de conce. præb. cum si-
milibus. Vnde præuentio facta in illo iudicio diffa
mationis, non infertur ad istud diuersum iudicium
actionis, vel accusationis intentatæ. probatur etiam,
quia iudex sententiando in iudicio diffamatorio de
bet solum pronunciare statuendo terminum reo cõ
uento intra quem agat, vel accuset, vnde intelligi-
tur secundum quod agere vel accusare potest. qua-
re cum actor sequatur forum rei, vt in cap. cum sit.
sup. eodem, & pluribus existentibus iudicibus acto-
ris & rei, regulariter sit in electione actoris, quem
iudicem rei conueniendi velit adire, seu coram quo
velit reum trahere, vt latius dicemus in cap. fi. infra
eodem titulo, ergo &c. Et prædicta notabis, quia
quotidie contingit in practica. Et prædicta etiam
arbitror, quòd per protestationem factam alicui, non
intelligitur præuenta iurisdictio quo ad aliud iudi-
cium, quod ex protestatione oriretur: Sed solum-
modo, quo ad ipsum iudiciũ protestationis, si pars
protestata illud prosequeretur, per supradicta, iun-
ctis his, quę traduntur in materia protestationis per
Dominum Antonium, & Moder. in cap. cum M. su
pra de constit. & per Bart. & Moderan l. non solum.
c §. morte. ff. de noui oper. nunc. Et aduerte [c] circa id
quod dixi de l. diffamari, quòd diffamatio est de cer
ta summa, vel de certa re, quòd si diffamatus vult,
quòd effectualiter intelligatur præuẽta iurisdictio,
quæ ad ipsam summam & rem potest implorare of
ficium iudicis, & petere declarari se non teneri ad
dictam summam, vel ad dictam rem; & diffamatori
perpetuum silentium imponi, vt clarè colligitur ex
his, quæ notantur per glo. & Doct. in l. Aurelius. §.
centum. de liberatio. legata. & per glo. & Doct. in l.
si contendat. ff. de fideiussor. & latius per Barto. &
Ioan. de Imo. in l. si finita. §. eleganter. ff. de dam. in-
fec. faciunt etiam no. per Bal. in d. l. diffamari. C. de
ingen. manumisis.

¶ Circa quintum artic. huius 13. princip. artic. in
quo quinto arti. tractandum est de effectibus ipsius
præuentionis, similiter distinguendum arbitror, vt
distin-

ADDITIONES.

a ¶ *Et sic vult Ma. quòd omnis inquisitio fiat in perso-
nam, ideo finis officij non euitat inquisitionem. Dic con-
tra secundum Fel. hic, quia imo fit inquisitio propter re-
formationem, vt no. in c. ea quæ. de statu monacho.*

b ¶ *Ex separatis non infertur. Adde l. Papinianus exu
li. ff. de mino. cum sim. vt per Ias. in l. inter stipulantem.
§. sacram. in no. ff. de verb. oblig.*

c ¶ *Et aduerte. Circa remedium d. l. diffamari, quis sit
iudex competens, vide latius per Mod. repetentes Cl. sæ
pe. in princ. col. 35. ver. an autem quando agit, de verb.
signifi. & ibidem, de materia eiusdem l. planissimè per
Georg. Natam Casalen. col. 35.*

distinxi in princ. præced. arti. q aut loquimur quo ad perpetuãdum iurisdictionem quo ad personam iudicis, ita ut uideatur cępisse vti iurisdictione, secundum formam cap.gratum. & relatum, supra de offi.deleg. Et ista non est materia nostra, sed dicendum, vt ibi latè dixi, & in cap.licet. eo.tit. aut loquimur quo ad perpetuandum iurisdictionem in personam iudicis contra citatum, ita ut citatus uideatur amodo esse de foro citantis, vel quo ad præuentionẽ respectu alterius iudicis, & ista est propriè materia nostra, in qua ex his, quæ superius dicta sunt, plures resultant effectus.

27 ¶ † Primus respectu ipsius iudicis, qui propter ipsam præuentionem acquirit, seu consolidat iurisdictionem inter personas prædictas in causa intentata. tex. est hic, & d.l.si quis postea. ff. de iudi.

28 ¶ † Secundus effectus, qui sequitur ex prædictis est, quòd alius iudex, qui alias habebat iurisdictionem, & ipsius exercitium, in causa prædicta insolidum, non potest amodo se impedire de dicta causa inter personas prædictas, vt d.l.si quis. & probatur hic. Si ergo alius procederet, obijcietur sibi, quòd eius iurisdictio est præuenta, vt d.l.si quis postea. & hic. Aduerte tamen, quia aduocatus vel procurator debet esse cautus in forma excipiendi, vt nõ excipiat de incompetentia iudicis, quia in hoc excipiet, cum sit competens, nec opponat de priuilegio fori, petendo se remitti ad primum iudicem, quia etiam similiter ineptè excipiet, quia cũ non habeat priuilegiũ fori, succumberet, per l.1.§.Labeo. ff.de fluminibus. & cle.fi.de app. & per no.in l.Titiæ textores. ff.de lega.1. debet ergo excipere contra processum ipsius, allegando quòd eius iurisdictio est præuenta per pręambulam cognitionem alterius iudicis, per d.l.si quis postea. Et ibi hoc tenet Bal. item aduerte, quia prædictus effectus recipit aliquas fallentias.

29 ¶ † Primo fallit in crimine hæresis, in quo speciali fidei fauore omnes iudices habentes iurisdictionem contra hæreticos, possunt simul & separatim procedere contra diffamatũ de hæresi, licet unica sententia condemnatoria sit ferenda, & sic non videtur locus præuentioni, per c.ut officium. de hæret.lib.6. tenet Bal. in d.l.si quis postea. & in l.vbi. ff. de iud. de quo tamen dic, vt latius traditur in d.c.ut officium. A. B. & Ang. in l.sepulchri. ff. de sepul.vio. per c.per hoc. de hæret.lib.6. Ma.

30 ¶ † Secundo fallit, si vnus clericus haberet duo beneficia curata, seu incompatibilia in diuersis diœcesibus. Nam per ordinarium cuiuslibet diœcesis poterit compelli ad ostendendum titulum & dispõsationem, licet ab alio sit præuentus, vt in c.ordinarij. in glo.super verbo, ordinariũ. de offi.de.lib.6. & ibi vide, ponit Bal. in d.l.si quis. vide quod plenius dixi in c.de multa. de præb. in 3.prin.q.1. q.2.membri.ver. secunda declaratio est.

31 ¶ † Tertiò fallit, quando ille contra quem procederetur, non compareret: nam tunc sustentaretur omnium iudiciũ, & processus, & etiam si nullæ condemnatoriæ ferrentur, valerent, secundum Bald. in d.l.si quis postea. A. B. imo enim habet locum. l.vbi cœptũ. ff. de iud. quando quis est contumax. Bart. in l.quamuis. ff. de sepul. vio. d. Abb. in c.ex tenore. de rescr. Ioan. And. in addit. Spec. in tit. de compe.iudi. a adi.§.1.ver. sed pone. Bar. in d.l.vbi cœptum. [a] Bal. in l.sena. C.qui accus.non poss. & in c.dilecti. de foro compet. & Pau. de Cast. in l.quamuis. ff. de dam. infec. vide pro veritate latius ibi per Ang. & Roma. Ma. allegat no. per Bart. in l.euidenter. ff. de excep. rei iud. Sed in meo Barto. nil vidi, sed videtur mihi mendosus. A. B. Tenet Innoc. in cap.cum M. Ferrarien. de consti. Sed Compost. tenet, quòd prima, & non secunda sententia teneat, ex quo reperitur lata contra res prius iudicatas. Sed d.Pet. de Anch. in repe.c.postulasti. ē. eodem. q.7. tenet primum dictũ. Non obstat ratio Compo. quia est falsa, quoniã sententia contra sententiam ualet, in diuersa instantia, si nõ opponatur exceptio rei iud. l.duobus. ff. de excep. rei iud. & quod no. Innoc. in cap.ex parte Decani. & c.super literis, de rescript. quod tamen limitat Petr. nisi in casu c.dispẽdia. de rescript. lib.6. Ma. Adde tamen ad decisionem prædictam, quæ dixi in præced. artic. quæst.8. maximè in fi. A. B. Et idem dicendum, si pars compareret, & nihil exciperet de facta præuentione. ad quod vide, quod dixi in c.fin. de mu.pe.art.12.ver.2.casu princip. Ad quod etiam vide, quod ibidem dixi in 11.princ.art.vers.8. limita. vbi vide, quando quis fuit contumax, vtrùm possit opponere de præuentione. & ĵ.art.15. in prima limita.2.membri principalis. & vide etiam quod dixi in capitu. si diligenti. de foro competen. super glo. in ver. causam. q.1. vers. & sic patet ex prædictis. sed limita etiam prædicta, nisi iudex esset negligẽs, quia tunc ad istam non potest petere se remitti ad primũ iudicem, secundum Bart. in dicta l.quamuis. ff. de dam.infec. & D. Abb. hic, & in cap.dilecti, supra eo. seu in eo. facit quod no. Bal. in tracta. seu in tit. de milite vasallo, qui contumax est. Item limita, quòd præcedit contractum ad personas, nõ contractum ad locum. Ita dicit Domi. in cap.cùm plures, in 5.colum. de offic.deleg.lib.6. Item limita, quãdo verteretur præiudicium iurisdictionis, secundum Bald. in c.imperialem, de prohibita. feu.alie. per Federicum, in §. fi. & ita dicitur tenere Ioannem Mon. & Io. And. in cap.accusatus. de hæret.lib.6. notabis etiam tres ampliationes ad d.l.vbi cœptum.

32 ¶ † Prima est, quòd habet locum non solum in causa priùs cępta: sed etiã in causa ex ea authoritate Bal. notabiliter Bal. in cap.1.§.fi. de contro. inuesti. apud pares.

33 ¶ † Secunda, quòd habet locum in his quę sunt voluntariæ iurisdictionis. Lapus allegat.88. pro quo tex. in l.1. de offic.consulis. & in cap.assiduè, de præben. in 6.

34 ¶ † Tertia, quòd habet locum in arbitris iuris. de quo vide Paulum de Castro in l.pecuniam. ff. si cert. pet. Ma.

35 ¶ † Tertius effectus est, qui sequitur ex prædictis, & ex dictis iuribus, quòd si alius iudex se impediret, aut vellet in dicto negotio prꝍcedere, iudex qui pręuenit, possit defendere iurisdictionem suam, inhibendo

ADDITIO.

a ¶ *L.vbi cœptum. Adde Alexand. in l. hoc amplius. §.Celsus rectè. ff. de dam.infec. & de illa l.vbi cœptum. vide latè per Moder. in cap. ex tenore, de rescrip. vers. vbi cœptum.*

bendo alteri iudici ne procedat, de quo dic, vt latius dicam in 14.prin.art.

36 ¶ † Quartus effectus est respectu partis citatæ, quæ postquam in causa præuenta est, non videtur posse mutare forum, de quo dic, vt latius dicam in 15.princ.artic.

37 ¶ † Quintus effectus est, quòd non solum respectu partis citantis intelligatur præuenta iurisdictio, sed quandoque etiam respectu alterius non citati. vnde si rescriptum impetratũ est contra A. & quosdam alios, per citationem & præuentionem factam de A. intelligitur præuenta iurisdictio quo ad omnes [a] alios, qui uigore talis rescripti poterant conueniri. Et hoc tenent quidam. Alij verò tenent contrarium dicentes, quòd licet intelligatur præuenta iurisdictio contra citatum, non tamen intelligitur præuenta, nec extenditur quo ad alios non citatos, nisi prius facta fuerit declaratio aliorum, vt no. Innoc. in cap. pastoralis. §. fi. supra de rescriptis. & sequitur Bald. in d. l. si quis postea. Et no. diligenter, quia isto casu secundum prædictam opin. videtur facta præuentio ex sola nominatione, vel declaratione. Sed quia ista est diuersa materia à materia nostra, & potius pertinet ad titulum de rescrip. ideo omitto. vide in d. c. fi. vbi dicam latius post Do. me. qualiter Inno. fuit sibi contrarius. Et ibi etiam dicam, an prędicta habeant locum, quando negotiũ est commune non expressis personis, sicut expressis, & ibi alia dicam necessaria ad materiam istam, de qua etiam materia latè per d. Do. post Doct. in c. cum in multis. de rescrip. lib.6.

38 ¶ † Sextus effectus est, respectu ipsius actoris, qui similiter post quàm ipsius facto præuenta est iurisdictio per citationem aduersarij, sicut res non potest mutare forum, ita nec actor. de quo latius dicam infra in 15. princ. artic.

39 ¶ † Septimus effectus est, respectu pendentiæ litis, de quo latius videbimus inf. in tit. vt li. pen. A. B. Vbi videbimus, quid si inferior iudex prius iucępit cognoscere, deinde Papa auocat ad se illã causam, vtrum pendentia litis coram Papa faciat, vt non teneat processus coram inferiore, de quo per tex. & Do. in c. cum M. Ferrarien. de const. Ma.

40 ¶ † Octauus effectus est, quòd iudex præueniẽs tenetur seruare formam & ordinem sui tribunalis, licet fortè si reus coram alio iudice fuisset conuentus, alia forma esset seruanda, de quo dic, vt dixi in c. quod clericis, sup. eo. ar.

41 ¶ † Nonus effectus est, respectu executionis fiendæ de sententia lata, ad quod vide quæ dicam infra in 25. prin. ar.

42 ¶ † Decimus effectus est, quòd quandoque non solum intelligitur facta præuẽtio respectu eiusdem personæ in eodem negotio puro, sed etiã respectu eiusdem negotij non puri, sed aliqua qualitate alterati, etiam respectu alterius personæ data forma statuti, de qua supra dixi in præce. ar. q. 9. aut alia simili forma. Et ex his Deo duce habes expeditam hanc præuentionis materiam.

¶ Nunc superest secundum ea, quæ præmisimus in rub. quòd examinemus hic 13. princip. ar. in quo venit examinandum, quando vnus iudex vel officialis se impedit de foro, seu iurisdictione ad aliũ pertinente, quid agendum sit, & an aliqua pœna possit puniri, & qualiter. circa quem articulum prosequar duo membra.

¶ Primum, de iudice omnino non suo, seu qui de ea causa ipso iure vel loco exceptionis, non potest cognoscere.

¶ Secundum, de iudice suo, qui alias de causa, quæ intentatur coram eo, posset cognoscere, sed quia præuentus ab alio, impeditur cognoscere.

¶ Quo ad primum membrum, distinguendum arbitror, quod aut talis iudex non suus se impedit virtute prorogationis, quam faciunt partes, & ista non est materia nostra, sed de ea dic, vt latè dictum fuit in cap. præceden. maximè in 3. quæst. princ. in 6. princ. ar. & per totum. aut iudex vult se impedire præter voluntatẽ partis: Et subdistingue, q̃ aut vult se impedire de causa ad se non pertinente, aut de personis non subditis, quæ non sunt sui fori, vel iurisdictionis.

43 ¶ † Primo casu, potes figurare exemplum, quando iudex laicus se intromitteret de causa spirituali, vel quasi; vel si unus iudex vellet cognoscere de causa, de qua non potest, & hoc casu remedium est ex parte illius ad quem de ea re cognitio spectat, vt cõmittat inhibitoriã illi iudici, ne se impediat de causa illa, sed causam ipsam ad se remittat. argum. no. in cap. tuam. infra de ordi. cogni. Et istud est clarum, quando cognitio talis causæ ad eum nullo modo pertinebat, vel si erat talis causa, in qua versabatur peccatũ, de qua secularis volebat cognoscere, quia hoc casu, potest iudex ecclesiasticus, non solum ad partis petitionem, sed etiãm ex officio, mittere talem inhibitoriam, puta, quando ageretur vigore instrumenti vsurarij, vel peteretur illius executio coram iudice seculari; quia in istis concernentibus periculum animæ potest iudex procedere absque alia requisitione, [b] vt no. Innoc. in cap. ad nostram. el secondo, de iureiur. & Do. me. in d. c. tuam. & quamuis in alijs inhibitorijs transmittendis regulariter requiratur causæ cognitio, & per consequens partis citatio, vt in Auth. in medio litis non fie. fac. iuf. §. 1. & in cap. Romana, & cap. non solum. de appell. lib.6. tamen in hoc casu, & similibus, potest transmitti inhibitoria absque partis aduersæ citatione, etiam si fieret ad partis instantiam. argum. no. per Lap. alleg. 63. quia hæc inhibitoria potius est quædam declaratio, quam sit actus disponens, & sic non exigitur citatio, argum. cap. pastoralis. de appell. ad idem facit quod tradit Feder. consi. 221. & quod traditur per Do. me. in d. cap. tuam. vbi tenet, quòd non requiratur citatio, dummodo inhibitoria sit iustificata exprimendo causam inhibitionis, quia talis inhibitoria habet vim cuiusdam citationis iudicialis, in qua fienda non exigitur causæ cognitio, saltem magna, & communiter fit prima citatio absque alia cogni-

ADDITIONES.

a ¶ *An iurisdictio præuenta quo ad vnum dicatur præuenta quo ad alios, vide Ang. in l. si quis po. ff. de iudi. & Alex. in l. denunciasse. §. fi. ff. de adul. in addi. Bar.*

b ¶ *Requisitione. Adde quòd dicit Oldr. consi. 120. & consi. 136. quòd iudex potest relaxare iuramentum debitori sine citatione creditoris, & facit quod dicit Roma. consi. 407.*

cognitione, vt no. Innoc. in cap. cum contingat. de rescriptis. in capit. prudentiam. de offi. deleg. in cap. præterea. de dila. in capit. quoniam contra. infra de probat. & in cap. licet. de accusat. Competit enim parti remedium, vt scilicet, opponat de ipsius iudicis incompetentia. quinimo siue pars opponat, siue non opponat, non tenet processus, nec sententia, si causa est spiritualis, vel quasi, & iudex est laicus, quia laicus est penitus incapax talium causarum, vt in cap. 2. & cap. quanto. supra de iudi. nec partes etiam volentes possunt virtute prorogationis validare talem processum, secundum ea quæ dixi in cap. præceden. in 5. princip. articu. quæst. 2. & hæc procedunt, vbi causa ex ipsa forma apparet spiritualis, vel quasi: alias secus, vt puta, si petitur executio instrumenti, quod prima fronte videtur purum & legitimum: Sed in rei veritate, est vsurarius, sub velamine liciti contractus celebrati. hoc enim casu, valeret iudicium, si pars non opponeret, vel alias non mitteretur inhibitoria, quia directè seu specificè nō cognoscit iudex de vsura. Sed si pars opponit, quòd delictum sit vsurarium, debet iudex laicus supersedere, & causam remittere ad ecclesiasticum. Similiter etiam si causa, de qua iudex laicus non posset ex toto cognoscere, non ratione causæ in se, sed ratione alterius causæ præiudicialis vertentis coram iudice ecclesiastico, vt hæreditatis ad natiuitatem, vel alterius similis causæ præiudicialis: iudex enim ecclesiasticus, coram quo penderet quæstio natiuitatis, vel similis prçiudicialis, potest mittere inhibitoriam iudici seculari vel alteri, quæ inhibitoria potest mitti etiam parte non citata, per ea, quæ superius dixi secundum Lap. & Feder. Quinimo plus dicit Fede. ꝙ etiam sine transmissionē inhibitoriæ processus iudicis secularis est nullus, quasi suspensio ipsius fiat à iure. argu. c. exhibita. de iudi. Sed Dom. Anton. in d. c. tuam. tenet, quòd processus ualeat si non opponatur: quia talis secularis in ea causa est iudex, & iudex remanet, & ideo ipsius iurisdictio debet infici per oppositionē exceptionis: quinimò idem putat Domin. Anto. si opponatur exceptio, & non appellatur si non admittatur. Et subdit, ꝙ si opponitur à parte, & ab ipsa parte petitur inhibitoria, habet locum dictum Lapi. aliàs autem non opposita exceptione per partem sentit, ꝙ iudex ecclesiasticus non possit mittere inhibitoriam, quæ dicta placent ex toto Do
a mino meo, qui aliter distinguit in d. c. tuam. [a] & ibi latius videbimus.

44 ¶ † Quò ad secundum membrum, quando ad iudicem non pertinet cognitio ratione præuentionis ab altero factæ: breuiter dico, quòd quidem iudex præuentus recognosceret iurisdictionem à præueniente, à quo sibi mitteretur inhibitoria. decisio est clara, quòd præuentus non potest se amplius impedire, quinimò si ipse etiam præuenisset superiorem transmissa inhibitoria per superiorem præuentum, non posset vlterius procedere, per l. iudicium soluitur. ff. de iudi. quod no. Bald. in l. 1. Ç. quomodo & quando iudex. in versicu. dixi de compulsione. allegat no. per Hostien. de offic. leg. cap. volentes. per Archid. 11. quæstio. 1. cap. de persona. Sed si alter ab altero non recognosceret, videtur sentire Bald. post Hostien. & Archid. quòd non possit mittere inhibitoriam, pro quo facit, quia par in parem non habet imperium, & in cap. innotuit. supra de electio. & l. nam & magistratus. ff. de arbit. mihi videtur posse contrarium attentare, si ambo officiales recognoscunt iurisdictionem ab eodem domino, vel ab eadem republica: quia respectu causæ præuentæ dicitur quis esse maior in illa causa, & sic non videtur posse impediri per alium. Et si impediretur, videtur quòd possit exercere iurisdictionē in impedientes: quia iudex videtur habere iurisdictionem non solùm in partes litigantes, sed etiam in omnes impe
b dientes: iudex enim omnia potest, [b] quæ ad suam iurisdictionem pertinent, & sine quibus eius iurisdictio impediri non potest, vt in cap. 1. & ibi glo. fin. & cap. præterea, & cap. significasti, & cap. prudentiam. in fi. & cap. suspicionis. supra de offic. delega. Sed si ambo iudices vel officiales recognoscerent iurisdictionem à diuersis, non est dubium, quòd non posset transmittere inhibitoriam. argumen. cap. 2. in fi. de constitut. lib. 6. & l. fin. ff. de iurisdict. omn. iud. vtroque tamen casu expeditum est remedium & promptum, quòd pars excipiat de præuentione facta ab alio iudice, secundum ea, quæ dixi in 5. artic. versi. secundus effectus ibi, aduerte tamen, decimitertij prin. præced. art.

¶ Vtrum autem iudex, qui trahit aliquem non subditum coram se, possit vel debeat in aliquo puniri, vide quæ latius dixi in cap. si diligenti. supra eo. in 17. princip. articu. Et ex his habes expeditum 14. princ. artic.

45 ¶ † Assumo nunc iuxta præmissum ordinem in rubr. 15. princip. articu. in quo venit tractandum, quid si vnus tempore inchoati iudicij erat vnius fori, & pendente iudicio, vel ante executionem sententiæ mutat forum: quis iudex erit tunc competens, qui articulus rectè & cōgruè conuenit textui nostro, circa quem prosequar duo membra princip.

¶ Primum, de reo.

¶ Secundum, de actore.

¶ Quo ad primum, videtur primo dicendum, ꝙ citatus ad causam, & sic præuentus, teneatur coram ipso iudice præueniente respondere, licet postea mutet forum, per tex. nostrum, & l. si quis postea. ff. de iudi. & l. cum quædam. ff. de iurisdic. omn. iudic. circa quod membrum, Doct. nostri ponūt hic multa exempla.

¶ Primum exemplum est de laico, qui post citationem de eo factam à iudice seculari effectus est clericus. Et sic videtur, quòd non obstante mutatione status personæ, teneatur in illa causa respondere coram iudice citante, secundum Ioan. And. hic, sed hoc exemplum non placet Philippo hic. Sed aduerte, quia circa hoc exemplum latissimè instat Ioan. And. in c. 1. supra de obl. ad ratiocin. & quia materia bene congruit titulo & textui nostro, ideo recitabo dicta ibi per Ioan. And. & aliorum. Et tamen subijciam distinctionem, in hoc ergo exemplo plures fuerunt opin.

¶ † Pri-

ADDITIONES.

a ¶ *Cap. tuam. de ordi. cogn. vbi latè etiam tractatur ante Abb. per Do. Card. Zabar.*

b ¶ *Iudex omnia potest, etc. De hac regulá vide latè per Moder. in l. 2. ff. de iurisd. omn. iudi.*

46 ¶ † Prima opin. [a] fuit Gof. in c. eam te, supra de
a rescript. qui arguit per illam decretalem, quòd mutatio status nõ liberat aliquem ab eo, ad quod prius tenebatur, per l.si reus. ff.iud.solui. & l.penult. ff.de iurisd.om.iud. 16.quæst.1.cap.3.33.quæst.2.cap.admonere.2.distin. c.designata. 54.distin. cap.ex antiquis.& c.frequens. & c.si seruus, infra de diuor.cap. gaudemus. in fi.in contrarium verò allegat 21. q.2. cap.si quis iam translatus.18. quæst.1.cap.1. 16.q.1. cap.ne pro cuiuslibet.50.dist. c.ferrũ.26.dist.c.deinde.& §.sacerdotio.ff.de vaca.munerum.l.penul.in §. fin.ff.de excu.tut. in l.spadonem. §.ciue. ff. de ali. & cib.lega.l.is,cui. ff.de nego.gest.in l.eum actum.& l. at qui natura. & Instit. de assig. liber. §.datur. & sic residet Gof. solum allegãdo pro & contra, nihil decidendo.

47 ¶ † Secunda opin. fuit Alani in d. c.1. de obl.ad ratiocin.& Gof.in summa illius tit.qui tenent,quòd talis clericus nihilo minus poterit conueniri coram illo iudice, qui pro causa prædicta eũ citari fecerat. Et idem tenet Vin.dicens, quòd talis iudex exequitur sententiam suam, per no. in c.at si clerici, supra tit.proxi.& per tex.nostrum, & d.l.si quis postea. Et hanc opin.sequitur Hostien.hic,& in d.c.1.Et idem determinat Bart.Bri.in q.venereali, quæ incipit,aliquis litigat.& pro hac opin.facit. ff.de excu.tuto.l.2. in princip.& l.tutor.ff.ad municip.l.incola.ff.de iure immun.in l.semper. §.hoc circa. & de adul.l.adulterium.§.2.C.de episc.& cler.l.officiales.

48 ¶ †Tertia fuit opin.Ioan.de Deo in libro cauillationum, sub rubri. de priuilegio clericorum,distinguentis inter causam ciuilem & criminalem, vt in causa ciuili locum habeat præcedens opin. secus si in criminali, per tex.11.q.1.cap.de persona.

49 ¶ †Quarta fuit opin.quorundam,qui simpliciter voluerũt, quòd talis causa debeat finiri coram ecclesiastico: nulla habita distinctione causarũ ciuilium & criminalium, per l. non distinguemus. §.sacerdotio.ff.de arbit.& ff.de re milit. l.qui cùm vno. §.reus. vbi videtur expressum.& ff. de accusatio.l.hos accusare.§.hoc beneficio.Et ad idem.ff.de vaca.munerũ, in l.prætor. §.1. ibi, vel si qui sacerdotio. & §.fina. & in l.his honoribus. §.authoritati. & ff.de excu.tut.in l.idem Vlpianus.& l.spadonem. & l.si autem. & l.iurisperitos. item, quia res li.penden. deuenit ad causam,à qua non poterat inchoare.facit quod nota.in regula,factum, in fi. de reg.iur. libro sexto, & quod no. ff. de suspect. tut. l. post finitam. ff. de lib.agno. l.3.aliàs 4.§.1.& quod no.in l.nemo potest.circa medium secundæ gl. ff.de leg.primo. Tertiò mouetur, quia si fugiẽs ad ecclesiam recipit immunitatem ab ecclesia, vt in cap.inter alia. de immu. ecclesi. multò fortius debet recipere factus clericus.

¶ Quartò mouentur, quia declinatoria nouiter orta bene opponitur post lit.contest.de offic.deleg. c.insinuante. ad iura verò in contrarium allegata supra, in alijs op. respondent, quòd non mutatur forus, sed additur forus foro.arg.53.distin.c.1.ibi,seculum fugere, sed mutare. & ff. de senatorib.in l.senatores. Et hoc tenet hic Phil.& Fran.Ver.Nam in terminis illius exempli,quis non solum mutat forum, sed etiã genus fori. scilicet,de seculari ad ecclesiasticum,& statum personæ.12.q.2. c.duo sunt. facit 14. quæst.6. cap. conquerimur, vbi res consecrata non restituitur domino. & pro hac parte dicit Io.Andr. in d.c.1. fuisse bis determinatum Bononiæ in publ. dispu.Et idem placet Arch.11.quæst.1. cap.propter impressum ordinem ecclesiasticum,pręcipuè vbi de pœna corporali ageretur.

50 ¶ † Quinta fuit opin.aliorum, qui dicunt præcedentem opi.procedere,vbi bona fide,& non in fraudem citatus sit clericus,per tex.ff.de adult.in l.si maritus.§.1. & l.hos accusare, in fi. & ff. ex quibus cau. maio.l.5.Et hanc tenet Dy.in d.l.Vlpianus.ff.de excusa.tut. dicens, quòd præsumitur fraus, si iam erat accusatus,vel in crimine depræhensus.argu.l.fi.ff.de his, qui sibi mor. consciuerunt. & ff.de re milita. in l.fin. & per hoc patet in iam conuento, quòd Dyn. sequitur primam opin.sed in ordinario post maleficium fatetur iudicium inchoãdum coram ecclesiastico. Nec obst.l.1. ff.de pęnis. quæ videtur velle indistinctè, quòd inspici debeat tempus cõmissi delicti,quia illa lex loquitur quò ad pœnam imponendam: nos verò tractamus quo ad causam tractandã, coram quo iudice debeat conueniri.

51 ¶ †Sexta fuit opin. Specu. in titu.de reo. vers.sed quid si pen. & sequen. qui videtur potius inclinare in opin. primam Alani & Ioannis de Deo dicens, quòd in causa ciui. ferè omnes tenent, quòd causa finietur coram eodem iudice,per tex.nostrum,& d. l.si quis postea.& l.cùm quædã puella. ff.de iur. om. iudic.& C. ad l. Cornel. de falsis. l.si quis decurio.ff. de bon.damnat.in l.fi.§.ex bonis. licet quidam contradicant.Sed si causa est criminalis dicit,quod finietur coram ecclesiastico,quia secularis nõ possit eum punire,vt dicto c. de persona.11.quæst.1.& cap.at si clerici,supra, de iudi. In contrarium tamen alleg.2. quæst.3.cap.Epiphaniũ,& C.vbi de crimi. agi oportet.authen. qua in prouincia.3. quæst.6. cap.1. Sed finaliter concludit Spec. quòd etiam causa criminalis finietur coram citante: Sed mandabitur executioni per ecclesiasticum.arg.c.postulasti, supra eo.& c.1.infra,de ra.

52 ¶ †Septima fuit opi.Ioan.And.in d.c.1.de oblig. ad ratiocinia.qui dicit quòd putat,quòd siue loquamur in ciuili, siue in criminali, nulla personalis districtio clerici possit fieri per secularem iudicem, vt ponere in carcere, vel mala paga, vel detinere per alium, aut similem modum, & ꝙ etiam in criminali non potest fieri realis executio in clericum per iudicem secularem, licet inchoauerit, & sic vult Ioan. Andr.quod clericus eximat personã quo ad omne, quo ad manus iniectionem, vel districtionem. Sed non eximat causam præuentam à iurisdictione pręuenientis quo ad ipsius processus instantiam fouendam,& sic possunt cõcordari iura & opi. contrariæ. facit quod no.ipse Ioan.Andr. in c.sane, supra eo.in simili. vbi in reali quandoq; quis est iudex causæ, & non personæ. Et subdit Io.Andr. quod superius dicta de clerico vẽdicãt etiam sibi locum in professo, eo

ADDITIO.

a *¶ No.hic per ordinem 7.opin.an is, qui factus est clericus post contractum,vel qui aliàs mutauit forũ, possit conueniri coram primo iudice. & vide quæ dicuntur per Bar.& Doct.in l.1.ff.de pæ.& Alex.cons.212.lib.2. col.5.*

eo saluo, quòd in professo, defensio causæ spectabit ad monasterium. Nam licet propter characterem, plus habeat ordo, quàm professio, vt tradit Ioan. And. in c.placet. infra de conuer. coniu. tamen eo respectu, quòd professus mortuus est mundo, vt in l.Deo nobis. C.de epis.& cler. & plura ex voto promittit, vt no.in c.uno, de voto, lib.6.& ibi per glo.tamen quo ad personalem districtionem, decisio prædicta fortius videtur procedere in monacho, præcipuè ordinato ad minores ordines. arg.c.cum eo. de ele.lib.6. facit ad hoc de pœn.dist.1.§.his authoritatibus. & 32.q.2.c.admonere, & quod no.in Auth.de mona.in princ.& §.si quis igitur.ad finem. Subdit etiam Ioan. And. quòd quæ dicta sunt de personali districtione clerici, non videntur procedere in illo, qui iam carceri secularis iudicis mancipatus ibidem ordinaretur, vel profiteretur, quia hoc casu, non solum est præuenta causa, sed persona. Item, & secundo, quia professio non inuenit istum liberum.

¶ Tertiò, quia per huiusmodi viam & modum, de facili posset deludi executio iustitiæ. Et ad hæc duo facit, quod no.Ioan.And.infra de cele.mis.c.sanè.super verbo, apud omnes. Bar.in l.1.ff.de pœnis.[a]

a quasi in omnibus videtur sequi prædictam opi. Io. And. adiungendo vnam limitationem, de qua statim subijciam. Vnde ex omnibus prædictis pro concordia opin. & iurium prædictorum, videtur mihi distinguendum fore, quòd obligatus, seu obnoxius fecit se promouere ad ordines, vel fecit professionem. Aut & secundò non fecit se promouere, nec professionem fecit, sed sine ordine & professione conuersus est ad aliquam regulam, & ad aliũ viuendi statum.

53 ¶ † Primo casu, aut promotus est ad ordinẽ, vel fecit professionem ante, quàm conueniretur, & sic ante, quàm præuenta esset iurisdictio contra eum, aut post præuentam iurisdictionem.

¶ Primo casu, aut certum est, quòd fecit se promouere sine fraude, & ista allegatio, quòd sit clericus vel professus, prodest sibi, per l.hos accusare.§. hoc beneficio.ff.de accu. aut est certum, quòd fecit cum fraude.& hoc casu, quo ad cognitionem causę & rerum districtionem, non prodest, per d.l.hos accusare, in prin.& l.maritus.§.1.ff.de procur.& quod no.Ioan. And. in c.sanè.supra eo. secundum, quod supra deduxi. A.B. & ad prædicta vide l.1. C. qui mil.non pos.lib.12.vbi dicitur, quod si debitor causa litis fugiendæ sit effectus miles, instante creditore debet absolui à sacramento militiæ. Ma. Sed quo ad districtionem personæ, prodest, vt supra dixi opi. Ioan. And. aut sumus in dubio, an cum fraude, vel sine fraude, & quia in dubio non præsumitur fraus, nisi sit accusatus vel infamatus, aut in crimine deprę hensus, quo casu, præsumuntur id fecisse in fraudẽ, secundum quod sentit Dy. quæ distinctio videtur mihi multum æqua & iusta, licet non procedat sine aliquali dubitatione. Si vero contra eum erat præuenta iurisdictio: subdistingue, quòd aut pręuentio est facta per simplicem citationem ad personam, & sic est præuenta sola causa, aut præuentio est facta per citationem realem, & sic per capturam personalem.

¶ Primo casu, quia in dubio præsumitur facta mutatio status in fraudem, vt dixi, non prodest mutatio quo ad causam præuẽtam, & rerum districtionem, sed prodest quo ad personalẽ districtionem, secundũ ea, quæ statim dixi. Sed si appareret, quòd sine fraude fuisset promotus, q̃uòd potest apparere, quia ad clericatum fuit promotus, nõ ex propria postulatione, sed tractus à superiore, & simpliciter prodesset, per l.qui autem.ff.si quis cau.& l.iurisperitos.& l.Vlpianus, & l.prętor.in prin.ff.de excu.tut.

¶ Secundo casu, quando facta est pręuentio tam personæ, quàm causæ, quia iam erat incarceratus, quando fecit se promouere, non prodest, per rationes Ioan.And.

54 ¶ † Secundo membro de his, qui non promouẽtur ad ordines, vel non profitentur, sed solummodo assumunt quendam modum uiuendi, vt quia efficiuntur bechetti, aut milites gaudentes, aut tertij ordinis beati Francisci, vel alium similem habitum aut regulam assumunt. Et talis mutatio habitus non prodest, licet habeant priuilegium, quod sint exempti à iudice seculari, quia illa regula, vel habitus, nõ facit eum clericũ aut religiosum, licet tribuat quendam viuendi modum, cum teneant propriũ, & uxores & filios, & in istis habet locum tex.noster: & iura, quæ dicunt, quòd propter mutationem fori, seu propter priuilegium superueniens ad sui procurationem, quis non excusatur, vt d.l.si quis postea. & hanc opin.sequitur Bar.in l.1.ff.de pen.qui dicit ita vidisse de facto seruari. Subdit tamẽ, quòd talis de-

b bet nudari insignijs [b] illius ordinis, vnde remouebitur bechettum, seu cordula, si est tertij ordinis sancti Francisci, & de loco cincturæ, ponetur ad collũ, cum qua suspendatur, secundum ea, quæ supra dixi in c.1.supra eo. versi.9.declaratio. & iunge simul quæ ibi & hic dixi. Et idem seruant duces & capitanei armorum, quando faciunt aliquem suspendi ex his, qui portant sua signa, quæ nos diuisam appellamus, quia prius illos denudant tali diuisa.

¶ Et aduerte, quia quæ dixi de pręuentione procedunt, nõ per citationem realem vel personalem, sed etiam per obligationem factam corã iudice seculari, si ex forma statuti obligatio haberet vim rei iudicatę, vnde tunc mutatio status non eximeret ab illo iudice, hoc sentiunt domini de Rota decis.410. quæ incipit, obligatus est laicus. Quinimo satis dubitant ibi, quid si obligatus sit laicus sub dicta forma, cui succedat clericus, vtrum executio posit fieri contra clericum, coram illo iudice seculari. & arguunt pro & contra, inclinãt tamen in decisionem negatiuam. Et adde ad materiã executionis, quod statim dicam post quintum exemplum, & etiam ad prædictam decisionem, vide quæ dixi in c.quia V. supra de iudi. Et no. quod sicut non prodest mutatio fori post præuẽtam iurisdictionem propter mutationem

ADDITIONES.

a *¶ Bar.in l.1.ff.de pœn. Et quæ no.ibidem remissiuè per Alex.& vide vltra alios Anto.& Bar. in c.1.supra de ob. ad rat. & latè per Oldr.in consi.4. cuius dicta refert Ioan.Ant.in additio.ad Spe.in tit.de oblig.ad ratio.non allegato authore, vt solet.*

b *¶ Insignijs. Adde quod not.Bal.in c.1.de eo qui arma bellica depo.& in l.officiales.C.de epis.& cler.& Sal.in l.3.in 3.col.C.de his qui no.insa. vbi notanter loquitur.*

tationem status, ita non prodest priuilegium exceptionis concessum post factam præuentionem, secũdum Gof. Ioan. And. & do. Domi. in c. 1. de priuil. lib. 6. vbi latius vide. Et ad prædictam materiam uide, quæ dixi, infra eo. c. fi. in materia domicilij, in 10. quæst. princ.

¶ Secundum exemplum ponunt Doct. in clerico, qui se transtulit ad aliam ecclesiam post præuentam iurisdictionem. sed intellige, vt dixi supra in notabilibus, quando solum erat subiectus ratione domicilij.

¶ Tertio exemplificat in clerico, in minoribus constituto, qui postea duxit vxorem: nam si fuit citatus per iudicem ecclesiasticum ante, quàm duceret vxorem, tenetur ibi respondere, quod procedit etiam in ciuilibus, & etiam si dimitteret habitum & tonsuram, quia hoc casu conuenitur coram ecclesiastico ratione præuentionis: sed si portaret habitũ & tonsuram, in causis criminalibus etiam mouendis deberet conueniri coram ecclesiastico, vt dixi in cap. 1. supra eod. in 31. fallen. & sequen. A. B. Et hanc opin. in clerico, qui post motum iudicium effectus est bigamus, tenet Do. M. cons. 86. quod incipit, in præsenti quæstione. Omnipotentis Dei, &c. per tex. nostrum, & in l. si quis postea. ff. de iudi. & l. cum quædam. ff. de iurisdic. omn. iudi. & l. si quis decurio. C. de fal. Ma.

¶ Quartò exemplificant in muliere, quæ nupsit viro alterius fori, quæ sequitur illius forum, vt dixi supra in rub. ver. 64. matrimonij. & in c. 1. supra eo. ver. 15. 2. declaratio. nisi sit facta prẹuentio, vt l. cum quædam puella. ff. de iurisd. omn. iud.

¶ Quintò exemplificant in quolibet laico subdito ratione domicilij tantum, qui postea mutat forum, per l. si quis postea. ff. de iudi. Et aduerte circa prædicta, quia prædicta procedunt non solum respectu cognitionis causæ, sed videntur procedere etiam respectu executionis sententiæ, quæ videtur fieri debere per iudicem, qui sententiam tulit. vnde iudex ecclesiasticus potest mittere in corporalem possessionem rerum, super quibus pronunciat, licet litigantes sint laici, vt traditur in cap. cum contra. de pigno. tenet Inno. in cap. significasti. supra de offic. deleg. Alij tamen ut Hosti. & Ioan. And. & quos refert Innoc. videntur tenere contrarium dicentes, quòd debet implorare, seu committere iudici seculari, vt faciat executionẽm, argum. cap. postulasti. supra eod. Sed ut dicit Ioan. de Imo. in d. cap. significasti, communis opin. est in contrarium. & ad cap. postulasti. respondetur, quòd loquitur quando vellet facere executionem in territorio alieno. sententia enim non potest mandari executioni per iudicẽ alterius territorij, nisi ad literas proferentis. de quo artic. vide Spec. in titu. de execu. senten. §. breuiter. ver. quid si iudex. & per Barto. & Doct. in l. à diuo Pio. §. sententiam. ff. de re iudi. & l. cum unus. §. penul. ff. de bon. autho. iudi. poss. & per Cyn. in l. 1. C. de confes. in 10. quæst. per Iac. But. & Ange. in l. argentarium. §. nonne. ff. de iudi. & per Bald. in l. edicto. C. de edic. diui Adria. toll. in 4. col. & per Ang. in repet. l. tale pactum. §. qui procurauit. ff. de pact. col. 21. & 22. & vide notabilem limi. Bal. in materia, l. 1. C. de confes. in fin. quæst. & vide etiam Lap. alleg. 118. vbi vult, quòd executio sententiæ latæ à iudice seculari contra clericum in causa reconuen. debet fieri per iudicem ecclesiasticum, de quo forte uidebimus in cap. 1. infra de mut. pet. & ad prædicta etiam vide Petr. de Ancha. in repet. cap. ea, quæ. de regu. iur. lib. 6. quæst. 11. vbi concludit, quod licet quandoque iudex ecclesiasticus cognoscat de causa laici, & quãdoque econtra, iudex secularis de causa clerici, & vnus iudex de subdito alterius iudicis, tamen actualis executio videtur suo iudici reseruanda, hoc est illi, qui habet subditam personam, & bona in territorio suo, vide latius ibi per eum, vbi etiã refert contrarium opin. Sed pro nunc in hoc artic. non intendo vlterius insistere, cum iam legerimus vsque ad hanc 16. diem Septembris, & vos ipsi, vobis ipsis defeceritis, & vltra alios 40. dies legerimus.

55 ¶ † Circa secundum membrum principale de actore, vtrum possit mutare forum. tex. Barto. & Docto. in l. vbi acceptum. ponunt regulam negatiuam, quod non possit. dicit enim Bart. ibi, quod intelligit illam legem, vt videatur cẹptum iudicium ad incommodum citati, & etiam ad incommodum actoris, ad cuius petitionem fit citatio, si citatus cõparuit: non enim potest actor desistere, & ire ad alium iudicem, vt in authen. qui semel. C. quomodo & quando iudex. quod qualiter intelligatur, & de intellectu illius authen. vide ibi per Doct. & maxime Bald. in l. edita. C. de eden. col. 21. & per Ioan. de Imo. in capit. procurator. §. si dominus. ff. de ope. noui nunc.

¶ Et aduerte, quia prædicta regula procedit non solum in actore, sed etiam in ipsius actoris hærede, in quem transiuit instantia, ad quod vide, quod dixi in capit. quia V. supra titu. 1. versicu. secunda conclusio. Prædicta tamen regula limitatur multipliciter.

¶ Primò limitatur, nisi citatus fuisset contumax, quia hoc casu dicit Barto. quòd non credit, quòd actor impediatur incipere iudicium alibi, quia reus non poterit allegare alibi esse cœptum iudicium, quod ipse consensit, quia quantum ad eum, illa citatio posset peti circunduci & annullari, vt l. & post edictum. ff. de iudi. A. B. Bal. in l. si sepulchri violati actio. ff. de sepul. viol. & l. quamuis. ff. de dam. infec. Pontan. in repe. l. 1. C. de hæred. insti. q. 6. vers. ad secundum respondeo. Ma.

¶ Secundò limitatur secundum Barto. in d. l. ubi cœptum. si modo iudicium sit cœptũ per actorem voluntariè, secus si ex necessitate sit cœptum coram vno iudice, quia tũc poterit coram alio perfici, vt l. sed & si restituatur. §. ædium. & §. sed si dies. ff. de iudi. & sequitur Bal. in l. vbi cœptum.

¶ Tertio limitatur, si modo alia non subsit necessitas, secus si alia necessitas superueniret. exemplũ, causæ sunt cœptæ in curia potestatis, & demum illud officium est sublatum. Nam causæ, quæ ibi pendebant poterũt prosequi & finiri coram capitaneo, propter necessitatem. argum. d. §. sed si dies. secundum Bart. in d. l. vbi. qui tamen subdit, salua meliori deliberatione, quæ opin. satis est æqua. Et aduerte, quòd actor, qui semel egit coram uno iudice pro vna parte debiti, non potest agere corã alio pro alia parte eiusdem, etiam finito primo iudicio, vt sentit Glo. Institut. de actio. §. si minus. & tenent quidam moder. in l. quidam æstimauerunt. ff. si cer. pet. quod dictum

dictum est valde singulare. Sed apud me est ualde dubium, quia si finita instantia in tota causa possum de nouo eandem causam coram alio iudice intentare, ergo & eius partem, vel etiam totam finita instantia in parte, vel in toto. argum. l. quæ de tota. ff. de rei vendi. & cap. pastoralis. supra de offi. deleg. nec illa Glo. probat hoc, ad quod allegatur. Sed pro nunc non intendo aliter insistere, fortè latius videbimus in cap. fin. infra de mu. pe.

SVMMARIVM.

1 *Modi speciales forum sortiendi, quatuor sunt.*
2 *Conueniri non potest quis de delicto, nisi vbi forum sortitur.*
3 *Ecclesia Romana absque authoritate sanctæ Scripturæ, putatur omnium mater.*
4 *Conuentus in curia Romana, non potest forum declinare.*
5 *Argumentum ab enumeratione partium, quando valeat.*
6 *Exceptio declinatoria debet proponi ante litis contestationem.*
7 *Domicilium, quid sit, & nu. seq.*
9 *Domicilium, in quo differat ab incolatu.*
10 *Forus domicilij, quotuplex sit.*
11 *Domicilium naturale, quod sit, & quod commune, & quod accidentale, & nu. seq.*
14 *Domicilium naturale, per quid, & à quibus quæratur.*
15 *Domicilium accidentale, per quid & à quibus quæri possit.*
16 *Domicilium necessarium, quod sit, & quod voluntarium, & quod mistum, & nu. seq.*
19 *Domicilium ratione communis patriæ, per quid, & à quibus quæratur.*
20 *Domicilium in pluribus locis, an possit idē acquirere.*
21 *Domicilium multiplex eiusdem speciei, an possit quis quærere.*
22 *Domicilium multiplex diuersarum specierum, an possit quis sibi quærere.*
23 *Domiciliorum plurium in eadem persona concurrentium, quod præualere dicatur.*
24 *Domicilium, qualiter & quibus modis quæratur.*
25 *Domicilium, an possit solo animo quæri.*
26 *Animus domicilij constituti, per quid probetur.*
27 *Domicilium, per quæ quæri dicatur, & nu. seq.*
42 *Domicilij primus effectus, quis sit.*
43 *Domicilij secundus effectus, quis sit.*
44 *Domicilij respectu fori effectus, qui sint, & quot.*
45 *Effectus domicilij respectu fori secundus, quis sit, & quis tertius, & qui sequentes. & nu. seq.*
52 *Domicilium naturalis originis, an possit mutari vel perdi.*
53 *Domicilium accidētale, an possit perdi vel transferri.*
54 *Domicilium, quibus actibus mutari, perdi, aut transferri possit.*
55 *Domicilium originis, an soluatur per bannum.*
56 *Effectus mutationis, seu translationis dominij, quis sit.*
57 *Vagabundus, quis sit propriè dicendus.*
58 *Vagabundus, vbi forum sortiri debeat.*
59 *Vagabundus ibi punitur, vbi reperitur.*
60 *Vagabundus, vbi citari debeat.*
61 *Ius reuocandi domum, quod dicatur.*
62 *Ius reuocandi domum, quibus competat.*
63 *Ius reuocandi domum, ex quo loco competat.*
64 *Ius reuocandi domum, ad quem competat locum.*
65 *Ius reuocandi domum, in quibus competat causis.*
66 *Ius reuocandi domum, propter quas causas competat.*
67 *Ius reuocandi domum, quando proponi debeat.*
68 *Ius reuocandi domum, qualiter proponi, seu peti debeat.*
69 *Ius reuocandi domum, coram quo proponi debeat.*
70 *Ius reuocandi domum, qualiter cognosci, & concedi debeat.*
71 *Iuri domum reuocandi, quæ obstare dicantur.*
72 *Exceptiones seu causæ repellentes ius reuocandi domum, quæ sint, & nu. seq.*
90 *Effectus propositionis iuris reuocādi domum, quis sit.*
91 *Iudex in quo loco iurisdictionem, seu forum exercere debeat.*
92 *Locus iudicij, quis sit, & qualis esse debeat.*
93 *Foro vel eius priuilegio, an possit renunciari.*

LICET RATIONE. Clerico in curia Romana conuento, non competit declinatoria fori, posset tamen sibi ex causa competere ius reuocandi domum. hoc dicit. vel sic magis ad literam, secundum Dominum meum: Quilibet clericus potest in curia Romana cōueniri, licet ibi alias specificè non sortiatur forum, habet tamen ex causa ius reuocādi domum. hoc dicit. diuiditur. Primò ponit quatuor modos sortiendi forum. Secūdò addit quintum, illum modificando. secunda ibi, quia tamen. Et in tex. ibi, Episcopus videtur. dic, quòd Papa forte scribit capitulo istius Episcopi, quia mirabatur quomodo Episcopus fuerat ibi conuentus, secūdum Abb. & Ioan. And.

1 ¶ † Primò no. quinque modos sortiendi forum, quorum quatuor sunt speciales.

¶ Primus, ratione delicti, de quo latè dictū fuit in c. postulasti. supra eodem.

¶ Secundus, ratione contractus, de quo latè dixi in c. dilecti. supra eodem.

¶ Tertius, ratione domicilij, de quo latius dicam in Glo. 3.

¶ Quartus, ratione rei sitæ, de quo dixi in cap. 3. supra eodem.

¶ Quintus, generaliter ratione cōmunis patriæ, de quo latius dicam in Glo. fi.

2 ¶ † Secundò no. arg. quòd etiam de iure canonico non potest quis de delicto cōueniri, nisi vbi sortitur forum, altero ex modis quibus quis sortitur forum, nisi delinquens esset vagabundus, de quo dicam infra post Glo. 3.

3 ¶ † Tertiò no. quòd sedes Apostolica, seu Romana Ecclesia, est mater omnium Ecclesiarum, ad idem 12. distin. c. 1. de consec. distin. 1. cap. Basilicas. Romana enim Ecclesia à Deo est, aliæ vero ab ea recipiunt potestatem, vt in cap. nouit. supra titu. 1. Et hoc non solum disponitur à iure canonico, vt hic, & infra de priuileg. cap. antiqua. & 22. distin. cap. sacrosancta. & cap. renouantes. Sed etiam à iure ciuili, vt in Auth. de Eccle. tit. §. sancimus. collatione 8. & in Authen. vt Ecclesia Romana, in prin. collatio. 2. & C. de summa Trinitate, l. fin. secundum Hosti. & Ioan. And. hic.

4 ¶ † Quartò no. quòd conuentus in Romana curia, non habet facultatem declinandi forum, quia

Romana curia est communis & competens forus omnium clericorum, vt dicam in Glo. fi. ex causa tamen habet ius reuocandi domum, de qua materia dicetur latè in Glo. fi.

5 ¶ † Quintò no. quòd non valet argu. à partium enumeratione, si partes non sunt sufficienter enumeratę, sed si essent sufficienter enumeratę, valeret, secũdum Ciceronem & Boe. in Topicis, & Instit. de his, qui sunt sui vel alie. iur. in princ. & in c. per tuas. infra de senten. excom. & ibi allegaui ad hoc multo plura alia iura.

6 ¶ † Sextò no. ibi, quàm si tunc, quòd sicut exceptio declinatoria fori est dilatio, & ideo debet proponi ante lit. contest. vt in c. pastoralis. infra de exceptio. & in c. inter monasterium. infra de re iud. ita & exceptio reuocatoria ad domũ, quare & ista debet opponi ante litis conte. de quo latius dicam in Glo. fi. in 7. q. princ.

¶ Glo. 1. in prin. colligit quædam, deinde format tres quęstiones: duas soluit, & pro vna remittit. in fi. Glo. dic de hac materia, & de omnibus quæstionibus istius Glo. vt latißimè dictum fuit in c. postulasti. supra eodem.

¶ Glo. 2. format duas quæstiones, & soluit, in fi. Glo. dic de istis quæstionibus, & alijs plurimis, vt latißimè dixi in c. dilecti. supra eodem.

¶ Glo. 3. super verbo, domicilij. in princ. colligit, deinde soluit quæst. & remittit. in fi. Glo. dic quia supra in Rubr. versic. 35. & versic. 56. remisi me hic dicturum de foro ratione domicilij, seu incolatus, ideo vt istam materiam habeas magis ordinatè, quàm tradant Doctores, prosequar infrascriptas quæstiones.

¶ Prima, quid sit domicilium, seu incolatus, seu ipsius domicilij & incolatus forus, & qualis, & an differant incolatus & domicilium.

¶ Secunda, quotuplex sit domicilium.

¶ Tertia, quis poßit acquirere domicilium.

¶ Quarta, vtrum quis poßit esse pluralis in domicilijs, & qualiter.

¶ Quinta, quid si in vna eademque persona plura concurrunt domicilia, quod præualeat.

¶ Sexta, qualiter & quibus modis cõstituatur & acquiratur domicilium.

¶ Septima, qui, & quales effectus insurgãt ex domicilio ratione fori.

¶ Octaua, an forus domicilij poßit mutari seu amitti.

¶ Nona, qualiter, & per quos actus, forus poßit mutari & amitti.

¶ Decima, quis sit mutationis effectus.

7 ¶ † Primo igitur quæro, quid sit domicilium. a

a Sol. Bar. in l. placet. ff. ad munic. remittit ad l. ciues. C. de incol. lib. 10. vbi tex. dicit: Incolatus vero, sicut & diuus Adrianus suo manifestißimè declarauit edicto, domicilium faciet, & in eodem loco singulos habere domicilium nõ ambigitur, vbi rerũ & fortunarum summam cõstituit. Ego vero arbitror, ꝙ domicilium latè potest dupliciter accipi, vno modo naturaliter, alio modo accidentaliter. Nam si dico B. Senensem, possumus intelligere respectu originis. Item & respectu assumpti domicilij, vt dicam infra in seq. q.

8 ¶ † Primum domicilium, scilicet naturale, sic potest describi, quòd est locus originis propriæ, vel paternæ, vt l. 1. & in l. assumptio. §. filius. ff. ad municip. & ad id quod dixi de paterna, vide quod latius dixi supra in Rubr. versic. 82. Aduerte tamen, quia ex propria aut paterna origine, quis potius dicitur municeps & ciuis, quàm dicatur domicilium vel incolatum habere, vt l. 1. ff. ad munic. & in d. l. ciues. C. de incol. Domicilium vero accidentale sic arbitror posse describi, quòd est locus, quem quis sibi assumit, vt ibi perpetuò sit, per l. assumptio. in princ. iuncto §. viris prudentibus. ff. ad municip. quod clarius declarabo ex his, quæ dicam in 6. & 7. q. Et no. ꝙ forus domicilij dicitur proprius forus, & ordinarius, vt dicit hic Ioan. And. & est generaliter concurrens cum omni alio foro, & quo ad omnia, vt dicunt hic Ioan. Calder. & Dominus meus. & licet quis ratione delicti vel contractus, aut ex simili modo poßit in illo loco conueniri, propriè tamen non dicitur subditus: nam propriè subditus dicitur quis ratione domicilij, vt dixi supra in c. 1. versi. prima declaratio. dixi etiam in ver. præcedenti. & in c. dilecti. supra eodem, in fi. secundi princip. artic. & etiam in c. postulasti, supra eodem. tenet etiam Pau. de Cast. in l. 2. C. de iurisdict. omn. iudi. & vide Compo. in cap. nonnulli. supra de rescrip. in 3. Glo. & Spec. in tit. de citatione. §. 1. versi. & no. vbi dicit, ꝙ appell. diœcesani, vbi aliud non additur, intelligitur de diœcesi domicilij, & sequitur Ioan. And. in cap. statutum. §. nullus. in Glo. super verbo, vnam dietam. ad fi. de rescrip. lib. 6. vbi dicit, quòd sic disputando determinauit & audiuit curiam sic tenentem, vnde dicit ibi d. Domin. quòd propria diœcesis alicuius dicitur, vbi habet domicilium, & non vbi natus est, facit etiam quod no. Glo. penul. in cap. præsenti. de præb. lib. 6. vnde vtrobique dicit d. Dom. quòd repræsaliæ concessæ, intelliguntur comprehendere subditos ratione domicilij. Sed quia ista non est materia nostra, vide per Bar. in tract. repręsal. Et hæc faciunt ad ea, quæ dicam infra in 7. q. princ.

¶ Sed nunc pro examinatione secundæ partis,

9 † quæro vtrum domicilium & incolatus differant.

¶ Sol. Dicendum arbitror, ꝙ hic pro eodem supponant. Nam eo ipso, ꝙ quis quæsiuit domicilium, dicitur effectus incola illius loci, vt d. l. ciues. Sed ante, quàm constituat domicilium, potius dicitur peregrinus, vt d. l. ciues. vbi tex. dicit, vnde cum profectus est, scilicet à domicilio peregrinari videtur: ꝙ si redijt, peregrinari iam desijt. Quoniam tamen incolatus accipitur pro ciuilitate, & municipio, licet nõ propriè, ut no. Barto. in l. Imperatores. §. item rescripserunt. ff. ad municip. dixi supra in Rubr. uersi. 66. quæ autem differentia sit inter municipem, ciuem & incolam. Glo. in d. l. ciues. C. de incolis. & in Rub. C. de municip. & orig. & dicit, quòd municeps est genus: ciuis & incola, sunt species. municeps dicitur propriè qui subijt munera, & aliquando Romani municipes faciebãt ex priuilegio, & aliquãdo colonias:

ADDITIO.

a ¶ *Quid sit domicilium, & quomodo quis dicatur habere domiciliũ, & an attendatur assidua conuersatio, vel maior pars fortunarum, vide latè per Feli. in cap. quoniam. in princ. de offi. ordi.*

nias: & quæ differentia sit inter hoc, non est materia nostra, tradit notabiliter Aulus Gellius de noctibus Atticis, lib. 16. vbi dicit, ꝙ coloni fuerũt primi municipes Romanorũ, & de municipio & colonia tractat l. eius, la 2. §. 1. ff. ad muni. verbũ eius dicitur in alias species. videlicet originarios & nõ originarios, vide in l. 1. ff. ad muni. & d. l. ciues. inf. & ibi per Bart.
a & dicitur incola,[a] quasi valde colẽs, & venerãs prouinciam, in qua se contulit, cum per eam aliam reliquerit: nec tamẽ, qui in ciuitate aut in oppido moratur, sed etiam qui in vltimis finibus sedem ponit. incola dicitur, vt in l. pupillus. §. incolæ. ff. de ver. sig. & licet quidam voluerit aduenam, accolam, & incolam, pro eodem supponere, tamen Glo. in d. §. incola. & eadem l. §. aduena. reprobat & bene. Nam aduena dicitur, qui venit ad tempus moraturus: non tamen vt ibi domicilium vel incolatum habeat: vnde interrogatus fuit Loth, ingressus es tanquam aduena, an vt iudices? & dicitur aduena, quasi aliunde veniens. & hanc allusionem vocabuli, accola & incola tanquam aliunde venientes, videntur pro eodem supponere: sed tamen qui aduenit pro eo animo vt ibi transferat sedem, dicitur incola, & ibi domicilium habere, secũdum quod dicam in 6. quæst. princ. qui venit aduenit, vt ibi aliquo tempore, non tamen vt perpetuam sedem ponat, dicitur accola, vt quasi aliquo tempore locum collat: vnde scholaris potius dicitur accola, quàm incola: aduena verò, & si ex allusione vocabuli largius præsupponat, propriè tamen dicitur, qui de nouo aliunde venit, ibi minime habitaturus. hoc colligitur ex c. fundamenta. §. vt autem. de elec. lib. 6. qui etiam tex. sentit differẽtiam inter ciuem, incolam, & aduenam. & idem quod dixi de aduena, potest dici de forẽsi, quia propriè dicitur ille, qui non habitat in loco, sed de foris venit. tex. est expressus in Auth. de quæstore. §. si verò aliqui in hac habitantiũ ciuitate, & in §. si verò aliquis prospexerit. colla. 6. quãdoque tamẽ talis appellatur extraneus, dic vt dixi in c. pen. de consue. licet etiam forensis quandoque dicatur, qui in iudicialibus causis conuersatur, vt c. forus, de verb. signifi. Et aduena seu forensis dicitur, & peregrinus. Nam peregrinus dicitur ille, qui non est in loco propriæ habitationis. tex. Glo. & Barto. in d. l. ciues. & prædicta no. ad cætera alia multa, propter intellectum statutorum, priuilegiorum, & cæterarum dispositionum.

10 ¶ † Secundò principaliter quæro, quotuplex sit forus domicilij, seu quot sint eius species.

¶ Sol. Dic, quod prima diuisio est duplex, vt sentit Glo. in l. eius. §. Celsus. aliàs incipit lex, si quis instructus. ff. ad munici. videlicet naturale domiciliũ, & accidentale. Tu verò dic, quòd est triplex, naturale, accidentale, & commune.

11 ¶ † Naturale domicilium est, quod ex ipsa natura naturaliter venit, seu quod nascitur vt natiuitatis propriæ: ex quo enim loco quis est oriundus, in eo domicilium habet, vt in l. prima. & l. assumptio. §. 1. ff. ad municip. tenet Glo. in verbo, oriundus, in cap. cùm nullus. de tempo. ordi. lib. 6. per l. penult. ff. de sena. vbi bonus tex. qui dicit, quòd licet senatores in vrbe videantur habere domicilium: tamen & ibi habent vnde sunt oriundi, & per illum tex. idem tenet Glo. in verbo, oriundus. in cap. accedens. el 2. vt lite non contest. & vide quod dicam inf. in 8. q. prin.

¶ Et hoc procedit secundum Dominum meum in dicto cap. accedens. etiam si non habitet ibi, vnde ortum habet, quia si ibi habitaret, nullum haberet dubium, quòd non haberet ibi domicilium. & secundum hoc videtur dicendum quòd quis non possit esse sine domicilio. & hoc videtur velle Glo. in d. §. Celsus. quia saltem habet domicilium ratione originis, quæ mutari non potest, vt l. assumptio. in princ. ff. ad mun. & l. origi. C. de municip. & origi. cuius tamen contrarium videtur concludere tex. in d. §. Celsus. dum dicit, quòd si aliquis relicto domicilio nauiget, vel iter facit, quærens quo se conferat, atque vbi consistat, hunc putat Celsus sine domicilio esse. sed tu dic de hoc, vt latius dicam in 8. quæst. princ. vbi melius conuenit. de foro autem originis paternæ vel auitę, dixi latè in rubr. vers. 82. Aliud domicilium est accidentale, quod acquiritur ex assumptione per modos, de quibus latè dicam in 6. quæst. prin. & de hoc est principalis intentio nostra hic tractare.

12 ¶ † Commune verò est omnis communis patria, qualis est Roma, vt in l. Roma. ff. ad municip. vel sedes Apostolica, aut curia Romana, & curia Imperatoris, vt hic. de qua materia latius dicam in Glo. fin. in 8. princ. art. iuris reuocandi domum.

13 ¶ † Accidentale verò domicilium subdiuiditur, quia quoddam est volũtarium, & quoddam necessarium, vt apparebit ex his quæ statim dicam in 3. quæst. princip. voluntarium etiam posset subire per alias species, quibus potest quæri domicilium. de quibus dicam in 5. quæst. princ.

¶ Tertiò principaliter quæro, quis possit acquirere domicilium, vel incolatum.

¶ Sol. Pro clariori doctrina prosequar tria membra principalia.

¶ Primum, de domicilio naturali.

¶ Secundum, de accidentali.

¶ Tertium, de communi.

14 ¶ † Circa primum de domicilio naturali, quod quæritur per originem: dic, quòd tale domicilium, cum non facto suo, sed ab ipsa natura quæratur: quilibet masculus & fœmina, & infans statim vt nascitur, illud quærit, vt dicit Glo. in dicta l. eius. §. Celsus. Item non solùm liber, sed etiam seruus acquirit hoc domicilium: licet enim in his quæ attinent ad ius ciuile, serui pro nullo habeantur: non tamen iure naturali, quia quo ad ius naturale, omnes homines æquales sunt, vt in regula, quod attinet. ff. de regu. iur. sed hoc domicilium iure naturali acquiritur. & hinc est, quòd ei renunciari non potest, vt dicam in 8. princ. quæstio. quinimò etiam ex creatione personæ fictæ, vt collegij & vniuersitatis, videtur tale domicilium quæri, vt statim dicam in sequenti membro.

15 ¶ † Circa secundum membrum de domicilio accidẽtali, qđ appellatur etiã incolatus, vt dixi in prin. quæst. dic, quòd tale domicilium potest acquirere, non solùm paterfamiliàs, sed etiam filiusfamiliàs, etiam

ADDITIO.

a ¶ *Quis dicatur incola, vide Are. conf. 126. incip. Clariss. Domine Collateralis. & vide multa, quæ etiam faciunt ad propositũ in c. Rodulphus, de rescript. per Fely.*

etiam sine consensu patris, in l.placet. & in l.seq. ff. ad munic. Nec etiam necessitatur filius sequi domicilium à patre constitutum, sed potest sibi ipsi domicilium constituere. Item potest tale domicilium acquirere, non solum maior vel pubes, sed etiam pupillus & infans. tenet Bart. in l.placet. ff. ad municip. per l.1. C. vbi pet. tuto. vbi dicit Bal. quòd potest habere domiciliũ [a] ex successione, vel ex patrimonio. sed quod Bal. dicit de successione, quia domicilium accidentale paternum, non transit ad filios, vt l.assumptio. §.filios. & l.non vtique. ff. ad municip. Sed potest intelligi dictum Bal. quando filius perseuerauit in domicilio patris, secus si mutauit, & ita procedãt iura prædicta. Nec obstat quòd pupillus vel infans, cum non habeat animum vel intellectum integrum, non videtur sibi posse constituere hoc domicilium, quo animo cõstituitur, vt dicam in 6. quæst. princip. quia vt dicit Bart. in d. l.placet. animus requiritur in illo, qui ipsum habet, alias secus. argu. l. penul. C. de emancip. libe. vnde in pupillo ibi dicitur constitui domicilium ipsius, vbi habet maiorem partem facultatum, & ibi habitat, quia re & facto dicitur ibi domicilium habere, vt d. l.1. & ibi per Azonem in summa.

¶ Sed Bar. & Sali. in d. l. singulariter loquitur dicens, quòd domicilium est triplex.

16 ¶ † Vnum merè necessarium & irrepudiabile, vt originis veræ, & de hoc non dubitatur, quòd quilibet, statim ut natus est, illud acquirat, vt d. l.1. & ff. de tut. & cura. da. ab his, in l.de pupillo.

17 ¶ † Quoddam est merè voluntarium, & hoc nõ potest pupillus, ex quo curet intellectu sibi constituere.

18 ¶ † Quoddam est mistum causatum à necessitate insita rebus, participans cum uoluntate, & istud est domicilium, quod re ipsa contrahitur, quando quis moram trahit, vbi est maior pars fortunarum suarum, de quo per Glo. in l.hæres absens. §.fi. ff. de iudi. & latius dicam in 6. quæst. princi. & tale domicilium potest habere pupillus & infans, vt d. l.1. §.at si quis. C. vbi petãtur tuto. secundum Sali. ibi, Bal. in l.1. C. de municip. & origi. lib. 10. videtur velle, quòd domicilium voluntarium, quod requirit factum hominis, non transeat ipso iure in filium, & longe minus in alium successorem, sicut nec possessio, vt ff. ad municip. in l.assumptio. §.filius. & ff. ex quibus causis maio. in l.cum miles. ideo infantes non dicuntur habere domicilium, nisi habeant tutorem vel patrem, qui intendat eis domicilium constituere. nam tutor & pater possunt illum incolam facere, sicut & possessorem, secundum Bal. Sed tu aduerte, quia si Bal. intelligit de domicilio respectu rerum, prout videtur sentire, hoc videtur esse falsum, quia etiam ante datum tutorem pupillus vel infans, videtur habere tale domicilium, vt d. l.1. C. vbi pet. tuto. & probatur optimè, iuncta l.1. in fi. ff. de tuto. & cura. da. ab his, & ibi Dy. quæ iura simul iuncta expressè probant, quòd etiam ante datũ tutorem pupillus habeat domicilium. Si vero Bal. intelligeret de domicilio voluntario, quod quæritur animo, videtur esse satis sing. dictum Bal. quòd tale domicilium non solum potest quæri proprio animo, sed etiam animo alterius legitimi administratoris, vel tutoris, vel patris, quod perpetuo notabis. & sic etiam videtur, ꝙ possit quæri per procuratorem ad hoc legitimè constitutum. quod tamen intellige, quando aliquis actus positiuus accederet, secundum quod dicam in 6. quæst. princ. circa secundum. Item aduerte ad id, quod dixi de domicilio ratione possessionis. Nam ante, quam infans habeat tutorem, neque hæreditatem adire, neque possessionem acquirere potest, vt in l.si infanti. C. de iu. delibe. & istud est clarum. ergo videtur, quòd ante datum tutorem non habeat tale domicilium, cuius contrarium videntur velle prędicta, cogitabis, quia ex tempore venit in mentem. Insuper etiam tale domiciliũ potest acquirere non solum masculus, sed etiam fœmina. licet enim mulier sequatur domicilium propriũ vel paternum respectu originis, vel domicilium viri, respectu accidentalis domicilij, donec est nupta, & illud etiam retineat vidua, vt dixi supra in Rubr. vers. 66. & in c.1. supra eodem, vers. 17. declaratio. tamen potest ipsa mulier existens vidua, si nũquam habuit virum, domicilium mutare, nõ nouum domicilium assumere animo vel translatione bonorũ ad alium locum, vel per alios modos cõuenientes, de quibus dicetur in 6. quæst. princ. quia nihil repugnat huic conclusioni, facit quod no. Bart. in l.de iure. §.libertus. ff. ad municip. vbi simpliciter vult, quòd manumissus à muliere sequitur domicilium & originem patroni. Sed existens nupta, non posset, quia de necessitate sequitur domicilium viri, vt dixi in d. versic. 66. Rursus etiam huiusmodi domicilium potest quærere non solum ingenuus, sed etiam libertus, vt l.filij. §.municipes. ff. ad municip. vbi tex. dicit, quòd liberti in eo loco sunt municipes, in quo voluntate domicilium tulerunt. & ad idem l.de iure. §.penul. eodem tit. Seruus autem tale domicilium non potest acquirere, quia non per possessionem rerum, quia quicquid acquirit, acquirit domino. Item nec animo, quia contra uoluntatem domini non potest in alium locum se transferre, vt in l.1. C. de seruis fugit. Vlterius etiam, hoc domiciliũ non potest quærere persona vera, sed etiam ficta, seu repręsentata, vt capitulum, collegium, & vniuersitas, vt tradit Dominus meus in cap. fin. infra de parochijs, vbi vno verbo se expedit. Barto. etiam tangit in l.ciues. C. de incol. lib. 10. & ibi remittit ad l.1. ff. de administrat. tutor. Tu dic clarius, quòd vbi creatur capitulum, collegium, vel uniuersitas, quia videtur ibi nasci, & originem habere, vbi sortitur domicilium fori originis, & dicitur ciuis seu municeps talis ciuitatis, secundum Barto. in l.2. ff. ad munic. Sed si esset capitulum seu vniuersitas, quæ alibi habuisset originem, & se deinde transtulit ad alium locũ, tunc sortitur domicilium in eo loco, ad quẽ se transtulit ratione incolatus, secundum Bart. & satis mihi placet.

19 ¶ † Circa tertium membrũ de domicilio ratione cõmunis patriæ, vt Romæ, sedis Apostolicæ, &c. dic ꝙ tale domicilium est cõmune omnibus, & omnibus est acquisitum, ingenuis, libertis, & seruis, masculis, & feminis, maioribus, minoribus, & impuberibus,

ADDITIO.

a ¶ *Habere domicilium. Vide Bar. in d. l.1. C. vbi pet. tu. & l.1. ff. de tut. & cur. datis ab his.*

ribus, personis veris & fictis, vt verbum sonat. argu. tex. nostri, & clarius in l. Roma. ff. ad munici. de quo latius dicam in Glo. fin. in 8. prin. artic. cæterum quia supra in 2. princ. quæst. & infra in 2.6. quæst. prin. latius dicetur, quòd alijs varijs modis quæritur domicilium, circa quod dubitari posset, qui sint illi, qui per illos modos possint quærere domicilium. breuiter conclude, ꝙ omnes possunt quærere domicilium per illos modos, quibus conueniunt qualitates requisitæ ad illos modos, vt filij per emancipationem, serui per manumissionem, & sic de similibus, prout hic latius videbimus.

20 ¶ † Quartò princ. quæro, vtrum in vna & eadem persona possint plura concurrere domicilia, & sic, vtrum quis possit in pluribus locis acquirere domicilium. ¶ Sol. Glo. nostra dicit, ꝙ sic, per c. ex parte. supra eodem, & per l. assumptio. §. viris prudentibus. ff. ad munic. & remittit se ad cap. dilectus filius. supra de rescrip. Sed tu distingue duo membra principalia.

¶ Primum, de domicilijs eiusdem speciei.

¶ Secundum, de domicilijs plurium specierum.

21 ¶ † Circa primum potest exemplificari, an quis possit esse pluralis in domicilio naturali, ita quòd habeat multiplex domicilium naturale; vel in domicilio accidentali, vel communi quærere: distingue, quòd aut loquimur de foro seu domicilio originis propriæ, & indubitatum est, quòd quis non potest nisi in vno loco domicilium sortiri: sicut nõ potest nasci nisi in vno loco, & hoc est manifestum. & si fortè in vno loco prægnans, caput partus emitteret, & in alio loco partum compleret: dicendum arbitror, quòd si caput iam erat emissum dicetur sortiri domicilium loci emissi capitis. posset enim hoc contingere in confinio duplicis territorij, & hoc probatur arg. l. cum in diuersis. ff. de reli. & sump. facit etiã quod no. Innocen. & Ioan. And. in c. super eo. infra de Paroch. & quod no. Ioan. Andr. & post eum d. Do. in cap. 2. de sepul. lib. 6. In quibus dicitur quò ad cognoscendum in qua parochia sint dormiẽtes, vel habitantes in loco posito in confinibus, vel in cadauere sepulto per frusta in diuersis locis, prout cõtingit ex dispositione testamentaria in clarissimo Duce Mediolani. dicitur enim, ꝙ si caput est sepultum in vno loco, & membra in alio loco, inspicimus locum capitis. & similiter etiam in eo, qui dormit in camera posita in confinio parochiarum, vt si caput retineat in vna parochia, & pedes in alia: intelligatur in parochia, vbi est caput. facit etiam. ff. de acquir. rer. dominio. in l. adeò. §. fin. & Institu. de rer. diuisio. §. religiosum, & quod no. in c. cum non liceat. de præscr. & quod tradunt Ang. & Ioan. de Imo. in l. quod dicitur. ff. de liber. & posthum. Nam si caput totum est
a emissum, potest baptizari,[a] & vide quod dixi in c. ad audientiam. infra de hom. in 7. prin. art. quęst. 75. Sed respectu originis propriæ & paternæ, de qua dixi supra in Rubr. versi. 82. non est dubium, quòd potest quis duplex habere domicilium: quia stant ista simul, quòd pater meus fuerit natus Florẽtiæ, & ego Senis. Aut loquimur de domicilio accidẽtali, quod quæritur voluntate & facto, potest quis in pluribus locis domicilium habere, & ita debet intelligi quod dicit Glo. nostra hic, & est tex. in c. 2. de sepul. lib. 6. & tex. apertus in l. assumptio. §. pen. ff. ad munic. vbi tex. dicit, viris prudentibus, placuit duobus locis posse aliquem habere domicilium, si vtroque ita se instruxit, vt non ideo minus apud alteros consuluisse videatur, & probatur in l. Labeo, & in l. si quis. ff. ad municip. tenent communiter Docto. & Dom. meus in cap. ex parte B. supra eodem. per illum tex. tenent Glo. in l. penul. ff. de senat. & in l. ciues. C. de incolis, & qui in duabus diœcesibus duo habet beneficia exigentia residentiam, vtrobique dicitur domicilium habere, vt no. Glo. in c. quia in tantum. infra de præbend. & in c. dilectus filius I. supra de rescript. requiritur tamen, quòd in vtroque loco se æqualiter collocet, vt in d. c. 2. & d. §. penul. no. Glo. in c. dilectus. supra de rescrip. & 71. d. c. priuatus, & in c. nullus. de tempo. ordi. lib. 6. in Glo. super verbo, domicilium, & in c. 2. de sepul. lib. 6. in Glo. in verbo, domicilium aliàs videtur habere potius domicilium, vbi tunc maiorem partem rerum suarum habet, vt ff. ad munic. in l. eius. §. fin. & C. vbi sẽnat. vel claris. in l. senatores. secundum Glo. Aduerte tamen: quia Glo. Inno. & Ioan. And. in c. 4. supra de maior. & obed. & clarius Bart. in l. assumptio. §. pen. dicit, quòd potest quis habere plura domicilia, & vnum principalius alio, vt videmus in Regibus, qui licet in qualibet ciuitate habeant domicilium, tamen in vna ciuitate habent principaliter, vt in ciuitate Regia. facit Clem. 2. §. denique. de re iudic. Item aduerte, quia licet vnum sit principalius altero, vno respectu: tamen quia in alio concurrunt duo vincula, ratione vinculi adiuncti videtur præualere, vt dicam in seq. q. Circa verò domicilium commune nõ est dubium, ꝙ cuilibet omnia domicilia communia (prout verbum sonat) competunt. facit quod dixi in 3. quæst.

22 ¶ † Circa secundum membrum principale, non est dubium, quòd respectu plurium specierum potest quis habere plura domicilia. Nam vnum potest habere in vno loco respectu originis propriæ, & in alio respectu originis paternæ, & in alio respectu incolatus, vt est tex. in l. 1. C. de munic. & orig. lib. 10. no. Glo. in c. statutum. §. cum verò, de rescript. lib. 6. vnde non solum duo aut tria, sed etiam quatuor & plura potest quis diuersarum specierum domicilia habere, vt in exemplo posito. Nam incolatus potest pluribus in locis haberi, vt statim dixi. Item potest adiungi domicilium ratione emancipationis, ratione manumissionis, ratione prælaturæ & recepti beneficij, vt no. Glo. in d. §. cum vero. super verbo, eiusdem beneficij. Sed dicit ibi Archid. quòd hoc procedit in laicis: Sed in clericis, si sunt prælati regulares, non possunt habere nisi in suo monasterio: sed si essent clerici seculares, possent simul habere plura domicilia: si beneficia non exigerent residentiam, & ita intelligit no. per Glo. 71. dist. c. primatus. Si autem teneretur ad residentiam, tunc in loco illo videretur suum habere domicilium, vt no. Innoc. in c. ex ore. inf. de priuileg. secundum Archid. quem etiam sequitur Io. And. in d. §. cum verò, & fuit originalis opin. Vin. in c. postulasti, supra eo. & 70. dist. sanctorum. quod intelligit verum Ioan. de Imo. in domicilio, quod quæritur animo: quia clericus secularis isto

ADDITIO.

a ¶ *Baptizari potest puer, emisso tantum capite.*

isto casu, nõ potest habere plura talia beneficia: quia tantùm in loco beneficij tenetur residere: sed plura diuersa domicilia, quorum vnum sit ratione maioris partis bonorum patrimonialium. Aliud verò ratione animi, vbi tenetur residere: aliud ratione originis, & sic de similibus: bene potest habere, per dictum c. postulasti, & per d.c. cum nullus. de tempo. ordin. lib. 6. & sequitur do. Domi. in d. §. cùm verò. Sed tu aduerte, quia prædicta opin. fuit originaliter Ioan. And. in d.c. postulasti. per d.c. cum nullus. Sed Dom. Ant. in d.c. postulasti. distinguit, quòd si clericus habet plura [a] beneficia requirẽtia residentiam, potest plura habere domicilia: quia in quolibet loco beneficij habebit domicilium, secundum Glo. in d.c. primatus, & d.c. quia in tantum, & tenet Archi. 3. quęst. 6. in summa, sentit Glo. in cap. 1. 21. quæst. 2. quod dictum limitat Dominus meus, quando vtrique beneficio vult deseruire per se, nunc vni, nunc alteri, ita quòd quasi æqualiter se collocet in vtroque, quod potest, vt no. Glo. in c. non potest. de præbend. lib. 6. tunc enim fatetur Dominus meus, hunc simpliciter habere domicilium in vtroque loco, arg. optimum in l. assumptio. §. viris. ff. ad muni. & in c. 2. de sepul. lib. 6. Si verò alteri tantum seruit per se, alteri per vicarium, quod potest, vt no. Glo. in d.c. non potest, & dixi in c. extirpandæ. §. qui verò. & in cap. de multa. de præbend. & hoc casu putat Dominus meus, quòd iste solùm habeat domicilium vbi residet, & non in alio beneficio, quia residentia est illa, quæ facit sortiri domicilium & ire residend. non obligatio ad residendum, vt etiam sentit Innoc. in d. cap. ex ore. infra de priuileg. facit cap. dilectus filius I. de rescript.

¶ Nam cum tali videtur esse dispensatum super residentia, vt d.c. non potest. dixi latius in c. ex tuæ. infra de cleri. non residen. & d.c. de multa. Sed ratione beneficij in quo non residet, tenetur obedire suo prælato, vt no. in cap. cum iam dudum. de præbend. Si verò habet vnicum beneficium requirens residentiam: tunc secundum omnes, ibi dicitur habere domicilium, vt d. cap. postulasti. & no. in d.c. ex ore. & no. Ioan. Andr. in d. §. cum verò. Sed per hoc non excluditur, vt dicunt Docto. in d.c. postulasti. & ibi Dominus meus, & per Dominum meũ in c. 1. supra eodem, quominus posit etiam habere domicilium respectu aliarum qualitatum inducentium domicilium, vt natiuitatis & originis, vt dicit Ioan. de Imo. Item vbi habet patrimonium suum vel maiorẽ partem, & ibi fuit ordinatus, & vbi habet larem & habitationem, & alijs modis, de quibus latius dicam infra in 6. quæst. Cum verò clericus habet beneficium requirens residentiam in vno loco, & in alio habet habitationem, Dom. Anton. credit ꝙ non dicatur habere domiciliũ in loco habitationis: qui cum alibi, quàm in loco beneficij de iure habitare non posit, nõ videtur ibi esse causa habitationis perpetuæ, sed momentaneæ. arg. l. ex facto. §. rerum Italicarum. ff. de hæred. instit. & sentit Bald. in l. pe. ff. de Sena. per l. prætor. §. etiam. ff. de eden. Sed Dominus meus putat, ꝙ si post ademptum beneficium constituit larem alibi vltra decennium, quòd videatur ibi perpetuò constituisse domicilium. argum. l. 2. C. de incol. lib. 10. Nec obst. quòd teneatur ibi perpetuò residere: quia non debet esse melioris conditionis stultus, quàm sapiẽs. vnde saltem in sui præiudicium videtur habere ibi domicilium, arg. cap. cum, qui. de præben. lib. 6. Ita vt potius consideretur, quòd fieri debet, quàm illud quod fit. Et aduerte: quia quis potest esse pluralis in domicilio, non solùm ex seipso, sed etiam quandoque ex persona alterius: qua mediante, quandoque quis consequitur domicilium originis & incolatus, vnde libertus ex persona patroni, qui manumisit, consequitur domicilium originis, & domicilium incolatus patroni, vt l. eius, la 2. in prin. & l. assumptio. in fi. cum l. sequen. & in l. de iure. §. libertos, & ibi Barto. & l. filij. §. 2. in fi. ff. ad munic.

23 ¶ † Quintò principaliter quæro: quid si in vna eademque persona concurrunt plura domicilia, ꝙ præualeat. Sol. Bald. in repet. vlt. quam fecit Paduę de l. 1. C. de summa Trin. super verbo, Christianorum, in 4. col. in casu nostro, quando in vna & eadem persona concurrit domicilium originis & incolatus. Exemplum si B. est natiuitate Senensis, incolatu Florẽtinus, vtrum debeat appellari Senensis vel Florentinus? Baldus ibi primò arguit, ꝙ debeat appellari Florentinus, per illum tex. & ad idem alleg. l. pronunciatio. ff. de verb. sign. & de offi. assesso. in l. si eadem. & ff. de postul. l. 1. §. bestias. & ad hoc possent allegari omnia iura, quæ volunt, quòd magis attendatur causa accidentalis, quàm naturalis. In contrarium tamen allegat, quòd appellari debeat Senensis eo, quòd debemus potius habere respectum ad qualitatem naturalem [b] seu naturatã, quàm ad accidentalem: quia id quod naturaliter dicitur, magis propriè dicitur, vt l. qui habet. ff. de tut. & in l. fin. ff. de his, qui ve. ætatis impetra. ff. de libe. & posthum. in l. filio. ff. de cond. & demonst. l. fideicommissum. cũ si. Tertiò etiam allegat, quòd hoc nomen Senensis, vel Florẽtinus, verificetur in vtroque sensu: quia idem iuris videtur esse de origine, & de domicilio, vt l. 1. C. vbi de crimi. agi oportet. Soluit Bald. quòd aut loquimur in materia indifferenti, & tunc verificatur in vtroque, vt d. l. 1. & probatur in l. 3. ff. de off. præsi. Aut in materia differenti: & tũc ratio subiectæ materiæ concernit originem, & importat originem. argum. dictę l. qui habet. cum si. Aut concernit domicilium, & importat domicilium, vt d. §. bestias. cũ si. Qualiter autem hoc cognoscatur, an materia sit differens vel indifferens, & quid concernat, Bald. ibi distinguit, quòd aut in actu, de quo agitur, persona consideratur in se, id est, propter se, & importat originem. Exemplum: dicit statutum, si quis offenderit Florentinum, &c. Aut consideratur extra se, id est, quia consideratur accidens in persona magis, quam ipsa persona. exemplum, si imponatur collecta,

ADDITIONES.

a ¶ *Clericus habens plura beneficia residentiam exigentia, dicitur habere duo domicilia, & istam materiam colligit feliciter Felyn. in c. dilectus filius, 3. in 2. col. & seq. per nouem conclusiones, supra de rescrip. vbi multa cumulatissimè congessit.*

b ¶ *Adde quòd nemo potest renunciare domicilio paterno & originario, dicit Soc. consi. 35. col. 4. lib. 1. & si concurrat naturale & accidentale domicilium, naturale debet attendi. consi. 288. col. 1. lib. 2.*

cta, quæ imponitur personis propter res, vel si indicâtur represaliæ: quia etiam simile onus imponitur personæ pro rebus, & non arctat meros originarios: quia isti ad talia non tenentur, nisi in subsidium, vt l. neminem. C. de sacrosanct. ecclesijs. de quo etiam remittit ad no. per Bartolum in l. hæc conditio. ff. de condit. & demonstr.

¶ Sed aduerte: quia ista non est principaliter materia fori, paucis insistam. dic ergo, quòd quãdo aliquis habet duplex domicilium, originis & incolatus & in ambobus locis vocatur ad honores, regulariter potior est causa originis, vt in l. libertus. §. cum simul. ff. ad municip. tenet Glo. in l. 1. de municip. & orig. lib. 10. Sed Glo. in l. de incolis. dicit quòd si in vtroque loco vocatur ad munera, ꝙ præfertur locus, qui prius vocat. argum. ff. de iud. in l. qui prior. & si simul seu eodem tempore vocatur, præfertur locus originis, sed si ambo domicilia essent incolatus, fortè inuicem se impedirent, per tex. in l. huiusmodi. §. 1. ff. de leg. 1. & ff. de vsufruc. in l. quoties duobus. vel dirimetur sorte, argu. l. fi. C. communia de leg. & l. sed cum ambo. ff. de iudicijs. Vel potest dici, & tertiò, quòd sit locus gratificationi. ff. de relig. & sump. fun. in l. fin. ff. de leg. 1. in l. si quis seruum. §. si inter. Vel quartò, erit in electione vocati, & hoc videtur placere Ioan. & Bal. per capitulum præterea. & c. referẽte. de præbend. & c. cum olim. de consuetu. Vel quintò, deferendum nobiliori & maiori, seu digniori loco, vt in Authen. de hæred. & fal. §. si quis autem. & in Authent. de defen. ciui. §. interim, & ff. de fide instrum. in l. fin. & C. de natu. lib. in l. si quis. Vel sextò ei seruiet, quæ minus, seu leuius munus imponit. argum. l. fin. C. qui bo. cede. pos. & ff. de pac. in l. maiorem. & hoc est verius secundum Glos. prædictam, quam Barto. ibi dicit esse notabilem & magistram, in materia sua. Aduerte tamen quò ad materiam nostram, quòd quamuis vnum domicilium sit principalius alio, vt puta quia in duobus locis constituit domicilium, sed tamen in vno multum, & in alio parum frequentat: quòd illud quod magis frequentat, tanquam principalius debeat præualere, secundum ea quæ dixi in 4. quæst. princ. tamen si cum altero minus frequentato concurrit aliqua qualitas: puta, possessio bonorum, videtur quòd quãtum ad potestatem conueniendi per literas Apostolicas respectu bonorum ibi sitorum, considerari debet locus ipsorum bonorum: licet sit minus frequentatus, & non æqualiter, secũdum quod videtur necessarium ad constituendum verum domicilium, vt dixi in 4. quæst. nam licet dicatur cõstitui quasi domicilium ? tamen valebunt literę, & ita potest intelligi tex. in c. ex parte. supra eodem, secundum Domin. meum, & ibi dixi, tradit etiam Dominus meus in cap. dilectus. el 2. supra de rescript. arbitror tamen, quòd etiam valerent literæ respectu domicilij veri, & magis frequentati.

24 ¶ † Sextò principaliter quæro, qualiter, & quibus modis domicilium quæratur, seu constituatur.

¶ Sol. Dicendum arbitror, ꝙ quæritur principaliter tribus modis, vt primo modo à natura, secundo propria ac directa ad hoc voluntate, & facto ipsius acquirentis. tertio ex iuris dispositione. & quamuis in duobus pręcedẽtibus modis ius etiam operetur, tamen in hoc magis operatur: quia ius disponit, ꝙ acquiratur ex aliquo facto vel gesto, quod principaliter nõ videtur tendere ad domicilium respectu primi modi. dic, ꝙ naturaliter quæritur ex propria origine & natiuitate: ac etiam ex origine paterna, vt latius dixi in Rubr. in versi. 82. & ibi dixi, an quæratur ex origine aui, vel superiorum, & in hoc nihil operatur voluntas, vt l. assumptio. in prin. ff. ad mun. dicam in 9. q. prin.

25 ¶ † Circa secũdum modum de domicilio quod quæritur propria voluntate, & facto acquirentis, aduertendum est, ꝙ tex. Glo. & Doct. sunt multum varij. quandoque videntur velle, ꝙ sufficiat solus animus, vt in l. priuilegio. C. de incolis. lib. 10. ibi, domicilij voluntatem, & in l. de iure. §. Celsus. ff. ad municip. ibi, si vtroque destinato sit animo, &c. facit l. assumptio. ff. ad mu. tenet Ioan. de sancto Geor. & Doct. in cap. cum nullus. de tempo. ordin. lib. 6. & videtur tenere Dominus meus in cap. fin. de paroc. Glo. verò super verbo, larem. in l. ciues. C. de incol. lib. 10. dicit, quòd non sufficit animus habitandi, sed quod habitet, & sic opus est facto, per l. domicilium. ff. ad munici. & idem tenet Glo. in l. nõ vtique. ff. ad muni. sentit etiam Glo. in l. origine. C. de mun. & origi. lib. 10. & Bart. in l. placet. ff. ad muni. Quare pro concordia dicendum arbitror, quòd in primis requiritur animus, sed non sufficit sola animi destinatio: sed exigitur aliquis actus conueniens domicilio, per quem animus declaretur, & si est expressius animus vna cum actu domicilij significatiuo, sufficit. exemplum, si aliquis veniens ad hanc ciuitatem emit seu conducit domum, & verbo exprimit, quòd hoc facit animo constituẽdi hic domicilium: quamuis enim sola possessionis ratio non faciat quem incolam, vt l. libertus. §. sola. ff. ad municipales. & l. cum neque. C. de incolis. tamen hoc procedit, quando quis motum animi sui aliter non declarauit: secus si expressit voluntatem suam circa domicilium constituendum, & non stetit in sola protestatione, seu declaratione animi, sed agrum seu domum emit, vel conduxit, & habitare cœpit: tũc enim sufficit, licet maiorem partem bonorum ibi non habeat, vt no. Glo. in d. l. ciues. C. de incol.

¶ Et hoc etiam voluit Dominus meus in cap. fi. de paro. vbi dicit, quòd si immediatè quis venit in aliquem locum, declarat animum suum, quòd vult habere ibi domicilium, quòd sine expectatione alicuius temporis habebit ibi domicilium, per tex. in l. si quis instructus. aliàs incipit, eius. §. Celsus. ff. ad municip. quod intellige secundum quod statim dixi. & hoc etiam procedit in eo, qui accessisset studij causa, & ideo si scholaris veniens ad studium, emit in loco domum, vel possessiones: & declarat, quòd est intentionis suæ constituere ibi domicilium: indubitanter sortietur ibi domicilium. [a] & hoc voluit Bartolus in l. lex Corne. §. domum. ff. de iniur. Et sic etiam per contrarium nullo tempore ibi constituet domicilium, & hoc declarat, vt statim dicam.

ADDITIO.

a ¶ *Qualiter scholaris sortiatur domicilium, vide Bal. in l. quæsitum. de leg. 3. Bald. in l. prædia. de fun. instru. Abb. in cap. fin. de paroch. vide etiam Alexan. in consi. 160. colum. 3. lib. 1.*

cam. Si verò animum suum exprimit in contrarium, quòd non intendit ibi aliquo modo constituere domicilium, licet maiorem partem bonorum ibi habeat, aut ibi conuersetur, seu habitet: quia videtur ad assumptionem domicilij requiri animus, vt dictũ est: vnde cùm animus requiratur, ista protestatio iuuat in his, quæ tendunt ad animi declarationem, secundum ea, quæ traduntur per Docto. in c. cùm M. de constit. & per Barto. in l. non solùm. §. morte. ff. de no. oper. nun. & quæ dixi in Cle. graue. de rescript. Nec obst. l. 2. C. vbi sena. vel claris. quæ dicit, vbi larem fouet, aut vbi maiorem partem bonorum possidet, aut vbi assiduè conuersatur: quia illa duo vltima exempla intelliguntur, quando sumus in casu dubio, vt statim dicam: sed hic sumus in casu certo, & ideo non est locus coniecturæ, vt in l. continuus. §. cùm ita. ff. de verb. oblig. & in cap. 2. infra de reg. iuris. Et hoc etiam voluit Dy. in l. lex Cornel. §. domum. vbi dicit, quòd quando esset certitudo, quòd scholaris staret in aliquo loco causa studendi & addiscendi: tunc etiã per mille annos non sortiretur ibi domicilium per l. quæsitum, in prin. ff. de lega. 3. & l. nihil. ff. de cap. & sequitur Bartol. in d. §. domum. & tenent Barto. & Ange. in l. nec ipsi. C. de incol. & Bald. in l. est verum. eod. tit. & libro. qui dicit per illũ tex. quòd qui ad tempus determinatũ, etiam vltra decennium, est in loco inde discessurus, postea non fit incola, per tex. & per no. in l. ex facto. ff. de hæred. institu. & in d. l. nihil. & hoc etiam tenet Ang. in l. hęres absens. §. 1. ff. de iudic. & mihi placet. Nec obstat Glo. in d. §. domũ. & in d. l. nec ipsi. quæ vult, quòd sufficiat decennium, quia debet intelligi in casu dubij, de quo statim latiùs dicam, vt etiam voluit Bart. in d. §. domum. & Bal. in l. 1. C. de incol. lib. 10. & bene. Si verò sumus in dubio, quia principaliter ad constituendum domicilium requiritur animus, & animus probatur ex coniecturis, & actibus exterioribus, vt no. in c. 2. de renun. li. 6. 64. dist. in cap. cùm Adrianus. cùm similibus. dico, quòd animus iste cõstituti domicilij in dubio declaratur ex pluribus.

26 ¶ †Primò per assiduam conuersationem, vt probatur in dicta l. secunda. C. vbi senato. vel claris. & intelligo assiduam, quando per decennium habitauit. facit textus in l. secunda. C. de incol. libro 10. no. Glo. in l. hæres absens. §. proinde. ff. de iudi. voluit Baldus post Cynum in dicta l. secunda. C. vbi sena. vel claris. & tenet Glo. in l. 2. C. de incol. argu. l. cùm de in rem verso. ff. de vsu. & fuit opi. Pilei, vt ibi dicit Glo. & tenet Glo. in l. 3. C. de incol. lib. 10. Hosti. verò in cap. fi. infra de paro. & post eum Ioan. Andr. fatetur quòd secundum leges, non censetur quis incola, nisi moratus fuerit per decem annos. dicunt tamen quòd de facto, l. illa non seruatur, sed dicunt hoc arbitrarium, quia si constat, quòd loco relicto omnia vendidit: & secum, quæ habere voluit, asportauit, & in alio loco domos & possessiones emit: satis probabiliter præsumitur reliquisse primum domicilium, & elegisse secundũ. & idem sentit Host. in c. ex trãsmissa, supra de renun. facit quod no. Bar. in l. assumptio. §. filius. ff. ad muni. vbi dicit, quòd eo ipso, quòd quis aufert omnia bona sua de loco domicilij, videtur habere animum deserendi illud, de quo dicam in 9. quæst. princ. Sed tu aduerte, quia Glo. 3. in c. ex parte. supra eodem. vult, quòd ex assiduo conuersari in loco, dicitur quis habere ibi domiciliũ, per l. assumptio. §. pen. ff. ad municip. Et clarius sentit ibi Innoc. qui dicit, quòd quis sortitur ibi domicilium, vbi habet maiorem partem bonorum suorum, vel vbi habet familiam, vel si nihil ibi haberet, assiduè tamen ibi conuersatur, per d. l. 2. C. vbi sena. vel claris. Cy. tamen ibi sentit, quòd ex solo conuersari in loco, non sortitur quis domicilium, quia communiter in illa l. secũda est copula, & non alternatiua, aut. Nam communis litera habetur hoc modo, vbi lares fouent, aut bonorum maiorem partem possident, & assiduè conuersantur, ibi respondebunt, &c. & sic videtur ille tex. requirere hæc duo copulatiuè, quòd conuersetur ibi assiduè, & habeat ibi maiorem partem bonorum. Sed Barto. ibi dicit, quòd licet ex assiduo conuersari in loco non sortiatur domicilium: tamen potest ibi conueniri, licet idem Bart. videatur sentire contrarium in d. l. hæres absens. ff. de iudi. vbi dicit, quòd scholaris nõ potest conueniri in loco studij, de cõtractibus alibi gestis. Sed pro prima opinio. facit d. l. 2. per quam l. dicit Barto. quòd mercatores Florentini, qui conuersantur Perusij, possunt conueniri de antea gestis alibi. Ego considero, quòd non reperitur tex. qui aliquid dicat, quòd requiratur habitatio decennalis: imò simpliciter dicunt de habitatione, quòd per eã quis efficitur incola, vt d. l. 2. vbi hoc voluit Bart. & Inn. in c. ex parte, supra eod. exigere ergo videntur habitationem, seu sedem vel colla. vt l. assumptio. §. pen. ff. ad muni. & Glo. in c. 2. de sepul. lib. 6. Nec obst. l. 2. C. de incol. lib. 10. quæ dicit de decennio, quia loquitur in alio casu, vt statim dicam. Vide tamen tex. in l. est verum. C. de incolis, qui fortiter facit in contrarium, quòd non sufficiat habitatio. Nam videtur velle tex. quòd ex commoratione in loco, non quæratur incolatus, & intellectus, qui ponitur ibi, quod ille tex. loquatur de habitatione seu commoratione in territorio, & non in ciuitate: non est bonus, vt statim dicam, in fine istius 6. quæst. principalis, & sic patet quòd articulus est satis dubius. Sed in hac dubietate arbitror distinguendum, quòd aut quæritur de sola habitatione, quæ non habeat aliam causam, aut actum, vel gestum adiunctum, assumpti, vel non assumpti domicilij significatiuum. & hoc casu sit arbitrarium, vt arbitretur iudex ipsam habitationem & moram, & si fortè nulla alia causa adest constituti domicilij, non debebit arbitrari domicilium constitutum minori tempore decennio, per text. iuncta Glo. in d. l. est verũ. ad quod facit quod de decennio no. Glo. in l. 1. C. de ser. fugi. & in l. si id quod. & in l. clam possidere. ff. de acquiren. possessio. & quod tradit Inno. in c. si diligenti, infra de præscriptionibus. & glo. in l. licet. C. de acquir. poss. facit etiã l. litibus. C. de agric. & censit. lib. 10. & l. si sine præfinitione. C. de pœnis. & hoc reperio sensisse Dominũ meum in cap. fin. infra de parochi. vbi dicit, quod vbi habitans non emit ibi possessionem, sed stat in suspenso, tempus erit arbitrarium, & secundum temporis quantitatem, & hominis qualitatem, iudex præsumet animum suum: quamuis quo ad domicilium constituendum videatur concludendum, quod ex sola conuersatione in loco, non contrahatur domicilium: tamen satis videtur probari, quod ratione

assiduæ

a assiduæ conuersationis[a] possit quis ibi conueniri, etiam de alibi gestis, vt voluit Bart. in d.l.2. qui text. optimè facit secundum prædictum intellectum Innocen. in d. c. ex parte, supra eod. qui tenuit, quòd propter assiduè conuersari in loco, possit ibi conueniri. & facit ille text. secundum literam alternatiuam, dum dicit, aut assiduè conuersari. tenet Ioan. Andr. in addi. Specu. in titu. de compe. iudi. adi. §. 1. versic. qui verò ratione contractus. & Domi. Anto. hic in c. quod clericis, supra eodem. facit quod no. Archid. 71. dist. c. primatus. & tenet Dominus meus in c. quod clericis. & in d. c. ex parte. dicens, quòd saltem contrahitur ibi quasi domicilium, per quod potest ibi conueniri. Nam absurdum videtur, quòd moretur in loco, & ibi noluit respondere, arg. d. l. 2. C. vbi sena. vel clarif. & l. 2. C. vbi de crimi. agi opor. vbi de crimine alibi commisso potest quis conueniri vbi degit, idest conuersatur, & scholaris in loco studij, vt ibi per Glo. mouetur etiam per textum in l. quisquis. C. si certum petatur. & d. c. ex parte. Zaba. in d. cap. ex parte. tenet, quòd ex solo commorari quis sortiatur domicilium, per illum tex. & l. si quis instructus, dummodo ex alijs coniecturis non appareat eum de loco discessurum. & sic non obstat. c. is, qui. de sepul. lib. 6. secundum Zaba. quod dictum ita limitatum & qualificatum placet, intelligendo secundum superiorem. Si verò habitatio habet admistam aliquam causam, vel aliqua signa, dic quòd aut sunt signa domicilij significatiua, vt quia in loco vbi prius domicilium habebat, vendit domum & possessiones, & contulit se ad alium locum, in quo emit domum & possessiones: & dicetur constituisse domicilium, per ea, quæ supra dixi, & istis modis potest intelligi dicta l. 2. C. vbi senatores. quo ad duo vltima exempla de maiori parte bonorũ, & assidua conuersatione.

¶ Nam primum exemplum dum dicit, vbi fouet larem, intelligo in casu certo, quãdo expressè assum psit domicilium. & prædicto modo saluatur opin. Innoc. in c. ex parte, supra eodem, & Bart. in d. l. 2. & in l. 2. C. vbi de crimi. agi opor. Et hoc modo etiam procedat Glo. in cap. dilectus filius I. de rescript. & quod no. Dominus meus in c. postulasti, supra eod. & quod dixi post Docto. de assidua habitatione, in Clem. causam. de elect. Sed hæc dubitatio procedit non solùm respectu assiduæ habitationis, sed etiam respectu possessionis bonorum, aut maioris partis. quæ dubitatio simpliciter insurgit ex d. l. 2. C. vbi senatores vel clarif. quia inquantum litera ibi sit alternatiua, videtur hoc sufficere: inquantum verò sit copulatiua, videlicet maiorem partẽ bonorum possidet, & assiduè conuersatur, non videtur sufficere sola bonorum possessio. Dominus meus in cap. ex parte, supra eodem, tenet, quòd ex habitu totius patrimonij, seu maioris partis, quis habeat domiciliũ, per tex. in c. postulasti, supra eod. & quamuis Hosti. intelligat, quòd ibi habebat larem, idest matrem & patrimonium: tamen hoc nõ placet Domino meo, cum ibi nihil dicatur de habitatione, sed tantùm de matrimonio. Ego multum dubito de prædicta opinio. Domini mei, quia cum ad domicilium constituendum, vt requiratur animus, vt dixi, non videtur sufficere solum patrimonium, aut maioris partis, pro quo tex. in l. libertus. §. sola. ff. ad municip. qui tex. loquitur simpliciter, & indistinctè dicit, quòd sola ratio possessionis non inducit domicilium. ad idem induco c. ex parte, supra eodẽ, licet Dominus meus conetur respondere, quòd ibi non loquitur de habente maiorem partem bonorum. non obst. tex. in c. postulasti, supra eodem, quia si rectè ponderetur ille tex. ibi, quasi præsupponitur, quòd ille clericus haberet domicilium ratione patrimonij, quia sic ibi constituerat: non autem, quòd solum patrimonium hoc faceret, sed quòd ratione patrimonij retinebat domicilium: licet in alio loco recepisset beneficium, propter quod ibi cogebatur ad residentiam. & hac ratione videretur etiam ibi habere domicilium, quia vt dixi in 4. quæst. princ. potest quis in pluribus locis constituere, & habere domicilium. Et pondero, quòd tex. ibi loquitur per verbum, patrimonij, & non per verbum, bonorum, quia fortè erat domicilium originis paternæ, quod semper retinetur. & ideo litera copulatiua in d. l. 2. C. vbi sena. vel clarif. videtur esse legalior. Et ita ego habeo in codice meo, de litera antiquissima & notabilissima. Barto. tamen in l. de iure. ff. ad municip. videtur tenere, quòd per maiorem partem bonorum constituatur domicilium. sed potest intelligi secundum quod supra dixi, quando non esset sola possessionis ratio, ad cuius intellectum vide quod dicam infra in 8. quæst. princ. Et hæc procedunt, quando sunt signa domicilij indicatiua. Si verò signa sunt in contrarium, puta, quia studij causa habitationem conduxit, vel domum emit. hoc enim casu, licet per plures annos morã duxerit, non dicitur ibi domicilium constituere: nisi per decẽnium ibi moram traxerit, sed si per decennium moram traxit, præsumitur disposuisse animum perpetuò ibi standi. & ita procedat tex. & quod ibi no. Glo. in l. 2. C. de incol. lib. 10. Et hoc tenet etiam Vinc. in proœmio Gregoriano, & post eum Ioan. Andr. per d. l. 2. & per l. cùm de in rem verso. ff. de vsu. tenet Host. in c. quod clericis, supra eodem. & Glo. in l. lex Cornelia. §. domum. ff. de iniur. Et ibi Bart. & Ang. no. Spec. in titu. de compe. iudi. adi. §. 1. vers. 45. & vers. 51. & Ange. in l. hæres absens. §. 1. ff. de iud. Quod limitat Ange. in d. §. domum. si modo sit decennium continuatum, secus si interpellatum, vnde nec pater, qui sæpissimè vadit ad videndum filium in studio, & ibi stat per aliquod tempus, videtur ibi contrahere domicilium, per textum in dicta l. 2. iunctis Glossis suis. Item arbitror hoc, quod dixi de decennio, limitari posse, ꝙ scholaris per talem moram videatur contrahere domicilium, videtur limitari posse, si modo talis præsumptio inducta per decennium non tolleretur, vt puta, si fortè scholaris erat tardissimi intellectus, & minoris memoriæ, vt ego quendam uidi qui in quatuor annis uix didicit alphabetum. Vel fortè si prius studuit in una facultate, aut duabus: & nunc uult studere in alia, adeo ꝙ nõ sufficit tẽpus decennij, facit quod dixi supra secundũ Dyn. Ang. & Bal. Vel si fortè incepit agere aliquam causam, uel si teneretur aliquo alio negocio, propter quod oporteret ibi ultra

ADDITIO.

a ¶ *Conuersationis. Vide no. per Doctor. præsertim per Fely. in c. dilectus, 2. de rescript.*

tra decennium moram trahere: quod etiam tenet Domin. Antonius supra in procemio Gregoriano, & Dominus meus in capitu. quòd clericis. & in c. ex parte, supra eodē. & Ange. in d. l. hæres absens. §. primo. Et idem dicendū est, si ex alijs coniecturis posset deprehendi, ꝙ animus alicuius nō est cōtrahere domicilium in loco habitationis. exemplum, Si aliquis colendi ruris causa in colonia habitat, seu conuersatur, sed in municipio semper agit: in illo emit, contrahit, vendit, eo in foro balneis vtitur & spectaculis, dies festos agit, & alijs municipij commodis fruitur hic, nō in colonia, seu ruri, sed potius in municipio dicitur domicilium constituisse, tex. est in l. eius, la 2. §. 1. ff. ad municip. Et intellige secundum Glo. ibi ad hoc, vt dubitatio procedat, quando colonia seu villa non suberat municipio, & vide Glo. in cap. dilectus filius I. supra de rescript.

¶ Et etiam circa hūc articulum habitationis, vide Barto. in l. iurisperitos, in princ. ff. de excu. tuto. qui vult, quòd ille, qui conducit domum pro tempore, quòd sibi placebit, efficitur incola, quia in perpetuū vr̄ conducere, quod dictū est intelligendū secundū superiores doctrinas, & theoricas. Et aduerte, quia in quibus casibus dixi, acquirit domiciliū per habitationē: dic, quòd illud procedit non solùm si habitatio sit in ciuitate seu municipio, sed etiam si sit in vico seu comitatu, vt l. pupillus. §. incola. ff. de verbo. signific. Nec obst. l. est verum. C. de incol. per quam quidam dicunt, quòd illi, qui non stant in ciuitate, nō acquirūt incolatū. Sed Glo. reprobat prædictam opin. & bene, per d. §. incola. & ad l. est verum. respondet, quòd loquitur de his, qui morantur in villa eo animo, vt constituant ibi domicilium.

¶ Circa 3. membrum princ. istius quæst. qualiter, & quibus modis quis domicilium quærat per iuris dispositionem, intelligendo, vt dixi in prin. breuiter dic, quòd pluribus modis.

27 ¶ † Primò per l. statutum, & l. priuilegio. & ibi no. Bal. C. de incolis. alleg. etiam c. antiqua. de priuil. & l. fi. C. de ven. rerum ciuitatis. & l. 3. §. planè. ff. quod vi aut clam. facit quod dicam in sequen. ca. dicit tamen Bald. in l. 1. C. de mu. & orig. quòd statutum non potest facere, quòd domicilium transeat ad filios, de quo statim dicam in ver. 13.

28 ¶ † Secūdò quæritur domicilium per priuilegiū principis, vnde ex priuilegio principis potest quis sequi domicilium matris, & non patris, vt l. 1. in fi. ff. ad munic. dixi latius supra, in rubr. ver. 82.

29 ¶ † Tertiò per adeptionem dignitatis, & in loco, no. Dominus meus hic, & no. in l. 1. ff. ad municip. & ibi per Barto.

30 ¶ † Quartò per prælaturæ adeptionem in aliquo loco, no. Bart. in d. l. 1. & in l. fi. §. fi. ff. ad municip. & Lapus in c. 2. de offic. deleg. lib. 6. Domi. meus in c. fin. de paro. Et ideo effectus Abbas in aliquo loco ibi sortitur domicilium. no. Innoc. in c. ex ore, infra de priui. & Ioan. And. in c. statutum. §. cùm verò, de rescript. lib. 6. & Dominus meus in c. postulasti, sup. eo. tetigi sup. in 4. q. in fi. tradit Bart. in d. l. 1. & in l. ciues. C. de incolis. lib. 10. & Dominus meus in d. c. fi. inf. de parochijs.

31 ¶ † Quintò per monachationem. licet enim monachus non admittat ciuilitatem, vt dicā in 9. quæst. prin. tamen efficitur ciuis loci, vbi monachatur, secundùm Barto. in d. l. 1. & Domi. meum in d. c. fi. & vide quod dicam infra, in 5. q. prin.

32 ¶ † Sextò quæritur domicilium per clericatum, de quo latè dictum fuit in c. 1. supra eod. Iste tamen modus non videtur propriè pertinere ad domicilium, sed ad fori mutationem, seu adeptionem. glo. tamen in dicta l. hæres absens, de iudi. & Innoc. in c. ex ore. de priuil. & Do. meus in c. postulasti. volunt quòd clericus per ordinis receptionem sortiatur domiciliū in loco recepti ordinis, quod intelligit Dominus meus in c. 1. supra eo. quando Episcopus ordinauit aliquem nomine proprio, tanquam subditum, vt quia habebat domicilium in sua diœcesi: secus si ordinasset alterius episcopi nomine. arg. c. si Episcopus. de præben. lib. 6. & sic in dicto casu sentit Domi. meus, quando est ordinatus à proprio episcopo, quòd duplici vinculo sortietur ibi domicilium, vel poterit ibi conueniri.

33 ¶ † Septimò, per militiæ assumptionem, seu militarem expeditionem, secundùm Barto. in d. l. 1. de quo latius dixi in rubr. vers. 69. facit quod dixi in versic. præced.

34 ¶ † Octauò per assumptionē officij, vt senatoriæ, aut potestariæ, &c. secundùm Barto. in d. l. 1. & l. ciues. C. de incolis.

35 ¶ † Nonò per lecturam. vnde doctor conductus ad legendum, secundùm aliquos, sortitur ibi domicilium ciuitatis. tradit Barto. in l. filij. §. fin. ff. ad municip. quamuis quædam lecturæ non habeant hoc
a dictum.[a]

36 ¶ † Decimò, per matrimonium, dixi in rubri. versicu. 66.

37 ¶ † Vndecimò, per manumißionē, dixi latè in rubrica, vers. 65. facit quod dixi supra in 4. quæst. prin. in fine.

38 ¶ † Duodecimò quæritur per adoptionem. dixi in rubri. vers. 4.

39 ¶ † Decimotertiò per successionem, quod est verum respectu filij quò ad patrem, solùm de domicilio originis, vt dixi supra, remittendo me ad ea, quæ dixi in rubr. vers. 82. quia tale domicilium est immutabile. sed domicilium proprium, quod habetur ex
b voluntate[b] & assumptione, vt dixi in secundo membro princ. istud non transit ad filios, vt est tex. & ibi not. Barto. in l. libertus. §. patris. ff. ad municip. vt dicit Bal. in l. 1. ff. & C. de municip. & ori. lib. 10. quòd cùm tale domiciliū requirat factum hominis, ideo ipso iure non transit ad filios, sicut nec possesio, vt l. assumptio. §. filius. ff. ad municip. ideo infantes non dicuntur habere tale domicilium, nisi habeant tutorem vel patrem, qui intendat eis constituere: nam faciēt incolam sicut possessorem, de quo latius dixi supra in 3. quæst. princ. & subdit Bald. quòd hoc est vtile scire. pone enim, quòd pater tuus constituit domicilium in hac ciuitate Senarum, deinde mortuus est relicto te infante: certè non poteris hic grauari vel conueniri, quod intellige de contractibus alibi

ADDITIONES.

a ¶ *Hoc dixit Bart. in l. municeps. ff. ad municip. Flor. in c. fi. de paroch.*

b ¶ *Ex voluntate. Id quod ibi Bart. dixit, existimauit nouum, & singu. Roma. in singu. suo 79.*

alibi celebratis per patrem, vt dicam in 7.q. quia hic non es originarius, nec incola: ideo debet dari tibi tutor, qui constituat domicilium tibi. nec ex eo, quod statutum diceret, quòd domicilium hoc transeat ad filios, posset grauari aut conueniri, quia tale statutum non videtur valere, quia lex non potest inducere factum, sicut nec impedire, vt l. in bello. §. factæ. ff. de capt. In contrarium mihi dicit Bald. quòd fortiter obstat cap. 2. supra de consue. vbi statutum transfert possessionem. vnde Bal. dicit, cogita. Ego arbitror, quòd statutum posit hoc facere, per id quod statim dixi in princ. huius tertij membri, & quia si hoc potest fieri cõuentione, & transit ad successorem, vt statim dicã, fortius videtur, quòd possit fieri per statutum, argu. no. per glo. in rub. C. de decu. lib. 10. domicilium verò ex conuentione paterna quæsitum, videtur transire non solùm ad filios hæredes, sed ad quoscunque hæredes, etiam extraneos: quia nõ potest libera voluntate mutari. ad quod vide quod dixi in rub. vers. 82. in successorem verò singularem nõ est dubium, quòd domicilium non transfertur, vt est tex. & ibi no. Bald. l. cùm neque. C. de incol. & ibi etiam alleg. l. libertus. §. sola. ff. ad muni.

40 ¶ †Decimoquartò quæritur domicilium per relegationem. relegatus enim in eo loco, in quem relegatus est interim etiam necessarium domicilium habet. & hac ratione dicit ibi Bar. quod per confinationem sortitur quis ibi domicilium, vbi cõfinatus est, secundùm glo. in l. ciues. la 2. §. fi. ff. ad municip. quæ dicit, quòd procedit, quãdo relegatio est perpetua, aliàs non nisi maiorem partem fortunarum habeat ibi per l. ciues. C. de incolis, vel saltem per 10. annos sit facta relegatio, vel confinatio, per l. nec ipsi. C. de incol. Et adde ad hoc, quod dicam de bannito in 9. q. princ.

41 ¶ †Decimoquintò ratione cõmunis patriæ quæritur domicilium, de quo tetigi supra, in 2. q. princ. in tertio membro, & latius dicam infra, in materia iuris reuocandi domum, super glo. fin.

¶ Postremò no. circa prædictos modos, quòd in omnibus casibus per quos quis acquireret domicilium in ciuitate, si in ciuitate celebrarentur ex eisdẽ gestis in territorio, vico, seu villa, etiam quæritur domicilium in ciuitate, cui subest villa vel locus, vt l. pupillus. §. incola. ff. de verb. signific. Nec obst. tex. l. est verum. C. de incolis. quia respondere potes, vt dixi supra in fi. 2. membri.

¶ Circa 7. princ. quæst. quæro, qui, & quales effectus producantur ex domicilio. Sol. Dic, quòd duplex principalis est effectus.

¶ Primus respectu munerum.
¶ Secundus respectu fori.
¶ Primus ratione incommutabilitatis.
¶ Secundus potestate conueniendi.
¶ Tertius respectu potestatis citandi.
¶ Quartus præuentionis.
¶ Quintus vt præuentus non posit mutare.
¶ Sextus nec mutat, vt non posit ibi conueniri.
¶ Septimus respectu sententiæ ferendæ.
¶ Octauus respectu pœnæ imponendæ.

42 ¶ † Primus est respectu munerum & bonorum. Sed non pertinet ad materiam nostram. ideo vide in titulis conuenientibus.

43 ¶ †Secundus principalis effectus est, respectu fori. & istud pertinet ad intentionem nostram. Quare quantum ad hoc dicendũ est, quòd plures respectu competentiæ fori resultant effectus.

44 ¶ †Primus est circa ipsius domicilij incommutabilitatem, de quo effectu latius videbimus in 9. q. principali.

45 ¶ †Secundus effectus est, respectu potestatis conueniendi. ille enim, qui est incola, seu sortitur domicilium in loco, potest apud omnes magistros loci, in quo est incola, seu domicilium habet, conueniri. tex. est hic, & in l. incola. la 1. ff. ad municip. & in cap. dilecti. & in c. postulasti, supra eodem. & in l. hæres absens. §. proinde. ff. de iudi. Et iste effectus procedit siue loquamur in domicilio naturali, vt originis propriæ vel paternæ, de quo dixi in rub. vers. 82. Siue in domicilio accidẽtali, & de vtroque loquitur d. l. incola. est tamen aduertẽdum circa hoc domicilium accidentale, quia aut iste subiectus ratione istius domicilij, reperitur in loco domicilij, aut non. Primo casu, potest iudex domicilij in eum exercere omnimodam iurisdictionem, vt in Clem. 2. de re iudi. in c. cum contingat, supra eo. in c. 1. supra de off. ordin. & in c. cùm Episcopus, de offi. ordi. lib. 6. & in l. congruit. ff. de off. præsi. iuncto c. nostro. & c. dilecti. & c. ex parte, supra eo. & prædicta l. incola. cum si. Et est iste effectus satis latus contra tales, quia in loco domicilij possunt conueniri de omnibus: & sic tam de contractibus alibi gestis, quàm de re alibi situata, & etiam de criminibus alibi commissis, vt plenissimè dixi in c. dilecti. & in c. postulasti. & in c. sanè, supra eod. Nec mirum, quia iste forus domicilij est generalis & ordinarius ad omnia, quæcunque alibi contracta, gesta & perpetrata sunt, secundum Io. Cald. in c. 1. infra de rap. & sequitur hic D. meus, & bene. aliàs autem si de alibi gestis & commissis non posset quis conueniri in loco domicilij, forus domicilij superflueret: [a] quod nequaquã est dicendũ, & quãuis quis in aliquo moram traheret, vel habitaret cõtrahendo, vel quasi cõtrahendo, aut delinquendo, de cõtractibus & delictis ibi commissis posset ibi cõueniri, secundùm ea, quæ latissimè dixi in d. c. dilecti. & c. postulasti. tamen de cõtractibus alibi gestis, vel delictis perpetratis, non posset ibi conueniri, si non haberet domicilium ibi, quia in partibus suis coguntur se defendere, vbi habent domicilium: & si procuratorẽ nõ dimiserũt, imputatur eis. ff. qui. ex cau. ma. in l. ergo. & l. præced. & ff. qui. ex cau. in pos. ea. in l. hoc autem. & quod no. in c. consulationibus, supra de elect. & in c. causam, quæ. infra, de dolo & cõt. vnde iniquũ esset, quòd se duobus in locis defendere cogerentur, arg. c. fi. supra de rescript. & l. nulli. C. de iud. secundum Hosti. in c. quòd clericis, supra eo. & sequitur D. M. Sequitur ergo, quòd ad hoc, vt quis posit conueniri de alibi gestis, requiritur quòd habeat domicilium in loco, vbi conuenitur: & ex prædictis sequitur, quòd gl. in l. hæres absens. ff. de iudi. in quan-

ADDITIO.

a ¶ *Quod non est dicendum, cum nihil in natura & arte debeat esse ociosum, vt inquit Themistius in primo de anima, & in prima de consti. C. §. quib. §. minorem. Insti. de adop. l. qui bis idem, de verb. oblig.*

in quantum vult, quòd scholares ratione studij sortiantur ibi forum, ibi vt teneantur respondere, per tex. in auth. habita. C. ne filius pro patre. & sic videatur sentire, quòd etiam si contraxerint in partibus suis, quòd posſint in loco studij conueniri, sic intel-
a lecta non est vera,[a] nisi loquatur ratione cõtractus, vel quasi, aut delicti, vel quasi, ibi gesti & celebrati, vel nisi scholares ibi constituerunt domicilium, vel per expressam assumptionem, vel per cursum decennij, secundùm ea, quæ dixi in præced. q. in secundo membro princip. & dicam in 10. q. prin. Et hæc probantur etiam per l. 2. C. de incol. & per not. in l. lex Cornel. §. si tamen. ff. de iniur. Nec ob. auth. habita. quæ vult, quòd possint conueniri in loco studij ratione contractus, vel quasi, quia debet intelligi de contractu, vel quasi, ibi celebrato, secundùm Cy. in l. 2. C. de iurisd. om. iud. & mihi placet. Sed an ex contractibus prius celebratis, vel delictis alibi commissis, quàm in loco domicilij, possit conueniri in loco prioris domicilij, si postea mutauit domicilium? dic vt dicam in 10. quæst. princ. Et quid iuris si non mutauit domicilium, de delictis commissis extra territorium, vel in loco exempto, an iudex domicilij possit cognoscere, vide quæ latissimè dixi in c. qualiter, el 2. de accu. in 5. prin. art. q. 11. Item cùm contrahēs vel quasi, delinquens vel quasi, possit conueniri in loco cõtractus & delicti, & etiam in loco domicilij, vt dixi, cui detur optio circa electionem istius fori. dic vt latius dicam infra, in 4. princ. art. post glo. fin.

46 ¶ † Tertius effectus est, respectu potestatis citãdi. qui enim in aliquo loco sortitur domicilium, licet sit absens: tamen secundum communem opin. potest citari quo ad omnes effectus, vt scilicet procedatur contra eũ, vel ad missionem in possessionem, vel ad cõdemnationem, si status causæ patitur, vbicunque sit remanet eius subiectus: & citatio decernitur in proprio territorio ipsius iudicis, licet nun-
b cius exequatur extra territorium,[b] sed talis executio nuncij non est actus iudicialis: ideo potest exerceri extra territoriũ, vt no. in c. nouit. de off. deleg. & in c. Romana. §. contrahentes. eo. tit. lib. 6. hoc etiam sentiunt Hosti. & Ioan. Andr. in c. 1. de rapt. & tenet hic Ioan. de Lig. & communiter sequuntur Moder. facit l. omnes. §. si verò apparitor. C. de episc. & cler. & quod ibi no. Cy. & in l. 2. de off. præfec. vrb. de qua materia vide latius per Ioan. de Imo. & latissimè per Zab. in clem. pasto. §. vt illud. & quod ibi dixi, de re iud. in 3. q. prin. Sed nunc omitto, fortè aliàs dabitur latior dicendi locus.

47 ¶ † Quartus effectus est, respectu præuentionis. si enim quis propter eandem causam potest conueniri in loco domicilij originis & contractus, & sic de singulis, secundum ea, quæ dixi in 4. q. princ. potest iudex domicilij præuenire alios, qui de ea re possent cognoscere, secundùm ea, quæ latius dixi in capitu. præcedenti.

48 ¶ † Quintus effectus, qui sequitur ex prædictis, quòd subditus ratione domicilij præuentus a iudice domicilij, non potest in præiudicium iurisdictionis iudicis prçuenientis, seu partis, mutare domicilium, vt in cap. præcedenti, & ibi latius dixi & dicetur, infra 9. q. princ.

49 ¶ † Sextus effectus, quòd non solùm subditus ratione domicilij præuentus, nõ potest mutare domicilium in præiudicium iudicis præuenientis seu partis, sed nec potest mutare etiam nõ præuentus, quominus possit ibi conueniri ratione contractus iam celebrati, seu delicti iam commissi tempore existentis domicilij: mutatio & assumptio noui domicilij non videtur operari quantum ad prædicta. quod an sit verum, dicam statim in 10. quæst. Aduerte tamen, quia tunc potentia conueniendi non descendit ex domicilio, sed ratione fori contractus, & fori delicti, vt apparebit ex his, quæ dicam in prædicta 10. quæst.

50 ¶ † Septimus effectus est, respectu sententiæ ferendæ. quia sicut talis potest citari, siue sit præsens, siue absens, vt statim dixi in versic. 3. effectus. ita in casibus, in quibus potest perueniri contra eum, licet absentem, ad sententiam diffinitiuam, potest etiam hoc casu condemnari, & cõtra eum sententia ferri, si status vel qualitas causæ hoc patitur, etiam si sit talis sententia, quæ trahat secum executionem, non ex vi hominis, sed ex vi sententiæ iuris, vt in sententijs, quæ ex iuris dispositione infamant. Secus si sententia traheret secum executionem ex iudicis ministerio contento in sententia, de quo latius dicam infra, in 6. princ. art. si verò qualitas causæ non patitur, vt contra absentē perueniatur ad sententiam, tunc procedetur cõtra talem absentem ad missionem in possessionem ex primo & secundo decreto in causis ciuilibus, secundùm ea, quæ latè traduntur in c. quoniam, infra vt li. non contesta. & in l. si finita. §. Iulianus. ff. de dam. infec. per Barto. & Docto. vel ad alia remedia prodita contra contumacem, de quibus per glo. in l. 3. §. tutores. ff. de suspect. tuto. & l. si quis inter, in fi. de excu. tut. & per Baldum in l. consentaneum. C. quomodo & quando iudex. per glo. fina. in cap. 1. de confes. lib. 6. in causa vero criminali, in grauioribus criminibus, in quibus venit imponenda pœna à relegatione, supra, poterit procedi ad annotationem bonorum: hoc est, ad descriptionem omnium bonorum, & si accusatus non comparet intra annum, publicantur omnia bona, vt l. 1. & 2. C. de requi. reis. tradit Bart. in l. absentem. ff. de pœ. in 2. q. & Domi. meus in cap. veritatis, infra de do. & contu. de quibus remedijs proditis contra cõtumacem, latius videbimus, infra de do. & contuma.

51 ¶ † Octauus effectus est, respectu pçnæ imponendæ, si existēs de vno domicilio, deliquit extra domicilium. Circa quod glo. 12. dist. cap. illa. & c. illud. & Ioan. de Lig. plenius in Cle. 2. de re iudi. tãdem concludit, quòd aut tam in loco cõmissi delicti, quàm in loco domicilij, pœna imponitur ipso facto, & tũc iudex domicilij puniet eũ pçna loci delicti, qui statim, quòd deliquit, incidit in dictam pœnam: ideo nõ debet pro eodem delicto iterum puniri. Itē quia statutum domicilij nõ potuit ipsum afficere, ex quo imponit

ADDITIONES.

a ¶ *De illa glo. vide etiam Barto. ibidem, & in tract. repræsa. in 5. q. princ. & in l. lex Cornelia. de iniurijs.*

b ¶ *An & quando possit quis citari extra territorium, quando commissio facta fuit in loco domicilij, vide Alxan. in l. fin. ff. de iurisd. om. iud. & Old. in cons. 88. Rotam in decis. 467. & Soci. in cons. 167. incip. non inutilis. in vers. præterea priuari. lib. 2. Cornæus cons. 79. lib. 3.*

imponit pœnam ipso facto: & ideo cum tempore delicti commissi reperiatur alibi, non ligatur illa pœna, ne videatur extẽdere vires extra territorium, & hoc casu propriè loquitur c.2. de constit.lib.6. Si verò nulla pœna imponitur ipso facto, sed venit imponenda per iudicem, & hoc casu, si per statutum loci delicti magis aggrauatur pœna delicti, vel inducitur nouũ delictum, debet puniri per iudicem loci delicti, & secundùm statutum illius loci. non enim potest iudex domicilij inducere delictum de nouo extra suum domicilium; licet possit delictum aliàs à iure communi originatum aggrauare maiori pœna. Si verò pœna loci delicti non est grauior, nec delictum de nouo originatur, & tunc poterit iudex domicilij punire eum secundùm statutum suum, quia hoc casu, statutum non ligat delictum commissum extra territorium: nec exequitur extra suam iurisdictionem, sed dicit ius in subditum suum, secundum legem suam, quam exequitur tempore sententiæ, & sic videtur sentire Ioan.de Lign.quòd statutum loci domicilij non potest apprehendere delinquentem extra, quando imponit pęnam ipso facto: ne videatur executionem facere extra suum territorium. Sed in contrarium facit, quia sicut iudex potest cõdemnare subditum vbicunque delinquentem, vt dixi in præcedenti effectu: ita videtur, quòd statutum possit etiam ligare subditum, vbicunque delinquentem, si hoc intendit & exprimit: secus si hoc non exprimit vel intendit, sed generaliter loquitur, quia tunc non ligat. & ita procedit cap.2. de constitu.lib.6.secundùm Bar.in l.1.C.de sum.Trin.
a quod dictum multum limitat d.c.2. Sed Ange.[a] in l.fin.ff.de iurisdict.omn.iudi. reprobat hoc dictum, & etiam Domi.meus hic reprobat dictam opin.dicens considerandum esse, quòd cap. 2. in §.fin. non dicit illum non ligari ex defectu voluntatis statuentium, sed potius ex defectu potestatis, vt clarè colligitur ibi dum dicitur, quia extra territorium ius dicentis nõ paretur impune. & idem dicit d.l.fi. Item vbi statutum imponit pęnam ipso facto, cùm incontinenti liget.arg.2.q.3.c.notandũ. & in l.prima.ff.ad Turpil. videtur etiam fingere esse in loco, vbi delictum est commissum. Sed in illo esse non potest ex defectu iurisdictionis. ergo, &c. Præterea statutum est lex territorij, vt d.c.2. ergo non potest puniri delictum extra territorium cõmissum. & hoc videtur sentire Io.And.in regula, cùm sint iura partium. de reg.iur. lib.6. in mercu. & Federic. consil. 16. & ita residet Domi.meus hic. Sed tu aduerte, quia Ange. aliter videtur dicere in repet. l.si vacantia. C. de bo. vacan. lib.10. de qua opin. vide quæ latius dixi in c. qualiter, el secondo, infra de accus. in 5.princ. artic. q.11. Et vide quæ dixi in cap. à nobis, el 1. infra de senten.excom.in princ.artic.

52 ¶ † Octauò principaliter quæro, vtrum domicilium mutari, amitti, seu perdi possit. Sol. Dic, ꝙ aut loquimur in domicilio naturalis originis propriæ vel paternæ, aut in domicilio accidentali.

¶ Primo casu dic, quòd tale domicilium per solam voluntatem non potest mutari aut transferri: hominis enim voluntas, assertio, assumptio, seu renunciatio in his, quæ naturalia sunt, nihil operatur. tex.est in l.assumptio, in prin.ff.ad mun.& in l.origine. C.de muni.& orig.lib.10.& ibi glo.per quæ iura hoc etiam tenent Do.meus in c. præced.& per c.3. de temp.ord.lib.6. Spec.& Ioan.And. de cõpe.iud. adi.vers.42. sicut enim iura sanguinis, pactis aut voluntate viri mutari non possunt, vt in l. iura sanguinis.ff.de re. iur. & in l. ius agnationis. ff. de pact. Ita & naturalis origo. facit instit. de iure naturali. §. sed naturalia. tenet etiam glo.in l.penult. ff.de sena.vnde licet quis ad alium locum trãsferat domicilium: tamen propriæ ac paternæ originis domicilium retinet, nõ solũ quo ad temporalia, sed etiam quo ad spiritualia. de temporalibus probatur in d. l.assumptio.& in d.l.origine. de spiritualibus verò in c.3.de tempo.ordi.lib.6.vbi dicitur, quòd Episcopus ratione originis potest promouere ad ordines.tenet Do. meus in cap. fin. de paro. Et hoc procedit in domicilio cuiuscunque loci, etiam vilissimi, vt est text.in l.fin.& ibi no.glo.fi. C.de municip. & origin.lib.10. facit etiam l.1. eod. titu. fortius ergo in domicilio magnifico. Et ad prædicta faciunt, quæ dixi supra in 2.q.princip.vnde fit conclusio, quòd voluntate, aut animi destinatione, vel rerum etiam trãslatione, aut in alio loco, habitatione, laris constitutione, vel rerũ comparatione, seu emptione, nõ mutatur nec amittitur hoc domiciliũ. Item nec per adoptionem mutatur, aut amittitur, vt in l.ordine.§.fi. ff.ad municip. & in l.adoptionibus.de adop. Item tale domicilium non amittitur etiã per relegationem, vt no.in l.eius, la 2.in fi.ff.ad munic. Et in loco originis potest conueniri, & procuratorem constituere, vt l.Papinianus exuli. ff.de mino. A.B. Aduerte tamen, quia Barto. in tract.repræsaliarum.in 6.quæst.princ.versic.ad secundum. dicit quòd si represaliæ sunt concessæ contra homines de Florentia, vel Florentiæ, videtur ꝙ
b non possint exerceri cõtra ciues[b] Florentinos alibi habitantes, quia nõ dicuntur Florentiæ, nec de Florentia: nam talia verba Florentiæ, vel de Florentia, debent intelligi de eo qui ibi conuersatur & moratur.l.1.§.bestias.ff.de postu. Et magis hoc casu debemus inspicere accidens, quàm originem. & ita consuluit Do.Albertinus de Rampo.refert tamen Bar. alias opin.de quibus ibi per eum, & tandem subdit, quo ad illam materiam repræsaliarum, opin. suam, vide ibi per eum. Sed quicquid sit, quo ad illam materiam, propter verba cõcessionis repræsaliarũ, quantum ad materiam nostram tenet, quod supra dixi, quòd sola animi destinatione, vel rerum aut personæ translatione, non amittitur domicilium originis. Ma. Sed domicilium accidentale bene amittitur relegatione, vt dicam in sequen. quæst.in qua etiam latius dicam de bannito. Insuper etiam nec per monachationẽ amittitur, quia monachus retinet iura agnationis, vt l.Deo nobis.C.de epis.& cle. tenet Bart.in l.1. ff.ad muni. mouetur, quia quis per monachationẽ mutat statum in melius, quia melior est

ADDITIONES.

a ¶ *Sed Ang. Vide Doct.præsertim Moderniores, in d.l. fi.ff.de iurisdic. omn.iudi. & Canonist. in d.c.vt animarum.& Bal.in l.pen.col.5.de execut. rei iud.*

b ¶ *Adde quod dicit Bart.in l.1.§.remouet, vers. & iste §.inducitur.ff.de postu.& quod no.per Ang.Are. in §. sed naturalia.de iure nat.gen. & ciui.Bal.in cons. 185. lib.5. & Pet. Phil. Corn. in cons.177. lib.4.*

est vita cotemplatiua, quàm actiua, vt in Authen. de mona. in prin. 2. q. 6. c. sancta. sed per meliorem statum superuenientem non perditur ciuilitas, vt l. senatores. ff. de sena. ergo, &c. Et idem etiam sentit Barto. in l. ordinc. §. fi. & in l. ciues. C. de inco. lib. 10. & Dom. me. in cap. fin. de paroch. vbi etiam idem tenet in Abbatibus & alijs præpositis ecclesiarũ: quia licet efficiantur ciues, vbi habent Abbatiam, vel dignitatem: non tamen amittunt domicilium originis, & tenet Barto. in d. l. 1. vide quod dixi supra in 6. q. ver. 4. & 5. & idem tenet Ang. in l. hæres absens. §. 1. in fi. ff. de iudic. Aduerte tamen: quia tex. videtur velle, quòd quamuis difficile sit tale domicilium amittere, tamen videtur amitti posse. vnde si quis domicilio relicto nauiget, vel iter faciat quærẽs quò se conferat, atque vbi consistat: hunc putat Celsus sine domicilio esse, tex. est in l. eius. la 2. §. Celsus. alias est lex, si quis instructus. ff. ad mu. vnde cum tex. simpliciter loquatur, videtur ꝙ vagabundus amittat domicilium illud. sed hoc non placet glo. ibi, & bene, nisi tale domicilium casmate perijsset, vt in ciuitate Sodomæ & Gomorræ, Adria & Rimensi, Anthiocena, & quibusdam alijs: quæ tempore Alexandri tertij conciuis nostri, anno 1170. terræmotu perierunt, vel si ciuitas originis passa esset aratrum, vt Troia & Carthago, vt l. si vsusfructus, & ibi etiam glo. ff. quibus mo. vsusfru. amit. Item Brixia, & Bononia semel passæ fuerunt aratrum, vt traditur in procem. Digestorum, & Bononia prius vocabatur
a Thesolonia.[a] 11. q. 3. c. cum apud. sed postea ex Principis indulgẽtia reædificata, fuit vocata Bononia, vt dixi in c. dilectus. el 2. infra de simo. in 4. q. princ. tradit Io. And. post Ros. in addi. Spec. in tit. de compe. iudi. adit. versi. 42. & idem etiam si ciuitas capta esset secundum gl. in d. §. Celsus. per l. loca. ff. de religiosis & sump. funerum. Hoc tamen, vt dicit Bar. est intelligendum, quãdo esset capta ab hostibus populi Romani, vt à Saracenis. nam tunc perditur beneficium ciuilitatis illius ciuitatis: secus si vna ciuitas capiatur ab alia, vt l. si quis ingenuam. §. fi. & in l. hostes, & ibi no. ff. de captiuis, & idem dicit gl. prædicta, si omnes recesserunt: puta, propter aërem pestiferum, aut simile periculum moræ ibi trahentis, vt in Babylonia. Et aduerte: quia quod dixi, quòd domicilium quod amittitur, si ciuitas originis passa est aratrum, vel casmate perijt, aut est capta ab hostibus, vel penitus derelicta, procedit, quando ciuitas cum toto territorio aliquod prædictorum passa fuit: secus si sola ciuitas, vel pars ciuitatis hoc esset passa. argu. l. qui ex vico. ff. ad mu. iunctis his, quæ traduntur in l. pupillus. §. territorium. & §. incola. ff. de verbor. signific. vnde non sufficit ciues recessisse à ciuitate, nisi recesserint à toto territorio, sed si recesserunt de vno loco territorij, & transtulerunt ad locum alterius territorij: tunc illa ciuitas esse desinit, secundum Bart. in d. §. Celsus. allegat no. per Innocen. in c. Abbate. de verbor. signif. Insuper etiam dicit glo. in d. §. Celsus. quòd quis potest desinere esse de loco originis per priuilegium, & ibi senatores, & filij, ac nepotes iam nati, speciali priuilegio eximuntur à domicilio originis, vt l. filij. §. senatores. ff. ad munic. quod intelligunt ibi glo. & Doct. & bene, quo ad onera, non quo ad honores. & idem etiam putat Barto. in d. §. Celsus. per pœnam impositam, per quam aliqua ciuitas per sentẽtiam Principis sit priuata omni iurisdictione & ciuilitate. nam isto modo perditur domicilium ciuilitatis, sicut dicimus in priuato condemnato, vt in l. quod ad statum, & l. qui vltimo. ff. de pœnis. Insuper adde, quòd is, qui propter aliquod delictum, puta quia legatos hostium verberauit, hostibus datur: amittit domicilium originis, seu ciuilitatis, si ab hostibus recipitur: secus si non recipitur, vt l. fina. ff. de legationib. in captis verò ab hostibus dicendum est, quòd ipsi retinent iura postliminij, de quo iure late, ff. & C. de capti. & postlim. reuer. Et secundum prædictos modos, vel aliquem prædictorum modorum, propter causas prædictas, si quis nauigaret quęrens vbi se collocaret: esset sine domicilio, vt dicit Celsus, vt potest intelligi §. Celsus, quòd est sine domicilio, scilicet accidentali, sed nõ sine domicilio naturali. Aduerte etiam: quia etiam speciale priuilegium matrimonij videtur esse, propter quod mulier nupta alienigenæ uidetur amittere domicilium propriæ originis. Ita no. glo. in l. origine. C. de mun. & origi. lib. 10. per l. 1. C. de mul. & in quo loco. lib. 10. facit etiam l. cum quædam. ff. de iurisdictio. omn. iudic. & lex fina. §. item rescripserunt, mulierem. ff. ad munic. & Barto. ibi dicit, quòd hoc procedit quò ad ea omnia, per quæ persona mulieris posset abstrahi à seruitijs viri. Et ideo in loco propriæ originis non potest vocari ad honores, munera seu iudicia, & ita procedat d. l. 1. & d. l. cum quædam. & §. item rescripserunt. sed
b quò ad alia[b] mulier non mutat originem, per l. assumptio. in princ. ff. ad municip. Ego tamen reperio Zaba. consuluisse contrarium, in quo consilio simpliciter tenet mulierem mutare originem per matrimonium, per l. exigere dotem. ff. de iudic. qui tex. non multum facit. reperio etiam idem tenuisse Dominum Signorolum de Amadeis, de Mediolano, per glos. in l. origine. Sed opinio Barto. videtur æquior & magis fauere matrimonio, & eam uidetur tenere Domi. me. in cap. præceden. remittit tamen se ad no. per Barto. in d. §. item rescripserunt. Et per prædicta dicit Barto. quòd mulier alibi nupta, potest emere possesiones, non obstante statuto disponente, ꝙ forensis nõ possit ibi emere possessiones. Ego bis consului in quæstione facti, quòd offendens nuptam in alieno territorio, uel in aliena familia, non poterat gaudere beneficio statuti disponentis, quòd offendens aliquẽ ciuem, vel de familia, non gaudeat beneficio pacis. vnum consilium incipit, Generosus miles Do. Zelius. aliud incipit, in causa accusationis. vbi respondi ad dictum Barto. in l. fi. C. de priuileg. scho. per sponsalia verò contracta per verba de futuro, aut per concubinatum, vtrum amittatur domicilium

ADDITIONES.

a ¶ *No. Bononiam passam aratrum. & adde, quod habetur per Doc. præsertim Ias. in l. 1. in 4. colum. in 2. lect. C. de summa Trini. & fide catho. vbi ponit de materia cap. cum apud, hic alleg.*

b ¶ *Quò ad alia, &c. Vide Alexan. consil. 20. lib. 2. & de ista materia vide Felyn. in procem. Gregoriano, in 9. colum. vbi multa adducit, præsertim Ant. & Zaba. in consilijs, vide tamen Socin. in consi. 30. in 1. volum. versic. circa 4. & Pan. consi. 89. lib. 2.*

micilium fori originis, vide quæ dixi in rub. verſ. 66. Et no. quòd quæ dicta sunt de domicilio originis propriæ, arbitror etiam procedere in domicilio paternæ originis, quia eædem sunt rationes in hoc casu, quæ in origine propria. Insuper etiam aduertendum est circa modos, per quos dixi quæri domiciliũ ex iuris dispositione, secundùm quod dixi in 7. q. præced. in tertio membro, quia in illis non operatur animus hominis, sed iuris dispositio, & seruanda est ipsa iuris dispositio, nec ex eis potest quis facere, vt ius non habeat locum in actibus suis, vt l. nemo potest. ff. de lega. 1. & no. in Clem. gratiç. & ibi Doc. de rescrip. traditur etiam in materia protestationis per Do. Antonium, & Moder. in cap. cùm M. supra de constitu. & per Barto. in l. non solùm. §. morte. ff. de oper. noui nunc.

53 ¶ †Circa secundum membrum princip. de domicilio accidentali, quod acquiritur animo, seu assumptione, indubitatum est, quòd illud potest mutari, amitti, transferri, & multiplicari per varios modos, de quibus dicam in sequen. quæst. faciunt quæ dixi supra, in 6. quæst. princ. & etiam in 4. q. princ. quod tamen est verum, nisi in præiudicium præuentionis iam factæ, vt dixi in c. præced. & tetigi in præced. 7. q. versic. 5. effectus.

54 ¶ †Nonò principaliter quæro, qualiter, & per quos actus & modos domicilium possit mutari & amitti. Sol. De domicilio originis satis dictũ fuit in præceden. quæst. adde tamen, quod statim dicam de bannito & relegato. Sed domicilium accidentale, quod quisque potest sibi assumere, sicut propria voluntate potest illud assumere, secundum ea, quæ dixi in 6. quæst. princ. ita & propria voluntate, re & verbo potest illud amittere: & ad alium locũ transferre, vt l. assumptio. & l. libertus. §. 1. & l. nihil. ff. ad municip. facit c. 1. infra de reg. iur. Et aduerte, quia tex. in l. domicilium. ff. ad municip. dicit, quòd domicilium re & facto transfertur, & glo. in l. origine. C. de mu. & orig. lib. 10. dicit, quòd transfertur re & verbo, & non verbis tantùm. & idem Bal. in l. fi. C. de muni. & orig. & bene dicit, quia nec solo verbo, seu sola animi destinatione constituitur, vt dixi supra in 6. q. princip. & quamuis Bart. in l. de iure. ff. ad municip. dicat, quòd domicilium, quod cõstituitur nuda volũtate, potest nuda voluntate mutari: tamẽ intelligitur, quòd nuda voluntas non stet in finibus solius destinationis: Sed debeat ita intelligi, quòd vbi aliquis actus solus nõ sufficeret ad domicilij constitutionem, vtputa emptio possessionis, vt domus, aut conductio, vel habitatio parui temporis: si tamen emens, conducens, aut taliter habitans exprimit, quòd hoc facit animo constituendi domiciliũ, sufficit: & tale domicilium absque venditione possessionis nuda voluntate tollitur, sed quando domicilium ipsa re constitueretur, vtputa, propter possessionem omnium, vel maioris partis bonorum: tunc non sufficit solus animus. & hoc subdit Bart. in d. l. de iure. dicens, quòd incolatus, qui constituitur per maiorem partem fortunarum, vt l. ciues. C. de incol. & in l. hæres absens. ff. de iudic. nõ potest mutari nuda voluntate, sed opus est facto, vt l. domicilium. ff. ad municip. quod dicit Barto. esse notandum, per quod dicit semel vidisse quẽdam forensem conuentum pro quibusdam mercantijs, quas habebat: qui conuentus opponebat, ꝙ nõ debebat ibi cõueniri, cùm non sortiretur ibi forum. Sed quidam solennis aduocatus actoris respondebat, quòd imò sortiebatur, quia habebat maiorem partem fortunarũ suarum ibi: dicens, clarè constat, quòd iste habet hic istas mercantias: nec constat, ꝙ alibi habeat aliud, ergo est incola. & forte non malè dicebat, secũdum Barto. nisi probaretur, quòd alibi aliud haberet, vel nisi probaretur ꝙ illas mercantias haberet, tãquam transiens, non tanquam ibi requiescens. arg. l. eius. §. Celsus. ff. ad municip. & sic sentit Bart. ꝙ per possessionem omniũ vel maioris partis bonorum in vno loco quis sortitur ibi domicilium. de quo dic vt latius dixi in 6. q. princ. in secundo memb. in princ.

¶ Est ergo cõclusio secundùm Bart. quòd domicilium accidentale non transfertur solo verbo, sed opus est facto. & sic re & verbo, seu animo. Et idem voluit Bar. in l. prædicta. §. 1. ff. de fun. instru. per quẽ tex. nota. ibi, quòd quando quis recedit à loco, relicta familia & rebus, nõ videtur habere animũ transferendi domiciliũ. Sed quando quis recedit de loco cum rebus suis, præsumitur habere animũ mutandi domicilium, secundum Bar. in l. assumptio. §. penul. ff. ad municip. per illum tex. allegat etiam no. per Innoc. in cap. 3. de renunc. Et idem etiam dicit Barto. in l. domiciliũ. ff. ad municip. vbi etiam allegat dictũ Innoc. in d. c. 3. Sed Innoc. ibi non dicit hoc, sed loquitur de transeunte de vno beneficio ad aliud. placet [a] tamen dictum Bart. pro quo faciunt, quæ dixi in 6. q. prin. secundo membro, per monachationem verò & Abbatialem prælaturam, amittitur domicilium accidentale: cùm debeat esse continuo in monasterio, licet non amittatur domicilium originis, vt dixi in quæstio. princip. Quid autem de domicilio quæsito per adoptionem, de quo dixi in rubri. versicu. 4. dic, quòd soluitur per emancipationem. text. est in l. sed & si is. ff. ad municip. & probatur in l. in omni. & l. sequen. ff. de adopt. cùm similib. Insuper etiam hoc domicilium soluitur per relegationem, vt in l. eius. §. fin. iuncta glo. ff. ad municip. licet enim domicilium originis non amittatur relegatione, vt dixi in præcedenti quæstio. tamen secus est in domicilio assumpto.

55 ¶ †Quid autem de bannito, vtrum per bannum soluatur domicilium originis. de quo remisi me hic dicturum. & Bart. in l. fin. ff. de legatio. per illum tex. dicit, quòd sic, si est talis bannitus, qui possit impune offendi, quia dicitur hostis suæ ciuitatis, vt in l. amissione. §. qui deficiunt. ff. de capi. dimi. & idem dicit Bar. si est talis, qui sit prohibitus receptari. arg. eius, quod dicitur de eo, cui est interdictum aquæ & igni. Et ideo dixit Baldus in l. sed & milites. §. sed ignominia. ff. de excusa. tuto. quòd si fit proclama, quòd quilibet teneatur ire ad exercitum; non comprehenditur bannitus, quia nõ est ciuis. Et pro prædicta conclusione facit quæstio disputata per Vgo. de Fon.

ADDITIO.

a ¶ *Placet tamen.* *Adde Baldum in rubrica. C. si à non comp. iud. vide etiam notata per Alexandrum post Bartolum in l. lex Cornelia. §. domum, cum sequen. ff. de iniur. Cano. in c. fin. de paroch. & Bal. in authen. & omni. C. ne vxor pro ma. & in ru. C. de pæ. iudi. qui ma. iudi.*

de Fon.per mensem,quam refert Alber.de Rosa.in quæstionibus statutorum,quæst. 66. in qua dicit, q stante statuto Vercellis, quòd offendens Mediolanensem, puniatur in centum, quòd si aliquis offendit Vercellis Mediolanensem bannitum à Mediolano, effectũ incolã Vercellis tali offensione, quod ex ea de iure communi veniebat imponẽda maior pœna centum librarum, vt in incendio, quòd hoc casu non potest vti beneficio dicti statuti, quia ad hoc,vt sit Mediolanensis, non sufficit origo: quando domicilium originis esset sibi intellectum.alleg. ff.de verb.sig.l.prouinciales.& reprobat gl.ibi super verbo, eos: quia secundum illam glo. nulla fuisset dubitatio illius legis,per l.2. & l.incola. ff.ad munic. quam dicit determinare quæstionem prædictam: intelligendo eam,vt iacet. Sed Bar.in d.l.prouinciales, videtur ibi aliter intelligere. vide ibi per eum, allegat etiam Vgol.de Fon.in l.municeps. ff. ad municip.& l.ciues. C.de incol.lib.10. Sed quantum ad terminos nostros,quo ad effectum perdendi domicilij etiam originis cõcludunt præfati Docto. quòd sufficit,quòd non possit stare in loco originis,quod intelligo, quando nec in ciuitate, nec in territorio stare potest, per ea, quæ dixi in 8. quæstio. princip. Sed Domi.Nellus de sancto Gemin. in tractatu bannitorum, in prima parte secundi temporis,quæst. 5. & quæst. 55. dicit quòd bannitus perdit ciuilitatem in his, quæ pertinent ad sui fauorem:sed in his,quæ pertinent ad sui odium, non perdit: si est eius originis,vide ibi per eum. Sed circa prędicta occurrit dubium, quid iuris in exititijs, seu expulsis à ciuitate. Circa quod dicendum est, quòd tales propter hoc non amittunt domicilium,sed possunt ibi conueniri. hoc tenet Guido de Suza. per l.Papinianus exuli. ff.de mino.& l.eius.§.fin. ff.ad municip.facit l.de pollicitationibus.ff.de pollici. & quod no.in l.ad cognitionem. ff.quibus ex cau.pos.ea. & ibi per glo. & ratio est, quia ex quo præsumuntur habere animum reuertendi, nõ videntur in totum deseruisse, vt l.ex facto,in fi.ff.de hæredi.institu. nisi essent deportati, seu quasi deportati, & quia exularent omnibus bonis confiscatis. Nam tunc conueniri non possunt, sed fiscus illius ciuitatis,qui bona possidet,conueniretur,per l.tutelas. §.si liberta. & l.pertinet. ff. de capit.dimi.& ff.ad l.Iul.de vi publi.in l.tutores. & in l. prima. C. de fideiuss.secundùm Guid.de Suza.& sequitur Bal.in l.2. C.de iurisd.omn.iud.tenet Specu. in titu.de compe. iud.adi. §.1. versic. quid si aliquis Senensis. & vide quod statim dicam in materia vagabundi. & satis videtur rationabilis decisio. potest tamẽ fortè distingui,vt statim dixi de bãnito. Ange. etiam in l.hæres absens.§.1. ff.de iudi.sequitur dictã opi.& dicit,quòd si bona talis essent confiscata,non posset alicubi conueniri. quod intellige pro contractibus antea celebratis: secus si postea celebrarẽtur. D.Anton.dicit,quòd si bannitus,aut expulsus,alibi eligit domicilium, poterit ibi conueniri: si autem non eligit domicilium: tunc si non est spes quòd citò reuertatur, poterit ibi conueniri, tanquam vagabundus, & hoc etiam videtur fuisse de mente Spec. & est satis rationabile. ad quod allegat notata per eum in cap.clericis, supra eodem, vbi idem tenet dominus meus.

56 ¶ †Decimò principaliter quæro, quis sit effectus mutationis vel translationis domicilij. Sol. Dic, quòd aut quis transfert domicilium ea intentione, vt retineat primum, quod fieri potest, secũdùm ea, quæ dixi in 4.quæst. princip. & tunc in vtroque domicilio potest conueniri: & vterque locus domicilij habet effectus,de quibus dixi in 7.q.princip. Aut transfert in totum domicilium, ita quòd desinit habere domicilium in priori loco. Et hoc casu,quo ad cõtractus postea celebratos,vel delicta postea commissa,non potest amplius vexari,aut conueniri in loco prioris domicilij, sed in loco secundi domicilij, sed quo ad contractus tempore primi domicilij celebratos, & similiter de delictis commissis ibi, vel alibi, si facta est præuẽtio, mutatio nõ prodest, quo minus ibi teneatur prosequi, etiam si cõuentus fuerit ratione domicilij,per ea,quæ latius dixi in c.præceden.Si verò nulla facta esset præuentio: dic,quòd aut loquimur de contractibus, vel delictis ibi celebratis,vel commissis, aut alibi.

¶ Primo casu dic, quòd aut conuenitur ratione contractus vel delicti,& cogitur ibi respondere concurrentibus tamen his, quæ dixi in cap. dilecti, & cap.postulasti,supra eod. & hoc tenet Specu.in titu. de cõpe.iudi.adi. §.1. vers.quid si debitor.quia licet per mutationem domicilij mutetur forus, respectu vel ratione domicilij: non tamen mutatur ratione
a contractus vel delicti, [a] quia talis forus non est mutabilis, quia facta pro infectis haberi non possunt, vt in l.in bello.§.factę.ff.de capti.tenet Bar.in l.cùm quædam. ff.de iurisd. omn. iud. Et est casus apertus in l.2. C.de iurisd.om.iud.& tenet Domi.meus in c. præced. Adijciens rationem, quia si cõtraxisset, vel deliquisset alibi, quàm in loco domicilij: posset ibi etiam inuitus conueniri, vt d.c.dilecti.& cap.postulasti.ergo fortius quando contraxit in loco domicilij. Quare cum ipso tempore contractus & delicti concurrerent duo vincula: licet desinat vnum, videlicet domicilium: non tamen desinit aliud,videlicet locus contractus vel delicti. Et sic saltem virtute fori contractus, vel delicti, potest ibi conueniri. arg.no.Insti.de nup.§.affinitatis.& eorum, quæ dixi in c.cùm cessante,infra de appella. Aut conuenitur tanquam habens ibi domicilium, & dic vt dicam in sequen.membro. Si verò loquimur de cõtractibus alibi celebratis, seu de delictis alibi commissis, nec sit ibi facta præuentio. Quidam volunt, quòd licet mutet domicilium, tamen potest conueniri in loco primi domicilij.hoc voluit Bar.in d.l.2. C.de iurisd. omn.iud.ibi per illum tex.quem dicit non esse alibi cõcludit, quòd licet quis mutet domicilium, quod habebat tempore contractus, licet ibi nõ contraxerit, sed alibi, & licet mutet ante præuentionem: nihilominus poterit in tali loco, vbi habebat domicilium tempore contractus,conueniri. quod dicit singulariter notandum. Sed Do.Anto.in cap.præced. tenet cõtrarium,per illum textum & ad dictã l.2.respondet, quòd loquitur quando ibi contraxisset, & ita etiam videtur intelligere ibi Cy. Sed dicit Ioan. de Imo.

ADDITIO.

a *¶ Vide no.per Alexan.in l.cùm quædam puella.ff.de iurisd.omn.iud.& Ange.& Pau.in d.l.2.C.eo.& adde D.Francisc.de Are.in cons.136.col.2.& 3.*

de Imo. in cap. præceden. quòd si prædicta opin. do. Anto. esset uera, tex. in d. l. 2. debuisset dicere, quòd debet conueniri vbi habet domicilium, vel vbi contraxit: non autem debuit dicere, prout dicit, quòd conuenitur vbi habet domicilium, vel vbi habuit tempore contractus, & sic Ioan. de Imo. videtur residere cum opin. Bart. pro qua Domi. meus in cap. præceden. allegat rationem, quia contrahendo, videtur tacite se obligare vbi habet domiciliũ, & vbi contrahit, vt d. c. dilecti. supra eod. Nec obst. tex. in cap. præceden. qui potest intelligi, quando non conuenitur ratione contractus, sed fortè ratione rei alibi sitæ. Subdit tamen Domi. meus, quòd prædictus tex. nimis restringitur, cum indistinctè loquatur. Et similiter tex. in l. si quis postea. ff. de iudi. & in l. cum quædam. ff. de iurisdic. omn. iudi. quæ iura loquuntur indistinctè, & ponderant præuentionem. Quare concludit Domi. meus dici posse, quòd dictum Bart. non procedat, & ad illam l. 2. potest responderi, quòd potest intelligi de domicilio vbi contraxit, vnde habuit respectum ad id, quod communiter accidit, alias sequeretur absurdum, ꝙ reus non posset conueniri vbi cõtraxit, cum litera ibi tantum faciat mentionem de domicilio præsenti, & de eo, quod habebat tempore contractus, cui tamen forus contractus sit principalior respectu conuentionis. Item quia alias multum deterioratur conditio rei, quia posset conueniri, & vbi habet domicilium, & vbi habuit tempore contractus, & vbi fuit initus contractus, quod esse non debet. argu. cap. translato. de constitutio. facit d. cap. dilecti. supra eo. vbi dicitur, quòd ratione contractus quis potest conueniri vbi domicilium habet, & vbi contraxit. Quare cũ istud domicilium succedat in loco illius, ergo, &c. vt argum. c. translato. Ita concludit Domi. meus in cap. præcedenti, & dicit, quòd fortè hoc fuit de mente Bart. licet loquatur nimis generaliter, & prædictam opin. tenet Pau. de Cast. in d. l. 2. per d. l. si quis postea. & d. l. cum quædam puella. & mihi placet. vnde concludo, quòd si aliquis ante præuentionem mutauit domicilium, de alibi gestis non poterit conueniri in loco dimissi domicilij, pro qua conclusione faciunt, quæ latè dixi in cap. qualiter, el secondo, infra de accusa. in 6. princip. artic. quæst. 11. Et ad rationem Domi. mei potes faciliter respondere, quia aut tu vis, quòd ille videatur obligasse se in loco domicilij, quod tunc habebat, tanquam ibi destinauerit solutionem, & non potest, nisi ratione contractus, quia hoc operatur ipsa destinatio solutionis, vt dixi in d. cap. dilecti. Aut tu vis, quod videatur habuisse respectum ad domicilium, & tunc tanto tempore videtur esse obligatus, quanto tempore durat
a ipsa quantitas domicilij, quia limitata [a] causa limitatum parit effectum, vnde illo cessante, cessat potestas ibi conueniendi, maxime quia de natura domicilij assumpti est, vt possit mutari & transferri, vt dixi in 8. quæst. princip. Quid aũt si actor conueniret obligatum tempore prioris domicilij, reus vero excipit dicens, conuenias me in loco prioris domicilij. dic ut statim dicam in 4. princip. artic. in materia iuris reuocandi domum. Sed dubium maius & notabile occurrit, quid si non apparet, ꝙ taliter obligatus adhuc mutauerit domicilium, sed tamen non reperitur in loco domicilij, & conuenitur ibi, vnus comparet pro eo, & dicit, quòd ipse non intendit ibi respondere, cum iam mutauerit domicilium. hanc quæstionem non tangunt Doc. Ego habui de facto nunc est quartus annus in causa Comitis Aldribrandi de Ylcio, contra quem procedebatur hic ratione domicilij sui assumpti pro homicidio commisso per eum extra territorium, quia in comitatu de Ylcio quendam de facto suspenderat. Ego inter alia allegaui, quòd capitaneus, qui formauerat inquisitionem, non poterat cognoscere, ex quo hic non reperiebatur, & asserebat se mutasse domiciliũ per discessum suum, cum hic non haberet bona, sed habebat extra territoriũ in ipso comitatu de Ylcio, vnde ad transferendum domicilium sufficiebat solus animus cum recessu, per ea, quæ dixi in cap. præceden. & ad probationem animi sui stari debebat suo iuramento, maximè propter adiunctum actum recessus, faciunt no. per glo. Instit. de actio. §. aliç. & in cap. significasti. infra de homi. vbi uide alia multa iura, quæ ibi allegaui, faciunt etiam, quæ superius dicta sunt. Item facit, quia hic non reperiebatur, argum. eorum quæ dixi in d. q. 11. in d. c. qualiter. Et etiam ex similitudine fori ratione contractus, quando ibi non reperitur, per cap. Romana. §. contrahentes. eo. tit. lib. 6. & quod dixi in cap. dilecti. supra eo. in 3. quæst. princ. secundi princ. artic. vers. sed quæro iuxta prædicta, & per id quod dicit Ang. in l. hæres absens. §. 1. ff. de iud. vbi dicit, quòd si aliquis nõ reperitur in loco propriæ vel paternę originis, non potest ibi conueniri. ergo multo fortius in terminis nostris, cum difficilius mutetur domicilium originis, quam assumptionis, vt dixi supra in 8. q. princ. Et ex his, Deo duce, hæc materia fori ratione domicilij, consequuta est amplum, clarum, & ordinatum domicilium. Sed postquam in domicilio stetimus & aliquando de vagabundo mentionem fecimus, placet nunc aliqualiter euagari, & materiam vagabundi assumere, de qua supra in rubr. in versi. 114. remisi me hic dicturum, ideo pro clariori expeditione prosequar duas quæstiones.

¶ Prima erit quis dicatur vagabundus.

¶ Secunda, vbi sortiatur forum.

57 ¶ † Primò igitur quæro, quis dicatur vagabun-
b dus.[b] Sol. Glo. in l. eius. §. Celsus. ff. ad mu. dicit, ꝙ vagabundus dicitur ille, qui non habet aliquod domicilium, nec aliquam habitationem, & sic secundum illam glo. requireretur, ꝙ ciuitas originis suæ esset penitus destituta, vt dixi in materia domicilij in 8. q. prin. & ideo prædicta opi. communiter reprobatur, vt patet ex his quæ statim dicam, nisi diceres, quòd glo. intellexerit de eo qui non habet domicilium, scilicet assumptum, vel animo constitutũ. communis conclusio est quòd vagabundus dicitur, qui per mundum vagatur, ita dicit glo. in l. 4. §. prætor ait. ff. de dam. infec. & sequitur ibi Bart. & communiter Doct. idem etiam tenet Inno. in c. fi. de eo, qui mit.

ADDITIONES.

a ¶ *Limitata causa. De hac regu. vide Moder. latè in l. age. in 2. col. vbi multa ex hoc deciduntur. C. de transa.*

b ¶ *Quis dicatur vagabundus. Vide etiam per Ang. in l. cum hæreditas. la 2. ff. ad Trebel. vbi dicit glo. in l. 4. §. prætor. ff. de dam. infec. esse sing.*

mit. in pos. causa rei ser. in glo. fin. & tenet etiam in l. hæres absens. ff. de iud. & idem ego tenui post Do. Ant. & Ioan. de Imo. in Cle. causam. de elect. & probatur supra in 1. constit. huius compil. & in c. peruenit. 7. q. 1. & in d. l. eius. §. pe. & in Clem. 1. §. si verò, de sta. reg. & est bonus tex. & ibi glo. & Bal. in l. 1. C. de colo. Palesti. lib. 11. & in l. 1. C. de colo. Trecensibus. lib. 11. & tex. glo. & Bart. in l. 1. C. de tyronibus. lib. 12. Et per prædicta iura idem etiam tenet Ange. in d. l. hæres absens. §. 1. & tenent Bar. & Bald. in l. 1. C. vbi de cri. agi oportet. sentit Spe. & Io. And. ibi in addi. in titu. de compe. iud. adi. vers. 40. & extra in extrauag. execrabilis, Ioan. 22.

58 ¶ † Secundò quæro, vbi vagabundus sortiatur forum, & sic, vbi posit conueniri. Sol. Dic, quod potest vbique conueniri, & in eo habet locum illud dictū, vbi te inuenero, &c. in l. 1. C. vbi de cri. agi oportet. secundum Host. & Ioan. And. hic, tenet etiam gl. in d. l. hæres absens. §. at si quis. ff. de iud. in princ. gl. magnæ: ne alioquin creditor ius suum perderet. argu. ff. de ope. lib. in l. quod nisi. §. fin. & ff. de his, quæ in fraud. cred. in l. ait prætor. §. si debitorem, & ff. de eo, quod certo loco, in l. 2. & ff. qui satisd. cog. l. si fideius. §. fi. probatur etiam in d. l. 1. C. vbi de criminibus agi oportet. & ibi per Cyn. per l. 1. C. vbi quis decuriali vel cohortali. tenet Host. in sum. huius titu. §. 2. Bart. Ang. & Bal. in d. l. hæres. §. 1. & Bar. in l. eius. §. penul. ff. ad municip. Specu. in tit. de compet. iudic. adi. §. 1. versicu. sed quid si debitor vagatur. motus, ne aliàs creditores defraudentur, &c. vt supra dixi. respondebit ergo vagabundus vbique, & satisdabit secūdum Spec. & glo. in d. §. at si quis. & in l. 2. §. pen. ff. de iud. & per glo. in l. ciues. supra de incol. lib. 10. & ista fuit opi. Pilei, quæst. 19. & Rofredi Beneuentani, qui cōcludunt, vagabundum cogendū respondere vbique nisi idoneè caueat de redeūdo ad locum domicilij, vel contractus: quia vagabundus alium forum non habet, vt l. 1. & 2. C. vbi de crim. agi oportet, & supra dixi, & sequitur Ioan. And. in addit. Spec. ad dictum versi. sed quid si debitor vagatur, & Cyn. post Pet. in d. l. 1. C. vbi de crim. agi oportet. & Bald. post quendam d. Tho. qui dicit quòd hoc procedit nō solùm in delictis, sed etiam in contractibus. facit etiam ad prædicta: quia vagabundus omne priuilegium perdit, vt in l. si quis domesticorum. C. de domesticis & protectoribus. lib. 12. tetigi in c. postulasti. supra eod. sed aduerte: quia inquantum doct. volunt quòd vagabundus debet vel ibi respondere, vel satisdare de respondendo in domicilio: videtur necessario intelligendum vel de eligendo domicilium de nouo, vel de redeundo & respondendo in loco vbi prius habebat domicilium: quia si haberet domicilium, nō diceretur vagabundus, vt supra dixi, nisi diceres quòd Docto. dicunt intelligendo de foro originis, quod domicilium vagabundus non amittit (vt dixi in materia domicilij in 8. quæst. prin. & in 9.) sed dicit Domin. me. se putare, quod ex quo tempore conuentionis reperitur sine domicilio, & sic fundata est iurisdictio illius vbi reperitur, & conuentus est: videtur quod nō sufficiat præstare cautionem, cum sit præuentus per citationem. ar. cap. præceden. & l. cum quædam. ff. de iur. omn. iud. & argum. no. in c. 1. de obligat. ad ratiocinia, quia videtur hoc facere in fraudem: ar. optimum in c. ex parte. de priuilegijs. & in c. 2. infra ne cleri. vel mona. & ista fuit opin. Ioan. Cal. in c. 1. de rap. per dictam l. primam. C. vbi de crim. agi oportet.

59 † vbi tex. simpliciter innuit (secundum vnam lecturam) vagabundum posse puniri vbi [a] reperitur, & quòd iudex nō tenetur ipsum remittere ad alium locum: sed opin. contraria posset procedere in eo, qui habet domiciliū, sed aliqualiter vagatur. Item aduerte: quia Host. in summa huius tituli, §. 2. versi. quid de vagabundo. posuit aliam mirabilem opin. quam tetigi in Cle. causam. de elect. dicens sub dubio fortè quod vagabundus potest eligere locum, vbi conueniatur. argum. ff. qui satisd. cog. in l. si fideiussor. §. si necessarius. & in l. de die. ff. de iud. in l. hæres absens. quæ iura hoc non probant, & contra hoc dictum facit secundum Dom. Anton. l. non vtique. ff. de eo, quod certo loco, & ff. de iud. in l. interdum, posset enim eligere locum valde remotum ad incōmodum actoris. Item possunt induci aliæ rationes superius allegatæ. Quare dicit Dom. me. se putare simpliciter concludendum esse, quòd vagabundus simpliciter posit conueniri, vbi reperitur. Et prædicta fuit opi. Cal. quę mihi videtur de iure satis sustentabilis. Et ita potius arbitror, quod fuerit intentio Host. videlicet, secundum quòd intelligunt glo. & Doct. quòd vagabundus vel ibi respondeat vbi conuenitur, vel eligat locum sibi domicilij dimissi originis, vel contractus. Et no. quòd illud idem, quod dictū est de vagabundo, Spec. in titu. de compe. iud. adi. §. 1. ver. sed pone quidam Lucanus, & versicu. sequen. & Host. in summa huius tit. §. 2. volunt etiam esse de bānito, & expulso à ciuitate seu domicilio suo: quia talis dicitur quasi vagabundus, quod intelligo, nisi fortè etiam alibi habuerit domicilium, vel alibi constituerit domicilium, secundum quod dixi in materia domicilij, in 8. q. prin. & etiam in 9.

60 ¶ † Vbi autem debeat citari vagabundus: quia non est principalis materia nostra, omitto. cōclusio est, quòd debet ibi citari, vbi consueuit morari, vel vbi magis assiduè conuersatur, vide Innoc. in c. fi. de eo qui mit. in poss. causa rei seruan. tangit etiam in c. quia propter. in c. super. in verbo, penitus. de ele. & Spec. in ti. de comp. iud. adi. §. 1. ver. sed nunquid sufficit, & in ti. de rescrip. præsenta. §. ratione causæ. ver. quid si vagatur, & Ange. in l. hæres absens. §. 1. ff. de iud. dixi in d. Clemen. causam. de elect. & ex his expeditus sit breuibus iste artic. vagabundi: quia non debet quis esse vagabundus, & maximè scholaris: aliàs autem efficitur doctorellus, & non Doctor. gl. pen. tractat qualiter quis sortiatur forū ratione rei, & an hoc intelligatur tam de re mobili quàm immobili. in fi. glo. dic de hac materia, vt latè dictum fuit in c. sanè. supra eo. glo. fin. in princ. iustificat tex. allegando rationes, deinde assumit articulum de priuilegio, seu iure reuocandi domum: intermiscendo; quibus hoc ius competat, & ex quibus causis, & propter quas causas admittatur. In ead. glo. ibi, & Roma, communis patria. dic glo. in hoc princ. sentit, ex quo

ADDITIO.

a ¶ *Vagabundum vbique posse conueniri, tenuit Bald. in l. cum longi. col. 1. C. de lon. temp. præs. & Ange. in d. l. hæres absens. §. proinde. ff. de iudi. Alex. in l. alio. ff. quod cer. loco. & hic etiam per Mod.*

quo loco competat hoc ius reuocandi domum, de quo latius dicam infra, in 3.quæst. princ. In ea. glo. ibi, nec ius reuocandi domum. dic, glo. hic sentit ex quibus causis competat hoc ius reuocādi domum. In ea. glo. ibi, nisi tunc. ibi, contraxissent. iuncto ver. istæ personæ. dic, glo. hic tangit, propter quas causas quis amittat ius reuocandi domum. In ea. glo. ibi, item, qui causa dicendi testimonij. dic, glo. hic tangit, quibus competat hoc ius reuocandi domum, & ex quibus causis, ego dicam in 2.q.& 6. In fi. gl. dic, quia supra vltimo loco post glo.3. tractauimus de vagabundo, consequens est, vt redeamus ad domum, & quia supra in rubr. vers. 102. remisi me hic dicturum, de hoc iure reuocandi domum. Et quia ipsius articu. materia satis ineptè & imperfectè à maioribus nostris tradita est, ideo ut hanc materiam clarè, plenè, & ordinatè habeas, prosequar infrascriptas quæstiones.

¶ Prima, quid sit ius reuocandi domum, & quid differat à iure declinandi forum.

¶ Secunda, quibus competat hoc ius reuocandi domum.

¶ Tertia, ex quo loco competat.

¶ Quarta, ad quem locum competat.

¶ Quinta, in quibus causis seu iudicijs competat.

¶ Sexta, ex quibus causis competat.

¶ Septima, quando hoc ius seu exceptio reuocandi domum proponi debeat.

¶ Octaua, qualiter debeat proponi.

¶ Nona, coram quo proponi debeat, & quis habeat de ea cognoscere.

¶ Decima, qualiter debeat de ea cognosci, & qualiter concedi.

¶ Vndecima, quæ obstent dicto iuri, seu propter quas causas quis amittat dictum ius reuocandi domum.

¶ Duodecima, quis sit ipsius iuris vel priuilegij effectus.

¶ Primò igitur quæro, quid sit ius reuocandi domum, & in quo differat à iure declinandi forū, quo ad primum, qualiter diffiniatur, seu describatur hoc
61 ius. † Sic dicendum arbitror, quòd ius reuocandi domum est priuilegium, seu beneficium, vel facultas, quæ competit existenti extra proprium domici-
a lium ex aliqua alia necessaria [a] vel quasi necessaria, seu probabili causa, in cōmuni patria, seu loco communi, vel simili, per quam proponens de his, quæ in propria patria gesta sunt, si nō est legatus; & si est legatus, et de gestis extra propriam patriā regulariter declinat cognitionem iudicis competentis, & illam in aliud tempus à iudice præfigendum, præstita cautione, regulariter ad propriam patriā transfert. hæc diffinitio, seu descriptio probatur ex his, quæ latius infra dicentur. Et aduerte, quia illa verba, priuilegiū seu beneficium, vel facultas, ponuntur vt genus; verba vero sequentia, denotant differentias: & illa verba posita in diffinitione dum dicitur, ꝙ competit existenti extra proprium domiciliū, ponuntur propter ea, quæ dicam in 2.quæst. Quare autem ponantur illa verba, ex aliqua alia necessaria, &c. apparebit ex his, quæ dicam in 6. quæst. princi. Quare autem ponantur illa verba, in communi patria, &c. apparebit ex his, quæ dicam in 3. quæst. princ. Quare autem ponantur illa verba, de his, quæ in propria patria, &c. apparebit ex his, quæ dicam in 11. quæst. princ. in ver. 9. exceptio. Quare autem dixi, regulariter, apparebit ex his, quæ dicam in 9. quæst. princ. in ver. 9. & pluribus seq. Quare autem ponantur vltima verba, apparebit ex his, quę dicam in 12. quęst. princ. Quantum vero ad secundum membrū istius prin. quæst. quid differat hoc ius reuocādi domum, à iure declinandi forum, dic breuiter, quòd ille propriè declinat forum, qui non est suppositus iurisdictioni, vt in c. præcedenti. Si is, qui reuocat domū, suppositus est iurisdictioni, sed ex aliqua causa legitima non subsistente, neque in iudice, neque in aduersario, neque etiam in loco, non tenetur tunc respondere, si reuocat domum, secūdum quod ex infra dicendis latius apparebit.

62 ¶ † Secundò principaliter quæro, quibus competat hoc ius reuocandi domum. Sol. Dic, quòd competit existenti extra propriam patriam. Et ideo competit legatis nuncijs, testibus iudicandi causa vocatis, procuratoribus, & quibuscunque alijs necessariam, probabilem, aut quasi necessariā causam in loco communi, vbi conueniuntur habentibus, per tex. nostrum, tenet glo. nostra, & sequuntur Io. And. & Docto. hic. Quæ autem sint necessariæ aut probabiles causæ, apparebit ex his, quæ dicam in 6. quæst. princ. dicit tamen Bal. in l. 2. §. legatis. ff. de iudi. ꝙ hoc ius non competit exemptis, vnde si exemptus ex alia causa necessaria esset in curia Romana, posset ibi conueniri, & non competeret sibi ius reuocandi domum, quia nō habet alium iudicem, nisi Papam. & quamuis Bal. dicat hoc non esse dubiū, tamen dictum suum mihi non placet, & videtur esse contra tex. in c. fi. de dila. nam ex quo citatio erat facta in curia, & iudicium ibi erat inchoatum in curia, causa illa debebat solum agitari in curia, & tamen ibi competit hoc ius reuocandi domum, vt dicam infra in 5. quæst. prin. Et ideo dico, quòd quamuis quis sit exemptus, si tamen ex alia causa necessaria, aut iusta est in curia, habet ius reuocandi domū. posset tamen saluari dictum Bal. quòd istud non videatur proprium ius reuocandi domum, cum omnino teneatur in Romana curia respondere, sed & sic videatur potius quoddam ius differendi in aliud tempus, vt dicam in 5. quæst. princ. Sed tamen ideo potest appellari ius reuocandi domum, non ex eo ꝙ in propria domo caueat respondere, sed ex eo, quia repetet domum vt possit suis rebus prouidere & disponere, & etiam præuidere causæ intentandæ seu intentatæ in curia. Et ad prædicta etiam facit, quia contra ius competit etiam vagabundo, vt dixi supra in materia vagabundi, in 2. q. prin.

63 ¶ † Tertiò quæro, ex quo loco competat hoc ius. Sol. Doct. dicunt quòd competit ex Roma, vt hic,
b quia ista est communis patria, [b] vt dicit hic gl. & est tex. in l. Roma. ff. ad munic. Et ideo nisi hoc ius reuocandi domū competeret, teneretur quilibet ibi respondere, vt dicit gl. nostra. & vbicunque est Papa, respectu

ADDITIONES.

a ¶ *Necessaria. Vt apud Do. de Rota in antiquis, eo. tit.*

b ¶ *Communis patria. Quomodo autem hoc hodie procedat, vide Bar. in l. 1. §. cum vrbem. ff. de offi. præfe. vrb. & Ias. latius in l. qui Roma. in priu. ff. de verb. oblig.*

respectu spiritualium & clericorum, & vbi Imperator, respectu temporalium laicorum, ibi dicitur cōmunis patria, vnde competit ius reuocādi domum, & hoc uoluit glo. 1. & clarius Bal. ibi in l.2.§.legati. ff.de iudi. nec mirum, quia respectu Papæ ibi dicitur esse Romana sedes, & Romana curia, vbi est Papa, vt probatur in cap.2. de præben. lib.6. & ibi no. do. Domi. Et optimè probatur etiam ibi iuncto c. 3.& iuncta Glo.2. no.etiam Dominus meus in cap. dura. infra de cri.falsi. ad idem etiam facit quod traditur in cap. ego. N. infra de iureiur. Et vt dicit hic Dominus meus, quòd Papa est ordinarius omnium spiritualium. 9.q.3. c.cuncta per mundum. & c.per principalem.& supra de maio.& obed.cap.solitæ. & omnes potest ligare & soluere.24.q.5.cap.quodcunque. & idem etiam dicendum in Imperatore respectu temporalium, qui est Dominus vniuersi, vt l.bene à Zenone. C.de quadrien.præscrip. & in l.deprecatio.ff.ad leg.Rhod.de iactu. 10.distin.c.quoniam. 96.distin. cap.cum ad verum. & c.duo sunt. & cap. si Imperator. & d.cap.solitæ. ex omni igitur loco, in quo sit communis patria, competit ius reuocandi domum. vtrum autem hoc ius cōpetat vocatis, seu existentibus in concilio. Spe.in tit.de reo.versi.item legati. simpliciter tenet, quòd sic. & Ioan. And.hic, in fi.remittit ad no.in cap.graue. infra de præb. quidam distinguunt, quòd aut loquimur in concilio prouinciali, & non competit, quia illic omnes tenētur respondere, ac si citati essent.18.distin.c.propter Ecclesiasticas. & c.quoniam quidem. Sed in concilio generali voluerūt hoc ius competere, quia cum tali concilio præsit sedes Apostolica, ergo competit hoc ius, per tex. nostrum & per ea, quæ superius dicta sunt, & in c.fi. infra de dila. In contrarium tamen allegatur 2.q.7.§.item Symachus. alias est ver. sub §. item Balaam. Inno. Hosti.& Io.An.in d.c.graue, concludunt, quòd siue concilium sit generale, siue particulare pro aliquibus specialibus negotijs emergentibus, cōuertetur in alijs propter quæ non est congregatum concilium, siue ciuilia, siue criminalia sint negotia, competit ius reuocandi domum, vt d.c.fi. & d.ver.item Symachus. Si vero indistinctè & generaliter fuit facta conuocatio, siue sit concilium generale, siue prouinciale, siue Synodus Episcopalis, non habet locum ius reuocandi domum, si agatur ciuili causa, vt d.c. propter Ecclesiasticas.& cap.quoniam quidem.in criminalibus autem competit, quia in illis non tenetur quis respondere, nisi specialiter sit citatus ad hoc. Et sic citatus, expressis criminibus.5.q.2. in c.fi.secundum Innoc. Hosti. & Ioan. And.& prædicta refert Dom. Anto.in d.cap. graue, ad intellectum c.1. supra de iudi. quod ideo ibi fuit facta illa interrogatio, quia ille Episcopus habebat ius reuocandi domum, quia non fuerat specialiter vocatus pro illo crimine, de quo accusabatur. Do.Pet.de Ancha. in d.c.graue. dicit, quòd ex quo concilium est generaliter congregatum, non competit ius reuocandi domum, & ad c.1.de iudi. potest responderi, quòd fuit interrogatus, ne posset postea concilium recusare, secundum vnum intellectum, de quo dic vt latius ibi dixi.ad c.fi.5.q.2. potest responderi, quòd existens in concilio posset specialiter citari coram concilio, ad respondendum super crimine, super quo accusatur, sed dicit Ioan. de Imo.in cap.graue.in fi.quòd quamuis hæc opin. posset defensari, tamen in practica seruaretur opin. Innoc. Hosti.& Ioan. And.& mihi plus placet. nec obst. responsio data ad c.fi. quia posset impugnari, quia si fuisset specificè citatus in causa criminali, cū sit maioris præiudicij, & fortè talis, in qua non potest interuenire procurator, secundum ea, quæ latius dixi in cap.veniens. de accus. aliter disposuisset domui suæ antequàm recessisset. sed aduerte circa prædicta, quia Hostien. in summa in tit.de excep.§. quis sit effectus, in fi. dicit, quòd hoc ius reuocandi domum non competit speciali iure in sola ciuitate Romana. nam idem est in quolibet alio loco, per l. 2.§.legatis.ff.de iudi. ibi dum tex. dicit, Romæ vel alio loco.sed posset dici, quòd cum tex.ille dicit vel alio loco, potest intelligi, scilicet ratione communis patriæ, quia hoc significare videtur verbum alio, quod videtur facere positionem eiusdem qualitatis, vt in cap.sedes. supra de rescrip.& in Clem.1.de rescrip. & ibi latius dixi. vel fortè posset intelligi de quocunque alio loco, ad quem quis ex alia necessaria aut probabili causa aduocaretur, vt non teneatur ibi respondere propter aliam causam, & sic dictio, alio loco, faciat relationem qualitatis ad locū, non ad Romam, seu communem patriam, & pro hoc videtur etiā facere tex. in d.§.legati. ibi, in prouincia destinati.iuncta Glo. Et ex hoc videtur inferri singularis limitatio ad materiam capit. dilecti. supra eodem, & ad cap. Romana.§.contrahentes. de foro compe. lib.6. vt si in loco contractus, quis fuerit ex alia necessaria causa vocatus, habeat ius reuocandi domum. argu.prædictorum. cogitabis, quia nūc venit in mentem, & posset quotidie magnum honorem afferre. de vagabundo non est dubium, quòd quolibet loco videtur habere hoc ius reuocandi domum, si satisdat, per ea, quæ dixi supra in materia vagabundi, & procedunt prædicta siue in prædictis locis in quibus competit ius reuocandi domum esset quis ex causis, de quibus dicam in 6. quæst. princip. siue per talem locum transitum faceret per tex. in d.l.2.§.legatis.iuncta Glo.in verbo, destinati. ff.de iudic. per l.qui mittuntur. §.qui Reipublicæ.ff.ex quibus cau.maio. facit etiam l.legato. ff.de leg. nisi legatus vel similis, fortè cum re aliena transitum faceret. de quo tamen dic, vt dicam in 11.quæst.princip.

64 ¶ † Quartò quæro, ad quem locum competat hoc ius reuocandi domum. ¶ Sol. Dic, quòd competit ad domū domicilij, per tex.in l.2.§.legati. iuncta Glo.super verbo, domum suam.ff.de iudi. per l. libertus.§.solo. ff.ad munic. per quem tex. idem tenet Hosti. in summa in tit.de excep.§.fin. ver. & intelligas. & hoc procedit in iure reuocandi domum proprio. quandoque enim nō fit reuocatio ad proprium domicilium, sed circunducitur edictum, & alio tempore tenetur ibidem cōparere citatus, per c.fi. infra de dila. de quo latius dicam in seq. quæst. vagabundus vero potest reuocare, vel ad proprium domicilium vltimum, quod dereliquit, vel ad locū cōtractus, vel vbi proximè habitabat, de quo tamen dic vt dixi supra in materia vagabundi.

65 ¶ † Quintò quæro, in quibus causis competat hoc ius reuocandi domum. ¶ Sol. Dicendum arbitror, quòd regula est, quòd vendicat sibi locum in om-

in omnibus causis. argu.tex.nostri, & d.l.2.§.legati, & tribus seq.qui tex. loquuntur simpliciter & indistinctè, & ideo prædicta secūda regula videtur procedere siue agatur actione personali siue reali, quia possideat ibi rem petitam, per l.non alias.§.fi. de iudi. ille tamen tex. loquitur in legato, in quo est maius priuilegium, vt apparebit ex infra dicendis. Et aduerte, quia hoc ius videtur habere locum, non solum in causa quæ de sui natura non est in curia, seu loco communi, sed etiam in causa, quæ de sui natura deberet tractari in loco communi, vt quia iam incœpisset ibi agitari iudicium, nec superest causa reuocandi domum, sed demum superuenisset necessaria causa: nam licet illa causa debeat finiri in dicto loco communi, per l.vbi cœptum. ff.de iudi. & per capitulum præcedens, tamen competit ius reuocandi domum, vt in c.fi. infra de dila. & ibi hæc no. Dom. Anto. Dominus meus, & Ioan.de Imo.dicit tamen Dominus meus ibi & bene, quòd ista nō est propriè reuocatio ad domum, vt etiam tetigi in præceden. quæst. sed solum circunducitur edictum, & tenentur ibi alio tempore comparere, vnde potius dicitur ius differendi in aliud tempus, & ad idem facit optimus tex. in l.nō distinguemus. §.item si quis Romæ.ff.de arbit.ibi dum tex. dicit, non magis cogeretur.dicitur enim ibi quòd si causa legationis superuenit lite ibi contestata, competit ius differendi in aliud tempus.quod facit ad ea, quæ dixi sup.in 2. quæst. sed quādo competit ius reuocandi domum, satis est quòd respondeat in propria patria, vt supra dixi, & dicam in 12. quæst.princip. Ex quibus infertur, quòd prædicta regula procedit non solum, si iudicium intentur durante legatione, vel alia necessaria causa, sed etiam, si prius fuerit inchoata, & legatio vel similis causa superuenit, vt d. c.fi.& d.§.item si quis Romæ, & hic tenet hoc Inno. & sequitur Io. And.etiam si lis fuisset contest.

66 ¶ † Sextò principaliter quæro, ex quibus causis, seu propter quas causas competat hoc ius reuocandi domum. ¶Sol. Dic quòd competit propter omnes necessarias, & istas, seu probabiles causas. tex.est hic, & iuncta Glo.in verbo, aliam causam.in l.2.§.legatis.ff.de iudi. Exempla autem necessariæ & iustæ causæ plurima possunt figurari. Prima causa est legationis, & ista est necessaria.tex.est in d.§.legatis.& ratio est, vt ibi dicit Glo. ne ab officio subscript. legationis auocetur, vt est tex. in l.non alia. in fi. & in l. de eo autem. & l.quid enim.ff.de iudi. potest etiam sumi ratio ex l.Paulus. §.fin.ff.de le. quoniam legati neque proprijs nec alienis, sed duntaxat legationis officio se interponere debēt, vt ibi, quod potissimè Venetorū legati obseruare debent, & hoc procedit non solū in legato misso à principe, sed etiā in quolibet alio legato, quem aliquis Dominus, vel communitas mitteret ad principem, vel Romā. arg.d.l. Paulus.§.1.& dicit hic Inn. & post eum Ioan. And. quod pro legato, intelligit etiam procuratorem cōstitutum ad causam ab his, qui habent ius imperandi illi, qui constituitur, quia & iste habebit ius reuocandi domum, vt pro suis causis non conueniatur, vt in Auth.de san.Epis.§.reuerendissimus.sequūtur hic Dom.meus, & communiter Doct.quod verum arbitror in seq. sed tamen ille, qui propriè est legatus, habet maiora priuilegia, quam talis procurator

Item prædictum ius competit legato, non solum si legatio est facta pro negotijs ipsius legati, vt in prælato pro negotijs Ecclesiæ suæ, vt in Authent. de san. Episc.§.si verò Episcop. nisi pro causa, quam contra alium moueret, iret ad curiam: quia tunc non gauderet dicto priuilegio, vt infra dicam, secundum Io. Andr. hic. Et aduerte: quia legato competit hoc ius, non solum cum Romæ est, vel in simili loco, sed etiam ex quo creatus est, vt est tex.in l.legato.ff. de lega. tenet Specu.in titu.de lega. §.superest.vers. porro. Secunda causa necessaria est, si quis sit vocatus à Papa vel principe, vt alijs respondeat: nam & iste ius reuocādi domum habet in alijs causis, secundum Glo.& Ioan.And.hic, per dictam l.secundam. ff.de iudic.& quinta, quæstio.2.in cap.vocatio.& de principe no.Glo.in dicto §.legatis.per l.non aliàs.in princip. ff.de iu.facit ff.qui. ex cau.maior. in l.sed & si per prætorem.§.fin.ff.si quis cau. in l.secunda.§.simili modo. Tertia causa necessaria est, si quis vocatus sit ratione ferendi testimonij, vt d.l.2.§.legatis. ff.de iudic. tenent Glo. & Docto.hic, & Hostien.in sum.in titu.de except.§.fin.versicu. item si sit probabilis. tales enim necessitantur venire, si de consuetudine sit, vt l.3.in fine. ff.de testib. imò simpliciter compelluntur à prætore, vt recognoscant signa, & testimonium ferant. ff.de tab.exhiben. in l.locum.§. exhibere. & ratio est, secundum Glo. in dicto §.legatis. ne diu à suis negotijs auocentur. ff. quemadmodum testam. ape. in l.si vnus. Quarta causa est, si quis vocetur causa iudicandi. tex. est in dicta l.2. §.secundo, de iudi. & tenet Hostien. in dicto §. fin. Quinta causa, quæ est probabilis & iusta, & quasi necessaria, est causa appellationis: nam ei qui prouocauit, non imponitur necessitas intra tempora appellationis exercendi Romæ, vel in alio loco, vbi prouocatio exercetur, respondere alijs prouocantibus, sed potest proponere ius reuocandi domum, vt dicto §. legatis. & Glo. hic & Hostien. in dicto §. fin. & ideo ista causa dicitur quasi necessaria: quia isto non prosequente, rata maneret sententia prima, secundum Innocen.& Ioannem Andream hic. Sexta causa, quæ similiter est iusta, & probabilis, est causa reddendæ administrationis tutelæ: vnde vocatus Romæ, vel in simili loco reddendæ rationis tutelæ causa, non tenetur ibi iudicium suscipere respectu alterius tutelæ pro qua non esset vocatus, sed habet ius reuocandi domum, vt dicto §. legatis. & Glo. hic, Hostien. in dicto §.fin. & dicit hic Innoc. quòd idem iuris est, si ex alia quacunque causa reddendæ rationis, administrationis causa vocaretur, per l.primam & secundam, vbi de crimine agi oportet. Septima causa, quæ est probabilis, est peregrinationis, secundum Innocen.& Ioan.Andr. hic per capit. 1. infra de peregrin. facit quod dicam in sequen.causa. tamen Bart.in dicto §.legatis. vbi quòd tales etiam non possunt capi pro represalijs in locis per quæ transeunt, per authent. omnes peregrini. C. communia de success. dum tex. dicit, liberè hospitentur, & sequitur Dominus meus hic. Octaua causa, est religionis, secūdum Glo.in d.§.legatis, per l.aut religionis. ff.de procur. facit quod dixi in præceden. causa. Nona, si pater vadit ad visitandum filium existentem in studio. no.in Glo. in d.§.legatis. versic.nam & diuus, per l.necnon.ff.ex qui.cau. maior. &

ior. & Bart. etiam ibi dicit, quòd sicut filius existens in studio non potest ibi capi pro represalijs, ita nec pater,[a] qui venit ad videndum filiũ, qui gaudet eodem priuilegio, vt no. in auth. habita. C. ne fil. pro pat. & sequitur Dominus meus hic. Et generaliter ius reuocandi domum cõpetit regulariter ex quacunque alia necessaria probabili, aut iusta causa, quis venerit vt hic, dum tex. dicit, nisi pro alia iusta, & in d. §. legatis. & concludunt hic Doct. & sequitur Spe. in tit. de reo. §. 1. versi. item legati. & propter hanc generalitatem dicit ibi Spec. quòd comprehenduntur ferè oẽs qui continentur. ff. & C. ex quibus cau. maio. sed dicit hic Ioan. And. quòd non videtur sufficere, quòd causa sit simpliciter probabilis, sed debet esse quasi necessaria, vt dixi de causa appellationis. vnde infert quòd si aliquis veniat ad curiam causa petendæ restitutionis in integrum cõtra sententiam aduersus se latam, non gaudebit hoc priuilegio: quia licet causa sit probabilis, est tamen omnino voluntaria, non necessaria, nec quasi necessaria, & quia talis dicitur de nouo agere, secundum Innoc. & vt dicit Hosti. ista causa non est sicut causa deuoluta ad curiam per appellationem, nec sententia suspensa sicut per appellationem suspenditur, vt in l. 1. in fi. ff. ad Turpi. & ideo nõ ita de facili tribuit hoc ius. item est alia ratio, quia appellatio iniquitatis sententiæ querelam continet, quæ appellanti imputari non potest, & ideo istam quandoque prosequitur excommunicatus, sed restitutio in integrum continet læsionem prouenientem à proprio errore qui meritò potest imputari erranti, nec habet priuilegium quod habet ille qui se defendit, quæ ratio colligitur ex l. præfecti. ff. de min. Et ideo restitutionem in integrum non potest petere excommunicatus, sicut non potest appellare. ad quod vide quæ latè dixi in c. sacris. infra de sent. excom. in 19. princ. artic. in 5. quæst. princ. in secundo membro, & maximè in 8. q. dicunt tamen quidam quòd quamuis quo ad iuris subtilitatem, prædictæ rationes locum habeant, tamen quo ad veritatem & finalem vtilitatem locum non habent: quia sicut appellantis non prosequentis appella. rata manet sententia, & irreuocabiliter perdit ius suum quod prosequendo recuperat: ita etiã est reperire in restitutione in integrum. Et ideo hac veritate inspecta cui fauent canones, vt in c. dilecti. supra tit. 1. & in c. fi. sup. de transa. distinguendum est quòd aut sententia est lata à tali iudice qui potest in integrũ restituere, & tunc cum voluntariè non necessario, vel quasi, veniat ad curiã pro restitutione petenda, non habet ius reuocandi domũ: aut sententia est lata à iudice qui non potest restituere in integrum, nec patet remedium, saltem commodum citra sedem Apostolicam, quæ duo satis æquiparãtur, vt l. nepos Proculo. ff. de verb. sign. & in c. fi. infra de dila. Et hoc casu habeat locum ius reuocandi domũ, cum videatur competere ex causa quasi necessaria. Et sic residet hic Ioan. And. Dominus meus, hic dicit ꝙ ista vltima opin. est æquior sed contraria videtur iustior & magis iuri consentanea: mouetur quia vbi legatus agit, tenetur ibi se defendere aduersus omnes, vt dicã in 11. q. Si ergo quando aliũ impedit de iure tenetur se defendere, ergo & in casu nostro, in quo impugnat, nõ de iure communi, sed de iure speciali, cũ à nemine stimuletur, videtur sibi non competere hoc ius reuocandi domum. Et aduerte: quia ideo dixi quòd regulariter competit generaliter ex quacunque alia necessaria causa, &c. quia multę sunt causæ priuilegiatæ propter quas quis cogitur respondere: nec habet hoc ius reuocandi domũ, de quibus latius dicam in 11. quęst. prin. Si verò ob aliam causam nõ necessariam, seu quasi necessariã & probabilem, sed voluntariam venerit: non habet hoc ius reuocandi domum, vt hic à contrario sensu, & in d. §. legatis. vnde procuratores[b] vel alij nuncij voluntarij, vel qui pro suis negotijs specialibus veniunt: aut si veniant solatij causa, vel pro impetrãdis priuilegijs aut alijs immunitatibus, & similib. vel pro procurandis negotijs Ecclesiæ aut suis, non habent hoc ius reuocandi domum, secundum Inno. & Io. And. hic, & Arch. 5. q. 2. c. vocatio. & Spec. in tit. de reo. versi. item legati. vbi dicit quòd ita seruat curia.

67 ¶ † Septimò principaliter quęro, quando proponi debeat hoc ius reuocandi domum. ¶ Sol. Dic quòd ante lit. contest. secundum Innoc. Ioan. And. Pet. Abb. & Moder. hic, per tex. nostrum, dixi in 5. no. quod tamen videtur limitandum, secũdum Spe. in titu. de reo. §. 1. versic. quid si is cui competebat: nisi talis citatus cui competebat hoc priuilegium reuocandi domum, ante li. contest. obtinuit, vel succubuit in aliqua interlocutoria nec appellauit: quia licet postea petat sibi concedi ius reuocãdi domum illud non habebit, & ita dicit fuisse pronunciatum, argu. no. in cap. inter monasterium. infra de re iudi. & idem tenent hic Innoc. & Ioan. Andr. ad quod vide quæ dicam infra in 3. prin. art. Item ego arbitror limitandum, si modo hoc ius reuocãdi domũ competebat ante li. contest. secus si incœpit competere post litem contestatam: quia hoc casu, arbitror illud posse proponi, etiam post litem contestatam per ea, quæ dixi supra in præceden. quæst. in vers. prima causa, iunctis no. in c. pastoralis. infra de except. Et indubitatum esse arbitror in legato, propter priuilegium legationis: vel etiam vbi daretur similis causa: cum non debeat impediri in officio legationis. ad quod bonus tex. in c. fi. infra de dilat. sed in reliquis causis, de quibus dixi in præced. quæst. subsisto. cogitabis, quia nunc venit in mentem.

68 ¶ † Octauò principaliter quæro, qualiter proponi, seu peti debeat hoc ius reuocandi domum. ¶ Sol. Dicendum arbitror, quòd ille, cui competit tale ius, debet comparere, & narrare, qualiter ipse comparet vigore citationis de eo factæ in tali causa, ad petitionem talis, & quòd cum hoc sit, quòd ipse ibi sit ex alia necessaria causa, videlicet tali, & sic exprimat aliquam causam legitimam, propter quam concedatur hoc ius reuocandi domum, vt dixi in quæstio. præceden. nec venerit instructus & paratus pro causa, ad quam nunc citatur: ideò proponit ius reuocandi domum, & petit, quòd in causa prædicta con-

ADDITIONES.

a ¶ *Imò nec frater nec familiares. ita dicit Barto. in l. 2. §. legatis. ff. de iua.*

b ¶ *Nisi essent procuratores constituti ab eo, qui potest imperare. is enim, vt legatus, habet ius reuocandi domum, vt Abb. hic dicit, & iste supra repetijt.*

sta contra eum intentata, non procedatur ad vlteriora, cùm ipse reuocet domum: & sic petit, quòd ad propriam domum remittatur, & hoc omni meliori modo, &c. vt hic probantur hæc, & in l. 2. §. legatis, & sequen. ff. de iud. & in c. fi. infra de dilat. Et aduerte, quia licet prædictum cap. fin. concedat dilationem in aliud tépus, & nó ad propriam domum, sed in eodem loco: tamen pondero, quód tex. ille dicit, quód cópetit ius reuocandi domum. ad quod vide quod dixi supra in 4. quæstio. princip. Et sic patet ex prædictis, quód iste non debet proponere de
a clinatoriam [a] iudicis, per ea quæ dixi supra in prima quæst. princ. qui enim declinat, præsupponit se non esse suppositum iurisdictioni illius iudicis, vt d. cap. præcedenti. sed proponens hoc ius reuocandi domum, præsupponit se suppositum, sed ex aliqua iusta causa non tenetur ibi tunc respondere, & idem tenet ibi Dominus meus in 3. no. Et ita ego intelligo, quod dicit Ange. in l. 2. §. sed si dubitetur. ff. de iudi. vbi dicit, ꝙ iste conuenitur coram iudice suo, sed ex priuilegio declinat.

69 ¶ † Nonò principaliter quæro, corá quo debeat proponi hoc ius reuocandi domum, & quis habeat cognoscere de dicto iure. ¶ Sol. Dic, quòd coram iudice, coram quo quis citatur, & ipse iudex habet cognoscere, vtrum proponendi competat dictum ius, vt l. 2. §. sed & si dubitetur. ff. de iu. iuncta l. vbi cœptum. & l. de qua re. eo. ti. Et si dubitetur, an sit le
b gatus [b] prætor cognoscet de hoc, vt l. legato. ff. de leg. item proponi potest coram arbitro, seu coram iudice arbitrum compellente, si fortè arbiter cótra legatum in illo loco cogat arbitrium dicere: poterit enim legatus coram ipso arbitro, vel coram ipso iudice compellente proponere hoc ius: nec cogetur arbiter sententiá dicere, sicut nec pars iudicium exercere, aut iudicium suscipere, vt l. nó distinguemus. §. item si quis ratione. ff. de arbit. nisi fortè existens in legatione compromiserit, vt dicam infra in 12. quæst. princ.

70 ¶ † Decimò principaliter quæro, qualiter debeat cognosci, & qualiter cócedi hoc ius. ¶ Sol. Hostien. in summa in ti. de except. §. fi. vers. si autem dubitetur. dicit, quòd iudex summatim discutere & cognoscere debet, vtrum cópetat hoc ius. potest enim dubitari, an sit legatus, vt dixi in præced. quæst. & sic vtrum habeat ius reuocádi domum, vel an causa sit legitima, & si constat hoc ius sibi competere, promittet & cauebit in quam diem compareat, secundum ea, quæ dicam in 12. q. prin. vertitur etiá in causæ cognitione, vtrum causa intentata sit talis, quę indigeat celeritate, vel cuius dies sit exitura, secúdum Glo. & Anto. in l. sed & si restituatur. §. ædium. ff. de iud. vel si alia causa subsit impeditiua, secundum ea, quæ videbimus in 12. q. princ. non ergo sufficit allegatio causæ vel qualitatis tribuentis hoc priuilegiú, sed exigitur probatio: nisi fortè qualitas esset notoria, secundum Host. & Io. Andr. hic. nec obstat tex. noster in fi. dum dicit, allegasset: quia Host. & Ioan. And. hoc supplét, & probasset. & sic apparet, quòd hoc ius conceditur causa cognita: licet summariè, vt d. l. 2. §. sed si dubitetur. ff. de iud. vbi prætor debet causa cognita statuere, &c. Et si iudici cóstiterit hoc ius competere, debebit concedere præstita cautione in quem diem promittat iudicio sistere in loco, ad quem reuocat, quæ cautio nó intelligitur fideiussoria, sed satis est quòd nudo verbo præstetur, & tenet, vt d. §. sed & si dubitetur. & l. penul. ff. iud. sol. licet quádoque teneatur satisdare, vt dicam in 12. quæst. prin. & sic patet, quòd vno tempore cauetur, & alio tempore agitur. dicam in 12. q. nec obstat, ꝙ ex quo iudex non habet cognitionem super principali, nec exercitatio litis ad eum pertineat: non videatur posse talem diem statuere, talem cautioné præstari facere: quia simile videmus in iudice à quo appellatur, qui statuit appellanti terminú ad arripiendum iter, & ad comparendum coram iudice ad quem cum actis & monumentis causæ, licet non possit eidé præfigere terminú ad probandum, vel litem prosequendú, vt infra de appel. c. personas. Et similiter coram laico opponitur exceptio respiciens spiritualitatem. Nam opponenti laicus præfigit terminum ad comparendum coram iudice Ecclesiastico, iuxta no. maximè per Bar. in l. quoties. ff. de iud. secundum Ang. tu vide ad prædicta plura quæ dixi in c. calumniam. de pœn. in 9. prin. artic.

71 ¶ † Vndecimò principaliter quæro, quæ obstent dicto iuri reuocádi domum, seu propter quas causas quis amittat dictum ius, & sic, quæ exceptiones impediant dictum ius. ¶ Sol. Dic, quòd causæ & exceptiones priuilegium repellentes sunt plurimæ.

72 ¶ † Prima, ex qualitate personæ, secundum ea, quæ dixi in 2. quæst.

¶ Secunda causa, ex qualitate loci, secundum ea, quæ dixi in 3. quæst.

¶ Tertia, ex qualitate causæ intentatæ, per ea, quæ dixi in 5. quæst.

¶ Quarta, propter illegitimitatem causæ propositæ, per ea, quæ dixi in 6. quæst.

73 ¶ † Quinta, si conuentus omisit proponere hoc priuilegium, quod procedit quò ad eum, qui eum conuenit, contra quem non proposuit hoc priuilegium. nam ex quo nó proposuit, sibi præiudicauit, per ea quæ dixi in 7. q. sed nó præiudicauit sibi quo ad alios, respectu quorú amitteret tale priuilegium, argum. l. voluntariè. C. de excus. tut. cum suis cócordantijs, & sequitur hic Io. Andr.

74 ¶ † Sexta causa, seu exceptio exclusiua huius iuris est similis præceden. si proponens non proposuit debito tempore, secundum ea, quæ dixi in 7. quæstio. vel si obtinuit, aut succubuit in alia interlocutoria, vt ibi dixi.

¶ Septima, ratione ineptæ propositionis, secundum ea, quæ dixi 7. quæst.

75 ¶ † Octaua exceptio, si proponés hoc ius durante causa dicti iuris & priuilegij concessiua, cœperit aliú conuenire, vt l. 2. §. sed si agát. ff. de iud. & tenet hoc Gl. & sequútur Doc. & ratio est in próptu: quia postquam

ADDITIONES.

a ¶ *Adde pro hac differentia Rom. consil. 169.*

b ¶ *Si dubitetur, debet ipse per litteras legationis probare: aliàs nó creditur. l. 1. C. de man. princ. & alibi Fel. in rub. decretaliú. vbi disputat, an gratia Principis possit testib. probari. adde ꝙ Cardinali legato creditur sine literis, Ab. cós. 18. lib. 2. 2. col. & ꝙ ex literis legationis probatur, dicit Bar. in l. 2. §. sed si dubitetur. ff. de iud.*

postquam alium conueniunt, iustum est vt se defendere teneatur, inf. de mut. pet. c. 1. & 2. & quia quod quisque iuris, &c. supra de consti. cum omnes, cum alijs vulgatis. aduerte tamẽ, quia prædicta exceptio recipit plures limitationes.

¶ Prima est, quia procedit solum dicta conuentione durante, secus si finita sit causa per talem intẽtata, vt in l. sed & si restituatur. ff. de iudi. & ita dicit ibi Glo. & sequitur Ang. Si tamen legatus durante legatione incœpit conuenire, & finita sit legatio, & deinde causa intentata adhuc durante, de nouo fiat legatus, non arbitror ipsum cogendum, sed habet ius reuocandi domum, per tex. in l. non distinguemus. §. item si quis. ff. de arbi. & idem videtur dicendum, arg. illius tex. iuncta l. 2. §. legatis. ff. de iudi. & iuncto tex. nostro, si alia legitima causa ad hoc ius concedendum durante cœpit agere, & causa priuilegiata sit finita, & demum durante causa, intentata alia priuilegiata superuenit. facit c. fi. inf. de dilat.

¶ Secundò limitatur, si actum sit per viam actionis, secus si sit intentatũ officium iudicis, secundum aliquos, per tex. in d. l. sed si restituatur, & ibi hoc tãgit Glo. quæ limitatio est falsa, secundum Ang. ibi,
a quia ita agit [a] qui implorat officiũ iudicis, sicut qui actionem proponit, vt Insti. de officio iudi. in prin. quia l. 2. §. sed agant. generaliter loquitur, ꝙ agens amittit hoc priuilegium.

¶ Tertiò limitatur, vt teneantur respondere illi, vel illis duntaxat, quem vel quos cõueniunt, & non alijs, hoc sentit Glo. in d. §. sed si agant, per tex. in Auth. de sanctis. Episcop. §. reuerendissimi apocrisarij, per quem tex. hoc tenuit Iaco. Bal. & hanc opin. videtur sequi Hosti. in tit. de excep. §. fi. ver. sed nunquid si conueniat. Glo. vero in d. §. sed si agant, videtur potius tenere & inclinare in opin. quòd omnibus tenentur respondere. nec obstat §. reuerendissimi, quia secundum Glo. ibi agebat nomine mandantis, & non suo, & ibi etiã hoc tenet Glo. & hanc opin. tenet hic Inno. in Glo. mag. & ad §. reuerendissimi, responde, quòd non loquitur, quando legatus sit conueniendus pro sua persona, sed dicit illum legatum constitutum procuratorẽ ad causam cogendum subire reconuentionem, ab his tantum, cõtra quos agit. Et prędicta opinio, plus mihi placet, quia d. §. sed si agant, dicit aduersus omnes se defendere compelluntur.

¶ Quartò limitatur per ea, quæ dicta sunt in præcedẽti limitatione, si modo legatus, vel similis agat nomine proprio, secus si agat nomine alieno, quia tunc non põt nomine proprio reconueniri ab alio, vel etiam ab illo, quem nomine Ecclesiæ, vel Episcopi conuenit, pro qua causa est ibi legatus, per tex. in d. §. reuerendissimi, quem Rayne. quantum ad hoc dicit non esse alibi, & optimè probat ille tex. dum dicit, contra Ecclesiam, aut contra Episcopos eorũ proponere, & sic non contra ipsos legatos.

¶ Quintò limitatur, nisi legatus aut similis ageret pro iniuria sibi illata, vt dicit hic Gl. nostra prope fi. per tex. in d. l. 2. §. sed si agant. ff. de iud. Et idem dic si ageret, ratione dãni illati, & ratio ponitur ibi, ne alias contumelijs & damnis afficiatur. alias enim
b esset in potestate cuiuslibet, vel eũ iniurijs [b] & damnis afficere, vel eum dum se vellet vindicare, subijcere iurisdictioni. sed aduerte, quia videtur quòd prædicta limitatio non procederet in legato, quoniam legatus durante legatione, nõ potest sine permissu principis de alijs suis negocijs cõtra aliquem dare libellum, vt l. is qui legatione. ff. de leg. & probatur in l. Paulus. & l. legatus. eod. titu. argu. à speciali. ¶ Sol. Dicit Hostien. quòd prædicta procedunt, quando esset eis permissum agere, vel prædicta intelligũtur in alijs, quibus competeret dictum priuilegium reuocandi domum, & non in legatis. ego arbitror posse solui aliter, & melius videlicet, quòd si legatus agat, licet agere non possit, quòd potest conueniri, quia non debet esse melioris conditionis, qui agit cõtra legis prohibitionem, quàm ille, qui agit iure permittente, vt in cap. cum qui. de præben. lib. 6.

76 ¶ † Nona exceptio seu causa est, si legatus vel similis contrahit, vel pergulam teneat durante legatione, vel alia legitima causa, vt l. 2. §. omnes. & l. si legationis. ff. de iud. & in Auth. de sanctis. Episco. §. reuerendissimi. in fi. & ratio ponitur in d. l. si legationis, ne aliter detur potestas legantis sub specie legationis, alienas res ferendi ad domum. est tamen aduertendum, quòd legati in hoc habent maius priuilegium, quam alij, qui habent ius reuocandi domũ, quoniam legati non possunt conueniri, nisi de his, quæ tempore legationis ibi cõtraxerunt, vt d. §. omnes. & d. l. si legationis. & in l. de eo. & in l. cum furiosus. §. fi. ff. de iud. sed si ante legationẽ contraxissent, etiam Romę, non possent ibi conueniri, nisi in casu speciali, de quo dicam inf. in versic. 20. exceptio. alij verò præter legatos, quibus competit hoc priuilegium, tenẽtur respõdere apud sedem Apostolicam, seu in communi patria, de omnibus contractibus celebratis extra locum suæ iurisdictionis: quãuis non fuerint celebrati durãte tempore legitimæ causæ tribuentis ius reuocandi domum: quia tales solum priuilegium habent in his, quæ intra ciuitatem, vel prouinciam propriam contraxerunt: non autem extra, vt in d. l. 2. §. item si extra. ff. de iudi. & hoc etiam tenet Inn. & Io. And. Et ratio est, quia nõ debet actor arctari ad sequendum domicilium rei, cum alibi sit contractum, per ea, quæ dixi in c. dilecti. supra eod. iunctis his, quæ dicam infra in 4. prin. artic. Et ratio: quia casui prædicto non cõuenit priuilegium reuocandi domum. legati verò non solum de his, quę cõtraxerunt extra prouinciam, sed etiam de his, quæ cõtraxerunt in Italia, vel Romæ, si ante tempus legationis contraxerunt speciali priuilegio habent ius reuocandi domum, vt d. §. omnes. & l. cum furiosus. §. fi. Et quamuis ille tex. videatur velle, quòd possint conueniri, si in Italia contraxerint: tamen glo. ibi exponit in Italia, hoc est in vrbe Romana, & sequũtur Docto. vel potest dici iudicio meo, & melius, & singularius, quod tex. singulariter velit, quòd sicut durante tempore legationis, si contrahit Romæ potest ibi conueniri. Item si dum esset in legatione veniendo

ADDITIONES.

a ¶ *Et est eadem ratio. ergo idem ius statuendũ est. l. à Titio. ff. de verbo. oblig. l. illud. ff. ad leg. Aquil. & adde ea, quæ dicet infra in 10. exceptione.*

b ¶ *Pro ista ratione adde benefacere tex. in c. prælatis. de homic. lib. 6.*

niendo Romam contraxit in Italia. nõ obstat §.omnes, quia loquitur de contractibus factis extra tempus legationis, & secundum istum intellectum, ille tex. non impropriatur, sicut impropriatur exponendo in Italia, hoc est, in Roma, vt exponunt Doct. Et aduerte, quia non solũ si Romæ contraxerit simpliciter, durante tempore legationis, sed etiam si prius contraxisset simpliciter, & postea durante legatione Romæ constituisset illud debitum, amittit hoc beneficium reuocandi domum, vt in l.cum qui.§.1. 1.respon.ff.de consti. pecu. sed si ante legationem legatus contraxisset, quamuis constituisset se Romæ soluturum, tamen non constituit se soluturum legationis tempore, si existens legatus conueniatur, habet ius reuocandi domum, iste est tex. in d.§.1.2.respon. & in l.cum quæritur.ff.de leg. à contrario sensu, quia promissio intelligitur facta, si ibi reperiatur, non tanquã legatus, & ita intelligendo soluitur notabiliter contrarietas d.§.omnes. & l.cum furiosus. §.1.& d.l.eum qui.§.1.tam in primo, quam in secundo responso, & d.l.cum quæritur, quæ contraria reputantur difficilia apud Legistas: sed sic intelligendo, sicut intellexi, faciliter reducuntur ad concordiam. Aduerte tamen, quia prædicta limitatio est limitanda: Si modo legatus non contrahat tanquã viator, & aduena: quia si contraheret tanquam viator & aduena, [a] sicut non posset conueniri in loco contractus, ita non potest conueniri Romæ, vt probatur in l.hæres absens.§.1.ff.de iud. & in c. Romana.§.contrahentes.de fo.compe.lib.6. dixi latè in c. dilecti. supra eo. in 2.prin.artic. in 3.q.princ.ver. 11. quæro. vnde sicut non potest ibi conueniri ratione contractus, ita nec legatus potest ibi conueniri, hoc tenet Ang. in d.l.hæres.§.1.sed glo. ibi in ver.quotquot, dicit, quòd licet legatus contraxerit tanquam aduena vel viator, potest tamen ibi conueniri propter duplex vinculum, videlicet contractus, & communis patriæ, quia in communi patria non habetur illa consideratio, vtrum quis contraxerit vt viator, cum etiã de contractibus alibi celebratis possit quis ibi conueniri, & hanc sententiam fueram imaginatus antequam viderem glo. sed tamen maturius cõsiderando, non videtur, quòd hoc possit procedere, quia si contraxit Romæ tanquam materno, non videtur, quòd possit ibi conueniri ratione communis patriæ, si est legatus, & proponi ius reuocãdi domum, quod ostenditur, quia ratione contractus solius, non habita consideratione communis patriæ, non posset ibi conueniri, vt statim dixi: ratione verò communis patriæ, non, cum ipse sit legatus, & habeat ius reuocandi domum. Hæc tamen limitatio non procedit, nisi in legatis, quia in alijs habẽtibus ius reuocandi domum, dicimus, quòd illud non habent de contractibus gestis extra propriam ciuitatem, vel prouinciam, nisi diceres, quòd contractus celebratus ab aliquo extra prouinciam tanquã aduena & viatorẽ, videtur celebratus nõ extra prouinciam, sed quasi in propria prouincia, in qua tacitè videtur conuenisse se soluturum, secundum ea quæ superius dixi, & sic etiam ipsi videntur habere ius reuocandi domum, & sic præualeret opinio Ang. nisi diceres, quòd cum hæc duo simul iunguntur, ratio communis patriæ, & ratio contractus, non dicatur contractus celebratus tanquã à viatore, & sic præualebit intellectus glo. facit c.1.de treu. & pa. & tex. in c.ex parte. supra eo. & quod ibi dixi post Domeum, cui intellectui applaudũt iura in materia nostra loquentia, quæ nunquam distinguunt, vel ponderant, an tales habentes ius reuocandi domum cõtraxerint tanquam viatores, vel aduenæ, vel non. facit etiam, quia in communi patria non quis propriè est aduena vel viator, & iste articulus est satis disputabilis. Et prædicta adde his, quæ dixi in d.c.dilecti. in 11.q.& ibi vide opin.d. Ant. quam ibi recitaui.

77 ¶ † Decima exceptio, seu causa, propter quam amittitur hoc priuilegium reuocandi domum est, si legatus vel similis, quasi contraxerint tempore legationis, dummodo cum certa persona quasi contraxerint, per l.cum queritur.ff.de lega. iuncta l.contraxisse.ff.de actio. & oblig. & iuncta l.omnem. & l. interdũ.§.fi.ff.de iud. ex his, quæ superius dicta sunt de contractibus, secus si quasi contractum sit cum incerta persona, & ideo, quamuis legatus legationis tempore habeat hæreditatem, non potest ibi conueniri à creditoribus vel legatarijs, cum quibus tunc temporis quasi contrahitur, vt in l.apud Iulianum. in fi.ff.quibus ex cau. in pos.eatur. sed habet ius reuocandi domum, vt in l.de eo.ff.de iudi. secundum Ang. & benè, iudicio meo, licèt gl. ibi videatur simpliciter velle, quòd legati ex quasi contractibus gestis tempore legationis, non amittãt ius reuocandi domum, quamuis quasi cõtraxerint legationis tempore: licet secus sit in contractibus, vt supra dixi. Et sic quoad sortiendum forum, glo. vult, ꝙ non sunt paria, obligari ex contractu, & ex quasi contractu, quod est contra dictam l.cum quæritur. iuncta d.l. contraxisse. & d.l.interdum.§.fin. facit tex. & quod ibi no. Docto. in l.hæres absens.§.1. & ad hoc vide quod dixi in d.cap.dilecti.supra eo. in 2.princ.artic. in 12.quæst.princ. Et hæc dicta coniunge cum his, quę ibi dixi. Aduerte tamen, quia licet non possint conueniri, tamen tenentur satisdare creditoribus & legatarijs, aliter creditores & legatarij mittuntur in possessionem rerum hæreditariarum, custodiæ causa, vt d.l.de eo. iuncta l.sequenti.ff.de iudi. & iunctis glo. & dicit ibi glo. quòd ista satisdatio est cum fideiussoribus, licet illa, quæ regulariter præstatur de respondendo in patria, sit nuda cautio, vt dicam in 12.q.prin. Aduerte etiam, quia sicut non potest cõueniri, licèt hæreditatem adeat, ita ẽt non potest legatus conueniri, si ei restituta sit hæreditas ex Trebelliano, ratione fideicommissi vniuersalis, siue à sponte restituente, siue à coacto illam recipiat. tex. est in l.sed & si restituatur.ff.de iudi. nec obstat ꝙ si à coacto recipit, sequitur, quòd egit contra eum. Et sic videtur, quòd debeat posse conueniri, per ea, quæ dixi in 8. exceptione, quia vt dicit glo.1. in d. l.sed & si restituatur, istud est, quia contra hæredem, qui tenetur restituere, non agitur, sed imple-

r atur

ADDITIO.

a ¶ *Si legatus contrahat tanquã viator, & aduena Romæ non potest ibidẽ conueniri, est art. disputabilis, vt hic dicitur, & vide Pau. in l.hæres absens.ff.de iud. limita etiã istam limitationẽ, quando legatus, qui contraheret & adeundo hæreditatẽ, quia tũc nõ perdit ius reuocãdi domũ, ita probat tex. in d.l.de eo.ff.de iud. & ibi Ang. no.*

ratur officium iudicis. quod dictum in vtroque casu videtur falsum: nam agere dicitur etiam ille, qui implorat officiũ iudicis, vt dixi in octaua exceptione. itẽ quia restitutio hæreditatis petitur iure actionis: quia adiens hæreditatem est obligatus fideicommissario, ex quasi contractu per aditionem, vt dixi, vnde conuenitur actione ex testamento, sed antequam adeat, non est obligatus fideicommissario. Et ideò ad adeundum, compellitur officio iudicis, vt in l.& si fine. C.ad Trebell. secundum Ange. in d.l. sed & si restituatur. in prin. & ideo solu. prædictæ gl. non videtur bona. vnde gl. 1. ibi soluit contrarium. Secundo modo, quòd talis non potest conueniri finito iudicio, quod intentauit ad compellendum hæredem institutum, vt adiret, vel vt restitueret: sed eo iudicio durante, posset, vt dixi in nona exceptione. Si tamen legatus esset institutus hæres, & grauatus restituere hæreditatem, & adiret: licet ipse non posset conueniri durante legatione, si tamen eam restitueret fideicommissario, posset fideicommissarius conueniri: quia priuilegium legati, cum sit personale, non transit in fideicommissarium, vt d.l. sed & si restituatur.

78 ¶ † Vndecima exceptio, si legati vel alii durante tempore legationis delinquunt, ipsi vel eorum serui non possunt propter hoc conueniri: nec habent ius reuocandi domum, tex. in l. non aliàs. §. 1. ff. de iudic. & tenet glo. nostra hic, & Innocen. Ioan. An. & Doctor.

79 ¶ † Duodecima exceptio, si legatus fideiuberet pro alio tẽpore legationis: propter hoc enim amittit ius reuocandi domum, nisi sibi illud reseruauerit, [a] vt est tex. in l. cum furiosus. §. 1. ff. de iu.

80 ¶ † Decimatertia exceptio, si tempore legationis vel similis priuilegij, incipiat posidere aliquã rem in communi: quia vigore illius rei potest conueniri rei vendicatione, vt l. si legationis. ff. de iu. secus si ante legationem incepisset posidere, vt l. nõ aliàs. §. 1. ff. de iu. & ibi per gl. & Doct.

81 ¶ † Decimaquarta exceptio, si legatus transiret cum re aliena, quia potest conueniri, non obstante legatione: nec haberet ius reuocãdi domum, secundum Ang. in l. si legationis. in fi. ff. de iud. ad hoc saltem, ꝙ res illa sequestretur, vtputa, si transiret cum equo alieno, vt no. in l. si fideiuss. in fi. & ibi per Ang. ff. qui satisdare cogan. & idem tenet Spec. in titu. de compet. iud. adi. ver. quid si quis per locum. vbi dicit, quòd saltem tenebitur satisdare. ad quod vide, quod ipse in ti. de satisdando. §. dicto. in prin. Et ad hanc materiam, vide quod dixi in cap. 3. supra eod. ver. secunda declaratio.

82 ¶ † Decimaquinta exceptio, si compromisit durante legatione, ex quo ad compromissum, vt posit arbiter cogi sententiam dicere, non habet ius reuocãdi domum: secus autem si prius compromisisset, & postea superuenisset legatio, vt est tex. in l. non distinguemus. §. item si quis Romæ. ff. de arbi. hoc tamen vltimo casu, si ipse peteret compelli arbitrum, cogeretur respondere, & arbiter posset compelli ad petitionem partis aduersæ, vt d. l. non distinguemus. §. illud.

83 ¶ † Decimasexta exceptio, quæ impedit ius reuocandi domum est, si actio sit tempore peritura. nam hoc casu, causa cognita iudex in eum iudicium dabit, vt saltem litem contestetur. tex. est in l. & si restituatur. §. sed & si dies. ff. de iudic. nec obstat l. 2. §. in omnibus. eod. ti. vbi dicitur, ꝙ talis protelatio, hoc est ad domum reuocatio, debet procedere sine temporali damno creditoris. & sic innuit, quòd interim præscriptio debet dormire, & sic videtur sequi ꝙ dies non potest exire: quia respondeo quòd procedit sine damno creditoris in effectu: quia aduersus exitum restitutio imploratur, & etiã ad hoc, vt dies non exeat, succurrit hoc remedio litis contestationis, secundum Angelum in d. l. sed & si restituatur. §. ædium. & ponit glo. in d. §. in omnibus. licet ponat alias opiniones, sed hæc placet. Et aduerte: quia si per li. contest. non prouideretur: quia esset talis actio, quæ non perpetuaretur per li. contest. qualis est actio de dolo, vt C. de dolo. l. fin. tunc cogeretur legatus aut similis, totam causam vsque ad fin. peragere, vt dicit glo. in dicto §. sed & si dies. quam Angel. dicit singularem. ex qua concludit, quòd propter imminentem necessitatem habens ius reuocandi domũ cogitur semper procedere vsque ad actum, per quem euacuatur necessitas, & hoc communiter tenent Doct. Et ex prædictis infero, quòd vbicunque ad perpetuationem requireretur sententia, cogetur legatus, aut similis, perseuerare usque ad sententiam.

84 ¶ † Decimaseptima exceptio sit, quę indigeat ce-
b leritate, [b] vtputa, si contra legatum, vel eum, qui habet ius reuocandi domum agatur occasione damni infecti. si enim causa indigeat celeritate, non potest proponi ius reuocandi domum, aut præstare cautionem de damno infecto, aut agente, vicinum admittere in possessionem, vt l. sed & si restituatur. §. ædiũ. ff. de iud. Et idem dicunt hic Innó. & Io. And. in causis electionum & similibus, quæ celeritatem desiderant, quæ sunt tempore periture: quia in talibus nõ habet locum ius reuocandi domum, per l. 2. §. pen. ff. de iu. & d. §. ædium. & infra de appel. c. oblatis, & ff. de ferijs. c. licet. & c. fi. quod procedit in electionibus prælatorum. secus in electione canonicorum, in quibus non est tantũ periculum in mora, secundum Inno. Host. & Io. And. & placet etiam Do. meo, qui dicit hoc esse notandum. Et idem tenet hic Henricus Bohic. ar. eorum quæ leguntur & no. in c. cum Ecclesia Vulterana. & c. ne pro defectu. supra de ele. & Archi. 5. q. 2. c. 1.

85 ¶ † Decimaoctaua exceptio, vbicunque propter hãc reuocationem ad domum posset aliquo modo præiudicari aduersario, si non responderet. nam tũc cogitur respõdere, & actum celebrare, per quẽ prouisum sit aduersario, vt est tex. notabilis in l. si legationis. in princ. ff. ad Senatuscons. Trebel. ubi si legatus suspectam dicat hæreditatem: cogitur etiam legationis tempore iudicium accipere, & licet deliberare

ADDITIONES.

a ¶ *Nisi sibi illud &c. & sic ex solo facto videtur renunciare priuilegio suo, nisi protestetur. facit l. si tamen. ff. de ædil. edi. & solet dici, melius rem facto, quam verbo declarari. c. dilecti. vbi glo. de ap. no. Mo. in l. si ita scriptum. ff. de leg. 1.*

b ¶ *Adde quod no. Alex. ratione celeritatis, in l. 1. in 2. no. ff. de dam. infec. & per Modern. ibid.*

berare se dicat, an habeat, cogendus est adire, sed non ut statim restituat, sed vt reuersus domum si putauerit sibi expedire, commodo Falcidiæ vel testamenti vtatur, vel si non putauerit, restituat totam hæreditatem, ne onera patiatur. & ratio est, quia alias posset præiudicari fideicommissario vniuersali, si fortè moreretur ante aditam, & restitutam hæreditatem, quia euanesceret fideicommissum, vt l. apud Iulianum. §.vtrum. ff.ad Trebellia. non ergo debet ei nolle responderi in præiudicium fideicommissarij, cuius ius perire posset, ad quod faciunt, quæ dicta sunt in duabus præcedentibus excep. maximè, quia in hac iudicij acceptione, legatus non
a multum occupatur [a] in officio suæ legationis, vt dicit tex. in d.l.si legationis.

86 ¶ † Decimanona exceptio, quando id quod petitur in iudicio à legato, vel ab alio, qui habet ius reuocandi domum, est tale, propter quod legatus in legationis officio, vel alius in negocio, vel officio suo non impedit, vt si petatur, quòd respondeat interrogationi, vel alij causæ, de qua potest se faciliter expedire, secundum Dominos de Rota, decisi.89. in antiquis.argu.l.si legationis. in prin.ff.ad Trebellianum: sed tu aduerte, quia licet ratio illius textus multum faciat, tamen illa non videtur esse sola ratio, sed asignatur etiam ratio, quando pars aduersa damnificaretur propter non respondere, & ideo videtur posse attentari, quòd dicta decisio procedat, quando coniungeretur periculum aduersarij, si non responderet.

87 ¶ † Vigesima exceptio, si est legatus & finitum sit tempus legationis: nam finito tempore, finitur ius reuocandi domum, vt l.2.§.planè.ff.de iud. facit C.de resti.mil.l.1.& dicunt hic Inno. & Ioan. And. ꝙ licet finita sit legatio, tamen donec parat se ad reditum, habet ius reuocandi domum, vsquequo in domum redierit, vel redire potuerit, & intellige, nõ de qualibet domo, sed de illa, ex qua suscepit legationem, & ita sentit glo.in d.§.planè.in quantum dicit, quòd finita legatione, potest præueniri, intelligendo cum aliquo temporis moderamine, per l.ratũ.ff.de solu.cum simi. Et idem tenet Hosti.in sum. in tit.de excep.§.fi.versi.& quod dixi, per iura prędicta, & per l.si cui.§.tamdiu.ff.ex quib.cau.maio.

88 ¶ † Vigesimaprima exceptio, fauore dotis, nam si vir habens alibi domicilium contraxit matrimonium Romæ, ibi recepit dotem, & ibi existens legatus, ab vxore diuertit, non habet priuilegium reuocandi domum, licet legatus alias haberet. tex. est in l.si vxor.ff.de iud. & illud est speciale fauore dotis, secundum glo. ibi, in vltima solutione. quam sequitur Ang.ibi, & in l.exigere dotem. eo.tit. specialitas autem consistit in hoc, quia licet legatus contraxerit Romæ matrimonium, & dotem ibi receperit, tamen videtur domicilio se constituisse soluturũ, per no.in d.l.exigere, & ibi per Bart. Bal.& Ang.& per Dom. Antonium, & Dom. meum, in c.1.infra de sponsa. vt vobis dixi superioribus diebus legendo illud c.in voce, quod prima lectione tenet Bal. in l.1. C.de sum.Trin. & Archi.12.dist.c.illud.dixi latè in
b c.dilecti.sup.eo.[b]

89 ¶ † Vigesimasecunda exceptio, ratione renunciationis, si fortè renunciauit quis huic priuilegio reuocandi domum; nec mirum, quia fauori pro se introducto, regulariter quis potest renunciare, vt in l.si quis in conscribendo. C.de pac. dixi latè in c.si diligenti.supra eodem.

90 ¶ † Duodecimò principaliter quæro, quis sit effectus propositionis istius iuris reuocandi domum? Sol. Effectus est, vt verbum sonat, videlicet, vt ad domum propriam, reuocet ad iudicem domicilij cognitionem illius causæ, & ab eo iudice aduocet, coram quo conuenitur, vt hic, & in l.2.§.legatis, & in l.sed & si restituatur.§.ędium.ff.de iudi.cum alijs iuribus supra allegatis, & sicut legati aut similes habentes & proponentes tale ius reuocandi domum, non coguntur ibi suscipere iudicium, ita nec iuramentum decisiuum coguntur subire, vt est tex.in l. sed & si restituatur.§.1.ff.de iudi. & in l.tutor.§.fi. ff. de iureiuran. & in l.in contractibus.§.illo.C.de non numer. pecun. est etiam effectus, quia tenetur talis proponens cauere de iudicio sisti intra terminum per iudicem asignatum, in l.2.§.sed si dubitetur.ff. de iudi. sed circa prædicta insurgit multiplex dubitatio. Primo ad quid teneatur cauere, seu quid continere debeat dicta cautio. circa quod quidam voluerunt, quòd caueri ad diem certam sibi asignatam redire ad curiam, seu ad omnem patriam, vt sic ibi se defendat.argu.c.fin.infra de dila.& est expressum in d.§.sed si dubitetur. Innocentius vero dicit, quòd sibi plus placet, quòd nunquam debeat dare cautionem de se defendendo in curia, sed solum quòd respondebit coram suo iudice ordinario, argumen. d.§.legatis, & hoc sequitur hic Ioan. Andr. dicit tamen, quòd Hostien. plus placet prima opinio. Domi. Anton. nititur concordare, ꝙ aut causa est talis, quæ potest tractari coram inferiore, quia non est ardua, & procedit secunda opinio Innoc. si modo iudicium non erat inchoatum ante legationem: aut causa est ardua, seu iudicium erat cœptum ante legationem, & cedat prima opin. & opi. Hosti. sed dicit hic Dom. meus, quòd non credit, quòd Hosti. habuerit alium intellectum, quia tunc dictum suum nullum haberet dubiũ, seu effectum. glo. in d.§.sed & si dubitetur, sentit opin. Innoc. & eam clarius sequitur ibi Bar. & hæc verior, secundum Dom.meum, cum in prædicto §.sed si dubitetur, nihil dicatur de redeundo, sed tantum, quòd
c debet præstare cautionem [c] de sistendo in iudicio certa die, & in §.legatis, simpliciter dicitur, ꝙ non compellitur ibi iudicium subire. hæc opin. mihi placet, quando persona, vel causa de sui natura, aut ex priuilegio deberet esse in curia: sed si persona ex priuilegio non posset conueniri, nisi coram sede Apostolica, vt quia exemptus, secundum quod dixi in 2.quęst.princ.vel causa de sui natura, propter ipsius graui-

ADDITIONES.

a ¶ *Quia est actus momentaneus, vt dicit Pau. & Alexan. in l.si delegatus, in princ.ff.ad Trebell. vbi latius de hoc, & ibi limitant præfati Doct.*

b ¶ *Adde Alex.in consi.101.lib.3. & de ista exceptione, vide latius per Bar. & Doc.in l.exigere dotem.ff.de iu.& Bal.qui plurifariã limitat eã l.in Rub. de priu.do.*

c ¶ *Cautionem iuratoriam tantum, secundum Bart. in l.fin.C.vbi in rem actio.& vide, quæ dixit Alexan.post Barto. in l.sancimus. C. de verborum significatio.*

grauitatem & excellentiam, deberet esse in curia, vt in c. vt debitus. in fi. infra de appella. vel etiam ex accidenti, vt quia ante legationem, vel similẽ causam concedentis hoc priuilegium, causa fuisset in curia, vel cõmuni patria inchoata, per l. de qua re. & l. vbi cœptum. ff. de iud. & probatur expresse in c. fi. infra de dilat. & ad idem allego tex. optimum de iure ciuili, in l. non distinguemus. §. si quis Romæ. ff. de arbi. quem tex. induxi ibi supra in 5. quæst. princi. sed posses dicere, vt ibi dixi, quòd istud non est propriè ius reuocandi domum, sed differendi in aliud tempus: proprium enim ius reuocandi domum videtur esse, vt promittat sistere in loco, ad quem reuocat, vt dicit glo. in d. §. sed & si dubitetur. Aduerte tamen, quia si iudicium non esset inchoatum ante legationem Romę, aut in simili loco, sed esset inchoatum tempore legationis, fortè quia dies esset exitura, vel ob aliam similem causam, secundum ea, quæ dixi in præced. q. versi. 15. & seq. tunc enim sufficeret cauere sistere iudiciũ, & finire in propria patria, vt est in l. sed & si restituatur. §. sed & si dies. ff. de iudi. vbi tex. dicit, vt litem contestetur, ita vt in prouinciam transferatur. nec obstat l. vbi cœptum. quia, vt dicunt Ang. & Bal. in d. §. ædium. & bene, hoc facit necessitas. Et nota circa prędicta, quòd licet quis habeat in communi patria ius reuocandi domũ, & in communi patria conueniatur, & ipse proponat tale ius, teneatur cauere, & sibi assignetur terminus ad sistendum in iudicio, secundum quod dictum est: tamen si interea aduersarius vellet eum conuenire in propria patria, teneretur respõdere, alias fieret missio in possessionem si nõ esset qui eum defenderet, sed antequam fiat missio, cognati tunc sunt interrogandi & citandi, & amici, an velint defendere, vt ff. quibus ex cau. maio. in l. ait prætor. & l. seq. & ff. quibus ex cau. in pos. ea. in l. hoc autem. secundum Innoc. hic, & Hosti. in sum. in tit. de excep. §. fin. versi. item hi coguntur, vbi dicit, quòd defendetur per procura. nisi Reipublicæ causa absfuerint, vt in l. 1. & 2. ff. eum qui appellat, &c. & l. 1. ff. apud eũ à quo appel. & mihi placet. quod tamen est intelligendũ, vt traditur in dictis iuribus, & in alijs iuribus ibi in glo. alleg. Item dubitatur circa cautionẽ, qualis debeat esse ista cautio. Sol. Dic, quòd sufficit nuda promissio, vt dicit tex. in d. §. sed & si dubitetur, alias sequeretur absurdum, ꝙ per viam indirectam cogeretur iudicium suscipere, cum fortè non reperiret ibi cautionem, & idem tenent hic Innoc. Hosti. & Ioan. And. & Hosti. in summa de excep. §. fin. ver. si autem dubitetur, & glo. in d. §. sed & si dubitetur. dicit tamen glo. ibi, quòd fortè erit pœnalis. Et idem tenet Spec. in titu. de satisd. §. 2. versi. illud. nisi fortè sit suspectus, quia tunc teneretur cauere etiam cum fideiussoribus. arg. l. si fideiussor. §. fin. ff. qui satisda. cog. & ff. de offi. præsi. in l. Senatus, secundum glo. & Spec. in dicto loco, sed Dyn. & Iaco. But. tenent contrariũ in d. §. sed & si dubitetur. & bene secundum Ange. & Doct. quia secundum aliam opinionem glo. & Spec. nullum esset priuilegium legatorum & aliorum, quibus competit hoc ius, quia semper possent allegari suspecti, cum sint subitò recessuri, & nec Romæ aut in patria communi, vel eius territorio possideant immobilia. sed aduerte, quia imo videtur, quòd præponens hoc ius reuocandi domum, debeat satisdare, & sic cum fideiussoribus, & non nuda cautione, vt est tex. iuncta glo. in l. de eo. ff. de iudi. Sol. Dic, quòd ibi loquitur de alia satisdatione, quàm sistendi in iudicio intra terminũ statutum. Nam ibi satisdat de legato & debito soluendo, ex quo ibi adiuit hæreditatem, secundum quod dixi supra in 2. quæst. princip. sed quoad terminos nostros de cautione sistendi in iudicio, sufficit quòd sit nuda. Et ex prædictis colligitur casus, in quo quis satisdat coram vno iudice, & vno tempore, & vno loco de defendendo coram alio iudice, & in alio tempore, & in alio loco, pro quo facit ff. iud. sol. in l. penul. ff. de lib. causa. in l. ordinarij. §. si is. & ff. de adult. in l. si adulterium. §. fi. & in d. l. Senatus. Ex his Deo duce ista materia iuris reuocandi domum, cũ longè ampliori & ordinatiori dote reducta est in domum suam, & in locum suum.

¶ Vlterius, quia supra in Rubr. ego dixi me hic examinaturum 4. prin. arti. in quo venit tractandũ, quid si in persona alicuius concurrunt plures qualitates, per quas concludatur multiplex forus, ita ꝙ possit varijs in locis conueniri, vtrum ad actorem, vel ad reum pertineat fori, vel iudicis electio. circa quem articulũ in primis ego pono istam regulam, quòd electio pertineat ad actorem, hoc expressè tenet glo. pen. in c. dilecti. supra eo. per no. in cap. cum sit. supra eo. & ibi etiam tenent Doc. communiter, licet aliqui contra, idem tenet Spec. de compe. iudi. adi. §. 1. versi. quid si debitor. per l. non vtique. ff. de eo, quod cer. loco, tenet D. meus in d. c. dilecti, per illum tex. vbi dicit esse casum, quia conuentus ibi volebat conueniri in proprio domicilio, sed actor eum trahebat ad locũ contractus, & præualuit actoris electio, vt dicitur ibi, vnde potest conuenire illum, & vbi cõtraxit, & vbi domicilium habet reus, & sic electio pertinet ad actorem, vt ibi dixi in 1. q. 2. princ. arti. idem tenet glo. in c. statutum. §. cum vero. de rescrip. lib. 6. in verbo, recuset. & in l. fi. C. vbi in rem act. tenet etiam Dom. meus hic, licet remittat se ad no. in cap. dilecti. vbi etiam ego in materia contractus tenui istam opinionem, in 4. q. prin. in 2. prin. arti. per no. in l. 3. ff. de eo, quod cer. loco, tenet etiam Ioan. And. post Hosti. in c. quanto. supra de offi. ordin. in glo. pen. dixi post Gof. in c. sanè. supra eo. ver. 12. declaratio. & probatur ar. à speciali eorũ, quæ infra dicam. Aduerte, quia Ioan. And. post Hosti. in d. c. dilecti. super glo. penul. dicit, quòd caueat actor, qui eligit vnum iudicem, vt non recurrat ad alium, quia si sic faceret, caderet à causa, vt l. vna. in
a fi. C. de asser. tol. quod communiter [a] reprobant hic Doct. & Do. Ant. & Do. meus, & Ioan. de Imo. hic, & Doct. in c. ex tenore, supra de rescrip. vbi Inno. & Doct. dicunt, quòd prædicta l. vna. in fi. loquitur in casu speciali fauore libertatis, tenet Gul. in l. 2. C. de iurisdic. omn. iud. sed Ang. in l. si fideicommissum. in fi. ff. de iudi. tenet contrarium, quando instantia adhuc non esset finita, & vide quod dixi in c. pręcedenti.

ADDITIO.

a *¶ Communiter reprobatur opin. Ioan. And. & Hosti. vide Alexan. in l. quamuis. ff. de dam. infec. cum simil. vt per Feli. in cap. ex tenore. in 6. col. versi. perdere. supra de rescrip.*

denti. in 15. prin. ar. fortè latiùs dicã infra in tit. vt li. pen. vbi meliùs conuenit, vide quod latè dixi in cap. fin. infra de mu. peti. in 12. princ. articu. prædicta tamen regula primò fallit in scholaribus, qui in tribus iudicibus, quos habent, secundum formam authen. habita. C. ne fil. pro pat. possunt eligere coram quo malint conueniri. tex. est in d. authen. dum tex. dicit huius rei optione data scholaribus, coram magistro vel Doctore suo, aut ipsius ciuitatis Episcopo, &c. Et si coram alio conueniantur, videntur habere solum priuilegium, vt possint sibi eligere Magistrum vel ciuitatis Episcopum. Aduerte tamen, quia glo. in d. auth. dicit, quòd etiam possunt sibi eligere potestatem, quia ipse est iudex ordinarius omnium ibi contrahentium. quare licet ab illa auth. habeant priuilegium exemptionis à iurisdictione ordinaria, & quòd possint sibi eligere dictos iudices: tamen ordinarius non perdit iurisdictionem. facit l. fin. C. de iurisd. omn. iud. sed dicit Saly. quòd dubitat, vtrùm prædicta gl. bene dicat, quia licet scholaris conuentus sub potestate, possit consentire in eum, & non vti priuilegio suo circa eligendum Doctorem, vel Episcopum: tamen vbi conuentus est coram Episcopo, vel Magistro suo, an possit eligere potestatẽ: in vno actore dubitandum est, quia prædicta facultas concessa scholaribus exorbitat à iure, & à regula communi, quam supra posui: ergo non extendenda ad alios iudices quàm expressos in d. auth. Subdit tamen Saly. quod pro glo. facit, quia conuentio facta sub Episcopo vel Doctore, facta est ab actore putante, quòd scholaris velit vti priuilegio: sed cùm dicat, quòd non vult conueniri nisi sub potestate, videtur dicendum, quòd potest velle non vti priuilegio suo: secùs si potestatem eligeret tãquam vnũ de tribus, quia hoc casu, putat Salyc. quòd non possit, quæ opin. satis mihi placet. Et aduerte, quia si scholares eligãt sibi Rectorem, qui ex forma statuti habet iurisdictionem inter scholares: scholaris conuentus coram Episcopo vel Magistro, poterit sibi eligere Rectorem, & conuentus coram Rectore, poterit illum recusare & eligere Doctorem, vel Episcopum, quia propter Rectoris creationem alij nõ perdiderunt suam iurisdictionem. arg. eo. quę no. in l. fi. C. de iurisd. omn. iudi. secundum Saly. in d. authen. habita. quod procedit, nisi ex forma statutorũ aliud disponatur: fortè quòd scholaris necessariò conueniendus esset sub Rectore: quia tunc seruanda forent statuta. A. B. Sed aduerte, quia hæc q. depẽdet ab alia q. videlicet, vtrùm authen. habita, quæ loquitur in elect. habeat locum in Rectore scholarium. circa quam Zaba. mouetur, quia licet in illa authen. non fiat mẽtio de Rectore, hoc ideo processit, quia tunc temporis scholares non faciebant Rectorem: a vnde verisimile[a] est, quòd si tũc habuissent Rectorem, illam iurisdictionem dedissent etiam Rectori. Et sic hodie Rector videtur adiunctus iudicibus nominatis in d. auth. habita. sed Bald. in d. auth. sentit contrariũ, dicens, quòd scholaris conuentus coram Doctore non potest eligere Rectorem: quia tex. ibi non dat optionem, nisi in tribus iudicibus, scilicet potestate, episcopo, & doctore. cũ ergo de Rectore nihil dicat, ergo, &c. arg. l. si verò. §. de viro. ff. sol. ma. & hanc opin. sequitur Dominus meus in dispu. quæ incipit, Gandulfus, in primo dubio. Mouetur, quia cùm illa auth. sit ius priuilegiatiuum & speciale, non debet extendi ad non expressa: præsertim contra iuris communis regulas. cap. porrò. & c. sanè. de priuil. 7. q. 1. c. petisti. Quinimò videtur dici posse secundũ eum, quòd etiam si scholares tunc fecissent Rectorem, Imperator non dedisset illi iurisdictionẽ, quam dedit alijs: cùm Rector sit communiter iuuenis, & sodalis scholariũ, vnde saltem in casibus, de quibus ibi non videtur fuisse danda tanta potestas. Quare putat, quòd scholaris hodie conuentus coram Rectore non possit, mero iure inspecto, illius iurisdictionem declinare, & eligere sibi Episcopum, Doctorem, vel Potestatem, secundum formam d. auth. habita. Mouetur principaliter, quia per illam auth. habita, non datur iurisdictio, nisi illis tribus iudicibus: ergo conuentus coram Rectore non habet illam optionem. nec obstat, si diceres, Rectorem non habere potestatem supra scholares, cùm d. authen. habita, det illam tribus iudicibus, vt l. consulta diualia. C. de test. quia respondeo, quòd illa authen. dedit dictã iurisdictionem illis tribus in fauorem scholarium, vt ibi colligitur manifestè: ergo possunt in parte renũciando illi fauori, eligere sibi Rectorem, vt l. si quis in conscribendo. C. de pact. & c. ad Apostolicam. de reg. cum simil. nõ enim est præsumptio, quòd Imperator priuilegiando ibi scholares, voluerit eis tollere potestatem eligendi sibi Rectorem. Nec quòd ob gratiam concedatur &c. contra regulam, quod ob gratiam. de reg. iur. lib. 6. & C. de leg. l. quod fauore. Item Iura volunt, quòd scholares faciant vniuersitatem, vt in c. quia in causis. de procu. & in procemio 6. Clem. 1. ergo concludunt, quòd habeãt iura vniuersitatis, inter quæ est hoc, vt possint sibi eligere Rectorem, vt l. fin. C. de iurisd. omn. iud. Et eligendo sibi Rectorem, perdunt quo ad eũ beneficium optionis concessum per d. auth. habita. cùm succedat dispositio d. l. fin. qua cauetur periniquum & temerarium esse, quòd illi de Collegio prętextu militiæ, dignitatis, vel alterius qualitatis, debeant declinare iurisdictionem Rectoris Collegij. nec habent in hoc, de quo scholares conquerantur, cùm per ele. Rectoris, quoad eum, recedant à prouisione legis, vt l. fi. C. de pac. cõuen. tàm super do. nec ob. quòd cum virtute d. l. fi. non liceat illis de Collegio declinare iurisd. potestatis, cùm concurrat cum Rectore Collegij. & cum prætextu authen. habita. hoc licet, vt ibi. si ergo licitum est declinare iurisdi. Potestatis eligẽdo alium ex illis tribus: ergo fortiùs debet licere declinare iurisd. Rectoris, eligendo aliquem ex illis tribus: cùm Potestas sit maior Rectore, vt d. l. fi. & per Innoc. in c. dilecta. de exces. præla. b in fi. quia si vinco vincẽtem te,[b] ergo & te, vt in cap. autho-

ADDITIONES.

a ¶ *Facit, quod dici solet in l. tale pactum. §. fi. vbi gl. est sing. ff. de pac. vbi dicit Bald. in 2. not. quod in legib. omne id dispositum videtur, quod est verisimile facturum legislatorem fuisse si de eo fuisset interrogatus, & adde Roma. qui eleganter loquitur in cons. 105. incip. viso themate. & Ale. in l. Titius. §. Lucius. ff. de lib. & posth.*

b ¶ *Si vinco vincentem te. Latè de hac regula in l. Claudius. per Bar. ff. qui po. in pigno. hab. in l. de accessionibus. ff. de diuer. & temp. præscript.*

authoritate. de excess. prela. lib. 6. ad hoc respon. quia potestas erat iudex necessarius, vt dicta l. fin. meritò ius voluit prouidere scholaribus. sed Rector est voluntarius, vnde eligendo sibi Rectorem, recedunt à prouisione legis, vt dictum est, ergo &c. facit cap. ab arbitris. de offic. deleg. lib. 6. concludit ergo Domi. meus, quòd mero iure inspecto, scholaris conuẽtus coram Rectore non potest declinare suam iurisdictionem supponendo se iurisdictio. potestatis, vel Episcopi, aut Doctoris. Et hoc dicit esse notandum tãquam nouum, & verisimum. & idem dicit si scholaris conueniatur coram aliquo ex illis tribus, vt nõ possit eligere Rectorem Vniuersitatis, secundum Dominum meũ, in dicta disputatione. vbi subdit, vtrùm d. auth. habeat locũ in clericis, quoad optionem. de quo ibi dicitur. & ibi concludit, quòd respectu iudicum laicorum nullo modo habet locum: quia laicus non est capax iurisd. contra clericum, vt in c. cùm non ab homine. supra de iu. dixi latè supra titu. 2. c. 1. nec obst. opin. Nico. de Mata. & Bal. in d. auth. habita. distinguentium, quòd aut clericus venit ad studium licẽtiatus à iure, vt quia venit ad studium Theologiæ, vt in c. fin. de ma. Et hoc casu, clericus potest vti dispositione illius auth. etiam quoad iudicem laicum: quia lex & princeps potuerunt super hoc disponere. & videtur disposuisse, dando licentiam veniendi ad studium, quod patet ex eo, quia vt dixi auth. habita. est inducta in priuilegium scholarium: cùm ergo concedant esse in studio, videntur dispensare super his, quæ sequũtur ad illud, ff. de re iudic. l. quidam consulebat. C. de nupt. l. imperialem. §. si militis. sicut monachus [a] licentiatus ad studium, videtur habere licentiam ad agendum super factis studij. l. si longiùs. §. fi. de iud. Et idem dicit de licentiato ad studium per summum Pontificem. Si verò solummodo est licentiatus à Prælato, dicunt, quòd potest eligere, dummodò eligat iudicem Ecclesiasticum. laicum verò eligere non potest. argu. tex. nostri. Si verò est in studio absque licentia aliqua. Et tunc, quia offendit l. non debet aliquod priuilegium scholasticũ habere, vt in Auth. de off. iud. §. neque autẽ. & l. auxiliũ. §. fi. ff. de minor. quod dixit Bal. tenendum potiùs, quàm quod dixit Ioan. And. in c. si diligenti, supra eo. sed Domi. meus in d. dispu. dicit, quòd respectu iudicum laicorum, etiam in primis duobus casibus, non habet locum d. auth. quia licet canon, seu Princeps licentiãdo videantur concessisse ea, quæ tendunt in fauorem ipsorum studentium: tamen illud non procedit in terminis nostris: quia in generali licentia nõ videtur data licentia veniendi contra specialiter prouisa per iura canonica, & diuina, vt in si. no. Bart. in l. à malitiosa. ff. de decre. ab ordi. fa. Quare cùm Iura Canonica & diuina velint clericum discuti per laicum, vt in cap. si diligenti, supra eo. & latè dixi c. 1. supra eo. meritò hoc non venit in tali conces. præterea non est verisimile, quòd Papa voluerit præiudicare priuilegio totius ordinis clericalis, in fauorem studentium: quia læditur priuilegiũ clericale: etiam si vnus clericus conueniatur coram seculari. cap. si diligenti, supra eod. & quia non est verisimile, quòd quis concedat in genere, quod in specie [b] non fuisset concessurus. c. fin. de off. vic. lib. 6. & in regula, in generali. de reg. iur. lib. 6. Præterea per generalem licentiam eũdi ad studium, videntur illa duntaxat concessa, sine quibus commodè in studio esse non potest. arg. l. sed & iul. §. quod dicitur. ff. ad Maced. Sed clericus commodè potest esse in studio absque eo, quòd eligat iud. laicum: ergo nec obst. contrarium, quòd fieri potest de laico domino feudi, qui cognoscit etiam contra clericum vasallum, vt latè dixi in c. ex transmissa, supra eo, quia respondetur, quòd ipse cognoscit quodammodo in re sua, ratione directi dominij, quod apud eum mansit. Præterea Imperator ab initio hãc iurisdictionem concessit domino feudi, vt l. imperialem. §. præterea. de prohib. alie. feu. per Federic. Et sic cùm hoc onus sit appositum rei feudali, meritò si clericus vult trãsire in Episcopum cum onere suo. arg. c. pastoralis. de deci. ad quod vide, quod latè dixi infra de cau. pos. & proprie. c. cùm dilectus. ar. 41. vers. 10. effectus. q. 7. hinc est, quòd Ecclesia, seu Papa hanc iurisdictionem approbauit: quia absque ea Ecclesia sentiebat dispendium: cùm aliter non potuisset feudum acquirere. Sed in casu nostro, dicta necessitas cessat: cùm clericus non necessitetur ad eligendum iudicem secularem, ratione scholasticæ professionis. quantum verò ad Magistrum vel Rectorem, qui esset clericus, licet inuitus: nõ videatur posse distingui, tam ex quo est in studio ex permissio. Iuris, vel Papæ, aut sui Episcopi, potest distringi virtute prorogationis. non ergo potest distringere respectu illius authen. quia Imperator non potuit dare iurisdictionem in clericos, cùm eam non haberet. 1. q. 7. c. Daibertũ. nec ob. si dicatur satis esse, quòd hoc sit prouisum de Iure Ciuili. arg. cap. 1. de oper. no. nunc. quia illud procedit, quando in materia non esset facta prouisio per Ius Canonicum, vt no. Innoc. in cap. 1. de reb. eccle. non alie. lib. 6. sed in materia nostra dispositum est per canones, coram quibus clerici sint conueniendi, vt hic, & si. iuribus. sed per viam prorogationis potest, si modò hoc accedat ad eius commoditatem: ex quo sibi concessa est potestas standi in studio. ar. d. l. si longiùs. ff. de iu. & c. periculosa. ne cler. vel mona. lib. 6. Et ex hoc infert singulariter Dom. meus, quòd clericus scholaris conuentus coram Episcopo loci non potest ipsius iurisdictionẽ declinare, eligendo in iudicem Doct. clericum, quia prorogatio nõ habet locum, nisi fiat de ambarum partium cõsensu, sed q. circa prædicta, qui sunt iud. qui deputantur per dictam authen. habita. Sol. Tex. ibi exprimit dominum, Magistrum, & loci Episcopum. Et glo. ibi exponit dominum, id est, Doctorem legũ, qui aliàs Præceptor appellatur, vt l. in ædibus. ff. de damno infecto. Verbum verò Magistrum. glo. exponit pro Doctore alterius facultatis. Et illa glo. facit ad generalem consuetudinem nostram, secũdum quam legum Doct. appellantur domini. Doctores verò alterius facultatis appellantur Magistri. Et in fi. vide glo. in Clem. 2. de magistr. in ver.

ADDITIONES.

a ¶ *Adde Bart. in l. si longius. in §. fi. de iud. Bal. in auth. causa quæ fit. de episcop. & cler. Spec. in titu. de act. ver. quid si.*

b ¶ *Facit optimè glo. no. in l. 1. ver. argumẽtum triplex. ff. de offic. eius. & in pulchra quæstio. Pau. consil. 217. vol. 1. col. 2.*

in ver. Doctoratus. quæ dicit, quòd in Italia Professores Iuris, appellantur Doctores, in alijs verò facultatibus, appellantur Magistri. sed Domi. meus in dicta disputatione, quæ incipit, Gandulphus, in fi. 1. dubij, exponit Dominū pro Præside, seu Potestate loci, vt est tex. in l. spadonem. §. si ciuitatis. ff. de excusat. no. Bar. l. 1. prope fi. ff. de iurisd. om. iud. pro qua expositione alleg. tex. in procemio. ff. in fi. vbi præses, seu potestas numeratur in numero trium iudicum: & sic tollitur disputatio, quam facit Bal. in d. authen. habita. an hodie potestas sit exclusus, cùm in d. auth. non fiat mentio de potestate: concludit tamen, quòd non, cùm iurisdictio sibi simul cum alijs fuerit tributa in dicto proœm. placet. Ma. vtrùm autem per iurisdictionem simpliciter alteri de nouo cōcessam, videatur adempta iurisdictio ab alijs, qui illam habebant. dixi latissimè in cap. cæterùm, supra de iudic. Item aduerte, quod supra dixi, quòd scholaris potest eligere Doctorem suū, vel Rectorem, &c. procedit, si Doctor vel Rector sit clericus: secùs si esset laicus, & cōuentus clericus, secundum aliquos. alij verò aliter distinguūt. tu verò vide, quę latiùs dixi in c. significasti, supra eo. in 6. quæst. princip. ver. item iuxta prædicta subijcio q. de scholari. quid autem si scholaris conuentus coram potestate, eligit Doctorem suum, vel Episcopum, sed hoc non obstante, potestas pronunciauit se iudicem, an præiudicet: & vtrùm à tali interlocutoria possit appellari, & ad quem debeat appellari. vide quod dixi supra in Rubri. vers. 92. & infra de appellat. in cap. super eo. el 2. sed quæro iuxta prædicta, quid si scholaris habet duos Doctores, & sub vno conuentus, eligit alium. Bald. in d. authen. dicit, quòd si ille, sub quo est conuentus, sit principalis, & alius non possit alium non principalem eligere: secùs si ambo sint æquè principales, quia tunc posset gratificare, & eligere quem vellet. arg. ff. de leg. 2. in l. si quis seruum. §. intra duos. & ff. ad Syllan. in l. si quis in graui. §. si cùm omnes. & sequitur Salyce. & mihi placet. facit quod no. in c. duobus, de rescrip. lib. 6. Et prædicta procedunt, etiam in licentiato in decretis, legibus, aut artibus: quia licet non intret scholas, tamen non prohibetur intrare: & sic ex natura rei mutatus est actus, non habitus: ideò non habet obesse, sicut nec honor, aut conditione non mutata. ff. de Sena. l. pen. secundum Saly. in d. auth. habita. & mihi placet. pro quo allego, quia Licentiatus magis participat de natura scholarium. arg. l. filiam. §. 1. ff. de condit. & demonstr. secundum Bal. & maximè in fauorabilibus, secūdum Ioan. de Imo. tenet Petr. de Ancha. & post eum d. Domin. in salutatione sexti. Item procedunt prædicta, nisi scholaris renunciasset dicto priuilegio electionis expresè vel tacitè, secundum glo. in l. 1. ff. si quis in ius vocat. non ierit. & in d. auth. habita. & ibi Salyc. facit regula cap. si diligenti, supra eo. & quod ibi dixi. facit etiam quod dixi supra in glo. fin. in 11. quæst. prin. vers. 22. excep. sed quæro, quando scholaris debeat facere hanc electionem? Sol. Dic, quòd debet illam facere ante li. contest. postea verò non potest, secundum glo. in d. auth. habita. quia ita est exceptio fori, per l. fin. C. de except. ergo ante litem contestatam debet opponi. facit, quod dixi supra in materia reuocandi domum, in 7. q. princ. ante ergo lit. cōtest. potest eligere, quod est verum, secundum Salyc. si prius non fecisset aliquem actum, per quem videretur consensisse in illum, quia non posset postea alium eligere, licet cōtestatio adhuc non esset facta: quia sicut nō posset tūc recusare, ita nec alium eligere, cùm sit quædā recusatio. allegat no. per Bartolum, in l. quidam consulebat. ff. de re iudicata. sed meliùs faciunt, quæ latiùs dixi in cap. inter monasterium, infra de re iudica. & quod dixi in d. 7. q. princ. Quæro etiam vlteriùs, vtrùm scholaris, qui conuentus coram vno, alium eligit, teneatur saltem cauere de respondendo coram illo alio? Sol. Ala. Goffred. Hostien. & Ioan. Andr. post eos, in c. prou. infra de dolo & cōtuma. tenet quòd sic, per l. 2. §. sed si dubitetur. ff. de iudic. & Arch. 11. q. 1. cap. inolita. super glo. fina. & idem glo. in d. §. sed si dubitetur. quæ tamen videtur velle, quòd hoc procedat, quando reuocat ad locum remotum: aliàs videtur, quòd solùm teneatur cauere per iudicē, quem elegit, per leg. 3. 1. responso. ff. iudi. sol. & l. præcedente. maximè si coram ipso Rectore, vel iudice, coram quo conuenitur, sit grauior forma satisdandi. & sequitur Angelus & Specula. in titu. de satisd. §. 2. versic. quid ergo de scholari. & Ioan. Andr. ibi in addi. vbi dicit, q prædicta opinio, quòd teneatur cauere coram illo, quem elegit, habet locum in scholari clerico cōuento corā potestate, alia verò opinio in scholari laico. Et vide quæ dixi supra in materia iuris reuocādi domum, in 12. quæst. princ. in vers. secundò dubitatur. & in materia vagabundi.

¶ Secundò fallit prædicta regula in vagabundo, cui videtur competere potestas eligēdi, coram quo conueniatur: licet alij contra. de quo dixi latiùs supra in materia vagabundi, in 2. quæstio. & ex his est expeditus 4. princ. art. A. B. prędicta tamen arbitror procedere, quando clarum est, quòd vterque esset iudex in illa causa. sed pone, quòd in aliquo concurrant duæ qualitates, propter quas duos varios videtur habere iudices: puta, ex forma statuti aliquis est iudex pupillorum, ex forma eiusdem vel alterius, alius est iudex causarum testamentorum, vel depositorum: modò aliquis est pupillus, & causam vult agere testamentariā, vel depositi, an poterit eligere quē vellet ipse pupillus, si est actor, vel aduersarius, si ipsum pupillum vult conuenire. Et videtur dicendum, quòd vterque sit iudex, & sic stet electio in actore. argu. l. Titiæ textores, ff. de lega. 1. vel quòd vterque simul debeat cognoscere. arg. l. iurisperitus. §. cùm oriundus. ff. de excusa. tuto. Sol. Dicit Bart. in extrauag. ad reprimendum. in fi. quòd attenditur potiùs persona quàm causa: nam specialior est iurisdictio, in qua est maior specialitatis ratio; sed maior ratio specialitatis est in persona, quàm in causa. arg. l. 1. ff. de statu ho. & C. quando Imperator inter pu. l. 1. quod ergo in specialiori ratione fundatur, derogat ei, in quo minor inuenitur specialitatis ratio, secundum Barto. in dicta extrauag. ad reprimendum. in ver. non obst. & sequitur Bald. in l. 1. ff. de off. cōs. q. 3. Ma.

¶ Superest nunc vt iuxta præmissum ordinem in Rubrica examinemus. 6. prin. artic. videlicet, vbi, seu in quo loco iudex iurisdictionē, seu forum exercere, seu retinere debeat, quia quintus articulus fuit examinatus in capitulo, si clericus laicum, supra eo.

¶ Circa quem articulum prosequar duo mēbra.

¶ Primum

¶ Primum respectu territorij.

¶ Secundum, respectu loci ipsius iudicij.

91 ¶ † Quoad primum distingue, quòd aut loquimur de iurisdictione contentiosa, aut de voluntaria: primo casu, regula est, quòd quis contentiosam iurisdictionem non potest in alieno territorio exercere, vt in cap. 2. in fi. de constit. lib. 6. & in l. fin. ff. de iurisdic. omn. iud. vnde Episcopus in aliena diœcesi non potest iurisdictionem exercere, 9. quæstio. 2. c. ipsum. & duobus sequen. 7. quæst. 1. in cap. placuit. el 2. & cap. 2. in Clemen. 1. in princ. eod. titu. Et ratio est, quia iurisdictio [a] cohæret territorio, vt in l. fi. C. vbi & apud quem. & l. 1. §. cũ vrbem. ff. de offi. præfec. vrb. Et prædicta regula procedit etiam si Episcopus vel similis, vellet cognoscere in aliena diœcesi inter subditos, quos ibi haberet, & in loco sibi subiecto cum non possit ibi sedere pro tribunali sine licentia illius, cuius est diœcesis, vt patet in eo, quod legitur, & no. in cap. nouit. de offic. leg. in cap. ex tuarum. supra de autho. & vsu pal. infra de statu monacho. in cap. in singulis. §. ordinent. quod est verum, nisi hoc haberet ex priuilegio. infra de excess. Prælat. cap. accedentibus. in fi. vel consuetudine iam præscripta: quia cum cõsuetudo tribuit iurisdictionem in rebus & personis, vt latius dixi in cap. cum contingat. supra eod. fortius debet concedere respectu loci, 12. quæstio. 1. cap. præcipimus. dummodo ex hoc limites non confundantur: alioquin contra, vt patet in eo quod legitur & no. in c. super eo. infra de Paroch. & in cap. cum sint homines. infra de deci. secundum Hostien. & Ioan. And. in c. quanto. supra de offi. ord. & ibi vide qualiter Episcopus possit habere subditos in aliena diœcesi. prędicta tamen regula fallit in Episcopis proteruia impiorum expulsis, quibus indultum est in diœcesibus alienis, in ciuitatibus videlicet, vel locis insignibus, suis Ecclesijs vicinioribus, posse contra expulsores, consiliarios, & finitores, & alios subditos, petita tamẽ prius, licet non obtenta, licentia à diœcesano illius loci, iurisdictionem contentiosam exercere, vt d. Clem. 1. eod. titu. cuius materiam declara, prout ibi latius scripsi post glo. & Doct.

¶ Secundò fallit, quando hoc procederet de voluntate partium, accedente licentia diœcesani vel alterius ibi habentis iurisdictionem, de qua materia dic, vt latius dixi in cap. significasti. supra eod. in d. prin. artic. in 7. quæstio. princ. & vide etiam quod dixi in d. Clemen. 1. eod. titu. in glo. super verbo, iurisdictionem.

¶ Tertiò fallit, quando vellet exercere iurisdictionem contentiosam non requirentem causæ cognitionem, & quæ pro tribunali non est expedienda. hoc sentit gl. in verbo, iurisdictionem. in d. Clemen. 1. eod. tit. facit quod statim dicam in seq. membro. Et si tu diceres, qualiter potest esse, quòd iurisdictio contentiosa, vel aliquis actus iurisdictionis contentiosæ non requirat causæ cognitionem: cum uerbum ipsum sonet in contrarium. tangit Cyn. & post eum aliqualiter Bald. in l. fin. ff. de iurisdict. omn. iud. Pone exemplum, quòd illud aliàs de sui natura est iurisdictio. contentiosæ partes uoluntariè agunt, uoluntariam sui præsentiam & obedientiam exhibentes A. B.

¶ Quartò fallit in Prælato non habente territorium, sed tantummodo iurisdictio. in personas. Aduerte tamen: quia Innoc. in cap. cum contingat. supra eo. duas refert opiniones. Quidam enim dicũt, quòd vbicunque poterũt cognoscere, sicut arbiter, & diffinire causas eorum, qui suæ iurisdictio. sunt, sed non possunt eas mandare executioni. ar. C. de iurisdict. om. iud. l. fin. Alij verò dicunt, quòd non possunt exercere iurisdictionem nisi in loco, vbi cõsuetudo vel priuilegium dat eis iurisdictionem, vel in locis vbi morantur. Dom. Antonius d. c. cum contingat. distinguit, quòd quidam sunt non habentes iurisdictionem, sed solam coertionem, vt sunt qui ratione potestatis domesticæ vendicant sibi coertionem, & in illis non est habenda consideratio loci, sed procedit illud, vbi te inuenero, ibi te castigabo. l. 2. §. dies. ff. quis or. in bon. poss. ser. l. à procedente. C. de dila. bene facit c. placuit. 33. q. 2. Quidam sunt habentes iurisdictionem in homines absque territorio, & isti debent sedere in loco, vbi habitant. Ideo Archidiaconi & si. in loco Archidiaconatus. Quidam habent iurisdictionem cum territorio, & si illa sit potestas spiritualis, vbicunque poterit exerceri: inspecto illo, vbi te inuenero &c. vnde putat sacerdotem curatorem confessionem Parochiani vbilibet audire posse. de quo dixi in c. omnis. de pœnit. & remiss. Si verò sapit naturam contentiosæ iurisdictionis: tũc illam exercet in loco principali, vbi datur iurisdictio. alleg. no. c. quanto. de offic. ordin. iudic. no. vbi hoc videntur velle tenere Doct. Et idem videtur sentire Hostien. in cap. ea, quæ. de statu reg. Si tamen intra terras territorij in quo habet iurisdictionem, locaret sedem: non peccaret, secundum Dominum Antonium: æquius tamen, quòd in loco specifico & præeminẽti, vel vbi datur iurisdictio, locet sedem. Vbi autem Prælati habent loca particularia in diuersis diœcesibus, debent locare in principali prælatura, non in loco particulari: nisi facerent de consensu diœcesani, in loco cuius locat sedem. alleg. no. per Docto. d. cap. quanto. Et hæc vera, nisi consuetudo vel priuilegium aliud disponat: quia tunc in loco vbi maiores consueuerunt, salua honestate. l. pen. ff. de iust. & iu. secundum D. Anton. Sed D. meus in repet. c. si quis contra clericum. dicit, quòd in talibus, qui solùm habent iurisdictionem in personas, vt sunt Abbas, Præpositus, Archidiac. & si. & dicit Dom. meus, quòd putat, quòd possint cognoscere vbi voluerint: salua tamen honestate, & vbi maiorum suorũ fuit mos cognoscere, sicut dicimus in arbitro. l. si cum dies. §. arbiter. ff. de arbit. & in domino feudi respectu vasallorum, vt no. glo. l. Imperialis. de prohib. alie. & no. in cap. cæterum. de iudic. Nam ex quo eis conceditur iurisdictio in territorio alterius, per quem conceditur illius exercitium, ar. cap. præterea, & cap. prudentia. de offic. deleg. cum simil. Nec recognoscendo extra locum prælaturæ dicuntur violare territorium: cum ipsorum loca, monasterium, præpositura & simil. non sint sibi territorium: imò territorium est Episcopi, ex quo non

ADDITIO.

a ¶ *Iurisdictio cohæret territorio, sicut nubes paludi, ita dicit Socin. consil. 74. 2. colum. versic. 1. quia quo. in primo lib.*

non sunt exempti: vnde ex quo possunt cognoscere etiam extra eum, cognoscendo & diffiniendo in illis locis, cognoscant & diffiniant in territorio alterius: cùm vt supra dixi, iurisdictio istorum concernat personas & non loca. Nec apparet ratio vrgens, quare magis posint cognoscere in illis locis, quàm extra. arg.optimum, cap.cùm illorum. §.si verò claustrales, de senten. excommu. & quod ibi no. fatetur Domi.meus, quòd honestiùs esset cognoscere in proprijs locis, quàm extra. Sed vbi habent iurisdictionem cum territorio, aliquo iure speciali debēt cognoscere in territorio, nec debent violare territorium alterius. Et hoc casu, non habent locum superiùs allegata, nisi locarent ibi sedem de consensu illius, cuius est territorium, vt cap.nouit, de offic. deleg. & cap.vt litigantes, de offic.ordin. lib.6. & 6. quæst.3.scri.vt dixi secunda fallen. Et hoc casu, possunt locare sedem in quolibet loco territorij, secundum tamen quod dicam in secundo membro principali, secundum Domi.meum in repe.c.si quis contra clericum.eod.titu.col.pen. Si verò quærimus de
a iurisdictione voluntaria,[a] breuiter dico, quòd cùm ista expediatur sine causæ cognitione, & non pro tribunali, & de partium volūtate, potest expediri in aliena diœcesi & territorio, vt in l.fi. ff.de off.præfec. vrb. & ibi per Bartolum in l.1. ff. de offi.proconsul. & leg.& ibi per Bal. & Doct. & in c.nouit, supra de off.leg.9.quæst.3.per totum. Et ideò licentia petēda à diœcesano circa pœnitentias audiēdas, secundum formam Cle. dudum. §.statuimus. de sepult. potest peti & impartiri à diœcesano extra suā diœcesim, secundum Gul.Paul. & Zabar.in d.§.statuimus. Et sic etiam existens extra diœcesim, potest delegare causam in diœcesi sua audiēdam: quia delegare est voluntariæ iurisdictionis. hoc nota.in l.fi.de off.præfe. vrb.no.glo.in c.nouit, supra de off.leg.vbi etiā nota, quòd existens extra diœcesim, potest conferre beneficia, per c.post electionem. de concess.præben. in parte decisa, & no.glo.in c.3.de præb. lib.6.quā etiā sequūtur Guli.Garzias, & Ioan.And. & D.Domin. Et hæc procedunt, quando talis iurisdictio voluntaria non exigeret causæ cognitionem: secùs si esset talis, quæ exigeret causæ cognitionem, per ea, quæ dixi in præcedenti membro, de iurisdictione contentiosa. Et ex prædictis infertur, quòd extra propriā diœcesim, Episcopus nō potest excommunicare vel absoluere, cùm vtrumque requirat causæ cognitionem.de excommunicatione dixi in c.perpendimus, infra de sen.excom. in 10.artic. de absolutione verò in c.venerabili, eo.tit.quod procedit, nisi excommunicatio ferretur pro causa notoria. ad quod vide quæ dixi in c.1.infra de senten. excommunica. in 5. princ.artic. Et quod dixi in d. Cle.1.eo.tit.in glo.super verbo, iurisdictionem. vbi vide plura notabilia ad hanc materiam, vbi etiam dixi, quòd extra territorium non potest quis confirmare electum, vel instituere præsentatum. quod etiam tenet D.M. in c. nouit, supra de off.leg.per cap.fin.iuncta gl. de elect. lib.6. Aduerte tamē, quia quod dixi, quòd existens extra territorium potest iurisdictionem volūtariam exercere non requirētem causæ cognitionem: procedit in iudice ordinario, seu in delegato ab inferiore à Principe, seu in vicario vicem gerente, seu locum tenēte alicuius, vt in l.2. ff.de off.procōs. & leg. vnde Vicarius Episcopi iurisdictionem volūtariam extra diœcesim non posset exercere: etiam si haberet speciale mādatum ad illum actum, & etiam consentientibus partibus. facit quod notat Barto.in l.1. C.de sum.Trin. vbi vult, quòd commissio facta ab inferiore à Principe, nūquam potest exerceri extra territorium committentis. Tradit etiam Bald. in d. l.2.de off.procons.& in l.fi.ff.de iurisd.om.iud. Ideo autem dixi in delegato inferioris à Principe, quia in delegato Papæ non est dubium, quòd si partes expressè cōsentiunt, potest cognoscere extra diœcesim delegationis suæ: etiam per viam contentiosæ iurisdictionis, vt est tex.no.in ca.statutum. §.in nullo. de rescript. lib.6. Et idem in delegato Principis, tenet Bart.in d.l.1.C. de sum.Trin.& Bal.in d.l.fi. ff.de iurisd.om.iud.Sed quæro iuxta prędicta, vtrùm prædicta iurisdictio voluntaria, quæ exercetur extra territorium, sit ex natura propria cognoscentis: an verò ex vi, seu virtute prorogationis. SoL. Bald.in d.l.2. ff.de off.proconsul.& leg.tenet, quòd inter subditos est ex propria natura: inter nō subditos verò distinguit, quòd aut exercetur secūdum consuetudinem loci: & illa non est propriè prorogatio: sed est ex eo, quia inspicimus locū iudicij, vt l.1.C.de emāci. & latiùs dixi in c.quòd clericis, supra eo.in 16. prin. artic. Aut consuetudo hoc non dicit, & tunc est necessaria prorogatio. Subdit tamē, quòd cùm in hoc casu lis non contestetur, nec posit contestari: magis dicitur quædam submissio, quàm prorogatio. facit l.est receptum.ff.de iuris.omn.iud. Et ita debet limitari, quod ponūt Doct.in c.P.& G.supra de off. deleg.& quod ibi dixi, & quod dixi in c.significasti, supra eo.in 5.princ.art.q.7.

92 ¶†Circa secundum membrum respectu loci iudicij, Doct. breuiter, quòd regula est, quòd in loco solito maiorum debet forus & iudicium exerceri, vt traditur in l.ius pluribus.ff.de iust.& iu. adeò, quòd si alibi iudicat, quàm in loco maiorum, sententia videtur esse nulla, secundum Specu.in titu.de senten. §.qualiter, in princ.per l.si vt proponis.C.quomodo & quando iudex. per quam legem, idem tenet Bal. in l.pen.ff.de iusti.& iure. Hæc tamen regula limitatur, si modò cognoscit vt ordinarius: secùs si cognosceret, vt delegatus, quia tunc potest eligere locum quem vult, per d. l.si vt proponis. & ita seruat curia Romana, secundum Ange.in d.l.penul.hæc tamen limitatio procedit in delegato speciali, secùs in delegato ad vniuersitatem causarū, quia debet seruare locum delegantis, secundum Barto. de Capua in d. l.pen.item prædicta regula recipit aliquas fallentias.

¶Primò fallit, quādo iudex procederet sine causæ cognitione, quia tunc sufficeret iudicare in via &
b itinere, [b] per l.3. §.ibidem.ff.ad exhib. & C. de ædi. edic.in l.à procedente.& ff.quis ordo in bono.poss. serue.in l.2.§.dies.

¶Secundò fallit, quādo iudex non haberet proprium locum: quia tunc posset procedere & iudicare

ADDITIONES.

a *¶Extra territorium potest iudex voluntariam iurisdict.exercere liberè, vide ea, quæ no.per Old.cons.88.*

b *¶Facit tex.& ibi glo.cum no.per Are. & Docto.in §. serui verò.Instit.de liberti.*

care in loco quem eligeret: potest enim tûc locum partibus designare. Et ista electio est quædam interlocutoria, quam mutare potest suo arbitrio: dummodò partibus innotescat, vt d. l. si vt proponis. secundum Bald. in c. 1. §. præterea. de prohib. feu. alie. per Feder. vers. quæro, in quo loco. vbi subdit, quòd sunt quidam iudices singulares, qui non habent determinatum locû, sed vbi inueniût malefactorem, illum iudicant, & possunt executionem facere non sedendo pro tribunali. si enim inueniunt latrones in syluis, ibi faciunt eos suspêdi, vbi certum est non esse locum competêtis tribunalis, & idem etiam tenet Bal. in l. pen. ff. de iust. & iu. vbi ponit exemplum de bargellis, qui sunt officiales vbique discurrentes per comitatum. & subdit etiam Bal. in d. §. præterea. quòd iudices Bononiæ, & alij non habentes certam & deputatam sedem, possunt ferre sententias in domibus eorum, vel in alijs publicis & honestis locis. & idem dicit de alijs ciuitatibus, quæ non habent tribunal causarum, seu sedem suorum antiquorum magistratuum, vt Lunêsis & Adria. dixi supra super glo. 3. in materia domicilij, in 8. q. princ.

¶ Tertiò fallit in Episcopo, qui propter eius dignitatem potest in quolibet loco diœcesis, seu non exêpto, pro tribunali sedere, & causas audire, vt in c. cùm Episcopus. de off. ord. li. 6. tenet Bal. in d. l. pen.

¶ Quartò fallit in præside, vt in l. si vt proponis. §. præses. C. quo. & quan. iu. tenet Bal. in l. vbi ceptû. ff. de iu. in hoc. n. æquiparatur Præses Episcopo, & Episcopus Præsidi. Et idê ego arbitror dicendû in quolibet Principe & dño ciuitatis suæ, argu. prædictorû.

a ¶ Quintò fallit, si partes consentirent,[a] in alio loco, quàm maiorum pro tribunali sedere, quia partes possunt prorogare iurisdictionem de loco ad locum: cùm non agatur de iniuria alterius iudicis. ar. ff. de solu. l. quæro. secundum Bal. in d. §. præterea. facit quod statim subijciam. & prædictam opinionem tenuit Gul. de Cu. quem sequitur Bart. in d. l. penul. ff. de iust. & iur. Nam sicut partes possunt côcordare de tempore. C. quando prouo. non est necess. l. cum non eo. ita & de loco, quia valet argumentum de tempore ad locum, vt in l. vinum. ff. si cer. pet. & hoc etiam tenet Bal. in l. vbi cœptum. ff. de iu. de quo per Cyn. in l. consensu. C. de episc. audi. faciunt etiam quæ dixi in c. significasti, supra eo. in 5. prin. art. q. 7. & hoc adde ad ibi dicta.

¶ Sextò fallit in arbitris iuris, qui licet succedant in locû iudicis ordinarij recusati vel similis, possunt sibi eligere locum tribunalis, simplicis arbitri: quia non habent prætorium, per l. si cùm dies. §. penult. ff. de arbi. tenet Bal. in d. l. pen. ff. de iust. & iu. & in d. §. præterea. Aduerte tamen circa prædicta, quia in casibus, in quibus dixi, quòd iudex potest eligere locum, debet intelligi, dummodò talis locus sit honestus: quia non in lupanari, aut in coquina, vt infra de appella. cap. qua fronte. & ff. de arbi. l. si cùm dies. §. si arbiter. C. de iudi. in l. properandum. & l. rem nô nouam. ff. de iud. in l. si locus. & ff. de interrog. act. in l. 4. Si tamen partes consentiant, quod in lupanari, vel in alio loco inhonesto iudicium agitetur: licet fatuè faciat iudex qui cognoscit, aut ibi fert sententiam, tamen partes non possunt contrauenire. ff. sol. mat. in l. cùm mulier viri lenocinio. & l. viro. 32. q. 5. cap. tolerabilius. tenet Spec. in tit. de senten. §. iuxta. vers. item est nulla ratione loci. Et debet esse locus nô solùm vtrique parti honestus, sed etiam securus, & neutri parti suspectus, vt d. §. si arbiter. sed debet esse publicus, non occultus. C. de senten. l. cum sententiam. Item debet iudex procedere & sententiare in loco partibus assignato. ff. de iudi. l. si locus. & supra de rescript. c. fi. & d. l. si vt proponis. & in d. l. cùm sententiam. & debet procedere & sententiare in loco cœpti iudicij, per l. vbi cœptum. ff. de iudi. & vide quæ latius dixi supra in præced. c. Aduerte tamê circa prędicta, quia si est iudex secularis, debet penitus abstinere, ne locum iudicij eligat in Ecclesia, in qua omnis seculariû, maximè iudiciorum strepitus conquiescere debet, vt in c. decet. de immu. eccle. lib. 7. & l. 2. C. de sacrosan. eccl. & in cap. 1. infra de immu. eccle. vbi dicit Ioan. And. quòd quilibet iudex a minimo vsque ad maximum debet hoc seruare, & abstinere ne in eo loco iudicium exerceat, & ab omni causa criminali, ciuili, & mista: ardua, vel minima, vt dicit Ioan. And. in d. cap. decet. in nouel. quia tex. ille loquitur per verbum vniuersale, omnes, & per vniuersalem negatiuam, nulla. nec in his valet Episcopus dispensare, vt ibi per Ioan. Andr. nec consuetudo contraria, tanquam Ecclesijs onerosa valeret, vt d. cap. 1. & ibi Io. Andr. iudices vero Ecclesiastici bene possunt cognoscere in Ecclesia. 2. q. 2. cap. fi. & d. c. qua fronte, & si ad eandem causam cognoscendam iunguntur laicus & Ecclesiasticus iudex, quod fieri potest, vt dicam in articu. seq. non videtur valere processus in Ecclesia agitatus, arg. c. cùm super, supra de offic. deleg. In contrarium[b] tamen facit cap. per tuas. & quod ibi no. & in c. contingit, supra de arbit. & in c. 1. supra de iu. patr. lib. 6. & quod ibi no. Innoc. Archid. & Io. Andr. facit etiam regula, vtile. de reg. iur. lib. 6. & quod no. in cap. si eo tempore. de rescript. lib. 6. & in Clem. 1. de præben. & in hac opinio. videtur residere Lapus & post eum D. Domin. in d. c. decet. quæ decisio non procedit sine dubitatione, sed non intendo insistere. adde quæ dicam in sequen. artic. Aduerte etiam, quia si testes iurassent in loco iudicij, possent examinari in Ecclesia, quia dictum testis trahitur ad iuramêtum: quinimo etiâ si in loco iudicij præcessisset illa causæ cognitio, quę debet præcedere iuramentum, ipsa actualis delatio posset fieri in Ecclesia, secundum Bart. in d. l. 2. C. de sacrosan. eccle. per l. generaliter, in fi. C. de reb. cred. Sed Bal. in d. l. 2. dubitat, eo quòd iuramentû debet præstari corâ iudice sedente pro tribunali. Sed opinio. Barto. sequitur D. Domin. in d. c. decet. pro qua allegat c. mulieres. de iudi. lib. 6. vbi patet quòd iuramentum potest præstari in alio loco, quàm in loco iudicij, cùm non actus iudiciarius debeat agitari in loco

ADDITIONES.

a ¶ *Consentientibus partibus potest iudex mutare tribunal. Adde Bar. in l. 1. C. de sent. ex breui. reci. & in l. si vt proponis. 2. C. quo & quan. iu. no. in c. Episcopus, de off. ord. lib. 6. vide quod no. Spec. in tit. de rescr. præsenta. §. fi.*

b ¶ *In contrarium. Pro ista opi. bene faciunt multa quæ deciduntur per Fely. in c. 1. de præscr. 3. col. & per Ias. in l. si emanc. C. de collat. vbi latè examinatur illa regula quod possum per alium, quod per me non possim. facit l. si communem. ff. quib. mo. serui. amit.*

loco iudicij, iudice sedente pro tribunali, & in loco iudiciorum. in 3. q.3. offeratur. & vt supra dictũ est. & ex his habes expeditum.6.princ.artic. A. B. Et ad quem locum fieri debeat citatio, vide quod dixi infra de dila. in Rubrica, in materia citationis, in 18. princ.articu.per octo quæstiones. Ma.

¶ Vlterius, quoniam supra in Rubrica remisi me hic examinaturum in 12.princ.artic.ideo pro ipsius examinatione quæro, quid si sunt plures iudices ad quos iurisdictio simul pertineat, qualiter cognoscere debeant, & quæ fori qualitas debet seruari, maximè si clerici & laici sunt admisti. ¶ Sol. Dic, quòd aut loquimur in pluribus iudicibus secularibus tantùm, vel Ecclesiasticis tantùm, non commistis adinuicẽ, aut in commistis adinuicem. Primo casu quo ad iudices delegatos simul & semel, dic vt traditur in c. prudentiam, supra de off.deleg. & in c.cùm plures, de offic.deleg.lib.6. & in l.duo ex tribus.ff.de re iudi. Si verò sunt ordinarij, vide quod latè dixi post Docto.in c.fin. de re iudica. In secundo verò membro, quando adinuicem commiscentur Ecclesiasticus & secularis, quod potest contingere in certis casibus. Nam quandoque lex coniungit, vt in authen. si verò contigerit. C. de iudi. quandoque necessitas indiuisibilis instantiæ, vt cùm volo conuenire clericum & laicum obligatos insolidum ratione contractus, vel administrationis, puta, quia fuerunt executores testamenti, vel in alijs causis, in quibus apud eundem iudicem agendum est. Et hoc casu dicendum, quòd vel vnus debet alij causam delegare, vel simul in procedendo conuenire, vt in d. authen. si verò. & hoc no. Barto.in l.solent.ff.de alimen.& cib. leg. Nam & alibi plures iudices diuersi fori conueniunt: cùm causa de qua agitur est vtrique communis, vt in c.cùm illorum. §.si verò. de senten.excom. & idem dicit Bal. post Dy. quòd si clericus & laicus sunt electi in arbitros & discordent, necessarius est vterque iudex in compellendo, videlicet Episcopus & potestas, sicut & in simili, quando delictum est commissum in confinibus. ad quod vide quod no. Barto. in l.iurisperitos.§.cum oriundus.ff.de excusa. tuto.& quod no.in l.siue contra.§.1.ff.de libe.agno. facit quod de conuentione iudicum legitur & no. in c.cum cõtingat.supra de rescript. & in c.pro hoc. de hæreti. lib.6. vbi Episcopus & inquisitor, contra hæreticũ conueniunt in sententia & processu.tenet Petr.de Ancha. in repeti.c.ea quæ. de reg.iur. lib.6. in 1.quæst. vbi etiam tractat, quid iuris si contingat
a ab istorum [a] sententia appellari, ad quem appellabitur, ad superiorem iudicis Ecclesiastici, vel secularis, vel ad vtrumque, & arguit sed quia est materia quæ pertinet ad titu.de appel. de qua vide per Bart. in l.1.in fi.ff.de appel. vbi concludit, quòd ad Ecclesiasticum, & sentit Bald.in simili l.præcipimus.C.de appel.vide tamen Petr.de Anchar.in d.1.quæst.qui videtur aliter sentire. Sed quantum ad processum & sententiam ferendam conclusio est, quòd in procedendo debent seruari canones: quia assumunt naturam digniorem, per no.in cap.quod in dubijs. de consecr.eccle. vel alta. & in c.quanto, supra de iudi. Sed in decidendo, quo ad laicũ, seruabuntur leges, quo ad clericum canones, secundum Petr. in dicto loco. Et ad prædicta vide, quæ dixi in cap.quod clericus, supra eodem, in 16.princip.artic.quæ dicta simul coniungo, & latius Petr. in prima quæstione.

¶ Postremò iuxta præmissum ordinem in Rubr. superest vt examinemus 19.& vlti.articu.qualiter forus finiatur, & an quis possit renunciare foro, & cui foro, & per quos modos. Quo ad primum, qualiter finiatur. dic, quòd aut loquimur respectu iudicialis instantiæ, & dic vt latè dixi in cap.penul.supra tit.1. in 10.princ.articu. aut respectu fori domicilij originis, vel assumpti, aut similis, & dic vt latius dixi supra in materia domicilij, in 8.9.& 10.quæst.

93 ¶ †Circa secundum verò, an possit renunciari foro vel eius priuilegio, vide plura in c.si diligenti, supra eodem, & per viam cõtractus, in c.dilecti, supra eodem, & per viam delicti in c.postulasti, supra eo. & per viam prorogationis, in c.significasti, supra eo. & de foro quem quis possit eligere per ius reuocandi domum, dixi super Glo.fin.in materia iuris reuocandi domum, quæst.11.versic.21. Et quo ad materiam electionis iudicis, quando alicui concederetur electio de potestate renunciandi, in 4.princ. articu. versic.item procedunt prædicta nisi scholaris. Et ex his Deo duce est notabiliter expeditus iste titulus competentiæ fori, non solùm competenter, sed plenissimè, ita vt bonus scholaris, istius materiæ sit effectus doctissimus magister.

ADDITIO.

a ¶ *Quando Ecclesiasticus & laicus iudicant, ad cuius superiorem sit appellandum, adde Alex.cons.183.lib.2. col.1.& Roma.in cons.422.*

De Libelli oblatione. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Libellus quid sit.*
2 *Libellus vnde dicatur.*
3 *Libellus, quot modis accipiatur.*
4 *Libellorum species quot sint.*

Continvatvr. ¶ Supra uisum est de foro competenti, & ex quibus causis quis possit declinare forum. Verum quia rei ad iudicia uocati, si non declinant forum, petunt sibi edi libellum, vt sciant quid, & qualiter petatur, & super quo debeãt respondere, ideo subijcitur hæc Rub. secundũ Gof. Io. And.& Doc. vel melius: supra uisum est, sub quo iudice quis teneatur respondere, nũc dicendum de processu iudicij, qualiter expediatur, & quia reo vocato ad iudicium, libellus est offerendus, ideo subijcitur hæc Rubr. & de materia habetur 2.q.8.per totum. 81.distin. Maximianus. & quoniam hæc materia difficilis est, & diffusa, & circa ipsorum libellorum conceptionem grande periculum imminet, & quasi tota vis iudiciorũ in eis rite concipiendis consistit, paucique reperiuntur in hoc planè instructi, imo nullus est, qui plerunque in his vario non adducatur errore, vt dicit Spec. in prooemio quartæ partis, in princ. pro quo in simili facit tex.in cap.aduersus. de immun. Eccles. vnde solitus erat dicere quidam celeberrimus Doctor, conciuis noster, Domi-

nus Manganellus de Manganellis, quòd cautela erat quod antequam offerretur libellus, deberet tanto tempore in manus versari, quòd labefactaretur, vel sordesceret. Ideò vt hanc materiam plenè, clarè, & ordinatè tractemus, prosequar infrascriptos articulos.

¶ Primò, quid sit libellus, & de hoc in Rub.

¶ Secundò, vnde dicatur libellus, & de hoc in Rubrica.

¶ Tertiò, quot modis accipiatur, & de hoc in Rubrica.

¶ Quartò, quot sunt libellorum species. de hoc similiter in Rubrica.

¶ Quintò, vtrum sit de substantia iudicij, & in quibus causis, & de hoc in c.1.

¶ Sextò, cuius fauore fuerit introductus, & de hoc in cap.1.

¶ Septimò, cuius nomine sit concipiendus, & à quo offerendus, & an plures possint agere eod. libello. de quo in c.1.

¶ Octauò, cui, seu contra quem offerri debeat, & an contra plures, seu an plures possint eodem libello conueniri.

¶ Nonò, quando, seu qua die sit offerendus. de quo in d.c.1.

¶ Decimò, coram quo, & in quo loco sit offerendus. de quo in d.c.1.

¶ Vndecimò, qua lingua, seu quo idiomate sit concipiendus. de quo in d.c.1.

¶ Duodecimò, qualiter sit concipiendus, & quid continere debeat, & quæ sint de ipsius substantia & forma. c.2.

¶ Decimotertiò, de varijs clausulis libellorum. de quo in d.c.1.

¶ Decimoquartò, qualiter sit offerendus, & quid incumbat actori in ipsa oblatione. de quo in capit. 2.

¶ Decimoquintò, de varijs formis libellorum in varijs actionibus, sed vt plurimum per remissiones. de quo in d.c.2.

¶ Decimosextò, quid agere debeat iudex oblato libello. de quo in c.2.

¶ Decimoseptimò, quod sit officium notarij. de quo in d.c.2.

¶ Decimooctauò, quid facere debeat reus. de quo in d.c.2.

¶ Decimononò, an libellus sit edendus, & quid iuris de priuilegijs, & instrumentis, & similibus, quæ allegantur per actorem in libello: an sint edenda. de quo in c.2.

¶ Vigesimò, cui sit edendus libellus. de quo etiam in d.c.2.

¶ Vigesimoprimò, qualiter sit edendus. de quo in d.cap.2.

¶ Vigesimosecundò, cuius expensis sit edendus. de quo in cap.2.

¶ Vigesimotertiò quid iuris, si reus facta editione opponit de ineptitudine. de quo in d.c.2.

¶ Vigesimoquartò, quæ sint quæ reddunt libellum ineptum. de quo in d.c.2.

¶ Vigesimoquintò, an actor possit libellum emendare, & ad quod tempus, & quid sit emendare, & quid differat à mutatione. de quo dicam in d.cap.2.

¶ Vigesimosextò, an actor possit libellum mutare, & vsque ad quod tempus. de quo in d. c.2.

¶ Vigesimoseptimò, quis sit emendationis, aut mutationis effectus. de quo in d.c.2.

¶ Vigesimooctauò, quid iuris, si datis exceptionibus contra libellum, & ipsis examinatis, iudex pronunciauit libellum admittendum, vel nõ admittendum, an possit appellari, & de hoc in c.3.

¶ Vigesimononò, an plures actiones possimus in eodem libello accumulare, & in quibus casibus, & qualiter. de quo in d.c.3. & in fi. per remissionem subiungo, vtrum electio vnius actionis intentatæ in lib. aliæ competentes tollantur.

¶ Trigesimò, aliqua tractabo de libellis cõtrarijs.

¶ Trigesimoprimò, vtrum actor possit desistere, vel renunciare libello, seu differre super prosecutione libelli. de quo in d.c.3.

¶ Trigesimosecundò, quid si procedatur super inepto libello, & sententia feratur super eo, an processus vel sententia teneant. de quo in c.3.

¶ Trigesimotertiò, qualiter verba libelli sint interpretanda, & ad quem pertineat interpretatio.

¶ Trigesimoquartò, de libelli effectibus, & de hoc dicam in d.c.3.

1 ¶ † Circa primum articulum, quid sit libellus; [a]
a debes scire, quod dicam in 3. princip. articu. libellus multipliciter accipitur: sed prosequendo solùm id, quod attinet ad materiam nostram, aduertendum quod variæ dantur diffinitiones. Glo. enim in cap. primo, infra eod. dicit, quod est scriptura in qua continetur res, quæ petitur causa petendi nomen actoris & rei, vt infra eod. per totum. Odofr. vero in tracta. de libellis, sub Rubr. quid sit libellus. ponit plures diffinitiones: videlicet, quod libellus est breuitas chartulæ, petitionem & causam eius, vel actionem continens. Vel est explanatio voluntatis intrinsecæ in scriptis redacta, cum actione & eius accidentijs. Vel est breuis petitio in scriptis habita, legitimam voluntatem proponentis ostendens. Vel est breuis petitio, in qua quis aduersarium suum dicit sibi obligatum legitimè in scriptis habita. Specul. vero in titu. de libel. concept. §. 1. dicit, quod libellus est breuis membrana, actoris petitionem, & eius causam & actionem complectens re. ista fuit diffinitio Hostien. in Summa. Sed dicit Ioan. Andr. in additio. Speculat. quod dum dicitur, membrana, debet intelligi, hoc est charta vel pergamenum, de membris animalis excorticata. Sed quia his plus vtimur bombicinis, debuisset dicere scriptura. Et sic reprehenditur dicta diffinitio. etiam reprehendunt hoc Dominus meus, & Docto. & fortè propter hoc Specul. ibi ponit aliam diffinitionem: videlicet, quod libellus est scriptura, agentis quæstionem continens, & futuram actionem depromens, per cap.1. infra eodem. vel secundum Cyn. in authent. offeratur. C. de lit. contesta. & melius, vt dicunt hic Dominus meus, & Docto. libellus est breuis scriptura clara continens inten-

ADDITIO.

a ¶ *Nota hic diffinitionem libelli, & vltra ea quæ hic dicuntur, vide Card. Zabar. in Clem. sæpe. in princ. 18. q. de verbor. signific.*

intentionẽ actoris, vel accusatoris. A. B. Et istam po suit Paul. & Zab. in Clem. sæpe. de verb. sign. Sed prędictæ omnes diffinitiones possunt morderi: quia nõ cõuertuntur cum suo diffinito, vt ex infra dicendis apparebit. Ego arbitror, ꝙ libellus posit aptius sic describi, quod est breuis scriptura legitimè concepta, in iudicio producta & producenda, per quam species futuræ litis ostenditur, circa id quod dari aut fieri expresè vel tacitè cõcluditur. Et aduerte, quia illa verba, breuis scriptura, primò ponuntur vt genus, & breuis etiam ratio dicitur secundum aliquos, quia gaudent breuitate moderni, vt l. fi. C. de preci. Impera. offe. & l. 1. ff. quod met. cau. vel melius: quia tex. in l. ampliorem. C. de temp. appel. formaliter di-
a cit, caueant libellorum dictatores verbosis [a] assertionibus vti: sed ea sola scribere, quę compendiosa narratione posint causas explanare. Verbum, Scriptura, ideo subijcitur: quia libellus debet offerri in scriptis, vt in c. 1. inf. eo. de quo latius dicam in c. 2. infra eod. arti. 12. Alia vero verba posita in descriptione, ponuntur ad differentias: ideo posui, legitimè confecta, per ea quæ latius dicam in d. 12. art. ideo autẽ subiungitur, in iudicio producta, per ea quæ dicam in c. 1. in 10. princ. art. deinde ideo subiunguntur illa verba, per quam species futuræ litis ostenditur, per ea quæ dixi in l. edita. C. de eden. vide quod dixi in c. fi. 34. art. Alia vero verba posteriori loco, videlicet circa id quod dari aut fieri, subiungũtur per ea, quæ dicam in d. c. 2. in 12. art. & ex ibi etiam dicendis apparebit, quare subiungantur illa verba, expresè vel tacitè. subiunguntur enim vt comprehendat tam in causa ciuili, quàm in criminali: quia in libello criminali accusatorio, nõ est necessaria expressa cõclusio, sed sufficit tacita, vt ibi dicam. A. B. Et an libellus sit de processu, in l. 1. ff. de in ius voc. quod no. & Ber. & Doct. ibi, & in Rub. & Ber. & Bald. in Rubr. C. de in ius voc. & ibi Pau. de Cast. Citatio vero an sit de processu, vide quod dixi in Rub. de dilat. artic. 31. versi. Ma.

2 ¶ † Circa secundum articulum, vnde dicatur libellus. dic, quod dicitur à libro diminutiuè. liber enim dicitur quasi literarum vber, eo ꝙ vbertatem habeat literarum: libellus vero paucitatem propter ipsius breuitatem, sicut codicillus à codice propter sui breuitatẽ: vnde libellus quasi paruus liber: quia in breui fieri consueuit, secundum Glo. in Auth. de exhib. reis. §. illud. colla. 5. per l. & in Epistola. C. de fi deic. vel dicitur libellus, quasi lucis & lucidus limes: vel à codice, qui liber est, vt in illo versu, Liber id est codex, & codex à cortice: quia liber sub cortice continetur. Etenim illa pars interior quę ligno coheret inter codicem & lignum, vocatur liber, vt Virgilius 11. Aeneid. Hinc natam libro. Olim enim libri ex huiusmodi libris, id est, corticibus compaginatis fiebant. Et inde libellus, paruus liber ex dictis corticibus compositus. vel dicitur libellus, à libra. vnde libella parua libra, vt est apud Grammaticos: quia sicut in libra ponderatur iustitia: Nam ille, qui iudicat, stateram gestat in manibus, 45. dist. omnes. vnde & alibi dicitur, non afferamus stateras dolosas. 24. q. 1. c. nõ afferamus. ita in libello ponderatur, & inquiritur iustitia proponẽtis. Vel dicitur à deliberando: quia illum cõcipiens debet diligenter deliberare & considerare, qualiter illum concipiat & porrigat, & reus propter oblationem libelli deliberare debet, an velit cedere, vel contẽdere, secundum ea quæ dicam in c. 2. 12. 14. & 18. art. & aliqua ex prædictis ponunt hic Doct. & aliqua Odofr. sub Rub. quid sit libellus, & Spec. eod. tit. §. 1.

3 ¶ † Circa tertium articulum, quot modis accipiatur libellus. dic ꝙ quandoque accipitur pro paruo libro seu codicillo, vt statim dixi: quãdoque pro pane azimo, seu subcineritio, vt in l. iudices. C. de Epis. audi. Quandoque pro breui Scriptura, quæ fit à feudatario, eo modo quo precaria, vt in cap. 1. §. aut si libellario. quib. mod. feu. amitta. & ibi per Bal. Aduerte tamen, quia tunc quidam scribunt per u, & dicũt liuellum. Ego tamen non reperi nisi scriptum per b. nec etiam apud aliquem Grammaticorum ita scriptum, nec sub ista significatione: vnde arbitror, ꝙ sit vocabulum descendens ab aliquo vulgari, sicut guaretigia. & vide Bal. in c. 1. de alie. feu. qui dicit, ꝙ
b est contractus emphyteuticus [b] in perpetuum celebratus. Quandoque verò ponitur pro iudicis delegatione, vt ff. de offic. proconsu. in l. ne quicquam. §. vbi decretum. & ff. de reg. iur. l. omnia. quandoque pro scriptura recusationis. C. de iud. in l. apertisimi. quandoque pro scriptura, quã vir pro repudio mittit vxori, vt sup. in proę. 3. dist. §. officiũ. 34. q. 2. c. non satis, in fi. quandoque accipitur pro commisione cuiusdam articuli, vel per modum nudi officij, vel per modum commisionis super illo, vt d. §. vbi decretũ. & ibi Glo. Odofre. & Bal. Quandoque pro supplicatione Principi, seu superiori porrecta, vt l. precum. C. de lib. causa. & l. libertus aduersus. ff. de in ius voc. 2. q. 6. c. eius qui. & in l. 1. C. de preci. Impera. offer. Quandoque pro scriptura appel. 2. q. 6. c. si quis libellos. & ff. de appel. in l. 1. §. fi. quandoque pro scriptura, quam iudex dat appellanti, & aliter vocantur apostoli. ff. de libel. dimis. l. 1. 2. quæst. 1. cap. post appellationem. & in c. cordi. de appella. lib. 6. quandoque pro scriptura infamatoria. 5. quæstio. 1. cap. hi qui. & C. de famo. libel. l. si quis libellos. quandoque vero ponitur pro scriptura actionis vel accusationis. & ita accipitur in terminis tituli nostri, secundum descriptionem, quam supra dixi in 1. art. Et iste libellus varijs nominibus appellatur, vt dicam in se-
c quen. artic. [c]

4 ¶ † Circa quartum principalem articulum, quot sint species libellorum. Glo. 1. in prin. in cap. 1. infra eod. & Spec. in ti. de libel. concep. §. 2. volunt, quod sint duæ. Quidam enim est libellus accusatorius, qui quandoque inscriptio nuncupatur. 2. q. 1. in c. legum. & q. 8. c. libellorum, & infra de accus. per totum. Alius est conuentionalis, seu postulatorius, qui in ciuilibus porrigitur, infra eod. cap. 1. & fin. & in

ADDITIONES.

a ¶ *Non debet esse verbosus libelli dictator, vt alibi dicitur, quòd aduocatus nimis verbosus debet priuari officio aduocationis, in l. 1. circa princip. ff. de post. & facit tex. in l. quisquis. cum ibi no. per Bald. & Docto. C. de postul.*

b ¶ *Qualiter autem differat libellus ab emphyteusi, vide latè Ias. in l. 1. 8. col. C. de in. emphyt.*

c ¶ *Adde etiam Modern. in l. nec quicquam, in secunda colum. ff. de offic. procons.*

in Authen. de litigio. §. si verò. colla. 8. & in Authen. de exhib. reis. §. illud quoque. colla. 5. & iste quãdoque vocatur simpliciter libellus, vt in auth. offerat. C. de li. contc. canonizata. 3. q. 3. cap. offeratur. quandoque reclamantia, vt Bononiæ, & in quibusdã alijs locis. facit c. 1. infra eod. ibi, reclamationis. Nonnunquam verò petitio, vt Romæ, & etiam hic, facit c. 1. infra de li. contest. & c. dudum, el 2. §. licet. supra de elect. & Glo. in l. edita. C. de eden. Item quandoque dicitur actio, hoc est petitio actionem continens, vt in d. l. edita actio, hoc est petitio. non enim potest intelligi ille text. de actione propriè, quia actio est ius, vt Institu. de act. §. 1. & l. nihil aliud. ff. de actio. & oblig. & sic cùm sit ius, est quid incorporale & inuisibile, vnde non posset edi, vt Instit. de rebus corpora. & incorpo. & in l. fin. C. de præscript. lon. tempo. & ideo edita actio, hoc est petitio seu libellus: quia cùm libellus sit scriptura, oculis subijcitur. & ideo peti potest, vt dicam in c. 2. in 19. prin. artic.

SVMMARIVM.

1 *Nomina sunt semper rebus consona.*
2 *Iudex quis sit in Prouinciali Concilio.*
3 *Iudex ex officio suo circa libelli oblationem supplere potest.*
4 *Haberi præ manibus, quid dicatur.*
5 *Libellus est de substantia iudicij.*
6 *Dictio, oportet, necessitatem importat.*
7 *Libellus debet esse clarus.*
8 *Libellus debet esse a partibus subscriptus.*
9 *Libellus iudici & non reo debet porrigi.*
10 *Libellus, an sit de substantia ordinis iudicij. & nu. seq.*
11 *Libellus, an possit tacitè omitti, & expressè remitti. & num. seq.*
21 *Libellus est de substantia iudicij, nec tacitè omitti, nec expressè remitti potest.*
22 *Libellus non est necessarius, vbi simpliciter & de plano, sine strepitu & figura iudicij proceditur. & nume. seq.*
26 *Libellus non est necessarius, vbi causa est summariè expedienda.*
27 *Libellus non requiritur, si causa de facto expediatur.*
28 *Libellus non requiritur, quando sine aliqua solennitate proceditur.*
29 *Libellus non requiritur, quando factum coram Papa proponitur.*
30 *Libellus non requiritur, quando consuetudo est, quòd non requiratur: & in multis alijs casibus nõ requiritur, de quibus nu. seq.*
44 *Libellus non est necessarius in causis spiritualibus, beneficialibus, matrimonialibus, & alijs causis, quæ sequuntur numeris sequentibus.*
104 *Libellus ex qua causa, & cuius fauore fuerit introductus.*
105 *Libellus à quo sit offerendus.*
106 *Libellus, cuius nomine sit concipiendus.*
107 *Prælatus in causis Ecclesiæ, cuius nomine debeat libellum concipere.*
108 *Prælatus, an debeat agere nõie proprio, vel Ecclesiæ.*
109 *Prælatus agens pro corpore Ecclesiæ, an debeat libellum nomine proprio concipere.*
110 *Prælatus agens pro iuribus sibi competentibus, nomine suo libellum debet concipere.*
111 *Prælatus agens simpliciter, non exprimendo quo nomine agat, cuius nomine præsumatur agere.*
112 *Canonicus agens, cuius nomine debeat libellum concipere.*
113 *Monachus, quo nomine censeatur agere.*
114 *Clericus agens, quo nomine debeat libellum cõcipere.*
115 *Procurator simplex, cuius nomine debeat libellum concipere.*
116 *Procurator in rem suam constitutus, cuius nomine debeat libellum concipere.*
117 *Syndicus agens, cuius nomine debeat libellum concipere.*
118 *Actor, cuius nomine debeat libellum concipere.*
119 *Oeconomus agens, cuius nomine debeat libellum concipere.*
120 *Vicedominus, cuius nomine debeat libellũ concipere.*
121 *Tutor volens agere, cuius nomine debeat libellum concipere.*
122 *Curator, cuius nomine debeat libellum concipere.*
123 *Pater respectu filij, & filius respectu patris, cuius nomine debeat libellum concipere.*
124 *Persona coniuncta agens pro coniuncta, cuius nomine debeat libellum concipere.*
125 *Persona particularis alicuius societatis, cuius nomine debeat libellum concipere.*
126 *Agere an possit quis suo & alieno nomine in eodem libello.*
127 *Agere an possint plures in eodem libello, cõtra vnum vel plures.*
128 *Libellus, contra quem concipi debeat.*
129 *Libellus cõtra principalem & dari, & concipi debet.*
130 *Libellus an debeat concipi contra Ecclesiam, an verò contra prælatum.*
131 *Libellus, an cõtra Syndicum, œconomum, vel actorem Ecclesiæ, aut vniuersitatis concipi possit.*
132 *Libellus, an possit contra procuratorem simplicem concipi.*
133 *Libellus, an possit concipi contra procuratorem in rem suam.*
134 *Libellus, an concipi possit contra eum, qui defendere promisit.*
135 *Libellus, an contra tutorem, vel contra pupillum formari debeat.*
136 *Libellus, an concipi debeat contra minorem vigintiquinque annis.*
137 *Furiosus aut mentecaptus, qualiter sit conueniendus, & an sit contra eum formandus libellus.*
138 *Libellus, an debeat concipi contra prodigum.*
139 *Libellus, an sit contra Monachum concipiendus.*
140 *Libellus, an debeat contra seruum formari.*
141 *Libellus, an debeat concipi contra filium, an verò contra patrem.*
142 *Libellus, an possit contra aliquem partim suo, & partim nomine alieno formari.*
143 *Libello eodem, an possint simul plures conueniri.*
144 *Testes falsi cum producente, an possint in eodem libello accusari.*
145 *Adulter & adultera, diuersis possunt accusari libellis.*
146 *Libelli verba, qualiter sint ad iudicem dirigenda.*
147 *Libellus, quo die, seu quando sit offerendus.*
148 *Libellus, an possit offerri die feriata.*
149 *Libellus, coram quo, & in quo sit offerendus.*
150 *Libellus, quo idiomate sit formandus.*

IGNARVS EPISCOPVS. Actor tantum debet libellum in scriptis porrigere. hoc dicit. Et non diuiditur, quia vnico contextu cōtinetur. Et in tex. ibi, Ignarus. dic quòd erat nomen proprium. Et in tex. ibi dixit, scilicet ipsis fratribus actoribus. Et ibi, roboratam. dic, idest, subscriptam. & ibi, Synodo porrigeret. repete verbum, oportet: & tūc sumitur verbum, oportet, pro decet. & ibi, tūc canonicè. dic scilicet oblato libello.

1 ¶ †Primò no. ex prin. quòd nomina nō sunt semper consequentia rebus. Nam licet iste Episcopus appellaretur Ignarus, non tamen erat ignarus, sed gnarus, hoc est peritus & doctus, vt patet ex sequentibus. Et ideò nō est licitum arguere à nomine proprio, seu eius ethymologia, inducitur tamen suspicio [a] propter malum nomen, vt dicit Do. Anto. in
a procemio, & ibi vide per eum, & per Legistas in Rubrica. ff. solu. matri. & quod traditur in c. cùm secundum, infra de præben. & in c. 1. supra de spons. & ibi tetigi, & per Do. meum in c. 1. de iud. & vide quod dixi in c. cùm dilecta, infra de exces. præla. & in c. si. supra titu. 1. in materia domicilij, in 5. quæst. princ.

2 ¶ †Secundò nota, quòd in concilio prouinciali nedum Archiepiscopus, sed etiā alij Episcopi sunt coniudices. Nam secundum Hostien. & Ioan. And. hic, iste Ignarus Episcopus erat cōiudex in Synodo, ad idem 11. q. 3. c. si quis presbyter, & c. si quis Episcopus, & 5. q. 3. c. scitote. vbi bonus tex. de quo per gl. 3. q. 3. in summa, & per Inno. & Ioan. de Imo. in c. graue. de præben.

3 ¶ †Tertiò nota, ꝙ iudex circa libelli oblationem potest ex officio supplere, licet non petatur à parte, secundum Hosti. & hoc ne ipse illudatur, quia aliter non valeret iudicium. & similiter potest supplere vbicunque aliter nō valeret, ne frustra partes vexentur laboribus & expensis, vt in c. 1. supra, de alie. iud. mut. causa fac. & in c. causam quæ, de iud. & per gl. in cap. 1. de elect. lib. 6. Et si libellus esset ineptus, posset ipsum reijcere, vt in cap. sequen. in 16. princ. art. & de materia, quādo iudex possit ex officio supplere, traditur per Legistas in titu. vt quæ desunt aduocatis partium.

4 ¶ †Quartò nota ibi, præ manibus. quòd illud dicitur præ manibus haberi, quod habetur incōtinēti, & offerri potest sine alia temporis dilatione. in manus dicitur haberi, quod de facili accipi potest, vt in l. 2. §. post hos Quintus Mutius. & in §. post hunc maximæ authoritatis. ff. de orig. iur. & in l. peti. ff. de pig. acti. Aliquando verò manus ponitur pro dominio: vnde non dicitur exiuisse de manibus, quòd nō exiuit de dominio. Et ideo si Rex cōcedit alicui castrū, vt nō exeat de manibus suis, poterit illud locare, secundum Bart. dummodo non locet in fraudem, vel ad longum tempus, vt in Auth. de mo. §. locationis. & in c. 2. quali. feud. alie. pos. circa medium. facit l. codicillis. §. instituto. ff. de leg. 2. secundùm Gul. & Bal. in l. manumissiones. ff. de iusti. & iu. facit Clem. 1. de rebus eccle. non alie. vel etiam, nisi locaret alicui potenti sine spe recuperationis, secundùm Bal. in d. l. manumissiones. ar. l. qui habebat, in prin. ff. de leg. 3. Et idem tenuit Guliel. qui ad hoc allegat l. pen. ff. si seruus expor. ven. & l. si quis sub hoc. ff. de contrahen. empt. sed parum faciunt.

5 ¶ † Quintò nota ibi, oportet vos. quòd libellus est de substantia iudicij, non solùm partis petentis, sed etiam iudice hoc postulante, si agatur per personam ecclesiasticam coram iudice ecclesiastico. de quo latius dicam infra in 5. princ. articu.

6 ¶ †Sextò nota, quòd verbum, oportet, [b] denotat
b necessitatem. ad idem c. penul. de iura. calum. secundum Pet. & Ioan. And. Aduerte tamē, quia in quantum postea tex. dicit, eamque manibus vestris roboratam. hoc est subscriptam synodo porrigere. & repetitur verbum, oportet, intelligitur tunc verbum oportet, hoc est, decet secundùm Hosti. & Io. And. & sic tūc verbū, oportet, non inducit necessitatem, quia non est necessaria subscriptio libelli, per text. de quo dicam in c. sequen. in 12. art. Et sic idem verbum relatum ad diuersa, ratione subiectæ materiæ importat necessitatē & decētiam. quod no. ad quod vide quæ dixi in c. inter alia. infra de sent. excom. in 4. nota. verbum ergo, oportet, quandoque denotat necessitatem, vt hic, & in Euāgelio, oportet vos denuo nasci. & per Io. Andr. & Archid. in c. penul. de reg. iur. lib. 6. & in l. verbum, oportere. ff. de verb. sig. & in l. cùm hi. §. arbitratu. ff. de trāsact. & isto modo sumitur propriè. Quandoque verò propter subiectam materiam importat decētiam & honestatem, vt hic in verbo, oportet, repetito, vt dixi. Sed tunc nō ponitur propriè, sed impropriè. ad idem l. 1. ff. de iusti. & iu. & tex. iuncta glo. 25. q. 1. c. 1. 19. q. 1. c. 1. & in l. 2. C. de episc. & cler.

7 ¶ †Septimò nota ibi, declinare. quod libellus debet esse clarus: vnde non debet continere aliquam obscuritatem, vel respectu generalitatis, aut alternationis, duplicitatis, prægnantiæ, vel conditionis, vt latius dicam in c. seq. 12. art.

8 ¶ †Octauò ibi, vestris manibus roboratam, no. ꝙ libellus debet esse subscriptus à partibus, de quo dic, vt latius dicam in seq. c. in 12. art.

9 ¶ † Vltimò no. ibi, synodo porrigere. quòd libel-
c lus debet porrigi iudici, [c] & non reo. de quo latius dicam infra in 8. princ. art.

¶ Glo. format principaliter septem quæstiones.

¶ Primò tacite quærit, quot sint species libelli.

¶ Secundò quærit, quid sit libellus. ibi, est ergo.

¶ Tertiò, cui sit offerendus. ibi, & sic patet.

¶ Quartò, qualiter sit offerēdus. ibi, & in scriptis.

¶ Quintò, quando sit offerendus. ibi, & in principio. & interserit duas oppositiones, & soluit.

¶ Sextò,

ADDITIONES.

a *¶ Ex turpi nomine insurgit quadam suspicio contra nominatum. vide ea qua no. per Ioan. And. in c. 1. depos. & declara per Deci. in c. 1. de iud. in si.*

b *¶ Verbum, oportet, significat quid de necessitate fieri. Adde quòd quando lex vel statutum vtitur hoc verbo, tunc non admittitur substitutus. l. cum miles. ff. de alie. iud. mut. causa fac. vbi Bart. no. bene facit, quod no. Io. Andr. post Archi. in c. 2. de testa. in 6. Oldr. cons. 95. & vide Bald. in l. nulli. C. de episc. & cler.*

c *¶ Libellus porrigitur iudici, sicut dicitur de probationibus, quæ fiunt iudici. l. quinquaginta. in fi. ff. de prob. Deci. consil. 82. col. 2.*

¶ An libellus sit de substantia iudicij, habes hic plures opiniones, & adde aliqua per Mod. in c. de causis. de offic. deleg. præsertim per Dominum Philippum.

¶ Sextò quærit de effectibus oblationis libelli. ibi, & per talem.

¶ Septimò quærit, an libellus sit de substantia iudicij. ibi, sed nunquid. in qua interserit etiam aliquos effectus, & in fi. ponit quæ sint de substantia ordinis iudicij. In eadem glo. ibi, conuentionalis, seu postulationis, dic vt dixi in rub. in 4. ar. Et in eadem ibi, est ergo libellus, dic vt latius dixi in rub. in arti. 1. In ead. ibi, & sic patet quod semper, dic vt dicam infra in 8. princ. artic. In ead. ibi, & in scriptis, dic vt latius dicam in seq. in 12. arti. princ. In eadem ibi, & in principio, vt litis, dic ut latius dicam in 8. prin. arti. In eadem glo. & per talem libellum, dic vt latius dicam in c. fi. artic. 34. In eadem glo. sed nunquid libelli oblatio. dic, glo. in hac parte prosequitur quintum principalem artic. vtrum libellus sit de substantia iudicij.

10 ¶ † Circa ergo prædictum quintum articulum, vtrum libellus sit de substantia ordinis iudicij, & in quibus causis. glo. nostra hic recitat duas opinio.

11 ¶ † Prima est, quòd sit de substantia iudicij.

12 ¶ † Secunda, quòd non sit de substantia ordinis iudicij, sed quod potest tacitè omitti, sed tu latius aduerte, quia in hoc art. variæ sunt opinio.

13 ¶ † Prima opi. fuit gl. in Auth. de exhib. & intro du. reis. §. illud. col. 5. quæ dicit, quòd olim libellus non dabatur de necessitate in scriptis, per l. 1. §. ede re. ff. de eden. & l. fin. ff. de priua. delic. vt refert hic Ioan. And. & Rofre. in tit. in quibus causis offertur

a libellus. in trac. de libellis, [a] nisi in conuentione personarum illustrium, per l. quoties. C. de digni. lib. 12. & refert Spe. eo. tit. §. nunc dicendum. in prin. dicit tamen, quòd hoc procedebat in ciuilibus, secus in criminalibus.

14 ¶ † Secunda opin. fuit Vinc. Tancre. & Phil. hic, qui voluerunt, quòd de iure ciuili est necessarius, secus secũdum canones, per c. si quis cum clerico. 11. q. 1. & c. prout. infra de dolo & contu. refert glo. in verbo, necessario. in Cle. sæpe. de verb. sign.

15 ¶ † Tertia fuit, quòd posset tacitè omitti, sed expresse remitti non potest, hanc refert gl. hic, & probat per simile de iuramento calumniæ, quod potest tacitè omitti, sed non expressè remitti, vt in l. 2. §. sed quia veremur. C. de iuram. calum. & eam tenet glo. in auth. offeratur. & Vincen. eam tenet, vt refert Spec. eo. titu. §. vtrum. vbi etiam mouetur argu. l. filiusfamilias. §. veterani. ff. de procura. & infra de testib. c. tuis. vnde infert, quòd si actor omisit dare libellum, & post litem contestatam reus petat illum offerri, non est audiendus, cum nec sit dilatoria. & licet Spec. in d. §. vtrum. solum recitet opiniones, tamen ipse potius videtur inclinare in hanc sententiam. eo. tit. §. nũc dicendum. in prin. vbi dicit, quòd aut libellus petitur, & tunc de necessitate est offerẽdus, vt hic. Aut non petitur, & si non detur, non nocet, & valet processus, vt in c. Albericus, sup. de testib. & inf. de re iud. c. sicut. & c. tenor. & inf. de dolo & contu. c. prout. Subdit tamen Spec. quòd iudex debet petitionem redigere in scriptis, & responsionem, per c. quoniam contra. de proba. & hoc maximè secundum prędictam opinio. prædictorum, qui dicunt, quòd tacitè potest omitti.

16 ¶ † Quarta opi. est per contrarium, quòd expresse potest remitti, sed tacitè non potest omitti. hanc tenuit Odo. per l. prolatam. C. de sent. Nam auth. offeratur. C. de li. conte. dicit, offeratur ei libellus. & sic actor debet offerre libellum, licet non petatur à parte. argu. ff. de leg. 3. in l. fideicommissa. §. si rem. & hanc opin. refert Spe. in d. §. vtrum. & ipsam secutus fuit Iaco. Bald. vt refert Alber. Galeoti, eo. titu. post prin. & refert Ioan. And. in addi. Spe. ad prędictum. §. vtrum. In contrarium tamen allegat Spec. quia si potest expresè remitti, fortius debet posse tacitè omitti. argu. l. 1. ff. de fer. & C. de tempo. appel. in l. 1. in fi. & vide quod dicam infra in fallen. & adde quod dicam in 6. opin.

17 ¶ † Quinta principalis opin. fuit, quòd tacitè potest omitti, & expresè remitti. hanc opin. refert glo. magna in d. §. illud. in Auth. de exhib. reis. & D. M. hic, & fuit opin. glo. iuris ciuilis, vt refert Ioan. And. in d. glo. in verbo, necessario. in Cle. sæpe, & etiam Azo. vt refert ipse in d. §. vtrum. in prin. pro qua allegat d. c. si quis cum clerico. 11. q. 1. & d. c. prout. inf. de dolo & contu. Et sequitur etiam Goff. in rub. 16. vt refert Ioan. And. in addi. Spec. in d. §. vtrum. Sed in libro meo Rofre. aliter dicit in d. rub. dicit enim, quòd expresse potest remitti, per l. quoties. C. de priuileg. schol. lib. 12. nisi in criminalibus, vt etiam dicit glo. in d. §. illud.

18 ¶ † Sexta principalis opin. fuit Martini Syllimani, qui fuit magister Ioan. And. in legibus, quam refert Cyn. in auth. offeratur. C. de lit. contest. q. 11. & Ioan. And. in d. glo. super verbo, necessario. qui dicit, quòd si libellus petitur & offertur, ritè proceditur: si nec petitur, nec offertur, non tenet processus: quia licet possit expresè remitti, secũdum eum, per tex. in auth. generaliter. in fi. C. de episc. & cler. & d. l. quoties. C. de priuil. schol. non tamen potest tacitè omitti, per dictam auth. offeratur. & l. prolatam. C. de senten. Si vero petitur, sed non offertur, non valet processus, cum nulla remissio interuenerit. Si vero offertur, sed reus illum non recepit, valet processus: tamen quia fauore ipsius rei videtur inducta oblatio, & quilibet potest fauori suo renunciare, vt l. si quis in conscribendo. C. de pac. cũ simi. Et quia inuito non confertur beneficium, vt in regula, inuito. ff. de reg. iu. Et quia non recipiendo expressè, videtur tacitè oblationi renunciare, secundum Mart. Et sic ista opin. videtur aliqualiter concordare cum quarta opi. quòd possit remitti, sed non omitti.

19 ¶ † Septima opin. quorundam, qui voluerunt, quòd renunciari potest, ne libellus tradatur in scriptis, & etiam tacitè omitti. Sed quòd libellus nullo modo offeratur, non potest renunciari, nec expressè, nec tacitè, argum. l. vt fundus. ff. commu. diuid. & cap. licet Heli. infra de simo. hanc opin. refert glo. prædicta in verbo, necessario. in d. Cle. sæpe. & in eam inclinat ibi Ioan. Andr. concludens, quod necesse est, quòd petitio actoris appareat in actis, non tamen necesse est, quòd sit oblata per modum solennis libelli, sed sufficit, quòd verbo sit facta, & per modum postea appareat redacta in scriptis & super

ADDITIO.

a *¶ De ista opin. Mart. Syllimani, & de alijs, vide latius per repeten. in Cle. sæpe. in princ. ver. glo. necessariò, de verbo. signific.*

super ea lis contestetur. Nam tenebit tunc processus: & ratio, quia tunc satis est prouisum menti iuris disponentis libellum offerendum, quod patet, quia tunc cessant omnes causæ, propter quas à iure fuit statutum libellum offerendum, de quibus dicetur in cap. seq. in artic. 12. Et hæc procedunt, quando quis non petit libel. offerri, parte vero petente debet libellus offerri in scriptis, per d. auth. offeratur. cum simil. & si non offerretur, processus esset nullus. Et hæc opin. fuit originaliter Petri de Bella pertica, quam etiam refert Cy. in d. auth. offeratur. C. de lit. conte. q. 11. Et hanc videtur sequi hic Do. Anto. Et dicit hic Ioan. de Imo. eam habere æquitatem, & quòd fortè seruanda esset in practica. Idem etiam dicit Zabar. in d. Cle. sæpe. q. 15. vbi dicit, ꝙ propter eius æquitatem, & glo. authoritatem, seruaretur in iudicijs, & idem videtur tenere hic Zabar. in quantum se remittit ad ibi dicta. Et ad prædicta vide, quod in simili dicunt domini de Rota decisi. 143. vbi dicunt, quòd tacita libelli omisio, data tamen petitione verbali per notarium describenda in actis, & facta litis contesta. super ea, non vitiat processum appellationis à diffinitiua, etiã in causa profana, allegat no. per glo. in d. Cle. sępe. & per Accurs in d. auth. offeratur.

20 ¶ † Octaua opin. fuit quorundam, qui voluerũt, quòd libellus sit offerendus: sed si reuocatur in dubium, an sit offerendus, & iudex interloquatur nõ offerendum, processus valet. Sed tu dic de hoc, vt dicam latius in c. 1. inf. eo. in 28. art.

21 ¶ † Nona principalis opi. est, quòd libellus regulariter sit de substantia iudicij ordinarij, & necessarius: nec posſit tacite omitti, nec expresſè remitti. hanc opin. tenet hic gl. nostra volens, ꝙ eo omisso, processus sit nullus: sicut in simili dicimus de litis contestatione, vt videbimus in ti. de li. contest. Mouetur etiam glo. nostra per tex. nostrum: nam concilium hoc noluit admittere istos fratres, nisi porrigerent libellum. Item mouetur per c. quoniam contra. infra de proba. & vlterius hoc probat: quia iudex debet ferre sentẽtiam conformem [a] libello. de quo dicam in c. fi. inf. eo. in 34. princ. ergo sine libello non posset ferri, cum ad libellum nõ datum posſit fieri relatio. facit quod no. Bald. & per eum Io. de Imo. & Pontan. in l. si prior. ff. sol. mat. Fallit tamẽ secundum glo. nostram in causis vilibus. de quo inf. subijciam. Et eandem opin. tenet gl. in c. prout. inf. de dolo, & contum. & sentit gl. in c. si quis cum clerico. 11. q. 3. in quantum vult, ꝙ ille tex. qui innuit, ꝙ nõ sit necessarius libellus, loquatur in casu speciali. Et hanc etiam sequitur hic Inno. & Host. allegat Innoc. dictam auth. offeratur, canonizatam. 3. q. 3. offeratur. Inducit etiam tex. in Authent. de tempore non solutæ pecuniæ super dote. §. testationes. colla. 7. Host. etiam allegat §. illud. in Authen. de exhib. & introd. reis, col. 5. vbi dicit hoc esse expressum. Nam ibi erant quidam, qui simplices aduersarios vocabant ad iudicium, & eis negantibus, dicebant li. contesta. ꝙ ibi reprobat Imperator, statuens quòd libellus offeratur, & quod litis contestatio hac oblatione omissa, habeatur pro nulla. Et hanc opin. refert gl. in verbo, necessario. in d. Clem. sępe. pro qua allegat d. auth. offeratur. quę dicit libellum esse offerendũ. offerri autem dicitur non petenti, de rest. spol. c. literas. circa fi. ff. de leg. 3. in l. fideicommissa. §. si rem. & infra de appel. interposita. ergo, &c. Et ista fuit originalis consideratio Ioan. de Bru. vt statim dicam, allegat etiam glo. prædictã & tex. in d. Clem. sæpe. quia si speciale est in iudicijs, in quibus procedit de plano & sine figura, vt libellus nõ sit necessarius: ergo à contrario sensu secus est in ordinarijs. argum. l. 1. in fi. ff. ad munic. hæc etiam fuit opin. glo. antiquæ in auth. offeratur. vt refert ibi Cy. & eam etiam tenuit Io. de Brunesco, motus per d. auth. offeratur. inducendo, vt supra induxi. Item quia reus non potest solus renunciare: quia non tantum fauore suo, imò etiam fauore actoris & iudicis fuit introductũ, vt libellus offerretur propter labilem hominum memoriam. argum. l. contrahitur. ff. de pign. Et propter sententiam conformãdam libello, vt dictum est, & quia cum libello facilius fiunt positiones, & facilius veritas inquiritur, quàm inquiri modis omnibus iudicis interest, vt C. de iudi. in l. iudices. 30. q. 5. c. iudicante. Et ideo ex voluntate solius rei, nec tacitè, nec expresſè potest remitti. & hanc etiam opi. referunt Paul. de Leazar. & Zabar. in d. Clem. sæpe. qui dicũt quòd dictus Io. de Brunesco dictam opinionem tenuit in libro suo, in tit. de accusa. Et eam sequuntur Pau. Laudu. & Steph. in d. Clem. & Iaco. de Are. & Cy. in d. auth. offeratur. q. 11. vbi cõcludit, ꝙ etiam non potest remitti, quòd libellus nõ tradatur in scriptis, per d. auth. in fi. quæ dicit, quòd si libellus non tradatur in scriptis, quòd litis cõtest. facta nõ tenet, & sic remitti non potest. argum. illius auth. Et hoc videtur etiã innui in Auth. de exhib. & introd. reis. §. sancimus, & §. illud. vbi dicitur, ꝙ libellus est de substantialibus [b] iudicij, ergo, &c. & sequitur Bar. in d. auth. offeratur. tum quia libellus respicit etiã vtilitatem iudicis: tum quia partes non posſunt renunciare solennitati actus, vt in l. nemo potest. ff. de leg. 1. & in c. requisisti. de testa. & eam etiam tenet Bald. ibi, motus per d. authen. & quia libellus est fundamentum causæ. & Butri. etiam ibi videtur inclinare in hanc sententiam, in quam videtur potius inclinare hic Io. And. ex eo, quòd primò exponit, oportet, id est necesse est. Secundò, quia dicit ꝙ sibi placet, ꝙ semper debeat offerri libellus in omni causa ciuili & criminali inquisitionis & denũciationis. in omnibus enim vtilis est, & necessarius, vt sciat reus, an cedat, vel contendat. 3. q. 4. offeratur. licet in denunciatione & inquisitione aliqui contradicant, de quibus infra subijciam. & post pauca subdit Ioan. And. quamuis enim olim non daretur libellus, nisi personis illustribus, vt dixi supra in 1. opin. hodie tamen omnibus vocatis ad iudicium offerendus est libellus, nisi in causis specialibus, de quib. statim dicam in fallentijs. Et sic Io. And. hic potius videtur inclinare in hanc vltimam opinio. licet aliter tenuerit in d. Cle.

ADDITIONES.

a ¶ *Ex turpi nomine insurgit quædam suspicio contra nominatum. vide ea quæ no. per Ioan. And. in c. 1. de depositi. & declara, vt per Dec. in c. 1. de iud. in fi.*

b ¶ *Adde gl. in c. de causis. de offi. deleg. vbi dicit quod libelli oblationi, litis contestationi, & quòd sententia non feratur in scriptis, nõ potest per partes renunciari: quia videntur respicere publicam vtilitatem.*

d. Cle. sæpe. & idem in effectu videtur tenere Rofr. in libellis suis, sub rub. in quibus causis offeratur libellus, qui similiter dicit, ꝙ licet olim aliud esset, tamen hodie regulariter tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, semper est offerendus libellus, & eam
a opi. tenuit Baghalotus, qui dicit ꝙ nec [a] tacite omitti, nec expressè potest remitti. tacite enim non potest, ne videatur ignorare, & per ignorantiã aliquid esse omissum: quia talem ignorantiam in ordine iuris nemini prætendere licet, vt in Auth. in medio litis non fie. sacras iussio. §. fin. collat. 8. & argum. ff. famil. ercisc. in l. si familia, in prin. Item expresse non potest, vt in prædictis concordantijs. & sic dicit Bagharotus bis fuisse iudicatum de consilio Azonis & Vgolini, vt refert Spec. eod. titu. §. vtrum. prope fin. in quo. §. Spec. refert opin. nec aliquid firmat, & hãc opin. sequitur hic Io. Cald. sequitur & Dom. meus qui mouetur primò per iura, quæ generaliter dicũt libellum necessarium, vt hic, & in authen. offeratur, & 3. q. 3. offeratur, & in d. §. illud. cum simil. Nec aliquam mentionem faciunt de parte, & merito: quia de partis potentia non erat mentio habenda, cum hoc concernat vtilitatem publicam. Si enim offerretur libellus, datur materia cõsulendi aduocatum & alios peritos: & fortè deliberabit reus cedere, vbi aliàs de improuiso respondebit, & litigabit, & sic daretur materia inducendi & differendi lites, contra c. finem, inf. de dolo & contu. & l. properandum. C. de iudi. & hinc est quòd partes non possunt de communi consensu prorogare instantiam causæ principalis, vt d. l. properandum. dixi supra, de iudi. in cap. pen. ar. 17. quia hoc est introductum in fauorem reipublicæ, cui partes renunciare non possunt, vt in c. si diligenti. supra titu. 1. & ibi dixi, & hoc voluit tex. in d. auth. offeratur. Item vt deliberate respondeat & ne incidat in prõptum periculum: interest enim reipublicæ, ne quis re sua malè vtatur. Insti. de his, qui sunt sui vel alie. iur. §. 1. Item in summarijs est speciale, vt sufficiat dare petitionem apud acta. in Cle. sæpe. ergo in alijs requiritur libellus, pro quo facit tex. ibi in verbo necessario, à contrario. & hoc argu. format ibi glo. in verbo necessario. Nec ob. responsio, quam dat ibi Ioan. Andr. ꝙ est speciale ibi, vt in summarijs non exigatur libellus: etiam si pars petat quòd non est in ordinarijs: quia illud est diuinare: nec ibi, nec alibi expressè dicitur de parte. Et pro hoc apertè facit tex. noster, vbi pars nihil dicebat, & tamen iudex dixit quòd oportebat dare libellum, secundum ecclesiasticam authoritatem: ergo authoritas, quę disponit de traditione libelli, procedit etiã sine petitione partis, vt hic apertè probatur: facit etiam verbum, oportet, positum hic in tex. quod est necessarium, vt dixi. Iste enim Episcopus, qui præerat concilio, non simpliciter petijt libellum, sed retulit se ad authoritatem ecclesiasticam, & hanc opin. Io. de Imo. hic dicit etiam de iuris rigore veriorem, & hæc opin. plus mihi placet, per rationes & iura superius allegata. Non obstant in contrarium, & primo ad l. 1. §. edere. ff. de eden. respondetur quòd illud procedit quantũ ad hoc, vt non sit necessarium
b inseri nomẽ [b] actionis, vt dicit glo. in d. §. illud. vel procedit ante dispositionem auth. offeratur. non ob. l. fi. ff. de priua. deli. quia loquitur de inscriptione ad pœnam talionis, quæ non habet locum in ciuili: licet descendat à crimine, sed solum in criminali, vt ibi dicitur. Non ob. cap. si quis cum clerico. 11. q. 1. quia ad illud respondet glo. nostra, quòd est ibi casus specialis, & videbimus infra in fallentijs. nõ ob. c. prout, infra de do. & contu. quia potest respondere, vt glo. nostra respondet, quòd ibi fuit porrectus libellus. Nam ex quo ibi specificè nihil disponitur de libello, debet intelligi secundum alia iura, & sic ꝙ precesserit libellus, & eodem modo potest responderi ad c. sicut, de re iu. & alia similia iura. Nec obst. simile de iuramento calumniæ: quia iuramentum calumniæ non est ita de substãtia, sicut libellus: nisi illud exigatur. Non ob. quòd reus debet posse renunciare libello, quia in eius fauorem sit introductus: quia non solùm in fauorem partiũ, sed etiam iudicis fuit introducta ista solennitas oblationis libelli, vt dicam in 6. prin. ar. Sit ergo conclusio, quòd libellus regulariter est necessarius: etiam si agatur inter personas ecclesiasticas, siue seculares, vt hic, & de quibuscunque rebus, & coram quocunque iudice, seculari vel ecclesiastico: quinimò etiam coram arbitro, vt no. glo. in l. pen. in fi. C. de arbit. per illam l. & glo. 2. in auth. offeratur, & glo. in l. rem non nouam. C. de iud. licet secus coram arbitratore. faciunt no. per Do. meum in c. Quintauallis. inf. de iureiu. in ver. secunda differentia, & in omnib. causis etiam ciuilibus, maximè vbi per sententiam tribuitur ius finale, non reparabile per aliud iudicium vel remedium, nisi per appellationem: quia tunc requiritur plena causæ cognitio, vt l. iudices. C. de iud. secundum Io. de Lig. in d. Clemen. sæpe. & D. M. hic. Hoc tamen, vt dixi, est regulare, & fallit in plurimis causis & casibus, de quibus aliquos hic referunt Hostien. & Doct. complures posuit glo. magna in Authen. de exhiben. reis. §. illud. & Rofre. in ti. in quib. causis libellus offeratur, & Io. de Brancis in ti. qualiter fiat editio. Et Iac. Balduini, in quodam suo opusculo, quod incipit, Laudabile aduocatorum officium, & Spec. eod. titu. §. nunc dicendum. Ego vero alios plurimos addam.

¶ Primò, si procedit simpliciter, summariè, &c.

¶ Secundò, si sine figura iudicij.

¶ Tertiò, si de plano.

¶ Quartò, si sine strepitu, &c.

¶ Quintò, si summariè, vel extraordinariè, vel leuato velo.

¶ Sextò, si de facto.

¶ Septimò, si sola facti veritate inspecta.

¶ Octauò, si sine aliqua solennitate.

¶ Nonò, si ex sua voluntate.

¶ Decimò, coram Papa.

¶ Vndecimò, si hoc habet consuetudo.

¶ Duodecimò, si statuto hoc disponitur.

¶ Decimotertiò, si partes conueniunt.

¶ Decimoquartò, vbi non exigitur li. contest.

¶ Deci-

ADDITIONES.

a ¶ *Nec tacite omitti potest libellus, vide Nattam in dicta Clemen. sæpe. in princ. colum. 62. ver. glo. in ver. necessariò.*

b ¶ *Nomen actionis non est in libello exprimendum. vide Doct. in c. dilecti. de iud. & facit quod no. Bart. in l. certi condict. in 3. col. ff. si cert. petatur.*

¶ Decimoquintò, quando non exigitur, quòd sententia detur in scriptis.
¶ Decimosextò, in notorijs.
¶ Decimoseptimò, in causa inquisitionis.
¶ Decimooctauò, in causa denunciationis.
¶ Decimononò, in quibus sententia non ponit magnum præiudicium.
¶ Vigesimò in causis vilibus.
¶ Vigesimoprimò, in causis vilium personarum.
¶ Vigesimosecundò, si manu militari.
¶ Vigesimotertiò, si petitur executio alicuius remedij litis decisiui.
¶ Vigesimoquartò, in desiderante celeritatem.
¶ Vigesimoquintò, in causa spirituali.
¶ Vigesimosextò, in beneficiali.
¶ Vigesimoseptimò, in matrimoniali.
¶ Vigesimooctauò, si agitur contra incertam personam.
¶ Vigesimononò, quando creditor pactus quòd sua authoritate.
¶ Trigesimò, in syndicatu officialium.
¶ Trigesimoprimò, quando Episcopus audit accusationem.
¶ Trigesimosecundò, quando litigatur inter religiosos.
¶ Trigesimotertiò, quando Episcopus cognoscit de causa ciuili inter suos clericos, &c.
¶ Trigesimoquartò, cum tutor accusat.
¶ Trigesimoquintò, in accusato apostasiæ.
¶ Trigesimosextò, in accusatione falsæ chartæ, seu falsi testis.
¶ Trigesimoseptimò, in crimine falsi.
¶ Trigesimooctauò, vt melior ad accusandum.
¶ Trigesimononò, cum maritus intra sexaginta dies, &c.
¶ Quadragesimoprimò, in crimine abigeatus.
¶ Quadragesimosecundò, si Christianus accusatur contraxisse cum Iudæo.
¶ Quadragesimotertiò, in accusatione falsæ monetæ.
¶ Quadragesimoquartò, in crimine suspecti tutoris.
¶ Quadragesimoquintò, cum miles colonus efficitur.
¶ Quadragesimosextò, in omnibus casibus, in quibus sine accusatione permittitur.
¶ Quadragesimoseptimò, in leuibus criminibus.
¶ Quadragesimooctauò, quando aliquis de necessitate iuris prosequitur accusa.
¶ Quadragesimononò, quando iuisset in poss. iudi. authoritate, &c.
¶ Quinquagesimò, quando quis ex edicto diui Adriani.
¶ Quinquagesimoprimò, quando petitur Carboniana possessio.
¶ Quinquagesimosecundò, cum de sola possessione litigatur.
¶ Quinquagesimotertiò, in interdictis.
¶ Quinquagesimoquartò, si duo cõtendunt possidere eandem rem.
¶ Quinquagesimoquintò, si dominus, vel alius propria authoritate, &c.
¶ Quinquagesimosextò, quando possessor conuentus rei vend. agit.
¶ Quinquagesimoseptimò, si agatur contra aliquem, vt tradat vacuam possessionem.
¶ Quinquagesimooctauò, qñ confirmatus, vel institutus de aliqua ecclesia prohibet poss. adipisci.
¶ Quinquagesimononò, secundum aliquos in querela inoffic. testam.
¶ Sexagesimò, in noui operis nunciatione.
¶ Sexagesimoprimò, cum agitur de eo, quod factum est in loco pub.
¶ Sexagesimosecundò, quando iudex procedit ex officio.
¶ Sexagesimotertiò, qñ iudicis off. imploratur.
¶ Sexagesimoquartò, quando agitur contra ascriptitium.
¶ Sexagesimoquintò, in inquisitione de seruo fugitiuo.
¶ Sexagesimosextò, cum iudex dicit aliquem esse de sua iurisdictione.
¶ Sexagesimoseptimò, de conditione adscripti alicui curiæ.
¶ Sexagesimooctauò, in missi. in possess. ex primo decreto.
¶ Sexagesimononò, si petitur caueri de legato & fideicom.
¶ Septuagesimo, in petitione alimentorum.
¶ Septuagesimoprimò, si imploratur offic. iud. vt hæres rogatus, &c.
¶ Septuagesimosecundò, ratione incommoditatis parochianorum.
¶ Septuagesimotertiò, quando diœcesanus petit certificari de beneficijs.
¶ Septuagesimoquartò, contra sequestrum.
¶ Septuagesimoquintò, in impetranda restitut.
¶ Septuagesimosextò, quando petitur dari tutor pupillo.
¶ Septuagesimoseptimò, inter patrẽ & filiũ, &c.
¶ Septuagesimooctauò, si petitur declaratio, &c.
¶ Septuagesimononò, in quæ. præiudiciali incidenter mota.
¶ Octuagesimò, vbi agitur de naui submersa.
¶ Octuagesimoprimò, in causa appellationis.
¶ Octuagesimosecundò, in quæstionibus incidentibus vel emergentibus.
¶ Octuagesimotertiò, in causa ciuilitatis.
¶ Octuagesimoquartò, quãdo aliquis proponit aliquam suam executionem, nec petit aduersarium bi i n aliquo condemnari:

22 ¶ † Primò igitur fallit, vbicunque causa est talis naturæ quod in eo procedatur simpliciter & de plano, sine strepitu & figura iudicij: quia tunc non est necessarius libellus. tex. in Clem. sæpe. de verb. sign. quæ autem sint huiusmodi causæ, vide aliquas in Clem. 2. de iudi. & posset etiã hoc contingere, quandocunque sic disponeretur ex forma statuti, vel ex a commissione [a] eius, qui posset causam sub dicta forma delegare. de quo latius dicam in tit. de ord. cog. Aduerte tamen, licet non requiratur libellus in scriptis,

ADDITIO.

a ¶ *Qui sint qui possint causas committere sub ea forma, vt de plano expediantur, latè etiam ponit Geor. Natta in Clemen. sæpe, in princ. in glo. mandamus. de verbor. signific. col. 58.*

ptis, tamen quia sententia debet formari secundum petitionis formam, vt ff. communi diuid. in l. vt fundus, & de simo. c. licet Heli. debet in actis apparere petitio, saltem per modum positæ, per quam de intentione & conclusione actoris appareat, quid petat & quare. Et ratio est in promptu, quare saltē exigatur per modum positæ, quia aliàs iudex non posset impartiri officium suum ad priuatam vtilitatem parte nihil petente, vt l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infec. & in c. ad nostram. 2. de iureiuran. & satis est ꝙ verbo petat, & in actis redigatur in exordio litis. Et hic etiam est differentia inter libellum & hanc petitionem, vt dicit Pau. de Liaza. in d. Clemen. sæpe. & Zaba. ibi, quæst. 17. quia libellus debet continere quædam, quæ respiciunt eius formam, & quædam, quæ respiciunt agentis intentionem: quæ etiam debent aptè concipi. de quibus latè dicam in c. seq. artic. 12. Petitio verò ista, quæ fit per modum positæ, non requirit formam, neque aptitudinem, ꝙ ex aliqua nouatione aut cōclusione facta apud acta, appareat de intentione ipsius agentis, ita ꝙ iuxta petitionis formam possit formari sententia, vt d. Cle. sæpe. §. verum. vnde coram Salomone facta fuit petitio: quia dixit mulier coram eo, Filius meus viuit, istius autem mortuus est, vt no. in l. 2. C. de senten. ex breui. reci. & habetur tertio Regum, cap. 3. & inf. de præsump. cap. afferte. Et sic patet, ꝙ illa petitio solùm continuit facti narrationem, ex qua tamen poterat sumi conclusio intentionis proponentis: ex quo infertur, ꝙ si petitio non haberet solennia quæ requiruntur, secundum no. in l. 1. in prin. ff. de eden. & de quibus latius dicam in seq. c. art. 12. tamen sufficit huiusmodi narratio, & libellus generalis. facit etiam l. fi. C. de anna. excep. Et idem, si conclusio esset facta, sed non legitimè, vt l. 1. ff. si mensor falsum modum di. vel si actor non peteret reum condemnari: sed peteret eum cogi, quod non debet fieri in ordinarijs, vt l. 1. C. de execu. rei iu. tamen in hoc casu, quando prædicto modo proceditur, valebit iudi-
a cium. Si enim[a] tunc procedit petitio, quando ex sola facti narratione sine conclusione, multo magis debet procedere, si facta est cōclusio: licet nō aptè, seu non bene: dummodo ex narratione possit comprehendi, quia actor velit, ar. l. 1. §. 1. C. de rei vxo. act. Et hoc est, quod intendunt verba dictę Clemen. sæpe. ibi dum dicitur, iuxta petitionis formam. q. d. licet non pronuncietur in eo quod est petitum: tamen sufficit, si pronuncietur iuxta illud quod est petitum. aliud enim est iuxta petitionem, & aliud esse petitum. Sol. l. iam tamen. §. in hoc. ver. quid tamen. Intelligendo tamen semper, ꝙ non sit tanta incertitudo, ꝙ auferatur reo defensio, secundū Bar. in extraua. ad reprimen. in verbo, figura. & sequitur Io. de Imo. in d. Clem. sæpe. de verb. sig. col. 29. & ad id quod dicit Bar. de conclusione inepta, facit quod no. in c. bonæ. el 2. supra de elect. & ibi Dom. meus in fi. no. ex quo no. in l. pediculis. §. Labeo. ff. de auro & arg. leg. & quod no. gl. in l. vinum. ff. si cert. pet. In contrarium tamen facit, quod no. glo. 2. in ver. si autem ineptam, in c. dilecti. sup. de iud. & quod no. per Inno. & Dom. meum, in c. fin. supra de procur. & quod no. gl. pe. & ibi Doct. maxime Dom. meus, in c. cum inter vniuersas. supra de elect.

23 ¶ † Secundò fallit, non solùm si causa esset talis naturæ, ꝙ procedendum esset simpliciter & dè plano, sine strepitu & figura iudicij, vt statim dictū fuit, sed etiam si sit naturæ ex forma iuris statuti, consuetudinis, aut degradationis, ꝙ procedendum sit sine figura iudicij: licet enim Paul. de Liaza. in Clemen. 2. de iud. velit, ꝙ si in dispositione, vel commissione seu delegatione non coniungantur omnia prędicta verba, debeat seruari ordo iuris, tamen gl. in verbo, figuram. in d. Clem. sæpe tenet contrarium, & idem etiam tenet Zabar. in d. Clem. 2. de iud. q. 29. & seq. Et communiter sequuntur Docto. quando verbum sit tale, quod de sui natura tollat iuris ordinem, & solennitatem, prout videtur esse verbum, sine figura. vnde tunc non est necessarius libellus. Nam cū tollatur figura iudicij: ergo tollitur libellus, qui est de figura iudicij. quod autē sit de figura iudicij, patet, quia cuiusque rei est ipsius apparens forma, vel facies, in qua rei substantia figitur, vt ff. de act. & obli. in l. non figura. facit de cele. mis. c. cum Marthæ. §. ex eo. secundum gl. in verbo, Non exigatur. in d. Cle. sæpe. Sed dicit ibi Zabar. quòd cum gl. dicit, in qua rei substantia figitur, melius dixisset, qualitas figitur: quia figura est qualitas, non substantia. sed glo. intellexit, quod in ipsa figura libelli intrinsecè figitur substantia, seu continetur substantia petitionis: sicut in figura hominis in concreto figitur, seu continetur substantia hominis. Barto. verò in extrauag. ad reprimen. in gl. super verbo, figura, dicit, quod prędicta glo. dicit verum in figura rei corporalis, per tex. in l. fin. C. de edi. diui Adr. tol. & in l. quoties aliquid. ff. de verbo. oblig. hic melius probatur, quàm alibi. Rei vero incorporalis figura, dicitur ipsius natura. vnde rectè dicitur figura, ipsius actionis natura. C. de rei vxo. act. in l. 1. §. cum autem. ibi, rudem figuram, &c. Quædam vero sunt facta, prout consideratur in fieri, seu in actu faciendi, & ipsorum figura est ipse ordo faciendi. vnde in Grāmatica, quod est figuræ simplicis: quia simpliciter profertur: hoc est, quia ipsius actus proferendi est simplex. vnde cū hic loquamur de figura iudicij: & iudicium, licet habeat multas significationes, vt dixi supra in Rubrica de iud. tamen in terminis nostris accipimus pro actu examinationis & decisionis causæ. Figura ergo iudicij est, quod partes sint factæ secūdum ordinem debitum, & debitam proportionem, ex qua figura iudiciū accipit suum esse, & suam substantiā: quod
b patet, quia si ordo[b] non seruatur, iudicium est nullum. C. de senten. in l. prolatam. quare iudicij figura sublata, videntur sublata substantialia iudiciorū, seu solennitates iudiciorum, & ideo non videtur iudex astrictus ad aliquas formulas vel figuras iudiciorū: nisi quantum exprimitur in d. Clemen. sæpe. In qua Cle. ea exprimuntur, quę potius respiciunt figuram facti negotij vel causæ, quàm iudicium. Et ideo ea quæ

ADDITIONES.

a ¶ *Quomodo differat libellus à petitione, habes multas differentias per Doct. maximè repe. Clemen. sæpe, de verb. sig. in ver. glo. in ver. necessario. circa finem.*

b ¶ *Quando ordo non seruatur, iudicium est nullum, vide quæ no. Fel. in cap. Ecclesia. 7. colum. ver. nonò ad hanc. extra de constit. & limita, vt per Mod. in §. item si quis. 10. col. de actio.*

quæ exprimuntur, non tolluntur: sed libelli oblatio, qui est de figura iudicij, tollitur. Et sic apparet, quòd tolluntur substantialia iudicij solùm inuenta, seu inducta à iure ciuili. Sed non tolluntur substantialia à iure naturali, seu gentium inducta: quia iudicium siue ipsius iudicij substãtia esse non posset: vnde solùm seruanda est substantia iudicij, à iure gentium inducta, secundum ea, quæ tradit Bar. in d.gl. super verbo, figura. & Io. Andr. in d.Clem. sæpe. Et ad prædicta, vide Old. consi. 115. quod incipit, in iudicio. a quo Io. And. plura accepit & sibi appropriauit, tacendo authorem, & simile fecit in plurimis locis in addi. Spe. in quib. circa consilia Old. quasi semper tacuit authorem. Deus nouit, & ego scio, quod nunquam tacui aliquẽ authorem. Et qualiter multipliciter accipiatur verbum, figura, vide Bal. in l. 1. §. similique modo. C. de lati. lib. tol. Sed tu aduerte: quia contra prædicta ego fortiter oppono. videtur enim, quod figura iudicij, ẽt de iure positiuo, nõ possit consistere in libello: quia iudicium incipit à contestatione litis inclusiuè vsque ad sententiam, vt no. gl. in l. 1. C. de iud. per tex. in Authen. de litig. §. si verò initium. pro qua gl. Ang. in repe. illius l. 1. dicit esse casum in l. 1. §. fin autẽ. C. de plus peti. & in l. apertissimi. C. de iud. & in l. 1. C. vbi de crimi. agi oportet. ad idem gl. in verbo, exordium. iuncto tex. in l. fi. §. illud. C. de temp. appel. vbi vult, quòd propriè incipiat à litis[a] contestatione, per iura præalleg. ergo ante li. contest. non est propriè iudiciũ, sed præludium iudicij, vt no. in Auth. in medio litis non fie. sac. iusi. §. fi. col. 8. & Bal. in d. §. similiq; modo. iudicio meo contrarium prima fronte videtur difficile. Arbitror tamen posse dupliciter respõderi. Primò, quod hic loquamur de iudicio, prout latè sumitur iudicium, quod latè sumptũ, incipit à libello, seu à petitione. facit Clem. 2. vt li. pen. & l. cum notissimi. C. de præscript. 30. anno. & authen. litigiosa. C. de litig. vel latius prout incipit à reuocatione in ius, vt no. glo. in Rub. ff. de in ius voc. per tex. Inst. de pœna teme. liti. §. fi. Secundo modo potest solui, ꝙ libellus seu petitio, de necessitate includitur in figura iudicij, quia licet detur ante lit. contest. expresse vel tacitè: tamen lit. contestatio, siue loquamur de expressa, siue tacita: sine ipso libello vel petitione fieri non põt: nec sententia ferri, quæ debet esse conformis petitioni, vt sæpius dictum est, & ideo in ipsa li. cõtest. semper reperitur libellus seu petitio. & ideo includitur in figura iudicij. Sit ergo conclusio, ꝙ quando proceditur sine figura iudicij, non est necessarius libellus in scriptis: sed sufficit qualisqualis petitio per modum postæ, vt supra dixi in præced. fallentia.

24 ¶ † Tertiò fallit, si procedendum est de plano. Nam tunc non est necessarius libellus, si causa sit vilis: vel de vili, aut leui materia, siue leuium personarum, vt in auth. nisi breuiores.[b] C. de sent. ex breui. reci. & l. nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de off. pro cõsul. & leg. & l. leuia. ff. de ac. secus si causa esset grauis ponderis. ad quod vide Bar. in extrauag. ad repr. in glo. de plano. & Imo. in Clem. sæpe. de verb. sign. versic. modo videndum est de hac dictione, de plano. collat. 31. Sed tu aduerte: quia istud videtur esse de natura causæ, vt non requiratur libellus, vt dicam infra in fallentia 20. seu qualitatis personarum, vt in fallentia 21. non autem videtur procedere ex natura huius verbi, de plano, de cuius natura & significato vide in dictis locis, & quod latius dicam infra tit. de ordi. co. Et ad prædictas duas fallentias, vide Spec. eod. tit. §. nunc dicendum. versic. 1. Intellige, ꝙ posito, quod non esset necessarius libellus: esset necessaria qualisqualis petitio, vt dixi in præcedenti, & vide etiam quæ dixi in cap. fi. infra de ord. cog. artic. 34. q. 2.

25 ¶ † Quartò fallit: si procedendum esset sine strepitu iudicij. Nam secundum aliquos hæc verba excludunt omnem solennitatẽ iudicij, quæ magis spectat ad ordinem, quàm ad veritatis indaginem, seu inuestigationem, hoc tamen non placet Innoc. in c. olim. infra de accusa. nec Paulo, & Zabar. in Cle. 2. de iud. vt ibi tradit Zabar. q. 41. Et ideo libellus est necessarius, nisi subesset alia causa. de quo per Old. in d. consi. 115. quod incipit, in iudicio. & per Bart. in extrauag. ad repri. in verbo, sine strepitu. & dicũt præfati Doct. de verbo, simpliciter, & de significato istorum duorum verborum, vide quæ latius dicam in titu. de ordi. cog. & vide quod dixi in cap. fin. infra de ordi. cog. art. 35.

26 ¶ † Quintò fallit, si causa sit expedienda summariè. Nam tunc non erit necessarius libellus, secundum glo. in l. 1. C. comminationes vel epistolas, quę sentit, ꝙ in summarijs non exigatur ordo iuris. Et idem tenet hic Dom. Ant. Sed illa glo. communiter reprobatur, & eam reprobat Bart. in extrauag. ad reprimen. in verbo, summariè. vbi dicit, ꝙ libellus debet esse ibi planè formatus: sicut si procederetur ordinariè, per l. 3. in princ. ff. ad exhiben. & idem tenet Io. de Imo. in Cle. sæpe. ver. his visis. col. 33. & etiam idem tenet hoc reprobando, opin. Dom. Ant. Idem etiam tenet Zabar. in d. Clemen. sæpe. sed aduerte: quia in contrarium fortiter obst. lex tertia. §. sciendum. vbi textus dicit, summatum. Et per illum textum dicit Ioan. de Lign. ordinem iuris non esse necessarium. ad quod vide quod dicam infra, fallentia 19. & de significato dicti verbi, summariè, & de eius natura, dicam latius inf. ti. de ord. cog. A. B. Et quid, si dictum sit, ad simplicem querelam, vide quæ dixi infra de ordi. cogn. c. fin. arti. 40. & etiam vide quod ibi dixi, art. 32. & si causa extraordinariè agenda, vt dixi, c. fi. de ord. cogn. art. 42. prope finem, vel leuato velo, dixi ibid. Ma.

27 ¶ † Sextò fallit, si causa esset expedienda de facto,[c] quia tunc nõ erit necessarius libellus, eo quod istud verbum, de facto, importat, ꝙ iudex possit procedere uia regia, vt l. 2. in princ. ff. de orig. iur. & sic intelligitur exclusa omnis solennitas iuris positiui. tenet

ADDITIONES.

a ¶ *Iudicium propriè dicitur incipere à li. contest. & finitur per sententiam diffinitiuam. dicit glo. in l. proinde. ff. ad legem Aquil. & no. Bald. in l. diffamari. C. de ingen. manum.*

b ¶ *Quando causa est breuis, proceditur sine libello, & quæ causę dicãtur leues, vide latissimè per Georgium Nattam in d. Cle. sæpe. de verb. sign. col. 64. versi. quæ autem causa dicatur breuis. cum 2. seq.*

c ¶ *De facto. Vide de hoc verbo, & similibus, quæ sequuntur, per Fel. latè in c. 1. in 8. fall. supra de const. vbi latè examinat, quid similia verba ponderent.*

tenet Io. de Imo. in d. Clem. sæpe. de verbor. signific. col. penul. & domini de Rota, decis. 31.48.335.631. secundum diuersas quotas, per c. cum Ecclesia Sutrina. de causa poss. & propric. Consuluit Bart. in cons. quod incipit, punctus quæstionis, aliàs incipit, in q. proposita, & vide Lapum, allegatione 128. & Dom. Nellum de sancto Gem. in Tractatu bannitorum, in tertia parte primi temporis, quæst. 4. Intellige tamen vt dixi supra, quod requiritur qualisqualis petitio. Et de significato istius verbi, vide quod latius dicam in tit. de ord. cogn. c. fi. art. 37.

¶ Septimò fallit, si sit causa in qua procedi possit sola facti veritate inspecta, per ea, quæ statim dicta sunt. tenet Ioan. de Imo. in d. cap. penul. & intellige, vt statim dixi.

28 ¶ † Octauò fallit, si sit causa in qua procedi possit sine aliqua solennitate: vel sine iuris solennitate, vel omissis solennitatibus iuris. tenet Io. de Imo. in d. col. penul. allegat no. per Bart. in l. filiusfamilias. ff. de dona. & ibi etiam vide Io. de Imo. & quod etiam tradit Bar. in l. 1. ff. de mili. testamento. & consi. 188. quod incipit, quæst. & vide Bald. in l. præsbyteri. C. de Episc. & cler. qui in multis contradicit Bart. vide etiam per eum in l. milites. C. de mil. testam. & quod latius dicam in tit. de ordi. cognit. requiritur tamen qualisqualis libellus, vt sæpius dictum est.

¶ Nonò fallit, si sit causa, in qua iudex possit procedere ex sua absoluta voluntate, vel potestate, per quæcunque verba hæc denotantia, per quæ alicui esset attributa hæc potestas. ad quod vide Io. de Imo. in d. Clem. sæpe. colum. 44. secus si haberet potestatem procedendi per verba denotãtia arbitrium boni viri. Quæ autem sint ista verba denotantia liberam potestatem, vel arbitrium boni viri, aliqua ponit Io. de Imo. in dicto loco. & Bar. & Docto. in l. fideicommissa. §. si sic. ff. de leg. 3. & in extrauag. ad reprimend. in verbo, Videbitur. & latè dixi in repet. l. si quis arbitratu. ff. de verb. oblig. & in Tract. de arbitr. §. 23. fortè dicam in tit. de ord. cognit. vel in tit. de arbit. intellige tamen, vt sæpius dictum est, quòd procedat qualisqualis petitio.

29 ¶ † Decimò fallit, quãdo factum proponitur coram Papa: [a] quia tunc non est necessarius libellus, secundum Hostiensem, & Ioan. de Imo. hic, qui remittit ad no. per se in cap. 1. de li. contest. & idem Stephan. & Zabar. in Clem. sæpe. quæst. 15. & per Inno. in cap. cum venissent. supra de restitut. in integrum, in quarto intellectu. facit, quod dixi supra in prima fallentia, in exemplo Salomonis, & quod dixi supra in sexta fallentia. Ista enim narratio, quæ fit coram Papa, habetur pro libello & petitione. & idem ego arbitror, si fieret coram Principe: quia ipse solutus est legibus, vt l. Princeps. de leg. & Inst. de iure naturali. §. sed quod Principi. Et idem arbitror de omnibus alijs, qui funguntur [b] iure Principis, per no. per Bar. & Io. de Imo. in l. infamem. ff. de pub. iud. & per Bart. in l. hostes. ff. de capti. & vide gl. quam allegabo in cap. 1. inf. de maled. & per Bart. in l. 3. ff. de mino. & per Cyn. in l. si ea lege. C. de condict. ob causam. Fortè latius dicam infra in titu. de ordine cognitio. cap. 2. artic. 21.

30 ¶ † Vndecimò fallit, si consuetudo habet, quòd non detur libellus: quia consuetudo valet in his, quæ sunt circa iudicia. C. de priuil. scholarium. l. fin. lib. 12. facit c. 3. in fi. infra de eo, qui mit. in poss. causa rei seruan. secundum Innocen. & Ioan. Andr. & Docto. hic. facit etiam cap. ex literis. supra de consti. & C. de diuersis officijs, & apparitoribus. l. 1. lib. 12. sentit Bart. in auth. offeratur. C. de li. conte. & idem Zenzelinus, & Ioan. de Imo. in Clem. sæpe. colum. 7. & Specu. eod. titu. §. nunc dicendum. versi. 21. per iura præallegata, & per l. 1. C. de auro coronario, lib. 10. & C. de primipilo. in l. 2. in fi. & Io. And. in addit. Specul. ad dictum ver. & Iacobin. Balduini in 4. lib. præallegati operis, per §. ex non scripto. Inst. de iure naturali. allegat etiam l. testa. & l. fin. C. de testa. & C. de excu. munerum. l. maximè. & C. de metallarijs. l. 2. lib. 11. & C. de præpositis sacro. scriniorum. l. vnicuique. & de cursu publ. l. publici. lib. 12. & de diuersis officijs & apparitoribus. in l. 2. eo. lib. & idem tenet Roff. in d. Rubr. in quibus causis libellus nõ datur. vbi dicit, quòd prouinciæ in quibus libellus nõ datur, non multum peccant. Sed Dom. meus hic dicit, quod putat hunc casum procedere, vt non detur petitio per modum libelli, sed quod petitio saltem non sit apud acta, credit cõsuetudinem valere, tanquam minus rationabilem, per no. in d. Clem. sæpe. de quo dixi in prima fallen.

31 ¶ † Duodecimò fallit, si statuto hoc disponeretur, ar. præcedentium. no. Zenze. & Ioan. de Imola, in d. Cle. sæpe, qui dicunt, quòd virtute consuetudinis & statuti municipalis, potest induci, vt omittatur solẽnitas iudiciorum, per c. pen. de eo, qui mitti. in poss. & declara, vt dixi in præced.

32 ¶ † Decimotertiò fallit, secundum Innocen. Hostien. & Ioan. Andr. hic, si partes conueniant, quod iudex non in figura iudicij, sed de plano ex officio suo veritatem audiat, & inquirat, & secundum reperta dicat, & sic intelligunt quidam l. quoties. in fi. C. de priuil. scholar. lib. 12. quem casum dicunt specialem. & quod no. in Authent. vt differ. iud. §. si vero contigerit. colla. 9. & in cap. cum tempore. 1. responso. supra de arbitr. non enim posset fieri ex conuentione partium, quod omisso libello, iudex sententiam diceret. Et optimè loquuntur, secundum Do. meum, quia sicut partes ex toto possunt cedere liti, vt in ca. dudum. de elect. & in l. postquam liti. C. de pact. de quo latius dicam infra in c. 5. arti. 31. fortius possunt totam quæstionem ponere in manibus iudicis, sed dictum suum non erit sententia diffinitiua: sed dabit quoddam mandatum, prout sibi videbitur. ad quod vide bonam gl. in c. fi. de re iud. lib. 6. & quod no. in c. de causis. de re iudi. & hoc modo potest procedere opin. quæ vult, libellum posse à partibus remitti, ut dixi supra in 4. opinione. Et hoc uoluit Speculat. eod. titu. §. nunc dicendum. uersi. 9. & fuit opin. Accur. & sequitur Roffr. in d. Rub. in quibus causis non offertur libellus. & Iacob. Balduini, qui dicit, quod requiritur expressius consensus partium, ut dicit Io. Andr. in addit. Specul. ad dictum uersic. 9. aliàs non valet

ADDITIONES.

a ¶ *Adde Ias. qui confirmat hãc limitationem tribus modis, in l. 1. in 3. col. ff. de eden.*

b ¶ *Ciuitates, quæ non recognoscunt superiorem: ita Bald. in d. l. 3. in princ. ff. de mino. & adde Bart. in l. 1. C. si aduer. rem iud.*

valet processus.ar.c.dudum. de elect. & c.1.infra de li.contest. & sequitur hic Dom.meus. Aduerte tamen: quia Barto.in l.1.C.de li.contest.tenet, quòd partes possunt renunciare libello: sed nõ quod porrigatur qualisqualis petitio: quia hic concurrit commodum iudicis, vt certam ferat sententiam, & sic Barto. videtur contradicere his, quæ supra dixi in 10.op.& sibijpsi. Sed possumus saluare hoc dictum, intelligendo, vt supra dixi, videlicet, quando partes conuenirent, quòd iudex non procederet, vt iudex: aliàs secus: quia non possent partes renunciare iuri introducenti solennitatem, vt l.nemo potest. ff.de leg.1. & supra dixi post Barto. in 9. op. Sed non possumus saluare hoc dictum, intelligendo vt supra dixi. Sed si velint partes, quod iudex procedat, tan
a quam arbitrator [a] vel similis, possunt hoc facere per l.sed si in seruum.§.si quis.ff.de arbit. & sequitur hic Io.de Imo.& idem voluit Inno. in c.de causis. supra de offic.deleg.& Gul.Zenze.& Ioan.de Imo.in Clemen.sæpe.de verb.sign. facit c.literas. de præsumpt. & d.c.cum tempore.de arbi.& quod no.in Auth.vt differentes iudices. §.si verò.& idem per iura prælle gata volunt Laudinus, Pau.& Zabar.in d. Clem.sæpe. vbi etiam dicunt, quòd actis iudicialibus inductis in publicam vtilitatem, quales sunt solennes, vt libellus, litis contesta.&c. non possunt partes renunciare, sed solùm actis partialibus, quales sunt productiones testium, instrumentorum, & similes. sic dicit Zenze. posse intelligi quod no.2.quæst.1. cap.in primis. Nec obstat l.quoties.C.de priuil.schol.quia quod in illa lege dicitur, est ratione specialitatis descẽdentis ex vtilitate causæ, vt dixi in tertia fallentia. Et procedit secundum antiqua tempora, secundum quæ non erat necessarius libellus: nisi in personis illustribus, in recitatione opin. Et ideo partes poterant renunciare iuri speciali, quia facilius tollitur ius speciale, quàm commune, vt l.milites. §.militiæ missus. ff.de milit. testamen. facit quod dicam infra fallentia 18.

33 ¶ † Decimoquartò fallit in omnibus casibus, in quibus non exigitur litis contestatio, secundum Innoc. & Ioan. And. hic, quos sequitur Dom. Anton. facit, quod dicam in sequenti fallentia, & istos casus videbimus infra, vt li. non contest. Sed hæc fallentia non placet hic Dom.meo: quoniam ista sunt separata: scilicet, libelli oblatio, & litis contestatio: vnde non sequitur, ꝙ vno sublato, tollatur reliquum, arg.§.affinitatis.Inst.de nupt. & pro hoc etiam bene facit, quod no.glo.in verbo, necessario. in fi.in Clemen.sæpe. de verb. signific. vbi glo.per contrarium concludit, quòd licet sit remota libelli oblatio: non tamen intelligitur sublata litis contestatio: quia satis est, quòd de li.contest. nihil sit dictum. ita ergo & in terminis nostris per cõtrarium, & mihi placet: quia ex separatis non fit illatio, & maximè in correctiuis non fit extensio, vt in iuribus vulgatis, & adde quæ dicam in seq.fallen.

34 ¶ † Decimoquintò fallit in casibus, in quibus nõ est necessarium, quòd sententia feratur in scriptis. hoc voluit gl.2. in auth.offeratur. C.de litis contest. Et hoc etiam reperio tenere hic dom.Iacob.Zoc. & Doct. Modern. Sed tu dic, quod aut sententia non est ferenda in scriptis ex forma statuti, consuetudinis, vel delegationis specificè loquentis, & remittentis hanc solennitatem solùm in sententia: Et arbitror, ꝙ exigatur litis contestatio, per ea, quæ dixi in præcedenti fallẽtia, nisi qualitas causę omnino aliud suaderet. Nam si qualitate causæ, vt quia leuis, aut vilis, vel propter similem causam remitteretur hæc solennitas, intelligeretur etiam remissa solennitas libelli & litis cõtestationis, propter eandem rationem in æquiparatis, per no.in l.si quis seruo. de furtis. & l.1. de legat.1.& in materia extensionis iurium exorbitantium, de qua maximè per Moderniores in l.si uero.§.de viro.ff.sol.matr.& in alijs iuribus vulgatis, & hæc videtur sensisse d.glo. 2. dum remittit ad authen.nisi breuiores.C.de sent.ex breu.reci.

35 ¶ † Decimosextò fallit in notorijs, secundum Innocen. & Docto. hic.allegat Innocen.2.quæstio. 1. cap.manifesta, & infra de iureiuran. cap. ad nostram. Sed melius facit cap. quoniam. supra de filijs præsbyt. Sed tamen, vt supra dictum est sæpius, requiritur qualisqualis petitio, vt dicit Ioan. Andr. in cap.vestra. infra de cohabita.cle.& mulie. & uide quod ibi dixi.

36 ¶ † Decimoseptimò fallit in causa inquisitionis, quòd quidam dicunt simpliciter procedere. Alij verò volunt, quòd istud habeat locum, quando iudex procederet ex puro & mero ipsius officio: secus si ad partis instantiã. ad quod vide, quod latè dixi in c.qualiter. el 2.infra de accusationibus.in 11.princ. art. q.11.& 13.

37 ¶ † Decimooctauò fallit in denunciatione, secundum aliquos, quod intellige in denunciatione Euangelica: secus in Canonica, seu iudiciali: quia in illa videtur necessarius libellus, secundum Ioan. Andr. hic, & Docto.per cap.licet. & in cap.cum dilecti, & c.prælatorum.& c.qualiter.il 2.infra de accusationibus.& per Specu. eod.tit. §.nunc dicendum. versi.2. Sed tu vide quæ latius dixi in c.nouit. supra de iudicijs.

38 ¶ † Decimononò fallit in casibus, in quibus sententia non pararet magnum præiudicium, vel pararet tale, quod per aliud iudicium potest reparari absque appellatione, vel restitutione in integrum, vel simili remedio. Ioan. de Lig. in Clemen. sæpe. de verbo.signific.& Dom.meus hic, quia tunc proceditur summariè, per no. in l.3.§. sciendum. ff. ad exhiben. vbi tex. vult, quòd in talibus causis iudex procedat summatim, quod est contra id, quod dixi supra post Bart. & Ioan.de Imo. in quinta fallentia. Nam secundum opin. prædictorum, licet pro-
b cedendum esset summariè: [b] tamen requireretur libellus, vt ibi dixi.

39 ¶ † Vigesimò fallit in causis vilibus, & maximè vilium personarum, in quibus nedum ꝙ non requiratur

ADDITIONES.

a ¶ *Si partes volunt iudicem procedere, vt arbitratorem: tunc potest remittere libelli solennitatem, sed tũc non valet vt sententia, sed in vim pacti. ar.l.2. C.commun. vtriusque iu. & declarat Abbas & Modern. in c. decanis. in 3.col.sup.de offi. deleg.*

b ¶ *Adde ꝙ quamuis causa sit summariè tractanda, tamen personæ litigantes sunt plenariè legitimandæ: ita tenet glo. in l.2. in glo.pen. C.de edi.diui Adria.tol. no. Barto. ibi, & Moder. in Rubr. C.qui admitti. in princ.*

ratur libellus. Sed nec requiritur aliqua scriptura, vt in authen. nisi breuiores. C. de senten. ex breui. reci. & in c. si quis cum clerico. 11. quæstio. 1. & hoc voluit hic glo. nostra, & Ioan. Andr. & Docto. Rofr. in d. Rubr. §. in quibus causis libellus non offeratur, & Iaco. Bald. & Specul. in d. §. nunc dicendum. vers. 3. & licet quidam dicant, q vilis causa dicitur duorum aureorum: tamen Rofre. & Spec. in d. ver. 3. & Ioan. An. ibi in additio. concludunt hoc esse relinquendum arbitrio iudicis: quia arbitrabitur inspecta qualitate personarum & causæ, per l. cũ hi. §. sed & personarum. ff. de transact. & supra, quod metus causa. in c. fin. & ff. de vsu & habi. in l. plenum. §. 1. & sequitur hic Dom. meus, quòd maximè procedit, si partes hoc postulant. Et ita intelligũt quidam l. quoties. C. de priuil. scholar. lib. 12. vt dixi supra, in 13. fallentia. requiritur tamen verbalis petitio & narratio, ex qua petentis intentio concludatur. A. B. Et ideo coram vicarijs & officialibus instan. non est offerendus libellus: tum quia causæ sunt viles: tum etiam quia coram ignorante ll. non requiritur libellus, sed simplici via sint contenti. Bald. in d. authent. nisi breuiores. Ma.

40 ¶ † Vigesimoprimò fallit in causis vilium personarum, vt pauperum, rusticorũ, & similium: quamuis causa non esset vilis. hoc sentiunt hic Doctores, facientes de præcedenti casu, & hoc casu duas fallentias. facit tex. in Authen. de manda. Princip. §. sit tibi. colla. 3. & quamuis ille tex. in quantum loquitur per dictionem, maximè, videatur requirere duo, scilicet, quòd causa sit vilis, & vilium personarum: tamen glo. ibi ponit duas lecturas, & tenet, quòd dictio, maximè, ibi abundet, & quòd quælibet causa per se sufficiat, & hæc opinio placet hic Dom. meo. Mouetur: quia aliàs nulla specialitas videretur esse in vilibus personis: eo quòd inter quoscunque si causa est vilis, non requiritur scriptura, vt in auth. nisi breuiores, & in hanc sententiam videtur inclinare Speculat. in d. versic. 3. dicens, si causa sit vilis: quia modicæ summæ, vel sit vilium personarum, & sic loquitur alternatiuè, quod declarat ibi Io. An. in addit. & latius Iaco. Bal. in d. tracta. ver. 3. & mihi placet: quia si causa est vilis & leuis, plus exponeretur, si ordinariè procederetur, quàm esset causa, & ideo etiam si talis causa esset inter diuites & potentes, nihilominus non esset iuris ordo seruandus, & istud est, quod vult dictus §. sit tibi. dum dicit, maximè vilium personarum. & sic dictio maximè, stat propriè, & non superabundat. Si verò causa non est leuis, sed est pauperis & vilis personæ, proceditur absque ordine: quia non habent tales, vnde possint expensas facere.

41 ¶ † Vigesimosecundò fallit, si manu militari petatur sententia mãdari executioni: quia tunc nõ est necessarius libellus: quia aliàs non esset litium finis, sed finis vnius litis, esset principium alterius, quod esse non debet, vt l. terminato. C. de fruct. & li. expen. C. de rebus cred. in l. si quis, & contra no. in c. finem. infra de dolo & contum. secundum dom. Mar. hic. Sed tu aduerte: quia iste articulus est intricatus & difficilis, & variæ sunt opinio. glo. enim in l. qui de inofficioso. ff. de inoffic. testamen. tenet simpliciter, quòd in executione sententiæ non sit necessarius libellus, & idem tenet in l. minor 25. annis, cui fidei-commissum. ff. de mino. pro qua opinione videtur ius in l. penult. C. de arbit. vbi litera videtur apertè velle, quòd per actionem in factum, sententia mandetur executioni. Specul. in titu. de libel. concep. §. nunc dicendum. ver. 25. primò videtur tenere dictam opin. quòd libellus non sit necessarius, etiam si agatur actione in factum ex sententia, de qua actione habetur in l. actori. C. de rebus credit. quæ actio aliàs appellatur actio iudicati, vt l. miles. ff. de re iudic. & hoc ne lites ex litibus oriantur, vt dixi. allegat etiam quendam Doct. Bene. qui fuit Doctor Ioan. Fasioli, vt dicit ibi Ioan. Andr. in additio. tenentem prædictam opin. Mouetur: quia ista actio est alterius naturæ, quàm reliquæ, in quibus summaria cognitio requiritur: quia non est in iudicio examinanda & terminanda: sed est executioni mandanda, cum parta, seu parata dicatur. ff. de mino. in d. l. minor, & C. de executio. rei iudica. in l. si causam, & ff. de re iudic. in l. 4. §. si ex conuentione. sed parata non esset, si requireretur libellus, litis contestatio &c. Vnde concludit, quòd iudex nihil aliud inspicere debet, nisi an sit iudicatum. ff. de iudi. in l. si Prætor. & istam opinionem sensit Archidiac. 2. quæstio. 1. in cap. sicut. vbi tenet, libellum non esse necessarium in executione sentẽtiæ per cap. Adam. de pœniten. distinct. 1. Et cum hac opin. concordat Martinus de Fano, dicens, quòd executio fit iudicis officio, & cum in facto consistat, & summaria sit cognitio, non debet assumere partes iudicis, sed executoris: vnde secundum eum, nec actio debet proponi, nec litis contestatio fieri: ne lites ex litibus oriantur, vt dixi. vnde libellus non debet offerri, ar. ne vis fiat ei, qui in possessionem mittitur. in l. si quis missum, & ff. de religio. & sumpt. fune. in l. si quis sepulchrum. & ff. de offi. proconsul. in l. ne quicquam. §. de plano. & eandem opinionem tenet Gui. de Suza. Et sic secundum prædictorum opin. pro executione sententiæ non est necessarius libellus. Innoc. vero & Hostien. tenent contrarium in cap. cum venerabilis. infra de exceptio. volentes, quòd siue agatur actione in factum, siue officio iudicis, necessarius sit libellus, & idem in effectu voluit Iaco. Bald. per tex. in authent. offeratur, & in authent. libellum. C. de li. contest. dicens, quòd siue petatur contra reum, vel in eius bonis executio sententię actione in factum, siue iudicis officium imploratur: quibus duobus modis petitur executio sententiæ, vt infra l. properandum. §. sinautem reus. C. de iud. & in l. à diuo Pio. ff. de re iudic. & in l. pen. C. de execu. rei iudica. libellus non est necessarius. Idem etiam voluit Albertus Papiensis, cum sit actio, nec inueniatur casus exceptus à iure. facit. ff. de petit. hæred. in l. item veniunt. §. cum prædiximus. Et pro hac opinione facit l. intra dies. ff. de re iudic. vbi tex. videtur velle quòd agatur iudicati. Et verbum agatur, denotat, quòd ordinariè procedatur, vt l. licet. §. si plures. ff. de procur. & in l. is apud quem. ff. de eden. & ad idem facit tex. in l. item ueniunt. §. idem rectè. ff. de petitio. hæred. & l. 1. C. quando ex facto tuto. Specula. uerò in d. uersicu. 25. recitatis quibusdam opinio. concludit, quòd cum officio iudicis petitur executio sententiæ in beneficium: tunc contra certam personam nihil petatur ab initio, non est necessarius libellus, argum. l. minor 25. annis. ibi,

ibi, ad initium. Sed si contra condemnatum peteretur executio, & reus se opponeret dicens sententiam nullam, vel executionem non esse faciendam, quod facere potest. ff. de iudi. in l. si Prætor. §. Marcellus, & propter hoc petat libellum, dicit Speculator quòd credit, quòd libellus sit offerendus. Sed Ioan. Andr. ibi in additio. dicit, quòd Azo in primo membro distinxit, vt Specula. inducens eandem. l. subdit tamé, quòd illud procedit, siue coram iudice proferente, siue coram alio, cui commisit, petatur executio. & inducit. c. postulasti. supra de foro competenti, & cap. Romana. eod. titu. lib. 6. & l. à diuo Pio. §. 1. de re iudica. Et dicit, quòd offertur sententia pro libello illi mero executori, per l. primá. C. de re iudica. pro quo Ioan. Andr. etiam allegat q ipse no. in cap. dudum. supra de elect. in verbo, contestationem. Insuper etiam cum secundo membro Speculatoris cócordat Azo subdens, quòd vbi non petitur libellus ab opponente, non erit necessarium illum offerre: sed, vt dixi, sufficeret simplex petitio scripto, vel verbo, cum actione inserta, vt no. in Clemen. sæpe. §. primo, ad finem magnæ gl. & §. verum. de verborum signific. secundum Ioan. Andr. in additio. Specula. ver. in titu. de executione sententiæ. §. qualiter. aliàs incipit, breuiter. dicit, quòd si pro executione sententiæ agatur iudicati, vel actione in factum, debet offerri libellus, per l. edita. C. de eden. l. primá. ff. de eden. Sed si imploratur officium iudicis, non est offerendus libellus. per l. à diuo Pio. §. si super rebus. ff. de re iudicata. Et hanc opinionem videtur approbare Bald. in l. minor 25. annis. ff. de mino. & Barto. in l. intra dies. ff. de re iudic. videtur tamen Bartolus residere, quòd aut executio [a] petitur coram eo iudice, per eum, pro quo lata est sententia, contra eum, contra quem lata est, & non est necessarius. Aut petitur coram alio iudice, vel per alium, quàm contra illum, contra quem lata est: quo casu, debet agi actione iudicati, & sic actione in factum, non officio iudicis, & tunc libellus est necessarius, sed non requiritur cum tanta solennitate, sicut in alijs iudicijs principalibus. Idem tamen Bartolus in l. iubere. ff. de iurisdict. omnium iudicum, simpliciter tenet libellum non esse necessarium. Dominus Antonius distinguit, quòd aut petitur executio sententiæ coram eodem iudice, qui iudicauit, coram quo notorium est de iustitia partis. & idem sit si contradictori in executione, qui fuit in sententia, non est necessarius libellus: siue agatur actione in factum vel iudicati, siue officio iudicis: cum factum sit sibi notorium, & causa sit summaria, vt d. §. si super rebus, pro quo facit, quod dixi in 16. fallentia. Aut petitur coram alio iudice, & nullus apparet contradictor: sufficit tunc sententia pro libello, vt dixi supra secundum Ioannem Andream. Si verò apparet nouus contradictor: adhuc etiam Domin. Anton. tenet idem ex eo, quia causa est summaria. dicit tamen, quòd requiritur qualisqualis petitio. & sic secundum Dominum Antonium, non est differentia, an agatur coram eodem iudice, vel alio, vel actione in factum, vel per officium iudicis. Sed tu aduerte: quia non sequitur, debet procedi summariè: ergo non exigitur libellus, ad quod vide, quod dixi supra in quinta fallentia. Et no. circa prædicta, quòd Angelus in l. 4. §. si ex conuentione. ff. de re iudica. dicit, quòd quando imploratur officium iudicis pro executione sententiæ, debet fieri iudicium coram iudice, qui vult sententiam, vel eius successore: non autem poterit peti coram alio diuerso, vt etiam aliquid tactum fuit supra in opinione Bartoli, nisi fuerit requisitus per literas iudicantis, & sic intelligunt dictam l. à diuo Pio. §. primo. l. properandum. §. & si quidem. C. de iudic. & C. de Episcop. audientia. in l. si quis litigantium, & ff. de bon. authoritate iudic. poss. in l. cum vnus. §. 1. Sed actione in factum vel iudicati, potest agi etiam coram alio diuerso iudice, dummodo aliàs sit competens: nec sunt necessariæ aliæ literæ. de quo per Bartolum in dicta l. à diuo Pio. §. 1. & per Speculatorem in titu. de executione sententiæ. §. nunc videndum. versicu. sed pone. Et ibi vult Angelus, quòd libellus offeratur hoc casu, & quòd procedetur in figura iudicij summarij, & sic intelligit d. l. à diuo, §. si super rebus, & l. 2. ff. de re iudicata. & sic videtur concordare cum vltima opinione Speculator. ad quod vide no. per Cynum in l. ab executore. C. quorum appella. non recipiantur. Sed Ioan. de Imola in d. l. intra dies. dicit, quòd opinio glo. in d. l. qui de inoffic. & in d. l. minor. quam allegaui supra in princip. videtur sibi verior, pro qua allegat l. penult. C. de arbit. Nec obstat l. prima, ff. de eden. cum simil. vbi probatur, quòd agens aliqua actione, debet libellum offerre, prout latius dixi supra in 9. opinione, quia debet intelligi, quando agatur actione descendenti ex aliquo facto non deciso per sententiam, quæ transisset in rem iudicatam, aliàs secus: ne lites ex litibus oriantur, vt dictum est. facit l. 4. §. ait Prætor. ff. de re iudicata. Nec obstat l. item veniunt. §. idem rectè. ff. de petitio. hæred. quia ibi non dicitur, quòd libellus sit offerendus, nec lis contestanda: Sed quòd durat potestas dandi seruum pro noxa, donec quis conueniatur iudicati. Et sic potest intelligi, quòd duret, donec fuerit conuentus per ipsam actionem iudicati. & licet aliàs ante litem contestatam, non dicatur quis agere, sed agere velle, vt in l. amplius non peti. ff. rem ratam habe. illud procedit in actionibus, in quibus lis esset contestanda: non in alijs, in quibus non est contestanda, vt in l. ita autem. in princip. cum ibi no. ff. de administr. tutor. & in cap. ad nostram. el 2. infra de iureiuran. & in l. 4. §. toties. ff. de damno infecto, secundum Ioan. Andr. in d. l. intra dies. qui tamen subdit, quòd in practica tutius esset seruare opinionem communem. Sed non aperit, quæ sit ista opinio communis. Arbitror, quod velit dicere libellum necessarium: sed vt apparet ex superioribus, ista non est communis: sed posito quòd libellus non sit necessarius, istud videtur procedere, quando peteretur executio sententiæ liquidæ: sed necessarium esset liquidare sententiam, propter ipsius dubitationem necessarium esset offerre libellum. facit

ADDITIO.

a ¶ *In isto artic. vtrum in executione requiratur libellus, litis contestatio & similes actus, res est admodum dubia. vide latè dom. Alex. in l. à diuo Pio. in §. 1. ff. de re iud. & eundem Alex. in consi. 50. in 3. col. lib. 2.*

cit l.fin.C.de compensa.in ratione sui, & C. de sent. quæ sine certa quanti. in l. fin. secundum Baldum in dicta l.minor 25. annis, cui fideicommissum. ff. de minor.

42 ¶ † Vigesimotertiò fallit, quando petitur executio alicuius remedij litis decisiui, seu melius litis contestationis impeditiui, vt in c.1.de lite contest.lib.6. Et hoc ne lites ex litibus oriantur, vt in c.finem. inf. de dolo & contum. & in l.terminato. C.de fruct. & litis expen. dixi in c.præcedenti. Et per hoc dicunt quidam, quòd quando adiudicatur Ecclesijs cũ pertinentijs, pertinentiæ probantur absque libello, vt no. in cap. cum ad sedem. infra de restitutio.spol. & ideo si petitur executio transactionis, vel compensationis, aut sententia: nõ est necessarius libellus. Sed tu dic de sententia, vt dixi in præcedenti fallentia. Sed quoad transactionem, vel similem compositionem arbitror, quòd si agatur ex illis, necessarius sit libellus. Nec obstat cap.1. de lit. contesta. lib.6. quia non sequitur, exceptio transactionis impedit litis ingressum, vt ibi: ergo si agitur vigore transactionis, non est necessarius libellus, per ea quæ superius dixi.

43 ¶ † Vigesimoquartò fallit in re desiderante celeritatem: [a] vnde in cautione damni infecti, quæ desiderat celeritatem, non debet dari libellus, secundum aliquos, vt traditur in l.1. de damno infecto. Alij verò tenent per illam legem, ꝙ debeat dari, vt hic per Innoc.sed Hostien.tenet hoc esse arbitrariũ, prout iudex ex causa viderit illum dandum vel non dandum, argum.d.l.1.& l.4. §.hoc autem iudicium, & §.toties, & l.1.& 2. ff.de fer. & c.licet. infra de fer. & sequitur hic Dom.meus, & Specu.eod.tit. §.nunc dicendum. versi.32.facit. quia huiusmodi cautio iudicis officio expeditur, & ideo non videtur libellus necessarius, vt dictis iuribus, nisi iudex aliud arbitretur. facit etiam l.Prætor ait.1.respõso.& l.qui bono. §.quidam.§.penul. & antepenult. & l.in causæ. ff.de dam.infec.Sed Iacob.Bald. dicebat, quòd quamuis iudicis officio petatur, nihilominus necessarius esset libellus, [b] argum. l.scire oportet. ff. de excusat.tuto. ad quod etiam allegat: quia nomine actionis continetur hæc cautio.ff.de act.& oblig.in l.actionis. sed in actione dandus est libellus, vt in d.authen.offeratur.C.de litis contest.ergo, &c. Alij verò dicunt, ꝙ petitur actione in factum, vt d.l.Prætor.in prin. sed dicit Spec. ad saluandas opin.quòd dabitur quasi libellus. id est, petitio: nec dabitur, nisi modica dilatio, vt in l.3. ff.de re iudic.mihi placet, quòd potius sit necessarius, sed posset esse tantum imminens, quòd iudex sine libello posset procedere, & sic videtur arbitrium.

44 ¶ † Vigesimoquintò fallit in causa spirituali, secundum Hostien.hic, per c.1.inf.de do. & contum. & sequitur hic Ioan.And.& etiam Dom.Anton. & Specu.in d.§.nunc dicendum.vers.2. sed dicit Ioan. Andr.ibi in addit. quòd d.c.1.non probat illud, ad quod inducitur: quamuis dictum suum sit verum in casibus Cle. dispendiosam.de iudi. & idem Ioan. de Imo.hic per illam Cle. quæ solùm enumerat certas causas speciales spirituales. Et sic in alijs videtur secus.ar.cap.nonne.infra de præsum.l.maritus.C.de procur.Non ob.d.c.1.de dolo & cont.quia ibi nõ dicitur, ꝙ sit necessarius libellus, sed dicitur, quòd in causis ecclesiasticis, & inter personas ecclesiasticas rigor iuris non est seruandus. quod est intelligẽdum, vt ibi dicit gl. de rigore quoad pœnas à iuris rigore inductas, vt illę tunc locum non habeant, & sic non loquitur, quoad alia concernentia ordinem substantialem iudicij.

45 ¶ † Vigesimosextò fallit in causa beneficiali, quã do agitur de beneficijs authoritate apostolica obtinendis, secundum quosdam, vt no.de ęta.& qual.in c.accepimus.& refert hic Io. And.& idem Specu.in d.§.nunc dicendum. vers.6. qui dicit, ꝙ litera Apostolica habetur loco libelli. & idem dicit ibi Spec. si agatur de beneficijs minus canonicè obtentis, sine diœcesani conscientia, per c.3.infra de constit.16.q. 8.c.nullus, secundum Spec.ibi. Sed tu dic, vt dixi in præcedenti fallentia, & dicam in seq. & vt latius dixi in d.Cle.dispendiosam.

46 ¶ † Vigesimoseptimò fallit in causa matrimoniali, quando iudex procedit ex officio, vt infra de clan.despon.ca.cum inhibitio. & ita debet intelligi c.Albericus.infra de test.secundum Ioan.And.hic, qui remittit ad ibi no.Sed tu dic, vt dixi in duab.pręcedentibus fallentijs, & latius in d.Clemen. dispendiosam. vbi in quibusque causis beneficialibus & decimarum, necnon & super matrimonijs & vsuris, & eas quoquo modo tangentibus, proceditur simpliciter, & sine figura iudicij, &c. vide quæ latius ibi dixi.

47 ¶ † Vigesimooctauò fallit, si non agitur contra aliquam specialem personam, nec apparet contradictor, vt in authen.si omnes.C.si vt se ab hæred.abstineat. A. B. Sed aduerte, quia Bar.in l.nec quicquã. §.vbi decretum.ff.de offic.proconf.& leg.quãdo tractat, an requiratur libellus, quando imploratur officium iudicis contra incertam personam, si simpliciter intelligatur, videtur velle, ꝙ libellus sit necessarius.Specu.in titu.de offi.iud.§.1.ver.porrò. videtur velle, quòd non sit necessarius: debeat tamen qualisqualis petitio porrigi, vt iudex possit deliberare quid debeat agere. Ma.

48 ¶ † Vigesimononò fallit, secundum aliquos, quando creditor [c] pactus est, vt sua authoritate possit ingredi possessionem: quod procedere potest, vel si extraiudicialiter id facit, vel si volens vrbanius agere, secundum ea, quæ traduntur in l.3. C.de pig. maximè per Bartolum in repet. hoc petat à iudice, nullo

ADDITIONES.

a ¶ *Celeritatem. Vide Alexand. consil. 22. & consil. 43. lib.4.*

b ¶ *Quando imploratur officium iudicis, an sit necessarius libellus. vide omnino Bald. in addit.Specul.de lib. concep. ver. officium iudicis, & Bart.in l.nec quicquam. §.vbi decretum. vbi etiam Modern.ff.de offic.proconf.& leg. & vbi competit officium iudicis, an requiratur plena causæ cognitio, vide omnino Felyn. in cap.2. extra de offic. iud.*

c ¶ *Quando creditor paciscitur de ingrediendo propria authoritate, vide Bar. in d.l.creditores. in 10.col.ver. super secundo. C. de pign. & Alex.in consi.106. colum. pen.lib.3.& sit tamen differentia, an pactum constet per instrumentum, an per testes, vt ibidem per Bart. in 5.q. Bal.in l.2.3.col.C.de iure emphyt.*

nullo contradictore: valet enim concessio facta per iudicem absque libello. Sed si debitor contradicat, libellus est offerendus. hoc tenet Iacob. Bal. in d. l. 3. & Ioan. And. in addit. Spec. eo. ti. §. nunc dicendum. versi. 9. & Bald. in cap. 1. secundo responso. de pace iuram. firman. qui allegat quandam glo. quam non habeo.

49 ¶ † Trigesimò fallit in syndicatu officialium, vt l. 1. C. vt omnes tam ciuiles, quàm criminales, & in Authen. vt iudices sine quoquo suffragio. §. necessitatem. col. 2. secundum Hostiensem, & Ioan. Andr. hic, & Docto. Bald. tamen in l. obseruare. §. proficisci. ff. de offic. proconsul. & leg. tangit & expressè non decidit: sed Bald. & do. Rap. in l. secunda, ff. quod quisque iuris, videtur potius libellum esse offerendum.

50 ¶ † Trigesimoprimò fallit, quando Episcopus audit accusationē iudicis fugiētis, ne reddat rationem, qui captus est, vt in d. §. necessitate. tradit Spec. in d. §. nunc dicendum. vers. 5.

51 ¶ † Trigesimosecundò fallit, quando litigatur inter religiosos de pertinentibus ad religionem, vt in c. fi. de regula. & in cap. reprehensibilis. de appel. secundum Io. And. hic.

52 ¶ † Trigesimotertiò fallit, quando Episcopus cognoscit de causa ciuili inter clericos sibi subiectos, vt in Authen. vt clerici apud proprios Episcopos. in princ. colum. 6. 11. quæst. 1. cap. si quis cum clerico, & cap. quicunque litis. secundum Iac. Bald. & Roffred. sed dicit Specu. eodem titu. versi. 4. quod quicquid alij dicant, ipse intelligit iura prædicta in minoribus causis, faciunt no. in cap. quoniam contra. de proba. ad quod vide, quæ dixi supra fallentia 20. & sequen. Et aduerte: quia in casu istius fallentiæ, & illarum duarum fallentiarum, sicut coram ordinario non debet dari libellus, ita nec coram delegato: cum eadem sit ratio vtrobique, & ideo idem ius. supra de constit. cap. translato. secundum Specul. in d. §. nunc dicendum. ver. 4. & sequitur ibi Io. An. in addit. & idem tenet hic, licet quidam voluerūt coram delegato libellum esse dandum, & adde hanc declarationem ad illas duas fallentias.

53 ¶ † Trigesimoquartò fallit, cum tutor accusat. C. qui accu. non possunt. l. 2. & cum seq. excusat. ff. de excusa. tu. in l. scire opor. §. oportet. secundum Spec. in d. §. ver. 11.

54 ¶ † Trigesimoquintò in accusatione apostasiæ. C. de aposta. l. apostatarum. quod non placet Specul. in d. §. ver. 13.

55 ¶ † Trigesimosextò in accusatione falsæ chartæ seu falsi testis producti coram iudice. nam & ibi iudex sine accusatore punit. C. de testa. l. nullum. C. de proba. l. pen. tradit Spe. in d. §. nunc dicendum. vers. 14. & adde quod dicam in seq. fallen.

56 ¶ † Trigesimoseptimò fallit in crimine falsi, etiā incidenter moto. C. de fal. in l. vbi. secūdum Placentinum. Io. contra, quia ibi non incidenter, sed principaliter agebatur de falso. alij dicunt, quod si iudex procedit ex officio, tunc non est necessarius libellus, sed si appareat accusator necessarius. C. de Iudæ. in l. ne quis. ff. finium regund. in l. si irruptione. secundum Speculat. versicu. 19. in d. §. Tu aduerte, quia d. l. vbi, habet duos intellectus: vnus est vulgaris, quod quæstio falsi incidebat per viam exceptionis, secundus Io. quod ille, contra quem in causa ciuili productum fuerat instrumentum, proposuerat accusationem de falso. vide latius per Ioannem Andream in additio. Specula. titu. de probat. §. 1. super versi. 9.

57 ¶ † Trigesimooctauò fallit, vbicūque mulier admittitur ad accusandum. C. qui accus. non poss. in l. de crimine. Alij contra, secundum Spe. in d. §. vers. 20. qui remittit ad no. per se in ti. de accusatore. vers. item quod est mulier.

58 ¶ † Trigesimononò, cum vir intra 40. dies accusat iure mariti. C. de adult. l. iure mariti, & l. quāuis, secundum Spec. in d. §. ver. 39. & adde, quod statim dicam in fallen. 41.

59 ¶ † Quadragesimò fallit in criminibus, quæ per officiales denunciantur. C. de accusat. in l. ea quidem. quarta quæstio. 4. §. aliquando, secundum Speculat. in d. §. versicu. 40. & adde, quod dicam in sequen. fallen.

60 ¶ † Quadragesimoprimò fallit in crimine abigeatus. C. de abigeis. l. 1. 4. quæst. 4. §. aliquando. secundum Spec. in d. §. vers. 41. dicūt tamen quidam in prædictis tribus casibus libellum esse dādum. primū probant per l. miles. §. 11. ff. de adult. secundum per l. ab accusatione. §. nunciatores. ff. ad Turp. licet enim iura in dictis fallentijs dicātur procedi sine solennitate accusationis, intelligi debent sine inscriptione, aut simili solennitate, sed tamen nō negant libellum dandum.

61 ¶ † Quadragesimosecundò fallit, si Christianus accusatur contraxisse cum Iudæa, vel econtra. C. de Iudæ. l. ne quis. 28. quæst. 1. cap. caue. tradit Specu. in d. §. vers. 43.

62 ¶ † Quadragesimotertiò fallit in accusatione falsæ monetæ. C. de fal. mo. l. 1. vbi dicitur, ꝙ accusator habet immunitatem. sed expone, scilicet inscriptionis, alij exponunt, scilicet pœnæ, & melius, secundum Spec. in d. §. vers. 16.

63 ¶ † Quadragesimoquartò in crimine suspecti tutoris. ff. de suspect. tut. l. 2. §. non tantum. tradit Spec. in d. §. vers. 17.

64 ¶ † Quadragesimoquintò fallit, cùm miles colonus efficitur, vt l. fi. C. loca. Nam petitur puniri vt cadat à militia, sine libello & sententia, vt ibi tradit Spec. in d. §. ver. 12.

65 ¶ † Quadragesimosextò fallit in omnibus casibus, in quibus quis sine accusatione punitur, vt in crimine lenocinij, vt in l. 2. §. si publico. ff. de adult. Sed tu dic, quòd ibi in modum exceptionis fuit propositum illud crimen, & ideo libellus non fuit necessarius, licet pœna fuisset imposita: sicut aliàs contingit in crimine calumniæ, vbi iudex sine accusatore potest tempore sententiæ pœnam infligere. C. de calum. l. 1. facit supra de elect. cap. per inquisitionem, secundum Specula. eodem titu. §. nunc dicendum. vers. 19. & quæ sint crimina, in quibus possit procedi sine accusatore, Specula. remittit ad no. in cap. vt nostrum. infra vt Eccle. benef. Sed tu vide quæ latius dixi in c. qualiter. el 2. infra de accu. in 8. princ. artic.

66 ¶ † Quadragesimoseptimò fallit in leuibus criminibus. ff. de accu. in l. leuia. & leuia crimina dicuntur crimen abigeatus, de quo statim dixi, fallentia 41. & furta domestica, & furta modica, secundum quos-

dam leuis iniuria verbo illata, secundum Specula. in d. §. ver. 42. dicit tamen ibi Specul. quòd id quod dicitur in d. l. leuia. de summaria cognitione debet intelligi: quia sine magna inquisitione proceditur, & iudice non sedente pro tribunali, sed tamẽ libellum recipit, vt l. miles. §. sexaginta. ff. de adulter. & remittit Specul. ad no. per se in titu. de offi. iudi. §. fin. versicu. 5. Et aduerte: quia vt apparet ex plurimis fallentijs superioribus, & etiam apparebit infra ex multis alijs. Doctores sæpenumero sumunt hoc fundamentum, quod ex quo iura dicunt summariè, uel summatim, vel de plano cognoscat, quòd non sit necessarius libellus, quod quidem fundamentum non videtur esse concludens, per ea, quæ dixi supra in 3. fallen. & in 5.

67 ¶ † Quadragesimooctauò fallit, quãdo aliquis de necessitate iuris prosequitur accusationem. ff. de his, quibus vt indig. in l. tutorem. sicut hæres qui tenetur vindicare mortem defuncti: sed dicit Speculat. quòd ibi non dicitur, quod non detur libellus, sed quod non inscribitur, vnde libellus admittitur sine inscriptione. tradit Specul. in dicto §. ver. 44. & vide quod de inscriptione dicam in cap. sequen. in 12. princip. artic.

68 ¶ † Quadragesimononò fallit, quando missus in possessionem authoritate iudicis, ad eam non admittitur. potest enim implorare iudicis officium extraordinarium, vt militari manu in possessionem inducatur. ff. ne vis fiat ei. l. 4. primo responso. & ff. de rei vend. in l. qui restituere, & idem videtur, si confirmatus vel inuestitus de aliqua Ecclesia, prohibetur possessionem nancisci. inf. de appellat. cap. constitutus. & de concess. præben. c. post electionem. vide ff. eod. fallen. 22.

69 ¶ † Quinquagesimò fallit, cum quis ex edicto[a] diui Adriani, vel ex constitutione Iustiniani, de qua in l. fi. C. de edicto diui Adriani tol. petit se immitti in possessionem: neminẽ enim vocat in iudicium, sed à iudice petit possessionem hæreditatis bonorum. ur. ff. de offic. proconsu. in l. nec quicquam. §. vbi. no. Azo in summa in tit. de iureiuran. facit l. in rem. ff. de fide instrumen. Si vero aliquis se opponat & petat, quòd ille intentionem in scriptis ferat: iudex potest illum ad hoc cogere, licet hic nõ sit libellus: sed quasi. ar. ff. de interro. actio. in l. qui interrogatur. & de iure delibe. in l. Aristo. primo responso. Sed dicit Ioan. And. in addit. quòd hoc procedit ex æquitate: secus de rigore, cum nullus ad iudicium vocetur, & authen. offeratur. fuit sumpta ex Auth. de exhiben. & introducen. reis, secundum Ioan. de Brancis. quasi velit dicere, quòd solummodò est offerendus, vbi reus est exhibendus seu vocandus. Vbertus vero de Bobio dicit, ꝙ si petatur libellus, semper est dandus, quocũque casu, quo sustineri potest, vt detur loco petitionis sine solẽnitate, ad hoc, vt super ea iudex deliberet. ar. ff. de re iudi. l. gesta. & C. vt lite pend. l. gesta. & C. vt lite pend. l. 2. Albertus vero Papiensis dixit in prædicto casu dandum libellum ad iudicis instructionem: cum ipse habeat ferre sententiam, quam debeat libello cõformare, & prædicta vide per Specu. in tit. de testa. §. sequitur. in fi. & per Spec. in d. §. nunc dicendum. versi. 18. & Io. Andr. ibi in addit.

70 ¶ † Quinquagesimoprimò fallit, quando petitur Carboniana bonorum possessio, vel cũ mulier ventris nomine petit se immitti in possessionem: quia tunc nihil petitur ab alio dari vel fieri, & quia tunc nullus in iudicium vocabatur, vt d. authen. offeratur, & in l. filium. §. si quis. ff. de leg. præstan. Sed si aliquis se opponat, necessarius est. ff. de Carb. edi. in l. 1. §. causæ. & §. duę. & ff. de vẽtre in poss. mit. in l. 1. & idem potest dici in possessione, quę datur gratia litis agnoscendæ. de qua in l. posthumus. & in l. si instituta. ff. de inoff. test. & idem dici potest, secundum antiqua iura, in omnibus possessionibus, quę ius non tribuebant, & cum nullus daretur cõtradictor, quamuis darentur cum causæ cognitione. ff. de bo. poss. l. 3. §. si causa. & ff. quis ordo in bonorũ poss. seruetur. in l. 2. §. dies. vnde quia tunc nulli paratur præiudicium, nec contradictor existit. ff. de bon. poss. cõtra tab. in l. cum emancipatus. aliàs incipit, cũ duob. §. Iulianus. nõ videtur necessarius libellus, & etiam hodie, cum in bonorũ possessionibus & traditionibus sufficiat sola agnitio, sine decreto vel petitione, vt l. fi. C. qui admit. ad bon. poss. possunt, non videtur libellus necessarius. Fallit tamen in bonorum possessione contratabulas, vt l. cũ emancipatus. ff. de bon. poss. contratab. secundum Spe. in d. vers. 30. vbi subdit, hoc relinquimus disputandum Legistis, & hoc ideo dixi, secundum Io. And. ibi in addit. quia Iaco. Bald. & Io. de Brancis, quorum fuerunt præcedentia verba, latius de hoc disputant.

71 ¶ † Quinquagesimosecundò fallit, cum de pos-
b sessione[b] litigatur, quomodocunque litigetur, & hoc propter sui vtilitatem. facit quod dixi supra fallentia 20. & probatur, C. vnde vi. in l. momentaneæ. quia nec tunc appellatur. C. si de moment. poss. fuerit appellatum. l. 1. facit inf. de causa poss. & proprie. c. 1. & quia solennitas interdictorum, quibus ad momẽtaneam possessionem agebatur, sublata est. Insti. de interdictis. §. fi. de quo tamen dicam in seq. fallentia. Specu. in d. §. ver. 26. tenet contrarium, dicens, ꝙ quocũque modo agatur de possessione, dandus est libellus: nisi in his, quę superius dicta sunt. nec obst. §. fi. quia ibi loquitur de veteri solẽnitate, quæ sublata est, vt C. de formulis. quod tamen limita, nisi intentaretur possessoriũ per viam attentati: quia tunc non est necessarius ordo iuris, vt no. glo. in Clem. 2. vt li. penden. & ibi dixi.

72 ¶ † Quinquagesimotertiò fallit in interdictis, in quibus agitur duntaxat de possessione. Inno. tamen tenet hic cõtrarium: Mouetur, quia quãdocunque agitur

ADDITIONES.

a ¶ *Agens ex edicto d. Adr. non porrigit libellum, & ratio est, quia instrumentũ testamenti non cancellatum, nec vitiatum, habet executionem de iure communi paratam. d. l. fi. C. de edi. diui Adria. tol. & pro sing. no. ibi Moder. 2. col. vbi alios casus enumerant. vbi contra communis iuris reg. instrumenta habent executionem, contra tex. sing. in l. minor 25. annis, qui fideicommissum. ff. de minor.*

b ¶ *Quando agitur de possessione, non datur libellus. & ratio est, quia summaria est causa, vt probatur in d. l. momentaneæ. C. vnde vi. & ibi Barto. in ver. mox. & in versic. sine inscriptione. faciunt no. per Barto. in l. si quis. C. depo.*

agitur inter partes, libellus requiritur: nisi ius dicat ipsum non esse dandum, vt in Authen. de exhiben. reis. §. sancimus. Et sic sequitur, quòd in interdictis debet offerri: quæ ideo sic appellantur, quia inter duos dicũtur. Inst. de interd. §. sunt autem. & sequitur Dom. meus hic, allegat no. in c. cõsultationib. supra de offic. deleg. & c. licet. supra de proba. & hanc rationem assignat Spec. eod. ti. §. nunc dicendum. ver. 28. in fi. & mihi placet, siue loquimur in interdicto retinendæ, vt probatur Insti. de interdict. §. hodie. & in l. 1. §. annum. & ibi glo. infra quorum leg. siue recuperandæ, vt l. fin. C. si per vim vel alio modo. dixi post domi. Ma. in d. c. consultationibus, & in interdictis exhibitorijs, vt l. si locum. §. si tabula. & ibi glo. ff. de tab. exhib. & l. 1. §. fi. eod. tit. tradit Specu. in d. §. 1. versi. 30. Sed si petitur caueri, quod tamen limita, vt tradit Barto. in d. l. fin. in fi. nisi essemus in casibus, in quibus non plena, sed summaria causæ cognitio requireretur, per l. 1. circa princip. ff. quemadmod. te stam. aper. & l. 3. §. ibidem. ff. ad exhiben. Et vide ad prædicta, Barto. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. posses. & quæ dixi post glo. in Clemen.
a 2. vt lite penden. [a]

73 ¶ † Quinquagesimoquartò fallit, si duo contendunt possidere eadem rem, & ambo vadunt ad possessionem, & ex indignatione nullus eorum vult libellum offerre dicens iudici, quòd pars altera debet libellum. tunc enim, cùm iudex debeat occurrere, ne veniant ad arma. ff. de vsufruc. in l. æquissimum. procedet iudex ad receptionem testium libello, & adiudicabit possessionem clarius probanti: & inhibebit sibi, ne viam alteri faciat, quò minus ille, qui melius probauit, libere possit vti possessione. argu. ff. de libe. causa. in l. liberis. §. fin. ibi enim nullus offerebatur libellus, secundum domin. Ma. hic. Sed Specul. eod. titu. §. nunc dicendum. versic. 22. latius prosequitur hanc fallentiam, sed latissimè ibi Ioan. Andr. in addit. Subdit enim Specul. quòd aliàs, vbi agitur de possessione, dandus est libellus: licet aliqui contra. de quo dixi in duabus præcedentibus fallentijs. Sed si propter dictam causam iudex interdicat, ne partes accedant ad possessionem, propter quod pars altera petit reuocari hoc mãdatum, ne audiatur sine libello, secundum Iacob. Balduini, & subdit, quòd sic obtinuit, & quòd si sententia sine libello feratur, non tenet per l. prolatam. C. de senten. secundum Specu. in d. versic. 22. Sed dicit ibi Ioan. And. in additio. ad intellectum prædictorum, quòd super quadam quæstio. quæ fuit Bononiæ inter certos nobiles, & quandam uniuersitatem, super quodam nemore, habetur quædam commendabi-
b lis [b] disputatio inter Iacobi. Bald. parte nobilium, & quosdam alios Doctores parte Vniuersitatis, cuius termini sunt, quòd cum quælibet pars pararet amicos & arma ad occupandum & incidendum nemus, officialis ciuitatis hoc cognito, sub grauibus pœnis utrique parti prohibuit accessum ad nemus: vtraque pars coram prædicto Rectore comparuit, dicens sibi factam iniuriam ex tali præcepto, cum possideret, & ideo petebat illud reuocari, neuter tamen contra alium uoluit dare libellum, ne diceretur actor: propter quod officialis præcepit, quòd quælibet pars daret capitula, quæ probare uolebat: quod factum est, quòd quælibet pars dedit capitula super dominio & possessione, sed sola capitula super possessione fuerũt recepta: quam possessionem sola pars nobilium probauit: vnde orta est acerrima disputatio inter præfatos Docto. an sine libello valerent attestationes, & an sententia posset ferri super possessorio. Iac. dicebat quòd sic, allegans dandum libellum, si petatur ad instar iuramenti calumniæ: de quo supra dixi opin. Inducebat etiam l. ita demum. C. de procur. cum sua materia. Item, quòd fauore litigãtium erat inuẽta libelli oblatio. de quo latius dicam infra in 6. princip. art. allegat fortius, quia natura causæ non requirebat libellum, cum nobiles nullum vocari fecerint, per d. l. libertis. §. fi. ff. de lib. causa, & sæpius dictum est in præcedentibus fallen. Item quia quæstio erat vilis, & de momentanea possessione, de quo dictum est in duabus præcedentibus fallentijs. Et quia in interdictis possessorijs non requiritur solennitas, vt in l. fi. C. de interdic. dixi in præceden. fallen. Item, quia posito, quòd causa de sui natura requireret libellum: tamen in prædictis terminis non fuerat necessarius: quia capitula producta satis continebant intentionem nobiliũ, quod videtur sufficere, argum. l. 1. §. 1. ff. de eden. In contrarium vero allegabatur authent. offeratur. Item quia si minor vult vendere prædium, debet hoc petere cum libello. C. de prædijs mino. l. minor. Item, quia in bonorum possessione datur libellus. de quo supra dixi in præcedentibus fallentijs, ad legem liberis. allegatam in contrarium respondebat falsum esse, quod ibi procederetur extraordinariè & sine libello: quia procedebatur via ordinaria. Sed Iaco. ad authent. offeratur. respondebat, quòd loquitur in eo, qui facit citari reum ad iudicium, quod non contingit in casu nostro. ad legem, minor. respondebat, quod loquitur de alio libello, quàm iudiciali. Ad id, quod dicebatur de bonorum possessione, negabat, quòd tale esset iudicium ordinarium: quia si sic esset, seruus, pupillus, & mulier non admitterentur, qui tamen admittuntur. ff. de bonorum possessione. in l. seruus, & l. pen. & ad id quod ipsi respondebant, quòd in liberis procedebatur iure ordinario, quærebat Iaco. ab eis quo iure responderunt ipsi, quòd interdicto, vtrobi. quod Iaco. negauit dicens, quòd vtrobi in rebus mobilibus non potest esse maioris potentiæ, quàm vti possidetis, in immobilibus: cum istorum duorum interdictorum potestas sit æquata, ut l. 1. ff. vtrobi. & Institu. de interdictis. §. vtrobi. Sed interdictum, vti possidetis, non datur pro iuribus: quia iura non possidentur, ut ff. de acquir. rerum domin. in l. seruus. §. incorporales. & etiam non datur nisi possidenti. ff. vti possidetis. l. 1. §. igitur, & §. retinendæ. & §. interdictum. quare cum dicta l. liberis. loquatur

ADDITIONES.

a ¶ *Et qualiter formetur libellus in interdicto, vti possidetis, vide Alex. consi. 135. eo. lib.*

b ¶ *Commendabilis disputatio de duobus contendentibus, quorum neuter volebat dare libellum, nec super proprietate, nec super possessione. adde ad hanc q. quæ dicit Specu. in titu. de lib. concep. §. nunc dicendum, & ibi per Ioan. Andr. versi. 22. vbi dicit Iaco. Bald. in opin. obtinuisse.*

tur de iuribus, responsio non procedebat. Sed ad hoc respōdebat pars aduersa, quod dabitur actio in factum, vel iudicis officium, vel quasi vtrobi, per l. quoties. ff. de serui. & l. si cui. §. Aristo. ff. si seruitus vē di. Sed Iaco. respondebat, quòd illud verum, si possessionis quæstio fuisset principalis, & intentata per modum agendi, sed in terminis nostris erat intentata per viam excipiendi contra præceptum factū nobilibus, quod erat eis iniuriosum, eo quod turbabat commodum priuatæ possessionis corū, & dicit ibi Ioan. And. qui per prædicta colligit Iac. Bal. intellexisse, quando præceptum fuit factum in fauorem vnius partis, pars cui, seu contra quam factum erat, peteret reuocari. sed in terminis prædictis videtur sensisse contrarium. Sed ad decisionem quæst. multa alia possent adduci, quæ possent colligi ex præcedentibus & sequentibus fallentijs, & vide Spe. in tit. de petito. & poss. §. 1. ver. in suam.

74 ¶ † Quinquagesimoquintò fallit, si dominus, vel qui posset propria authoritate colonum vel emphyteutam expellere propter canonem non solutum, de quo in c. potuit. infra de locato. per Doct. & per Spec. in tit. de locato. §. nunc aliqua. versi. 47. & sequen. vel & iudicis authoritate illum expellere, quia hoc potuit fieri de plano, si de hoc constat per instrumentum, alias exigitur libellus. Sed Bal. in addit. Spe. ad dictum ver. 48. dicit, quòd libellus videtur necessarius per l. 1. C. de interdic. & l. 1. §. interdictum. ff. vti possi. & l. meminerint. C. vnde vi. Subdit tamen primum dictum posse defendi iure possessionis ciuilis, implorato iudicis officio, argum. l. 1. ff. de offi. proconsul. & l. illicitas. §. ne potentiores. ff. de offi. præsi. & in l. si quis missum. ff. ne vis fiat ei. Sed tu vide ad prædicta, glo. magnam, & Dyn. in d. §. interdictum, & glo. in l. 1. C. de interdictis, & ibi per Cy. & Instit. de interdictis. §. retinendæ. in quibus traditur, quòd clandestinum possessorem possum expellere propria authoritate, & sic per officium iudicis de plano. Bar. tamen aliter videtur sentire in d. l. 1.

75 ¶ † Quinquagesimosextò fallit, quando possessor conuentus rei vendicatione, interrogatus, an posideret, negauit se posidere, & probatur contrarium, propter quod possessio debet ab eo auferri, secūdum formam l. fi. ff. de rei vend. petitur enim ista translatio possessionis absque libello, & litis contestatione, iudicis officio, secundum Bar. ibi, & sequitur Lap. alleg. 44. facit quod tradit Spe. in tit. de interdictis. §. fi. ver. item no.

76 ¶ † Quinquagesimoseptimo fallit, si agitur contra aliquem vt tradat vacuam possessionem domus remotis inde pensionarijs & die statuta citatus non comparet. Sed comparent pensionarij, dicētes hoc non esse faciendū: valet enim cōtestatio facta cum eis, licet contra eos libellus directè non sit datus, si modo haberent causam ab eo, contra quem principaliter libellus est porrectus, & sentētia valeret contra eos lata, per no. in l. ab executore. ff. de appel. & in auth. nunc si hæres. C. de litig. & in c. cum super. supra de re iud. & in c. ueniens. supra de testi. secundum Innoc. & Hosti. supra in rub. tenent etiam hic Ioan. And. & do. Ant. qui dicit quod hoc procedit etiam si in petitione non essent apposita illa verba, amotis inde, &c. Secus si prædicti non haberēt causam ab illo principaliter citato, quia tunc non posset dici libellum esse istis oblatum, & ita debet intelligi quod tradit Spec. in tit. de lit. conte. §. nunc dicamus. ver. quid si in libello. licet Spe. ibi allegando Innoc. in cap. Romana. de foro compe. lib. 6. errauit. & dicit hic Ioan. And. quod ille error insurrexit, quia Archid. super rubr. ad glo. Inno. dicit, vacat, & dictum Innoc. ponit immediatè, quasi vno contextu ad d. c. Romana.

77 ¶ † Quinquagesimooctauò fallit, quando confirmatus vel institutus de aliqua ecclesia, prohibetur possessionem adipisci, vt in c. constitutus, inf. de appel. & in c. post electionem. de conce. præb. & in c. accedens, de accu. secundum do. An. hic.

78 ¶ † Quinquagesimononò fallit, secundum aliquos, in querela [a] inofficiosi testamenti, quia per querelam nō petit quis sibi aliquid dari vel fieri ab alio, sed solummodo dicit cōtra testamentū: quod tamen dicunt procedere, nisi hęredes se opponant, quia tūc iudex potest facere quod detur in scriptis, & exemplum præbeat hæredi. Alij dicunt libellum necessarium, cum proponatur contra hæredem. ff. de inoffi. testa. in l. nam & si. §. fi. & l. si insti. §. de inoffi. & C. eo. titu. l. 1. facit quia lex vocat eam actionem. C. de inoffi. testa. in l. neptem. & l. contra maiores. & l. liberi. & sic videtur dandus libellus, sicut in alijs actionibus. facit. ff. de leg. 2. in l. cum filius. 1. responso. & C. de inoffi. testa. l. cum duobus. & hoc etiam voluit Iac. Bal. dicens quod est offerendus hæredi, maximè secundum eos, qui dicunt, quod per eum petitur hæreditas. ff. de inoffi. testa. in l. qui de inoff. §. 1. quod tamen idem Iac. negat. vide per Spe. eo. tit. §. nunc videndū. vers. sed nunquid in querela.

79 ¶ † Sexagesimò fallit in noui operis nunciatione, cùm fiat verbo per iactum lapilli: & in absentia partis, etiam si fiat per Prætorem, vel eius denunciationem, vel interdictum. ff. de no. oper. nuncia. in l. de pupillo. §. nunciare. & §. meminisse. ad quod vide quæ latissimè dixi in cap. 2. de ope. noui nunc. in 7. quæst. princ. In prosequutione verò denūciationis, quando scilicet petitur remisio nunciationis, & in alijs similibus, erit necessarius libellus, secundum Speculatorem in dicto §. versiculo, sed nunquid in noui operis. & dicit Ioan. And. in additio. post Ioannem de Brancis, quòd illud quod dicit Speculator & in alijs potest exemplificari, videlicet quando is, cui facta est nunciatio, offerret satisdationem de demoliendo, si reus qui nihilominus tenetur, nunciantem resistit expectare per tres menses, si vult probare de iuribus suis. C. de ædifi. priuatis. l. fi. & de operis noui nunciatione. c. fin. de quo latè dixi in glo. in verbo, remissionem, in cap. secundo, eod. titu. in 8. quæstio. prin. tunc enim tenebitur offerre libellum, in quo sui præiudicij causam exprimat. ex diuersis enim causis fit nunciatio. ff. de oper. noui nunc. l. 1. §. nunciatio. & sequentibus. & si diceret nuncians se posidere locum vbi ædificatur, posit intentare, vti posidetis.

ADDITIO.

a *¶ An libellus detur in querela inofficiosi, & qualiter formetur, vide Barto. in l. nam & si. §. huius. ff. de inoffic. testa. & an possit cumulari cum petitione hæreditatis. Doct. in l. 1. C. de inoff. & Bar. in l. qui de inoff. & in l. mater. ff. eod.*

posſidetis. & econtra, paſſus nunciationem ſi poſſidet, idem poſſit intẽtare. ff. vti poſſidetis. in l. ſi duo. §. idem videamus. & §. ſeq. & §. interdictum. Si verò nuncians innititur proprietati, aget negatoria. ff. ſi ſeruus vendicetur. l. ſecunda. Si verò iure ſeruitutis, puta altius non tollendi, dicat ſibi eſſe denũciandũ, agit confeſſoria. ff. de ope. noui nunc. in l. in prouinciali. §. ſi ego. ff. ſi ſeruitus vendi. in l. ſi eo loco. in his ergo dandus erit libellus, licet in denũciatione non detur. & ſecundum Ioan. Andr. quòd non detur in denũciatione, voluit glo. in rub. ff. de interrog. actio. dixi in cap. ſecundo, de ope. noui nunc. in 7. princip. verſic. 4. quæro. & verſ. 6. quæro, vbi etiam dixi poſt Ioan. Andr. in dicta addi. ꝙ ſi is, cui denunciatio eſt facta, expleta denunciatione ædificat, agetur iure ordinario, & dabitur libellus. Subdit tamen Specu. in dicto verſic. quod etiam in dictis alijs caſibus, quidã volunt libellum non eſſe dandum, eo quod nunciationes poſſunt extraordinariè exerceri: quaſi nõ proponatur actio vel interdictum. nam ſecundùm eos, quidam ſunt, qui nunciare non poſſunt, de quibus dixi in capitulo primo, de oper. noui nunc. in 5. quæſt. princ. vnde tales ad actiones ordinarias recurrunt, vt l. prima. §. fi. & l. ſecunda. ff. de noui ope. nun. quare ſi ſpeciale eſt, quod tales, qui renunciare non poſſunt, debeant recurrere ad actiones ordinarias: ergo illi qui poſſunt, non tenẽtur ad illas recurrere, ſed dicit Ioan. Andr. quod hoc eſt verũ à principio, quia poſſunt ſibi prouidere per nũciationem, quod illi non poſſunt, quaſi velit dicere, quod in his, qui poſſunt nunciare à principio non eſt neceſſarius libellus: ſecus in proſecutione, vt dictum eſt.

80 ¶ † Sexageſimo primò fallit, quando agitur de eo quod factum eſt in loco publico in ciuitate nemine prohibente: nam de illo non habet locum interdictum, ne quid in loco publico fiat, vel vt factum tollatur. & ſic non recurritur ad ius ordinarium, ſed abſque libello expeditur. ff. ne quid in loco publico. in l. ſi quis nemine. Alij tenẽt contrarium dicentes, quòd tunc proponitur illud interdictum vtiliter & non directe, quia verba deficiunt. arg. l. ſecundæ, circa princip. & §. hoc interdictum ex eadem cauſa, eodem titu. iunctis no. in l. ſi quis id quod. ff. de iuriſd. omn. iud. & in l. penult. ff. ſi quadru. pau. feciſſe dica. tenet Specu. eod. titu. §. nunc dicendum. verſic. trigeſimo primo, & ad prædicta vide quod tradit idem Spec. in titu. de cauſa poſſeſſ. in §. quia vero, in prin.

81 ¶ † Sexageſimoſecundò fallit, quãdo iudex procedit motu proprio ex officio, quæ fallentia plures comprehendit caſus, per no. in capitu. ad noſtram. el ſecondo, de iureiur. & cap. lator. qui filij ſint legi. ſupra de offic. iudic. capitulo primo, & ſecundo. & ſupra de offic. ordina. cap. primo. vnde ſecundum Innocen. hic, & Ioan. Andr. poſt eum, ſi quis ſit iuſſus mitti in poſſeſſio. facienda eſt executio ſine libelli oblatione. ff. ne vis fiat ei. in l. 3. 1. reſpon. ad quod vide quod dixi ſupra, fallen. 22. Et idem vbi inſtitutus vel confirmatus de aliqua eccleſia, prohibetur poſſeſſionem nanciſci, vt ſupra dixi. Et idem in nunciatione noui operis, vt etiam ſupra dixi. Hæc tamen exempla videntur potius pertinere ad ſequentem fallentiam.

82 ¶ † Sexageſimotertiò fallit, quando iudicis officium imploratur, quia tunc non eſt neceſſarius libellus, quãdo petitur miſſio in poſſeſſionem ex edicto diui Adriani. de quo dixi ſupra, fallentia quinquageſima, vel nomine ventris, de quo dixi fallentia 51. aut per ſimilem cauſam, & hoc ſecundùm Inn. hic. Si in modum denunciationis iudicis officium tantum excitatur, & ſic denunciator proſequi non intendit, quia tunc non eſt neceſſarius libellus. C. de accuſa. in l. ea quidem. Si verò per officium iudicis aliquid petitur dari vel fieri ab aduerſario, & ſpecialis apparet contradictor, dandus eſt libellus. ſupra de offi. iud. c. 1. & 2. 3. quæſt. 3. c. offeratur. quod procedit ſecundum D. Anton. quando plena cauſæ cognitio requiritur: ſecus ſi ſummaria, quia tũc qualiſqualis petitio ſufficit, vt d. auth. offeratur. allegat l. ſi quis à liberis. §. meminiſſe. ff. de libe. agno. & l. fina. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. Idem poteſt dici, quãdo petitur bonorum poſſeſſio contra tabulas, vel ſecũdùm tabulas, vel aperiri teſtamentũ, vel ne quid fiat in loco publico, de quibus ſupra dixi: quia in omnibus his & ſimilibus caſibus dicendum eſt, quòd ſi contra neminem ſpecialiter agatur, nec aliquis contradictor appareret, non eſt offerendus libellus, quia nec eſt cui offeratur, vt d. auth. offeratur. Si verò aliquis contradictor apparet, dabitur ei libellus, ſupra de elect. c. dudum, el 1. & 2. infra de teſti. c. cùm olim. ff. de appel. non recipien. in l. fin. ff. quemad. teſta. ape. in l. 2. §. fi. & C. eod. titu. l. 1. ſecundùm Innoc. melius tamen & tutius eſt, ſecundùm Hoſtien. quòd in omnibus iſtis ſcriptura offeratur iudici, quæ contineat quis, quid, & quale petat, vt pronũciatio iudicis habeatur certior. Inſtit. de actio. §. curare. & patet in eo quod legitur & notat. ĩ. de verbo. ſign. cap. dilecto. vel dicendum eſt hæc arbitraria fore, vt dixi ſupra de actione damni infecti, fallentia 2. ſecundum Io. And. hic, ad quod vide quod dixi ſupra fallentia 23. quod tamen dixi de ſpeciali contradictore, verum eſt, ſecundùm Dom. Anton. quando requiritur plena cauſæ cognitio. ſecus ſi ſũmaria: quia tũc ſufficit qualiſqualis petitio apud acta: nec oportet offerri partim, ſed ſufficit ꝙ fiat ei copia actorum, per no. in d. auth. offeratur. allegat l. 1. §. cùm patronum. ff. de offic. præfec. vrb. & dicto §. meminiſſe. ſi verò officium iudicis imploratur incidẽter per viam exceptionis vel explicationis: non eſt dandus libellus, per l. Papinianus. §. ſi filius, & l. verum. ff. de minor. & l. nec non. §. fina. ff. quibus ex cau. ma. & l. nam & poſtea. §. ſi minor. ff. de iureiur. & C. depoſiti. l. ſi depoſitum. ff. de ædil. edic. in l. ædiles. §. item ſciendum. in l. ſi tertius. §. officiũ. ff. de aqua pluuia arcen. ſecundùm D. Antonium hic, & Iacob. Butri. & latius per Barto. in l. nec quicquam.
a §. vbi decretum. ff. de offic. proconſul. & lega.[a]

83 ¶ † Sexageſimoquartò fallit, quando agitur contra adſcriptitium fugientem. C. de agri. & cenſitis. in l. ſi coloni. lib. 11. ſecũdùm aliquos. Alij contra. vide Spec. in d. §. nunc dicendum. verſ. 24. Sed tex. in d. l. ſi coloni, videtur optimè probare primam opi. dicit enim, quòd bonæ fidei poſſeſſori oportet celeri reſor-

ADDITIO.

a ¶ *An autem in officio iudicis implorando requiratur libellus, vide Barto. in rubrica. ff. de interrog. act. Alex. in l. 1. in princ. de eden.*

formatione succurri, sed si necessarius esset libellus, non esset celer, secundum Ioan. de Brancis: intellige tamen, cum talis adscriptitius non negat fugam, vel cum fuga est notoria, & sequitur Ioan. And. ibi in addit. & idem dicendum, quod in alijs seruis fugitiuis, vt tunc sine libello iudicis officio expediatur. C. de ser. fugit. l. requirendum. & l. quicunque, & l. cum seruum. quod est verum, vbi constat de fuga. Sed negant alicuius seruos esse, non tamen dicunt se fuisse in possessione libertatis: secus autem si fuga negetur, & dicant se in quasi possessione libertatis. ff. de libe. causa, in l. ordinata. facit. C. de præscrip. 30. annorum. in l. si quis emptionis, secundum Spec. in d. ver. 24.

84 ¶ † Sexagesimoquintò fallit in inquisitione de seruo fugitiuo, quãdo petitur fieri in domo vel prædio alieno: petitur enim sine libello. ff. de ser. fug. in l. 1. & l. diuus. secundum Spe. in d. ver. 24.

85 ¶ † Sexagesimosextò fallit, cum iudex dicit aliquem esse de sua iurisdictione, & quod debet sibi obedire sicut alij subditi. hoc enim ex officio sine libello expeditur. ff. ad municip. in l. de iure. in princ. C. de decurio. in l. generali. lib. 10. secundum quosdam. & idem etiam dicunt in his, qui recedunt ab officijs, si agitur vt redeant ad illa. C. de episc. & cle. l. si qui curiales. quod videtur approbare Spec. in d. §. versi. 27. Si modo tales non referant quæstionem de prædictis, alias secus: & sic etiam videtur limitare præcedentem fallentiam.

86 ¶ † Sexagesimoseptimò fallit, secundum quosdam, quando agitur de conditione adscripti alicui curiæ, vt d. l. si quis curial. & 51. dist. c. designata. & c. seq. Spe. tenet contrarium per d. l. generali, vt ipse no. ver. 48. & vt dicit ibi Ioan. And. in addi. istę sunt opin. Ioan. de Brancis.

87 ¶ † Sexagesimooctauò fallit in missione in possessionem ex primo decreto, secundum Innoc. hoc fit enim sine libello, quia expeditur iudicis officio deseruiente actioni, vel fit ad defensionem iurisdictionis iudicis contra contumaciam partis, quæ notoria est, infra vt li. non contest. c. quoniam. §. fin. & in notorijs non offertur libellus secundum Io. And. hic, dixi supra fallentia 16. & idem tenet Spec. in d. §. versi. 32. in fi. & versi. 45. & vide per eum in tit. de secundo decre. §. nunc dicamus. ver. sed qualiter. & de offi. omn. iudi. §. postremo. ver. 3. dicendum. & in tit. de eo, qui mittitur in pos. ver. item creditor. Spe. & Bal. ibi in addi. Mouetur, quia sufficit quod libellus sit oblatus in principali. Bart. tamen in l. si finita. §. Iulianus. de dam. infec. allegat Spe. tenentem contrarium in tit. de primo decreto. in prin. sed arbitror quòd ita alleget, quia Spec. ibi in d. versi. 1. ponit formam libelli, sed in fi. ponit opi. quam supra dixi. sed tu aduerte, quia hæc fallentia potest intelligi dupliciter. Primò, an sit necessarium quòd in causa principali procedat libellus ad cõstituendum talem contumaciam, per quam possit perueniri ad primũ decretum, de quo latius dicemus, vel in cap. quoniam frequenter, infra vt li. non contest. vel in titu. infra de eo, qui mit. in pos. Secundo modo potest intelligi, an sit necessarius nouus libellus ad ipsam missionem faciendam. Bar. in d. §. Iulianus, dicit quòd nescit legem in mũdo quæ uelit, ꝙ libellus sit necessarius, & quod credit, quod libellus non debeat dari, quia talis missio fit ex iudicis officio, parte amplius non citata, ergo libellus non est necessarius, facit l. 1. §. dies. ff. quis ordo in bo. poss. seruet. & de bono. pos. in l. si seruus. & in Auth. de exhib. reis. §. si vero. & no. in l. consentaneum. C. quomodo & quando iudex, & sequitur Ioan. de Imo. in d. l. Iulianus. §. si plures. ff. de dam. infe. dummodo datio libelli præcesserit super principali. Sed si non præcessisset, videtur quod saltem qualisqualis petitio deberet apparere in actis. Nam licet summariè procedatur, tamen qualisqualis petitio debet offerri, vt Cle. sæpe. de verb. sign. & sępius dictum est, & præsertim cum expediatur iudicis officio nobili, videtur esse alia instantia. Et hinc est quod Cyn. in l. cum proponas. C. de bon. auth. iudi. pos. 11. q. & Ioan. And. in addi. Spe. in tit. de primo decreto. §. sequitur, versi. quid si iudex non vocato, dicit, quod licet prius esset iuratum de calumnia, iterato iurabitur, quasi hæc sit noua instantia, quia prima expediebatur iure actionis, hæc vero iudicis officio nobili. & per hanc rationẽ dicit Ioan. de Imo. quod qualisqualis petitio requiratur. & ad dictum Spe. & aliorum dicentiũ, quod non requiritur, respondent quod loquuntur de libello solenni, facit quod no. Barto. in l. iubere. ff. de iurisdic. omn. iudi. vbi vult, quod ad hoc, vt possit interponi contumacia, debet esse nota iudici, & in notorijs non est necessarius libellus, vt sæpius dictum est.

88 ¶ † Sexagesimononò fallit, si petitur caueri de legato vel fideicommisso soluendo, quia tunc non datur libellus, sed summaria præcedere debet petitio ad hoc, vt iudex super ea deliberet. ff. vt lega. no. cauea. l. 1. §. si ad fiscum. & §. fi. & l. seq. & l. hæc stipulatio. & ff. vt in pos. l. 1. §. fi. & l. 2. & per totum, sicut fit in renunciatione Episcoporum. 7. q. 1. c. qualiter. & c. quamuis. & c. ecce. tenet Spe. eo. tit. §. nunc dicẽdum. ver. sed petitur. sub ver. 30.

89 ¶ † Septuagesimò fallit in petitione alimentorum, quæ petuntur officio iudicis, secus si iure actionis. ff. de his, qui sunt sui vel alie. iur. in l. penul. & de offi. proconsul. in l. nec quicquam. §. de plano. ff. de libe. agno. & l. si quis à liberis. §. si vel parens. secundum aliquos. Alij cõtra, regulariter in qualibet causa libellus offertur, vt in auth. offeratur. de li. conte. & hic, sed in primo casu sit summaria cognitio in secundo, non, secundum eos, tradit Spe. in d. §. vers. quid si petantur alimenta. Sed tu aduerte, quia prima opin. fuit Alberti Galeoti in titu. de lit. contest. ver. sed nunquid. pro qua facit opin. Martini de Fano, de qua in tit. de appel. §. in quibus. ver. sed nunquid, & expressè tenuit Vber. de Bobio, quando ex officio petuntur. Et idem Guido de Susa. per l. de alimentis. C. de trans. Ipse tamen Guido distinguit an agatur de præteritis, & tunc detur libellus: an de futuris, & tunc secus, quod placet Ioan. Andr. inquantũ futura alimenta peterentur officio iudicis. vide per eum in addi. Spe. ad d. ver. sed nunquid. Et super futuris ratio potest esse, quia alimẽta dilationem non recipiunt. [a]

¶ † Septua-

ADDITIO.

a ¶ *Et ideo militaret ratio celeritatis, de qua supra, fallen. 24. latè dictum est.*

90 ¶ †Septuagesimoprimò fallit, si imploratur officiũ iudicis, vt hæres rogatus restituere hæreditatem cõpellatur adire: & hoc propter modicum effectũ. ff. ad Treb. in l. quia poterat. facit authen. nisi. C. de de sen. ex breui. reci. & sic transit Specu. in d. §. nunc dicendum. ver. sed nũquid dandus. sub ver. 30. facit quod dixi supra, fal. 20.

91 ¶ †Septuagesimosecundò fallit, si ratione incommoditatis parochianorum, qui ex eo quod nõ possunt accedere ad parochiam petũt ab Episcopo implorando officium suum, vt prouideat prout cognouerit expedire. Nam in tali causa spirituali, non requiritur libellus, secũdum Lapum, alleg. 62. per no. per Ioan. Andr. in c. cùm contingat. de off. deleg. super verbo, non ligatus.

92 ¶ †Septuagesimotertiò fallit, quãdo diœcesanus petit certificari de beneficijs minùs canonicè obtentis sine sua licentia, vel de alijs excessibus, quos habet corrigere ex officio suo, vt legitur & notatur in c. fin. supra de cle. pereg. & c. 1. & c. conquerente. de off. ordi. & in c. licet Heli. infra de simo. & in c. ordinarij. de offi. ord. lib. 6. secundùm Ioan. And. hic.

93 ¶ †Septuagesimoquartò fallit cõtra sequestrum, qui ad iudicis mandatum sine libello tenetur soluere. C. de bo. autho. iud. poss. in l. fina. & ibi per Iac. & Bar. tenet Bal. in addi. Spec. in tit. de seq. pos. & fruc. quod tamen Bald. videtur limitare, quando sequester recipit ad mandatũ iudicis: secus ad petitionem partium, quia tunc est necessaria causæ cognitio.

94 ¶ †Septuagesimoquintò fallit in impetranda restitutione in integrum, qua impetrata continet rescissoriam, secundum quosdam. tenet Specu. in d. §. nunc dicendum. vers. 34. & ibi vide remissiones. dicam in titu. de resti. in integr.

95 ¶ †Septuagesimosextò fallit, secũdum quosdam, cùm agitur inter patrem & filium de patria potestate, vel super obsequijs præstãdis, vel inter patronum & libertum. ff. de offic. proconsul. in l. ne quicquam. §. de plano. hæc enim iudicis officio expediuntur, vt tradit Spec. in titu. de offic. iudic. §. 1. vers. si verò. & sequenti, & ver. sed quare. dic tamen quòd si filius vel libertus, est in possessione libertatis, & super hoc prouocatur ad iudicium à patre vel patrono, dandus est libellus: aliàs aũt non possit de iustitia plenè discerni, tradit Spec. in d. §. ver. trigesimoquinto. & vide ad prædicta, quæ dixi supra, fallen. 64. & duabus sequentibus.

96 ¶ † Septuagesimoseptimò fallit, quando petitur dari tutor pupillo, vel curator adul. ad quod vide quod tradit Spec. in tit. de offic. om. iud. §. 1. ver. porro. quia licet decernatur vel petatur certa persona: tamen nihil ab ea petitur. Et ideo non est dandus libellus, nisi iudex dicat, scribe petitionem tuam, vt super ea deliberemus, secundum Vbertum de Bobio, & Ioan. de Deo. facit 7. q. 1. cap. qualiter, & c. quãuis. & §. ecce. vel si peteretur, vt alicui tanquam prodigo interdiceretur administratio, quia tunc libellus datur, licet sint vocandi, qui possunt lædi.

97 ¶ † Septuagesimooctauò fallit, si petitur declaratio vel interpretatio alicuius clarè, obscure, vel dubiè ex officio superioris, vt no. Innoc. infra de verb. sign. c. in his. & c. cum tibi.

98 ¶ †Septuagesimononò fallit in q. prçiudiciali incidenter mota, secundum aliquos. Alij contra, vide Spec. in titu. de ordi. cog. in 4. parte, & Innoc. in cap. lator. infra, qui filij sint legi. Ego dicam latius infra in tit. de ord. cog.

99 ¶ † Octuagesimò fallit, vbi agitur de naue submersa: agitur enim de plano, & leuato velo, vt l. de submersis. C. de nauicularijs. lib. 12. Sed illud colligitur secundùm quosdam. Alij verò aliter intelligunt, vt ibi no. tradit Spec. in d. §. ver. 49.

100 ¶ † Octuagesimoprimò fallit in appellatione, quę fit in iudicio, secundum Vinc. & Inn. quartum, qui volunt quòd ex quo datus est libellus in causa principali, & lis contestata: propter hoc in causa appellationis, nec libellus est necessarius, nec litis contesta. tradit Spec. eod. titu. in §. nunc dicendum. ver. sed nunquid. sed tu vide ad hoc quæ latius dixi in c. per tuas, ĵ. de appel. & in rub. de appel. ver. 21. A. B.

101 ¶ † Octuagesimosecundò fallit super incidentibus, vel emergẽtibus [a] quæstionibus, de quibus nõ est offerendus libellus, & sic super exceptionibus dilatorijs, vel peremptorijs non est offerẽdus libellus. Nam libellus non præstatur nisi super causa criminali, secundùm Dominum meum, post Docto. in c. prudẽtiam. §. sexto, de offi. deleg. in §. super. ver. confessione. Quinimò dicit ibi Dominus meus, quòd quis non tenetur dare exceptionem in scriptis, sed satis est, quòd scribatur in actis, vt dicit Innoc. in c. quoniam, de proba. Hæc fuit opin. Vber. de Bobio, & Io. de Deo, lib. 3. rubr. de except. libelli. quam referunt Spec. & Ioan. And. in tit. de excep. §. viso. ver. sed nũquid iudex. dicit tamen ibi, quòd Canonistæ dicunt libellum esse dandum, & de calumnia iurandum. sed si omittatur, nõ propterea vitiatur processus, per d. §. sexta. Sed aduerte, quia Specu. in titu. de off. omn. iud. §. postremò. ver. tertiò dicendum, dicit forte dici posse quòd in omnibus incidentibus & emergẽtibus, summaria seu semiplena fit discussio: si tamẽ tales sint quę reuocant diffinitiuam pro sententia reuocata, & ita non penitus præiudicium afferunt: quoniam per aliam viam ordinariam, vel extraordinariã reseruetur cõdemnato regressus: alias si per eas diffiniretur principale negotium, vel ad eas nullus seruaretur regressus: tunc plenè proceditur, prout consueuit distingui in interlocutoria. An valeat, si sit talis quæ reuocetur per diffinitiuã, quo casu nõ appellatur: aliàs secus, quod Spec. non putat verum indistinctè. Quid enim si incidit quæstio falsi: quia fortè dicitur instrui falsum tunc plenè & probabiliter. C. de fal. l. vbi. 3. quæst. 11. prius. Itẽ quid si opponitur actori quòd si seruus, vel monachus, aut excõmunicatus, vel similes quæstiones incidunt, vel emergunt? non videtur sufficere semiplena cognitio, secundum Spec. vide omnino ibi. & vide etiam omnino infra de ord. cogn. cap. 1. art. 23. in pluribus fallentijs, sed maximè fallen. 158. & quæ dixi c. quoniam, infra, vt li. non cont. ar. 4. fallen. 68. & quod dixi c. 2. de ord. cog. art. 20. q. 7. in 4. mẽb. & ĵ. de cau. pos. & proprie. super rubr. tract. 2. art. 8. q. 2.

¶ †Octua-

ADDITIO.

a ¶ *Super emergenti art. non datur libellus. vide etiam Bal. in l. 2. 3. col. C. vt li. pend. nisi ante lit. emergat. ita limit. Ang. in §. illud. Auth. de trien. & semis. Inno. in c. significasti. de appella.*

102 ¶ † Octuagesimotertiò fallit in causa nullitatis opposita per viam excep. secus si per viam actionis, quia exigitur libellus, secundum Zaba. post Lap. in Clem. 1. de re iud. q. 16.

103 ¶ † Octuagesimoquartò, quando aliquis proponit aliquam regulam, suam excusationem, nec petit aduersarium sibi condemnari ad aliquid, secũdum Butr. in l. de submersis. C. de excusat. lib. per illam l. & per l. scire oportet. ff. de excu. tut. Posses etiam plures alias reddere fallentias, quę possent colligi ex his quæ dixi c. 2. de ord. cog. art. in fallentijs ibi positis, quæ hic non ponuntur, nec ponuntur in c. quoniã. in prin. inf. vt li. non conte. ar. 4. Ma.

a ¶ Postremò [a] aduertendum est, quòd in casibus, in quibus dictum est libellum non fore necessariũ, sed quod sufficit qualisqualis petitio per modũ pǫstæ, maximè ad instructionem iudicis, & intentionem actoris, cautela est quòd ille qui talem qualem petitionem porrigit, seu scribi facit, protestetur ꝙ illam non offert per modum libelli, nec in vim libelli, sed pro iudicis instructione de intentione sua, secundum Spe. eo. tit. §. restat. in fi. & vide quod dicam infra. A. B. Et no. in casibus prædictis, in quibus libellus non est necessarius, si libellus fuit oblatus, sed ineptus: talis ineptitudo non habet vitiare, secundum Dominum meum, in c. bonæ memoriæ Maguntinen. de elec. per illum tex. alleg. no. in l. vinum. ff. si cer. peta. per glo. sed vide ad hoc quod dixi supra eo. fallentia prima, in fi. & vide quod dixi in c. fi. inf. de ord. cog. art. 38. q. 4. M. & ex his, Deo duce, est expeditus 5. prin. art.

104 ¶ † Circa sextum princ. ar. cuius fauore, & ex qua causa fuerit introductus libellus. breuiter dic, quod licet quidam dixerint, quod solum fauore rei, quidam vero, quòd actoris & rei, tu dic, quod tam fauore actoris & rei, quàm etiam iudicis, & voluit Ioan. de Bru. & refert Cyn. in authen. offeratur. C. de litis contesta.

¶ Fauor actoris versatur propter labilem hominum memoriam, [b] vt in l. contrahitur. ff. de pigno. 23. distin. præterea, cum simi. & ne frustra fatigetur actor, & vt facilius posit formare positiones, & veritas inueniatur, quam iudices modis omnibus debent exquirere. 30. q. 5. cap. iudicante. & C. de iudi. l. iudices, & vt sibi fortè ex vna causa agente succumbenti, non obstet exceptio rei iudi. simpliciter. Rei autem fauore fuit introductus, vt sciat deliberare, an velit cedere vel contendere, vt in auth. offeratur. & 3. q. 3. offeratur. & l. 1. ff. de eden. quod alias non ita de facili posit perscrutari, vt ibi. Itẽ vt sciat super quo, seu cõtra quid habeat formare exceptiones & defensiones suas.

¶ Et vt absoluatur ab instantia, si petitio est inepta, & in casu quo sit apta, si absoluatur à principali, ne super eodem posit iterum conueniri. Et ad prædicta vide glo. & Doct. in Clem. sæpe. §. verum. & quod dixi supra in 5. princip. articu. in princip. in recitatione opinionum. Iudicis vero fauore fuit introductus, vt conformem libello posset ferre sententiam, vt in cap. licet Heli. infra de simo. & in l. vt fundus. ff. communi diuidun. & in dicta Clem. sępè. §. verum. vnde dicit ibi glo. super verbo, formari, ꝙ cauti aduocati faciunt triplicari libellos, vnum dant notario, qui scribit acta, alium dant reo, & alium sibi reseruant ad finem & effectus superiores.

¶ Circa septimum princ. artic. quatuor principalia membra intendo examinare.

¶ Primum, à quo sit offerendus libellus.

¶ Secundum, cuius nomine sit offerẽdus, & hoc prosequar per decem & septẽ principales quæstio.

¶ Tertium, an in eodem libello quis posit suo & alieno nomine agere, & cuius nomine sit concipiendus.

¶ Quartum, an plures posint agere eodem libello.

105 ¶ † Circa primum à quo sit offerendus. breuiter dic quod ab actore vel accusatore, qui agere vel accusare intendit, vt l. 1. in prin. ff. de eden. & hic, vel à procuratore suo, seu illo per quẽ agit, de quo latius apparebit ex his, quæ dicam in sequenti membro.

¶ Circa secũdum membrum, cuius nomine debeat concipi libellus, prosequar infrascriptas quæstiones.

¶ Prima, de eo qui agit nomine proprio.

¶ Secunda, de Prælato actore Ecclesiæ.

¶ Tertia, de canonico.

¶ Quarta, de monacho.

¶ Quĩta, de quolibet particulari clerico Ecclesię.

¶ Sexta, de procuratore simplici.

¶ Septima, de procuratore in rem suam.

¶ Octaua, de Syndico.

¶ Nona, de œconomo.

¶ Decima, de vicedomino.

¶ Vndecima, de tutore.

¶ Duodecima, de curatore.

¶ Decimatertia, de patre pro filio.

¶ Decimaquarta, de coniuncto, pro coniuncto.

¶ Decimaquinta, de particulari persona populi, capituli, vel vniuersitatis.

106 ¶ † Primò igitur quæro, quo nomine volens agere proprio nomine debeat libellum concipere.

¶ Sol. Est clara, ꝙ suo nomine debet libellum concipere, & pro suo interesse, & vtile est nominare se talem, qualis agit, & nominare se dominum rei, aut iuris pro qua agit, puta, canonicũ talis Ecclesiæ, &c. Sæpe enim prodesse potest talis nominatio. 93. dist. Dominus. in prin. 11. q. 1. c. sacerdotibus. versi. quid igitur. 33. q. 2. c. admonere. in prin. C. de latina liber. tol. in l. 1. §. similique modo. 35. q. 4. in c. dicat. cum suis concordantijs. 68. dist. in c. cor Episcopi. 38. dist. in c. quæ ipsi. Et ideo in Romana curia aduersario contradicente, auditores faciũt libellum corrigi, vt dicatur qui se dicit, vel asserit canonicũ, rectorem, vel talem. in cõtrarium tamen facit, quia talis nominatio nõ videtur obesse vel prodesse. 2. q. 1. c. multi. prope

ADDITIONES.

a ¶ *Aduerte etiam, quòd in casibus in quibus requiritur libellum porrigi in scriptis, vt est regulariter, non sufficeret quòd actor accederet ad notarium actorum, & diceret, scribe, quemadmodum ego peto centũ à Sempronio. Bal. & Ang. in l. 1. ff. de eden. cum si. vt late per Ias. in d. l. 1. 2. col. ff. de eden.*

b ¶ *Memoria enim hominum labilis est, vt dicit Sen. in Oedipo. & Iurisconsul. in l. peregre. ff. de acq. pos. & quod fauore actoris, imò reipu. inducuntur sic, vide gl. in c. de causis, de off. deleg.*

a prope fi. & cap.fi. & C. de proba.in l.non epistolis.[a] 95.dist. cap.ecce ego.40.dist.c.multi, in fi. in procemio Digestorum.§.discipuli.in fi. secundum Specu. eod.tit.§.fi.vers.item cautus sit actor. & sequitur ibi Ioan.Andr. qui dicit hoc esse expressum per Clem. si sumus.de senten.excommu.tu dic,quòd licet hoc non prosit : tamen posset obesse. quia narratis in libello statur in præiudicium libellantis, vt in l. cum precum. C. de lib.causa. de quo latius dicam in c.3. in 34.princ.artic.Arbitror etiam,quòd prosit in omnibus his per eum expressis, quæ dependent ab eius potestate,vtputa,si ad id quod agit,posset agere nomine proprio, & nomine alieno : prodest enim si exprimat agere se proprio vel alieno nomine,per ea quæ latius dicam infra in 2.q.princ. in vltimo membro. item etiam posset prodesse in his, quæ non dependent ab eius potestate, per quandam viam indirectam : si aduersarius forte excipiendo,aut quid simile faciẽdo, etiam id exprimeret simpliciter quod actor expresit,per no.in c.cùm olim,infra de censi. & per ea, quæ latius dicam in dicto 34.princ.articu. Aduerte tamen,quia licet quis simpliciter conciperet libellum,quamuis ad id,ad quod agit suo & alieno nomine agere posset : tamẽ in dubio potius suo, quàm alieno nomine dicitur agere. & per l. & magis.ff.de solu. & l.Papinianus. ff.man. de quo tamen dic, vt latius dicam in vltimo membro sequentis quæst.

107 ¶†Secũdò quæro,cuius nomine in causis Ecclesiæ Prælatus[b] debeat libellũ concipere. ¶Sol.Dic, quòd nomine ipsius Ecclesiæ, vt in c. inter dilectos. de fide instr.& in c.literæ.de dila. & ibi no.per Gof. & Vinc. Mouẽtur, quia Prælatus non habet suo nomine directam actionem,vel vtilem.C.de episcopis & cler.authen. sed hodie. Et idem Hosti. in c.olim. el 1. infra de restitu. spol. in verbo, nomine domus. Mouetur, quia rectores seu Prælati sunt procuratores, & nõ domini,vt in c.2.infra de dolo. vnde sicut proponens actionem non exprimens vtilem vel directam, videtur proposuisse directam, sicut subtiliter elicitur. ff. de pet. hære. in l.nec vllam. §. si quis sciens. de quo per Specu.in titu.de actio. & petitio. §.1. vers.hoc autem.& ver.nunquid tenetur quis dicere, ad finem §. & per Barto.in l.prima. ff.de actio. & oblig.in l.si mater.§.eadem.de except.rei iudic.& per Dominum meum in c. cæterum. supra de iudi. ita & in proposito, qui agit & non exprimit,an proprio vel alieno nomine agat, potius proprio quàm alieno nomine dicitur agere. ff.de dam.infe.in l.qui bona.§.si quis alieno.& infra latius subijciam.Sed in contrarium facit, secundum Hostien. in dicto cap. olim. quia Prælatus semper videtur agere nomine Ecclesiæ,non proprio vel alieno, nisi hoc exprimat, quia omnia acquirit Ecclesiæ nisi aliud exprimat, vel probetur. infra de pec. clericorum. in cap. 1. & per totum. Et ita transit ibi Hostien. & Ioan.Andr. in cap.literę.infra de dila.Sed Dominus meus ibi latius prosequitur hanc materiam, in qua principaliter prosequitur duo membra.

¶Primum,vtrum rector vel Prælatus debeat agere nomine proprio,vel Ecclesiæ.

¶Secundum,quid si simpliciter egit, nec expressit cuius nomine ageret, an videatur agere sub nomine proprio vel Ecclesiæ.

108 ¶ † Circa primum distinguit tres casus, quia aut agit pro iuribus particularibus ipsius Ecclesiæ, aut pro corpore ipsius Ecclesiæ, aut pro iuribus competentibus ipsi rectori vel Prælato. Primo casu,conclude secundum Dominum meum plurimis additis, q agere debet nomine Ecclesiæ,siue agat petitorio, siue possessorio.Et sic ipsius Ecclesiæ nomine debet libellum concipere, vt in c.olim.el 1.& el 3. infra de restitu.spol. & in l. literæ. infra de dilat. & in c.1. infra de causa possess. & propric. & in cap. querelam. supra de elect. tenet Innocen. in c.literis. de restitu. spol.vbi dicit,quòd Prælati clerici possidẽt nomine Ecclesiarum suarum possessione ciuili, & naturali. vnde in eodem cap.in alia Glo.dicit Innocen.quod Prælatis habentibus ius in beneficijs, non est vtile suo nomine proponere interdictum recuperandæ possessionis rerum ablatarum : quia pertinentia ad dignitatem suam non suo, sed nomine dignitatis dicuntur possidere. & ideò cum dignitas sit spoliata, debet intentari possessorium vel petitorium ipsius nomine. Idem etiam tenet in c. cùm super. infra de causa poss.& proprie. vbi notabiliter dicit, q Prælati, siue dispensatores, habita confirmatione statim possunt administrare: sicut si pupillo daretur tutor, vel adulto curator. & ideo nomine Ecclesiæ debet actiones intentare. Quinimò etiam si Ecclesia spolietur aliquibus rebus ante quàm Prælatus nanciscatur possessionem, habet interdictũ,vnde vi, sicut tutor nomine pupilli,vel quilibet administrator nomine Ecclesiæ. Nec obst.l.cùm hæredes, ff.de acq.pos. vbi dicitur, quòd possessio rerum hæreditariarum non transit ad hæredes, nisi sit corporaliter apprehensa illarum possessio : quia hic agitur nomine Ecclesiæ,quæ possidet,seu possedit semper : licet sedes fuerit vacans, quia Ecclesia nunquam moritur. 12. quæst.2.cap.liberti.Sed ibi ponderatur,quòd hæres agat,vel vt hæres, vnde cùm agat nomine proprio, debet nomine proprio possedisse. & sic vult Innoc. quòd possit agi possessorio per Prælatum pro rebus vel iuribus subtractis Ecclesiæ, licet ipse nunquam possederit,aut quasi possederit. ad quod etiam vide Innocen. in c.penult. infra de institu. & idem tenet Specu.in titu.de petit. & possess. §.1.versicu.sed pone vacante,& Dom.meus in cap.dudum.de elect.& Ioan.de Imo. in cap. ex ore. infra de his quæ fiunt à ma. parte capi. ad quod etiam vide quod statim dicam in tertio casu, in opinio.Bartoli. Et idem Domini de Rota decis.4. vbi hoc limitant notabiliter, quando alius non est in possessione Ecclesiæ.si autẽ alius possideret:tunc non posset Prælatus agere pro fructibus & iuribus Ecclesiæ, quia cùm debeantur possessori,argu.in l.in bonæ fidei.ff.de acqui.re.domi. non potest ista propria authoritate possessorem spoliare.

ADDITIONES.

a ¶*Imò nominatio quandoque multum prodest,vel nocet,vt patet ex no.per Doct.in l.neque professio.C.de testam.vbi agitur de probanda filiatione.*

b ¶*Prælatus debet agere nomine Ecclesiæ.& ratio est, quia ipse non est dominus, sed administrator.capitu.secundo,de do.& de hac materia vide Cardin. in Clem.1. de restitu.in integr.in oppo.12.Felyn.latius in cap.edoceri.in 1.colum.versic.solus prælatus. de rescriptis.*

spoliare, per l. si quis in tantã. C. vnde vi. & 16. q. 6. c. placuit, & in c. cum qui. de præb. lib. 6. vnde concluditur ex prædictis, quòd pro huiusmodi rebus & iuribus Prælati & Rectores Ecclesiarum non suo, sed Ecclesiæ nomine debent libellũ concipere, & idem tenet Spec. in titu. de lib. concep. §. iuxta. versi. item non valet, si agit. vbi dicit, quòd debet libellum cõcipere nomine Ecclesiæ & non suo, alias non valet, & idem, & clarius tenet Spec. eo. titu. §. iam nunc videndum. versi. si vero Prælatus, per auth. sed hodie. & l. omnis. C. de episco. & cler. & c. 2. de ordi. cogn. & per d. c. olim. el terzo. Et quia Prælatus est in Ecclesia,[a] & econtra. 7. q. 1. c. scire. Et quia Episcopi nullam vtilem aut directam suo nomine habent actionem, sed nomine Ecclesiæ, vt supra dixi. ad quod etiam Spe. alleg. l. si in rem actio. ff. de rei vend. & Insti. de rerum diui. §. nullus. sed melius facit. §. sanctæ. 23. q. 7. c. quod autem. 12. q. 1. §. fi. & q. 2. c. 1. & 2. vnde Spe. sic dicit esse cõcipiendum libellum, Coram vobis, &c. Ego M. Prælatus vel rector Ecclesiæ sancti N. nomine ipsius Ecclesiæ conqueror de P. qui talem vineã, &c. iniustè detinet, vel spoliauit &c. & postea debet concludere, quare peto mihi adiudicari vel restitui nomine ipsius Ecclesiæ. Et aduerte, quia hæc procedunt, quòd agere debet nomine Ecclesiæ, siue sit Prælatus mediatus, vt puta, si Episcopus agit nomine Ecclesiarum sibi subiectarum, vt probatur in c. fi. prope fi. infra de succe. ab inte. siue sit immediatus, vel administrator ipsius Ecclesiæ, vel aliam iurisdictionem habeat in Ecclesia, vt d. c. querelam. & c. conquerente. supra de offi. ordi. vbi dicit Inno. in verbo Ecclesijs, quòd Abbas vel alius superior, cui capella est subiecta, non agit nomine suo, vel sui monasterij pro iuribus capellæ: cũ enim capella distincta habeat iura sua à iuribus monasterij, & ipsa capella sit domina suorum iurium, ipsius nomine est agendum, & vide ad prædicta Do. Ma. in d. c. fin. & in c. 1. de offi. iudi. vbi ponit de Episcopo & monasterio agentibus pro Ecclesijs sibi subiectis, & vide etiam quod traditur in l. sancimus. C. de sacrosan. eccle. & quod dixi in Cle. 1. de rescrip. prædicta tamen procedunt, secundum Do. Ma. nisi fortè capella concessa esset in proprios vsus, quia tunc cum sit quasi dominus, posset sicut vsufructuarius agere negatoria nomine proprio: dicit tamẽ tutius esse eam intentare nomine capellæ. Confessoriam autem intentat Abbas nomine sui monasterij pro iuribus, quæ habet in capella, de quo infra de verb. signif. cap. Abbate. & infra dicam in alio membro. Item prædicta procedunt, secundum Dom. meum, non solum si Prælatus agit solus pro iuribus prædictis, sed etiam si Prælatus ageret simul cum capitulo, licet contrarium senserit Inno. in c. 2. de testi. lib. 6. dicens, quòd Prælatus & conuentus agunt nomine proprio, quia ipsi sunt domini. 2. q. 6. biduum. in verbo palam, & idem Ioan. de Lign. in c. literæ. infra de dilat. cum quo etiam videtur transire Do. Anto. Sed contrariam sententiam tenet Collectarius, & plus placet Domino meo per capitulũ, olim. el primo, infra de resti. spo. vbi nomine Ecclesiæ fuit actũ per Prælatũ & capitulum. Item quia in veritate isti sunt administratores, & non domini, vnde non possunt contrahendo[b] ipsius Ecclesiæ conditionẽ deteriorem facere: nec etiam bona alienare, nisi constituta solennitate, & in casibus à iure concessis. 12. q. 1. in summa, & c. sine exceptione, & quia Dominium rerum ipsarum Ecclesiarũ non est penes eos, sed apud Christum vel Ecclesiam vniuersalem, seu ipsam Ecclesiam specialem, vt no. idem Innoc. in c. cum super. infra de causa poss. & proprie. facit, quia solus Prælatus reuocat procuratorem datum à conuentu super rebus communibus, vt ipsemet agat, vt no. Innoc. in d. c. 2. de testi. lib. 6. secundum Dominum meũ, & mihi placet. facit, quod statim dicam in tertio casu.

109 ¶ † Circa secundum casum, quando agit pro corpore ipsius Ecclesiæ, vt quia agit possessorio recuperandæ, & tunc agit, & libellũ concipit nomine proprio & non Ecclesiæ, quia ipse & non Ecclesia fuit spoliatus, vt probatur in cap. conquerente. supra de offi. ordi. & in c. literis. ibi per Inno. & item quis, infra de resti. spol. 7. q. 1. c. præsentium. & in c. cum super. infra de causa poss. & proprie. per Inno. & idem si agat possessorio adipiscendæ, vt in c. accedens. inf. de accu. vel si agat petitorio, ex quo agit pro corpore ipsius beneficij, vt in c. ex insinuatione. supra de procura. Ecclesia enim nec possidet, nec regit seipsam: sed Prælatus suo nomine, & tanquam rector ipsam regit & gubernat.

110 ¶ † Circa tertium casum, quando prælatus vel rector agit pro iuribus competentibus prælato seu rectori. breuiter secundum Dominum Martinum, quòd agit nomine suo, vt in c. venerabilis, & c. constitutus. infra de reli. domi. & in c. auditis. sup. de restit. in integ. cum simi. In quibus patet, quòd pro iuribus Episcopalibus agit contra Ecclesias inferiores tanquam Episcopus: vnde ex quo talia iura competunt sibi, & non Ecclesiæ, suo nomine & non Ecclesiæ debet libellum concipere, & hoc sentit Inn. in c. conquerente. supra de offi. ordi. & in c. literis. & ibi Dominus meus, infra de resti. spo. & ex hoc ego infero ꝙ agendo pro titulo beneficiali debet nomine proprio & non Ecclesiæ libellum concipere, ad ꝙ vide Inn. in c. ex parte. sup. de arbi. & in c. quia V. sup. de iud. in Glo. fi. Nam respectu tituli beneficialis potest proprio nomine, & petitorium & possessorium intentare, de petitorio est tex. in Cle. 1. de cau. poss. & propr. & ibi dixi post Laud. Io. de Lig. & Ioan. de Imo. facit bonus tex. per quem hoc expressè tenet Bar. ibi in l. 1. §. vsufructuarius. ff. de noui ope. nunc. vbi Bar. dicit, quòd prælatus vel rector Ecclesiæ nõ potest res vel iura Ecclesiæ petere nomine proprio, sed nomine ipsius Ecclesiæ vel cõuentus, sed ipsam prælaturam & rectoriam, & sic titulũ beneficialem, si vult petere, concipiet libellum nomine suo, si erit vsufructuarius, suo nomine vẽdicat vsumfructum: licet

ADDITIONES.

a ¶ *Adde etiam Lap. alle. lib. 1. & vide quod de capella vnius Ecclesiæ dicit Aret. in consi. 63. post ea quæ dicit Abb. in c. literæ, in 2. col. infra de dila. & Do. Philip. in c. edoceri. post Abb. de rescri.*

b ¶ *Prælati contrahendo non possunt præiudicare suis Ecclesijs, & an quandoque possint compromittere, aut transigere sine consensu superioris, vide per Soci. in consil. 18. col. 14. lib. 1. versi. circa sextam, & vide aliquid per Fely. in c. cum omnes. in 3. col. de consti.*

licet respectu proprietatis debeat libellum concipere nomine domini, ad quod etiã allegatur ibi Bart.
a no.per Innocẽtium in c.præsentium,[a] de testi.lib.6. & in extrauaganti Innocen. quæ incipit, ad hoc. & quod no.Innoc.in d.c.conquerente.de off.ordin.& in c.Abbate.de verbo.sign. & Glo.in l.sancimus.C. de sacrosan.eccles. Et idem dicendum est, quando prælatus prosequeretur electionem de se factam. Et aduerte, quia ex prædictis videtur referendum, secundum opinio.Bartoli,quòd prælatus vel rector fructus beneficij seu prælaturæ debet petere nomine proprio: de quo satis dubito, maximè in habentibus administrationem: quia ipsi non sunt plenè vsufructuarij,nec faciũt fructus suos. 12.q.3.c.3.vbi tex.simpliciter vult quòd clericus teneatur cõferre Ecclesiæ quicquid acquirit de bonis Ecclesiæ. & ad idem 12.q.1.§.fin.cum cap.sequen.& 13.q.1.§.1.his ita.& 12. q.2.c.sacerdotes. & c.pastoralis. cum simi. de quo latius per Dominum meum in repe. c.cùm esses.infra de testam.& de hoc aliquid dicam in 3.q. seq.Sed in contrarium facit,ꝙ debeat petere nomine suo proprio,quod dixi supra secũdum D.meum de capella concessa in proprios vsus. Et sicut potest intentare petitorium pro titulo beneficij nomine proprio,ita debet concipere libellum in possessorio nomine proprio: quia ipsum titulũ possidet nomine proprio. & ideo nomine proprio concipiet libellum super restitutione beneficij, quo fuit spoliatus, vt d.Clem.vnica, de causa posses. & proprie. & in c. cùm super. infra de causa possessionis & proprietatis. Adeo quòd si liberè administrabat, restituetur ad liberam administrationem: si minus liberè,restituetur ad minus liberã,vt in c.Pisanis, infra de resti. spol. & in c.bonæ memoriæ. infra de appel. & restituetur non solùm ad beneficium, sed ad omnes res ablatas cùm beneficio, per viam cuiusdam accessionis ad quas principaliter non suo nomine,sed nomine Ecclesię debuisset libellum concipere, vt dixi in primo casu,& tenet D.meus in c.cùm super.in fi.infra de causa pos.& proprie.Et ex prędictis potes colligere quo nomine Abbas debeat libellũ cõcipere. Sed quæro quid de abbatissa,diaconissa,aut priorissa. Sol. Aduerte,quia in his,quæ proprio nomine possunt intẽtare: vtputa prosequendo electionem, aut petendo benedictionẽ,aut quid simile, videtur dicendum quòd suo nomine libellum debeat concipere, ex quo proprio nomine huiusmodi admittuntur,vt c.cum dilectus.sup.de rescr.Sed hoc olim procedebat, hodie verò illud videtur esse sublatum per c.indemnitatibus.§.porrò.de elect.lib.6.& c.vnicum, de sta.re. lib.6. In quibus probatur quòd tales tenentur procuratorem cõstituere. & ideo quæstio non videtur procedere. sed aduerte,quia licet §.porrò. necessitet ad constituendum procurato. tamen loquitur in prosecutione appel. respectu electionis ad sedem Apostolicam. item c.2.in fi. de iudi.lib.6. loquitur solùm quòd tales inuitè non possint trahi. & c.vnicum.de sta.reg.lib.6. vult quòd non compellantur per se agere,aut defendere. Sed de volẽtibus agere per se,nihil ibi dicitur. vnde cùm prædicta iura sint correctiua c. cum dilecta. videtur quòd non sint extendenda,vt in iuribus vulgatis.Sed posito ꝙ propter hæc nõ prohiberentur agere, si tamen agerent pro iuribus Ecclesiæ, non videtur quòd libellum debeant concipere nomine Ecclesiæ:& sic non videntur admittendæ ad agendum pro Ecclesia,per l.neque fœmina.ff.de procura.& l.alienam.C.eodẽ. Sed aduerte, quia reperi in quibusdam cõmentarijs satis antiquis quendam homi. arguentem in contrarium, quod tales, licet fœminæ, admittantur: quia sicut mater admittitur ad tutelam filij, & agit pro filio: ita Abbatissa, aut similis debet posse agere pro monasterio. nam Ecclesia est mater nostra & perpetua. vnde sicut mulier agit pro parẽtibus. ff. de procura.in l.fœminis,ita Abbatissa pro monasterio,tanquam mater,ita pro monasterio tanquam filio,quia habetur etiam loco filij,vt auth.ingressi. C.de sacrosanct.eccle.traditur in c.in præsentia. infra de prob. mater agit in causa necessitatis pro filio, vt l.3. ff. de lib.causa.facit l.non ignorat. & l.vxor. & l.de crimine. C.qui accusa.non pos.& in Authen. de mo.§.3. Subdit tamen,quòd dat consilium quòd constituat procuratorem,quem Syndicum appellamus. in Authen.de san.episc. §.quando autem. & §. prouidere. & ad hoc hodie tendunt d.c.2.de iudi.& c.1.de sta. reg.& prędictus.§.porrò.ex quorum iurium ratione videtur,quòd tales teneãtur pro qualibet causa constituere procuratorem, licet olim possent agere, vt dicto capitulo,cum dilecti. & prædicta adde ad ea, quæ dixi in primo casu.

111 ¶ †Circa secundum principale membrum,quando sumus in dubio,quo prȩlatus vel rector videatur egisse, dic. Dominus meus in c.literæ. de dilat. distinguit, quòd aut quis agit nomine Ecclesiæ,vel ex contractu inito cum Ecclesia,vel pro alio iure Ecclesiæ, & videtur egisse nomine Ecclesiæ, aut super re propria, vel contractu inito cum eo vt priuato, & nomine proprio, & hoc constat, & potius videtur egisse nomine proprio, per no.in c.dilecti. supra de foro competẽti.& in c.requisisti.de testa.& per Ioannem Andræam, in simili in regu.priuilegiũ. de reg. iuris,lib.6. in mercu. & in materia tutorum & curatorum.in l.post mortem.& ibi per Barto. ff.quando
b ex fa. tuto. arguendo de contractibus ad iudicia.[b] nam & in iudicijs quasi contrahimus, vt in l.3. ff. de pec. Aut sumus in dubio, vt quia agit super re,quæ pariter potest cõcernere personam & Ecclesiam, & hoc casu Do. Anto.in d.c.literæ. dicit quòd videtur egisse nomine Ecclesiæ, quia res præsumitur Ecclesiæ.alle.quod in fi.no.Barto.in d.l.post mortem.sed vt dicit D.meus,ibi no.videntur potius facere in oppositum.nam vt ibi dicit Bart.quòd licet tutor contrahat super re, quæ potest cõcernere ipsum pariter & pupillum,videtur proprio nomine contraxisse,vt etiam vult tex. in d.l.post mortem. sed fortè domi. Anto.voluit sequi Host.in dicto cap.literæ.inquantum voluit, quòd sicut in dubio res præsumitur Ecclesiæ,

ADDITIONES.

a ¶ *Dicit D.Ias.in l.1.§.vsufructuarius.in fi.quòd debet allegari Glo.in cap.præsenti.de offic.ordi.lib.6. & adde Bar. in l.1.§.hoc interdictum, secundo. ff. vti possid*e.

b ¶ *A contractibus ad iudicia valet argumentum, ita probatur in l.non mirũ.ff.de pigno.actio. in contrarium videtur tex. & ibi Docto.in l.inter stipulantem.§.1. vbi etiam Glo.ff.de verb.oblig.& vide Are.in l.eum qui.in prin.pen.col.de acqui.hære. vbi tenet ꝙ primo dictũ est.*

clesiæ, ita videtur egisse nomine Ecclesiæ: sed præsuppositum hoc nō est simpliciter verum: quia non semper acquirit Ecclesiæ, nec etiam in dubio semper præsumitur quæsiuisse ex bonis Ecclesiæ, vt traditur in cap.cum in officijs.infra de testam.& bonus tex. iuncta Glo.12.quæst.4.c.1. Et præterea in iudicio non semper acquirit, imò posset succumbere. vnde in casu dubij, Dom. Anton. dicit distinguendum esse, ꝙ aut fuit expressum nomen appellatiuū, vt quia dixi,prælatus seu rector, &c. & videtur egisse nomine Ecclesiæ. aut solùm expresſit nomen proprium, & videtur egisse nomine proprio. pro hoc tex.cum Glo.in d.§.tutor.facit quod no.in cap.quoniam Abbas. supra de officio delega. & in d.cap.requisisti,& per Io. Andr.in d.reg.priuilegium.Sed tu vide ad prædicta,quæ latius dicam in 6.q.princip.in qua latius tractabo hunc artic.

112 ¶ † Tertiò quæro, quid de canonico agente: cuius nomine debeat libellum cōcipere. ¶ Sol. Inno. in c.edoceri.supra de rescriptis.dicit,ꝙ canonicus secularis potest agere nomine præbendæ suæ & dicere,quòd egit in libello nomine suo,si habet præbendæ administrationem, quod verum dicit ibi Dom. Anton. quando agit pro titulo suo: secus si pro possessionibus & iuribus præbendæ, per cap. literæ. infra de dilat.& c.cum super.de causa poss.& proprie. & mihi placet, vt statim dicam. Sed aduerte: quia Glo.& Innocen. in cap.ex literis. infra de proba.uidetur dubitasse, vtrum canonicus possit agere pro præbenda: quia vt ibi dicit Glo. præbendæ non videntur esse clericorum, sed Ecclesiæ. pro quo facit, 21.quæstio.1.§.fi.cum cap.sequenti. & quia cum Ecclesia, & non canonicus, habeat bonorum præbendæ administrationem, videtur quòd canonicus nō possit agere sine mandato Ecclesiæ. Sed in contrarium facit, quia licet canonici non habeant proprietatem: tamen videntur habere vsumfructum,ratione cuius possunt agere, vt l.4.ff.finium regūdorum. facit quod dixi supra in præcedenti quæstio. in 3.& 4.casu. Sed super hoc artic.non arbitror nunc insistendum, an canonici vel Ecclesia habeant legitimam administrationem bonorum præbendarum; & an sint vsufructuarij, vel vsuarij. de quo latius per Dominum meum in repe.cap.cùm esses. de testam. nec etiam insistendum in cognoscendo, an præbendæ sint constitutę de bonis temporalibus,vel sint distinctæ, aut non. de quo per Glo. Innocen. Ioan. Andr. d.authen. & latius per Dominum meum, in d.cap.ex literis. Sed quo ad terminos nostros,cuius nomine canonicus debeat libellum concipere, arbitror distinguendum, quòd aut canonicus agit tanquam procurator Ecclesiæ, & dicendum, vt dicam infra in 6. quęstio. Aut agit pro iuribus ad præbendam suam pertinentibus: & debet libellum concipere nomine Ecclesiæ, vt statim dixi secundum Domin.Anton. facit quod dixi in q.præcedenti in primo casu. Aut agit pro corpore ipsius præbendæ sibi collatæ, ab alio occupatæ, seu titulo præbendali, & debet concipere libellum nomine proprio. Ita procedat dictum Innocen. in c.edoceri. facit quod dixi in præcedenti quæstio.in tertio casu. Aut agit tanquam quilibet de Ecclesia vel capitulo, & tunc debet concipere libellum nomine Ecclesiæ, secundum Lapum,allegatione 2.ad quod vide quæ latius dicam infra in 5.q. Aut agit pro quotidianis distributionibus, & arbitror quòd suo proprio nomine debeat illas petere: quia tales distributiones nō augent corpus beneficij vel præbendæ: sed debentur propter operā personæ.facit. ff.si mensor falsum modū dixerit. l.1.secundo responso.ibi, Sed magis operam beneficij locum præbere. & ff. pro socio. in l.si duobus.§.in coeunda. ibi,pretium enim operæ. per quæ iura hoc consuluit Oldr.consi.119. facit cap.1. de cle.non resi.lib.6. Et sic tales distributiones nullam habent communionem cum ipsa re: sed personā tantum respiciunt. facit. ff.de vsu & hab.in l.vsus aquæ. & ff.de seru.rust.præd. l.prætoris, & quod ibi no.ff.de ali.& cib.leg.in l.mela. §.fin.ideo Old. in d. consi. voluit,ꝙ in literis ad beneficia non sit necessarium facere mētionem [a] de quotidianis distributionibus. aut canonicus agit ad fructus præbendæ, & ideo dicendum secundum opinionem illorum,qui volunt ꝙ canonicus faciat fructus prębendę,suos & ideo vsufructuarius facit quod dixi supra in prin. secundum Innoc. sed secundum opinionem aliorum volentium,quod non sint vsufructuarij, sed vsuarij, & quòd nō faciant fructus suos, videtur dicendum quòd agere debeat nomine Ecclesiæ. de quibus opinionibus vide quod traditur per Glo. & Doct. in c. præsenti. de offic.ordi.& per Dom. meum, latius in d.repe.c.cum esses.

113 ¶ † Quartò quæro de monacho. ¶ Sol. Dicit Inno.in d.c.edoceri.in fi.supra de rescriptis, ꝙ quilibet monachus pro dignitate, vel officio, vel obedientia sua potest agere, per c.cum deputatus. supra de iudi. & multo fortius respondere tenetur pro facto suo: Subdit tamen, quòd caueat sibi aduersarius qualiter aggreditur causam contra talem, ubi non habet consensum Abbatis, per c.cum causam. de iudi. Et subdit etiā, quòd Abbas non potest concedere monacho, quòd habeat administrationem aliquarum possessionum vel villæ, & pro eo agere possit: nisi sicut procurator vel Syndicus: nam si vult agere,oportet quod in libello dicat, ago nomine meo vel præbendæ meę, quod non licet per c.cū ad monasterium.inf.de statu reg. Sed tunc superior agit nomine officiorum, vel obedientiarum ipsius monachi,secūdum Inno.in d.c.edoceri, & sequitur ibi Dom.Anton. ad quod quæ dixi in Cle.1. de rescript. Sed aduerte: quia si monachus prosequeretur electionem de se factam, cui de superioris sententia consensisset, secundum quod traditur in c.si religiosus.de ele.lib.6. illam prosequeretur nomine suo, per ea quæ dicta fuerunt in duabus præcedentibus quæstionibus. Si verò ageret tanquam procurator,vel Syndicus in causa monasterij, vel pro Abbate, aut pro alio propter vtilitatem monasterij, secundum no.in c.super. infra de testi. & in c.cum deputati. supra de iud. & per Glo. in c.cum olim. el 2. de priui.& per Inno.in c.cum I.& A. inf.de re iu.ad quod vide quę latius dixi supra in tit. de procuratore. & hoc casu, qualiter debeat concipere libellum, colligitur

ADDITIO.

a ¶ *An sit necessarium facere mentionem de quotidianis distributionibus in literis ad beneficia, vide Fel. in cap. postulasti, de rescript.*

colligitur ex his, quæ dicā in 6. & 8.q. Si verò vellet agere tanquā quilibet de Ecclesia, qualiter debeat libellū cōcipere, collige ex his quæ dicā in seq. quęst.

114 ¶ †Quintò quæro de quolibet particulari clerico Ecclesiæ, quo nomine debeat libellum cōcipere. ¶ Sol. Dic, quòd aut agit cùm mandato tanquam procurator vel Syndicus, & decisio est clara, quòd agere debet procuratorio vel syndicario nomine, vt dicam in sequen. quæstio. & in 8. sub forma tamē de qua ibi dicam. Aut agit sine mandato in casibus in quibus admittitur sine mandato, de quibus per Inno. & Doct. in c. cùm olim. de testi. videlicet data

a negligentia [a] Episcopi & aliorum ad quos pertinebat, secūdum ibi no. & in c. si quis presbyterorum. infra de reb. eccle. non alienan. & in c. non licet. 12. quæst. 1. Et hoc casu à nomine proprio vel Ecclesiæ debet concipere libellum. Innoc. in d. c. cùm olim. fuit varius: quia primò dicit, quòd conficiet libellum nomine Ecclesiæ, & petet fieri restitutionem Ecclesiæ, vel iudicari pro Ecclesia. arg. supra de resti. in integ. c. causam. & idem tenet Ioan. Andr. qui allegat c. 2. & 3. & c. cùm ex literis. de resti. in integr. & quamuis agat nomine Ecclesię, nō est necesse quòd habeat mandatum: quia non est procurator, sed procurans, vt latius per Innocen. & Ioan. And. in d. c. olim. de Iudæ. subdit Innocen. vt refert Do. meus quòd aget nomine proprio & non Ecclesiæ: sicut in actione populari. Sed loquitur specificè, quando pro re Ecclesiæ malè alienata. sed dicit Domi. meus quod præcedens opin. est tutior: vt qualitercunque agat pro iuribus Ecclesiæ, agat Ecclesiæ nomine, quod tenet Lapus, allegatione 50. aliàs 51. ex quo enim auctoritate iuris agit pro Ecclesia, debet agere illius nomine: succedit enim loco ipsius Ecclesiæ, ergo eodem iure censebitur. arg. d. c. literæ, infra de dila. secundum Lapum & Dominum meum, & remittit Dominus meus ad no. per Spec. in tit. de procuratore. §. 1. versic. quid si. & quod ibi tradit Ioan. Andr. in addi. & ad no. per Innoc. in cap. ex literis, infra de proba. Sed tu aduerte, quia Inn. cuius etiam verba formaliter refert & sequitur Ioan. And. in d. c. cùm olim. non dicit in secunda opi. prout dicit Dominus meus, sed sic formaliter dicit: quādo autem ille cuius interest, singulariter agit: suo nomine concipiet libellum. & sic videtur Innocen. non esse sibi contrarius: sed voluisse facere differentiam, an agat tanquam quilibet de Ecclesia simpliciter: an vero agat tanquam ipsius singulariter intersit. Et si tu diceres, quomodo potest vnius de Ecclesia singulariter interesse? Lapus in d. alleg. 51. ponit plura exempla, & volunt Innocen. & Ioan. Andr. in d. cap. cùm olim. circa medium Glo. ipsorum, quod si simpliciter ageret, nec compelleret eum exprimere cuius nomine agat, quod prudenter facit: si nec ipse exprimat. Sed tu aduerte, quia quando particularis de Ecclesia vult agere pro iure proprio seu singulari, puta Archidiaconus pro iure Archidiaconatus sui, qui admittitur sine mandato Prælati & capituli, secundum Innocen. Ioan. And. Domi. Anto. & Ioan. de Imo. hoc casu, licet Innoc. & Ioan. Andr. dicant quòd concipient libellum nomine proprio: ego intelligo, hoc est nomine ipsius Archidiaconatus: nō autem nomine suo, hoc est nomine priuato ipsius. & hoc videtur etiā sentire dominus Antonius ibi, pro quo faciūt quæ dixi supra in 2. q. in primo casu.

115 ¶ †Sextò quæro, cuius nomine simplex procura. debeat libellum concipere. ¶ Sol. Est clara, quòd debet procuratorio nomine, vel nomine Domini libellum cōcipere: ne fortè si simpliciter ageret, non procuratorio nomine, sed proprio videatur agere. & ideo si negotium esse tale, q ad ipsum pertinere posset tanquam proprium, & ad ipsum tanquam ad procuratorem, debet exprimere, si proprio vel procuratorio nomine agat: & si exprimit, res est clara. sed si simpliciter [b] ageret, videretur potius suo,

b quàm procuratorio nomine agere: etiā si ille actus pertineret ad solum dominum. Nam hoc casu si non cōciperet libellum procuratorio nomine, non procederet iudicium, per l. 3. §. sed & quod de tutore. versi. si quid tutor. ff. iudi. sol. no. Glo. in l. penult. in fi. magnę Glo. ff. qui satisd. cog. ad idem etiā facit l. & magis. ff. de sol. & l. Papinianus. ff. mandati. & ibi no. per Glo. In contrarium vero, quod valeat, & sic intelligatur conceptus libellus procuratorio nomine, facit tex. in l. penult. ff. de institoria. & in l. cùm post. §. 1. ff. de admi. tuto. & videtur casus expressus, secundū lectu. Dy. in l. post dotem. ff. sol. matr. facit. etiam quod no. Glo. in l. post mortem. §. 1. ff. quādo ex facto tutor. vnde dic, quod quandoque quis concipit libellum solùm exprimēdo nomen proprium, & tunc intelligitur suo, & nō alieno nomine agere. Ita procedūt iura primo loco allegata. facit l. si filius. ff. de in rem verso. & ff. de iure dotiū. in l. cùm pater. C. creditorem euictionem pigno. non debere. l. 1. & 2. & ff. de no. oper. nun. in l. 1. in fi. Aut in libello apponitur nomen procuratoris: quia dicit procuratorio nomine talis: & tunc non proprio, sed procuratorio nomine illius videtur agi, vt in iuribus secundo loco allegatis, & in l. cùm pater. §. 1. ff. de admin. tuto. secundum Bar. in l. 1. §. nunciatio. ff. de no. ope. nun. Et idem in effectu voluit Ioan. Andr. in addi. Spec. super Rubr. de procura. fatetur tamen Bart. in d. §. nūciatio. quod si actus potest ad dominum pertinere, & ille, cum quo actus geritur, scit illum esse procuratorē, videtur procuratorio nomine agere, per dictam l. post mortem. §. finali. tenet Ange. in l. 3. §. 1. ff. iudi. solui. & etiam Bar. ibi, & latius in l. qui mihi donatum. ff. de dona. vbi tamen videtur hoc restringere, quando præcessisset mandatū ad ipsum certum specificum actum expediendum. Sed aduerte, quia contra primum membrum videtur fortiter

c obstare tex. & quod ibi no. Bart. [c] Bal. & Io. in l. qui in aliena. §. 1. ff. de acquir. hæred. vbi dicunt, quod si pręcesit mandatum de expediendo aliquem certum actum, si talis procurator expedit illum actum, in dubio

ADDITIONES.

a ¶ *Data negligentia. An quilibet de Ecclesia admittatur ad agendum, vide latè per Aret. in c. cum olim. in vlti. no. de test.*

b ¶ *Si procurator agat simpliciter, cuius nomine agere videatur. vide Ias. post Bar. qui totam materiam colligit tribus conclusionibus, in l. 1. §. nunciatio. ff. de oper. noui nun. 2. & 3. col.*

c ¶ *Bartolus ibi nihil dicit, sed in §. si is qui. & ibi Alexand. & latius in dicto §. nunciatio. Aret. in dicto §. si is qui. in l. qui in alie. ff. de acquiren. hæredit.*

in dubio intelligitur expediuisse prætextu mandati præambuli, licet nullam de domino fecerit mētionem, quod dicit diligenter ponderandum. nec vidétur ibi requirere, quòd is, cum quo actus geritur, sciat illum habere ad hoc mandatum, sed fortè pro solutione contrarij potest dicto modo intelligi: videlicet quòd primum mēbrum procedat, vel quando ille, cum quo actus geritur, ignorabat ipsum habere mādatum, vel non habebat mandatum specificum ad quid certum, vel notabilius, arbitror dici posse quòd illud procedit nō respectu obligationis & actionis intentādæ inter ipsum procuratorem, & eum cum quo actus geritur, quia quo ad illū, actus iudicabitur gestus suo nomine proprio, & non alieno, sed quo ad ipsum dominum, tenebitur ipse procurator domino actione mandati, ex quo mandatū præcessit ad illum actum expediendum, quod perpetuò notabis pro his qui recipiunt mandatum ad emendum aliquam rem pro ipso mandatore, & illam emunt nomine proprio, quia tenentur ad restituēdum eam. facit l. qui seruū. ff. de interroga. actio. quod est diligenter notandum, secundum Ioan. de Imo. & bene, quia quotidie accidit.

¶ Aduerte tamē circa prædicta, quia circa actus extraiudiciales, vt contractus & similes in hoc artic. an procurator simpliciter gerendo actum, videatur procuratorio nomine vel proprio gessisse. Doc. sunt varij. Barto. enim aliter loquitur in locis, supra allegatis, & aliter loquutus fuit in dicta l. qui mihi donatum. ff. de do. & ibi Ioan. de Imo. & aliter in l. 3. §. 1. ff. iudi. solui. & l. si pupilli. §. 1. ff. de neg. gest. & in d. l. post mortem, & etiam in dicta l. post dotem. ff. solu. matr. in quibus omnibus locis potes videre per eum. tangit etiam Bald. in l. fina. C. si quis alteri, vel sibi. & in l. si literas. C. mandati. tangitur etiam in l. si ita stipulatus. §. Grisogonus. ff. de verb. obl. sed latius materiam reassumit Ludouicus Ponta. in dicta l. post dotem. & si tu diceres, ad quid hæc materia contractuum operatur ad materiam nostram? Respondeo quòd talia adducuntur ad materiam nostram in quantum dicimus quòd in iudicijs quasi contrahitur, vt in l. 3. §. idem scribit. ff. de pec.

¶ Sed illam materiam omitto. dicam fortè in tit. de procura. vbi principalius conuenit. sed in materia nostra pro conclusione arbitror quòd si in libello facta sit cōmemoratio officij procuratorij, censebitur procuratorio nomine, vt in l. fi. ff. de institoria. & in l. cùm post. §. 1. de admi. tuto. facit quod no. Gl. in l. quacunque. ff. de procura. & idē si est expressum hoc fieri in causa pertinente ad dominum: quia expressio talis causæ habet vim commemorationis officij procuratoris per l. post mortem. in fi. & d. l. pupilli. §. 1. ff. de neg. gest. & l. 1. §. non autem. ff. de exercitoria. si verò simpliciter & purè, & sine aliqua cōmemoratione officij procuratorij, nec expresso aliquo æquipollenti valet hoc fieri in causa pertinente ad dominum, vel aliquo simili: intelligitur suo proprio nomine actū gessisse, per d. l. & magis. de solu. & l. Papinianus. ff. mand. & l. si filius. ff. de in rē verso. allegant etiam aliqui l. res ex mandato. ff. de acqui. rerum do. & l. pign. §. fi. ff. de vsuc. sed parum faciunt. facit etiā l. multum interest. in fi. C. si quis alteri vel sibi. & probatur in d. l. post mortem. §. 1. per quem tex. apparet hoc procedere, etiam si agat negotium quò ad ipsum proprium pariter & ad dominū pertineat: quod tamen videtur limitādum, secundum ea quæ dixi supra, secundum opinionem Bart. in d. l. 1. §. nunciatio. Et aduerte, quia subdit Barto. in d. §. nunciatio. quòd si actus qui geritur, est actus qui potest geri per negotiorum gestorem sine mādato, non sufficit dicere seu verba concipere alterius nomine, quia possent intelligi de gestore. de hoc sentit Glo. in d. §. nunciatio. dum exponit. i. procuratorio nomine. de quo vide latius ibi. Subdit etiam quòd idem est dicere, facio hoc pro tali, vel nomine talis, per l. fideicommissa. §. interdum. ff. de leg. 3. facit Insti. per quas personas nobis acquiratur. in prin. no. Ioan. de Imo. cap. 2. de resti. in integ. & c. potuit, de locato. de quibus omnibus ego latius dicam in titu. de procuratoribus.

116 ¶ †Septimò quæro de procuratore constituto in rem suam, cuius nomine debeat cōcipere libellum.
a & dicitur [a] procu. in rem suam constitutus, quando fuit constitutus procurator ad vtilitatem suam per viam cessionis. Circa quod distingue, quòd aut sumus in casibus, in quibus solùm translata est vtilis actio, & non exercitium directarum: & hoc casu debet libellum concipere nomine suo, & non nomine mandātis: ex quo solùm potest intentare vtilem. aut contractus taliter est celebratus, quòd licet directa actio remanserit penes cedentem: tamen in ipsum cessionarium trāslata est vtilis, & exercitium directæ, secundū no. in l. procura. in rem. ff. de procura. & l. illam. C. de dona. & l. 1. C. de actio. & oblig. & ibi per Cy. Bart. Bal. & Saly. & in l. 2. eod. titu. & per Bart. latè in l. 1. ff. de actio. & oblig. & traditur etiam in l. qui stipēdia. C. de proc. & hoc casu, aut iste vult agere vtili, & debet libellum cōcipere nomine suo: aut vult agere directa propter exercitium directæ in eum translatum: & tunc debet concipere libellum nomine cedentis, per ea quæ traduntur in iuribus prællegatis, & per Spec. in titu. de procura. §. sequitur. versic. sed nunquid. Si tamen simpliciter diceret in libello, quòd ageret iure cesso, vel ageret tāquam cessionarius, interserens etiam in libello instrumentum cessionis, an debeat exprimere ad petitionem conueniri, vtrum agat vtili suo nomine, an directa nomine cedentis. vide per Spec. in dicto versic. sed nunquid. & ibi per Ioan. Andr. in addi. & latius per Speculatorem in titu. de actio. & petitio. §. sequitur. vers. sed nunquid tenetur quis. dicam in c. sequen. in 12. princip. articu. 11. quæst. princ. fi. quæst. A. B. Aduerte tamen, quia posito pro constanti, quòd sit translata vtilis, illa in dubio videtur intentata ante lit. contest. secundum Ioan. Andr. in addit. Specu. in titu. de ces. act. §. 1. versic. item quid si nihil. Nec obstat, quòd appellatione dominij comprehendantur directæ, vt l. prima. §. qui in perpetuum. ff. si ager vecti. vel emphyt. peta. quia illud procedit quando directa competit nomine proprio. Sed vbi directa competit nomine alieno, & vtile nomine proprio:

ADDITIO.

a ¶ *Procurator in rem propriam dicitur altero de trib. modis, de quibus per Ias. in l. qui stipendia. C. de procu. & adde Aret. consil. 125. incip. Eximie domine Collateralis.*

prio: tunc videtur deduxisse velle, & sic disputando concludit Mar. Sili. in quæst. quæ incipit, ego qui habeo, & sic temperat dictum Spec. in ti. de procura. §. sequitur. vers. sed quare. & Ioan. in c. Abbate. de re iudi. lib. 6. tenent Domini de Rota decis. 174. maximè quando in lib. fuit adiecta clausula, omni meliori modo, via, iure, & forma, & sequitur Dominus Antonius in c. licere, de dilat. & de materia in l. planè. ff. fam. ercisc. & l. emptor nominis. ff. de hære. vel actio. vend. Ma.

117 ¶ † Octauò quæro de Syndico. ¶ Sol. Dic, quòd aut loquimur in causis ciuilibus, & debet Syndicus nomine vniuersitatis, vel collegij, vel Ecclesiæ libellum concipere. Et hoc tenet Spec. eod. ti. §. iam nunc videndum. versicu. si verò prælatus. & traditur per Innoc. Ioan. Andr. Dominum meum, & Ioan. de Imo. in c. fin. supra de procura. vbi dicunt, quòd
a licet singuli de vniuersitate sint excómunicati: [a] tamen Syndicus constitutus à tali vniuersitate potest agere, quia agit nomine vniuersitatis: quæ vniuersitas non potest excommunicari, vt in c. Romana. §. in vniuersitate. de sententia excommunic. lib. 6. ad idem facit: quia causa vniuersitatis, & non singulorum. 12. quæst. 2. c. qui manumittitur, & in l. in tantum. §. vniuersitatis. ff. de rerum diui. nomine ergo vniuersitatis concipit libellum, vt etiam sentit Spec. eod. titu. §. iam nunc. versi. contra Syndicum. Et debet agere pro tota vniuersitate, tanquã pro vno corpore: nó tanquam pro singulis. ad quod vide Glo. & Barto. in l. 1. in fi. C. quod cuiusq. vniuer. no. Et aduerte: quia si talis simpliciter conciperet libellum, nec adijceret, vniuersitatis nomine, vel Syndicario nomine, videretur potius agere nomine proprio. ad quod vide quæ latius dixi in 6. quæst. princ. & quod dixi in 2. quæst. 2. membro princ. Si verò loquimur in causis criminalibus, Syndicus non potest concipere libellum sindicario nomine, aut nomine vniuersitatis, sed proprio, vt voluit Dyn. & post eum Cyn. Bald. & Salyc. in l. 2. C. qui accusa. non pos. & ibi latius vide: quod arbitror procedere, quando esset talis in causa, in qua non posset interuenire procurator: aliàs fortè secus: ad quod vide quæ latè dixi in c. veniens. inf. de accusa. Aduerte tamen: quia prædicta non procedunt in Syndicis fratrum sancti Francisci, quia Syndici prædictorum in iudicio agẽtes, &t ciuiliter ad bona temporalia, non concipiunt libellum nomine fratrum: sed proprio nomine, ad vtilitatem tamen ipsorum fratrum. ita cõsuluit Bal. consil. 156. quod incipit, visa. & de materia talium Syndicorum, vide per Barto. in tra. minoricarum, 2. lib. dist. 8. & 9. per totum.

118 ¶ † Nonò quæro de actore, cuius nomine libellum debeat concipere? ¶ Sol. Dic, quòd aut loquimur in actore vniuersitatis, & idem dicendum est, quod dictum est de Syndico in pręcedenti quęstio. & hoc tenet Specula. eod. tit. §. iam nunc. versic. si vero Pręlatus, de materia per Bar. in l. actor. ff. rem ra. habe. aut loquimur in actore constituto à tutore vel curatore, seu ad petitionẽ tutoris vel curatoris, secundum varias opin. de quibus in l. 1. C. de actore à tutore vel curatore dato. & l. neque. C. de procu. & ibi per Bal. in l. si actor. C. de appel. & ibi per Glo. & l. curatorem. C. qui dari tutores possunt. Et arbitror, quod nomine pupilli vel adulti debeat agere, sicut tutor vel curator, de quibus infra dicam, quæst. 11 & 12. Et hoc secundum illam opinionem, quę vult, quod actor non constituatur à tutore, sed à præside ad postulationem tutoris, quam tenent Gl. & Bal. in d. l. si actor. & Glo. parua Instit. de cura. §. fi. dum dicit, datum, id est, dari petitum, & hoc probatur, quia hoc casu ipse tenetur cauere pupillum rem ratam habiturum, vt dicunt Glo. & Bart. in l. actor. ff. rem ratam haberi. ergo videtur concludi, quod agi debet nomine pupilli, aliàs non posset pupillus habere ratum, quod suo nomine non est gestum. 9. q. 2. cap. Lugdunensis, & ff. de neg. gest. in l. si pupilli. §. item quæritur, & in regula, ratum quis. cum sua materia, de reg. iu. lib. 6. Hoc enim casu ipse gerit negotia pupilli pro pupillo, tutoris periculo, secũdum Glo. & Bar. in d. l. actor. Sed si teneremus aliam opinionem, quod actor constituatur à tutore, & confirmetur à iudice, pro qua est tex. in d. l. actor. dum dicit, actor à tutore datus. & probatur in l. solent. ff. de tutel. ibi, tutor, permittente iudice, & tenuit Tancr. sub Rubr. de Syndico. de quo etiam per Innoc. in c. petitio, supra de proc. & de hoc casu videtur dicendum, ꝙ debeat libellum concipere nomine tutoris: moueor: quia tunc non dicitur actor agere, imò tutor dicitur agere per actorem, vt l. 1. C. de actore à tutore seu cura. dando. & quia hoc casu, actor tenetur cauere tutorem rem ratam habiturum. arg. l. 2. §. 1. ff. de curatore bonis dando, secundum Bar. in d. l. actor, & sic petit quòd aget, & libellum cócipiet nomine tutoris: quia aliàs non posset tutor ratum habere, per id quod statim dixi.

119 ¶ † Decimò quæro de œconomo, qualiter debeat libellum concipere. ¶ Sol. Dic, ꝙ agere debet, & libellum concipere nomine Ecclesiæ, tanquã rerum ipsius Ecclesiæ administrator & gubernator, & ideo debet scribi per œ dipthongon, & non ypsilon, vt quidam communiter dicentes yconomus, & malè: nam debet scribi per œ. est enim verbum Grecum dictum ab œcos, quod est domus, & nomos, quod est regula, vel lex: hoc est gubernatio & administratio domus. Idem œconomica, & non proferri per diphthongon, licet Ioan. Andr. in additio. Specul. in ti. de his, qui alieno nomine in iudicio interueniunt, §. œconomus. aliter dicat, sed pro nunc non insisto. cóclusio est, quòd est administrator bonorum Ecclesiæ. supra de sacrosan. Eccles. in l. iubemus. in princ. C. de Epis. & cle. in l. omnes. §. sed hoc nihilominus. 89. dist. in c. in quibusdam. §. 1. de offi. ordi. c. cum vos. infra de iur. calum. c. Imperatorum, & in Authen. quomodo oportet Episcopos. §. hoc enim. & ideo debet nomine Ecclesiæ libellum concipere, secundum no. per Innoc. Ioan. And. & Io. de Imo. in c. fi. supra de procu. maximè in rebus sacris, per l. in rem. §. loca. ff. de rei vendi. quod procedit: licet

ADDITIO.

a ¶ *Quando omnes de vniuersitate essent excommunicati, non videtur quòd possint constituere procuratorem vel Syndicum: secus si aliqui essent non excommunicati: quia totum ius collegij in illis habilibus remaneret, vt no. in l. sicut. ff. quod cuiusque vni. nomine. & Abb. in c. fi. de proc. & de man. actoris & Syndici, vide per Bar. & Doct. in l. actor. ff. rem ratam haberi.*

licet ab Episcopis constituatur, vt no. Glo. 16. quæstio. 7. in cap. quoniam. el 2. per d. §. sed hoc nihilo minus. Nam & ipse Episcopus, & quilibet Prælatus deberet agere nomine Ecclesiæ, vt dixi in 2. quæst. princip. in 2. casu.

120 ¶ † Vndecimò quæro, cuius nomine vicedominus debeat libellum concipere. ¶ Sol. Dic, quòd nomine Ecclesiæ, secundum Inno. Ioan. And. Ioan. de Imo. in c. fi. supra de procura. per tex. 89. distinct. c. volumus. faciunt quæ dixi in quæst. præceden. Est autem vicedominus, qui præest rebus Episcopalibus administrandis, vt d. c. volumus, & c. seq. & 1. quæst. 3. in cap. saluator. circa medium. versi. in nomine, & vide Spec. in tit. de vicedomino. & Glo. 16. quæst. 7. c. quoniam, el 2. Et idem dicendum arbitror de quo a cúque alio administratore [a] temporali vel perpetuo rerum Ecclesiasticarum, hospitalium, leprosariorũ, aut aliorum locorum piorum, sub quocunque nomine nuncupentur: ipsorum enim locorum nomine libellus concipiendus est. arg. prædictorum. vnde & castaldus, qui curam habet rerum exteriorum, qui aliàs dicitur maior domus, vt no. Ioan. in d. c. saluator, & Spec. in tit. de his, qui in iudicio alieno nomine interueniunt. versi. castaldus. siue sit orphanotrophus, leprosarius, vel similis: quia de nominibus non est curandum, vt in c. petitio. & ibi per Inno. & Doct. supra de procura. & hoc etiam volunt Innoc. Io. Andr. & Io. de Imo. in d. c. fi.

121 ¶ † Duodecimò quæro de tutore, cuius nomine debeat libellum concipere. ¶ Sol. Dic quod tutorio nomine pupilli, vt l. 3. §. sed & quod de tutore. ff. iudi. sol. vbi per Bart. & probatur in l. videamus. ff. de in lit. iuran. & in l. tutorem. in princ. ff. de his, qui bus vt indig. & in l. Polla. C. de his, quibus vt indign. & ar. à speciali in l. 2. C. qui accusa. non poss. & satis est ꝙ faciat sub commemoratione officij tutoris, licet non dicat tutorio nomine: quia etiam tunc tutorio nomine videtur agere, per l. cum post. §. 1. ff. de administr. tu. & l. fi. ff. de institoria. sed si nullam faceb ret mentionem [b] pupilli aut officij. Bart. loquendo tamen in materia cõtractus dicit, ꝙ si contractus celebraretur super re pupilli, & vterque sciret eum tutorem: intelligeretur tutorio nomine contrahere, per d. l. post mortem. §. 1. secus si alter cõtrahentium ignoraret, vel aliud exprimeretur, per prædictam l. 3. §. 1. versicu. sed & quod tutor. ff. iudi. sol. & ibi per Bart. & sic videtur dicendum in iudicio, in quo quasi contrahit, vt l. 3. §. item scribit. ff. de pecu. tutius tamen est, ꝙ in omnibus casibus apponatur, qualiter nomine pupilli vel tutorio nomine, secundum Bartolum ibi, qui remittit ad no. per se in l. 1. §. nunciatio. ff. de oper. no. nunc. & quod traditur in l. si ita stipulatus. §. Chrisogonus. ff. de verb. obl. Et ita procedunt in causis ciuilibus, sed in causis criminalibus, in quibus non potest interuenire procur. licet tutor accuset ad vtilitatem pupilli: non tamen potest accusare tutorio nomine, sed debet proprio nomine libellum concipere, vt in l. 2. C. qui accus. non pos. de quo vide latius ibi, & vide quod dixi supra in secundo membro, & in 6. quæst.

122 ¶ † Decimotertiò quæro de curatore. ¶ Sol. Dic quòd debet libellum cõcipere curatorio, vel adulti nomine: si est curator adulti: si verò esset curator maioris, fortè prodigi, mentecapti, vel furiosi, aut curator datus bonis, vel hæreditati iacenti, aut ventri, debet agere, & libellũ concipere nomine ipsius officij: aut furiosi, hæreditatis, vel ventris, &c. per ea quæ superius dicta sunt in præcedenti quæst. & in alijs superioribus.

123 ¶ † Decimoquartò quæro, quid de patre respectu filij, & econtra, de filio respectu patris. ¶ Sol. Quò ad primum distinguendum arbitror, ꝙ aut pater vult agere causam ad solum filium pertinentem: aut pertinentẽ pariter ad se & ad filium. Primo casu subdistingue, ꝙ aut agere vult tãquam legitimus administrator filij, & debet libellum concipere nomine filij, argumen. eorum, quæ superius dicta sunt in præcedentibus quæstionibus. facit l. filius. §. nam quod ad dotem, & quod ibi no. Bald. ff. de procura. Aduerte tamen, quia videtur ꝙ sufficiat simpliciter agere per ea quæ statim dicam de filio, aut pater agit tanquam coniuncta persona, non tanquam legitimus administrator, & dic vt dicam in sequenti quæst. Secundo casu, quando pater suo & filij nomine vult agere. Bald. in §. nam quod ad dotem, per illum tex. dicit, quando pater exercet actionem, quæ tangit se & filium suum, non est necessariũ formare libellum in personã vtriusque, sed sufficit formare in personam propriam ipsius patris. Et hoc etiam dicit tenere Iaco. de Are. in authen. causa quæ fit cum monacho. C. de Episc. & cle. & dicit tenere Spec. eod. tit. §. iam nunc videndum. ver. illud autem. quem ver. ego non reperi. quod ego arbitror procedere, nisi pater adiecisset talia verba, per quæ non posset comprehendi persona filij, vt quia diceret, siue proprio & priuato nomine, & pro suo interesse. Quò ad secundum quid econtra, si filius ageret pro patre? Dicendum arbitror, quòd aut agit tanquam procurator: quia etiam filiusfamilias potest esse procur. vt in c. qui generaliter. de procura. lib. 6. & l. filiusfamilias. §. ipse quoque. ff. de procur. cum sim. & dicendum, vt dixi in 6. quæstio. Aut agit tanquam filius, & subdistingue quod aut administrat negotia patris, aut non. Primo casu, vidi cõsultum, quòd agendo simpliciter videtur agere tanquam administrator, sicut in vno ex socijs, per no. per Cyn. & Bal. in l. cum te in Galliam. C. si cert. pet. & no. per Ange. in l. si vnus. in prin. ff. de pact. & per Innocen. in c. cum olim. infra de testi. & per Bart. in l. non tantum. ff. de appel. & per tex. iuncta Glo. in l. qui hominem. §. si gener. ff. de solu. quæ iura & autoritates, iudicio meo, non probant. aliqua enim loquuntur ratione proprij interesse, & volunt ꝙ possit agi nomine proprio: sed propter hoc non sequitur, quòd agendo simpliciter videatur agere etiam alieno nomine: licet quandoque propter alterius vtilitatem inseparabilem ab vtilitate agentis intelligatur nomine illius agere: hoc est ad vtilitatem illius, vt est tex. in d. l. non tantum, secundum vnum intelle-

---

ADDITIONES.

a ¶ *Quid possit actor, Syndicus, & eiusmodi administratores, vide per Alex. in consi. 22. 2. col. lib. 1.*

b ¶ *Quando tutor agit nulla facta mentione, an agat nomine pupilli, vide per Bar. in l. qui in aliena. §. si is qui. vbi Are. ff. de acquir. hær. & per Bar. Ro. & Alex. in l. si post dotem, in 5. lect. ff. sol. matrim.*

intellectum, & facit l. tutorem. in princ. ff. de his qui vt indig. & l. Polla eodem titu. vel potest dici, quod in d. l. non tantũ, non dicitur, quod appellando simpliciter videať nomine alterius appellare, sed quòd potuit sine mandato appellare nomine illius, ratione defensionis intentatæ in ipsa appellat. quia si sine mandato in causa ciuili & principali admittitur quis ad defendendum, vt l. liberto. §. fi. & l. qui soluendo. ff. de neg. gest. quanto magis in causa criminali debet admitti, vt in appellatione in qua maius vertitur periculum ad defendendum, secũdum nouum intelle. Domini Anton. de Prato veteri in d. l. non tantum. de quo latius ibi per eum in 7. no. sed si simpliciter talis libellum appell. conciperet pro damnato ad mortem, dicit ibi Barto. quod iudex non debet cogere ipsum declarare, an suo, vel nomine illius agat, per no. per Innocen. in d. c. cum olim. Alia vero iura quæ allegabantur supra in d. consi. volunt, quod non requiratur mandatum, vt d. l. cum te. sed ista non est bona consequentia: nõ requiritur mandatum, ergo potest agere nomine proprio: vel simpliciter agendo, nulla facta expressione quo nomine agat, quod videatur agere nomine illius, à quo non habet mãdatum, seu pro quo potest agere sine mandato, vt patet in tutore, curatore, patre, aut simili legitimo administratore, qui sine mandato admitterentur, & tamen supra demonstratum est, quod tales agentes, si volunt intelligi agere nomine administratorio, debent illud exprimere: aliàs intelliguntur nomine proprio agere, secũdum ea quæ dixi in 2. q. in 2. membro, & in 6. q. Item & quædam iura & autoritates in consilio prædicto deductæ, quę volunt, ꝙ quãdoque quis obligat se & socios, & etiam obligatur insolidum, vt d. l. cum te. non concludunt quod ex hoc sequatur quod simpliciter agendo videantur nomine suo, & nomine aliorum agere: nisi hoc exprimatur per aliqua verba, secundum ea quæ dicta fuerunt in dictis quæst. 2. & 6. Vidi etiam allegationes famosissimorum Doctorum, quòd si libellus dicebat, Marianus filius Socini, vel Marianus Socini, quòd debebat intelligi Marianus nomine Socini: quia patris persona repræsentatur in filio, vt in l. in suis. ff. de libe. & posthu. & in l. fi. C. de impuberũ,
a & alijs subst. 3 5. q. 3. §. hac autoritate. & vox [a] patris, vox filij. Inst. de inut. stipul. §. ei vero. & quia libellus debet interpretari secundum intẽtionem proferentis, secundum quod latius dicetur in c. 3. artic. 33. sed mihi non placet: quia illa adiectio nominis patris videtur facta ad demonstrationem personæ agentis: quæ aliàs remaneret incerta, ad quod vide quod dicam in c. seq. in 12. artic.

124 ¶ † Decimoquintò quæro de cõiuncta persona, cuius nomine debeat libellum concipere, si agit pro
b coniuncta. ¶ Sol. Aduerte, coniuncta [b] persona licet admittatur sine mandato ad defendendum, l. sed & hæ. ff. de procura. tamen ad agendum regulariter non admittitur, nisi caueat, vt ibi traditur. dic ergo quod agens tanquã coniunctus, eo casu quo posset agere vel cauere, debet exprimere in libello, qualiter tanquam coniunctus agit nomine talis coniuncti: aliàs simpliciter agendo videretur agere nomine proprio per ea quæ superius dicta sunt. tenet Barto. in l. vero. ff. de solut. & ibi etiam vult ꝙ debet concludere aduersarium cõdemnari sibi, tanquam coniunctæ personæ, ad dandum & soluendum illi pro quo agit, pro eo legitimè recipienti. nam si diceret, peto eum cõdemnari ad dandum mihi coniunctæ personæ, non procederet secundum Bartolum, ibi. facit etiam quod ibi no. in l. hoc iure. ff. de solutio. & quod traditur in l. 2. §. sed fortè ex liberis. ff. iti di. sol. & est bonus tex. & ibi Bart. in l. 2. ff. vt legatorum nomine caueatur. & l. qui hominem. §. si gener. iuncta Glo. ff. de solu. tenet Cyn. in l. 1. in 9. q. C. de procur. & Ang. in l. at ubi. aliàs incipit, sed si lege. §. quod autem ait senatus. ff. de pet. hære. licet Glo. ibi videatur contrariũ tenere, & male, secũdum Doct. sed Raph. conatur ibi eam saluare, sed ad præsens videre non potui. Arbitror posse saluari in patre, qui est legitimus administrator, & admittitur sine cautione, vt dictis iuribus.

125 ¶ † Decimosextò quæro de particulari persona alicuius vniuersitatis, vel societatis, qualiter debeat libellum concipere: & intellige, quando talis non vellet agere tanquam Syndicus, actor, vel similis: quia de his satis dictum fuit supra, sed quando vult admitti sine aliquo mandato. ¶ Sol. Aduertendum est quòd ille cui competit ius agendi, tanquam ius agendi ex aliqua causa, tanquam cuilibet de populo: debet libellum concipere nomine reipublicæ, & procedit libellus per l. non solùm. §. si cũ inter. ff. de no. oper. nunc. vbi videť casus. facit quod dicimus de delatore. ff. de leg. 1. l. si seruus plurium. §. penult. iuncta Glo. super verbo, id ei. & ff. de iure fis. in l. fiscus. vel melius, dicet in libello se facere tanquam quilibet de populo & ita obseruat practica, secundum Barto. in l. prouinciali. §. fi. de no. ope. nun. & vide Barto. in Rubr. C. de iure fisci. quod ita procedit libellus, si quis agit nomine vniuersitatis, si diceret nomine reipub. sicut si diceret nomine fisci. Vtrum autem nomine societatis vel singulorum de societate; sit formandus libel. Bald. in rubr. C. pro socio. dicit ꝙ nomine singulorum, & non societatis est formandus. Et istud procedit quando ageret cõtra ipsos de societate per l. actione. §. Labeo. ff. pro socio: sed si ageretur contra alios qui non sunt de societate, potest concipi libellus tam societatis quàm singulorum, secundum Bal. ibi. Et ex prædictis omnibus habes plura quæ possunt opponi contra libellum respectu conceptionis libelli quò ad personam agentis & libellum offerentis. Circa tamen demonstrationem fiendam de ipso agente, aliqua videbimus in c. seq. in 12. prin. artic.

126 ¶ † Circa tertium membrum princ. istius 7. principalis artic. vtrum quis in eodem libello posit agere suo, & alio nomine. breuiter dicendum est quod sic. hoc notant Bald. & Salv. in l. cum te in Galliam. C. si cer. pet. per illam l. & est bonus tex. in l. planc. ff. fam. ercisc. ibi dum tex. dicit, siue agendum partim suo,

ADDITIONES.

a ¶ *Vox patris, vox filij. Adde ea quæ no. mod. in l. fin. C. de impu. & alijs subst.*

b ¶ *Coniuncta persona, an sine mandato admittatur ad agendum, vide mo. latè in l. exigendi. C. de proc. & de materia hic tract. vide latius Alexand. qui disputat de veritate eorum quæ no. Barto. in l. vero, Alexan. in l. non solùm. ff. solu. matr.*

suo, & partim procuratorio nomine agatur, potest etiam quis agere pro parte iure suo & pro parte iure cesso, vt ibi dicit Bald. & sic possunt ista accumulari. vide quæ dicam de cumulatione in cap. 3. infra eod. artic. 9.

127 ¶ † Circa 4. membrum & vltimum, vtrum plures eodem libello possint agere contra vnum vel plures.[a] arbitror distinguẽdum respectu agentis, quòd aut loquimur in causa ciuili, aut in causa criminali. Primo casu Bart. in l. supra iter. §. Cassius. ff. de aqua plu. arcen. dicit quòd sic, quando actiones descendunt ex eodem facto: vnde ad aquam pluuiam arcendam nocentem pluribus propter nouum opus, possunt etiam plures eodem libello agere de aqua pluuia arcenda, secũdum Bar. ibi, qui allegat l. accu. ff. de accu. & l. secundã. C. si reus vel accusa. mortuus fuerit, sed loquuntur in causa criminali. idem etiam tenet Barto. in d. l. supra iter. §. officium. & ibi etiam tenet Ioan. de Imo. idem etiam Bar. & Ioan. de Imo. in l. 3. ff. de duob. reis. & sentit Bal. in l. si quis cũ procuratorio. §. si vnus. ff. de procu. Ego idem tenui, & latius dixi in duobus vel pluribus reis credẽdi, volẽtibus agere, in l. reis. ff. de duobus reis, in 11. princ. articu. quæstio. 11. Nec obstat prædictus §. Cassius. vbi tex. videtur innuere quòd plures eodem libello, nec agere nec conueniri possunt, quia vt dixi in d. l. reos. post Bar. licet ibi permittat agi separatim, non tamẽ prohibet agi simul. Et ideo si plures sunt rei credendi, vel quibus ex eodem facto acquiritur actio, & simul consentiunt: possunt eodem libello simul agere, argu. l. stipulatio. §. fin. ff. de no. ope. nunc. & in l. hæres. §. si inter me. ff. famil. ercisc. tenet Bald. in d. §. Cassius, & Spec. eod. tit. §. fin. versi. sed pone T. & sequen. & Azo in sum. in ti. de ord. cog. Bald. & Ang. in l. 1. C. si plures vna sententia. & traditur etiam in l. 2. & 3. C. quomodo & quando iudex. & ibi Bar. & Bal. in l. 1. & per totum. C. si vnus ex pluribus. & per Ang. in l. si idem cum eodem. ff. de iurisdictio. omn. iudi. & per Oldr. consi. 206. vbi dicit, quòd licet plures eodem libello agant contra vnum, non implicatur contrarietas, facit etiam quod no. in c. cum M. supra de constit. & in c. constitutus. supra de electio. & in cap. cum pridem, supra de pact. A. B. Vtrum autem plures possint unum diuersis libellis conuenire, non est materia nostra. dic vt dixi in cap. 1. de ordi. cogn. art. 20. quæst. 4. & 5. Et no. quando plures eodem libello agunt, vel conueniuntur, videtur, quòd sufficiat spesificare sub nomine appellatiuo. no. post Zab. in c. 1. de restit. spol. & alle. etiam c. 2. de ordi. cogn. Ma.

¶ Secundo casu, cum loquimur in causa criminali. tex. videtur expressus in l. accusator. bus. C. de accu. quòd plures[b] eodem libello possunt vnum accusare. Sed aduerte, quia ille tex. habet varios intellectus: & variæ sunt doct. opin. Sed arbitror distinguendum post Bar. de Saly. quòd aut plurium simul accusantiũ cuiuslibet interest ratione officij, & tunc debent vno libello, non diuersis agere, vt in l. senatus. C. qui accu. non pos. & ibi etiam Salyc. vnde plures tutores vel curatores nõ possunt accusare vnum diuersis libellis, sed tenentur eodem libello accusare. facit. l. 2. C. qui accusa. non poss. quæ loquitur in plurali, & ita est intelligenda. l. 1. C. si vnus ex pluribus. & ratio est, quia omnes repræsentant personam vnius offensi, qui est pupillus. vnde sicut ipse non posset vnum varijs libellis accusare, vt l. licet. §. fin. ff. nautæ, caupo. stab. ita nec tutores eum repræsentantes, nec ex eo ꝙ isti sint plures, dicitur reus distringi in plures aduersarios, propter quod Pet. & Cyn. voluerunt, quod non admitterentur omnes, per l. ne in plures. ff. de exerci. sed magis idoneus esset eligendus, per l. si plures. ff. de accusa. Et quia huic opi. obstabat d. l. si accusatoribus. respondebant Pet. & Cyn. ꝙ plurale ibi resoluitur in singulare, & idem tenuit Rayn. per l. directo. ff. de adminis. tut. reprobata glo. in l. 1. C. si vnus ex plurib. tenuit etiã Cyn. in l. fi. de collu. detegen. Sed ista opi. non placet, sed prima: quia omnes isti censentur vnus, ideo omnes admittuntur. quod tenuit Iaco. de Are. & est cõmunis opin. citramontanorũ. facit etiam: quia cum damnum periculi sit ad tutores reuersurum, sequitur quòd ille qui læsit pupillum, potentialiter videtur læsisse tutores, & ideo ab omnibus vno libello permittitur accusari. ff. de noxa. in l. si in re communi. in princ. & sic non ob. l. ne in plures. quia loquitur, quando cum vno tantum quis contraxit, vel vnum solum quis læsit. Si verò cuiuslibet eorum interest ratione propriæ & communis iniuriæ, puta, si seruus communis sit occisus, & tunc possunt etiam plures in eodem libello accusare, vt d. l. si in re communi. ff. de sepul. vio. in l. 2. §. si ad plures. nec possunt diuersis libellis agere, ex quo propter idem, & ad idem agitur: & ratio, ne de delicto eiusdem hominis, sæpius quæratur. ad quod vide quæ latè dixi in c. de his. intra de accusa. Aut eorum interest non ratione singularis communis iniuriæ, vel communis officij, & tunc nec diuersis libellis, nec eodem libello possunt plures eundem accusare, sed debet eligi magis idoneus, ne reus in plures aduersarios distringatur, vt d. l. ne plures, & ne de delicto eiusdem hominis sæpius quæratur, vt d. l. licet. §. fi. facit. l. hi tamen. §. fi. ff. de accusa. & l. qui de crimine. C. qui accusa. non pos. Si tamen[c] fuerunt admissi ante lit. contesta. seu post nomen accusati recepti inter reos, an possent repelli: posset dubitari. Salic. concludit, ꝙ si eodem libello accusant, non possunt repelli: quia pars accusata renunciauit saltem tacitè iuri suam vtilitatem respicienti: ideo amplius nõ auditur, & hoc voluit glo. in d. l. si accusatoribus. in primis duabus solutionibus. Si verò diuersis libellis vellent accusare, non admitterentur, & mihi placet, & ex his habes expeditum 7. prin. art.

¶ Octauò principaliter quæro, cõtra quem libellus debeat concipi. prosequar infrascripta membra.

¶ Primum, respectu illorũ, qui seipsos regunt & administrant, & integram habent personam.

¶ Secun-

ADDITIONES.

a ¶ *Adde Doct. in l. si quis. & l. omnium. ff. de proc. l. iam tamen. ff. iud. so. bonum tex. & Bart. no. in l. si quis procur. §. 1. ff. de proc. per Aret. in l. 3. ff. de duobus re. Ro. in consil. 340. & Soci. 231. lib. 2. colum. 5. versi. circa tertiam dubitationem.*

b ¶ *Vide Bart. in l. si plures. ff. de accusat.*

c ¶ *Si tamen. An & quando possint plures vnum accusare, vide Areti. latè & subtiliter in c. olim, in 3. col. extra de accusa.*

¶ Secundum, respectu eorum, qui per administratores, seu defensores reguntur.

¶ Tertium, an contra aliquem partim suo, & partim alieno nomine libellus concipi posit.

¶ Quartum, an plures posint eodem libello conueniri.

¶ Quintum versabitur respectu iudicis, cui offerendus est libellus, & hoc per remisionem.

128 ¶ † Quò ad primum membrum dic breuiter, ꝙ libellus concipi debet contra illum, quem intendo condemnari ad aliquid dandum, vel faciẽdum, iuxta petitionis & conclusionis formam, per tex. in authen. offeratur. C. de li. contest. & 3. quæstio. 3. cap. offeratur. Ex quibus circumstantijs & demonstrationibus debeat exprimi conueniendus, dicam in c. seq. in 12. artic.

¶ Sed quæro circa prædicta, quid si aliquis vult agere contra aliquem ratione subiectionis, [a] vt quia dicit eum vasallum, vel filium, aut seruum suum, cõtra quẽ debeat libellum concipere. Sol. Dic post Innoc. Ioan. And. Dom. Anton. Dom. me. & Ioan. de Imo. in c. inter quatuor. supra de maior. & obed. plurimis additis, ꝙ aut illi, à quibus petit subiectio, gerunt se pro liberis: tunc contra eos concipiendus & dandus est libellus, facit quod habetur infra de re iud. c. cum inter. & l. per hanc. cum ibi notatis. ff. de rei vendic. vbi bona glo. in hac materia. probatur ẽt in l. 1. §. hoc autem interdictum. ff. de lib. exhiben. & quod ibi no. Bart. facit etiam quod habetur in c. cum olim. infra de causa poss. & proprie. Aut tales ab alio posidentur, & tunc aut petitur subiectio nõ derogans possesioni alterius, vt quia petitur aliqua subiectio, quæ dicitur deberi ab aliquo: quæ tamen subiectio inest, seu subest subiectioni alterius, vt puta: quia posidetur tanquam subiectus Episcopo ab ipso Episcopo, & modo petitur ratione subiectionis Archidiaconalis, vel Abbatialis, aut alterius prę lationis: quę omnes prelationes subsunt Episcopo: vnde agens non intendit præiudicare subiectioni Episcopi. Et hoc casu, idem dicendum est: quia agi atque concipi debet libellus cõtra ipsos, qui prætenduntur agentes quò ad ipsam prælaturam. argu. cap. ad hoc, infra de exces. præla. 11. q. 3. cap. qui resistit. cum seq. Arbitror tamen, quòd dominus principalis hoc casu posset asistere iudicio: quia interest sua ne plures habeant superiores: sed quia non est principalis materia nostra, vide per Dom. Ant. & D. M. in d. c. auditis. Aut quis intendit cõsequi subiectionem [b] quam alius posidet, & tũc præiudicetur posidenti, debet libellus formari, & agi contra ipsum posidentem subiectionẽ, & non contra subditũ, vt dicit glo. 2. in d. c. inter quatuor, & no. etiam gl. in c. cum venerabilis. infra de relig. domi. & probatur in c. auditis. infra de præscript. & in c. 2. de testi. lib. 6. & ibi d. Do. & in l. fi. ff. de libe. ho. exhib. & ff. de serui. in l. fi. & ff. si serui. vendi. in l. is, cuius. 16. quæst. 3. c. inter. ad istam enim subiectionem non potest agere cõtra subiectos: quia nullus sibi ipsi obedientiã, aut seruitutem debet. ff. de acquir. rer. dom. in l. liber homo. Nec mirum: quia nec in re propria potest quis habere seruitutem, vt in l. re communi. ff. de ser uit. vrb. præd. Et pro prædicta decisione facit tex. & quod ibi no. Barto. in d. l. 1. §. hoc autẽ interdictum. ff. de lib. exhiben. Sed si vellet agere solummodo ad finem, vt præiudicetur ipsi possesso. tunc concipiet libellum contra eum, & hoc casu, aut cõuentus confitebitur se subiectum agenti, & sententia feretur cõtra eum, propter quam non poterit dicere se nõ subiectum: sed possessori absenti & non citato, non fiet præiudicium, vt d. c. inter quatuor. sed si neget se agẽti subiectũ, & fortè alteri dicat se subiectum: potest agi contra eum ad hoc, vt in ipsius præiudicium super subiectione ipsius feratur sententia: quę sibi & non alteri præiudicabit, per d. cap. inter. Et ideo cautius est, quòd detur libellus contra posidentem subiectionem: vel saltem ipse posidens citetur in processu fiendo contra subiectum, vt sic sibi præiudicetur, secundum ea quæ no. Host. in d. c. inter. & Cyn. in l. 1. C. de aduo. diuer. iudi. Nec ob. prædictis, si diceretur, quòd processus factus contra subiectum debet præiudicare domino circa possesionem, per id quod habetur in l. 1. §. quod si seruus. ff. de acquir. poss. quia ibi loquitur in possesione rei corporalis, quam tenebat colonus, vel seruus nomine domini: hic autem loquimur de quasi possesione iuris incorporalis: videlicet obedientiæ quam subiectus sibijpsi non potest posidere: cũ nemo seipsum posideat, vt dixi. Et ita dicit Dom. Ant. in d. c. inter quatuor. Vel potest solui cõtrarium, secundum Ioan. de Imo. quòd ibi in contractu interuenit factum serui vel coloni, qui tradebat rem alteri, & sic intendebat rem in alterum transferre. sed hic loquimur in sententia iudicis lata contra vnum, per quam in dubio non videtur præiudicare iuri alterius, vt voluit Innoc. infra vt li. non contest. c. quoniam. §. si super. & Barto. in l. 2. C. vbi in rem actio. Sed quia quo ad præiudicium fiendum per sententiam [c] non est materia nostra, ideo omitto, vide Docto. & quæ ibi dixi in c. cum super. infra de re iud. & latius per Io. de Imo. in l. sæpe. ff. de re iud. põt etiam agi contra vtrunque: videlicet contra subditum, & contra detinentẽ ipsum contra subditum: quia non obedit nec permittit actorem vti iure suo, nolendo eidem obedire. Contra verò ipsum detinentem potest agi ex eo, quia ipsius detinentis interest, cũ sit in possesione subiectionis, vt d. cap. inter quatuor. cum alijs iuribus supra allegatis, & secundum prædictam distinctionem debet intelligi theorica Bar. in l. 3. §. hoc autem interdictum. ff. de lib. exhib. ubi dicit, quòd si ciuitas detinet castrũ vel villas, in quibus aliquis prætendat ius, debet libellus cõcipi contra detinentem: sed quando à nemine detinetur, debet concipi contra ipsos, per illum tex.

¶ Quò ad secundum membrum, qualiter debeat concipi libellus contra illos, qui per alios administrantur, seu gubernantur: vel alios administrant, prosequar istum ordinem: quia posita quadam regula, prosequar infrascriptas quæst.

¶ Prima

ADDITIONES.

a ¶ *Contra quẽ sit dirigẽdus libellus ratione subiectionis, vide ea quæ latè tradit Fel. in c. cũ super. de re iud.*

b ¶ *De hoc vide etiã eundem Abb. consi. 189. vbi quærit, an sententia lata contra subiectum præiudicet posidenti eam subiectionem.*

c ¶ *Vide Alexand. in sua diuina repetitione l. sæpe. ff. de re iudic.*

¶ Prima erit, an sit concipiendus contra Prælatum, an contra Ecclesiam.

¶ Secunda, an contra syndicum, œconomum, vel actorem, an vero contra ecclesiam, vel vniuersitatem.

¶ Tertia, an possit concipi contra procuratorem simplicem.

¶ Quarta, an contra procuratorem in rem suam.

¶ Quinta, an contra defensorem.

¶ Sexta, an contra infantem, vel pupillum, vel contra tutorem.

¶ Septima, an contra minorem, vel curatorem.

¶ Octaua, an contra furiosum, mente captum, vel eius curatorem.

¶ Nona, an contra prodigum vel curatorem.

¶ Decima, an contra monachum, vel monasterium, seu Abbatem.

¶ Vndecima, an cõtra serui vel eius dominum.

¶ Duodecima, an contra filium vel patrem.

¶ Regula igitur sit & fundamentum ad infrascri-
129 pta dicenda, † quod quotiescunque datur facultas cõcipiendi libellum contra principalem cõcipiatur, & detur contra ipsum principalem, & ita dicit Old.
a in authen. sed hodie.[a] C. de Episc. & cle. vbi dicũt, quòd sapientes dictant potius libellum contra principalem, quàm contra procuratorem: quia si procurator nõ esset legitimus, libellus esset nullus, & idem est dicẽdum eadem ratione de syndico, œconomo, actore, & similibus.

130 ¶ † Sed primò quęro, vtrum libellus sit cõcipiendus contra Prælatum, an verò contra ecclesiam. Sol. Dic, ꝙ potest concipi contra ipsum Prælatum, vel rectorem ecclesię, vt conueniatur nomine ipsius ecclesiæ: vt puta, coram vobis, &c. Ago ego M. contra B. Pręlatum vel rectorem talis ecclesię, qui nomine dictæ ecclesiæ debet mihi centũ, &c. vt dicit Spe. eo. ti. §. iam nunc. ver. contra syndicum. posset etiam agi, & libellus concipi contra ecclesiam, licet ecclesia sit res inanimata. hoc probat tex. in d. authent. sed hodie. ibi, actionibus contra ecclesias propositis, secundum Spe. in d. ver.

131 ¶ † Secundò quæro, an possit concipi cõtra syndicum, œconomũ, vel actorem ecclesiæ aut vniuersitatis. Sol. Dic, ꝙ vtilius esse videtur concipere contra Prælatum vel ecclesiam: potest tamen cõtra prædictos ecclesiæ vel vniuersitatis nomine concipi contra syndicum, hoc modo: coram, &c. Ago contra B. syndicum talis ecclesiæ vel vniuersitatis, nomine ipsius ecclesiæ vel vniuersitatis, vel ago contra B.
b œconomum talis ecclesiæ, nomine[b] ipsius ecclesiæ, vt in c. inter dilectos. infra de fi. instru. & sic de alijs, secundum Spec. in d. ver. contra syndicum. Subdit tamen Io. And. ibi in addi. ꝙ vsus curiæ admittit, vt vtrunque ponatur hoc modo: Ago contra B. syndicum, œconomum, actorem, seu procuratorem talis ecclesiæ, & hoc concordat iuri canonico, secundum quod omnes administratores vocantur procuratores, vt in c. petitio. & in c. quia in causis. supra de procura. licet, secundum leges, videatur fieri diuersitas, secundum ea quæ tradit Spec. in tit. de his, qui alieno nomine in iudicio interueniunt. per totum, & aliqua tetigi, supra in 7. prin. præced. artic. & subiungere, & ago contra ipsam ecclesiam, per dictam authen. sed hodie.

132 ¶ † Tertiò quæro, vtrum contra procuratorem simplicem possit concipi libellus. Sol. Dic ꝙ sic, vt ago contra B. procuratorem M. nomine ipsius M. vt in d. cap. inter dilectos. in princ. de fide instrum. tenet Specu. eod. titu. §. iam nunc. ver. contra procuratorem.

133 ¶ † Quartò quæro, vtrum contra procuratorem in rem suam possit concipi libellus, vel contra dominum: hoc est, contra cedentem. Sol. Dic, quòd est in electione volentis agere, vtrum formet libellum cõtra procuratorem in rem suam: an verò contra dominum. potest ergo eligere quem malit, vt est
c tex. in l. si actor[c] malit. ff. de procu. secundum vnum intellectum.

134 ¶ † Quintò quæro, vtrum possit concipi libellus contra eum, qui promisit seu cauit defendere. Sol. Dic, quòd sic. sed si talis non vult defendere, non cogetur, sed sufficit stipulationem committi. ff. de procurat. in l. si defunctus. sed si iudicium suscipe ret, in eum daretur actio iudicati, vt in l. Plautius. ff. de procurat. secundum Vincent. in d. cap. inter dilectos. in princ. tenet Spec. in d. §. iam nunc, ver. quid si aliquis.

135 ¶ † Sextò quæro, an contra pupillum, vel contra tutorem debeat formari libellus. Sol. Dic quòd aut est infans minor septennio, & agi debet contra solum tutorem, si habet: alioquin debet peti quòd tutor detur pupillo, vt l. 1. §. 1. ver. ita tamen. ff. de administ. tut. & ibi gl. & no. glo. in authen. causa quæ fit cum monacho. C. de episc. & cle. facit l. si infanti. C. de iu. delib. talis enim secundum Azo. nõ potest in ius vocari: & est bonus tex. in l. quique. in princ. ff. de in ius vocan. & no. in l. 2. ff. de condic. fur. & l. fin. C. qui legitimam personam, & agens hic dicet in libello, cõqueror de P. tutore B. pupilli infantis. aut est maior septennio, & debet agi contra eum authoritate sui tutoris, vt puta, Conqueror de B. pupillo, & P. eius tutore. infra de testa. cap. Raynutius, & quod no. in l. potuit. C. de iure delib. tenet Spec. eo. tit. §. iam nunc videndũ. ver. porrò, & sequẽti. quod intellige, nisi pupillus esset absens, per ea quæ statim dicam in sequenti. & ad hanc quæst. adde quæ ibi dicam. A. B. Et vide quod dixi infra de dila. in rubrica, in materia citationis. artic. 5. quęst. 19. & articu. 19. q. 19. Ma.

136 ¶ † Septimò quęro de pubere, seu minore 25. annis. Sol. Dic, quòd si habet curatorem, & minor sit præsens, aget contra puberem, & in eius persona informabitur libellus: respondebit tamen minor cum authoritate curatoris, vt d. l. 1. §. in causis. ff. de admi. tuto. videtur tamẽ ille tex. probare, quòd etiam agi posset contra curatorem: intellige, nomine adulti. Si verò pubes abesset, debet concipi libellus in personam ipsius curatoris, vt d. l. 1. §. absentibus. Si verò non

ADDITIONES.

a ¶ *Vbi Bald. idem dicit & refert Oldr.*

b ¶ *Prælatus debet conueniri nomine ipsius ecclesiæ, de qua materia vide latè. Abb. in c. 3. infra de dila.*

c ¶ *L. si actor, est fin. secundum Pau. ibidem. quòd si actor ideo malit agere contra dominum, vtpote legaliorem: quòd non cogitur admittere, etiam in rem suam: quod est annotatu dignißimum.*

rò non habet curatorem, petetur sibi dari, & dabitur curator ad litem, etiam ipsi inuito, secundum Spe. in d. §. porrò. per prædictam l. potuit, & l. 1. & 2. C. qui legi. person. & l. 1. C. qui pet. tuto. vel cur. & l. qui habebunt. §. idem Cassius. ff. de tuto. A. B. Idem tenet Io. And. in addit. Spec. in tit. de reo. versi. item non potest agi contra infantes. & Roffre. in libellis suis, in tit. 8. Ma.

¶ Sed aduerte: quia glo. in d. l. 1. §. in causis. de admin. tuto. videtur sentire simpliciter, q̃ sit in facultate [a] agentis, an velit tutorem vel pupillum conuenire. loquitur tamen multũ obscure, & sic idem videtur dicendum de curatore & adulto. sed dicũt ibi Iacob. de Arena, & Petr. quòd duo sunt ibi considerãda.

¶ Primò, cuius sit electio conueniendi. & concludunt, q̃ est electio creditoris, quem velit conuenire, pupillum vel adultum: tutorem aut curatorem. Secundò, quis respondebit. & concludunt, quod est electio administratoris, vtrum ipse respondeat, vel respondere faciat pupillum vel adultum: quod intelligo, si modo pupillus non sit infans, vel minor non sit absens. Barto. verò ibi refert aliquos dicere, q̃ practica est, q̃ primò citetur tutor, & interrogetur, vtrum velit defendere per se, vel pupillo defendenti authorari. & ex hoc actor reddetur certus contra quem formabit libellum. subdit tamen Barto. se putare, q̃ possit formare contra pupillum, & quamlibet personam pro eo legitimè interuenientem, & q̃ ita admittit cõsuetudo: fortius ergo & contra adultum, & ratio est: quia nõ est in potestate actoris, quem certũ cõueniebat, nisi principalem, & ideò videtur permitti huiusmodi incertitudo dum dicitur, & quamlibet personam legitimè pro eo interuenientem. quia ista est regula, vbi incertitudo causatur ex facto rei, admittitur libellus incertus, vt l. 1. §. qui autem. ff. quorum lega. de quo latius dicam in c. seq. artic. 12. In adulto verò, non est dubium: cùm sit in potestate actoris, quem conueniat, per d. §. qui autem, secundum Barto. & sic videtur velle Barto. q̃ omnino sit conueniendus adultus.

¶ Sed tu aduerte, quia tex. in d. l. 1. §. in absentibus. formaliter dicit, in absentibus autẽ adultis omnimodo cõtra curatorem aget, & sic propter dictionem, omnimodo, [b] quę de sui natura est necessitatiua, vt in cap. fin. iuncta glo. fin. de offi. deleg. lib. 6. & no. Ioan. Andr. in cap. 1. & in c. statutum. de rescr. lib. 6. videtur, q̃ hoc casu, non adultus sed curator sit conueniendus per illum tex. & secundum quod voluit Spec. in d. ver. porro. & sequ. cogitabis. Esset tamen cautum vtriusque personam comprehendere in libello.

137 ¶ † Octauò quæro, quid si conueniendus est furiosus, aut mente captus. Sol. Spe. co. ti. §. iã nunc. ver. porrò. & sequen. dicit, q̃ idem in furioso & mẽtecapto, quod dictum est in pupillo & minore. Sed tamen aduerte: quia cum isti æquiparentur infantibus, & præsumantur abesse, cùm nihil intelligant, vt l. 2. §. peti. ff. de iure codicil. videtur, quòd debeat agens libellum cõcipere contra curatorem furiosi, seu mentecapti, si illum habet: aliàs debet peti, q̃ illis detur curator, vt dixi de tutore respectu pupilli, & curatore respectu minoris. nam & isti nõ possunt in ius vocari, vt in l. quique. in princip. ff. de in ius voc. vnde sicut dixi, q̃ contra pupillum vel minorem absentem, aut contra infantem, licet præsentem non debet concipi libellus: sed contra tutorem vel curatorem, & ita hic idem videtur dicendum: cum prædicti absentibus & infantibus æquiparentur. adde tamen ad prædicta, quæ statim dicam de monacho in 10. q. Nam & ibi dicta videntur posse adaptari furiosis, mentecaptis, infantibus & absentibus pupillis.

138 ¶ † Nonò quæro, quid de prodigo. Sol. Dicendum arbitror, quòd contra ipsum possit concipi libellus, sed respõdebit per procuratorem, si habet. item potest concipi contra curatorem in curatorio nomine prodigi, & etiam hic vtcunque, per ea quæ superius dicta sunt, & quæ statim dicam in sequenti quæstione.

139 ¶ † Decimò quæro de monacho. Sol. Tex. in authent. causa quæ fit cum monacho. C. de episco. & cleri. videtur velle, quòd debeat formari contra monachum, & contra monialem, sed tamen debebit fieri cum authoritate Abbatis, vel syndici monasterij, secundum Iacob. de Are. Petr. verò ibi voluit, quòd cum ipso monacho non possit fundari iudicium, tanquam cum mortuo. ad hoc. ff. de iudic. l. non idcirco. §. fin. quod Bald. dicit esse verum, nisi monachus habeat administrationem, vel consensum, aut authoritatem sui Prælati, per l. si longius. §. fin. ff. de iudi. Subdit tamen ibi Bald. quòd circa hoc possunt quatuor considerari. Primum est facti narratio, & istud non potest mutari in propria origine. C. de procurator. l. qui stipendia. in l. 1. C. de impo. luc. descript. lib. 10. & in l. si ex plagis. §. in cliuo. ff. ad leg. Aquil. Secundum est ipsa obligatio, quæ potest diuersimodè considerari. Nam quidam dicunt, quòd obligatio transfertur, si monasterium habet vniuersalem successionem bonorum: aliàs non, vt l. si peculium. §. primo. ff. de peculio. Alij verò dicunt, quòd obligatio transfertur in monasterium, tanquam per mortem monachi: ita quod monasterium tenetur directa obligatione, & monachus est libertus. argumen. ff. de capi. dimi. in l. tutelas. §. si libertus. Sed verius dici potest, secundum Bald. quod directa obligatio adhuc cohæret ipsi monacho, & quod monasterium tenetur tanquam procurator in rem suam. argumen. §. fin. Insti. de acquisitione per arrogationem. vnde iura quæ loquuntur de procuratore in rem suam, ex parte rei habent locum in hac materia. ff. de procur. in l. si actor malit. de quo latius dixi supra in quarta quæstione istius articuli. Tertio vero considerandum est vulgaris formula, & ipsa libelli conceptio, quæ principaliter consistit in conclusione: quia terminus libelli est ipsa conclusio, vt no. Innocen. in cap. super literis. de rescript. de quo dicam latius in cap. sequen. in 12. princip. articu. versic. & in hoc sunt opin.

ADDITIONES.

a ¶ *Contra quem debeat formare libellum actor, seu creditor minoris, vide etiam per Alexan. in consi. 122. colum. 2. lib. 1.*

b ¶ *De hac dictione, omnino, & omnimodo, vide Roman. in singu. suis, in princip.*

opin. quidam dicunt, quòd debet concludi ad condemnationem monachi, & fiet executio in monasterium: sicut dicimus in filio & patre. ff. solu. matrimon. in l. si filia. & ff. de noxa. in l. & si condemnatus. & hoc tenet Iaco. de Are. Alij dicunt, ut Petr. de Bellapertica, quod debet concludi ad condemnationē monasterij ex persona monachi, quod est verius, vt credit Bald. & quia ex his, quæ post monachationem contingunt, non obligatur monasterium, fit condemnatio monachi: nec officiet monasterio, vel vt vtraque opin. saluetur, dicit Bal. vtrunque condemnandum. & sic contra vtrunque libellum concipiendum. Quartò considerandа est executio sententiæ, sed non est materia nostra. Sed aduerte: quia videtur distinguendum, quòd aut contra monachum agitur ciuiliter, aut criminaliter. Primo casu videtur subdistinguendum, quòd aut agitur de contractu celebrato per monachum ante ingressum, aut post. Primo casu habet locum dicta authent. causa quæ fit cum monacho. & monasterium, vel monachus, vel syndicus, conuenitur:[a] vnde potest sic concipi, Coram vobis, &c. conqueror de P. monacho, &c. à quo peto decem, quæ mihi debet ex tali contractu vel promissione, &c. Nec ob. quòd monachus habeatur pro mortuo, vt l. Deo nobis. C. de Episcopi. & cler. 2. quæstio. 7. cap. placuit, & sit similis seruo. 54. distin. cap. multos. vnde sicut seruus non potest esse in iudicio, vt l. seruus. C. de iudic. & l. vix certis. ff. de iud. & l. 3. §. seruus. ff. de peculio, cum sim. Ita videtur, quod nec monachus: quia respondetur, quod monachus nō veniet ad iudicium, sed Abbas, vel syndicus monasterij, vt d. authen. causa. ibi, siue per Abbatem, siue per alios. & in Authen. de sanct. Episco. §. monachus, secundum Specul. in titu. de sta. mo. in ver. porrò. vel potest libellus sic concipi, Coram, &c. conqueror de B. syndico, seu œconomo talis monasterij, à quo peto decem ex contractu venditionis, &c. factæ P. monacho dicti monasterij, &c. vt in Authen. apud quos oporteat monachos. §. præterea. ibi, siue per responsales, siue per alios, collatio. 6. & argum. C. de Episco. & cler. in l. omnes. §. nihilominus. Alij verò sic concipiunt, Coram, &c. conqueror de tali monasterio ex persona B. monachi, cui ante quàm intraret dictum monasterium, vēdidi talem librum pro pretio decem florenorum, quos adhuc mihi non soluit. C. de Episco. & cleri. authent. licet hodie. ibi, actiones contra ecclesias propositas. facit. ff. de administr. tut. l. 1. §. sufficit sub quacunque tamen ex prædictis formis concipias libellum, veniet Abbas, seu syndicus ipsum monachum defensurus, & quis debeat condemnari, aut contra quem sententia mandari executioni, non est præsentis indagationis, vide per Speculat. in d. ver. porrò, & pluribus sequentibus. Si verò quis iam effectus monachus contraxit, esset conueniendus, sibi imputet, qui cum eo contraxit: cum nihil possit habere, vt in cap. cum ad monasterium. infra de sta. mo. cum simi. vnde monasterium non posset conueniri nisi inquantum esset factum locupletius:[b] quia ad id tūc solùm posset conueniri. de quo 54. distinct. cap. preterea. & ff. de peculio. l. 1. & potest agi contra monasterium vel syndicum, facta narratione, ex qua apparet monasterium obligatum. ad quod vide quod tradit Specula. in titu. de statu mona. versic. cæterum. Si verò loquimur de causa criminali distingue, quod aut loquimur de crimine commisso ante professionem, aut post. Primo casu, frustra videtur quæri de libelli conceptione: quia omnia crimina per ipsum ingressum videntur extincta, vt in Authen. de monachis, in princip. collat. 1. tradit Specula. in titu. de reo. ver. nunquid post conuersionem. ad quod vide quæ latissimè dixi in cap. ad audientiam, infra de homi. in 10. princi. art. quest. 3. Arbitror tamen, quòd si ex delicto monachus esset factus locupletior, quòd posset conueniri monasterium, sicut pro causa ciuili, & libellus concipi, sicut supra dixi in causa ciuili. Et hoc in quantū hæreditas, vel bona peruenissent ad monasterium: quinimo licet hæres ex delicto defuncti non videatur obligatus, nisi quatenus defunctus esset factus locupletior: tamen in monasterio successore videtur aliter dicendum de iure canonico, vt quantum vires hæreditatis & bonorum sufficiūt, teneatur ex delicto monachi: licet monachus non esset factus locupletior, secundum glo. & Docto. & maximè Ioan. de Imo. in cap. 1. infra de sol. iunctis notatis in cap. fin. de sepul. & in cap. in literis. de rap. facit 12. quæstio. 2. in cap. Episcopus qui filios. & 40. distinct. cap. 1. Intelligendo tamen, secundum glo. & Docto. in cap. 1. de solu. Sed pro delictis commissis post ingressum, videtur libellus cōcipi contra monachum, per cap. dilectus filius A. infra de simo. Non tamen quò ad pœnam pecuniariam: cum non habeat proprium, vt in cap. cum ad monasterium. infra de sta. reg. & 12. quæstio. 1. cap. nolo. quod procedit, nisi Abbas vellet eum defendere. ff. de iud. in l. si seruum. sed Roffr. in libellis in tit. 8. vult, quod monachus & similes, si delinquunt, accusantur sicut deportati, vt in l. aut damnum. §. inter eos, & l. in seruorum. §. quod enim. & l. capitalium. §. in exulibus. ff. de pœ. & in l. si cui. §. fin. ff. de accus. in Authen. de sanct. Episco. §. si monachus. facit infra de priuil. credentes. et auth. qua in prouincia. C. vbi de crim. agi oportet. dicit tamen Martinus de Fano, quod si monachus accusetur de crimine, ipse defendet: licet Abbas possit ei assistere, per l. 1. & 2. C. de accus. et per alia multa iura. Sed non est materia nostra, vide per Spec. in titu. de reo. versic. sed an monachus. Sed aduerte ad id quod dixi de pena pecuniaria, quia arbitror hoc procedere, nisi ipsi, quāuis professo, aliquid acquireretur, & per ipsum monasterio: vt puta, Si ex testamento vel ab intestato: aut ex donatione facta sibi ipsius cōtemplatione aliquid acquisiuisset: quia hoc casu acquireret monasterio, cum hoc tamen, vt satis fieret creditori suo. ar. no. per Ioan. Andr. in c. 1. supra de obligat. ad ratiocinia. si rectè memini, quia nunc venit in mente: & tūc libellus esset concipiendus, secundum quod dixi de causa ciuili.

140 ¶ † Vndecimo quæro de seruo. Sol. Aduerte, quia

ADDITIONES.

a ¶ *Monachus potest conueniri, verum citari non potest. l. 2. vbi gl. no. ff. de in ius vocan. & videndus est Specul. in ti. de statu mo. ver. N & seq.*

b ¶ *Vt in pupillo, furioso, & similibus, qui non habet consensum. l. 3. in princ. ff. commoda.*

quia seruus regulariter non pōt esse in iudicio, vt in l.seruus.C.de iudi.in l.vix certis.ff.de iud.& ideo seruus non videtur posse cōueniri: si tamen dominus est obligatus de peculio, vel de in rē verso, vel quod iussu, concipietur libellus contra dominum, & non contra seruum, vt puta; Coram, &c. conqueror de P.&c.domino B.serui, à quo peto decem per actionem de peculio, vel in rem verso, vel quod iussu, secundum Specu.eod.titu.§.iam nunc. vers. ad hoc si petas aliquid.

141 ¶ † Duodecimò quæro de filiofamilias,[a] an contra ipsum, vel contra patrē sit concipiendus libellus. Sol. Glo. in authen. causa quæ fit cum monacho. C.de Episco. & cler. dicit quod concipitur libellus contra filium, & pater respondebit per l.1.C.de bonis mater. quia legitimus administrator, vt ibi probatur, l. fin. §.vbi autem. C. de bonis quæ liber. & tenet Petr. & Bald. in dicta authent. causa. in fi. & est glos. in authent. apud quos op. causam dicere. collat.6. quod potest procedere in aduentitijs, sed pro castrensibus, aut quasi concipiendus est contra filium. In aduentitijs etiam arbitror, quòd possit concipi contra patrem, tanquam legitimum administratorem: administratorio tamen nomine filij, posset etiam pater conueniri ratione peculij profectitij, & de in rem verso, & quod iussu: & tunc contra patrem concipiendus esset libellus, vt statim dixi de seruo.

142 ¶ † Circa tertium princip. membrum, an contra aliquem partim suo, & partim alieno nomine libellus concipi possit? dicendum est quòd sic per tex.in l.plane. ff.fam. ercisciun. ibi, siue cum eo agatur partim suo & partim procuratorio nomine, & ibi notant Docto. vide quod dixi in præcedenti artic. in 3.membro.

143 ¶ † Circa quartum principale, an plures possint conueniri eodem libello. Ioan. Andr. hic videtur sentire, quòd non. & idem Innocent. supra in rubrica. Cynus contra in l. eo. C. si certum petatur. vbi dicit per illum tex. quòd in eodem libello possint plures diuersis actionibus conueniri. Tu verò distingue, quòd aut loquimur in causa ciuili, aut criminali.

¶ Primo casu, aut loquimur in pluribus rescriptis per vnum corpus, qualis est vniuersitas, & possunt conueniri, non tanquam plures, sed tanquam vnus: quia causa vniuersitatis, non est causa singulorum: sed ipsius corporis vniuersitatis, vt in l.in tantum.§. vniuersitatis.ff.de rerum diuisio. 12.quæstio.2.qui manumittitur, & in l.2.§.viarū. ff.ne quid in loco publico. dixi latius in cap. dilecta. infra de exces. Prælat.in 12.quæstio.principali. Et ideo concipitur libellus contra ipsam vniuersitatem[b] sub nomine vniuersitatis, nec sunt exprimenda nomina singulorum, vt est tex.in cap.1.de restitut.spol.tradit Innocent. in cap. dilectus. infra de ordi. cogn. in glo. 1.dixi in dicto c.dilecta. 14.quæstio.princip. si vero loquimur in personis particularibus, subdistingue, quòd aut obligatio descendit ex eodem facto stipulatione, vel promissione, aut ex diuersis. Primo casu, siue tales sint obligati pro sua virili portione, secundum ea quæ latius dixi in l.in duobus.ff.de duobus reis. in 7.princip.articu.siue quilibet insolidum, possunt omnes eodem libello conueniri. no. Bald. in l.3. C. quomodo & quando iudex. facit d. l.eo, quod. si certum peta. & quod infra subijciam secundum Lamber.de Rampo. Arbitror tamen, quòd ex quo sunt viriliter obligati, quod quilibet possit petere quod sibi offeratur libellus. fortè enim competit exceptio vni, quæ non competit alteri: vel ratione ætatis, vel facti, vel alterius priuilegij, vel propter specialem aduocatum, vel procuratorem, vult separatim se defendere, vt dicam in secundo casu princip. Ita potest intelligi tex. C.commun.diui. in l.ad officium. ibi, aduersus singulos, &c. & ff.de solut. in l.si duo. Posset etiam quilibet ex persona sua absque alia singulari libelli oblatione facere defensiones suas.

¶ Secundum vero, quando sunt plures[c] rei debendi insolidum, quod quando sit, dixi latè in dicta l.in duobus.in 7.princip. artic. quod omnes possint eodem libello insolidum conueniri, probatur in authen.hoc ita.C.de duobus reis, & ibi hoc tenet Bar. in repet. qui etiam idem tenet in l.3.§.1. ff.de duobus reis. & ibi Iacob.de Arena, & in l.1.C.si plur. vna sententia. & ibi Bald. & Docto. Nam ex quo dicitur ibi, quod iudex potuit illum insolidum condemnare: sequitur quod hoc erat petitum, quia aliter sententia non valeret, tanquam non conformis libello. facit ff.de re iudic.in l.Paulus. & ff. mandati. in l. si mandato Titij. §. Paulus respondit vnum. & ibi glo. & Barto. & Dyn. in l.si pluribus.ff.de leg.2. facit etiam l.si qui separatim. §.quoties. ff. de appellat. & l.qui pupillam. §.fin.& l.vim passa. §.incesti.ff. de adult.per quæ iura hoc voluit Dy. vt refert Ioan. Andr. in additio. Specul. eod.titu.& §.fin.versic.eadem. & quæstio fit in pluribus reis. Et prædictam opinio. fuit secutus Alber.Galeo.sub rubr. de duobus reis debendi. vbi refert Roffr. tenuisse contrarium. Sed primam communem opinio. tenet Spec. in d.ver.per tex. in Authen. de duob.reis.§.fin autē iisdem. vbi dicit causam cōmuniter examinari. quilibet tamen potest vti defensionibus suis, secundum Spec.in d.versic.& idem voluit Iacob. de Bel.in d.§. fin autem.in 6.quæstio. & idem tenuit Cyn. in d.authent. hoc ita. in 8.quæstio.& probatur ibi quæstionem hanc fuisse disputatam, quia dicit de ea esse causam, in d.authent. hoc ita.& in d.§.fin autem.& dicit Ioan. Andr.in additio.Specu.quæstio.ad d.versicu. eadem, etiam in fi.quod dictam quęstionem disputauit

ADDITIONES.

a ¶ *At qui filiusfamilias potest conueniri ex omni contractu & delicto, præterquam ex voto, & mutuo, l.tam ex contractu. ff. de iud. licet non possit stare in iudicio sine consensu patris. l.fin. §. necessitate. C. de bon. quæ libe.*

b ¶ *Qualiter vniuersitas conueniatur, vide Abb. in c. dilectus filius. 2. de simo. & quoniam est persona ficta. l.mortuorum. de fideiuss. c.nouit. de his quæ fiunt à præla. ideo non compræhenderetur in statuto loquente de compromisso. vide Rom.in consil. 400. quæritur an statutum compellens.*

c ¶ *An plures rei debendi vno libello possint conueniri, vide etiam quæ scribit Barto. in l. edita. in materia cumulationis. C. de eden. vbi etiam per alios. & Rom. consil. 240.*

sputauit Lamber. de Ramp. & incipit, quidam mutuari. vbi quidam tenēt, siue debendi plures rei sint insolidū obligati, siue nō: & siue loquamur de iure veteri, siue ex beneficio diui Adri. vel alias gaudeāt beneficio actionum cedendarū. ff. de tutel. & rationib. distrahen. in l. nūc tractemus. & hoc dixit ad instar causæ criminalis, per l. 1. C. si reus vel accusat. mort. fuerit. quod intellige, qn̄ accusarentur ex eodem facto, vt latius dicam in secundo casu princ. Et hęc procedunt, dummodo in libello agens adijciat, ꝙ sit una solutione contentus. quod primo tenuit glo. in l. 1. C. de fideiuss. tutorum. & ibi tenent Bart. & Bal. qui post glo. dicunt, ꝙ libellus sine tali protestatione non procederet, & idem etiam vult Bar. in d. l. si mandato Titij. §. Paulus respondit vnum. in d. l. 1. C. si plures vna sententia, & in d. l. si pluribus. Sed Bal. ibi, quem sequitur Io. de Imo. in d. l. si pluribus. dicit, quòd etiam hoc nō expresso, procederet libellus, cum tacitè insit ex natura actus. Nec obst. gl. in d. l. 1. C. de fideiuss. tutorum. quia nō loquitur respectu libelli, sed respectu exactionis, & hanc sententiam tenet Pau. de Cast. in l. 3. §. 1. ff. de duobus reis. quod dicit singulariter notandum pro sustētatione libelli, quia secūdum Bar. sine illa protestatione reij pceretur, & processus agitatus super eo, non valeret, eo ꝙ semper posset opponi de incertitudine libelli, vt no. glo. Instit. de oblig. in prin. & Bald. in l. actori. C. de iureiur. quæ nullitas cessat, attentata vlt. opin. Bal. in d. l. si pluribus.

¶ Sed tu aduerte: quia etiam posito ꝙ deberet adijcere dictam protestationem, quòd sit vnica solutione contentus, &c. tamen arbitror, quòd talis ineptitudo non reddat processum aut sententiam nullam, per no. per Innoc. & Doct. in d. c. dilecti. & in c. examinata. de iudic. & per Bar. in l. 1. in fi. princip. ff. de eden. Nec obstat. glo. præallegata: quia debet intelligi altero ex duobus modis: vel ratione incompetentiæ, per l. 1. C. si à non competenti iudic. per quam mouetur illa glo. Vel secundo, quando libellus est ineptus: quia non cōcluderetur, vel male concluderet, aut similem pateretur defectū, vt no. Gul. in l. si patronus libertam. ff. de iureiur. & Bald. in d. l. actori, & Butri. in l. licet. C. de procurato. pro quibus est tex. in Cle. pastoralis. de re iudi. & ibi dixi, & in cap. cum dilecti. de empt. & vendit. facit etiam c. cum ad sedem. infra de restit. spol. quamuis Ange. & quidam alij aliter intelligant illam gl. infra Instit. de obligat. in prin. & malè, de quo dic, vt latè dicam in cap. fin. infra eod. articu. 32. & ideo dico, quòd etiam retenta opin. Barto. non vitiaretur processus: licet non apponeretur illa protestatio, sed solùm si pars opponeret, iudex deberet suspendere: sicut quando ageretur contra vnum solum ex reis debendi insolidum, vt latè dixi in l. reos. ff. de duobus reis. in 11. princ. artic. quæstio. 6. & 7. & si iudex non admitteret exceptionem, vel procederet ad vlteriora, processus valeret nisi appellaretur, per no. in cap. ex parte, infra de appellat. & in cap. suborta, de re iudi. & in cap. cum causa, supra de offi. deleg. in l. Lucius. ff. de infam. & l. 1. C. si ex fal. instrum. sed secundum opinio. Bal. deberet iudex procedere, & iustè agere, & hæc opin. Baldi plus mihi placet per rationem suam, quia talis exceptio opponitur ad exactionem, vt latè dixi in d. l. reos. in 11. artic. quæstio. 11. placet mihi prædicta opin. quod omnes etiam insolidum possint vno libello conueniri, per dictam authen. hoc ita. & prædictum §. sinautem. vnde sumitur dicta authentica: qui textus expressè volunt, quòd negotium communiter examinetur, & communi sententia terminetur, nec aliquid dicunt de dicta protestatione. Et prædicta procedunt, si non posset opponi exceptio diuisionis, excusionis, vel ordinis, vt quia renunciassent beneficio diuisionis, excusionis, vel ordinis. secus si huiusmodi beneficia competerent: quia talia beneficia possent opponi libello, secundum Cynum, Bald. & Salycet. in l. eo quod. C. si certum petat. per d. l. 1. C. de fideiusso. tuto. & l. reos. ff. de solut. Et aduerte: quia nihil hodie est immutatum quo ad hunc modum procedendi: licèt sit mutatum quo ad modum exequendi, ad quod vide quæ dixi in dicta l. reos. ff. de duob. reis. in 11. princip. articu. quæstio. 3. 6. & 7. Si verò ex diuersis causis, aut diuersis actionibus sunt obligati, dic quòd non possunt eodem libello conueniri, ut in d. l. eo quod. etiam si vna esset principalis, & alia fideiussoria, & sic accessoria, vt l. 1. C. de fideiusso. tuto. nisi renunciasset fideiussor beneficio de fideiussoribus ordinis, vel excusionis: quia tunc potest conueniri quilibet insolidum eodem libello: cū protestatione tamen, quòd sit vna solutione contentus, vt dixi supra in duobus reis. facit glo. in d. l. 1. C. de fideiusso. tut. quæ intelligunt illum tex. fin. non respectu conuentionis, sed exactionis. In contrarium tamen facit tex. in l. si mandato Titij. §. Paulus respondit vnum. ff. manda. qui dicit, eligere debes, &c. Sed in primam opinio. videtur potius inclinare Salyc. dicit tamen super hoc esse cogitandum, & idem videtur tenere Bald. in dicta l. 1. facit etiam quod notat Bald. in d. l. eo quod. vbi dicit, quòd eodem libello possunt conueniri principalis & accessorius: si non obstat beneficium diuisionis, excussionis, vel ordinis, per d. l. 1. C. de fideius. tut. & secundum prædicta intelligo, quod tradit Bald. in addit. Speculat. in titu. de lit. contesta. ver. eodem libello. vbi simpliciter dicit, quòd eodem libello possunt conueniri principalis & fideiussor, per d. l. 1. Et idem videtur dicendum, si aliquis vellet conuenire principalem personali per tertium possessorem hypothecaria, secūdum aliquos, qui allegant ad hoc tex. l. fin. C. de actio. & oblig. quod apud me satis est dubium: nec mihi placet, maximè si opponatur beneficium ordinis, seu excusionis. facit quod statim dixi, secundum Bal.

¶ Sed aduerte: quia si aliquis conueniret plures obligatos diuersis actionibus eodē libello, possunt citati petere quòd diuidatur, & cuilibet eorū singulariter libellus offeratur sine immixtione obligationis alienæ, vt in d. authen. offeratur. C. de li. contesta. & l. ampliorem. §. in refutatorijs. C. de appel. secūdum Bal. & Saly. in d. l. eo quod. sed si citati hoc non peterent, procederet libellus, licet diuersis actionibus [a] in eodem libello conuenirentur: quia conclusio

ADDITIO.

a ¶ *Vno libello plures conueniri possunt, etiam ex diuersis actionibus, vide Bald. in l. edita. C. de eden. & Barba. in c. ex parte decani. de rescrip.*

sio videtur relata ad quemlibet reorum, secundum naturam suæ causæ: vnde nõ dicitur agi ineptè, per l. cum plures. ff. de euictio. tenent Cyn. & Salyc. in d. l. eo quod. Et ex prædictis deciditur quæstio, quid si B. agit rei vendicatione contra quatuor, dicens eos possidere hereditatem sibi debitam, & contra eos offert vnum libellum petens eos condemnari ad restitutionem ipsius hæreditatis. in quæstio. Speculat. eod. titu. §. fin. ver. sed pone. primò allegat, quòd possit omnes vno libello conuenire: sicut possunt plures vno libello accusari, de quo dicam in secundo casu princip. Subdit tamen quòd si quilibet illorum excipit & dicit, volo habere libellum pro me: quia nolo esse in hac communione. ff. de cond. indeb. in l. si non sortem. §. si centum. & ff. pro socio in l. verum. §. societatis. Solus enim habebo aduocatum vel procuratorem sine mercede, quem simul cum alijs non haberem. 12. quæst. 2. c. qui manumittitur. & quia naturale vitium est, negligere quod cõmuniter fit, & possidetur. C. quãdo & quibus quarta pars debetur. l. 2. lib. 10. & ad hoc facit. 3. quæst. 3. c. offeratur. & si dicat, ego vnam rem possideo, & alter quinque, vel plures, dicit Specul. quod credit q̃ si pro indiuiso possident dicta bona, actor non cogetur dare plures libellos. arg. ff. iudic. solui. l. iam tamen. §. si tamen, & ff. de exercitoria. in l. ne plures, & ff. de ædil. edicto. in l. quod si nolit. §. si plures. & famil. ercisc. in l. si fami. ercisc. & ff. de precario. in l. licet. in fi. Si verò pro diuiso possiderent, tunc conueniet vnumquemque per se: & cuilibet dabit libellum. ar. ff. si pars hæred. peta. in l. 1. in princ. & sic visus est sentire Clemens. 4. lucerna iuris, secundum Spec. in d. ver. sed pone. faciunt quæ supra dixi, & quæ statim dicam. Procedit ergo libellus contra plures, licet ex varijs obligationibus conuentos, si pars non opponat: aliàs secus, & hoc etiam tenet Bal. in addit. Spe. in titu. de sententia. ver. vno & eodem libello. vbi concludit, quòd vnus non potest eodem libello contra plures agere, nisi sint consortes eiusdem facti vel criminis, quia quilibet debet percipere libellum per se, nec debent variæ causæ permisceri, nec simul tractari: si tamen cõuenti tolerarent talem libellum, etiam ius tolerat, & sententia lata executionẽ meretur, per l. 1. C. si plures vna sententia, & l. 1. C. si reus vel accu. mor. fu. & l. si quis homicidij. C. de accusat. cum simi. Et aduerte: quia Specu. post dictum ver. sed pone. etiam subdit quæstio. de illo qui habebat tres, vel plures debitores in eodem chirographo obligatos, allegans quòd uolens cõuenire eos videtur obligatus cuilibet dare libellum suum. argum. ff. de no. oper. nunc. l. de pupillo. §. si in pluribus. & ff. de procu. in l. si quis cum pro curatorio. §. vnius litis. & quia tot sunt petitiones, quot sunt articuli, vt inf. subijciam. In contrarium tamen allegat, quòd sufficiat omnibus vnũ libellum offerre. ff. de transa. in l. cũ hi. §. in causa. & ff. de exerci. in l. 1. in princ. & l. sequen. d. §. sed si plures. Sed finaliter concludit Specula. tenendum forte, quòd conclusum fuit in præcedenti. Ita concludit ipse in d. §. fin. ver. eadem quoque quæstio. Secundo casu: a cum loquimur de causa criminali [a] dic, quòd si plures conueniuntur vt vnum corpus, vt vniuersitas, collegium, & capitulum, & possunt uno libello conueniri, quia potest vniuersitas etiam criminaliter accusari. tradit Speculat. in tit. de accusatore. §. 1. vers. sed nũquid potest, per l. metum. ff. quod metus causa, & in hoc dicendum, vt dixi de causa ciuili contra vniuersitatem in præcedenti membro, & ad prædicta vide quæ latè dixi in cap. dilectus. el 2. infra de simo. vbi plenissimè tractaui, an vniuersitas possit delinquere, & quãdo dicatur delinquere, & an possit accusari, vel contra eam inquiri, & de conceptione libelli, & an possit puniri, & qualiter, vide ibi. Si verò quæritur de pluribus non repræsentantibus vnum corpus, tex. videntur varij, & etiam Docto. Sed ego pro concordia facio primò regulam, quòd quis vnum solum, & non duos vel plures potest eodem libello accusare, per tex. in l. hos accusare. §. lege. ff. de accusa. & l. qui accusare. eod. titu. & 2. quæstio. 1. prohibentur. Et ratio est, vt dicit tex. in d. c. prohibentur, & in d. l. qui accusare, ad hoc vt euitetur turpis quæstus, & ponit glo. in l. cum rationibus. C. qui accusa. non poss. Sed Spec. in tit. de accusa. §. 1. versi. item quòd non potest. dicit, quòd ratio est: quia vna accusatio per alteram impeditur, ut d. §. lege. & ff. de adulter. in l. inter. §. fin. sed secundum istam rationem non liceret duos, etiam diuersis libellis accusare, quod est falsum, vt d. l. cum rationibus. sed de hoc, an pluribus libellis quis eo. tempore possit plures accusare, non pertinet ad indagationem nostram, sed vide in dictis iuribus tex. ergo in dictis iuribus solùm posuerunt primam rationem vitandi turpis quæstus: quæ tamen videtur esse suasiua duntaxat, secundum Salyc. Est tamen conclusio prædicta vera, quòd vnus non potest eodem libello regulariter accusare, nisi vnum, vt in dictis iuribus, & tenet glo. in d. l. cum rationibus, & Spec. in d. versic. item quòd non potest. & Ioan. Andr. post Vgutionem in cap. 2. infra de purga. vulg. quod procedit etiam, si quis vellet suam, vel suorum iniuriam prosequi. hoc expresse tenet Bald. in l. 1. C. si reus vel accusa. mor. fuerit, & sentit Ioan. Andr. in dicto cap. 2. & Hostien. in summa, in titu. de ordine cogn. licet quidam aliter dixerint, & malè. Nec ob. d. l. cũ rationibus. quæ videtur sentire, quòd vnus possit duos & non plures accusare: quia licet ibi neget de tribus aut pluribus: non tamen intelligitur permittere, quòd possit accusare. vel melius, secundum Ioan. Andr. & Docto. ille tex. loquitur de diuersis libellis, non de eodem libello: nam potest quis etiã ex diuersis delictis & factis accusare duos diuersis libellis: sed non plures, nisi suam vel suorum iniuriam prosequatur: sed vt dixi, non est materia nostra: quia hic quærimus de vno, & non de duobus libellis.

¶ Est ergo vera conclusio, quòd quis non potest duos aut plures eodem libello accusare: etiam posito quòd suam aut suorum iniuriam prosequatur, & idem voluit Specu. in titu. de accusatore. in d. versi. item quòd non potest, secundum quam conclusionem

ADDITIO.

a *¶ In causa criminali, an plures, vno libello possint accusari, vide Bar. in l. hos. §. lege. ff. de accusa. & Alex. & Doct. in l. edita. C. de eden. vide Are. in c. si quis Eps. extra de accu. & Alex. in l. si idem. de iurisd. om. iud. adde Soc. in consi. 231. incip. in præsenti. ver. circa tertiam.*

nem consului, & ita iudicatum fuit. Et hæc conclusio procedit, siue quis vellet accusare duos, vel plures de diuersis delictis, vel ex diuersis causis: siue de eodem delicto, siue ex eadem causa vel facto, & hoc videtur tenere gl. in l. inter liberas. §. maritus, & glo. in l. qui pupillam. in fi. ff. de adulte. Sed hæc opi. glo. communiter reprobatur. nam Doct. communiter volunt, quòd plures de eodem delicto, quod simul commiserunt, vel ex eadem causa possunt regulariter eodem libello accusari etiam si essent mille, per l. vim passam. §. incesti. & l. qui pupillam. in fi. & ibi Barto. ff. de adult. & l. 1. C. si reus vel accusa. mor. fuerit, & ibi hoc etiam tenuit glo. & idem Dyn. post eum, Bart. in d. §. maritus. Mouentur arguendo de contractibus ad delicta, per l. omnem. ff. de iudi. & in Authen. vt omnes ob. iud. prouinciarum. §. & hic considerantes, & l. 2. §. fin. ff. de custod. reorum. Sed in contractibus videbimus, quòd plures obligati eadem obligatione possunt eodem libello conueniri: ergo, &c. & idem tenet Barto. in d. l. hos accusare. §. lege. & Ange. ibi, qui etiam allegat. C. de his, quibus vt indign. l. minoribus. & tenent etiam Cyn. Barto. Bald. & Salyc. in d. l. 1. C. si reus vel accusat. mor. fuerit.

a ¶ Et est aduertendum,[a] quòd vnum dicitur factum, seu vna dicitur rixa: etiam si simul plura sint facta, vt puta, si plures percusserunt vnum simul diuersis percussionibus: vnus cum gladio, alius cum baculo, & alius cum pugno: vel si duo vel plures se inuicem percusserunt: nam totum hoc reputatur vnum factum ad hoc, vt vno libello omnes possint accusari, etiam si essent mille, vt in l. si quis homicidij. C. de accusat. & no. in l. prima, in fi. magnæ glo. C. vnde vi. tenet Barto. in d. §. lege, & etiam Ange. ibi, qui dicit idem esse, etiam si essent diuersa delictorum genera simul commissa, vt puta, furtum, cædes, rapina, & similia, per iura allega. iuncta l. quoniam multa facinora. C. ad leg. Iuliam de vi publica, & ideo dicit Barto. in d. §. lege. quòd etiam dicitur vnum factum mandantis & faciêtis, per tex. in l. nihil. §. fin. ff. de adulte. & per no. per Doct. in d. l. 1. C. si reus vel accusa. licet multum se inuoluant. & idem Ang. in d. §. lege. & Cyn. in d. l. 1. & Bald. cons. 45. quod incipit, an mandatarius. Et ad prædicta, pro prædicta deci. vide quod singulariter tradit Bal. in l. non ideo minus. C. de accusa. ver. sed quæro, an delictum. vbi tractat, an delictum mâdantis & mandatarij sint vnum & idem numero, & ibi etiam Cy. & latius Salyc. quæstio. 9. & ibi etiam vide per præfatos Docto. an qualitas quæ inest in mandante, videatur inesse in mandatario & exequente, & an mâdans & mandatarius obligentur simul tempore, & eadem l. quæ omnia faciunt ad articulum nostrum. Tangit etiam Angel. de Aretio in tracta. malefic. super verbo, an dicam auxiliatorem. sed quo ad terminos nostros, Salyc. in dicta l. non ideo. quęstio. 10. dicit, quòd vbi ex eodem facto, mandans & mandatarius veniunt puniendi eadem l. & pœna: tunc eodem libello poterunt accusari, per d. l. 1. C. si reus vel accusa. & ff. de falsis. in l. athletas. ff. de adulter. in l. nihil. & ff. ad Turpil. in l. 1. §. incipit, & ff. de iniur. in l. non solum. in princ. facit. l. qui de crimine. cum sua materia. C. de accusa. & ff. ad legem Aquil. in l. item mela. §. si plures. nam ibi omnes interpretatiuè dicuntur occidisse: licet verè vnus solus occiderit, & omnes vno libello accusantur. Si verò ueniunt puniendi ex diuerso facto, ex diuersa lege & pœna, vt puta: statutum imponit aliam pœnam mâdanti, & aliam mandatario: vel vult quòd aliter procedatur contra mandantem, & aliter contra mandatarium, & tunc non possunt accusari eodem libello, argumen. notat. per Cyn. post Franc. Accur. in d. l. 1. C. si reus vel accus. Ita concludit Saly. in dicta l. non ideo, & mihi placet, & vide ibi per eum, quando diuersa lege, pœna, vel facto obligentur, in 5. quæstio. faciunt etiam quæ in dicta sequen. quæstio. Et ad prædicta vide quæ latè dixi in cap. 1. infra de pœnis. Et adde prędicta etiam ad ea quæ ibi dixi.

144 ¶ †Et ex prędictis etiam infertur decisio ad aliam quæstionem, vtrum eodem libello possint accusari
b plures falsi testes[b] & producens. in qua quæstio. Cyn. in l. 1. C. si reus vel accusat. mort. fuerit. tenuit, quòd sic, per illam l. & idem tenet Barto. in l. nihil. ff. de adulter. dicens, quòd ibi videtur esse casus. facit etiam l. athletas. ff. de falsis. & quod no. glos. magna in fi. l. si postulauerit. ff. de adulter. Sed aduerte: quia de hoc olim de facto fuit Paduæ maxima quæstio, in qua plures Docto. diuersa consuluerunt, & in ea Cyn. vt dixi in d. l. 1. primò arguit pro & contra, deinde concludit cum Dyno pro parte affirmatiua.

¶ Primò per illam l. 1.

¶ Secundò per d. l. athletas.

¶ Tertiò, quia delictum producentis & producti, est idem specie, quod patet, quia ab vtroque falsum committitur, & eadem pœna utrique imponitur. ff. de fal. l. 1. in princ.

¶ Quartò, quia nedum specie, sed numero videtur idem delictum: quod patet, quia ex actibus omnium, tanquam ad vnum finem tendentium, resultat vnus effectus, quia vnum falsum. igitur &c. ar. l. illud, in fi. ff. ad leg. Aquil.

¶ Quintò, quia instigantis & instigati, mandantis & mandatarij est eadem pœna, vt supra dixi. Et sic in istis videtur idem delictum. ff. ad Turpil. in l. 1. §. incidit, & ff. de iniur. in l. non solum. §. si mandato. quæ tamen non multum faciunt. Contrariam tamen sententiam tenuerunt Francisc. Accur. & Iaco. de Aret. dicentes, quòd nedum producens cum testibus, sed nec ipsi testes eodem libello possunt accusare, moti: quia delicta sunt plura, & ex diuersis factis descendentia, & diuerso tempore, quia quilibet testis per se suum dictum deponit, & de suo proprio testimonio reprehenditur, & producens de productione, & sic eodem libello non possunt accusari. Nec ob. dicta l. 1. C. si reus vel accusat. mor. fuerit.

ADDITIONES.

a ¶ *Quomodo cognoscatur, an sit vnum vel plura delicta, vide Bal. in l. cum rationibus. C. qui accusa. & ibi, an mandans & mandatarius tanquam de eodem facto possint accusari.*

b ¶ *Adde Aret. in c. si Episcopus. de accusat. & vide quòd dicit Bal. in l. iuris. C. quibus res iudi. no. quòd sententia lata contra occisores, non præiudicat mandantibus, quod est notandum.*

fuerit. quia ibi erat tãtùm vnum factum, vt in exemplo glo. Feder. de Scalis tenuit aliam opin. eligendo mediam viam dicens, quòd respectu testium, possunt omnes eodem libello accusari. & in hoc procedat opi. Dy. sed producens testes non possint, & in hoc habeat locum opi. cõtraria, quia negari non potest, quin delictum producentis non sit diuersum à delicto testium. sed domi. Bart. de Pratis & Ioannes Andr. in addi. Spec. in titu. de accusatore. in magna additio. dicit, quòd aut isti testes simul cum producente conuenerunt vno consilio & tractatu tale testimonium ferre: & tũc cum sit vnum factum, possunt vno libello accusari. argu. dictę l. 1. & eius quod allegat Dy. de instigante & instigato, mandante & mandatario. Aut tale consilium & tractatus non præcessit: & tunc cũ facta sint diuersa, non possunt eodem libello accusari, per l. si familia. ff. de iurisdi. omn. iudic. & l. 1. ff. si fami. furtum fecis. dicatur. & ff. quod vi, aut clam. l. semper. §. si in sepulchro.

¶ Et pro ista opin. consuluit Martinus Syll. & plures alij. Ang. in dicta l. prima. C. si reus vel accusa. simpliciter tenet, quòd possint eodem libello accusari. vbi dicit se pluries vidisse seruari de facto. sed in l. hos accusare. §. lege. dicit indistinctè tenendũ, quòd possint accusari, quando testes deposuerunt ad vnũ finem, & ad vnum effectum: quia propter vnitatem
a finis & effectus, omnium testimonium [a] reputatur vnum, vt in l. qui pupillam. §. fin. & in l. vim passam. §. incesti. ff. de adulte. & idem etiam voluit Barto. in dicto §. lege. sed Barto. de Saly. in dicta l. 1. C. si reus vel accusa. dicit, quòd sibi videtur verior opin. Dy. quia posito quòd tractatus non sit præhabitus cum testibus, producens non punitur nisi fuerit sciens, & sic dolosè seu scienter vsus fuerit talibus testibus, vt in l. 1. ff. de falsis. & in l. si falsos. C. de fals. sed si dolosè aut scienter eis vteretur: tunc simul in tempore fidei facientis & assumentis ex eorum attestationibus, omnes vidẽtur asseuerare idem falsum iudicij, cui fides debet fieri, vt in l. quinquaginta. ff. de probatio. & vnus est causa alterius: & sic delictum videtur vnum. & cum producens sciẽter eis vtatur, perinde est ac si mandasset. arg. l. fina. C. ad Maced. Nec obst. quòd facta sint diuersa, quia, vt dixi, concurrunt eodem tempore ad eundem finem & effectum, quod sufficit, sicut quando quis percutitur eodem tempore, seu in eadem rixa à pluribus diuersis armis & fustibus, & sicut dixi de mãdante & mandatario, quorum facta, licet videantur diuersa: tamen quia in idem tempus concurrunt: quia mandans omni die videtur illud mãdare, ex quo in mandato perseuerat, & illud non reuocat, secundùm ea quæ tradunt in dicta l. non ideò minus. C. de accu. & hoc secundùm Saly. procedit de iure communi. sed quia interdum ex consuetudine aut iure municipali, variæ sunt pœnæ producẽtis & testium: ideo videtur posse distingui, quòd aut producens & testes puniuntur eadem l. & pœna, & possunt accusari eodem libello, aliàs secus, vt dixi de mandante & mandatario. pro qua distinctione allego quod not. in l. reos. C. de adulte. iũctis gl. 3. & 2. ad solutionem l. nihil. §. fi. ff. de adul. secũdùm quod statim subijciã.

¶ Et ex prædictis etiam deciditur alia quæstio, quod eodem libello possunt accusari principales, consultores, & fautores. pro quo est tex. in d. l. nihil. §. fin. in fi. & ibi hoc no. Ange. & idem dicit in l. cùm rationibus. C. qui accusa. non pos. vbi etiam idem subdit de adhærentibus dicens, quòd vbicunque propter vnitatem temporis & rixæ plura facta iudicantur vnum: omnes eodem libello possũt accusari. quod arbitror limitandum, secundùm supradicta, nisi tenerentur diuersa lege & pęna. Et adde ad prædicta argumentum contrarium, quod infra formabo: Et est aduertẽdum, quia quod supra dixi, quòd quando plures tenentur ex eodem facto, possunt eodem libello accusari. fallit in crimine adulterij, vbi duo non possunt accusari ex eodem facto. scilicet, masculus & fęmina adulterantes, vt in l. si maritus. §. fin. ff. de adul. & in l. reos. C. de adult. no. glo. in dicto cap. prohibentur. 2. quæst. 1. tenet Barto. in l. hos accusare. §. lege. ff. de accu. Et ratio est, secũdùm gl. & Saly. in d. l. reos. propter præiudicium ordinis, quia absolutoria lata pro vno, prodest alteri, vt l. denunciasse. §. quæritur. ff. de adult. & ista est regula, quòd cui obstat absolutoria: obstat etiam litis pendentia, & l. fundi. ff. de excep. dicam infra in titu. de ordi. cogni. sed dicit Saly. quòd ista ratio nõ est bona, quia tex. in dicto §. quæritur. dicit, quòd absolutoria lata pro viro prodest mulieri, sed non dicit econtra, quod lata pro muliere prosit viro. Item prodest mulieri
b tunc nuptæ [b] non quæ postea nupsit, de quo in l. adulter. §. fin. ff. eo.

¶ Et aduerte ad huius passus intelligẽtiam, quòd iura ciuilia voluerunt, quòd volens accusare adulterum & adulteram, siue sit maritus, siue pater, siue alius, debet eligere quem prius velit accusare. & hoc procedit, nisi adultera prius alteri nupsisset denunciatione sibi non facta: quo casu, licet maritus prius potuisset eligere adulterum vel adulteram, vt mallet: tamen hoc casu nõ potest incipere. nisi ab adultero, qui si absoluatur, proderit mulieri, vt in d. §. fi. & in d. l. renunciasse. nisi fortè appareret adulterum absolutum per collusionem: quo casu, licet secundo matrimonio durante mulier accusari non posset de adulterio prius commisso, poterit tamẽ accusari, cùm desierit esse nupta, vt dicto §. fi. adulteri tamen damnatio non nocet mulieri, quæ accusata poterit reportare victricem sententiam, vt d. l. renunciasse. in fi. & sic ista potuit esse ratio, quare ambo eodem libello non possunt accusari, secundùm Ioan. And. in titu. de accusatore. §. 1. prope principium. Sed prędicta ratio non placet Saly. vt dixi. vnde reddit ipse rationem, ne simul accusarentur, & sic si probationes contra vtrunque pariter fierent, noceret mulieri, quæ facilius obtinere posset. nã mares frequẽter propter varias inimicitias falsis testib. opprimũtur, quod non cõtingit in fęminis, vt sentit tex. in dicto §. quæ-

ADDITIONES.

a ¶ *Licet plures testes falsum deponant, non communicato prius consilio: tamen ex quo in vnum finem concordant, dicuntur committere vnum delictum. ita Are. in d. cap. si quis Episcopus. de accusa. vbi adducit aliqua fundamenta, faciunt no. per glo. & Doc. in l. ob carmen, ff. de testi. & similia.*

b ¶ *Facit tex. in l. denunciasse. §. fina. ff. de adult. de qua vide eleganter per Alex. in l. sæpe. 9. col. vers. sed concludendo dicas. ff. de re iud.*

§.quæritur. Ang. verò in l. reos. dicit, quòd non potest assignari alia ratio, nisi quòd lex Iulia de pudicitia vetat hoc, vt ibi dicit tex. vnde aliud non est inquirendum. facit Instit. de vsucap. §. quod autem. & si tu diceres, quare non fuit idem statutum in crimine incestus, in quo masculus & fęmina possunt eodem libello accusari, vt l. vim passam. §. incesti. ff. de adulter. responderi potest, quòd intolerabilitas illius criminis hoc operatur, vel cogita de alia ratione, secundùm Salyc.

¶ Et aduerte, quòd si adulter & adultera eodem libello accusarentur, iudicium non procedat: licet pars non opponat, per tex. in d. §. si maritus in magistratu. §. fi. vbi tex. dicit, nihil agit. quasi libellus dicatur ineptus: de qua ineptitudine videtur semper posse opponi. de quo latius dicam in cap. 3. inf. eod. 32. articu. In contrarium tamen facit quod statim.

145 ¶ † Adulter tamē & adultera diuersis libellis possunt accusari, sed nō est materia nostra. quinimò & alter eorum, & qui domum suam præbuit, & ille cuius consilio tale crimen fuit redemptum: possunt eodem libello accusari, vt dicta l. nihil, in fi. Est etiā aduertendum quòd quamuis dixerim, quòd vnus non possit regulariter duos eodem libello accusare: si tamen quis plures eodem libello accusaret, & accusati non exciperent, valeret processus, arg. no. per Glo. C. de accusat. in l. si accusatoribus. tenet Barto. in d. l. hos accusare. §. lege. Nec obstat quod statim dixi de l. si maritus. in fi. quia secundum Barto. speciale est in adulterio: & ratio specialitatis potest descendere ex his, quæ sup. dixi, quare adulter & adultera non possint eodem libello accu. & idem tenet Saly. in d. l. cùm rationibus. C. qui accu. nō possunt. vel posset dici, vt arbitror, quòd dum tex. in dicto §. fina. dicit, quòd ille nihil agit, intelligatur, opposita, scilicet exceptione, aliàs secus. argum. prædictorum. Docto. tamen communiter tenent contrarium. cogitabis. Subdit tamen Saly. in dicta l. cùm rationibus, quòd si vnus solus opponit hanc exceptionem, ipse solus audietur: & ipse non tenebitur respōdere. Si verò ambo concurrant in opponendo, dicit Salyc. recurrendum esse ad distinctionem quam facit Cy. in l. 1. in princip. C. communia, de leg. quasi velit, quod fortè sit dirimendū, de quo dic vt latius dixi in tra. de sortibus. lib. 6. Sed ista opinio mihi nō placet; quia aut lis est contest. & ille qui li. est conte. non pōt amplius opponere: Aut lis non est contest. & arbitror, quòd sit in electione accusatoris, quem velit eligere, & contra illum prosequi, argu. dictæ l. maritus. in fi. faciunt quæ dicam, infra eod. cap. 4. articu. 33. Et ex prædictis patet quæ possunt opponi contra libellum ratione eius, contra quem concipitur. Et aduerte, quia circa prædicta posset dubitari, quando plures accusantur eodem libello: vtrum dicantur plures libelli vel vnus. ad quod vide quod latius dicam in cap. 3. infra eodem, artic. 29.

146 ¶ † Circa quintum & vltimum membrum istius 8. princ. artic. in quo tractandum est de iudice, qualiter ad ipsum sint dirigenda verba libelli, seu concipienda: animaduertere debet diligenter, & maturè considerare qualis sit iudex, coram quo actor debet libellum concipere, an Ecclesiasticus, vel secularis, ordinarius, vel delegatus, & cuius dignitatis existat: & ipsum, secundum qualitatem suam, debitis adiectiuationibus extollere. vnde si coram summo Pontifice debet quis suam petitionem proponere, licet coram eo nō sit offerendus libellus, vt dixi supra in 5. princ. artic. fallen. 19. propria & conueniens adiectiuatio est, Beatissimus, Sanctissimus, Clementissimus, &c. Si verò coram Cardinalibus est offerendus libellus, debet dicere, coram vobis Reuerendo in Christo patre, &c. secundum Specu. eod. titu. §. nūc videamus. Sed arbitror, quòd iste esset tunc stylus curiæ: hodie verò ad Cardinales vtimur adiectiuatione, Reuerendissimi: siue sit Episcopus Cardinalis, siue presbyter, aut Diaconus Cardinalis, & etiā est exprimendus ipsius titulus, nisi sit Diaconus Cardinalis, in quo non videtur exprimendus titulus, secundum ea quæ dixi post Ioan. And. in c. ad liberandam, infra de Iudæ. in notabilibus. Hodie tamen inualuit practica, vt etiam per titulum exprimat. Si verò fuit Archiepiscopus vel Episcopus, communiter dicitur, corā vobis Reuerēdo in Christo patre, &c. Si verò fuerit Abbas, aut alius Prælatus inferior, conuenit dicere: coram vobis Venerabili, aut Venerando, &c. Conuenientes etiam videntur mihi adiectiuationes Prælatis, & viris Ecclesiasticis, Religiosus, vel Religiosissimus, Pius, aut Pijssimus, Integerrimus, Honestissimus, & similes. Si verò fuerit Dominus & iudex tēporalis, seu secularis, de plurimis adiectiuationibus eorū, vide per Gl. in l. 1. ff. de offi. eius cui man. est iurisdictio, sed latius per Gl. in auth. de illustribus & qui supra eā dignitatem sunt, quæ tamen in rei veritate multum errat, atque delirat: nec illis adiectiuationibus, secundum illum ordinem hodie vtūtur oratores, vide quæ dixi in cap. penult. infra de Iudæ. vbi posui plurimas adiectiuationes. & in Imperatore præcipua videtur esse adiectiuatio, Diue Cæsar. Et si aliquis duas haberet dignitates, vnicuique debes attribuere propriam adiectiuationem. & si fuerit delegatus Papæ, dicas, corā vobis Venerādo Domino P. Archidiacono Senēsi in hac parte, vel in hac causa Sāctissimi Domini nostri Papæ dignissimo delegato, vel alia vtaris adiectiuatione, secundum quod superius est expressum, & sic simili cōuenienti adiectiuatione poteris adiectiuare delegatum Principis, Regis, vel Ducis, &c. & si fuerit decretorum, vel legum Doctor: adiectiuare
a Nobilissimus, Famosissimus, [a] Subtilissimus, Acutissimus, Celeberrimus, Prestantissimus, & sic de singulis: & respectu cuiuslibet iudicis notabilis est adiectiuatio, Iustissimus, & Integerrimus.

¶ Et aduerte, quia licet in cunctis debita sit mensura tenenda, & medium seruandum, quia extranea sunt vitiosa, ad quod omnino vide quæ dixi in Rubrica, infra de exces. Prælatorum: Nec blāditijs vtendum sit, cùm ab illis abstinere phylosophicum sit temperamētum, vt in Auth. quib. mod. nat. effi. sui. circa medium. & adulationibus vocare, reprehensibile

ADDITIO.

a ¶ *Quanquam famosus & famosissimus, nomina sint infamiæ potius, quam honoris, vt patet in rubr. de famosis libellis: est ergo fœda locutio, vt eum infami nomine appelles, quem niteris summopere honorare. Lucius tamen Apuleius famosam dixit matronam in bonam partem, quod omnino rarissimum est inuentu.*

bile sit.46.dist. cap.clericus. 25.dist. §.1.aliàs, ea demum.circa fin.tamen quia procurans iudicem amicum, ac propitium reddere prudentia ducitur: potius tendat ad excessum laudis, quàm ad defectum. potissimũ si sit talis, *el quale si diletta mangiare carne di lodola*. In cuius esu, plurimum homines delectantur. vtatur tamẽ adulatione iusta. Est enim notandum, quòd adulatio attribuitur omnibus, qui supra debitum modum virtutis volũt alios verbis, vel factis delectare in communi conuersatione. & si quis hoc faciat sola ratione delectandi, vocatur placidus: sed si faciat intentione alicuius lucri consequendi, vocatur blanditor, seu adulator, secundum Phylosophum, & beatum Thomam secunda secundæ, quæst.115.articu.1. Intendere ergo debet libellans adulari delectando, quantũ necesse sit, propter aliquod bonum exequendum, seu consequendum, vel malum vitandum, & sic pro iustitia consequenda, & iniustitia vitanda, quia hoc non vituperabile, sed laudabile est. vnde Apost.ad Corinthios 10.per omnia omnibus placeo.

¶ Et qualiter intelligitur, quòd adulatio quãdoque sit laudabilis, quandoque peccatum mortale, & quandoque veniale, vide per beatum Thomam in dicta quæstione, articulo primo & secundo. & qualiter iudici sit offerendus libellus, dicam in cap.seq. articu.14. & coram quo iudice, & quo loco, dicam in articu. sequenti. Et ex his est expeditus octauus principalis articulus.

147 ¶ † Circa nonum princ.articu.in quo tractãdum occurrit, quando seu quo die libellus sit offerendus. Glo.1. hic in versicu. & in princip. quòd dicunt in princ.litis debet offerri, vt in auth.offeratur.C.de li. contesta. & dicunt Docto. quòd potest offerri ante citationem, & post citationem: ante citationem offertur iudici, post citationem offertur parti, nisi casualiter pars in iudicio esset reperta. tenet Io. de Imo. hic, & vult Cyn.in dicta authen. offeratur. vbi dicit quòd parti debet dari post legitimationem personarum. ad quod vide quæ latius dicam in cap.sequ. articu.14.idem tenet Spec.eodem titu.§.iuxta. vers. penult.vbi dicit, quòd non valet libellus, si non detur ante litem contestatam, quia sine eo non fit litis contestatio, vt in dicta authen. offeratur. & 3. q. 3. offeratur. nisi forte in causa reconuentionis. de quo per Spec.in tit.de reconuentione.§.sequitur.de quo latius dicam in titu.seq. quinimò & in ipsa instantia reconuentionis, debet porrigi ante litem contesta. secundum Specu.

148 ¶ † Sed circa hoc quæro, an libellus posit offerri die feriata. ¶ Sol. Glo.in c.fin.supra de iudi.tenet, quòd sic. & idem sentit Glo.in verbo, procedere. in c.cupientes. §.quod si per 20. de elect. lib.6.A.B. & Glo.15.quæst.3.in summa. Hostien.in titu.de ferijs. §.quid in eis.Item quolibet die, Dominus meus c.fi. de ferijs. Ma. & Barto.in l. diuus.ff.de ferijs. faciunt quę statim dicam in 10.art.quod procedat secundũ D.Anto.in oblatione quæ sit iudici: secus in oblatione quæ fit parti, quia non potest fieri die feriato. Spec.in titu.de fer.§.sequitur.prope princ.& in titu. de libelli conceptione. §.videamus. in princ.dicit ꝙ iudici põt offerri, per l.miles. §.sexaginta.ff.de adult. Sed parti non potest offerri, nisi in iudicio, per d.authen.offeratur.3.quęst.9.c.chartę.& 9.quæst.3.c.corum.& argu. C.de adult.in l.iure mariti. ibi, quibus in publico eius facultas fuit. licet Glo.15.quæst.4.c. placita. dicat partem posse citari, vt die feriata compareat ad recipiendum libellum, & malè, quia text. ille est in contrarium.ita dicit Io. And.in addi.Spec. ad dictum §.nunc videamus. remittens ad no.per se in c.fi.de ferijs. vbi plenè tractat, an citatio facta die feriato, vel ad diem feriatam teneat. de quo etiam per Spec.in tit. de citationibus.§.1.versicu.item excipitur.Et subdit Ioan. Andr.quòd distinguendi sunt casus permissi à non permissis, scilicet qui ratione specialitatis possint die feriata agitari. de quibus latius dicam in titu. de ferijs. ar.7. propter quod Glo. in dicto §. sexaginta. dicit, quòd est speciale in illo casu. sed dicit Ioan.And. quòd specialitas illa est generalis in omni priuilegio, aut actione lapsu temporis peritura. loquitur enim de tẽpore quo maritus accusat iure mariti: licet illo lapso possit accusare iure communi, vt ibi, & Bar.etiam in dicto §.60.dicit, quòd nedum in casu illius §. potest libellus offerri. sed etiam in qualibet causa ciuili. & videtur concordare cum prima opinio. & ideo dicit obtinuisse in quadã causa in qua fuit processum die feriata, quòd solum fuit retractatus processus vsque ad oblationem libelli exclusiuè: quasi oblatio libelli potuerit fieri die feriata [a] & subdit, quòd sicut potest tali die libellus offerri per actorem, ita & exceptiones fieri pro parte rei. quod notandum in practica. A.B. Et secundum prædictam opinionem videtur concludendum, quòd libellus in quantum offertur iudici, non est de processu. quod etiam sentit Glo.in Rubri.C.de in ius vocan. sed Bal.ibi dicit, ꝙ quantum ad iudicem, est de processu, sed quantum ad partem, non est de processu, nisi postquàm pars est citata, & ante citatam, semper est licitum ei, qui libellum obtulit desistere. ad quod vide quod dixi articu.26. q.3. Ma. Sed Io. Andr. vt dixi, tenet contrarium: nisi actio esset tempore peritura. & pro hac opinio.Io.And.facit prædictus §.60. & subdit Ioan. Andr. quòd per talem libelli oblationem factam iudici, non perpetuatur iurisdictio, sed non est materia nostra, dic vt dixi in c.penul. supra de foro competen.in quarto prin.artic. quæst.prima. & quæst.5. Et hanc opinio. Ioan.Andr.tenet Domi.Anto.hic, licet aliud senserit in cap. fin. de iudic. licet ibi nihil alleget. Sed pro prædicta opin.Domi.Anto.Dominus meus in d.c.fin. allegat tex. in c.quoniam cõtra. infra de probatio. vbi patet quòd petitio dicitur esse de actis iudicij.& similiter ista porrectio, seu oblatio.facit quod no.Inno.in c.cùm in iure.in fi. de off. deleg.& ideo non potest fieri die feriato. Item petitio debet fieri in iure, vt in cap.vnico.infra de li.contesta. Sed ius illo tempore non redditur, ergo, &c. Et ideo,

ADDITIO.

a ¶ *Oblatio libelli fieri potest die feriata. vide quæ dixit Alex.post Bartol.in l.1.§.nunciatio.ff.de oper.noui nunc.& in l.ne quicquam.§.de plano.ff.de offic.proconsf. & leg.Barto. & Bald.in Rubr.de in ius voc. Doct.in c.fi. de iudi.Fed.de Senis in cons.139. & bene videtur distinguere Io.Andr.in addi.Specu.in tit.de lib.obl. in §.nunc restat.versic.25. & vide Alex.in l.1.de fer. & Fel.in c. significauerunt.de iudi.*

Et ideo, si petitio extraiudicialiter producitur, talis productio nullum sortitur effectum, sed debet iterum fieri. facit quod no. Docto. in c.2. de dilat. vbi dicunt, quod super copia libelli missa parti in citatorio non potest fieri contestatio. quod no. videtur ergo cõcludendum, quòd nõn sit porrigendus die feriata, nisi in causis tempore perituris, vt etiam tenet hic Domi. Anton. facit c. licet. infra de ferijs. Et prædicta procedunt, maximè vbi libellus haberet vim litis contestationis, quia tunc indubitatum esset, quòd non posset fieri oblatio die feriata: cùm litis contestatio non posit tali tempore fieri, vt dicam in dicto cap. vnico, & in titu. de ferijs. & hoc tenet Bald. in repeti. l. seruum quoque. §. publicè. ff. de procurat. dixi in cap. veniens. infra de accusa. in prima quæst. 3. quæst. princip.

Et prædicta procedunt in oblatione libelli in causa principali, sed in causa appellationis, oblatio libelli appellatorij potest fieri die feriato, quia non est de processu, vt dicit Barto. in Rubri. de in ius vocan. & ita etiam dicit Bald. in addi. Specu. in titu. de appel. versic. fin. vbi etiam dicit, quòd admixtio iudicis admittentis appellationem, potest fieri tempore feriato, per l. fin. §. illud. C. de tempor. appellatio. vide etiam Barto. qui idem tenet in l. diuus. ff. de ferijs. facit cap. appellatio. & quod ibi traditur, de appel. lib. 6. & c. fi. & quod ibi traditur, infra de appel. A.B. Tenet Bal. C. de in ius voc. in Rubrica, idem Specu. in titu. de ferijs. §. sequitur. post princ. ibi, Item quolibet die. Domi. Anto. & Domi. Ma. in c. fina. de ferijs, & Glo. in cap. appellatio. versic. lecta. de appel. lib. 6. Ma. Et ex his est expeditus 9. art. princ.

149 ¶ †Circa decimum principalem articulũ, coram quo, & in quo loco libellus sit offerendus. dic quòd coram iudice, vt in c. sequẽti. & fi. infra eodem. & dixit Rofred. vt refert Cyn. in authen. offeratur. C. de li. contesta. in 4. quæstio. quod in iudicio debet offerri, vbi iudex consueuit iudicare more maiorum, vt l. penult. ff. de iusti. & iu. Iaco. verò dicit, quòd aut quæritur de oblatione quæ debet fieri iudici, & tũc coloratum est quod dicit Rofre. quæ verba sunt satis inepta. & subdit, quòd tunc est offerendus iudici siue in iudicio, siue alibi, per dictam l. miles. §. 60. ff. de adult. & argu. ff. de interrog. actio. in l. voluit. §. quod ait. Sed tu dic, quòd istud dependet à varietate opinionum, de quibus in præced. artic. in prin.

¶ Aut quæritur de oblatione quæ est fiẽda parti cum ipso citatorio [a] de quo aliquid in artic. præced. sed latius dicam in seq. in 14. princ. art. Et ista est facienda reo in loco, vbi citatur, siue sit in domo, siue in theatro, vel vinea, & vbicunque reperitur. & ita residet Cyn. Est ergo offerendus libellus in iudicio, & in loco vbi ius redditur, vt dixi, & probatur in d. authen. offeratur. & ita vbique seruatur: non ergo iudice procedente, sed pro tribunali sedente. C. de dilat. in l. à procedente. quæ est 3. quæst. 3. c. spatium. quod facit pro opin. Domini mei, in cap. præceden. Item coram suo iudice, hoc est coram iudice competenti: & non coram alio. argu. cap. at si clerici. supra de iudi. & C. si a non competen. iud. per totum, secundum Specu. eod. titu. §. nunc videamus, in fi. & debet offerre coram omnibus iudicib. ordinarijs & etiam delegatis, si patitur delegatio, vt in dicta authen. offeratur. & hic, & duobus capitulis sequentibus. Et coram arbitris, vt in l. pen. circa fi. C. de arbit. & ibi per Glo. & Docto. & per Glo. & Cyn. in dicta authen. offeratur. Specu. eodem titu. §. restat. versic. primo, arguit quòd non sit offerendus coram arbitro, per authen. generaliter. in fi. C. de Episco. & cle. sed Accursius & Doct. contra, vt supra dixi, ad hoc saltem vt sciatur, an competẽs actio vel petitio proponatur, vt in c. examinata, supra de iud. & ff. si mensor falsum mod. dixe. l. 1. & idem Rofre. in Rub. 14. apud quos offeratur libellus. vnde per rationem prędictam non obstat argumẽtum, quod libellus non videatur dandus, cùm iam reus deliberauerit compromittendo, & libellus videtur dari ad hoc, vt reus posit deliberare, an velit cedere vel contendere, vt l. prima, in princ. ff. de eden. & in dicta authen. offeratur. quia vt dixi, datur vt videatur, an actio vel petitio sit apta, secundum Rofre. vt refert Ioan. Andr. in addi. Specula. ad dictum versic. primum. Sed Speculator ibi distinguit inter arbitrũ & arbitratorem, dicens quod in arbitro habet locum, quod vltimo loco dictum est, cum arbitria sint redacta ad instar iudiciorum, vt in l. prima. ff. de arbitr. vnde sicut coram iudice offertur, vt dixi, ita coram arbitro. argumentum etiam ad hoc. C. de iudic. in l. rem non nouam. vbi arbiter & iudex æquiparantur. facit etiam ad hoc, infra de proba. cap. quoniam contra. vbi tex. dicit petitionem debere offerri, tam in iudicio ordinario, quàm extraordinario, quale est arbitriũ. Nec obstat dicta auth. generaliter. in fi. ibi, nisi causa, &c. quia illud, nisi, refertur tãtum ad cautionem. de qua præmisit, scilicet, vt illa de consensu partium posit remitti, vt ibi no. in Glo. fin.

¶ Si vero loquimur in arbitratore, qui nõ habet cognoscere secũdum iuris ordinem, sed solùm componere, vt in capitu. Quintauallis, infra de iureiur. cum simi. coram tali non offertur libellus, licet petitio [b] sit offerenda in scriptis, vt dicto capitulo, quoniam. & sic dicit Speculator in dicto §. restat, in fi. quod obseruabat, quando casus imminebat, quod non esset dandus libellus, dicens, quod faciebat sibi dari scripta actoris pro libello ad suam instructionem, vt appareret quid esset petitum, ad quod vide quæ latius dixi supra in quinto principali articulo, fallentia 1. 2. 3. 4. & pluribus sequentibus.

¶ Et vide etiam quæ tetigi supra in d. 5. principali articulo, in nona, & vltima opinione, in fine. & hæc coniunge ad declarationem eorum, quæ ibi tetigi. & ex his habes expeditum decimum principalem articulum.

150 ¶ †Circa 11. prin. artic. qua lingua, seu quo idiomate sit concipiendus libellus: Pone enim, quod literatus conuenit idiotam libello latinè concepto: dicit idiota, nõ intelligo te, loquere vulgariter: vel Italicus idiota coram iudice Italico porrigit libellum Italica

ADDITIONES.

a ¶ *Quando offeratur libellus cum citatione, vide per Alexan. & Imo. in Rubr. C. de eden.*

b ¶ *Qualiscunque petitio coram arbitratore in scriptis data, sufficit. Adde Socin. in consil. 17. col. 2. ver. hoc ergo præsupposito. & an arbiter possit laudare secundum schedulam sibi datam à partibus, vide Soci. in cons. 27. col. pen. & fin.*

Italica lingua conceptum contra Germanum, dicit Germanus, porrige libellum in idiomate meo: quia te nó intelligo, vtrum debeat loqui ad voluntatem conuenti. & videtur dicendum, quod sic, quia clarè debet tradi, vt dixi supra in Rubrica, in primo prin. articu. in diffinitione, & dicam in capit. sequenti, in 12. articu. facit quod no. in Auth. de nó alien. §. alienationes. Iaco. de Bel. & Pet. dicunt, quòd debet edi secundum consuetudinem fori, argu. ff. de testi. l. 3. in fi. & si reus non intelligit latinũ, vel idioma actoris, conducat aduocatum vel interpretem, [a] argu. ff. de institoria. in l. sed & si pupillus. §. proscribere. maximè cùm debeat loqui iudi. argu. l. 1. C. de condi. ob causam. secundum Cyn. in dicta authen. offeratur. in 5. quæst. Idem dicit Ioánes Andræas in addi. Specu. eod. titu. §. iam nunc, in princ. vbi dicit, quòd scribetur secundum consuetudinem illius fori. facit quod no. Specu. eodem titu. §. fin. in princ. vbi dicit, quòd actoris aduocatus debet esse cautus, vt componat libellum secũdum mores illorum, inter quos viuit, iuxta illud, cùm fueris Romæ Romano viuito more: cùm fueris alibi, viuito sicut ibi. facit. 8. distin. c. quæ cõtra. 12. dist. c. illa. 15. dist. c. quisquis. cum si. & ex his, Deo duce, est solénitur expedita hęc decretalis, nó ab ignaro Episcopo, sed à gnaro Episcopo.

ADDITIO.

a ¶ *Interpretem, &c. Adde quæ in simili ponunt Doct. in l. 1. §. fin. ff. de verb. signif.*

SVMMARIVM.

1 *Conueniri possunt plures eodem libello.*
2 *Trahi dicitur quis in iudicium per solàm citationem.*
3 *Citatio debet prius fieri, quàm libellus offerri.*
4 *Libellus est necessariò offerendus in iudicio.*
5 *Libellus offerendus est parti.*
6 *Libellus incertus procedit, parte eius declarationem non petente.*
7 *Res in libello petita, clarè exprimi debet.*
8 *Reus, quando rei petitæ declarationem possit petere.*
9 *Declaratio libelli obscuri, à iudice debet postulari.*
10 *Attentata post appellationem legitimè interpositam, reuocari debent.*
11 *Dictio, &c. abbreuiatè scripta, quid importet.*
12 *Libellans in genere, quid debeat attendere.*
13 *Persona iudicis, an & qualiter in libello exprimenda.*
14 *Persona actoris, an & qualiter sit in libello inserenda.*
15 *Persona conuenti, an & qualiter debeat in libello exprimi.*
16 *Res petita, an & qualiter sit in libello exprimenda.*
17 *Libellus, qualiter in iudicio, seu actione vniuersali sit formandus.*
18 *Libellus, qualiter formari debeat in iudicio generali.*
19 *Libellus, qualiter in iudicio speciali sit formandus.*
20 *Libellus, qualiter in iudicio singulari, in particulari, vel indiuiduali debeat formari.*
21 *Sententia lata in principali, facit ius in accessorijs.*
22 *Libellus admittitur respectu æstimationis fructuum incertus.*
23 *Libellus incertus respectu quorumcunque redituum admittitur.*
24 *Libellus incertus in petitione expẽsarum admittitur.*
25 *Libellus admittitur, in quo petitur aliquid cum clausula, & plus, &c.*
26 *Libellus incertus admittitur, quando rescriptum potest dari incertum.*
27 *Libellus incertus, quando admittatur, & nu. seq.*
31 *Libellus incertus, an possit admitti etiam parte opponente.*
32 *Iudex, an possit cogere actorem ad declarandum libellum incertum, parte non opponente de incertitudine.*
33 *Reus, qualiter de libelli incertitudine possit opponere.*
34 *Narratio, an & qualis sit in libello necessaria.*
35 *Expressio qualitatis, an & qualis in libello requiratur.*
36 *Libellus, an debeat exprimere locum & tempus: & qualiter, declaratur, nu. seq.*
42 *Circunstantiæ quæ sint in libello exprimendæ.*
43 *Actio, an sit exprimenda in libello.*
44 *Actus seu contractus, actio & obligatio, in quo differant.*
45 *Obligatio, qualiter introducta fuerit.*
46 *Causa quid sit, & quotuplex, & an sit in libello exprimenda. & nu. seq.*
49 *Causa remota, quare in reali non necessariò exprimatur, sicut in personali.*
50 *Causæ expressio, quare requiratur in libello.*
51 *Causa vna vel plures, an sint in libello exprimendæ.*
52 *Causa quæ in libello sit exprimenda, & qualiter.*
53 *Libellus non admittitur, expressè concludens.*
54 *Libellus vt concludat, qualis esse debeat. & nu. seq.*
59 *Reus quid agere debeat, si causa non sit expressa, vel expressa est, sed non legitima.*
60 *Ius canonicum præfertur iuri ciuili.*
61 *Actio, an debeat exprimi in libello.*
62 *Actio quæ censetur intentata, vbi plures competunt actiones.*
63 *Actor non cogitur declarare ad petitionem rei.*
64 *Conclusio, an sit necessaria in libello.*
65 *Conclusio, qualis poni debeat in libello.*
66 *Conclusio, qualiter & quibus verbis fieri debeat in libello.*
67 *Conclusione non cõcordante cum narratione vel actione, an valeat libellus.*
68 *Ordo, an sit necessarius in libello.*
69 *Scriptura, an ad validitatem libelli sit necessaria.*
70 *Clausulæ aliquæ, an sint in libello adijciendæ.*
71 *Libellus debet esse clarus & certus.*
72 *Libellus non debet esse generalis.*
73 *Libellus non debet continere verba duplicia, seu aliàs prægnantia.*
74 *Libellus non debet esse alternatiuus.*
75 *Libellus non debet esse conditionalis.*
76 *Libellus non debet esse sibi contrarius.*
77 *Rescriptum habetur loco libelli.*
78 *Iudicia vniuersalia quæ dicantur, & sub qua forma in eis libelli concipiantur.*
79 *Libellus qualiter concipi debeat in iudicijs vniuersalibus.*
80 *Iudicia generalia quæ sint, & qualiter in ipsis formetur libellus.*
81 *Petitio iuris episcopalis, an dicatur iudicium generale vel vniuersale.*
82 *Iudicia singularia seu specialia, quæ sint.*
83 *Iudicia communia, quæ sint & quot.*

SIGNIFICANTIBUS. Cum agitur reali, non sufficit rem generaliter petere, sed debet ita specificare, vt euitetur obscuritas & æquiuocatio. hoc dictum diuiditur, quia primò ponitur appellantis narratio: secundò appellantis commissio. secunda ibi, quod circa. & idem tex. formaliter habetur, infra de appella. cap. significantibus, & in tex. ibi, ipsos. dic, scilicet fratres conuentos. & ibi, & V. dic, scilicet, agentem & impetrantem, vt sequitur. & ibi, super quadam die, & sic erat in libello, & fortè ponebatur bene nomen villæ, de quo latius, infra in ver. ibi, denegarent. dic, & malè. ibi, prouocarent, dic, & bene, & in fi. ibi, &c. dic, hoc est in negotio.

1 ¶ † Primò no. ibi, inter ipsos, ꝙ plures possunt eodem libello conueniri, quod intellige secundum ea quæ dixi in cap. præcedenti. in 9. princip. artic. 4. membro.

2 ¶ † Secundò no. ibi, tracti fuissent, quòd quis dicitur trahi ad iudicium per solam citationem ante libelli oblationem, & litis contestationem, ad idem cap. nonnulli. in princ. & cap. dilectus filius I. supra de rescrip. quod facit ad statuta imponentia pœnam trahenti aliquem ad iudicem, de quo in cap. si diligenti. supra titu. proximo, & per Bart. in l. amplius non peti. ff. rem ratam haberi, & vide per Dominũ Dom. in capit. fin. §. 1. de offic. deleg. lib. 6. in prima oppositione.

3 ¶ † Tertiò no. ibi, oblato eius libello, iunctis illis verbis, tracti fuissent, argumentum, quòd quis prius est citandus, quàm libellus offerendus, de quo latius, infra art. 14.

¶ † Quartò no. ex eisdem verbis, quòd libellus est necessario in iudicio offerendus, de quo latè dixi in c. præcedenti. in 5. princ. artic. Et aduerte, quia propter verba, hæc decretalis facit ad titulum nostrum, pro reliquis vero potius facit ad titulum de appellationibus, vbi ponitur ad contextum, & ideo, cũ deseruiat vtrique titulo, non dicitur superflua, & sic non est, quod supra dicitur in proœ. resecatis superfluis: debent enim decretales & leges sub congruis titulis situari, vt in proœmio sexti, in verbo, titulis, & ibi Glo. & in prima constitutione. C. in §. quibus. & in l. Imperatores. ff. de in diem adiect. cum simil. Et ratio in promptu, quoniã Rubricæ seu tituli sunt directiui, vt materię facilius reperiãtur: neque enim pro libelli materia recurrendum est ad titulum de appellationib. sed ad hunc titulum, nec contra, sicut non vadimus ad piscandũ in siluis, nec ad apros aut ceruos capiẽdos retia in mare extendimus, quo fit, vt maximè vituperandi sint qui materias à titulis extraneas latius pertractant. Quod vt plurimum Doctores nostri, vel vt noua aliqua dicere videãtur, vel debitum non considerantes modum ferè scientiam nostram destruxerunt, plerunque tractantes non tractanda, & omittentes nõ omittenda: quamuis enim hæc decretalis potius tractet de effectu iustæ appellationis interpositæ ab interlocutoria, quã de libello, tamen materia appellationis non hic, sed sub titulo de appellationib. est tractanda, & illa materia appellationis, quantum necessaria est ad materiam nostrã libelli est attingenda: & rursus licet iste tex. formaliter ponatur sub tit. de appel. non ibi, sed hic, libelli materia est tractanda. singula enim suis lo-
a cis [a] sunt disponenda (vt inquit Phylosophus secundo œconomicæ) & probatur in d. l. Imperatores, & in alijs iuribus supra allegatis, cum sim.

¶ Quamuis conueniens sit alias materias quandoque per argumenta ad intellectum alterius materiæ pro necessitate deducere, sed talia tanquam ab exploratore sunt attingenda, & non tanquã a transfuga sunt tractanda. Et hæc no. diligenter tu scholaris, qui vis repertorium facere, quoniam non est inconueniens eundem casum, seu eandem quæstionem sub duabus, vel tribus, aut pluribus Rubricis collocare, secundum quod illas materias attingit, vt est vigere exemplum in tex. nostro, & in l. ea est natura cauillationis. ff. de verbo. signific. & de regu. iuris.

ADDITIO.

a ¶ *Faceret bonus tex. in §. ius autem ciuile, versi. quæ singula qualia sint, suis locis proponemus, Instit. de iure natu. & an sit superfluitas ponere vnum cap. in diuersis Rubr. & qualiter seruetur iuris conditor à superfluitate, vide Fel. in proœ. supra circa finem.*

ris. vnde dicit Philosophus in libro Prædicamento. quòd si contingat quòd aliquid prædicetur de prædicamento qualitatis & relationis, non est inconueniens, si vtroque prædicaméto enumeretur, seu collocetur, sed extraneas materias quandoq; argumentatiuè inductas, sub titulis incógruis plenius tractare nimis est reprehensibile, nec minus est vituperabile in loco congruo doctrinam mancam seu defectiuam tradere: quandoquidem vituperabilior est defectus quàm abundantia: plenisimæ igitur & completæ materiæ suis in locis sunt tractandæ, nec pluries repetendæ, sed alijs in locis per remisionem attingédæ. quem morem potisimum ab Aristotele omnium ordinatisimo seruatum legimus. Sed in eodem titulo superfluitas redargueretur, si eadem decretalis vel lex poneretur, nisi altera aliquid plus adderet, vel limitatiuè, vel declaratiuè, secundum Docto. hic.

5 ¶ † Quintò nota ex eisdem verbis, libellum esse offerendum parti. de quo latiùs infra, articu. 14. & sequen.

6 ¶ † Sextò nota ibi, ipsi cùm plures terras. argum. quod libellus incertus procedit, nisi pars petat illius declarationem, de quo infra, art. 12. q. 5.

7 ¶ † Septimò no. quòd res quæ petitur in libello, debet clarè exprimi & specificari, vt euitetur obscuritas & æquiuocatio. & si non declaretur, non tenetur respondere. de quo infra in d. art. 12.

8 ¶ † Octauò no. quòd reus ita demum potest petere declarationem rei petitæ, si non est conuenienter specificata: si modò tales plures res posideant: aliàs secùs, de quo dicam in d. art. 12.

9 ¶ † Nonò no. ibi, à iudicibus postularetur. quòd declaratio libelli obscuri videtur postulanda à iudice, de quo latiùs dicam infra in 12. princ. art. q. 5.

¶ Decimò no. quòd si iudex negligit impartiri officium suũ, vt fiat declaratio libelli obscuri, licitè appellatur. dicam in d. 5. q.

¶ Vndecimò no. quòd vbi petitio à iure fulcitur, appellatio iustificatur si nõ admittitur, de quo in c. bonæ. infra de appel.

10 ¶ † Duodecimò no. quòd post appellationem ab interlocutoria expressa, vel tacita legitimè interpositam, attentata debent reuocari. de quo in cap. non solùm. de appel. lib. 6.

11 ¶ † Vltimò nota ex fine ibi, &c. iunctis his, quæ dixi super tex. in verbo &c. quòd dictio, &c. scripta abbreuiatè, cótinet illud, quod est de substantia subiectæ materiæ. vide quod dixi in cap. pen. infra de accus. in finali notabili. dicam fortè latiùs in cap. ex parte S. supra de rescript.

¶ Glo. hic plura facit, primò ponit practicam libellandi in iudicijs secularibus, in quibus primò tractat de realibus, & alias interferit quæstiones & contraria soluit, deinde tractat de actionibus personalibus, in ver. si autem agatur.

¶ Secunda glo. principaliter ponit practicam libellandi in iudicijs vniuersalibus ibi, in vniuersalib.

¶ Tertiò tractat de iudicijs generalibus ibi, in generalibus.

¶ Quartò tractat, vtrùm libellus posit corrigi, mutari, seu emendari, vel aliquid de nouo accumulari, in ver. item no.

¶ Quintò tractat, an propter mutationem vel cumulationem sint dandæ nouæ induciæ ibi, & si mutauerit.

¶ Postremò in ver. præterea illud scias. reuertitur ad materiam quartæ partis. In ea. glo. ibi, & tunc est exprimenda res, quæ petitur, dic de hoc vt dicam infra in 5. quæst. princ. In ea. glo. ibi, causam tamen exprimere non tenetur. Dic de hoc, vt dicam latiùs, infra eo. q. 10. In ea. gl. ibi, arg. contra. ff. de rei vend. dic de hoc vt dicam infra in 5. q. In ea. glo. ibi, si autem personali. dic vt dicam in 10. q. In ea. gl. ibi, in vniuersalib. dic vt dicam in 5. q. in primo membro. & quæst. 18. In ea. glo. ibi, cum pertinentijs. dic vt dicam in q. 17. In ea. glo. ibi, in generalibus. dic vt dicã in 5. q. in 2. memb. & quæst. 19. In ea. gl. ibi, item no. quòd libellus. dic de hoc, vt latiùs dicã in c. sequen. artic. 25. & 26. In ea. glo. ibi, & si mutauerit. dic de hoc, vt dicam in cap. seq. art. 27. In ea. glo. ibi, auth. qui semel. dic vt dicam in c. sequen. artic. 31. In fi. gl. dic, hæc glo. attingit plures articu. de quibus tractandum est hic, & in c. sequenti, secundum ea, quæ diximus in Rubrica. Et sequendo ordinem ibi positum, quia in capitulo præcedenti expediuimus vndecim articulos principales, superest vt descédamus ad duodecimũ principalem articu. qualiter, seu sub qua forma sit concipiendus libellus. & quæ sint de ipsius substantia.

¶ Circa quem artic. licet ordinario visa fuerit mihi satis difficilis: & ipsius difficultas & intricatio in varios traxerit modos: tamen pro plena & clariori doctrina, prosequar duo membra prin.

¶ Primum erit de causis ciuilibus.

¶ Secundum de causis criminalibus.

¶ Quoad primũ, prosequar infrascriptas quæst.

¶ Prima, qualiter debet esse clarus & certus.

¶ Secunda, quòd non generalis.

¶ Tertia, non per verba duplicia.

¶ Quarta, non alternatiuis. fallit in 7. casibus.

¶ Quinta regula, quòd non debet esse conditionalis. fallit in quatuor casibus.

¶ Sexta, non debet esse contrarius.

¶ Septima, quòd rescriptũ habetur loco libelli.

¶ Primò, quid considerare debeat in genere, volens libellum concipere, & an scriptura sit de substantia libelli.

¶ Secundò, an sit exprimenda persona iudicis, & qualiter & an error vitiet.

¶ Tertiò, an exprimenda sit persona agentis, & qualiter, & quid si erretur.

¶ Quartò, an sit exprimenda persona conuenti, & qualiter, & de ipsius errore.

¶ Quintò, vtrùm sit expriméda res, seu id, quod petitur, & qualiter circa hoc versari debeat libellus, prosequendo quinque membra, & interferendo aliquas quæstiones.

¶ Sextò, de narratione facti.

¶ Septimò, an qualitas sit exprimenda in libello, & quæ, & qualiter.

¶ Octauò, an locus & tempus.

¶ Nonò, an aliæ circunstantiæ sint exprimendæ, & quæ.

¶ Decimò, an causa sit exprimenda, & qualiter.

¶ Vndecimò, vtrùm actio sit exprimenda.

¶ Duodecimò, vtrùm conclusio sit necessaria, & qualiter facienda.

¶ Decimotertiò, vtrùm ordo sit necessarius & qualis.

¶ Decimoquartò, vtrum scriptura, subscriptio, vel inscriptio sit necessaria.

¶ Decimoquintò, vtrū aliquæ clausulæ sint adijciendæ: & quæ.

¶ Sextodecimò, subijciam quasdas regulas & instructiones ad materiam articuli nostri.

¶ Decimoseptimò, prosequar sub breuibus, quę sint iudicia vniuersalia, & in ipsis ponam extensam formam libelli.

¶ Decimooctauò, eodem modo prosequar de iudicijs generalibus.

¶ Decimononò, sub simili forma tractabo de iudicijs, seu actionibus singularibus.

¶ Vigesimò, subijciam de communibus.

¶ Vigesimoprimò, saltem per remissionem dicam de varijs libellis, in varijs ac diuersis actionibus.

¶ Vigesimosecundò, quid si sit casus, in quo nō est necessarius libellus, & sit datus, sed non in debita forma: an actus teneat.

12 ¶ † Primò igitur quæro, quid cōsiderare debeat libellans in genere? Sol. Dic, quòd cum in libello consistat quasi tota vis causæ eo, quod super ipso lis

a est contestata, & ipsi conformis [a] debet ferri sententia, vt in c. licet Hely. infra de simo. & in l. vt fundi. ff. commu. diui. debet ille qui vult agere & libellare, maturè considerare, & maturè alterius consilio vtendo, si non est valde peritus, libellum concipere: ne ratione ineptitudinis reus absoluatur, secū dum quod dicam in c. seq. artic. 28. Vel processus & sentētia annulletur, secundum ea quę dicam in cap. seq. artic. 32. Nam vt inquit Specul. eod. titu. §. fin. in princ. si non est multū peritus, non debet de se con fidere, nec erubescere alios consulere. C. de postul. l. prouidendum. supra de constit. c. ne innitaris, 22. distinc. cap. de Constantinopolitano, cum sim. melius enim est in occulto deliberare, quàm in publico succumbere. facit C. de iure delib. in l. fin. primo responso. Et ad prædicta etiam vide notabilia verba Specul. in ti. de aduoca. §. nūc tractemus. versi. ha bito. Nec debet esse subditus ad agendum & libellum porrigendum: quia sicut lenta virtus & cunctatrix, antequā incipiat, indicat quid decorum, quid dehonestum sit: ita iniquitas omnia præcipitat. de pœn. distin. 3. inter hoc. infra de voto. cap. magnæ. Et quia melius est ante tēpus occurrere, quàm post vulneratam causam remediū quærere, vt in l. fi. C. in quib. causis in integrū restitutio non est necessaria. Nam ex quo aduersarium conuenerit, oportet eum litem prosequi, vt dicit hic gl. per auth. qui semel. C. quō & quando iudex. & inf. in c. seq. art. 31. Et in pri mis animaduertat, vt iustitiam foueat, & veritatem sequatur: aliàs nō moueatur ad agendum. Nec con fidat aliquo modo de subtilitate, aut peritia aduoca ti: aut ipsius potētia, aut iudicis amicitia. ¶ Quoniā longè melius est abstinere, ac ēt salubrius succūbere quam eo modo iniustam sentētiam reportare. facit regula, non remittitur peccatum, & regula, locupletari. de reg. iur. lib. 6. Et etiam propter notoriam iniustitiam reijcitur libellus, vt ĩ. ar. 16. Ad ipsum autem libellum ritè concipiendum, cōsiderari debent inf. dicenda. A. B. Et an scriptura sit de substantia libelli: dic, ꝙ sic, in iudicijs ordinarijs, per tex. in authen. offeratur. C. de li. contest. canonizata. 3. q. 3. & in corpore, vnde sumitur illa auth. & probatur, c. præced. & 2. q. 1. c. legum. & l. libellorū. ff. de accu. canonizata. 2. q. 8. & probatur ibi. c. præscripta. §. sed Calistus. & per gl. c. 1. de censi. lib. 6. vers. 26. Quinimò etiam in causis, in quibus proceditur summariè, de plano,

b sine strepitu & figura iudicij, exigitur scriptura [b] respectu petitionis, Clem. sæpe. de verb. sign. etiam si fiat per modum cuiusdam postę, vt dixi supra, c. 1. articu. 5. fa. 1. & 2. & ratio est, secundum gl. in ver. clarior. d. Clem. sępe. memoria hominum est labilis. 22. distin. c. præterea. C. de testa. l. hac consultissima. l. at cum humana. propter quod non satisfaciēs petitis, posset impedire & occultare veritatem. Item quia ex quo petitio est in scriptis redacta apud acta, exprimi poterit in sententia, vt est mens, & secundum glo. Quare cū per verba prædicta non intelligantur prohibita ea quæ concernunt veritatis indaginem, vt d. Cle. sępe. dixi c. fi. de ord. cogn. art. 37. q. 3. tenet Io. de Imo. super d. gl. super ver. clarior. & ver. 3. q. col. 29. vbi dicit post Io. de Lig. quod licet secus sit, quod verba petat, tamen necesse est quòd in actis redigatur in exordio litis. Ma.

13 ¶ † Secundò quæro, an sit exprimēda persona iudicis, & qualiter. Sol. Dic ꝙ sic, secundum Host. Io. An. & Doctores hic. facit capitulum, si contra. de offic. deleg. lib. 6. & l. 1. ff. de ed. Est enim nomen iudicis inserendum, vt in l. libellorum. C. de accus. canonizata. 2. q. 6. & taliter est exprimendus iudex, vt sit certus: ita vt sciatur, an sit competēs, vel non. ar. l. pen. ff. de iud. Et si esset certus, error nominis nō noceret, vt d. l. pen. secus si erraretur in iurisdictione, vt quia diceret eum delegatum, cum esset ordinarius, vel econtra. facit l. si per errorem. ff. de iurisd. omn. iud. ad quæ vide quæ latè dixi in c. significasti. supra de foro comp. in 6. princ. ar. q. 2. & si sunt plures, singulorum nomina sunt exprimenda, & similiter si est potestas, & eius vicarius, vel assessor, qui solitus sit cum eo sentētiare, vel de causa cognoscere, debet vtrunque exprimere. Sub quibus autem adiectionibus debeat hoc agere, vide quod dixi supra in 5. membro prin. Et hoc procedit indifferenter in omnibus iudicijs, tam vniuersalibus, quàm generalibus, singularibus & communibus.

14 ¶ † Tertiò quæro, vtrum sit exprimēda persona actoris, & qualiter. Sol. Dic, quod sic, secundū gl. & Doct. in cap. præced. & probatur in c. querelam. supra de elect. & in cap. forus. §. in omni. inf. de ver. sign. & ff. de procur. in l. si procuratorem. ff. de iu. in l. in his tribus. tenet Specu. eo. ti. §. quid si libellus. in prin. §. Iuxta. in prin. Inno. in c. 2. inf. de ord. cog. per

c tex. 4. q. 4. c. 1. & debet exprimi [c] nomen proprium, cogno-

ADDITIONES.

a ¶ *Libello conformis debet esse sententia. adde l. fi. C. de test. ma. & limita hanc reg. latè, vt per Ias. & Doct. scribentes in l. vinum, in fi. vbi glo. ff. si cer. pet.*

b ¶ *An scriptura in causis de plano explicandis in libello requiratur. vide repet. in Clem. sæpe. in princ. de verbor. signific.*

c ¶ *Nomen & agnomen iudicis in libello exprimitur, sicut in simili dicit tex. in l. 1. & 2 ff. de lib. & posthum. vbi latè Moder.*

cognomen, vel agnomen. Ita vt sit certus, qui agit. sufficeret tamen qualitercunque demonstraret, vel per nomen elegans, vt de Gallopresso, bidello Azonis. dicit glo. vt l. hac consultissima. C. qui testamen. facere possunt. Et aduerte: quia si actione loquere tur impersonaliter, vt quia dicit, domine iudex, petitur à vobis talis res, & nõ dicit, ego peto talem rẽ: quòd propter hoc non vitiatur libellus, si apparet quis est iste, qui loquitur impersonaliter. hoc singulariter tenet Bal. in repet. l. edita. quam fecit Paduæ. C. de eden. Mouetur: quia actor habet instar stipulatoris: sed impersonalitas ex parte stipulatoris non vitiat stipulationem. C. de const. pecu. in l. si quãdo, per Cyn. quod dictum est satis singulare. facit, quia ex quo est certus ille, qui porrigit libellum, intelligitur de seipso loqui, vt l. sicut, & l. stipulatio ista. §. si quis ita. & in l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. ff. de verb. obligat. Et aduerte etiam, quia debet exprimere, an proprio vel alieno nomine agat, secũdum ea, quæ latius dixi in cap. præceden. in 7. princip. articu. Et si sunt plures actores: omnium nomina exprimenda sunt, & omnes certificandi, & hoc procedit tam in iudicibus vniuersalibus, quàm generalibus, & singularibus.

15 ¶ † Quartò quæro, vtrum sit exprimendum nomen conuenti, & qualiter? Sol. Dic, ꝙ sic, secundum glo. & Docto. in cap. præced. facit 4. quęstio. 4. cap. nullus. & ff. de iudic. in l. his tribus. ff. de eden. l. 1. C. de eden. l. fin. & infra de ordi. cogn. c. 2. in prin. & ibi per Innoc. supra de elect. c. querelam. Non ergo sufficit dicere, conqueror de quodam scholari, qui tenetur mihi ad decretales. Vel de fideiussoribus, qui intercesserunt apud me pro B. ita vt sit incertus ille, de quo actor conqueritur: nisi fortè digito ostendatur: vel aliter sic exprimatur, vt constet de persona: nam hoc videtur sufficere. arg. l. certum. ff. si certum pet. & ff. de liberis & posth. in l. 1. & l. nominatim. tenet Specu. eod. tit. §. qui libellus. in prin. facit quod inf. in 5. quæst. Nec error nominis vitiat, a vbi cõstat de corpore: [a] secus si non constat, vt l. idẽ Pomponius. §. fin. & ibi gl. ff. de rei vendi. Et hoc procedit, si reus est certus: siue sit vnus, siue plures, vt dixi in cap. præced. in 8. artic. in 4. membro. Et si agitur contra Vniuersitatem, exprimenda est ipsa vniuersitas, non autem singulorum nomina, vt notant domini de Rota, decis. 186. dixi in dicto quarto mẽbro. A. B. Et probatur in cap. 2. de ordi. cog. secundum vnum intellectum, de quo ibi per Innocen. & Dom. meum, in 2. oppo. post gl. Item satis est, quòd fiat expresio, scilicet per nomina appellatiua, si ignorantur nomina propria conuentorum, secundum alium intellectum Dom. mei, in cap. penult. facit l. si inter. in fi. ff. de rei vend. & quod no. Innocen. in c. certificari. infra de sepul. & l. consequens. §. si quis hominum. ff. de hæred. instit. & per ea quæ dicam infra eod. artic. quæstio. 16. in prima regula. Limita tamen prædicta, secundum ea, quæ dixi infra eod. art. 5. in quarto membro. versic. debet glo. res quæ petitur. Ma. Et si reus suo vel alieno nomine conueniatur, hoc est exprimendum, vt dixi in d. 8. articu. Et hoc procedat, quando reus posset certificari; secus si reus esset incertus, vt cum appellatur ab inquisitione, vel cum petitio non dirigitur contra aliquam certam personam: vel si nihil petitur à parte: sed à iudice, vtputa, quòd pronũciet processum nullum, vt in cap. in nostra. supra de procur. secũdum vnum intellectum Innocen. de quo tamen dicendum, vt ibi per Innocentium, Dom. Antonium, & Ioan. de Imola. dicit tamen Bald. in d. repet. l. edita. quam fecit Paduæ, quòd iudex tunc tenet locum partis. arg. l. ita demum. C. de procura. & in l. penul. ff. iud. sol. Et idem dicendum, si libellus concluderet contra omnes: puta, si concluditur contra omnes, qui sua putauerint interesse: vel omnes consanguineos, agnatos, vel cognatos, vel omnes, qui voluerunt contradicere, aut se opponere, per no. in authen. si omnes. C. si vt se ab hæreditate abstineat. & hæc procedunt in omnibus iudicijs vniuersalibus, generalibus, & singularibus.

16 ¶ † Quintò quæro, vtrum sit exprimẽda res, seu illud quod petitur, & qualiter? Sol. Dic, quòd est exprimenda & specificanda, secundum gl. & Doct. in c. præced. & glo. nostram hic in prin. & probatur in l. item. §. fin. ff. de rei vend. Et etiam exprimẽda est quantitas, si quantitas petitur. arg. prædictorũ. & in l. 1. §. si quis argentum. ff. depositi. Et debet ita declarari id quod petitur, vt non sit obscuritas vel æquiuocatio. & idem tenet glo. in l. 1. ff. de eden. vnde dicit Bald. in d. repet. l. edita. C. de eden. in versic. circa quartum. quòd si non potest intelligi res, id est, datio, vel factum alicuius rei certæ vel incertæ: libelb lus [b] est nullus, quia deficit subiectum ipsius libelli, super quo fundatur intẽtio partium. vnde sicut nulla oratio est significatiua, nisi habeat subiectum, & prædicatum: ita iste libellus nihil significat, & quod non intelligitur, nihil est. ff. de iure fisci, in l. ita fideicom. ff. de verborum obligat. in l. quicquid. sufficit tamen qualitercunque declaretur id, quod petitur, siue per se, siue per alias circumstantias, vt latè apparebit ex infra dicendis: & si res petitur, debet exprimi, an petatur tota vel pars, vt dicit hic glo. quia aliàs reus non posset deliberare, vt hic dicitur, & est tex. in dicta l. si in rem. la 1. ff. de rei vendicat. tenet Specula. eod. titu. §. iuxta. versicu. non valet. per illam l. allegat etiam 30. quæstio. 5. cap. incerta. sub illo. §. econtra. & infra de spon. capit. de muliere. ff. de actio. empti. l. Titius. §. fin. ff. de contrahen. emptio. in l. quod sæpe. §. fi. & c. cum seruo. §. fin. & ff. de iure dotium. in l. cum post. §. gener. Et subdit Speculat. quòd petẽdo rem, simpliciter intelligitur petere totam. quod etiam tenet glo. in d. l. si rem. & Ioan. de Imola hic, & Docto. Petendo verò partem, intelligitur de dimidia. ff. de interrog. act. in l. si defensor, §. qui interrogatur, & ff. de verbor. signif. in l. nomen filiarum. §. portionis, & in cap. 2. de decimis. lib. 6. & vide ad hæc quæ latè dixi in cap. extirpandæ. inf. de præ-

ADDITIONES.

a ¶ *Vbi constat de corpore, error in nomine vitiat. vide de hoc in l. si quis in fundi vocabulo, in princip. vbi Ias. & alij. ff. de leg. 1.*

b ¶ *Libellus, in quo non apparet, quid & quantum petatur, est ipso iure nullus: etiam parte non petente, secundum An. Bar. hic. vbi etiam videtur respondere ad tex. in l. fi. C. de anna. excep. vbi videtur necessarium, vt pars excipiat. vide hic per eum in addi. & de obscuritate libelli, vide Decium in c. dilecti. in fi. de iud.*

præben. in 4. not. Arbitror tamen, quòd si reus petere, quòd declararetur pro qua parte ageret, quòd debet actor hoc specificare, per ea, quæ infra subijciam. Et aduerte, quia semper debet declarari id, quod petitur: qualitercunque agatur, siue iudicio vniuersali, siue generali, speciali, singulari, aut communi. Et satis est, secundum subiectam materiam, rem de qua, seu super qua agitur, claram reddere, vniuersalem, vniuersaliter, generaliter, & sic de singulis. A. B. Et ita declarari, vt reus posit deliberare, an velit cedere vel contendere, vt dicit gl. super verbo, debebit. in l. si in rem. ff. de rei vend. incertitudo enim vitiat libellum, & processum. l. Pomponius, la prima. §. fin. & ibi Bal. & Ang. ff. de rei vend. Ma. Sed pro clariori istorum verborum doctrina & examinatione, prosequar infrascripta membra.

¶ Primum de vniuersali iudicio, quando petitur quid vniuersale.

¶ Secundum, de generali.

¶ Tertium, de speciali petitione.

¶ Quartum, de singulari seu indiuiduali.

¶ Quintum, de communi.

17 ¶ † Circa primũ membrum de iudicio, seu actione vniuersali, glo. nostra in ver. in vniuersalibus, dicit, quòd non est necesse exprimere, siue designare singulas res, sed sufficit dicere, peto talem hæreditatem, quia sum hæres. ff. de petitio. hæredita. in l. 4. & in l. si quo tẽpore. & ff. si pars hæredi. petatur, in l. 1. §. fin. Item, peto Ecclesiam cum pertinentijs suis, vt dicit hic glo. per cap. cùm ad sedem, infra de restitu. spol. cap. licet. de probationib. cap. inter dilectos. de donat. & idem in effectu vult glo. in l. 1. ff. de eden. & Docto. hic, idem Spec. in titu. de actio. & petitio. §. sequitur, in prin. per l. 1. ff. de peti. hæred. & probatur in c. in præsentia. infra de probatio. Inno. in c. certificari. de sepul. debet tamen dicere, an totam vel quotam partem hæreditatis petat, vt l. 4. & dicta l. si quo tempore. Et hoc cùm certus est de certa parte. ff. de rei ven. in l. pater. & ff. si pars hæred. peta. in l. antiqui. & l. 1. secundum Specu. in d. §. & Rofr. in libel. Rub. 20. & tribus sequentibus. & Specu. in titu. de iud. §. 1. in princ. in 4. parte. Et quare prædicta iudicia, & quædam alia dicantur vniuersalia, & quæ sint illa, dicam latiùs infra in 17. quæst. princ. istius artic. Et no. quòd licet singulę res nõ exprimantur: tamen vniuersalitas illa exprimitur, & declaratur per suum nomen vniuersale, vt hæreditas, peculium, grex, & similia, vt latiùs dicam in dicta quęst. 18. Et aduerte, quia sicut non est necesse, quòd in libello singulæ species, vel res declarẽtur: ita non est necesse, quòd declarentur etiam in prosecutione, nec etiam in sententia, vt dicit hic glo. in versiculo & sic potest sententia, & sequuntur omnes Doctores hic. & Specu. in titu. de actio. & petitio. §. sequitur. versic. quæ est differentia, per l. non possumus. ff. de petitio. hæredi. licet secùs sit in generalibus iudicijs, vt dicã in seq. membro. Et de ratione differentiæ inter iudicium vniuersale, & generale quoad prosecutionẽ, dicam in sequenti membro. & adde omnino quæ dicam infra in dicta 17. quæst. princ. Sed aduerte, quia gl. hic inter iudicia vniuersalia ponit exemplum, quando quis petit Ecclesiam [a] cum pertinentijs suis. & idem tenet glo. 2. in cap. cùm ad sedem, de restitutione spoliatorũ, quæ dicit, quòd in iudicijs vniuersalibus, quale est istud, admittitur libellus generalis, & sequuntur Doctores hic, & ibi. & Specu. in titu. de actio. & petitio. §. sequitur. in princ. qui etiam allegat capitu. cùm venerabilis, infra de excep. quod tamen videtur limitare Bald. in dicta repetitione. L. edita. in versiculo, circa quartum. Si modo pertinentiæ sint notoriæ, aliàs debent declarari, allegat nota. per Innocentium in dicto capitulo, ad sedem, quod mihi non placet, quia satis est, quòd Ecclesia sit specificata, per ea quæ statim dicam, secũdum Innocentium & Docto. nam si petitur Ecclesia, est iudicium vniuersale. & ideo veniunt omnia pertinẽtia, etiam si non exprimeretur, sicut cùm petitur hæreditas, veniunt omnia quæ sunt in hæreditate, facit etiam quod no. Innocentius in capitulo, eam te, supra de rescrip. & in capitu. quia V. supra de iud. secundum vnum intellectum. & quod no. Innocen. in cap. conquerente, supra, de offic. ordin. & in cap. tanta, infra de exces. Prælat. Et ideo, vt dicit glo. 2. in dicto cap. cùm ad sedem. sub tali generalitate, nõ solùm venit id quod erat apud reum cõuentum tempore oblati libelli, sed etiam tempore sententiæ, vt ff. de petit. hære. in l. si quo tempore. Quinimò, etiam si superueniat post sententiam, sed non est materia nostra, vide per glo. & Doct. maximè Dominum meum in dicto c. cum ad sedem. A. B. Posset tamẽ saluari opi. Bal. in quantum intelligeret pertinentias notorias, hoc est, quia essent res de sui natura pertinẽtes, lege, statuto, vel consuetudine: secùs, si non essent pertinẽtes, & natura sua accessoriæ: & tunc procederet opinio Baldi. Mar. Aduerte tamen, quia dicit ibi Ioannes de Imo. quòd cùm hoc nomen, pertinentiæ, sit nomen collectiuum, continens sub se multa, quæ sunt deputata pro pertinentijs à iure, statuto, vel consuetudine, vt est dos; sed sunt primitiæ, oblationes, iura parochialia, & similia, vt tradunt ibi Innocen. & Docto. ideo admittitur petitio vniuersalis, non facta specificatione, propter quod videtur, quòd etiam si principaliter petantur pertinẽtiæ, vel etiam si petatur Ecclesia & pertinentiæ, quo casu etiam principaliter videntur petitæ pertinẽtiæ: quia dictio, &, coniungit principaliter, & dictio, cum, accessoriè, vt no. Bartol. in l. si cui fundus. ff. de fun. instru. vnde videtur, secundum Ioan. de Imo. quòd procedat dicta petitio pertinentiarum, nõ facta alia specificatione, sicut in alijs vniuersalibus, vt dictum est. licet Innocen. Ioan. de Lig. & D. Ant. videantur aliud sensisse in dicto capitulo, cùm ad sedem. & hæc opinio plus mihi placet. Aduerte tamen ad id, quod dixi de dictione, &, & cum, quando dictio, &, aut dictio, cum, ponitur inter duo: quia illud verũ, quãdo natura est accessoria vnius ad alterum: secùs si vtrumque apparet æquè principale [b] per textum, & Bar-

ADDITIONES.

a ¶ *Quando petitur Ecclesia, an sit iudicium vniuersale, vltra no. per Docto. in cap. cùm ad sedem, infra de restit. spol. vide Alexan. cons. 184. lib. 2. vbi de hoc.*

b ¶ *An & quando copulatiua copulet æquè principaliter, & quid de dictione, cum, vide per Barto. in l. 1. ff. de condi. & demon. cum concor. vt per Alex. in l. si tui fun. ff. de fun. inst. & de copula, &, vide latiùs Ias. in l. 1. ff. de iust. & iure.*

& Bartolum in l.tabernam.ff.de fun.instru.& l.3.& 4.ff.de pecu.lega.& vide Bartolum in l.quodcunq; ff.de verbo.oblig.& in l.si cui,el 2.ff.de lega.1.Nam in his,quæ non sunt accessoria,tantùm operatur dictio,cum,quantum dictio,&,secundù Iaco.de Are. in d.l.3.& 4. & vide Ioan.Andr.in cap.sæpe,de præbend.lib.6.& in regula,nullus pluribus,de regu.iur. lib.6.voluit etiam Innocentius in dicto capitu.cùm ad sedem,quòd licet iste libellus,petat Ecclesiã cum pertinentijs,sit incertus,tamen debet admitti : quia istæ pertinentiæ petuntur hoc casu, tanquam accessoriæ,vt nota.in c.cum dilectus, de ord.cogni.quasi velit Innocen.quòd in accessorijs libellus posit esse generalis & incertus. quod est limitandum, vt no. idem Innocen. in cap.fina. de excess.Prælat. & Dominus meus, & Moderniores in d.c.cùm ad sedem. quando res quæ petuntur,sunt accessoriæ rei,id est, quando res quæ principaliter petitur, est talis, quæ de sui natura habet illa accessoria, vt est Ecclesia,vel hospitale,quæ habet dotes suas,& alia iura,vt supra dixi.Et idem,quando essent accessoria actioni in iudicium deductæ,vt in interdicto,vnde vi, in quo ipsius natura veniũt omnia mobilia & immobilia ibi existentia,& omnia damna & interesse, vt in l.1.§.& potissimè.ff. de vi & vi arma. Et idem etiam sentit Innoc.in verbo,pertinentijs,in fi.in dicto cap.cùm ad sedem.dicens, quòd vbi pertinentiæ non accedunt petitioni,vel rei : hoc est,res quæ petũtur,non sunt de sui natura accessoriæ & pertinentes, necesse est illas exprimere, & ideo dicit Innoc. quòd si quis petat omnia bona alicuius, non est audiendus : nisi exprimat ea.Et ratio est,quia cùm singularib. actionibus agatur, non posset ferri certa sententia, quæ ferri debet in singularibus actionibus : secus quando accedit petitioni seu actioni, & sequitur Dominus meus ibi, pro quo dicto ego allego dictum Specula.eodem titu. §.iuxta. vers.quid si peto domum, vbi dicit, quòd nõ procedit libellus, peto domum, & res ibi existentes,sed debet illas exprimere,& enumerare,per l.si in rem.la 1.ff.de rei vendic. licet quidam dicant succurri agenti iuranti, per l.1.§.1.ff.depositi.& l.in actione. ff.de furt. Sed Specu. dicit primum verius,& ita etiam tenet ibi Ioan. Andr.in addit.dicens, quòd ista fuit opinio Alberti Galeoti,& mihi placet. posset tamen contraria opinio statim allegata saluari, vel ratione qualitatis actionis, vt in interdicto,vnde vi, vt statim dixi; vel ratione incertitudinis causatæ, vel ab aduersario, vel aliquando non ab ipso actore,vt infra dicam.

18 ¶ † Circa secundum membrum de iudicio generali,[a] quale est tutelæ, negociorum gestorũ, pro socio, & similium, de quibus dicam infra q.18. dic,quòd sufficit generalis petitio. Nec exigitur expresio aliquarum rerum. C. de iud. in l.licet. secundum glo. hic,in ver.in generalib.verò iudicijs. dic ergo,quòd sufficit generaliter dicere, peto rationem administrationis tutelæ,vel negociorum gestorum,&c.Notat glo.mag.in l.prima.ff.de eden. Nam generale est illud,in quo verificatur natura generis cõtinens plura capitula : non tamen vniuersum ius, secundum Innocen. in cap. conquerente, de off. ordin. dicam latiùs infra q. 18. Et hoc tenent hic Domi. Anton. Dominus meus, Ioan. de Imo,Zabar. & communiter Docto.volunt tamen, quòd licet non sit necesse in tali libello exprimere res: tamẽ in processu oportet fieri expresionem ad hoc, vt certe posit eadem natio fieri, vt dicta l. licet. vnde hæc est differentia inter iudicium vniuersale & generale, quia in vniuersali, nec in libello, nec in prosecutione, nec in sententia est necessarium exprimere res, vt dixi in membro præcedenti, sed in generali, licet libellus generalis admittatur : tamen lite contestata, res debent exprimi,vt dicta l.licet.in cap. Abbate,de re iudicata.lib.6.& secundum Docto.hic. Et ratio differentiæ est, secundum Barto.in dicta l.1.ff. de eden. quia iudicium vniuersale, secundum propriam naturam actionis, datur ad declarandum ius actoris, respectu illius iuris vniuersalis : & ideo non est necessaria alia declaratio, sed restitutio rerũ fit per officiũ iudicis, & ideo necessaria est specificatio in processu, & sequitur Dominus meus : Hostien. tamen hic videtur voluisse, quòd etiam in iudicio generali sufficiat libellus generalis, & sententia generalis, quod videtur etiam placere Zabare.hic. & ita etiam sentit Bal.in l.edita. C.de eden.in lectura, in versic. sed nunquid est ita. vbi dicit,quod tenet ista sententia,Condemno te, vt reddas rationem administrationis tuæ,per cap. qualiter,el 2. infra de accus.& C. de dona.in l.si quis pro redemptione: quia mistum, & iustum factum continet. ff.de condi.& demonst. in l.cùm seruus. & l.qui sub conditione.eodē titu. facit l.1.ff.de inoff.testa.secundum Bal. & no.quòd videtur admitti talis libellus, Peto mihi iustitiam fieri de dãnis datis in prædijs, animalibus, aut similibus rebus : nec est necesse specificare omnia, in quibus damnum datum est. facit cap.2. in princip. infra de ord. cogni.de quo tamen dic, vt latiùs dicam infra, quæst.11.

19 ¶ † Circa tertium membrum de iudicio,seu petitione speciali.Bald.in repet.d.l.edita. in versic. circa quartum,dicit,quòd sufficit,quòd expresio fiat specialiter, per l.1. ff. de libe.& posthu. Sed tu aduerte, quia gl.& Doct.communiter non faciunt hoc membrũ: licet enim inter genus,speciem,& indiuiduum sit differentia,vt est apud Dialecticos, no.glo.Instit. de iure naturali. §.plebs. Nam genus est illud,quod prædicatur de pluribus differentibus specie, vt animal,quod prædicatur de homine & elephante.Species verò prædicatur de pluribus differentibus numero. vt homo, filius &c. nam prædicant de Titio & Sempronio,& sic de singulis. Et ideo fortè glo.& Doctores fecerũt hoc membrum,quia si est species vniuersalis, continetur sub vniuersali petitione: & generalis, sub generali, siue talis generalitas sit respectu generis, siue respectu speciei : non sumendo partem pro indiuiduo, prout communiter capiunt Legistæ.Et finaliter potes concludere, quòd qualiscunque sit talis species, debet declarari secundum subiectum suum, vel vniuersaliter, vel generaliter, vt dictũ est,vel singulariter, vt dicetur in seq.mem.

20 ¶ † Circa quartum membrum de iudicio singulari,

ADDITIO.

a ¶ *Qualiter formari debeat libellus in iudicio generali, vltra Barto.in l.prima, secunda colum.ff.de eden. vide Roma. in consilio 211. colum. 3. & Alexand. qui limitat dicta Barto. loco supra alleg.consil.93.lib.4.*

lari, particulari, seu indiuiduali, dic, quòd in hoc iudicio debet fieri declaratio & specificatio, aliter & aliter, prout species vel res indiuidualis per se mouens, immobilis vel mobilis, seu quantitas petenda requirit, secundum quod latiùs infra demonstrabo. Est enim aduertendum, quòd hoc iudicium ideo dicitur particulare, seu singulare, quia datur ad res particulares, & singulares: non autem aliquod vniuersum, vel generale, secundum Doct. hic & in l. edita. C. de eden. vt si peto hominem, domum, librum, mille, &c. & horum iudiciorum, seu harum actionum, aliquæ sunt reales, aliquæ sunt personales, vt Institu. de actio. §. 1. & infra vt li. non contesta. cap. quoniam. & not. gl. contra. & in l. prima. ff. de eden. & no. quod actio realis ideo dicitur, quia prosequitur rem, non personam, & ideo cōtra quemcunque detentorem, seu possessorem potest intentari, qualis est rei vendicatio publiciana, & vtilis rei vendicatio. Personalis verò dicitur, quia prosequitur personā: licet enim petam à te hominem, vel domum, &c. actione ex empto, deposito, locato, aut commodato, &c. tamen ista est actio personalis, quæ non sequitur fundum, sed personam, vt l. prima. §. hæres. ff. ad Trebellianum. & l. fin. §. fi. ff. de contrah. emptio. & l. dolus. C. de rescin. vend. & infra vt li. non cont. cap. quoniam, in fi. & cap. tuę. & vltra distinctionem
a prædictam adde, quòd etiam est quædam actio[a] personalis, quæ vocatur in rem scripta, quę datur contra aliquem, non ideo, quia possidet, sed quia obligatus est ex possessione, vt l. de eo. §. fina. ff. de exhib. & ista est differentia inter istam actionem, & realem meram & puram, quia mera realis datur contra possidentem, non tamen tanquam obligatum: sed quia possidet, vt Insti. de actio. §. 1. tradit glo. & Barto. post eam in l. 1. in fi. ff. de interdict. & vide Dominum meum, in c. fin. de foro competen. in glo. super verbo, possessorem. & in cap. dilectus filius l. supra, de rescript. Qualitercunque ergo agatur, siue actione reali mera, siue personali pura, siue personali in rem scripta, siue agatur ad rem vnam vel plures, siue ad quantitatem, debet ipsa res vel quantitas declarari, ita quòd non sit obscuritas aut æquiuocatio, & similiter si petatur tota vel quota, vt supra dixi in princip. istius quintæ quæstionis. Et ita debet fieri specificatio, quòd reus conuentus reddatur certus, vt possit deliberare, an velit cedere vel contendere: & ideo si petatur homo, debet declarari per nomen, cognomen, & agnomen. & si fortè sint aliqui eiusdem nominis, declarare, an sit puer, adolescens, vel senex: & si fortè etiam non sufficeret (quia posset dari æquiuocatio) declarare per alia signa, vt per nigredinem, albedinem, &c. & si esset nomē elegans, vel gallo pressus sufficeret, vt hæc probantur in l. si in rem. la 1. ff. de rei vendi. & ibi Ange. facit l. Pomponius. la prima. §. penult. & fina. eodem titu. & per glo. in l. hac consultissima. C. qui testam. face. poss. & si ignoratur nomen proprium, sufficeret dicere, ex tali ancilla natum, vt dicta l. si in rem. & Zabar. & Dominus meus, & Docto. hic, & Specu. eod. titu. §. iuxta. versic. quid si hominem. & dicit Barto. in d. l. si in rem. quòd sufficit, quòd quis denominetur a matre. Si verò equus vel bos peteretur, debet demonstrari & certificari per colorem, & per pilum, vt leardum & morellum &c. Specu. in dicto §. iuxta. versic. sed si vestis, aut per alia signa, vt balzanus &c. & si canis, ipsius pilus & qualitas esset exprimenda. Si verò ciuitas aut castrum peteretur, est exprimendum nomen ipsius: & si fortè nō sufficeret ad demōstrationem solum nomen: adijcere debet aliud cognomen, vel aliam demonstrationem, vel confinia, ne detur æquiuocatio. Exemplum in Lu-
b cigniano. Nam eiusdem nominis sunt plura[b] castra in Comitatu Senarum. nec enim sufficit sub nomine appellatiuo petere castrum aut terram, nisi fortè reus vnam solam possideret. Si verò peteretur domus, similiter nomen ipsius esset exprimendum, & confinia, saltem duo, secundū ea, quæ statim dicam. Et si peteretur domus cum massaritijs, an ipsæ massaritiæ, seu supellectilia essent specificandæ, dixi supra in primo membro istius quæstionis. Si verò fundus aut petium terræ peteretur, vel quid simile, est exprimendum illius nomen, si habet, vt Sempronianum, &c. vt probatur in d. l. si in rem. D. meus & Doct. hic, Spec. in d. §. iuxta. ver. non valet etiam fundus. Et si nullum habet nomē, designare ipsum per confinia, saltem duo, vt dicit hic glo. per l. forma. ff. de cēsib. quod procedit, nisi fundus vel terra sit certus ex alijs demōstrationibus, quia tunc frustra adijcitur alia demōstratio, vt l. prima. ff. de dote præleg. tradit Bart. l. libellorum. ff. de accu. Nam si per tales demōstrationes certificetur reus: non est superfluis vtendum, ad quod vide iura quæ allegaui in cap. tertio, de pę. & remis. nec interest, quid ex æquipollentibus fiat, vt in cap. licet ex quadam, supra de testi. & in c. petitio. de procura. vnde si haberet nomē notissimū aut elegās, sufficeret sola denominatio absque confinibus, vt probatur in c. auditis. supra de restit. in integr. & cap. cùm dilecti. de empt. & vendit. Et aduerte, quia quando essent exprimenda confinia ita, quia non sufficeret petitio sine expressione confinium: tamē videtur libellus procedere, licet confines non exprimantur, puta si dicit actor, peto fundum situm in tali loco, cuius confines ignoro, vel nunc scire nō possum: sed offero me declaraturum in processu iudicij. Nam procedit iste libellus, secundum Martinum Sillimani, ex quo nunc certificari non possum, l. Lucius hæres. ff. de actio. emp. Satis enim est constare de re, & quamuis nunc confines non habeantur, videtur satis esse, quòd offerantur in processu. facit dicta l. si in rem. ibi, sed si nomen. l. patronus. §. primo. ff. de lega. 3. & l. deberi. C. de fideicommiss. liber. sed Ioannes Andræas in addi. Speculator. eodem titu. §. iuxta. versiculo, non valet. in magna addit. dicit, quòd non admittitur talis libellus ex illa sola causa, quòd tunc actor certificari non posset: nisi etiam periculum tardando immineret actori. nam istis coniunctis dicit libellum admittendum, si de fundo constaret. facit. c. fin. infra de pęn. & quod ibi no. & cap. fin. de electio. lib. 6. aliàs qui certifi-

ADDITIONES.

a *¶ Tu autem de differentia harum actionum personalium, s. realis, & in rem scripta, vide latiùs per Docto. præsertim Ias. in cap. 1. Instit. de act. circa princ. & per totum.*

b *¶ An autem in dubio præsumatur pluralitas reorū, vide Frācis. Are. in cons. 103. col. 3. & Ale. cōs. 82. lib. 4.*

certificaturum se offert, prius illud faciat, quàm det libellum. & præmittendum non postponat, supra de rescrip. cap. cum dilecta, secundum Ioannem And. in dicta additio. A. B. Ita tenet Ioannes Andreas in additio. Speculat. in titu. de proprietate, in princip. allegando Guido. de Suza. in l. edita. C. de eden. dicit, quòd si non expresit confines: quia actor dubitat, quòd si reus petit ab actore duos confines declarari in libello, quòd actori petenti dabitur ad hoc dilatio: quia talia quandoque indigent oculorum inspectione. l. si irruptione. ff. fin. regund. & l. 4. in princip. ff. de dam. infecto. Ma. Si tamen actor ignoraret confinia, & reus sciret; an posset petere à reo, vt det sibi confinia rei, quam possidet: quia illam vult petere. Angel. in d. l. si in rem. refert suo tempore hanc q. fuisse Florentiæ: & dicit determinatum quòd sic, quod est verum, secundum eum, quando facto rei confines non possunt haberi, vt quia possidens amouerat terminos à suo fundo. facit, quia quando facto rei probabilis insurgit dubitatio, ad-
a mittitur libellus [a] incertus, vt infra dicam. Similiter etiam, si conuentus non haberet nisi vnũ fundum, seu vnam terram: videretur sufficere petere in genere. ar. tex. nostri à contrario, dum dicit, ipsa cum plures terras &c. Et quia satis tũc videtur actor certus. ar. l. certum. ff. si certum petat. Hostien. tamen hic sentit contrarium, & ideo ad textum nostrum dum dicit plures terras, supplet maximè, quia secundum eum, terra posset esse magna & parua, & ideo debet designari per confinia, vt dicit glo. & supra dixi. Et si necesse sit, subijcietur res oculis iudicis, vel aduersarij. ff. finium regun. in l. si irruptione. & capit. pen. infra de probatio. quod non placet hic Domino meo, quia non refert, an sit magna vel parua: ex quo enim petit terram quam reus possidet, videtur illam totam petere, vt l. si defensor qui interrogatus. ff. de inter. act. & supra dixi, & infra subijciam. Declaratio enim fit, vt reus sit certus: sed satis est certus, ex quo non possidet alia: quia non refert qualitercunque certificetur, vt supra dixi, & infra dicam. Et debet dici, an sit vinea, campus, vel pratum. C. de bonis proscriptorum. in l. si quis. tenet Specul. in d. §. iuxta. versic. non valet. & in titu. de causa possess. & propriet. §. nunc dicendum. in primo libello. Alioquin non posset reus deliberare, vt ff. de rei vend. in l. is qui se obtulit. nec plenè instruit, an velit cedere, & cęt. 3. quæstio. 3. cap. offeratur. l. 1. ff. de eden. & sic exprime, an sit aratoria, pratiua, vel vineata, secundum Hostiensem hic. Istud tamen potius arbitror ad cautelam fieri, quàm de necessitate, si per alias demonstrationes reus esset certus. Si verò peteres librum, debes exprimere, cuius sit facultatis: an Theologiæ, vel iuris Canonici, vel Ciuilis &c. an sint decretales, vel decretum, &c. an sint scriptæ & formatæ ad modum nouum, vel nouissimum, &c. & alias similes faceres demonstrationes. Si verò vestem vel pannum peteres, debes exprimere colorem, secundum Specula. eod. titu. §. iuxta. versi. sed si vestis. non tamen est necessarium exprimere, an sit noua vel trita, secundum Dominum meum hic, & Docto. Istud tamen videtur mihi quod esset satis vtile, & adijcere etiam, an esset virilis vel muliebris. Si verò materia infecta seu rudis peteretur: vtputa, massa auri vel argenti, debet dicere massam auri vel argẽti, & exprimere pondus, secundum Hostiensem & Doct. hic, & Specu. in d. §. iuxta. ver. item non valet aurum. Et si fortè ignoraretur põdus, vel aliæ similes qualitates ad res præcedentes, & seq. vt infra subijciam. Si verò materia esset figurata seu formata, exprimat nomen vasis, vt sciphus, cathabius, patera, scutella, aut similis, & pondus, vt d. l. si in rem. ff. de rei vendi. & l. 1. §. si quis argentum. ff. depositi. sed non debet exprimere, an sit rotunda vel quadrata, secundum Hostiensem & Docto. Specu. tamen in d. vers. item nõ valet. dicit, quòd debet exprimere, an sit planus vel eleuatus. Ego arbitror, quòd etiam sit vtile exprimere qualitatem carrati, aut ligæ, & etiam artificij. Si verò qualitas signata petatur, exprimatũ numerus & quãtitas, vtputa, mille iubileos, vel mille nobilia, aut mille alphonsinos, vel mille florenos Senenses, secundum Docto. hic, & Specul. in d. vers. Et si res mensurabilis petatur, est exprimenda qualitas & numerus mensuræ, vt decem bariles vini, vel decem modios frumenti. Specul. in ver. item si res. in d. §. iuxta. per d. l. si in rem. & l. 1. ff. de peti. hær. Et si plures res petantur, debet fieri omnium declaratio: quamuis etiam ipsæ eadem ratione vniuersali comprehenderentur, vt si peto omnia bona alicuius, vel quæ Titius possidet in tali loco: debent enim specificari; aliàs non procederet libellus, per ea, quæ supra dixi. tenent Domini de Rota, decis. 90. allegãtes no. per Innocen. in cap. cum ad sedem. inf. de restit. spolia. in glo. super verbo, item si aliquis. quod tamen limitant, nisi illa vniuersitas per aliquam bonam restrictionem reduceretur ad sufficientem certitudinem. & sic procedit quod no. Innocen. in c. certificari. de sepul. in glo. magna. ver. quid si dicat. & idem dicunt, si ius commune talem generalitatem redderet certam, vt in petitione iurium Episcopalium, vt in c. conquerente. supra de offic. ord. ad quod faciunt, quæ dixi supra in primo membro. Et aduerte: quia sicut si petitur aliquid dari vel restitui, debet fieri specificatio: ita vt aduersarius reddatur certus: sic etiam si petitur aliquid fieri. facit l. 1. §. rei. ff. si cert. peta. iunctis quæ superius dicta sunt. debet ergo specificare qualitatem facti, & si promisit fabricare domum, designet locum & qualitatem domus. facit l. qui insulam. ff. de verbor. obl. & sic de singulis. Et similiter si agatur ad seruitutem actione negatoria uel confessoria, declaranda est, an sit personalis vel realis: rustica vel vrbana, & designanda res seruiens: & cui seruitus debeatur: ita vt reus reddatur certus, per l. 1. ff. de eden. & per ea, quæ superius dicta sunt. Debet igitur res quæ petitur, quæcunque illa sit, esse certa: aut certificari per prædictas demonstrationes, aut per alias circumstantias: vel per relationem ad aliud, aut per nomen elegans, si scilicet illud sufficeret ad reddendum aduersarium certum. quod tamen ego arbitror limitandum, secundum theoricam Bal. & Ange. in simili, in l. 1. ff. de lib. & posthu. nisi modus demonstrandi, seu

ADDITIO.

a ¶ *Quando ex facto rei insurgit incertitudo & obscuritas, admittitur libellus incertus. l. 1. ff. quorum leg. vide latè Ias. in §. sed ista, 17. col. de act.*

a ser certificandi esset de forma, [a] & non de simplici demonstratione: quia tūc haberet specificè seruari illa forma. Et ideo si statutum diceret, q in libello debeat exprimi nomen, prænomen, & cognomen, & res designari per tria confinia, &c. non sufficeret nomē proprium: licet elegans, vt gallopressus, &c. Aut exprimere duo confinia, & quamuis Ang. simpliciter transeat in d.l.1.in simili materia: tamē Bal. ibi hoc limitat, quando lex vltra procederet irritando actum, si non fiat quod est statutum: aliàs in dubio non videtur esse de forma. hoc placet ibi Ioan. de Imo. per tex. cum glos. in l. hac consultissima. C. qui testam. facere possunt. Et idem tenet Pet. de Anchar. in repet. cap. canonum statuta. supra de constit. in 14. princi. ver. quæro etiam si statuto. & ideo si statutum annullat actum, vel libellum, aliàs concē ptū, subijciēdo clausulam decreti: non est dubium, quod libellus non tenet. facit cap. 1. & cap. dispēdia. & cap. statutum. in fi. de rescript. lib. 6. & Clem. 1. de rescript. & quod tradit d. Domin. in cap. fi. super gl. in verbo, præsumant. de offic. delega. lib. 6. Et idem dicendum arbitror, qualitercunque apparet, quòd ex forma statuti talis specificatio requireret pro forma. exemplum: Si rubrica statuti diceret de forma libellandi. & ratio prædictorum est in promptu: quia vbi aliquid requireretur pro forma, non habet locum illa regula: quod nō refert, quid ex æquipollentibus fiat, secundum Bald. Ang. & Ioan. de Imo. in d.l.1. & per Baldum in d.l. hac consultissima. & ratio rationis est, secundum Bal. quia magis debet attendi forma, quæ dat esse rei, vt in ca. quia propter. supra de elect. 1. quæst. 1. c. detrahe. cum alijs iuribus vulgatis, quàm ipsa ratio statuti. & ideo notorietas, vel demonstratio, quæ fit per nomen elegans, aut similem notorietatem: non excusat à forma, vt d.l.1. & 2. ff. de liber. & posthum. & l. hac consultissima. secundum Bald. facit, quod no. in l. quæcunque. C. de bonis quæ libe. & quod notat Barto. in l. Prætor. in princ. ff. de noui oper. nunc. & l. legitimos. in princ. de legi. tut. & Innocent. in cap. cum consuetudinis. de consue. Ange. in l. si quis mihi bona. §. iussum. & §. si pater. ff. de acquir. hæred. & Barto. in l. si institore. ff. si certum petat. vbi dicit, quòd quando est defectus formæ mandati, longè differt, quid ex æquipollentibus fiat. Et secundum prędicta potes intelligere, quod dicit Bal. in repet. l. edita. C. de eden. in versicu. circa sextum. vbi quęrit, quid si statutum requirit, quòd vulnus exprimatur in libello, an sufficiat dicere, quòd percussit cum ense cum sanguinis effusione, non adiecto quòd fecerit vulnus. & refert Barto. consuluisse, quòd sufficit, propter genus instrumenti. ar. cap. significasti. in fi. infra de homi. In contrarium allegat, quod no. Cynus in l. si non conuicij. C. de iniu. in 11. quæstione. vbi dicit, quòd modus requisitus à iure specificandus est: sed non specificatur, quia potest exire sanguis sine vulnere. Soluit Baldus, quòd si hoc est possibile ex loco percussionis, & in naso: Barto. malè dicit, aliàs dicit bene: quia dicit illud, quod ipsa natura manifestum est, & satis videtur expressum, ex quo inest dē necessitate, secundum Bald. & mihi placet distinctio sua, in quantum statutum non exigeret expressionem vul-
b neris pro forma [b] substantiali: quia tunc secus. ad quod faciunt no. per Docto. in cap. 1. de baptis. vbi ex eo, quod data est forma substantialis in baptismo quod dicatur: Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti: Non sufficit dicere, in nomine Trinitatis, vel per aliquod verbum æquipollens: Et prædicta notabis perpetuò: quia sunt valde singularia & vtilia: non solùm ad hāc materiam libellandi: sed ad omnem aliam materiam, in qua tractetur de demonstratione & forma. Et no. quod debet exprimi, an petatur tota, vel quota, vt dixi supra in primo membro istius quintæ quæstionis. Quod tamen procedat, si actor potest esse certus, pro qua parte agat: secus si probabiliter ignoraret: vtputa, propter declarationem legatorum, vt l. quæ de tota. §. incertæ. ff. de rei vendic. & l. & si non omnes. §. 1. ff. communi diui. tangit glos. nostra hic, in ver. argum. contrarium, & non clarè respondet ad prædicta iura. dic ergo clarius, q loquuntur, quando legatarius agit ad legatum, & est locus Falcidiæ. quo casu, propter incertitudinem non cogitur petere certam partem: quia fortè ignorat, an quarta vel quinta pars sit detrahenda, aut alia quota: nam si hęreditas valet quadringenta, & legata sunt quadringenta: tūc debet detrahi de ipso legato, si est vnum: vel de omnibus legatis: si sunt plura, quarta pars. Si verò essent legata trecēta quinquaginta, tunc solùm fieret detractio octauæ partis. cùm igitur incertitudo causetur ex facto aduersarij, vel aliunde, quā à facto actoris: excusatur actor petendo partem incertam, vt dictis iuribus, & tenent hoc Doct. & faciunt quæ infra subijciam. Quod tamen intellige nisi per diligētem inuestigationem posset actor certificari, per ea, quæ infra dicam. Et ex prædictis habes vnam fallentiam ad prædictam regulam, quæ requirit, quod libellus sit certus & clarus. Et prædicta fallentia vendicat sibi locum, non solùm respectu quotæ, sed generaliter respectu cuiuscunque incertitudinis prouenientis, vel ex facto aduersarij, vel aliter ab ipsa natura, vel qualitercunque proueniat aliunde, quàm ex facto actoris; & etiam quando ex facto actoris propter actum multipliciter intricatū: ita quod sit probabilis in eo ignorantia, vt apparebit ex exemplis & illationibus statim subijciendis. Ex prædicta enim fallentia generali, plures inferuntur illationes. Primò infertur, quod si aliquid debetur in genere, vel alternatiuè, admittitur libellus in genere vel alternatiuus, vt in l. vbi autem non apparet. §. qui illud. ff. de verborum obligat. notat Bar. in d.l. si in re. la 1. ff. de rei vendic. nec mirum, secundum Innocen. & Doct. hic. si ex causa admittatur libellus

ADDITIONES.

a *¶ Quando res est clara per vnum, non debet aliter specificari, nisi lex vel statutū exprimi nominatim pro forma requirat, de qua q. vide eleganter & copiosè disputatum per d. Ias. in l. 1. ff. de lib. & posthu. vbi infinita similia adducit in hoc propositum.*

b *¶ Facit bona reg. quam dicit Alex. sæpe allegari in Palatijs, quòd vbi aliquid requiritur pro forma, non sufficit supplere per æquipollens: ita Alexan. in d.l. 1. ff. de lib. & posthu. & subdit Soc. in l. qui Romæ. §. Flauius. in fi. ff. de verb. obliga. eam regulam etiam habere locum in casu pio. Adde Alexan. consi. 96. 4. volum. incip. viso & considerato. vlt. col.*

libellus generalis, cum etiam sententia generaliter lata, quandoque teneat, vt patet in cap. in nostra. in fi. j. de sepul. quę tamen sententia debet esse clarior libello. Institu. de actio. §. curare. Aduerte tamen: quia licet certitudo veniret facto aduersarij, si actor posset per diligentem inuestigationem certificari: non admitteretur libellus incertus, secundum Ioannem de Imola hic, per notata per glo. in l. quod in hæredem. §. eligere. ff. de tributoria. pro quo facit, quod statim dicam, quãdo prouenit incertitudo ex facto proprio, & ad id, quod dixi de libello alternatiuo, adde quod latius dicam infra in versicu. in materia libelli alternatiui. Secundò infertur, ꝙ ad fructus & similes accessiones, qui sunt incerti, admittitur libellus incertus, vnde sufficit dicere, pro fundo cum fructib. sine alia expressione ipsorũ fructuum, secundum Innocentium hic, & in c. tanta. infra de excess. Prælat. no. per glo. in l. fundi. ff. de exceptio. & per Bartolum in l. 1. ff. de eden. tenent Docto. hic. & Bal. in d. l. si in rem. & Cynus in l. cum propria. C. si quis alteri vel sibi. & hoc etiam voluit Barto. in l. si filius. §. fi. ff. de verborum oblig. vbi dicit, quòd in his valet libellus incertus, & sentẽtia incerta, allegat no. per Innocentium hic, & in c. cum ad sedem. & per Cy. in d. l. cum propria. Tutius tamen est, secundum Baldum, quòd in processu specificentur & probentur fructus, vt sic certa feratur sententia: dicit enim vidisse quosdam assessores, qui nolunt in fructibus non declaratis in probatione ferre sententiam condemnatoriam. Et hoc videtur procedere, quando petuntur accessoriè: secus si principaliter: quia tũc debet exprimi certa quantitas, secũdum Angelum in d. l. si in rem. per no. ibi per glo. & per no. in l. 3. §. armamenta. ff. de rei vendic. Bar. vero in l. ex diuerso. §. vbi. ff. de rei vendi. in noua lectura, quem sequitur Dominus meus, dicit, quòd respectu perceptorum, debet exprimi certa quantitas, per l. ædiles. §. itẽ sciendum. ff. de ædil. edi. nisi veniant ex natura actionis: vt interdicto, vnde vi, secundum no. per Innoc. in d. c. tanta. & Dom. meum, & Docto. hic. Si tamen reus iustè ignoraret etiam quantitatem perceptorũ,
a posset fructus * generaliter petere in libello, & in processu probare certam quantitatem: aliàs non posset certa ferri sententia, nisi secundum quod statim dicam de interesse. facit, quod no. in c. ex literis. inf. de iureiur. Angelus vero in d. l. si filius. §. fi. de verb. obl. dicit, quòd vidit semel iudicari sententiam nullam super petitione fundi cum fructibus, per l. 2. C. de sent. quæ sine cer. quant. & per §. curare. Inst. de act. & dicit hanc opin. esse veriorem. In contrarium tamen allegat: quia super accessorijs procedit libellus incertus, & per consequens sententia, quæ poterit certificari tempore executionis, vt dixi supra de iudicio vniuersali, in primo membro: sed Io. de Imo. in d. §. fi. dicit, quòd talis libellus potest sustineri, & quamuis Bar. in d. l. ex diuerso. velit, quod percepti ante litem contestatam debeant specificari, per d. §. sciendum. tamen ad illum tex. potest responderi, ꝙ licet ille tex. dicat, quod debeant peti: non tamẽ dicit, quòd debeant specificari, & sic respondet Inno. in d. c. tanta. facit quod ipse no. in c. grauis. infra de restit. spol. & quod no. Cyn. in l. certum. ad fin. C. de rei vend. sed si fructus peterentur, non accessoriè ad rem, sed principaliter: fatetur Io. de Imo. quòd deberent exprimi, per no. per Innoc. in c. certificari. in fi. magnæ glo. inf. de sepul. & idem tenet Io. de Imo. per Ang. in l. Nesennius. ff. de re iudi. Ego arbitror distinguendum, quòd aut petuntur accessoriè, aut principaliter. Primo casu, aut petuntur accessoriè ad iudicium vniuersale, & non est necessaria aliqua particularis designatio, vt in l. item veniunt. §. fructus. & quod ibi no. ff. de petitio. hęred. & tenebit et sententia generalis quoad fructus, & postea in executione declarabuntur. facit quod no. in l. facultas. C. de iure fisci. lib. 10. Et ratio est, quia fructus non possunt esse certi, vbi non constat de corporibus. facit l. 1. C. de his, quibus, vt indi. & l. 2. C. de fruct. & lit. expen. quæ sic debet intelligi secundum Salyc. in l. cum propria. C. si quis alteri vel sibi. faciunt no. per Ange. Bal. & Ioan. de Imo. in l. diuortio. §. ob donationes. ff. solu. matrim. Aut petuntur accessoriè ad iudicium generale. & dicendum, vt dixi supra in secundo membro. Aut petuntur accessoriè ad iudicium singulare, & tunc aut veniunt accessoriè ex natura actionis, vt in interdicto, vnde vi. & tunc non est necessaria specificatio, secundum Hostien. Ioan. Andr. & Docto hic, per ea quæ supra dixi in primo membro, & probatur in c. 2. de ordi. cog. & quod ibi tradit Dom. meus, post Innocen. in 2. oppo. post glo. ad quod vide, quod statim dicam. Aut non veniunt ex natura actionis, & quia ante li. contesta. petuntur propria actione, debet vel in libello, vel in processu specificari, quod intelligo, si modo actori potest imputari, quare non expresserit: aliàs secus, per ea, quæ supra dixi, & infra dicam. De pręceptis autem post lit. contestat. quia illi veniunt iudicis officio, vt d. l. ædiles. §. item sciendum. de ædil. edic. & ideo actor probabiliter ignorat: non est dubium, quod possunt peti sine alia specificatione, secũdum Barto. in d. l. ex diuerso. §. ubi. & Saly. in d. l. cum propria. & Dom. meum, in c. grauis. infra de resti. spolia. prope finem. Secundo casu principali, quando fructus nõ petuntur accessoriè ad fundum: sed petuntur æquè principaliter: dicendum est, quod aut petuntur soli fructus, & hoc casu, ab ipso princ. sunt specificandi in libello, secundum quod dixi supra secundum Barto. quod procedit, nisi fortè actor nõ posset illos ex aliqua causa specificare, maximè, quia dicitur certus reus: quia si dicit actor, peto fructus quos percepisti ex tali mea possesione, quam tenuisti tot annis, reus de facto suo potest esse certus, vt in c. ab excommunicato. de rescriptis, cum simili. Et ideo potest deliberare, an velit cedere vel contendere, & actor potest probabiliter dubitare: maximè, quia ex facto rei redditur incertus. facit, quod no. in c. constitutus. infra de resti. in integ. sed in processu tenebitur probare certam quantitatem: quia aliàs iudex non posset certam ferre sententiam. facit c. ad nostram. el 1. infra de iureiur. & c. ex literis, & quod ibi no. Io. Andr. eo. ti. & quod no. Cyn. in l. 1. C. de probat. & Dom. meus in cap. grauis. infra de restit.

ADDITIO.

a ¶ *Sufficit reum certificare: fructus verò in genere possunt peti, vide post Barto. Ias. in l. prima. in 5. colum. versicu. limita istam conclusionem. ff. de eden. cum si. vt per Alex. in consi. 90. incip. in causa & lite. lib. 2.*

restit. spol. circa finem. Et aduerte: quia Specul. in ti. de proprie. §. 2. vers. porrò. ponit aliquas formas concipiendi libellos in fructibus: dicens, quòd quãdo fructus petuntur à possessore in rei vendicatione, vel in petitione hæreditatis, officio iudicis contra bonæ fidei possessorem: pro extãtibus fructibus & non cõsumptis, debet libellus ita concipi, Coram &c. conqueror de P. à quo peto talem rem, quã dico ad me pertinere iure dominij: quam peto cum fructibus extantibus, scilicet tot corbibus frumenti, vel vini, & re ipsa propono rei vẽdicationem, pro fructibus verò officium iudicis. Sed contra malæ fidei possessorem non habentem titulum, sic dicit libellum cõcipiẽdum, Coram, &c. conqueror de P. à quo peto talem rem cum fructibus percipiendis, si mihi possidere licuisset, scilicet tot sextarijs frumenti &c. Sed contra bonæ fidei possessorem in petitione hæreditatis pro fructibus consumptis, de quibus factus est locupletior, sic dicit libellũ concipiẽdum, Corã &c. conqueror de P. qui possidet hęreditatem T. cui T. ab intestato successi, vnde ago contra ipsum P. vt ipsam hæreditatem mihi restituat cum fructibus perceptis & consumptis, de quibus factus est locupletior. Et pro hæreditate, propono petitionem hæreditatis: pro fructibus verò officium iudicis. Deinde dicit Spec. quòd contra omnem possessorem pro omnibus fructibus post li. contest. sic potest concipi libellus, Corã &c. cõqueror de P. à quo peto talem rem cum fructibus perceptis, post litem contestatã, vsque ad tempus restitutionis rei. & ad hoc propono officium iudicis. verùm quia ista videntur satis ambigua, & intellectu difficilia, ideo vt clarius intelligas, debes scire, quòd aut nos loquimur de fructibus perceptis ante libellum & litis contestationẽ: aut de perceptis post. Primo casu dicendum, quòd fructus sunt necessarij petendi in libello: aliàs iudex non posset de his ferre sententiam, & partem condemnare: si non essent petiti in libello, quia ad illos non se extendit iudicis officium, vt ff. de ædil. edi. in l. ædiles. la 1. §. item sciendum. & l. partum. ff. de vsu. facit quod no. in cap. significante. infra de appell. & istud est regulare. Fallit tamen aliquando ex natura actionis. Primò in interdicto, vnde vi, in quo veniunt omnes fructus percepti, & qui percipi potuerunt, cum omni causa à tempore deiectionis, vt l. 1. §. rectissimè. & §. ex dic. & l. idem est. §. fin. & l. si plures. ff. de vi, & vi arma. & in cap. grauis. infra de restit. spol. & cap. conquerente. eod. tit. cap. cum dilectus. prope fin. infra de iure patrona. supra de offic. delega. in c. cum causam. infra de appel. c. bonæ. & l. sed si lege. §. quod autem ait. el 2. ff. de petit. hæred. & in l. si nauis. ff. de rei vend. C. vnde vi. in l. si de possessione. 96. distin. c. bene. in 2. colum. Secundò, in vi compulsiua, vt in actione, quod metus causa. Nam si propter metum illatum res mea ad te peruenit, teneris mihi eam restituere cum fœtu, & omni fructu percepto, & qui percipi potuisset à me, vt ibi, & ff. de vsu. in l. videmus. §. idem. tradit Specu. in titu. de fructibus. §. 1. versic. primus. Tertiò, si ageretur ex constitutione. l. si quis in tantam. C. vnde vi. his enim tribus casibus venit restitutio rei cum fructibus & omni causa, & hoc ex natura illa actionũ, vt in iuribus prædictis, sicut supra diximus in petitione hęreditatis. In alijs verò actionibus oportet, vt dixi, quòd fructus[a] percepti ante litem contestatam expressè petantur: aliàs iudex non potest de eis condemnationem facere. & no. etiam singulariter, quòd ubi fructus veniunt accessoriè, non potest post sententiam latam de eis amplius agi: vnde necesse est, quòd expressè petantur cum principali. Et ratio est, quia iudicis officium finitum est per sententiam, vt l. 4. C. depositi. secus si de eis potest agi etiam principaliter, vt in interdicto vnde vi, & similibus, vt ff. de vi & vi arma. in l. 3. secundum Dominum meum in c. grauis. de restit. spol. Item secus est, qualitercunque possent peti iure actionis: quia non videtur obesse, quòd non sint petiti cum re principali, & ideo si agitur rei vendicatione, nec sint petiti fructus: victoria & sententia habita super re, poterit agi noua rei vendicatione ad fructus, & sententia lata super pęnam faciet fidem super fructibus, & si sententia fuerit iniusta, vt videtur tex. secundum vnum intellectum, in d. l. ex diuerso. §. vbi. ff. de rei vendica. Et ideo hoc expressè tenet Bartolus & Dominus meus, in d. cap.
21 grauis. vbi concludit post Bart. quòd † sententia lata in principali, facit ius in accessorijs: licet noua instantia fiat, vt d. §. vbi. & similibus, & in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verborum obligat. Sed quia ista materia, vtrum sententia lata super principali prosit, vel noceat super accessorijs: non est principalis materia nostra: ideo omitto. Dic de ea vt latè traditur in l. 4. C. depositi. maximè per Salycetum. & in l. bonæfidei. & in l. eos. C. de vsu. & in l. 1. C. de iudic. maximè per Ange. in repetitio. & in l. fideicommissi. ff. de vsu. & in l. centum Capuæ. ff. de eo quod certo loco, & aliquid per Barto. in d. §. duo fratres. Sed aduerte: quia si loquimur de fructib. perceptis post litem contestatam, vel de percipiendis: tales debentur iudicis officio, non iure actionis, & ideo cum in rei vendicatione iudex quasi mercenarius procedat seu prouideat circa tales fructus, qui percipiuntur post li. contest. vt d. l. ædiles. la 1. §. sciendum. & l. ex diuerso. §. vbi. ff. de rei vendica. non videtur necessarium quoad fructus prædictos iudicis officium implorare, secundum formas libellorum, quas supra posui, secundum Speculatorem. ¶ Sed Rofre. in tit. de offic. iudi. quo fructus petuntur, in pe. & fin. col. vbi etiam format prædictos libellos, format prædictum contrarium, & acquiescit contrario in casu prædicto, cum iudex est mercenarius: sed quia multi sunt casus in quibus fructus peti non possunt iure actionis: necessarium fuit fructus peti iudicis officio loco principalis actionis, vt ibi plenè per eum; ad quem remittit Io. Andr. in addit. Specul. in titu. de proprieta. §. 2. versic. 1. porrò. & vide Ioan. And. in addi. statu. in titu. de fructibus. in fi. addi. Et quia ista materia, quando possint fructus peti iure actionis, & quando officio iudicis, non est principalis materia nostra. dic vt tractatur per Rofre. in d. loco, & per Dominum meum, in c. grauis. infra de rest. spo. & ibi dicam. & ibi etiam tractabo post Docto. quid

veniat

ADDITIO.

a ¶ *Qualiter concipiatur libellus super fructibus. post Bart. in l. ex diuerso. §. vbi. & ibidem Ale. in addi. ff. de rei vendi. & post Abb. in c. grauis. in fi. de restit. spol. vide Alex. in d. consi. 90. lib. 2.*

veniat appel. fructuum, & quot sint species, & quis faciat illos suos. sed quantum ad materiam nostram pertinet, hodie, vel ita cõmuniter practicatur: quia facta nouatione, qualiter talis res pertinet ad me iure dominij, &c. quam Titius possedit per tot annos, & nunc possidet: ex qua quolibet anno, adinuicem compensatis annis, colliguntur tres modij frumenti, &c. Subijcitur conclusio, quare peto per vos, vestra sententia declarari dictam rem ad me pertinere de iure, & ipsum I. cogi & compelli ad restitutionem dictæ rei, cum dictis fructibus perceptis, & ad plus & minus, secundum quod probabitur, si extãt, aliàs ad eorum æstimationem, quæ ascendit ad tot florenos, & ad plus & ad minus, secundum quod probabitur, & etiam peto ipsum condemnari per vos & officium vestrum ad fructus, qui percipiẽtur vsque ad sentẽtiam: licet istud non videatur necessarium, per ea quæ supra dixi. si autem velles petere fructus percipiendos, id est, qui percipi potuissent: tũc potest se referre ad fructus quos ipse petitor potuisset percipere, si possedisset, vt in cap. grauis. infra de restit. spol. & l. apud Iulianum. §. 1. ff. de leg. 1. & l. si nauis. ff. de rei ven. cum si. vel potest se referre ad possessorem tantum, secundum ea quæ dicta sunt. Et aduerte: quia quod dixi, quòd percepti post litem contest. veniunt officio iudicis: quidam fatẽtur de perceptis post litem contestatam, vsque ad conclusionem in causa, non post: quia postquàm conclusum est, nihil potest addi, vt tradit Innocen. in cap. pastoralis. de causa possess. & proprie. quod tamen reprobat Salic. in l. cum propria. C. si quis alte. vel sibi. dicens, quòd etiam iudicis officio possunt peti, vt no. Bar. in l. si tertius. §. officium. in fi. ff. de aqua plu. arc. Et potest esse ratio: quia cum hoc contingat postea, & ex facto ipsius rei, non est imputãdum actori. facit ad hoc. ff. de iureiur. in l. admonendi. secundum vnam lecturam. Sed contra prędicta oppono: videtur enim, quòd nõ procedat libellus in quo petantur fructus percipiendi: quoniam tales non uidentur posse peti: quia iudicium solum potest instituí de præterito, vel præsenti: non autem de futuro quia de his rebus, quæ in obligatione, seu post obligationem venturæ sunt, iudicium esse non potest, vt ff. de iudi. in l. non quemadmodum. ergo videtur quòd fructus non percepti tempore motæ litis non possint peti. Sed respondetur, secundum aliquos, ꝙ fructus omnes post li. cõtest. veniunt officio iudicis, & eo officio, quo veniunt petuntur, non eo officio quo necesse est peti perceptos, & ante li. conte. peti percipiendos, vt d. §. item sciẽdum. & ff. de vsu. in l. partium, & l. neque. Et hæc procedunt, quãdo quis petit fundum cum fructibus: vel solos fructus sine fundo. Sed si aliquis æquè principaliter per rei vendic. peteret fundum & fructus in eodẽ libello: quia ista iudicia de re & fructibus sic se habent, quòd ab solutoria lata in vno parit exceptionem rei iu. in alio argumen. l. ex diuerso. §. vbi. ff. de rei vendi. Ideo æquè principaliter non possunt accumulari, vt l. fundi. & l. fundum. ff. de exceptio. rei iudi. tenet Dominus meus in cap. grauis. infra de restit. spol. dicam latius in cap. sequen. in 28. princ. articu. Et ex his habes latè expeditum hunc quotidianum articu. fructuum petendorum.

22 ¶ † Tertiò infertur, quòd admittitur libellus incertus respectu æstimationis ipsorum fructuum, si fortè peterentur fructus, si extarẽt: aliàs eorum æstimatio, si non extarẽt: si enim dubitatur, an fructus percepti essent, vel sint cõsumpti aut perempti: tũc ratione incertitudinis potest procedere libellus alternatiuè ad fructus, si extant, vel ad eorum æstimationẽ, si sunt consumpti: quia ratione incertitudinis admittitur libellus alternatiuus,[a] vt in cap. constitutus. supra de restit. in inte. & l. 1. §. quod autem. ff. quorum leg. & per Dominum meum in c. grauis. in fi. infra de rest. spol. Et infra latius subijciam. si enim fructus extarent, non æstimatio, sed fructus peti debent: quia æstimatio debetur in subsidium, vt d. l. ex diuerso. §. vbi. & l. fi. C. de fideicom. lib. Sed si sint consumpti: tunc potest & debet peti æstimatio. argum. l. si vsusfructus mihi in biennium. ff. de vsufructu leg. Nec obstat si diceretur, ꝙ cum fructus consistat in pondere, numero, vel mẽsura, & sic in genere suo recipiant functionem, vt l. 2. ff. si cer. pet. non debeat deueniri ad æstimationẽ: sed debeant peti fructus in genere: quia respondetur, quòd isti fructus debentur vt species, & ideo ipsis consumptis deuenitur ad æstimationem: sicut in qualibet alia specie perempta: sed quando dubium est, vtrũ existant, ratione incertitudinis admittitur libellus alternatiuus: & si æstimatio est incerta, respectu quantitatis ipsius admittitur libellus incertus, ad quod ad de quod statim dicam in versi. sequenti.

¶ Quartò infertur ex prædictis, quod qualitercũque verisimiliter dubitetur, an res petẽda extet, vel non extet: potest peti res, si extat: vel ipsius æstimatio[b] si nõ extat. Et no. quia nos practicamus quòd quis specificat ipsam æstimationem, & additur clausula, & illud plus & minus, quod probatum fuerit. Aduerte tamen: quia nonnulli ex dominis de Rota voluerunt, quòd libellus emptoris datur ad æstimationem rei venditæ, quæ tradi poterat, & non ad traditionem rei. Et sentẽtia super eo lata teneat, nisi ex alio capite vitietur, & hoc dicunt procedere de æquitate canonica, vt refert Aegidius Bellemerę, in decisionibus Rotę, decis. 273. Sed ipse ibi decidit in contrarium per l. 1. & quod ibi no. ff. de actio. emp. & l. si seruum. §. fin. & l. eum qui. ff. de verb. oblig. & ff. si cer. pe. in l. cum fundus. §. 1. ver. quo ad peculiares. & l. quod si filij. ff. de const. pec. & se etiam remittit ad plenè no. in l. si quis ab alio. in fi. de re iud. allegat. etiam no. ff. de iureiur. in l. si duo patroni. §. si quis iurauerit. Et hæc procedunt, quando nulla fuit commissa mora: sed si mora fuisset commissa, posset cõcludi ad æstimationem, licet melius concludatur ad rem, & minus malè ad interesse, vt tradit idẽ Aegidius 317. decisio. per no. in l. vinum. in fi. magnæ Gl. ff. si cer. pet. & per Innoc. in cap. sacro. infra de sent. excom.

ADDITIONES.

a ¶ *Ratione dubitationis admittitur libellus alternatiuus. Vide latè de hoc art. per Ias. in §. sed istæ. Inst. de act. 17. col. & an procedat libellus, peto fructus, vel æstimationem. vide Ana. in c. 1. de vsuris.*

b ¶ *Aestimatio re non extante in libel. petitur. vide no. per Doct. in l. si seruus. §. fi. ff. de verb. oblig. & in obligat. rem tradi, vide Bart. qui ponit practicam in l. 1. in princ. ff. de act. emp.*

excom. in Glo. magna post princ. & per Glo. in l. 1. C. quæ sententiæ sine appel. rescin. & per Glo. Instit. de dona. §. perficiũtur. A. B. Et ad materiã istam omnino vide quod tradit Specul. in titu. de obli. aliàs, sub Rubr. de certi condi. §. sequitur. versi. quid si libellus. vbi dicit quòd quidam voluerunt quòd si peto rem, vel eius æstimationem: quòd talis libellus non tenet: quia propter subalternam in potestate rei debet esse, vtrum super re, vel super æstimatione petitio facta sit. ff. de iure dot. l. plerunque. §. pe. de solu. l. Stichum aut Pamphilum. ff. de contrahen. emp. l. si in emptione. Si ergo super æstimatis quæritur, nulla erit quæstio: cum æstimatio non videatur posse peti, vt statim dicam. Simon verò Vicen. in l. cum quidam. C. de fideicom. libe. qui scilicet verba ad l. totam refert. Specu. in d. ver. vt dicit ibi Ioan. And. tenet quòd dicto casu non sit in potestate rei, super quo sit facta petitio: imò petitum intelligitur id, ad quod potest extẽdi de iure actoris petitio. ff. de iud. l. si quis intentione. Neque enim est in iudicio ipsius rei electio. ff. de verbo. oblig. l. stipulatio ista. §. 1. ff. de iud. l. solemus. & de cau. pos. & proprie. c. cum Ecclesia. Et talis petitio potius extenditur ad rem petitam quàm ad æstimatam. Nam & in contractibus si stipulatus sum duas res alternatim, & altera earum deberi non potest: altera quæ deberi potest, erit in obli. vt in dicta l. Stichum. in princ. ff. de verbor. oblig. l. consequens. Et sic patet rem, & non ęstimatio. esse petendam. Et quod in eo quod petitum est, non in æstimatione, condemnatio fiet: nisi res petita præstari non posset: quia tunc fiet condemnatio in æstimatione. C. de fideicom. lib. l. fin. prope fin. ff. de leg. 1. l. si domus. §. cum aliqui. & d. l. in rem. primo responso. Et nisi contumacia rei interueniat, & actor id postulauerit, vt ff. de rei ven. l. qui restituere. & l. quod si post. Insti. de offic. iud. in prin. Et nisi natura actionis hoc permittat. ff. de actio. emp. l. ex empto, 1. responso. C. eod. l. si ita. Et nisi cum reus commodè præstare non põt. ff. de leg. 1. l. si amplius. in fi. facit quod tradit Specul. in d. versi. quid si petitur. Vel potest, sed pietatem ostendit. d. l. si domus. §. in pecunia. & eod. titu. l. si tibi homo. §. 1. Sed dicit Ioan. Andr. in addi. Specu. in d. vers. quid si libellus. quòd ille §. in pecunia. nihil facit, sed §. si quis. Et loquitur de legato seruo qui est filius, frater, vel nepos hæredis. dicit enim quòd hærede confitente æstimationem offerente, æquissimum est illum exaudiri, secundum Io. And. Et nisi æstimatio omnino idem in se contineat. ff. de auro & arg. leg. l. 1. §. fin. & l. Titiæ amicæ. quia nummi erant auro vel argento incapaci. & legatum continet in se pondus. Et idem dici potest in similibus. C. de donat. in l. si quis argentum. Quod autem dicitur in l. vinum. ff. si certum petat. & l. si res. ff. de tritica. vbi vinum vel frumentum fuit petitum, & reus condemnatur in æstimatione. ratio est: quia spectatur pretium, secundum certa tempora. ad quod vide quod traditur in dictis iuribus, & per Speculatorem d. §. sequitur. ver. ad huius autem materiæ, & ff. de ædil. edi. l. ædiles. §. reus sciendum. & ff. de test. tut. l. peti. Item quandoque agitur insolidum, & fit cõdemnatio pro parte. ff. de pet. hæred. l. si duo hæredes.

¶ Et quædam veniunt in petitione, quæ non veniunt in restitutione. ff. de rei vendi. l. 2. Item datur cõdictio furtiua ad æstimationem rei, quam dominus consequutus est ab alio, quam à fure. Sunt aũt
a qui dicunt prædictum libellum [a] in quo petitur res vel æstimatio, non esse admittendum de iure. ff. de iudi. l. non quemadmodum. licet de consuetudine admittatur, vt & aliàs dicitur. ff. de publiciana. l. 1. Ad quod vide quod dixi infra eo. artic. quæstio. 16. in 4. reg. fal. 8. Tamen quãdoque petitur res, vel eius æstimatio, si res non pręstetur. ff. loca. l. coadiutores. secundum Speculatorem d. vers. sed dicit ibi Ioan. And. in addi. quòd supplendum est si non extat: ante, scilicet quando post moram debitoris dies nõ extaret, secundum Guid. de Suza. qui etiam dicit rem vel æstimationem peti posse, etiam si res non extet, per leges. ff. de verb. obl. l. eum qui ita. §. fi. & l. si seruo. §. fi. & l. in rem stipu. §. penul. Item dic quòd petita æstimatione, res peti videtur. ff. de consti. pecu. l. promissor Stichi. ff. de cond. fur. l. in re furtiua. ff. de dolo. l. arbitrio. §. non tamen, secundum Ioan. And. in d. addi. Ma.

23 ¶ † Quintò infertur quòd admittitur libellus incertus respectu quorumcũque redituum & prouentuum: quod tamen intelligendum & declarandum est, secundum ea quæ dixi de fructibus in secunda relatione: quia eadem est ratio. Et quid differant fructus & reditus, vide Glos. fin. in cap. generali. de elect. lib. 6. quæ dicit, quòd omnes fructus consistũt in reditu: sed non conuertitur: quia partus ancillæ est in reditu, vt l. Paulus respondit. 1. responso. ff. de vsu. & non est in fructu, vt in l. in pecudũ. ff. de vsu. & Instit. de rerum diui. §. in pecudum. & de hoc verbo, reditus. vide tex. in cap. pen. infra de pecu. cler. & 12. q. 2. in c. Apostolicos. & l. patrimonij. & l. fundi Trebatiani. ff. de vsufruc. leg. & idem dicendum est, vt dixi de prouentibus, & etiam oblationibus, & similibus, propter eandem rationem. & quid veniat
b appellatione prouentuum & obuentionum [b] vide Glo. in verbo, obuentiones. in c. ad audientiam, el 1. infra de Ecclesia. ædifi. & in c. pastoralis. infra de donat. & quid appel. obuentionum, dixi latè in tracta. de oblationibus. lib. 1.

¶ Sextò infertur, quòd etiam interesse quod petitur ratione ipsius incertitudinis, admittitur libellus incertus, vt sentit Glo. in l. certi condict. in prin. ff. si certum pet. Sed aduerte: quia quidam voluerunt quod tamẽ de proprio interesse actor posit esse certus: debet exprimi certa quantitas: aliàs libellus nõ est admittendus, vt no. per Cyn. in l. 1. C. de senten. quæ sine cer. quanti. Sed communis conclusio est in contrarium, quòd sufficiat petere illud in genere, & postea probare ipsius quantitatem. Ita tenet Iacob. But. in d. l. 1. & Inst. de actio. §. curare. & traditur in l. 2. C. de senten. quæ sine cer. quant. & in l. 1. C. de senten. quæ pro eo quod int. profe. & per Barto. in l. stipula. non diuidi. ff. de verb. obl. circa fi. & per Innoc. in c. cum

ADDITIONES.

a ¶ *Latius tractatur in §. sed ista, Instit. de act. vbi Ias. in 17. colum. de actio.*

b ¶ *Obuentionum appellatione venit omnis reditus & decimæ, ita no. Abb. in c. ad audientiam. de Eccle. ædifi. & in cap. ex transmissa. de renunc. Bal. remissiuè in l. 1. §. exercitorem. ff. de exer.*

in c. cum dilectus. de ordi.cog.& per Bal.in l.edita. C.de eden.versi.sed dubitatur,an debeat pati. A.l'. Et fuit originalis no. Gof. in libellis suis, in edicto, de eo per quẽ fact. erit. Rubr.120. dixi inf. in Rub. de dilat. in materia citationis,artic.34. quæst.7. Ma. Quinimò etiam si non probaretur certa quantitas in processu,probaretur tamen interesse: vt quia testes deponerent quod actoris interesset. Sed interrogati de quantitate interesse,dixerunt se ignorare. Nam hoc casu, licet per actorem nõ sit probata certa quantitas interesse: tamen iudex non debet absoluere reum: sed vt certam ferat sententiam,potest se informare ex officio de quantitate interesse, vel duobus committere, vel alios testes examinare ad certificandum ipsum interesse,secundum quod no. Bart. in l.si quod ex Pamphila.ff.de leg.2.& in l.semper.§.in hoc interdicto.ff.quod vi aut clam.& in l.1. in fi.C.de sententijs quæ pro eo quod interest, profere. & per Barto. & Bald. in l.si traditio. C. de act. emp. & per Dominum meum in cap. causam. infra de restitut. vbi dicit quod malè facit iudex absoluendo reum, quia certa quantitas interesse non sit probata: si modo, vt dixi, probatum sit interesse. Et si fortè propter aliquam causam impeditiuam,vt puta, propter periculum peremptionis instantię iudex non posset aliam sumere declarationem: dico quòd etiam non debet reum absoluere. Sed debebit condemnare in id, quod interest probandum in executione,argum.prædictorum iurium.facit c.auditis.supra de procur. vbi probatur,quòd quãdoque quantitas est incerta: & tamen fertur certa sententia: sed non mandatur executioni, donec fuerit certificata. Et ad prædicta vide quæ no.Barto. & Bald.in l.2.C. de rescin.vend. & Bal. in l.fin.C.de iure dominij impetrando. Et idem dicendum arbitror de fructibus, reditibus, prouentibus, & similibus, si probarentur: sed non probaretur certa quantitas,licet Innoc. videatur hic aliter sentire. dicit enim,quòd nõ valet sententia, condemno te ad fructus talis fundi, nisi in actis appareat de certa quantitate. Sed potest intelligi dictum Innocen. quando non esset probatum fructus fore perceptos. aliàs verior mihi videtur præcedens opin. vel saltem iudex non deberet simpliciter absoluere: sed reseruare actori ius iterum agendi ad interesse, & ad fructus, & similia. Et prædicta etiam arbitror procedere in libello,quo peterentur damna: vtilius tamen arbitror quòd exprimatur certa quãtitas in libello interesse fructuũ, aut similium. & ad illa petat actor condemnari ad-
a uersarium: & ad plus & minus, [a] secundum quod probabitur. Et prædicta perpetuo notabis, quia sunt valde vtilia & quotidiana: & sæpe sæpius ita practicari feci.

24 ¶ † Septimò infertur, quòd in petitione expensarum litis, admittitur libellus incertus, de qua materia dic, vt latissimè dixi in cap. calumniam. infra de pœnis. maximè in 9.princ. articu. versicu. nunc
b verò videndum.[b]

25 ¶ † Octauò infertur, ꝙ procedit libellus in quo aliquid petit, & adiũgitur hæc clausula, & plus, &c. vel vltra, &c. verbi gratia, ad fructus receptos, vel pẽsiones tribus annis & vltra: vel ad tot fructus,seu tantum quantitatis interesse, dãni,& vltra: seu plus, quã,licet ista dictio,& vltra,seu clausula,& plus,&c. continent incertitudinem: tamen libellus videtur procedere,vt est tex.in c.literæ.inf.de dilat.quod est verum, si pars non opponeret: secus si opponeret, quia tunc tenetur actor declarare, secundum quod statim dicam in versicu.prima dubitatio. & sequen. Aduerte tamen: quia Barto.in l.actione. ff.de furt. dicit,quòd quando petitur quid certum,& additur talis clausula, & plus, &c. hæc clausula nihil operatur: nisi postea probetur aliquid certum. per l.cum furti. ff.de in li.iuran.

26 ¶ † Nonò infertur,quòd quando rescriptum potest dari incertum, admittitur etiã libellus incertus secundum Host. in c.cum super. inf.de conces.præben. per illum tex. secundum vnum intellectum. Nam cum posit concedi rescriptum ad prębendam primò,vel proximè vacaturã, & sic ad futurũ, quod quidem est de sui natura incertum: & licet certum sit vnam præbendam vacaturam: tamen incertum est de qua, si tamen rescriptum sit ita concessum,admittitur libellus incertus, in quo petitur præbenda primo vacatura,vt d.c.cum super.

27 ¶ † Decimò infertur magis generaliter,quòd vbicunque potest peti ius de futuro, & illud deduci in libello: procedit libellus incertus, & ratio est, propter incertitudinem: quia omne futurum de sui natura est incertum, vt l.1. C.qui accusa. non possunt, & l.1.§.huius autem. ff.ne quid in loco publico. Institu.de verb.obl.§.cõditiones.in l.antiqui. ff.si pars hæreditatis petatur,& in l.sed & si restituatur. §.fi.ff. de iud. Et an & quando posit agi pro iure de futuro.no.in c.in nostra,inf.de sepul. & in c.Pręlatus.de homi.lib.6. & in c.auditis. supra de procu. & plenè per Barto. & Legistas in l.1. C. de senten. quæ sine certa quantitate.cum sim.

28 ¶ † Vndecimo infertur, ꝙ procedit libellus incertus in reuocatione attentatorum. licet enim in libello petantur reuocari generaliter attentata, vel simpliciter quicquid attentatum est: tamẽ procedit, secundum no.per Inno.& Doct.in c.dilatę.1.de exce. & in c.consuluit.el 2.& ibi per Do.meum,vbi etiam tetigi. inf.de appellationib. Et ratio est: quia petitio reuocationis illorum attẽtatorum habet se per modum cuiusdam accessorij ad negotium principale, & ideo libellus generalis admittitur per ea quę superius dicta sunt: maximè in prin.istius 5.q.prin.in 1. & 2.membro prin. & ita consuluit Old.consi.206.

29 ¶ † Duodecimò infertur, ꝙ admittitur libellus incertus quando insurgit probabile dubium,vel in iure vel in facto: etiã proprio,si probabilis est igno-
c rantia facti proprij, [c] vt puta si agẽdum de facto valde remoto, & longinquo, & intricato. argumento no.

ADDITIONES.

a ¶ *An autem hæc clausula, plus vel minus, aliquid operetur, vide Ias. in §. curare, de act. & inibi quid de interesse, circa fin.§.latè post Doct.in l.stipulationes. in fi.q.ff. de verborum oblig.& Bald.in l.Publ.§.Titius. ff. de pos.*

b ¶ *Et per Ias. in d.§.curare. & in l.properandum.§.sin autem. de iud.C.*

c ¶ *An & quando in facto proprio admittatur ignorantia, & dicatur probabilis, vide latè Alexand. & moder. in l.si res, in princ. ff. de legat. 1.*

no. in c. ab excommunicato. supra de rescript. & no. per Gl. in c. 3. inf. de prob. faciunt et no. in l. peregrè. ff. de acquir. poss. facit etiam singulare d. Dy. in l. statulib. si rationem. ff. de statulibe. quod refert & sequitur Ang. & Io. de Imo. in l. 4. §. ait prætor. ff. de re iudic. vbi dicit quòd propter factum multum intricatum ille qui timet de captura ad eam fugiendam potest offerre etiam vnum solum denarium, & in eo præstare fideiussorem. quod perpetuo memorię cõmendabis, & hoc potissimum procedit si actor iuraret se non posse certificare. facit ꝙ no. Spec. eo. tit. §. iuxta. ver. quid si in præmissis. vbi dicit ꝙ si actor dubitat de colore vel pondere, succurritur ei si iurat se nescire colorem, vel pondus, per l. in actione. §. 1. ff. de furt. & l. 1. §. si quis argentum. ff. depositi, & fuit no. Innoc. in c. certificari. inf. de sepult. Et si tu diceres, quid prodest hoc iuramentum: cum iudex certam debet ferre sententiam, vt sæpius dictum est. respondeo secundum Specul. ad hoc vt reus li. contestetur. Nam sine libello non teneretur reus respondere, vt in c. præced. & in authen. offeratur. de li. contesta. & in processu poterit declarare, seu exprimere certum pondus vel colorem. subdit tamẽ quòd quidam dicunt talem libellum nõ esse admittendum, etiam si velit iurare se nescire colorem vel pondus: nisi illud exprimatur. & ad §. si quis argentũ. respondent, quòd ibi non dubitabatur de pondere, sed de ponderis æstimatione. & hoc latius prosequitur Rofred. titu. 23. vbi tractat de actione speciali. versi. sed licet dixerim. Ego arbitror quòd vbi actor posset faciliter certificari, verior sit secunda opinio. aliàs procedat prima opinio. & in hoc videtur multũ operari iuramẽtum suum ratione incertitudinis, seu dubietatis consistentis in intellectu: ad quod probandum admittitur iuramentum. ad quod vide Glo. & quamplurima iura quæ allegaui in cap. significasti. el 1. de homicid.

30 ¶ A. B. † Decimotertiò admittitur libellus incertus super his quæ non subijciuntur necessitati probandi, sed statur iuramento petentis: puta si petitur ratione violentiæ, secundum dispositionem cap. si quod met. cau. & l. si quando. C. vnde vi. quia super his non habet reus deliberare nisi super violentia, cum de reliquis stetur iuramento actoris: vnde generalitas illa, circa res vel æstimationem non habet vitiare, secundum Innocent. in cap. 2. de ordi. cog. Sed Anto. ibi reprobat, mouetur: quia licet stetur iuramento partis de rebus amiss. potest tamen probari contra. argum. c. continebatur. de despon. impub. iuncto c. proposuisti. de proba. facit l. admonendi. & quod ibi no. de iureiur. vnde saltẽ hac ratione, vt posset se defendere, deberet fieri declaratio, secundum Dominum Antonium. Sed Dominus meus ibi dicit, quòd opinio Innocent. potest defensari: quia tempore iuramenti poterit certificari, & sic tunc poterit probare contrariũ: vnde satis est quòd dicat in princip. quòd talis commiserit violentiam, secundum Do. meum. Sed circa prędicta subijcienda sunt quædam dubia declaratione necessaria.

31 ¶ † Primum dubium est, utrum in prædictis casibus libellus incertus propter prædictas rationes sit admittendus, etiam si pars opponeret. ¶ Sol. Dic quòd sic, quando sumus in casibus in quibus non esset in potestate ipsius actoris declarationem facere. quod de facili potest ex superioribus colligi:

¶ Secundum dubium est, quid si actor posset specificare, & declarare, sed tamen facit libellum incertum, contra quem pars non opponit, vnde dubitatur an libellus procedat si postea ex probationib. certificetur. ¶ Sol. Dic quòd sic, arg. tex. nostri. facit cap. sequens. & quod ibi no. & quod dicam infra eodem, art. 3. in 10. quæstio. princip. & ista est communis opin. Docto. hic, quæ optimè probatur in l. fin. C. de ann. except. & ibi doct. ibi Ang. concludit quòd tenet processus super libello incerto si nõ opponatur. alleg. cap. cum dilectus. infra de ordi. cog. vbi etiam hoc tenent Doct. & c. cum Vintoniensis. cum Glo. supra de elect. tenent Doct. maximè Pau. de Cast. in l. edita. C. de eden. & Innoc. in c. cum super. de conces. prȩben. in Glo. magna. circa fin. & ibi etiam Io. de Imo. per d. l. fin. & l. 2. C. de senten. quæ sine certa quanti. & l. cum putarem. ff. fam. er. Glo. tamen in l. si in rem. ff. de rei vend. & clarius Iacob. Bu. tenent quòd processus sit nullus, sed communiter [a] reprobatur: & cõmunem opin. tenuit Franc. Accur. quã refert & sequitur Bal. in d. l. si in rem. allegat no. per Spec. in ti. de offi. omn. iud. §. deseruit. versic. quid si libellus. facit de constit. de elect. vide quod dicam infra in 18. prin. artic. & in c. seq. in 32. artic. princip.

32 ¶ † Tertiò dubitatur, quid si pars nõ opponit de ineptitudine seu incertitudine: vtrum iudex ex officio possit cogere actorem ad declarandum. & uidetur dicendum quòd non: quia hoc videtur respicere priuatum commodum. ¶ Sol. Dom. Ant. hic, & Io. de Imo. & moderniores tenent contrarium, ꝙ possit: quia hoc concernit etiam fauorem iudicis, vt certam possit ferre sententiam. facit quod no. in c. causam, supra de iud. & in c. 1. de elec. li. 6. Et quod dicimus de inepto libello, quòd iudex potest ipsum dẽtibus lacerare, vt no. Gl. in l. 1. ff. de officio assessor. de quo dicam latius infra eod. artic. 16. & in cap. sequenti, artic. 28.

33 ¶ † Quartò dubitatur qualiter reus debeat opponere de incertitudine. ¶ Sol. Videtur dicẽdum ꝙ specificè debet opponere quòd libellus sit incertus, & quòd fiat declaratio. facit tex. noster, & quod no. in l. Titię textores. ff. de leg. 1. cum si. quia sicut actor debet apertè agere: ita excipiens apertè excipere. Sed Doct. in cap. seq. in simili instruunt, quòd excipiens debet esse cautus quantum potest, ne exprimat articulatè vitia libelli, ne fortè actorem instruat super illis, sed simpliciter excipiat nõ esse procedendum super tali libello, vel talem libellum non esse admittendum, nec tũc iudex debet dicere libellum esse declarãdum, sed secundum propositam excep. pronunciare procedendum non esse. & idem tenet Spec. eod. ti. §. fi. ver. cautus etiam sis. vbi concludit quòd reus debet excipere, non teneor respondere. non

ADDITIO.

a ¶ *Communis opinio est, quòd teneat processus, licèt libellus sit generalis & incertus. vide Docto. maximè mod. in l. edita. C. de eden. & adde quòd index potest ex officio cogere partem actricem reo nõ petente, vt clarior reddatur libellus, vt per doctr. Ias. in l. age. in fi. C. de transact.*

non autẽ debet petere libellum declarari: quia iam instrueret aduersarium, & adde quod latius dicam infra eod. artic. 18.

¶ Quintò dubitatur, si petitur declaratio eo casu quo actor tenetur declarare, & actor non declaret: quid agendum sit. ¶ Sol. Dic secundum Specu. eod. titu. §. iuxta. versi. fin. quòd non respondebitur libello, donec libellus declararetur, argu. tex. nostri. & 2. quæstio. 8. libellorum. supra de iudi. cap. examinata. & si actor perseueraret, absoluitur reus, vt l. Arianus. ff. de act. & oblig. & infra de proba. c. ex literis, secundum Spec. in d. §. iuxta. versi. quòd si actor. quod intellige ab obseruatione iudicij, si lis non est contest. Sed post li. contest. si actor in prosecutione certificasset petitionem suam pro eo deberet sequi sententia. Si vero non certificasset, nec in substantia nec in quantitate, procedit dictum Spec. vt colligitur ex his quę superius dicta sunt. & adde quę dicam infra, art. 32.

¶ Sextò dubitatur, quid si pars petit quòd actor debeat declarare libellum incertum, sed actor non declaret, nec compellit iudicem, sed procedit. ¶ Sol. Dic quòd debet appellare, vt est tex. hic. de quo dic vt latius dicam infra, in c. seq. ar. 28.

¶ Septimò dubitatur, quis sit istius declarationis effectus, an dentur nouæ dilationes. ¶ Sol. Dic vt dicam in cap. seq. artic. 27. Ex his habes expeditum quartum membrum principale, de iudicijs seu actionibus singularibus.

¶ Circa quartum mẽbrum principale istius 5. q. principalis, de iudicijs communibus non est necesse insistendum: quia aut in iudicio cõmuni venit quid vniuersale, aut quid generale, aut quid particulare. vnde secundum contingentiam rei petitæ seu deductæ ad iudicium cõmune, dicendum est secundum ea quæ dicta sunt in primo, secundo, & tertio superioribus membris, & propter hanc causam arbitror quòd Glo. iuris Canonici & Ciuilis, & communiter ibi in materia nostra non fecerint diuersum membrum de iudicijs communibus. Et adde quæ dicam infra eo. artic. q. 20.

34 ¶ †Circa sextam princ. quæst. vtrum in libello sit necessaria narratio, & qualis. ¶ Sol. Dic quòd debet esse certa & clara, vt patet ex his quæ dicta sunt in præced. quæstio. & debet esse apta ex qua resultet causa & conclusio ad intẽtionem agentis: & breuis continens necessaria & non superflua: quia melius est pauca vtiliter narrare, quàm multis inutilibus hominum aures prægrauare, vt in l. tanta. §. contrariũ. C. de vete. iure enucle. supra de æta. & qualit. c. cum sit. graue enim est probare, & ad onera probandum venire, vt in l. is qui destinauit. ff. de rei vend. & probari debent quæ in libello offeruntur. C. de probat. l. actor, canonizata. 6. quest. vlt. & infra de causa pos. & proprie. c. cum Ecclesia. prope fin. C. de eden. in l. qui accusare. cum sim. secundum Specu. eodem tit. §. fin. versicu. & in summa. & fuit hæc doctrina Bonaguidæ de Are. vt ibi dicit Ioan. Andr. in addit. Narrare igitur debet necessaria & vtilia, quæ videlicet probata suam iuuent intentionem. supra de iudicijs. examinata. & cum ex facto ius oriatur, vt in l. si ex plagis. §. in crimi. ff. ad leg. Aquil. & in l. 1. C. de impo. luc. descri. & no. in l. vt responsum. C. de transaction. ideo quacunque actione agatur, debet talis narratio fieri in libello, vt ex ea resultet ius agendi. cautè tamen agit actor, si in libello ponat verba generalia, vt in processu habeat plures vias & diuerticula plura ad suam intentionem fulciendam, vt puta si dicat, peto talem electionem tanquàm minus canonicè factam cassari: super hac enim generalitate cum plura veniant impedimenta poterit sequi quod voluerit. facit supra de supplen. neg. prælat. cap. fin. quamuis enim ex narratione plura resultent iura & causæ, fortè aduersarius non exiget electionem, nec causæ specificationem, nec actor dicere tenetur nisi exigatur. ff. de iureiuran. in l. iusiurandum, & de operis noui nuncia. in l. de pupillo. §. qui opus nouum. & Specul. eodem titu. §. fin. versi. penult. & fin. Vtile est igitur exprimere talia quæ sint apta concludere omnem modum agẽdi, quamuis postea sufficiat tale quid probare, quod concludat ad alterum de remedijs propositis sibi competentibus, secũdum Lapum, allegat l. secundam, & l. quintam: & si plura narrantur, debet accipi illud super quo libellus concludit, & sufficit illud verum esse, secundum Lap. alleg. 55. per l. 1. ff. de eden. & ff. de suspe. tuto. in l. hæc enim. facit quod dicam infra in 12. quæstio. princ. istius artic. vbi dicam, quòd libellus magis consideratur circa modum concludendi, quàm narrandi: nec tenetur libellans in narratione allegare aliquam defensionem reo competentem, secundum Innocen. in cap. cum Bertoldus. infra de re iudi. quamuis allegando non vitietur, in cap. 1. de concessio. præben. lib. 6. Et aduerte, quòd cautus sit actor, qui aliquid narrat, quòd sit de intentione aduersarij, vt non affirmatiuè, nec simpliciter illud narret, sed cum adiuncto,[a] videlicet qui dicit vel asserit se hæredem, procuratorem, prælatum, &c. facit quod no. in l. cognitio. ff. de lib. causa. ne aliàs simpliciter narratum videatur fateri, vt in l. cum precum. C. de lib. cau. A. B. Et no. quòd non vitiatur libellus, licet narratio sequatur conclusionem, vt in cap. per tuas, infra de condi. appos. & ibi no. Ma.

35 ¶ †Circa septimam princ. quęst. an requiratur expressio qualitatis, & qualis. Sol. Bal. in l. edita. C. de eden. in 6. quæst. princ. arguit pro & contra, & distinguit. tangit etiam in repet. d. l. edita, versicu. circa sextum. sed ego arbitror aliter, & latius distinguẽdum, quod aut loquimur de qualitate iudicis, & dic vt dixi in 2. quæstio. princ. istius artic. aut de qualitate actoris, & dicendum, vt dixi in 3. quæst. prin. Aduerte tamen: quia si esset aliqua qualitas in actore, quæ alteraret formam procedendi, vel pœnam in conuento: puta, quia actor esset ciuis, vel officialis, vel quid simile: talis qualitas esset exprimenda, si actor intenderet consequi priuilegium illius qualitatis. ad quod vide quod latè dixi c. qualiter. el 2. infra de accu. in 11. art. q. 41. 23. & 29. Et adde hic ea quæ dixi supra in 3. quæstio. istius artic. aut de quali-

ADDITIO.

a ¶ *Qui aliquid simpliciter narrat in libello, quòd sit in fauorẽ conuenti, videtur illud confiteri; & ideo solet addi, vt asseritur l. cum precum. C. de liber. causa. adde Alexand. in l. edita. in primo no. de eden. facit tex. in l. conditioni. C. de institut. & substit.*

qualitate aduersarij conuenti, & dicendum, vt dixi in 4.q.princip.adde tamen, quòd si in reo esset talis qualitas quæ alteraret formam procedendi, vel maiorem pœnam in eo: vt quia forensis, fœmina, aut filius, &c. Vel quia de magnatibus, aut nobilibus, &c. & similiter ad prædictam intentionem talis qualitas est exprimenda, ad quod vide quod dixi in d.c.qualiter. in quæstionibus prædictis. Et hæc adde ad ea quæ dixi in 4. quæst.princ.aut loquimur de qualitate rei petitæ & subdistingue, quod aut loquimur de qualitate demonstratiua substãtiæ ipsius rei quæ petitur, & dic vt dixi in 5.q. princ.aut de qualitate qualificatiua eius ad quod agitur: Et dic q; aut qualitas deducitur tacitè cum ipsa re seu facto, & sufficit, vt l. 1. C. de fica. & in l. si non conuicij. C. de iniur. in c. cum dilecti. infra de accus. & in l. nec exemplum. C. de fal. & ibi per Cyn. hic intelligo, nisi expressio omnino exigeretur pro forma, vt dixi in 5. quæstio. in quarto membro. vers. debet igitur res quæ petitur. Aut non deducitur cum ipso facto, vel re, vel alio modo: & tũc aut est qualitas quæ dat esse rei, & quia est potius substãtia, quam qualitas, vt c. tua. de spon. & ibi dixi post Dom. Anto. & Dom. me. non est dubium quod libellus non procederet, nisi exprimeretur talis qualitas. facit quod statim dixi. vnde debet talis qualitas inductiua substantiæ exprimi in libello, & ideo si ago cõtra te, quia surripuisti mihi rem, non procedit libellus: quia non allegatur factum ex quo concludatur, vel præsumatur furtum, vt patet ex no. in l. sub prætextu. C. de transact. nec est admittendus iste libellus vt generalis: quia de crimine agitur. ff. de dolo l. item exigi. ff. de iniur. in l. prætor edixit, secundum Bald. in d. 6. quæstio. quæ tamen verba sunt satis inepta. Conclude tamen quòd qualitas substantifica est exprimenda, & si nõ est expressa, si postea exprimeretur, & narratio libelli, seu conclusio non extenderet delictum substantificatũ per qualitatem quæ postea adderetur vel probaretur, talis additio qualitatis induceret nouũ libel. per l. ius ciuile. ff. de iust. & iu. ad quod vide quod dicam inf. articu. 25. & sequen. Aut est qualitas quæ alteratur, & sic propriè potest dici qualitas, id est, quid accidentale: & dic q; aut sunt qualitates quæ alterant factum vel id ad quod agitur, vt in delictis, qualitas scientiæ, loci, temporis, causæ, rixæ, generis armorũ, modi percutiendi, vt ammenationis vel vibrationis, & euentus: quæ omnia vel de sui natura aggrauant & minuunt delictum: vel quandoque ex iure positiuo, secũdum quod latissimè dixi in cap. licet. infra de pœnis. & quantum ad materiam cõceptionis libelli in cap. qualiter. el 2. infra de accusa. in 11. princ. artic. & de qualitate scientiæ, habes ibi. quæst. 47. & 48. de loco & tempore, quęst. 36. 37. 42. 44. 45. 50. & sequen. & aliquid dicam infra in 8. quæstio. princ. de genere armorum ibi. quęstio. 46. de modo percutiendi & ammenationis, quæst. 43. 49. & 56. de euentu, q. 57. & latius in d. c. licet. prope fin. omnes ergo qualitates huiusmodi, quę habent alterare naturam actus vel modum procedendi aut pęnã, sunt exprimendæ in libello: vel similiter ante li. contest. deducendæ. Nam post li. contest. non possunt edi: quia super ea actione, seu re, non est lis contesta. & ideo ex illa qualitate omissa non posset sequi condemnatio. ad quod vide quod dicam infra eod. ca. artic. 25. & sequen. & vide Bald. qui singulariter dicit post Guil. in l. sed ex dolo. §. in hac. ff. de dolo, q; si quis accusauit aliquẽ de percussione facta in collo, & probauit percussionem factam in capite, non debet sequi condemnatio. dixi latius in d. artic. 11. quæstio. 57. Et aduerte: quia si probata sit qualitas quę non fuit deducta in libello debet sequi cõdemnatio: non tanquam de maleficio qualificato, sed tanquam de simplici: quia probatio illius qualitatis quæ non concluditur in libello, & sic in processu nihil operatur ad absolutionem, vt in l. si quis liber. ff. de petitio. hęred. vnde si actum est de homi-
a cidio [a] & probatum sit parricidium: licet non possit sequi cõdemnatio de parricidio, ad quod nõ est actum: tamen non debet sequi absolutio ab homicidio ipsius: quia omne parricidium est homicidiũ. ita concludit Bald. in l. edita. C. de eden. in 6. quæst. princ. versi. sed quid si probatæ. In ciuili verò causa si probata esset qualitas non deducta in libello quæ alteraret actionem seu petitionem deberet sequi absolutoria, secundum formã l. Iulius. ff. de pact. dota. Si verò in libello esset deducta aliqua qualitas, & non esset probata: vtrum debeat sequi condemnatio: quia non est materia nostra, omitto. vide Bald. in l. edita. in 6. quęstio. princip. versic. sed quid econtra. & vide quam plurimas remissiones quas dedi in cap. conquestus. supra de foro competen. dicam fortè latius in titu. de probatio. vbi melius conuenit. Et quid si pro homicidio de die commisso debeat amputari manus ex forma statuti. Sed pro commisso de nocte debeat amputari caput, vel ambę manus, & actum est pro homicidio de nocte commisso: nec est probata qualitas noctis. Bal. in d. l. edita. versi. sed quid si statutum, concludit quòd talis non potest condemnari: etiam ad imputationem manus, quia est alia species delicti, nisi ante litis contestationem illa qualitas fuisset detracta de libello. Sed circa prędicta oritur notabilis dubitatio: quid si accusator dixit: quare peto ipsum condemnari de omnib. & singulis supradictis, an per hoc videatur cumulare simplex maleficium & qualificatum? Sol. Dicit Bal. in d. l. edita. in 6. quęstio. versi. quid si accusator, quòd impossibile est quòd qualificatũ inhęreat simplici, & q; illud sit simplex. ff. de condi. & demonstra. in l. si Titia non nupserit. & sic sentit quòd etiam debet sequi absolutio. & facit quod statim dicam in versicu. sequen. sed dubium est vtrum videatur agere de maleficio simplici, & qualitate diuersa. respondet Bald. ibi quòd non: quia de sola qualitate non potest agi per se, vt in l. in delictis. §. si detracta. ff. de noxalib. vnde concludit, quod dicta clausula, de omnibus & singulis supradictis, nihil importat: sed tantum vnum maleficium deducitur numero. argum. l. fin. ff. ad Trebel. & l. si pluribus. ff. de leg. 2. & l. hoc argum. ff. de hęre. insti. Et prędicta sunt notabilia, quia vtilia, secundum Bald. & adde quę dicam in seq. quæst.

¶ † Circa

ADDITIO.

a ¶ *Si agitur de homicidio, & probatur parricidium, an procedat libellus, & idem si accuso de adulterio, & probo de stupro. vide Ioan. de Ana. in cap. qualiter. 2. in fi. infra de accusa.*

36 ¶ † Circa 8. prin. quæst. vtrũ locus & tempus sint exprimendi in libello. Sol. Spec. eo.ti.§.qui libellus.ver.item locum.dic quòd libellus debet continere locum, vbi actum vel cõtractum est, vt l.forma.ff. de censibus.2.q.6. in cap.libellorum. sed hoc nõ est apud multos in vsu, secundum Spec. tu verò distingue ꝙ aut loquimur in causa ciuili, aut in causa criminali. primo casu communis conclusio Docto.est quòd locus & tempus nõ sint necessario exprimendi. hoc tenent Inno. & Io. Andr. & Doct. in c. Abbate sanè. de re iudi.lib.6. prope fi. Et probatur in l. edita. C.de eden.& ibi etiam hoc tenent Bal.in rep. vers.7.opponitur. per l.cum tabernam.§.idem quæsijt.ff.de pigno. Et etiam idem tenet ibi in lectura,& Bart.in l.an eadem.§.actiones.ff.de except.rei iudic. facit tex.in l.testium.C.de testibus. & tenẽt quidam moderniores in c.præced. istud tamẽ quòd tempus & locus non sint regulariter exprimendi, recipit plures fallentias.

37 ¶ † Primò ergo fallit, si ex forma statuti expresio loci & temporis requireretur. faciunt quæ dixi supra in 5.prin.art.in 4.membro.

38 ¶ † Secundò fallit, si de crimine accusaretur mulier: [a] quia tunc debent exprimi circunstantiæ, & locus & tempus, sicut in libello accusatorio, vt in l.libellorum.ff.de accu. canonizata. 2.q.8. libellorum. & hoc tenet glo.in l.item exigit.de dolo.& Innoc.in c.fi.infra de pur.cano.Dom.Ant.in c.præced.& Domini de Rota decis.43.& est tex.valde notab. in ca. tuæ. supra de proc.& hoc no.ibi Dom.Anto.Dom. me.& Ioan.de Imo.per quem tex. hoc tenet Barto. in l.1.§.interdictum. ff.vti poss. quod tamen limitat ibi Barto. si in huiusmodi libello ciuili ex crimine actor concluderet dolum aduersarij: quia tunc debent inseri locus & tempus, ne in tãto crimine actori vagari liceat, vt in l. prætor edixit. in princ.ff.de iniur.& l.itaque. ff. de dolo. & probatur expresè in l. 1.§.rectisimè. & §.vbi autem.ff.de vi, & vi arma. in quibus patet quòd in interdicto vnde vi, debent inseri locus & tempus. Secus si dolus aduersarij nõ arguitur, quia tunc nõ est necesse. & idem tenet Bar. in d.l.an eadem.§.actiones. Et idem in effectu vult in dicta l.prætor edixit. vbi concludit quòd aut agitur aliqua actione quæ infamat: Et debent inseri, vt ibi,& d.l.item exigit.quod intelligit siue infamet de iure, siue de facto. facit etiam: quia etiam in exceptionibus continentibus delictum debent inseri locus & tempus, secundum Barto. in d.l.prætor, & in l.1.ff.de except.per cap.præsentium.de testi. lib.6.& tenent Domini de Rota, decisio.356.& Bald. in d.l. item exigit,& Ange. in d.l.prætor edixit. tamen tales exceptiones non infamant de iure, vt videbimus in cap. cum dilectus. infra de ordi. cogn. secus si actio sit ciuilis, quæ nullo modo infamet. & ita dicit quòd obseruat consuetudo. tenet etiam Bald. in d. l.edita. in 8.op. vbi dicit quòd in omnibus famosis actionibus reo petenti debent exprimi locus & tempus. Aduerte tamen: quia Roffredus quando format libellum super actione iniuriarum, non ponit locum aut tempus. nec etiam Spec.in ti. de damno dato. sed tamen Spec.eod.ti.§.iuxta, vers.item si agitur de crimine. dicit quòd si de crimine agitur ciuiliter debet exprimi qualitas iniuriæ.

39 ¶ † Tertiò fallit etiam in causa merè ciuili, quando iudex certis ex causis petit fieri expresionem loci & temporis.arg.c.cum Ioan.inf.de fide instr.& Inst. de actio.§.curare, secundum Inno.in c.Abba.de re iud.lib.6.in glo.pen.& Bald.in repe.l.edita. C.de eden.in fi.8.oppositionis.faciunt no.per Bart. in l.is qui reus.ff.de publ. iud.

40 ¶ † Quartò fallit, si reus peteret declarationem loci & temporis ad exceptiones & defensiones suas proponendas: vtputa si petit declarari tempus ratione interesse, præscriptionis, aut alterius interesse, tenet Bald.in l.edita.vers.quæritur incidenter.in lectura, sub 5.q.princ. per illam l. & l.non est nouum. & l.fin.C.de eden. & Bald. in repe. d.l.in fi.8.oppo. vbi dicit quòd si reus petat fieri specificationem loci & temporis, debet fieri, per no.per Inno. & Host. in cap.fin.infra de pur.cano.facit quod no.Barto.in d.l.is qui reus.

41 ¶ † Quintò fallit generaliter, vbicunque interest rei ꝙ opponatur locus, seu quando ipsius omisio reo esset nociua, vt puta in actione arbitraria propter locum, & ideo qui in vno ex locis alternatiuè positis absolutionem, vel etiam ex pluribus locis in altero peteret, & electio esset debitoris, debet alterius loci facere mentionem, vt l.3.§.fi. ff.de eo quod certo loco.& ibi doct. Et idem si ageret in alio loco quàm destinato solutioni. ad quod vide quod latè dixi in c.dilecti. supra de foro comp.in 2.prin.artic. maximè in 2.questio.quod potest intelligi maximè in alio scilicet, idoneo, secundum glo. in l.1. de eo quod certo loco, vel in alio, scilicet, quocunque loco præstando interesse, secundum Nic.Mat.& Bart. pro qua opinionum declaratione vide quæ late dixi in d.c.dilecti.in 2.ar.q.4. si tamen non poneretur locus in libello non vitiaretur processus, sed bene posset reus petere quòd ponatur, argu.l.fin. C.de anna. except. Sed circa prædicta dubitatur, quid si sumus in casibus in quibus debet fieri expresio loci & tẽporis in libello, & non fuit facta, vtrum si pars non opponat teneat processus. Sol. In ciuilibus videtur dicendum ꝙ sic, per ea quæ statim dixi. sed in causa criminali, vide quæ latè dixi in c.qualiter.el 2.inf. de acc.in 11.princ.artic.q.36.in fi. Aduerte tamen: quia licet in libello quo ad ipsius formam regulariter non sit necessaria expresio loci & temporis: tamen quãquam exigitur probatio, saltem respectu temporis in prosecutione: per quod tempus cõcludatur, per ipsum probetur contractum ante li.contest. fuisse celebratum: non tamen est necessarium probare determinatum tempus, sed solum quod actus vel contractus vigore cuius agitur præcesserit li. contest. vt no.per Ioan.And.in c.Abbate.in glo.super verbo, temporis, & seque.de re iud.lib.6. & videas per eum & per do.Domi.quia non est principalis materia nostra.& Bald.in d.l.edita.in 5.quæst.ver. quæritur incidenter, faciendo tamen differentiam inter actionem personalem & realem, vt traditur per Doct. in dictis locis, de quo aliquid dicam in c. seq. 34.princ.artic.

¶ Postremo

ADDITIO.

a ¶ *Similiter si ciuiliter accusetur de adulterio debet inseri locus: at si criminaliter ageretur, vide post Abb. in cap. tuæ. in notab. pen. vide Ro. consil.* 191.

¶ Postremo quo ad hanc 8.q. vide glo. in verbo, associari. in auth. offeratur. C. de lit. contesta. quæ dicit quòd actor in libelli initio debet scribere annos Domini, per tex. in corpore vnde sumitur dicta authen. quod tamen hodie non seruatur, sed scribitur terminus ad respondendum. tu vide quod dicam infra in 14. princ. artic.

42 ¶ † Circa 9. quæst. princip. vtrum aliæ circunstantiæ sint necessariò exprimendæ in libello. Sol. Dic quòd non, nisi illę de quibus supra dictum est, & quod statim de causa dicetur in sequ. qđ. facit quod no. Bartol. in l. præses. ff. de pœnis. quinimò non est necesse quòd exprimantur personæ accessoriæ, licet pro suo interesse possint comparere, vt l. si suspecta. ff. de inoff. testa. & in cap. veniens. infra, de testi. cum simil. tradit Bald. in l. edita. C. de eden. in 8. q. versic. personæ verò.

43 ¶ † Circa decimam principalem quæst. an actio sit in libello exprimenda. Sol. Glo. hic distinguit quod aut agitur actione reali, & non est necessariò exprimenda, quia causa intelligitur expressa eo ipso quòd ponit rei vēdicationem: aut agitur personali, & causa est exprimēda, secundùm glo. sed quia ista materia est aliqualiter difficilis & intricata, ideo pro clariori ipsius doctrina prosequar infrascriptas quęstiones.

¶ Primò ad intellectum materiæ & infrascriptarum quæstionum quæram, vtrum sit differentia inter actum seu cōtractum, obligationē & actionem, & qualiter se habeant adinuicem.

¶ Secundò, quid sit causa.

¶ Tertiò, quotuplex sit causa.

¶ Quartò, an causa sit exprimenda in libello, & quando, seu in quibus actionibus vel iudicijs.

¶ Quintò, quare requiratur expressio causæ in libello.

¶ Sextò, an vna vel plures causæ exprimi possint vel requirantur in libello.

¶ Septimò, quæ causa sit exprimenda in libello, & qualiter.

¶ Octauò, quid si causa expressa non est apta, vel ex pluribus expressis aliqua sit inepta.

¶ Nonò, quid si causa expressa non est vera, vel non probatur.

¶ Decimò, quid agere debet reus si causa non est expressa, vel est expressa, sed non legitima, qualiter cautè debet excipere.

44 ¶ † Primò igitur quæro, vtrum inter actū, gestum seu contractum, obligationem & actionem sit differentia, & qualiter se inuicem habeant & oriantur. Sol. Dic, quòd quatuor sunt, quorum vnum non alterum, videlicet factum, gestum seu cōtractus, obligatio, actio, & exactio. Primò enim in esse deducitur contractus, aut quasi contractus, delictum, aut quasi delictum. ex quibus quatuor, vel altero eorū oriuntur obligationes, vt est tex. in l. 1. in princ. ff. de actio. & obli. licet quidam etiam velint quod etiam ex alijs varijs figuris causarum obligationes oriātur, vt dicit tex. in d. l. 1. Sed secundùm vnam opin. glo. ibi, quam sequuntur Dyn. & Bar. & videtur verior, vt latè dixi, Insti. de actio. §. 1. illud quod ibi dicitur de varijs figuris causarum, intelligitur de quasi contractibus, & quasi delictis, licet alij plures dantur intellectus. oritur ergo obligatio ex cōtractu vel quasi, delicto, vel quasi: ex ipsa verò obligatione oritur actio, qua mediāte potest fieri exactio, vt l. licet. §. ea oblig. ff. de procu. facit l. 2. ff. mādati. & Insti. de obli. in princ. iuncta l. nihil aliud. ff. de act. & oblig. & Institu. de act. in princip. vbi ergo nō oritur obligatio, non oritur actio. Nam ex quo actio subalternatur obligationi, oportet obligationem præcedere, vt dicit tex. in dicto §. ea obligatio. & ibi no. Bald. Aduerte tamen, quia non ex communi obligatione oritur actio: non enim oritur ex naturali, sed ex ciuili obligatione.

45 ¶ † Et vt habeas notitiam,[a] qualiter introducta fuerit obligatio naturalis, & qualiter ciuilis, scire debes, secundùm D. Anto. & Io. de Imo. in cap. fin. infra, de so. quòd antequam essent inducta iura ciuilia, erat solum obligatio naturalis quæ oriebatur ex solo consensu ex æquitate iuris gentium. 1. dist. cap. ius gentium. & in l. cum amplius. §. is natura. ff. de re. iu. vnde quando puro consensui assistebat æquitas naturalis quæ ex eo naturalis appellatur, quia insequitur æquitatem & naturalem rationē quæ inest homini prout differt à brutis: & hæc naturalis olim manu regia effectum cōsequebatur. ibatur enim ad regentes vel rogētes ciuitatis, & narrabatur factum, & illud postea mandabant executioni, vt l. 2. §. 1. ff. de orig. iur. de qua manu regia tangit Pet. de Anch. in clem. sæpe, de verb. sig. tetigi in c. præc. in 5. princ. art. in 6. fal. postea verò superuenit ius ciuile, & quia vidit esse æquū illud quod disponebat ius gentium ipsum approbauit, & dedit ei fauorem seu fomentum: & sic ex eo quòd lex assistit obligationi naturali successiue inducta est ciuilis. Et sic in effectu duæ sunt obligationes, ciuilis & naturaris, secūdum communem opin. vt habetur Insti. de oblig. in prin. licet aliqui aliter dixerint. Et sic vbi naturalis erat sterilis, antequam essent iura ciuilia, post iura ciuilia incœpit parere actionem adiuncta sibi ciuili obli. facit quod no. Inno. in c. quæ in ecclesiarum. de constitu. & in c. quia plerique. de immu. eccle. Et sic patet quòd vbi consensui suadenti obligationem assistit approbatio iuris ciui. introducitur naturalis & ciuilis obligatio quę producunt actio. vt in dicto §. ea oblig. & Insti. de act. in prin. si autem consensui suadenti obligationem solum assistit approbatio iuris ciuilis, & non ratio naturalis, vt consistit in obligatione quæ oritur ex chirographo seu literis, vt habetur Insti. de literarum obligationibus: tunc non oritur obligatio naturalis, sed ciuil. & similiter econtra si cōsensui suadenti obligationem assistat æquitas naturalis, sed non approbatio iuris ciuilis, vt contingit in pacto nudo: tunc oritur naturalis tantum & nō ciuilis obligatio, vt in l. iurisgen. §. 1. ff. de pac. Et hoc notabis, quia faciunt ad multa.

46 ¶ † Secūdò quęro, quid sit causa. Sol. Scire debes quod hoc verbum plura significat. & Host. in c. cum dilecti.

ADDITIO.

a ¶ *Vt habeas notitiam qualiter nascatur obligatio naturalis & ciuilis, & quid vtraque sit, vide latè per Socinum in rubrica, in princip. ff. de verbo. obligationib. & appellatione obligationis simpliciter: an veniat naturalis, an ciuilis, an vtraque coniuncta, vide domi. Ias. in l. si vnus.*

dilecti. sup. de accus. super ver. ex causa, dicit quòd accipitur nouem modis. tangit etiam in c. solitę. supra de maio. & obed. & Archi. 11. distin. cap. consequens. Pau. in cle. dudum. de sepul. Hen. in c. forus. de verb. signifi. glo. in rub. ff. de condi. & demonstr. & Bart. in l. demonstratio falsa. §. 1. eo. tit. Ego latius dixi in c. audientiam. infra de homi. in 7. princ. art. q. 42. sed omittendo cętera significata, quę non pertinent ad propositum nostrum, quantum ad ipsum propositum nostrū attinet, dico quod causa est medium per quod concluditur per actorem aduersarium obligatum ad id quod in libello dari aut fieri petitur, vt probatur in c. seq. & in l. licet. §. ea obligatio. ff. de procur. & Instit. quibus modis tollitur obligatio. §. est autem. ibi, sed & quod ex alia causa debetur, & in l. fin. C. de edi. diui Adria. toll. ibi, & causa. vnde vel misio vel contradictio exoritur, vt l. huiusmodi. ff. quando dies leg. ced. cum sim. & clarius apparebit ex infra dicendis.

47 ¶ † Tertiò quęro, quotuplex sit causa quo ad terminos nostros. Sol. Bal. in repe. l. edita. C. de eden. in versi. circa tertium, dicit quòd causarum quædam habent plurimum facti, vt possessio in possessorio, vt l. 2. ff. si seruitus vendi. Quædam plurimum iuris & facti, vt contractus & obligatio ex eo. Quædam maximè in iure consistunt, vt dominium. Item adde quod quædam est immediata & propinqua, quædam vero mediata. Item quædam expressa, & quædam tacita. Item quædam necessariò concludens, & quædam præsumptiua, vt apparebit ex infra dicendis.

48 ¶ † Quartò quæro, vtrum in libello causa sit exprimenda, & quando seu in quibus iudicijs & actionibus. Sol. Glo. nostra distinguit quòd aut agitur actione reali, & non est exprimenda, aut personali, & tunc est exprimenda, & communiter sequuntur Doct. & glo. & Docto. in l. 1. ff. de eden. & Spec. eo. tit. §. iuxta. versi. sed nunquid causa. & Roffre. rubr. 21. & duabus sequentibus. Ego vero arbitror quòd in quolibet libello sit necessaria causa, per quam cōcludatur intentio libellantis, secūdum quod dicam in 3. quæst. & probatur in cap. sequenti, & ibi tenet Innoc. & Ioan. And. tenet glo. 1. in prin. in cap. fi. de conuer. infidel. & Spec. eo. tit. §. qui libellus. versi. generaliter. Innoc. & Ioan. And. in cap. ex parte. el primo, infra de priuil. vbi dicit quòd non est accipiendus libellus, nisi causa [a] sufficiens in eo exprimatur, tenet Innoc. in cap. cum Bertoldus. infra de re iudi. prope finem. Ergo procedit siue agatur actione reali siue personali. Sed in hoc est differētia inter actionem realem & personalem, quia in reali eo ipso quod actor proponit rei vendicationem, dicens rem ad se pertinere iure dominij, satis dicitur causa expressa, videlicet ipsum dominium. ff. de exceptio. rei iudic. in l. si mater. §. eandem. & §. 1. & 2. Et melius in l. & an eadem. §. actiones. eo. titu. ista enim est causa proxima, quia sum dominus, & tu posidés, licet non dicam ex qua causa sum dominus, quia hoc non est necesse, quia satis potes esse certus ex hoc, an velis cedere vel cōtendere, quia in hoc iudicio ego non præsuppono te obligatum aliquo iure, sed quia facis mihi difficultatem, seu controuersiam circa rem meam mihi restituendam, intento contra te actionem in rem, in qua satis est quod ego dicam rem illam meam esse: tu vero tuam esse contendas, & aliter obsistas, vt est tex. Insti. de actio. §. omnium. nam in reali non est necessaria, nisi vna causa proxima, scilicet, dominium. ex eo enim solo quòd res vendicatur, constat de causa, quia rei vendicationis causa non est alia, nisi dominiū, vt in l. in rem. ff. de rei vendi. quod dominiū non potest ad me pertinere, nisi ex vnica causa, eo quòd factus dominus ex vna causa non potest amplius ex alia effici dominus. Institu. de actio. §. sic itaque. & in l. sequitur. §. lana. ff. de vsucap. in cap. inter dilectos. in fi. infra de fide instrum. & in l. posideri. §. ex plurimis. ff. de acqui. possess. sed non est necessarium quòd ego exprimam causam propter quam ad me pertinet, nec cogi possum illam exprimere. argu. glo. nostræ & tenet glo. in d. l. 1. ff. de eden. & Bart. in l. & an eadem. §. actiones. ff. de excep. rei iud. licet glo. aliud sentiat in l. si mater. §. denique. ff. de excep. rei iud. in glo. magna, in princip. sed male dicit, vt dicit Barto. in d. §. actiones. in iudic. ergo reali causa proxima est exprimenda, sed remotam non est necessarium exprimere, si tamen exprimeretur vtrum hoc tendat in fauorem actoris vel rei, statim dicam in versi. 10. quæro. Prædicta tamen procedunt quando ageretur propria actione reali, secus si non propria, licet rem prosequeretur, vt in hypothecaria in qua necessarium est non solum proximam, sed etiam remotam causam exprimere, vt puta quòd creditor dicat rem pertinuisse & pertinere ad debitorem iure dominij, [b] vel quasi. & quamuis non habeat exprimere causam dominij, tamen debet exprimere rem prædictā sibi obligatam, & debet exprimere certum debitū pro quo est obligata, quoniam pro pluribus debitis potest esse obligata, sed dominium non potest esse nisi unum, vt dicit Bar. in l. rem alienam. ff. de pign. actio. Et per prædicta idem diceremus, si ageretur actione personali in rem scripta, secundum l. de eo. §. fi. ff. ad exhi. de qua materia aliquid dixi supra in 5. quæst. princ. istius 12. artic. in 4. membro. deberet enim talis causa deduci, per quam concluderetur intentio agentis, secundum ea quæ statim dicam in 7. quæst. Et aduerte, quia ex rationibus prædictis videtur inferendum quòd non sufficeret dicere quòd quis petit rem spectantē ad eum iure quasi dominij: quia licet dominium non posit haberi nisi ex vna causa, vt dictum est, tamen quasi dominium potest haberi ex varijs causis, quia ad publicianam concedendam sufficit titulus habilis ad transferendum dominium, & quòd quandoque quis possederit ex tali titulo, & à possessione ceciderit, quia candē rem possum habere ex diuersis titulis, vt in c. 2. infra de his quæ fiunt a præla. secundum vnum intellectum, & in c. post electionem. infra de conc. præb. cum simil. Si enim

ADDITIONES.

a ¶ *An causa in libello sit exprimenda, vide Bart. in l. an eandem. §. actiones. ff. de exce. rei iudi. adde Bal. in l. 1. in fi. C. si plu. vna sent. Bar. in l. non solum. §. sed vt probari. de ope. no. nunc. in l. non potest. de iud. Bal. & Ang. in l. cum actio. C. de neg. gest.*

b ¶ *Iste libellus, peto iure dominij vel quasi, an procedat, vide Bar. in d. §. actiones, cum concor. de quib. ibidē per Alex. & latius per Mod. in §. sed istę Inst. de actio.*

Si enim dubito de titulo meo possum aliũ & alium titulum multiplicare, quamuis non possim multiplicare dominium: & sic videtur concludi quòd in dicta actione publiciana non videatur sufficere quòd quis dicat se dominum, sed necessarium sit dicere ex quo titulo, ar. prædictorũ, & eorum quæ dicam de actionibus personalibus. Sed in contrarium fortiter ob. c. Abbate. de re iudi. lib. 6. vbi talis libellus, dico ad me pertinere iure quasi dominij, fuit admissus. SOL. Dici posset quòd ibi non fuit exceptũ de causa remota non expressa, secũdum quod ad solutionem alterius contrarij, dicit glo. magna in d. cap. Abbate. vel dic, & subtilius, quòd actor in publiciana agit quasi vsuceperit, ꝙ si vsucepit. Si cui enim ex iusta causa res aliqua à non domino tradita fuerit, veluti ex causa emptionis, aut donationis, aut dotis vel simili, nec dum eam vsucepit. Si casu eius rei possessionẽ amisit, nullam olim habebat in rem directam actionem ad eam rem prosequendã, cum iure ciuili actiones ita proditæ sint, vt quis dominium suum vendicet. Sed tamen quia durum videbatur ꝙ eo casu deficeret actio, inuenta est à prætore actio quæ publiciana appellatur, per quam is qui possessionem amisit, dicit se quasi vsucepisse, & sic vendicat rem suam esse, vt Insti. de actio. §. aliæ. Fingit ergo prætor vsucapionem, quia directè non poterat tollere ius ciuile. Insti. de bo. poss. §. quos autem. sed per viam indirectam fingit vsucepisse, & sic actor vendicat rem suam esse. vnde ad propositum, sicut ex eo quòd verum dominium non potest haberi nisi ex vna causa, vt dictum est, nec etiam potest quis nisi ex vna causa, seu titulo per vsucap. dominium acquirere, ita non potest induci fictio, vt ex pluribus titulis habeatur quasi dominium, quia fictio non operatur, nisi vbi veritas potest operari, vt in l. qui ad certum. ff. locati. & Insti. de adopt. §. minorem. cum simili. vnde sicut in dominio non est necesse aliam causam exprimere, nisi quia sum dominus, ita in publiciana sufficiat dicere, quia sum
a quasi dominus. Et prædicta [a] notabis, quia subtilia & nouissima sunt. Sed aduerte, quia post lectionẽ extremam reperi Bal. in l. edita. C. de eden. in lectura. versi. 3. q. est, vbi dicit quòd Pet. & Iaco. de Raue. putant quòd tunc in reali non est exprimenda causa, quando agimus de pleno iure reali quod non potest competere, nisi ex vna causa, secus si de semipleno, quod potest competere ex plurimis causis, quia tunc volunt causam exprimendam, quia est eadem ratio sicut in personali, & ponunt ipsi exemplum in hypothecaria & publiciana, de quibus supra dixi, allegant etiam. ff. de pact. in l. si tibi decem. §. de pignore. & fortè ista opin. de iuris rigore verior. Sed tamen in contrarium fortiter obstat d. cap. Abbate. quod per ipsos non consideratur. Item facit in contrarium ar. quod potest sumi ex secunda solutione quam statim dicã, & dedi ad d. c. Abbate. Et præfatus artic. esset satis disputabilis. Item contra prædictam opin. facit quod statim dicam in versi. sed iuxta hoc quæro, vbi Bal. vult ꝙ sufficiat dicere, quia sum quasi dominus. Item prædicta procedunt ꝙ non sit necessarium exprimere causam remotam in reali, nisi ius resisteret prima fronte vendicãti, quia tunc tenetur exprimere etiam causam remotam, vt puta si aliquis vendicat liberum hominem, tenetur causam exprimere, vt quia est filius vel est subditus, & vendicatur per dominum aut ascriptitius, aut mo-
b nachus per Abbatem, vel si vxor vendicat maritũ [b]. vel econtra: debent enim tales adiecta causa vendicare, vt l. 1. §. per hanc. ff. de rei vend. & per Inno. in c. conquerente. sup. de offi. ordi. Et ita debet intelligi vna opinio posita in c. literas. inf. de resti. spol. no. gl. & Host. in c. ex transmissa. eo. tit. & Host. in c. porro. de diuor. facit 27. q. 2. Agatosa. tenet D. M. hic, & latius in c. illud. inf. de præsum. & c. non est vobis. j. de spon. Et ex prędictis sequitur, ꝙ si Episcopus simpliciter petit ius episcopale ab eccle. quam confitetur exempta non procedit libellus, nisi adiecta aliqua causa, puta præscriptionis, vel alia. Sed dicit, petit ius episcopale, quia ecclesia est in diœcesi mea sita, bene valet, vt no. Innoc. & Ioan. And. & Doct. in c. seq. & Spe. eo. tit. §. iuxta. versi. penul. Et in summa libellus debet etiam in reali talem causam propinquam vel remotam habere per quã aduersarius redditur certus, vt statim dicam in 7. quæst. Aduerte tamen, quia proprius libellus in reali actione esse videtur quòd quis narret se dominũ, & aduersarium possidere indebitè & iniustè, & sic petere pronunciari & declarari se dominum, vel ipsam rem spectare ad ipsum iure dominij, & reum condemnari & cogi ad restituendum, quia propriè in reali sententia debet ferri declaratoria, vt in l. ex diuerso. ff. de rei vendic. & in l. sicuti. §. sed si quæratur. ff. si seruit. vendi. Si tamen aliquis peteret aduersariũ condemnari ad restitutionem rei, licet non peteret declarari se dominum, satis videtur esse, ex quo narrat se dominum, vel petit reum condemnari ad restitutionẽ per rei vendicationem, quia tacitè intelligitur petere declarari se dominum, argum. l. illud. ff. de acqui. hæred. Et ideo sustinetur dictus libellus, facit quod no. in d. l. ex diuerso. per glo. & Bart. in l. 1. in princ. ff. de eden. & sequitur hic Ioan. de Imo. Et hæc procedunt si loquimur de causa ex parte agentis, sed si loquimur de causa ex parte conuenti, videlicet de possessione vel quasi ipsius conuenti, tunc secundum glo. in l. edita. C. de eden. talis causa videtur exprimenda in libel. quia est principiũ actionis ex parte conuenti, vt l. 1. de alie. iu. mu. & l. 1. C. de re. alie. non alie. dicit tamen Pet. & sequitur Bal. in d. l. edita. in versi. tertia quæstio est, ꝙ ista causa non est de natura actionis, licet restitutio possessionis veniat officio iudicis. Insuper est aduertendum circa prædicta quod Bal. in repe. d. l. edita, in ver. circa tertiũ. dicit quod causa facti alleganda est in iudicio facti, vt in possessoria & in causa turbationis in interdicto vti poss. infra de proba. cap. licet causam. Causa vero iuris & facti est exprimenda in iudicijs, quę habent multum iuris & facti, vt cum agitur ex contractibus. Causa iuris tantum vt dominium in reali iudicio

ADDITIONES.

a ¶ *De hac publiciana, an de iure canonico procedat, vide latè per Mod. in §. sed istę 22. co. de act. & quia articulus est dubius, vide Anto. Burgos in rub. de contrah. emp. extra in 4. col.*

b ¶ *Vxor vendicat virum suũ adiecta causa de iure diuino, vide Abb. in c. non est, de spons. & Alex. cons. 123. lib. 4. facit quod Roma. dicit in sing. suis, in 1. char.*

dicio,quod ex omni causa etiam remota vnicū est, & vnius formæ & naturæ, & actio est vnius nominis. Actiones vero personales habent nomen & esse, & effectum distinctum ex nomine & qualitate causæ primæ. Et ideo ipsa materia, id est,factū proponi debet in libello,vt in l.& an eadem.§.actiones. ff.de excep.rei iudi. & quod no.ff.de act. & oblig.in l.consensu. In actionibus ergo personalibus exprimenda est non solum causa proxima & propinqua, sed etiam remota. & debet intelligi glo. nostra in versicu.si autem agatur personali.cum simi. Et ratio est, quia ex sola causa propinqua nō posset reus deliberare.& in cap.sequen. Nam si dico, peto à te decem, quia es mihi obligatus,quia multæ sunt,& esse possunt obligationum causæ,non posset reus deliberare, vt d. §. actiones. ideo oportet exprimere causam remotam, quia mutuaui. vel promisisti,vel quid simile,vt in c.seq. & ibi per Innoc.& Doct.d.c.conquerente. de off. ord. aliàs non tenetur reus respondere, secundùm Doc. & Dominum meum hic, & in cap.seq. Et aduerte, quia adeo hoc est regulare in actione personali, quòd etiam in cōditione sine causa,debet exprimi causa in libello, sed non causæ dationis, vt l.si præsidij. C. de do.ante nupt.vnde debeo dicere quòd sine causa solui, non autem debeo dicere,quare sine causa solui, quia non causæ nulla est causa: eo quia non ens est non ens. non habet causam,vt no.in l.actor. C.de probat. Nisi quodam modo, quia terminus & finis entis est causa priuationis, sicut finis olei est causa extinctionis lucernæ ardentis: tamen ista propriè non est, cùm non agit in eo quod nō est,sed hoc videtur esse alterius scientiæ,secundum Bal.in repe. d.l.edita.in ver.circa 3.in fi. & ista fuit ratio Ioan. de Lig. sumpta ex doctrina Philosophi,quam ipse ponit in materia negatiuæ.in c.bonæ.el 1.supra,de elect.ego fortè latius dicam in cap.cum causam. infra de testi. aut in titu.de proba. Item aduerte,quia quidā volunt quòd in istis actionibus personalibus quis nō teneatur exprimere causam propinquā dicēdo,peto decem,quia mutuaui, quia est mihi obligatus. nō est necessarium dicere, quia est mihi obligatus, quia hæc causa propinqua communiter continetur sub remota, & hoc tacite, ex quo peto te cōdemnari in decem, quia mutuaui, tacitè videor inferre causam propinquam quòd sis mihi obligatus,vt in c.ex parte.de spon. A.B. Et ad prędicta vide quę notabiliter tradit Bar.in l.si prius. ff.de ope. noui nun.in 5.q. 2.part.& quæ dixi inf.de cau.pos.& proprie.in rubr.tract.5.ar.8.in prin. Mar. Quidam verò voluerunt quòd dicta causa sit exprimēda, quia nō sequitur, mutuaui tibi: ergo es mihi obligatus de præsenti. facit l.certum.§.1.iuncta glo. ff.de confes. & quod no.in c.cum ad sedem.de resti. spo. Sed communis opi.hic, & in d.l.edita,est quòd
a talis libellus procedat, quia sufficit quòd libellus [a] concludat præsumptiuè, vt in l.omnes. §.Lucius.ff. de his quæ in frau.cred. vt dicā statim infra 11.prin. Nec obst. ꝙ verbum mutuaui,sit de præterito,& sic habeat tacitā abnegationem de præsenti, quia illud posset procedere quo ad verbum expresè positum de præterito,nō quo ad illud quod sequitur ex præterito vel ex illo concubitu, sicut quando ago contra te: quia mutuaui tibi decem. Nam bene pono mutuum in præteritum. sed de obligatione nihil dico,vnde non potest dici negatum esse in præsenti te obligatum: quia illud expresè non ponitur in præteritum, quare cū dubium sit qualiter ponatur, debet reduci ad mentem libellantis, vt latius dicam in c.sequen.art.33. Et hoc tenet Do.meus hic, & in cap.dilecti,supra de iudi. & ibi remisi me hic dictu-rum. Sed tu adde ad prædicta quæ statim dicam in 7.q. in op. Baldi circa hanc materiam. Sed si actor diceret,peto decem, quia mutuaui ecclesiæ, & reus diceret, exprime ꝙ sit cōuersa pecunia in vtilitatem ecclesiæ,vel quòd contractus sit legitimè factus,vel non,aut quod facta sit solutio, vel quid simile, non cogitur exprimere,quia hoc nō est de natura actionis,sed post li.cōtest. veniunt hęc in probatione. C. de probatio. in l.exceptionem, secundum Spec.co. tit.§.iuxta. versic.antepe. & adde quæ dicam statim in versic.7.quęro. A.B. Nota tamen circa prædicta quod quandoque in actione personali videtur sufficere exprimere causam generalē proximam. Exemplum in muliere quæ petit separationem matrimonij propter impotentiam mariti, quia non tenetur specificare causam impotentiæ. Sed satis est dicere virum nō habere potentiam coeundi. quod tenent Host. Io.And.& communiter Doct.in c.fi.de frigidis.& Do.meus super rubr.de frig.& d.c.fi.vbi dicit quod putat rationem esse, quia dubietas prouenit ex facto aduersarij, quo casu admittitur libellus incertus & alternatiuus. ad quod vide quæ dixi supra, eod.articu.12.quæst.5.in 4.membro princ. & etiam q.16. Ma.

49 ¶ †Sed iuxta prædicta quæro, quare in reali non exigitur expresio causæ remotæ, & exigitur in personali. Sol. Dicit Bal.quod in causa immediata in reali concluditur certa actio & fama. Sed in personali generalis & informis. Nam si dico me dominū concludo rei vēdi. si quasi dominum publicianam. ff.de euictio. l.minor.§.1. & l.1. §.qui in perpetuum. ff.si ager vec.vel emphyt.petatur.Sed si dico te mihi obligatum, quia obligationes sunt difformes, non concludo aliquam actionem specificè, sed libellus remanet generalis: & ideo in personali requiritur expresio causæ remotæ,facit C.de trāsact.in l.cū cā mota.in fi. & ff.de pac.dot. in l.Beblius. quod dictū Bal.videtur esse contra illud quod supra dixi, secundum Pet.& Iac.de Ra.qui voluerunt quod in publiciana exprimenda sit causa sicut in personali.concedit tamen Bald. quod iste libellus,dico rem pertinere ad me iure dominij, vel quasi, est generalis, quia potest intelligi iure directi vel vtilis, quia dominiū est duplex. ad quod vide quæ dicam infra in 16. q. princ. art. Arbitror tamen circa actionem personalem, quod licet nō esset expressa causa remota, sufficeret si postea exprimeretur nomen actionis, vt puta,quia est mihi obligatus ad decē, peto ipsa decem actione ex vendito vel ex mutuo aut simili,quia expresione actionis satis redderetur aduersarius certus,vt posset deliberare an vellet cedere vel contendere.Postremo etiā aduerte circa materiam istius q. quòd

ADDITIO.

a ¶ *Sufficit libellum concludere præsumptiuè. adde in contrarium que no.Bal. in l.cum quid, si cer. pe.ibi Doc. & adde Roma.cons.105.*

quòd Spe.eo.tit.§.iuxta.ver.sed nūquid debet quis. dicit quòd quandoque non est necesse ponere in libello causam petēdi, sed sufficit generaliter petere, vt in actione tutelæ, negotiorum gestorū, & simili, vel etiam in vniuersali, vt cùm petitur hæreditas restitui, vel diuidi, & in similibus actionibus quæ ad vniuersitatem competūt. nihil tamen allegat. Mihi videtur per ea quæ dicta sunt, quòd debeat talem causam exprimere per quam appareat certa conclusio intentionis suæ.

50 ¶†Quintò quæro, quare in libello requiratur causæ expressio. Sol. Dic, quòd requiritur ad hoc, vt cognoscatur intentio libellantis, & vt reddatur certus, an velit cedere vel contendere, vt patet ex supradictis, & apparebit ex his quæ dicam in versic.7. quæro.no.Innoc.in cap.ex parte, el 1.infra de priui. vtrū autem vtile sit actori in reali vel personali causam exprimere, vel etiam reo opponere, vel non opponere de causa non expressa. dic vt dicam infra in versic.10.quæro.

51 ¶†Sextò quæro, vtrum vna vel plures causæ sint exprimendæ. Sol. Dicit Bal.in repet. dictæ l.edita. C. de eden. in ver. circa tertium. quòd interdum ad esse alicuius actus requiruntur duæ vel plures causæ simul iunctæ, & illæ requirūtur ad esse libelli, & ad substātiam probationis. ff.de itine.actuque priuato. l.3.§.hoc autem.remittens se ad nota. per glo.in c.2. de rescriptis. & mihi placet. ad quod vide quæ latè dixi in c.cùm cessante, infra de appellatio.subdit tamen Bald.ibi, & bene, quòd ex plurimis causis sufficit vnam concludere. ad quod vide quod dicam in versic.8.quæro.

52 ¶†Septimò quæro, quæ causa sit exprimenda in libello, & qualiter. Sol. Dic quòd est exprimenda causa quæ necessario concludat intentionem ipsius agentis, vt no.Doct.in c.seq. & gl.in l.1. ff. de eden. quæ dicit quòd debet esse talis, qua probata debeat sequi condēnatio. Quid enim si aliquis dicat, peto

a decem quia Rex est in Francia, [a] vel quia sum hic? certè talis causa non sufficit. Et in realibus sufficit causa immediata, in personalibus requiritur remota, secūdum ea quæ dixi supra, in vers. quartò quæro. & dicit Bald. & bene, quòd debet esse talis quæ concludat iustum esse quod petitur, & quæ sit de natura actionis. Et idem Bart.in l.1.ff.de eden.& Inn. in c.ex parte, el 1.de priui.nec est necesse aliquid exprimere quòd pertineat ad partis defensionem: & ideo sufficit quòd agens ex mutuo dicat ecclesiam obligatam propter mutuum eidem, seu prælato factum: nec est necessarium dicere in libello, quòd sit conuersa in vtilitatem ecclesiæ, aut quòd cōtractus fuerit legitimè factus consentientibus illis quorum cōsensus requirebatur, etiam si reus hoc peteret, vel si reus peteret quòd actor exprimeret quòd est sibi satisfactum, aut quid simile.quod si verum esset, tolleret intentionem actoris, quia hæc non sunt de natura actionis. & ideo reseruantur post lit. contesta. & tunc qui melius probabit, obtinebit. C. de prob. l.exceptionem. & infra de proba.c.licet, in fi.secundùm Innoc. Ioan. Andr. & Moderniores in c.licet, sequen. Et ex prædictis inferuntur plura.

53 ¶†Primò, quod libellus non est admittendus, si causa expressa non cōcludit de iure: licet ex aliquo accidenti posit iustificari, nisi illud accidens exprimatur. Et ideo Innoc.& Host.dicunt in c.seq.quod si Episcopus petat aliquod ius episcopale ab ecclesia, quam dicit exemptam, talis libellus non est admittendus, nisi talem causam exprimat, quæ ad hoc sufficiat, infra de præscrip. cap. auditis. vel quod id quod petit, in exemptione fuerit exceptum, infra de relig.do.c.cùm venerabilis. vel aliud simile, quod sufficiat. faciunt infra dicenda.

54 ¶†Secundò infertur, quod sufficit quod libellus concludat ex causa expressa inspecto iure generali, seu communi: nō autem est necesse exprimere seu iustificare ex alijs causis specialibus, seu singularibus potius concernentibus solennitatem, quàm substantiam actus, sed hoc reseruādum est in processu, quia actus vel cōtractus in libello deductus, præsumitur solenniter explicatus quantum ad hoc. & idem voluit Barto.in l.1. ff. de eden. in exemplo de pecunia mutuata prælato. Et si aliquis peteret vigore testamenti, non est necesse quòd dicat, quòd fuerit conditum coram septem testibus & legitimè, &c. quia præsumuntur. nec obstat admisioni libelli, quòd reus opponat aliquā exceptionem peremptoriam: puta, petit actor ius episcopale ab ecclesia sua sita in diœcesi, licet reus dicat ecclesiam exemptam, & velit statim probare: tamen talis exceptio examinabitur post litem contesta. nisi malitia actoris esset notoria cui non esset indulgendum: vel si ius competens reo, esset notorium, secundùm Innoc. & Host. in cap.significante, infra, qui matrimo.accusa. poss. & Ioan.Andr.& Ioan.Mo. & Archi.in cap.1. de lit. contest.lib.6. & Arch.in cap.vt circa. de elect.lib.6. & per Specu.in titu.de except. §.dicto. versic.sed an reus.& ver.vt autem.facit quod no.in c.super literis. supra, de rescript. & tenent Dominus meus & Moderniores in cap.sequen. fortè latius dicam infra, in titu. de lit. contesta. Et vide quæ dicam infra, in 16. princip.articu.

55 ¶†Tertiò infertur, quòd satis est quod libellans exprimat causas agendi. non autem est necessarium quod excludat exceptiones, quę possent reo competere: puta, quia nō fuit sibi satisfactum, vel quia contra eum non est præscriptū, vel quid simile. si tamen actor poneret exceptionem legitimā, & ipsam non tolleret, aliquid allegando in libello, non esset libellus admittendus, puta si diceret, peto decem, quia

b mutuaui, [b] & quia es mihi obligatus, non obstāte pacto de non petendo quod feci. Nam ex hoc apparet libellū iniustum. statur enim narratis in libello contra libellantem, vt in l.cum precum.C.de lib.causa. de quo latius dicam in c.seq.articu.34. Causa enim apparet iniusta, ex quo dicit se fecisse pactum de nō petēdo, nec aliter hoc eneruat, & ideo debet adijcere illud, tollendo, quod tunc erat minor, vel dolo fuit inductus, vel quid simile. & tunc admitteretur libellus. facit quod no. per gl.in c.1.de offi.deleg.& vide quod dixi supra, in vers.4.quæro.ibi, Et ex prædictis

ADDITIONES.

a *¶Peto decem, quia rex est in Francia, an valeat talis libellus. & de hoc vide Bartolum & Docto.in l.edita.C de eden.*

b *¶Peto decem, quia mutuaui, an concludat. vide Mathes.in no.11. & Dec.in c.dilecti.de iudic.*

dictis sequitur, & quod no. Doct. in c. capitulum. & in c. olim. sup. de rescrip. faciunt etiam no. per Inn. & Doct. in c. cum Bertoldus. inf. de re iud.

56 ¶ † Quartò infertur, quòd si libellus non procederet ex sua generali causa in libello proposita, illa est exprimenda & specificanda, quæ concludat ad intentionem suam, vt l. 1. §. per hanc. ff. de rei vendi. Ad quod vide quod latius dixi in versi. 4. quæro, in eo quod ibi dixi de patre vendicante [a] filium, marito vxorem, & Abbate monachum, &c.

57 ¶ † Quintò infertur, quòd licet de iure communi non teneatur quis facere mentionem in libello, eo quòd tale ius est certū, tamen actor qui fundat intentionem suam super aliquo iure speciali, puta ex consuetudine, debet illud deducere in libello, quia consuetudines sunt facti, vt in cap. 1. de consti. lib. 6. oportet ergo eas proponi & declarari, vt in l. 2. ff. de iu. & fac. ignor. & probatur in l. 1. C. quæ sit lon. consue. vbi dicitur, ꝙ consuetudo debet probari, ergo in libello proponi, nisi consuetudo esset omnino notoria ita quod potius diceretur iuris, quàm facti, vt in Anglia, quòd maior natu succedat in totum, vt dicit Iaco. de Raue. tenent Doc. in l. de quibus. ff. de legibus. Sed Cy. in l. 2. C. quæ sit lon. consue. in 3. princ. artic. quasi circa fi. dicit quòd quicquid dicant Doct. non est ratio quare consuetudo debeat allegari in libel. dicendo in libello, hoc dico propter consuetudinem. Mouetur, quia consuetudo non est medium immediatum, sed mediatū ad conclusionem: vnde quādo medium immediatum sufficiens proponitur, non est necessarium proponere mediatum. sicut enim intentando rei ven. est reperire medium immediatum, vt dominiū, & mediatum, vt titulum emptionis, vel donationis, vel similem, vt dixi in uer. 4. quæro. & sicut in rei uendi. non oportet proponere in libello medium mediatum cum immediato, ita nec in proposito, sed bene verum est si medium immediatum negetur, & ita dubium efficiatur, oportet ipsum per remotius & mediatum medium probare: sic & eodem modo faciendi in proposito, secundum Petr. & Cyn. & hæc opin. plus mihi placet, facit quod no. Ioan. And. in cap. ex parte B. supra de foro compe. super glo. 1. & ibi tetigi post eum. vbi dixi quòd non vitiatur libellus, licet non cōcludat de iure communi vel muni. si modo concludat aliquo iure speciali, etiam non allegato, dummodo de eo iure fiat fides in processu. dicit tamen D. M. quòd à principio possit opponi contra talem libellum, per no. per Inno. in c. 1. supra de offi. vica. & in cap. cum sit generale. supra de foro compe. Sed si non opponeretur libellus procederet, & sufficeret quòd iustificaretur in processu per no. per Innoc. in c. cæterum. de iud. & Dom. M. in c. dilecti. eo. tit. & in l. fi. C. de anna. excep. & vide quæ dicam in vers. 10. quæro. Et sic videtur sentire Dom. meus, quòd si à prin. opponeretur, talis libellus deberet reijci, quod mihi non placet, imo arbitror ꝙ talis exceptio possit tolli replicatione, subdē do quòd competit actio vel facultas agendi ex tali consuetudine, vel tali iure speciali: secus si non replicaretur, quia tunc posset procedere dictum Do. mei, facit quod dixi in c. si clericus laicum, & in d. c. ex parte B. supra de foro compe. Et ad prædicta vide Inno. in c. veniens. infra de præscrip. qui videtur velle quòd non sit necessarium facere mentionem de priuilegio speciali, in quantū dicit ad illum tex. quòd Abbas ibi ex superabundanti non de necessitate in libello fecit mentionem de illo priuilegio. Sed Hosti. ibi dicit quòd imo de necessitate ex priuilegio fundatur intentio Abbatis, per no. in c. seq. & in c. inter dilectos. infra de fide instru. Sed Ioan. And. ibi dicit, quòd ideo Inno. dixit quòd ex abundanti fuit allegatum priuilegium, quia ibi agebatur possessorio interdicto vti possidetis, vt ibi dicit glo. 1. vel secundum Innoc. potest dici quòd ibi agebatur confessoria, & sic super proprietate. Ego uero arbitror dici posse quòd agitur possessorio, [b] & tūc quia tractatur de sola possessione quæ habet plurimum facti non sit necessariū allegare in libello consuetudinem, priuilegium, vel aliud ius speciale per ea quæ dixi supra, secundum Bal. Et secundum hoc intelligendo c. veniēs, quod loquatur in interdicto vti possid. & sic in possessorio ex superabundāti fuisset ibi allegatum priuilegium, vt voluit Inno. vel ad fortificandū ius actoris ad hoc vt vtraque parte probante, actor esset melioris conditionis propter probationem tit. per no. per Bart. & Ang. in l. si duo. ff. vti pos. & per Doct. in l. 1. C. vti pos. & in c. licet. inf. de probat. quod procedit nisi ius omnino resisteret agenti. facit c. 1. de resti. spol. lib. 6. Et hoc etiam modo posset intelligi d. cap. veniens. & sic intelligendo priuilegium non fuisset ibi allegatum ex superabundanti, facit quod dixi supra in vers. 1. infertur, & versic. quarto quæro. Arbitror tamen quod etiam hoc casu si pars non opponeret, nec iudex reijceret, satis esset in processu iustificare libellum ex causa legitima insurgente ex consuetudine vel priuilegio, & vide quod dicam infra in versi. decimo quæro. Aut agitur actione reali, & arbitror quod satis est exprimere causam proximam, quamuis illa descendat ex aliquo iure speciali, nisi forte ius omnino resisteret, per ea quæ statim dixi: vel nisi diceres ꝙ hoc procedit in vera reali, sed in actione confessoria necessarium sit exprimere titulum, & ita procedat cap. veniens. secundum vnum intellectum Inno. Aut agitur actione personali si causa expressa absque alia expressione iuris specialis cōcludit ad intentionem actoris, & reddit aduersarium certum, non est necessaria alterius iuris specialis expressio: alias secus. Et ad prædicta vide gl. singularem in c. constitutus, inf. de reli. dom. prope fi. quæ dicit, quòd sub hac petitione, peto ius episcopale: non solum comprehenditur [c] ius episcopale quod debetur de iure communi, sed

ADDITIONES.

a ¶ *De patre vendicante filium, & similibus, vide Imo. in c. quatuor. de maio. & obe. & quæ no. per Doc. in l. 1. ff. de lib. exhib. & an frater vendicet fratrem, & par curia parem, vide Bal. in l. non ignorat. in 3. col. qui accu.*

b ¶ *Adde, quòd quando agitur de possessione, etiam si causa allegata nō probetur, nō nocet, vide no. per Abb. in c. querelam. de elec. & Ang. in l. 1. col. 2. de elect. post Inno. in d. c. querelam. in fi.*

c ¶ *Adde quòd si causa de sui natura requirit restit. in integ. procedere petendo vnū, videtur & aliud petere. Ita dicit no. Ant. de But. in d. c. constitutus. per gl. ibi, de reli. do. de quo dicto meminit Ias. in §. rursus. in fi. de act.*

ni, sed etiã si deberetur ex priuilegio, pacto vel consuetudine. arg. c. auditis, infra de præscrip. & sic sentit illa glo. quòd non sit necessarium facere mentionem in libello de iure speciali, sed potest intelligi secundum quòd supra dixi, vel quod illud procedit quando ius speciale est subrogatum in locum iuris communis, vt ibi dicit Ioan. And. quo ad alium effectum, vide ibi per eum, & per Do. meum, & no. etiam ad prædicta secundum Bal. in repe. d. l. edita, quòd quando agitur citra ius, & fortius quando cõtra ius, clarius debet exprimi causa quàm quando agitur secundum ius, vt si petitur restitutio in inte. vel aliquid extraordinarium. ff. de mino. in l. minor autem magistratus. & in l. fin. C. de edi. diui Adria. toll. & in l. 1. C. de præd. curia. in ver. nominatim. Et est notandum quòd Inno. in c. dilectus. de offi. ord. dicit quòd sufficit libellum fundari consuetudine, & remittit se ad no. in cap. Abbate. de verb. signifi. vnde videtur procedere iste libellus, peto tale ius ex consuetudine mihi debitum, vt d. cap. Abbate. & c. super quibusdam. §. 1. eo. tit. secundum d. Ant. & Dom. meum, & Ioan. de Imo. in d. cap. dilectus. Nec obstat quòd tempus non debet esse causa inducendæ obligationis, vt in l. obligationum ferè. §. placet. ff. de actio. & obliga. quia responderi potest per ea quæ traduntur in c. peruenit. infra de censi. & in l. cum de in rem verso. ff. de vsur. & l. 1. §. ductus aquæ. ff. de aqua quoti. & æsti. Et per Doct. in l. si certis annis. C. de pac. Aduerte tamen, quia Pet. & Cy. in d. l. si certis annis. volunt quòd non procedit iste libellus, peto decem annua, quia ad ea soluenda es mihi obligatus, quia præstatio diuturna non inducit obligationem, quod tenet Ang. ibi in repe. col. 18. dicens quòd vbi causa exprimitur ex qua obligatio non infertur, vt in quæst. prædicta, & in exemplo illo, peto decem ad quæ mihi obligatus es, quia Rex est in Francia, tunc ipso iure absque oppositione exceptionis libellus non procedit, secundum gl. magnam in l. 1. ff. de eden. quod dictum Ang. apud me satis est dubium, si iudex ex suo officio non reijceret, & postea in processu aliquid probaretur per quod appareret causam illam concludentem, per ea quæ statim dicam in versi. octauo quæro. Et no. diligenter circa prædicta, quòd quãdo à facto proprio insurgit potestas agendi causa illa ex qua potestas descendit debet deduci clara in libello: nec sufficit præsumpta, secundum Bart. in l. cum quid. ff. si cer. pet. ad quod vide quæ latius dicam in 12. quæst. princ. istius 12. arti. Insuper etiam aduertendum est quòd causa debet esse de præsenti, & non de præterito, secundũ Pet. & Cyn. in l. edita. C. de eden. quia licet positio possit formari per verba de præterito: non tamen petitio. vnde volunt quòd non procedit libellus, ago contra te rei vendicatione, eo quòd teneas fundum qui fuit meus, quia ista verba habẽt tacitam negationem de præsenti, vt l. certum. §. 1. & ibi glo. ff. de confes. quia affirmatio limitata ad tempus, videtur inducere tacitam negationẽ post tempus, vt l. apud antiquos. C. de fur. & l. statuliberum. §. Stichum. ff. de leg. 2. sed Bald. in repet. d. l. edita. in ver. circa tertium. dicit, quòd ipsi dicunt contra tex. in c. præterea, el secondo, supra de transac. vbi confessio facta super iure aduersarij de præterito concludit & fundat intẽtionem ipsius aduersarij, etiam respectu temporis præsentis, nisi in contrariũ aliud sufficienter ostendatur. Et ibi hoc no. Ioan. de Imo. dicens quòd ille tex. est contra glo. in d. l. certum. §. 1. & subdit Bal. quòd verba facti debent esse de præterito, sed verba obligationis & dominij debent esse de præsenti, & hoc quando verba proferuntur super iure separabili à persona, sicut est dominium. Et sicut est obligatio quę potest separari, & penitus extingui à persona, puta per solutionem vel alium similem modum. secus si sumus in iure inseparabili, vt si ago petitione hæreditatis, quia sui hæres P. Nã veritas in præterito infert necessario in præsenti. ff. de mino. in l. & si fine. §. sed quod Papinianus. Ideo libellus concludit per necessariam causam. Et sic videtur velle Bal. quod non sufficiat allegare fundum fuisse suum, vel B. fuisse obligatum ex mutuo. Sed idem Bal. in d. l. edita. in lectura. in 4. quæst. prin. primò dicit quòd Iac. de Are. tenet, quod libellus non procedat: Sed Petrus tenet contrarium, quia sufficit quòd libellus concludat [a] præsumptiuè. vnde licet factum quod de preterito deducitur sit momentaneum, quia mutuaui, quia vendidi, &c. tamen ius quod ex illo oritur non est momentaneum, vt in l. obligationum fere. §. placet. ff. de actio. & oblig. imo semel contractum seu positum semper durat rebus sic se habentibus, vt in l. si quis vi. §. differentia. ff. de acqui. posses. & ideo quando dominium de præterito probatur, præsumitur de præsenti, nisi contrariũ probetur. Exemplum quando probatur per confessionem vel per testes, casus est in d. c. præterea, el secondo, & ita procedat glo. in d. l. certum. Sed quando deducitur in libello, hoc potest esse dubium, & tũc dic quòd aut deducitur simpliciter, & procedit libellus: aut abnegatiuè: verbi gratia, dico semel fuisse dominũ à tali anno retro. vel si posui alia verba taxatiua vel limitatiua, quia tũc libellus nõ procedit secundum Pet. ita dicit Bal. in d. l. edita, & sentit etiam Bar. in d. l. certũ. §. 1. Sed aduerte, quia glo. in d. l. certum, debet intelligi ar. prædictorum, quando abnegatiuè fuit facta confessio, alias autem contradiceret. d. c. præterea. & vide Dom. de Rota deci. 776. secundum meam quotam: alij habent decisione 32. vbi volunt ꝙ satis sit dicere in libello rem ad me pertinuisse, licet nõ dicam pertinere: quia vt dixi, sufficit ꝙ libellus concludat præsumptiuè: nisi libellus loquatur abnegatiuè, vt statim dixi, & hæc opi. mihi placet, quia pro libellante debet fieri lata interpretatio, vt in l. si quis intentione ambigua. ff. de iudi. dicam latius in c. seq. ar. 33. sicut etiam pro confitente fit interpretatio secũdum Bar. in l. is qui reus. §. 1. ff. de pub. iud. Quinimò plus dicit hic D. Anto. quod illa præsumptio abnegationis si nõ est expressa, sed tacita, non põt sumi: cũ in conclusione actor petat reum condemnari ad rem restituendam ad se pertinentem vel ad decem sibi debita. Et si diceretur, præsumptio non sufficit nisi allegetur, vt in l. cũ de in rem verso. ff. de vsu. Responde secundũ d. Prodotiũ de Padua, quod in illa l. ex verbis. nulla certa causa sumitur, & ideo debet allegari causa. nã si dico, sol-

ADDITIO.

[a] ¶ *Libellus concludat præsumptiuè. Adde quæ dicta sunt supra, in 4. q. eo. c.*

co, soluisti mihi decem annis tale quid, ex his verbis nulla sumitur, vt sis mihi obligatus, vt in c. peruenit. infra de cēsib. & supra dixi. Sed si dico, mutuaui tibi decē, sequitur ex verbis meis quòd fuisti mihi obligatus. Item sequitur quòd illa obligatio durat nisi probetur mutata, maximè cum in cōclusione petat, vt debitum, & sic alleget eam durare. & hoc tenendum est, licet Ang. in l. in rem. ff. de rei vēdi. & in l. 1. ff. de eden. teneat contrarium, & non bene. & prædicta adde ad ea quæ dixi supra, in versic. quarto quæro. Item aduerte, quia quidam volunt. vtrum autem sufficiat dicere ad se pertinere iure dominij vel simpliciter, licet nihil dicat de cesione si docet de dominio cedētis, vide dominos de Rota decis. 775. & quod dicam in c. seq. art. 33. Quid autem si causa est apta, sed actio inepta, dicam in 11. quæst. prin. istius 12. art. Et statim in vers. octauo quæro. & ibi dicam. Quid si in libello petit quis rem sibi restitui alia causa non expressa, an procedat.

58 ¶ †Octauò quæro, quid si causa expressa non est apta vel ex pluribus expresis vna est apta, & alia est inepta. Sol. Dic, quòd si causa expressa sola est inepta, vt quia cùm debuisset proponere causam commodati, proposuit causam depositi, vel locati: tunc libellus esset ineptus, & super eo posset sequi valida sententia, ideo absolueretur reus ab obseruatione iudicij, reseruata facultate dandi nouum aptum libellum, vt in c. examinata. de iudi. & in l. prima, post princip. ff. si men. fal. mod. dixe. secundum Docto. in dicta l. edita. & maximè ibi per Paul. de Cast. Sed hoc exemplum Petri videtur pertinere ad 11. quęst. princ. de expresione appellationis. Ego dico, quòd si causa expressa est omnino inepta non procedit libellus, vtputa, peto decem, quia illustrisimus dux Ferrandus Dux Calabriæ filius Alphonsi clarisimi Regis Aragonum est nūc in partibus maritimæ Senensis apud fontem Aquæ viuæ, per ea quæ dixi supra, in versic. 7. quæro, in princ. Et per id quod no. glo. in l. 1. ff de eden. Arbitror tamen quod si pars non opponeret de causa inepta, nec iudex reijceret libellū, & in processu probaretur aliquod medium propter quod deberentur mihi decem, ex quo præfatus illustrisimus Dux in dicto loco agit: puta quia promisisti mihi decem si in hoc anno 1452. de mense Martij Prefatus Dux ageret in dicto loco, quia ex hac declaratione apparet quòd illa causa fuit legitima. & ita limito glo. in dicta l. prima, & quod supra dixi, in dicto versicu. septimo quæro. Item, hoc procedit quando causa esset exprimenda, & exprimeretur inepta. Sed si causa non esset exprimenda, & aliqua inepta exprimeretur, vtputa non erat exprimenda causa remota, & fuit expressa inepta & remota, talis expresio non videtur nocere, secundum Petrum, qui dicit quòd expresio causæ remotæ nihil operatur. de qua opin. statim dicam in versic. decimo quæro. Secundo casu, quando sunt propositæ plures causæ, vna inepta seu inutilis, & alia vtilis & valida, sustētatur libellus ex causa valida, vt no. Inn. in capitu. ad dissoluendum. infra de despon. impub. Refert Lapus alleg. 55. not. Bald. in l. si quis homicidij. de accusa. & do. Ant. in simili, in cap. per tuas. infra qui fil. sint legi. vbi dicit quòd licet in sententia sint expressæ duæ causæ, vna vera, & altera falsa, sustentatur ex vera. & idem Inno. in cap. in præsentia. de renun. & sequitur Ioan. de Imo. in l. si plagij. ff. de verbo. oblig. traditur in cap. sicut. infra, de re iud. & ibi dixi si rectè memini. facit c. ex par. & c. dilectus. de conceſſ. præben. Et maximè hoc procederet, quando in fine libelli adijceretur clausula, petēs sibi iustitiam ministrari, vel omni meliori modo, &c. vel nō astringens se ad aliquod onus probationis superfluæ, &c. de quibus clausulis latius dicam in 13. princip. articu. Et ad prædictam materiam, vide omnino & coniunge quæ latius dicam in seq. art. 34. & etiam quod dicam in seq. quæst. Et no. quòd in dubio debet fieri interpretatio causæ in fauorem libellantis. de quo latius dicam in cap. seq. artic. 33.

¶ Nonò quæro, quid si causa proposita non est vera vel non probatur. ¶ Sol. Dicendum arbitror.

¶ Primo casu succumbet actor, etiā si aliam causam non expressam probasset, quia oportet iustificare libellum ex causa deducta, non ex alia.[a] hoc tenet Innocen. in capitu. ex parte. el 1. ff. de eden. facit l. 1. ff. si men. fal. mod. di. & l. habebat. ff. de instit. Et optimè probatur in c. Abbate. de re iud. lib. 6. Exprimendo enim vnam causam, videtur illam duntaxat, & non aliam in iudicium deduxisse. vnde respectu alterius opus est noua interpellatione & nouo libello, vt d. c. Abbate. & ibi Gl. facit quod dicam in seq. quæst. Et coniunge cum his quę dicam in c. sequen. 24. articu. versic. 8. effectus. licet secus in demonstratione: quia licet illa sit falsa, non tamen corruit libellus, per alium modū postea apparet de re petita per l. cum tale. §. legato falsam. ff. de condi. & dem. tenet Dominus meus in cap. seq. in fi. & ista fuit etiam no. Ioan. Andr. in d. c. ex parte. el 1. Et vide quæ de demonstratione dixi in 5. quæst. princ. istius 12. articu. in 2. 3. & 4. membro.

¶ Secundo casu, quando plures causæ sunt expressæ, Barto. consil. 30. quod incip. commune Lucigniani. dicit quòd si altera probata est per se sufficiens debet obtinere, per tex. cum Glo. in capitu. 2. de testi. Sed arbitror q. velit allegare cap. 2. iuncta Glo. supra de rescript. & propter hoc est vtilis cumulatio causarum, quia si ex vna causa quis succumbere deberet, quia non probata, potest ex alia probata obtinere, vt traditur per Doct. in dicta l. edita. C. de eden. & per Dynum in regula, nullus pluribus. de regu. iur. lib. 6. facit quod dixi in fine præcedentis quæstionis.

59 ¶ †Decimò quęro, quid agere debet reus si causa nō est expressa: vel est expressa, sed non legitima, & qualiter excipere. ¶ Sol. Dic q potest opponere quod libellus nō procedit, vel quòd est ineptus, secundum quę dicam infra artic. 23. & licet causa non sit expressa, tamen videtur tenere iudicium si non opponitur, si postea in persequutione probetur, tā legitima: quāuis enim actor diceret: peto rem mihi restitui, aut peto decem mihi debita, procedit libellus, si pars non opponat, per no. in l. fin. C. de an. except. & l. si mater. §. denique. ff. de excep. rei iud. li. 6. & in

ADDITIO.

a ¶ *Si exprimeretur vna causa in libello, & deinde de alia probaretur, non posset sequi sententia condemnatoria. vide quæ dicta sunt supra eodem capitu. in ver. circa 7. quæst. prin. & quòd no. Moder. in l. 1. ff. de eden.*

& in d.c. Abbate. de re iu. lib. 6. & quod ibi no. Glo. videtur enim actor omne ius suum in iudicium deduxisse, vt d.l. si mater. §. eandē. sentit Glo. nostra. facit infra de causa pos. c. cùm Ecclesia. ita tenet Spec. & Ioan. Andr. eod. titu. §. iuxta. vers. item no. quod si quis agit. ad hoc igitur vt libellus reijciatur propter causam non expressam, opus est exceptione, vt in c. seq. vbi ponderatur exceptio & appellatio. & ibi tenet Inno. & Ioan. Andr. & Docto. & per illum text. etiā dicunt, quod cautela est, ꝙ reus excipiendo nō petat causam exprimi, sed sufficit dicere, nō teneor respondere, vel non debet admitti libellus, seu non est legitimè cōpositus. Et idem dicendū vbicunque libellus esset ineptè compositus ex alia causa, secundum Petrum & Abba. Inno. Ioan. Andr. & Doct. in cap. seq. Neq; enim debet reus in huiusmodi exceptione adijcere causam ineptitudinis, secūdum Bal. in l. edita. C. de eden. in 4. quæst. prin. versic. deinde quæritur. vbi etiam latius tradit, quid iuris in cæteris exceptionibus, vtrum exceptiones debeāt continere causam, sed non est materia nostra, dicam in titu. de excep. Nec debet iudex dicere aut petere declarationem causæ vel obscuritatis, ex quo reus hoc nō dicit, sed si videt libellum ineptum, debet pronunciare reum non teneri ad extollendum. Et idem no. Spec. in titu. §. fin. versi. cautus sis. Dicūt tamen quidam, ꝙ quando in actione personali non est causa, cautius est reo statim litem contestari, quia postea nō poterit mutari, de quo latius dicetur infra in 25. princ. artic. & sequē. sed hoc communiter non placet Docto. quia in processu poterit causam declarare & probare, per l. fi. C. de an. excep. Et hoc procedit in terminis nostris, quando causa non est expressa: secus si causa esset expressa & inepta, quia tunc probatio alterius causæ opitularetur, per ea quæ dixi in præced. quæst. in primo casu. & hoc tenet Ioan. Cald. & D. meus post eum, in c. seq. & Pau. de Cast. in d.l. edita. vbi dicit, ꝙ quādo actor nullam causam declarauit, potest in processu aptā declarare, & prosequi, & super illa facere probationes. sed si à principio exprimit ineptam, non potest postea in processu aliam aptam specificare & prosequi, & hunc respectum dicit habuisse Bart. in d.l. edita. licet Raph. eū reprehendat & minus bene. ego arbitror, quòd id quod dicunt de inepta causa, procedat nisi in processu declararetur aliquod medium, per quod illa causa appareret apta, licet prima fronte fuerit visa inepta, per ea quæ dixi supra in versi. 8. quæro. sed si causa esset omnino inepta, vel aliàs libellus ineptus, debet reus quātū potest cautè excipere: ne instruat aduersarium, vt faciat libellum valere. & sic sufficit dicere, quòd libellus est ineptus, vel malè formatus, vel quòd non tenetur respondere. & ita hodie faciunt procuratores. nam si postea fiat cōtestatio, nō valebit processus [a] nec sentētia. sed Cy. in simili in l. prima. C. vt quæ desunt aduo. partiū. & refert Paul. in d.l. edita. reprehēdit tales ita malitiosè procedentes dicens, quòd reportant gloriam in hoc mundo, sed in alio pęnam æternā. Patet igitur ex prædictis, quòd licet non exprimatur, si reus non opponit, sed respondet libello, tenet processus, per dictam l. fina. C. de annali exceptio. tenet D. meus & Doct. in cap. sequen. & Specu. eod. titu. §. iuxta. versic. item in personali, & Paulus de Castro & Doctores in dicta l. edita. quia, vt dixi, post litem contestatam potest declarari causa, & super ea fieri probationes, sed si pars à principio opponeret, necessaria esset declaratio à principio, & ea non facta, non valeret contestatio tanquam super libello nullo. quod intellige, quando reus contestaretur salua exceptione causæ non expressæ, vel alterius ineptitudinis per eum opposita: aliàs simpliciter cōtestando litem, videretur illi renunciare, & esset perinde ac si exceptio non esset opposita. de quo latius dicam inf. in tit. de li. cōt.

¶ Est tamen aduertēdum, quòd si nulla causa exprimitur in libello, quo ad quid videtur esse vtilior actori, & alio respectu videtur esse vtile ipsi reo: actori videtur esse vtile, quia poterit prosequi omnem causam sibi competentem, etiam si agat personali, vt dicit hic Dominus Anto. & sequuntur Moder. quod non posset, si vnam solam, vel plures causas expresisset, quia tunc nō posset prosequi lit. cōt. nisi causis expresis, vt patet ex supradictis, sed reo est vtile, quia si actor succumbet, obstat exceptio actori agenti postea ex quacunque causa, vt hic dicit Glo. per l. si mater. §. eadem. ff. de exceptio. rei iudica. & in l. an eandem, §. actiones. eod. titu. & infra de causa posses. cap. cùm Ecclesia. & in c. Abbate. de re iudica. lib. 6. alio tamen respectu est vtile reo ad hoc, vt facilius posit deliberare, an velit cedere vel contendere, quamuis quo ad realem actionem, satis de facili posit deliberare, cùm posit de facili scire, an res sit sua vel non, per l. cùm quærebatur. C. vnde vi. & sic etiam patet quòd aliquo respectu vtile est actori causam exprimere, etiam si agatur reali, quia tunc agenti sibi ex aliqua causa nō obstat exceptio rei iudica. vt hic dicit Glo. in versic. item & hoc nota. per dictam l. si mater. §. 1. & 2. & l. & an eadem. & per c. examinata. & alia iura in Glo. allega. Et idem no. Glo. nostra in versi. & si absoluitur reus. & idem tenent hic Docto. & in cap. sequentibus, & Dominus meus in capitu. dilecti, supra de iudic. & Glo. & Docto. in l. prima. ff. de eden. Specu. eodem titu. §. iuxta. versicu. nunquid debet quis. Et aduerte, quia si nulla causa est expressa, quamuis fiat specialis prosecutio alicuius causæ vel causarum, non tamen restringitur iudicium ad prosecuta. Sed obstat exceptio rei iudicatæ generaliter, quia generaliter super omni causa lis fuit cōtestata. potest tamen agens ex legitima ignorantia petere restitutionem ad causas omissas, vt dicta l. si mater. in princip. secundū vnam lecturam. sentit Glo. in d. §. actiones. fallit tamen in matre, quæ auditur sine alia restitutione, vt d. l. si mater. secundum eandem lecturam. vbi tamen actum esset iure dominij vel quasi si prosecutio est facta simpliciter, tunc super vtroque sententia nocebit. secus si super altero tantum, quia non nocebit, nisi super prosecuto, secundum Glo. in c. Abbate. de re iudi. lib. 6. & Bald. in l. edita. C. de eden. in 4. quæst. princ. versic. item quæritur.

¶ Sed

ADDITIO.

a ¶ *Notanda est cautela, vt pars petat libellum declarari, & non multum instet. nam si non declarabitur, processus & sententia corruent, vide de hac cautela per Spec. in tit. de libel. obl. §. fi. pen. col. & Pau. & Ale. in l. 1. de eden. Dec. in c. dilecti. in fi. de iud.*

¶ Sed circa prædicta insurgit nūc notabilis dubitatio, quid si tempore libelli intentati non fuit expressa causa aliqua, nec et superat, vel fuit expressa sola causa proxima, in reali dominium, in personali obligatione, quæ tamen causæ non erant veræ tempore dati libelli, vel li. contestatio. quæ demum post lit. contesta. superuenit causa quam actor probauit, vtrum ex illa possit actor obtinere.

¶ Sol. Distinguēdum arbitror, quòd aut agitur actione reali aut personali. Primo casu Cyn. post Petrum in l. 1. C. de alie. iudi. mu. causa facta, in 6. quest. distinguit quòd aut deficiebat causa ex parte conuenti, videlicet possessio quæ postea superuenit: & clarum est quòd sequitur condemnatio ex eodem libello & iudicio. tex. est in l. sin autem. in prin. ff. de rei vend. ibi, Item si lit. contestatio. & in hoc omnes concordant. aut deficiebat causa ex parte agentis: puta Dominium quod superuenit post lit. contesta. & videtur quòd ex eodem iudicio, & ex eisdem actis debeat sequi condemnatio, per l. si rem. §. fina. ff. de pigno. actio. Et ista fuit opinio Vgolini in d. §. fi. pro qua facit ille tex. & ff. de inoff. testa. in l. si non mortis. & l. si vt proponis, in fi. Item facit, quia sicut Dominium ex parte actoris est principium rei vendicationis. ff. de rei vendica. l. in rem actio. sic etiam possessio ex parte rei, vt d. l. 1. Sed si reus tempore sententiæ possideat sufficit, licet tempore litis contesta. nō possideret, vt statim dixi, ergo, &c. Item pro hac opinio. facit ff. de peti. hæredi. l. item videndum. §. si quis. & l. hæreditatis. & l. si quo tempore. in princ. & ff. de pecu. in l. quæsitū. in princ. Sed Legistæ & Dy. cum eis communiter tenent contrarium, per l. non potest. & l. non quemadmodū. ff. de iudi. Et ad contraria respondent ad l. si rem. §. fi. & l. si mandauero. prout no. in d. l. non potest. ad l. verò, item videndū. §. si quis. & l. si quis hæreditatem. & l. si quo tēpore. respondent quidam quòd ibi loquimur in iudicijs vniuersalibus, vt ibi no. Sed hæc responsio non placet Dyno, & quibusdam alijs Doct. quia clarum est quòd rei vēdicatio est iudicium singulare, vt in l. 1. ff. de rei vendi. Et tamen si conuentus incipiat possidere, nihilominus condemnatur, vt d. l. sin autem. §. 1. Sed responderi potest quòd ibi loquitur in defectu, qui est ex parte cōuenti: non autem ex parte actoris. Cyn. verò post Petr. in d. §. 1. C. de alie. iudi. mut. dicit quòd si defectus agendi erat tempore lit. contest. considerata persona actoris, quòd licet defe
a ctus ille suppleatur ex superueniēti causa de nouo,[a] non debet ad sentētiam procedi, sed noua interpellatione est opus, vt d. l. nō potest. quod videtur procedere in iudicio singulari: secus in vniuersali, vt in petitione hæreditatis, in qua si ex parte hæredis superueniat dominium alicuius rei post intentatam petitionem hæreditatis, res illa veniet in eodem iudicio, vt puta, quia seruus hæreditarius acquisiuit rem contemplatione hæreditatis quam conuentus hæreditatis petitione cepit possidere: & ratio ex ipso est iudicium vniuersale, quia ex ipso crescit & decrescit, vt in l. item veniunt. §. item non solum. nisi vellemus dicere ꝙ hic inspiciatur principalis causa agendi, quæ est vetustior, quia principaliter petit vt hæres, & non vt dominus. Non ob. ar. Vgolini, quia non sequitur, sufficit quòd ex parte rei superueniat causa formalis, quæ est possessio: ergo debet sufficere ex parte actoris, quia ratio est diuersa, quia ex parte actoris principium & materiale est potentissimum, eo quòd ex ipsius persona ius agēdi metimur. ff. si pars hæredi. petatur. in l. 1. §. 1. in prin. & ideo si istud principiū materiale fuit ex parte actoris, quod præcipuè attenditur in ipsius persona, si postea superueniat formale ex parte cōuēti, sufficit. sed non sic est contra, quia materia præcedit formam, non forma materiam. & subdit Cyn. quòd quamuis Innocen. Quartus in hac quæst. distinguat, quòd aut actor agit certa speciali causa expressa, hoc est causa remota, procedat prædicta opin. secus si non sit expressa, quia tunc sequitur condemnatio ex superuenienti dominio, vt habetur in d. c. Abbate. tamen Petrus, qui hāc materiam repetijt, dicit quòd in rei vendicatione varietas causæ remotæ nullum inducit effectum, quia quantum ad condemnationem semper vniformiter fit condemnatio in principali & accessorijs. Et ideo allegatio causæ remotæ quantum ad hoc, non facit dolū, quia non ex virtute causæ remotæ, sed proximæ, fit condēnatio. & hoc probat tali ar. qui appellat à diffinitiua, nō necessitatur exprimere causam, & si vnam exprimat, potest variare, & aliam exprimere. & etiā si ex alia causa probaret iniquitatem sententiæ, deberet obtinere, quia causa proxima, est iniquitas sententiæ. ff. de appel. in l. scio. ergo idem videtur dicendum, si ago rei vendicatione ex vna causa, & probo ex alia, debet sequi condemnatio, inspecta causa proxima, scilicet dominio: & sic patet quòd quantum ad sententiam ferendam, non est differentia, vtrum allegetur dominium simpliciter, an verò ex certa causa remota, vt ff. de exceptio. rei iudic. in l. cùm de hoc. Præterea quomodocūque illud, super quo volo nunc agere, potuit cōprehēdi, sub eo super quo egi si iterū volo agere, obstat exceptio rei iudi. modo ita est ꝙ si peto à te rem, & dico rem illam meā generaliter: deinde dominium mihi superuenit: effectus sententiæ absolutoriæ non extenditur ad causam quæ postea superuenit, quia nō potest cōprehendi sub eo, super quo primo egi virtute priorū actorū, vt d. l. si mater. §. eandem. ibi dum dicit, modo ex alia cā, &c. Et sic sequitur, ꝙ si ex noua cā litis contesta. dominiū superueniat, non prodest, ita ex eisdem actis sequatur condemnatio. & ratio in promptu, quia iudicia dñi recta, vt in l. in vniuersis. C. qui dari tutores possint, ergo si tēpore li. contesta. non competebat mihi dominium, iudiciū non fuit rectè initiatum. vnde concludit Pet. ꝙ Canonistæ malè dicūt in c. Abbate. & sic ꝙ non rectè procedit decisio illius decretalis. & sequitur Cy. Bar. verò in l. & an eadem. §. actione. ff. de excep. rei iu. dicit ꝙ si in libello exprimitur causa proxima, vt dominiū; & remota, vt donatio vel venditio, obligatio & cōtractus, ex quo superuenit dominium,

ADDITIO.

a ¶ *An ius de nouo superueniens post iudiciū inceptū, iuuet ipsum actorē, vide per Ang. cons. 136. col. 4. & Ro. cōs. 194. vltra ea quæ ponit latè. Ang. in §. actio aūt, Inst. de act. & Doct. in locis cōmunibus. & an habeat locū corā delegato iudice, vide Ias. in §. 1. 14. col. Inst. de ac. vbi latè. & dicit Ro. tenuisse ꝙ idem sit coram deleg. & vide infra eod. c. vers. aduerte tamen, quia prædicta cōclusio.*

minium, pendente iudicio non includitur sub petitione, & ratio est, quia causa remota de necessitate præsupponit tempus & locũ: quia si dico, emi rem, vel mutuaui decem: oportet ꝙ emptio vel mutuũ sint factæ certo loco & tẽpore. & sic est necesse intelligere de certa emptione, & cer. mutuo factis certo loco & tempore, & sic de eo quod iam subsistebat tempore inchoati iudicij: sed quando exprimitur sola causa proxima, vt dominium vel obligatio, tunc dominium & obligatio non clauditur cer. lo. & tẽpore, & ideo ius vel causa remota superueniens pendente iudicio, clauditur sub libello, secundum Bar. Bal. vero in d. l. 1. C. de alie. iud. mut. dicit quòd quando superuenit principium actiuum, id est, dominium ex parte agentis, & tunc aut superuenit ex causa de præterito, aut noua.

¶ Primo casu, aut fingitur retro quæsitũ, & tunc intelligitur bene aptũ, vt ff. de inof. test. in l. qui repudiantis. §. fi. Aut non fingitur retro, & non intelligitur bene aptum. ff. de excep. rei iud. in l. si mater. §. eandem. secũdum aliquos. Alij vero indistinctè dicunt quòd vbi est eadem petitio, sufficit dominium ex ea: licet superueniat pendente lite, & licet sit malè aptum, fingitur bene aptum. ff. de pig. ac. in l. si rẽ. §. fi. & hoc tenet Dy. Insti. de act. in prin. deinde Bal. refert opi. Inn. de qua in d. c. Abbate. Subdit tamen aduertendum esse ꝙ ratio motiua Inn. respicit media probationum, quia vbi quis se astringit ad certum tempus tacitè vel expressè probatio alterius tẽporis est impertinens, & ideo non iuuat probantẽ: sed vbi nõ astringit se, tunc iuuat. ff. de ap. l. scio. sed legistæ considerauerunt principium causæ, id est, litis contestationem, quæ est formale principium ad iudicium, & ideo omnis contestatio super aliquo casu fieri debet, vnde oportet, vel quod sit super causa dominij actionis, vel saltem super causa: ita ꝙ debet præcedere litis contest. si ergo nec causa, nec dominium, nec actio præcedit litis contestationem: tunc litis contestatio ex parte agentis nullum habet fundamentum, & ideo impossibile est ꝙ actor vincat. ff. de iud. in l. non potest videri. Non ob. ratio Inno. quia dato ꝙ quis se non astringat, tamen ex probationibus nunquam potest obtinere, si iudiciũ non est fundatum. argum. C. qui da. tu. pos. l. vniuersis. Item contra Inno. facit, quia generalis petitio resoluitur in omnes suas singularitates, quæ sub ea possunt claudi tempore probationis, vt l. fi. C. de anna. excep. & ideo non comprehendit ea quæ non possunt tunc claudi. argu. ff. de au. & arg. leg. in l. si ita.
a Præterea in litis contest. quasi contrahitur,[a] vt l. 3. §. idem scribit. ff. de pecu. ergo sic verus contractus factus non extendit se ad futura, vt l. cum stipulamur. & l. si à colono. ff. de verb. obli. ita nec quasi contractus, qui per contestationem inducitur. vnde cõcludit Bal. ꝙ in foro Iustiniani, non est seruãda illa decret. Abbate. & in effectu idẽ voluit Bal. in l. editã. C. de eden. in 4. q. princ. ver. denuo quæro. Mouetur, quia de dominio futuro non fuit cogitatum. ff. de leg. 3. in l. Paulo. §. 1. ergo nõ venit in iudicium, vt l. solemus. ff. de iudic. nam in iudicio nihil venit principaliter, si de eo nõ fuit cogitatum, licet quandoque veniat accessoriè, vt ibi. Præterea si posset fieri condemnatio, diceretur venisse in iudicium: & obstaret excep. rei iud. sed hoc est falsum: cum non obstet exceptio rei iudi. vt l. si mater. §. eadem. ff. de excep. rei iud. ergo, &c. Præterea ad declarationem futuri dominij non potuisset specialiter agi: ergo non venit sub libello generali, vt in l. obligatio. generali. ff. de pig. sed tu dic latius, vt statim dicã post sequentem casum.

¶ Secundo casu princ. non loquimur de actione personali. Bart. in d. §. actiones. videtur velle idem, quod in reali, dicens ꝙ si exprimitur sola causa proxima, vt peto decẽ ad quæ es mihi obligatus, quòd hoc casu, cum obligatio non claudatur certo loco & tempore: ideo ius vel causa remota superueniẽs, prodest & clauditur sub iudicio. secus si fuisset expressa causæ remota, vt emptionis, vel alterius contractus, secundum ea quæ statim dixi. Sed Bal. in d. ver. denuo quæritur. facit differentiam inter realem & personalem actionem, dicens ꝙ in personali ius superueniens non prodest: actio personalis oritur ex causa de præterito, considerato prin. tam ex parte agentis, quàm ex parte conuenti, quia oritur ex contractu, vt l. si rem. §. fi. ff. de pig. act. Sed in actione in rem, non est sic, quia non oritur ex parte conuenti, nisi quando incipit possidere, vt supra dixi & infra statim subijciam. Et sic apparet ex prædictis ꝙ ista mate. est satis intricata & difficilis.

¶ Ego vero vt hanc materiam, quæ difficilis est, quotidianam, habeas magis claram & latam, arbitror ita distinguendum quòd in libello deducitur ius tanquã futurum, seu ex causa de futuro & principaliter. Et hoc casu, non procedit libellus regulariter, quia super obligatione futura non potest fundari iudicium, vt est tex. in l. non quemadmodum. ff. de iud. & ideo dixi principaliter, quia per viam accessorij secus est, vt si petitur res cum fructibus, vt infra subijciam, & dixi in 5. q. prin. in 4. mẽbro, & de materia istius iuris de futuro, vide latius per Glo. & Doc. in d. l. queãdmodũ. Aut in libello deducĩt ius ex causa de pñti, & facio duo membra principalia.

¶ Primum est de eo quod principaliter venit, seu petitur.

¶ Secundum, quando aliquid petitur, seu venit vt accessorium.

¶ Circa primum membrum distingue, quòd aut agitur actione vniuersali, aut singulari.

¶ Primo casu, si causa superuenit etiã post li. conte. prodest, vt est tex. in l. si hæreditatis. & in l. item videndũ. §. si quis. & in l. si quo tẽpore. ff. de pet. hære.

¶ Et hoc indubitanter procedit, si ageretur petitione hæreditatis, quia tunc licet cõuentus non possideret rem hereditariã tempore petitionis: tñ si postea incepit possidere, fit condemnatio. & ratio est, quia istud quod nũc possideĩ, si est ex hereditate illa, claudĩ in petitione. Et idem ẽt arbitror, si aliquis peteret fundũ petitione hereditatis, quẽ conuentus non possideret tẽpore petitionis, & postea inciperet posside-

ADDITIO.

a *¶ Per li. conte. quasi contrahitur, quid de his quæ fiunt ante li. conte. vide Bar. in l. 2. §. 1. de præt. stipul. Quid in his, in quibus lis non contestatur? dic vt per Bar. in l. nihil. ff. de procur. Quid in iuramento? dic idem. l. depo. §. 1. ff. de pecu. & quid in sententia, vide Alexan. in l. 1. §. idem scribit. ff. de pecu.*

posſidere, per iura præallegata, & ea quæ ſtatim dicam, quando defectus rei venit ex parte conuenti. Quinimo videtur fortius quòd ſi petitione hæreditatis petam fundum, quia ſolum fundum poſſidebat: ſi poſtea incœpit poſſidere domum hæreditariam, poteſt condemnari etiam ad domum, quod procedit, ſecundum aliquos, quando agens in libello dixit ꝙ petebat fundum, & ſi qua alia conuentus cępiſſet poſſidere, & ita intelligũt dictam legem, ſi hæreditatis, quia ſi ſingulariter exprimit fundum: non poteſt fieri condemnatio ad aliud, quàm quod petitum ſit, vt l. fundus. ff. comm. diui. & in l. ſi. ff. de fideicom. lib. & l. Pomponius in negotijs, ad fi. ff. de neg. geſt. ſed Pet. de Bella pertica idem dicit, etiam ſi ſuper vna re tantum fuiſſet formatus libellus, quia ille qui agit ad fundum petitione hæreditatis, petit declarari ſe hæredem, & hoc principaliter venit in petitione ſua: reſtitutio vero fundi, venit per officiũ iudicis. Et ideo ſi iudex declarat me hæredem, ſicut iubet per officium ſuum reſtitui fundum petitũ, ita & alias res quas reus cœpit poſſidere eadem ratione, & ita dicit intelligendã d. l. ſi hæreditatis. Et iſta eſt ipſa veritas, ſecundum Cyn. in add. & Bal. etiam ibi idem dicẽs, quod eſt valde ſingulare & mihi placet per tex. illum, dum dicit, de qua ſola controuerſia erat. Et facit ad ea quæ ſtatim dicam in ſeq. caſu. Si vero agitur actione ſingulariter, & ſubdiſtingue quòd aut agitur actione reali, aut perſonali. Si agitur reali, dic quòd aut defectus eſt ex parte conuenti, quia tempore libelli & li. conte. non poſſidebat rem petitam: ſed poſtea cœpit poſſidere, & ſequitur condemnatio. tex. eſt in l. ſin autem. in princ. ff. de rei vend. ibi in verſi. item ſi li. conte. Et ratio eſt, ſecundum Bal. ibi & ſuperius tetigi, quia rei vendicatio habet duo principia: cauſale, ſcilicet & formale. Circa formale principaliter ſufficit tempus ſententiæ, ſcilicet vt conuentus dicto tempore poſſideat, vt in terminis noſtris, facit quod ſupra ſtatim dixi. Sed tu vide etiam aliud fundamentum & rationem, per ea quæ infra ſubijcam. Aut in actione reali defectus erat ex parte agentis, & ſubdiſtingue quod aut actum eſt rei vendicatione expreſſa cauſa proxima, vt dominij: & remota, vt donationis, legati, aut ſimilis, aut proxima duntaxat.

¶ Primo caſu, omnes concludunt ꝙ tam de iure canonico quàm ciuili non poſſit ſequi condemnatio, licet dominiũ poſt li. conte. ſuperuenire ex alia cauſa poſſit, vt in d. c. Abbate. Et per ea quæ ſupra dixi, quod ego arbitror limitandum, niſi eſſet adiecta clauſula, petens in prædictis non ſolum vt narrantur, aut ex cauſis narratis, ſed etiam vt petuntur, & ex alijs quibuſcunque cauſis dicto actori ius cõpetere, vel etiam ſi eſſet adiecta clauſula, proponens ad prædicta omnia & ſingula iura competentia, vel etiam clauſula, & prędicta omnia petit ſingulariter, diuiſim, coniunctim, alternatiuè, & ſubdiſiunctiuè, &c. & omni meliori modo, &c. Et maximè ſi ſubijceretur clauſula, non aſtringens [a] ſe ad aliquod onus probationis ſuperfluæ, &c. de quibus dicam. infra in 13. prin. arti. hoc enim caſu arbitror quod ſi probarem dominium ex alia cauſa, quàm narrata & deducta, quæ tamen cauſa cõpetebat mihi tempore petitionis, ſufficeret mihi, quia propter clauſulas prædictas, perinde eſt ac ſi nullam cauſam deduxiſſem, vel etiam idem videtur eſſe, ac ſi iſtam cauſam deduxiſſem, per quam dominium tunc mihi competebat: licet non competeret ex cauſa remota expreſſe deducta in libello, quod perpetuo notabis ad limitationem d. c. Abbate. Sed ſi ex nulla alia cauſa dominium mihi tunc competijſſet, deciſio pendet ex his quæ dicam in ſeq. caſu. Aut nulla eſt expreſſa cauſa, vel eſt expreſſa duntaxat cauſa proxima: videlicet, dominium: Et de iure canonico ſufficit ꝙ dominium ſuperueniat etiam poſt li. conte. tex. in d. c. Abbate. de re iud. lib. 6. ſed de iure ciuili, quamuis Vgolinus tenuerit ꝙ poſſet ſequi condemnatio: tamen communis opin. eſt in contrarium, vt ſupra dixi. Et in hoc ius ciuile videtur fundari fortioribus arg. & validioribus fundamentis, quàm ius canonicum, quia ius canonicum in hoc ſequitur ſolã æquitatẽ, recta iuris ſubtilitate, & rigoroſitate, vt dicit tex. in d. c. Abbate, & patet ex his quæ ſup. dixi. Et ideo Bal. vt ſupra dixi, & Dy. Inſti. de actio. §. 1. & Pau. & do. Dom. in d. c. Abbate. dicunt ꝙ in foro canonico vel ciuili, de temporali iuriſdictione Eccleſiæ ſeruabitur diſpoſitio d. c. Abbate. ſed in terris imperij, iudex ſecularis ſeruabit leges. & ſic poteſt procedere opinio Petri & aliorum: quia quando ius canonicũ diſponit contra ius ciuile, & non loquitur in materia peccati, nec alias ſubiecta canoni: quodlibet ius ſeruatur in ſuo foro, vt infra de appell. c. ſi duobus, & c. ſuper eod. el 2.

60 ¶ † Sed aduerte, quia in contrarium fortiter oppo. Nam [b] quando de iure ciui. ſunt opiniones, & de iure canonico ſtatuitur quid certum, etiam in foro Cæſaris: ſeruandum eſt ius canonicũ, & econtra, vt no. Bar. in extrauaganti, ad reprimendum. in glo. ſuper verbo, per edictum, & alias plures remiſſiones vide, quas dedi in c. 1. inf. de ope. no. nunc. in glo. 1. Sed in terminis noſtris de iure ciui. ſunt opiniones vt ſupra dixi, ergo videretur ſeruandum c. Abbate. etiam in foro Cæſaris. Sed ad hoc poteſt reſponderi vt arbitror, ꝙ prędicta theorica Bar. quam dixi in d. c. 1. procedit, quando hincinde eſſent plures opiniones & argumenta, & rationes vrgentes. ſecus quando ex vna parte eſſet communis opinio fortificata fortioribus argumentis & rationibus, & ex alia parte eſſet opinio alicuius Doctoris non multum fundata, ſed debilis, & tunc communis opinio ſeruaretur in foro, & noua deciſio etiam in foro ſuo, ad quod vide quæ dixi in d. c. 1. ſuper Glo. 1. Item ſecundo oppono, quia videtur quod d. cap. Abbate. ſit ſeruandum in foro Cæſaris. Nam iſta eſt regula quòd æquitas ſcripta præfertur rigori, ſecundum ea quæ dixi in c. fin. ſupra de tranſac. in 5. prin. artic. in 2. membro. in cle. 1. de iud. ſed in d. c. æquitas

ADDITIONES.

a ¶ *Clauſula, non aſtringens ſe, &c. vide poſt Abb. & Doct. in c. dilecti. extra de iudi. in fi. vide per Alex. in conſi. 61. lib. 2.*

b ¶ *Si quippiam ſit de iure ciuili dubium, de iure autem canonico clarum, ſtatur iuri canonico, in vtroque foro, & econtra, vide Glo. in capit. licet ex ſuſcepto. de foro competen. capitu. per venerabilem. qui fil. ſint legit. in cap. clericus. in cap. dilecti. de iu. facit no. in cap. 1. de conſtitut. quæ iura ſint ſeruanda in iudicijs.*

tas scripta. ergo, &c. Sed ad hoc responderi potest quod communis opi. legistarum fundatur etiam in rigore scripto. sed ista solutio non videtur procedere: quia posito quod rigor esset scriptus, tamē vbi æquitas est scripta, & rigor scriptus, præfertur æquitas, vt in l. placuit. C. de iudi. facit cap. 3. de rescript. lib. 6. & latius dixi in d. c. fi. in 5. art. princ. in 4. membro. Sed responderi potest quod æquitas d. c. Abbate. est generalis, & rigor iuris ciuilis videtur magis specialis, & ideo præfertur rigor, per ea quæ dixi in d. 3. membro. Sed adhuc posset instari, quia si rectè inspiciantur fundamenta communis opinio. illa descendunt ex regulis generalibus iuris ciuilis. sed posses dicere ꝙ æquitas allegata in d. c. Abbate. est magis generalis. Vel melius & secundò quod æquitas præfertur rigori. quando tam æquitas, quàm rigor descendunt ex eodem iure. secus si rigor ex iure ciuili, & æquitas ex canonico. sicut dicimus in pacto nudo, & hæc notabis, quia nouissima sunt. & vide quæ dixi in dicto cap. fin. Sed pro intellectu prædictorum quæro, vnde insurgat dicta æquitas canonica. ¶ Sol. Dicendum arbitror, quòd insurgit ex eo quia ex quo actor pendēte iudicio reali est effectus dominus, & in rei vend. principaliter videatur venire declaratio dominij, nec præsupponatur obligatio conuenti, vt Insti. de act. §. 1. ibi, aut cum eo agit, qui nullo iure obligatus est, &c. nec ab eo petatur aliquid dari vel fieri, sed ius agentis solummodo declárari, videlicet quòd agens habet plenum ius, seu dominium, vt ff. de rei vend. in l. ex diuerso. §. si petitor. & l. officium. ff. si ser. vend. in l. sicut. §. si quæratur. meritò ex iure superuenienti debet obtinere. Nec obstat si diceres, quòd si petitur sola declaratio, superflua videtur vocatio aduersarij, quia videtur quòd aduersarius vocādus est per officium mercenarium, quod iudex exercet in notorijs sibi, vt iudici, nam ibi vt iudici, nō potest esse notorium, nisi cognoscat sedendo pro tribunali, vt l. à procedente. C. de dila. & quia nō est iudiciū nisi sit ibi vtraque pars. 4. q. 4. nullus. dixi supra in Rubr. de iud. Quādo a ergo constat [a] iudici, vt iudici rem esse meam, debet facere illā mihi restitui officio suo, vt in l. officium. ff. de rei vend. & l. si irruptionem. ad fin. ff. fin. reg. Et istam notorietatem nō potest iudex habere per viā iudiciorū, nisi pars vocetur, vt videat qualiter actor probauit, vt l. fina. C. si per vim vel alio modo. secundum Petrum & Cy. in l. prima. C. de alien. iudi. mu. vnde æquitas canonica voluit quòd ex quo mihi dominiū superuenit, ex eo iudicio teneatur possessor restituere, quia satis esse videtur quòd nunc sum dominus, licet tempore inchoati iudicij non essem dominus. & hoc videtur voluisse tex. in d. c. Abbate. ibi dum tex. dicit, vtilius tamen videtur negotia tali expediri cōpendio. quod intellige, scilicet per idem iudicium intentatum. & sequitur in tex. quàm per quādam exactam subtilitatem longo dispēdio prorogari. quod intelligo, scilicet intentando nouum iudiciū, quia ex quo apparet rem petitam esse meā, licet non esset tempore inchoati iudicij, tamen vt euitentur lites & nouus circuitus, cōdemnetur possessor. & hoc etiā sentit expressè tex. ille, dum dicit, nec prodesset etiam multum reo, si tunc in ipsum ex superuenienti causa cōdemnatio non ferretur, cùm mox alio instituto iudicio foret ex illa meritò condemnandus. & sic ista decisio in se est æqua & rationabilis, vt sicut licet ex parte conuenti tempore inchoati iudicij realis nō aderat ipsius formalitas, quia reus non possidebat, & tamen si tempore sententiæ possidet, condemnatur, vt supra dixi: ita & per contrarium in terminis nostris. quinimo fortiùs etiam si tempore sententiæ ferendæ, reus non possideret, videretur ferenda sententia declaratoria dominij, ex quo probatum est per actorem, per l. si à te. §. 1. ff. de except. rei iud. qui tex. secundum Barto. deberet scribi literis aureis. Ange. tamen & Bald. reprobant hoc vltimum in l. non alias. ff. de iu. licet Bal. sibi fuerit contrarius. Sed non est materia nostra, vide in dictis locis. & Zabarel. & Dominus meus, in c. examinata, supra de iud. Et ex eo etiam est rationabilis & æqua dicta decisio, quia tex. in d. cap. Abbate. dicit, quòd iudex cognita tali veritate, videlicet, quod res pertineat ad actorem, cum libera & secura conscientia non potest pronunciare. in contrarium illa tamen fuit allegatio partis. Sed aduerte, quia hic insurgit difficultas non parua, quoniā ex prædictis rationibus non videtur inferendum, ꝙ idem esset dicendum, si exprimeretur causa remota, cum dicta æquitas, & omnes rationes prædictæ concludunt etiam ad hunc casum, cuius tamen contrarium vult Inno. in d. c. Abbate. Et si tu diceres, quòd causa remota habet concomitantiam loci & temporis, & sic aliud tempus & locus nō includuntur in petitione, istud non videtur obesse, ex quo in rei veritate ego probaui dominium esse meum, licet illud probauerim prouenisse ex causa superuenienti. vnde ex quo ego probaui dominium, vt euitetur dispendium & circuitus, & quòd iudex cum bona conscientia possit procedere, debebat disponere reū condemnādum. & hoc maximè videtur dicendum, secundum opinionem Petri, qui voluit, ꝙ expressio causæ remotæ nō videatur operari, vt dixi, & maximè hoc videtur dicendum, vbi causa remota nō fuit specificata per locum & tempus. ideo articulus est satis dubius, nec Docto. attingunt. Nec video aliud dici posse, nisi ꝙ Inn. noluit dictā æquitatē extēdere, qn̄ cā remota esset expressa, ex quo ille se astrinxit ad certam causam remotam, & fortè etiam præter rationem ibi assignatam de loco & tempore, potuit esse ratio inductiua, & assignari ratio, quia non extendat ad hunc casum, quia si expressa certa causa actor succūberet, non obstaret exceptio rei iudicatæ ipsi actori agēti demū ex alia causa, secùs si simpliciter & generaliter egit causa proxima, quia tūc omnem causam remotam videtur deduxisse in iudicium, per ea, quæ supra dixi in princ. istius ver. 10. quæro. Vnde sicut causæ expressio prodest quoad prædicta, ita debet etiā obesse per regulā, is qui onus. de re. iu. li. 6. cum sua materia. Et si fortè diceres: si nullā causam remotam exprimit eo, quia tēpore libelli & litis contestationis nulla cōpetebat, si postea superuenit, & reus absoluatur nō ob. exceptio rei iud. vt d. l. si mater. §. eandē. ff. de excep. rei iudi. ergo prædicta ratio non videtur

ADDITIO.

a ¶ *Quando constat iudici vt iudici, quòd res sit mea, debet illam mihi adiudicare. vide Abb. & Moder. in c. examinata. supra de iud.*

videtur concludere, arbitror posse respóderi, quòd forte cum de iure Canonico sit inductũ hoc, vt possit sequi condemnatio per d. c. Abbate. ita videtur inductum, quod obstet exceptio rei iudicatæ: quia sicut de iure Ciuili nulla causa expressa remota obstat exceptio rei iudicatæ in omni causa competentẽ, quia omnem causam competẽtem videtur in iudicium deduxisse: sed in causa non cõpetenti tempore libelli & li. contest. non ob. exceptio rei iudic. vt d. §. actiones. quia illam non pôt prosequi, ex quo de iure Canonico non solùm causam competẽtem, sed de nouo per li. contest. superuenientem potest prosequi, licet obstet exceptio rei iudicatę: quia ex quo de iure potest nouam causam prosequi, videtur etiam de noua cogitasse: ex quo nullam expressit, maximè si prosequutus esset illam causam de nouo superuenientem. quæ ratio & consideratio cessat, quando expressit causam remotam. Cogitabis: quia nouissima sunt, & ex tẽpore venerunt in mentem. Est tamẽ aduertendum, quod posita communi opinione quod de iure Ciuili agens rei vendicatione ex causa proxima non possit obtinere ex causa superueniente post iudicium acceptũ, est verum: nisi tale dominium superuenisset ex causa de præterito [a] per ea, quę superius dixi, & statim latius dicam de iure superueniente in actione personali. Et hoc maximè, quando ius fingeret retro illud ius quæsitum, per l. hæres quandoque. ff. de acquir. hæred. & ibi per Cynum, Bald. & Modern. vt statim latius dicam, & potissimum si adiecta esset clausula illa, omni meliori modo &c. & ex his est expeditum membrum, quando agitur realiter. Si verò agatur actione personali, subdistingue, quòd aut superuenit ius de nouo ex causa de præsenti: aut ex causa de præterito: si de præsenti, aut est expressa non solùm causa proxima: videlicet, obligationis, sed etiam remota: videlicet emptionis, mutui, vel similis: & actor non potest obtinere ex iure seu causa de nouo superuenienti: tam de iure Ciuili, per legem, non potest. ff. de iu. quàm etiam de iure Canonico, per d. c. Abbate. Et per ea quę supra dixi aut est expressa sub causa proxima, vt obligationis. & de iure Canonico item videtur prima fronte in d. c. Abbate. innuere, quòd possit obtinere ex iure de nouo superuenienti, per tex. ibi, dum dicit, videlicet, quia generaliter proposuit aliquem obnoxium esse sibi. Et sic loquitur de actione personali: quia conuentus reali non est obnoxius: hoc est obligatus. & subditur in tex. vel ad te iure dominij vel quasi rem aliquã pertinere. & quamuis dici posset, quod illa est allegatio partis: tamen rationes quæ concludunt ad decisionem in reali, respectu iuris superueniẽtis, de quibus supra dixi, concludunt etiam in iure superueniente in actione personali, & propter hanc causam arbitror, quòd Bart. in §. actiones. nullam fecerit differentiam inter actionẽ personalem & realem: quando sola causa proxima est expressa, sed Bal. in actione personali reprobat: quia actio personalis non potest stare, nisi ex parte vtriusque ab ipso principio. Nec potest superuenire solo respectu conuenti: sicut est in reali ex sola superuenienti possessione conuenti: ex qua potest sequi cõdemnatio ipsius, quæ prius nõ poterat, vt supra dixi: sed tamen licet plus dubitationis habeat actio personalis generalis, hoc est expressa causa proxima duntaxat: tamen rationes superius assignatæ in reali, inductæ ex æquitate canonica, per d. c. Abbate. concludunt etiã in personali, & istud plus placet de iure Canonico. Sed de iure Ciuili communis opinio est, quòd ex causa, seu iure de nouo superuenienti nõ possit sequi cõdemnatio. tex. est in d. l. non potest videri. quod procedit etiam si partes conueniant, quòd ius quod non erat penes actorem tempore li. contest. superueniat eidem super li. contest. quia talis voluntas nõ includit, vt ex eodem iure feratur sententia, vt d. l. nõ potest. quia licet iudex debeat ferre sententiam prout inter partes conuenerit: etiam si non esset conformis libello, vt l. si conuenerit. ff. de re iudica. de quo latius dicetur in c. sequen. in 34. art. tamen talis conuentio partium super iure non operatur, quia requiritur, quòd partes expresè cõueniant, quòd sententia taliter ferat̃: melius, diuersum est istud ius, quod superuenit, licet voluntate partium, quàm illud super quo lis fuit contestata, quod non potuit esse illud, quod nondum erat: sed de nouo superuenit. & hæc procedunt in iure vel causa de nouo superuenienti: nõ ex causa de præterito. Si verò causa obligationis superueniret de nouo, sed ex causa de præterito: tunc posset sequi condemnatio etiam de iure Ciuili, vt in l. si rem. §. fi. ff. de pignor. actio. & in l. si tibi mãdauero, vt à Titio exigeres. ff. mand. & ista est communis opinio Docto. in d. l. non potest. & in d. §. fi. excepto Ang. qui dicit, quòd hoc est verum, quando ius vel obligatio venit ex causa de præterito, quæ retro trahatur, vt in l. qui balneum. ff. qui po. in pign. ha. quia tunc prodest ad victoriam. & sic potest intelligi glo. in d. l. non potest, circa medium. secus si istud ius non traheretur retro, vt in legatis conditionalibus, vt in l. post diem. in princ. §. fin. ff. quando dies leg. ce. quia tunc non prodest. & ita potest intelligi gl. in d. l. non potest. circa princ. Et subdit Ang. hanc esse suam nouam opinion. sed tu dic, quod ista fuit opinio Gul. de Cug. quam refert & sequitur Bal. in l. non quemadmodum. ff. de iudi. qui dicit, quod si egi ad debitum conditionale, tanquã purum & pendente iudicio fuit purificata conditio in contractibus, sequitur condemnatio, per d. l. potior. secus in legatis, per l. quæ legata. ff. de re iudic. facit l. 1. §. cum igitur. & §. sin autem. C. de cad. tol. & istud etiam sensit Cyn. in additio. sed Ioan. de Petrucijs, de Perusio, in d. l. non potest. referendo solùm dictum Ang. dicit indistinctè tenendum, quod ius superueniens ex causa de præterito prosit: siue trahatur retro, siue non, vt patet in d. l. si rem. §. fin. vbi solutio illa facta, & liberatio pignoris, non trahitur retro, sed vt ex tunc liberatur pignus ex causa de prę terito, & ita contingit in d. l. si mandauero. Nec gl. in d. l. nõ potest. sentit differẽtiam, quam facit Ang. sit ergo conclusio, quod sufficit, quod ius superueniens superueniat ex causa de præterito. quod maximè

ADDITIO.

a ¶ *Dominium superueniens ex causa de præterito, iuuat. & ita intelligitur tex. in l. si rem alienam. §. fin. vbi post Barto. no. Pau. ff. de pigno. act. & facit no. per Alexan. in consi. 1. lib. 5. circa 11. col. versic. non ob. quod dominus Dur.*

ximè procedit, si ius illud fingitur à iure retro quæsitum, per textum sing. in l. hæres quandoque. ff. de acquir. hære. per quem tex. sing. dicit Cyn. in addit. ꝙ si procurator meus nomine suo interuenit pro me in iudicio, proponendo libellum contra debitorem hæreditarium, & debitor excipit contra procuratorem, quod non debet audiri, cum non adiuerim hæreditatem: & ego hoc sciens compareo in processu causæ & hęreditatis: adeo ꝙ si pars aduersa dicit procuratori meo, amisisti instã tu proponas nouum libellum, an bene dicat. Doct. dicunt quod nõ tenetur offerre nouum libellum, vt d. l. hæres. cum aditio hæreditatis trahatur retro ad tempus mortis: quia istud ius fingitur retro quæsitum, vel non dicitur ius denuo superuenire: sed quędam declaratio, & ideo non est opus noua instantia, per d. l. non potest. Et hoc probatur in d. l. si rem. §. fin. & in l. si nõ mortis. §. fin. ff. de inoffi. testam. Et hæc fuit singularis no. Cy. in additio. ad d. l. hæres. qui dicit hanc q. habuisse de facto. Et refert & sequitur Bal. in d. l. hæres. & Io. de Imo. & etiã Lud. Pont. ¶ Subdit tamen Pontanus, quod exemplum non est bonum, quia eo ipso quod exigo debitores hæreditarios, videor adire hæreditatem, vt traditur in l. pro hærede. ff. de acquir. hære. ¶ Sed Pontanus dicit verum in terminis suis, quando quis per se exigeret debitores hæreditarios: vel constitueret procuratorem ad exigendum debitum hæreditarium. Sed Cyn. & Bal. non sic figurant exemplum: sed debet figurari, quando esset constitutus procurator generaliter ad exigendum à quibuscunque debitoribus. Et vide quod dicam infra in fi. istius 10. quæst. de mandato superueniente. ¶ A. B. Et ad prædicta vide d. Io. de Imo. in l. si filius qui patri. ff. de vulg. & pup. vbi dicit per illum tex. determinasse q. quod cũ filius minor egisset ad pensionem domus locatæ per patrem, cum authoritate curatoris: & demum post li. contestatam minor adiuit hæreditatem paternam ex forma statuti seruata, & reuocaretur iudicium, nũquid posset sequi condemnatio. & diceretur, quòd non ex quo tempore li. contest. nõ fuerat adita legitimè, secundum formam statuti, per l. non potest. & l. quẽ admodum. ff. de iud. contrarium respondeo in q. facti. & sic dicitur se obtinuisse: quia tali filio videtur potius obuenisse exercitium iuris, & facultas exercendi actus quàm ipsa actio: quæ de mero iure erat sibi iuncta ex dispositione iuris communis. arg. l. fin autem. §. possidere, & quod ibi no. ff. de rei vendi. & quod no. per glo. & Doct. in d. l. non potest. & quia licet hic superueniat ius de nouo: tamen superuenit ex causa de pręterito. ergo debet sufficere saltem si superuenit ante conclusionẽ in causa, per id, quod habetur in d. l. si rem. §. fi. ff. de pignor. act. & per no. per Bart. in l. si autem. §. eadem. ad fin. ff. de exceptio. rei iudic. Et quia etiam superuenit causa quæ trahitur retro. d. l. hæres quandoque. ff. de acquir. hæred. iuncto d. §. eadem. secundum Ioan. de Imo. d. l. si filius qui patri. ver. item no. quod hic videtur. Ma.

a Aduerte [a] tamen: quia prædicta cõclusio procedit, nisi talis superuenientia iuris causata ab aditione, peruenerit coram delegato: quia tunc nunquã superuenientia iuris ex causa de præterito habet validare ius coram delegato, vt eleganter dicit Bal. in l. præscriptione. C. si contra ius vel vtili. publ. allegando ad hoc, c. fin. supra de rescript. & sequitur Pontanus in d. l. hæres quandoque. vbi dicit, quòd casus prædictus fuit de facto in ciuitate Bononiensi, & ꝙ quidam subtilissimus Doctor dicebat contra præfatum dominum fore casum in d. c. Abbate. Sed Pontanus respondebat, illud c. loqui in delegato Papæ: quia censetur maior quolibet ordinario. supra de offic. delega. c. sanè. & de eo censendum est, vt de quolibet ordinario. Sed quæstio nostra loquitur de delegato ab inferiore. vnde cap. illud non facit ad propositum. allegat etiam Ponta. ad corroborationem dictum Bal. in l. de his. ff. de arbit. vbi in arbitro disponit, ꝙ Bal. vult in delegato. sed prædicta opin. & responsio Pontani non placet mihi: quia est contra tex. in c. fin. supra de rescript. per quem mouetur Bal. qui tex. loquitur etiam in delegato principis. & ideo dictum Bal. videtur esse satis ambiguum, maximè: quia ratio quæ mouit dispositionem d. cap. fin. fuit, quia ad futuras controuersias non debent trahi literæ, si illæ nondum fuerant exortæ tẽpore impetrationis, & pari ratione idem etiam dicitur in d. l. non potest. quòd libellus seu iudicium non debet trahi ad futuram obligationem, vt supra dictũ fuit. & tamen sufficit ius de nouo superuenire, si est ex causa de præterito, sicut dictum est. Si quis tamen vellet defensare dictum Bal. posset respondere ad d. c. Abbate. quòd sententia ibi potius videtur esse lata à summo Pontifice, quàm ab ipso delegato, per ea quæ dicit ibi tex. in fi. Nihil deficit. Aduerte tamen, quia ille tex. non loquitur in iure superueniente ex causa de præterito, sed etiam in iure de nouo simpliciter superueniente. cogitabis, quia ex tempore venerunt in mentẽ. vnde ille tex. videtur contradicere cap. fin. supra de rescript. in quantum simpliciter intelligeretur de delegato: vel saltem deberemus dicere, quòd limitet cap. fin. vel quod non loquatur in rescripto, sed in commissione facta viuæ vocis oraculo, vel quod c. fi. loquatur, quando quis omnino vellet agere vigore rescripti ex causa, quæ omnino superuenit de nouo post rescriptum. secus si ageret ex obligatione, vel ex dominio, tanquam orta, seu orto ex subsistenti ante rescriptum. sed pendente iudicio superuenit nouum ius: & maximè si habet causam de præterito.

¶ Secundò limitatur id, ad quod dixi, quando ius fingit retro in hæreditate adita: si modo sit hæreditas debita ex potestate iuris. Secus si ex priuilegio testatoris, qui cum hæredem habere non posset: sibi ex priuilegio concessum est, quòd hæredem habeat: quia ista hoc casu non propriè, sed fictè dicitur hæreditas, adeò, quòd licet aliàs contra hæreditatem iacentem continuetur præscriptio, vt in l. si seruus hæreditarius. ff. de stipu. seruo. tamen contra hanc non continuabitur. Et ad hoc allegat Ang. & Io. de Imo. tex. quem dicit mirabilem, in l. si seruus communis Meuij. ff. de stipul. ser. tali enim casu, ne concurrant duæ fictiones, non procedit conclusio prædi-

ADDITIO.

a ¶ *Coram delegato non potest obtineri sententia, quando post li. contest. superuenit ius: etiam ex causa de præterito. vide Ias. in §. 1. 14. col. de act. & quæ no. in l. si Titius, post Rom. ibi. ff. de verb. obl.*

prædicta, de aditione essent duæ fictiones. Prima, quod hæreditatis aditio traheretur retro: quæ est fictio, vt d.l. hæres quandoque. Secunda de hæreditate ex priuilegio. dicit tamen Pontanus super illis duabus limitationibus cogitandum esse.

¶ Tertiò limitari potest id, ad quod dixi de iure superueniente ex causa de præterito, quod procedit si modo ius superuenit ex causa de præterito eo modo, quo est intentatum. Secus si superuenit ex iure de præterito, alio modo, quàm sit intentatum, seu quando superuenit aliud ius, quàm intentatum, vt puta, formata inquisitione de vulnere, secuta est mors pendente iudicio: quia non potest fieri condemnatio de morte ex eadem instantia, secundum Ang. & Bal. in l.non quemadmodum. ff.de iu.vide quæ dixi ad hoc in c.qualiter.el 2.infra de accusa.in 9.principali artic.quæst.56.in 11.artic.questio.63.& in 14.artic.q.9. Et ex prædictis infertur singulariter, quòd cum non sufficiat regulariter ius superuenisse pendente iudicio: debet esse cautus actor, vt doceat de tempore, quod sibi superuenit ius, vel causa, maximè
a si causa remota [a] fuit expressa. cum enim non sit probata illa causa, puta venditio, vel similis, certis loco & tempore facta: Et sic sit dubium, an ante li. contest. vel post fuerit facta: actor succumberet, vt no. glo.in verbo, censetur.in c.Abbate.de re iudi.lib.6. & sequun.Doct.tenet Bar.in l.& an eadem,§.actiones.ff.de except.rei iudic. & secundum hoc possunt regulari plura ex his, quæ superius dicta sunt. Aduertendum tamé arbitror circa prædicta, quòd vbicunque ex iure superuenienti potest sequi sententia in fauorem actoris, maximè secundum terminos cap.Abbate.quòd actor vsque ad illud tempus quo ius superuenit, debet condemnari in expensis, licet debet obtinere: quia vsque ad illud tempus ipse videtur temerè litigasse, & reus mistè litigasse, quod est singulare & nouum, sed non est materia nostra; vide quod latius dixi in c.calumniam.inf.de pœn.in 5.prin.art. Et hæc sufficiát de primo membro, quando petitur aliquid principaliter.

¶ Circa secundum membrum principale istius meæ distinctionis, quando aliquid petitur vt accessorium: dic, quòd aut istud accessorium venit ex natura actionis intentatæ: aut extra naturam. si ex natura, quales sunt fructus & accessiones, vel vsuræ olim de iure Ciuili ex contractu bonæfidei, & hoc casu, tale ius superueniens prodest actori: siue superueniat ante litem contestatam siue post, vt l.ædiles.§.item sciendum. ff.de ædil.edi. facit quod supra dixi in 5.prin.q.istius art.in 4.membro. ¶ Secundo casu, quando veniunt extra naturam actionis, & sic principaliter: tale ius superueniens non prodest, sed opus est noua instantia, quia veniũt principaliter, vt l.nõ solùm.de rei vend.& l.si mulier.ff.de leg. 3.& hæc procedũt in iure superueniẽte de nouo respectu rei petitæ, seu iuris deducti in iudiciũ, sed re
b spectu mãdati [b] puta, quia agebat quis alieno nomine sine mandato: demum superuenit mandatũ: tale ius prodest, vt est casus sing. secundum Ang.in l. Iulianus.ff.qui satisda.cog.licet enim mandatum sui natura non soleat trahi ad præterita, vt l.si verò nõ remunerandi.§.si post creditam.ff.manda.tamen aliquando propter connexitatem futurorum trahitur d.l.Iulianus. Sed in §.post creditam. futura & præterita possunt diuerso modo considerari, secundum Ange. Nos tamen ad maiorem cautelam practicamus, quòd principalis ante omnia ratificando acta & gesta per illum constituit ipsum procuratorem. Prædicta tamen ratificatio & constitutio non prodesset in terminis l.bonorum. ff.rem ra.ha. aut similibus, & secundum ea, quæ traduntur per Io. Andr. in cap.quam sit.& in cap.vt circa.de elect.lib.6.& in regula, rati. de regu. iur. lib.6. Et ex his Deo duce, est expedita hæc difficilis materia 10. quęstio.princ. de causa.

¶ A. B. Et aduerte in hac materia iuris superuenientis, quando actus est in pendenti, ius superueniens produxit effectus.l.si minor.ff.de ser.expor. facit ff.de excus.tu.l.non solum.§.si libertus.& ff.de testam.tu.l.quero.§.fin.ff.de verborum oblig. l.existimo.ff.de lib.agno.l.3.§.quia Plaucianus.& ff.qui po. in pigno. hab. l.potior. & l.qui balneum. secus si actus non est in pendenti: quia ante factum aliquid requiritur ad validitatem, propter cuius defectum actus non valet: quia licet illud postea superueniat, nihil operatur, vt ætas, vel idoneitas in electo, uel prouiso. facit de electio.cap.dudum.de rescript.ca. si eo tempore. lib.6. ff.de excusat. tuto. l.2. §.consequens. & l.tutor petitus.1.§.oportet. & l.1.ff.de reg. Ca.& regula, quod ab initio. cum sua materia. de regul.iur.lib.6. Ma.

61 ¶ † Vndecimò principaliter quæro circa hunc 12.princip.artic. vtrum & in libello sit exprimenda actio, & quid iuris, si non exprimatur, videatur intentata: maximè si plures competunt? Sol. Pro ipsius artic. clariori doctrina præmitto, quod actio est ius prosequendi in iudicio, quod sibi debetur, Inst. de actio. in princ.quia non potest quis agere, nisi sibi competat actio: vel aliud, quod sit loco actionis, vt in c.1.& 2.supra de offic.iud. vnde quotidie dicimus, quod sine actione nemo experitur, vt in l.si pupilli. §.videamus. ff. de nego.gesto.& in cap.examinata. supra de iudic. Et hoc indubitatum est de iure Ciuili: sed de iure Canonico videtur, quòd non sit necessarium actionem exprimere: sed sufficere factum, ex quo æquitas naturalis dictet ius competere: licet certa actio pro illo iure non sit prodita, vt in cap.1.supra de pact.& in cap.nouit. supra de iud. & ibi Innoc.22.quæstio.5.cap.iuramenti. imo de iure Canonico sufficit factum proponi, ex quo iudex moueatur, vel moueri debeat: licet implorans officium iudicis sit priuatus iure agẽdi per pactum, vel iuramentum. & hoc in materia peccati. hinc est quod si iuraui non repetere vsuras, possum denunciare iudici, vt compellat illum desistere à peccato. nihil tamen

ADDITIONES.

a ¶ *Quando proponitur in libello causa remota, vide Bar. in l.& an eadem.§.actione.fi. col.ff.de excep.rei iu. & Bal.in l.1.in 4.col.C.si plures vna sent.Bar.in l.non solum.§.sed reprobari.ff.de no.ope.nun.*

b ¶ *Si mandatum superueniat post iudicium ineptum. an gesta prius validentur. textus est singul. secundum Ange.in l.Iuli. quòd sic. & ibi Bal. Pau. & Mod. ff.qui satisda. cog.& Ange.in l.licet. de iud. Io. Andr. in tit. de procur.§. 1. versic.sed quid si procuratorium. vbi limitat, vt ibi per eum.*

men directè possum petere, vt dixi in d. cap. nouit. vnde licet quis sit priuatus iure agendi per pactum vel iuramẽtum : non tamen intelligitur priuatus de iure Canonico facultate denunciandi, vt in d. cap. 1. & quod no. in cap. ad nostram. el 2. & in c. quemadmodum. infra de iureiuran. dixi in d. cap. nouit. His ergo præmissis, quoad primum, vtrum actio sit exprimenda in libello, tex. in cap. dilecti. supra de iudic. concludit, quòd non. sed tu distingue post Dominum meum, & Doctores ibi, plurimis additis, ꝙ aut capimus actionem pro quadam antiqua solennitate & formula verborum, in qua qui cadebat à syllaba, cadebat à toto: & non est necesse hodie talem formam seu solennitatem obseruare, nec de iure Canonico, nec de iure Ciuili, in l. vnica. C. de formulis. aut sumimus actionem proprie pro iure agendi, prout est quoddam ius prosequẽdi in iudicio, quod sibi debetur, & illud ius cum sit incorporale, non potest exprimi, vt no. in l. edita. C. de eden. sed necesse est exprimere ipsum factum, ex quo concludatur ipsum ius agendi, vt in cap. sequenti. aut accipimus actionem pro ipso libello bene concepto, de quo in titulo nostro. Et an talis libellus possit remitti, latè dixi supra in cap. 1. quinto princip. articu. aut sumitur libellus pro causa, vt dicit glos. in dicto cap. dilecti, & de hoc satis dictum est in quæst. præcedenti: aut capitur actio pro nomine ipsius iuris agendi, vt est rei vendicatio, publiciana, pignoratitia, certi condictio, actio ex empto, vendito, furti, & similes, & ista est propria materia nostra: in qua tam de iure Canonico, quàm Ciuili, duæ sunt opiniones. Nam de iure Canonico quidam tenent indistinctè actionem non esse de necessitate exprimendam in libello. hoc tenet Innocentius in dicto cap. dilecti. alij, vt Lau. volunt, quòd vbi possunt plures actiones oriri ex facto narrato, debet exprimi nomen actionis. Et illud etiam voluit glo. 8. d. cap. quo iure. quod etiam sentit Hostien. in d. cap. dilecti. dicens, quòd regulariter, secundum Canones, sufficit exprimere factum: nisi iudex ex causa rationabili videat reum decipi posse, si vltra non exprimatur: quia tunc iudex supplebit, vt ff. de offic. assessor. l. 1. quia videmus etiam, quòd propter prædictam causam permittit aduocatis respondere positionibus, vt in cap. pastoralis. supra de iu. similiter etiam de iure Ciuili sunt opiniones. Nam quidam tenent, quòd actio sit semper exprimenda, vt refert Innocen. in d. cap. dilecti. moti per tex. Instit. de Attiliano tutore. in prin. sed melius facit, quod no. in l. 1. C. de interdic. Et hanc opin. tenet glos. in d. l. 1. ff. de eden. Et allegat rationem, quia vtile est reo, quòd exprimatur: quia fortè actor proponet causam ineptam, & succumbet. sed vt dicit Dom. meus, ista non est bona ratio, tanquam deceptiua: quia non debemus alicui parare laqueum, infra de
a restit. spol. cap. literas. sed communis opinio [a] est Legistarum, in d. l. edita. C. de eden. quam etiam tenẽt ibi Pau. de Cast. & Modern. in l. 1. ff. de eden. quam etiam tenẽt communiter Io. And. & Doct. & quod etiam de iure Ciuili, non sit necesse exprimere nomen actionis, sed satis sit, ꝙ ex propositione seu narratione facti, possit elici modus agendi, seu actio intentata. hoc etiam tenet glo. notabilis 8. dist. quo iure. & 2. q. 6. decreto. cum quibus glosis transit etiam ibi Archidia. Et eam etiam tenet gl. in Authent. de exhib. & introdu. reis. in princ. collat. 5. in glo. super verbo, libellum. quæ dicit, quòd de consuetudine seruatur, vt non exprimatur nomen actionis. Et idẽ etiam tenet Bart. in l. Gallus. §. 1. ff. de libe. & posthu. & probatur: quia cum de iure Ciuili sint opinio. & de iure Canonico, tex. apertus in d. c. dilecti. etiam in foro Cesaris, stamus iuri Canonico, vt dixi in pręced. quæst. & latius in cap. 1. inf. de ope. no. nunc. super glo. 1. Et prædictas opin. & quasdam alias vide per Specu. in titu. de actio. & peti. in §. 1. quasi per totum. Et ratio, quare actio non sit exprimenda est, secundum Old. & Cyn. & nonnullos Legistas in d. l. edita. C. de eden. quia ideo actio videbatur exprimenda, vt appareret de modo agendi. Sed impossibile est, quòd ex facto apertè narrato, & ex propositione & conclusione non appareat de modo agendi: & quæ actio proponatur, ergo &c. quia non interest, quid ex æquipollentibus fiat, maximè si vna sola actio competit. quo casu ex sola propositione facti satis potest dici reus certificatus. arg. tex. in l. 2. ff. de lib. & posth. & c. licet ex quadam. infra de testi. Et hęc sufficiant quoad primum membrum, vtrum actio sit exprimenda.

62 ¶ † Circa 2. membrum, in quo venit examinandum, quę actio venit intẽtata, quando plures ex eodem facto competunt actiones, distingue tres casus.

¶ Primus est, quando vna sola actio competit.

¶ Secundus, quando plures.

¶ Tertius, quando nulla.

¶ Primo casu dic, ꝙ illa videtur intentata, quæ competit, vt statim dixi.

¶ Secundo casu, quando plures competunt, distingue post Cyn. in d. l. edita. & Doc. maximè Do. meum, in d. c. dilecti. supra de iud. quibusdam additis, quòd aut sunt plures competentes ad diuersa, & præsumitur intentata illa, quæ competit. argu. l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de libe. & posthu. & quod no. in cap. constitutus. infra de relig. do. aut sunt plures competentes ad idem, & tunc aut vna est generalis, & alia specialis: aut ambæ generales, aut ambæ speciales. Si vna est generalis, & alia specialis: tunc præsumitur intentata specialis. ar. l. hoc legatum. ff. de leg. 3. tenet Bart. in l. 1. ff. de eden. & Bal. in repet. d. l. edita. versi. circa primum. dicens, quòd actio spe
b cialis [b] intelligitur intentata, si ex materia speciali sit conclusum: & generalis, si ex materia generali, vt in l. certi cõdictio. ff. si cer. pe. & d. l. hoc legatum. Nam si dico, quòd debetur mihi ex mortuo: inest certi condictio specialis. si autem dico, quòd certum debes, tunc insurgit certi condictio generalis. Si verò

ADDITIONES.

a ¶ *Communis opi. non solùm legistarum, sed & canonistarum, est, quòd nomen actionis non sit in libello exprimendum, vt dicit Ias. & alij in d. l. 1. in prin. de eden. & Phi. Dec. in c. dilecti. de iud.*

b ¶ *Quando ex eodem facto duæ oriri possunt actiones, vna specialis, alia generalis: tunc specialis videtur intentata, vt dicit Bar. in l. 1. in fi. princip. de eden. quod limitandum est, quando specialis est pœnalis, ita Alexand. in l. Gallus. §. Seius. ff. de libe. & posthum. Dec. in d. cap. dilecti.*

Si verò ambæ sunt speciales: vt puta, actio legis Aquiliæ: si damnum datum est in rebus ablatis. ff. ad l. Aquil. in l. si seruus seruum. §. 3. Item actio, vi bonorum rapto. furti, & vnde vi. ff. de vi & vi arma. in l. 1. §. vtique. & etiam accusatio de vi publica, vel priua. C. de vi publi. vel priuata. per totum. vel pone exemplum in legato, pro quo competũt tres actiones: videlicet, actio ex testamento, rei vendicatio, & hypothecaria, vt in l. fi. C. communia, de leg. Et hoc casu subdistingue, quòd aut ex facto proposito potest vtraque actio colligi, vel multiplex, & tunc, aut secundum alteram aliquid est superfluè narratum, & secundum aliam nihil est narratum superfluè, & illa videtur intentata, secundum quam nulla est superfluitas: quia verba debent aliquid operari. Exemplum in legato mihi facto, pro quo competunt mihi tres actiones, vt dixi per d. l. fin. & per no. in cap. Raynutius. & cap. Raynaldus. infra de testa. Pone ergo, quòd in libello dixi, quòd testator legauit mihi rem suam &c. hoc casu videor intentare rei vendicationem: quia si diceremus, intẽtatam actionem personalem ex testamento: esset superfluitas in illo verbo, suam. Nam testator etiam rem alienam legare potest: & personalis actio competit contra hæredem. Instit. de lega. §. non solum, & quod no. in cap. filius. infra de testam. & verba debent aliquid operari, vt in cap. si Papa. de priuil. lib. 6. & in l. si quando. C. de inoffi. testa. Si vero secundũ vtramque actionem esset superfluitas: tunc intentata videretur illa, per quam verba minus superfluerent, vt in exemplo proposito, mihi legatam rem testatoris. Nam si diceremus intentatam actionem ex testamento: tunc superfluit, quia non oportet allegare causam remotam ad rei vendicationem, vt supra dixi. Et sufficit dicere, quòd sum dominus: tamen minus superfluit, quia potest exprimi ad maiorem declarationem, & ideo ista præsumitur intentata. argum. d. c. si Papa. & d. l. si quando. & ideo quidam Doct. dicunt, quòd libellus non potest formari concludens, quin statim possit sciri, quæ actio intentetur: quasi omnes actiones de modo habeant media & distincta iura confirmantia: quapropter non est necesse, quòd actio in libello exprimatur. Et hoc verum, secundum eos, nisi in libello esset inserta

a clausula, [a] non astringens se ad probandum omnia, & singula inserta, &c. quia tunc non præsumeretur intentata illa actio, per quam nihil vel minus superflueret, sed illa, per quam ex leuiori probatione deberet sequi condemnatio, quod tamen limitat dominus Antonius in d. cap. dilecti. si à principio apponeretur libello, alias si disputaretur ad materiam causæ: dicit, quòd in dubio videtur deducta actio competens actori ex faciliori probatione. Et si vtraque competere posset, videtur intentata magis vtilis ad eam obtinendam, alleg. no. in c. quærente. supra de offi. ordi. & in l. sed si possessor. §. 1. ff. de iureiur. & per Bart. in l. inter stipulantem. §. 1. ff. de verb. oblig. quod dictum non placet Domino meo, in d. c. dilecti, quia si à principio fuisset obiectum, non esset opus alia disputatione: sed staremus interpretationi actoris, vt in l. si quis intentione ambigua. ff. de iudi. & in cap. literæ. infra de dilat. dicam in cap. seq. in 33. artic. Vnde concludit, quod quando vtraque competere potest, & est consentanea probationi per eum factæ: debet fieri condemnatio in illa, quæ est minus præiudicialis reo, quia in condemnatione fauorabiliores sumus reis per regulam, fauorabiliores. ff. de reg. iu. Et quia iura sunt promptiora ad absoluendum, quàm ad condemnandum, vt in c. ex literis. infra de probat. & in cap. inter dilectos. in fi. infra de fide instrum. Et ista fuit opin. Innoc. in capit. 2. infra de ordi. cogn. quam etiam secutus fuit Hostien. & Ioan. And. & Spec. eo. titu. §. iuxta. versi. sed cum ex his, vbi subdit, quòd fatuus est iudex, qui talem libellum recipit, nisi exprimatur actio, vel causa petendi talis, ex qua certa intentio colligatur: receptus tamen tenet, vt in l. fin. C. de anna. exceptio. vtrum autem, quando plures competunt actiones, teneatur quis alteram eligere, & quando, & qualiter, & quibus remedijs, dicam latius in cap. seq. in 29. princ. artic.

b ¶ Tertio casu princ. quando nulla actio competit, libellus non procedit, quia sine actione [b] nemo experitur, vt supra dixi, nisi actio per l. i. cõte. sit oriũda. C. de contrah. stip. in l. nuda. secundum Bal. in d. repe. l. edita. ver si. circa prin. & intelligo etiam, secũdum ea quæ dixi de causa superueniente, in 10. q. prin. ver. decimo quæro.

¶ Circa secũdum, quid iuris, si exprimitur actio inepta. Exemplum, Peto à te fundum, qui iure dominij ad me pertinet &c. & ago ex locato, vtrũ procedat iste libellus? Sol. Videtur dicendum, quòd sic, si causa fuit apta, quia constat & parit aptam actionem: licet actio expressa fuit ineptè intentata, secundum Inno. in cap. examinata. supra de iud. nihil tamen allegat. Hosti. reprobat per illum tex. sed parum facit, quia loquitur non solum, quãdo actio erat inepta: sed etiam intentio, vt ibi dixi circa intellectum illius cap. Sed de hoc argum. licet Doct. ibi tractent: tamen ibi ego me remisi ad hic dicenda. Spec. & Ioan. And. in addit. tit. de act. & peti. §. sequitur. ver. hoc quoque. & Ioan. Cald. in d. capit. examinata. tenent dictum Innoc. quia ex quo constat de causa agendi, expresio actionis est superflua, vnde illa inutilis expresio non debet vitiare id, quod vtiliter est expressum, per regulam, vtile. de regu. iu. lib. 6. Et idem tenet Bart. in l. 1. ff. de eden. mouetur, quia si non esset expressum nomen actionis, iudiciũ procederet, vt dixi in præcedenti quæst. Idem si expresit, sed ineptè, argu. l. 1. circa principium. C. de rei vxor. act. A. B.

¶ Et etiam sentit Salv. in l. per diuersas. C. mandati. quæst. 15. vbi dicit, quòd non est necessarium, vel superuacuum de positis in lib. non vitiat libellum per l. ampliorem. §. in refutatorijs. C. de appella. ad quod vide, quod latius dixi infra de cau. posses. & propriet. super Rubr. Tractatu 2. artic. 5. in fi. Mar. Nec obstat secundum Bart. l. 1. ff. si men. fal. mo. dixe. vbi videtur probari contrarium, quia ibi non solum fuit actio inepta, sed etiam causa. & alleg. glo. ibi

ADDITIONES.

a ¶ *De clausula, non astringens &c. vide Alexan. in consi. 61. lib. 2.*

b ¶ *Sine actione nemo experitur. Vide tu no. Ias. in l. si Titius. ff. de verbo. obligat. vbi plurifariam hæc regula limitatur.*

ibi super verbo, ex locato. quæ dicit actione locati, & eius causa expressa: quasi velit dicere, quòd non solum ibi expressit ineptam actioné, videlicet actionem locati, quæ illo casu nō competebat, sed etiam causam ineptam ad actionem expressam, vt quia dixi, quia locaui, cum in casu illius l. non cadat locatio. Dicit tamen Ioannes Calderinus, quòd si ab initio opponeretur, quòd ipsius intentio esset inepta: non deberet audiri, quod etiam videtur tenere Cynus in l. 1. alias secunda. C. vt quæ desunt aduo. Sed Ioan. de Lign. nititur prædictas opiniones ad concordiam reducere: distinguit enim quòd aut causa comprehenditur in sola narratione, & non in conclusione, vt si dico: quia sum dominus fundi, peto te compelli ad ipsum relaxandum, & hoc actione ex locato, & tunc non potest ferri sententia, quia non reperitur apta conclusio: aut causa non solum reperitur expressa in narratione, sed etiam in conclusione, vt si dico, quare peto te compelli ad relaxandum, quia sum dominus, & hoc actione ex locato: & tunc potest pronunciari, quia conclusio est apta, licet illa adiectio expressionis rationis sit inutilis. do. Antonius potius videtur in hoc articulo dubitare, quàm pedes firmare in d. cap. examinata. sed potius videtur sequi opinionem Hostien. tamen propter dictum Cyni in l. 2. C. loca. vbi dicit, quòd si locator narrat, quòd locaui, seu quia locauit, & petit ex conducto: non est pro eo sententiandum. Item quia alias superflua fuisset inuentio actionis, contra l. 2. §. deinde ex his. ff. de orig. iur. vnde videtur concludere, quòd illa actio videtur intentata, ex qua agitur: siue sit expressè, siue tacitè collecta, licet actor expresserit causam aptã, ex qua potuisset apta actio colligi tacitè: tamen ex quo actionem expressit, videtur exclusisse tacitam, quæ eliciebatur ex causa expressa, argum. l. fin. C. de dotis promiss. & in l. si cum dotem. ff. soluto matrimo. & in cle. constitutionem. Sed Dom. meus in d. cap. examinata. dicit, quòd de rigore iuris procedit hæc opinio contraria, & maximè per tex. qui semper visus fuit sibi multum stringere, in l. 1. §. fin. ff. si mens. fals. mod. dixe. non cauillando literam, quicquid dicat Bar. in d. l. 2. ff. de eden. Nam tex. in d. §. fi. dicit, ꝙ si ex locato & conducto fuit actum, non tenet etiam intentio. & sic nihil dicit de expressione causæ: imo potius innuit oppositum, & videtur in-
a clinare, quòd ex ineptitudine [a] actionis inficitur intentio. Et hoc etiam sentit ibi glo. quæ dicit, quòd ibi propter actionem ineptam vitiatur intentio, & sic etiam transit ibi Bal. & etiam Barto. licet aliud senserit in d. l. 1. Fatetur tamen Dom. meus, quòd de æquitate procederet contraria opinio: quia ex quodã errore videtur expressa illa inutilis actio: & potius debet inspici quod in veritate agitur, quàm quod per errorem exprimitur, per tex. in l. illicitas. §. veritas. ff. de offi. præsi. vbi tex. dicit, quòd veritas rerum erroribus gestarum non vitiatur, & ideo præses prouinciæ id sequatur, quod conuenit eum ex fide eorum quæ probantur &c. facit etiam 8. d. c. veritatis. & ff. de iur. omn. iudi. in l. si quis per errorem. cum ergo ex causæ expressione, & sequentibus probationibus manifestè constet de iure actoris, & apta ac bona ipsius intentione: nō debet error actionis impedire veritatem, & iuris executionem, ex quo non inducit æquiuocationẽ & alterationem intentionis: maxime probatione sequuta. Et per hoc tollitur fundamentum Domini Antonij, quia non videtur actor restringere causam ad actionem expressam: cum cõtrarium appareat ex probationibus postea factis, quę sola proportionatur causæ, & nō inutili actioni. Nam ex qualitate probationum iudicamus de intentione agentis, vt no. Inno. in cap. cæterum. supra de iud. in c. 2. inf. de ordi. cogn. Nec obstat, quòd quis agat mediante actione, non ex causa: quia dici potest, ꝙ intelligitur agere ex illa actione, quæ tacitè oritur ex causa narrata, & illa conuenit, secundum iuris dispositionem: & non ex inutili actione expressa, facit: quia ex inutili prouisione hominis non excluditur prouisio hominis de iure communi, vt no. in l. 2. C. de iure emphy. & per Cy. in l. fi. C. de pact. conuen. facit etiam, quia materia libelli est valde latè interpretanda in fauorem actoris, vt latius dicam in c. seq. artic. 33. ita vt semper ferenda sit sententia, si materia sit proportionabilis: licet impropriè, vt no. in Spec. in tit. de actio. & pe. §. hoc quoque notandum, in princ. & quod no. per Hosti. in c. conquerente. de offi. ord. & per Barto. in l. si mater. ff. de excep. rei iudi. Et prædictam sententiam tenẽt Moder. in l. edita. C. de eden. & ibi Pau. de Cast. qui dicit, quòd inepta actio superfluo expressa vitiatur, & non vitiat, per l. quæ extrinsecus. ff. de verb. oblig. & idem etiam tenent Moder. in d. l. 1. ff. de eden. per no. per glo. singularem in l. vinũ. ff. si cer. pet. per quam etiam opinionem ego allego, quod no. in l. pediculis. §. Labeo. ff. de au. & argen. leg. & quod no. Bald. in l. 1. §. quibus. ff. quod cuiusque vniuer. & quod no. in c. bonæ, el secondo, sup. de elect. in quibus colligitur, quòd quando de necessitate aliquid non est exprimendum, si illud exprimitur & ineptè, nō nocet. Aduerte tamen, quia Bal. in d. repet. l. edita. ver. circa primum, distinguit, ꝙ aut actio proposita est difformis, vt si agrimensor vel argentarius dicatur spontè suscepisse mandatum, & propterea conuenitur actione mandati: nō procedit libellus, vt l. quædam. in prin. ff. de eden. & l. 1. §. 1. ff. si mens. fal. mo. dixe. quia necessitas officij est contradictoria actione mandati, & ideo hæc repugnantia facit libell. ineptum. pro quo facit l. si pupillus. §. pen. ff. de instito. & l. boue. §. sub conditione. ff. de ædil. edic. secus si actio sit impertinens, sed non resistens, quia tunc vitiatur, & non vitiat. alleg. no. per Inno. in d. c. examinata. quæ distinctio in se vera est. idẽ tamen Bal. in l. 3. C. de edic. diui Adria. toll. in primo contrario dicit, ꝙ si pro certo actio esset inepta, de iure ciuili libellus non procederet, secus de æquitate canonica. Ego arbitror dicendum, quòd si narratio esset apta, & conclusio cõcordaret cum narratione, & ex tali cõclusione & narratione appareret, ꝙ tacita resultaret vna actio: & alia esset expressa, & sic ineptè, ꝙ talis inepta actio non obesset. & idem, si conclusio concordaret cum actione, licet

ADDITIO.

a ¶ *Quòd ineptitudine libelli inficiatur intentio, vide Doct. post Abb. in cap. examinata. de iud. & adde, quòd de tali ineptitudine potest in quacunque parte iudicij opponi, vt per Rom. consi. 90.*

licet narratio discordaret, attenderetur actio & conclusio. facit quod dicam in 12. quæst. prin. Arbitror etiam, quòd si narratio concordaret cum actione, si conclusio esset inepta: licet potius videatur attendenda cõclusio, quàm narratio: tamen ex quo actio concordat cum narratione, potius attẽdi debet narratio & actio, quàm ipsa conclusio: tum quia duo vincula vincunt vnum: tum quia ex ipsa etiã actione quæ est ius prosequendi in iudicio, vt dixi, sequitur & in ipsa cõclusio voluntatis suæ. Sed si sola narratio vel causa allegaretur, & conclusio contraria subijceretur sola sine actione: videretur potius attendenda conclusio, per ea quæ dicam in d. 12. quæst. & similiter idẽ videretur dicendum, si narratio non conueniret actioni, & in libello non esset expressa alia conclusio, sed solùm nomen actionis: quia tũc non videretur procedere, vel solùm attenderetur nomen actionis, in quo conclusio contineretur. Et prædicta maximè procedunt, quando probationes postea factę conuenirent intentioni aptæ: vel conclusioni & actioni aptæ: sed tñ ad dubitationes tollendas ego sum solitus in fine libelli subijcere hanc clausulam, Et prędicta omnia & singula narrat, petit, concludit, & agit coniunctim, singulariter, & diuisim: copulatiuè, alternatiuè, & subdisiunctiuè: omni meliori modo etc. petens in prędictis non solùm vt narrantur, sed etiam vt petuntur: & non solùm vt petuntur, sed etiam vt narrantur, & vt rei veritas est, vt ex probationibus apparebit fauorabiliter
a sibi iustitiam [a] ministrari. vide etiã ad prędicta quæ tradit Specu. in titu. de actionibus & petitio. §. sequitur. versi. illud quoque. qui dicit, quòd agens debet animaduertere, ne proponat actionem nimium generalem, vel confusam, seu ambiguam, & causæ certitudinem non continentem, vel incompetentem: quia esset repellendus, vt si proponat actionem fin. regundorum pro Codice: vel si per actionem furti velit rem vendicare, & sic de similibus. ff. de eden. l. 1. ff. de iu. fis. in l. ita fidei. C. de annali exceptio. in l. fin. ff. si mens. fal. mo. dix. in l. 1. primo responso. ff. de euict. l. minor. §. si seruus. & in authen. de litig. §. ad excludendas, & idem tenuit Vber. de Bonaguida, quod vltimum facit pro primo mẽbro Bal. de quo statim dixi supra. Et aduerte circa prędicta, quia si competit actio, & improbatur officium iudicis: non vitiatur libellus, licet ex officio iudicis petatur illud, quod veniebat secũdum naturam actionis. textus est notabilis in cap. ex literis. infra de pignor. & hoc no. Dominus Antonius, & Ioannes de Imola, quod est contra aliquos Legistas, tenentes contrarium: quasi libellus sibiipsi videatur inuicem contradicere: cum iudicis officium non præsupponit obligationem, & per consequens nec actionem, vt l. quintus. ff. de annu. leg. et in l. qui per collusionem. ff. de actio. empt. sed tamen libellus saluatur: quia intelligitur implorasse officiũ iudic. deseruiens illi actioni. facit quod leg. & no. in l. 4. C. depositi. & quod ibi no. glo. secundum Ioannem de Imola, & mihi placet per ea, quæ superius dicta sunt de expressione actionis ineptæ. Vlterius quęro circa prędicta, quid iuris si actio non est expressa, et ex forma narrandi vel cõcludendi potest colligi actio vtilis et directa, & quid si exprimitur, & non apparet, an sit vtilis & directa. vtrum actor teneatur exprimere, an agat vtili vel directa. & videtur dicendum, quòd sic: ne actionum turbẽtur officia. C. de testam. in l. consulta. quia diuersi sunt effectus. Nam per talem quęritur vtilis, per quem directa quęri nõ posset. ff. solu. matrimo. in l. Caius. et ff. ad exhibendum. in l. si res. & de procurato. in l. in causæ. §. fin. Et tali datur vtilis, cui non daretur directa. C. de hæred. vel actio. vend. in l. emptor. & l. postquam. & C. de actio. & oblig. l. 2. Et in talem datur vtilis, in quã non daretur directa. ff. de actio. emp. in l. Iulianus. §. si procuratori. & ff. commodati. l. sed mihi, primo responso. Et pro tali re datur vna, pro qua altera non daretur. C. de donat. inter virum & vxorem. l. maritus. ff. de donat. causa mortis. l. qui mortis. ff. de superfi. l. 1. §. quod ait. Ita, quia vna quandoque datur ex mente, & alia ex verbis. ff. de seruo cor. in l. vt tantum. §. 1. ff. ad leg. Aquil. in l. qui occidit. §. si quis. ff. si quadrup. pau. fec. dic. in l. pe. & ff. de petit. hered. in l. nec vllam. §. si quis. Item sæpe vna præfertur alteri. ff. de proc. in l. procuratorem. & ff. de pact. l. si cum emptorem. Item, quia vtilis proprio, directa verò cedentis nomine proponitur. ff. de donatio. inter virum & vxo. in l. cum vir vxori. & C. si certum peta. in l. si absentis. Item, quia vtilis intentatur sine cessione, directa non: quia ossibus inhæret. ff. de transa. l. fin. & ff. de pec. l. quos ergo. Item, vtilis competit ei, qui habet vtile dominium: directa habenti directum. ff. quod met. causa, in l. metum. §. volenti. Et sic videtur quòd debeat eligere vel declarare, an agat vtili vel directa. In cõtrarium tamen facit. C. de na. lib. l. legem. & ff. quibus modis pign. vel hyp. so. in l. si cum. §. si debitor. & ff. de appella. l. 2. & Instit. de fideicommis. §. sed quare. Item quia videtur sufficere causam proponi, vt l. fin. C. de edi. diui Adria. tollen. SOL. Dicit Spec. quòd si causa quæ proponitur, sit adeò certa, quòd perpendi possit, vtrum competat vtilis vel directa: satis est actionem proponi, licet nõ dicatur vtilis vel directa. Cum etiam sufficiat sola causa: quia certus est reus, nec refert quomodo certificetur. ar. ff. si certum pet. l. certum. & ff. de nego. gest. l. actio. & quia materia propter multas diuersitates actionis vtilis & directæ non potest sub certa regula comprehendi: Ideo bonus iudex si viderit expedire, faciet hoc specificari in libello. arg. ff. de vsur. l. mora. & ff. de inter. act. l. si defensor. §. illud. secundũ Spe. in ti. de act. & petitio. §. sequitur. vers. sed nunquid tenetur quis dicere. Et ibi etiam vr̃ sequi Io. Andr. in addi. qui dicit, ꝙ hoc fuit no. Alber. Galeoti in ti. de procur. in rem suam. Vbertus de Bobio tenuit, ꝙ deberet exprimere. per l. si duo. ff. de solut. vbi idem vr̃ tenuisse Dynum, secundum Bar. & assignat rationem: quia posset esse, quòd contra vtilem obstaret exceptio, quæ non obstaret contra directam: & contra, tradit etiam Dyn. in regula, pro possessore. de regu. iur. lib. 6. & notatur per glo. in dicta l. quoties. circa princip. ff. de administr.

ADDITIO.

a ¶ *De ista clausula, & singulis petit sibi ius & iustitiam ministrari. vide latissimè per Ias. in l. petens. in 2. col. C. de pact. vbi ponit tres notabiles effectus huius clausulæ, & facit quod idem dicit in pulchra quæst. de qua latè in l. causas vel lites. in 2. col. C. de transactio.*

ministr.tut.facit tex. in l.cum mancipium. circa fi.ff. de aedil.edi.& ita Barto.allegat Dyn.dicentem in d. l.si duo. & in d. l.si mihi & tibi. in prin. & ibi etiam alleg.Modern. Sed ego reperio Dyn.& Bal.allegantem Dyn.in d.l.si mihi.dicentes contrarium quod non cogitur eligere,nec declarare: cum sit idem effectus vtilis & directae.& idem dicit Io.And.in addi.Spec. in ti.de procuratore.§.sequitur. versic. sed nunquid agens ex iure cesso, vbi similiter dicit Dyn.ita tenere in d. l.si mihi. motus dicta ratione: quia vtilis & directa sunt eiusdem effectus, vt l.antepen.ff.de nego.gest.& C.de leg.in l.ex legato.

63 Et † ideo actor non cogitur declarare ad petitionem rei: cum talis petitio seu declaratio non sit alicuius vtilitatis, vt l.ad probationem.C.de proba. Et

a ideo [a] non debet interesse quo genere actionis quis agat, vt l.quamuis.§.si mulier.ff.ad Velle. Sed forte Dy.allegatur diuersimodè,quia ipse arguit pro vtraque parte. Spec.tamen allegat contrarium in d. ver. sed nunquid agens ex iure cesso, quòd actor teneatur exprimere d.l.si duo.ff.de solu. per quam l.dicit Ioan.And.ibi in addit.quòd And.de Baru.dicebat de facto fuisse pronunciatum,quòd teneatur exprimere. Sed Bart. in d.l.si duo. dicit,quòd non videt, qualiter haec quaestio posit procedere, quia ille qui intentat directas, illas intentat procuratorio nomine cedentis,vt l.planè.ff.fami.ercifcun. ille vero qui intentat vtiles,licet se fundet ex persona alterius: tamen concludit reum condemnari sibi,vel simpliciter,vel suo nomine,per l.qui stipendia. C.de procu. ad quod vide quod latius dixi, supra eo. cap.1. in 7. princ.artic. in 2.membro, q.7.vnde dicit Bart. non possum videre, quod ex libello non appareat, an actor intentet directam vel vtilem: sed si ex libello non appareret, procederet opinio praedictorum. Sed dicit Ang. in d.l.si duo,quòd imo potest contingere, vt non appareat, quia si quis narrando facit mentionem de cessio. & fuerunt sibi cessae vtiles, & exercitium directarum cum mandato ad recipiendum solutionem,& in libello concludat reum conuentum sibi condemnari ad dandum & soluendũ sibi: possunt ista conclusionis verba intelligi dupliciter, videlicet vt soluatur sibi vt procuratori cedentis: vel, sibi vt cessionario ad vtilitatem sui, nec videt quid repugnet, cum verba conclusionis sint ita praegnantia, quòd possint vtrumque intellectũ comprehendere, & verba narratiua cessionis nihil habeant obesse, quia non inspicimus quid narretur in libello, sed quid concludatur, vt dicam statim in duodecima quaestione. Et hoc casu dicit Angelus, quòd si actor nõ est compulsus ad eligendum, in dubio intelligitur intentasse illam viam, quae vtilior est sibi, per l.si quis intentione.ff.de iu.quod dicit menti tenendum, & ista opinio videtur mihi satis rationabilis in materia cessionis. vnde concludo, quòd si ex forma libelli potest deprehendi, vt intentet vtilem vel directam, quod potest ex multis comprehendi, vt apparet ex superioribus, & ex his, quae dixi in c. praecedenti, in septimo articu.q.7. res ac decisio est clara,quòd non cogitur aliter exprimere:si vero nõ apparet, tunc ad petitionem conuenti cogatur exprimere & declarare, quia multa possunt opponi ad directam, quae non possunt opponi contra vtilem, vt apparet ex supradictis, & ex alijs plurimis, nec est verum,quòd vtilis & directa sint semper eaedem in substantia, vt traditur per Cyn. Bal. Saly. & Docto.in l.1.C.de actio.& oblig.& per Bal. in l.antepenul.ff.de neg.gest. Et praedicta adde ad intellectum eorum,quae dixi in d.7.quaest.7. artic.princip. Sed si quaereretur de directa, quae competit ex verbis; & vtili, quae competit ex mente,quia illa videtur esse eadem in effectu: tunc potest procedere opinio,quae vult,quòd non cogatur exprimere, secundum ea, quae superius dicta sunt. Postremò, circa hanc quaestionem de cautela adhibenda ab eo, qui vult agere ex delicto, vel ex cõtractu, vel ex edictis Praetorum, vel ex alijs causis: nec in casu suo reperitur dari certa actio,quid agere debeat. vide Spec.in tit.de actio. & petitio.§.sequitur. versi.super his autem generalem doctrinam &c. & duobus seq.

¶ Duodecimò principaliter quaero, vtrum conclusio sit ponenda in libello, pro cuius quaestionis clariori decisione prosequar quatuor quaestiones.

¶ Prima,an sit necessaria,& in quibus iudicijs.

¶ Secunda,qualis esse debeat.

¶ Tertia, qualiter & per quae verba fieri debeat.

¶ Quarta, quid si conclusio non concordat cum narratione,vel actione.

64 ¶ † Quoad primam quaestionem, dic quòd aut loquimur de iure diuino & naturali, & procedit libellus sine conclusione, vt probatur in cap.2. supra de praesump.& ibi no.Ioan.de Imo. posset tamen dici,quòd agebatur coram Principe, & ideo non erat opus conclusione, vt dixi in cap.1. supra eodem, in 5.articu.fallen.10. aut loquimur de iure positiuo,& dic,quòd aut agitur de causa ciuili criminaliter, aut de criminali ciuiliter.

b ¶ Primo casu dic, quòd conclusio [b] est necessaria, quia dicitur terminus libelli, eo quòd conceptio libelli principaliter consistit in conclusione, no. Innocen. in capit. super literis. supra de rescrip. & Bald.in authen.causa, quae fit cum monacho.C. de episco. & cler. Nam nisi in libello concludatur, nihil dicitur peti, vt l.fin. C.de fideicommiss. li. secundum Bald. in l.edita. C.de eden. in 7. quaest. facit 11.quaest.1. capit.Christianis, & quod no.Innocen.in capit.1. de offi.vica. & probatur in cap.2. infra de ord. cogn. tradit Archid.7.quaest.1. cap. praesentium. in princip. & domini de Rota, decis.215. Matth.in Cle.saepe. de verb.oblig. & quod no.Hostien.in c.cum Ecclesia.infra de causa poss.& propr. vnde non posset fieri sententia,quę iuxta petitionis formam est formanda,vt d.Clem.sępe.versi.verum. & c.qualiter, el secondo,de accusa.& c.in literis. de resti.spo.Nec obstat c.in nostra.inf.de sepul.vbi fuit admissus

ADDITIONES.

a ¶ *Non interest, an vtili,an vero directa agatur,vide Doct.& post Barto.in l.naturaliter.§.nihil commune.in 16.col. de acquiren.possess.& in l.Gallus.§.eius.ff.de liber.& posthum.*

b ¶ *Libelli conclusio est necessaria, quia est ipsius libelli terminus, & quòd potissimum conclusio attendatur, probat Alex.consi.121.1.col.lib.1.& an procedat conclusio libelli generalis, habes per eundem in eo. consi. versi.non ob.illud.& Soc.consi.20.col.6.lib.1.consi.39. col.6.versi.verum quia,eo.lib.*

admissus libellus tal. Cóqueror de hospitalarijs, qui parochianos meos recipiunt ad sepulturã: & tamen ibi nihil aliud petebatur: quia imò ibi libello continebatur petitio, secundum Innocentium, Hostiensem & Ioannem Andream ibi, qui dicunt, quòd ibi decisa fuit pars libelli, qua expreßè petebantur illa ossa, super quibus Papa ibi pronunciat, & sequuntur Docto. pro conclusione tamen sufficit aliquod verbum prægnás, quod sapiat petitionem, vt statim dicam in 3. quæst.

¶ Secundò casu, cum de crimine agitur criminaliter: dic quòd non exigitur conclusio, ad quod vide, quod latè dixi in c. qualiter. el 2. infra de accus. q. 67. & etiam q. 63.

¶ Tertiò verò casu, si de crimine agitur ciuiliter: dic vt dixi in primo casu, secundum Bal. in d. l. edita. Aduerte tamen: quia in possessorio recuperandæ, procedit libellus sine conclusione, vt no. gl. 1. quæst. 4. cap. quia præsulatus. per cap. cum Ecclesia. infra de causa poss. & proprie. Host. tamen ibi videtur sentire cõtrarium. intelligit enim quòd ibi illi clerici spoliati instabant, vt canonicis spoliantibus præciperetur vt admitterent ipsos clericos ad electiones in posterum faciendas. & hoc subaudit propter finem illius decretalis. & idem Hostien. in summa. in tit. de rest. spolia. §. à quo. vers. notandum est. Sed communis opinio est in contrarium, quam tenet Archidia. in d. c. quia præsulatus. & secunda quest. 1. in primis, post principium, & 7. q. 1. cap. præsentium, in prin. & est bonus tex. 2. quæst. 1. notum. & ibi etiam no. Archidiac. no. Innocen. de li. contest. cap. 1. Ioan. An. & Ioan. de Imo. in d. cap. cum Ecclesia, & cap. pastoralis. de causa posses. & proprie. Dom. Anton. in cap. examinata. de iud. & c. in literis. de restit. spol. & ibi Dom. meus in primo notabili. vbi dicit, quòd satis est narrare spoliationem. argum. d. cap. quia præsulatus. cum simil. ad quod etiam allegat cap. oblatæ. & c. constitutis. infra de appel. & c. 1. infra de conuer. coniug. vbi iudex ex officio suo restituit maritũ coniugi etiam vbi illa non potest petere. & subdit Dominus meus, quod tamen semper est vtile, quòd fiat conclusio in libello.

65 ¶ † Quoad secundam quest. qualis conclusio debeat poni in libello. dic ꝙ debet esse talis, quæ concludat iudicem debere iuxta petitionis formã condemnare, probatis tamẽ incumbentibus: quod procedit, siue concludat necessario, siue etiam præsumptiuè. quãuis enim probatio debeat necessario concludere, vt in c. in præsentia. de probat. tamen sufficit, quòd libellus concludat presumptiuè, vt in l. omnes. §. Lucius. ff. de his, quæ in fraud. cred. & l. Paulus respondit. §. 1. ff. de bon. lib. tenet Dom. Anton. hic, no. Cyn. in l. edita. C. de eden. Barto. in l. certum. §. 1. ff. de confess. quod tamen limitat singulariter Bar. in l. cum quid. ff. si certum pet. quando id quod præsumitur, non descendit à facto actoris proponentis libellum, sed alterius: quia quando ex facto suo a-

a ctor vult, quòd aliquid præsumatur,[a] debet illud dicere & allegare. & ideo si in libello meo ponerem, dico quod dixi B. tolle illam pecuniã quam ipse recepit, & eam denegat mihi restituere: quare peto ipsum condemnari &c. talis libellus non procederet: quia licet hoc ex facto partis presumatur, & ideo testis qui inducitur ad probandum mutuũ, illud probat, si dicit se audisse numerari in præsentia sua tantam pecuniam, sed nescit, an fuerit mutuum. arg. l. cum de indebito. de proba. & traditur per gl. & Docto. in d. l. cum quid. vbi vide, quæ dixi de exemplo Dom. Baptistæ. tamen libellus non procedit, nisi actor alleget se mutuasse, per l. si adulterium cum incestu. §. idem Pollioni. in fi. ff. de adult. secundũ Bar. in d. l. cum quid. & est singularis limitatio, & vide quod dixi, sup. in 10. q. prin. ver. septimò quæro. ibi, aduerte tamen circa prædicta, ꝙ quando à facto, & vide etiam Bal. in repet. l. edita. versi. circa secũdum, qui dicit, ꝙ sufficit, quòd libellus concludat ex causis præsumptionum, idest, per præsumptionẽ iuris, vt d. §. Lucius. Si tamen libellus careret omni conclusione, esset nullus, secundum Baldum, quod intellige, vt dixi in q. præcedenti.

66 ¶ † Quoad tertiam quæstionem, qualiter & quibus verbis debeat fieri conclusio. dic, quòd non solùm sufficit si dicat, quare peto condemnari ad tale quid, &c. sed ẽt si diceret: Conqueror de B. cui mutuaui decem, quæ faciatis mihi reddi. arg. d. l. Paul. §. 1. ff. de bo. lib. idem si dico, Cõqueror de B. qui alienauit omnia bona sua in fraud. cred. Nam iste libellus videtur rectè formatus in reuocatoria, vt d. §. Lucius, & ibi no. facit 1. quæst. 4. c. quia præsulatus. sufficiunt etiam verba deprecatiua, vt precor, quòd talem mihi condemnetis. argum. gl. in l. de pupillo. §. meminisse. ff. de ope. no. nun. facit etiam: quia talia verba diriguntur ad eum, qui ad hoc tenetur ex officio: ergo necessitatẽ inducunt. ff. de eden. in l. quedam. facit l. cum pater. §. rogo. ff. de leg. 2. Item sufficiunt verba supplicatiua, vt in authen. quæ supplicatio. C. de prec. Imper. offe. & maximè, vbi aliquid misericorditer imploratur, secundum Bal. in l. edita. in septima quæstione prin. Et debet conclusio conuenire narrationi, vt no. Io. Andr. in c. super literis. inf. de rescript. no. tamen, quòd libellus magis consideratur iuxta modum concludendi, quàm narrandi, vt dicam statim in 4. sequen. quæst. Et aduerte, quia dicit Bal. in d. l. edita. in 7. quæst. princ. in fi. versi. sed quæritur. quòd hæc est bona conclusio, quare peto mihi iustitiam fieri. quod probatur in cap. 2. infra de ordin. cogn. & no. in c. fin. de offic. deleg. tenet Speculat. eod. titu. §. iam nunc. versi. item talis iustitiam. quod videtur procedere ex mente Inno. Host. & Io. Andr. in d. cap. 2. quando ex narratione non posset insurgere, nisi vna actio: sed si possent insurgere plures actiones: potuerant in d. cap. 2. dicunt ipsi, quòd stultus est iudex, qui tam generalem libellum recipit, quo non exprimitur actio, vel causa agendi, ex qua colligi posit intentio. ff. de rei vend. in l. si in rem. & l. & an eadem. §. actiones. ff. de except. rei iudic. & in cap. sequen. Si tamen libellus esset receptus, absque eo, quod peteretur aliter declarari, procederet per l. fin. C. de anna. except. secundum Innoc.

ADDITIO.

a ¶ *Libellus non concludit sufficienter præsumptiuè, quando vult actor, quòd ex facto suo præsumatur, vide tamen, quæ dicit Barto. in l. Aurelius. §. Sticho. de libe. leg. & quæ dicit Ful. & Rom. in l. cum quid. vbi Alexand. in penul. colum. ff. si certum peta. vbi conatur Barto. tueri ab impugnationibus Rom. & Fulg.*

Innoc. Io. And. Ioan. de Cal. & Io. de Imo. in d. c. 2. sed si reus peteret declarari, actor teneretur, secundum Bal. in d. §. sed quæritur. A. B. & ex prædictis etiam infertur, quod est bona conclusio, quare peto causam debito fine decidi. ad hoc allegatur glo. in l. libertus à patrono. ff. de in ius vocan. sed illa glo. non loquitur in actore: sed in reo, qui post libellum datum per actorem solicitabat, & ita requirebat. hoc tamen tenet ibi Io. Pet. & tenet Barto. in l. petens. C. de pact. per illum tex. Ma. & in reali procedit libellus, si agens in conclusione dicit: peto rem
a mihi adiudicari,[a] vt in c. Abbate. in prin. de re iudi. lib. 6. & ibi Ioan. Andr. vel etiam si dicat, peto rem restitui, vt l. ex diuerso. §. 1. ff. de rei vendi. no. Barto. in l. Pomponius. §. si is qui. ff. de procur. per l. 2. & l. qui restituere. ff. de rei vendic. an vero sufficiat concludere de præterito, vel requiratur de præsenti. vide quæ latius dixi supra in 10. quæstio. princip. vers. septimo quæro. ibi, debet etiam causa esse in præsenti. Et quod si quis vult, perpetuum silentiũ imponi: qualiter concludere debeat, Bal. in l. fin. C. vt li. penden. dixit, quod concluditur negatiuè, quod actor non inquietet reum, per l. si contendat. ff. de fideiuss. nam respectu actoris non conuenit, vt agat ad perpetuum silentium, vt ibi decidit Bal. Et qualiter cessionarius debeat concludere, collige ex his quę dixi in cap. 1. supra eod. in 7. princ. arti. quæst. 7. & supra eodem artic. quæst. 9. in fi. Et no. quòd fieri debet narratio, dixi supra quæstio. 6. in fi. conclusione potest.

67 ¶ † Quartò ad quartam quæstio. quid si conclusio non concordat cum narratione vel actione: dic quod libellus attenditur circa modum concludendi, & non in modo narrandi. vnde superfluè vel generaliter narrata, non alterant conclusionem libelli, & ipsius materiam. satis enim est quod libellus sit
b clarus circa modum concludendi:[b] nec superfluè narrata subiacent probationi, vt in cap. ex parte B. supra de foro competen. vbi in libel. in possessorio fuit narrata proprietas, & tamen per hoc non subiecit probationi: imò de ea nõ potuit obijci. no. Dominus meus in cap. literæ. de dila. Et ad idem facit c. cum ad sedem. infra de restit. spol. & ibi no. Dominus meus, tradit Cyn. l. cum te. C. de prob. allegat l. quæ extrinsecus. ff. de verbo. ob. & l. scio. ff. de appel. vide quod dixi in d. cap. ex parte. & ibi Dom. Anto. infert, quòd licet narretur aliqua qualitas, per quam clauditur iurisdictio iudicis: non nocet, dummodo non replicetur in conclusione. vnde dicit Bal. in repet. l. edita. C. de eden. ver. circa secundum, quòd conclusio declarat libellum, vt l. Aurelius. §. Sticho. ff. de libe. leg. & ibi hoc etiam tenet Barto. & si verba sunt ambigua, videtur generaliter esse cõclusum, seu actum. ff. de lib. & posthum. in l. Gallus. §. 1. & ibi Barto. & ff. de iudi. in l. si quis intentione. & l. solemus. & sic non inspicitur quid, quale, & quantum narretur: sed qualiter, & quantum ex narratis concludat, & quasi modus agendi substantialiter sit in conclusione. 3. quæst. 6. c. quippe. in Glo. & supra de rescrip. c. super literis. per Inno. & per Dy. in regula, nullus pluribus. de regu. iur. lib. 6. & Bal. in d. l. edita. & per Io. And. in d. c. super literis. & d. c. cum Ecclesia. de causa poss. & proprie. ad idem etiam c. cum dilecti. inf. de emp. & ven. & cap. 2. inf. de ord. cog. & ideo actio ciuilis, vel accusatio criminalis non discernitur ex narratione, sed ex conclusione. no. Dom. meus in c. series. infra de test. & ibi dixi, & vide quæ dixi supra eo. art. quæst. 11. versic. sed circa prædicta quæro, quid si exprimatur.

68 ¶ † Decimotertiò principaliter quæro, vtrum in libello ordo sit necessarius. exemplum, secundum rectam libelli ordinationem prius debet fieri narratio, quàm conclusio: & prius debet peti condemnatio, quàm executio. pone ergo quod prius fiat conclusio, quàm narratio: vtrum libellus propter hoc vitietur. ¶ Sol. Dic quòd non, per tex. in c. literas, & ibi no. Dominus meus, & in cap. cum ad sedem. infra de rest. spol. & quod no. in c. cum dilectus. in princip. de fide instrum. & est bonus tex. in cap. per tuas. in princip. de condit. appo. & in cap. cum venerabilis. infra de except. & in cap. querelam, supra de elect. & in cap. cum venerabilis. supra de relig. dom. similiter etiam licet petitio condemnationis debeat pręcedere petitionem executionis: si tamen quis præposterando diceret, quare peto cogi & compelli, & ad prædicta condemnari dictum
c conuentum, &c. procedit libellus, vt no. Barto[c] in l. si cum nulla. ff. de re iudic. & sequuntur communiter Docto.

69 ¶ † Decimoquartò principaliter quæro, vtrũ scriptura, seu subscriptio sit necessaria ad validitatem libelli. Sol. Glo. in cap. præcedenti dicit, quod debet inscriptis offerri, per illum tex. & per tex. in authen. offeratur. C. de li. contest. infra de prob. cap. quoniam contra. & in l. 1. ff. de eden. no. Glo. magna in Authent. de exhiben. reis. post principium. Et ideo non sufficit viua voce petere, & rogatum facere notarium: quia tunc non dicitur in scriptis, vt per Bartolum in l. in sacris. C. de proximis sacrorum scriniorum. lib. 10. quod procedit secundum eos, qui volunt quòd libellus non possit omitti partium consensu: aliàs secus, secundum Bal. in d. authent. offeratur. in pe. quæstio. ad quod vide quod dixi in c. præcedenti, in 5. artic. fal. 13. requiritur ergo regulariter scriptura, quod hodie procedit tam in criminalibus, quàm in ciuilibus: olim verò procedebat in criminalibus: non autem in ciuilibus, vt no. in d. auth. offeratur. Et vide Glo. in Authen. de exhiben. & introduc. reis, in ver. libellum. quod tamen fallit, secundum Glo. in cap. præcedenti, in modicis & vilibus causis, in quibus scriptura non requiritur. sic intelligit cap. si quis cum clero. 11. quæstio. 1. sed melius probatur in authen. nisi breuiores. C. de sentent. ex breuiculo reci. vbi dicitur quòd in istis

ADDITIONES.

a ¶ *Peto rem mihi adiudicari. Adde procedere etiam eam libelli conclusionem, vt dicatur, peto secũdum me sententiam ferri, per tex. in l. petens. in fi. vbi Doct. præsertim Ias. notarunt. C. de pact.*

b ¶ *Nota attendi modum cõcludendi potius, quam narrata in libel. & adde quæ sup. addidi in 1. q. 12. princ. q. ex Alex. & Soci. consilijs.*

c ¶ *Barto. ibi negatiuè loquitur, quòd non procederet libellus, verum tamen Fely. in c. 2. de offic. delega. circa finem, ex senten. Dominici videtur concludere contra. & dicit ibidem Dec. quòd communis est contra Bart.*

a in istis vilibus causis nulla scriptura[a] requiritur. vide quod dixi in cap. præcedenti. in 5. princ. art. fal. 20. & 33. vtrum autem subscriptio sit necessaria. tex. in ca. præcedēti probat quòd sic, ibi dum tex. dicit, vestris manibus roboratam, & ibi tetigi in 8. notabili, Spec. eod. tit. §. iuxta versic. item non valet, tenet idem per d. cap. 1. & per tex. in Authen. de exhib. & introduc. reis. §. sancimus. quod solùm procedit de cautela, secundum Host. in c. præcedenti. quia sufficit quòd tabellio scribat diem productionis, & ista fuit opin. P. quam etiam sequitur Io. Andr. & ita dicunt intelligendum esse §. sancimus. & idem etiam tenet hic Do. Ant. & gl. Bu. Cyn. & Bart. in d. auth. offeratur. licet Innocen. aliter sentiat. de inscriptione autem dic quòd in ciuilibus non est necessaria: in criminalibus verò regulariter est necessaria. de quo per Specul. in titu. de accus. ver. itē quod nec rectè libellum. & per Bartolum in l. libellorum. ff. de accus. traditur enim 2. quæst. 3. calumniator. dixi in c. super his. inf. de accus. in Glo. 2.

70 ¶ † Decimoquintò principaliter quæro, vtrum aliquæ clausulæ sint adijciendę in libello ad eius formam. ¶ Sol. Dic quod sic, pro maiori cautela agentis: non tamen pro necessitate, prout latius videbimus inf. in 13. prin. artic.

¶ Decimosextò principaliter quæro, quia dixi me hic positurum quasdam regulas obseruandas in formatione libelli, quæ sint illæ. ¶ Sol. Dic quòd sunt multæ.

71 ¶ † Prima regula sit, quòd libellus debet esse clarus & certus, vt in cap. præceden. ibi dum tex. dicit, declarare. & ibi tetigi in 5. no. & probatur in l. ampliorem. §. in refutatorijs. C. de appel. & in Authen. de testam. imperfectis. §. nos igitur. collat. 8. & ff. de confes. in l. certum. & de testi. in cap. cum clamor. de dila. c. literæ. vnde nihil debet habere ambiguitatis, vel obscuritatis, vt in c. constitutus. inf. de reli. do. & ibi per Innocen. & vide plura quæ dixi supra eod. articu. 12. in 5. quæstio. princip. & etiam in 3. & 4. faciunt etiam quæ dicam in sequentibus regulis. Et aduerte: quia si fieret responsio ad libellum obscurum, videtur posse reuocari, arg. cap. erit. 4. distinc. & 25. di. §. criminis. aliàs incipit, ea demum. prædicta tamen regula limitatur primò, nisi obscuritas cōtingeret ratione duplicis, vel plurium interpretationum, sensuum, vel intellectuum, & in quolibet sensu & intellectu concluderetur intentio agentis, arg. eorum quæ no. Dom. Anton. in cap. vt super. infra de re. Ecclesi. non alie. & quod no. Glo. in verbo, species. in cap. 1. de except. lib. 6. dixi in cap. fin. de pur. cano. facit quod no. Ioan. de Imo. in cap. pe. de præsum. & quod no. in cap. per tuas. qui filij sint legi. & in cap. suborta. de re iudic. & quæ dicam in sequentibus regulis.

¶ Secundò limitatur, quod nō procederet, si opponeretur de obscuritate, vel incertitudine: secus si non opponeretur: quia procederet, & satis esset ꝙ

b postea in processu fieret declaratio,[b] vt l. fin. iuncta Glo. C. de anna. except. & supra sæpius dictum fuit. vide quod tradit Dominus meus in c. 2. de ord. cog. & cap. dilecti. de iudi. & cap. pastoralis, de cau. poss. & propriet. debet tamen iudex à principio interrogare, quam actionem intendat libellans intentare, vt d. cap. pastoralis.

¶ A. B. Tertiò limitatur, si modo obscuritas, seu dubietas respiciat principalem intentionē libellantis: secus si sit vltra intentionem libellantis, adeò ꝙ per principalem intentionem actoris satis clarus est libellus: quia si aliquid vltra in libello adijcitur per actorem: licet sit obscurum, nō vitiat libellum: nec si petatur, arctatur libellans ad declarandum, secundum Host. Io. And. & Dom. Anto. in c. literæ. de dilat. per illum tex. & probatur in c. ex tenore. de foro competenti. vbi non arctatur quis ad probandum quod est superfluè narratū, ad quod vide inf. quod dicam in ti. de prob.

¶ Quartò limitatur, si modo incertitudo reddet rem dubiam. secus si habetur pro certa: puta quia dixit quod res fuit empta vel vendita vltra vel citra dimidiam iusti pretij. cap. pe. de emp. & vendi. & ibi Dom. meus & Doct. vel si minor petens in integr. restit. dixit se læsum enormiter. c. constitutus. de restitu. in integr. Et ad hanc materiam & sequentium fallentiarum adde quæ dixi supra eod. art. 13. q. 5. in 4. membro principia. Item adde quæ dicam in sequenti regula.

72 ¶ † Secunda regula, quæ sequitur ex præced. sit ꝙ libellus non debet esse generalis, vt hic in tex. nostro. & ratio est: quia omnis generalitas parit obscuritatem. inf. de confir. vti. c. pe. ff. de iure fisci. in l. ita fidei. ff. communia pręd. in l. in tradēdis. & quod ibi no. infra de dolo. c. ex literis. Bal. non enim refert an nihil quis exprimat, vel obscurè exprimat ita vt incertum dimittat conuentum. argum. ff. de inter. act. in l. de ætate. §. nihil. & ideo generalitas vitiat. ff. de sol. l. cū Stichus. & ff. de reb. dub. in l. in ambiguo. ff. de vsufructu lega. in l. qui plures. facit l. ariticum. in ratione sui tex. & in Glo. ff. de verb. obl. & quod no. Bal. in l. 1. ff. si men. fal. mo. dix. hæc tamen regula limitatur, nisi agentis intentio cōcluderetur in qualibet specie generis. facit tex. & quod ibi no. Io. And. in c. præterea. el 2. de accu. & quod no. Glo. in verbo, species. in c. pia. de excep. lib. 6. & quod dixi in c. præced. & quod dicam etiam in 4. regula. Secundò limitatur vt limitata fuit præcedens regula. sed quæro circa prædicta: pone, stante statuto quod cōmittens adulterium violenter cōdemnetur in centum. Sed si in volentem condemnetur in quinquaginta. T. accusatur de adulterio commisso cum B. nec est expressum quod violenter, vel volūtariè, sed solummodo conclusum ꝙ debeat condemnari & puniri, secundum formam iuris & statutorum, & ordinamentorum communis, & omni meliori modo, &c. vtrum talis libellus procedat. Et videtur quod non per ea quæ superius, & argum. generalitas (vt dixi) parit obscuritatem. Item quia alternatio à iure est prohibita, similiter propter obscuritatē. vnde si dicta verba, secūdum formam iuris & statutorum, accipian-

ADDITIONES.

a ¶ *In causis breuioribus, vilibus, & modicis non exigitur scriptura. adde quòd & vnus est testis facit plenam probationem: & iudex potest ipse scribere acta, vide Matthæum matthæsilanum in notabili primo.*

b ¶ *Libellus obscurus valet parte nō opponente: potest tamen iudex reijcere vel facere, vt declaretur, vt dicit Ias. in l. age, in fi. colum. C. de transaction.*

cipiantur alternatiuè, non procedit, vt dixi in 4. regula. Si verò copulatiuè, similiter non potest procedere: quia petuntur puniri simul pluribus ll. pro eodem delicto, quod est prohibitū. ff. de accus. l. senatus. item quia in dicto libello est vaga cōmunis conceptio, quæ à iure est prohibita. l. prætor. in princ. & §. quod autem. & §. præterea. ff. de iniur. & l. libellorum. ff. de accus. & ff. de dolo. l. sed si ex dolo. §. fi. & l. seq. in contrarium no. quòd prædictus libellus procedat, facit primò iudiciorum consuetudo: quia solet sic fieri. ergo seruanda de cōsuetudine. ergo procedit. l. 1. & l. fin. C. de eman. ff. de testi. l. 3. §. fin. ff. de pact. l. iurisgentium. §. pactorum.

¶ Secundò, larga iudiciorum liberalitas: in quibus veniunt omnia. ff. de iudi. l. solemus. ergo libellus procedit.

¶ Tertiò absoluta iudiciorum potestas: quia absolutè omnia licent in iudicijs. Inst. de perpe. & tempo. actio. §. fin.

¶ Quartò generalitas libellorū à iure permissa, vt l. fi. C. de anna. excep. & c. 2. & ibi no. inf. de ord. cog.

¶ Sol. Dicas quòd libellus non procedit de iure, & contra eum potest opponi excep. tam propter incertitudinem vagi criminis: & propter ea quę supra dicta sunt in contrarium. sed si nihil op. contra. l. tunc potest procedere, cum in eo substātialia l. inueniantur consistere. facit d. l. fi. C. de anna. excep. & quod ibi tradit B. & l. si præses. §. sed si vtriusque. ff. de pœnis. & in c. seq. per Doct. & quod no. l. 1. ff. de eden. & ff. si pars hęrc. pet. l. 1. in prin. & §. fi. & ff. de rei ven. l. quæ de tota. §. si minor. & ff. deposi. l. 1. §. si quis argentum. inf. de rest. spol. c. cum ad sedem. & de excess. Præl. c. fi. & ibi no. per Innocen. & §. 3. in prin. & §. sed ad hoc. & §. præfatus. de re iudic. lib. 6. & C. de decu. l. pen. & sufficit si declaretur lite pendente. ff. de iudic. l. si quis intentione. ff. de noxa. l. in delictis. §. si detracta. Item potes dicere quòd accusatur libellus in quo petitur condemnari, secundum formam iuris & statuti, &c. procedit, & valet de consuetudine: sed in processu debet vnam eligere: sicut dicimus de publiciana, & rei vendicatione. de quo latè dixi infra de causa possess. & proprie. tracta. 3. articu. 7. Sed circa prædicta, quia posito quòd lex procedat quia non excipitur contra eum, qualiter, seu qua pœna accusatus debeat condemnari. Et videtur quòd pœna iuris communis. Primò, quia quando plura ponuntur simul, incertum est de quo magis agatur: intelligendum est de primo seruato ordine. l. cum pater §. pen. ff. de lega. 2. & l. consequens. ff. de vsufruc. ergo cum prius petatur puniri, secundum formam iuris & statutorum, & omnibus legibus non debeat puniri: ergo secundum legem quæ primò in ordine præcedit, & sic secūdum
a ius commune.[a] Secundò, quia ius vetustius & commune magis seruandum est, Insti. de re. di. §. singulorum, & fin. reg. l. in finalibus. ergo debet condemnari secūdum ius commune. Tertiò, quia canonum & ll. seruanda est potestas in iudicando. de constit. cap. 1. 3. quæstio. 7. cap. iudicet. & in Authen. de iudi. §. omnes. econtra quod potius debeat damnari secundum formam statuti. Primò, quia statutum derogat iuri communi. Instit. de iure na. §. ius ciuile. ff. de iustit. & iu. l. omnes populi. Secundò, quia lex magis conueniens seruanda est. 4. di. cap. erit autem. sed magis conuenit statutum: ergo, &c. Tertiò, quia debemus sequi l. quę minorē pęnā imponit. ff. de pœn. l. si præses. & l. si de interpreta. & in regula, in pœnis. de regu. iur. lib. 6. & ff. de suspe. tuto. l. hoc enim. circa princ. sed argum. quod iudex nulla l. debeat condemnare: sed absoluere. Primò, quia incertitudo interueniens vitiat omnia in re dubia. ff. de testam. tut. l. duo sunt Titij. cum sim. Secundò, quia de eiusdem hominis delicto sæpius quæri non debet. ff. nau. cau. sta. l. licet. sed iste petitur puniri secūdum varias ll. ergo, &c. Tertiò, quia petitum fuit copulatiuè istum puniri, secundum formam iuris & statutorum. Sed ad veritatem copulatiuè requiritur concursus omnium copulatorum, vt l. si hæredi plures. ff. de condi. institu. & l. si ita. ff. de verbo. obl. ergo petitur puniri, secundum vtranque l. istud fieri non debet, vt dictum est: ergo, &c. & probatur l. senatus. ff. de accus. sed in contrariū videtur quod imo debeat condemnari omnibus ll. Primò per legem nouam non videtur l. antiquę sublata potestas. ff. de actio. & obligatio. l. consequens. C. de sepul. violato. l. 3. ergo debet secundum vtranque l. condemnari. Secundo, quia iudex secundum formam legis de vtraque pœna cognouit: ergo, &c. l. de qua re. ff. de iud. & de neg. gest. l. Pomponius in negotijs, in fi. Tertiò, quia licet aliqua sint in initio prohibita: tamen facta tolerantur. ff. de his, qui sunt sui vel alie. iur. l. patre. & ff. quando appel. sit. l. 1. §. biduum. cum sim. ¶ Sol. B. in d. quæstio. dicit quod si accusator postea prosecutus est certam l. & hoc apparet ex articulis, vel alio modo, & tunc iudex debet secundum illam iudicare. C. de iud. l. 2. ff. eodem. l. solemus. & l. si quis intentione ambigua. Si verò non apparet quòd in processu sit secutus certam l. tunc debet iudicare secundum illam quæ minorem pœnam imponit. d. l. præses. cum sim. faciunt no. per Innoc. c. 2. infra de ordi. cog. vel melius dicendum, quod debet iudicare secundum l. municipalem, quæ in loco derogat iuri communi, vt d. l. omnes populi. Instit. de offi. iud. in prin. Et sic apparet exemplum argum. quod debent puniri iure communi. non obstant allegata quod nulla pœna, &c. quia procedit, quando l. nō admitteretur. nō ob. alia iura de copulatiua, quia copulatiua accipitur hic pro disiunctiua. Et ista conclusio plus mihi placet in omni casu, s. si iurauit seruare statuta, vel inter statuta sit statutū (prout communiter viget) disponens quod in pœnis imponendis iudex debeat sequi statuta: quibus deficiētibus, recurratur ad ius commune: quia debet iudex seruare statutum ratione iuramenti, & ne faciat lit. suam. non ob. quod debeat puniri, secundum omnes ll. quia illud procedit ad diuersa.

¶ Sed circa prędicta de quæst. in fi. si statuto caueretur, quod de percussione facta de nocte sit pęna centū florenorum. A. accusat B. quod vulnerauit eū de nocte,

ADDITIO.

a ¶ *Quando quis petit condemnari aliquem secundum ius, vide an possit condemnari secundum statuta terræ. de hac quæst. ponit Abb. in Rub. extra de consuet. & Domi. Phil. Dec. in cap. licet causam. de probat. vbi multipliciter declarat tex. in §. quoties. Instit. de iure natu.*

a cte, probat vulnus, sed non de[a] nocte: quæritur vtrum possit sequi condemnatio de vulnere, maximè si in fine libelli accusator dixit, quòd petebat eum puniri secundum formam iuris & statutorum? Ber. in quęst. quę incipit, in nomine Domini, amen. quæstio talis est, iure municipali, &c. concludit post Ar. pro vtraque parte formata, ꝙ in nullo debeat condemnari. Primò, quia à forma accusa. non est recedendum. l. 1. §. si is qui nauem. ff. de exerci. ff. de insti. l. sed & si pupillus. §. aditio. & l. qui habebat. Et per alia plura iura & rationes. vide ibi per eum.

73 ¶ † Tertia regula, quę etiam sequitur ex prima, sit quòd libellus non debet continere verba duplicia, multiplicia, implicita, seu prægnantia. no. Docto. & maximè Dominus meus, in c. præcedenti. facit c. si. de rescrip. & quod no. in l. si is, qui ducenta. ff. de rebus dub. & ratio est, quia talia verba inducũt obscuritatem & incertitudinem. & vide quæ latius dicam in titu. de confes. in materia positionum. hæc tamen regula recipit limitationes, de quibus in præcedentib. regulis.

74 ¶ † Quarta regula sit, quæ similiter descendit ex
b prima, ꝙ libellus nõ debet esse alternatiuus, [b] vt est tex. in l. prætor edixit. §. quod autem. ff. de iniu. & ibi Bart. & facit etiam d. l. in princip. & ratio est, vtrobique tollitur, quia alternatiua parit obscuritatem, seu incertitudinem, supra de rescript. c. si.

¶ Hæc tamen regula recipit plures fallentias. Primò fallit, quando alternatiua solum poneretur in narratione, & in conclusione poneretur quid certum, quod ex ipsa alternatiua eliceretur. exemplum; dico quòd per solennem stipulationem promisisti mihi Stichum aut Pamphilum, quem vellem, quare peto Stichum. ff. de sol. in l. Stichũ aut Pamphilum. in princ. & de iure dot. in l. plerunque. §. fin. 1. respon. vel sic: dico, quòd talis testator, cuius est hæres vniuersalis in testamento suo legauit mihi Stichum aut Pamphilum, dando mihi electionem, vel dirigendo ad me verba, per quæ habeo electionem; quare peto Stichum. ff. de lega. 1. l. planè. la 1. §. si ita Titio. & de leg. 2. in l. Lucio. & in l. si cui. ff. de vsufr. lega.

¶ Secundò fallit, quòd esset talis alternatiua, quæ non induceret obscuritatem, quia in qualibet parte alternatiuæ cõcluditur intẽtio libellantis, licet non oriatur eadem species agendi, sed diuersa, puta in possessorio vel spoliatione propria, vel mandato, aut ratihabitione competit interdictum, vnde vi. ex receptione verò rei scienter facta quis ab alio fuit spoliatus, tenetur ex decretali, sæpe, inf. de resti. spol. vnde sufficit alternatiuè concludere. no. Glos. 2. in c. ex parte B. supra de foro compet. & ibi dixi. facit c. ex parte S. supra de rescript. & c. dudũ. 2. supra de elect. faciunt etiam iura, quæ allegaui in prima limi. primæ & secundæ regulæ.

¶ Tertiò fallit, si ad idem vtrumque membrum alternatiuè tendit quasi declaratiuè, puta si est talis alternatiua, quam certum est agẽdo debere perfici & determinari. exemplum in l. statuliberum. §. Stichum. ff. de leg. 2. vbi si testator legauit mihi Stichũ aut Pamphilum, quem hæres suus dare vellet: duntamẽ quem velit dare declaret eo die, quo testamentum recitatũ erit: certè possum petere alterum eorum alternatiuè concludens: quia eo die quo producent testamentum in iudicio, & quo recitabitur ista alternatiua, præscietur, & aut hæres dicet tunc quem velit dare, & in illo fiet cõdemnatio: aut non dicet: & tunc electio erit mea, & in illo, quem volam, fiet condemnatio, vt d. §. Stichum.

¶ Et ad idem facit, & melius, ff. de solu. in l. si quis stipulatus fuerit 10. in melle. in fi. facit quod dicam in seq. fal.

¶ Quartò fallit, si vnum est in obligatione, & alterum in facultate soluendi, vt tradit domi. Anto. in c. cùm dilecti. infra de empt. & vend. & quod habetur in l. miles. ff. de re iud. & per Bartolum in l. stipu
c lationes [c] non diuiduntur. ff. de ver. obli. facit quod dicit in 6. fal.

¶ Quintò fallit, si alternatio vel disiunctio refert se ad idem, seu distinguit eadem, vel similia non diuersa, quo casu potius cõculcatio verborum, quàm diuersitas rerum dr̃: nam nunc sub tali alternatiua potest concipi libellus, nõ solùm in narratione, sed etiam in conclusione. exemplum, si aliquis petat hęreditatem ex causa fideicommissi, vel substitutionis fideicommissariæ, vt in c. Rayn. infra de testam. vbi hoc no. Hostien. & Abbas, super verbo substitutionis. Idem si quis dicat in libello se impetrasse gratiam à Domino Papa, seu à sede Apostolica; vel B. promisisse 10. libros iuris ciui. seu 10. volumina librorũ iuris ciuilis, ista enim pro quolibet supponũt.

¶ Sextò fallit, quando naturæ causa hoc habet, vel requirit quòd fiat petitio alternatiua, vt in l. 2. §. item si in facto. ff. de verb. obl. & in l. 1. in fi. ff. de act. emp. & in l. nõ ab re. C. vnde vi. & in c. Raynaldus. infra de testam. & in l. 2. C. de rei ven. vnde si fideiussor promisit aliquid facere vel curare, quòd alias de suo soluet, nemo sani capitis dubitare debet, quòd procedet libellus, secundum formam contractus. ita concludit Bald. consil. 53. quod incipit, libellus. facit l. non vtique. ff. de eo, quod certo loco. & ff. de verbo. oblig. in l. si duo. Procedit ergo tunc libellus alternatiuus, siue alternatio insurgat ex iuris dispositione, vt patet in contractu emptionis & venditionis, alter contrahentium deceptus est vltra vel citra dimidiam iusti pretij, quo casu libellus sub distinctione formari debet, & etiam sententia, vt l. 2. C. de rescin. vend. & ibi traditur, & in c. cùm causa, infra de emp. & vend. & ibi per Glo. Inno. & Hostien. etiam no. in c. cùm dilecti. eod. titu. Idem no. Hosti. in sum. de empt. & vend. §. qualiter. vers. & no. quòd libellus. siue etiã procedat ex cõuentione partium: verbi gratia, dico per solennem stipulationem, promisisti mihi Stichum aut Pamphylum, quare peto te condemnari ad dandum alterum eorum, scilicet Stichum

ADDITIONES

a ¶ *Qualitas enim in libello apposita debet probari. ꝙ qualiter procedat, vide Alexa. cons. 121. pen. col. lib. 1.*

b ¶ *Libellus non debet esse alternatiuus, quoniam parit obscuritatem. sic adde, quandoque non admitteretur, nisi esset alternatiuus, vt declarat Bart. in l. vbi autem. §. illud aut illud. ff. de verb. obli. & habes bonum tex. & ibi Abb. in c. cum dilecti. de emptio. & vend. & etiã habes ex hic quæ hic no. in limitationibus, in 6. maximè. & de materia lib. incerti, vide Pau. cons. 65. lib. 1.*

c ¶ *Vide etiam Bal. & Doct. in l. si insulã. ff. de verb. obl.*

Stichum aut Pamphylum, vt in cap. Raynutius, & c. Raynaldus, infra de testam. & in c. 1. versi. te quoque. inf. de plus peti. & Insti. de actio. §. plus autem. ff. de pact. in l. si vnus ex argentarijs. §. pen. & ff. de verb. oblig. in l. eum qui certarum. §. qui purè.

¶ Septimò fallit, si non potest quis certificari vel declarari, quia talis certificatio vel declaratio dependet à facto alterius: quia tunc admittitur libellus alternatiuus, secundum Doct. & Dominum meum in cap. cum contingat. supra de offi. deleg. & no. in cap. constitutus. supra de resti. in integ. & ibi per Innocen. & Doct. vbi etiam plura ex prædictis tradit Henricus Bohic. facit tex. & quod ibi no. Glo. Bart. & Bal. in l. 1. §. quod autem. ff. quorum lega. & Bart. in l. fin. ff. de iure pa. & quod no. in l. contractus. C. de fide instrum. & l. Iulianus. §. si quis colludente. ff. de actio. emp. infra de priui. cap. cum olim. 2. tradit Spec. eo. titu. §. iam nunc. ver. & nota quòd talis. & idem, si incertitudo proueniret ex facto actoris: si modo ipse probabiliter erret in facto suo, secúdum Innoc. Hosti. Ioan. And. & Do. Anto. Dominum meum, & Ioan. de Imo. in c. constitutus. qui volunt ꝙ actor propter hoc poßit proponere plures actiones, etiam si se adinuicem non compatiantur, per d. §. quod autem. & per c. auditis. infra de prescrip. nisi in casu speciali c. vt quis duas. de elect. lib. 6. de cuius intellectu vide ibidem, & vide Glo. ibi super verbo, eligere. & Doct. super ea.

¶ Octauò fallit ratione consuetudinis: vigore cuius admittitur libellus alternatiuus, peto talem rem pertinentem ad me iure dominij vel quasi, vt hic dicit Glo. in ver. & licet, & hodie est tex. apertus in c. Abbate. de re iud. lib. 6. vbi Glo. dicit, quòd hodie talis libellus admittitur consuetudine, & idem Dominus meus hic & Do. Ant. Io. de Imo. & Doct. & Insti. de actio. in §. alio. Spec. in tit. de actio. & peti. §. sequitur ver. item no. tradit etiam in titu. de libelli concep. §. iam nunc. ver. & no. quod talis. & in titu. de propric. §. notandum. ver. alic. & Ioan. de Imo. in cap. constitutus. supra de restit. in integ. & Bart. in l. & an eadem. §. actiones. ff. de excep. rei iudi. aliqui tamen dicunt, quòd imo talis libellus admittitur de iure, actione incertitudinis, vt in d. c. Abbate. facit quod dixi in præced. fall. sed dicit hic Ioan. de Imo. quòd istud procedit, quando verisimiliter facta diligenti inuestigatione, actor non potest esse certus: alias de iure non deberet admitti, per no. per Glo. in l. quod in hæredem. §. eligere. ff. de tributoria. Et per regulam 4. prædictam. vnde tunc solum admitteretur de consuetudine,[a] & vide Bal. in l. edita. C. de eden. versi. sed iuxta hoc quæro. qui dicit quòd licet iste libellus videatur generalis respectu dominij: quia potest intelligi de directo & vtili, & etiam respectu quasi dominij: tamen admittitur. Insuper etiam vide Bal. in l. 1. C. si plures vna sententia. vers. or modo reassumo, quòd iste libellus. vbi dicit, iste libellus, dico me dominum, vel quasi, dicitur disiunctiuus, & non alternatiuus: quia resoluendo libellum ad intellectũ, istud est agere subordinatè, hoc modo, dico me dominum: & in quantum non possim probare de dominio, dico me quasi dominum, vnde alterum eligo: licet conditionaliter, vt in simili in c. constitutus. supra de resti. in integ. & in l. 1. C. quando prouoca. non est neces. facit quod dicam in 5. regula, in 3. fall. sed agens alternatiuè nihil eligit: nec purè, nec sub códitione, vt l. 3. ff. de eo quod certo loco, secundum Bal.

¶ Nonò fallit, si reus non opponeret exceptionem de libello alternatiuo, per id quod dixi supra in limitatione primæ regulæ.

75 ¶ † Quinta regula est, quòd libellus non debet esse conditionalis. Instit. de verb. oblig. §. ex conditionali. tenent Dominus meus, & Doct. in c. præcedenti, & probatur. ff. de iudi. in l. non quemadmodum, & ff. quando dies legati vsusfruct. ceda. l. si. vnde si dico quòd promisisti mihi 10. per sol. stipu. si nauis ex Asia venit: quare peto te condemnari in 10. si vel cum nauis venit ex Asia: non enim procedit libellus, ex quo constat non esse adimpletam códitionem, vt dictis iuri. facit c. nostra. infra de sepul. hæc tamen regula recipit plures fal.

¶ Primò fallit, si in narratione facti narraretur códitio, quæ assereretur purificata & impleta. exemplum, dico quòd promisisti mihi 10. sub tali conditione, quę extitit purificata, quare peto 10. ff. de ver. obli. l. conditio in præteritis. & d. §. ex conditionali. & l. cedere diem. ff. de verb. sign.

¶ Secundò fallit, si est talis conditio, de qua certum est quòd agendo implebitur & purificabitur. exemplum in l. si Titius & Seius. ff. de verbo. oblig. & ff. rem ratam habe. l. si indebitis. ff. pro socio. in l. actione.

¶ Tertiò fallit, quando conclusio libelli conciperetur sub conditione, seu super aliquo iure conditionaliter, & in futurum debendo: non per se, sed vna cum alio iure præsenti & puro, deducto & petito in libello: tanquam ex illo iure præsenti resultanti & emanante, ac dependentiam habente, & est talis conditio, quæ omnino est purificanda & implenda in ipso iudicio: exemplum, Gemma mea est inclusa aureo annulo aheno: quare non possum illam repetere, seu vendicare, nisi prius ab annulo separetur, vt in l. si gemma. & l. & si non sint. §. perueniamus. ff. de auro, & argen. leg. in eo libello possum petere, quòd gemma separetur ab annulo, quòd si separata fuerit quòd dominium ad me pertinere declaretur, & mihi restituatur, quia illa conclusio conditionalis de dominio declarando, purificanda est in ipso iudicio, id est, per sententiã super prima conclusione referendam super separatione gemmæ. potest etiam figurari exemplum, secundum no. per Innoc. & Hosti. in cap. dilecto. infra de appel. vt puta,
b si peto pronunciari[b] sententiam nullam, & si forte fuerit aliqua, peto ipsam irritari, seu remedio appellationis in melius reformari: talis enim libellus, licet sit conditionalis, procedit, vt in c. cóstitutus. sup. de restit. in integ. & ibi hoc tenent Doct. & Domini de Rota

---

ADDITIONES.

a ¶ *Vigore consuetudinis admittitur libellus alternatiuus, de hoc vide Glo. in §. sed istæ, & ibi Doct. in materia publiciana, de acti. & qualiter possit eadem actio. libellus concipi, vide Alex. in consi. 121. in 4. col. ver. & eo. mo. lib. 1. consi. 199. lib. 2.*

b ¶ *De hoc libello, peto sententiam pronunciari nullam & si qua est appello. adde Anc. in Cle. 1. de re iud. & vide Alex. in consi. 2. col. 3. lib. 3.*

de Rota decisio.282.nec est actor sibi contrarius talem libellum formando: quia non simpliciter asserit sententiam nullam, & aliquam: quia tunc reperiretur vt contractus, vt dicam in 6. regula, sed simpliciter dicit nullam, & sub conditione sibi prouidet, vt in defectum nullitatis posit ipsam de iniustitia impugnare, vt dixi post Hostien. & Docto.in d. cap.dilecto. Dyn. tamen voluit talem libellum procedere in reo appellante, sed in actore, seu de consuetudine. sed Oldra. voluit quòd imo procedat de iure. & sequitur Bal.in repetitio.l.tale pactum.§.qui prouocauit. quæst.18. & de materia vide per Barto. in l.si expreßim.ff.de appel.& per Glo. in l.1.ff.quando prouoca.non est necesse.& per Cyn.& Ang.ibi, qui simpliciter dicit libellum procedere. sed Bal.ibi multum egregiè & subtiliter prosequitur.& in vers. denuo quæro. concludit quod ista forma procedit etiam in interlocutoria, quæ non expectat post se aliam diffinitiuam. vel si haberet rem diffinitiuè,aut determinaret totum negotium, vel partẽ substantialem, per l. intra vtile.ff.de mino. & sic etiam ex prædictis patet, quòd procedit libellus, dico sentẽtiam nullam, vel contractum nullum. & si valida vel validum sit, dico me læsum, & peto restitui in integrũ, vt d.cap.constitutus.& in c.cum olim.2.inf.de priu. & quod no.2.q.1. cap.primates. 17.distin. c.concilia,cum si. & l.Iulianus.§.si quis colludẽte. de actio. emp. Item etiam quando prouenit ex lege vel canone,si peto rem mihi venditam tradi,& si non tradatur, peto interesse, vt l. 1. ff.de actio.emp. Et ibi per glo. & Doct. vel si peto à B. 10. quæ extorsit à me per metum,& si non restituit, peto ipsum condemnari in quadruplum, vt l.si cum exceptione.§.1.& 2.ff.quod met.cau. tenet Hosti.in sum. in tit.de his, quæ vi metusve causa fiunt.§.si. in fi. Iaco. de Raue. Pet. & Cy.in l.si prouidetur. C.quod met.cau. possa set [a] etiam figurari exemplum per cap. ex literis. de pign. per c.cum causa. de emp.& vendi. & l.2. C.de rescind.vend.& per l.in re furtiua.ff.de condi.fur.& idem si hoc contingeret ex natura rei deductæ in iudicium, vt colligitur ex iuribus præallegatis, secundum Gof. & in c.Raynal.infra de testa.& glo.Inno. Hostien. ibi,& per Archid.3.q.3.cap.offeratur. talis enim conditio non reddit libellum dubium vel obscurum: sed clarum & concludentem in quolibet capitulo, vt patet in d.l.si cum exceptione. §.1. & 2. quia ibi non peto alternatiuè rem per metum ablatã,vel quadruplum: sed peto primò rem, & hæc petitio est certa & clara, & si non restituat eam vsque ad sententiam, peto quadruplum, & ista petitio similiter est clara & certa. similiter etiam possum petere rem à reo debitam, sub pœna,& si contraxerit, peto pœnam,vt no.gl. Inno.& Host.in d.c.Raynal. vel si peto à B.talem rem, quam sibi locaui, & si distulerit restituere vsque ad sententiam, peto cõdemnari mihi ad rem & ad æstimationem.no.glo.& Docto.in l.pe.C.locati. vel si peto à T. damnum quod dedit in arboribus meis,& fuerit inficiatus: peto duplum,vt tradit Spec.eo.titu.§.nunc videamus. versi. sed nũquid talis libellus. Aduerte tamen, secũdum Bal. in l.nõ quemadmodum. ff.de iudic. ꝙ per iura & exempla prædicta possemus dicere ꝙ regula nostra fallit, quando aliquid secundario vel accessoriè peteretur conditionaliter, vel secũdum Ang.in d.l. nõ quemadmodum. posset dici ꝙ regula fallit vbicunque oportet pendente iudicio conditionẽ existere. facit quod dixi in præced.fal. & idem generaliter potest concludere in omnibus similibus casibus. & ratio potest esse duplex. Prima: quia conditio purificatur cum ipso iudicio, vt dicunt Doct.in l.pen. C.loca. & Saly. ibi, & plerique in d.l.non quemadmodum. & in alijs iuribus supra allega. Secunda est fauor dirimendarum litium.arg.l.quidam æstimauerunt.ff.si cer.pe.no.Host. in d.cap.Rayn. & Henric. Bohic in d.c.constitutus. supra de rest. in integ. vbi prædicta ponit pro maiori parte.

¶ Quartò fallit, si pars non opponeret contra libellum: videretur enim procedere iudicium,per ea quæ supra dixi, in 2.limita. primæ & secundæ regu-
b læ. iudex tamen posset ex officio reijcere,[b] ne iudicium sit in pendenti, & ne fortè propter conditionis defectum fiat delusoriũ,per no.in d.l.nõ quemadmodum. sed si non opponitur, nec reijcitur: videtur procedere, dummodo vel quod conditionaliter petitur pẽdente iudicio adimpleatur. ad quod vide quod dixi supra in eod.artic.12. in 10.q.princ. versi. decimo quæro. ibi, si verò causa obligationis superueniet de nouo.

76 ¶ † Sexta regula sit,quòd libellus non debet esse sibi contrarius seu contraria continere,per c.2.infra vt lite non contest.& de appella.c.solicitudinem.& l.2.§.sed & si alij.ff.quãdo appel.sit. facit regula, vbi repugnantia.de reg.iur.lib.6. & quod no. in l.quod in hæredem. §.eligere.ff.de tribu. hæc tamen regula fallit,nisi vnum peteretur purè, & eius contrarium conditionaliter, & in ipso iudicio potest purificari, vel si eius contrarium peteretur conditionaliter ex natura rei. exemplum, dico sententiam nullam, & si qua est, appello, vel contractum nullum, & si sit validus, peto restitutionem in integrũ, & sic de singulis. nam & alia plura exempla potes colligere ex his, quæ dixi supra in præced.reg.in 3.fallen.Et vide quæ dicam in c.seq.art.29.& 30.

77 ¶ † Septima regula sit, ꝙ rescriptum habetur loco libelli. vnde si quis rescriptum impetratum ad litis contest. certam personam præsentat iudici, petendo quòd fiat iuxta formam rescripti: habetur loco libelli, vt no. Inno.in c.dudum.2. supra de elect. in gl.magna. pro quo facit c.præterea. infra de dila. Host.tamen ibi tenet contrarium, dicens ꝙ tex.ille non negat libellum offerẽdum. & idem Pet.& Abbas. & ad tex. illũ dum dicit, sed procedendum potius,&c. supple,scilicet, oblato libello,& lite contesta.&c.aliàs cõtradiceret c.1.sup.eo.& c.1. de li.con testa. quinimo plus voluit Host. quod si rescriptum originale, in quo nil petitur: licet ibi omnia exprimantur, tradatur loco libelli: quòd non sufficiat, vel sententia quæ nõ est ferenda lite non contest.de quo

ADDITIONES.

a ¶ *Melius in cap.cum dilecti. de contrahen. emptio. vbi Abb. no.*

b ¶ *Iudex ex officio parte non petente potest libellum incertum & obscurum reijcere.adde gl.& ibi latè Mod. in l.1.ff.de asseßo. vltra ea quæ adnotantur per Ange. & Doct.in l.fin. C.de anna.excep. & limita etiam hanc materiam, vt per Ias. in l.1.in 1.no.ff.de eden.*

quo dicetur infra, vt lite non contest. sed do. Anto. Do. meus, & Io. de Imo. in d. c. præterea. dicũt quòd dictum Host. procedit in iudicijs plenarijs: secus in summarijs, in quibus sufficit qualisqualis petitio, vt dixi supra in c. præced. in §. princ. art. in 2. fal. & pluribus sequẽ. quia tũc secus est petere à iudice, prout in rescripto continetur: & ideo si scribitur pro aliquo beneficiando, satis est quòd impetrans dicat executori, supplico vel peto quòd exequamini mandatum vobis iniunctum. tenet Io. Andr. in c. accipimus. supra de æta. & qualita. & Bal. in l. beneficium. ff. de consti. Principum. bene facta hac implicita petitione, sufficit rescriptum pro libello: non tamen sufficit copia extraiudicialis missa, sed debet produci ipsum originale, seu copia authentica, & peti per omnia in iudicio præsente parte, prout in rescripto continetur, vt voluit notabiliter Innocen. in d. c. dudum. & Archid. 3. quęst. 3. offeratur. & Specu. in tit. de præben. §. 1. vers. in his autẽ. Aduerte tamẽ, quia pro prima opi. quòd rescriptum productum coram iudice habeatur loco libelli, videtur glo. ordinaria in Authen. de iudicibus. §. audient. colla. 6. facit etiã authen. qui semel. C. quomodo & quando iud. vbi oblatio libelli & preces oblatæ Principi, & iudici directæ, & per ipsum aduersario insinuatæ, æquiparantur. facit etiam quod notat Bart. in l. 1. §. libelli. ff. de appel. vbi Bart. vult quòd sufficiat coram iudice ad quem, producere libellũ appellationis interpositæ coram iudice à quo, & petere quòd super illa appellatione procedatur, & erit loco libelli. facit text. in Auth. de his qui ingrediũtur ad appellationem. in princip. Et fuit no. Innocen. secundum Ange. in l. si quis filio exhęredato. §. hi autem omnes. ff. de iniusto testam. Et ibi tradit Io. de Imo. qui tamen concludit quòd tutius sit dare libellum, quàm solũ producere rescriptum. Ego arbitror posse distingui, quòd aut quæritur vtrum rescriptũ habeatur loco libelli quo ad iudicem, & dicendum quòd sic. ita procedat gl. in §. audient. aut quo ad partem, & subdistinguẽ quòd aut in rescripto non solùm contineatur narratio, sed etiam petitio respectu partis, & pars præsentando petijt fieri prout rescripto continebatur, ita procedat prima opin. & c. præterea. & authen. qui semel. aut rescriptum non continet nisi narrationem & commissionem, & tũc aut causa est talis naturæ in qua possit procedi sine libello, vel propter naturã causæ, vel propter eius paruitatem, vel quia superior, qui habet potestatem, committit quòd procedatur sũmariè, & sine figura iudicij, &c. Et rescriptum productum coram iudice, habetur loco libelli, ex quo in talibus sufficit simplex narratio,
a etiã per modum postæ, [a] vt latius dixi in c. præced. in §. princ. art. fal. 2. & pluribus sequentibus. aut causa est magna & talis naturæ, in qua debet ordinariè & plenariè procedi: & tunc nõ sufficit rescript. producere, sed est necessarius etiam libellus. & ita procedat dictum Host. in d. c. præterea.

78 ¶ †Decimoseptimò principaliter quęro, quę sint iudicia vniuersalia, & sub qua forma in eis sit concipiendus libellus. SOL. Dic secundùm Innocen. in c. conquerente, supra de officio ordinarij, quòd sunt quatuor quæ competunt pro hæreditate duntaxat, cuius nomine comprehẽditur vniuersum ius defun
b cti. ff. de verb. sig. in l. hæreditas. Et ista sunt petitio [b] hæreditatis, familiæ erciscundæ, actio ex testamẽto, quæ datur pro hæreditate ex Trebelliano restituenda, & actio ex empto, quæ datur, quoties hæreditas emitur. dicit tamen hic Do. meus, quòd licet Inno. dicat, quod sunt 4. tamen debet intelligi quòd de istis tantùm iura apertè faciunt mentionem, sed alię multæ sunt, quæ possunt dici vniuersales ad similitudinem istarum 4. vt quãdo petitur villa vel castrum, vt sentit Inno. in cap. cum ad sedem, infra de restitu. spol. & Barto. in l. 1. ff. de eden. vel si petitur ecclesia cum pertinentijs, vt dixi supra, eod. articu. in q. 5. in 1. membro. similiter etiam si ex non facta specificatione capitum, secundum Do. meum, Ioan. de Imo. & Zab. hic, & Bal. in rep. l. edita. C. de eden. vers. circa 4. per l. Marcellus. ff. de rei vẽdi. idem si peto præbẽdam cum plenitudine iuris canonici, secundum Ioan. de Imo. hic & Specu. in titu. de act. & peti. §. sequitur. in prin. per c. proposuit. inf. de cõces. præbẽ. vel si petitur locus cum finibus suis, per Spec. ibi, per cap. Abbate. in princ. de re iud. lib. 6. vnde dicit Bar. & sequitur Do. meus hic: potest dici actio vniuersalis, quando datur ad id quod de sui significato multa in se vniuersaliter contineat, siue sit vniuersitas iuris, vt hæreditas, vel l. bonorum pos. & similis, siue sit vniuersitas facti, vt peculium. de quo Do. meus remittit, & bene ad ea, quæ tradũtur in l. 4. ff. de pec. sed circa prædicta dubitatur, an petitio iuris episcopalis sit vniuersalis vel generalis. Innoc. fuit sibi contrarius, quia in cap. significasti. infra, de sepul. dicit ꝙ cõtinet vniuersitatem, sicut in hæreditate, & habet nomẽ à iure impositum. vnde ex se, sine alia expressione, est apta plura vniuersaliter comprehendere, sicut grex: sed in c. conquerente. supra de offic. ord. videtur sentire quòd sit generalis. sed primam opi. sequitur hic D. Anto. & D. meus, pro qua allegat c. cum venerabilis, & infra, de excep. vbi ius Episcopale fuit petitum vniuersaliter, nec in prosequutione aut in sententia fuerunt aliqua facta specificata, sed simpliciter fuit adiudicatum ius Episcopale. idem etiã habetur in c. cum venerabilis. inf. de reli. dom. Et adde quæ dixi supra, in quinta quæstio. princ. in 1. memb.

79 ¶ †Qualiter autem sit concipiendus libellus in istis iudicijs vniuersalibus? dic ꝙ in petitione hæreditatis sufficiat dicere, quia sum hæres, & peto ipsius hæreditatem, prout sentit glo. nostra hic in ver. in vniuersalibus. & glo. in l. 1. ff. de eden. in prin. sed Barto. ibi dicit quòd ista non est bona forma libelli, quia eo ipso ꝙ est hæres, habet hæreditatem, prout est ius, quia adita hereditate, omnia iura in nos transeunt, licet nõ transeat corporalis possessio, nisi comprehendatur, vt in l. cum hæredes. ff. de acqui. poss. non ergo est necesse petere hæreditatem. vnde libellus debet ita concludere: peto me pronunciari hæredem,

---

ADDITIONES

a ¶ *De hoc libello per modum postæ, vide etiam Soci. cons. 96. col. 3. vers. sed quid plura. lib. 1.*

b ¶ *Petitio hæreditatis est iudicium vtile, debet tamen declarare is, qui petit, an sit hæres ex testamento, an verò ab intestato, vt Alex. cõcludere videtur in cons. 121. col. 7. lib. 1. & de istis vtilibus, vide latè per Bar. & Moder. in l. 1. ff. de eden.*

redem: & aduersarium cogi ad restituendum quicquid tenet & possidet de dicta hæreditate. Et ita firmauit iurisconsultus in l.licet.ff.de peti. hæred. Et ibi Bald.& Doct. dicit tamen d. Ma. quod opi. glo. hic potest sic sustineri: videlicet, cùm dico, peto hęreditatem: quia sum hæres,& peto res hæreditarias vt eas possideam proprio nomine. facit l.1.ff.de rei vend. Sed primus modus est verior & notabilior, secundum eum. Dicit enim hic Io.de Imo.quòd licet talis libellus posśit sustineri, per id quod habetur in l.1.ff.si pars hæreditatis petatur. & per no. per Bar. in l.ex diuerso. §.1. ff.de rei ven. tamen aptior est libellus Barto. & bene dicit: ergo secundum facti contingentiam debes formare libellum sub hac forma, Coram vobis, &c. dico ego M. qualiter A. defunctus est ab intestato, vel condito testamento: cuius ego sum hæres in solidum, vel pro parte: prout hic in facto contingit. dico etiam quòd B. possidet talia bona hæreditaria, quæ denegat mihi restituere: quare peto vestra sententia declarari me esse hæredem insolidum pro parte: qua declaratione facta, peto per vos & officium vestrum condemnari dictum B. ad restituendum dictas res, & eum condemnatum cogi & compelli ad ipsas res hæreditarias restituendas per vos & officium vestrum. Petitur enim declaratio sicut in reali: quia petitio hære-
a ditatis etiā est actio in rem,[a] vt l.licet si ita lege.§.petitio.ff.de petit.hæred. & ideo debet concludi declaratoriè sicut in reali, vt dicit Bal.in d.l.edita.in repe. in ver.post hæc generalia. Et aduerte, quia (vt dixi) secundum facti contingentiam debet dicere, an sit hæres ex testamento, vel ab intestato, & an insolidum pro parte prout in facto contingit, per l.1.& 2.iuncta l.licet minimam.ff.de petitio.hæredita.no. Bald. in additio. Specula. in titu. de actore, & vide Specu. in titu. de iudic. in §.1. in 4.parte. vbi ponit varias formas libellorum in petitione hæreditatis: in possessoria hæreditatis petitione, & in similibus, & vniuersalibus iudicijs. Et vide quæ dixi in 5.quæstio.princ.in primo membro.& vide etiam quod dicam in seq.quæst.

80 ¶ † Decimooctauò principaliter quęro, quę sint iudicia generalia, & qualiter in ipsis formetur libellus. Sol. Dic ꝙ iudicium generale dicitur illud, quod continet sub se plura specialia, & non tamen ius vniuersum, vt actio negotiorum gestorum, tutelæ, & pro socio, vt dicit Innocen. in c.conquerente. supra de offi.ord.& differt iudicium generale ab vniuersali, secundum Barto.in l.1. ff.eodem. quia vniuersale secundum propriam ipsius naturam datur ad declarandum ius actoris, vt dixi in quæstio. præced. Sed restitutio rerum in ipso iudicio fit officio iudicis, vt in l.licet. & l.4.ff.de peti.hæred.& supra dixi in præced.quæst. & ideo in vniuersali nō est necessarium, nisi quòd declaretur actorem esse hæredem: & est ista sententia maximi effectus: quia licet non declaretur res petitas esse hæreditarias, vel per conuentum possessas, quia fortè non possidebat: tamen si post sententiam petam sententiam mandari executioni in his rebus, & conuentus negaret illas fuisse in hæreditate, tenebitur restituere, facta probatione, quòd res fuerint hæreditariæ, per no.in l.à diuo Pio.§.si super.ff.de re iudic.& in l.4. ff.de petitio.hæred. secundum Barto. in l.1. ff. de eden. quod dicit notandum, & sequitur hic Dom.me. Iudicium verò generale datur ad reum cōdemnandum, & ideo debet probari, vel super quo debet fieri condemnatio. Et ideo sententia quæ fertur super hoc iudicio, non parat præiudicium in effectu: nisi in causis quas actor prosecutus est, vt l.licet. de peti.hære. Et vide omnino quæ dixi supra eo.artic.in 5.q.prin. in 2.membro.

81 ¶ † Vtrum autem petitio iuris Episcopalis dica-
b tur iudicium generale vel vniuersale,[b] dixi in q.præced. & quid iuris, si actio sit de sui natura singularis, sed agitur ad pluralitatem rerum, vt puta, peto omnia quę tibi obuenerunt ex testamēto, codi.vel quæ possiden. in tali loco, vtrum per accidens dicatur actio generalis. Specu. in tit.de actio. & petitio. §.sequitur. versic. quid si peto. dicit talem libellum generalem. & idem tenet Iaco.de Are.in l.de pupillo qui nunciat. ff.de no.oper.nuncia. Innoc. tamen in cap.cum ad sedem.inf.de restit. spol.videtur velle quòd non admittatur talis petitio sine alia declaratione, seu expresśione rerum, & sic non dicitur iudicium generale: quia tunc admitteretur, vt dixi in d.5.q.in 2.membro. sed contrarium sensit Inno. in cap.certificari, infra de sepul.lib.2. in princ. magnæ glo. vbi videtur velle quòd talis petitio dicatur generalis, & sufficiat quòd in processu exprimātur res. & idem etiam videtur velle hic Dom. me. Anton. dicens, quod propter adiectio. signi vniuersalis seu generalis, dicatur petitio generalis. sed Io. de Imo. hic plus placet prima opin. & etiam mihi. qualiter autem sit concipiendus libellus in iudicio generali. gl. hic vult quod sufficiat dicere, peto rationem administrationis tutelæ. sed tu in hac materia tam tutelæ, quàm negotiorum gestorum, & pro socio, vide quamplurimas libellorum formas secundum varias contingentias, per Spec.in ti.de iud.§.generalia. in 4. parte.

82 ¶ † Decimononò principaliter quęro de iudicijs singularibus, seu specialibus. Sol. Dic, quòd sunt rei vendicatio, actio depositi, commodati, locati, precarij, & similes, in quibus nihil vniuersale aut generale petitur. Et in his, secundum varias occurrentias qualiter sint formandi libelli, videbimus sub congruis titulis, & vide varias formas per Spec.in ti. de iud.§.specialia.in 4.parte, & etiam in singulis titulis, quibus conuenit formatio libelli per totum progresśum illius 4.partis. Et vide remisśiones, quas statim faciam in q.21.

83 ¶ † Vigesimò principaliter quæro de iudicijs cōmunibus. Sol. Dic quòd sunt tria, scilicet, finium regun. familię ercisc.& communi diuid.& dicuntur cōmunia: quia quilibet potest esse actor & reus, vt in l.in tribus.ff.de iu.& quamuis, supra 17.q.posuerim

ADDITIONES.

a ¶ *Petitio hæreditatis, est actio in rem. At tu vide latè Alex. & Moder. in rub.ff.si cer. pe. & in l.si finita.§. Iulianus, in 3.col.de dam.infe. & Aret.in l.3.§.genera. de acquir. poss. vbi mistam esse contendunt.*

b ¶ *Qualiter differat iudicium vtile à generali, & de modo concludendi in eo iudicio, vide Ro. in consi. 211. & Alexan. qui limitat dicta Bart. in d.l.1. Alexan. in consi.187. colum.1.lib.6.*

rium iudicium fami. ercisc. inter iudicia vniuersalia, tamẽ ibi ponitur alio respectu, videlicet ratione vniuersitatis. hic vero repetitur alio respectu, videlicet, quia vterque hæres, quando esset actor & reus, & ideo ponitur inter communia. & vide per Specu. in titu. de iu. §. communia. vbi ponit varias formas libellorum in istis iudicijs, & de forma etiam libellandi in istis iudicijs, vide Bald. Insti. de act. §. quædam actiones.

24 ¶ † Vigesimoprimò principaliter quæro, pro expeditione istius 12. prin. art. quæ sint formæ libellorum in singulis actionibus. Sol. Vt dixi supra, in princ. ego solummodo intendo hic istam q. expedire per remissiones, quia nimium longum esset in singulis actionibus libellum conficere, sed Deo duce, sub congruis titulis procedente tempore adaptabimus. sed præter generalem remissionem ad Rofr. & Gofr. in libellis eorum, tam iuris canonici quàm ciuilis, & Spec. in quarta parte sui operis, per totum, accipe pro tunc istas remissiones in confessoria & negatoria, qualiter sit concipiendus libellus. vide Bald. Insti. de act. §. æquè. & per Barto. in l. si prius. ff. de oper. no. nun. in officio rescindenti, & in rescissoria tantùm: Et in officio rescindenti, & rescissoria simul, vide Bal. Inst. de actio. §. rursus. de libello verò formando in restit. in integr. vide Bal. in l. si quidem. C. de rebus cred. & Barto. in l. minor autem magistratus. §. 1. ff. de mino. in reuocatoria & in hypothecaria contra debitorem, & cõtra tertium, vide Bal. Institu. de actio. §. item Seruiana. & per Barto. in l. si fundus. §. si res. ff. de pignoribus. & l. rem alienã. ff. de pigno. actio. vide etiam in cap. ex literis. infra de pigno. Et in actione, qua dominus tenetur de pec. Et in actione de constituta pecunia, & institoria, & in actione in factum, quæ oritur ex iureiurando informiter, vel formiter præstito, vide Bal. Instit. de actio. §. in personam. Item contra eum, qui corrupit vel substulit album: Et contra eum, qui vocauit in ius sine venia: Et contra vi eximentem vocatum in ius: & contra eum, qui dolo fecit quominus quis veniret in iudicio, vide Bald. Institu. de actio. §. pęnales. in actione verò depositi, in varijs casibus: Et actione furti manifesti, vt bono. rapt. & contra hæredem, qui passus est pro legato ad pias causas relicto, qualiter sit concipiendus libellus, vide Bald. Institu. de actio. in §. sequens diuisio. in actione verò serui corrupti: Item si dictus seruus res subtraxisset in actione quod me. causa: Et de calumniatoribus, quando quis recipit ab alio vt calumniam faceret, & committeret contra me, vel si recipiat à me ne vexet me calumniosè: Et cõtra executores recipientes vltra, quàm debeant recipere, vide per Bald. Instit. de actio. §. omnes autem actiones. in actionibus autem arbitrarijs, in quibus duæ feruntur sententiæ, vt in actione prima ad exhibendum, & in actione secunda ad exhibendum post condemnationem. Et quid si aliquis vellet cum ipsa actione ad exhibẽ. intentare rei vẽdicationem, vel publicianam, quod fieri potest, secundum aliquos. Et in actionibus arbitrarijs, vbi vertitur officium iudicis, vt quis condemnetur propter id quod certo loco dare promisit: Et in actione arbitraria in qua versatur officium iudicis propter dominium datum per seruum, qualiter libellus concipiatur, vide per Bald. Institu. de actio. §. præterea quasdam. Et si debes mihi cẽtum & quia non reddidisti in tempore, oportuit me accipere sub vsuris. vide Specu. in titu. de lit. contestatio. §. 1. vers. & his autem. Et in materia quartarum, vide Innocen. in ca p. certificari. infra de sepul. in materia verò iuris Episcopalis, vide Innoc. in cap. conquerente. de offic. ordi. & in c. constitutus. de religio. Et quãdo agitur [a] remedio canonis, redintegranda. Lapus alleg. 51. Et in possessorio recuperandæ, vide Ioan. Andr. in regula, qui per alium. de reg. iu. lib. 6. & quod traditur in cap. consultationibus. de offic. delega. Et in interdicto, quod vi aut clam. vide Bart. in l. competit. §. in summa. ff. quod vi aut clam. de quibus latius dicam in titu. de restitu. spol. de forma vero libelli in appellatione à grauamine cõminato, & ab interlocutoria, vide per Specu. in titu. de li. contesta. §. 1. ver. si tamen in causa. in 3. parte. in alimentorum verò petitione vide Barto. in l. 1. ff. de ali. & cib. leg. & quid si à pluribus debeantur. vide Barto. in l. 3. eod. titu. & quid in alimentis debitis ex testamento, vel iure sanguinis, aut ratione seruitij, vide Bar. in l. libertis. la finale. §. 1. eod. titu. de ali. leg. Et quando petitur castrum vel ciuitas tanquam impropria, vel Episcopus, vel patronus petit aliquod ius in ecclesia. Inn. in c. cùm venerabilis. de relig. do. qualiter autem cõiunctus pro coniuncto sine mandato pro solutione illi debita debeat libellare, Bart. in l. vero. §. 1. ff. de sol. Et quãdo vnum venit in obligatione, & aliud in facultate soluendi, vide Barto. in l. si quis stipulatus. ff. de sol. Et quando aliquid petitur eligendum, ponit Bar. in l. si pluribus. ff. de leg. 1. & quando filiusfamilias iussu patris adiuit hęreditatem, & non vult illam restituere, tradit Ioan. Andr. in addit. Specu. in titu. de conuersio. infidelium. §. 1. versic. exhibito. & si petitur confirmatio electionis, tradit Inn. qualiter libellari debeat, supra de transac. cap. de cætero. in retractatione verò attentatorum post appella. extraiudicialem tradit Innoc. supra de elect. cap. cùm nobis olim, vt infra de appel. c. consuluit. Et si duobus insolidũ eadem res legetur, & vna sit soluta, qualiter alter debeat libellare, traditur in l. si res. de legatis tertio. & quando petitur æstimatio, quia legatur res aliena, vide Bartolum in l. apud Iulianum. §. primo. & in l. planè. §. si rem. ff. de legatis primo.

¶ A. B. Vigesimosecundò principaliter quæro, quid si simus in causis & casibus, in quibus non est necessarius libellus, sed tamen pars illum dedit, sed non est in forma debita, an teneat. Sol. Dic vt dixi supra, capitu. primo, articu. 5. in fine. Ma. Et ex his (Deo duce) habes expeditum duodecimum principalem articulum.

¶ Decimotertiò princip. articu. examinanda est materia de varijs clausulis, quæ in libellis consueuerunt apponi, vltra ea quæ dicta sunt in præcedenti articulo, circa quem articu. prosequar infrascriptas quæstiones.

¶ Prima,

ADDITIO.

a ¶ *Si agatur ex remedio canonis, redintegranda. 3. quæst. 1. vide modum procedendi per Alexan. in consilio 117. per totum, lib. 2. & cons. 6. col. 2. versic. capio secundum, lib. 3.*

¶ Prima, de clausula expensarum.

¶ Secunda, de clausula, omni meliori modo, &c. & petens sibi iustitiam, &c.

¶ Tertia, de clausula, proponens omnia & singula iura.

¶ Quarta, de clausula, non astringens se, &c.

¶ Quinta, de clausula, saluo iure addendi.

¶ Sexta de clausula illa, saluo iure calculi, vel plus vel minus, prout probabitur.

85 ¶ † Quò ad primam q. dic quòd post illa verba quæ in libello apponuntur, petit vestra sentẽtia condemnari dictum B. & cõdemnatum, &c. subijcitur

a communiter clausula, & petit expẽsas [a] factas, & de fiendis protestatur. sed melius est dicere, & fiendas, per ea quæ tradũtur in c. finem. infra de dolo & contu. & quæ latius dixi in c. calum. infra de pœnis.

86 ¶ † Quò ad secundam quæst. dic, quòd post dictam clausulam cautela est, vt apponatur clausula, videlicet, & prædicta omnia, & singula narrat, & petit omni meliori modo, via, iure, & forma quo, & quibus magis & melius fieri potest, secundum formam iuris & statutorum: petens in prædictis sibi fauorabiliter iustitiã ministrari. sed tu notabilius iuxta consuetudinem meam dicas, & prædicta omnia & singula narrat & petit omni meliori modo via, iure, & forma, quæ & quibus magis & melius fieri potest, & debet, secũdum narrationem & petitionem, aut secundum narrationem, vel secundum conclusionem, & secundum formam iuris, seu sacrorum canonum, & seu statutorum, & seu synodalium constitutionum, vel secundum consuetudinem, secundum quòd melius & aptius potest congruere intentioni suæ petens in prædictis & circa prædicta, non solum vt petuntur, sed etiam vt narrantur, & rei veritas est, fauorabiliter sibi iustitiam ministrari. hæc clausula est valde vtilis ad plura, & habet multos effectus.

87 ¶ † Primus effectus est, vt videatur intẽtata actio competens & apta, vt no. Inno. in c. 2. infra, de ordi. cog. & ibi Ioan. And. & D. Anto. & sequitur Bal. in l. incerti. C. de interdictis. quæst. 15. & in l. edita. C. de eden. & in l. fin. C. de anna. excep.

88 ¶ † Secundus effectus est, secundum Ioan. Cal. in d. c. 2. qui dicit se in q. facti obtinuisse propter istam clausulam, quòd si actor in libello narrauit respi-

b cientia petitorium [b] & possessorium, & cõcludit expresse in possessorio, addens clausulam prędictam: poterit postea super petitorio probationes inducere, quia hæc clausula potest vtrunque complecti. & ex quo in narratione facta fuit mentio de vtroque, licet cõclusiõ facta fuerit in possessorio: tamen hæc clausula debet referri etiam ad petitoriũ narratum, vt verba aliquid operentur, in cap. si Papa. de priuilegijs, & quia talia debent esse subiecta, qualia prædicata permittunt seu demonstrant, & in cap. inter dilectos. ver. cæterum. infra, de fide instr. & l. 3. & ibi Barto. ff. de fun. instru. & in l. qui vinum. ff. de vino leg. & in ambiguis fit interpretatio pro libellante. l. si quis intentione. ff. de iud. & tenet idem dominus Anto. in cap. 1. supra, de iud. & Moderniores in l. 1. ff. de eden. & Do. meus in d. c. 2. de ord. cog.

89 ¶ † Tertius effectus est, secundum D. meum in d. c. 2. qui sequitur ex prædictis satis notabilis. videlicet quòd vbi ex narratione facti possunt elici plures actiones, quarũ aliquæ sunt aptæ, & aliquæ ineptæ, & concluditur super inepta, quòd propter hãc clausulam subiectam, licet libellus aliàs ineptus, non tamen debet reijci, sed sustentari & potest probatio induci super apta actione, quia illa clausula generalis debet referri ad aptam actionem, ex quo potest colligi ex narratione facti per rationes statim assignatas in effectu præcedenti. facit quod no. Innoc. in c. in præsentia. supra, de renun. & in simili in c. sicut. de re iu. secus vbi ex narratione non posset comprehendi causa seu actio apta: quia tunc illa clausula generalis non potest verificari vltra narrata, quia referri debet tantum ad præcedẽtia, vt in c. 2. requiris. & in c. intimasti, infra de appel. & quia talia debent esse subiecta, &c. vt statim dixi.

90 ¶ † Quartus effectus est, secũdum Io. de Imo. in l. si cum nulla. ff. de re iud. vbi dicit quòd dicta clausula operatur, si fortè actor in libello solum petit aduersarium cogi ad soluẽdum, & non petit eum condemnari, quo casu regulariter non videtur procedere libellus, vt tradit Bar. in d. l. si cum nulla. & probatur in l. 1. C. de execu. rei iu. tamen propter talem clausulam libellus sustentatur, vt propter dicta verba, petẽs sibi iustitiam, &c. omni meliori modo, &c. tacitè in effectu videtur etiam condẽnatio. pro quo etiam allego, quia ille, qui vult consequens, videtur velle necessarium antecedens ad illud consequens, vt in l. ad rem mobilem. & l. ad legatum. ff. de proc. & in l. olympico. ff. de serui. vrb. pręd. & probatur in cap. 1. supra, de offic. deleg. & propter hoc argu. quidam voluerunt quòd etiam sine prædicta causa præ

c dictus libellus procedat.[c]

91 ¶ † Quintus effectus est, quòd ratione dictæ clausulæ procedit libellus sine aliqua conclusione, quia illa dicitur intentata, quæ potest colligi ex narratione, secundum Innoc. in d. c. 2. tenent Moderniores Legistæ in l. 1. in prin. ff. de eden. & Do. meus in c. 1. supra, de offic. deleg.

92 ¶ † Sextus effectus, qui similiter sequitur ex prædictis est, quòd licet in libello egerim ex cõfessione mutui vel depositi, quòd debeo succumbere, si probaui verã causam, scilicet, mutuum uel depositum, quia alia est obligatio, quæ inducitur ex cõfessione, alia, quę inducitur ex mutuo seu deposito, vel simili causa. & sic probãdo causam, propter diuersitatem obliga-

ADDITIONES.

a ¶ *Debet actor reum in expensis condemnari petere in libello, & reus actorẽ in exceptionibus suis, aliàs iudex non condemnat. vide Bal. in l. properandum. & ibi Mod. in §. sin autem alterutra. in fi. C. de iudi. & qualiter fiat talis condemnatio, vide Alexan. in cons. 37. lib. 2. inci. viso & opportunè discusso.*

b ¶ *Si actor narrat id quod respicit & petitorium & possessorium ex clausula, omni meliori modo, &c. videtur intentasse id quod probabitur. adde quæ no. Alex. in cons. 121. lib. 1. & Socin. cons. 262. lib. 2. col. 1. vers. & in primis. & in alia materia quid operetur, vide Fely. qui enumerat 6. effectus in cap. cum super. in fine, de offic. deleg.*

c ¶ *Quod procedat libellus, in quo petit actor reum cogi ad soluendum, vide Fely. in cap. 2. de offic. deleg. & ibi Dec. qui dicit hanc esse communem opinionem.*

obligationis: non debeo obtinere, secundum Do. Ant. in c. si cautio. de fi. instru. de qua q. per Io. An. post Nicolaum Ma. in addi. Spec. in titu. de teste. §. 1. vers. sed pone egi. tamen propter prædictam clausulam sustentatur dictus libellus, & posset sequi condemnatio, vt voluit Io. de Imo. in d. c. si cautio. vers. quid autem econtra. antepen. col. sed aduerte, quia licet prædicta clausula habeat prædictos effectus: tamen hoc videtur procedere, quando essemus in ambiguo, vel in incerto, quia tunc libellus vigore dictæ clausulę adaptaretur ad illam conclusionem quæ aliquo modo colligi posset ex serie libelli. secus si petitio est prorsus deformis. & probata non conueniunt petitioni, quia tunc inepta petitio expressè intentata, nunquam trahitur ad diuersam, & aliam alterius naturæ & formæ. licet enim cõclusio quandoque colligatur ex medijs in libello deductis: tamen hoc videtur procedere, quando est incerta. secus si certa. hoc sentit Bald. in l. 2. C. de peti. hære. & quidam Moder. in l. 2. §. 1. ff. de verb. obl. aliàs frustratoria redderetur dispositio l. primæ. ff. si men. fal. mod. dixe. & l. libellus. ff. de pact. do. & quia in incertis non certis, locus est coniecturis, vt l. continuus. §. cùm ita. ff. de ver. obl. & quia expressum præualet tacito, vt l. precibus. C. de impu. & alijs substi. & probatur in c. examinata. supra de iudi. quia clarum est quòd omnia iura positiua degenerant in processu & sentẽtia Principis, vt in c. in nostra. infra de sepul. & tamen Papa in d. c. examinata. absoluit reum propter ineptã petitionem, licet actor potuisset aptam intentare, quam Papa eidem reseruauit. ego arbitror quòd si ex narratis potest aliquo modo elici apta conclusio, cui conueniant probationes postea factæ: procedat libellus vigore dictæ clausulæ, &
a habeant locum quæ superius dicta sunt. Secus [a] si actio seu petitio, seu conclusio expressa, seu etiam non expressa, quæ tamen competeret actori, nullo modo congruit narratis, aut deductis in libello: tunc procedat quod statim dictum. & ita intelligo c. examinata. facit quod tangit Dominus meus in c. super literis. supra de rescript. Et idem etiam videtur sensisse Do. meus in cap. 2. de ord. cog. notandum etiam quòd quidam volunt, vt dicit Io. Petrutius in l. 1. in prin. ff. de eden. quòd dicta clausula non tollit vitium contrarietatis, quia ipse libellus semetipsum excludit. ar. l. 1. de fur. quod dictum mihi nõ placet, eo quòd per verba dictæ clausulæ, omni meliori modo, &c. potest dici sublatum illud quod faciebat contrarietatem, si alterum quod remanet iunctis probationibus factis, concludit, & sufficit ad intentionem libellantis. est etiam aduertendum quòd licet communis vsus sit & practica, vt dicatur, petens in prædictis, &c. sibi iustitiã ministrari, secundùm formam iuris & statutorum, vel secundùm legum & canonum statuta. ad quod vide tex. in c. 1. infra, de oper. no. nunc. Et ista accumulatio videtur posse fieri, vt ibi, & vtilis esse, vt plurium iurium auxilium accumuletur. nam si simul ad idem concurrunt, fortiora erunt iura actoris. facit quod no. 10. dist. c. fin. & quod dixi in d. c. 1. de ope. no. nunc. in glo. 2. ego tamen sum solitus formare & accumulare dicta auxilia, non copulatiuè simpliciter, sed cum copulatiua & disiunctiua, & seu, vt dixi. Et hoc vt euitetur contrarietas vel diuersitas, quæ quandoque in talibus reperitur. ad prædicta tamen vide Bart. in l. rerũ amotarum. la prima. ff. rer. amo. vbi dicit quòd licet quidam dicant quòd iste libellus, peto ipsum condemnari secũdum formam iuris & statutorum, non procedat, quia proponit actionem de iure communi & cõdictione ex iure statutorum, contra l. quod in hæredem. §. eligere. ff. de tributoria. contrarium tamen determinat Bart. quia vt sæpius dictum est,
b verba libelli debent interpretari in fauorem [b] libellantis. vnde cum dico, secundum ius & formam statutorum, debet intelligi, id est, secundum statuta à iure approbata, per istam l. rerum. iuncta gl. pro qua vide bonum text. de iure cano. in c. cum venissent. infra, de eo qui mit. in poss. causa rei ser. vel interpretabitur, id est, condemnetur secundum ius, & procedatur secundum formam statutorũ. vel intelliguntur secundum iura non reprobata per statuta, secundum quod actori vtilius visum fuerit. tangit Bal. in l. Gallus. §. si eius. ff. de liber. & posth. & in repe. l. obseruare. §. proficisci. ff. de offic. procons. & leg. & in l.
c sed & si quis. §. quæsitum. ff. si quis cau. & Barto. [c] in l. rerum amotarum. ff. rer. amo. & Bald. in l. 1. C. de confes. & l. edita. C. de eden. & Ponta. in l. post dotẽ. ff. sol. mat. versic. septimo dubitatur. ¶ Et sic patet ex prædictis quòd appositio dictæ clausulæ est valde vtilis. in contrarium tamen arguit Bal. in l. ius pluribus, prope fi. ff. de iust. & iu. dicit enim quòd propter dictam clausulam, petens sibi iustitiam ministrari, dici possit quòd sententia lata pro libellante non habente iustitiam, nõ valet, quia non esset conformis libello, per l. vt fundus. ff. commu. diui. & quæ latius dicam in cap. sequen. in 34. arti. decidit tamen Bal. in contrarium, quia ius & iustitia fori intentata est, quæ est secundũ quod iudici videbitur, vt d. l. ius pluribus. subdit tamen quòd tutius est nõ ponere dicta verba in libello, licet approbetur per cap. 1. de ordi. cog. sed tu dic quòd imò est valde vtilis, & per ipsam sustentabis infinitos libellos, qui sine ipsa de iure sustentari non possent. & ad materiã istius clausulæ, vide quæ tetigi supra, in 12. princ. art. in 10. q. princ. versi. decimò quæritur. ibi, secundo casu, cum agitur actione singulari.

93 ¶ † Tertiò quæro de clausula illa, proponens ad prædicta omnia & singula iura sibi competentia & competitura. Sol. Dic ex mente Bal. in l. Titiæ textores. ff. de leg. 1. & ista clausula est vtilis ad hoc, vt quis non videatur se astrinxisse ad probandum non necessaria, sicut dicã in seq. q. vtrũ aũt prosit quò ad iura

ADDITIONES.

a *¶ Adde benefacere, quæ dicit Alexan. in consil. 121. circa fi. vers. non obstat. lib. 1. vbi is qui probauit depositum, cum fuerit actum super commodato, non potuit obtinere.*

b *¶ Adde Soc. cons. 39. lib. 1. col. 6. vers. verum quia.*

c *¶ Et opin. Bar. videntur cõprobare Abb. & post eum Dec. in c. licet causam. de prob. & vide per Mod. in l. vbi autẽ non apparet. §. illud, aut illud. vbi agitur de libello incerto. ff. de verb. obl. & de illa clausula, petens ius & iustitiam sibi ministrari, vide latè Mod. in l. petens. in 2. col. C. de pact. & Alex. cons. 121. col. 2. lib. 1. & Soc. in cons. 39. col. 4. cons. 283. col. 10. cons. 252. col. 2. & alibi sæpe.*

iura superuenientia: collige ex his, quæ dixi in 12. artic.princ.sub 10.q.prin.ver.10.quæro.

94 ¶ † Quartò quæro de clausula, quæ postea communiter subijcitur, nõ astringens se,&c.qualiter formetur,& quis sit effectus. Sol. Dic quo ad primũ ꝙ subijcitur sub infrascripta forma, non astringens se ad probandum omnia prædicta, nec ad aliquod onus probationis superfluæ: nisi quatenus & duntaxat sibi sufficiat ad victoriam reportandam. quantum vero ad secũdum, quis sit effectus, dic quod effectus est vt verbum sonat, videlicet quia non astringitur ad probandũ omnia narrata: sed ea duntaxat, quæ sibi sufficiunt ad victoriam reportandam, secũdum Ioan.de Imo.in l.si cum nulla.ff.de re iudi. vbi dicit se respondisse Paduæ in quæstione de facto, quod licet actor diceret in libello, peto decem, quę dico mutuasse iam sunt quinque anni, ꝙ si testes dicunt & probant mutuum, dicentes quod viderunt mutuari iam sunt tres anni, quod probata est intentio actoris, licet quidam dicerent oppositum: moti, quia aliud est mutuum factũ iam sunt quinque anni, ab eo quod factum est iam sunt tres anni, facit quod no. Bart.in l.& an eadem.§.actiones. ff.de excep.rei iudi.& sic testes non videntur cõcludere intentionem actoris. sed Ioaŋ. de Imo. concludit oppositum, quando esset apposita dicta clausula, quia per eam patet ꝙ noluit se astringere ad mutuum factum tempore narrato in libello: sed solum ad id quod sibi sufficiat ad victoriam. constat autem ꝙ sibi sufficiebat mutuum factum esse ante motam litem, vt tradit Bar.in d.§.actiones. & glo. & Doct.in c.Abbate. circa finem, de re iud. lib.6. dixi supra in 12.arti.princip.sub 10.quæst.princip. versi.10.quæro.prope finem. & q.8.tangit Spec. de hac clausula, eo.titu.§.fin.versi.item consueuerunt. & remittit ad no.in tit.de excep.§.viso.ver.porro. Et vide quæ dixi in c.2.supra de rescrip.[a]

95 ¶ † Quintò quæro de illa clausula, quæ in fine cõmuniter subijcitur, saluo iure addendi, mutandi, detrahendi, emendandi, seu corrigendi. Sol. Dic ꝙ hæc clausula nihil videtur importare, vt no. glo. in c.inter dilectos.infra de fide instru.& Bar.in l.edita.C.de eden. quod probatur, quia cum ista nõ dependeant à voluntate producentis, sed ex iuris dispositione: protestatio nihil operatur, vt probatur in l.alimenta. C.de neg.ge. & in c.cum M. supra de consti.& per ea quæ dixi in Cle.gratiæ.de rescrip.tenet Ang.in l.1.§.fi.ff.de præto.stipu.dicit quòd propter practicam in protesta. non potest plus addi vel detrahi, quàm ius permittat.dicit tamen Spe.eo.tit. §.nunc ostendẽdum. in fi. quòd ista clausula potest operari, quando plus peteretur, vt posset fieri detractio illius plus vsque ad condemnationem expensarum, quod non placet hic Dom. M.si actor non habebat iustam causam sic petendi tantum, per no. in cap.fi. infra de dolo & contu. & vide quæ latius dicam infra in 25.princ.artic. & de illa clausula, saluo in omnibus iure meo, vide 9.q.3.c.saluo.& supra de supplen.neg.præla.cap.licet. Et ex his habes expeditum 13.princ.artic.[b]

¶ Sexto quæro de clausula illa, saluo iure calculi, vel plus vel minus, prout probabitur. Sol. Vtilis est, per ea quæ dixi in c.1.de plus peti.art.6.ver.8.& supra eo.art.12.q.10.ver.8.infertur.

¶ Decimoquartò prin.art. examinandũ est, qualiter sit offerẽdus libellus, & an incumbat actori ante oblationem, & in ipsa oblatione. in quo art.procedam per conclusiones.

96 ¶ † Prima conclusio, sit quòd actor ante omnia debet libellum ad scripturam redigere, quia scriptura est de esse & substantia libelli, vt dixi in rubr. articu. 1. Et in ipso componendo debet considerare quæ superius dicta fuerunt, maximè artic.12.& antequam offerat debet vti consilio Ioan. de Deo, in libro iudicum, in prima rubr. quem sequitur Spec. in princip.secundæ partis sui operis. in ver.item circa partes. & seq. vbi dicit quòd ille qui vult accusare aliquem de aliquo crimine, debet prius charitatiue & familiariter eum admonere vt se emendet: ad quod vide quod latius dixi in cap.2. infra de accusa.si vero vult denunciare, quid agere debeat ante libelli oblationem, dixi in cap.nouit. supra de iudic. si vero vult agere ciuiliter priusquam illum vocet: debet ab illo ter petere quòd exigere intendit, quòd si non satisfecit, tũc agat, & per iudicem compellat.2.q.7.cap.si quis ab Episcopo. C.de pig. l.debitores.16.q.7.cap.omnes decimæ. Et [c] vide vnum magnum effectum istius interpellationis extraiudicialis: maximè quo ad expensas, vt dixi in cap.2. de accusa.& aliquid in cap.calumniam. de pœnis.in 5. princip.artic.& dicit Spec.in dicto loco.ver.in summa, quòd nemini expedit quod sit promptus ad litigandum: scriptũ est enim Matthęi quinto, si quis voluerit tunicam tuam tollere, & in iudicio tecum contendere: dimitte ei & pallium.14. quæst.1.§.1. & Apostolus ad Corinthios 6. iudicia si habueritis secularia, peccatum est in vobis, & vos contemptibiles facietis. 11. q.1.§.ex his. & etiam viles. 88. distinc.perlatum.& maxime clericus debet abstinere. 14. quæst. 1. cap.quia nemo Deo militans implicat se negotijs secularibus. secunda ad Thimotheum, & infra vt cler. vel mon. cap.1.21.q.3.c.1.cum hæc vix sine nota peccati valeat explicari. de pęn. distin. 5. cap.qualitas. vnde litigiosos prohibet Apostolus ordinari, ad Titum.c.3.& 46.distin.&90.distin. per totum. Et longe magis abstinere debent religiosi. 16.q.1.c.monachi. supra de syndico. c.1.& 2.q.7.c. sicut. secundum Spec.in d.versi.in summa, vbi subdit, cuilibet ergo consulimus bona fide, quod pronior sit ad componẽdum, quàm ad cõtendendum. 90.distinct. per totum. supra de transact. capitu.fin. 5.quæst.2.cap.si primates. hoc ego in primis ex charitate vobis consulo.& potissimè cum eritis Doctores & aduocati, vt mediãtibus dictis authoritatibus non solùm persuadeatis: verum etiam impellatis & astrin-

ADDITIONES.

a ¶ *De ista clausula, non astringens, &c. vide Alex.d. consi.121.lib.1.& consi.58.lib.2.& in consi.6. lib.3.2. col.per totum. adde & Soci in consi.128.col.fin. & quæ supra diximus.*

b ¶ *De hac clausula, saluo iure, vide Feli.in c.ex parte. in 3.col.ver.copula.de rescrip.*

c ¶ *Maximus est effectus interpellationis extraiudicialis, de quo per Moder.in cap.nouit. infi.de iudi. & vide Rom. in sing.406. Ias.in l.certi. si cer.peta. Ar. in cap. 2.de accusa.Feli.in cap.quoniam.colum.8.de probatio.*

astringatis partes & clientes ad pacem, compositionem, & concordiam, & à causis proprijs omnino abstineatis: tum propter rationes prædictas, tum etiam quia cum dubius sit euentus litis, si propriam causam amitteretis: ad minus magnum dedecus vobis cederet. amitteretis enim & causam & honorē, & propria affectio posset inducere intellectum vestrum ad perniciem. Item quia posset contingere (vt inquit clarissimus Iurisconsultus dom. Thomas Docius, conciuis meus) quòd non haberetis soluentem vobis mercedem, de facili causam amitteretis. fugiatis ergo proprias causas tanquam rem perniciosam: exemplo pistoris, qui panem ponit in furnum & non se: & si quando contingeret de necessitate causam agitandam, in causa propria aduocatum quæro.

97 ¶ † Secunda conclusio, considerare debet actor causam suam, & an sit talis naturæ vel qualitatis, in qua procedi possit sine libello, & tunc potius procedat sine eo, quàm libellum dando, secundum ea quæ dixi in c. 1. ar. 5. ver. fi.

98 ¶ † Tertia conclusio, debet actor diligenter inuestigare & maturè considerare, quòd libellus sit rectè formatus, secundum instructiones de quibus supra, maximè in 12. princ. artic. ad quod vide quæ dixi in 1. q. d. 12. art.

99 ¶ † Quarta conclusio, debet actor considerare, vt libellum corrigat coram iudice competenti, secũdum ea quæ dixi supra in 9. princ. art.

100 ¶ † Quinta conclusio, debet actor considerare, vt persona contra quam libellum offert, sit legitima, secundum ea quæ dixi in capitu. 1. in 8. princip. artic.

101 ¶ † Sexta conclusio, prius quàm iudici libellum porrigat, satisdabit cum idoneo fideiussore, quòd vsque ad finem litis perseuerabit in causa, & eã per se, vel suum procuratorem perficiet, & quod si eum apparuerit litem iniustè mouisse, dabit reo decimã partem litis in libello comprehensæ: si vero constiterit per ipsius sacramentum quòd fideiussorem dare non possit, statur iuratoriç cautioni: nisi de vtriusque partis consensu remittatur, vt in auth. generaliter. C. de episco. & cleric. & in l. 1. §. omnes. C. de asser. tollen. tradit Spec. in titu. de satisdando. §. 1. in
a princip. ista tamen cautio longissimo [a] iam tempore in desuetudinem abijt, vt statim dicam in alia conclusione.

102 ¶ † Septima conclusio, iudex præstita satisdatione, vel non præstita, hodie reum citabit, secundum ea, quæ latius traduntur per Specu. in titu. de citatio. §. sequitur. & sequen. de qua materia citationis ego dicam in tit. de dilatio. vnde quidam dicunt quòd libellus non est offerendus, nisi reus prius fuerit citatus, per tex. in authen. offeratur. C. de lit. contest. facit, quia in ius vocare, est iudicij principium, vt Institu. de pœna teme. litigan. §. omnium, & infra de probat. cap. quoniam. si tamen reus à casu venisset coram iudice, tunc videtur, quòd nulla citatione præmissa posit sibi offerri libellus, quia vbi te inuenero, &c. c. 2. quæst. 1. in primis. & in auth. qua in prouincia. C. vbi de cri. agi oportet. tenent Ioan. And. Dom. Anto. Dom. M. & Ioan. de Imo. in cap. præcedenti. & Specu. in titu. de lib. concep. §. sequitur. ad fin. Et idem in simili, Ioan. And. in cap. fin. de elect. Cyn. in dicta authen. offeratur. facit quod no. Bald. Guliel. in l. 1. §. hoc autem iudicium. ff. si quis ius dicen. non obtem. in authen. si omnes. C. si vt se ab hæred. absti. & Dom. M. in cap. inter quatuor. supra de maior. & obedien. dicit tamen Dom. Anton. in cap. præcedenti, quòd tunc non tenetur reus respondere: nisi habeat inducias deliberatorias, & fuit no. Specu. in titu. de libel. concep. §. sequitur. versi. antepen. & sequitur Ioan. And. ibi in addit. per no. in d. authen. offeratur. iunctis his quæ traduntur. 3. quæst. 6. exceptio. sed aduerte, quia in hoc variæ fuerunt opiniones, & variæ practicæ, vt sentit glo. in dicta authen. offeratur. quidam dicunt quòd actor ante omnia debet dare libellum iudici, & postea pars citari, & tunc per iudicem offertur libellus parti, & hoc voluit glo. in capit. præcedenti, prope princ. & glo. 3. quæst. 3. offeratur, & hæc opinio videtur probari ex ordine rubricarum Codicis, quia primò ponitur rubrica de eden. & postea sequitur de in ius vocan. quasi libelli oblatio coram iudice præcedere debeat citationem, & hæc practica magis placet Ioan. de Lign. & Dom. M. in cap. præcedenti, quia in libello imploratur officium iudicis mercenarium deseruiens actioni propositæ. & hinc est quòd in princip. libelli dicitur, Coram vobis domine iudex, & in fi. subiungitur, petit sibi iustitiam ministrari, vt dixi in præcedenti articu. ver. 2. ergo iudici est offerendus libellus, & non parti. facit tex. noster, & cap. exhibita. supra de iudic. voluit Spec. in titu. de libel. concep. §. sequitur. in princip. alij vero dicunt quòd primo citatur reus, & postea libellus ei offertur ab actore, reo hoc postulante, & hoc videtur probari ex ordine titulorum ff. orum. nam primo ponitur titulus de in ius vocan. & postea de eden. & pro hoc optimè facit. ff. de iudic. in l. non videtur. & ista practica potest saluari, secundum Dom. M. in cap. præcedenti, quando copia remaneret in iudicio, quia non refert quid ex æquipollentibus fiat. satis enim petit à iudice, si copiam dimittit in iudicio. arg. cap. appellatio. cum ibi notatis. de appell. lib. 6. secus si simpliciter daretur reo, quia non posset apparere, qualiter esset formanda sententia, & si in dubio verteretur, de serie libelli non posset fieri fides, & posset cõtingere quod reus aliquid falsitatis fabricaret. dicam in alia conditione. Tertij dicunt, quòd libellus offertur iudici, & mittitur parti per vnum nuncium, & in hac opinio. sunt Vltramontani. quæ opinio probatur per l. sicut. & l. cum notissimi. C. de præscrip. 30. annorum. si enim per solam citationem fit præscriptionis interruptio, de necessitate debet intelligi quòd mittatur libellus cum citatorio: alias non posset reus scire, ad quid esset citatus. facit auth. libellum. C. de li. conte. & auth. qui semel. C. quomodo & quãdo iu-
b dex. Bar. in d. auth. offeratur. [b] concludit quòd quælibet practica est bona: dicit tamen quod in hoc est diffe-

ADDITIONES.

a ¶ *Ista cautio de soluendo decimam partem litis, non est amplius in vsu, vt dicit Pau. consi. 407. lib. 1.*

b ¶ *Cui nam debeat dari libellus, an parti, an vero iudici, vide Sali. in d. auth. offeratur. & Alex. in rubr. C. de eden. & per scrib. ibidem.*

differentia, quòd quando libellus mittitur cum citatorio, reus postea comparens non potest petere dilationem ad deliberandum super libello: cum iam libellus fuerit missus, vt in c.2.infra de dilat. & in l.si quando.C.de dila. tenet Do. M. in c.præcedenti, & sentit glo.fi.in Cle.2. vt li.pend.finaliter tamen Bar. concludit seruandam esse consuetudinem curiæ, in qua causa est agitanda: quia vt ipse dicit, Perusij in criminalibus mittitur libellus cum citatorio, in ciuilibus non.sed in ciuitate Pisana mittitur,etiam in ciuilibus,quod nos Senenses seruamus,& vide Cy.& Bal.in d.auth. offeratur. vbi etiam disputant, an de necessitate sit in citatione inserẽdus libellus, vel saltem ipsius substantia: ad hoc, vt innotescat reo super qua actione citetur,& quid iuris in iudice delegato. de quo dicam, infra in tit.de dila. nota tamen secundum Do.M.quòd missio copiæ reo non sufficit, quo ad litis conte. vnde reo postea comparenti debet offerri libellus, seu tradi iudici in eius præsentia,& in iudicio, & per iudicẽ reo,vt no. Io.And.in addit.Spe.in tit.de libel.concep.§.nũc videamus.ad fi. Et sic super eo fiet li.contest. sed quia hæc non est materia nostra,dic vt latius dicemus in tit.de li. con test. & vide quod dixi supra,artic.12.q.16.ver.6. regula. Et aduerte, quia id quod dixi quòd transmissio copiæ libelli in citatione tollit terminum ad deliberandum, debet intelligi, quando terminus præfixus in citatione sit ita prolixus, vt non solum non comparere, sed etiam deliberare valeat, an velit cedere vel contendere. secus autem si terminus non fuit ita sufficiens, quia tunc cessaret ratio non dandi termini ad deliberandum, secundum ea quæ no. in cap.2.& cap.3.de dilat.no.Cyn. in l.1.C.de dilat. & Dom. M.in d.cap.2. de dilat. Et no.quod Innoc. in d.c.præcedenti, dicit quòd libellus de necessitate non est offerendus iudici per partem: sed ad cautelam,quia aduersario potest offerri per ipsum actorem, per id quod habetur in authen. offeratur. C. de lit.contest. & no.Ioan.de Imo. hic: quod intellige, iudice sedente pro tribunali. vnde non sufficeret mittere copiam libelli in citatorio: quia oportet quòd offeratur in iudicio, no. Ioan. And. in addit. Spec.in titu.de libel. concep.§.nunc dicamus. ad fi. licet talis missio aliquid operetur,quia per eam reus magis videtur instructus,vt no.glo.fin.in cle.2.vt li. pend.& no.in cap.2.de dilat. tenet Ioan.de Imo. in c.præcedenti. nec etiam videtur esse vis, vtrum offeratur iudici, & per iudicem parti: an vero offeratur per partem præsente iudice. quid autem si reus citatus non cõparet,sed eius procurator,vide quod dicam in 16.artic.

103 ¶ † Octaua conclusio, reo comparente debet actor iterum cautionem exponere in eum, quem dicit sibi obnoxium, vel in negotij executorem, per cuius stipulationem reo acquirebatur actio, vt l. non quasi. in princip.ff.rem pupilli saluam fore. cauebit ergo, quod intra duos menses lit. contestabitur, quod si nõ fecerit omne damnum in duplo resartiet reo, ita tamen quòd cautio illa non transcendat summam 36. aureorum. C. de lit. contest. auth. libellum. & C. de dilat. authen. quod fieri. 3.quæst. 3. cap.spatium, & in Auth. de litigiosis. §.ad excludendas. secundum Tancre. & Pileum, qui etiam dicunt quòd iudex potest statim libellum recipere, & actor simul potest & aliam cautionem præstare; quam statim dixi in versic.6. etiam antequam reus libellum recipiat, quod non est absonum dicere. sed quamuis iura præcipiant has pręstari cautiones: tamen à longissimo tempore citra non præsumitur contraria consuetudine præualente. & dicit Tancre. quòd audiuit Azo. sic dicentem, & ipse etiam & Pileus dicunt quòd suis temporibus nunquam viderunt illas præstari,& idem dicunt Spec.& Ioan. Andr.in titu.de satisda.§.1.& Doct. in d.authen.libellum. & Barto.in auth.generaliter.C.de episc. & cler. dicit quòd semel vidit eam peti, & non potuit obtineri quod præstaretur propter prædictam consuetudinem.[a]

104 ¶ † Nona conclusio sit: cauti aduocati faciunt triplicari libellum: vnum dant notario, qui scribit apud acta: secundum dant reo: tertium sibi reseruant, & ista est vtilis cautela, quam etiam nos communiter seruamus. versatur autem vtilitas in plurimis.

¶ Primò, quia plenior habetur notitia positionum, & articulorum formandorum, vt no. glo. in verbo, forma. iuncto tex. in clem. sæpe. de verbor. significat. Sol. Quia ex quo petitio est scripta in actis,non potest veritas occultari,vt ibi dicitur.Spec. verò in titu. de libelli concep.§.restat. in princip.dicit quòd iudex remanente originali penes eum, facit & copiam parti, vt infra de probat. cap.fin. Et si fortè discordant libellus dimissus iudici apud acta, & ille quem reus habuit, & ille quem actor sibi requisiuit,creditur libello originali,qui est apud acta. 81. distinct. Maximilianus. tenet Bald. in authen. offeratur. C.de lit.contest. post princ. facit quod in simili dicimus de protocollo & transcripto, quod creditur protocollo[b] tanquam originali, ad quod vide Specu. in titu. de instrumentorum edit. §.instrum. versic.quid ergo si inno. & §.postquam. versic.1.no.glo.in §.fin.in Authen.de tabellionibus.& Barto.in l.Sempronius Proculo. de leg.2. Bald.in l. nostram.C.de testa. Ioan.de Imo. in cap.quoniam contra. infra de probat.de quo latius dicam,infra in tit.de fide instrum.

105 ¶ † Decima conclusio,cautela est,vt actor scribi faciat apud acta ipsius oblati libelli diem ad interrumpendam præscriptionẽ. C.de præscrip.30. ann. in l.si quis.& in auth.offeratur.C.de lit.conte. & in auth. litigiosa. C.de lit. Spe.in tit. de libelli concep. §.fi.ver. item secundum quosdam. idem etiam Spe. eo.tit.§.quid si libellus.ver.diẽ quoque.& seq. dicit quòd libellus debet continere diem, qua offertur, vt sciatur an 20. dies sint lapsi,vt in Auth.de exhib. & introd.reis.§.suscepto.& per ea quæ traduntur in c.præcedenti. & subdit quòd etiam debet continere mensem & annum quo offertur, & nomen Principis, cui illa prouincia subest, vt l.libellorum.ff.de accusa.

ADDITIONES.

a ¶ *Et idem dicit in auth.libellum.de li.contest.& adde quæ diximus,supra in præced.col.ver.Paulus.*

b ¶ *Protocollo creditur magis, quàm transcripto, vt iste inquit sine exemplari, ita Bartol. d. l.Sempronius. de leg. 2.& no.eius dictum. de quo vide etiam per Alexan. consi.105.lib.2. & consi.37. colum.9. eod. lib.*

accusa. & l. properandum. in prin. & §. 1. C. de iudi. & C. de apochis publi. l. 1. lib. 10. vt per hæc sciatur, an trienniũ quo perijt instantia in ciuilibus, & biennium in criminalibus fluxerit, per l. properandum. §. 1. & l. fin. C. vt intra certum tempus, de quo latius dixi in c. pen. supra de iud. in 9. princ. artic. & etiam vt sciatur, an interruptio præscriptionis facta sit. C. de præscrip. 30. annorum, in l. si quis emptionis. & 16. q. 1. §. potest. subdit tamen Spec. ꝙ licet hoc multi magnę authoritatis scripserint, inter quos fuit Rofredus in libellis iuris canonici, in tit. de libello accusatorio, & Tancredus, & Ioan. de Deo in libel. suis, tamen vsus non tenet id quod dictũ est de die, mense, anno, & consule, nisi in causa criminali. idem etiam tenent Hosti. in sum. eo. titu. §. 3. in fi. & Rofre. in libro de libellis iuris ciuilis, in tit. quid debeat libellus continere. sed tu aduerte, quia licet libellus in causa ciuili non debet de necessitate habere tempus & locum, secundum ea quæ dixi in 12. arti. prin. tamen quòd dies oblati libelli apud acta scribatur, est in consuetudine. Et no. quod licet Io. And. nihil dicat de prædictis effectibus positis per Spec. nec etiam Doct. tamen multiplex est error.

¶ Postremò malè dicit in eo, quod dicit de 20. diebus, quia illud tempus incipit currere à die dati libelli parti: non à die oblati libelli in iudicio, vt d. §. suscepto. & in d. authen. offeratur. errat etiam in eo, quod dicit de cursu instantiæ, quia instantia tam in ciuili, quàm in criminali incipit currere à die lite conte. vt dixi in c. pen. de iudi. in 8. quæst. princ. similiter etiam errat Spec. in tertio dicto de præscriptione, quia per solam oblationem libelli factam in iudicio parte non citata, non fit interruptio præscriptionis, etiam longissimi temporis, sed per citatio-
a nem quæ deuenit [a] ad partem, vt d. l. si quis. & l. cum notissimi. C. de præscrip. 30. anno. & d. §. potest. tradit Dom. M. & ibi dixi post eum, infra de præscriptio. cap. illud. Et ex his habes expeditum 14. artic. princip.

¶ Decimoquintò articulo principali, iuxta præmissum ordinem in rubr. videndum esset de varijs formis libellorum, in varijs actionibus, saltem per remissionem. verum quia hic articulus aptius conueniebat 12. princ. artic, mutata postea sententia, ipsum articulum expediui ibi in 21. quæst. princ.

106 ¶ † Decimosextò princ. articulo examinandum est, quid agere debeat iudex oblato libello, & in hoc procedam per cõclusiones. in primis igitur debet iudex, secundum Io. de Deo in libro iudicum, quem sequitur Spec. in primo tit. secundæ partis, in princip. quòd aut actor agit criminaliter, aut ciuiliter: si criminaliter debet iudex examinare personã accusatoris, cuius æstimationis, vel opin. sit, qua intentione & fide, aut temeritate, qua vita, & qua conscientia, quo merito, & an pro Deo, vel humana gloria, inimicitia, odio, aut trepiditate vellet accusare, seu accuset. 2. quæst. 7. capit. si qui sunt. debet etiam examinare, cuius conuersationis & fidei, aut de his similibus, secundum ea quæ latius dixi in tit. de accusa. nam accusatio præsumitur fieri malo zelo, quia est de genere illaudabilis intentionis, 2. q. 7. capit. si quis Episcopus. Et quantum fieri potest, debet dissuadere accusationem, & maximè si agatur actione iniuriarum, debet semper laborare, vt partes componat, & ad concordiam reducat. 5. q. 2. c. si primates. vbi de hoc, & 90. dist. c. 1. & c. studendum. & hoc etiam agere debet, quando actor vellet ciuiliter agere, iuxta no. in c. fin. de transac. & ibi per Ioan. And. & Doct. 63. dist. §. 1. 11. q. 3. iniustum. ff. de offi. præsid. in l. congruit. & in l. æquissimum. ff. de vsufruc.

107 ¶ † Secundò debet iudex examinare, an libellus sit aptus vel ineptus, & si viderit ipsum ineptũ, non debet admittere, sed reijcere. C. vt nemo priuatus titu. l. fi. in fi. imo potest ipsum dentibus lacerare. 11. q. 1. sacerdotibus. no. glo. & sequuntur Doct. in l. 1. ff. de officio assessorum. & C. de sacrificijs paganorum. l. sicut. facit l. 1. ff. si mensor falsum modum dixe. nec obst. si diceres quòd iudex non debet posse impartiri officium suum ad partis vtilitatem, parte non postulante, vt in cap. bonæ, el primo, de postul. Prælato. quia in his quæ concernunt fundamẽtum & solennitatem iudicij, quibus prætermissis, iudicium est nullum, vt est omissio, & libelli ineptitudo: iudex potest ex officio supplere, vt probatur in cap. præcedenti. & supra, de iudi. c. causam. & glo. in verbo, abundantia. in c. 1. de electio. lib. 6. quia hoc
b facit ratione proprij [b] interesse: interest enim sua, ne iudicium sit frustratorium, vt in c. ecclesia. infra vt li. pend. & l. si prætor. ff. de iudi. tetigi supra, in c. præcedenti. in 3. notabili. no. Spec. in titu. de libelli concep. §. sequitur. post principium. vbi dicit, quòd quidam dicunt quòd non debet reijcere, sed in fine reum absoluere ab inepta petitione, vt in c. examinata. supra de iudi. & no. Spec. in titu. de offi. omnium iudicum. §. de seruit. versi. ante lit. & versic. in sententiæ. sed tamen si iudex possit vtrunque agere: tamen melior & vtilior est prima practica, vt libellum reijciat à principio: etiam aduersario cõtradicente, ne lites ex litibus oriantur, & vt euitetur circuitus, vt l. quidam æstimauerunt. si cer. pet. infra de dolo & contu. c. finem. in cle. auditor. de rescrip. iuncta l. græcè. §. fi. ff. de pign. & ff. de ædi. edi. in l. bouẽ. §. fin. & ff. de excu. tut. in l. cum ex oratione. Et adde quod dicam in seq. conclu.

108 ¶ † Tertiò non solum si libellus est ineptus, non debet iudex admittere: sed etiam si contineret notoriam iniustitiam, non debet pati iudex partes in lit. descendere, vt cap. quoniam. de filijs presbyterorum. lib. 6. imo iudex debet lacerare libellũ, ex quo apparet de iniusta causa petendi, vt no. Innoc. in c. 1. supra de offi. iudi. facit l. 1. ff. si men. fal. mod. dixerit, & idem videtur velle Spec. in tit. de excep. §. dicto. ver.

ADDITIONES.

a ¶ *Vt interrumpatur præscriptio per citationem, est opus vt nuncius fecerit relationem iudici, ita dicunt Doct. in cle. 2. vt lite pend. nam ita dixisse aiunt Pet. de Anch. & hoc vide latius per Alexan. in d. l. cum notissimi. C. de præscrip. 30. vel 40. ann.*

b ¶ *Iudex ratione proprij interesse potest libellum ineptum lacerare. in contra. facit quod dicit Anch. in consi. 256. incip. in causa & quæst. quæ vertitur inter nobilem virum d. Robertum, vbi dicit malefacere iudicem, qui lacerat ineptum libellum, cũ per probatio. possit aptior reddi. vide de hac materia latius per d. Ias. in l. 1. 2. col. ff. de offi. assesso.*

cto.ver.sed an reus.& versi.vt autem.facit quod no. in c.super literis.supra de rescrip.& ibi per Innoc.& Io. And.& clarius tradit Inno. in c.ex parte N.infra de rest.spol.& aliquid in c.inter dilectos.in fi.gl.magnæ.inf.de dona.& per eum in c.dilectus. de ca.mona: & vide quod dixi supra in 12.prin. art.ver.septimo quæro.sub 10.prin.q. Et an si iudex non admittit libel. admittendum, vel admittit non admittendum,faciat litem suã, & an possit appellari vel non, dic vt latius dicam in c.seq.art.28.

109 ¶ † Decimoseptimò prin. ar.examinandum est, quid debeat facere notarius. circa quem dic, quòd debet scribere diem porrecti libelli & dilationem datam reo. & ita seruatur, secundum Host. & Ioan. And.post Pe.in cap.præced.& tenent Ioan.de Imo. & communiter Moder.& ita intelligunt tex.in Authen.de exhiben.reis.§.sancimus.co.5.Et idem Pau. de Cast. in l.edita.C.de eden. tetigi supra in 12.art. in 14.princ.q.

¶ Decimooctauò princ.arti.iuxta præmissum ordinem in rubrica, examinandum occurrit,quid agere debeat reus conuentus. circa quem sume istas conclusiones.

110 ¶ † Primò,quòd debet esse cautus vt recipiat libellum, cum protestatione quòd sibi sit saluum ius dicendi, tam contra libellum, quàm cõtra iudicem & actorem, & contra rescriptum, & similia, vt in c. fi.inf. de dila.3.quæst.3.offeratur. 2.q.8. libellorum, inf.de re iu.c.inter monasterium.tradit Specu.in tit. de libelli concep.§.sequitur. post prin. & ver.penul. Forma autem protestationis, est huiusmodi, Saluis omnibus except. & defensionibus competentibus tam contra iudicem, quàm contra partem, & tam contra forum, quàm cõtra libellum vel rescriptum: & quibuslibet alijs dilatorijs & peremptorijs recipio hunc libellum.& hanc protestationem faciat redigi in actis ad cautelam, si vult: quia ad hoc necessario non tenetur: quia ea omissa, eas proponere poterit. ff. de iu.in l.non vi.C.de proba.l.exceptionem. & facta protestatione non nocebit quominus possit omnes dilatorias proponere ante litem contesta.vt l.nõ videtur.ff.de iu.& C.de exceptio.in l.penul.& fin.& expedit vt post receptionẽ libelli eas proponat:quia eo viso habebit multiplicem viam ad excipiendum, vt l.edita.C.de eden.ita dicit Spe.in ti.de libelli obl. in secunda parte sui operis.

111 ¶ † Secundò debet reus esse cautus, ne statim recipiat libellum, nisi actor caueat, secũdum formam a authenticæ,generaliter.[a] C.de Episco.& cleri. et authenticæ,libellum.C.de li.contest. secundum Spec. in tit.de libel.concep.§.sequitur.versic.sit etiam cautus. tu verò dic vt dixi supra in 14.princ.artic.versic. 7. & versic.8.

112 ¶ † Tertiò debet esse cautus,vt nõ statim respondeat, licet fortè videat libellum ineptum: non tamen debet esse rota ad procliuium præcurrens, vt statim contra libellum excipiat,imò debet recipere ad hoc terminum. Stultus enim statim secretum suum profert: sapiens autem reseruat in corde suo. vnde versus: Cum fueris sapiens,attende tempus & horam, Non patitur stultus semper adesse moram. Et ad hoc vide quæ dixi de actore in 12.princ.art.in princ. Et latius quæ agenda sint per eum recepto libello, vide inf.artic.24.

113 ¶ † Quartò si reus viderit libellum ita conceptũ, vt eo probato actor debeat obtinere: debet alias adhibere cautelas ad excludendum, seu deludendum actorem, quas vide per Specul. post Vber. de Bobio & Io.de Deo in tit.de actio.& peti.§.in anterioribus.& in ti.de actore. versi.item eluditur, & sequenti.& in titu.de interroga. §.nunc de interrogab tionibus. Consulo [b] tamen,quòd nulla fraus, dolus,aut malitia admisceatur.

114 ¶ † Decimononò princ. arti. examinandum est, quid si libelli copia non est transmissa cum citatione, secundum ea quæ dixi supra in 14. prin.artic. in versi.7. Si verò reus comparet & petit libelli editionem: vtrum sit edendus, & quando. Et ad primum dicendum est quòd libellus debet edi ipsi reo,tex. est in l.1.in prin.ff.de eden.& in l.edita. C.de eden. ꝙ enim ibi dicitur, edita actio spem futuræ litis ostẽdit, intelligitur de editione libelli: quia cũ actio sit ius, vt Instit.de actio.in princ. & omnia iura sint incorporalia,vt Inst.de rebus corporalibus & incorporalibus,in princ.sequitur quòd actio non posset edi. vnde tex.dicit edita actio,debet intelligi scriptura libelli, quæ potest oculis demonstrari: debet edi, vt dicunt Glo. & Docto. in d.l.edita. quando autem fieri debeat dicta editio: dic quòd ante li.contesta. quod probatur per tex. in d.l.edita. in eo quod ibi dicitur, futuræ litis, & ita no. Bal.per illum tex.in repet. illius legis.

115 ¶ † Vigesimò princip.artic. videndum est, cui libellus sit edendus. circa quem dicendum est,ꝙ reo. tex. est in auth.offeratur. C.de li.contest.& patet ex his quæ dixi sup.in 8.prin.art. c.1.supra eo. & in 14. prin.artic.supra eod.c.

116 ¶ † Vigesimoprimò prin.art.examinandũ occurrit, qualiter libellus sit edendus ipsi reo. circa quẽ articulũ Cyn.in d.auth.offeratur. in 7.q.dicit ꝙ actor debet ostendere, vel facere ostendi reo: non aũt dare sibi libellum scriptum: sed facere copiã, vt exemplet.mouetur,quia Rubrica Digestorum & Codicis dicit,de edendo,id est, demonstrando. Preterea absurdum esset ꝙ actor esset scriptor rei. C.de testi. in l.nimis graue. ff. ad Trebel. in l.postulante. in fi. ad quod adde quæ dicã in seq.art.sed Bal.in repe.l.edita. C.de eden. in notabilib. dicit ꝙ ex eo quòd ille tex.dicit ꝙ edita actio speciem futuræ litis ostendit: & editio debet esse talis,quæ ostendat speciẽ,id est, genus & differentiam, figuram,& qualitatem futuræ litis, facit ff.de iudic.in l.non videtur. ratio est,vt reo sit saluum ius deliberationis.ff.de rei vendi. in l. si rem. in fi.In sum. ego arbitror ꝙ debet fieri editio integri libelli cum substãtia & qualitatibus in eo descriptis,ex quib. omnib.cognoscat reus spem futuræ c litis, vt possit instrui, an velit cedere vel cõtendere.[c]

¶ † Vige-

ADDITIONES.

a ¶ *Istæ duæ cautiones sunt consuetudine sublatæ, vt dictum est sup. & dixit Pau.consi.407. lib.1.*

b ¶ *Alioquin sequitur in hoc mundo gloria inanis: in alio verò confusio,alibi dicunt Doct.& Pau.in l.is apud quem.in 6.col.C.de eden.*

c ¶ *Et ratio est,quia libellus debet esse futuræ litis demonstratiuus, vt dicitur in d.l.edita. & quod no. Soci. in consi.41. col. pe. lib.1.*

117 ¶ † Vigesimosecundò principali art. examinandum est, cuius expensis libellus sit edendus. circa quem dicendum quòd tex. in l. 1. in prin. ff. de eden. videtur velle quòd expensis ipsius rei. satis enim est quòd fiat copia scribēdi, vt innuit ille tex. & hoc voluerunt Cyn. & Bal. in d. authent. offeratur. volentes quòd reus debet ex actis accipere suis expensis. tetigi aliquid in artic. preced. in contrarium facit tex. noster, per quem hic colligit Dominus meus, quòd ex pensis actoris, quamuis dicat posse dici quod procedit secundum consuetudinē quorundam laicorum. ad idem etiam tex. in d. authen. offeratur. canonizata. 3. quæst. 3. qui dicit libellum offerēdum reo. & sic innuit quòd expensis actoris. ad idem tex. in c. seq. vbi libellus fuit oblatus parti. Et hanc opinio. sequitur Glo. in Clem. sæpe. de verb. signific. super verbo, pronunciatio, & Glo. in Clem. quamuis. de appell. Barto. verò in d. l. 1. ff. de eden. & in d. authen. offeratur. dicit seruandam esse consuetudinem loci. Nam in aliquibus locis datur expēsis actoris, & aliquibus expensis rei. quid autem si non appareret de cōsuetudine, vt quia aliquando fuit obseruatum unum: quandoque aliud, videtur sibi sufficere quòd fiat sibi copia ad describendum seu exemplandum, per præallegatam l. 1. Nam vt supra dixi, ius disponit, vt libellus exhibeatur iudici: cuius officium imploratur. nec iura debent actorem grauare ad duplicem libellum: nec debet esse scriptor rei (vt dixi) & satis ipsi reo offertur, si datur sibi facultas exemplandi. nam originale debet remanere penes iudicem seu notarium, vt c. quoniam contra. de proba. facit ca. accepimus, & c. contingit. inf. de fi. instru. & ita residet Dominus meus. posita tamen illa opin. pro vera, ꝙ deberet edi expensis actoris: si tamē reus succumberet, teneretur dictas expensas restituere actori, secundum Iac. Zochum in c. præced. quod intellige, si temere litigasset etiā tempore recepti libelli, secundum ea quæ dixi in c. calumniam. infra de pœn. maximè in 5. prin. artic.

118 ¶ † Vigesimotertiò princ artícu. examinandum est, quid si facta editione apparet de ineptitudine libelli, qualiter reus debeat opponere, & quas cautelas adhibere & seruare. Circa quem articu. Petr. & Abbas, in c. seq. quos sequuntur Dom. Anto. & Do. meus, & Doct. & Specu. in tit. de libelli concep. §. fi. versi. cautus etiam sis. dicunt quòd si libellus est ineptus propter rem vel causam non expressam, debet reus excipere, non teneor respondere: quia res vel causa ex qua petitur, nō exprimitur. & si iudex non admittit hanc exceptionē, potest reus appellare, vt in c. seq. in 28. art. Si vero admittit exceptionē, vt tenetur: pronunciabit reum non teneri ad respōdendum, & absoluet ab obseruatione iudicij. argu. l. edita. ff. de eden. & cap. examinata. supra de iudic. tradit Spec. de libelli concept. §. sequitur. versic. rescripto. Ego dicam in d. 28. arti. Et expedit reo hæc cautela: quia nouas obtinebit inducias & etiam sumptus, secundum Specu. in ti. de libelli concep. §. nunc ostendam. versi. sed & si.

a ¶ Non autem debet petere reus libellum [a] declarari, quia iam instituerat aduersarium, nec præmissa obtineret: nec ad hoc potest iudex reum compellere. & ad hoc multi iudices non aduertunt, quia non pronunciant dicto modo: sed statim pręcipiūt libellum declarari. quidam vero aduocati nō sic petunt: sed videntes libellum ineptum confestim litis contestantur, ne postea valeat mutari vel emendari, ff. de iudic. l. non pōt. vt sic postea absoluatur reus propter libellum ineptū, vt per Spec. in d. vers. item recepto. Sed dicit Spec. in d. versi. cautus etiam sis. ꝙ hoc sibi non placet. nec etiam placet Pet. & Abbati in c. seq. per tex. in l. fi. C. de anna. excep. quia poterit res vel causa in processu iudicij declarari, vt in c. Abbate. de re iudi. lib. 6. & in c. cōstitutus in præsentia. de appel. & vide quod dixi supra in 12. art. prin. in 5. q. in quarto membro, & q. 12. Et prædicta opi. mihi placet: quia aut est talis libellus, qui poterat procedere parte non opponente, secundum no. in d. l. fin. & ea quę pluries dicta fuerunt in dicto 12. artic. Aut est talis ineptitudo, quæ non potest purgari in processu: & hoc casu fatigaretur reus litibus & expensis, & si talem exceptionem tardaret opponere in fi. litis, vel esset ipse condemnandus in expensis, vel expensas per se factas amitteret, secundum no. per Glos. singularem in cap. 1. de resc. lib. 6. in Glo. magna, circa medium. & quod latius dixi in cap. calumniam. inf. de pœn. in 5. princ. arti. in prin. de illo qui tardat opponere exceptionem, qui reddit iudicium retro nullum. Cyn. etiam & Mod. reprehendunt tales, qui retardant [b] opponere istas exceptiones: qui licet reportent gloriam in hoc seculo, tamen in alio incurrunt pœnam. & ita tetigi supra in 11. princ. artic. 10. quæstio. princ. ver. decimo quæro. Dicit tamen Dominus meus in ca. sequen. in 2. no. quod cautela prędictorum Doct. procedit, quando causa expressa esset inepta. sed prima opinio procedit, quando nulla causa est expressa. sed secundum quod ego dixi, tales nec gloriam reportant: quia fatigari faciunt litigantes iudiciorum anfractibus, nec cautela iuuat: quia aut reus amittit expensas, aut tenetur ad expensas actoris, ex quo retardat opponere exceptionem, que reddit iudicium retro nullum, vt statim dixi. Quid autem si reus dicit libellum nō admittendum, quia vult statim probare exceptionem peremptoriam: puta, petit Episcopus ius episcopale, quia Ecclesia est in sua diœcesi: reus dicit libellum non admittendum: quia paratus est statim probare Ecclesiam exemptam. dicunt Innocent. & Hostien. in c. seq. libellum non admittendum, non obstante tali exceptione, & fiet litis contest. & probatio exceptionis differtur in princ. vt probatur supra tit. 1. c. ex parte. & de li. contest. c. 1. lib. 6. nisi malitia actoris esset notoria, cui nō est indulgendum, per no. in cap. significante. infra qui matri. accu. possunt, secundum eos. Nam tunc quando exceptio peremptoria est notoria, non expectatur litis contestatio, sed potest opponi ante. & sic limitatur c. 1. de li. contest. lib. 6. & ibi Io. Andr. & Io. Mon. & Archi. & etiam Archid. in cap. circa. de elect. lib. 6. Et vide quod dixi supra artic. 16. versi. 3.

¶ † Sed

ADDITIONES.

a ¶ *Adde Pau. in l. 2. C. de edendo. 5. colum.*

b ¶ *Adde formā opponendi contra libellum obscurum per Pract. Papien. in forma responsio. rei in act. reali. in 2. charta. Capol. in caut. 158. incip. no. duas cautelas. & cau. 292. Moder. §. 1. de act. & in c. examinata. de iu.*

119 ¶ † Sed quæro circa prædicta, vsque ad quod tẽpus possit opponi exceptio ineptitudinis libelli. Et videtur dicendum ꝙ tantum possit op. vsque ad lit. contest. Primò, quia est materia excep. dilatoriarũ. c. pastoralis, inf. de except. Sed ista videtur exceptio di
a latoria,[a] quia de inepta petitus, potest quis cedere ad aptata. l. 2. §. 1. ff. si mens. fal. mo. di. & l. sed & si pupillus. §. sed & si institoria. ff. de instit. C. de except. inf. de except. cap. excep.

¶ Secundò probatur ratione tacitæ adhibitæ voluntatis. nam ex quo quis non improbauit l. ab initio videtur approbare. arg. C. de li. contest. auth. offeratur. C. de iud. l. apertissimi.

¶ Tertiò, quia semel approbata reprobare non possum. ff. de neg. gest. l. Pomponius scribit. & in regula, quod semel placuit. de reg. iur. lib. 6.

¶ Quartò, quia quæcunque ex l. potest, sed tunc exceptio quæ potest op. contra l. videtur sapere dilatoriam. & ideo debet oppo. ante li. contest. vt supra dixi. in contrarium verò facit.

¶ Primò, quia de peti. inepta à iure reprobata in quacunque parte iudicij potest opponi, vt d. l. 1. ff. si mens. fal. mo. dix. & d. §. si institoria.

¶ Secundò, quia obscuritas nihil operatur. ff. de interrog. act. l. de ætate. §. nihil. ff. de confes. l. certus.

¶ Tertiò, quia iudex ex officio debet l. ineptè repellere in qualibet parte iudicij: quia eius officium consistit in libellis. ff. de officio assesso. l. 1. C. de vi priuata. l. 3.

¶ Quartò, quia incertitudo semper vitanda est. ff. deposi. l. 1. §. si quis argentum. Instit. de acti. §. curare, ad quod vide quod dixi contra Cy. sup. in c. 2. art. 12. q. 12. versi. 16. quæst. in prima regula & seq.

¶ Sol. B. in quæst. quæ incipit, cauetur l. munic. in secundo dubio distinguit quòd aut l. patitur defectus in substantialitatibus: aut in qualitate, vel accidenti.

¶ Primo casu potest opponi tam ante quàm post li. contesta. quia deficiente substantia, deficit omnis res, pars, & effectus. & ideo non debet appellari. l. 1. ff. de orig. iur. l. 1. ff. ad Sillanianum. facit ff. de accus. l. libellorum. & l. cum Titia. de adul. accusatus. & C. de accus. l. pen. & no. ff. de doli exceptio. l. 2. §. Cato. Quæ autem sint substantialia, B. remittit ad no. l. 1. in princ. ff. de eden. tu dic vt latius dixi supra eodem c. 2. artic. 12.

¶ Secundo casu dic quòd aut ex lib. non potest sententia resultare. Et idem, quia etiã hoc casu non dicitur lib. oblatus: ex quo ex eo non potest sequi sententia certa. l. 1. §. 1. ff. si mens. fal. mo. di. & d. §. si quis argentum. aut ex lib. potest resultare, seu sequi sententia. Et tunc debet op. ante li. contesta. quia sapit naturam dilatoriæ. C. de procura. l. ita demum. ff. de procura. l. Pomponius. §. rati. C. de proba. l. exceptio. & C. de excep. l. exceptionem. Sed iudex ex officio potest semper cogere litigatorem, vt eum faciat certum, quia eius officium consistit in libellis. d. l. 1. ff. de offic. asseso. & quia curare debet vt certam ferat sententiam. d. §. curare. & quia debet supplere de iure & facto in qualibet parte iudicij. C. de tempor. appellat. l. 2. §. fin. supra de postu. Præla. c. bonæ. el 1. C. vt quæ desunt aduoca. partium. secundum Barto.

120 ¶ † Vigesimoquartò princ. art. superest vt examinemus, quæ reddant libellum ineptum, & quando de ineptitudiue possit opponi. Et primò quæro, qualiter cognoscatur ineptitudo libelli. ¶ Sol. Bal. in repe. l. edita. C. de eden. in 10. oppo. vers. sed quomodo cognoscant. dicit quod libellus constat duobus modis: forma, scilicet & materia. Est autem forma libelli eadem, quæ syllogismi: maxima autem pars formæ est conclusio, secundum Innoc. & Ioan. And. in c. super literis. supra de rescrip. de quo latius dixi in 12. princ. artic. quæst. 12. & potest dici conclusio ritè applicata rei & causæ: quòd sit forma libelli conuentionalis ciuilis. In criminali vero stat forma, etiam in cohærentijs loci & temporis. vnde libellus accusatorius est ipso iure nullus, si non continet locum & tempus: licet reus nihil opponat. non ergo potest iustificari quod nullum est. Sed Innoc. Hostien. & Ioan. And. dicunt quod ista sunt specificanda, si reus petat specificari: secus si patiatur procedi, vt no. in c. fin. infra de purg. cano. argum. l. fin. C. de anna. except. Nam si res & causa possunt prætermitti patiente reo: quæ sunt de substãtia libelli, & pro
b cedit libellus generalis, vt peto[b] quicquid posides, seu quicquid debes. multo fortius possunt omitti cohærentiæ. sed illa l. loquitur in ciuili, non in criminali. Bal. concludit ꝙ possimus tenere opi. Inno. liquidato crimine, vt tunc non possit opponi exceptio ineptitudinis: quia reperto facinore, non debet de iuris apicibus disputari. Sed si non est adhuc liquidatum crimen: tenet opi. Bar. qui voluit quod etiam li. contesta. circunducatur: libellus valet. potest secundò dici, secundum Bal. quod opin. Innoc. & aliorum, procedat de æquitate cano. sed de iure ciuili in criminalibus sit vera opin. Bart. & est notabilis limitatio ad materiam l. libellorum. Et adde id ad quod dixi supra in 12. prin. artic. q. 8. & vide quæ dixi in c. qualiter. el 2. inf. de accus. in 11. prin. arti. q. 36. Materia vero libelli constat ex causa, & re. ex causa duplex, facti & iuris, vt puta ex contractu, & obligatione. quandoque vero iuris tantum, vt puta, in dominio. si ergo ista habent in se consonantiam, libellus est aptus: sed si habent in se dissonantiam libellus est ineptus, vt l. 2. §. circa. ff. de doli excep. secũdum Bal. in d. l. edita. sed idem Bald. in l. 2. C. qui accus. non poss. in fi. quæst. dicit, quod ineptitudo est apertus error formæ vel materiæ, & hoc cognoscitur multis modis.

¶ Primò in nomine, vt l. pen. §. ad crimen. ff. de pub. iud. Sed tamen hæc ineptitudo non reddit processum nullum: si non opponatur, vt in l. quamuis indubitati. C. de adult. & in c. 1. de iudic. lib. 6.

¶ Secundò in qualitate personæ, vt quia mulier accuset de iniuria, quæ non tangit eam. de quo dic vt traditur in l. 1. §. accusationẽ. ff. ad Tur. ista tamen exceptio quod mulier non debeat admitti, quia sua non

ADDITIONES.

a ¶ *Et de hoc quòd except. ineptitudinis sit proponenda ante li. contest. videtur decis. Ang. in consi. 136. incipit, in q. col. 3. vide etiam Raynald. in l. is apud quem. C. de eden. post omnes Moder. ibid.*

b ¶ *An procedat talis libellus, peto quicquid possides, siue quicquid habes. vide Alex. consi. 189. lib. 2. alleg. 331. secundum numerum omnium consiliorum.*

non interest: non potest opponi post li. contest. secundum Inno. in c. super his. inf. de accus. & in c. sciscitatus. supra de rescriptis.

¶ Tertiò in defectu solennitatis, vt quia in libello non est locus vel tempus, vt l. libellorum. ff. de accus. & de tali ineptitudine semper potest opponi, vt traditur in d. l. libellorum. de quo dic vt statim dixi.

¶ Quartò, quia ratio per quam cócluditur est inepta, vt no. in l. 1. ff. de eden.

¶ Quintò, quia ipsa conclusio est inepta, vt l. 1. ff. si mens. fal. mo. dixerit.

¶ Sextò, ratione repugnantię, per l. vbi repugnantia. ff. de re iudic.

¶ Septimò, si esset contrarius iuri aut constitutioni, quia tunc est nullus ipso iure: etiam si non opponatur, vt ff. de adul. in l. si maritus sit in magistratu. §. fi. Et ex prędictis decidit Bal. in d. l. 2. notabilem quæstio. Pone, per errorem apparebat ita scriptum: Titius accusat Seium de eo quòd fuit ausus expellere de possessione tali loco, & mense, secundum formam statutorum: quare petebat ipsum puniri: allegabatur quòd libellus erat ineptus.

¶ Primò ratione repugnátiæ: quia videbatur accusari de facto licito: quod non trahitur ad punitionem, vt l. Gracchus. C. de adul. cum si.

¶ Secundò, quia agens videtur fateri contenta in libello, vt in l. cum precum. C. de libe. causa. ergo videtur fateri S. iure fecisse, & per consequens videtur absoluendus, vt l. inter omnes. §. rectè. ff. de fur. Et si dicatur, quòd iste error non debet nocere. respondeo quòd nocet, quando generat incertitudinem. ff. de adul. in l. accusaturus. vel quando inducit defectum alicuius solennitatis vel formæ, vt l. ambiguitatem. C. de test.

¶ Tertiò probatur, quia libellus contrarius esset aptus dicendo contra formam statutorum: ergo dicendo, secundum formam statutorum, est ineptus, quia contrariorum idem est iudicium, vt in l. 1. ff. de his, qui sunt sui vel alie. iur. cum si.

¶ Quartò apparet, ꝙ libellus sit ineptus: quia si sententia inserto tenore libelli feratur, error reperiretur expressus in sententia, & per consequens non teneret, & secundum tenorem libelli formanda est sententia, & sic concludit Bald. in d. l. 2. ꝙ talis libellus est ineptus: quia idem est dicere secundum formam statuti, quod dicere statuto permittente. facit l. 1. §. Labeo. ff. de flumi. & quod no. Inno. in c. 1. de offic. vic. & in c. cum dilecti. inf. de accus. Hæc verba iure feci, sunt verba excusationis, non impugnationis. tu verò conclude, quòd quędam possunt omitti à principio, & si pars non opponit, procedit libellus, dummodo suppleantur in processu. Quædam verò reddunt libellum penitus ineptum. hæc autem colligi possunt ex his quę dixi in 12. prin. art.

a Et no.[a] quòd licet libellus sit vnicus: si tamẽ potest comprehendere multos modos agendi, quorum aliqui sunt inepti, & aliqui apti: pars inepta nõ vitiat modum aptũ, vt in c. ad dissoluẽdum. inf. de despon. impube. secundum intellectum Hostien. & ibi no. Dominus meus, facit quod in simili dicimus de rescripto Apostolico plures gratias continente, quod subiectio in vna non vitiat reliquam. tex. est no. in c. si eo tempore. de rescrip. lib. 6. ad quod vide quæ dicam in c. seq. in 29. prin. art. & quæ tradit Io. Andr. in addi. Specu. in titu. de accusatore. §. 1. post prin. in addi. quæ incipit, ad intellectum. quod dixi in cap. præced. in 8. princ. artic. circa fi. Quando autem debeat opponi de ineptitudine libelli: consulo quòd opponatur ante li. contesta. & per ea quę superius dixi, & per ea quæ dixi in 23. articu. maximè quando esset talis ineptitudo, quæ repararetur seu purgaretur per processum. ad quod etiam vide quæ dicam in c. seq. artic. 32. Et no. quod in dubio libellus præsumitur aptus, non ineptus, vt no. Inno. in c. examinata. de iu. & Bal. in rep. l. edita. in fi. 10. oppo. & pro ipsius validitate & aptitudine fit interpretatio, vt dicam in c. seq. art. 33.

¶ Vigesimoquintò prin. artic. tractandum est de emendatione libelli. circa quem ar. pro clariori ipsius intellectu, prosequar infrascriptas quæst.

¶ Prima, quid sit emendare, & quot modis accipiatur.

¶ Secunda, quid differat à mutatione.

¶ Tertia, an actor possit emendare libellum, & quo ad quid, & vsque ad quod tempus.

¶ Quarta, qualiter debeat fieri emendatio.

¶ Quinta, quis sit emendationis effectus.

121 ¶ † Primò igitur quero, quid sit emẽdare, & quot modis fiat. ¶ S o l. Glo. in l. edita. C. de eden. dicit quòd dicitur fieri emendatio, cum in libello petebam plus, & nunc minus, vel econtra. Inst. de actio. §. si minus. sed Bar. ibi, quem sequitur hic Dominus meus, dicit quòd emendare est corrigere, superflua

b resecare, verba mutare sententia[b] eadem manente, seu non mutata addere, detrahere, vel obscura declarare. C. de emendatione Iustiniani Codicis, per totum, & in prima constitu. C. §. quibus. Et idem in effectu tenent hic Ioan. de Imo. & Docto. & dicit Pau. de Castro in d. l. edita. quod dicitur ab E, quod est extra, & menda, mendæ: quasi extra mendam. Sed tu aduerte: quia Bal. in repe. d. l. edita. quam fecit Paduæ, in notabilib. dicit, quòd ea quę veniunt ad declarationem, non debent continere emendationem, per c. cum dilectus. infra de accus. ff. de rei vend. in l. Pomponius. §. fi. pro quo dicto facit: quia ille qui declarat, nihil dicitur de nouo facere, vt in l. hæredes palam. §. sed & si quis. ff. de testa. Et in proęmio 6. & in Clem. 1. de iure patro. cum si. vide quod dixi in cap. fraternitatis. infra de testi. in 11. prin. arti. fol. 34. Arbitror tamen dici posse, quòd declaratio dicitur emendatio, in quantum obscuritas libelli emẽdatur per declarationem. Item dicit Bal. quòd non intelligitur libellus emendari, quãdo transit de nullo esse ad aliquod esse: sed quando aliqua substantiali parte remanẽte in aliquo colligitur vel suppletur, & simili ratione per contrarium non dicitur emendari, si transit de aliquo in nullum, facit quod statim dicam in secunda fallentia, & facit etiam dictum

ADDITIONES.

a ¶ *Libellus potest esse pro parte aptus, pro parte verò ineptus. de quo arti. vide per Soc. in consi. 46. col. 3. ver. confirmantur prædicta. lib. 1. & in consi. 6. eod. lib.*

b ¶ *Emendare est remanente sententia &c. sed videtur quòd confessio facta in libello non possit mutari, l. cum precum. C. de lib. causa. vide quæ no. Ias. in l. edita. in 3. col. in 4. no. C. de eden.*

ctum cap. cum dilectus. de accusatio. qualitercunque ergo salua substantia aliquid additur, minuitur vel declaratur, etiam remouendo qualitatem substantialem, dicitur fieri emendatio, secundum Paulum de Castro.

122 ¶ † Secundò quæro, quid differat emendatio à mutatione libelli. ¶ Sol. Apparet ex his quæ dixi in quæstio. præceden. & quæ dicam in seq. 27. artic. quæstio. 1. emendatio enim fit quo ad partem remanente principali substantia: libelli mutatio verò, quando tota substantia mutatur, vt dicam in 1. q.

123 ¶ † Tertiò quæro, an actor posit libellum emendare, & quo ad quid & vsque ad tempus. circa quam quæst. vt effugiam longam distinctionẽ Doctorum quæ ambiguitatem inducit, pro clariori doctrina prosequar tria membra.

¶ Primum, quid iuris ante li. contest.

¶ Secundũ, quid iuris post li. cõtest. in causa prin.

¶ Tertium, quid iuris in causa appellationis.

¶ Circa primum, quando sumus ante li. contest. sume regulam affirmatiuam, quòd licita est emẽdatio. hanc regulam ponit Gl. hic in ver. item quòd libellus potest, per l. edita. C. de eden. & l. libellorum. ff. de accu. & est communis conclusio Docto. hic, & in d. l. edita. & hæc regula procedit, siue emendatio fiat per modum declarationis: cum hoc posit fieri etiam post li. contesta. vt dicam in 2. membro: siue fiat addendo vel subtrahendo: siue talis additio vel subtractio fiat circa qualitatem, per ea quę dicam in secundo membro: siue etiam circa substantialia, secundum Dominum Anton. & Dominum meum, & Moder. hic, per no. in d. l. edita. iuncta Glo. & d. l. libellorum. siue etiam fiat circa rem petitam, secundum Docto. hic, & Inno. in c. præcedenti, & Glo. & Doct. in d. l. edita. quod tamẽ limitat ibi Bar. quãdo volo addere vel minuere circa eandem rem, vel summam, & talis res vel summa non clauderetur sub prima actione proposita, quia tunc fieri non potest: quia non est propriè emendatio, sed nouæ actionis propositio, & sequitur hic Dominus meus. Vtrum autem claudatur vel non claudatur sub prima actione, colligitur ex doctrina data in l. scire debemus. ff. de verb. obl. quæ dicit quòd tot sunt stipulationes, quot sunt res, & per cõsequens, tot actiones & obligationes. Si verò vna est summa, vna est stipulatio. de quo in d. c. seq. in 19. artic. Et ex prædictis infertur quòd si petij decem, & fueram stipulatus viginti: vel petij partẽ fundi, & fueram stipulatus totum fundum: possum ante li. contest. addere decem, vel aliam medietatem fundi, & sic petere 20. & totum fundum, quòd non est opus noua actione, sed propriè emendatur libellus, secundum Domin. meum hic, facit Insti. de act. §. si minus, & tenet Ioan. And. post Mar. Silli. in addi. Specul. in tit. de libel. concep. §. nunc ostendamus. in prin. & idem Bald. in repet. l. edita. post prin. ver. pro intellectu literæ. & sicut potest addere, fortius detrahere. vnde si petij centum, vel integrum fundum: possum detrahere quinquaginta, vel fundi partem: quia si hoc fieri potest post li. conte. vt dicam in secundo membro, fortius ante. vnde dicit Bald. in d. l. edita. quod si egi contra plures de damno dato, vel de furto: cuilibet possum detrahere vnum. Et si egi pluribus actionibus possum detrahere vnum. Item procedit regula prædicta: etiam si libellus deficeret in conclusione, quia conclusio non resultaret ex præmisis. verbi gratia: peto decem, quia Rex est in Francia, vt l. 2. §. circa. & quod ibi no. ff. de doli excep. tenet Barto. in d. l. edita. Item procedit non solùm vbi est talis defectus, qui parte tacente non habet vitiare, per no. in l. 1. ff. de eden. iuncta l. fin. C. de annali except. sed etiam si esset talis defectus, qui etiam parte tacẽte vitiaret, & impediret iudicium: vt si in criminalibus omitteretur aliquid de substãtialibus. l. libellorum. ff. de accusa. quod tamen procedit, dummodo tempora largiantur, secundum Bar. in d. l. edita. & Dom. meum hic, & quid sit dictum, seu quid significet, dummodo tempora largiantur, dicam statim in prima fall. & generaliter conclude, quòd regula prædicta procedit, vt ante lit. contesta. admittatur emendatio in omnib. casibus, in quibus admitteretur post li. contesta. de quibus dicam in fal. secundi membri. Et ex prædictis infertur decisio ad plures quæst.

¶ Primò deciditur: pone, dixi, quod tu possides fundum ad me pertinentem iure dominij: data est tibi copia libelli: tamen cõsidero quod difficilis est probatio directi dominij in re immobili. vnde emẽdo libellum, detrahens illud verbũ, directi, ad hoc vt libellus concludat in quolibet dominio, & sic detraho verbum, & adiungo sensum: certè possum hoc facere ante litis cõtestationem, secundum Bal. in d. repe. l. edita. ver. pro intellectu literæ. Et idem si in libello dixi, rem ad me pertinere iure dominij: deinde adiunxi, vel quasi.

¶ Secundò deciditur, si intentaui petitorium & possessorium: possum detrahere alterum.

¶ Tertiò si dixi in libello me mutuasse & numerasse Titio centum, quæ fuerunt in chirographum deducta: sed timens nõ posse probare mutuum naturale, possum detrahere verbum, numerasse.

¶ Quartò si peto diuisionem tanquam dominus pro dimidia, & volo addere aliam quartam: quia eram dominus pro tribus quartis, possum facere: quia hic nõ emendatur libellus circa actionem: sed circa causam seu rem, quia actio, communi diuid. non mutatur, sed additur portio.

¶ Quintò, si in libello non est expressum nomen obligationis, nec obligatio est expressa, vel est expressa, sed incongrua: potest actor emendare, addendo necessaria, & detrahendo superflua vitiosa, a & iudex [a] quandoque in libello supplet ex sua propria authoritate, vt no. in Rub. & l. penul. C. vt quæ desunt aduocatis.

¶ Sextò, quia possum addere in libello illam clausulam, saluo iure addendi vel minuendi, &c. quàm à prin. non posueram, quæ clausula operatur, vt non videatur cõnexè agere: nec me astringere, nisi quatenus causa desiderat. ff. de appella. l. scio. de qua tamen clausula dicam in sequenti membro. & prædicta ponit Bal. in d. l. edita. in repet. in d. versicu. sed pro intellectu.

¶ Sed circa prædicta quæro de ratione, quare licitum

ADDITIO.

a ¶ *Iudex potest ex propria authoritate supplere. adde bonam Glo. in c. bonæ. el 1. versi. curauimus allegare. extra de postu. præla.*

citum sit regulariter emendare libellum ante li. con testa. & non post, vt dicam in sequen. membro. Solue, quòd ratio est: quia ante lit.contesta.libellus est demonstratiuus futuræ litis. & ideo cum adhuc sit in fieri, & non in facto esse, potest fieri emendatio, quia nihil [a] dicitur actum, ex quo aliquid superest ad agendum. sed post lit.contesta.iam non est in fieri, sed in facto esse. Et ideo regulariter non licet emendare aut reformare, secundum Bal. in d.repet. in notabilibus.

124 ¶ † Sed circa omnia prædicta oppono: nam desiderium apud acta publicatum non potest corrigi. C. de omni agro deserto. in l.rura. lib. vndecimo. ¶ Sol. Ibi loquitur de desiderio obligatiuo: hic de desiderio disceptatiuo. facit.ff.fam.ercisc.in l.qui familiæ, secundum Bal.in d.repet. versic.sed contra omnia prædicta. Hæc autem regula recipit plures fallentias.

125 ¶ † Primo fallit, si sit talis defectus, qui parte tacente vitiaret processum: puta, si omittitur aliquid de substantialibus, secundum formam l.libellorum. ff. de accus. vel si libellus deficeret in conclusione: quia conclusio non resultaret ex præmisis, puta, peto decē quia Imperator venit in Italiam, vt l.2.§.circa.ff.de doli exceptione, & quod ibi nota. Nam licet hoc casu, si tempora largiuntur, posit fieri emendatio, vt supra dixi: tamen secus est si tempora nō largiunt, vt probatur in l.accusaturus.ff.de adul. Et declara, si tempora nō largiuntur, id est, si tempus præfixū à iudice, vel à lege hoc non patitur. Pone enim, ꝙ iudex ex causa præfixit Titio certum terminum ad agendum, qui egit intra terminum: sed post terminū vult emendare libellum, qui non tenuit: certè non pōt: quia videtur nunc agere, quo tēpore reperitur exclusus. Et idem in tempore statuto à lege, vt d.l.accusaturus, secundum Bar. Bal.& Docto.in d.l. edita, & sequuntur hic Dom. meus & Moder. quod est no.dignum. & facit ad multas quæst. & ad idem in fin.facit l.bonorū.ff.rem rat. hab. vbi ad hoc vt [b] ratificatio firmet actum, debet fieri intra tempus, intra quod actus potuit celebrari.

126 ¶ † Secundò fallit, quando potius esset vitiare, quam emendare. Nam malè emendat qui vitiū de nouo inducit, vbi nō erat, vel aliud vitium accumulat: vnde sicut actio debet conuenire negotio: ita emendatio: aliàs iudex hoc pati non debet, vt l.1.ff. de offic.asse. secundum Bal. in d.repe.l.edita.versic. nunc ponamus exempla.

127 ¶ † Tertiò fallit propter euidentem agentis malitiam & dolositatem: vt quia petierat summariè procedi in causa quæ poterat esse talis, narratur postea, detraho verbum summariè, & pono verbum, ordinariè, vt ex industria protrahatur iurgium, & reus anfractibus iudiciorum fatigetur. Nam iudex hoc pati non debet, etiam si pars nihil opponat. argumen.l.quisquis.§.nemo.C.de postu.secundum Baldum in d.ver.

128 ¶ † Quartò fallit propter æquitatem, puta, egit quis pro furto certi condictione generali, quæ non infamat, nūc vult pœnitere, & proponere actionem furti ad infamandum: certè nō debet admitti, nec iudex hoc pati. ar. l.in fundo. ff. de rei vend. secundum Iac. Butr. [c] & sequitur Bal. in d.ver.

129 ¶ † Quintò fallit propter emendationis obscuritatem, vel duplicitatem. Nam emendatio debet esse certa & clara, sicut libellus.ff.de rei vendi. in l.si rem tradit. Bal.in repe.d.l.edita.ver.nunc ponamus.

130 ¶ † Sextò fallit, ratione qualitatis causæ, vt puta, in causa criminali. Nam in ea, si libellus est ineptus ex integro, accusabit intra tempus à iure statutum, vt l.accusaturus.ff.de adult.& l.libellorū.ff.de accus. canonizata.2.q.8.secundum Spe.in tit.de libel.concep.§.nunc ostendamus. vers.quid si in causa criminali.& ista fuit opi.Guil.de Cu.in d.l.edita.vbi concludunt, ꝙ in criminali etiam ante li.cotest. non potest libellus emendari propter vinculum inscriptionis, quod inducit necessitatem perseuerationis. in l. accusationem.C.qui accus.non poss. dicit quod ante li.contest.potest emendari, postea non. allegat gl. in l.si maritus sit in magistratu.§.si negauerit. ff.de adult.Sed illam gl. ego non habeo, vide quod statim dicam in seq.membro, in 6.fal. & quod dixi in cap. qualiter.el 2. inf.11.art.q.73.

131 ¶ † Vltimò fallit generaliter, vbicūque ex aliqua iusta causa iudici videretur, ꝙ emendatio non esset admittenda, & hoc est quod expresè vult tex.in d.l. edita. dum dicit, quod emēdat vel mutat, prout edicti perpetui monet authoritas, vel ius reddentis decernit æquitas. Sed contra prædicta posset opponi. ad quid enim fit ista prohibitio emendationis in dictis fallentijs: cum de nouo posit actor agere, vel accusare, si libellus non fuit bene conceptus, vt d.l.libellorum. & loquor quando non fuit præfixum certū tempus. Sol. Dicit Bar. in d.l.edita. & sequitur hic Dom.meus, ꝙ fortè interest actoris, seu accusatoris magis ꝙ procedatur super primo libello, quàm ꝙ det libellū de nouo, propter nouas sportulas vel gabellas, quæ debent solui cum offertur libellus, secundū varias consuetudines seu statuta Italiæ. Item pōt dici, ꝙ fit in odium ipsius actoris, qui nō debuit sic vagari, & variare cū præiudicio ipsius rei, & fortè iterū non aget nec accusabit, cū propter hoc debeat aboleri nomē accusati. Et iuxta vulgare prouerbiū, *Chi scampa d'un ponto, scampa di cento*. Et sic est expeditum primum membrum de emendatione libelli. Postremò videtur, ꝙ nullo modo posit, ēt ante litis contest. Sol. Dic, quòd nō potest, scilicet differendo, vt in contrario, sed desistendo vel aliter emēdando: quia emendatio non differt, sed reformat in melius. potest talis emendatio fieri secundum doctrinam supra positam, secūdum But. Bar. Bal.& Doct. in d.l.edita. & statim subijciam in 2. membro. in 3. fal.& latius in 26.prin.artic.

132 ¶ † Circa secundum membrum, quando sumus post li.contest.vtrum admittatur emendatio.glo.nostra hic, in ver.post li.contest. ponit regulam negatiuam,

ADDITIONES.

a ¶ *Nihil dicitur actum, &c. Adde tex.in l.fi.in fi.C.de sena. & quòd libellus sit litis demonstratiuus. vide Soc. in consi.41.col.pe.lib.1. vbi etiam tangit quòd vsque ad li. contesta. potest emendare, &c.*

b ¶ *De qua ratificatione facienda in debito termino, vide latè per Modern. post Bart. in l. si quis pro emptore. 1.col. ff.de vsucap.*

c ¶ *Adde quæ dicunt. Alex. & Mod.in l.Gallus.§.eius. in 1.col.ff.de lib. & posth. & Dec.in c.dilecti. de ind.*

uam,& bene, quòd emendatio fieri non potest, per l.nō potest.ff.de iudic.& ff.de excep.rei iudi.in l.egi. & sequuntur Doct.hic,& in l.edita,C.de eden.& ratio est: quia per litis contest.libellus transiuit in quasi contractum inter partes, & non est amplius in fieri,sed in facto esse.& ideo corrigi,emendari,vel mutari non pōt:quia aut oportet lit.de nouo cōtestari, & hoc esset absurdum,aut sententia esset nulla si ferretur super libello, super quo lis non esset contesta. secundum Bald.in repet.d.l.edita.in notabilib.& in versi. dictum est de euictione. & procedit prædicta regula etiam si tempora à statuto vel l. concessa largiantur per rationem prædictam: dummodo simus extra casus fallentiarum, de quibus statim dicam. Item prædicta regula procedit in omnibus casibus fallentiarū positarum in præcedenti membro: quia si in illis ante li.contest.non potest fieri emendatio, multominus debet posse fieri post li.contesta. Vlterius procedit prædicta regula ēt si sit apposita clausula,saluo iure [a] addendi &c. quia ista clausula nihil importat quoad hoc, vt no.Barto.in l.non solùm.§. morte.ff.de ope.no.nunc. & in d.l.edita. dixi sup.in 12. princ. artic. q.5. Insuper etiam procedit prædicta regula nō solùm post veram li.contest.sed etiam post interpretatam litis contest. vnde si statutum disponeret, ꝗ productio libelli haberet vim litis cōtestationis,non debet tūc actor confidere in emendatione libelli, ex quo porrectio libelli habet vim litis contest.vnde dicit Bal.quòd actor debet petere abolitionem,ne error à prin. ex postfacto transeat in crimen falsi. ita dicit Bal.in l.accusationem. C.qui accusa.non poss.in fi.loquitur tamen in causa criminali. Hæc tamen regula recipit plures fallen.

133 ¶ † Primò fallit, si emendatio fieret per viam declaratoriam,secundum Dom.Anton.Dom.meum, Io.de Imo.& Mod.hic,& per Bar.& Doct.in d.l.edita. qui volunt, quòd hæc emendatio posit fieri vsque ad sententiam, per l.si quis intētione.ff.de iud. sed melior ratio est: quia qui declarat nihil dicitur de nouo agere, vt dixi supra in 1.q.& vide ēt quod dixi sup.in 12.art. q.10.vers.10.quæro. Hæc tamen fallentia limitatur secundum Bart.in d.l.edita.& sequuntur Docto.ibi,& hic, si modo proponens vult facere hanc declarationem: secus si alius,etiam si esset hæres [b] proponentis, vt in l.idem Pōponius scribit si frumentum.in fi.iuncta gl.ff.de rei vend.& ibi Bart. & Bal. & Ang.

¶ Secundò fallit, si sit talis defectus,qui parte tacente potest omitti: quia tunc potest fieri emendatio vsque ad sententiam,secundum Bar.in l.edita.& Dom. meum hic per l.fi.C.de anna.excep.

134 ¶ † Tertiò fallit respectu detractionis de summa aut re petita. vnde si petij centum,possum detrahere quinquaginta.arg.l.quidam estimauerunt.ff.si cert.pet.Et intellige,ꝗ hæc detractio pōt fieri nō differendo,sed renunciando illi parti quā detraho.differre enim nō potest, per tex.in authen.qui semel.§. quomodo & quando iudex. de cuius intellectu dicam in 26.art. sed renunciādo potest: quia sicut potest toti liti renūciare,vt in l.postquā liti.C.de pact. de quo dicam latius in 21.art. fortius debet posse renunciare parti.facit l.quę de tota.ff.de rei vend.Hęc tamen fallentia procedit,nisi ab initio per dolum expresisset maiorem quantitatem, petendo plus debito,& cautionem exigendo: quia tunc cadit à causa, vt est tex.singularis,in l.1.ff.de plus peti.de quo dic, vt latius dicam in c.1.inf.de plus peti. in 2.prin.art. ver.primus.& qualiter intelligał,vide ibi in 6.princ. art.q.2.facit quod dixi inf.in 6.fal.versi. itē aduerte.

135 ¶ † Quartò fallit detrahēdo liti generali per prosecutionē specialem,vt l.licet.C.de iud.quod procedit,si reus hoc fieri patitur. Sed si reus instaret,vt generaliter procedatur,generaliter est procedendum: nec potest actor impunè diuidere generalem causę continētiam.ff.de arb.in l.de rebus, secundum Bar. in repe.d.l.edita.in 6.oppositione.

136 ¶ † Quintò fallit in accessorijs, vt in fructibus,& similibus: quos possum addere petitioni,intelligendo tamen de his qui post li.contest.occurrunt.secus si ante: quia tunc nō possunt,vt probatur.ff.de ædi. edic.l.ædiles.§.item sciendum.& l.Atteius.§.fi.cum l.seq.ff.de aqua plu.arcen.secundum Bar.Bal.& Docto.in d.l.edita. & Dom. meum hic.

137 ¶ † Sextò fallit,si sit emendatio per quam solùm augetur vel minuitur condemnatio ex virtute actionis propositæ: nec per ipsam emendationē contingit actionis aut facti mutatio. talis enim emendatio est licita vsque ad sentētiam,vt in l.in delictis.§.si detracta. ff. de noxa. vt puta, si noxali iudicio agendo addidit domini scientiā, vt teneretur in solidū, vel scientiam domini appositam in libello detraxit, vt teneretur noxaliter, secundum gl. Bar. Bal.& Doct. in l.edita.& idem tenet Specu.in ti.de libel.concep. §.nunc ostendamus.vers.emendare. vbi dicit, quòd quando non mutatur actio, sed qualitas: potest fieri emendatio post li.contesta. sicut aliàs in simili nō mutatur actio: sed qualitas ratione mendacij. ff.de fideiuss.in l.si dubitetur.& C.ad leg.Aquil. in l.contra negantem. Et pro declaratione dictorum verborum, an dominus sciuerit vel ignorauerit in noxali iudicio, vide quod latius dixi in c. si bos. inf.de iniu. & sequuntur hic Docto. maximè Io. de Imo. qui dicit,ꝗ potest actor etiam post li.contest.emendare qualitatem,quæ non habet immutare substantiam actionis vel facti: nec formam sententiæ: sed solùm diuersificare executionem,per d.l.in delictis. §. si detracta. & hoc procedit, quando ista qualitas est extrinseca & emergens, vnde per eam non confertur seu alteratur actio: sed datur modus executioni. & ideo licet addatur uel detrahatur, non inducitur nouum iudicium, vt d.§.si detracta. & ideo ille qui accusauit aliquem simpliciter, potest etiam post

ADDITIONES.

a ¶ *Saluo iure. De hac clausula,vide Fel.in c.ex parte. in 4.col. ver. copula. de rescript.d.Ias. in §.omnium.de act.Mod.in c. inter. ver.addendæ. de fide instr.& Ias.in l.edita.in fi.latè de hac clausula.C.de eden.*

b ¶ *Hæres nō debet declarare mentem defuncti. de hoc art.vide Mod. in l.inter stipulantē.§.1.ff.de verb.oblig. Et adde quòd declaratio potest fieri vbicunque verba sint obscura, quamuis aliquis sensus à iure præsumptiuè suscipiatur. Bar. in l. ab executore. in prin. de appel. Aret. in consi.84.fin.col. Item adde quòd is, qui declarat, nihil noui addit. velut is qui granum ex spicis excutit. Fulg. consi.148. in fi. Et quòd declaratio libelli pertineat ad libellantem. vide Angel. consil. 157.*

post li. contest. addere, quod sit de Magnatibus ad hoc, vt grauius puniatur: quia esse Magnatem non est principalis causa agẽdi: sed qualitas maleficij, secundum Iac. Butr. in d. l. edita. quem sequuntur Bald. & Florianus in d. §. si detracta. secus si esset causa dandę actionis, vel alteretur actio: ita quòd à tali qualitate actio formaretur, & exinde condemnatio moderaretur, per l. Pomponius. la 2. in fi. ff. de neg. gest. iuncta l. Prætor. §. docere. ff. vi bo. rap. secundum Bald. in repe. d. l. edita. in 9. cõtrario. Inno. in c. pręced. & hic. Aduerte tamen: quia Inno. intelligit illum §. si detracta. quando à principio non fuit expressa aliqua qualitas. secus si fuisset expressa: quia tunc post li. cõtesta. non põt emendari, seu mutari. & sic limitat illum §. sed vt dicit hic Io. de Imo. Legistæ communiter transeunt cum pręced. intellectu,[a] & benè. Item aduerte: quia quod dixi, quòd qualitas, quæ non alterat actionem vel substantiam facti, potest emendari: fallit in casu speciali. c. ab eo. de elect. lib. 6. & ibi assignatur ratio specialitatis: dic, vt ibi. facit quod dixi supra in simili in 3. fallen. per l. 1. C. de plus peti. Fallit ẽt hæc fallentia in causa criminali, per ea, quæ dixi in præced. membro, in 6. fall. Aduerte tamen: quia quidam tenent contrarium, volentes, quòd si accusaui de vulnere cũ sanguinis effusione, vel cum alia qualitate, & probaui vulnus, sed nõ probaui sanguinis effusionem, aut illam qualitatem: quod potest fieri cõdemnatio de eo, quod probatum est seruando hanc cautelam, & ante sententiã de accusatione illa qualitate non probata, cũ protestatione hac, videlicet, Domine iudex detraho de accusatione mea illa verba, cum sanguinis effusione, vel talem qualitatem, volo tamen de alijs per vos procedi, per d. §. si detracta. & Insti. de actio. §. si minus. quia emendare & mutare licet, vt d. l. edita. Barto. tamen çonsil. 16. quod incipit, accusatio. dicit quòd alij tenent cõtrarium, & hanc opinionem sequitur. Mouetur, quia accusatori est quæsitum ius: quia per talem qualitatem non probatam veniebat iste absoluẽdus, prout ibi latius traditur per eum. vnde beneficiũ iuris non est ei auferendum, vt in Authen. de nupt. §. non solùm. & in regula, indultum. de reg. iu. Et quia nemo potest mutare consilium in alterius præiudicium, vt in regula, nemo potest. de reg. iur. Item, quia regulariter post li. contest. non potest quis mutare propositum. non ob. §. si detracta. quia loquitur in alio casu, secundum eum. & sic habes differentiam, quòd ante probationem factam poterat detrahere hanc qualitatem, & probando sine qualitate obtinere. ita arbitror posse responderi ad §. si detracta. Sed post factã probationẽ, nulla prius facta detractione, procedat quod dictũ est, & vide omnino ad hoc quod dixi in c. qualiter. el 2. inf. de accus. in 11. prin. arti. q. 83. & vide quod dixi in pręced. membro, in 6. fallen.

138 ¶ † Septimò fallit respectu partis, quæ agenti mihi, ad partẽ accreuit parti petite post li. cõtest. Nam possum addere libello illam partem, vt ẽt in illa parte feratur sententia, vt l. si proponas. §. fi. ff. de inoffi. testa. facit quod no. in l. si non mortis. §. fi. eod. tit. & ratio est: quia illud venit intrinsecè per ius accrescẽdi, quod inducit ipso iure prorogationẽ ad id, quod est eiusdem formæ, hoc est naturæ, secundum Baldum in repe. d. l. edita. in 7. contrario.

139 ¶ † Octauò fallit in actionibus vniuersalibus & generalibus, in quibus potest addi & detrahi vsque ad sententiam, secundum Inno. in c. præced. l. 4. & l. si quo tempore. ff. de pet. hære. & in l. licet. C. de iudic. & idem tenet gl. in d. l. edita. C. de eden. Sed hoc non placet Petro, Cy. & Bar. ibi: quia in petitione hæreditatis principaliter petit actor se pronunciari, in executione autem veniunt omnia bona hæreditaria, dixi supra in 12. arti. q. 5. in 1. membro, & q. 17. vnde si ad reum aliquid perueniret pendente iudicio: illud potius veniret in tali iudicio virtute actionis propositæ, quã ex veritate emendationis. & ideo dicit Bart. quòd si esset actum petitione hæreditatis ad vnam rem singulariter, nõ posset fieri post li. contest. emendatio vel additio alicuius rei, vt l. non põt. ff. de iud. & ex hoc no. intellectum ad illam l. 4. quæ ibi non declaratur per Bar. nã Bar. in d. l. edita. intelligit, quod l. illa procedat, quando cõclusio fuit generalis. secus si actor restrinxit se ad certam rem, vt quia petijt hæreditatem, seu se declarari hæredem: tunc enim si declararetur hæres, mãdaretur sententia executioni, etiã in rebus quas incępit possidere etiam post li. contest. vt dixi in d. q. 5. in primo membro. secus autẽ vbi actor egit petitione hæreditatis, restringendo se ad vnam rem singularem: quia tunc illa res venit, & non alia, nec potest etiã in processu declarare, sicut in iudicijs singularibus, & sic noua est opus interpellatione. arg. l. nõ potest. ff. de iudic. Et hunc intellectum sentit Specu. in tit. de libel. conceptio. §. nunc ostẽdamus. post prin. vbi post Vincen. quòd in vniuersali actione, vbi res non fuit specificata, potest libellus mutari & emendari, addendo vel detrahendo, per d. l. quartam. & idem dicit in generali actione, per l. licet. C. de iud. Et sic apertè sentit, quòd quando res fuit specificata, ita quòd actor restrinxit se ad certã rem: non posset fieri additio vel detractio: quia alia nõ veniunt ex natura actionis. si enim venirent, nihil obstaret quo minus posset fieri additio vel detractio. Aduerte tamen: quia litera Spec. referentis opin. Columbi, habetur diuersimodè, & eandem opinionem sensit Innoc. in c. conquerente. supra de offic. ordin. & gl. in d. l. 4. dum exponit tex. dum dicit, de qua sola, id est, propter quam solam, quasi velit quòd ibi non contendebatur de vna sola re: sed propter illam rem solam fuit intentata petitio hæreditatis. facit ẽt tex. in princ. illius l. dum dicit, si hęreditatem petam ab eo, &c. & sic nõ restrinxit petitionem suã ad vnam solam rem: quia tũc non fieret condemnatio, nisi ad illam tãtum. Et hæc opinio placet hic Dom. meo, qui dicit, quòd in examine cuiusdam scholaris vidit magnã disceptationem super intellectu illius legis: mouetur etiam, quia restringendo se ad vnam speciem, videtur restrinxisse virtute actionis vniuersalis. argu. Cle. exiui. de verb. signific. facit quod no. in c. sedes. de rescript. & in l. si cui dulcia. ff. de vino, tritico, & oleo leg. Et hoc est tenẽdum, secundum Do. meum, licet Spec. in ti. de actio. & pet. §. sequitur. versi. differunt. aliud

ADDITIO.

a ¶ *De intellectu §. si detracta. in l. in delictis. de noxa. vltra alios vide subtiliter per Dom. Phil. Dec. in c. licet. in glo. in ver. astrinxit. in 1. conclusione. 2. fallen. extra de proba.*

aliud sentiat. & vide, quod dixi in d. 5. q. in 1. membro, & etiam in secundo, quantum ad actionē generalem: vbi dixi, quòd non fit cōdemnatio, nisi super
a prosecutis,[a] vt l. licet. C. de iud. Et prædicta notabis, vt sis cautus in practica, ita q in vniuersalibus & generalibus iudicijs non restringas te in libello, sed facias conclusionem vniuersalem, seu generalem.

140 ¶ † Nonò fallit, si est talis ineptitudo quę reddat nullam litis contest. quia tunc semper potest emendari: quia ex quo litis contestatio est nulla, habetur pro non facta, & sic non præstet impedimentum, vt in regula, non prętat. de reg. iu. lib. 6. cum sim. quod intellige, si tempora largiuntur: hoc est, quòd non sit præscriptum, per l. accusaturus. ff. de adult. secundum Bal. in repet. l. edita. ver. sed hic dubitatur. tetigi in præcedenti membro.

141 ¶ † Circa tertium membrum, vtrum emendatio possit fieri in causa appellationis. Vinc. & post eum Io. And. referunt quosdam dicere, quòd addi & detrahi potest quantitati in libello comprehensæ. arg. l. fi. C. de temp. appel. Sed ipsi tenent nil extraneum peti posse: cū nec super tali possint testes produci, vt l. per hāc, C. de temp. appel. quia necessarius esset nouus libellus, & nouum iuramentum. fatentur tamen, quòd si iudex principalis causæ minus cōdemnauit quàm debuit, illud peti potest in causa appellationis, per c. Raynutius. inf. de test. & sic residet hic Do. meus. Ego arbitror generaliter dici posse, quòd cū appellatio rescindat, seu suspendat acta vsque ad litis contest. exclusiue, secundum quod traditur in l. 1. in fi. ff. ad Turp. & l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pact. & in c. fi. inf. de seq. possess. & fruct. propter hoc possit fieri emendatio in causa appellationis in omnibus criminibus, in quibus supra diximus posse fieri emendationem. facit quod no. in l. per hanc. C. de appel. & quod no. in c. per tuas. & vide quod dicam in 22. art.

142 ¶ † Quartò quæro, qualiter debeat fieri emendatio. SOL. Dic, q debet fieri pro parte citata. argu. l. de vnoquoque. ff. de re iud. sentiunt Bar. & Do. Florianus in l. in delictis. §. si detracta. ff. de noxa. ad quod vide quæ latius dixi in cap. qualiter. el 2. de accus. in 11. prin. art. q. 73.

¶ Quintò quæro, quis sit emendationis effectus. SOL. Dic, vt dicam in 58. princ. artic. & ex his est expeditus iste 25. art.

¶ Vigesimosextò princ. art. in quo examinādum est de mutatione ipsius libelli, prosequar pro clariori examinatione infrascriptas quæstiones.

¶ Prima, quid sit mutare libellum.

¶ Secunda, quæ differentia sit inter mutationem & emendationem libelli.

¶ Tertia, an actor possit mutare libellum, & quo ad quid possit mutare, & vsque ad quod tempus.

¶ Quarta, qualiter possit mutare.

¶ Quinta, de ipsius mutationis effectu.

143 ¶ † Primò igitur quæro, quid sit libelli mutatio? SOL. Dic, quòd est ab edita actione in totū recedere, & alium libellum formare, vt l. edita. C. de eden. & ibi per Docto. & dicit ibi glo. q libellus mutatur, quando id, quod est ipsum substantiale, in totū tollitur. & ita dicunt hic Doct. & Io. And. in addi. in tit. de libel. concep. §. nunc ostendamus. in princ. potest autem fieri hæc mutatio pluribus modis, videlicet, per mutationem instantiæ causę actionis, & rei petitæ: per mutationem instantiæ, quando fieret mutatio differendo in aliam instantiam, vt infra dicam. exemplum, de causa potest figurari, si petij libellum
b ex causa depositi,[b] & nunc volo remouere illud verbum ex causa depositi, & ponere cōmodati, quia testes mihi dicūt, quod fuit commodatum. vnde si deponerent super libello ex causa depositi, succumberet, secundū Inno. in c. 1. inf. de li. cōtest. Exemplum de mutatione actionis potest figurari, qn receditur à veteri actione, & ponitur noua: vt puta, si narraui, q dedisti mihi damnum in vinea, & peto te cōdemnari ad interesse, & sic propono actionē. l. Aquilię: postea verò volo mutare, & dicere, q dedisti damnū succidendo vites, & peto te cōdemnari ad duplum. Et sic recedo ab actione l. Aquiliæ, & transeo ad actionem arborum furtim cæsarum. De re verò pōt figurari exemplum si petij Codicem ex causa cōmodati, & nunc volo remouere Codicem, & ponere Digestum. Inst. de act. §. si quis alium. Bald. etiam in repe. l. edita. figurat exemplum circa hanc materiam mutationis: puta si dico, te possidere talem rē, quæ pertinet ad me iure directi dominij, quam denegas restituere. vnde peto me declarari dominum, & te condemnari ad restitutionē, & ad hoc propono rei vendicationem directam. sed postea informatus, q non sum proprietarius, sed emphyteuta: muto totū libellum, dicens me vtiliter dominum. ista enim digressio, quæ fit ex primo libello, non remanente aliquo ex primo libello: formaliter intelligi dicit mutatio, scilicet quando tota conclusio libelli mutatur, secundū Bal. idem, si mutarem de rei vēd. in publicianam vel in hypothecariā. ff. de euict. in l. si cū venditor, & l. si minor. §. si seruus. quod no. in l. pen. ff. de inge. ma. possunt ēt alia plura exempla adduci. sit ergo conclusio, q libellus dicitur mutari, qn à veteri actione eius substātia in totum sublata, alia est in locum illius subrogata: vel quando instātia in totum deseritur, & in aliam instantiam transfertur. ista tamen in rei veritate non propriè est mutatio, sed desertio, seu translatio, aut renunciatio, vel desistentia, vt apparebit ex his, quæ dicam inf. in ar.

144 ¶ † Secundò quæro, quid differat mutatio libelli ab emendatione libelli? SOL. Clara colligi potest ex his quæ statim dixi in præced. q. iunctis his quæ dixi in 25. prin. art. q. 1.

145 ¶ † Tertiò quæro, an actor possit libellum mutare, & quoad quid, & vsque ad quod tēpus. SOL. Gl. nostra in ver. Item no. quòd libellus, in effectu vult, quòd possit fieri mutatio vsque ad li. contesta. prout placet per l. 3. C. de eden. & 2. q. 7. c. libellorū. postea verò non possit. A. B. Et hoc verum, nisi procederet de consensu partium, secundum quosdam. Sed dicit Bal. in authen. hodie. C. de iur. cal. q. fi. quòd licet de cōsensu partium cantaretur, tamen litis contest: item

ADDITIONES.

a ¶ *Sententia non præiudicat nisi super prosecutis: l. à iudice. C. de iud. vide tamen ibi Decio. Mod. qui assignant d. limitationes ad eam regulam.*

b ¶ *Egi ex causa depositi: tandem in progressu litis probaui de cōmodato, vtrū vitietur processus, & non possit ferri sentētia. disputat Alex. in consi. 121. pen. col. lib. 1.*

item facta non sufficeret: sed iterum esset lis cōtest. quia ista actio non clauditur sub illa litis contest. & bene, sed ante li. contest. videtur posse fieri emendatio, secundum gl. nostram. Ma. subdit tamen gl. nostra in ver. præterea, quòd reo postulāte post editam sibi actionem per iudicem vel executorem, actor necessitatur perficere litem, vt in authen. qui semel. C. quomodo & quādo iudex. vnde actor compellitur actionem intentatam cum noua actione vsque ad finem perducere, vt in d. auth. quod procedit in his actionibus, in quibus vna nō tollitur per electionē alterius, sed si vna tollatur per electionem alterius, non potest talis mutatio fieri, vt no. in l. 1. C. de furt. & in l. 1. C. si seruus se emi manda. & C. de cod. l. fi. & in l. quod in hæredem. §. eligere. ff. de trib. Si verò reus nō sit prædicto modo conuentus, videlicet edita sibi actione per iudicem vel executorem, licitū est sibi desistere: quia nemo [a] inuitus agere vel accusare compellitur, vt in Rub. & nig. C. vt nemo inuitus. Et hoc vult gl. in effectu in vltima parte. Sed Martinus Silimani in d. l. edita. vt refert Io. And. in addi. Specu. in ti. de libel. concept. §. nunc ostendamus. in princ. voluit, ꝙ olim ante ius Authenticorum actor quandocūque ante li. contest. posset propositam in libello actionem mutare, & ab ea desistere, per d. l. edita. & per l. amplius. ff. rem rat. hab. & l. 1. C. vt nemo inuitus agere, &c. Hodie verò non licet desistere: imò oblato libello, & reo citato, necessitatur actor prosequi vsque ad finem litis, vt d. auth. qui semel. & circa hoc varij varia senserūt, vt traditur hic, & in d. auth. qui semel. vel etiam per Roffre. in libellis, Rub. 30. & Odofr. in summa, in ti. de eden. in addit. quæ incipit, sed nunquid. & Host. in sum. huius tit. §. pen. Tu verò distingue post Bar. in d. l. edita. & Do. Ant. & Dom. meum hic, plurimis additis, ꝙ aut actor ante oblatum libellum seu citatum reum ad id, vult libellum mutare. & potest: siue vult in totū desistere, siue in aliud tempus velit differre, per rubrum & nigrum. C. vt nemo inuitus. tenet Bald. in Rubr. C. de in ius voc. facit l. Sempronia libellos. ff. de furt. & quod no. Iac. de Are. in l. denunciasse. circa prin. ff. de adult. Aut actor vult mutare libellum oblatum iudici, & editum parti, seu facta super eo ad id, citatione &c. conuenti per iudicem vel executorē. Et hoc casu subdistingue, ꝙ quandoque actor vult in totum desistere renunciando instantiæ actioni & causæ: & potest, non solùm ante li. contest. sed etiam post, vt l. postquam liti. C. de pact. & in l. destitisse. ff. de iudic. quod tamen limitatur, nisi reus vellet in iudicio persistere propter aliquā maiorem vtilitatem, vt puta, si assumpsisset onus probandi se dominū, quod facere potest, vt in l. circa. ff. de probat. Nam hoc casu, quia ex renunciatione actoris non consequeretur dominium, vt no. Bart. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. possess. vt probato dominio, reus declaretur dominus: cogitur actor persistere, secundum Bartolum, Baldum & Moderniores, in d. l. edita. & Dom. Ant. & Do. meum hic, facit etiam quod no. in l. vtique. ff. de rei vend.

¶ A. B. Potest enim reus conuentus petere se declarari dominum. ad quod vide quod dixi infra de causa possess. & propric. Tracta. 2. artic. 14. in fi. primi membri ibi, Quid autem si reus opposuit de dominio suo. Ma.

¶ Item hoc limitatur & secundò, vt possit scilicet in totum desistere in causa princ. sed in causa [b] appella. non videtur esse licitum renunciare, etiam ad litis excussionem, vnde appellans non pōt renunciare appellationi, appellato inuito. C. quando prouoc. nō est neces. l. fi. & ibi per Cynum. & ratio est: quia appellatio est communis vtrique ex eo, quia vtriusque negotia deuoluit ad superiorem. C. de appel. in l. ampliorem. faciunt no. per Inno. Host. & Doct. in c. conquestus. de rest. spol. secundum Bal. in repet. l. edita. C. de eden. in 6. oppo. Tu vide ad hoc, quod latè tractat Host. & post eū Do. Ant. in c. fi. de crim. fal. & quod latè dixi inf. de appel. in Rub. 24. princ. quæst. & in iuribus in ea allegatis. & in c. interposita. inf. de appel. Et adde quæ statim inf. subijciā. Quandoque verò actor non vult in totum desistere: sed solùm differre, & hodie nullo modo potest, secundum omnes, per tex. in d. auth. qui semel. C. quomodo & quando iudex. & in corpore, & in Authen. de litigiosis. §. omnē. collat. 8. Et hoc procedit, nisi reus consentiat. Nam reo cōsentiente planum est, quod actor potest nouum libellum dare, & nouum processum inchoare, sicut quando perit instantia, vt in l. properandum. C. de iud. Quandoque verò actor solùm vult desistere ab instantia, remanente sibi salua actione & causa, & pars non potest, inuita altera parte, vt d. authent. qui semel. & d. §. omnem. quod tamen procedit, nisi iudex hic esset certus, ꝙ reus esset solùm absoluendus ab instātia iudicij, fortè propter malè conceptum libellum, vel aliam causam, secundum Barto. in l. edita. C. de eden. & Do. meum, Henricum Bohic, qui dicit, quòd tūc esset recipienda renūciatio, quæ solùm fieret instantiæ, & nouus processus fieri potest. ff. de accusa. l. libellorum. ff. de iureiur. l. qui per salutem. & ff. ad Vellea. aliquādo. & inf. de accusa. c. qualiter. el 2. & mihi placet, quia frustra expectatur euentus [c] nihil operaturus, vt d. l. aliquando, cum sim. Item hoc procedit, nisi actor suspenso petitorio vellet transire ad possessorium, secundum ea, quæ traduntur in Cle. 1. de causa poss. & proprie. & ibi latius dixi, & latius dixi inf. in tit. de causa poss. & proprie.

¶ A. B. Hoc tamen loquitur, si modo libellus vel actus teneat. Secus si sit nullus: quia tunc iudex debet pati, vt pars renunciet & mutet propositum, vt tradit Bar. in l. edita. C. de eden. facit l. 1. circa princ. ff. si mens. fal. mo. di. & l. libellorum. versi. quòd si libelli. ff. de accus. Ma.

¶ Quandoque verò actor vult renūciare actioni remanente sibi causa, & remanētibus sibi alijs actionibus perditis ex eadem causa. Et opiniones sunt variæ.

ADDITIONES.

a ¶ *Nemo inuitus cogitur agere vel accusare. enumerantur tamen tres & viginti casus, in quibus quis cogitur agere inuitus. de quibus vide repe. in Clem. sæpe. in prin. 31. col. cum seq. de verb. sign.*

b ¶ *Quoniam appellatio est communis appellato & appellanti, idcirco non potest eidem renunciari, altero litig. inuito. de quo tamen vide latè Fel. in c. ex parte. el 2. col. 2. ver. sed de isto artic. supra de rescrip.*

c ¶ *Euentus nihil operaturus non expectandus. vide glo. in c. cum contingat. in fi. de offic. deleg.*

riæ. Bar. tamen in d.l. edita. C. de eden. sequitur opi. Odofre. vt posit taliter renunciare, per tex. in d. authent. qui semel. vbi dicitur, quòd quis cogitur exercere li. super illa actione vsque ad fin. sed renuncian do illi actioni, ego impono finem omni liti super illa actione: ergo vlterius non cogor prosequi. & sequitur hic Dom. meus, & est communis opinio Moderniorum. Aduerte tamen: quia quod superius dixi, quòd actor potest libellum mutare: procedit, nisi æquitas iudicis aliud decerneret, vt puta si aliquis primò proposuit certi condictionē generalem, quæ non infamet: quam vult mutare & proponere aliam quæ infamet: fortè ius dicentis æquitas nō admitteret, & secundum Iac. But. Bar. & Bal. in d.l. edicta. prope finem illius l. Et sequitur hic Do. meus, & communiter Doct. Item prædicta procedunt etiam si in libello sit apposita clausula, saluo iure addendi, & mutandi. ad quod vide quod dixi sup. art. 13. q. 5. Et hæc procedunt in libello dato in causa prin. Sed
a in libello [a] appellatorio, quidam volunt, ꝙ libellus posit mutari, ne iustę pęnitudinis humanitas amputetur. C. de tempo. ap. l. si quis libellos, canonizata. 2. q. 6. Et hoc sine aduersarij captione. ff. de condic. ob causam. l. si pecuniam. & de inter. act. in l. de ætate. §. si. secundum Spe. in ti. de libelli concep. §. nūc ostendamus. versi. pono libellus. Subdit tamen Spe. quòd quidam dicunt, quòd vbi appellatur ab electione, prouisione, vel postulatione, aut earum actione, secundum quod traditur in c. statuimus. de elec. lib. 6. tali appellationi, quæ nihil aliud est quam citatio, renunciari non potest: sicut nec pars altera renunciare citationi, vbi vtraque esset à domino Papa citata: quia causa est cœpta per citationem, & quo ad partes, iurisdictio firmata, supra de offi. deleg. c. gratum. & ff. de rei u. l. nemo. Alij verò dicunt, ꝙ si res est integra: quia appellatus nondum fecit expensas, nec iter arripuit, potest appellans renunciare: secus si res non sit integra. ff. de cond. causa data. l. si pecuniam, & supra de elect. c. in causis, & inf. de appella. c. constitutis. el 1. Et hoc humanius est & hodie expressum, ex quo appellatio est præsentata superiori, vt in c. quamuis. §. cæterum. de elect. lib. 6. secundum Spec. in d. vers. porrò. Subdit tamen ibi Ioan. An. in addit. quòd licet c. quamuis. specialiter loquatur de appellationibus interpositis in electionibus Episcoporum, vel superiorum, vel in negotijs ipsorum: tamen si in illis licitum est recedere ante præsentationem Papæ factam, fortius est in alijs, sed in hoc facere videtur cōtra: quia ibi vtrique parti hoc conceditur: ergo nō licet soli appellanti. super quo vide, quod ibi no. glo. in verbo, præmissis. & quod ibi traditur, & quod ibi tradit Specul. in titu. de except. Subdit tamen Specu. in d. ver. porrò. quod ad l. si pecuniam. & c. in causis. posset responderi, quod loquantur in mandato, in quo mandator plus iuris habet in reuocatione mandati quàm mandatarius: sed aliud videtur esse in appellatione, per quam alteri cōtra alterum ius æqualiter quæritur, & quę æqualiter appellatum & appellantem constringit. Et ad hunc articulum libelli appellatorij, vide remissiones quas dedi in d. Rub. de appel. artic. 24. & quod dixi in d. cap. interposita. de appel. Insuper hæc procedunt in causa ciuili: in causa verò criminali, libellus accusationis ante inscriptionem potest reuocari etiam sine pœna 2. q. 3. c. si pœnituerit. ff. ad Turpil. l. quæsitum. ff. de in ius vocan. l. quamuis. sed post inscriptionem non potest reuocari, nisi ex causa. 2. q. 3. cap. Paulum. C. de abolitionibus. l. fallaciter. infra de accus. cap. licet. & ibi latè dixi post Dom. meum, in glo. super verbo, inscriptionis, & sequitur hic Henricus.

¶ Quartò quæro, qualiter debeat fieri mutatio? Sol. Clare colligitur ex his, quæ dicta sunt in præceden. quæstio.

¶ Quintò quęro de effectibus mutationis libelli? Sol. Dic vt dicam in seq. 27. prin. art.

¶ Vigesimoseptimo prin. ar. in quo tractandum est de effectibus emēdationis & mutationis libelli, dic quòd effectus sunt multi.

146 ¶ † Primus effectus est, quòd ille qui emēdat vel mutat libellum, condemnatur in expensis. tenetur
b enim ad interesse parti [b] aduersæ. Et hoc vult gl. nostra hic, in versi. & hoc licet. quæ dicit, quòd in casibus, in quibus licet actori alterare seu variare: hoc sibi licet sine præiudicio aduersarij, vt scilicet teneatur ei ad interesse toties variando. ff. de inter. act. l. de ætate. §. fin. & ff. de edendo. l. 2. §. his autem. & l. cum quem temerè. ff. de iud. & pondera, quia glo. dicit, quòd actor tenetur ad interesse, quasi sentiat, quòd actor nō tenetur ad expensas, si reus nullum potest prætendere interesse, idem Do. Ant. hic, & fuit no. Bar. in d.l. edita. & tenet Dom. meus hic, concludentes tunc fiendam condemnationem expēsarum, vbi reus damnificatus est: aliàs secus. si enim petij rem in libello, & solùm apposui duos confines: nunc verò volo addere duos alios: non est cōueniens ꝙ debeam condemnari in expensis, ex quo reus in nullo damnificatus est: qm̄ causa deliberationis suæ per hanc adiectionē non mutatur, & idem in sim. sed si per adiectionem causa deliberationis mutetur, quoniā secundum primum libellum reus debebat condemnari, & sic propter hanc causam expendit quærendo aduocatos, procuratores, & similia necessaria, sed si propter factā adiectionem & emendationem, reus deliberat non contendere, reficientur ei expensæ: quia in his est damnificatus: sed si vtroque modo, tam secundum primum libellum, quàm secūdum emendationem postea factam, reus idem deliberasset, scilicet contendere: fortè quod negat ipsum factum, pro quo principaliter agitur. Barto. putat in d. l. edita. quod æquitas iudicantis non debeat velle actorem condemnari ad expēsas reficiendas, nisi propter hoc lis efficeretur longior: quia tunc ad tantas expensas damnabitur, ad quātas reus damnificatus est propter litem elongatam. & hoc voluit tex. in d.l. edita. in fi. & sequuntur Doct. hic. dicit etiam hic, Dom. meus se putare, quod quamuis reus alterato libello deliberet contendere, ut prius:

ADDITIONES.

a ¶ *In libello appellationis, an possit fieri mutatio. vide per Lud. Rom. in consi. 581. incip. quæstio est, nunquid libellus. & Ias. in l. edita. C. de eden.*

b ¶ *Qui mutat libellum tenetur parti ad interesse, adde quæ ponit Io. de Imo. post Bar. in l. demonstratio. ff. de conditio. & demonstrat. Bal. in l. sancimus. C. de iud. & Bald. in l. non ignorat. C. de fruct. & lit. expensis.*

prius : tamen si tale quid est additum vel mutatum, quod in deliberando oportuit facere expēsas in aduocatis & similibus, cōdemnabitur etiam in istis expensis longioris litis. & mihi placet, & fuit consideratio ista Dom. Anto. quam sequitur hic Io. de Imo. Aduerte tñ, quia Abbas antiquus in d. c. pastoralis. inf. de causa poss. & propr. videtur velle, ꝙ aut actor emendat addendo, & tenetur ad expensas : aut detrahendo, & non tenetur, secundum Bal. in repet. l. edita. in 7. op. qui dicit, ꝙ vtroque casu debet condēnari in expen. & maxime si detrahitur qualitas continens totum libellum : nō enim veniunt hic expensæ totius litis, sed vnius art. quia oportuit cum aduocatis sæpius habere consilium, & à notarijs scripturas quærere, & cætera huiusmodi quæ in facto consistunt. & subdit, ꝙ quicquid dicat ille Abbas, debet intelligi, si non interest aduersarij. Et subdit, ita dico ego Bald. de Perusio, qui non sum Abbas neque monachus. Hęc igitur omnia & similia, iudicis ęquitas debet existimare, quæ relinquuntur arbitrio suo, in cuius arbitrio etiam versatur, vt dicit gl. in d. l. edita. quòd habeat rationem personæ. arg. l. 1. in fi. ff. de eden. vnde infert glo. quòd minor & mulier non debent condemnari in expensis. d. l. 1. in fi. Sed vt dicit Barto. in d. l. edita. in fi. col. illa. l. 1. in fi. loquitur in alio casu, videlicet quando quis deliquit nō parendo iudici circa editionem fiendam. Sed in terminis nostris. putat Barto. quòd administrator [a] minoris veniat condemnandus in expensis : quia temerè litigauit, & fiat excussio in eum, non minorem, vt l. non est ignotum. ff. de administr. tuto. & plenius per Bartolum in l. qui solidum. §. etiam. ff. de leg. 2. tetigi in c. calumniam. inf. de pœnis. in 5. prin. artic. in fal. 17. Nec obst. l. Polla. C. de his, quibus vt indig. quia ideo ibi punitur minor, quia pœna non potest æquè cadere in tutorem, sicut in pupillum. facit etiam l. meminerim. ff. vnde vi. & hæc quantum ad minorem. Quantum verò ad id, quod dicit gl. de muliere, putat Bar. eam condemnandam in expensis. mouetur Bar. quia non reperitur, quòd hoc casu mulier iuuetur. in summa ego arbitror, quòd actor propter iustam causam excusetur. facit Cle. 1. & quod ibi no. de cau. poss. & propriet. propter temeritatem debeat in expensis condemnari : siue versetur circa emendationem libelli, siue circa mutationē, aut desistentiā, ad quod vide quæ latius dixi in d. c. calumniam. maxime in 5. & 6. prin. artic. Item aduerte: quia istę expensæ veniūt reficiendæ per act. in factum, secundum glo. in d. l. edita. per l. si quis ex argentarijs. §. ex hoc edicto. ff. de eden. quod in terminis nostris non placet Bar. in d. l. edita. quia prædictus §. ex hoc edicto. loquitur, quando quis ideo tenetur, quia ad præceptum iudicis non edidit. hic verò non loquimur de eo, qui libellum malè composuit. quo casu expensæ veniunt reficiendæ iudicis officio mercenario, vt l. terminato. C. de fruct. & li. expen. Et idem tenet Bal. in repe. d. l. edita. vbi vult, quòd veniant reficiendæ etiam off. iud. delegati.

147 ¶ † Secundus effectus est, ꝙ reus ratione emendationis vel mutationis, debet habere nouas inducias : si modo propter talem emēdationem vel mutationē alteretur prima deliberatio sua : aliàs secus. arg. c. literæ. infra de dilat. secundum glo. hic, prope finem. quæ tamen dicit, quod propter nouam & minimam additionem non debet habere nouas inducias, per d. cap. literæ. & sequuntur hic Doct. & Bar. & Doct. in l. edita. Et idem in effectu tenet Spec. in ti. de libelli concep. §. nunc ostendamus. vers. sed ēt si aduersario. qui dicit, quòd in actione, vel causa mutata, reus habebit nouam dilationem ad deliberandum, vt l. edita. in fi. & ad exceptiones dilatorias proponendas. ff. ad exhib. l. 3. ff. iud. sol. l. cum quærebatur. in fi. & in c. ad dissoluendum. inf. de despon. impube. quod procedit, nisi ex primo libello potuerit instrui, & ita seruat curia : ita, vt qualitercūque potuerit instrui ex primo libello, non debeat habere nouas inducias. Exemplum, Petij primò Stichum actione depositi : nunc peto certi cōdictione : quia deposui vel egi primo cōtra te actione vi bonorum raptorum. Nunc autem ex eadem rapina ago contra te furti, non manifesti, quia in his casibus, licet mutetur actio, non tamen mutatur causa. si verò vtrumque mutetur, tunc habebit nouas inducias : quia primo non potuit plenè instrui, vt si primò petij Pamphylum ex testamento, nunc peto Stichum certi condictione, secundum Spec. in d. vers. de qua materia latius videbimus in ti. de dilationibus.

148 ¶ † Tertius effectus est respectu actoris, fortè enim ipsius actoris magis interest libellum emendare, quàm nouum porrigere, propter nouas sportulas, quæ debentur ratione noui libelli : vel propter gabellam, quæ de nouo deberet solui ratione noui libelli, secundum diuersa statuta & consuetudines Italiæ, secundum Bar. & Moder. in d. l. edita. & Domeum, & Doct. hic. Aduerte tamen, quia sportulæ & gabellæ prius solutæ pro libello inepto, non prosunt pro libello postea aptè concepto: quia alius est libellus : vnde omnia de nouo fieri oportet, ar. l. ius ciui. ff. de iust. & iu. & quia si non tenuit principale, nec accessoria solutio sportularum, seu gabellæ, secundum Barto. in repet. l. edita. & ex his (Deo Duce) hæc decretalis, significantibus, cum ampla, ordinata & clara significatione extitit expedita. Die 19. Maij 1453.

ADDITIO.

a ¶ *Si pupillus temerè litigat, tutor in expensis condemnatur. vide latè Barto. & ibi Mod. in l. 1. §. si procurator. ff. si quis ius dicen. non obten. latius in l. 3. in prin. ff. de re iud.*

SVMMARIVM.

1 *Libellus est in iudicio porrigendus.*
2 *Prælatus solus non potest agere causam Ecclesiæ.*
3 *Causa debet exprimi in actione personali.*
4 *Libello existente malè concepto, qualiter contra eum excipiatur.*
5 *Libellus in personali actione sine causę expressione procedit, parte non opponente.*
6 *Iudex non admittens exceptionem legitimam, partem grauare dicitur.*
7 *Iudex quid facere debeat datis contra libellum exceptionibus, & nu. seq.*
10 *Iudex iniustè pronūcians exceptionem admittendam, vel non, an faciat litem suam.*
11 *Sententia, qualis super libello inepto ferri debeat.*
12 *Cumulatio, quid sit.*

Cumula-

DILECTI FILII. Reus non tenetur respondere libello in actione personali, si nõ exprimitur causa petẽdi. h.d. diuiditur, quia primo ponitur appellantis narratio, secundo appellationis commissio. secunda ibi, ideoque. Et in tex. ibi, ipsos. dic scilicet fratres S. Mariæ de Yspida conuentos.

1 ¶ † Postremò no. ꝙ libellus est in iudicio porrigendus, & de substantia iudicij, de quo dic vt latius dixi in c. 1. in 5. princ. art.

2 ¶ † Secundò no. ibi, prior & conuentus. ar. ꝙ solus prælatus sine conuentu, non potest causam Ecclesiæ agere, de quo tamen dic vt legitur, & no. in c. edoceri. sup. de rescrip.

3 ¶ † Tertiò no. ar. optimum, quòd in actione personali sit exprimenda causa. de quo dic vt latius dixi in c. 2. sup. eo. in 12. prin. art. in 10. q. prin.

4 ¶ † Quartò no. practicam excipiendi contra libellum malè conceptum, propter causam non expressam. sufficit enim dicere, non teneor respondere, non autem est necessarium exprimere vitium libelli, de quo dic vt latius dixi supra in c. præcedenti, in 23. princ. art. & dicit hic Hosti. quòd ista exceptio hic non fuit opposita ad litis peremptionem: nec ad iudicij declarationem: sed ad dubietatis & obscuritatis declarationem, & ad iuris deliberandi obseruationem.

5 ¶ † Quintò no. quòd libellus in actione personali procederet sine expressione causæ, si pars non opponit. probatur in l. fi. C. de anna. excep. dixi latius in cap. præcedenti, in 12. artic. princ. in 5. quæst. princip. in quarto membro, in 12. illatione, in ver. tertium dubium.

6 ¶ † Sextò no. quòd iudex non admittendo exceptionem legitimam: grauat partem, & ideo ab eo potest appellari, licet expresse super exceptione admittenda, vel non admittenda, iudex non interloquatur. Nam procedendo ad vlteriora, videtur reijcere exceptionem. de quo latius videbimus statim in 28. princip. artic.

¶ Vltimò no. ibi, reuocato in irritum &c. de hac dictione &c. scripta abbreuiatè. de quo dic vt latius dixi in c. significante. supra de rescrip.

¶ In glo. 1. in fi. dic de hoc vt latè dixi in Rubr. in 1. princ. artic.

¶ In glo. 2. in fi. dic de hoc, vt latè dixi in c. 2. in 12. princ. art. 10. q. principali. ver. 10.

¶ Postremò iuxta præmissum ordinem in Rubr. superest vt examinemus 28. art. princ. & reliquos articulos in materia tituli nostri.

¶ Vigesimooctauò igitur principali articulo, in quo venit examinandum de officio iudicis, quid ipse facere debeat datis exceptionibus contra libellũ, circa quem articulũ pro clariori examinatione prosequar istas quæstiones.

¶ Prima, quid ipse iudex agere debeat.

¶ Secunda, quid si pronunciat libellum admittẽdum, vel non admittendum, an possit appellari.

¶ Tertia, quid si nihil pronunciat expressè super exceptionibus oppositis contra libellum, sed supersedet vel procedit ad vlteriora, an possit appellari.

¶ Quarta, an si iniustè pronunciet, faciat litem suam.

¶ Quinta, qualis sit ista sententia lata super inepto libello.

7 ¶ † Primò igitur quæro, quid sit officium iudicis, & qualiter fieri debeat datis exceptionibus contra libellum. SOL. Distinguendum arbitror, quòd aut opponitur de ineptitudine, & de ipsa apparet ante litem contest. aut post. primo casu, aut pars opponit generaliter, ꝙ non tenetur respondere propter ipsius libelli ineptitudinem, secundum quod fecerunt isti fratres sanctæ Mariæ de Yspida, & dixi supra in c. præcedenti. in 23. princ. artic. & iudex debet pronunciare reum non teneri ad respondẽdum libello. arg. l. edita. C. de eden. & c. examinata. supra de iudi. secundum Spec. in tit. de libel. concep. §. fi. a ver. cautus [a] etiam sis. & quamuis libellus fuerit ineptus ratione incertitudinis, nõ tamen debet iudex compellere partem, vt exprimat vitium. tetigi in c. præcedenti, in 12. princ. artic. in 5. quæst. in quarto membro, & in 18. artic. & in 23. princip. artic. sed si pars opponeret de incertitudine aut simili vitio, arbitror, quòd iudex tunc deberet pronunciare actorem obligatum ad declarandum libellum, vt interlocutoria sit conformis exceptioni. ar. l. vt fundus. ff. commu. diui. Si vero de ineptitudine apparet post lit. contest. non debet iudex simpliciter absoluere à petitione, sed ab obseruatione iudicij, secũdum ea, quæ dixi in c. præcedenti, in 10. princ. artic. in 10. q. prin. ver. 8. quæro.

8 ¶ † Secundò quæro, quid si iudex pronunciat libellum admittendum vbi non est admittendus, vel econ-

ADDITIO.

a ¶ *Quando libellus est obscurus vel incertus, adde cautel. de quibus per Doct. maximè Pau. in l. is apud quem. 5. col. C. de eden. & Cæpo. in caute. 108. & 119. An. cons. 136. incip. in q. 3. col. & dixi supra in c. præcedenti.*

econtra, libellum non admittendum vbi est admittendus, an possit appellari? Sol. Tex. noster probat quòd sic. Et hoc expresse tenet Spec. in titu. de libel. obl. ver. quo pacto. per tex. in c. 1. supra eo. & 3. q. 3. in cap. offeratur. facit quod dixi in præced. cap. 23. prin. ar. & quod dicam in seq. q. Tu verò distingue, an pronunciet non admittendam exceptionem, vel pronunciet admittendam, si pronunciat non admittẽdam, appellari potest de Iure Canonico & Ciuili: Si verò pronũciat admittendam, distingue inter Ius Canonicum & Ciuile, vt latius dixi in c. super. el 2. infra de appella. in 5. q. princ. & vide Bart. in l. 2. ff. de app. reci.

9 ¶ † Tertiò quæro, quid si iudex absque alia probatione expressa pronũciationis super libello admittendo, vel non admittendo procedit ad vlteriora, vtrum appellari possit? Sol. Tex. est hic, quòd sic: quia non admittendo exceptionem legitimam, grauat excipientem, licet expressè super ea admittenda non interloquatur. ad quod vide quod dixi in d. c. super eo. & quod tradit Spec. in tit. de except. §. viso. ver. quid si iudex. & seq. & vtrobique vide, an hoc procedat etiam de iure Ciuili, & quando. & hoc habet locum, quando iudex procederet ad vlteriora, sed non procederet, sed supersederet, videtur non posse appellari. ad quod vide, quod dixi in d. c. super eo. & per Spe. in ti. de ap. §. qualiter. ver. itẽ quod faciat. & in titu. de excep. §. viso. vers. quod si iudex. & per Bald. in l. fin. C. de sen. & interlo. omn. iud. vbi dicit, quòd si iudex non interloquitur, sed fingit nõ
a audire, [a] nec procedit, non potest appellari.

10 ¶ † Quartò quæro, an si iudex iniustè pronunciat exceptionem admittendam vel non admittendam, expressè vel tacitè, faciat litẽ suam. Sol. Dic, quòd sic, secundum Bald. in addi. Spec. in tit. de executione sententiæ. ver. pen. quod procedit, siue admittat nõ admittẽda, vt in Auth. de quæstore. §. super hoc. siue non admittat admittenda, ar. l. pen. C. de pac. secundum Bal. & est regulare quòd iudex, qui iniustè litigat, faciat litem suam, vt in l. 1. & 2. C. de pœna iud. qui malè iudica. & l. ex maleficijs. §. si iudex. ff. de act. & oblig. cum simi.

11 ¶ † Quintò quæro, qualis sit sententia lata super inepto libello? Sol. Dic quod est interlocutoria, per tex. in c. ad dissoluẽdũ. infra de despon. impub. & ibi no. D. Anto. & D. meus. & dicit ibi Do. meus post Io. Cal. ꝙ habet vim diffinitiuæ, & mihi placet, si est cum annullatiua processus vel feratur absolutoria ab obseruatione iudicij. Nam dicitur interlocutoria habens vim diffinitiuæ, & ita etiam dicit D. meus in c. auditis. supra de proc. licet Inno. ibi simpliciter videatur sentire, ꝙ sit interlocutoria. Sed potest intelligi, quòd sit interlocutoria habẽs vim diffinitiuæ, & ita etiam voluit Bal. quòd habeat vim diffinitiuæ, in q. quæ incipit, accusatus de vi turbatiua. col. 8. & in addi. Spec. in tit. de senten. prola. vbi etiã sentit, quòd habeat vim diffinitiuæ, inquãtum vult, quòd requiratur peremptorium, per l. præsenti. C. de his qui ad Eccl. confu. Bar. tamen in l. Titia. ff. de accu. sentit, ꝙ sit merè interlocutoria, licet ab ea pos-
b sit appellari, quia nõ expectat posse ferri aliam [b] sententiam. & idem Bal. in l. properandum. §. & si quidem. C. de iud. & ibi Pau. de Cast. & in l. 2. C. de episcop. audi. & Bal. cons. 50. & Ioan. And. & Anto. de Butr. in c. examinata. supra de iud. Inno. in c. consuluit. supra de offic. deleg. Anto. de But. in c. sua nobis. in fi. infra de app. Bal. in auth. qui semel. C. quomodo & quando iudex. Sed possent omnes prædictæ auth. intelligi, quòd est interlocutoria habens vim diffinitiuæ, ad quod etiam vide quæ latè dixi in Rubr. infra de re iudi. vbi posui signa ad cognoscendum quando sententia sit interlocutoria vel diffinitiua, vel habens vim diffinitiuæ. & ex his habes expeditum 98. articu.

¶ Vigesimonono princ. art. tractandum est de accumulatione plurium actionum, rerum, seu personarum in eodem libello, quæ quidem materia est satis difficilis & subtilis, & de ea traditur hic per Doctor. & per Dy. in regula, nullus pluribus, de re. iur. lib. 6. & in l. prouincialis. ff. de ope. no. nun. & per Legistas in l. edita. C. de eden. maximè per Cy. Bar. & Bal. & in l. 1. C. de fur. & in l. quod in hæredem. §. eligere. ff. de tributo. & per Barto. in l. fundi. & in l. fundum. ff. de excep. rei iud. Et quia, vt dixi, materia est difficilis & subtilis, ideo pro clariori ipsius doctrina prosequar infrascriptas quæstiones.

¶ Prima, quid sit cumulatio.

¶ Secũda, quot sint gña seu species cumulationis.

¶ Tertia, vtrum in eodẽ libello vel diuersis possint cumulari plures actiones, & per quem, & qualiter, & quando sint necessariæ.

¶ Quarta, vtrũ possint cumulari plures personæ.

¶ Quinta, an possint cumulari plures res.

¶ Sexta, quando debeat opponi exceptio contra factam cumulationem.

¶ Septima, quid si non opponatur contra cumulationem, vtrum procedat iudicium in casibus, in quibus cumulatio non est permissa.

¶ Octaua, de ipsius cumulationis effectu, & an tunc plures dicantur libelli, vel vnus.

12 ¶ † Primò igitur quæro, quid sit cumulatio? Sol. Dic, quòd est vnius actionis cum alia coadunatio, vt quia intentauit prius vnam actionem: & nunc intentat aliam, quam prius prosequi intendit, secundum Bart. in d. l. edita. C. de eden. Bal. vero in repet. illius l. vers. nunc ad materiam cumulationis, dicit, quod cumulatio idem est, quod coaceruatio. ff. de pact. in l. si plures. §. penult. & ff. de iur. omn. iu. in l. si idem cum eodem. & constat ex pluribus in vnum esse non transeuntibus. Nam si ex pluribus resultat vnum vniuocè, vt ex materia & forma: vel quasi vnum, vt ex substantia & qualitate: ista non dicitur cumulatio. similiter si vnum corrumpitur, & aliud generatur, nõ dicitur cumulatio, sed mutatio.
c Est ergo [c] cumulatio, secundum Bal. plurium per se stantium

ADDITIONES.

a ¶ *Quando iudex fingit non audire, vide no. per Bald. in l. 2. q. 11. de episc. aud. in l. 2. vt li. pend. Bar. in l. de pupillo. §. si quis ipsi pratori. de no. op. nũ. vbi Mod. & Ab. in c. ex parte tua. de appel. vbi aliqua de hac materia.*

b ¶ *Quæ dicatur mera interlocutoria, & de materia vide per Ang. Alex. & Mod. in l. 5. in princ. ff. de ver. obl. vbi disputant.*

c ¶ *Adde Bal. in l. 1. vlt. col. C. de fideic. vbi dixit, cumulatio est plurium actionum sese inuicem cõtingentium in vno vel pluribus libel. coaceruatio.*

stantium simul vel successiua propositio: idem tamen Bal. ibi in lectura, in ver. nũc de cumulatione. dicit, ꝙ est propositio plurium actionum vel causarum factarum in iudicio, per prędictam l. si idẽ. cum sim. Et hoc latius ex infra dicendis apparebit. Et ex prædictis infertur secundum Bal. in repet. ꝙ quando vnum est factũ, & vnus titulus causę, & vna agendi forma, licet plures sint libelli: non dicitur cumulatio. vnde si debes mihi decem ex mutuo, de quibus per vnum libellum peto quinque, & per alium libellum peto alia quinque: ista non est propriè cumulatio, sed integratio petitionis quæ debuit à principio fieri, & ex post facto potest suppleri. Instit. de actio. §. si minus. Idem si primo petij integra decẽ, & tunc iterato primo iudicio pendẽte, peto eadem decem ex eadem causa, ista non est cumulatio, sed geminatio petitionum, quæ fieri non potest. C. de appel. in l. ampliorem. §. in refutatorijs.

¶ Secundò quæro, quot sunt species seu genera cumulationum? Sol. Cyn. & Bal. & communiter Doctores, ponunt quatuor genera. sed Bal. in d. l. edita. addit quintum genus.

13 ¶ † Primum genus est, quando cumulantur diuersæ actiones ex diuersis causis orientes, ad res diuersas, & sic sunt tres diuersitates: videlicet, causarum, actionum, & rerum. Exemplum: debes mihi decẽ ex testamento, & Stichum ex venditione: ago ad decem ex testamento, & volo cumulare & petere Stichum ex vendito.

14 ¶ † Secundum genus est, quãdo cumulantur plures actiones ortũ habẽtes ex eadem causa, ad idem, seu ad eandem rem. Exemplum per l. duobus. §. colonus. ff. de iureiur. videlicet, quando contra colonum ex eadem causa successionis arborũ ageretur ex locato, & cumularetur actio ex Aquilia, secundum Cy. sed hoc exemplum est falsum, secundum Bal. quia causa delicti non est idem cum causa contractus. Et ideo Bal. ponit exemplum per l. 1. §. in tutelam. ff. de tutelis & rationibus distrahen.

15 ¶ † Tertium genus est, quando cumulantur plures actiones ex eadem causa oriẽtes, ad res diuersas. Exemplum, surripuisti mihi librum, habeo contra te actionem furti, & condictionem furtiuam. pone ergo, quòd ago contra te actione furti, ad pęnam, & volo cumulare condictionem furtiuam ad rem.

16 ¶ † Quartum genus est, quãdo cumulantur plures actiones ex diuersis causis ortum habẽtes, & cumulantur ad idem, seu eandem rem, verbi gratia: egi contra te ad librum actione depositi, & volo cumulare ad eundem librum actionem commodati, secundũ Cy. & Bal. Et ista quatuor genera cumulationum traduntur per Doct. quando agitur contra eundem. Barto. no. in d. l. edita. Addit quintum genus cumulationis, videlicet, quando plures actiones competunt eidem, & per eum cumulantur contra diuersos, & non contra eundem, prout loquuntur quatuor præcedentia genera. Bal. no. in l. bona. C. fam. ercisc. dicit, quod triplex est cumulatio. scilicet, rerum, & hæreditatis, vt d. l. bona. Et cumulatio mista hęreditatum & personarum. l. hęredes. §. si inter. ff. fam. ercisc. Et cumulatio actionum, vt d. l. edita. C. de eden.

¶ Tertiò quæro, an plures actiones in eodem vel diuersis libellis posśint cumulari, & per quẽ, & qualiter? Sol. Pro clariori istius quæstionis, quæ difficilis est, declaratione, prosequar tria membra.

¶ Primum est, de cumulatione permissa.

¶ Secundum, de prohibita.

¶ Tertium, de iusta seu necessaria.

17 ¶ † Circa primum membrum, traditur regula per glo. in d. l. edita. quam etiam & ibi, & hic sentiunt Doct. quod plurium actionum cumulatio est permissa: sed magis distinctè & specificè dic, quod respectu primi generis cumulationis, de quo statim dictum fuit in præceden. quæst. cumulatio est permissa: bene diuersæ sunt actiones habentes ortum ex diuersis causis ad res diuersas. Et intellige, si se inuicem non cõtingant, ita quod altera ab altera dependeat, ita quod vtraque sit æquè principalis, & quod vna non sit maior altera, seu præiudicialis ad alteram, vel etiã quia vna ciuilis, alia criminalis, vel ratione ordinis, aut alterius regulæ impeditiuæ, de quibus regulis dicemus in sequenti membro, cumulatio impediatur. Aduerte tamen, quia si lis erat contestata in prima, requiritur nouus libellus, vnde erunt diuersa iudicia, & diuersæ contestationes, & ita debet intelligi glo. in d. l. edita. in ver. sed cumulatio. secundum Pau. de Cast. ibi, & bene. Si vero lis non erat contestata: tunc si actiones sunt similes, vt puta, plures actiones familiæ erciscundæ, super diuersis hæreditatibus, & debet fieri cumulatio in eodem libello, & non diuersis, ita vt vnũ sit iudicium, non diuersa, vt l. hæredes. §. de pluribus. & §. seq. ff. fam. ercisc. & l. bona. C. fam. ercisc. & ibi Bal. & vtrobique per glo. & Doc. idem in pluribus actionibus pro socio, pro pluribus societatibus, vt in l. si inter fratres. alias incipit, idem Papi. §. si plures. ff. pro soc. & probatur in l. non est nouum. ff. de actio. empt. conclude ergo, quod quando sunt duæ vel plures actiones eiusdem generis seu qualitatis, competentes eidem ad diuersa, possunt & debent ante li. contе. in eodem libel. cumulari: si actor ante litem contest. vult actiones cumulare, vt est tex. no. in d. l. non est nouum, & hoc est inductum in causa dirimendarum litium, vt ibi traditur per glo. & Bar. & traditur etiam in iuribus statim alleg. & no. singu. secundum Bart. & Pau. de Cast. quòd hoc casu, censetur vnus libellus & vnum iudicium, vt in d. l. non est nouum. ibi dum tex. dicit, vnam quidem actionem. licet enim in veritate duæ sint actiones: tamen vnum appellatur iudicium, propter vnam petitionem & vnus libellus. Et ideo secundum Pau. propter prædicta & ipsius iudicij vnitatem & conformitatẽ vna tantum esset soluenda gabella & non plures: si ex forma statuti vel consuetudinis pro quolibet libel. esset soluenda gabella. sed si actiones essent disimiles, tunc potest fieri cumulatio in diuersis libellis, non eodem, secundum Barto. in d. l. edita. sed Pau. de Cast. dicit ibi, quòd etiam in eodem libello potest fieri cumulatio, per tex. iuncta Glo. 2. in c. querelam. supra de elect. facit etiam cap. cum Ecclesia. & quod ibi no. eo. titu. & cap. veniens. de præscrip. Sed tunc tot dicuntur libelli, quot sunt causæ disimiles, & pro quolibet soluenda esset gabella, & no. quòd in eodem libello possunt cumulari actiones, non solum vniformes & eiusdẽ generis seu speciei, sed etiam difformes, & diuersa, vt est tex. in l. si idem cum eodem. ff. de iurisdict. omn. iudic. Nam illa lex

non

a non haberet aliquod dubium,[a] si intelligeretur in diuersis libellis: possum ergo cumulare actiones petendo decem ex testamento,& Stichum ex promissione,vt d.l.si idem.& hoc tenet Iac.But.Cy.& Bal. in d.l.edita.C.de eden. Sed quò ad secundum & tertium genus cumulationis,de quibus dixi in preced. quæst. non admittitur cumulatio actionum, vt dicam in sequenti membro. Sed in quarto genere cumulationis,quãdo fit cumulatio plurium actionum ex diuersis causis ad idem tendentium, Dy. in dicta regula, nullus pluribus.de reg. iur. lib.6. vult quòd admittatur cumulatio. vnde dicit,quòd possum petere fundum actione ex empto, & eũdem fundum ex testamento, vel ex promissione. & ratio est,quia absolutoria lata super vna actione, non parit exceptionem rei iudic.quo ad aliam actionem,vt in l.huiusmodi.§.fi.ff.de leg.1. Petr. verò tenet contrariam opi.per l.nemo ex his.§.quoties.ff.de reg.iu.per quã l.dicit,quòd actor semper tenetur eligere actionem quam vult intentare, per l. quod in hæredem. §.eligere. ff.de tribu. Sed ille §. quoties. potest intelligi, secundum Bart. quando plures actiones competũt ex eadem causa, quo casu,necessaria est electio. vnde Barto.in d.l.edita. pro cõcordia distinguit, quòd quãdoque istæ duæ actiones, licet ex diuersis causis competant, sic se habent quòd facta executione in vna,tollitur alia, & non potest fieri cumulatio,vt l.1. in fi. si familia furtum fecisse dicatur, quia tunc obst.vna regula prohibitiua cumulationum,de qua dicam in seq.membro.ad idem etiam facit quod dicimus de duabus actionibus, ad idem competentibus, ex duabus causis lucratiuis, per l.omnes.ff. de act. & oblig.& quod legitur & no. in l.Meuius.aliàs, Seius.§.duorum.aliàs,duobus. ff.de leg.2.& hoc casu procedat opi.Petri. Quandoque verò istæ actiones ita se habent,quòd executione facta in vna,non tollitur alia, vt quando competunt ex diuersis causis non lucratiuis,vel quarum vna non est lucratiua, & alia lucratiua, quia tunc admittitur cumulatio, vt d.l.huiusmodi.§.si quis seruum.de leg.1.Et aduerte, quia Barto. in d.l.edita. vers. quæro circa hoc, dicit quòd hoc casu erit vnus libellus, & vna instantia: licet sint diuersæ actiones numero,cum specie conueniant, vt quia sunt plures actiones ex empto, vel societate, vt in l.si hæres. ff.de act.& oblig.& in l.nõ est nouum. ff.de act. emp. & quod ibi no. Bart.facit quod dixi supra in primo genere cumulationis. Similiter etiam in quinto genere cumulationis admittitur cumulatio in eodem libello, quando sunt plures actiones ex eadem causa ad idem contra diuersos, vt plenè traditur per Bart.in l.3.§.fin. ff.de duobus reis. & in repe.auth.hoc ita. C.de duob.reis.sed tu ad hoc vide quod latius dixi in c.1.supra eodem,
b in 8.[b] princ.articu. in 4.membro. Possunt etiam plures articuli in eodem libello cumulari, quando omnes vna sententia possunt terminari. tex.in cap.cùm olim.el 2. infra de priuil.& ibi dixi in primo no. vbi etiam post Doct. quòd tunc plures dicuntur libelli. sed debet intelligi hoc vltimũ, secũdum ea quæ superius dixi. A.B. Qualiter autem procedat ille libellus,peto iure dominij vel quasi, & sic accumulatio per disiunctiuam,vide quæ dixi supra c. præced.art. 12.q.12.princ.in 16.quæst.illius 12.quæst.vers.quarta regula, in 8. fallen. Potest etiam fieri cumulatio possessorij & petitorij, vt in c.cùm dilectus.infra.de causa pos. & propric. Et vide quod latè dixi in c.fi. eodem tit.in 3.prin.artic. & vide omnino per Inno. in l.1. §.quia autem. quorum lega. Item potest fieri cumulatio, quando actor est incertus, & incertitudo descẽdit à culpa aduersarij, vt puta interrogatus quo tit.possideret, an pro hærede, vel pro possessore,vel pro legato, noluit respondere. nam tunc hæres potest accumulare interdictum, quorum bonorum, & quorũ legatorũ, vt l.1. §.quia autem.ff.quo. legat. ad quod vide quod dixi infra de restitu. spol. c.3.art.17.q.7. Et per text.d.§. quia autem,dicebant quidam ibi esse tãtùm in cumulatione rem permissam, vnde dicebant, quòd si egi contra te commodati pro libro, & li. contest. dicunt testes, credimus quòd fuit depositũ, quòd possum cumulare de depositis, vt procedatur super vtraque. Sed dicit Pet. quod §. ille probat contrarium, quia illud conceditur ibi, quando incertitudo venit à facto aduersarij: secus ergo si non proueniret à facto aduersarij, & incertitudo proueniret ex alia causa probabili. Quidam tamẽ hoc vltimo casu nõ admittunt: imo dicunt quòd quantumcunque causa sit probabilis, si aduersarius non sit in culpa,non intentabitur nisi vna actio, vnde deliberet actor quantum voluerit: quia ex quo reus non est in culpa, non dabitur sibi libellus incertus. Sed si est in culpa,vt dicit Azo in summa. C.quorum lega. prope fi.elige actionem & certifica me. respondet actor, non teneor te certificare,quia tu non certificas me,quomodo posideas. dicit tamen Pet.quòd fortè vbi dubitatur de nomine actionis,posset agi præscriptis verbis. Ma.

18 ¶ †Circa secundum membrum de cumulatione prohibita. breuiter dic, quòd in hac materia plures dantur regulæ cumulationis prohibitiuæ. Prima regula est,quòd quando prima, seu vna actio sic se habet ad aliam,quòd posibile est quod absolutoria lata in prima,pariat exceptionẽ rei iudi.in alia,& non admittatur cumulatio. ff.de excep.rei iudi.in l.si mater. §.eadem. & l.cum quæritur. & ff. de iureiu. in l. duobus.§.colonus. hãc regulã ponit Glo.in l.edita. C.de eden. & sequitur ibi Bart. & Doct.Inn.in c.1. supra eod. & Dy. in regula, nullus pluribus. de reg.
c iur.lib.6. & probatur in l. fundi.[c] & l.fundum. ff.de except. & ibi etiam tradit Bart. Et ex hac regula infert Barto. quòd quando sunt duo iudicia inuicem dependentia, quia vnum est super principali: puta, dominio rei, & aliud super seruitute debita, vel super fructibus iam perceptis,si primò intentatum est super

ADDITIONES.

a ¶ *Adde Bart.Ang.& Mod.in d.l.si idem,& omnes in d.l.edita. & Saly.in l.si quis homicidij. per illum tex.C. de accu.Glo.in cap.dispendia.in versic.personales. de rescript.in 6.*

b ¶ *Quando agitur contra diuersos & plures vno libel. qualiter procedatur, vide Soc.cons.231.col.5. ver.circa tertiam dubitationem, lib.2.*

c ¶ *De intellectu harum legum vide latè per Mod.in l. edita.in 3.parte Glo. C.de eden.& debet intelligi,quando fructus in d.l.fundi.petebãtur iure dominij: non tanquam accessorij ad primam actionem, vt videtur declarare quidam Moder. in d.l.edita.*

super prin. videlicet, super dominio non potest intentari dependens vel accessorium, quousque primum sit finitũ, vt d.l.fundi. & l.fundũ. & hoc ex duplici ratione. Prima, quia absolutoria lata in princ. qualitercunque, siue quia actor non erat dominus: siue quia nõ probauit dominium, parit exceptionẽ rei iudi. in secundo, alia est, quia cõdemnatoria quæ ferretur in secundo, faceret præiudiciũ reo in prin. quia si pronuncietur pro actore in secundo ante, quàm primũ expediatur, resultaret pro eo præsumptio, quod esset dominus, & per minorem causam fieret præiudicium maiori, quod esse non debet, vt l.per minorem. ff.de iudi. & si postea sequeretur absolutoria in prima, detegeretur iniquitas sententiæ latæ super secundo, ideo ne inducatur perplexitas, debet expectari quod prima finiatur. Et si primo causa accessoria esset in iudiciũ deducta, benè posset illa pendente deduci principalis, quia hoc casu, cessarent rationes de quibus supra dictum fuit, imo ista secũda faceret, vt in prima supersederi deberet tanquam præiudicialis ad eam, vt in l.sed si ante. ff. de excep. facit quod statim subijciã in sexta regula.

39 ¶ † Secundo infertur, quòd in secundo genere cumulationis, de quo dixi in præcedenti quæstione, non admittitur cumulatio. puta, quando plures actiones ex eadem causa competunt ad idem, per l. & an eadem. & l.singulis. ff.de exceptio. rei iudic. tenet Barto. in l.edita. C.de edendo. in versi.secundum genus. quod tamen limitat ibi Bart. nisi actor

a esset dubius per factum aduersarij,[a] vt l.1. §.quod autem. ff. quorum legatorum, & per no. in l.quod in hæredem. §.eligere. ff.de tribu. facit quod dixi de libello alternatiuo & conditionali, in cap. præcedenti, in 16. princip. artic. in versi.quarta regula. in 6. & 7. fallentijs, & in versi.quinta regula. Sed contra prędicta fortiter videtur obstare tex. in Auth. de fideiusso. §.sed neque. vbi potest cumulari seu intentari simul & semel personalis & hypothecaria. tenet Gl. in l.nemo ex his. ff.de reg. iu. & tamen istæ actiones se taliter contingunt, quòd absolutoria lata in vno, parit exceptionẽ rei iudi. in alio, vt in l.si deferentis. ff.quibus modis pign. vel hypo. sol. quod intellige, si simpliciter emanauit absolutoria super personali, vel emanauit ratione pacti de non petendo, aut transactionis factæ super personali, secus si ratione præscriptionis decursæ contra principalem, secundũ ea quæ no. in l.soluitur. §.1. ff.quibus modis pig. vel hypo. sol. & in l.cũ notissimi. in princ. C.de præscrip. 30. vel 40. ann. & in l.intelligere, & ibi Gl. C.de luitio. pigno. ¶ Sol. Dy. in d. regula, nullus pluribus, dicit quod §.sed neque. allegatus in contrariũ, loquitur de cumulatione quę fit ab ipso initio, quãdo plures actiones simul & semel proponũtur, quo casu admittitur cumulatio. Sed nos loquimur quando vna actio cumulatur post primam, quæ solutio non placet Cy. Pet. & Bar. nec etiam Bal. quia sicut non admittitur cumulatio ex pòst facto: ita nec ab initio, vt d.l.fundi. & l.fundum. Vnde Cy. in d.l.edita. dicit, quòd ratio est, quia vna actio, videlicet hypothecaria, est accessoria ad aliam, c. principalem. Sed hæc solutio non placet Bart. in d.l.edita. & per d.l.fundum. & l.fundi. vbi dicitur, quod actiones pro re & fructibus non possunt simul cumulari, & tamen fructus sunt accessorij ad rem. Et si fortè diceres, quòd actio quæ competit pro fructibus non est omnino accessoria, respondet Bar. quòd eodem modo hypothecaria non est accessoria, quia quælibet est actio per se, & potest actio intentari, vt in l. si hæres pecuniam. ff.ad Trebel. sed pro tanto quælibet potest dici accessoria eodem, siue simili modo: quia sicut hypothecaria non potest consistere sine principali: ita actio pro fructibus non potest consistere sine principali. Vnde Bar. soluit contrarium, & aliter, videlicet, quòd iura noua Authẽticorum, ex quo grauant actorem vt prius debeat discutere principalem super personali & hypothecaria, quàm veniat ad fideiussores: voluerunt in alio releuare, vnde ne actor nimium differretur intentando successiuè duo iudicia, voluerunt ipsum actorẽ in hoc exonerare, vt possent vtrunque iudicium cumulare, & ambæ actiones possent simul intentari contra dictam regulam prohibitiuam, ita concludit Bar. in d.l.edita. & ita dicit in l.fundum. & in l.si filiusfamilias. §.varijs. ff.de leg.2. Bal. vero in repe. d.l.edita. dicit fortius, quod potest cumulari, etiam si non fiat, seu intentetur iudiciũ ad finem, vt perueniatur contra tertium possessorem, vt puta quia agenti personali est opposita exceptio præscriptionis 30. annorum. vnde fortè quia actor dubitat de tali exceptione contra principalem obligationem, vt obtineat, cumulat hypothecariam.

¶ Sed aduerte, quia hoc casu, quando opponeretur de præscriptione ad obligationem principalem, minus videtur esse dubium cumulationis permissæ, quia tunc cessaret dicta regula prohibitiua cumulationis, quia etiam absolutoria lata super personali ratione præscriptionis, non pareret exceptionem rei iudi. super hypothecaria, quia licet sit præscripta personalis: tamen contra debitorem & eius hæredem durat hypothecaria adhuc vltra personalem per decem annos, vt d.l.cum notissimi. in prin. C.de præscrip. 30. annorum, & d.l.intelligere. C.de luitione pignorum. Pau. de Cast. in d.l.edita. dicit

b quod Bar. soluẽdo illum §.sed neque,[b] quod ibi sit speciale, vadit per mendicata suffragia, & subdit, ꝙ si opin. Barto. est vera, non procedit practica, quæ vbique seruatur, quia in eodem libello petitur res cum fructibus perceptis, qui libellus procedit, secundum Cyn. in l.qui propria. C.si quis alteri vel sibi. vnde dicit Pau. quod Dy. dixit ipsam veritatem, declarando tamen dictum eius dum dicit, simul vel diuersis temporibus.

¶ Nam intelligit, simul, id est eodem libello, & diuersis temporibus, id est diuersis libellis. vnde dicit ꝙ in eodem libello ista possunt cumulari dummodo, secundum eum, cumulentur conditionaliter, videlicet, si apparebit actorẽ non habere ius in primo, & hoc est quod Pau. dicit addendũ ad Dy. & ad hoc allegat Glo. ordinariam. ff.de inoffi. testa. in l.

ADDITIONES.

a ¶ *Et habes bonum casum per Pau. de Cast. in proposito, quando ex causa rei redditur actor dubius, in consi. 292. lib.2. 6. dubio.*

b ¶ *No. de intellectu §.sed neque. in Auth. de fideius. & 6. solutiones & plures enumerat Ias. in l.edita. 10. col. C.de eden. & ibi videtur opin. Pau. reprobari.*

in l. qui de inoffi. in fi. magnæ Glo. quæ dicit, querelam inoffi. & petitionem hæreditatis posse cumulari, & tamen secunda dependet à prima, dum tamen cumulatio conditionaliter fiat, vt ibi dicit Glo.

Item allegat Cyn. in l. 1. C. de iudi. vbi Cy. dicit, quòd in eodem libello potest quis petere sortem & vsuras conditionaliter. Sed in diuersis libellis, etiam eodem tempore datis, non possunt hæc cumulari, quia tunc duo essent futura iudicia & instantiæ, sed in præceden. vnum tantum.

¶ Nec obstat, quòd nó possunt petere rem & fructus eodem libello, & tamen fructus sunt accessorij, quia ideo non procedit cumulatio ex eo, quia aut iudicium fuit purè institutum, & repellitur per regulam prædictam, quòd absolutoria lata in altero princ parit exceptionem rei iudi. in hoc accessorio. Aut fuit illud accessorium institutum conditionaliter, & non procedit libellus, quia fundatur ex toto super futuro, per l. non quemadmodum. ff. de iudi. sed in eodem libello potest, quia non fundatur ex toto super futuro, quia ibi continetur etiam super principali, quod deducitur purè: ratione cuius procedit libellus super accessorio, licet conditionaliter, sicut in simili dicimus in annuo debito, quia propter debitum de præsenti, potest peti condemnatio super futuro, sed secus est quando nihil deberetur de præsenti, vt no. in d. l. nó quemadmodum. & in l. pe. C. de senten. quæ sine certa quantitate.

Et hæc est ipsa veritas, secũdum Pau. qui dicit ab alio non fuisse visam, neque tactam. ipse tamen longè magis obscurè loquitur. Sed contra id quod dicit Pau. quòd in eodem libello possum petere res & fructus: obstat quod dixi in cap. præcedenti, in 12. princip. art. in 5. quæst. princip. in quinto membro in secunda illatione, prope finem, & quod not. Dominus meus in cap. grauis. infra de restit. spol. vbi dicit, quòd etiam in eodem libello non possunt peti res & fructus æquè principaliter, sed potest intelligi quod non possunt peti, scilicet iam percepti, sed percipiendi, qui veniunt officio iudicis, vel si possunt peti percepti, debet intelligi quòd intelligantur petiti conditionaliter. & no. ex his quæ supra dixi secundum Pau. ꝙ admittitur cumulatio, quando vnum petitur purè & aliud cõditionaliter, ad quod vide quod dixi in præcedenti, in 16. princ. art. ver. 5. regula. Et ex prædictis infertur, quod in eodem libello possum intentare nullitatem & iustitiam conditionaliter: dicendo sententiam nullam,[a] & si qua
a est, appello. quod facit pro opin. Pauli, de quo dicam inf. in 30. princ. artic. Similiter etiam infertur, quòd possum in eodem libello conditionaliter & non simpliciter dicere sententiam nullam, vel contractum seu actum nullum, & si valida vel validus est, peto me in integrum restitui. de quo similiter dicam in 30. artic. Sed aduerte, redeundo ad solutionem. §. sed neque. in Auth. de fideiussoribus. videtur dici posse, quòd ideo principalis & hypothecaria possunt simul cumulari, quia illud quod dicitur in hac regula prima, quòd quando absolutoria lata in vno, parit exceptionem rei iudi. in alio, non admittitur cumulatio, est verum, quando omni casu sequi potest absolutoria hoc operãs: sed vbi vno casu potest sequi absolutoria hoc operans, altera, non prædicta regula, non videtur procedere. vnde licet quis petierit fundum, potest cumulare & petere fructus fundi, quia possibile est quòd sententia lata super fundo non debito, non pariet exceptionem rei iudi. super fructibus, vt puta, quia sit factum pactum de non petendo fundum, vel quia solus fundus, aut iura quæ super ipso fundo habebentur, aut transactum super solo fundo, & nihil dictum sit de fructibus, vnde hoc casu, sententia lata in fundo, non obstat in fructibus, ad quod vide no. per Cyn. in l. 1. C. de iudi. Et sic similiter videtur dici posse in principali & hypothecaria, quia possibile est, quòd sententia lata super princ. nó pariat exceptionẽ rei iudi. super hypothecaria, vt puta, quia erat præscriptum soli actioni personali principali & non hypothecariæ, per l. cum notisimi. in princ. C. de præscrip. 30. vel 40. annorum, per ea quæ supra dixi, & sic intelligendo, facilis esset solutio ad d. §. sed neque. Articulus tamen iste, vt ex superioribus patet, est valde dubius & difficilis, & arbitror, quòd quandocunque ex forma & modo, & intentati libelli, & intentatę cumulationis appareret, ꝙ absolutoria lata in vna actione, non pareret exceptionem rei iudi. in alia, quòd tunc admitteretur cumulatio, quamuis regulariter sentẽtia lata super vna, purè & simpliciter pareret exceptionem rei iudi. super alia. vnde si fieret cumulatio purè & simpliciter, non expressa causa & forma prædicta, propter quã sentẽtia lata super vna actione pareret exceptionem rei iud. super alia, maior est dubitatio. Et potius videtur cõcludendum, quòd non admittatur cumulatio purè & simpliciter facta, ex quo sentẽtia absolutoria simpliciter lata super vna, pareret exceptionẽ rei iud. super alia, quãuis aliquo casu speciali possit euenire ꝙ absolutoria lata super vna, non pareret exceptionẽ rei iudi. super alia, ad quod induco quod singulariter dicit Bal. in l. fundum. ff. de excep. vers. item dixi. l. inter stipulantem. §. sacram. in 2. col. in princ. vbi dicit, quod tũc inspicitur quod euenire potest, per illum. §. sacram. quando præsens status rei verisimiliter tendit ad hoc, alias secus. faciunt quæ dixi circa iurisdictionem, & fori competentiam de qualitate intentata in libello, in cap. si clericus laicum. supra de foro competenti. Sed tenendo istam opinio. Sol. quam supra dedi ad §. neque. non procederet, quia quando simpliciter agitur personali & hypothecaria, sententia absolutoria semper lata super personali parit exceptionem rei iudic. super hypothecaria.

¶ Quare pro nũc arbitror posse responderi ad illum §. ꝙ cum vtraque actio tendat ad eundem finẽ, scilicet vt perueniatur cõtra fideiussorem, & sic sint quodammodo præparatorię ad actionem intentandam contra fideiussorem: meritò fauore dirimẽdarum & abbreuiandarum litiũ possunt simul cumulari, sicut dicimus in actio. ad exhibendũ, & in rem, vt no. Spec. in tit. de actio. & peti. §. sequitur. versi. & no. intelligendo de propria actione ad exhibendũ, vt ibi,

ADDITIO.

a ¶ *Possum petere de nullitate declarari, & si qua sit sentẽtia, appellare, de quo vide Pau. in l. posthumo. C. de bo. pos. contra tab. in intellectu eius tex. & vide ibid. Moder. & in l. si filius, qui in potestate. ff. de lib. & posthu.*

vt ibi, quę ad exhibendum & non ad restituendum competit, secundum Cy. in l. ordinarij. de rei vend. in 2. q. facit & quod videmus in simili de rei vendicatione, & publiciana, quæ simul in eodem libello possunt cumulari, vt in cap. Abbate. de re iudi. lib. 6. ad quod vide quod dixi in cap. præcedenti, in 12. artic. princ. in 10. q. princ. & in 16. quæst. princ. versi. quarta regula, fallen. 8.

20 ¶ † Secunda regula, quam tradunt Glo. in d. l. edita, & ibi Barto. & Doct. & Innocen. in cap. 1. supra eodem & Dy. in dicta regula, nullus pluribus, de reg. iur. lib. 6. est, quòd quando plures [a] actiones sic se habent, quòd electione vnius alia tollitur: A. B. Exemplum in tributoria, quod iussu, de in rem verso, de peculio, in actis ex testamento, hypothecaria, & personali, quod legato, vel fideicom. particulari. Ma. tunc non admittitur cumulatio. ff. de tributo. l. quod in hæredem. §. eligere. in cap. vt quis duas. de elect. lib. 6. & per Inno. in c. 3. infra de collu. tunc enim vna electa altera extinguitur.

¶ A. B. Vt dictis iuribus tenet etiam Hosti. in sum. in tit. de ordi. cog. in princ. & Spec. in tit. de inciden. questionibus. versi. cæterum, adhuc circa præmissa, & fuit no. Azo. in sum. in tit. de ordi. cogn. & Tancre. in sum. compen. vt dicit Ioan. And. in addi. Spe. in tit. de inciden. quæstionibus. ver. cæterū. Ma. Et quæcunque sententia sequeretur in altera reuiuiscit, neque valet, vt est tex. no. in l. fi. C. de codi. secundum Pau. & bene.

21 ¶ † Tertia regula est, quam ponit Dy. in dicta regula, nullus, & Bart. & Doct. in d. l. edita. & Dominus meus & Doct. hic, ꝙ quando sunt plures actiones contrariæ in origine: non tamen in exercitio, quia tunc electione tolluntur: non admittitur cumulatio, vt est tex. no. in l. 1. C. de furtis. quod procedit, secūdum Bal. in rep. d. l. edita. siue actio secundo loco proposita sit sublata per contrarietatem primæ, vt d. l. fi. C. de codicil. siue mista ratione contrarietatis & electionis. Et hanc etiam regulam tenet Spe. in tit. de actio. & peti. §. 1. vers. item proponens. qui etiam allegat ad hoc l. 1. C. si seruus extero. & c. sollicitudinem. in fi. de appel. 74. distin. c. gesta. & ibi Spe. ponit aliquas fallentias, quæ non placent, quia non loquuntur in actionibus contrarijs.

¶ A. B. Tenet Azo in summa de ord. iud. Hosti. in summa de ord. cog. in prin. Tancre. in summa cōpendiosa. Spec. in tit. de inciden. quæst. dicto versi. cæterum. ibi, primus si sint. Ma.

22 ¶ † Quarta regula est, quæ dicitur fuisse de farina Bar. quòd quādoque actiones sic se habent propositè, & quòd vna condemnatione secuta, & executione facta cōtingat liberatio ab alia, non admittitur cumulatio, quia si per executionem primę, plenariè satisfit agenti: frustra iterum agitur. Et hic ad hoc dicit esse casum singularem & notabilem in l. 1. in fi. ff. si familia furtum fecisse dicatur, & ibi etiā hoc tenēt Bar. & Ang. & tenet Bar. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acqui. posses. & quo ad hanc regulam potest figurari exemplū, si ex duabus causis lucratiuis debetur eadem res à diuersis personis, vel ab eadem. Nam si consequor eam ex vna causa, extinguitur altera, per l. omnes. ff. de actio. & oblig. ad quod vide quod dixi supra in quarto genere cumulationis.

23 ¶ † Quinta regula est ratione maioritatis, vnde si plures actiones sic se habent, ꝙ vna ratione maioritatis non admittit secum alias actiones, non admittitur cumulatio, vt l. fi. C. de ordi. iudi. & in l. per minorē. ff. de iudi. & ideo ciuilis & criminalis non possunt cumulari, vt l. 1. C. quando ciuilis actio. tradit Spe. in tit. de furtis. versi. sed nunquid ex eodem. & sequenti, per l. prætor ait. ff. vi bonorum raptorum, l. interdum. ff. de publi. iudi. & l. fi. ff. de furt. ad idem

b l. 2. §. 1. ff. vi bonorum rapto. vbi Bart. [b] hoc limitat, si modo quis simul & semel vellet principaliter intentare ciuilem, secus si vellet intentare accusationem criminalem principaliter, & petere restitutionem rei ablatę incidenter per officium iudicis, quia posset, per l. qui crimen. C. qui accus. non poss. & l. interdum. §. qui furem. ff. de fur. & ibi tradit Bart. Et idem voluit Bald. in l. sed & loci. §. si dicantur. ff. finium regun.

¶ Item hic videtur procedere Bal. quando ciuilis & criminalis descendunt à diuersis legibus, quia tunc duæ sunt instantiæ necessariæ, & duo libelli, vt d. l. 1. C. quando ciuilis actio præiudicet criminali. Secus quando ciuilis & criminalis descendunt ab eadem l. copulatiuè, quia tunc sufficit vnus libellus. arg. l. qui ædes. ff. de incendio, ruina, & naufrag. tenet Bal. in repet. l. data opera. C. qui accu. non poss. in 3. col. Sed melius facit d. l. qui crimen. & ista fuit originalis opin. Iaco. de But. quam refert idem Bal. in l. sed & loci. §. si dicantur. ff. finium regun. & refert Bart. in d. l. 2. §. 1. ff. vi bono. rapto. & etiam Bart. ibi reprobat. mouetur, quia regula sit, quòd ex quocunque crimine possit quis accusari criminaliter, & ex eodem posit agi actione in factum ciuiliter, vt in l. qui nomine. ff. de falsis. & in l. nec quicquam. ff. pro socio. ergo semper possunt proponi ciuilis & criminalis, quia ex eadem l. descendunt.

¶ Præterea rationes & regulæ impeditiuæ cumulationis, videlicet ratio maioritatis causæ, & quòd

c absolutio in vna [c] potest parere exceptionem rei iudi. in alia: ita locum habent, quando ex eadem lege sicut quando ex diuersis legibus oriuntur ciuilis & criminalis, ergo, &c. Nec obstat d. l. qui crimen, quia potest responderi, vt statim dixi, secundum limitationem Bar. quòd loquitur, quādo accusatio intentatur principaliter, & ciuilis incidenter.

¶ A. B. Ad-

ADDITIONES.

a *¶ Quando plures actiones sic se habent, vt vnius electio alias tollat: non permittitur cumulatio. facit l. fi. vbi late Mod. in 1. no. C. de codi. & Rom. in cons. 125. in cip. mater & soror. & hæc regula ibidem pluribus modis limitatur, & de seq. reg. dic vt per Doct. in l. 1. C. de fur. & per Bal. in c. sollicitudinem. in fi. extra de appel.*

b *¶ Adde Bart. in l. pen. ff. de calum. & Bal. in l. si quis ad se fundum. C. ad legem Iul. de vi. & in l. quòd euitandi. C. de condi. ob turp. cau.*

c *¶ Vtrum & quādo absolutoria lata in criminali, &c. Adde vltra hic allegata, Bal. in l. ex morte. C. ad leg. Aquil. in l. 1 ad leg. Faui. de plag. & vide quæ dicit Innoc. & Ioan. And. in cap. de his, extra de accus. Imo in l. interdum. ff. de publi. iud. Et qualiter possunt cumulari hæ duæ actiones, per Bald. in l. 1. 2. col. C. de appel. cum similib. vt per Alexan. in d. l. 2. §. 1. ff. vi bono. rapto.*

¶ A. B. Aduerte tamen, quia Roffr. in materia libelli super auth. ob ęs. C. de actio. & oblig. charta ante pen. accumulat actionem ciuilem & criminalem.

¶ Et Spe. idem facit in tit. de pign. §. 1. versi. item cum ob ęs alienum. prope fin. tit. Et ad contrarium quod sumitur ex prędicta regula, quòd ciuilis & criminalis nō possunt eodem libello intentari, respondeo: hoc conceditur propter criminis immunitatē. Et sic refert Ioan. And. in addi. Spe. ad dictum vers. Ex quibus habes limi. ad prædictam regulam. Sed prædicta li. mihi non placet, quia non probatur iure. Et non tollitur ratio impedimenti, imo augetur, quia quanto maius est crimen, tanto magis procedit regula impeditiua. Ma.

24 ¶ † Sexta regula impeditiua est, ratione ordinis, vnde quando plures actiones sic se habent, φ vna ex ordine debet aliam præcedere, vel est præiudicialis ad aliam, non admittitur cumulatio, vt C. de rei vend. in l. ordinarij. & C. de interdictis. in l. incerti. ff. de inoffi. test. in l. qui de officioso. & quod ibi no. exemplum: si intētatur petitorium & possessorium retinendæ, vt l. exitus. ff. de acquir. possess. quia non possunt simul cumulari. Sed ordo est, vt causa possessorij procedat, vt ibi, secundum Pau. de Cast.

¶ Sed aduerte, quia illud procedit in cumulatione quę fieret à diuersis, vel contra diuersos. ad idem etiam facit l. si de vi. ff. de iudi. Sed an, quando, qualiter, & à quibus, & contra quos petitorium & possessorium posint simul cumulari, & de pluribus iudicijs possessorijs adinuicem cumulandis, vide quæ latius dicam infra in tit. de causa possess. & proprie. de actionibus autem præiudicialibus, latius videbimus infra in tit. de ordi. cogn.

25 ¶ † Circa tertium membrum princip. de cumulatione iussa seu necessaria, in quo venit examinandum, an actor ad instantiam rei teneatur cumulare actiones. Bal. in repet. d. l. edita. C. de eden. versi. dictum est supra de cumulatione, &c. distinguit, φ interdum actor vult diuidere vnam & eandem actionem: puta, de decem petendo quinque, & tunc ad instantiam rei tenetur redintegrare petitionē: interrogabitur enim actor, an si ex ea causa sit amplius petiturus, & si dicat, quòd sic, mandabitur ei quòd integrè agat, ne reus diuersis instātijs fatigetur. hoc sentit Glo. in l. cum duobus. §. si plures. ff. pro socio. ne continentia eiusdem causæ diuidatur. arg. l. nulli. C. de iudic. & ideo non procedit iste libellus, peto decem de maiori summa, si reus opponat contra ipsum de diuisione petitionis, de quo per Bart. in l. scire debemus. ff. de verbo. oblig. & in l. non est nouum. ff. de actio. emp. nisi reus partem confiteatur, & partem neget. C. de transac. l. si quidem. ff. de leg. 2. in l. qui in solidum. in prin. & ff. si cer. pet. in l. quidam æstimauerunt. quia tunc non expedit agere de parte negata. Si autem negatur qualitas quæ respicit totam rem, de toto litigandum est. Nam diuersitas & peccatū in quantitate potest respicere totum & partem: sed in qualitate, respicit totam rem, vt in l. 1. §. cum adijcit. ff. de verb. oblig. ita dicit Bal. in d. repe. l. edita. Sed idem Bal. in l. 1. ff. de acqui. hæred. tenet, quod omni casu procedat iudicium, nec compellatur actori iudicium integrare, per tex. Instit. de actio. §. si minus. In hoc artic. variæ sunt Doct. opin. Bal. fuit varius, vt statim dixi. Bar. post Gul. de Cu. in l. quidam æstimauerunt. ff. si cer. pet. vult, quòd si creditor petit partem de toto debito, nō audiatur: ne causæ continentia diuidatur, vt d. l. nulli. C. de iudi. Et ad hoc alleg. tex. in l. cum quædam puella. §. fi. ff. de iurisdic. omn. iudi. ad quem tex. se remittit dicturum. Sed tamen ibi nihil dicit.

¶ A. B. Contra hanc cautelam vide Matthesilla nū no. 115. Ma. Sed Bar. in auth. at qui semel. C. de proba. dicit, φ hac cautela vtebantur antiqui aduocati. Nam quandocunque dubitabāt ne testes probarent, tunc solum petebant partem debiti. Idem tamen Bar. in l. in commodato. §. duabus. ff. commodati. distinguit, quòd aut actor hoc facit ex necessitate, quia iudex non potest cognoscere de maiori summa, & tunc non repellitur. ita loquitur l. cum quædam, §. fi. aut facit ex voluntate, & tunc opposita exceptione repellitur, ne vexet reum pluribus litigijs, vt d. §. duabus.

¶ Et hanc opinio. sequitur Bal. in d. l. quidam. & in l. si mihi & tibi. in princ. ff. de leg. 1. & in d. l. scire debemus. in quibus locis concludit, quòd reo opponente, actor repellitur, nisi integret petitionem, sed eo non opponente, iudicium procedit, per d. §. si minus. Instit. de actio. Ang. tangit hanc quæst. in d. l. quidam. sed latius in d. l. scire debemus. vbi dicit, quòd altero ex tribus modis potest contingere, quòd ex maiori summa petatur minor, vel actor sperabat iudicem fauorabilem, qui nō poterat cognoscere de tota summa, vt d. l. cum quædam. §. fin. Vel quia habet animum vexandi aduersarium pluribus litigijs, & hoc casu, nō est tolerandus, vt l. de rebus. ff. de arbi. vbi dicit esse tex. sing. vel quia dubitat de probatione, & etiam hoc casu non videtur tolerandus: quia cum sit in potestate sua, quando vult agere, potest differre, & interim deliberare & examinare, an posit probare.

¶ In primo tamen casu Ang. potius videtur adhærere opin. Bart. quam etiam Bar. [a] opin. sequitur Ioan. de Imo. in d. l. scire. & Raph. Fulg. in d. l. quidam æstimauerunt, & etiam Pau. de Cast. ibi. Sed dominus Ricardus de Sali. distinguit, quòd aut constat ex libello, φ ex summa maiori actor petit partē, & indistinctè repellitur non solum reo opponente, sed etiam per officium iudicis absque partis petitione, ex quo sibi constat de calumnia actoris, facit quod no. in l. qui cum maior. ff. de bonis liber. & quod no. Innoc. in c. 1. de offi. vica. Et hoc verum: nisi faciat ex necessitate, puta, quia non potest iudex de maiori summa cognoscere, & ideo debent esse cauti libellantes, vt hoc non exprimant in libello videlicet, quòd de maiori summa, &c. vt dicit Io. de Imo. in d. l. scire.

¶ A. B. Contra hoc tamen Lud. Ponta. in l. scire debemus. ff. de verb. oblig. per quatuor rationes, de quibus ibi per eum. Ma.

¶ Sed

ADDITIO.

a ¶ *Si debes mihi centum, & petam à te partem, an possim cogi ad totum, peten. ne reus conuentus diuersis iudicijs distrahatur, vide de opin. Bar. & infinita per Alexan. in l. in commodato. §. duabus. ff. commo. & in l. cum quædam. §. fin. de iurisdic. omn. iudi. per Moder. in l. quidam æstimauerunt. ff. si cer. peta.*

¶ Sed aduerte, quia hoc videtur procedere, nisi ageretur contra vnum ex reis debendi, quamuis in solidum obligatum. Nam si plures rei debēdi essent insolidum obligati ad cētum, & creditor ageret contra vnum ex duobus ad quinquaginta, licet in libello diceret, quòd ageret ad quinquaginta de cētum: tamen videretur admittēdus libellus, quia licet quis sit obligatus insolidum, tamen à quolibet possum petere partem, vt l. 1. ff. de duobus reis. & hoc voluit Pau. de Cast. in d. l. in commodato. §. duabus. ff. commodati. Dicit tamen Barto. quod non debet petere quinquaginta tanquam sibi promissa, sed tanquam partem summæ, sibi promissæ, sentit Bar. in d. l. scire. Sed tu dic, quòd imò potest petere tanquam sibi promissa, quia qui promittit, intelligit promittere etiam quinquaginta, per l. si quis cum totum. ff. de except. rei iudi. secundum Pau. in dicto §. duabus. faciunt iura vulgata, quod in maiori summa, &c. Si verò hoc non apparet ex libello, tunc secundum Richardum parte opponente repellitur intelligendo, vt intelligit Barto. in d. §. duabus. & hoc, nisi actor assereret se ex illa causa amplius nō petiturum, quia hoc modo videtur facere pactum reo de non petendo reliquum. facit l. postquàm liti. C. de pac. & ideo non repellitur.

¶ Aduerte tamen, quia in omnibus casibus, in quibus super petitione partis processit iudicium, si actor velit reliquum petere non potest, nisi coram eodem iudice. hoc vult glo. singu. in d. §. si minus. Institu. de actio. de quo latius dixi infra, de mutuo peti. c. fi. art. 11. fallen. 11. Quid autem si esset petita pars certę summę vel rei, & probatum esset de toto, an posset sequi condemnatio ad totum? latè disputat Ioan. de Imo. in d. l. scire. Sed quia non est principalis materia nostra, vide ibi per eum, vbi concludit quòd non. Interdum verò actor vult diuidere modum agendi, quia vult de pluribus societatibus agere diuersis actionibus & libellis, & forte coram diuersis iudicibus, & hoc casu videtur quod non possit, sed causa abbreuiandarum litiū simul agere compellatur. ff. de iniurijs. in l. prætor. §. si mihi plures. & ff. de actio. emp. in l. nō est nouum. & l. 1. ff. de quibus rebus ad eundem iudicem eatur. Sed aduerte, secundum Bal. quia quandoque quis narrat plura, & concludit ad vnum: & sic apparet de malitia, quia vult diuidere, & tunc cogitur cumulare, vt dictis iuribus, & ff. de arbit. in l. de rebus. in fi. faciunt etiam ea quæ supra dixi. Quandoque verò actor nō vult intentare nisi vnam causam, quia fortè nunc non habet probationes in alijs causis, & tunc non
a cogitur, vt in rubro & nigro. C. [a] vt nemo inuitus. sufficit ergo quòd dicat, quia nunc non habeo probationes paratas, volo differre. argum. ff. de vsur. in l. sciendum. & de eden. in l. argentarius. §. cum autem. Nec obst. l. non est nouum. quæ videtur huic vltimo contrariari.

¶ Nam ibi ex vno cōtractu veniebat vtraque actio, vt quia duo emerunt simul, & ab vtroque fuit res euicta, & vnus decedens instituit alium: tunc quia cumulatio sumit originem ex vno fonte primordiali, ideo fit cumulatio de necessitate, si reus hoc petat, & eodem modo fieret, si vnus reorum credendi, alteri succederet. ff. de fideiusso. in l. generaliter. secundum vnum intellectum. Sed si tu poneres secundum alium intellectum, quod in dicta l. non est nouum, separati fuerint contractus: nulla ratio potest assignari, quare ille qui vult proponere & agere ex vna causa, compellatur duas proponere. ar. ff. de arbi. in l. si de meis, in prin. Sed dicit Iac. But. quòd ratio est, quia ambę actiones sunt vnius generis. Sed hæc ratio non valet secundum Bal. quia aut Iac. vult, quod sit actio in genere, sicut homo in genere: Et ista actio non reperitur in exercitio in l. 2. ff. de dote prælegata. & ibi per Pet. & Cyn. quia omnis actio cohæret causę, & causa ex facto descēdit. Aut vult, quòd sit inter easdem nominis entitas seu identitas nomini est in voce, sed non in re, & ideo non coniungit ea quæ sunt realissimè distincta. facit l. in vitium. §. ex facto. ff. de diuersis & tempo. præscrip. Glo. vero in d. l. non est nouum. sentit, quòd vna actione electa, tollatur alia. Et sic sentit, quòd loquatur in duobus reis emendi insolidum. Rayne. dicit, quod illa lex consulit, non præcipit. Nam interest actoris vno libello multa cōsequi, non potest petere reus diuisionem libellorum. & sic intelligit, quòd loquatur in contractibus separatis. Sed tamen malè aperit Rayne. quid ipse intendat, vt dicit Baldus in repeti. d. l. edita. in loco præallegato, & subdit Bald. Ego declaro mentem eius secundum motum animi mei, quòd aut actor vult vnire, & reus diuidere, aut ecōtra: aut de hoc nihil opponitur, sed sub silentio pertransitur. & sic residet Bald. quæ verba, sunt etiam magis dubia. Sed sensus ipsorum est, vt arbitror, quòd aut actor vult vnire, & potest, licet reus petat quòd diuidat. Aut econtra, actor vult diuidere, & potest, licet reus petat vnionem. Aut sub silentio pertransitur: & tunc procedit libellus vnitiuus vel diuisus. sed tu vide ad hoc quod dixi supra, in articu. vigesimooctauo, in secunda quæstione principali. quia nūc propter varias occupationes, non est concessus latius cogitandi locus. Sed nunc expeditis dictis tribus membris istius tertiæ quæstionis principalis, subijcio aliquas quæstiones pro intellectu & complemento materiæ ipsius 3. quæstionis principalis.

26 ¶ † Vnde quæro, an iudici sit licitum cumulare
b plures inquisitiones contra eundem. [b] & videtur quòd sic. Nam sibi permissum est implicite inquirere, vt l. congruit. ff. de offic. præsidis. Item, quia inquisitor non videtur se astringere. Item, quia tertium est ei permissum, quod plus est, videlicet post didicita testificata potest testes de nouo producere, & examinare, vt in capitulo, cum clamor. infra, de testibus, de quo latè dixi in Clementina secunda, de testibus. & latius in capitulo, fraternitatis. infra, de testibus. & ratio est, quia in inquirente nunquam præsumitur

ADDITIONES.

a ¶ *Ille titulus latissimè limitatur per Docto. repet. in Clemen. sæpe. in princip. colum. 31. & sequen. de verbo. significatio.*

b ¶ *Iudex an possit cumulare plures inquisitiones contra eundem reum: & quod subdit, posse iudicem post didicita, &c. adde Fede. cons. 262. cum simi. vt per Mod. in cap. cum clamor. de testi. & Alexan. de ista cumulatione delictorum, in l. si id. ff. de iurisf. omnium iudicum. Adde Aret. in maleficiis, in gl. 1. in 2. col. ver. quæro an.*

sumitur calumnia, cum fama debeat præcedere inquisitionem. de quo vide quæ latissimè dixi in cap. qualiter.el 2.infra,de accusatio.in nono princip.art. versicu. nono quæritur. Et inquisitiones & accusationes respectu diuersorum maleficiorum potest cumulare. C.de accusatio.in l.si quis homicidij.nisi esset magis geminare, quàm cumulare,argu.l.penult. §.fina. ff.nautæ,caupo.stabu. Et nisi sententia lata in prima,esset paritura exceptionem rei iudi. in secunda, vt C.de accusa.in l.qui de crimine.secũdum Bal. in repetitio.l.edita. versic.nono quæro.

¶ Item quæritur, an iudex super eodem maleficio posit cumulare accusationem inquisitioni: hoc est,admittẽdo accusatorem super eodem maleficio, de quo formauit inquisitionẽ. Sol. Dy.dicit quod non, quia accusatio tollit inquisitionem. quod est verum, secundum Cy.nisi inquisitio esset liquidata ante superuenientem accusationem, vt ipse no.ff.de libe. agno. in l.siue contra. §.fin.in addit. post Dyn. Item quia ista iudicia, secundum Dynum sic se habent, quòd absolutoria lata in vno, &c. facit quod no.in c.fin.infra, de purga.cano. per Inno. ad quod vide quod latius dixi in cap. de his. infra, de accusa. quod tamen intelligit Bald.limitando Dy. quando accusator prosequeretur suam, vel suorũ iniuriam; quia tunc tollitur inquisitio. sed si publica duntaxat vtilitate accusator prosequeretur: præferretur iudex tanquam magis idoneus, non obstãte quòd inquisitio sit remedium extraordinarium, quia est introductum fauore publico, & quo ad iuuandum.ff. de rei vendi. in l.1.§.per hanc. Item quia etiam accusatio quæ non tangit rem vel personam accusatoris, potest similiter dici remediũ extraordinarium: cum regulariter ad agendum non soleant admitti, nisi quorũ interest.ff.de appella.recipiendis.l.1.in princ. & infra,de accusatio. cum super his.& ibi per Inno. secundum Bal.in d.repet.l.edita. vers.10. quæro.sed tu vide ad hanc materiam, an & quando per superuenientiam accusationis tollitur, vel suspẽdatur inquisitio, vide quæ latissimè dixi in c.qualiter, el secondo.infra,de accusa.in 13.princ.artic.

27 ¶ † Vlterius quæro, vtrum exceptio posit cumulari petitioni, pone exemplum, reus vigore instrumenti conuentus opponit exceptionem solutionis, & animaduertẽs in processu se non habere paratos testes de proximo,offert petitionem,in qua petit sibi reddi instrumentum cancellatum. Bal.dicit hanc cumulationem non procedere, per rationem l.fundum. ff.de except.subdit [a] tamen quòd quæstio fuit Ianuæ sub tali forma, actor ex instrumẽto hypothecę agebat, reus verò excepit de solutione, & petijt compromissum intra terminum ex forma statuti Ianuensis permissum, & quia non probauit exceptionem,videns se succumbere, egit,petens instrumentum debiti,tanquam cancellatum sibi restitui, & super hoc petijt compromissum: quærebatur an possit.allegabatur quòd sic,quia lis prima erat de accessorio, id est, hypothecalis,secunda erat de principali & præiudiciali, id est, de ipsa principali obligatione: ergo ipsa tanquam ius maius continens debebat admitti, per text. ff.de excep. in l.sed si ante.vbi videtur casus. Itẽ allegabatur,quia si licitũ est actori cumulare personalem & hypothecariam: ergo fortius debet hoc licere reo, excipiendo contra hypothecariã,& cumulando personalem.argumento eorum, quæ notan.in regula, nullus pluribus.de regu. iur. lib.6. In cõtrarium verò allegabatur dictum Innocen. qui dicit, quòd reo cõtra actionem non datur contraria petitio,sed sola exceptio,vnde non potest reus agere, ne secum agatur,per l.purè.§.si.ff.de doli except.vt no. Innoc.in c.cum contingat.de off. delega. Sed in contrarium allegabatur, quòd imo contraria petitio datur reo. ff. de except. rei iudi. in l.si inter me & te. & petitio rei est hic fundata, per l. dissolutis.C.de condi. sine causa.Subdit tãdem Bal. quòd sibi super hoc consulto visum fuit, cumulationem non esse admittendam. nam si propter moram mutationis impeditur mutatio, & debet supersederi in veteri actione, vt in dicta l. edita. ita & in casu nostro, quando res non erat integra, sed exceptio erat discussa, nõ debet posse fieri translatio exptionis in petitionem.Item quia hoc casu potius esset geminare actionem,quàm cumulare. Item iudicium erat iam radicatum apud primum iudicem: ergo non potest ab eo discedi. Non obst.l.sed si ante. Nam differentia est inter hypothecariam & actionẽ propriè accessoriam, quia in hypothecaria debet fieri plena probatio. ff.de proba.in l.ante omnia. Et ideo,quia in accessorio plenè probãdum est de principali, & sic ipsi reo per exceptionem contra vtrunque consulitur: frustra geminatio interueniret.Sed l. sed si ante. loquitur in confessoria., vbi non requiritur plena probatio dominij, vt in l. sicuti. §.si quæratur.ff.si seruitus vend. Et ideo secundum iudicium est maius probatione & effectu, & sententia lata super dominio incidenti non præiudicat super dominio principali, & maiori iudicio. Quapropter maius iudicium non suspenditur à minori. Nec ob. l.si inter me & te. quia ibi per contrariam petitionem reus intẽdebat aliud consequi,quod non claudebatur sub defensione. & ideo admittitur contraria petitio,hic vero secus. Similiter etiam nõ obstat, quòd reus petet imponi silentium actori, quia ista petitio nõ est actio, sed defensio. Et ideo fit absque libello, nec super ea seorsum debet lis contestari.facit quod notat. ff. de in ius vocan. in l.libertus. el 1. Item facit pro opin. Innocen.quia actiones contrariæ non sunt nisi in reciprocis obligationibus introductæ, & non in alijs,vt notat. in l.omnino.ff.de impensis. Item debet vitari perplexitas, ne scilicet posint opponere, vt nota. in l. per minorem. ff. de iudi. quæ ratio mouit Innocen. sed contra hoc opponitur, cum videamus reum agere, vt l.fina. C.de ordin. cog. Sol. Illa lex nihil facit, quia ibi non assumitur ius agendi ex forma defensionis. ita quasi formaliter tradit Baldus in repetitio. dictæ l. edita. versicu. 11.quæro. Vtrum autem plures exceptiones posint simul cumulari, non est materia nostra, vide per Bald.in l.1. C.de furtis. fortè videbimus in titu.de except.

¶ Quæritur

ADDITIO.

a *¶ Nota pulchram q. vtrũ si actor agat hypothecariæ reus excipiẽs de solutione posit cumulare de principali actione & super eo petere cõpromissum ex forma statuti. & hãc q.repetit hic totidẽ ferè verbis, quot eam explicuit Bal.in l.edita.in 9.col. in Patauina lectu.de eden.*

¶ Quæritur etiam, quid si contra vsurarium ego peto me absolui à iuramento, & me absoluto, contra eum procedi,& ipsum ad vsurarum condemnationem condemnari: vtrum admittatur ista cumulatio? Sol. Dic, de hoc latè traditur per Docto. in c.1.infra de iureiur. Et fortè ibi dicam,vel dicam in tit.de vsuris.

¶ Quartò principaliter quæro, an plures personę posſint ſimul in eodē libello cumulari. Sol. Ex parte actoris,dic vt latius dixi in c.1.ſupra eod.in 7. princ.arti. ex parte vero reorum conuentorum, dic vt latè dixi in d.c.1.in 8.prin.art.

28 ¶ † Quintò quæro, an plures res poſsint in eodē libello cumulari. Sol. Ad hanc materiā ante omnia vide quæ dixi in c.pręcedenti, in 12.princ.artic. quęſt.5.& respectu diuersarum actionum continentium actiones diuersas, vide quæ dixi in 3.quæſt. in princ. Item, vtrum nullitas & iniustitia, & nullitas & læsio, seu in integrum restitutio poſsint simul accumulari, aut aliæ res quæ videntur ad inuicem repugnare, vt sors & pęna, rei persecutio & pęna, vide quæ dixi in cap.præcedenti, in 12. artic.in 16. q. ver. quarta regula.& versi.5.regula,& traditur in l.si pacto quo pœnam. C.de pact.& l.1.in princip.ff.de actio. emp. & in l.stipulationes non diuiduntur.§. Celsus.ff.de verb.obliga. & vide Bal.in l.non ab re. C.vnde vi. vbi tradit, an sors quæ est de præsenti, & pęna quæ est in conditione de futuro, poſsint cumulari in eodem libello, & de pœnali, & rei persecutoria traditur in l.penul. C. de noxa. & an poſsit cumulari petitio rei & fructuum, dixi in 3.quæſt.2. membro,& supra in cap.præcedenti,in 12. articulo in 5. quæſt. princip. in quarto membro, versi.2. infertur. in fi.

¶ Sextò quæro, quid si in eodē libello vel diuersis, fit cumulatio in casibus prohibitis, quando debeat opponi ista exceptio cumulationis. Sol. Dic quòd aut exceptio est dilatoria cumulationis, aut peremptoria.

¶ Primo casu dic, quòd aut cumulatio præcesſit litis conteſtationem in primo libello, & debet opponi ante lit.conteſtatio. vt l.fi.C.de exceptio. & ff. de euict. in l.si manicipium.§.1.& quod no. per gl. in l.penul. C.communi diuid. Aut litis conteſtatio præcesſit cumulationem, quia poſt litem conteſtatam fuit porrectus secundus libellus, & tunc poteſt opponi poſt lit.conteſtat. in primo libello,& etiam indiſtinctè vsque ad litis conteſtationem, in secundo libello, seu iudicio: non autem poſtea, vt in l. sed & si susceperit. ff.de iudi. & C.de accusat. in l. si accusationibus. Si vero exceptio eſt peremptoria cumulationis,& actionis secundo loco propositæ, poteſt opponi vsque ad sententiam, secundum Bal.in repet.l.edita.C.de eden.versi.2. quæro,quando exceptio.& ad intellectum iſtius decisionis vide quæ dicam in seq.q.

¶ Septimò,quid si in prædicto casu non permisſę,nec a admittendæ cumulationis,exceptio nō fuit opposita: an libellus procedat.& videtur quòd sic, quia debet excipi & probari de pendentia primæ litis.ff.de except.l. generaliter.vbi de hoc. Sol. Aut cumulatio non poteſt fieri ratione suspensionis, & debet excipi de litis pendentia. facit. ff.de excusat. tut.in l.diximus. Aut ratione sublationis actionis, & non videtur exceptio necesſaria: cum iudici notorium sit actionem secundo loco intentatam non competere actori. argumen.notatorum in l.vbi pactum. C.de transact. & per Innoc. in cap.1. de offi. vica. nec obſtat quòd nō sufficit, quòd reus habeat ius excipiendi,nisi opponatur, Inſtitu.de replica.§. 1. & per glo. in l.si vnus.§.pactus.ff.de pact. quia illud eſt verum, si talis eſt exceptio quæ posſet replicatione excludi: puta, per aliud factum de petendo, vel quid simile: sed in casu noſtro non recipit contrarium, nec vlla replicatione cumulatio poteſt esſe permiſsa. Et ideo quamuis pars non opponat: tamen iudex ex officio supplet,secundum Bal.in d. repet.l.edita.versic.sed hic quæritur,nunquid. Sed Barto. in d.l.edita.hanc quæſtio. latius examinat & declarat in versi.quæro si non eſt oppositum,vbi dicit hanc quæſtio.subtilem. Et circa eam diſtinguit, quòd quandoque cumulatio impeditur solum ratione ordinis, & tunc nō opposita exceptione procedit iudicium, & valet sententia,vt l.1.C.de appe. facit quod no.in l.2.C.commu.diuid. & in l.si mancipium.§.1.ff.de euict. Quandoque cumulatio impeditur, quia absolutoria lata in vna,scilicet, in prima, parit exceptionem rei iudic. in alia,videlicet in secunda,& tūc idem, quia debet opponi exceptio: & si non opponatur exceptio, procedit iudicium, quo ad part.quia l.dicit secundam exceptionem impediri per electionem,vt d.l.si mancipium.§.2.& in l.fundi.ff.de exceptionibus. Et idem putat Barto.si secunda impediatur cumulari ex eo, quia executio facta in prima,tollat secundam. Et idem dicit si impediatur ratione maioritatis, quia leges de hoc loquentes semper videntur se referre ad remediū exceptionis, facit quod no. in l.reum. C.de procurat. Quandoque vero cumulatio impeditur, quia actiones sic se habent,quòd tolluntur electione. Et hoc casu Barto.dicit aduertendum esſe, quòd quandoque à principio cumulantur plures actiones, quæ tolluntur electione,& tūc si pars non opponit,procedit iudicium, vt l.1.§.qui autem.ff.quorum legatorum. sic enim propter contumaciam partis tacentis admittitur concursus dictarum actionum, ita eodem modo ex consensu partium, tacito vel expresſo, vt in l.fin. & quod ibi no. C.de annali exceptio. Quādoque vero ab initio vna proposita de his quæ electione tolluntur, alia deinde fuit cumulata, & tunc non eſt necesſaria exceptio contra cumulationem, quod intellige de exceptione iuris, non facti. & eſt ratio, quia per propositionem & electionem primā alia eſt ipso iure sublata, vt l.1.C.de fur. & in l.quod in hæredem.§.eligere.ff.de tribu. Eſt tamen necesſarium quòd in secundo iudicio super actione cumulata fiat fides procesſu habito super primo, vt l.generaliter.ff.de excep.secundum vnam lectur. ibi positam in glo. Quandoque vero cumulatio impeditur

ADDITIO.

a ¶ *Si non opponatur exceptio contra cumulationem, procedit libellus,vide poſt Bar.in l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de acqui.posſe. per Moder.& per eosdem in l.edita. in 11.col.C.de eden. remiſsiuè tamen, & limita vt ibidem per eos,& de cumulatione temporum separatorum, vide conſ.Barb.quod eſt vltimū Alex.in 4.vol.*

peditur propter contrarietatem actionum, & tunc, an sit necesse quòd opponatur exceptio. Barto. in repetit. l. edita. remittit se ad plenius dicta per eum in l.naturaliter. §.nihil commune. ff. de acquirenda possessio.

¶ Octauò quæro de effectu cumulationis, & an facta cumulatione dicantur plures libelli, vel vnus. Sol. Quo ad primum dic, quod ex cumulatione plures resultant effectus.

29 ¶ † Primus, quia super actione cumulata debent dari nouæ dilationes, secundum glo. in d. l. edita. quod est verum, nisi ex dilatione data à prima & ex deliberatione facta in illa, reus posit esse instructus in secunda. exemplum ponit glo. prædicta, quando aliquis conuenitur vi bonorum raptorum, & postea ex eadẽ causa conuenitur furti. Nam tunc non dabuntur nouæ dilationes, quia ex deliberatione facta in prima, potuit esse instructus in secunda, secũdum glo. sed dicit ibi Barto. quòd hoc exemplum non videtur procedere, quia possibile est quòd absolutoria lata in prima, pariat exceptionem rei iudicatæ in secunda. ergo frustra quæritur de cumulatione & per consequens de dilatione, per ea quæ dixi supra in 3. quæst. princip. in secundo membro, in prima regula. nisi diceres, quòd exemplum potest procedere, quãdo exceptio non opponeretur à parte contra cumulationem, secundum ea quæ dixi in præcedenti quæst. Et aduerte, quia hæc procedunt, quando cumulatio fieret diuersis temporibus, sed si eodem libello & eodẽ tempore fieret cumulatio: tunc quæstio non procederet, propter dilationem vniformiter datam ad respondendum libello.

30 ¶ † Secundus effectus est respectu iuramenti [a] calumniæ, quia super actione cumulata debet iurari de calumnia, secundum opin. Azon. sed Vgu. tenet contrarium, motus, quia iuratus super facto, & istas opiniones refert glo. in d. l. edita. & ibi concludit, quod debeat iurari de calumnia. Barto. vero ibi distinguit, quòd quandoque actio non mutatur, nec variatur instantia: sed est vna & eadem instantia: licet actio cumuletur, & tunc non debet iterum iurari de calumnia, ex quo semel iuratum est, quia illud iuramentum est vniuersale ad omne id, quod emergit in illa instantia, vt in auth. in isto. C. de iure calu. Quandoque actio cumulatur ex noua instantia, quod quando fit, apparet ex superioribus, & tunc debet iterũ iurari de calumnia, & ita procedat prædicta opi. glo. sed tu dic, vt latius dicam infra in tit. de iura. calum. c. 2. art. 5. vers. 13. & vers. 9.

31 ¶ † Tertius effectus est respectu pronunciationis, quia super omnibus actionibus simulatis pronunciandum est per l. de qua re. ff. de iudi. hoc tenet Bart. in l. edita. licet quidam dicant, vt refert ibi glo. quod non sit necessarium: si absolutoria lata in prima, pareret exceptionem rei iudi. in secunda, quod tamen reprobat glo. quòd illo casu non admittitur cumulatio, vt dixi supra in 3. quæst. princ. in secundo membro, in princ. Sed tu dic, quòd potest procedere dicta opi. quando pars non opponeret contra cumulationem, vt dixi in præced. q. Et aduerte, quia licet sententia sit lata super prima, & non super cumulata actione, vel econtra: non propter ea vitiatur. arg. l. etiam. ff. de minoribus. & l. non idcirco. ff. de iudi. & l. de vnoquoque. ff. de re iudi. secundum Bart. in d. l. edita. faciunt quæ statim dicam in seq. quæst.

32 ¶ † Quartus effectus est, quòd ratione cumulationis si cumulatio est facta in diuersis libellis: plures dicuntur libelli, vt de se patet. Si vero est facta eodem libello, maior est dubitatio. Bar. in d. l. edita. & Dom. meus in cap. præcedenti, referendo Barto. distinguit, quod quandoque cumulantur actiones diuersæ numero & specie, vt actio depositi, commodati, locati, & similes: & hoc casu, quia cumulatio debet fieri in diuersis libellis, res est clara, quòd plures dicuntur libelli, & plures conclusiones sunt necessariæ. Quandoque sunt plures actiones differentes numero: sed non specie, vt puta, si tecum habeo plures hæreditates, vel rationes, aut societates communes, aut plura deposita, vel similia. Et hoc casu de omnibus hæreditatibus poterit agi famil. ercis. in eodem libello, & sic de similibus, & sic erit vna conclusio & vnum iudicium, vt probatur in l. heredes. §. pluribus, & sequenti. ff. famil. ercis. & l. bona. C. famil. ercis. & l. Papinianus. aliàs si inter duos. §. si plures. ff. pro socio. l. non est nouum. ff. de actio. emp. Et idem videtur sentire Bal. in l. ordinarij. in fi. ff. de rei vend. vbi dicit, quod circa eandem actionem libellus dicitur vnus à conclusione. Nam vnitas conclusionis est illa quę facit vnitatẽ petitionis, & quod in diuersis actionibus tũc dicitur vnus libellus, quã do conclusio est communis vtrique actioni, vt in l. pluribus, & in d. l. non est nouum. ex quo sequitur, quod stante statuto quod de quolibet libello debeat solui tanta gabella: quamuis in eodem libello per actionem famil. ercis. sint petitæ diuidi duæ, vel plures hęreditates communes, aut actũ sit actione pro socio, ad duas vel plures societates communes cũ eodem & sic de singulis, non debebit solui nisi vna gabella, secundum Pau. in d. l. edita. Sed tu aduerte, quia in contrarium fortiter obstant, quę dicuntur in l. scire debemus, & in l. quod dicitur. ff. de verb. oblig. vbi tex. volunt, & sic notant ibi Doct. quòd tot dicuntur libelli, quod capitula vel articuli, res particulares seu species criminum in eo specificantur, seu petuntur, & ad idem etiam faciunt no. in l. etiam. §. ex causa. ff. de mino. & quod no. in c. appellatione. §. 1. iuncta glo. 1. q. 6. in quibus traditur, quòd tot dicuntur sententiæ, quod capitula vel articuli in ea cõtenti, licet vna pronunciatione fuerint comprehensi, & tot dicuntur libelli: cum quælibet sententia debeat esse conformis suo libello, ad idem etiam glo. pen. in c. cum venissent. de testib. Aduerte, ego arbitror dici posse cum quæritur, an tot sint libelli & sententiæ, quot capitula, articuli, res, &c. Quandoque vna conceptione libellus producitur, quando aut sunt plures actiones diuersæ numero, & specie, & dicuntur plures libelli, vt dixit Barto. non tamen ex ea ratione, quia sint necessarij plures libelli, vt dixit Barto. quamuis dicantur plures: sed ex propria natura ipsarum actionum & rerum, quia ex quo sunt dissimiles,

---

ADDITIO.

a ¶ *Iuramentum calumniæ debet regulariter in omni causa præstari. ita dicit Spec. in tit. de offi. omn. iud. §. 6. versi. post litem contesta. & vide practicam Papien. in sum. li. rea. verbo, saluo iure, &c.*

miles,& plures numero, plures dicũtur libelli. Aut plures actiones sunt diuersæ numero: sed non specie. Et arbitror posse dici, quòd si est fauor, ꝙ dicatur vnus libellus, accipimus pro vno libello: si verò versaretur fauor in pluralitate, accipiamus pluralitatem,[a] ar.regulę,odia.cum sua materia.de reg.iu.li.6. Et ex prædictis primò infero, quòd quantum ad solutionem gabellæ, iudicabitur vnus libellus, secundum quòd supra dixi, secundum Pau. quoniam impositio huiusmodi gabellarũ est odiosa, facit quod no.Bar.in l.vectigalia. ff. de publicanis. vbi tenet, ꝙ propter causam prædictam licitum est fraudare gabellas.de quo vide per Inno.in c.plerique.de immu. eccle.& per Bal. in l.2.C.de iure aur.anu.& in l.1. in prin.C. de cadu.tol.& in l.vt vim.ff.de iust.& iu. Vel forte posset distingui, an statutum dicat pro quolibet libello: an verò dicat in quolibet iudicio vel instantia: quia iura potius videntur velle, quòd vnum sit iudicium, quàm vnus libellus, vt in d. §.si plures. & d.§.de pluribus. cum sequenti. & quamuis dicta lex dicat, vnam quidem actionem: tamen loquitur, quãdo quis tenetur vt ipse, & vt hæres. Item potest intelligi vnam esse actionem specie: sed non numero: qui numerus videtur inferre ad pluralitatem libellorum. Et prædicta etiam faciunt ad decisionem quæstionis. Pone, iudex formauit inquisitionem de pluribus maleficijs separatis: pro quorum quolibet ex forma statuti, pęna imponenda non ascendebat ad centum: deinde iudex simul & semel nulla facta distributione condemnat inquisitum in ducentis & trecentis & sic condemnatum ponit in banno. vnde dubitabatur, an intelligantur plura banna, vel vnum propter quod posit taliter bannitus impune offendi: stante statuto, quòd bannitus à centum libris supra posit impune offendi.

¶ Et aduerte, quia quæstio est subtilis,& vt intelligas difficultatem quæstionis, debes scire quòd stante dicto statuto, si aliquis fuisset bannitus pro furto in quinquaginta: Et pro vulnere vel alio delicto in quinquaginta, & pro vtroque positus in banno: quod fieri potest, quia possunt multiplicari banna, vt dixi in c.cum pro causa.inf.de senten. excommu. quod in tali bannito non habet locum prædictum statutum, secundum Bart.in l. vbi fideiussor. ff.de solut. per glos. ibi positam. mouetur, quia quinquaginta[b] & quinquaginta non faciunt cẽtum: quamuis enim accumulata seu adiuncta constituant centum: tamen aliud est quinquaginta,& quinquaginta, & aliud centum, per id quod ibi nota. & per no. in l.2.§.1.ff.de condi. institu. vbi etiam idem tenent Bart.& Bal.facit quod no. in l.quoties in stipulatione ambigua. ff. de verborum oblig. & sic non dicitur bannitus à centum libris supra. Et ita etiam tenet Bal.in proœmio Digestorum. §.hæc autem tria. licet quidam commentarij hoc non habeant. & fuit hæc originalis consideratio in quæstione nostra domini Ioannis de Pagliarensibus ciuis Sen. qui omnium singularium habuit memoriam. Et ita refert Bal.& etiam Barto.& hanc opin.tenet Io.de Imo.in d.l.quoties.& Ang. in l.si idem cum eodem.ff.de iurisdict. omn. iudic. Et propter prædicta dicit Io. de Imo. in d.l. quoties. ꝙ talis non habebit præmium, ꝙ datur capienti bannitum in centum. Item, quod tali bannito proderit beneficium pacis: quod non potest prodesse ex forma statuti bannito in centum. Sed prædicta procedunt in terminis prędictis, quando distinctæ sunt summæ pro distinctis delictis: sed in terminis nostris, ex quo iudex simul & semel condemnauit in ducentis vel trecentis: maior est dubitatio. Et quæstio est subtilis: & difficultas descendit ab his quæ supra dixi de vnitate libelli & sententiæ. & ab his quæ traduntur in d.l.scire. & in l.cum eiusdem, & in l.ædiles aiunt, in fi.ff.de ædi. edic. in hac[c] tamẽ quæst. Dominus Nellus de sancto Gemi. in tract.bannitorum, in prima parte secundi temporis dicit, quòd videtur sibi sic dicendum, quòd aut maleficia sunt separatã, id est, diuersis tẽporibus perpetrata, & tunc cum fiat cumulatio respectu diuersorum & ad diuersos fines, scilicet, vt pro vnoquoque fiat solutio: tot dicentur libelli, condemnationes, & banna, quot sunt percusiones & delicta, vt d.l.scire debemus, & l.falsa.in fi. ff.de condit.& demonstr.maximè, quando in inquisitione est apposita illa clausula, super quibus omnib. & singulis,&c. de qua tetigi in c.qualiter. el 2. inf.de accusa. in 11. princ.artic.quæ.63. quia tamen possunt ad voluntatem agentis vnitè considerari, vt no. in l.& si vno.& in l.commodati.§.duobus.ff.commodati. poterit offendens talem bannitum ad sui beneficium & excusationem allegare vnitatem sententiæ, vt vnicum dicatur bannum, vt ibi. Si verò delicta sunt perpetrata eodem tempore: tunc sine dubio unica videtur condemnatio, vt l.quoniam multa. C.ad leg. Iuliam de vi.& l.denunciasse. §.qui tamen.cum ibi no.ff.de adulter.& ibi no.& per Bar.in l.hos accusare. §.lege Iulia. ff.de accusa. & hoc etiam voluit Ange. in d.l. si idem cum eodem.motus, quia quando aliquis est cõdemnatus ratione plurium delictorum originem habentium ex eodem fonte: habetur respectus ad iudicium quod est vnum: nõ ad ea quæ ex accidenti veniunt, vt l.si quis separatim.ff.de appel. vbi etiã hoc dictum Ange. refert & sequitur Dom. Anton. de Prato veteri. Et ita communiter tenetur secundum Dom.Nellum, saltem ad excusationem offendentis, qui videt vnicam sententiam & vnicã summam, quæ excedit centum, & sic præsumere debet vnitatem banni: pro quo etiam allego, quia ad vnitatem formæ debet respondere vnitas substantię, vt in l.cum quæstio. C.de legat. dixi in cap. quia circa. de priuileg. sed quantum ad alios effectus: scilicet, an debeat audiri in iudicio vel nõ: posito ꝙ bannitus in centum libris posit impune offendi. potest esse

ADDITIONES.

a ¶ *Et facit libellus in fauorem libellant. est interpretan.l.si quis intentione.ff.de re iudic.Socin. consi.39.colum.6. lib.1.*

b ¶ *Quinquaginta & quinquaginta, non sunt centum: seu differunt ista in effectu. de hac q. vide latissime per Ange. & Imo. in l.si separatim. ff. de appel. ferè omnes in l.scire debemus. ff.de verb.oblig. vbi Paul.& similiter per Alex.in l.vbi fideiussor.ff.de solu.*

c ¶ *Et in hac q.vide Bar.in l.hos accusare.§.lege Iulia. & quod ibi addit Ale. ff.de accus. & in d. l.vbi fideius. ff.de solu. & Aret. in maleficijs, in versi. dictum Sempronium in ducentis. in prin.& adde Alex. l.scire debemus.ff.de verb.oblig. vbi ista limitantur.*

esse dubitatio suprascripta: quæ tamen nullo modo procedit, si pro percussione pœna est arbitraria, vt l.1.C.si plures vna sententia, secundum Domi.Nellum in prima parte secundi temporis, quæstio.9. Et aduerte: quia Dominus Nellus ibi in 8.quæst.dicit, quòd si fuit formata inquisitio distinctè pro pluribus percussionibus,& demum quis fuit bannitus in libris ducentis hoc modo videlicet,in quinquaginta pro percussione in brachio, in 70. pro percussione in pectore,& in 80. pro percussione in capite: an talis dicatur cõprehendi in statuto loquente de bannito, aut condemnato in centum. de qua quæstio. per Bar. in l.Lucius §.quæ habebat.ff.ad Trebel.vbi tenet, quòd non comprehendatur. & idem dicit in d.l.vbi fideiussor.facit.ff.de iurisdict.omn.iud.in l.si idem. in princ. In contrarium tamen facit l.si qui se paratim.in princ.ff.de appell. Et ibi Barto.allegat & non respõdet. dicitur enim ibi quòd plures summæ diuersarum actionum eadem actione in libello petitę considerantur cumulatim: vnde dicunt quidam, quòd prædicta decisio Barto.procedit, quando illæ summæ imponuntur pro maleficijs, pro quibus agitur diuersis actionibus numero. alias locum habet d.l.si qui separatim. Et ideo secundum eos, si dictæ pœnæ imponerentur ex eodem statuto, aut descenderent ab eodem fonte: puta in eadem rixa: nõ haberet locum dictum Bart.quia fit cumulatio, vt ibi. secus si per diuersa statuta, aut ex diuersis factis. Et istud voluit Ang.in d.l.si idem. & Dom.Anton.de Prato veteri in d.l.si qui separatim. Sed dicit Dom. Nellus in d.quæst.8. quòd credit dictum Barto. verius,per iura prædicta: siue imponantur ex eodẽ statuto, siue ex diuersis: quia ad inducendum odium nunquam fit cumulatio. non obstat d.l.si qui separatim. quia ibi inducitur cumulatio ad fauorem,vt ibi patet. subdit tamen quòd dictum Barto.est verum, quando pœnæ imponerentur pro maleficijs separatis: secus si imponantur pro vno maleficio habente plures qualitates, vt l.nunquam plura. ff.de priuatis delictis. & in l.qui de crimine. C.de accusationibus. de quo dicendum,vt ibi traditur. ad quod vide quæ dixi in c.1.inf.de pœnis. Et ex prædictis potes etiam decidere alias plures quæstiones: vt puta, si statutũ disponit quòd pro quolibet libello nõ probato, vel actione aut accusatione nõ probata, debeat quis in tantum condemnari. de quo per Barto.in l.ordinarij. in fi. C.de rei vendi. & vide etiam ad prædicta, quæ dicuntur per Bald. in l.cum rationibus. C.qui accusa. non poss. Et ex his habes expeditum 29. princip. artic.

¶ A. B. Quid autem de electis,si vni competunt plures actiones, & actor in lib.intẽtet vnam solam: vtrum aliæ intelligantur sublatæ. dixi latè in c.fi.de collusio. deteg. in fi. Ma.

33 ¶ † Trigesimò princip. articu. superest vt aliqua tractemus de libellis contrarijs, seu aliqua contraria [a] continentibus: ad cuius intellectum præmitte, quòd quædam actiones dicuntur contrariæ ab ipso initio & origine: Quædam vero respectu exercitij, quædã vero respectu exactionis, ad quod vide quæ latius traduntur in l.1.C.de fur. Sed quantum ad articu. nostrum, in primis pono hanc regulam, quòd actiones contrariæ quæ electione tolluntur, neque in eodem, neque in diuersis libellis admittuntur. Et hæc regula sumitur etiam ex his quę dixi supra in præceden.in 24.arti. in 3.quæst. princip. in 2.membro,versi.3.regula.& probatur in d. l.1. C.de fur. & ibi glo. etiam tradit hanc regulam. probatur etiam in l.quod in hæredem. §. eligere.ff.de tribut. & in l. cum filius.§.varijs.ff.de leg.2.glo.etiam in d.l.1.allegat alia multa iura. facit c.solicitudinem. inf. de appellat.cap.1.de postu.Prælat.lib.6.c.ut quis duas.de elect.lib.6.74. distinct.cap.gesta.23. quæstio.7.cap. quemadmodum. Ad idem etiam regula, vbi repugnantia.de regu.iur.lib.6.& in cap.2.infra vt lite non contesta.tetigi in cap.præceden. in 12.princip. articu. quæstio.16. versicu.6.regula. tradit Specula. in titu.de actore. versic. item proponens contraria. & in titu. de actio. & peti. §.sequitur. versic.notandum etiam est.

34 ¶ † Est ergo regula & communis conclusio, ꝙ simul & eodem tempore non potest quis contrarias actiones, nec contraria remedia contra eundem intentare,nec eodem libello,nec diuersis libellis: si super qualibet vult procedere eodem tempore: si verò diuersis temporibus, hoc est, quia vno iudicio finito,vellet redire ad contrarium, & contrarium dare libellum: seu libellum contrariam actionem continentem: distingue tres casus: quia aut in primo intentato obtinuit & exegit: aut succubuit: aut nec obtinuit neque succubuit: sed renunciat illi,& vult aliud intentare.

¶ Primo casu, non potest ad aliud redire, vt est tex. in l.1. C.de furt. & ibi vide de ratione ad illum textum.

¶ Secundo casu, quando succubuit, Docto.tenent quòd possit ad aliud redire, per l.Aurelius. §. idem quæsijt.ff.de lib.lega. Et est casus in l.cum qui. & in l.contra maiores. ff. de inoffic.testa. quæ loquitur etiam quãdo remedia erant contraria: etiam in origine, quod est plus.& ratio: quia ex quo succubuit,videtur elegisse remedium incompetens: cum præsumatur pro sententia, nec aduersarius poterit dicere sentẽtiam illam iniquam, cum sit lata pro se. in l.si seruus plurium.§.1.ff.de leg.1. Et ideo non debet fecisse sibi præiudicium in alia actione, seu iudicio,quę potest esse competens,vt l.mater decedens. ff.de inoffic. testa. pro quo facit quod statim dicam in 4. fallentia.

¶ Tertio verò casu, quando vellet renunciare actioni electæ, & ad aliam transire: non debet audiri, per regulam, quod semel approbaui. de reg.iur. lib.6.& per regulam,quia quod reprobaui, amplius approbare [b] non possum, per regulam, quam supra dixi. Nec videtur fienda differentia, vtrũ istæ actiones solùm concurrerent in origine, & non in exercitio. Bart.in d.l. C.de furt. facit hanc differentiam dicens, ꝙ quando vna competebat, altera nõ, si fuit intentata illa quæ competebat, & facta fuit exactio, non

ADDITIONES.

a ¶ *Adducens contraria, non est audiendus. l.1.C. de fur. vbi Ias. 7.notabilibus limitationibus hanc materiam collegit.*

b ¶ *Id quod semel reprobaui, non possum amplius approbare. facit c.ex eo. de reg. iur. in 6. cum no. per Felyn. in c.capitulum. 8.col. de rescriptis.*

non pôt redire ad illam quæ non competebat: tum quia non competit, tum ratione contrarietatis. sed si prius fuit intentata illa quæ non competebat: sub distinguit quòd aut obtinuit, & idem, quia reputatur competijsse: nec potest sententiam dicere pro se latam, nullam fuisse, vt statim dixi: aut succubuit, & tunc aut habuit iustam causam erroris eligendo incompetentem, & non præiudicat sibi, dicta l. mater decedens. facit quod statim dicam in prima fallen. aut habuit iniustam causam erroris, & tunc distinguitur, quòd aut agitur de lucro captãdo, aut de damno euitando, vt traditur in l. Clodius. ff. de acquir. hæred. Si verò ex certa scientia elegit viam cõpetentem & succubuit: non potest redire ad competentem: quia videtur illi renunciasse, vt d. l. mater à cõtrario sensu, & in d. l. Clodius, secundum vnum intellectum. habet enim ille tex. varios intellectus propter contrarietatem, quæ ibi ponitur inter Paulum & Papinianum. Et sic ex prædictis habes ad dictam regulam aliquas fallentias, quæ vt clarius habeantur, prosequar ipsas per ordinem.

35 ¶ † Primò igitur fallit prædicta regula, quando quis ignorantia iusta motus, proposuit actionem incompetentem, & in ea succubuit: quia potest redire ad competentem, licet directo contrariam, vt d. l. mater decedens. & in l. Lucius. ff. de petitione hæred. & in l. si patronus ex modica. ff. de bon. libert. dicit tamen Ang. in d. l. 1. C. de furtis, ꝙ hoc casu, non potest intentare contrariam actionem, nisi petita prius in integrum restitutio. ex generali causa iusti erroris, per titu. ex quibus causis maiores, quod apud me satis est dubium, per iura superius allegata: quæ nullam faciunt mentionem de restitutio.
a in integrum.[a]

36 ¶ † Secundò fallit, quando quis intentauit ius sibi incompetens per errorem quantumcunque iustum: dummodo ex diuersis dispositionibus in diuersis scripturis contentis, vt d. l. Clodius. secũdum vnum intellectum: quia, vt statim dixi, ille tex. habet varios intellectus.

37 ¶ † Tertiò fallit, quando vtrunque remediũ oritur, ita quòd non est contrarietas in origine: sed tamen in exercitio, & quis in iure in iudicium deducto succubuit: quia pôt intentare aliud remedium, vt dixi supra, secundum Bar. per l. Aurelius. §. fi. ff. de lib. lega. Sed dicit Ange. ꝙ ibi non competebat nisi vnum remedium. Et illud tantum erat ortum: scilicet actio ex testamento. vnde non mirum si succubuit in actione non competenti, ꝙ potest redire ad competentem: quia cum oriatur ex diuersa causa, non obstat exceptio rei iud. vt ibi, & in concordantijs ibi allegatis in glo.

38 ¶ † Quartò fallit, si agendo actione contraria iudicium fuit nullum: puta, ratione incompetentiæ iudicis: vel quia quis egit sine authoritate tutoris, vel curatoris, eo casu quo erat necessaria: quia potest intentare actionem contrariam in iudicio valido. argum. no. in l. qui proprio. §. procurator. ff. de procur. & in l. si pupilli. §. item quæritur. & in l. si negotia. ff. de neg. gest. & per Innoc. in c. ex parte decani. supra de rescript. secundum Ange. facit quod dixi supra.

39 ¶ † Quintò fallit, vbi ad cõmodum alterius quis vult intentare contraria. exemplum, si reprobauit primò contractũ, vt ageret furti secũdum formam d. l. 1. C. de fur. potest enim renunciare illi liti, & agere mãdati. facit quod dixi supra, post prin. in 3. casu. & idem, vbi quis vellet approbare reprobationem suam ad exceptionem fundandam, per l. quo enim. ff. rem ratam habe. secundum Ang.

40 ¶ † Sextò fallit, quando quis proponit actiones contrarias sub protestatione: eo quòd erat ignarus quam actionem proponeret, & erat ignorantia cau-
b sata à facto rei, vt l. 1. §. quod[b] autem. ff. quorum legatorum. ad quod vide quod dixi in præced. in 12. art. q. 16. in 5. reg. vers. 7. fallit.

41 ¶ † Septimò fallit quandoque ratione qualitatis personæ, vnde licet quis non possit petere hæreditatem directam ex testamento, & fideicommissarius ex codicillis, secundum casum l. fin. C. de codicillis: quia istæ actiones sunt contrariæ, & electione tolluntur: tamen liberi & parentes vsque ad tertium vel quartum gradum admittuntur, vt in d. l. fin. de quo dicendum vt ibi.

42 ¶ † Octauò fallit in proponente iura & actiones contrarias, conditionaliter tamen. exemplum in eo qui in eodem libello potest dicere, dico sententiam nullam, & si qua est, appello. de quo dixi supra, in c. præcedenti, in 12. artic. quæst. 16. in 5. regula, versi. 3. fallit. Et hanc quæst. latè disputauit Dom. Anton. de Prato veteri in q. quæ incipit, ecclesia Lateranensis. in secundo dubio. vel si aliquis in libello dicat, dico talem contractum nullum, & si sit aliquis, peto illum rescindi, per in integ. restit. de quo dixi in d. versic. 3. fallit. & ibi etiam vide ad hoc alia plura exempla.

43 ¶ † Nonò fallit ratione euitandi circuitus, vnde possum in eodẽ libello intentare rei vendicationem & publicianam, vt in c. Abbate. de re iud. lib. 6. Et dicit Ang. in l. 1. C. de fur. quòd iste libellus potius admittitur de consuetudine, quàm de iuris rigore. Sed tu vide ad hoc quod dixi in c. præced. in 12. q. 16. versi. 4. reg. in 8. fallen.

44 ¶ † Decimò fallit, si vna actio sit alterius præparatoria: vel si vna sit pœnalis sui natura & ab initio: altera verò rei peremptoria. vel si hoc faciat propter contumaciam rei non respondentis, vt in l. quod in hæredem. §. eligere. ff. de tribu. & in l. cum filius. §. varijs. ff. de lega. 2. Et in l. si pro fure. ff. de condictio. furtiua, & in l. si pignore. §. cum furti. ff. de furtis. & l. 3. §. est autem. ad exhibendum. Et hoc tenet Specul. in titu. de actore. versicu. item proponens contrarias.

45 ¶ † Vndecimò fallit, quando quis vellet proponere iura contraria, seu contrarias actiones contra diuersos. ratio: quia potest, agendo & excipiendo, secundum Docto. in d. l. 1. C. de fur. & probatur in l. Papi-

ADDITIONES.

a ¶ *Nec Bart. qui id etiam tractauit in d. l. 1. C. de furtis. fecit de restitu. mentionem. limitat tamen, quando iste obtinuisset in prima actione intentata. l. si seruus. §. 1. de lega. 1.*

b ¶ *De hoc §. vide Ange. in l. stipulationes non diuiduntur. in fi. princ. & Alexan. in consil. 182. 2. volum. incip. lectis. cum multis per Moder. adductis in d. l. 1. 3. colum. de furtis.*

l.Papinianus. §. sed nec impuberis. ff. de inoffic. testam. vtrum autem in actore & reo agente & reconueniente admittantur libelli contrarij, videbimus in titu. sequenti, de mutuis pe. & de illa clausula posita in libello, petens sibi iustitiam ministrari secundum formam iuris & statutorũ, quando statuta sunt contraria iuri communi, qualiter intelligatur, & an admittatur, dixi in præced. cap. in 13. princip. articu. versic. 6. effectus. ibi dum dicitur, est etiam aduertendum. Et quid iuris, quando libellus esset contrarius: quia actio contradiceret narrationi vel conclusioni, dixi in c. præced. in 12. princip. artic. in 11. quæst. princip.

46 ¶ † Sed nunc quæro circa prædicta, vtrum sit necessarium opponere de contrarietate, & quando, ad hoc, vt libellus non admittatur, & an non opposita exceptione, iudicium sit nullum. Sol. Bart. hanc q. latè tractat in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. poss. in 2. q. prin. Et ibi aliqualiter latius reassumendo materiam distinguit, quòd quandoque iudicia non concurrunt proprie, ratione contrarietatis, sed ordinis vel prælationis. Et isto casu iudicia procedunt: sed quia ista non est propriè cõtrarietas, dic vt dixi in 29. prin. art. in 3. q. in 2. membro. Quandoque verò occurrit quòd absolutoria parit exceptionem rei iud. in alia actione. & similiter vide de hoc in d. secundo membro. Quandoque impeditur concursus actionum: quia electione tolluntur, & tunc dic quòd aut illa duo iudicia proponuntur simul: aut successiuè vnum post aliud.

¶ Primo casu debet opponi, aliàs procederet iudicium, sed vna exactione debet esse contentus, vt ff. quorum leg. l. 1. §. quod autem. Nam si hoc potest operari partis aduersarij contumacia, vt admittatur talis concursus: multò magis ipsius aduersarij tacitus consensus. facit l. fin. C. de annali exceptio. Et ita videtur intelligere Cyn. in l. fi. primo contrario. C. communi diui. & vbi dicit quem debere cogi ad eligendum pendente instantia: aliàs non.

¶ Secundo verò casu, quando successiuè proponeret, non est necessarium quòd opponatur: quia per propositionem primi iudicij, sublatus & præclusus fuit habitus ad secundum, vt l. fin. C. de codicillis. quia sine actione nemo experitur,[a] vt l. si pupilli. §. videamus. ff. de neg. gest. nisi opponeretur exceptio intentionis & facti: debet tamen esse cautus reus, vt acta primi iudicij producat in hoc secundo ad hoc, vt videatur per illa, quòd sublata est ista secunda actio. acta enim in alio iudicio facta non probant, nisi quis eis vtatur in debita forma, vt l. cum antea. in fi. C. de arbit. Et ad prædicta facit l. generaliter. ff. de except. secundum secũdam lecturam. hoc tamen intellige secundum ea, quæ dixi supra post prin. & secundum ea quę dixi in 5. fallen. distinguendo etiam, vtrum tollantur natiuitate vel exercitio. & adde etiã quod dixi in 29. arti. in 3. q. in 2. membro. Quandoque verò impeditur cõcursus ratione contrarietatis, & hoc casu subdistingue: aut contrarietas apparet in vno & eodem iudicio: aut in diuersis iudicijs, seu instantijs.

¶ Primo casu, potest iudex reijcere libellum ex suo officio, vt l. 1. ff. de offic. assesso. pars etiam opponeretur, & sic actor repelleretur, vt l. 1. C. de fur. sed si pars vel iudex nihil dicerent: & super prædicto libello procederetur: tunc non valeret processus, vt l. 1. §. sed si alius. ff. quando appellandum sit. facit l. scripturæ. C. de fide instrumen. & cap. imputari. inf. de fide instrum. & regula, vbi repugnantia. ff. de regu. iur. si verò processus non continet contraria, sed solùm actor elegit vnam partem contrariorum, valet processus: & super eo iudicandum est, vt dicta l. 1. §. quod autem. ff. quorum lega. imputare enim debet sibi reus, qui non opposuit, vt l. fin. C. de annali except.

¶ Secundo casu, quando contrarietas apparet ex diuersis iudicijs seu instantijs: tunc aut illa iudicia intentãtur diuersis temporibus, aut simul & eodem tempore. Primo casu dic, quòd quãdoque sunt contraria, quæ electione tolluntur, & tunc ista quæstio pertinet ad illam difficilem quæstionem an tollantur ipso iure, vel ope exceptionis. de qua quæst. per Cyn. in l. 1. C. de furt. in 5. quæstio. vnde si diceremus quòd tollãtur ope exceptionis, necesse est quòd exceptio opponatur. Sed si ipso iure non videtur necessaria exceptio, per ea quæ supra dixi, in actionibus quæ electione tolluntur, per d. l. 1. Quandoque contraria sic se habẽt, quòd simpliciter ipsa electione non tolluntur, sed per intentationem secundi iudicij, renunciatur primo, vt in casu l. si filius. primo responso. ff. de minor. secundum tertium intellectũ. & hoc casu in primo iudicio, cui videtur renunciatum, debet opponi exceptio quæ ex tacita renunciatione quæritur, vt l. postquã liti. C. de pact. & quod no. in l. non solùm. §. liberationis verba. ff. de lib. leg. Si verò intentantur simul & eodem tempore: tunc est incidere in aliquam q. an contrarietas impediat natiuitatem actionis, an verò solum exercitium: quia si impediretur natiuitas, secũdum quod voluit Pet. in d. l. 1. in 4. q. tunc nõ esset necessaria exceptio, ex quo non competit actio. nisi diceremus de exceptione intentionis & facti: deberet tamen reus hoc in iudicio probare, per ea quæ superius dicta sunt. si verò solum exercitium, & non natiuitas impediretur, secundum quod videtur tenere glo. in d. l. 1. tunc deberet opponi exceptio quæ illam actionem remoueat: aliàs imputet sibi reus, si non opponit. C. sententiam rescin. non poss. l. peremptorias. & C. de proba. in l. exceptionem. vnde tutius videtur esse semper omni casu opponere exceptionem. Et aduerte: quia dicit Io. de Imo. in d. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. possess. & tunc impeditur natiuitas actionis, quando contrarietas est in origine ipsarum actionum: aliàs autem impeditur solum exercitium, per ea quæ no. in l. eum qui. & in l. contra maiores. ff. de inoffic. testam. & in l. 1. C. de sortileg. & in l. si seruus communis. ff. pro socio. Aduerte tamen: quia vt dicit Io. de Imo. ad prædictã quæstio. posset dari breuior conclusio: quòd regulariter semper tenet processus, si non opponatur à iudice vel parte, vt l. 1. §. quod autem. ff. quorum lega. iudex solùm in duobus casibus videtur posse obijcere. primò, quando apparet contrarietas ex actitatis, per c. solicitudinem. de appel. & l. 1. ff. de offic. assess. & per alia

ADDITIO.

a ¶ *Sine actione nemo experitur. limita, vt per Bart. & Docto. in l. Titius. ff. de verb. oblig.*

alia iura quæ superius allegaui. Secundò, quando ex ipsis actitatis apparet iudici, quòd agenti in altero prædictorum non competit ius ipso iure, vt l. vbi pactum. C. de pac. iuncta gl. alias autem iudex non posset supplere defectum ad commodum partis, vt l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infec. & in cap. ad nostram. infra de iureiuran. & ex his est expeditus 30. artic.

¶ Trigesimoprimò principali articulo, iuxta præmissum ordinem in rubrica, tractãdum est, an actor possit desistere, aut renunciare libello, seu deferre iudicium super prosecutione libelli. verum, quia de hoc latè dictum fuit supra in cap. præcedenti. in 26. princip. artic. quæst. 3. vbi melius conueniebat: ideo vide ibidem.

47 ¶ † Trigesimosecundò principali arti. in quo tra-
a ctandum est, quid si procedatur super inepto [a] libello, & sententia super eo feratur: vtrum sentẽtia vel processus teneant. Aduertendum quòd glo. Insti. de oblig. in princip. simpliciter tenet, quòd sententia lata super inepto libello est nulla. facit cap. cum dilecti. de emp. & vend. Sed aduerte in primis: quia de ineptitudine respectu contrarietatis dictum est, supra artic. 30. in fi. de ineptitudine verò respectu generalitatis vel incertitudinis, dictum fuit in cap. præcedenti. in 12. princ. artic. in 5. quæst. in 3. membro. versic. est etiam aduertendum. Et ex his quæ dicta fuerunt in dictis locis, & in cap. præced. artic. 23. habes plures casus expressos, in quib. processus tenet: quia multæ sunt ineptitudines, quæ expresso vel tacito consensu partium purgantur. Et ideo non vitiatur processus, nec sententia propter talem ineptitudinem. ad quod etiam vide quæ dixi in cap. præcedenti, in 12. artic. prin. quæst. 10. versi. septimo quæro. ibi, item sequitur ex prædictis. Sed prosequendo hic aliqua generalia de hoc articu. notandum est, vt dixi, quòd glo. Institu. de obli. in princ. ponit prædictam regulam, quòd sentẽtia lata super inepto libello est nulla. & eum sequitur Bald. in l. ex hoc. ff. de iusti. & iure. in ver. secundò quæro. col. penult. & Do. Anton. in c. examinata. supra de iudi. & Cyn. in l. 1. C. vt quæ desunt aduocatis partium. vbi dicitur, quòd quando libellus est inepte formatus, processus non tenet, per l. 1. ff. si men. fal. mo. dix. Et idem tenet Specula. in ti. de offi. iud. §. deseruit. vers. quid si libellus. vbi dicit, quòd si super libello inepto sit facta apta probatio: tamen nihil releuat. allegat. ff. de interro. acti. in l. si filius. la 2. & ff. de iureiur. in l. si patronus libertam. & sequitur Bal. in d. l. 1. ff. si mens. fal. mo. dixe. facit quod statim dicam.

¶ A. B. Ange. l. verum. §. sciendum. ff. de minor. vbi bonus tex. & l. nam & postea. §. si minor. ff. de iureiur. & no. in c. cum dilecti. de emp. & vend. quem tex. vt dicit per Bal. semper allegabat ad hoc, & ibi Ioan. de Imo. Ma.

¶ Ang. verò in l. 1. in princ. ff. de eden. & Docto. communiter in cap. dilecti. supra de iud. intelligunt glo. prædictam, quòd sententia sit nulla, quando est lata super inepto libello: si ineptitudo procedit ex eo, quia actio proposita sit inepta, & ita communiter allegatur. Sed tu aduerte, quia glo. prædicta hoc non dicit: quia dum illa glo. dicit in fi. aliàs non valet sentẽtia. non debet referri ad illud: scilicet, quando actio proposita est inepta, vel incompetens. Sed debet referri ad illud scilicet, quando coram incompetenti iudice est actum. quod probatur per l. quam allegat glo. prædicta, in qua nulla fit mentio de inepta actione proposita: Sed solùm dicit, quòd sentẽtia lata à iudice incompetenti, non valet. Item quia si glo. prædicta habuisset dictum intellectum, non procederet: quia sententia lata super inepta actione tenet, vt no. Innocen. in cap. dilecti filij. & in cap. examinata. supra de iud. & Bar. in l. 1. in fi. principij. ff. de eden. quod probatur optima ratione: quia si sententia tenet, quando nulla actio est expressa: ergo fortius debet tenere. facit l. 1. §. 1. C. de rei vxoriæ actione. Bal. verò in l. actori. C. de iureiur. Et Iac. Butr. in l. licet. C. de procurat. volunt, quòd quando libellus aliter esset ineptus, quàm propter ineptam actionem: puta, quia malè concludit, vel quid simile: tunc sententia sit nulla. & ita procedat gl. prædicta, pro qua opin. facit tex. & quod ibi notat. in Cle. pastoralis. de re iud. & ibi dixi, & in cap. cum dilec. inf. de empt. & vend. & in cap. cum ad sedem, inf. de restitut. spoliat. Et ibi per Ioan. Andr. & Dom. me. Et consuluerunt Pet. de Ancha. Anton. de Butr. & Zaba. Et mihi placet, vt dixi in d. Clem. pastoralis. tetigi etiam aliquid in Cle. constitutionem. de elec. versic. quærit etiam hic dominus. Et arbitror etiam generaliter concludi posse, quòd glo. & regula prædicta procedat in omnibus casibus, in quibus processus vitiatur ipso iure absque oppositione exceptionis. quos casus videre potes in remisionib. quas supra dedi. Ex prædictis potes concludere regulam prædictæ glo. quòd lata sententia super inepto libel-
b lo [b] sit nulla regulariter: sed hæc regula recipit plures fallentias.

48 ¶ † Primò fallit in omnibus casibus, in quibus remisionibus statim & in princ. articuli dictis & allegatis, processus est validus, non obstante ineptitudine, sed ad ipsam ineptitudinem necessaria fuit exceptio: aliàs processus non vitiatur, & sic etiam tenebit sententia. hæc tamen fallentia aptior fuisset limi-
c tatio, quàm fallentia. [c]

49 ¶ † Secundò fallit, quando post ineptum libellum sequuta esset confessio conuenti: quia tunc valet sententia, quæ aliàs non valeret ita lata super inepto libello: nec potest confessus opponere contra sentẽtiam, quòd sit nulla ratione ineptitudinis libelli, vt dixit singulariter Bal. in l. 2. C. de re iudi. per l. ait prætor. §. permittitur. ff. de mino. & est bonus tex. in c. Pisanis. infra de restit. spol. & ibi per Dom. Ant. & Doct. tenet etiam expressè Bal. in l. sed ex dolo. §. in hac. ff. de dolo. vbi dicit quòd licet libellus sit inepte formatus, tamen ex cõfessione potest sequi condemnatio. ad idem Clem. constitutionem. de elect. Et ad hoc potest allegare alia infinita iura & authoritates,

ADDITIONES.

a ¶ *Sententia lata super inepto libello, an sit ipso iure nulla, de hoc vide latè per Moder. in l. vinum. circa fin. ff. si certum pet. & Soc. in consi. 146. col. 6. circa fin. & dictum est supra.*

b ¶ *Et quod ex inepto libello non possit sequi sententia valida, vide Paul. de Cast. consil. 250. lib. 2. & consi. 402. eo. lib.*

c ¶ *Differt limitatio à fallentia.*

ritates, quas allegaui in cap. qualiter. el 2. inf. de accusa. in 11. prin. artic. quæst. 89. Et fortè etiam latius dicam, infra in titu. de confes. in loco conuenienti. & ratio in promptu: quia confesio prædicta inducit notorium. Nec obstat quòd ex quo est defectus formæ notorium non debet releuare, vt no. singulariter Bald. in l. 1. ff. de liber. & posthu. & tex. iuncta glo. in c. constitutionem, de sent. excom. lib. 6. quia illud procedit, quando confesio ad sui validitatem exigeret formam & ordinem iudicialem, quam confesio regulariter non exigit, nec requirit. Sed si esset confesio quæ ad sui validitatem requireret certam formam: talis confesio non induceret notorium, si forma non esset seruata, vt dixi in c. nostra. de cohab. cle. & mul. quæstio. 17. Et ideo probationes quæ ad sui validitatem exigunt validitatem processus & ordinis iudiciarij, nó valent: si libellus est ineptus, vt supra dixi, secundum Bal. in l. 1. ff. si men. fal. mod. dix. & Specu. in tit. de offic. iudicis. §. de seruis. ver. quid si libellus. Quinimò, non valerent probationes si libellus esset aptus, & processus ineptus, vt singulariter no. Io. Cal. in d. ca. Pisanis. & Guil. de Cug. in l. si patronus libertam. ff. de iureiur. Et per prædicta dico, quòd licet quidam velint q idem sit in confesione ficta: tamen istud est falsum: quia ficta confesio requirit ordinem iudiciarium. Et ad hoc vide quæ dixi in cap. penult. supra de iud. in 27. prin. artic. versi. quarta conclusio. & fortè dicam in
a titu. de confesis. [a]

50 ¶ † Tertiò fallit, si in libello esset apposita illa clausula, quæ communiter apponi solet in fine: videlicet, petẽs in prædictis sibi iustitiam ministrari, &c. quia virtute clausulæ sicut conseruatur libellus aliàs ineptus: ita & processus & sententia. ad quod vide quæ latius dixi supra in c. preced. in 13. prin. art. vers. quo ad secundam quæstionem.

51 ¶ † Quartò fallit in illis casibus & curijs, seu coram illis officialibus, in quibus & coram quibus ex forma statuti procederetur & ex æquitate, prout est Senis in curia mercatorum, & in curia pupillorum, quia tunc valeret sententia lata super inepto libello, secundum Dom. Anton. & Dom. me. in c. literas, infra de iura. calum. & probatur in l. si fideiussor. §. quędam. ff. manda. ad quod vide quæ latius dixi in c. 1. supra eo. in 5. prin. art.

52 ¶ † Quintò fallit, quãdo ineptitudo esset tacita: quia licet tacita ineptitudo vitiet libellum, sicut expressa, vt no. Innocen. in c. 1. de offic. vica. tamen sententia lata supér tali libello valet. ff. de inoffi. testam. in l. posthumus. §. si quis ex his. & ff. de pecu. in l. si eo tempore. in princ. ita dicit Bal. in l. penult. ff. de iust. & iure. idem tenet, & clarius in l. 2. C. de re iudic. Et ex his habes expeditum 32 princ. artic.

53 ¶ † Trigesimotertio princip. articu. superest, vt examinemus, qualiter & per quem verba libelli sint interpretanda. Circa quem articulum regulariter dicendum est, quòd interpretatio fieri debet per ipsum libellantem, & pro ipso libellante, vt est tex. in l. si quis intentione ambigua. ff. de iudi. vnde potest libellans libellum declarare quãdocunque pendente iudicio: quia hoc est vtile non solum sibi, sed etiam reo, vt posit deliberare an velit cedere, vel contendere, & ista est communis conclusio Docto. in dicta l. si quis. & in cap. 1. & 2. supra eod. & in l. edita. C. eod. intelligo tamen, quòd potest quandocunque, scilicet ante probationes factas per reum, secundum quod infra dicam. Est ergo libellus largissimi iuris, seu largisimè interpretandus, vt est tex. & ibi no. Doct. in cap. cum ecclesia. infra de cau sa posses. & proprie. quod intellige quò ad vim comprehensiuam: quia comprehendit omnia quæ possunt adaptari materiæ deductæ in iudicium: nisi expresè fuerit exceptum, & sic velit intelligi dictum capit. cum ecclesia. & ad idem l. solemus. in princ. ff. de iudic. & in l. sed & si possessori. §. item si iurauero. ff. de iureiur. Sed extranea non comprehendit, vt in cap. examinata. supra de iudic. & l. fin. C. de fideicom. liber. facit quod no. Barto. in l. Gallus. §. quidam recte. ff. de libe. & posthu. vbi dicit, quòd illa actio videatur deducta in libello, quæ potest colligi ex verbis libelli: aliàs non. nec clausula illa quæ apponitur in libello, quòd agit eo iure quo melius potest, ampliat libellum, quàm colligi posit. ad quod vide quod latè dixi in capit. præcedenti, 13. princip. articu. quæstio. secunda, maximè in versicu. sextus effectus. Est tamen aduertendum circa prædicta: quia si verba libelli posiunt intelligi propriè & impropriè, & intelligendo propriè faciunt ad intentionem, & reddunt ad fauorem libellantis: tunc intelliguntur propriè, no. Glo. 1. cap. 1. supra de restitutio. in integrum, & Innocen. in cap. venerabilis. de exceptio. tex. cum Glo. in cap. constitutus. de relig. domi. aliquid per Innocen. in cap. cum Bertholdus. infra de re iudic. Si verò intelligendo propriè non faciunt ad intentionẽ libellantis: tunc vt ad ipsius intentionem & fauorem faciant interpretantur latè, & etiam impropriè, & secundum illum modum qui magis cedit ad fauorem actoris, secũdum Innocen. in cap. conquerente. de offic. ordi. & in c. venerabilis. de except. & no. in l. sed & si possessori. §. item si iurauero. ff. de iureiur. & in l. inter stipulantem. §. 1. ff. de verborum obligat. & per Bartolum in l. scire debemus, & in l. stipulationes non diuiduntur. versicu. circa prædicta. ff. de verborum oblig. & per Dominum Antonium in cap. cæterum. supra de iudi. & in c. literæ. infra de dilat. Et ad prædicta vide no. per Dyn. in l. in prouinciali. ff. de ope. no. nunc. & per Cy. in l. 1. C. de iure emphy. in 4. q. & per Barto. & Docto. in l. si olei. C. loca. & per Bald. in l. 1. C. de vsufruc. vbi dicit, quòd si libellus potest sustineri impropriatis verbis, verba impropriantur vt sustentetur. Nam [b] libellus tolerandus est
b quantum fieri potest, vt no. Bald. in l. 2. C. qui accus. non possunt. Et ex prędictis infertur decisio ad plures quæstiones.

¶ † Primò

ADDITIONES.

a ¶ *Quod ex sola confessione possit fieri condemnatio, etiam quòd processus sit vitiosus, fuit dictũ Inno. singu. de quo latè per Barto. l. si confessus. de cust. reorum. limitatur multis modis per Decium in c. at si clerici. in 1. & 2. char. vbi loquitur in criminalibus.*

b ¶ *Libellus etiamsi loquatur impropriè, tolerandus est & interpretandus, vt inseruiat menti libellantis. vide latè mo. in l. sed et si. §. item si iurauero. ff. de iureiur. & Fely. in c. auditis, de præscrip. in prin. Alex. consi. 121. colum. 2. versi. per hoc etiam dicit, lib. 1.*

54 ¶ † Primò, quòd quamuis emphyteuta dicat in libello rem ad se pertinere iure dominij: tamen procedit libellus: & intelligitur de dominio vtili secundum Bal. & Docto. in l. 1. C. de vsufruc. licet propriè simplex appel. dominij referatur ad directum dominium, vt in l. 1. §. qui in perpetuum. ff. si ager vectigalis vel emphyteuticarius petatur. & similiter, licet quis in libello dixerit se dominum vel quasi dominum, procedit, licet ad ipsum non pertineat nisi vtile dominium: quia per latam interpretationē & impropriam comprehēditur etiam vtile dominium, vt dicit Bar. in d. l. 1. & Io. And. in c. Abbate. de re iud. lib. 6. & vide Bart. in l. mater. §. eandem. ff. de except. rei iud. & Ioan. And. in c. cum ad sedem. de rest. spo. & Specu. in titu. de cessione actionis. §. sequitur. versicu. quid si aliquid & per Innoc. in d. c. cæterum. de iud. in Glo. magna. versicu. & hæc intelliguntur. vbi tradit, an & quando intelligatur de vtili vel directo dominio. tetigi in Rub. de cau. pos. & proprie. art. 1. primi tractatus.

¶ Secundò infertur, ꝙ procedit libellus, si quis dicat rem suam esse: licet probet de præscriptione, vt tradit Bal. in d. l. 1. in prin.

¶ Tertiò infertur, quòd licet in libello petam me restitui ad rem incorporalem, dicendo ꝙ sum in possessione: tamen procedit libellus: quia intelligitur de possessione impropria, & sic de quasi possessione, vt no. Gul. in d. §. item si iurauero.

¶ A. B. Et probatur, cap. 2. de restit. in integ. & ibi Dom. Ant. super Glo. 1. & probatur c. olim. 3. de rest. spo. & c. conquestus. de foro compe. & c. constitutus. de relig. dom. Mar.

¶ Quartò infertur, quòd quamuis actor dicat in libello se esse in possessione talium iurium, & quòd ex eo quòd Titius turbat eum, petit, &c. procedit nihilominus libellus: quia vt statim dixi, intelligitur de quasi possessione, secundum Barto. & Bal. in d. l. 1. C. de vsufruc.

¶ Quintò infertur, ꝙ licet in libello quis petat sibi decerni officiū, quod iam est sibi delatum [a] ipso iure: tamen libellus procedit: quia intelligitur quo ad administrationem. facit Glo. & ibi no. Bar. in l. legitimos. §. legitimos. ff. de admin. tuto.

¶ Sextò infertur, ꝙ licet non sit propria locutio quando merces non consistit in pecunia, vt l. 1. §. qui seruum. ff. depositi. & in l. si vir vxori. ff. de don. inter virum. & in l. naturalis. §. at cum do. ff. de præscr. verbis. maximè quando res non est apta producere talem mercedem in fructu, vt ex vinea frumentum, & vel pro domo vinum, vt dicit Salyc. in l. si olei. C. locati. tamen sustinetur libellus, in quo actor dicit se locasse talem domum pro decem sextarijs frumenti, secundum Saly. & Docto. in d. l. si olei. per illam l. & per l. licet. C. locati.

¶ Septimò infertur, ꝙ quamuis appellatione iuris, [b] intelligamus de iure communi, vt Insti. de iure naturali. §. sed quoties. tamen si libellus potest procedere ex forma statuti, vel consuetudine locali, aut priuilegio seu alio iure speciali, interpretatur pro libellante de illo iure speciali. ad quod vide quæ latius dixi in cap. præceden. in 12. artic. 10. quæst. prin. versicu. 7. quæro, in 5. illatione. Ad prædicta vide quæ dixi in cap. cum olim. de consuetu. artic. 10. vbi dixi quòd licet quis in libello agat, & petat secundum statuta & consuetudines ciuitatis: interpretatur libellus in fauorem ipsius libellantis, vide ibi omnino, & vide Barto. in repet. l. de quibus. ff. de legi. versicu. sed quid si dicat. colum. 13. Et ex prædictis regulis & illationibus poteris alias quamplures similes quæstio. decidere. Est tamen notandum, quòd prædicta regula sic declarata recipit aliquas limitationes.

¶ Primo enim limitatur, si modo loquamur in ipso actore libellante: quia ad ipsum pertinet declaratio. secus in ipsius hærede: quia tale ius declarandi non transit ad hæredem, vt not. Glo. & sequuntur Doct. in l. inter stipulantem. §. Stichum. ff. de verbo. oblig. & est tex. iuncta Glo. in l. Pomponius scrib. si fruc. aliàs incipit, idē Pomponius. §. fi. ff. de rei vend. & idem tenent Bar. Bald. & Ang. Specu. in ti. de lib. cōcep. §. fi. versi. item sit cautus. facit c. si gratiosè. de rescript. lib. 6. & c. 1. in fi. & ca. sed vti. & l. 4. ff. locati. Pet. de Anch. in repet. c. in præsentia. de proba. in 2. contrario. Et plus dicit ibi singulariter Bart. in d. §. Stichum. quòd si libellus est datus per dominum, & habeat aliqua verba ambigua, non potest fieri declaratio per procuratorem generalem, nisi habeat expressum mandatum à domino: sicut nec potest hæres vniuersalis. tenet Bald. in d. l. idem Pomponius scrib. si fruct. §. fi. & etiam Ang. ibi, quod est verum, secundum Ange. in d. §. Stichum. nisi procurator vigore mandati haberet potestatem donandi, & declararet in fauorem conuenti, per no. in l. si quis à filio. §. si plures. ff. de leg. 1. quod dictum apud me satis est dubium: licet sit subtile: quia licet habeat potestatem donandi, tamē propter hoc nō cessat ratio prohibitæ declarationis, quæ est personalissima, vt statim dicam. Insuper etiā subdit Bar. in d. §. Stichum. quòd libellus datus à procuratore generali, si continet aliquod dubium, non potest declarari per dominum, sed per procuratorem, nisi dominus specialiter mandauerit libellum sic debere dari: quia tunc declaratio per ipsum dominum, & non per procuratorē fieri posset, per no. in l. in seruo. ff. de lib. causa. & l. cum mancipium. ff. de euict. Sed Ang. in d. §. Stichum. dicit, quod id quod dictū est, quod dominus non potest declarare: procedit, nisi declararet in fauorem conuenti, vt d. §. si plures. & sequitur Ioan. de Imo. in d. §. Stichum. & no. quòd si procur. ad instantiam domini nollet declarare libellum, casu quo ad ipsum pertinet declaratio: teneretur domino ad interesse, si propter hoc sequeretur absolutio conuenti, vt dicit Barto. in d. §. Stichum. & sequuntur ibi Doct. Et sicut actor solus potest declarare libellum à se factum: iudex inquirens pōt declarare libellum inquisitionis, & nō successor ipsius, secundum Bar. in d. §. Stichum. Ang. tamen ibi dicit, ꝙ successor in officio

ADDITIONES.

a ¶ *Beneficiunt ea quæ no. Are. Instit. de tut. in princ. vbi si iudex dicat, Do Titium tuto. qui fuerit testamentarius: tamen intelligitur datus à testatore, vel à lege. declaro & ibi aliqua de interpretatione verborum.*

b ¶ *Iuris appellatione de communi intelligen. est. facit q. Abba. in Rubrica de consu. circa finem, vbi si dicatur compromissum de iure, &c. de quo vide latius per Deci. in cap. licet causam. de probat.*

officio potest declarare verba ambigua prædecessoris, per Glo. no. in l. ab executore. ff. de appel. sed intelligi potest vt infra dicam. Et sic ex prædictis patet, quòd ista libelli declaratio est personalissima. quod procedit, quãdo agitur de declaratione ante probationem: sed post probationẽ vel sententiam, nõ statur declarationi actoris vel rei: si fortè aliqua non appareret incertitudo de qua sẽsum fuerit: sed debet probari per verisimilia, de quo sensum sit, secundum Bar. in d. §. Stichum. vbi dicit, quod in omnibus casibus in quibus dictum est nõ posse fieri declarationem per successorem: hoc intelligi debet, quando declaratio fit ex mera voluntate: secus in declaratione quæ fit per verisimilia, vt l. semper in stipulationibus. ff. de reg. iur. ex quo infert ad practicam assessorum, quando capiunt aliquem bannitũ, & reperiuntur duo eiusdem nominis & cognominis: quia faciunt confiteri se esse illum hominem, & illud corpus de quo loquitur bannum. de quo etiã vide Barto. in l. demonstratio falsa. ff. de cond. & demonst. sed tamen Bal. aliter dicit in d. §. Stichum. & aliter Ange. ibi reprehendens Barto. Et vide etiam per Ange. & Io. de Imo. in l. 1. ff. de lib. & posthum. Et no. quòd facta semel declaratione, nõ poterit declarans postea variare, vt l. quicquid adstringendæ. ff. de verbor. oblig. & ibi per Glo. Bar. & tradit etiam Bar. in d. l. inter stipulantem. §. Stichum. eod. tit. Pet. de Ancha. in dicta repe. c. in præsentia. de proba. in fi. secundi contrarij, vide quod traditur in c. cum di

a lecti. de accu. [a]

¶ Secundò limitatur, nisi libellus non sit deperditus malitia vel facto actoris, aut ipsius aduocati, quia tunc statur dicto, seu interpretationi ipsius actoris, vt C. de rebus cred. in l. fi. & C. depositi. in l. fin. in fi. quia tunc potius ad reum pertineret declaratio. C. de probatio. in l. si de possessione. C. de testibus. in l. testium. & ideo ad officium iudicis spectat inquirere, cuius culpa sit deperditus, secundum Specu. in ti. de lib. concep. §. fi. versic. item sit cautus, vt si confidit. & propter hoc consuluit ibi Specul. quòd actor faciat redigi libellum apud acta: quia tunc si perderetur, & constaret eum datum fuisse: super eius forma stabitur fortè dicto actoris: vel poterit eum iterum componere visa ipsius probatione, secundum quosdam, qui tamen dicebant quòd in hoc esset timenda, vt l. idem Pomponius. in fi. ff. de rei vendi. sed secundum Spec. non est timenda: quia ibi mortuus erat qui petierat, secũdum q dixi in præced. limit. sed ille tex. iudicio meo, nihil facit, licet dictum sit verum in se, quòd declaratio non pertinet ad hæredem, si actor est mortuus, per ea quæ dixi in præced. limitatione.

¶ Tertiò limitatur secundum aliquos in casu ca. ab eo. de elect. lib. 6. quæ tamen limitatio non conuenit terminis nostris: quia ille tex. non loquitur propriè de interpretatione: sed de mutatione quæ ibi fieri non potest odio calumniæ. de cuius cap. intellectu vide ibi, & vide quæ dixi in cap. præcedenti in 13. princip. articu. quæstio. 5. & de mutatione & emendatione, latius dixi in cap. præced. articu. 25. Sed nunc pro clariori & maiori notitia huius articu. qui versatur circa libelli interpretationem, colligam aliqua notabilia.

¶ Primò igitur no. quòd vbi plura narrantur in libello, quorum alterum sufficit ad intẽtionem libellantis: copulatiua resoluitur in disiunctiuam, & pluralitas geminat singularitatem, & sufficit [b] alterum

b esse verum, vel probari, vt no. Glo. 1. dist. c. omnes leges. & est tex. in cap. significante. inf. de appel. & ibi Dom. meus. probatur inf. de præben. c. cum iamdudum. & no. in c. licet. inf. de proba. traditur per Bart. in l. diuus. ff. de re iud. ad hoc vide aliqua quæ dicentur in 34. art. & ratio istius notabilis descendit ex his quæ dixi supra in prin.

55 ¶ † Secundò no. quòd libellus debet considerari, & eius verba interpretari secundum qualitatem & dignitatem actoris, vt no. Innocen. in cap. cum ad sedem. infra de restit. spol. in Glos. 2. iuxta fin. & per eum in cap. cum venerabilis. de except. in Glos. & vide in c. 1. inf. de relig. dom. & aliquid in c. conquerente. de offic. ordi. facit etiam quod no. Ioan. Andr. in addi. Spec. in ti. de cessione actionis. versic. item quid si.

¶ Tertiò no. q si in libello non exprimit, quo nomine agatur, intelligitur proprio & non alieno nomine agi. no. Ioan. Andr. in c. literæ. inf. de dila. vide Bald. in l. 2. C. qui accus. non pos. & quod latius dixi in c. 1. supra eod. in 6. prin. artic.

¶ Quartò no. quòd libellus consideratur & in-

c terpretatur secundum modum concludendi, [c] & non secundum modum narrandi. ad quod vide quod latius dixi in præceden. cap. in 13. princ. artic. quæstio. 12. in fi.

¶ Quintò no. quòd ex conclusione libelli apparet, qualiter præcedentia debeant intelligi & interpretari. ita no. Barto. in l. Aurelius. l. 2. §. Sticho. ff. de lib. leg. quod intellige, nisi apposita sit clausula illa, petens in prædictis non solùm vt petuntur, &c. ad quod vide quæ latius dixi in præcedenti c. artic. 13. quæstio. 2.

56 ¶ † Sextò no. quòd libellus comprehendens diuersos modos agendi, censetur diuiduus. hoc tradit Ho. in c. ad dissoluendum. infra de despon. impu. ex quo infert ibi, q si libellus est ineptus in uno ex contentis in ipso libello, poterit agi super alio.

¶ Septimò no. quod vbi ex narratis & conclusis in libello apparet de intentione agentis, subauditur in libello medium per quod conclusio adaptatur ad intentionem libellantis. ita no. Do. Ant. in c. cum ad sedem. in prin. inf. de rest. spol.

¶ Octauò no. q sicut libellus latè interpretandus est ex parte actoris porrigentis libellum, & in ipsius fauorem, vt supra dixi in prin. ita latè interpretãdus est ex parte rei conuenti respondentis libello actoris. ita no. Host. in c. querelam. supra de elec. & no. in c. auditis. infra de præscript.

¶ Nonò

ADDITIONES.

a ¶ *An circa declarationem liceat variare, vide Bal. in l. fin. 3. col. versi. ex prædictis. C. de codi. & per mo. in d. l. quicquid. & in l. inter stipulantem. §. Stichum. de verbor. oblig.*

b ¶ *De duobus propositis, an liceat vnum probare, vide latè per Felyn. c. licet causam. de proba. 16. col. versi. sextus casus. vbi etiam Decius.*

c ¶ *Libelli conclusio, non narratio attenditur. Socin. consi. 29. col. 6. lib. 1. & consi. 39. col. 6. eod. lib.*

¶Nonò no.quòd porrigēs libellum videtur omnia contenta in libello, de quo latius dicam in 33. princ.art.

57 ¶ † Decimò no. quòd verba libelli sunt efficaciter interpretanda, & ita no. hic in tex.nostro, & ita interpretanda, vt potius præsumatur aptus, quam ineptus.no.Inno.in c.examinata. supra de iudi. Bal. in repe. l.edita. C. de eden. vide quod in c. præced. art.23. & 24. & ita interpretari, vt concludat saltem præsumptiuè, quòd videtur sufficere. ad quod vide quod dixi in cap.præced.art.12. quæst.12.

¶ Vndecimò no.quòd si verba libelli demōstrāt aptum esse vni iudicio, & verba sententiæ alij, standum est verbis sententiæ & non libelli. no.Glo.fi.in cap.dudum. infra de decimis. vbi Glo. dicit, quòd libellus se habet vt subiectum, sententia vero vt prædicatum. Nam sententia debet esse conformis libello, vt dicam in sequen. articu. verf. iudex enim qui pronunciat super non petitis, fatuus est, vt ibi dicam. Ex quo infertur, quòd non apparet de libello, quia propter antiquitatem acta sunt deperdita, debemus ex verbis sentētiæ præsumere qualitatem petitionis. ad quod vide Dominum meum, super d.Glo.fin.

¶ Possent etiam & alia multa colligi & notari circa interpretationem libelli, quæ poteris ex superioribus colligere, ex his quæ dicam in seq. artic. Et ex his est expeditus 33.artic.

¶ Circa 34.princ. artic. & vlt. tractandum est de effectibus libelli seu oblationis & productionis ipsius.circa quem dic, quòd effectus sunt plures.

58 ¶ †Primus est, quia per ipsum libellum mediante actione in eo expresse vel tacitè comprehensa, species futuræ litis ostenditur, vt l.edita. C.de eden. dixi supra in Rubr.in 1.art. in diffinitione, quam ibi posui. Et ipsius iudicis ordinarij est fundatiuus, per ea quæ dixi supra eo.c.1.art.5.in 9.princ.opin. Et ex deductis in libello cognoscitur, quali ordine sit in iudicio procedendum. ad quod vide quod dixi infra de ordi.cogn.cap.2. art.23. in fi. & supra de foro comp. c.si clericus laicum. art.11. facit quod dixi in seq.effectu.& versic.7.effectus. & seq.

59 ¶ †Secundus effectus est, quia per ipsum apparet de modo agendi, secundum quem pars aduersa potest deliberare, an velit cedere vel contendere, vt l. edita.& Docto.ibi. vide quod dixi in c.1.in 6.princ. articu.supra eod. Et ex conclusione libellus intelligitur, [a] & declaratur, l. vt fundus. ff.communi diui. Innocen.in c.ex literis. de rescri. Bald.l.cum vltra.ff. de non nu.pecu.& l.fi.C.de fideicom.lib.& l.2.in fi. C.de peti.hære.& l.domum.C.de rei vend.& quod no.B.l. Aurelius. §.Sticho. ff.de lib.lega. & l.Cornelius.§.6.de lib.& posthum.facit cap.ex parte.de foro compe.c.licet causam. de proba. c.2. de ordi.cogni. cum versic.præced.

60 ¶ †Tertius effectus, quia per libellum oblatū iudici, & demum parti, perpetuatur actio annalis, vt no.Glo.in c.1.supra eod.in versic. & per talem libellum, per l.2.quādo libellus Principi datus.quod procedit, quando libellus est oblatus Principi: secus si inferiori iudici, vt patet ex illa l.2. & ex Rubrica illius tex. quādo libellus Principi datus secūdū Ioan. de Imo. hic & Specu.in titu. de libelli concep.§.iam nunc dicendum de effectu. vbi vult Specu. ꝙ tunc sequatur iste effectus, quando princeps ad illum rescribit: secus si sit datus inferiori, per l. constitutionibus. ff. de act. & obl. Sed tu aduerte, quia aut loquimur in libello supplicatorio, aut conuentionali.

¶ Primo casu perpetuatur actio temporalis si princeps ad preces porrectas delegando rescribit, quia habet vim litis contesta. vt l.1. & 2. C. quando libellus [b] principi datus. exemplum in actione vi bon.rapto.iniuriarum, quod met.causa, & simi. Et si quis plures actiones annales haberet, & impetraret iudicem ab Imperatore, nulla causa inserta, omnes videntur perpetuatæ, per l.finalem. C. de annali exceptio. quod qualiter intelligatur, vide ibi per Cyn. Baldum & Ange. statim aliquid subdam. Aliæ vero actiones non annales, non perpetuantur per solam præscriptionem libelli, vt d. l.2. quia facilius interrumpuntur annales præscriptiones quàm temporales, seu perpetuæ. ad quod vide quæ statim dicam in 5.effectu. Et ratio est, quia hoc casu dicitur lis quasi contestata.& intellige quò ad hunc effectū tantum non quo ad alios quos producit litis contestatio, vt ibi per Baldum & Docto.& perpetuat vsque ad 40. annos, si lis contestata sit, secundum Cy. in dicta l. secunda, per l.fi.C.de pręscript.30.vel 40.annorum. Aut loquimur de libello cōuentionali dato coram inferiore, & sola libelli oblatio in ciuilibus regulariter non perpetuat actionem, sed requiritur actus citationis, vt in l.sicut. C.de præscript.30.annorum.& traditur in dicta l.secunda. C.quando libellus Principi datus.

¶ Quæ tamen regula fallit in casibus specialibus legis, vt perfectius. C.de annali except. Et in præscriptio. biennali, in qua fit perpetuatio & interruptio sola propositione querelæ, seu libelli sine citatione, dūmodo fiat quædam intimatio, quæ sufficit, etiam si fiat die feriata, vt in l. contractibus. §. fina. C. de non numera. pecu. quod tamen qualiter intelligi debeat, & quibus casibus, vide ibi per Baldū. Quid autem si statutum diceret quòd donatio debeat insinuari intra semestre tempus, vel quid simile, an sufficiat sola productio sine citatione aduersarij? Quidam dicebant quòd sic, per illam l. secundam. C. quando libe. Princi. datus. sed Baldus ibi dicit quòd ille text. facit in contrarium, quia ibi est speciale in rescripto principis, ergo secus in facto inferioris iudicis, per ea quæ supra dixi. Sed Bald. finaliter decidit consideranda esse verba statuti, secundum quod statim dicam de causis criminalibus. Et prædicta procedunt in ciuilibus: in criminalibus verò, vtrum per solam productionem accusationis vel inquisitionis, sine citatione perpetuetur actio. Bart. quòd sic in l.miles. §.sexaginta. ff. de adul. Sed Bald. in dicta l.prima. C. quando libel.prin.da. dicit fuisse consultum quòd mitteretur exequutor. hic nisi fieret citatio non diceretur facta perpetuatio, seu interruptio. Ipse tamen Bal. dicit consideranda esse verba

ADDITIONES.

a ¶ *Ex cōclusione libelli intelligitur, quòd dubium erat in præcedentibus, adde Fely.in c.licet causam. 2.col.de prob.& Alexan.in consil.121.col.1.lib.1.*

b ¶ *Pan.consil.401. lib.1. id esse speciale ad interrumpen. præscrip. aliàs secus. vide enim & Moder.in d.l.2.*

verba statuti: aut enim lex vel statutum nihil aliud exigit, quàm productionem libelli, & tunc procedit opinio Bar. & ita loquitur §. sexaginta. libellus enim regulariter non dicitur de processu, vt dixi supra de Rubr. artic. 1. Aut requirit aliquem processum, & tunc est necessaria citatio, quæ est cuiuslibet processus initium. Instit. de perpe. & tempo. actio. §. fin. & in Clemen. fi. vt lite pen. Et ad materiam vide quod latius dicam in ti. de præscr. Aduerte tamē, quia prædicta intelligo, quando libellus esset aptus. secus si ineptus, secundum quod statim dicam in 5. effectu. vtrum autem per libelli oblationem perpetuetur iurisdictio sicut actio, dixi in c. pen. supra de foro compet. in 4. prin. art. quæst. 1. & 5. Operatur etiam illum effectum quo ad ipsam partem: quia actor post datum libellum nō potest desistere inuito reo, sed cogitur prosequi: nisi velit in totum renūciare, secundum ea quæ latius dixi supra in 26. prin. artic. quæst. 3. quoniam si non est adhuc editus parti quò ad partem, non videtur de processu. dixi supra c. 1. art. 9. versi. sed circa hoc.

61 ¶ † Quartus effectus est: quia facit rē litigiosam secuta per executorem cōuentione, secundum Glo. in c. 1. supra eodem, vers. & rem litigiosam. per auth. litigiosam. C. de liti. & ad idem 11. quæst. 1. cap. quia res. tradit Specu. in titu. de libel. concep. §. iam nunc dicendum. quare secuta per executorem cōuentione, hoc est citatione per nuncium, fit res litigiosa. quod intellige, si modò agatur reali, secus si personali: quia tunc non fit res litigiosa, nisi per litis contesta. vt l. 2. C. de liti. secundum Io. de Imo. in d. c. 1. & bene. No. tamen quòd licet tunc non fiat litigiosa: tamen inducitur litis pendentia, vt Clem. fin. vt li. pen. de qua materia dic vt late dicam infra vt lite penden. Et prædictus effectus vendicat sibi locum, si libellus est aptus. secus si ineptus, vt latius dicam in seq. effectu.

62 ¶ † Quintus effectus, qui sequitur ex prędictis est similis tertio, & quasi ex eodem fonte descendit: ꝙ interrumpitur præscriptio, vt dicit Glos. in d. cap. 1. versic. & interrumpit præscriptionem, per l. sicut. C. de præscript. 30. annorum. quod intellige, secuta citatione. Alij vero dicunt quòd iste effectus procedit, libello etiam transmisso ad domum. ꝙ secūdum Ange. non est verum, nisi in casu l. fin. C. de anna. excep. de quo ibi per eum in fi. & in casu l. fi. C. de duobus reis. de quo vide latius per Docto. in l. fi. & per

a Ange. & Doct. in d. l. sicut. Aduerte [a] tamen, quòd iste effectus procedit in præscript. longissimi temporis 30. vel 40. annorum. sed præscriptio longi temporis 10. vel 20. annorum non interrumpitur, nisi per litis contestationem, vt in l. moræ. C. de rei vendi. & per Ange. in d. l. vt perfectus. C. de annali except. & per Bart. in l. accusaturus. C. de adul. similiter etiam non habet locum in vsucapione triennali: quia in illa non fit interruptio, etiam per litis contesta. nisi quò ad effectum. l. si post acceptum. ff. de rei vendi. facit quod no. Bart. in d. l. sicut. & in l. 2. C. de litigi. Procedit ergo effectus iste (vt dixi) in præscriptione longissimi temporis: quę nō solùm interrumpitur per dictum modum in causa expressa: sed causa nō expressa interrūpit in omnib. quæ possunt sub gñalitate libelli comprehendi, vt d. l. fi. C. de ann. excep. vbi ēt habes ꝙ interruptio facta in principali, operatur effectū in hypothecaria: sed facta in præparatoria, nō prodest in præparatoria: vnde cōtestatio vel quasi, aut controuersia facta in officio rescindenti, non prodest in rescissoria, & facta in querela inofficiosi, nō prodest in petitione hæreditatis, secūdum Ang. in d. l. fi. de qua materia ego latius dicā in ti. de præscr. & vt arbitror in c. illud. vbi tāgunt Doct. & no. ꝙ prædictus effectus procedit, si modo libellus est aptus & validus: secus si ineptus. sicut enim ad interrumpendam præscriptionem, aut litis contestationem, secundum quod supra dixi, exigitur ꝙ citatio & litis contestatio sit valida, vt tradit Bar. in l. accusaturus. ff. de adul. ita etiam, quādo fit interruptio per libellum, exigitur ꝙ libellus sit validus, & bene conceptus, vt est tex. iuncta l. accusaturus. iuncta l. mariti. §. hoc quinquennium. eod. titu. de adul. Tenent Bart. & Ang. in d. l. accusaturus. quod ego intelligo, nisi super inepto libello fuisset processum, & fuisset talis ineptitudo, quę expresso vel tacito partium cōsensu potuisset purgari, ad quod vide quod dixi supra artic. 32.

63 ¶ † Sextus effectus est, quia porrigens libellum videtur fateri omnia contenta in libello, etiam si continerentur enunciatiuè, vt l. cum precum. C. de lib. causa. & ibi no. Bar. & Doct. & no. Bar. in l. certum. §. si quis absente. ff. de confes. & Docto. maximè Io. de Imo. in ca. si cautio. de fide instru. faciunt no. per Bar. in l. 2. §. fi. ff. de iure fi. & l. rura. C. de omni agro deserto. lib. 11. no. Innoc. in c. cum contingat. supra de offi. delega. in Glo. magna, versic. vel potes dicere. facit l. si aduersarius. C. de fide instrumen. & vide quæ dixi in Clem. 1. de proba. vnde si actor dixerit in libello aliquod verbum iniuriosum, potest agi cōtra eū actione iniuriarū, vt l. item apud Labeonem. §. si quis libellus. ff. de iniurijs. 5. q. 1. cap. 1. & seq. no. Dom. meus, in c. examinata. supra de iudi. & ibi dixi in 4. no. Et videtur fateri crimen de quo mentionem facit in libello, vt no. Bald. in l. transac. in fi. C. de transact. Non solùm ergo actor per verba assertiua libelli videtur fateri: sed etiam per verba nūciatiua, vt dixi. facit bonus tex. & ibi per Bart. in l. qui familiæ. ff. famil. ercisc. Dicit tamen Barto. per illum tex. in l. ex hac scriptura. ff. de donatio. in fi. quòd iste effectus procedit post li. cōtest. secus ante li. contesta. quia tunc nō inducunt probationem seu confessionem vt pars possit pœnitere & corrigere, vt dixi in c. præced. in 35. artic. & idem sentit Bald. in d. l. qui familiæ. remittens ad no. per Cyn. in l. except. C. de proba. in 2. quæstio. & Guil. in l. conditionis. ff. de instit. & substi. sub condit. factis. Aduerte tamen, quia Bald. in l. cum precum. C. de liber. causa distinguit, quòd aut id quod ponitur, seu positum est in libello: ponitur ab errante, aut à sciente, aut sumus in dubio.

¶ Primo casu non præiudicat probato errore, ita intelligitur d. l. qui familiæ. Nam dum tex. ibi dicit, agit, subaudire debet, scilicet per errorem.

¶ Secundo casu, quando à sciente. subdistinguē, ꝙ aut libellus continet quid certum, aut incertum. Primo casu aut aduersarius cōtradixit, & nō nocet, quia

ADDITIO.

a ¶ *Latè de hoc per Do. in c. relatum. de offic. delega.*

quia in hac tali confessione dicitur quasi contrahi. Et talis quasi contractus non celebratur inter dissentientes, secūdum Bal. ad quod faciunt no. in c. olim. de censib. & in l. post legatum. ff. de his, quibus vt indig. & in c. præsentium. de test. lib. 6. Et ideo reus debet esse cautus, vt non contradicat simpliciter, aut neget narrata in libello, sed ante omnia acceptet narrata in libello solùm, & duntaxat quæ faciunt pro eo: & in alijs contra eum facientibus, contradicat. Aut reus non contradicit, & tunc narrata in libello præiudicant libellanti, ac si ille fuisset consensus, vt d. l. cum precum. & C. de omni agro deser. in l. rata. lib. 9. si verò libellus non continet quid certum: vt puta, si agens fam. ercisc. dicit hæreditatem esse communem, & non dicit ex qua parte: quia tūc agens non videtur confiteri. & ita potest intelligi d. l. quia familiæ.

¶ Tertio verò casu princip. quando sumus in dubio dic, quòd aut actor emendauit libellum, & præsumitur errasse in facto alieno: aut non emendauit, & præiudicat sibi, vt l. edita. C. de eden. & ita etiam potest intelligi d. l. cū precum. vbi Bal. ponit d. dist. quam dicit esse notabilem & vtilem. Aduerte tamen circa prædicta, quia licet Bart. videatur prædicta limitare: si modò libellus sit scriptus manu confitentis: tamē secus si alterius. & sic intelligit l. cum precum, C. de lib. causa. sed Io. de Imo. d. c. si cautio. col. 8. vers. nec placet. dicit, ꝙ sibi nō placet talis lib. quia si esset vera. d. l. cum precum. hodie parum seruiret, & quasi de vento. Item cum indistinctè loquatur, debet indistinctè intelligi, vt l. de pretio. ff. de publ. cum si. Item, quia eadem videtur esse ratio, quando libellus est scriptus manu alterius: non producens videtur fateri contenta in lib. vt in auth. si dicatur. C. de testi. cum ibi no. & per Inno. in c. cum venerabilis. de exact. & cap. cum olim. de censi. Et ideo debet præiudicare confessio facta in ipso libello: ex quo talis scriptura dirigitur, vt deueniat ad alteram partem. ad quod etiam faciunt no. per Io. de Imo. in l. nuda. ff. de donatio.

64 ¶ † Septimus effectus est, quia per ipsum libellum apparet de modo agendi, secundum quem debet sententia ferri, vt dicit Glo. in d. c. 1. sup. eodem, ad quod facit c. qualiter. el 2. inf. de accu. & in c. licet Heli. inf. de simo. & vide quod dixi supra in Rub. artic. 4. & quod inf. subijciam de sententia conformi libel. vide supra, vers. 6. effectus.

65 ¶ † Octauus effectus est respectu probationis faciēdæ ad ea quæ sunt deducta in libello: quia deductum in libello quod est necessarium ad victoriam probandum est, & illud inspiciēdum est quod in libello intentatur, vt l. habebat. ff. de instit. 3. q. 7. cap. quippe. & per Bart. in l. certi condictio. in princ. ff. si cer. pet. & in l. dedi. §. 1. ff. de cond. ob causam. Et per Inno. in c. super literis. supra de rescr. & per Bal. in l. etiam. C. de fur. & quia illud quod fuit in libello intentatum debet probari, vt d. l. habebat. & no. Bart. in l. diuus. ff. de re iudi. dicit Bald. in d. l. edita. C. de eden. ꝙ cauere debent libellantes, vt videant quam causam exprimant in libello: quia si illam non probant, succumbūt etiam si ex alia vincere potuissent, vt dicit tex. in l. si ex plagijs. §. in cliuo. ff. ad leg. Aqu. vbi patet ꝙ ex narratis in libello, ius metimur. nec potest in articulis deduci ad finem, ꝙ probationes factæ prosint ad victoriā aliquid penitus diuersum à contentis in libello, vt in c. in præsentia. de probatio. tradit Bal. in l. si quis nō dicam rapere. C. de Episco. & cler. & Spec. in ti. de offi. iud. §. deseruit. versic. quid si libellus. no. Io. Mon. in regula, qui per alium. de regu. iur. lib. 6. in Glo. magna, & in c. 1. de confes. lib. 6. de qua materia fortè latius dicam in tit. de confes. Et circa prædicta aduerte: quia dicit Inno. quòd oportet quòd causa deducta in libello probetur: aliàs non potest ferri sententia, nisi probetur alia causa legitima, per quam aliàs potuisset libellus obtinere. ita dicit in c. cum contingat. supra de offi. deleg. & in c. cæterum. supra de iu. Quinimò etiam si libellus esset latè cōceptus, & actor eligeret vnam actionem ex his, quæ poterant includi in libello: si non probat illam, non potest obtinere: licet probet in alia quæ poterat in libello includi, vt no. D. Anto. in c. cum ad sedem. in prin. infra de rest. spol. quod fortè limitādum est, nisi in libello sit apposita illa clausula, Et prædicta omnia & singula dicit &c. petens [a] in prædictis & circa prædicta &c. Et clausula, non astringens se &c. de quibus dixi supra in præced. in 13. prin. art. facit quod statim dicam in ver. secundò infertur. Et ex prædictis inferuntur decisiones ad plures quæstiones.

¶ Primò infertur, quòd si in libello peto decem à Titio fundans me super mutuo, & probo confessionem mutui, & non mutuum: debeo succumbere, secundum Specul. in titu. de teste. §. 1. versicu. sed pone egi. de qua tamen quæstione vide latius ibi per eum, & per Ioan. Andr. in addit. & per Barto. & Doct. in l. 2. C. si certum petat. & per Dom. Ant. & Dom. meum, in c. si cautio. infra de fide instrum. & latius ibi per Ioan. de Imo. vers. vltimò restat, prope fin. dixi supra.

¶ Secundò infertur, quòd si aliquis in libello egit ex confessione, & postea probet veram enumerationem: quòd debet succumbere, secundum Nicol. de Mata. vt refert Ioan. Andr. in addit. Specul. in d. ver. sed pone egi. de quo ibi per eum. Sed Domin. Anto. aliter distinguit in d. cap. si cautio. & ibi Ioan. de Imo. colum. antepen. quæ videre poteris: quia quoad materiam nostram satis sit aperuisse intellectum, & ibi vide limitationem quam ponit ibi Ioan. de Imo. de qua dixi supra in cap. præceden. articu. 13. quæstio. 2. quando scilicet apposita esset illa clausula, Et prædicta omnia dicit, & petit omni meliori modo &c. quinimò videtur, quòd non sufficiat etiam probare confessionem: quia ex confessione oritur solùm probatio, & non obligatio. vide ibi per Dom. Anto. Domi. meum. Ioan. de Imo. & Io. An. in addi. Spe. ver. sed pone. Et ad prædicta vide etiam Bal. in l. si executione. C. de non nu. pec. vbi format q. quid si interuenit confessio chirographaria, sed in libello proponitur sola confessio: in processu non solùm probatur confessio, sed etiam numeratio: an reus sit absoluendus. & ibi distinguit, an confessio emanet simul cum numeratione: vel

ADDITIO.

a *¶ De clausula, petens in prædictis iustitiam ministrari, vltra supradicta, vide Alex. in consi. 121. lib. 1. & consi. 61. lib. 2. vbi etiā de clausula, non adstringens &c.*

vel numeratio superueniat post confessionem. vide ibi per eum.

¶ Tertiò infertur, quòd si ago ad decem contra Titium ex causa mutui, quæ dico eidem mutuasse iam sunt decem anni, & probo per testes de mutuo; qui tamen testes dicunt me mutuasse iam sunt tres anni: succumbo, nisi sit adiecta illa clausula, non adstringens se ad aliquod onus probationis superfluæ &c. de qua per Ioan. de Imo. in l. si cum nulla. ff. de re iudi. & latius dixi in præcedenti cap. in 13. artic. quæst. 4.

¶ Quartò infertur, quòd si in libello deductum est crimen cum certa qualitate, quæ alterat speciem delicti & pœnam, si probatur delictum sine qualitate, non potest sequi sententia. no. Cyn. post Iaco. de Are. in l. 2. C. de probat. & Barto. plenè in l. denunciasse. §. qui tamen. ff. de adult. glos. in cap. Abbate. de re iudi. lib. 6. Docto. in cap. licet causam. infra de probat. & in cap. proposuit. de cle. exc. mi. glo. pen. in cap. venerabilibus. de senten. excom. lib. 6. & glo. in l. si præsidi. C. de don. ante nup. per Barto. in l. pretor. §. edocere. ff. vi bon. rap. & in l. Fulcinius. §. quid sit latitare. ff. quibus ex cau. in poss. eatur. & in l. in delictis. §. si detracta. ff. de noxa. & latè per Barto. in l. edita. C. de eden. aliquid tetigi in cap. conuentus. supra de foro compet. Et vide quæ dixi in cap. præceden. in 12. princ. artic. quæst. 7. Et vide etiam per Bald. in repet. l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui no. infa. vbi tradit, quid si in libello deductum sit furtum manifestum, & postea probetur furtum non manifestum. & ibi etiam notabiliter dicit Bal. quòd illud, quod dicitur, quòd alterata qualitate deducta in libello, non potest sequi condemnatio; procedit quando libellus est accusatorius. secus si sit libellus inquisitionis: quia inquirens se non adstringit: imò dicit, super quibus omnibus & singulis, vt dixi in d. artic. quæst. 7. & per Bal. in l. sed ex dolo. §. in hac. iuncta l. seq. ff. de dolo. cum si. quod incipit, in Christi nomine, Amen. factum tale proponitur. & per Specu. in tit. de accus. & pe. §. 1. ver. pe. & per Lud. Pon. in l. Titia diuortium. ff. solu. mat. & per Salyc. l. si mater. C. de rei ven. Et quod dixi supra eo. c. 2. art. 12. q. 16. ver. quarta regula.

¶ Quintò infertur, quòd si egi rei vendicatione ratione directi dominij, & probo in publiciana, & sic in quasi dominio: non potest sequi condemnatio, secundum Iaco. de Are. & Cy. in l. 2. C. de prob. Et ideo reus qui conuenitur publiciana, de facili poterit capere aduersarium, & obtinere faciendo positionem, quòd res vendita actori, fuit vendita à vero domino: nam de facili reus hic fatebitur: nisi sit multum doctus: & sic succumbet. ita dicit Specul. in titu. de positionibus. §. 10. versic. hoc quoque diligenter. Aduerte tamen: quia contra prædicta obstare videtur, quod dixi in præcedenti 33. artic. versicu. 1. quod quamuis. Sed fortè dici posset, quòd ibi loquimur, quando simpliciter in libello fecit mentionem de domino. & sumus in dubio: quia interpretantur pro ipso libellante. Hic verò quando sumus in certo quòd intentauit publicianam, & ad hanc materiam de causis deductis in libello nō probatis, vide aliqua quæ dixi in cap. præceden. in 12. princip. articu. in 10. quæstio. versicu. septimo quæro. Et vtrum adducens plura capitula in libello, teneatur omnia probare, vide quod dixi in 33. artic. versic. 1. igitur no. Quid autem si peterem 60. mihi debita. & probarem de centum: an possim obtinere in centum, tradit latè Barto. & Modern. in l. scire debemus. de verborum obliga. Ego ut arbitror dicam infra, tit. de re iudi. in art. illo, quòd sententia debet esse conformis libello. de quo aliquid in seq. effectu.

¶ Sextò infertur, quòd si in rei vendi. egi ad medietatem fundi pro indiuiso, & probaui pro diuiso: non potest sequi sententia condemnatoria. dixi latius super Rubr. de causa poss. & proprie. art. 14. q. 1. ver. sed q. circa hanc.

66 ¶ † Nonus effectus est respectu sententiæ ferendæ: quia regulariter sententia ferenda debet esse conformis libello, vt in cap. licet Heli. in cap. de simo. Et in l. vt funditus. ff. communi diui. Et in c. qualiter. el 2. infra de accu. & in Clem. sæpe. de verbor. sign. & vt dicit Bald. sententia debet esse conformis libello in tribus.

¶ Primò, in causa, vt probatur in l. habebat. ff. de institu.

¶ Secundò, in actione, vt l. edita. C. de eden.

¶ Tertiò, respectu rei petitæ, vt l. fin. C. de peti. hæred. ita dixit Bald. in l. 1. C. si plures vna sententia. vbi per plures quæstiones prosequitur hanc materiam. Nam fatuus est iudex qui pronunciat super non petitis. C. de fideicommis. l. fin. tradit Dominus meus in cap. dudum. de deci. super glo. Et hoc procedit, nisi partes aliter conueniant, per l. si conuenerit. ff. de re iud. secūdum vnum intellectum. de quo ibi per glo. & Ioan. de Imo. ad quod vide, quod dixi supra in cap. præced. in 12. princ. arti. in 10. quæst. prin. ver. 10. quæro. ibi, dum dicitur, aut est expressa sola causa proxima. sed de materia istius effectus dic vt latius dicam in tit. de re iudi. vbi respectu sententiæ proferendæ melius conuenit. & vide quod dixi in Rub. de causa pos. & proprie. trac. 2. q. 14. in fi. 1. quæst. Vtrum autem super inepto libello sit ferenda sententia. Et quando valeat, collige ex his quæ dixi supra in 32. prin. art. Et an respectu iuris superuenientis possit contingere, quod sententia non sit conformis libello, dicam latè in d. titu. de re iud. Et vide quod dixi in cap. præced. in 12. articu. q. 10. ver. quæro. Et no. etiam, quod ex quo sententia debet esse cōformis libello, si libellus est unus: sententia non debet esse nisi vna. non enim possunt super eodem libello duæ aut plures sententiæ proferri, vt dicam in tit. de re iud.

67 ¶ † Decimus effectus est, ꝙ ex qualitate libelli iuncta sententia cognoscimus, an obstet exceptio rei iudi. ita vt succumbens possit de nouo agere. de quo effectu tangit glo. in cap. præced. & Barto. latè in l. & an eadem. §. actiones. & in l. si mater. ff. de exceptio. rei iudi. Et latius Dominus meus in cap. præced. sed quamuis glos. & Dominus meus, & plures Doct. teneant in hoc titulo: quia satis congruè potest hæc materia ad hunc tit. adaptari: tamen quia questio prædicta indiget longiori discussione, & melius conuenit tit. de excep. ideo ego latius dicam in d. titu. Et ex his, Deo duce, hæc materia libelli, quæ est principium & fundamentum ad iudicialem intentionem, nunquam extitit ita bene declarata, ordinata ac fundata.

De

De Mutuis petitionibus. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Petitiones mutua, qua dicantur.*
2 *Petitio mutua, quotuplex sit.*
3 *Petitio mutua, quare fuerit introducta.*

IN alio meo Tractatu visum fuit de libelli oblatione: Sed quia libelli plerunque offeruntur ab vtraque parte, & fiunt hincinde mutuæ petitiones & dubitatur an, & qñ, & qualiter hoc fieri posit: & de modo procedendi, meritò hic subnectitur hęc rubrica. Et de materia istius rub. habetur 3.q.8.c.cuius in agendo. Verum antequam ad materiam transeamus, iuxta consuetum ordinem, pro faciliori & clariori istius materiæ intelligentia & doctrina, prosequar infrascriptos art. princ.

¶ Primò, quid dicatur mutua petitio, seu quæ dicantur mutuæ petitiones: & de hoc dicetur in rubr.

¶ Secundò, quotuplex sit mutua petitio. de quo similiter dicetur in rubr.

¶ Tertiò, quo iure & quare fuerit inducta potestas mutuæ petitionis per viam conueniendi & reconueniendi. de quo similiter dicam in rub.

¶ Quartò, corā quibus iudicibus, seu apud quos posint, & debeāt fieri mutuæ petitiones. & de hoc in cap. 1.

¶ Quintò, inter quos habeant locum mutuæ petitiones, seu per quos posit fieri reconuentio. de quo dicam in d. c. 1.

¶ Sextò, in quibus causis seu rebus habeant locum, seu cessent mutuæ petitiones, de quo in dicto cap. 1.

¶ Septimò, quando sint faciendæ mutuæ petitiones, seu quando fieri posit reconuentio. de quo in d. cap. 2.

¶ Octauò, vtrum in causa reconuentionis posit iudex recusari. de quo in c. 2.

¶ Nonò, quæ sit pœna actoris nolentis respondere reo super mutua petitione, seu reconuentione. de quo in d. c. 2.

¶ Decimò, qualiter procedendum sit in mutuis petitionibus. & de ipsarum effectu, resultāte ex conuentione & reconuentione ad inuicem, de quo in dicto cap. 2.

¶ Vndecimò, pro quibus, seu quibus rebus ad eundem iudicem eundem est, non solum in mutuis petitionibus, sed etiam in pluribus petitionibus, de quo in d. cap. 2.

¶ Duodecimò, de pœna trahentium aliquem ad diuersos iudices cum deberet ad eundem iudicem conueniri. Et sic de pœna trahentis quem hoc casu ad vetitum examen. de quo in dicto cap. 2. Et sic in istis 12. artic. tractabitur tota materia tituli nostri.

ARTICVLVS PRIMVS.

PRIMO igitur articulo in quo examinandum
1 est † quæ dicantur mutuæ [a] petitiones. Host. in
a summa cod. tit. §. 1. dicit, quòd dicuntur quæstiones ad inuicem propositæ. quod patet ex ipsorum verborum significato. Dominus meus hic dicit, quòd mutua petitio est conuentio ex parte actoris, & reconuentio ex parte rei. Nam reconuentio, est secunda conuentio. Cum ergo duæ sunt petitiones, & conuentio fiat ab vtraque parte. meritò appellantur mutuæ petitiones. Et no. quòd reconuentio dicitur respectu conuentionis. vnde vbi nō est conuentio, nō potest dici recōuentio, vt no. in c. cum dilectus, infra de ordin. cogni. Et ideo cum arbitrio non sit conuentio, non datur recōuentio. de quo dic vt statim dicam in cap. 1. in 4. articu.

¶ Et aduerte, quia mutua petitio tūc propriè dicitur, quando petitio rei deducitur per viam reconuentionis debito tempore, secūdum ea quæ dicam in cap. 1. art. 7. Et de hac propriè loquitur titulus noster. Est & alia mutua petitio quę dicitur impropria, quæ non est propriè reconuentio, vt quia secunda petitio rei porrigitur, quando prima petitio actoris est prope finem: tunc enim non possunt simul tractari, & vna sententia terminari. & ideo tūc non est propriè reconuentio, sed habet tunc locum regula, qui prior appellat, prior agit, vt l. qui prior. ff. de iudic. vt hæc probātur in cap. 2. ver. nos autem. de ord. cog. secundum Dominum meum hic. Sed de hoc latius dicam infra eo. in c. 1. in 7. art. Item aduerte, quia quandoque exceptio opposita per reum, habet instar petitionis. & potest dici recōuentio, quia mutua petitio. exemplum in exceptione recompensationis. Nam ille qui compensat, dicitur petere, vt l. amplius. ff. rem ra. ha. no. Bal. in l. tam mandatori. C. de non num. pec. Ad quod vide quæ dixi in c. sacris. de sen. excom. in 19. princ. art. in 5. quæst. princ. in 3. memb. vers. 2. dubitatur. & hoc probatur in l. neque. C. de compensa. secundum Bal. & Saly. vbi
b tex. innuit, quòd huiusmodi exceptio [b] fit mutua petitio. Alij tamen intelligunt quòd ideo non solum fuit opposita exceptio compensationis, sed mutua petitio porrecta. insuper etiam no. quòd mutuæ petitiones, & sic conuentionis & reconuentionis, dicitur quasi idem negotium. & no. glo. in c. fi. supra de iudi. Et est tex. in l. cum Papinianus. C. de sen. & interlo. om. iud. ibi dum tex. in eodē negotio. & ideo vno iudicio terminanda est vtraque causa. de quo tamen dic vt latius dicetur in cap. 2. infra eo. in 10. princip. artic.

ARTICVLVS II.

2 SECVNDO princ. artic. † In quo examinandum est, quotuplex sit mutua petitio. breuiter dic, quod ipsius mutuæ petitionis quatuor sunt species. videlicet, reconuentio de ciuili ad ciuilem, de criminali

ADDITIONES.

a ¶ *Ad euidentiam præmitte quòd tria sunt, quæ inducunt eiusdem iudicis in pluribus causis aditionem causarum. coniunctio, mutua reconuentio: tertium est absurditatis vitatio, quorum trium exempla vide eleganter per Bald. in l. cum Papinianus. C. de sen. & interlo. om. iud. in prin.*

b ¶ *Etenim reconuentio species est exceptionis. l. Papinianus. §. si filius. ff. de mino. & Bald. in l. si constat. C. de compensa.*

nali ad criminalem, de ciuili ad criminalem, de criminali ad ciuilem, secundum Bal. in auth. & consequenter. C. de senten. & interloc. omn. iud. Subdit tamen ibi Bald. quòd quando criminalis est peremptoria alterius criminalis, non dicitur propriè reconuentio, vt l. 1. C. qui ac. non pos. Item, quòd propriè loquendo, inter criminalia nõ est reconuentio, quia vtraque cõcludit fisco, & non sibi. l. agraria. ff. de termino moto. de quo supra dixi, de iudi. in rubr. & ideò non videtur habere locum reconuentio, per tex. in d. auth. & consequenter. quæ loquitur per verbum, obnoxius sibi. Item quia tex. in hac materia vtuntur verbo, agendo. 3. quæst. 8. c. cuius in agẽdo. Sed accusare, propriè sumptum, non est agere vel reconuenire, vt Instit. de act. in princ. ergo, &c. Sed tu vide ad hoc quæ latius dicam infra eo. cap. 1. in 6. princ. art. ver....

¶ Secunda principalis diuisio est, quòd quædam mutua petitio seu reconuentio, est præiudicialis & obstatiua, in qua prius procedendum est, quam in princip. Quædam verò est secundaria simplex, & compatibilis cum principali, vt dicit Bal. in c. 1. §. prę terea. ver. item no. de prohibita feudi alie. de qua latius dicam, infra eo. c. 2. in 10. princ. artic.

¶ Tertia diuisio est, quòd quædam est reconuentio connexa, vt in duplicibus iudicijs, fam. ercis. &c. Quædam verò reconuentio separata, & non connexa, secundum Bald. in l. cum Papinianus. C. de senten. & interloc. omn. iudic. de quo latius dicam in dicto 10. artic.

¶ Quarta diuisio est, quòd quædam fit per viam principalis petitionis: Quædam per viam exceptionis, secundum quòd statim dicam in seq. artic.

¶ Quinta diuisio est, quòd quædam reconuentio est quæ fit à reo contra actorem, quædam quæ fit ab eodem actore iterum conueniendo eundem reum, & tunc dicitur reconuentio, hoc est, iterata conuentio. de quo dicam latius infra eo. cap. fin. in 11. princip. artic.

ARTICVLVS III.

3 TERTIO princ. art. † Quæro, quo iure & qualiter, & quare fuerit inducta potestas reconueniendi per mutuam petitionem. SOL. Barto. in authen. & consequenter. C. de senten. & interloc. om. iud. quem sequitur Dominus meus in c. 1. infra eo. dicit, quòd quãdo conuentio & reconuentio fiunt super eadem re, & super eodem negotio, & tũc omni iure, tam naturali, quàm ciuili hoc fieri poterat, cum sit quædam defensio, & debet hoc fieri coram eodem iudice, etiam de iure antiquo, ne causæ con-
a tinẽtia [a] diuidatur, vt l. 1. ff. de quibus rebus ad eundem iudicem eatur. & in l. nulli. C. de iud. & in c. 1. infra, de causa poss. & proprie. Quandoque conuentio & reconuẽtio fiunt super diuersis rebus aut causis, & tunc aut actor conuenit reum coram iudice ipsius actoris in certa quantitate: Et hoc casu, etiam omni iure reus poterit conuenire actorem de illa quantitate, vel maiori coram eodem: non autem coram alio, vt l. si idem cum eodem. §. si mutuæ. ff. de iurisd. omn. iudi. Et hoc procedit, quando actor non poterat ex priuilegio declinare ipsum iudicem. Quandoque vero actor conuenit reum coram iudice ipsius actoris, quem tamen ipse poterat declinare aliquo priuilegio, & tunc idem omni iure, quia apud eundem iudicem potest, & debet fieri reconuentio, vt l. 2. §. sed si agam. ff. de iudi. Quandoque actor cõuenit reum coram iudice penitus non suo, & tunc de iure antiquo non petebatur recõuentio, sed per l. Codicis, de qua in d. l. cum Papinianus. C. de senten. & interlocu. om. iudi. fuit permissa reconuentio, si reus vellet eum reconuenire, sed ad hoc non necessitabatur. Hodie verò iure nouissimo Authenticorum imponitur necessitas ipso iure, vt si statim agere velit, necessitetur recõuenire actorem coram eodem iudice, vt in d. auth. & consequenter. C. de sent. & interlo. omn. iudi. & in corpore vnde sumitur. Quod quidem ius nouissimum, fuit per ius canonicum approbatũ, per tex. 3. q. 8. cuius in agendo. & per c. 1. & 2. infra eo. & in c. dispendia. §. reus quoque. de rescrip. lib. 6. & in cle. sæpe. de verb. sig. Sed d. Ang. in d. auth. & consequenter. dicit, quòd de iure Digestorum primò fuit inductũ, quòd propter connexitatem causæ coram eodem iudice debebat fieri reconuentio, vt l. 1. ff. de quibus rebus ad eundem iud. eatur, quod ius fuit etiam iure Codicis approbatũ in l. nullus. C. de iud. Item iure Codicis fuit inductum, vt agens coram iudice, coram quo nõ cogebatur subire iudicium, propter aliquod priuilegium posset coram eodem recõueniri, licet causa nullo modo esset connexa. & de hoc fit mentio in d. l. 2. §. sed si agant. ff. de iudi. de qua materia latè dixi in c. fin. supra, de fo. comp. vnde ille iudex erat ipsius actoris iudex, licet posset aliquo priuilegio declinari: propter quod infert Ang. quòd si schola-
b ris [b] agit coram rectore, seu doctore, potest reconueniri: nec potest dicere, volo reconueniri coram præside vel episcopo, de quo dicam latius in cap. 1. j. eo. 4. prin. ar. vers. Statuit etiam ius Digestorum, ꝙ si actor agebat coram iudice, cuius iurisdictio esset limitata vsque ad certam quantitatem, posset actor corã eodem iudice recõueniri, etiã de maiori quantitate, quàm ad ipsius iurisdictionem pertineret, vt d. l. si idẽ. §. quod si mutuæ. ff. de iuris. om. iud. & illa iura antiqua nõ fuerũt Papiniani, vt patet ex ipsarũ suprascriptione, quia sũt intitulata alijs iuriscõsultis, ipse verò Papinianus præter prædicta statuit in suis q̃onib. singulariter atq; mirabiliter, ꝙ reus cõuentus si negat se obnoxiũ, & excipiendo allegat actorẽ obnoxiũ sibi, virtus istius exceptionis est, in quãtũ ipse reus petat virtute ipsius exceptionis cõdemnari actorem, quod iudex cõdẽnare debeat ipsum actorem virtute eiusdem instãtiæ. & ista fuit noua decisio Papinia. non inuenta per alios iurisconsultos. & ideo Imperator ipsum commẽdando, allegauit eius opin. in d. l. cum Papinianus. C. de senten. & interlo. om. iudi. quem nõ allegasset, si Papinianus sensisset de re-

ADDITIONES.

a ¶ *Continentia causæ non debet diuidi, & est exceptio quæ impedit litis ingressum, de quibus exceptionibus vide Bartol. in l. nam & postea. de iureiuran. Bald. in l. postquam liti. C. de pac. & de ista regula limitanda sex modis, vide Mod. in l. nulli prorsus. C. de iudicijs.*

b ¶ *Et bene facit text. & quod ibi Barto. no. in l. fi. C. de fru. & li. expen.*

de recōuentione, quæ fit per viam agēdi, cum illud inueniatur per alia multa iura statutum. hoc etiam probatur per text. in dicta l. cum Papinianus. dum dicit in eodem negotio, quia negotium exceptionis non est aliud à causa princip. & ita dicit Ang. qui legit d. l. cum Papinianus, quam lect. dicit esse nouam, & reddere d. l. singularem. quæ sic intellecta, nō est alibi. & subdit, quòd ideo dixit actorem condemnari virtute exceptionis dicto modo oppositæ & petitæ, seu qualificatæ, quia nisi reus hoc fecisset, sed stetisset in finibus simplicis exceptionis, non posset actor condemnari reo, vt in cap. cum dilectus. infra de ordi. cog. profecto iste intellectus est satis nota. sed tamen est valde dubius, & ad iura antiqua Digestorum posset responderi, ꝙ procedunt, quando iudex aditus per actorem erat iudex proprius ipsius actoris, vt intellexit Bar. secundū quod supra dixi. Sed l. cum Papinianus. loquitur quando actor adit iudicem non suum, quia coram illo non potuisset conueniri. Nec obst. secunda cōsideratio Ang. ex eo quòd tex. ille dicat, in eodem negotio, quia conuentio & reconuentio dicuntur esse idem negotium. argu. c. 1. infra eo. & eorum quæ latius dicam in c. fi. infra eo. in 10. princip. artic. Deinde superuenit Iustinianus author d. l. cum Papinianus.[a] qui augendo sententiam Papiniani statuit, secundum Ang. quòd etiam si iudex ipse alias non sit cōpetens iudex actoris: teneatur actor coram illo respondere, & pro hoc lex illa redditur singularior, ex qua patet quòd reconuentio potest fieri de actore, virtute ipsius exceptionis dicto modo formatæ sicut virtute reconuentionis factæ per modum & viam agendi, & subdit: No. hoc, quòd nunquam audiuisti plus, sed dic vt statim dixi. Postremò, iuri nouissimo superuenit ius Authenticorum, de quo in titu. de executoribus, & qui conueniuntur & reconueniuntur. in fi. vnde sumpta est d. auth. & consequenter, quo iure illud quod erat positū in facultate ipsius rei, certa potestate reconueniendi actorem, coram eodem iudice, fuit impositum necessitati ipsius rei, ita vt non posset, nisi coram eo. iudice reconuenire actorem, quòd ius approbatum est per iura canonica, vt dixi supra, secundum Bart. & aduerte, quia d. Anton. in c. 1. infra eo. dicit, quòd si attenditur causa immediata, prin. inductiuum mutuæ petitionis & reconuentionis surgit à iure, nam hæc potestas conceditur & extenditur in inuitum, vt in cap. 1. infra eo. Si vero attenditur primarium princ. potest dici quòd surgat à prin. voluntario, & tacito consensu agentis, quia voluntariè adit iudicem, vnde si illum vult pro se, debet etiam eundem velle contra se, vt d. l. cum Papinianus, in fi. & ibi Bart. & in auth. & consequenter, & etiam per tex. 3. quæst. 8. §. cuius in agendo. sed aduerte, quia hoc videtur esse verum vbi quis haberet plures iudices, & alterum eligeret, vel etiam si impetraret delegatū, quia tunc prin. est omnino voluntariū, sed ibi reus non habet nisi vnum iudicem, & actor illum adit, prin. istud non est voluntarium, quia ex necessitate adit talem iudicem, saltem causatiuè, si velit suum consequi, quia actor necessitatur sequi forum rei, vt in c. si clericus, & in c. cum sit generale. supra de foro compe. vnde dixit Goffr. quòd prorogatio causata à reconuentione inducitur à quadam æquitate naturali, quæ trahit prin. nō ab eo quod vult actor, sed quod velle debet, & potentialiter velle potest, & sic à quodam prin. voluntatis ficto, quia velle potest, & velle debet, cum causæ melius tractentur coram vno, quàm coram diuersis: quare ne contingat tractus ad diuersos iudices, & etiam ad sumptus & labores euitandos: non debet dedignari illum iudicem contra se habere, quem pro se elegit: quamuis ipsum adeat, nec potuerunt alium adire, secundum dom. Anto. in cap. 1. infra eo. sed dicit ibi Ioan. de Imo. quod ista ratio non videtur esse perfecta, quia etiam vbi nō potest fieri prorogatio, videtur quòd habet locum reconuentio, per id quod habetur in d. l. si idem. §. quod si mutuę. ff. de iurisdic. omn. iud. nam in illo casu propter limitatam iurisdictionem non admittebatur prorogatio, & tamen admittitur reconuentio. de quo latius dicam in d. cap. 1. in 4. princ. art. vnde dicit Ioan. de Imo. posse dici, ꝙ ratio inductiua fuit quæ colligitur ex d. c. 1. quia rationabile & iustum est, quòd actor debet respondere reo coram iudice, coram quo petit iustitiam exhiberi contra reum, vt sic commodius, & cum minori dispendio transeant istæ lites, quæ ratio etiam locum habeat in reo reconuento, de quo dicam in cap. 1. in 5. princip. artic. infra eod. in fi. Ang. vero in d. authen. & consequenter, dicit, quòd Iustinianus voluit reum necessitari ad reconueniendum actorem coram eodem iudice, propter fugiendas plures iniquas obseruationes, quæ ratione contraria frequentabantur, vt dicit tex. in d. Auth. de executoribus, & qui conueniuntur & reconueniuntur. colla. 7. sequebantur enim miseriæ & derisiones in hūc modum, quia immediatè cum actor impetrabat vnum iudicem delegatum in vno loco, reus cōtra actorem impetrabat alium in alio loco, & immediatè cū actor ad principis curiam, fortè valde remotam, decurrebat: reus ibi conuentus reconueniebat coram ordinario ipsius agentis, & sic in alio loco multum distanti: vnde depauperabatur & deridebatur, quia vexabatur per reum in diuersis locis, & ideo reconuentio apud eundem iudicem fuit inducta, tam fauore actoris, quàm rei, vt Dom. M. in c. 1. infra eo. facit c. dispendia. §. reus. de rescrip. lib. 6. & ideo Imperator induxit necessitatē reconuentionis coram eodem iudice, approbatam à iure canonico. Glo. vero in l. 1. ff. de quibus rebus ad eundem iudicem eatur, dicit quòd tria sunt, quæ in pluribus causis inducunt eiusdem iudicis aditionem, de quibus dicam in c. fi. infra eod. in 11. princip. artic. Bal. tamen in l. cum Papinianus, videtur velle, quòd potuit etiam esse ratio propter euitandam absurditatem, quia posset statui perplexitas. nam diuersi iudices possent ferre diuersas & incompatibiles sententias. de qua tamen ratione dicam in d. 11. art. posset etiā addi ratio, quia actoris & rei eadem, & æqualis debet esse conditio, vt in regula, non debet actori. ff. de regulis iuris. Et etiam facit titulus, quod quisque iuris, vt probatur in cap. 2. infra eod. & ibi per glo. & Docto.

SVM-

ADDITIO.

a ¶ *De intellectu l. cum Papinianus. C. de sen. vide Barba. in addi. ad Bal. in auth. & consequenter.*

SUMMARIUM.

1 *Prælatus & conuentus quandoque simul in eodem iudicio possunt agere.*
2 *Reconuentio super ratione naturali fundatur.*
3 *Conclusio generalis ad validitatem libelli sufficit.*
4 *Reconuentio actoris coram delegato fieri potest.*
5 *Reconuentio est fauorabilis.*
6 *Reconuentionis duo sunt priuilegia.*
7 *Monitio vnica sufficit, vt actor in causa reconuentionis respondere teneatur.*
8 *Reconuentio debet fieri incontinenti.*
9 *Iudex delegatus pro partium concordia laborare debet.*
10 *Reconuentio, apud quem fieri debeat.*
11 *Reconuentio, an locum habeat corã iudice ordinario.*
12 *Reconuentio, an possit fieri coram ordinario limitatam habente iurisdictionem.*
13 *Reconuentio, an locum habeat coram iudice penitus extraneo.*
14 *Reconuentio, an possit fieri coram iudice delegato.*
15 *Rescripta stricti iuris sunt: nec ad non expressa trahuntur, & hoc limitatur, nu. seq.*
19 *Reus quando actorem, & coram quo conuenire possit, & num. seq.*
25 *Iudex delegatus coram quo fit reconuentio, quam respectu reconuentionis dicatur habere iurisdictionẽ.*
26 *Reconuentio, an locum habeat coram arbitro.*
27 *Reconuentio inter quos, seu inter quas locum habere possit.*
28 *Clericum coram laico reconueniri posse, qualiter intelligatur, & nu. seq.*
32 *Actorem à reo posse reconueniri, qualiter intelligatur, & nu. seq.*
42 *Reconuentio quoties iterari possit.*
43 *Reconuentio in omnibus iudicijs locum habet.*
44 *Reconuẽtio in omnibus causis, obligationibus & actionibus locum habet, & hoc limitatur, nu. seq.*
57 *Reconuentio locum non habet, vbi causa celeritate indiget.*
58 *Reconuentio non admittitur in causa electionis.*
59 *Reconuentio locum non habet, si per conuentionem debitum sit liquidatum.*
60 *Reconuentio, in quibus casibus non admittatur, & nu. sequen.*
65 *Nomen rei quando inter reos receptum dicatur.*
66 *Inimicus quando accusare possit, & quando non, & num. seq.*
69 *Accusatus quando accusatorem suum reaccusare possit, & nu. seq.*
80 *Accusatus an possit reaccusare post cõclusum in causa.*
81 *Accusatus absolutus, an possit accusatorem reaccusare.*
82 *Accusatus condemnatus, an & quando possit accusatorem reaccusare.*
83 *Accusatus bannitus non potest reaccusare.*
84 *Accusatus damnatus ad mortem, reaccusare non potest.*
85 *Accusatus criminaliter, an possit accusatorem reconuenire ciuiliter.*
86 *Reus conuentus ciuiliter, an possit reconuenire criminaliter.*
87 *Conuentus de crimine ciuili, an possit reconuenire actorem ex causa mere ciuili, & nu. seq.*
95 *Reconuentio locum non habet in causa appellationis.*
96 *Reconuentio locum non habet in causa restitutionis in integrum.*
97 *Petitiones mutuæ, quando sint faciendæ.*

EX LITERIS. Reus reconuenire potest actorem etiam coram iudice delegato, qui simul audiet, & finiet vtranque causam. hoc dicit. vel sic: Iudex delegatus cõpellit actorem ad respondendum reo in causa reconuentionis, & vtranque causam ordine successiuo simul audiet, & vna sententia terminabit. hoc dicit. Et loquitur hęc decretalis de eodem facto, de quo c. causam quæ. el secondo, inf. de testi. diuiditur. primò ponit mandatum, quod postea iustificat. ibi, mandamus. & in tex. ibi, Maturenensis. dic qui erant actores, & potest poni exemplum per cap. veniens. de transla. In tex. ibi, eos proponunt, dic, scilicet, Abbas & fratres. de quibus infra. & intellige reconueniendo, scilicet, actores non excipiendo, quia tunc procederet, vt dicitur in l. si quidem. C. de excep. & in c. 1. infra de ord. cog. Et in tex. ibi, eum sibi. dic, scilicet plebano & clericis. Et in tex. ibi, postulent. dic, scilicet, plebanus & clerici.

1 ¶ † Primò no. ibi, plebanus & clerici, arg. quòd prælatus & cõuentus quandoque simul agunt principaliter in eodem iudicio. de qua materia latius in c. edoceri. supra de rescrip.

2 ¶ † Secundò no. ex principio ibi, rationis ordo exigit, quòd reconuentio est fundata super ratione naturali. Et hæc ratio naturalis colligitur a l. cum Papinianus. in fi. C. de sent. & interloc. omn. iudi. canonizata. 3. quest. 8. §. cuius in agendo. & est duplex ratio reconuentionis institutæ: vna pro reo contra actorem: altera pro actore contra reum, vt prosequitur hic Dom. M. Sed tu dic vt latius dixi in rub. in 3. princ. artic.

3 ¶ † Tertiò no. ibi, iustitiam postulant exhiberi, quòd ad validitatem libelli, sufficit generalis conclusio. videlicet, quare peto de prædictis mihi iustitiam exhiberi. Ad quod vide quæ latius dixi in c. 2. sup. tit. proxi. in 13. prin. art. q. 2.

4 ¶ † Quartò no. quòd coram delegato potest fieri reconuentio actoris: licet coram arbitro non habeat locum talis reconuentio, de quo dicam latius infra in 4. princ. art. q. 3.

5 ¶ † Quintò no. ex prædictis & ex tex. quòd materia reconuentionis est fauorabilis, quod patet, quia ipsius reconuentionis virtute, iurisdictio delegata extenditur ad res non expressas in rescripto, contra regulam iuris, de qua in c. sedes. de rescrip. & in cap. cum olim. sup. de offi. deleg. cum sim. dicam latius infra in 4. art. q. 2.

6 ¶ † Sextò no. duo priuilegia reconuentionis. primum est iurisdictionis prorogatiuũ: extendit enim iurisdictionem iudicis, in causa reconuentionis contra actorem, in illum qui alias non habebat in eum iurisdictionem, de quo latius dicetur in 4. art. & in c. seq. 10. prin. art. Secundum priuilegium est simultanei processus: hoc est, quia conuentionis & reconuentionis simul ac vicissim est tractanda, & vna sententia terminãda. quod qualiter intelligatur, dicam in c. seq. in 10. prin. art. vbi etiam videbimus, an ista priuilegia sint separabilia.

¶ † Septi-

7 ¶ † Septimò no. ibi, monitione præmissa, quòd ad hoc vt actor teneatur respondere reo in causa reconuentionis, sufficit vnica monitio. de quo dicam infra in c. seq. in 9. prin. art.

8 ¶ † Octauò no. ibi, incontinẽti, arg. quòd reconuentio debet fieri incontinenti: videlicet in actu conte. lit. vel immediatè post: de quo latius dicam infra in 7. princ. artic.

¶ Nonò no. ibi, actione proposita, ꝙ licet actor conueniat reum super vna re, seu actione: tamen potest reconueniri per reum super pluribus, vt patet ex tex. ibi dum dicit, super suis quæstionibus, & si respectu rei loquitur in plurali, & tamen respectu actoris fuit locutus in singulari.

¶ Decimò no. ibi, vicissim. iuncta glo. 1. quòd illud dicitur vicissim fieri, quod fit eodem tempore, quamuis per actus successiuos, nõ celebratos in eodem temporis momento.

9 ¶ † Vltimò no. ex fine literæ, quòd iudex delegatus debet laborare pro ipsarum partium concordia, & de hoc latius in Glo. fi.

¶ Glo. 1. in princ. tractat, qualiter fieri debeat reconuentio. de quo art. latius dicam, infra in c. seq. in 10. princ. artic. Secundò Glo. in ver. & si actor. quærit de pœna actoris nolentis respondere reo reconuenienti, de quo dic vt latius dicam in cap. seq. in 9. artic. Tertio loco, Glo. in ver. & si iudex hoc negligeret, quęrit quid iuris, si iudex negliget admittere, seu procedere super reconuentione, de quo latius dicam in c. seq. in 10. princ. artic. Quarto vero loco in versi. si vero, quærit, quando fieri debeat reconuentio, & ponit tres opiniones Legistarũ: subdens, quòd hodie quęstio prædicta, iure nouissimo est sopita, de quo dic vt latius dicam infra in 7. prin. art.

¶ Quintò & vltimò, Glo. in versi. item etiam est argumentum. glo. tollit ar. & allegat multa iura concordantia. In contrarium vero quinque iura, & solum soluit vltimum contrarium de l. fin. C. de compensa. vbi contra repetentem depositum nõ admittitur compensatio debiti. dicens, quòd illud est speciale in deposito. In fi. Glo. dicit Ioan. And. respondet ad alia iura in contrarium allegata, quòd loquũtur similiter in casibus specialibus, videlicet, in schismaticis, intrusis, & excommunicatis, qui non conueniunt, & tamen conuenire possunt, & sequitur hic Dominus meus, & Ioan. de Imo.

¶ Glo. 2. sentit contrarium, & soluit. in fi. Glo. dic de hoc vt latius dixi in c. 2. supra de libelli obla. in 12. prin. art. in 11. quæst. princ.

¶ Glo. super verbo, incontinenti, quærit, quid importet verbum incontinenti, & soluit exponendo multipliciter. in fi. Glo. dic, qualiter, quo ad materiam nostram, intelligatur istud verbum, incontinenti, & sic quando fieri debeat reconuentio. dic,
a vt latius dicam, infra in 7. princ. arti. Sed [a] quantum ad istud quod secundo loco Glo. tangit de significato istius dictionis, incontinenti, & similibus, vt puta statim & mox. Nam hic in causa reconuentionis Papa vtitur verbo incontinenti, & in eadem materia, Iustinianus in auth. & consequenter, vtitur verbo, statim, & etiam in eadẽ materia in Auth. de executoribus, & his qui conueniunt & reconueniũtur, vtitur verbo, mox, & sic ista sunt synomina, & pro eodem supponuntur. Et idem dicas de verbo, continuo, subito, confestim, quamprimum, sine interpellatione, aut temporis intermissione, & sic de similibus, de quorum significatu, vide Glo. in cap. quia propter. supra de elect. & 20. q. 2. c. in qualibet. Et per Bar. in l. 1. ff. de verb. oblig. & in l. 1. ff. iud. sol. Et concludit hic Dominus Meus, quòd vbi aliud non exprimitur, relinquitur arbitrio iudicis, quando quid dicatur fieri incontinenti, arg. l. ratum. & l. quod dicimus. ff. de sol. & in l. si peculium. ff. de statu lib. facit de conse. dist. 5. c. nunquam, & quod ibi no. Tu vero distingue post Henricum Bo. in c. præterea. de test. cog. quibusdã additis, vnde in primis dico, quòd tales dictiones assumuntur secũdum subiectam materiam, & naturam contractus & rei de qua fit sermo, vt in l. si vno. in prin. ff. de loc. Ex qua regula sequitur, quòd aut tales dictiones proferuntur super materia exigente actum vno celebratũ cõtextu, vt in negotio electionis, stipulationis, factionis testamenti, & similibus, & tunc dictio, incontinenti, & similes dictiones debent exponi, id est, antequam diuertatur ad extraneos actus, vt l. 1. §. 1. ff. de verb. oblig. & in l. duos reos. §. duo. & l. eadem. §. qui duos. cum sua Glo. ff. de duobus reis. & in l. hęredes palam. §. pen. & l. quod ait. ff. ad l. Iul. de adult. & in c. quia propter, & in c. cum post petitam. supra de elect. & ita potest intelligi c. præterea, infra de testi. cog. & tex. in Auth. de test. §. illud. Si tamen modicũ interuallum interponeretur nõ noceret. arg. ff. ad l. Falc. l. 1. §. idem si ita. & C. de testi. in l. cum antiquitas. Ita enim quæ incontinenti fieri debent, non pręcipiti festinatione, nec moratoria cunctatione facienda sunt. ff. de admi. tu. in l. tutor qui repertoriũ. 1. responso. in fi. Aut proferũtur super materia seu rebus, quę non sunt expediendę vno contextu, & tunc aut proferũtur super materia seu rebus, quæ de sui natura, vel à iure habent temporis dispositionem & limitationem: sicut sunt probationes quæ fieri debent post litis contestationem, & tunc ad illud debent exponi, & referri tales dictiones: nisi per ipsarum partium conuentionem aliud inducatur, vt legitur & no. in c. quàm sit. de elect. lib. 6. & ita potest intelligi materia nostra, cum dicit quòd incontinẽti fieri debeat reconuentio, de quo latius dicam in 7. art. Aut proferuntur super materia seu rebus, quæ de sui natura, vel à iure non habent tempus dispositum vel limitatum, & tunc debent intelligi quàm cito commodè fieri potest. ff. de statu lib. in l. si decurionõ. §. fin. & l. 2. §. confestim. ad senatus consul. Tertul. iuncta l. nepos Proculo. ff. de verb. signi. Ex causa enim istæ dictiones recipiunt temporis interuallum, & in dictis iuribus, & in l. 3. §. admittenda. ff. de acquir. possess. & ibi Glo. & l. per interuallum. ff. de iudi. & in l. frũctus. ff. solu. matr. & in l. ita stipulatus. & in l. stipulatus sum dam. ff. de verb. oblig. & in l. 1. C. de compen. & in l. licet. ff. de arb. & in l. momentaneæ. C. vnde vi. & per Glo. in cle. 1. de offi. deleg. & ideo tunc plurimum versatur arbitrium

ADDITIO.

a *¶ No. significationem harum dictionum, statim, & incontinenti, mox, & huiusmodi, vide etiam per Doct. in l. 1. ff. si cer. pet. & in l. continuus. in prin. ff. de verb. obli. in l. hæredes palam. §. si. ff. de testamentis.*

trium iudicis, secundum quod supra dixi. Et prædicta notabis ad intellectum statutorum & priuilegiorum, aut similium depositionum.

¶ Glo. pen. primo sentit quæstionem, an mutuæ petitiones locum habeant in possessorijs, vel in possessorio & petitorio, de quo artic. dic vt latius dicam infra in 6. princ. art. Deinde Glo. in versi. & sic no. ponit vnum effectum reconuentionis: videlicet, ꝙ per reconuentionem fit iudex, quia alias non habet iurisdictionem in reconuento, de quo latius dicam in c. fi. infra eodem, in 10. princ. art. Et tacitè interserit glo. quod talis reconuentio potest fieri tã coram ordinario, quàm delegato, de quo latius dicam, infra in 4. princ. artic. Deinde glo. ex prædictis infert ad decisionem, an clericus conueniens laicum coram laico, possit coram eodem reconueniri. & soluit limitando, de quo latius dicam, infra in 5. princ. arti. Et in fi. glo. format quæstionem, an in causa criminali habeat locum reconuentio, sed dic de hoc vt latius dicam, infra in 6. princ. artic.

¶ Glo. fi. colligit arg. ex tex. quòd iudex debet laborare, vt partes reducat ad concordiam, ꝙ probat multis iuribus. In fi. glo. Dom. Ant. hic latè prosequitur hunc ar. Sed quia hæc decretalis erit satis grauata sua princ. materia, & articulus ipse melius conuenit tit. de transf. ideo dic de eo vt latius ibi dicam in c. fi. ¶ Postremò, iuxta ea quæ diximus in Rubr. veniamus ad expeditionem articulorum, de quibus dixi me hic dicturum, & iuxta ordinem ibi præmissum descendo ad 4. princ. art.

ARTICVLVS IIII.

QVARTO igitur princ. artic. coram quibus iudicibus seu apud quos iudices possint & debeãt fieri mutuæ petitiones, prosequor infrascriptas quæstiones principales.

¶ Primò, apud quem regulariter fieri debeat reconuentio.

¶ Secundò, vtrum possit fieri coram ordinario: siue loquamur in ordinario consistorij Principis: siue in alio ordinario, siue sit ordinarius superioris gradus: siue inferioris, qualis pedaneus. Item siue loquamur in ordinario non habente limitatam iurisdict. siue in habente limi. iurisdict.

¶ Tertiò, vtrum coram delegato habeat locum reconuentio.

¶ Quartò, quid de arbitro.

10 ¶ † Primò igitur quæro, apud quem fieri debeat reconuentio. ¶ SOL. Dic breuiter, quod debet fieri apud eundem iudicem, apud quem fit conuẽtio: hoc enim denotat ipsum verbum, mutuę petitionis & reconuentionis, vt hic & in c. seq. & 3. q. 8. c. cuius in agendo, & in l. cum Papinianus. C. de sent. & interloc. omn. iud. vbi tex. dicit, coram eodem; & in auth. & consequenter. eo. tit. vbi tex. dicit, apud eundem. nec mirum, quia causæ continentia non est diuidenda, vt l. nulli. C. de iud. & in c. 1. infra de sequestra. poss. & fruct. & probatur etiam in iuribus præallegatis. vel melius dic, ꝙ ideo debet tractari apud eundem iudicẽ, quia causa reconuentionis est causa incidens. Quæ quidem incidens [a] causa, debet apud eundem iudicẽ tractari & terminari, vt l. quoties. C. de iudi. Nam per viam incidentiæ potest regulariter iudex cognoscere de causa, de quã principaliter non potuisset, vt no. in d. l. quoties. & latius apparebit ex infra dicendis. Alias autem rationes propter quas mutuæ petitiones, & materia reconuẽtionis fuerũt inducta, dixi sup. in Rub. in 3. prin. art.

11 ¶ † Secundò principaliter quæro, vtrũ corã iudice ordinario habeat locum reconuẽtio. ¶ SOL. Distingue, ꝙ aut reconuentio fit super eadẽ re seu negotio, & casus est clarus, quia tam iure Digestorum quàm iure nouissimo fieri debet coram eodem iudice, etiã ordinario, vt in l. 1. ff. quibus rebus ad eundem iud. eatur. dixi supra in Rub. in 3. prin. art. & dicam infra in c. fi. in 11. prin. art. Aut fit super diuersis rebus, & distingue, ꝙ quandoque actor cõuenit reum coram iudice ipsius rei: quandoque vero conuenit corã iudice ordinario ipsius actoris: quandoque vero, & tertio, actor conuenit reũ coram iudice penitus extraneo, qui neque ipsius rei, neque actoris est iudex. Primo casu, Glo. pen. hic ibi, siue sit ordinarius, & in versi. ordinarius habet iurisdictionẽ, vult quòd coram ordinario possit fieri reconuẽtio. Quidam vero, vt refert hic Io. Cald. tenebant, ꝙ coram tali ordinario non haberet locum reconuẽtio, quia hoc c. & sequens loquuntur in delegato: secus in ordinario. arg. c. nonne. inf. de præsump. Et est ratio diuersitatis, quia impetrans delegatum vtitur iure speciali: [b] quo iure debet etiam posse vti aduersarius, vt in c. seq. cum concordantijs. Sed agens corã ordinario, vtitur iure communi. Sed ipse Io. Cald. tenet opi. Glo. quod habeat locum reconuentio. Et dicit Zab. quod ideo in hoc c. & sequenti dicitur tantum de delegato, quia de ipso erat maius dubium: cũ delegatus non cognoscat nisi de expressis in rescripto, vt supra de offi. deleg. c. cum olim. & c. P. & G. Mouetur etiam Io. Cald. & post eũ Zab. per tex. in d. l. cum Papinianus, & in auth. & consequenter, quæ loquuntur generaliter, & optimè etiam facit c. 2. & c. fi. ff. de ord. cog. Sed tu aduerte, quia quidam volunt quod tex. in d. auth. & consequenter. solum loquatur in delegato, quia loquitur de recusatione, & ordinarius de iure ciuili recusari non potest, vt in auth. si vero contigerit. C. de iud. Sed Glo. & cõmuniter Doct. iuris ciuilis dicunt, quod dicta auth. habet locum etiam in ordinario. Nam licet ordinarius per recusationem non possit in totum remoueri: tamen purè recusari potest, & petitur ꝙ ei alius associetur, vt d. auth. si vero. dixi latius in c. cum speciali. inf. de appel. Et sic volunt ꝙ reconuentio habeat locum, etiam coram ordinario. Et hoc expressè tenet glo. in d. auth. in verbo, recusari, & Bar. [c] ibi & communiter

ADDITIONES.

a ¶ *Et quæ dicatur causa incidens, quæ vero emergens, vide magistraliter per Bar. in l. 1. 3. col. C. de ordi. cog.*

b ¶ *Quoniam aduersarius vtitur iure speciali, eod. iure vtitur altera pars facit l. fi. C. de fruc. & li. expen.*

c ¶ *Bart. in d. auth. & consequenter. 4. colum. ver. procedo vlterius. verum tamen Bal. videtur tenere contra, quòd corã ordinario habeat locum ista reconuentio. ita Bal. in l. cum Papinian. ver. quæro nunquid per ius antiquum. quicquid sit, si reconueniatur corã alio ordinario & non opponatur, tenet processus, ita Bar. in d. auth. & consequenter. 6. col. ver. quæro, nunquid in causa appell.*

muniter Doct. & sentiunt D. Anto. & D. meus hic. & tenet expressè Io. And. in addi. Spec. eod. titu. §. 1. in prin. per tex. in Auth. de executo. & his qui cõueniuntur & reconueniuntur. §. illud. colla. 7. Nam per illum tex. dum dicit, gloriosissimorum, patet quòd loquitur in ordinario. & ibi dum postea dicitur, ꝙ potest recusari, patet ꝙ loquitur in delegato. & idē tenet glo. mota prædictis rationibus in d. §. illud. super verbo, gloriosissimorum. Est tamen aduertēdū circa hoc, quia Ange. in d. auth. & consequenter. videtur distinguere, vtrum reus necessitetur reconuenire actorem coram eodem iudice: Aut quæritur, vtrum possit. Primo casu, dicit Ang. ꝙ coram ordinario non necessitatur reconuenire actorem, nisi sit ordinarius consistorij Principis. & ideo vbi cõuenitur coram alio ordinario, nunquam cogitur coram eo reconuenire actorem. mouetur, quia dicta auth. solum loquitur in delegato, & ordinarij consistorij Principis. vnde cum veniat ad correctionem iuris antiqui, nō debet extēdi ad alios casus. Sed Iac. But. decidendo præcisè tenet, quòd nunquam possit fieri reconuentio, nisi coram eodem etiam ordinario, durante instantia. Sed dicit Ang. ꝙ hoc est falsum, per rationem prædictā. Sed mihi videtur ꝙ quāuis opi. Ang. sit sustētabilis, tamen opi. Iac. But. plus placet, quam etiam videtur sequi communiter omnes Doc. simpliciter volentes, ꝙ coram ordinario possit fieri reconuentio, nullam facientes differentiam inter ordinarium existentem in consistorio Principis, & aliū ordinarium. Item moueor, quia ratio l. cum Papinianus. & l. nulli. C. de iudi. vendicant sibi locū etiam in alio ordinario, & etiam quia materia reconuentionis est fauorabilis, vt dixi supra in 5. notabili. Quæ omnia suadent, vt etiam corā alio ordinario, quàm consistorij Principis, possit fieri reconuentio, cogitabis, quia Doct. non tangunt. Si verò quæritur vtrum reus possit reconuenire actorem coram eodem iudice ordinario, etiam alio quàm consistorij Principis, quod fuit secundum membrum Ang. & sic licet non necessitetur, an saltem possit recōuenire. Bar. hoc casu vult ꝙ semper coram eodem possit fieri reconuentio, non obstante quòd iudex non sit aliàs iudex ipsius actoris, dummodo ipsum iudicem elegerit ex voluntate, vel ex necessitate causata, vel à facto suo solo, vel à facto tam sui, quam rei cõuenti: puta quia adiuit iudicem rei, & sic ex necessitate iuris, qua actor tenetur sequi forum rei, vt l. fi. C. vbi in rem actio. & in c. si clericus. & in c. cùm sit generale. supra de foro compe. hæc tamen necessitas habuit originem etiam à volūtate ipsius rei & actoris, ratione cōtractus initi inter eos. Et sic ipse actor hāc necessitatem sibi imposuit contrahendo. & ita intelligatur d. l. cum Papinianus. Sed si actor adiuit iudicem ex necessitate causata à facto rei dūtaxat, exemplum, quia reus intulit iniuriam actori, vel furtum sibi fecit, aut rapinam, & tūc non potest recōueniri coram eodem, quia non elegit eum ex volūtate, mouetur per l. 1. ff. cum qui appellat in prouincia. facit etiam. ff. de iudi. l. 2. §. legatis. vbi legatus passus iniuriam in loco legationis, tempore legationis, licet ibi agat: non tamen cogitur respondere, de quo latius dixi in c. fi. supra de foro cōpe. art. 5. Sed dicit Ang. quòd contra prædictam opi. multū facit d. l. 1. si ponamus ꝙ ille qui appellauit, ibi fuerit actor in causa princ. Nam eo modo, ipse videtur ex facto suo sibi necessitatem imposuisse. & tamē nō cogitur respondere coram iudice appellationis, sed in prouincia. vnde dicit Ange. ꝙ iste art. est multum dubius, quia alij Doct. cõmuniter tenent, quòd coram quolibet ordinario possit fieri reconuentio. nec distinguunt, an iste ordinarius fuerit aditus per actorem ex necessitate, vel nō. finaliter ipse Ang. concludit, quòd si tam actor, quam reus sunt eiusdem fori, possit fieri reconuentio, & vera sit opin. communis Docto. Et hoc suadet æquitas euitationis circuitus. ar. l. dominus testamento. ff. de condi. inde. & cle. auditor, de rescript. Et etiam ratione fugiendæ fatigationis litium, vt in cap. dispendia. de rescript. lib. 6. Sed si non sunt eiusdem fori, iniquum esset quòd actor propter litem inferendam ipsi reo, cogatur per viam reconuentionis stare in domicilio ipsius rei, & ideo remittendus est ad locum domicilij sui, ne fatigetur sumptibus, vt probatur in dicta l. 1. eum qui appellat in prouincia, & in dicto §. legatis. Et sic procedat opin. Barto. secundum Ange. qui dicit, quòd hæc opi. est multum notanda, & est sua noua opi. & certè prima fronte videtur æqua, & ideo satis colorata. Sed tamen rationes inductiuæ reconuentionis, videntur concludere in contrarium. & profectò molestè fero quòd propter multiplicitatem negotiorum, & propter calores intensos non sit datus amplior, & maturior cogitandi locus. Sed aduerte, quia dubium est, vtrum fieri debeat reconuentio coram eodem iudice ordinario in specie, an vero sufficiat quòd fiat coram alio eiusdem tribunalis. Ioan. Andr. tangit hoc dubium in tit. de reconuen. §. primo. ver. quid si cõuentus. & ibi tenet quòd sufficit, quòd fiat coram eodem tribunali, licet diuerso iudice, quia vnum est officium & tribunal. ff. de officio procons. in l. meminisse. ff. ad municip. l. magistratus. Sed sub alio iudice habente diuersum officium, licet subsit sub eodem domino vel iudice, non potest fieri reconuentio, per d. l. cum Papinianus. C. de senten. & interlo. omn. iud. quæ dicit coram eodem iudice. & per prædictam authen. & consequenter. quæ dicit, apud eundem iudicem, & ad hoc ff. iudi. sol. l. cum apud. secundum Ioannem Andræam, & sequitur hic D. Anton. & ad prædicta dicit Ioan. Andr. quòd coram diuersis delegatis à Papa, non habet locum reconuentio. de quo dicam statim in 3. quæst. princip. Item aduerte, quia prædicta procedunt, quando actor trahit reum coram iudice ipsius rei per ipsum actorē electo, secus si prius traxit coram vno iudice, & reus habens electionem pluriū iudicum, voluit trahi coram alio, exemplum in scholari, qui tractus coram vno iudice suo, ex priuilegio alium iudicem sibi elegit, secundum formam authen. habita. C. ne filius pro patre. Nam tūc actor coram illo non potest recōueniri, per d. auth. habita. secundum Iac. de Are. & Cyn. ibi. mouentur, quia agens non agit sponte coram tali iudice electo per reum. Vnde cum non eligat illum iudicem, debet posse illius forum declinare, & ideo non debet reconueniri. argu. l. secunda. §. sed si agant. ff. de iudi. Et eandem opin. tenet Bal. & Saly. in d. l. sed si agant. moti ratione vrgentiori, quia actor hic trahitur, & non trahit, vt l. fina. ff. quod quisque iur. quod tamen procedit, secundum eos, nisi reconuentio

tio fiat ex eodem negotio. Ita quòd vẽtilatio sit connexa, quia tunc procedit reconuentus, non per authen.& cõsequenter, cum si. sed per l.1.ff.de quibus rebus.& l.nulli. C.de iudic. Est tamen aduertendum quòd Ioan. de Imo. hic in fi. allegando similiter tenet, quòd scholaris conuentio non potest reconuenire actorem, nisi actor sit scholaris.& alleg. Cyn. in d.auth.habita. in 5.quæst. & idem dicit hic Ioan.de Imo. quando artifex conuenitur sub suo massario, hoc est rectore illius artis, ab actore qui non est de illa societate, hoc est de illa arte. & idem sentit hic Do. Anton. motus, quia, vt dixi, actor inuitus adit talem iudicem: cum eligere iudicem hoc casu spectet ad reum, tum etiã quia talis est iudex certarum causarum. & per hoc dicit hic dominus Antonius, quòd coram inquisitore hæreticæ prauitatis non procederet reconuentio, quia habet tantum cognitionem determinationis causæ. & quia vt plurimũ procedit ex officio, ad hoc quod no. Glo. infra de accusa.c.qualiter, & quando. secundum Do. Anto. Tu dic de hoc vltimo vt dicam infra in 6.prin. artic. Sed aduerte, quia nõ videtur eadem ratio, & æqualis proportio conuenti coram massario, & scholaris conuenti coram vno iudice, nisi daretur quòd artifex conuentus coram massario, haberet electionem iudicis, sicut scholaris, & circa tamen prædictum articulum, dicit hic Dominus meus, quòd prædicta opin.do. Anto. & aliorum non sibi placet indistinctè, quòd scholaris reus nõ possit reconuenire actorem, quia ratio in contrarium assignata, quòd actor inuitus adit talem iudicem, non est vniuersaliter vera. Non enim procedit, si actor sponte eligit vnum ex iudicibus ipsius scholaris, cui electioni scholaris consentit, & est contentus respondere sub illo. Item non procedit, si vigore statuti non potest scholaris declinare iurisdictionem illius: puta rectoris sui. Itẽ dicit Bal.in d.authen.& consequenter, ex quo scholaris habet à iure ex priuilegio potestatem eligendi iudicem, non debet hoc priuilegium esse sibi damnosum, & sibi auferre iurisdictionis dispositionem circa facultatem reconuentionis faciendæ. argu. regulæ, quod ob gratiam. de regu.iur. lib.6. & l.quod fauore. C.de legi. Item secũda ratio non videtur bona, quoniam talis iudex non est iudex scholarium certarum causarum: Sed in omnibus causis eorum, sicut quilibet superior est iudex in causis subditorũ, quando causæ vertuntur inter se, aliquid mouent contra eos. Præterea sicut istorum iudicium, videlicet Doctoris, Rectoris, & alterius Præsidis, seu etiã aliorum præsidẽtium, alicui collegio iurisdictio est prorogabilis, vt no. Barto. in l.1.ff.de iudi. de quo latius dixi in c.significasti. supra de foro compet. in 4. princ.artic. quæst.3.& 4.& in 5.princ.artic.q.7. Item & fortius debet procedi prorogatio per viam reconuentionis,[a] quæ est magis fauorabilis. argu.d.cap.significasti.& c.dilecti. supra de foro compe. tetigi supra, tangam in 6.prin. articu. Et euidenter colligitur ex eo, quia electi non possunt directè prorogare iurisdictionem nõ sui iudicis, sine licentia superioris, vt dicto cap. significasti. & tamen possunt per viam reconuentionis, vt hic, de quo latius dicam in 5.princip. articu. &c. Vnde per conclusionem distinguit Dominus meus, quòd aut actor eligit vnum ex iudicibus scholaris, sed ipse scholaris non contentus hac electio. ex priuilegio sibi concesso eligit alium, & tunc non habet locum reconuentio, quod procedit summa æquitate, quia ipse actor non eligit illum iudicem, sed reus, & sic cessat ratio d. l.cum Papinianus. in fine. & canonis, cuius in agendo. 3.q.8. Subdit tamen quòd de rigore posset defendi oppositum, vt sentit Baldus in dicta authen.& cõsequenter. quia scholaris hoc habet ex priuilegio, quod nõ debet sibi auferre facultatẽ iurisdictionis. & ex quo cum eo cõtraxit, vel quasi, debuit cogitasse hoc euenire posse. argu. l.si quis domum. ff.loca. Aut scholaris non habet nisi vnum iudicem, vel si habet, est contentus respondere coram electo per ipsum actorem, & tunc sine dubio procedit recõuentio, vnde subdit se credere quòd in his qui præsunt alicui priuilegio, idem sit dicẽdum ex ratione prædicta, quia istorum iurisdictio est prorogabilis cõsensu partiũ. ergo debet habere locum reconuentio, secundum quod generaliter sentit Barto. in d.authen.& consequenter. & supra dixi secundum Dominũ meum, & ista opin. videtur mihi rationabilis & iusta, & eam videntur sentire Bal. & Saly. & in d.authen.habita. & eam fueram imaginatus ante quàm viderim Dominum meum. Et aduerte, quia quod dixi quòd coram ordinario potest fieri reconuentio, procedit, nisi reus declinauerit iudicem, vel per ipsum reum aliquid sit oppositũ, per quod si vellet reconuenire videatur sibi contrarius: videlicet, si opposuit inhabilitatem personæ iudicis, aut actoris, vel ineptitudinis libelli, quia tunc reus non potest reconuenire actorem, nisi finita tali declinatoria, vel dilatoria, aliàs esset sibi contrarius, secundum Bald. in d.auth. & consequenter. in princ. & mihi placet, quia quotiescunque opponeretur qualitas impediens conuentionem, non posset esse locus reconuentioni, quæ mensuratur ad instar recõuentionis, per ea quę dixi supra in Rubri.artic.1. Et ex hoc infertur, quòd si reus recusat iudicẽ, non potest reconuenire actorem, nec coram eodem, nec coram alio. argu. prædictorum.& no. per Glo. penult. & per Innocentium, in cap.dispendia. §.reus quoque. de rescript. lib.6.& per Ange. in d.authen.& consequenter. quod arbitror procedere de iure canonico, tam in ordinario quàm in delegato, quia de iure canonico etiã ordinarius potest recusari in totum, sed de iure ciuili, cũ ordinarius non possit in totum recusari, sed detur adiunctus, vt in auth. si vero contigerit. C. de iudi. de quo latius dixi in c.cum speciali. infra de appel. Arbitror quòd reconuentio debeat fieri coram ordinario recusato, & coram sibi adiuncto, aliàs si hoc non diceremus, de facili coram ordinario possit deludi materia recõuentionis necessaria, quia semper reus recusaret, cum non sit necessarium proponere, vel saltem probare recusationis causam, vt dixi in d. capitu. cum speciali. & sic posset reconuenire actorem coram alio iudice. Nec obstat quod supra dixi de scholari cõuẽto coram vno ex suis iudicibus, qui eligit aliũ, quia nulla hic fit electio iudicis per conuentum, nec deseritur in totum iudex coram quo reus

ADDITIO.

[a] ¶ *Et an per viam reconuentionis, vide Cyn.& Bal. in authen.habita. 10.col. quæst.5. C.ne filius pro patre.*

reus conuenitur, sed à iure ordinario recusato, adiungitur Episcopus, vt d. authen. si verò. Sed in delegato, qui vtroque iure potest recusari nec datur adiunctus, arbitror quòd pendente recusationis articulo, non possit conuentus nec coram eodem, nec coram alio reconuenire actorem, donec causa recusationis sit sopita, per ea quæ supra dixi. Sed si fortè reus prius conueniret actorem coram eodem iudice, postea ex noua causa suspitionis ortæ, recusauit iudicem: maius videtur esse dubium. Arbitror tamen quòd pendẽte recusationis causa, non debeat procedi super reconuentione: tum quia res deuenit ad casum à quo non potuit incipere. argu. l. si à me. & l. si alter. aliàs incipit, Iulianus. ff. de iudic. cum simi. tum quia causa reconuentionis regulatur à causa cõuẽtionis, vt supra dixi. & simul debet in vtraq; procedi, secundum quod latius dicam in c. fi. in 10. princ. articu. tum etiam quia ex quo reus non vult ipsum iudicem, tãquam suspectum, in actione contra eum mota, per consequens non debet illum habere in actione per eum mouenda, per viam reconuentionis, per tex. in d. l. cum Papinianus. in fi. à contrario. Et per argumẽtum à contrario regulæ, cuius in agendo. 3. quæst. 8. Et no. prædicta, quia nouissima sunt. Vtrum autem actor reconuentus possit iudicem recusare, dicam in c. seq. in 8. princ. arti. Et ex prædictis potest generaliter concludi, quòd tunc locum habet reconuentio, quando cæteræ qualitates ad reconuentionem faciendam non repugnant dictæ reconuentioni, vt qualitas actoris, vel rei conuenti, vt quia actor est clericus, & conuenit reum coram iudice seculari, secundum quod dicam infra in 5. princ. artic. vel qualitas causæ de qua ageretur, secundum quod dicam in 6. artic. vel temporis quo fieret reconuentio, de quo dicam in 7. princ. articu. vel nisi repugnaret qualitas formæ seruandæ, secundum ea quæ dicam in c. seq. in 10. prin. artic. Et prædicta notabis, quia non solum procedunt respectu reconuentionis fiendæ coram ordinario, sed etiam coram delegato, de quo statim dicam in 3. q. princ. intelligendo tamen secundum superius dicta.

12 ¶ † Secundo casu, quando iudex ordinarius haberet iurisdictionem limitatam, arbitror distinguendum, quòd aut habet limitatam iurisdictionem respectu personarum: puta, quia non potest cognoscere nisi inter tales personas. Et vide ad hoc aliqua quæ dixi in Rubri. in 3. princ. artic. & quæ latius dicam infra in in 5. princ. artic. Aut iudex habet limitatam iurisdictionem respectu causarum: vt puta, quia non potest cognoscere à tanta summa supra: quia non potest cognoscere de causis spiritualibus, & dic vt dicam in 6. princ. articu. Et ex prædictis infertur, vtrum coram paribus, qui habent limitatam iurisdictionem cognoscendi de causis feudalibus inter dominum & vasallos, de quo latius dixi in cap. ex transmissa. supra de foro competen. in 1. quæstio. princip. in primo membro. Et dic quod potest fieri conuentio coram ipsis paribus, etiam de re non feudali, vt dixi in d. c. ex transmissa. in 1. quæst. in primo membro, quasi in fi. in vers. postremo. quæst. 10. &c. Et idem arbitror si esset quæstio inter vasallos eiusdem domini inferioris, de causa feudali, intelligendo quòd prędictus dominus non esset ordinarius eorum in reliquis, ad quod vide quæ dixi in d. c. ex transmissa. in d. 1. q. in 3. membro princ. Et ex prædictis habeo expeditum primum membrum, quando actor conuenit coram iudice ipsius rei.

¶ Circa secundum membrum, quãdo actor conueniet reum coram suo iudice, non est dubiũ quòd reus potest ipsum conuenire coram eodem iudice, non solum ex priuilegio reconuentionis, sed etiam fori quem sortitur actor, si esset cõueniẽdus debet, seu posset coram illo conueniri, vt in c. cum sit generale. supra de foro compe. Arbitror tamen hoc casu ponderandum esse, vtrum reus agat cõtra actorem per viam conuentionis, aut per viã reconuentionis, quia si per viam conuentionis, posset actor excipere quòd iudex ille nõ potest de causa illa cognoscere, propter limitatã ipsius iurisdictionem. Pone enim quòd actor agit ad 60. coram iudice habente potestatem cognoscẽdi duntaxat vsque ad centum, reus vero petit ab actore 150. per viam conuentionis, arbitror quòd nõ possit, licet aliàs sicut iudex actoris vsque ad summam, de qua potest cognoscere. & tamen si reus ageret per viam recõuentionis, deberet audiri, & posset cognoscere de summa transcendente iurisdictionem suam, vt l. si idem. §. quod si tuæ. ff. de iurisd. omn. iudi. ac etiam vide quod dicam in 6. princ. art. Potest etiam oriri alius magnus effectus, si agatur per viam reconuentionis, qui non oriretur per viam conuentionis. Nam primo casu, causæ erũt simultaneè cognoscendæ & determinandæ secundum ea quæ dicam latius in c. fin. in 10. princ. artic. quod non contingeret, quãdo ageret per viam conuentionis. Item fortè sequeretur iste effectus, quòd si scholaris conueniret reum coram vno ex suis iudicibus, & reus reconueniret actorem coram eodem, arbitror quòd scholaris non posset eligere alium iudicem, quàm illum coram quo conuenit reum, per d. l. cum Papinianus. in fi. C. de sent. & interlo. omn. iudic. & regulam d. §. cuius in agẽdo. 3. quæst. 8. quæ generalis, si conueniret ipsum actorem, quia tunc nihil obesset actori, quòd minus ipse tanquam scholaris possit alium iudicem eligere, secundum formã authen. habita. C. ne fil. pro patre, nisi fortè ageret cõtra eum de eod. negotio, secundum formam l. 1. ff. de quibus reb. ad eundẽ iud. eatur. & l. nulli. C. de iudi. ad quod vide quæ dicam in seq. c. in 11. princ. artic. Et prædicta etiã notabis, quia nouissima sunt. Intellige tamen quæ statim dicta sunt de reconuentione, secundum limitationes de quibus dixi in pręcedenti membro, videlicet, nisi aliqua qualitas repugnaret reconuentioni & potes exemplificare, secundum quod ibi dictum fuit.

13 ¶ † Circa tertium membrum principale, quando actor conuenit reum coram iudice penitus extraneo, qui neque rei, neque actoris est iudex, sed efficitur iudex per prorogationẽ, vtrum habeat locum reconuentio? videtur dicẽdũ, ꝙ non, quia ipse reus ex prorogatione sua videtur sibi imposuisse hanc legem: & non actor, ex quo potuit eum declinare, & non declinauit. Ergo videtur, quòd nõ habeat locũ recõuentio, per ea, quæ dixi in primo membro. Sed arbitror tenendum contrarium, quia cõuentio fuit principaliter causata à facto ipsius actoris: vnde licet accesserit voluntas cõuenti prorogantis, tamen locus est recõuentioni, per ea quæ dixi in d. 1. membro. & quia ratio d. l. cũ Papinianus. & d. §. cuius in agen-

agendo, vendicat sibi locum in terminis nostris, & vide quod dixi in c. significasti. supra de foro comp. in 7. princ. art. in 5. q.

14 ¶ † Tertiò principaliter quæro, vtrum corā delegato posit, seu debeat fieri reconuētio. Sol. Dic, quòd sic regulariter, tex. est in auth. & consequenter. C. de sen. & interlo. om. iud. & in corpore vnde sumitur, vbi probatur, quòd etiam coram eodem delegato debet fieri reconuētio: loquitur enim tex. ille etiam in delegato, in quantum dicit de accusat. secundum communem opin. de quo supra dixi.

15 ¶ † Vnde licet rescripta sint stricti iuris, & regulariter non debeant extendi ad res, vel personas in eis non expressas, seu comprehensas, vt in c. sedes. supra de rescrip. & in cap. P. & G. supra de offi. deleg. & in cap. cum olim. eo. tit. tamen vigore reconuentionis, tanquam fauorabilis, extenduntur ad res non expressas in rescripto, vel personas eo modo nō comprehensas in rescripto, quia Imperator continetur in rescripto, vt actor, & tamen reconuenitur vt reus. Hæc tamē regula recipit aliquas declarationes.

16 ¶ † Prima, quòd hoc procedat non solum per viam propriæ reconuentionis, sed etiam per viam reconuentionis improprię, vt puta si actor, qui vult reum pluribus personalibus actionibus conuenire, vellet impetrare literas ad iudices delegatos, quia non potest ad diuersos impetrare, vt in cap. dispendia. in princ. de rescrip. lib. 6. quod qualiter procedat, & qualiter intelligatur, dicam in cap. fin. infra eo. in 11. princ. artic.

17 ¶ † Secunda declaratio, quòd hæc regula procedit in reo volente literas impetrare contra actorem durante iudicio, non solum si vellet literas impetrare super reconuentione, sed etiam si super cōuentione vellet contra actorem literas impetrare. Nam debet ad eosdem iudices ipsas literas impetrare, coram quibus per literas actoris fuit conuentus, vt est tex. in c. dispendia. §. reus. de rescrip. lib. 6.

18 ¶ † Tertia declaratio est, quòd literæ per ipsum reum coram delegato conuentum impetratæ ad alios iudices lite penden. contra eum non tenent etiam si illis vti vellet contra actorem non pendente lite, sed finita lite inter ipsum & actorem, secundum Innocen. in capit. pastoralis. supra de rescrip. quem sequitur Ioan. de S. Georgio in d. §. reus quoque. pro quo facit tex. d. §. reus. qui prohibet impetrationem durante iudicio. Spec. in titu. de reconuen. §. 1. versi. quid si ipse. refert quosdam tenere dictam opin. per cap. super literis. supra de rescrip. & quia inspici debet tempus, datur, vt in cap. cum te. supra de rescrip. Item quia si Imperator dixisset litem pendere, non habuisset literas. In contrarium tamen allegat no. capit. prudentiam. §. sexto, & seq. supra de offi. deleg. & Instit. quib. mod. test. infir. §. nō tamen. & ff. de iniusto, rup. & irri. test. in l. posthumus. Sed ad prædicta iura tenentes contrariam opi. respondent, quòd prædicta iura loquuntur, quando tempore impetrationis literarum, & tempore facti testamenti & mortis, processus erat legitimus. Sed Compostellanus, quem sequitur Ioan. Andr. in cap. pastoralis. tenet, quòd literæ valeant. Non obstat §. reus. quia in terminis nostris cessat dispositio illius §. Nec obstat, quòd non habuisset literas, sed expresisset lite pendente, quia vt dicit Compost. imo illas habuisset expresso, quòd non intendebat illis vti, nisi prima lite finita, maximè si posset ostendere aliquam iustam causam impetran. ad alios, vt quia in illa causa non expediebat sibi litigare sub illo iudice. Et subdit Specu. opin. aliorum qui volunt, quòd literæ possunt sine vitio impetrari, vt impetrans vtatur ex conuentione finita, quia non prohibetur impetratio ad alios iudices, q. pendente, sed solum tractio, seu conuentio coram illis iudicibus. Et sic residet Spec. in d. ver. quid si ipse. Ioan. de Fantu. in d. §. reus: dicit, quod decisio istius quæstionis dependet à dubio, an sola impetratio sine vsu rescripti vitiet libellum, dicit tamen, q quoad casum d. §. reus. videtur ponderari usus, & non impetratio, per verbum, experiri, ibi positum in tex. cui aduersatur verbum quod postea sequitur, dum dicitur, si contrafecerit. Et hanc opinionem sequitur Ioan. Cald. motus, quia cessat ratio illius §. scilicet, ne trahatur durante iudicio ad diuersa iudicia: ergo cessare debet dispositio, vt in c. cum cessante. infra de appel. Et iste intellectus satis videtur congruere illi tex. secundum d. Dom. in d. §. reus, & sic ibi residet. Ego arbitror dici posse, q aut reus impetrat literas super reconuentione, & tūc procedit prima opinio, tum propter dispositionem d. §. reus, & quia finita conuentione non est locus reconuentioni, vt sæpius dictum est. Aut impetrat literas conuentionis: Et tunc procedat secunda opi. nisi literæ ex verbis contentis in eis adaptentur ad conuentionem fiendam durante iudicio conuentionis per actorem factæ. Et ita innuit tex. in d. §. reus. si rectè ponderentur ipsius verba. Et est nouus intellectus ad illum §.

19 ¶ † Quarta declaratio est, quod reus potest reconuenire actorem coram eo delegato, durante iudicio per actorem intentato, nō solum super actione orta ante rescriptum impetratum per actorem: sed etiam super actione orta ipsi reo post impetratum rescriptum per actorem, secundum aliquos, qui mouentur. Nā procurator non tenetur in plus, quàm principalis: nisi in satisdando. ff. de procurat. l. sed & hoc. §. defendere. Sed procurator causæ tenetur defendere actorem, si reus eum reconuenire velit, vt in l. seruum. §. ait prætor. ff. de procu. de quo dicam in 5. princip. artic. Ergo & dominus respondere tenebitur. Ad idem etiam facit l. omnium. ff. de procura. quæ dicit, quod reconuentus omnium actionum nomine defendere tenetur, & qui omne dicit, nihil excludit, vt in l. à procuratore. C. manda. 19. distinc. cap. 1. Ad idem etiam inducitur l. 3. §. pœna. ff. quod quisque iur. vbi pœna illius edicti, quod quisque iuris, vendicat sibi locum etiam in actionibus postea quæsitis. Item cum non reperitur prohibitum posse reconuenire actorem super actionibus postea requisitis: ergo intelligitur permissus. arg. l. mutus. ff. de procur. Ista fuit quæstio venerabilis Damasi, quem refert Ioan. And. & post eum do. Dom. in d. §. reus, & ibi videtur Damasus tenere contrarium, motus per l. nam & Seruius. §. si duo. ff. de neg. gest. vbi gerens negotia alterius non tenetur negotia inchoare. Nec ob. l. omnium. allegata in contrarium, quia illa non intelligitur de futuris, & ibi no. Itē mouetur, quia in rescripto ponderari debet tempus datæ, vt in cap. eam te. supra de rescrip. dixi in

præce.

præce. decla. Mouetur etiam in simili actione seu cau. damni infecti, quæ non pertinet ad eas postea quæsitas, vt ff. de dam. infec. in l. dãni. §. infecti. Subdit tamen Damasus vna cum Azone, quòd si non opponatur & procedatur, & incipiat reo competere actio, fertur sententia pro ipso reo, per l. si rem alienam. ff. de pig. act. facit c. Abbate. de re iud. lib. 6. & quod no. in cap. fin. super verbo, exorta. supra de rescr. & quod latè dixi in c. 2. supra de lib. obl. in 12. princ. art. in 5. q. princ. ver. Et dicit Ioan. And. quòd istud dictum habet æquitatem, vt potestas seu effectus rescripti per actorem impetrati, sit vniformis actori & reo. Et etiam ad hoc, vt tanto minus præiudicetur iurisdictio. ordinariæ, & remittit ad no. per Specu. in titu. de rescript. præsenta. in fi. & ibi etiam tenet prædictis duabus rationibus, fatetur tamen q c. fi. supra de rescript. loquitur in impetratione, non in reconuentione. Et hanc opi. tenet etiam Ioan. de Ligna. hic, quia recõuentio fit authoritate rescripti, quod non extenditur ad futuras lites, vt d. c. fi. supra de rescript. Hostien. verò hic, & latius in summa, eo. tit. tenet contrarium. Mouetur, quia reconuentioni locus est, quandocunque ante li. contesta. vt dicam infra in 7. prin. art. Nec in hoc distinguunt, an actio sit orta ante vel post. Nec vires rescripti inspiciunt quantum ad reconuentionem, sed tantum ratio & æquitas operatur reconuentionẽ, vt hic, & in l. cum Papinianus. in fi. 3. q. 8. cuius in agendo. Item quia in reconuentione delegatus videtur ordinarius, cum hoc habeat à lege per l. & quia. ff. de iurisd. om. iud. vnde rescriptum hoc casu plus prodest reo, quàm si ipsemet impetrasset. Et istam etiam opin. sequitur D. Ant. hic. Mouetur, quia iurisdictio in hac actione nouiter orta, esset per hominem prorogabilis, vt in c. cum olim. supra de off. deleg. & ibi dixi in 2. q. princ. ergo fortius hoc fieri potest per l. sicut in simili sentit Bartol. in dicta authen. & consequenter. C. de sen. & interlo. om. iud. Item iurisdi. in causa reconuentionis imprimitur ab actu reconuentionis, non à rescripti impetratione: ergo sufficit, q actio habuerit ortum secundum tẽpus rescripti, licet non secundum ipsius impetrationis rescripti, seu datæ, quicquid struxerit glo. in l. omnium. ff. de procu. Et hanc opin. sequitur hic Zab. Ange. vero in d. auth. & consequenter. tenet primam opinio. Ioan. Andr. D. Domin. in d. c. dispendia. §. reus quoque. dicit, q decisio istius q. dependet ab illo dubio, quando dicatur imprimi iurisdictio in delegato, quoad cognitionem causæ reconuentionis, si tenemus quòd imprimatur tempore impetrationis, procederet opin. Ioan. Andr. & Damasi. Sed si teneremus, quòd non imprimatur tunc, sed surgat tunc temporis, quòd reus vult reconuenire, tunc posset fieri reconuentio in actione orta, etiam post impetrationem. Et quòd iurisdictio non imprimatur super causa reconuentionis tempore impetrati rescripti, tenet gl. pen. hic in ver. & sic no. quæ vult, q per reconuentionem delegatus habeat iurisdictionem in causa sibi non commissa, & per consequens videtur ponderare reconuentionem, & non rescripti impetrationem, & sic videtur potius inclinare D. Dominic. in sententiam Host. D. meus in c. seq. tenet dictam opi. Host. Mouetur, quia in reo nõ potest dubitari de fraude, cum ipse non impetrauerit rescriptũ, & sic non fuit sibi imputandum. Item quia ex quo lex tollit reo facultatem adeundi alios iudices durante primo iudicio, videtur indistinctè dedisse ipsi reo iudicẽ, apud quem possit reconuenire actorem. Item quia d. §. reus quoque. loquitur indistinctè, quando reus vult dicere actorem sibi obnoxium. & si diceremus contrarium, oportet dicere, quòd reus quoad hoc posset reconuenire actorem coram alio, quia ex quo hunc delegatum non daret quoad actionem istam nouiter ortam, non videretur ad alios iudices ordinarios remouere, corã quibus posset reus actorem conueuire, vt dicit hic D. meus. facit l. cum Prætor. ff. de iudi. & melius est concludere, quòd coram eodem delegato posset fieri reconuentio.

20 ¶ †Quinta declaratio est, quòd reus potest reconuenire actorem coram eodem delegato per literas apostolicas, non solum si actor sit intra dietam, seu dietas comprehensas in rescripto quæ olim erant duæ, vt c. nulli. supra de rescript. & hodie intra vnam dietam debet fieri interpretatio à fine diœcesis rei, vt in c. statutum. de rescrip. lib. 6. Non solum ergo si actor habet diœcesim suam intra dictas dietas, sed etiam si longius distaret, fortè per quinque, decem, vel plures dietas, nihilominus potest actorẽ coram eodem delegato reconuenire, secundum Specu. in titu. de reconuen. §. 1. ver. quid si aliquis, per text. 3. quæst. 8. cuius in agendo. & tenet hic D. Ant. in ver. venio ad 3.

21 ¶ †Sexta declaratio, q prædicta regula procedit nõ solum si reus nihil opposuit cõtra hoc rescriptũ, etiam si contra rescriptum, vigore cuius cõueniebatur, opposuit multas exceptiones, & succubuit. puta, si dixit rescriptum nullum, quia impetrans erat excõmunicatus, vel quid simile. Nam videtur posse, hoc non obstante, reconuenire. arg. c. sequen. & d. authen. & consequenter. & per prædicta Barto. Brix. in quæst. venere ali. 31. videtur potius inclinare, quòd possit reconuenire. In contrarium tamen alleg. C. ad legem Corn. de falsis. in l. qui falsas. & C. de his quibus vt indig. in l. Polla. & ff. de acquiren. hære. l. quæsitum. circa mediũ. infra de censi. c. cum olim. supra de testi. c. præsentium. facit etiam l. post legatum, cum sua materia. ff. de his quib. vt indig. quia ex eo quod nixus sum improbare, non debeo me fundare. Sed Specu. in tit. de reconuen. §. 1. in fi. post Barto. Brix. distinguit, quòd si reus iusto errore ductus dixit rescriptum falsum, vel opposuit talia, aut similia: hoc non obstante poterit reconuenire actorem. 2. quæst. 3. c. Paulum. & in c. statuimus. de elect. lib. 6. Alioquin non poterit. arg. no. per Spec. de positio. legata. in tit. de positionibus. §. actio. ver. sed secundum præmissa. ad quod vide quæ dicam infra in tit. de confess. & prædicta procedunt, quando opponens succubuisset. Quid autem si reus obtinuit super excep. proposita contra rescriptum, vel personam, vtrum possit actorem reconuenire. Circa quod glo. 2. in cap. 1. de rescript. lib. 6. concludit quòd non, per tres rationes ibi deductas. & idem tenet ibi Archid. & tenet Barto. Brix. Sed dicit ibi Ioan. Andr. in Nouel. quòd quidam dominus Palmerius disputando determinauit contrarium, quando exceptio excommunicationis, & sententia super ea non contingeret ad rescrip. vel iuris. vt quia excipitur de excommunicatione lata post impetra-

tionem, vnde videtur concludendum, quòd aut excluditur conuentio ex defectu nullitatis iurisdi. propter nullitatem rescripti, vel similem causam, & tūc vtrumque conquassatur, videlicet conuentio & reconuentio. & ita procedit d. glo. Aut conuentio excluditur, non ex defectu iurisdictionis, sed ex inhabilitate actoris, & tunc licet non procedat conuentio, tamen proceditur in reconuentione: & sic illa inhabilitas actoris, nō præiudicat reo volenti reconuenire. & vide quod dixi in c. sacris. in 19. princ. art. in 3. quæst. princ. in 2. declaratione, si rectè memini, infra de sent. excom. Sed aduerte, quia vt dicit Do. Domin. in d. c. 1. de rescript. lib. 6. decisio istius dubij dependet à decisione alterius dubij, videlicet, vtrùm priuilegium quod habet reconuentio cum conuentione, vt scilicet vicissim procedatur super vtraque, sit separabile, quod quidā tenent, quorum opinio pro nūc videtur verior, de quo latius dicam infra in cap. seq. in 10. princ. art. & tunc procedat dicta distinctio. Sed si teneremus aliam opinionem, quòd priuilegium non sit separabile, de quo dicam in d. 10. artic. tunc nō procederet dicta dist. sed semper sublato processu in cōuentione, tolleretur processus in reconuentione, vt sentit glo. 2. in d. c. 1.

22 ¶ †Septima declaratio est, quòd prædicta regula procedit, etiam si actor vellet desistere à conuentione per eum facta coram delegato, secundum Cyn. in auth. & consequenter, in 9. quęst. Mouetur, quia ius iam est quæsitum reo circa reconuentionem: ergo voluntate solius actoris, seu facto non debet sibi auferri. alleg. ff. de contratabu. l. si post mortem. §. fi. facit cap. ab eo. de elect. lib. 6. & Cle. cōstitutionem. §. pen. in fi. de elect. & cum hac etiam opinio. residet Ioan. And. allegando Cyn. in d. cap. 1. de rescript. libro 6. Sed Mar. Silla. in ordinario tenet contrariam sententiam, quòd si actor Ferrarien. conuenit Bononiens. Bononiæ, & quia reus vult eum reconuenire, actor vult desistere, quòd reus non potest eum reconuenire. Nec obstat l. cum Papinianus. C. de sent. & interlo. omn. iud. & alia similia, quia loquuntur, quando actor prosequitur causam conuentionis. Nec obstat authen. qui semel. C. quomodo & quando iudex, quia illa authen. cogit actorem persistere vsque ad finem causæ non præcisè, sed causatiuè. Sed tu ad hoc vltimum vide, quod dixi in cap. 1. supra de libel. obla. in 26. art. quęst. 3. Ego arbitror dici posse, quòd aut actor vult desistere antequam reus ipsum recōueniat, desistendo eo modo quo potest, scilicet in totum, & hoc casu nō possit reconueniri. aut actor vult desistere postquam reus ipsum reconuenit, & tunc quæstio dependet ab his quæ tetigi in fi. præced. decla. vtrum priuilegium declarationis sit separabile à conuentione, de quo dicam in c. seq. in 10. art. Et quia videtur, vt dixi supra, quòd potius sit separabile, merito videtur concludendum, quòd in præiudicium ipsius rei non possit actor desistere, vt excludat reum à conuentione quam incœpit, pro quo etiam faciunt ea, quæ dixi in c. 2. supra de libel. obla. in 26. princ. art. q. 3.

¶ Octaua declaratio est, quòd prædicta regula procedit, etiam si actor qui recōuenitur coram delegato, vellet iterū reconuenire reum coram eodē, ad aliā rem non comprehensam in rescrip. de quo dic vt dicam infra in 5. princ. art. ver. ...

¶ Nona declaratio, quæ sumitur ex d. c. dispēdia. §. reus quoque. & quæ etiam sequitur ex prædictis est, quòd reconuentio debet fieri coram eodem delegato à Papa, sed coram diuersis, seu coram alio delegato à Papa, non potest fieri reconuentio, secundum Ioan. Andr. in d. §. sequitur hic Do. Anto. & vide quod dixi supra in 2. q. istius 4. artic. vers. sed aduerte, quia dubium.

¶ Decima declaratio est, quòd regula prædicta procedit, siue delegatus, coram quo quis conuenitur, sit impetratus per solum actorem, siue communi consensu tam rei, quàm actoris, secundū D. Ant. hic, & sequitur Ioan. de Imo. in fi. alleg. tamen Bart. sentire contrarium in d. authen. & consequenter. Sed primum dicit verius per text. nostrum. Et ad quod dicam in 5. princ. ver. & ideo voluerunt quidam. Insuper prædicta regula recipit aliquas limitationes.

23 ¶ †Primò limitatur, quòd ita demum potest reus conuentus coram delegato reconuenire actorem coram eodem, si idem delegatus posset cognoscere de illa causa absque speciali mandato Papæ: secus si causa esset talis naturæ, quæ nō caderet in cognitionem delegati sine speciali mandato Papæ. 6. q. 4. c. si Episcopus. de confir. vti. cap. 1. & 2. supra de resti. in integ. cap. pen. hoc tenet glo. in verbo, literas. in d. c. dispēdia. §. reus quoque. de rescript. lib. 6. & D. Ant. hic. mouetur, quia vt dicit illa glo. & benè, quare Papa oneraret ibi reum ad impetrandas literas ad eundem iudicem delegatum, si per literas actoris posset coram eodem delegato suum expedire negotium. quasi sentiat, quòd grauasse intelligitur eo casu, quo reus vellet reconuenire actorem de causa, de qua ille delegatus sine speciali mandato non poterat cognoscere. Aduerte tamen, quia in ordinario videtur, quòd virtute reconuentionis possit ordinarius cognoscere de causa, de qua aliàs non posset virtute suæ ordinariæ iurisdictionis. de quo dic vt latius dicam infra in 6. princ. art. ver. ...

24 ¶ †Secunda limitatio, quòd reus conuentus coram delegato, tenetur reconuenire, vel literas impetrare ad eūdem iudicem, si vellet reconuenire actorem coram delegato: secus si vellet eum reconuenire coram ordinario, quia actorem coram quocunq; ordi. posset reconuenire. hoc sentit Inn. in d. §. reus. & Ioan. And. ibi, super verbo, reconuentionis, licet sub dubio fortè, motus per illum textum, qui dicit, literas meruerit. & quia non est eadem ratio prohibitionis respectu ordinarij, quia talis iurisdictio est ordinaria & fauorabilis, delegata vero est extraordinaria & odiosa, & ideo aliud videtur dicendum in ordinario, alleg. etiam no. per Innocen. in c. fina. de rescript. Sed aduerte, quia Io. And. dicit, quòd quia videtur esse eadem ratio vtrobique, videlicet, vt fiat reconuentio coram eodem, ideo videtur idem ius esse seruandum. Ange. vero in d. authen. & consequenter, primò alleg. prædictam opin. Ioan. An. deinde alleg. Specu. quòd nec coram ordinario potest reus conuentus coram delegato vexare actorem. Et subdit, quòd idem tenent Iac. But. & Bar. licet de dicto Ioan. And. non faciant mentionem. eorum opi. est vera, propter repugnantiam literæ d. auth. & consequenter. & in corpore vnde sumitur, & sic residet Ange. Sed aduerte, quia Barto. non loquitur pro-

priè & specificè in terminis nostris, sed in casu, de quo dixi supra in 2.q.prin.istius 4.art. Mihi videtur, quòd vtraque opin. sit satis sustentabilis. Posset tamen dici, quod si delegatus est impetratus consensu partium, vera sit secunda opinio. ad quod vide quæ dixi supra in versi.decima declaratio. Sed si per solum actorem iudex esset impetratus, æquitas suadet pro prima opinio.ne sit in potestate impetrantis circumuenire reum, quem actor sciebat contra se agere velle: maximè cũ impetrans non impetret nisi iudicem, de quo plurimum confidit. & licet reo reseruetur recusatio, vt d.§.reus.& auth. & consequenter. tamen plurimum cõfert habere iudicem beneuolum & gratiosum. Ad idem etiam induco tex.in l.2.§.sed si agant. ratione sumpta ex illo tex.quando legato infertur iniuria ad hoc, vt propter illam agat, & possit reconuenire, ad quod vide, quæ dixi in c.fi. supra de foro compe. Et vide etiam ad hoc quod dicam infra in 5.princ.ar. ver.de eo qui iniuriatur clerico, vt cõuentus coram suo iudice, possit clericum reconuenire coram eodem. Sed quæro iuxta prædicta, quid econtra, vtrum causa pendente coram ordinario, possit reus trahere actorem coram delegato in alia causa, pẽdente iudicio coram ordinario. SOL. Tex.videtur velle quòd sic, in c.prudentiam. §.fin.supra de offic.deleg. In contrarium tamen glo. in verbo, distulerunt.alleg.d.§.reus quoque. Et aduerte: quia ille tex.vt ibi dicitur, habet varios intellectus, & variæ dantur solutiones. Quidam volunt, ꝙ dictus §.fi. in d.c.prudentiam. procedat, quando quis esset conuentus coram ordinario, & vellet impetrare ad iudicem delegatum. Secus si esset conuẽtus coram delegato, & vellet impetrare ad alium delegatum: quo casu procedat. §. reus quoque. sed prædicta opinio mihi non placet, vt dixi in §.fi.propter duo. Primò, quia de tex.d.auth.& consequenter. quæ loquitur etiam in ordinario, vt supra dixi. & tamen dicitur ibi, quòd fieri debet reconuentio coram eodem.

¶ Secundò, quia tex. in d.§.fi.loquitur tã de causa pẽdente coram delegato, sicut coram ordinario, vt patet ex illo cap.prudentiam.§.sexta, qui. §.præcedit dictum.§.fi.cui continuatur dictus §.fi. Vnde secunda datur sol.quòd ille §.fin.procedat, secundum sua tempora, secundum quæ reus poterat impetrare literas, nõ solùm ad eundem, sed etiam ad alium iudicẽ, secus iure nouissimo, vt dicto §.reus quoque. Vel tertiò dici potest, ꝙ in d.§.fi. lis fuerat finita per sententiam, & quia non parebatur sententiæ: reus fuit excommunicatus: ideo ex quo prima lis fuerat finita, licitũ fuit impetrare literas ad alium iudicem, vt probatur in d.auth. & consequenter. & d. §.reus quoque, à contrario sensu, dum dicit, eodem durante iudicio. Vel quartò dici potest, quòd secundum tempora d.§.fin. processus non erat nullus, si reus reconueniebat actorem coram alio iudice: sed bene poterat reus repelli exceptione, quæ tamen ibi non fuit apposita. & ideo tenet processus. Hodie verò processus est nullus per dictum §.reus. & hanc solutionem ponit glo.in cap.fi.supra de rescr.in gl.super verbo, aut reus. Et vide quæ dixi in d.cap.prudentiam. §.fin. Intellige tamen, quòd processus est nullus, secundum quod statim dicam in quarta quæst. principali.

25 ¶ † Item quæro iuxta prædicta, vtrum iudex delegatus coram quo fit reconuentio, respectu reconuẽtionis dicatur habere ordinariam, vel delegatam iurisdictionem. SOL. Hostien.in d.§.reus quoque. tenet, quòd habeat delegatam. Ioan.And.ibi remittit ad no.in d.cap.P.& G. supra de offi.deleg. Et ibi glos.post multa concludit, quòd sit delegata. Iaco. But. tenet contrarium in l. si qui ex consensu. C.de Episco. audi. Et idem videtur tenere Dom.Anton. in d.c.P.& G.Specul.in titu.de compet. iud.adi.§.1. ver.sed quare. refert opin.communis opin.est, ꝙ sit delegata, quam tenet Cyn.in d.l.si qui ex consensu. & Bal.in l.1.ff.de iud. & vide etiam quæ ibi tanguntur in 2.3. & 4. quæst. Et ex prædictis habes expeditam tertiam princip.q.de reconuentione fienda coram ordinario.

¶ Quartò quæro, quid si conuentus reconuenit actorem coram alio iudice, cũ deberet illum reconuenire coram eodem: vtrum valeat processus & sententia, si actor nihil opponit? SOL. Ange. in auth. & consequenter. C.de sent. & interlo. om.iud. in fi. q.distinguit, quòd aut conuentio est facta coram iudice ordinario, & reconuentio coram alio, & tunc si non est opposita exceptio contra reum agentem, processus tenet. facit quod dixi supra in 3. q.princ. ver.sed quæro iuxta prædicta.ibi, vel quarto dici potest.ꝙ intelligo, vbi alia qualitas non impediret: puta, personæ iudicis, actoris, & rei de quo agitur. Secus si fortè aliqua qualitas ex prædictis impediret conuentionem, & etiam iurisdictionis prorogationem, propter quam processus ex hoc annullaretur, secundum ea, quæ latius dixi in c.significasti. supra de foro compe. Aut conuentio est facta coram alio delegato: & glo.in verbo, valeat, in d.c.dispendia.de rescrip.lib.6.arguit primò, ꝙ processus teneat: quia hoc beneficium est personale, per quod etiam alteri non præiudicatur: ergo videtur quis posse sibi præiudicare. infra de regula. c.ad apostolicam. Sed tamen glo. decidit in contrarium, quòd processus sit nullus. Comp. tenet primam opin.quod processus valeat, quam Io.Mo. dicit esse æquam in odium negligentis beneficium illius cap.dispendia. & fortius debent procedere, cum lata esset sententia pro eo, vt tunc valeat, cum fauore ipsius, & odio impetrantis constitutio illa emanauerit. arg. l.non eo minus. C.de procur.facit c.quoniam.in princ.in ver.vel saltem. infra vt li. non contesta. Et idem tenet Franc. Vergelle in reo præsente & tacente. Host. verò quẽ sequitur Archi. tenet secundam opi. quod processus sit nullus. Nam dicit Host.quod cum literæ sint nullæ, non possunt de partium consensu validari. supra de elec. c.auditis. sicut nec potest iurisdictio finita validari partium consensu, vt in c. significantibus. supra de offi.deleg. Ratificatio enim operatur, quando literæ non essent nullæ, sed exceptione elidibiles, quando essent datæ pro priuato partiũ commodo: secus si publico, per no. in c.si diligenti. supra de foro compe. Innoc.vero satis confusè loquitur: distinguit tamen inter cõsensum tacitum & expressum, vt primo casu non validentur: quia videntur potius errare, vel ignorare defectũ, vel vereri seu timere iudices, & sic non consentire. Secundo casu videtur per expressum consensum prorogare iurisdictionem: maximè quia per tales literas videtur aliqua-

aliqualiter iurisdictio imprimi. supra de rescrip. cap. cæterum. Sed dicit Ioan. And. in d. cap. dispendia. in Nouella, quòd graue est defendere, quod expressus consensus partium hoc posit, & non tacitus. Et ideo Archid. reprobat distinctionem Inno. & alleg. infra de pœ. c. suam. secundum vnam lect. Et sic residet Io. And. Ioan. de Fan. dicit, quod decisio huius dubij dependet à dubio, an literæ dicantur nullæ vel non: vel an dicantur exceptione elidibiles. & tenet, quod dicantur nullæ. & sic quod etiam expressio partiũ consensu non possunt ratificari, per cap. significantibus. & c. P. & G. supra de offic. deleg. Et sic concludit, quòd processus non tenet. & idem d. Do. ibi, & Ang. in d. authen. & consequenter. in fi. Et hæc opi. plus mihi placet. Moueor, quia aut partes expresse non consenserunt: & tacita pronunciatio, quam facit iudex procedendo ad vlteriora, non habet vim vt faciat eum iudicem, quando funditus caret iurisdictione, vt no. in cap. cum in multis. de rescr. lib. 6. dixi latè in c. si clericus laicum. supra de foro cõpet. Aut partes expresse consenserunt: & adhuc videtur idem dicendum: tum quia expressus consensus partium non potest dare iurisdictionem illi, qui funditus caret iurisdictione, vt l. priuatorum. C. de iurisd. om. iud. de quo latius dixi in cap. significasti. ff. de foro compet. in 4. princ. art. nisi fortè diceremus, quod fortè posset valere vi pacti, & non sententię, secundum glo. no. in l. 2. C. communia vtriusque iud. Nec expressa pronunciatio iudicis super iurisdictione operaretur contrarium, ex quo iudex funditus caret iurisdictione, vt dixi in d. c. si clericus. facit quod singulariter no. glos. in Clemen. 1. de sequestra. poss. & fructuum. etiam quia contra constitutionem quæ habet clausulam decreti, actus celebratus est nullus: etiam si interueniat expressus partium cõsensus: dato quòd cõstitutio disponat, & introducta sit solùm ad ipsarum partium vtilitatem, vt in c. si. in glo. præsumant. & ibi d. Do. de offic. deleg. lib. 6. & in Clem. 1. de rescript. Ad quod vide quæ latius dixi in c. si diligenti. supra de foro compe. & quod tradit Lapus, & post eum d. Do. in cap. statutum. de præben. lib. 6. vnde cum c. dispendia. iuncto fine prin. & si. §. reus quoque. habeat clausulam decreti: meritò processus est nullus.

26 ¶ † Quintò principaliter quęro, vtrum coram arbitro habeat locum reconuentio? Sol. Quidam dicunt quod non: quia arbiter non potest iudicare, nisi de his, quæ in compromisso continentur, vt in l. de his. & in l. arbiter. ff. de arbit. Et ideo coram eo non videtur esse locus reconuentioni. Et hic videtur tex. in c. cum dilectus. infra de arbit. tenet glo. in cap. non distinguemus. §. item si quis Romæ. ff. de arbi. quæ præsupponit, quòd coram arbitro non possit fieri reconuentio: quia nõ habet iurisdictionem quæ posit prorogari. Et idem tenet Iaco. Butr. qui assignat rationem, quia partes possunt sibi imputare, quare de omnibus non compromiserunt, vt l. si cum dies. §. plenum. ff. de arb. Et ideo Hosti. in sum. huius tit. §. qualiter. ver. & nunquid. dicit, quod hoc procedit, quando compromissum non est plenum, secus si sit plenum de omnibus controuersijs, vt d. §. plenum. & ista fuit opin. Gof. quam refert Specu. in titu. de reconuen. §. 1. in prin. Sed non placet ibi Specula. quia tunc arbiter posset procedere potius virtute conuentionis & compromissi, quàm reconuentionis, cum principalis potestas extendat se ad talia. Vnde dicit hic Dom. Ant. quòd hoc non procedit ex vi reconuentionis quoad actum prorogatiuum, cum ex forma compromissi arbiter tunc super omnibus habeat potestatem, sed procedere posset opi. Host. quo ad alios effectus reconuentionis: videlicet, simultanei processus, & adęquationis causarum, secundum ea, quę dicam inf. in 10. princ. artic. quia coram arbitris proceditur ad instar iudiciorum, vt l. 1. ff. de arbit. Et ista fuit no. Ioan. Andr. in d. c. cum dilectus. supra de arbi. & sequuntur ibi Dom. meus, & Io. de Imo. Potest etiam assignari alia ratio, quare coram arbitro non procedat reconuentio: quia talis potestas mensuratur ex verbis compromissi, & à partium conuentione. Et ideo lex non prouidet illi, qui minus plenè sibi prouidet, cùm talis potestas non reguletur à iure, sed à partium voluntate & conuentione, vt ff. de verbo. obl. l. in conuentionalibus, & in l. quoties. facit etiam c. fin. & quod ibi no. in simili, inf. de reg. iur. secundum Dom. Anton. vnde cum partes sibi prouidentes recesserint à iuris dispositione, dimittendo iudicem: ius non supplet, vt l. fin. C. de pac. conuen. tam super dote. secundum Dom. meum, in c. cum dilectus. Et hanc eandem opin. tenet Bar. in d. authent. & consequenter. C. de sent. & interloc. om. iud. Vbi assignat aliam rationẽ: videlicet, quia in arbitris, vterque cõpromittentium in eos consentit: vnde cessat ratio l. cũ Papinianus. in fi. C. de sent. & interloc. om. iud. quia partes non habent arbitrũ iudicem pro se tantùm, sed pro vtroque. Et ideo voluerunt quidam, quòd coram delegato communi consensu impetrato, non haberet locum reconuentio: quia imputare debet sibi, qui in eum sic consensit. Et super reconuentione non impetrauit, vel rem illam super qua vult reconuenire non expresit, si super illa re habebat voluntatem reconueniendi. Et hoc voluit Barto. in d. authen. Et Dom. meus ipsum refert, & non reprobat, in d. cap. cum dilectus. Et eadem ratione dicũt, quòd si reus vellet reconuenire actorem coram delegato per ipsum impetrato, non haberet locum recõuentio, sed Dom. Anto. hic tenet contrarium: quia per quemcunque sit impetrans, ex quo actor agit coram eo, non debet dedignari coram eodem reconueniri, vt coram illo simul causa tractetur. & sequitur hic lo. de Imo. vt dixi supra in 3. q. prin. ver. decima declaratio. Et adde ad ibi dicta. Est ergo conclusio, quod coram arbitro nõ habet locum reconuentio, quam tenent hic Docto. antiqui & Moderni, & Docto. in d. cap. cum dilectus. supra de arbi. vbi est bonus tex. & Cyn. in d. authen. & consequẽter. & Gul. de Cu. in l. si cum dies. §. si arbiter. ff. de arbi. & glo. in l. non distinguemus. §. item si quis Romæ. ff. de arbit. licet quidam per illum tex. voluerint contrarium, & male, vt ibi dicit Bal. & ista est cõmunis opi. omnium, licet gl. in l. qui tamen. in prin. ff. de arbi. sentiat contrarium, sed dicit D. Fran. Thygrini de Pisis, quod illa glo. est falsa. Bal. vero in repe. l. ex compromisso. ff. de arbi. q. 7. dicit, quod illa glo. potest saluari, & debet intelligi secundum glo. in d. §. item si quis Romæ. videlicet, quando quis vult facere recõuentionem coram arbitro solùm de controuersijs inchoatis: quia potest, aliàs secus. Tu dic vt supra dixi, quod tunc

non

non est reconuentio, sed conuentio virtute compromissi, & hæc procedunt in arbitris voluntarijs, & fortius in arbitratoribus. Sed maius dubium est, quid in arbitris iuris. Specul. in titu. de recusa. §. fi. ver. sed nunquid coram. dicit, quod etiam non procedit reconuentio. & multi Docto. sequuntur in d. c. cum dilectus. Et ratio est, quia isti arbitri iuris assumuntur super certo artic. scilicet, an iudex sit suspectus: ideo eorũ iurisdictio non debet extendi: ideo, quia iura volunt vt celeriter iste art. excusationis expediatur, vt in c. legitima. de appel. lib. 6. si autem admitteretur reconuentio: iste art. plus debito prorogaretur: ergo &c. & ita refert & sequitur hic Dom. Ant. sed dicit Dom. meus hic, & in c. cum dilectus, quod dictum Specu. debet intelligi in terminis suis: videlicet, in arbitro iuris electo super vno artic. duntaxat, & per hoc etiam patet, quòd coram arbit. iuris electo ad æstimandas facultates, secundum formam l. arbitro. & l. ab arbitro. ff. qui satisd. cog. non procedit reconuentio, quod etiam tenet Domi. Anton. Secus putat D. M. in arbitro iuris electo super certa causa: quia ille habet iurisd. nec est deputatus super ar. causæ, sed super tota causa, sicut dicimus coram delegato. Item quia reus necessitatur à dicto promitten. ex dispositione iuris: merito debet habere locum reconuentio. Et potest figurari exemplum de Iure Canonico quando Episcopus vult mouere litem contra subditum suum: nam tunc eligitur arbiter iuris, qui habet iurisd. vt in c. si clericus. 11. q. 1. de quo dixi latius in c. 1. infra de maledi. super gl. sed de Iure Ciuili potest figurari exemplum per l. cum speciali. C. de iu. & de multis alijs exẽplis videbimus in ti. de arb. in illo art. in quib. causis quis cõpellatur ad compromittendum. Concludit ergo D. M. hic, & in d. c. cum dilectus. quòd sicut coram delegato habet locum reconuentio: ita & coram arbitro iuris, qui succedit in locum delegati. Ex quo dicit se putare, quòd si ex forma statuti consanguinei necessitantur ad compromittendum, vel aliæ personæ, quòd coram talibus arbitris habebit locum reconuentio, quia tales sunt arbitri iuris, vt dixi, & habẽt iurisdic. secundum no. in c. suspicionis. de offic. deleg. & in c. ab arbitris. de offic. deleg. lib. 6. de quo latius dicam in ti. de arbit. Sed Dom. Anto. hic dicit, quòd in huiusmodi arbitris, qui eliguntur ex forma statutorum, sunt ponderanda verba statuti, per cap. porrò. de priuil. Ego in dubio arbitror veram opin. Dom. mei, nisi fortè verba statuti repugnarent. Et ex prædictis patet secundum Dom. Anton. quid dicendum sit de arbitris electis super contentione literarum, secundum dispositionem c. pastoralis. de rescript. Ego arbitror, quod velit dicere, quòd ex quo illi arbitri assumuntur super vno articulo, non sit locus reconuentioni coram eis, vt supra dixi. Et ex his habes expeditum quartum principalem articulum.

ARTICVLVS V.

QVINTO principali articulo superest, vt examinemus, respectu partiũ, inter quos habeant locum mutuæ petitiones. Et sic per quos, & contra quos possit fieri reconuentio, & quoties inter eosdem reiterari possit.

27 ¶ † Quoad primũ inter quos, & sic per quos habeat locum, vel fieri possit reconuẽtio, in primis pono regulam affirmatiuam, quilibet reus conuentus potest reconuenire quemlibet actorem contra eum agentem, quæ regula procedit, siue actor pro se suo nomine proprio agat: siue agat procuratorio nomine alterius: nam procurator simpliciter constitutus ad agendum sine dubio intelligitur etiam constitutus ad defendendum in causa reconuentionis, vt est tex. in c. qui ad agendum, in prin. de proc. lib. 6. & est tex. iuncta gl. in l. mutus. §. pœna. ff. de procu. & ideo valet mandatum, licet quis simpliciter constituatur ad agẽdum, quamuis nihil sit dictum de defendendo. Hoc tenet Spec. in ti. de procur. §. 1. versi. sed pone. sed glo. in c. accedens. supra de procura. videtur sentire per illum tex. quòd habens mandatum ad agendum, non dicatur habere mandatum ad defendendum. Sed Ioan. And. in addi. Spec. in d. ver. sed pone. dicit, quòd d. cap. accedens. non obst. si bene ponderetur, & potest esse ratio: quia sufficit si non defendat dominum, quòd ei denegetur actio, vt in cap. 1. supra de procur. vel potest illa gl. saluari: quia loquatur in procuratore constituto à reo ad agendum, quia talis non intelligitur constit. ad defendendum. tex. est sing. in cap. constitutis. supra de procu. & ita limitat Do. meus in d. c. accedens. sed procurator constitutus ab actore ad agendum, intelligitur constitutus ad defendendum: quia eo ipso, ꝙ quis est taliter constitutus, per quandam cõsequentiam videtur tacitè habere mandatũ ad defendendum, & ideo non admittitur, nisi promittat defendere, vel pro domino respondere, si reconueniatur, vt l. 1. C. de satisdan. & in d. l. mutus. §. pœna. vnde in dubio videtur deputatus ad defendendum: quia mandatum extenditur [a] ad omnes casus, sine quibus expediri non potest, vt in cap. præterea. & in cap. prudentiam. supra de offic. deleg. & in l. ad rem mobilem, & l. ad legatum. ff. de procur. Et hęc communis conclusio placet etiam Ioan. de Fantu. in d. cap. qui ad agendum. nisi in constitutione constituens dixerit ad agendum tantum. & idem videtur sentire Barto. in l. seruum quoque. §. fi. ff. de procur. quia tunc non videtur habere mandatum in causa reconuẽtionis. facit d. cap. constitutis. & c. petitio. supra de procur. Barto. tamen videtur tenere contrarium in d. §. pœna. quia satis est si vult respondere, & satisdare de iudicato soluendo. Ioan. de Imo. in d. cap. qui ad agendum. concordat dictas opiniones, dicẽs ꝙ primum dictum habet locum, quando per satisdationem nõ esset plenè cautum aduersario, vt in reali, & in his quæ habentur in l. non solùm. §. 1. & seq. ff. de procurat. aliàs admittatur, & ita procedat secunda opinio Bar. & idem tenet d. Do. in d. cap. qui ad agendum. Ego verò sum solitus saluare distinguendo, ꝙ aut quæritur, vtrũ virtute talis mandati procurator possit defendere dominum, & non potest propter dictionem taxatiuam tantum, & non potest, de cuius natura

ADDITIO.

a ¶ *Mandatum extenditur. Et qui habet mandatũ ad vendendum, videtur habere ad solutionem precij percipiendum, secundum com. opin. de qua per Ias. in l. eũ qui. §. qui sibi. ff. de verb. obl. licet Rom. aliter in sing. 23.*

natura est excludere & negare alios casus, vt in cap. cum Ecclesia, sup. de causa possess. & proprie. & in c. requisisti. de testa. & ita procedat prima opinio. Aut quæritur vtrum possit defendere tanquam quilibet defensor extraneus, præstita cautione de iudicato soluendo, possit alium defendere, vt in l. 1. C. de procurat. & tunc poterit, ita procedat secunda opinio. Et ideo cautè aduertendum est ad modum opponendi. Si enim diceretur, non potest defendere: quia non habet mandatum, non est congrua oppositio: quia non sequitur, non habet mandatum: ergo non potest repellere, sed si diceretur, non debet admitti, nisi promittat defendere, præstita cautione: tunc aptè accipitur. Aduerte tamen, quia contra prædictam opinionem fortiter obstat, quod no. Barto. in l. maritus. C. de procura. & Domi. meus in cap. consti. supra de procura. in glo. 1. vbi volunt, quòd si vxor constituit maritum procuratorem in certis bonis, seu causis, videtur tacitè prohibuisse ne se impediat, etiam tanquam maritus. Ita & in terminis nostris, si quis constituit procuratorem ad a-
a gendum duntaxat,[a] videtur tacitè prohibuisse ne se impediat: etiam tanquam quilibet extraneus. Sed posset dici, quòd secundum opinionẽ Petri & Martini Sillan. quos refert & sequitur Ioan. Andr. in d. c. constitutis. qui tenent contrariam sentẽtiam, quòd prædicta opinio Barto. & Domini mei non sit vera, secundum hanc opinionem. Non obstat contrarium, sed posita opin. Bart. pro vera, sum solitus saluare vtramque opin. videlicet, ꝙ opin. Barto. procedat quando maritus vellet agere: quia videtur sibi denegata actio: opin. verò Petri & Martini procedat, quando maritus vellet defendere vxorem: quia facilius cõceditur defensio, quàm actio, vt in l. non solùm. ff. de procur. non solùm ergo qui agit nomine proprio, potest reconueniri ab illo: sed etiam si agit nomine alieno, potest similiter reconueniri, quod intelligo, vt illius nomine, nõ autem suo proprio nomine possit reconueniri. facit quod statim sequitur, & voluit Dominus Antonius in cap. cum olim. de testibus. Et idem dicendum est, si aliquis ageret pro vniuersitate. potest enim recõueniri pro ipsa vniuersitate: non tamẽ nomine aliquorum singularium de vniuersitate, per leg. item eorum. §. actor. ff. quod cuiusque vniuersi. no. iuncta l. in tantum. §. vniuersitatis. ff. de rerum diuisione. & l. sed si hac. §. qui manumittitur. ff. de in ius vocan. canonizata. 12. quæstio. 2. Et prædicta procedunt, quando quis ageret alieno nomine ex voluntate, secus si ex necessitate sibi incumbente: quia aliàs non agens puniretur, exemplum in clerico, qui agit tanquam vnus de Ecclesia pro rebus malè alienatis, vel pro ipsius libertate, cum Prælatus & alij sint negligentes, secundum no. in cap. si quis præsbyterorum. inf. de rebus Eccles. non alienand. & in cap. cum olim. de testibus, & in cap. ex parte. de concess. præben. facit l. 1. & 2. ff. de libe. causa. Talis enim si reconueniatur, non cogitur respondere: etiam nomine Ecclesiæ, secundum Vin. quem sequitur Specula. in ti. de reconuent. §. nunc dicamus. versi. sed pone. & sequitur hoc Dom. Anton. & Ioan. Andr. post Vinc. in d. cap. cum olim. in glo. 2. Ne aliàs fortè retrahatur ab agendo pro Ecclesia, à repetendis rebus Ecclesiæ malè alienatis. arg. l. 2. §. sed si agant. ff. de iud. Nam videtur quodammodo prosequi iniuriam illatam Ecclesiæ: ideo videtur, quòd non teneatur respondere in causa reconuentionis. argum. d. §. sed si agant. Sed Dom. Anton. in dicto cap. cum olim. videtur hoc limitare, quòd nõ possit reconueniri suo nomine: sed nomine Ecclesiæ, tenet quòd possit reconueniri. argum. c. frequens. de restit. spol. lib. 6. Sed certè illud c. non videtur loqui in hoc casu, & de ipsius intellectu dicẽdum, vt ibi. & ideo dicit Io. de Imo. in d. cap. cum olim. tenendam esse primam opinionem. Quid autem si vnus ex reis credendi conuenit reum debendi, coram vno iudice, vtrum ipse reus possit reconuenire actorem coram alio iudice, vide quod latius dixi in l. ex duobus. la 2. de duobus reis. in 13. princip. art. Item prædicta regula procedit, siue actor qui agit sit persona, quæ ex priuilegio nullum habeat certum iudicem: siue etiã ex priuilegio haberet certum iudicem, coram quo posset agere. Vnde dicit singulariter Bal. in cap. 1. si controuers. fuer. apud pa. termi. quòd si ex forma statuti ciuitatis pauperibus sint deputati certi iudices, qui habeant cognoscere de causis ipsorum pauperum agentium: quòd tales pauperes coram illis iudicibus agentes, coram ipsis poterunt reconueniri. arg. glo. ibi positæ, quæ dicit, quòd etiam coram paribus habet locum reconuentio: quia iniquum esset, quòd non seruaretur æqualitas. C. de fruc. & li. expen. in l. fin. & C. de proxi. sac. scrin. l. in sacris. lib. 12. facit ratio d. l. cum Papinianus. in fi. C. de sen. & interlo. om. iud. Et ad id quod dixi de paribus, vide quod dixi supra in 2. quæstio. princip. in fi. primi membri. & ideo arbitror, quòd si scholaris conueniret reum coram iudice suo, quòd possit coram illo reconueniri, nec haberet locum electio alterius iudicis sui, ad quod vide quæ latius dixi supra in 3. quæstio. princip. in primo membro. Item prædicta regula procedit, siue actor & reus sint ambo laici: siue actor sit clericus, & reus laicus, vel econtra, vnde laicus qui conuenit clericum coram iudice ecclesiastico, potest coram illo reconueniri. Et si cle-
b ricus[b] conuenit laicum coram iudice seculari, potest similiter clericus coram eodem reconueniri. Et hoc tenet glo. pen. hic in fi. Et idem tenet glo. in c. at si clerici. supra de iudi. per tex. nostrum, & per cap. sequens. & tenet glos. in d. l. cum Papinianus. dummodò reconueniatur in causa ciuili, vel de crimine ciuiliter, secus si criminaliter: quia in criminali non habet locum reconuentio, secundum glo. in dicto cap. at si clerici. de quo latè dicemus in 6. princip. articu. Sed tu aduerte: quia iste articu. est multum latè & tritè examinatus per Doct. & varij

varia

ADDITIONES.

a ¶ *Quando constituitur ad agendum tantum, & Bar. distinguit vt iste, hic, in l. mutus. §. pœna. ff. de proc. vide omnino per Roma. & Alex. Moder. in l. 1. ff. si quis ius dicen. non obtem.*

b ¶ *Si clericus conueniat laicum coram seculari, an habeat locum reconuentio. de ista q. vide late per Phil. Deci. in c. at si clerici. in 13. col. versic. sed difficultas. supra de iud. & dicit ibi Barb. quòd ea quæstio indiget noua principis decisio. quanquam Decius ibidem attestetur communem opin. esse affirmatiuam.*

varia senserunt, commiscentes qualitates causarum, cum qualitate personæ. Ego vero pro clariori doctrina primò prosequor, vtrum ratione qualitatis personæ, videlicet, quia clericus, obstet quo minus clericus posit conueniri coram iudice laico, in quo art. Doctor. se diuiserunt in duas sentētias: quidam enim voluerunt, quòd posit fieri reconuentio, vt voluit glo. penul. hic, & in d.cap.at si clerici. & 2.q.1.multi.3.q.8. cuius in agendo.11.q.1.in summa, & etiam gl. in d.l.cum Papinianus, & hanc etiam opi. sequuntur Hosti.in c.2.supra de foro compe.Hosti. & Ioan. And. in d.c.at si clerici. Hosti. Pet.de Saxo. & Ioan. And. in cap.qualiter, el secondo, supra de iud.& Hosti.in cap.dispendia. de rescrip.lib.6. & in summa, in tit.de excep.§.fi. ad fi. Et fuit communis opinio Goffr. Vinc.& antiquorum, quam etiam sequitur Ioan. Cald.in d.c.at si clerici. Mouētur, quia iura simpliciter & indistinctè in causa reconuentionis iurisdictionem prorogant: nec excipiunt clericos, & hanc opinionem secundum Ioan. And. approbat antiqua consuetudo, quæ minimè est mutanda, per l.minimè.ff.de leg. Item contraria opin. secundum Ioan. Cald.& Ioan. And. super tyrannidem, quòd laicus posset reconueniri coram ecclesiastico, & clericus non posset reconueniri coram seculari. Item secundum Cald. videmus, quòd clericus non potest expresè prorogare iurisdictionem alterius iudicis sine consensu sui superioris, vt in c. significasti.de foro compe.& tamen voluntariè contrahendo in aliena diœcesi potest ibi conueniri, vt in c.dilecti, & cap.postulasti. supra de foro compe. ergo debet procedere reconuentio, quæ vt plurimum fit inuito actore: alias secundum eum, sequeretur absurdum, videlicet, quòd clericus Bononiensis conueniens clericum Mutinensem coram ecclesiastico, non posset ibi reconueniri, quia non habet consensum sui iudicis, quod sonat in absurdum. ar. tex. nostri, & cap.sequentis, & 3.q.8. cuius in agendo. & hanc opinionem sequitur Bart. in d.auth. & consequēter, per illum tex. qui vult, quòd licet deficiat iurisdictio ex priuilegio personæ, illa authen. supplet, & prorogando iurisdictionem vult reconuentionem habere locum, non obstante priuilegio personæ reconuen. Nec obst.quòd clericus non potest prorogare iurisdictionē laici, maximè sine consensu sui iudicis, quia illud procedit in prorogatione, quæ fit per hominem: secus quando fit per legem, vt in terminis nostris, sicut videmus, quòd iurisdictio delegata, etiam in casu in quo per hominem est improrogabilis, prorogatur per l.in causa reconuentionis, vt hic, & in cap.seq.& in d.auth. & consequenter. Nec etiam obst. secūdum Bar.quod priuilegium clerici sit totius ordinis clericalis, quia eodem modo est fauor publicæ vtilitatis, nec legati missi ad curiam conueniantur ibi, vt l.Paulus. in fi. ff.de leg. & per totum, dixi in cap.fin. supra de foro compe. & tamen in causa reconuentionis prorogatur iurisdictio contra eos, vt in l.2. §.sed si agant. ff. de iudi. dixi in d.cap.fin. Et hanc opin.etiam sequitur Ang.in d.auth. & consequenter, si modo clericus agat bona fide contra laicum coram seculari. Secus si laicus intulit clericū ad agendum coram laico ad hoc, vt posset eum ibi reconuenire, fortè inferendo iniuriam clerico, vel in eum furtum faciendo, vel quid simile, quia tunc non haberet locum reconuentio, quia non lex, sed homo prorogaret iurisdictionem, & ipse non potest præiudicare ordini clericali, vt in c.si diligenti.supra de foro compe. Eandem etiam opin.tenet Bal.in d.auth.& consequenter. dicens, quòd æquitas naturalis hoc suadet. tenent etiam Bal. & Saly. in auth. habita.C.ne filius pro patre.sed nihil allegant, & Bal.in cap.1.de contro.feud.apud pa.termi.per glo.ibi positam, vbi dicit, quòd hęc quęstio de iure ciuili non est dubia, per tex. in Auth.de san.epis.§.reuerēdissimi. Et hoc si agatur de testamento, contractu, vel dominio alicuius rei. Secus si pro iniuria vel furto Cle. facta, vt supra dixi. Petr.de Anch.in repet.c.ea quæ. de reg. iu.lib.6.q.14.etiam tenet hanc opin. Mouetur, quia forus reconuentionis creatur à prorogatione iuris non hominis, quod patet, quia datur inuito, & redditur in inuitum, vt d.auth.& consequenter, & in c. dispendia.§. reus.de rescrip.lib.6. Secus in prorogatione hominis, in qua vtriusque consensus exigitur, vt d.c.significasti, & sic æquiparatio de prorogatione hominis expressa, ad reconuentionem nō est bona. Non obstat, quòd reconuentio quodammodo causatur à consensu clerici, ex eo, quod traxit laicū coram suo iudice, quod facere videtur ex necessitate, vt consequeretur debitum suū coram iudice laico, quod consequi nō poterat coram ecclesiastico, vt in c.si clericus.& in c.cum sit.supra de foro compe. Vnde nihil videtur imputādum clerico, qui noluit ius suum indiscussum relinquere, vt l.illud.ff.de peti.hæred. & in c.2.de homi.lib.6. Nec obstant iura quæ prohibent clerico, quòd se submittat iudici non suo, vt in d.c.si diligenti, quia illud procedit, quando submitteret se principaliter vt reum. Secus si non principaliter, sed contingenter, vt per viam cōtractus & delicti, quibus casibus ius dat iudices, vt supra dixi, & similiter in reconuentione ius dat sibi iudicem: licet trahat originem à facto ipsius clerici adeuntis iudicem laicum contra suum debitorem, vt sic locum habeat quod dicitur, multa possunt fieri incidenter & in consequentiam, quæ non
a principaliter,[a] vt l.1.ff.de aut.tut.& 4.quæst.3.§.1.2. responso.& in l.is qui duos.ff.de lib.leg. Nec hoc casu procedit argu. de expresso consensu ad tacitum: videlicet, vt quod non licet clerico expresè, non liceat tacitè, quia ex hoc sequeretur absurdum, quòd conuentus coram iudice ecclesiastico nō suo, non posset coram illo actorem clericum reconuenire, cum non posit expresè consentire in eum, contra mentem tex.nostri & sequentis, vt supra dixi, secundum Ioan. Cald.& totius materiæ reconuentionis. Vnde concludit d. Petr.quòd iura quæ generaliter in causa reconuentionis faciunt iudicem, qui alias non est iudex, generaliter sunt intelligenda, vt l.de precio.ff.de publi. cum simili. Et subdit, quòd ista opinio est fundata super æquitate quæ mouit omnes iuris latores, & quia euitantur litium dispendia, & commodius coram uno, quàm diuersis iudicibus causæ terminantur, vt d. capit. dispendia. contra-

ADDITIO.

a ¶ *Et id solum videtur attendi, quod fit principaliter, vt l.si quis nec causam.ff.si cer.pet.*

Contrariam ſententiam & opinionem tenent Iaco. But.& Pet.de Bellaperti. Cy.& Mar.Sil.in d.auth.& conſequenter.& Arch.in c.vnico.de cle.coniug.lib. 6.& Ioan.de Lig. & Car. in d.c.at ſi clerici. ſupra de iudi. Mouentur principaliter: quia regula tractatur negatiuè,quia clericus non poſsit trahi coram iudice ſeculari.11.q.1.c.1.& 2. cum multis ſimil.& non ſolùm iura vniuerſaliter prohibent clericum conueniri coram ſeculari, ſed etiam apponunt pœnam, vt in c.qualiter. ſupra de iud. & in c. ſi diligenti. ſupra de foro comp.& in authen.ſtatuimus. C.de Epiſc.& cler. Item quia certi caſus à iure exprimûtur,in quibus clericus damnatur à ſeculari, vt no. ſup.de iudi. cum non ab homine. Inter quos non reperitur connumeratus caſus reconuentionis, ergo remanet iſte caſus ſub regula. Et inducunt Martinus & Iacobus Butrig. vnum forte motiuum: dicentes, quòd reconuentio prorogat accumulando, non mutando iuriſdictionem, ad diuerſam ſpeciem, quia tûc non eſſet prorogare,ſed creare de nouo. Et hoc non facit reconuentio: plus enim eſt creare de ſeculari ad eccleſiaſticum, quàm de ſeculari ad ſeculare iudicium: quia in habentibus ſymbolum, facilior eſt
a tranſitus: [a] non autem in habentibus diſsimilitudinem. Item ſecundum Pet. de Bellapert. prorogatio ſurgit a principio voluntario facultatis prorogãdæ: quia iura dicunt, ꝙ non debet actor dedignari illum contra ſe iudicem habere, quem pro ſe elegit, vt d.l.cum Papinianus.in d.c.cuius in agendo. dedignari autem vel non dedignari, & velle quid agere, propriè cadunt ſuper eo, ſeu ad eum pertinent, qui poteſt hoc agere vel non agere: vnde vbi deficit poteſtas prorogandi in reconuento, nõ poteſt habere locum prorogatio. Et ideo ibi nulla ſurgit, ſeu notatur dedignatio. Et idem etiam tenet Paulus de Leaza.2.q.1.multi. & Io.de Lign.in d.c.at ſi clerici. Præterea ex legis diſpoſitione non debet induci illa prorogatio: quia illa non habet poteſtatem in clericos,vt ſup.de conſtit. c.Eccleſia ſanctæ Mariæ.96. diſt.c.bene quidem.& c. cum ad verum.& c. ſi Imperator. & ſic per hoc patet reſponſum ad dictam authenticam, & conſequenter. & ad §.reuerendiſsimi. Nec etiam hęc poteſtas inſurgit à canone: quia hoc nullibi reperitur expreſſum. imò regula reperitur vniuerſaliter negatiua, vt ſupra dixi. Item ſecũdum Dom.Ant.qui tenet hanc opin. fundamentum prorogationis inſurgentis ex reconuentione, licet non ſurgat à voluntate: quia vt plurimum fit actore inuito: ſurgit tamen à potẽtia volendi, & velle debendi,vt ſic non dedignetur eum habere contra ſe, &c. quæ ratio ceſſat in valente velle. Præterea cauſa clerici attẽta ipſius perſona,& regula ſuperius dicta,videtur eſſe quodammodo ſpiritualis. Item hæc regula,quòd quis poſsit recõueniri, tractatur in genere.
b ergo non debet referri ad ſpeciem [b] ſpecialiter prouiſam, vt l.ſanctio.ff.de pœn.& in regula, generi. de reg.iur.lib.6. Sed ſpecialiter cauetur in clericis,ne iudicentur à laicis, ergo &c. A.B. Et ad hoc accedat optimus tex.in c.1.infra de iura.calum. vbi conſtitutio loquens de clericis ſpecialiter,licet generaliter reſpectu certi actus,derogat conſtit. generaliter diſponenti,per quem tex.vt ibi Dom.meus,quoad materiam noſtram, quòd iura ſpecialiter prouideant, vt clerici non iudicentur à laicis: licet generaliter loquantur, derogant iuribus quæ generaliter permittunt reconuentio. ec caſu, quo & conueniretur coram iudice laico. Ad quod vide quæ latius dixi in d.c.1. in 9. no.hanc opin. quòd non habeat locum reconuentio,tenet G.Pe.in c.relatus.de iurepat.Ma. Non obſt.quod ſupradixi,ſecundum Cal quòd delinquendo & contrahendo clericus ſubijcitur iuriſdictioni non ſui iudicis, abſque ſui licentia: ergo & per actum reconuentionis. Nam vt dicit Io.de Lig. in d.c.at ſi clerici. & ſequuntur tenentes hanc opin. talis clericus delinquendo & contrahendo ſubijcitur iuriſdictioni eccleſiaſticæ: licet ille non ſit ſuus iudex, & ſic duntaxat ſui iudicis non vniuerſalis iuriſdictio eccleſiaſtica offenditur, ſed quòd reconueniri poſſet coram ſeculari, offenderetur vniuerſalis iuriſdictio clericorum. Nec obſtat c. verum. ſupra de foro competen. ſecundum communem lect. ꝙ loquitur de clerico: quia cum ille caſus ſit exorbitans,non debet trahi ad conſequentiam,vt in regula, odia. de reg. iu. lib.6.& l.quod verò.ff.de leg.loquitur enim in feudo,vnde domin.feudi ratione directi dominij quod obtinet,potius dicitur iudicare in re ſua,quàm in re clerici.ar.c.1.inf.de feud. vbi ratione iſtius directi dominij inducitur caſus ſpecialiſſimus contra omnes regulas Iuris Canonici: videlicet, quando dominus feudi habens feudum pignoratum à vaſallo, non tenetur computare fructus in ſortem, ſi abſtinet à ſeruitio debito per vaſallum: quia videtur quodammodo ſuam rem poſsidere,& ſic Domi. meus reſpondit ad illum textum,qui prima fronte videtur multum vigere in contrarium,& ſic Dom. meus ſequitur hanc vltimam opinionem. Mouetur etiam: quia clerici reperiuntur exempti à iuriſdictione laicorum,nedum per l.imperiales,vt in Auth. vt clerici apud propri. Epiſcopos, cum ſi. ſed etiam per canones additos à ſummis Pontificibus, & quod plus eſt,à Deo, vt no. Innoc.in c.2.ſupra de maior.& obed. no.glo. 96.diſt. ſi Imperator. vnde cum dicta iura tam diuina,quàm humana generaliter & indiſtinctè loquantur, videtur abſurdũ, quòd non debeant ſibi vendicare locum, etiam in cauſa reconuentionis,& quòd per ipſam cauſam reconuentionis tãtum alia priuilegia debeant recipere læſionem: maximè cum à legibus & canonibus diſpoſitum ſit, ꝙ ea quæ ſpeciali nota ſunt digna, niſi ſpecialiter exprimantur, videantur neglecta, & non comprehenſa ſub diſpoſitione generali: quamuis ex proprio generali ſignificato verborum, viderentur comprehendi, vt dicit tex. in c.quamuis. de præb.lib.6. & ff.de adulter. aliàs,de iniur. l.itẽ apud Labeonem. §. hoc edictum. Ad quod etiam facit vrgẽtiſsima præſumptio: quia poſt leges traditas in materia reconuentionis,nunquã emanauit aliquod ius, quod hunc caſum ſpecificè attingeret. Item mouetur: quia clericus non iudicatur à laicis: quia reputatur maior. vnde notabiliter dicit tex. 96.diſtin. cap.denique. quomodo hi qui humanis rebus præſunt, & non diuinis: præeſſe permiſſum eſt, ne de his

ADDITIONES.

a ¶ *L.ſi vnus.§.pactus ne peteret. in ſi.ff.de pact. & l.in rem. §.quæcunque. ff.de rei vend.*

b ¶ *L.doli clauſula, vbi Mod. ff.de verbor. oblig.*

his per quos diuina ministrātur, iudicare præsumāt penitus ignoramus, quæ quidem ratio optimè militat in reconuentionis causa. & sic prorsus cessat ratio posita in d.l.cum Papinianus. cum ipse clericus non debeat velle iudicari à laico cōtra reuerentiam diuinorum quæ administrat: nec est verisimile, ꝙ Papa in causa reconuentionis contra prædictam rationem vrgentissimam voluerit iura prædicta relaxare, & conuentionis materiam hoc casu ad clericos extendere: & subdit, quòd hanc rationem considerauit, dum esset scholaris, quæ semper sibi placuit. Non obstat, si dicatur, quòd etiam maior se subijciendo minori potest ab illo iudicari, vt in l.est receptum. ff.de iurisdic.omn.iud. & 2.q.7. cap.nos si incompetenter. quia dicit Dom. meus, ꝙ illa l.est receptum. procedit, in eo qui subijciendo se alteri, non derogat honori & priuilegio sui superioris. Sed clericus non potest hanc submissionem facere contra hominem ipsius Dei & eius sacramenta, quæ administrat.argu.optimum in c.cum tempore.in fi.de arbit.& pro hoc facit, quod sing. dicit Ioan. Andr.in cap.Ecclesia. supra de constit. vbi vult, ꝙ Papa non potest se subijcere iurisdictioni laicorum, quia redundaret in dedecus ipsius Christi, & ad cap.nos si incompetenter. respondet, quòd illud procedit ex magna humilitate, ꝙ dicit notandum: quia illud c. satis ruditer solet allegari, ad vnum tamen dicit attendendum: quia Ioan.And.in d.c.at si clerici, fundat se super consuetudine: sed Dominus Anton.& Ioan. de Lig. dicunt consuetudinem non posse hic operari: nisi daretur expressus vel tacitus consensus Papæ, vel tolerantia ex certa scientia: quia aliàs potius foret corruptela.Sed Dominus meus tenet opi. Io. An. Mouetur: quia negari non potest, ꝙ casus iste ex tantorum doct. varietate non reddatur dubitabilis. ar.eorum quæ no.glo.in c.1.de post.prel.lib. 6.& in l.1. ff.de iur.& fac. igno. ergo talis consuetudo est attendenda, quæ est optima legum interpres, vt in c.cum dilectus.supra de cōsue. & in l.minimè. ff.de leg.& sic residet Dom.meus,& secundum prædictam opi. superfluè redduntur quæstiones de causa spirituali, criminali, vel famosa, de quibus statim dicam: quia si in causa mere ciuili non potest clericus recōueniri coram laico: longe minus debet posse in causis prædictis.
a [a] Mihi videtur, ꝙ vtraque opinio sit satis defensabilis, de iure tamē videtur verior vltima opin. sed prima est magis æqua: ad cuius tamen corrobora. possent adduci plura, de quibus dixi in c.1.de foro compet. in fallentijs, & maximè fallentia.6.21.22.28.& 42.

¶ Retenta tamen prima opi.pro conclusione, ꝙ clericus possit coram laico reconueniri, talis conclusio recipit plures limita.

28 ¶ † Primò enim limitatur, nisi laicus malitiosè procuraret inducere clericum per iniuriam in eum illatam, vel furtum contra eum commissum, vt cum conueniret corā suo iudice: quia propter hanc fraudem ne fraus sibi patrocinaretur, nō haberet locum reconuentio, hoc tenet Spec.in ti.de reconuen.§.1. versi.quid si laicus.& probatur in l.2.§.sed si agāt.ff. de iudic.vbi etiam hoc tenet Bal.Ad idem facit c.fi. supra de alie.iud.mu. & c.relatū.§.ad hoc, inf.de iure pat.& hanc opi.tenent Ang.& Bald.in d.authen. & consequenter, secundum quod supra tetigi. & in hoc concordant omnes. & vide quod tetigi sup. in 4.prin.artic.quæst.3. versi.2.limitatur. & aliquid dicam in 6.prin.art.

29 ¶ † Secundò limitatur, ꝙ conclusio prędicta pro
b cedit, si causa non sit spiritualis: [b] secus si sit spiritualis: quia de ea laicus cognoscere non potest, cum sit ipsius incapax.c.1.2.& 3. de iud.etiam incidenter, vt in cap.tuam.infra de ord.cog.& in c.causam. & c.lator.inf.qui fil.sint legi.tenet Ioan.3.q.8.cap.cuius in agendo.& Specu.in titu.de reconuen.§.2.ver.& no. quod in tribus. Et in hoc etiam concordant omnes Doct.Dom.Anto. & Dominus meus in d.c.at si clerici. supra de iu.

30 ¶ † Tertiò limitatur, si causa sit ciuilis: secus si sit criminalis, secundum glos. in d. cap.at si clerici. quia in crimine non committitur reconuentio, vt in l.neganda. C. qui accu. non pos.canonizata 3.q. 11.de quo dicam in 6.princ. articu. Et hoc procedit secundum Hostien. hic, si ageretur ad degradationem clerici: qui iudex laicus illam examinare non potest: imò nec electus & consummatus in Episcopum, si nondum est consecutus, per cap. transmissam. supra de elect. Et idem tenet Hostien.in cap.dispendia.de rescript. lib.6. Et idem etiam dicit Host. si criminaliter ageretur ad pœnam corporalem, vel crimen esset canonicum: quia laici talia examinare vel iudicare non possunt, vt in Auth. de man. princip.§.si vero.col.3.& in Authen. vt clerici apud proprios Episcopos.§.si vero Ecclesiasticum. Sed si pœna esset ciuilis & pecuniaria, locus est reconuentioni & diffinitioni fiendæ per iudicem reconuentionis, siue tale crimen infligat pœnam canonicam, siue pecuniariam. Et idem sentit Specu.in titu.de reconuen.§.2.versic.sed pone clericus. & facta diffinitione ad requisitionē ipsius iudicis laici, si opus erit Episcopus exequetur sententiam.argu.cap.postulasti.supra de foro competen. & l.à diuo Pio.§.1.ff.de re iudi.& 96.distinc. cap.cum ad verum.secundum Hostien. Sed Ioan.Andr. hic, & in cap. at si clerici, & communiter Cano. concludunt contrarium, facientes regulam, quòd super crimine clerici non habet locum reconuentio coram iudice seculari, siue veniat imponenda pœna pecuniaria, siue infamiæ, siue de crimine agatur criminaliter, siue ciuiliter: quia iura respectu criminis videntur prohibere, vt clerici à laicis nullo modo debeant iudicari, vt in c. vnico. de cleri. coniug. lib.6. Vbi idem tenet Archidia.& sequitur Specul.in dicto versi.& no.quòd in tribus. quinimo plus dicit Ioan.Andr.in d.cap.at si clerici.quòd etiam per modum exceptionis non potest laicus cognoscere de crimine clerici: puta, vt

ADDITIONES.

a ¶ *Et pro opin. Ab. quòd non posset reconueniri clericus, facit, quia quando duæ regulæ concurrunt, vna negatiua, alia affirmatiua, debet attendi negatiua. Bart. in l.3. §.liberti. per illum tex. ff.de susp. tut. Bald. in l. Rufinus. C.de mili. testam. eo. ar. vtitur Decius contra commun.opi. in d.c.at si clerici. col.15.versi.6.supra de iudi. dic vt ibi.*

b ¶ *At quia causa satis dicitur specialis, quando clericus debet condemnari, quæ videtur specialis, dicit Dec. in d.capit. at si clerici. 13. colum. de iudic.*

vt repellatur à testimonio, de quo remittit ad no. in cap. verum. supra de foro competen. Et idem in effectu vult Dom. Anton. in d. cap. at si clerici. & placet etiam Domino meo ibi, quia habito respectu ad personam clerici, potest dici causa spiritualis: ita quod non solùm deficit iurisdictio respectu personæ, sed etiam causæ, & sic non esset extendere iurisdictionem de persona ad personam, sed transferre iurisdictionem ad aliam speciem, & qualitatem causarum: quod non facit reconuentio, secundum Dominum meum, per ea quæ habentur hic, & dicta authen. & consequenter. de quo vltimo generalius dicam
a in 6. princ. artic. [a]

31 ¶ † Quartò limitatur, vt possit fieri reconuentio de causa merè ciuili, scilicet respectu cognitionis & sententiæ, sed non propterea quòd possit distringere personaliter clericum. vnde stante statuto quòd pro tali debito posset quis carcerari, non posset clericus pro tali debito arrestari, seu distringi à iudice laico, etiam in causa recôuentionis: & si esset clericus coniugatus, non tamen bigamus, & incederet in habitu & tonsura, secundum Lapum allega. 108. & vide quod dixi in cap. 1. supra de foro competen. falleri. 22. Et ex prædictis infertur, quòd si legatus ageret tempore legationis, posset ibi reconueniri: licet aliàs ibi non potuisset conueniri, nisi pro iniuria sibi illata, aut furto contra eum commisso, vel simili causa: facit quod supra sæpius dixi. & est tex. in d. l. 2. §. 2. §. sed si agant. ff. de iudi. Prædicta tamen regula, quod actor potest reconueniri à reo, recipit plures fallentias.

32 ¶ † Primò igitur fallit respectu qualitatis & inhabilitatis iudicis, secundum ea quę latius dicta fuerût in 3. prin. arti. Ista tamen fallentia & duæ sequentes non adaptantur propriè ad art. nostrum, in quo tractatur de habilitate actoris & rei.

33 ¶ † Secundò fallit respectu qualitatis causæ, propter quam similiter quandoque non habet locum reconuentio, secundum ea quæ latius dicam in 6. prin. artic. in fallentijs.

34 ¶ † Tertiò fallit ratione inhabilitatis temporis requisiti ad recôuentionem, secundum quòd latius dicam in 7. prin. art.

35 ¶ † Quartò fallit, si reus sit excommunicatus excommunicatio. maiori: quia licet possit conueniri, vt dixi in c. intelleximus. supra de iudic. tamen non potest reconuenire, vt in cap. cum inter. infra de except. & hoc communiter tenent Docto. quod ego intelligo, opposita exceptio. excommunicationis. aliàs valeret processus. Ad quod vide quod latius dixi in cap. sacris. infra de senten. excommun. in 19. princip. artic. in 5. quæstio. princ. in secundo membro. quæst. 16.

36 ¶ † Quintò fallit in clerico, qui nô potest reconueniri coram laico, secûdum secundam opin. quam supra posui.

37 ¶ † Sextò fallit, si aliquis ageret nomine Ecclesiæ tanquam clericus de Ecclesia, ex necessitate, secundum ea quæ dixi supra eod. art. versi. & prædicta procedunt quando quis ageret.

38 ¶ † Septimò fallit, si actor ageret vno nomine, & reconueniret alio nomine, vt dixi supra eod. art. ver. non solùm ergo qui agit ad B. Aduerte tamen: quia conuentus procuratorio nomine alterius, non potest etiam alterius, & nô potest etiam illius nomine reconuenire actorem coram eod. iudice: si talis iudex non esset iudex actoris, secundum Albericum, quem sequitur in d. auth. & consequenter. quia prorogaret iurisdictionê, quam simplex procurator prorogare non potest, secundum Inno. sup. de offic. delega. cum olim Abbas. Sed tu de hoc dic vt latius dixi in c. significasti. supra de foro compet. in 3. prin. arti. q. 9. Secus si procurator haberet potentiam prorogandi, vt videmus in instrumêtis procurationum, quibus datur potestas eligendi & recusandi iudices, secundum Ang. Et prædicta adde ad ea quæ dixi in d. ver. non solùm.

39 ¶ † Octauò fallit in reo post côfessum debitum, aut contra quem debitum sit liquidatum, nô potest reconuenire actorem coram eod. iudice. Ad quod vide quæ latius dicam inf. in 6. prin. art.

40 ¶ † Nonò fallit, si per reum opposita esset qualitas excludens actorem à conuentione. puta, si contra actorem reus excipit de excommunicatione maiori, secundum ea quæ dixi supra in 4. princ. articu. quæst. 2. versic. & aduerte, quia quod dixi. vnde si reus prætextu excommunicationis maioris repulit actorem ab agendo coram delegato, non potest coram eodem reconuenire actorem. Ita côcludit Bar. Bri. in quæst. dominicali, quæ incipit, actor conueniebat. quia vt dixi in Rubr. in 1. artic. & sæpius fuit repræsentatum, reconuentio non habet locum, nisi conuentio præcedat. Et idem voluit Tancredus hic, & idem sequitur Henricus Bohic. facit quod dixi in d. versi. & aduerte. Arbitror tamen quòd hoc procedat, quando reus conuentus à princip. excluderet actorê vigore excômunicationis ante, quàm ipsum reconueniret. Secus si idem incœpisset eum reconuenire: maximè si exceptio excommunicationis contra actorem superueniret post litem contestatam, de quo nunc per reum opponitur, secundum ea quæ traduntur in c. pia. de excep. lib. 6. Et vide quæ latius dixi in cap. sacris. infra de sententia ex communi. in 19. princ. articu. in secundo membro. 5. quæstio. princ. versic. 1. quæro. & versi. 22. quæro. & sequenti. Et hoc procedit indubitanter tenendo quòd priuilegium reconuentionis sit separabile à conuentione. de quo latius dicam in cap. sequen. in 10. princ. articu. Et hoc adde ad ea quæ dixi in d. ver. & aduerte.

41 ¶ † Decimò fallit in casu, de quo supra in 4. prin. articu. in 3. quæstio. princip. versi. quarta declaratio, secundum vnam opinionem. Et ex illa declaratione & sequentibus, posses sumere alias fallentia. Sed quæro nunc circa prædicta, quid si fiat reconuen-
b tio coram eodem [b] iudice, coram quo non potest fieri ratione qualitatis personæ: reus tamen seu actor reconuentus non opponit. ¶ Sol. Docto. non tangunt. Ego arbitror dicendum, quòd aut est talis iudex, cuius iurisdictio ab isto actore respectu reconuentionis potest prorogari, & valeat pro-

ADDITIONES.

a ¶ *Adde Moder. in cap. at si clerici. de iudi. in glo. 1. in princ.*

b ¶ *De hoc vide etiam Soci. in consi. 41. col. 5. ver. non obstat tertium. in primo lib.*

processus: aut non, & tunc aut non teneat. argum. eorum quæ dixi supra, maximè in quæstione de clerico agente coram laico reconuento coram eodem. Et ex his habes expeditum primum membrum huius quinti articuli, inter quos locum habeat reconuentio.

42 ¶ † Superest ergo nunc vt examinemus secundũ princip. membrum ipsius 5. artic. & quæramus, quoties inter eosdem posit reiterari reconuentio, & an pluries fieri posit. Pone exemplum, actor conueniens reum reconuenitur ab eo. Quæritur, vtrum ipse actor posit iterũ reum reconuenire. ¶ Sol. Glo. in c. seq. versi. item retenta, ponit quæstionem in delegato qui impetrauit literas super vna re, ad quam conuenit reum, & reconuentus à reo, vult iterum ipsum reum reconuenire coram delegato pro alia re, non expressa in literis. Et Glos. illa soluit quòd credit, quòd non posit fieri reconuentio: nisi quantum ad illum qui primò conuenitur. Sed Glos. in authent. consequenter. C. de senten. & interlo. om. iudi. magis simpliciter format quæstionem, & concludit idem: quia aliud est conuenire, & aliud reconuenire: sicut aliud est deferre iuramentum, & aliud referre. Et Barto. ibi dicit, quòd idem tenent omnes canonistæ & iuristæ. Et idem Cyn. loquitur in delegato. Bald. etiam ibi tenet idem. Mouetur, quia reconuentio est similis compositioni, vt l. neque. C. de compen. & dixi supra in Rubr. articu. 1. Vnde sicut nõ habet locum compensatio compensationis: ita nec reconuentio reconuentionis. Item quia est similis retorcutioni, & retorcutio retorcutionis non habet locum, ne beneficium l. sit damnosum, vt l. fin. ff. quod quisque iur. Et ideo hoc idẽ tenet Guli. de Cu. & istę rationes concludunt etiam prædictam conclusionem procedere in ordinario. Et eandem opi. tenet Hostien. in cap. seq. & assignat rationem, vt euitetur infinitas, vt in c. 2. de rescript. lib. 6. Et quia in potestate actoris à principio fuit impetrare literas super pluribus causis & rebus, vt in c. 3. de rescript. lib. 6. Vnde imputet sibi qui solùm super vna re impetrauit rescriptũ. Et idem tenet Hostien. in sum. eodem titu. §. qualiter. Et sequitur Specula. in titu. de reconuentione. §. 1. versic. item pone. per l. iusiurandum & ad pecunias. §. sed nec. ff. de iureiur. facit etiam quod no. Specu. in ti. de reconuen. §. 2. & in §. 1. versi. penult. vbi dicit, quòd si tu conuenis me coram vno iudice, & egò te conuenio coram alio, quòd poteris me reconuenire coram illo: quia coram illo tu es conuentus. & idem dici potest coram delegato, quem impetrasti contra me, secũdum Dominum Anton. licet aliqualiter de hoc dubitauerit. Sed dicit Dominus meus, quòd non videt dubitationis causam. Subdit tamen quod hodie non licet impetrare literas ad alium iudicem, vt per d. cap. dispendia. §. reus quoque. de rescript. lib. 6. Ego clarius & latius arbitror distinguendum, quod aut loquimur in ordinario ipsius rei conuenti, coram quo actor egit, & non est dubium quod actor reconuentus à reo, potest iterum ipsum reum ad quantumcunque aliam rem reconuenire. hoc tamen non videtur esse virtute reconuentionis, sed virtute potentiæ reconueniendæ: ex quo ille est iudex ipsius rei, vnde est potius conuentio, quàm reconuentio. Aut actor traxit reum coram proprio iudice ipsius actoris, & reus prorogata iudicis iurisdictione, expresè vel tacitè reconuenit actorem, & actor vult de nouo illum reconuenire, & in hoc arbitror aduertendum: quia si reus reconuenit actorem, actor non posset de nouo reconuenire reum, quo minus posset declinare ipsum iudicem: quia licet ipsius iurisdictionem prorogauerat quo ad primam reconuentionem: non tamen tenetur habere illum in iudicem quo ad istam nouam conuentionem: quia ex separatis non fit illatio, vt in cap. quod ad translationem. supra de officio lega. facit etiam quod dixi in cap. significasti. supra de foro competen. in 6. princip. arti. quæstio. 12. Sed si reus actorem conueniret, conuentus ab actore coram iudice actoris, vt dixi, dico quod actor posset reconuenire reum: quia non video quod aliquid obstet, ex quo reus agendo fecit illum iudicem, per tex. 3. quęstio. 8. cap. cuius in agendo. facit quod statim dicam. Aut actor egit coram iudice extraneo: qui nec ipsius actoris, nec rei iudex erat, & hoc casu, licet reus potuerit ipsum reconuenire, non tamen arbitror quod actor posit de nouo illum reconuenire, per rationem statim assignatam: quia licet reus prorogauerit iurisdictionem in prima conuentione intentata per actorem: tamen non tenetur prorogare quo ad hanc causam, & quia priuilegium concessum reo circa potentiam reconueniẽdi actorem coram eodem iudice, non debet in eius odium retorqueri, possent adduci rationes de quibus supra per Doctores. Aut loquimur coram iudice delegato, & dico quod aut actor reconuentus à reo simpliciter vult reconuenire reum super alia re, contenta tamen in rescripto, & potest: non tamen virtute reconuen. sed conuent. Aut vult reconuenire reum super alia re non contenta in rescripto: tunc aut reus simpliciter cum reconuenit vigore conuentionis de eo factæ ab actore, absque eo quod reus alias literas impetret, & nõ potest, per rationes sup. per Docto. assignatas: aut reus non recõuenit eum simpliciter vigore conuentionis factæ per actorem: sed per literas ab ipso reo impetratas, & hoc casu, aut literæ sunt impetratæ ad eundem iudicem: aut ad alium iudicem.

¶ Primo casu, aut reus impetrauit literas conuentionis vel reconuentionis, eo quòd volebat reconuenire actorem super re, de qua delegatus ille non poterat cognoscere, sine speciali mandato Papæ, vt dixi in 3. princip. articu. in 3. quæstio. princ. versi. 1. limitatur. Et subdistingue q aut reus impetrauit literas conuentionis, aut reconuentionis, secundum quod tractatur in cap. dispendia. §. reus quoque. de rescript. lib. 6. Primo casu, indubitanter habet locum reconuentio: non virtute primarum literarum impetratarum ab actore: sed virtute secũdarum impetratarum à reo, & nouæ conuẽtionis factæ per ipsum reum de actore. Aut reus impetrat literas recõuentionis secũdum formam d. §. reus. & quamuis videatur maius dubium propter aliquas rationes supra deductas per Docto. tamen arbitror. Item quia cum huiusmodi reconuentio cõcedatur vigore nouarum literarum, nec fundetur aliquo modo super antiquis literis, vt potius dicatur quodammodo quædam conuentio, quàm reconuentio: maximè propter impotẽtiam, quam iudex habet vigore pri-

marum literarum cognoscendi de hac causa reconuentionis: decisio tamen non procedit sine dubitatione, ex quo iste nõ impetrauit literas conuentio. sed reconuentionis. Si verò reus impetrauit literas ad alium iudicem, decisio dependet ab alia quæst. videlicet, an talis impetratio sit ipso iure nulla: quia si esset nulla, secundum dispositionem d.§.reus, non est dubium, quòd ex quo propter defectum iurisdictionis non valeret cõuentio, similiter propter eandem rationem, non valeret reconuentio. Aut ipsæ literæ ad alium iudicem impetratũ valuerunt, quod potest contingere in certis casibus, de quibus dixi in d.4.princ.artic.q.3.per totum, & tunc haberet locum reconuentio potius virtute nouæ conuentionis factæ per reum, quàm primæ conuentionis factæ per actorem. Et quia istius reconuentionis factæ per ipsum actorem conuentum à reo, nõ potest esse consideratio respectu actionis primò intentatæ ab actore: quia coram diuersis iudicibus non datur propriè reconuentio, & ideo si iste actor reconueniretur à reo, non coram eodem delegato, sed coram ordinario & actor vellet ipsum reum reconuenire, posset: non virtute primæ conuentionis, sed secundæ recõuentionis factæ per reum: quæ habetur pro cõuentione, ex quo fit coram alio iudice. Ad quod tamen vide quod latius dixi supra in 4.prin.art.vers. secundo limitatur. Et ex his habes expeditum quintum princ. articulum.

ARTICVLVS VI.

SEXTO princ.artic.videndum est, in quibus causis seu rebus habeant locum, aut cessent mutuæ petitiones. Et quid iuris si de qualitate causæ propter quam nõ haberet locum reconuentio, non opponatur, an teneat processus.

¶ Regula.

43 ¶ † In omnibus iudicijs regulariter habet locum reconuentio.

¶ Prima declaratio, prædicta regula procedit, siue idem sit iudicium conuentionis & reconuentio. siue diuersum.

¶ Secunda, etiam de quantitate ad quantitatem.

¶ Tertia, etiam si agatur de quantitate, & reconuentio fiat ad factum.

¶ Quarta, etiam super pluribus rebus potest fieri reconuentio.

¶ Quinta, siue reali siue personali agatur, locus est reconuentioni.

¶ Sexta, siue vtraque profana, siue vna profana, alia spiritualis.

¶ Septima, etiam si actum sit de causa pecuniaria & reconuentio fiat de causa status.

¶ Octaua, etiam si fiat recon. de querela inofficiosi testamenti.

¶ Nona, siue causa sit ordinaria, siue summaria.

¶ Decima, siue agatur ciuiliter ex causa ciuili, siue ex causa criminali.

¶ Vndecima, etiam improbando officio iudicis.

¶ Fallit prædicta regula.

¶ Primò, si aliàs per viam conuentionis cognoscere non potest.

¶ Secundò, si conuentus coram laico vellet reconuenire de re spirituali.

¶ Tertiò, si fieret reconuentio in causa status.

¶ Quartò, si conuentus coram pedaneo vellet reconuen. de causa meri, vel misti imperij.

¶ Quintò, si causa conuentionis indiget celeritate.

¶ Sextò, in causa electionis non admittitur reconuentio.

¶ Septimò, si causa conuentionis est summaria, & reconuentionis ordinaria.

¶ Octauò, si causa conuentionis non habet propriè qualitatem iudicij, ut patiatur aperiri testamentum.

¶ Nonò, si per confessionem debitum esset liquidatum.

¶ Decimò, si petitur executio instrumenti guarentigiati.

¶ Vndecimò, in causa depositi.

¶ Duodecimò, in causa spoliationis.

¶ Tertiodecimò, in causa momentaneæ possessionis.

¶ Quartodecimò, in causa criminali. & hanc fallentiam examinat per quinque quæstiones.

¶ Quintodecimò, in causa inquisitionis.

¶ Sextodecimò, in criminali quæstione concurrente cum liberali.

¶ Septimodecimò, in actione iniuriarũ vel furti.

¶ Octauodecimò, si coram illo iudice agitur solùm de vno articulo incidenti.

¶ Nonodecimò, coram delegato, si actio orta est post impetratum rescriptum.

¶ Vigesimò, vbi incidenter imploratur officium iudicis.

¶ Vigesimoprimò, in causa appellationis.

¶ Vigesimosecundò, in causa restitutionis in integrum.

44 ¶ † Circa primum trado regulam affirmatiuam
a & generalem, ꝙ in omnibus causis, [a] obligationibus, & actionibus, & super omnibus rebus, regulariter habet locum reconuentio. arg. tex. nostri, & c. seq. & l.cum Papinianus.& authent. & consequenter. C. de senten. & interloc. om.iudi. & 3.quæst.8. c.cuius in agendo. quæ iura simpliciter & indistinctè loquuntur. vnde dicit Lap.allegatione 67. quòd semper reus potest reconuenire actorem, nisi in casibus à iure prohibitis, & hoc etiam apparebit ex declarationibus statim subijciendis. Hæc autem regula recipit plures declarationes.

45 ¶ † Prima declaratio est, ꝙ prædicta regula procedat, siue idem sit negotium cõuentionis & reconuentionis: puta famil.ercis.cõmuni diuid.& finium regun.secũdum quod loquitur tex.in l.1.ff.quib.ca. ad eundem iud.eatur. facit d.l.cum Papinianus. ibi dum tex.dicit, eod. negotio. A.B. Et super peti.hæreditatis, quando duo litigant de eadem hæreditate, potest reus cõuentus petere res, quas dicit actorem possidere de eadẽ hæreditate.tex.est no. in c.in præsentia.de probat. & ibi.Pet.de Anch.no. facit l.si inter me & te.R.de excep.rei iud. faciũt ad no.per Innocen.

ADDITIO.

a ¶ *In quibus causis habeat locum reconuentio. vide eundem Socin. in consil.88.col.8.ver.sextò principaliter, in primo libro.*

nocen. in c. ex quæst. de resti. spoliat. Ma. Siue etiam reconuentio fiat super alio negotio, vt probatur hic in tex. nostro, & clarius probabitur ex seq. decla. tenet glo. fin. in dicta l. cum Papinianus. & sequuntur ibi Docto.

46 ¶ † Secunda declaratio sit, quòd prædicta regula habet locum etiam de quantitate ad quantitatem. vnde reus conuentus ad quantitatem, potest reconuenire actorem ad quantitatem, vt d. l. cum Papinianus. ibi, dum tex. dicit, daturum. facit l. si idē §. quod si mutuæ. ff. de iurisd. om. iu. Nec obst. quòd de quantitate ad quantitatem reconuentio videtur esse superflua: quia cum compensatio casu fiat ipso iure, vt l. fin. C. de compen. & Instit. de actio. §. sed nostra, non videtur esse opus duplici instantia: quia respondeo, ꝙ compensatio non fit, nisi opponatur in modum exceptionis, vt dictis iuribus. vnde si in modum conuentionis proponitur, non fit compensatio, quod est notabile, secundum Bald. Refert ergo qualiter aliquid intentetur. 2. q. 6. hoc quippe. vbi glo. no. ꝙ semper modus agendi & excipiendi est inspiciendus. Ad quod vide quod dixi in c. si clericus. supra de foro compe. & potest bene contingere, ꝙ magis expedit reconuenire quàm exceptione compensationis opponere: quia qui opponit exceptionem compensationis habere, inde confitetur debitum. Secus si conuenit actorem, secundum Iac. But. in d. l. cum Papinianus. quod est no. dignum. Item cōpensatio non potest recipere fines petitionis: nec per eam excipiens aliquid potest plus consequi: licet excipiens probauerit de pluri. Secus si in reconuentione, vt d. §. quod si mutuæ. & in l. in rebus. §. si. ff. commo. & ibi hoc tenet Gul. de Cu. & idem tenet in d. l. cum Papinianus.

47 ¶ † Tertia declaratio sit, ꝙ dicta regula procedit siue agatur de quantitate, & reconuentio fiat ad factum, per d. l. cum Papinianus. ibi, vel futurum pronunciare, siue contra actum sit ad factam, & reconuentio fiat ad quantitatem: siue etiam actum sit ad factum, & reconuentio fiat ad factum. arg. d. l. cum Papinianus, & tenet ibi Bal. facit etiam identitas rationis illius legis in fi. d. c. cuius in agendo. & tex. noster dum dicit, super suis quæstionibus. faciūt etiam quæ dicentur in sequentibus decla.

48 ¶ † Quarta declaratio sit, ꝙ prædicta regula procedit, siue reconuentio fiat super vna re, siue etiam super pluribus: quamuis reus non fuerit conuentus nisi super vna re, potest reconuenire actorem, & super pluribus rebus, obligationibus, & actionibus, vt est tex. hic apertus, & tenent hic Docto. & Host. in sum. eo. ti. §. qualiter. quod procedit non solùm coram ordinario, sed etiam coram delegato. Ex quo non est diuersa ratio, quinimo procedit etiā coram delegato, ad quem super vna re duntaxat actor literas impetrasset, vt tenet glo. 2. in c. seq. ver. sed pone ar. tex. nostri & sequuntur Io. And. Host. Do. Anto. & Do. meus ibi, tenet Bar. in d. auth. & consequenter. vbi dicit, ꝙ etiam per viam reconuentionis potest plures libellos offerre, alleg. l. omnium. ff. de procur. & ibi tenet Glo. Nec obst. tex. in c. seq. vbi tex. dicit, quòd actoris & rei debet esse æqualis conditio: quia ęqualitas non sumitur quo ad hoc: sed quo ad ea quæ dicam in 10. art.

49 ¶ † Quinta declaratio sit, quòd prædicta regula procedat, siue agatur reali, siue personali, per tex. in d. l. cum Papinianus. & ibi no. Bald. super verbo, obnoxium.

50 ¶ † Sexta declaratio sit, quòd procedat regula: siue vtraque sit profana, siue vna causa sit profana, & alia spiritualis, siue vtraque sit spiritualis, dummodo agatur coram iudice Ecclesiastico secundum Lapum alleg. 67. Secus si esset laicus, vt dicam inf. in 1. & 2. fallen.

51 ¶ † Septima declaratio sit, quòd procedit regula, etiam si actum sit de causa pecuniaria, & reconuentio fiat de causa stat. & præiudiciali. Ita tenet Glo. in d. auth. & consequenter. mouetur per l. quoties. C. de iud. Item mouetur, quia reconuentio sapit naturam quæstionis incidentis, vel emergentis, & certum est quod causa prorogatur ad accessoria, prout est incidens & emergens, vt l. fi. C. vbi & apud quos. Alij contra, vt videbimus infra fall. 1. & 3. Sed dicit Bald. quem etiam sequitur Ang. ꝙ Glo. prædicta dicit verum, quantum ad ius fori: non quantum ad ęqualitatem processus, ad quod vide quæ latius dicam in dicta prima fall. & in fallen. 7.

52 ¶ † Octaua declaratio sit, quòd regula procedit, etiam si actor reconueniret querela inofficiosi testamenti, secundum Bald. in dicta l. cum Papinianus. vbi dicit, quòd querela inofficiosi testamenti non solùm potest proponi in modum exceptionis: sed etiam reconuentionis, per l. Papinianus. §. si filius. ff. de inoffic. testam. & ibi etiam hoc tenent glos. Bald. & Docto.

53 ¶ † Nona declaratio sit, ꝙ prædicta regula procedit, siue vtraque causa sit ordinaria, siue summaria,[a] vt in Cle. sæpe. de verb. sig. & in l. sed & hę. §. non solùm. ff. de procu. & ibi no. Doc. Sed si vna sit summaria, & alia ordinaria: maius est dubiū, gl. tenet Pet. hic videtur sentire, ꝙ idem sit: nisi aliud obstet, vt odium spoliatoris, & fauor spoliati. Sed tu dic de hoc, vt latius dicam inf. fallen. 7.

54 ¶ † Decima declaratio sit, ꝙ regula procedit: siue agatur ciuiliter ex causa ciuili, siue ciuiliter ex causa criminali, dummodo contingat causam propositam: etiam si causa proposita sit priuilegiata. vnde si vxor repetit dotem potest reconueniri ciuiliter de adulterio: quia ista talis reconuentio cōtingit priuilegium dotis. Secus si reconueniretur ciuiliter de alio delicto, vt rerum admotarū, vel simili. Et ita procedat glo. in l. rei iudi. §. 1. ff. sol. mat. secundum Bald. in d. auth. & consequenter. An autem hoc procedat in hærede, vel in marito, vide Bald. in d. l. rei iud. §. 1. qui tenent ꝙ hæres non possit reconuenire de adulterio. Sed Ludo. Pon. ibi contra, vide ibi per eos, & Io. de Imo. Sed quo ad principalem materiam de causa ciuili & criminali, vide quæ latius dicam inf. fallen. 14. & 15.

55 ¶ † Vndecima declaratio sit, quòd prædicta regula procedit, siue iudex totam (de qua fit recōuentio, aliàs de vtraque causa) haberet iurisd. siue aliàs de illa

ADDITIO.

a ¶ *An in causis summarijs habeat locum reconuentio. Bald. in l. 1. C. vbi causa status, tenuit quòd non, vbi idem dicit quòd quando vna causa esset præparatoria ad aliam, quòd est no. vide hic Imo. & Ant.*

de illa causa super qua fit reconuentio, per viam reconuentionis non haberet iurisdictioné, vt in d.l.si idem. in prin.ff.de iurisd.om.iud. quod tamen qualiter intelligendum sit, vide quod tamē latius dicam infra in 1.2. & 3.fallen.

56 ¶ † Duodecima dubitatio sit, quod regula procedit, siue agatur actione, siue officium iudicis intentetur: dummodo iudicis officium pro acti.proponatur: secus si incidenter. Ad quod vide quod latius dicam infra fall.22.

¶ Insuper prædicta regula sic declarata recipit plures fallentias.

¶ Primò fallit, vbi iudex coram quo fit cōuentio de causa reconuentionis, aliàs per viam conuentionis cognoscere, & iudicare nō posset, secundum Innocen.Host.Ioan.Andr.& Docto.ibi. Et ideo dicit Inno.quòd coram laico non potest fieri reconuĉtio de causa spirituali: nec sub iudice inferiore de libertate, supra de iudi.c.quanto.inf.de ord.cog.c.tuam. C.de ordi.iud.l.1.inf.qui filij sint legi.cap.lator.Sed glo.in authen.& consequenter.C.de sent.& interlo. om.iudi.tenet cōtrarium ibi,omnem,tenet ꝙ reconuentio procedit, etiā de causa de qua iudex ipse per viā conuentionis non posset iudicare per l.quoties, C.de iudi. & optimè facit d.l.si idem cum eod. post princ.ff.de iurisd.iud. vbi patet quòd si tu conuenis me coram defensore ciuitatis, possim reconuenire de maiori summa quàm ad eius iurisdic. pertineat, facit quod dixi supra in 7.declaratione. Spe.vero in ti.de recōuen.§.1.& 2.tenet primam opi. & ad l.quoties.respondet, quòd procedit quādo iudex cognoscit incidenter: non per viam reconuentionis, inter quæ duo longa est differentia: quia licet iudex non possit aliàs de certa summa cognoscere, tanquā grauiori, incidenter tamen potest: quia non pronunciat super illa: sed tātum cognoscit ad effectum pronunciandi super principali, vt in cap.1. & quod ibi no.infra de ordi.cogn. Sed in causa reconuentionis oportet pronunciare, ideo non cognoscit. ad l.si idem cum eodem. respondet, ꝙ ibi est diuersitas literæ, vt ibi no. Sed secundum literam quæ videtur obstare. & respōdet, quòd procedit, vt possit cognoscere de maiori quantitate. Sed hic tractamus de qualitate, non de quantitate summæ. vel dic clarius secundum Barto.in d.authen. & consequenter, qui sequitur primam opin.Canonistarum, quòd quandoque reus reconuenit actorem super re vel causa, de qua iudex aliàs nō poterat cognoscere per viam conuentionis, nisi partibus volentibus: aliàs prorogaret iurisdictionem, & tunc reconuentio potest fieri, vt d.l.si idem.post princ.& in l.2. §.sed si agant.ff. de iudi. ratio: quia per electionem iudicis actor sibi præiudicat. vnde debet pati eum esse iudicem contra se, vt d.l.cum Papinianus.in fi. C.de sen.& interloc.om.iu.& 3.q.8.cuius in agendo. Vnde cum hoc casu pati possit, ergo reo poterit iudex de reconuentione cognoscere. Si verò actor reconuenitur super re, vel causa de qua iudex non posset aliàs cognoscere, etiam vtraque parte volente: tunc non est locus reconuentioni. & procedit prima opin. quia tunc cessat ratio reconuentionis ad conuentionem: quia hic actor non potest pati illum esse iudicem contra se super tali re vel causa: ex quo natura rei vel causę hoc non patitur, facit l.non distinguemus. §.si de liberali.ff.de arbit. vbi patet quòd de causa liberali iudex inferior non potest cognoscere ex proprio priuilegio causæ, & non personæ. Et idem tenet ibi glo.de simil. causis. Non obstat tex. in Authen.de execut.& his qui conueniuntur & reconueniuntur. in fi. Vnde sumpta est d.authent.& consequenter. vbi tex. facit iudicē conuentionis, esse vtriusque causæ iudicem, scilicet, conuentionis & reconuentionis: quia verum est quòd facit eum iudicem, remouendo exceptionem quòd non sit iudex actoris: secus si natura causæ non patiatur. vnde tex. ille videtur tollere priuilegium personæ, & nō causæ. & hoc etiam videtur velle d.l.cum Papinianus. nec enim est verisimile, quod ex illo verbo princeps voluisset, quod propter naturam reconuentionis, iudices inferiores & minimi cognoscerent de causis maximis: quia esset res maximi præiudicij: possent enim partes inuicem componere, & sic super causa status monachatus, vel matrimonij, vel simili, habere vnum iudicem quem vellent etiam minimum, qui sententiaret ad voluntatem eorum, quod esset absurdum, vt in dicto §.si de liberali. Præterea natura conuentionis & reconuentionis est, vt simul ambæ causæ tractentur: vnde si intelligeremus quod per viam reconuentionis, inferior iudex posset cognoscere de causa præiudiciali: hic non posset procedere, quia non possent simul tractari: quia per actionem præiudicialem impeditur interim exercitium aliarum, vt in cap.tuam.infra de ordi.cog.3.quæstio.11. aliquando, cum sequenti. & in l.ordinata. ff.de lib. causa. & sequitur hic do.Ma. qui dicit, ꝙ hæc sunt valde notāda, & aperiunt intellectum ad materiam reconuentionis, & omnium iurium de hac materia loquentium, & prædicta habuit Bart. & Iac.de But. qui idem tenuit, motus potissimè: quia reconuentio prorogat & extendit: non autem transmittit ad speciem diuersæ causæ. non enim est hoc prorogare, sed transferre.arg.l. sed si manente.ff.de preca.& l.Labeo.ff.de arbi.& sic etiam formaliter refert Do. Ant.& post eum Do. meus. Et sic ex prædictis concluditur, quod reconuentio tollit priuilegium personæ, & aufert sibi facultatem contradicendi quantum est in persona: quia debet velle cōtra se, quem elegit pro se. sed non tollit priuilegium de quo iudex aliàs etiam partibus consentientibus, cognoscere nō potuisset: prorogat ergo iurisdictionem, sed non transmittit ad aliam speciem, sic residet Dom. meus hic & idem voluit Guil. de Cu. vt hic refert Dom.Anton.Ang.verò in d.authen.& consequenter.prope finem, dicit, quòd prędicta secunda opin. quæ fuit glo.in d.auth.& consequenter. potest sustineri, dicens quòd quædam est causa præiudicialis, cuius cognitio non potest spectare ad iudicem, eo quòd ipsius iurisdictionis nō est capax: vtputa, quia est laicus, & causa est spiritualis. quandoque est capax, & tunc incidenter, & sic etiam per viam reconuentionis pōt cognoscere, vt d.l.quoties.Non obst. quòd iste non est iudex: quia nego in casu proposito, ratione contingentiæ. Nec ob. quòd de præiudiciali debet prius cognosci, & sic contrariatur hæc causa naturæ reconuentionis: quia concedit Ang. ꝙ contra. casu reconuentio non habet suam naturam: sed tamen propter hoc non impeditur: sicut non impeditur, si fiat reconuentio modicū ante sententiam,

tentiam, & hoc dicit procedere solum, quando causa reconuentionis est præiudicialis, contingens primam causam: secus si nullo modo eam contingat, & iudex non sit illius causæ competens, quia tunc non habebit locum reconuentio. exemplum, conuenio te ad decem ex causa mutui: tu reconuenis me ciuiliter. Sed d. Anto. hic finaliter distinguit, quòd quandoque ex reconuentione agitur extendi iurisdictio in reconuentione, solo exercitio impedita ratione priuilegij. Et hoc olim & hodie procedit, vt d.l.2.§.sed si agant.ff.de iud. vbi legatus habens priuilegium reuocandi domum, si agat, potest ibi reconueniri: non obstante priuilegio de quo late dixi in c.fi. supra de foro compe. in 7. princ. artic. Quandoque agitur extendi iurisdictio in habitu, & tunc si iurisdictio deficiat in sola quantitate, & hodie prorogabilis est per causam reconuentionis, vt d.l.si idem. post prin. Si vero agitur de extendenda iurisdictione respectu solius personæ: tūc si quo ad personam iurisdictio est consensu partium prorogabilis, extenditur, vt d.l.cum Papinianus, & d. auth. & consequenter, & alijs similibus iuribus. Si vero esset improrogabilis, aut hoc contingit priuilegio personæ, vt puta, quia clericus, & hoc casu, reconuentio non habet locum secundum aliquos: Alij contra, dixi latè in artic. præced. ad quem hoc membrum potius pertinet. Sed si est improrogabilis ex solo defectu iurisdictionis, vt quia est stricti iuris, prout est iurisdictio delegata, & tunc nihilominus extenditur, & habet locum reconuentio, vt hic & cap. seq. & latius dixi in 4. artic. in 3. quæst. princ. ad quam adaptatur hoc membrum. Quandoque vero agitur de extendenda iurisdictione ad diuersam causam, non suppositam potestati iudicis ex natura causæ: & tunc an sit prorogabilis, vel habeat locum reconuentio vel non, potest sumi doctrina Barto. de qua supra. vel potest dici secundum do. Ant. quòd si datur solus excessus in quantitate habeat locum reconuentio: si in sola qualitate idem, vt in laico conuento coram clerico. Sed ibi est prorogatio solius exercitij. Si vero in quantitate & qualitate, non habet locum reconuentio, vt in casu ciuili, & status, & libertatis quæstione, secundum dom. Anton. Sed hæc vltima verba confusa sunt, & parum habent saporis, & in contrarium facit quod supra dixi secundum Ang. Et profecto materia ista est satis intricata & difficilis. & quamuis opin. prima sit satis æqua, tamen de iuris rigore videtur dici posse, quòd regula reconuentionis stet in qualibet causa, secundum ea, quæ dixi supra in regula, & declarationibus suis, nisi qualitas causę penitus repugnet qualitati personæ, & iurisdictioni iudicis: qualis est spiritualis à laico, vt in cap. 2. & 3. de iudi. & in cap. tua, el primo, & el secondo, infra de deci. & in cap. relatum. §. ad hoc. infra de iurepatro. & in cap. 1. infra de consangui. & affin. Ita quòd hoc casu, iudex etiam incidenter non posit de tali causa cognoscere: non dico solum ad finem sententiandi super illa, sed etiam si vellet cognoscere de incidenti ad finem pronunciandi super principali, quæ esset profana, vt in cap. causam, el primo, el secondo, & in cap. lator. infra, qui filij sint legit. & quod tractatur in cap. tuam, infra de ordi. cogni. cum simi. Si vero causa non repugnaret penitus qualitati personæ & iurisdictioni: sed solū qualitati iurisdictionis, quia super illa causa alias ex natura iurisdictionis non haberet potestatem cognoscendi directè: sed tamen posset per viam incidentiæ, prout est causa status & libertatis, vt l. quoties. C. de iud. & hoc casu non video quare non posit fieri reconuentio, dummodo alia qualitas non repugnet, videlicet, quia sit penitus præiudicialis, & penitus nō contingens causam principalem: ita quòd qualitas formæ & ordinis, & substantię cognoscendi repugnaret, quia tunc vt dixi supra, secundum Ang. fatendum est, quòd reconuentio nō habet suam naturam, sed tamen propter hoc non debet impediri, secundum ea quæ dicam in c. fi. art. 10. hoc tamen non procedit sine dubitatione, propter ea quæ ibi dicam: sed quando qualitas causæ non haberet istam repugnantiam, non video quare non posit fieri reconuētio. Nec obst. quod pars non posit prorogare iurisdict. in illa, quia per viam reconuentionis ius facit talem prorogationē, sicut dicimus in delegato, cuius iurisdictio est odiosa, & restringibilis, & non prorogabilis de vna specie ad aliam, & de vna persona ad aliam, secundum ea quæ dixi in c. cum olim. de offi. deleg. & tamen virtute reconuentionis fit prorogatio à iure, vt hic, & in c. seq. & in d. c. dispendia. §. reus quoque. de rescrip. lib. 6. Præterea iura loquentia de reconuentione, non excipiūt istos casus, ergo debemus stare regulæ, vt in l. 1. & in l. omnis diffinitio, iuncta glo. ff. de reg. iu. cogitabis, quia pro nunc non datur tempus maturius cogitandi.

¶ Secundò fallit, quando conuentus coram iudice laico vellet reconuenire actorem de causa spirituali, de quo dic vt dixi in fall. præce.

¶ Tertiò fallit, si fieret reconuentio in causa status libertatis, aut alijs præiudicialibus, de quo etiam dic vt dixi in præce. fall.

¶ Quartò fallit, si conuentus ciuili coram iudice pedaneo ad quantitatem, vult recōuenire actorem de causa meri vel misti imperij, vt l. 2. C. de ped. iud. In contrarium facit l. quoties. C. de iudi. & contrarium tenet glo. in dicta auth. & consequēter, & Cy. in dicta auth. in 2. q. dicit, quod dicta opin. glo. potest defensari, quia lex dicit, quòd si conuenio te coram defensore ciuitatis, & tu recōuenis me de maiori summa, quàm pertineat ad eius iurisdic. quod potes. ff. de iurisdi. omn. iudi. in l. si idem cum eodem. post princ. dicit tamen quod Moder. tenent contrarium. sed dicit Cyn. quòd potest responderi quod a iud. pedaneus non potest super causa meri [a] vel misti imperij cognoscere, quia non potest cognoscere de causis quæ non habent similitudinem cum causis pecuniarijs: vnde super causis maioribus, quę tantum competunt maioribus, non potest fieri reconuentio, vt l. non distinguemus. §. si de liberali. ff. de arbi. sed super alijs, quæ habent similitudinem cum causis pecuniarijs, potest fieri reconuentio. arg. ff. de transac. in l. Aquiliana. secundum Pet. quem sequitur

ADDITIO.

a ¶ *Et ideo sicut expressè partes non possunt prorogare iurisdictionem, ita nec naturam reconuentionis. ita declarat Barto. in d. authen. & consequenter. de senten. C. in 2. colum.*

tur Cyn. pro quo facit, quia in habentibus symbolum facilior est transitus. Insti. quibus mod. tol. obli. §. præterea. Sed tu vide ad prædicta, quæ dixi supra in 1. fallen.

57 ¶ †Quintò fallit, si causa intentata indigeat celeritate, quia tunc non admittitur reconuentio, secundum D. Anto. hic, & hoc negotiũ indigens celeritate propter periculum differatur plus debito, vt in simili dicit Spec. in tit. de recu. §. effectus. ves. sed nunquid. quando autem dicatur periculum imminere, dicit Anto. de But. relinquendum arbitrio iudicantis, vt no. Hosti. & recitat Ioan. Andr. in c. 2. infra, de ordi. cog. & ibi Do. Anto. A. B. & tenet Bal. in c. 1. de contro. apud pares termi. vbi dicit, quòd quando periculum est in mora, non habet locum reconuentio. allegat l. sed & si restituatur. ff. de iu. Ma. Sed contra prædicta opponit D. M. hic de l. sed & hæ. §. non solum. ff. de procura. vbi in causa damni infecti admittitur reconuentio, & tamen exigit celeritatem, vt l. 1. & quod ibi no. ff. de dam. infec. Sed dicit Dominus meus, quòd satis credit posse dici quòd illa l. non procedit in vera reconuentione, sed potius in conuentione, quæ fit coram iudice, aliàs ipsius actoris, seu quod terminata prima quæstione potest adhuc cognoscere de causa rei, cum tunc non sit necesse, quòd simul tractentur, per id quod no. in c. 2. de ord. cog. Posset tamen fortè attentari, quòd locũ habeat reconuentio, non tamen secundum commodam naturam reconuentionis, vt simul tractetur, vt dicam in c. seq. in 10. artic. propter periculum moræ quæ esset in altera causa, sed tamen propter hoc nõ impediatur quo minus possit fieri reconuentio, per rationẽ d. l. cum Papinianus. in fi. & c. cuius in agendo. de quo latius dicetur in d. 10. artic.

58 ¶ † Sextò fallit in causa electionis, ad quam non admittitur reconuentio, & ratio descendit à dictis in præced. fal. quia illa indiget celeritate. Et idem dicendum in causa alimentorum. dicit hic D. Anton. quod vtrunque est æquissimum & iustum. Et aduerte, quia D. Anto. per rationem prædictam intelligit de causa electionis celebrandæ ad beneficium ecclesiasticum, in cuius dilatione imminet periculũ. Sed in causa electionis iam celebratæ, hodie insurgit dubitatio, quia talis causa est summaria, & ideo non videtur admitti reconuentio, per ea quæ statim dicam in seq. fal. Sed aduerte, quia per ibi dicta videtur hic dicendum quod non possit fieri reconuentio nisi de causa, scilicet indigenti celeritate. & vide quod plenius ibi dicam.

¶ Septimò fallit, si causa intentata est summaria & fieret reconuentio de causa plenaria, vel econtra, vel si vna est solenniter tractanda, & alia non. Hoc tenent hic Innoc. & Host. qui dicunt quòd conuentus in causa summaria, non potest reconueniri nisi super causa cõsimilis cognitionis. Et ratio est secundum omnes, quia cum conuentio & reconuentio sint simul tractandæ, vt dicam in c. seq. in 10. princ. articu. vbi vna requirit plenã, & altera summariam cognitionem, sequitur quòd sine alterius præiudicio tractari non potest: cum altera accelerationem, altera longiorem dilationem exposcat, pro qua l. iudices. & authen. iubemus. C. de iudi. Et ideo non videntur posse accumulari. facit l. fin. C. depositi. & c. bona fides. infra, de deposito. & l. fin. C. de cõpen. & l. 3. §. ibidem. ff. ad exhiben. Idem etiam tenet Spec. in titu. de conuen. §. nunc dicamus. vers. sed non habet locum. Sed quidam Legistæ tenẽt contrarium, per l. sed & hæ. §. non solum. ff. de procura. vbi secundum intellectum quem approbat glo. in verbo, voluerit, in Clem. sæpe. de verbo. signi. dicitur, quòd si per procuratorem actoris agitur ad cautionẽ damni infecti, quæ celeritatem desiderat, vt ff. de dam. infecto, l. 1. & 4. & in ea reus velit dominum aliqua actione reconuenire, procurator tenetur illum defendere, nisi diceres, vt dixi supra in quinta fallen. prope fin. secundum D. meum. Pet. de Bellapertica in l. 1. C. vbi causa status, tenet opin. Innocen. per illam l. & idem tenet in auth. & consequenter. C. de senten. & interlo. omn. iudi. vbi etiam idem tenuit Dyn. & tenet Cyn. post Pet. Nec obst. §. non solum. quia ille tex. habet varios intellectus. Sed potest dici ꝙ intelligitur, ꝙ procurator ibi reconueniatur nomine domini actoris actione summaria, non ordinaria, vt probatur de procu. l. omnium. & l. non solum. in princ. secũdum Pet. vel posset intelligi quando vtraque actio tam in causa conuentionis, quàm reconuẽtionis exigebat summariam cognitionem. a Et ita intelligit ibi glo. Et istam opin. communiter[a] tenent Legistæ, maximè Barto. in d. auth. & consequenter. & in l. 1. §. fin. ff. de var. & extraor. cog. Sed contra prædictam opin. Inn. & Legistarum fortiter obstat c. sequens. vbi patet, quòd modus datus præter, vel contra ius in causa conuentionis, intelligitur esse datus in causa reconuentionis. Et per cõsequẽs videtur, quòd ratione reconuentionis & priuilegij ipsius, causa quę alias de sui natura est ordinaria, fiat summaria. Et secundum modum summarium debeat tractari. Vnde cum vtraque eadem forma debeat tractari, cessat ratio Innocen. & Host. Sed dicit glo. prædicta in verbo, voluerit, quòd si volumus tenere dictam opin. Innocen. possumus respondere quòd c. sequens. non ob. quia aliud est quando per rescriptum tollitur illud quod respicit fauorem partium, vt appellare: quia tunc sicut id non licebit reo in cõuentione per rescriptum, ita nec licebit actori in reconuentione. Et ita loquitur c. sequens. Aliud est quando substantialia iudicij tolluntur per rescriptum, quia restringitur solum ad casum expressum conuentionis. arg. c. quæ à iure, de reg. iur. lib. 6. cum concordan. Et intelligitur dictum Innoc. & potest assignari ratio diuersitatis, quia primo casu valeret renunciatio impetrantis, vt l. fi. in fi. C. de temp. app. Sed non in secũdo, vt statim dicetur. & no. supra, de offic. deleg. c. de causis. Sed aduerte, quia vt dicit Io. de Imo. contra dictum Innoc. multum facit text. in Clem. sæpe. ver. verum, quia. vbi tex. simpliciter vult quòd si reus aliquid petere vult, est in ipso litis exordio petitio facienda. Item facit in contrarium, c. sequens, in ratione sui, inquantũ vult quòd actoris & rei æqua debet esse conditio: cui non videtur sufficienter

ADDITIO.

a ¶ *Pro ista communi facit id quod dici solet, spoliatum circa omnem exceptionem debere restitui ante omnia: potest tamen alia spoliatio opponi & de ea simul cognosci, Bar. in l. si quis ad se fundum. C. de vi publi. per Mod. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acqui. poss.*

cienter responsum per superiora, quia ideo prædicti cap. non est ex eo, quia posit renunciari appellationi: sed fuit vt in iudicio seruetur æqualitas inter partes, vt statim dixi. Ioan. And. in d. glo. in verbo, voluerit, dicit in hoc articulo posse distingui, quod aut ordinarius vel delegatus cognoscit de causa, in qua de sui natura summariè proceditur, & tūc sit locus prædictæ opin. Innoc. & sequacium, vt qualitas causæ impediat reconuentionem, vt sentit glo. penul. hic, & in cap. cum dilectus. supra de arbi. Aut delegatur causa in qua alias de sui natura ordinaria cognitio requirebatur: sed virtute delegationis venit summariè recognoscēda: Et distingue quod aut Papa proprio motu tollit substantialia, & idem dicendum, quod statim dictum fuit. Aut tollit ad partis petitionem, & tūc videtur esse remissa plena cognitio, & in causa reconuentionis, arg. c. seq. & l. fi. C. de fruct. & lit. expen. Et sic cessabit obstaculum Innoc. & pro hoc facit litera illius decretalis, sæpe, dum generaliter loquitur, si reus aliquid petere voluerit non distinguendo, an causa pro qua fit reconuentio, sit summaria vel ordinaria. Ratio autem diuersitatis quando motu proprio tolluntur substantialia, & casu quando ad petitionem partis, colligitur ex notatis in c. si motu proprio. de præb. lib. 6. iunctis his quæ traduntur in cap. seq. in glo. fi. Et tenendo istam distinc. cessant contraria superius alleg. Et istam opin. tenet etiam hic Ioan. Andr. dum se remittunt ad d. glo. suam in Clem. sæpe. Et prædictam opin. tenet etiam Stephanus in d. Clem. sæpe, & Pau. de Leaza. ibi, & 3. quæst. 8. cuius in agendo. Dicit tamen Pau. ponderandum qualitatem iudicij summarij: an sit summarium tantum quo ad dilationes breuiores, & iudicij ordinaria, & tunc reconuentio à reconuentione suscipit priuilegium, vt sic summariè procedatur in reconuentione, sicut in conuentione, facit cap. sequens, & ratio ibi posita in tex. Vbi autem causa est summaria quo ad decisoria, vt quia admittuntur leuiores probationes, vt probatio per iuramentum, vel signis, & tunc non fit adæquatio virtute reconuentionis, quia sic esset magnum præiudicium in altera, quod esse non debet, quæ verba sunt valde notanda, secundum Do. Ma. qui dicit, quòd sibi multum placent. Et quod cum posit esse summaria quo ad decisionem, eo quòd quandoque sufficit iuramentum, & quandoque vnus testis, vel similis probatio, vide per Spec. in titu. de offi. iudi. & per Bart. in l. 1. ff. de prætor. stipu. Et latius per eum in extrauaganti, ad reprimen. Et vide quod latius dicam infra in titu. de ordi. cogni. Et ad l. 1. C. vbi causa status. allegata in opin. Petri: Respondet Paulus, quòd ibi non admittitur reconuentio propter naturam possessorij ibi intentati, quod est in hoc priuilegium, vt in cap. fin. infra de ordi. cogn. & dicam latius in 13. fall. Petebat ibi enim dominus seruum, qui confugerat ad alium, qui sibi vendicabat libertatem, & dicitur ibi, quòd iudex loci vbi seruus est, restituet eum domino. Et iudex loci vnde seruus fugit, cognoscet de libertate. Similiter dicit in vxore quæ primo debet viro restitui, quàm de viribus matrimonij cognoscatur, infra de restit. spolia. cap. ex transmissa, & cap. ex conquestione. dicam latius in d. 13. fallen. Zabar. in d. Clem. sæpe. sequitur opin. illius glo. & etiam Ioan. de Imo. dicit, quòd tutius est tenere opin. illius glo. Et idem tenet hic Zabar. dominus Anton. in capit. seq. tenet quòd etiam si motu proprio tollantur substantialia in causa conuentionis, intelligantur sublata in causa reconuentionis, argu. tex. in d. cap. seq. in ratione sui, vt seruetur æqualitas in iudicijs. Et idem dicit eadem ratione, si coram ordinario fiat reconuentio, vt æqualitas seruetur, poterit fieri reconuentio etiam de causa plenaria, licet causa conuentionis sit summaria. Barto. etiam in d. auth. & consequenter, dicit quòd si causa conuentionis est summaria, & ratio reconuentionis est ordinaria, quòd habebit locum reconuentio, si reus vult illud priuilegiū simultanei processus remittere: nec curat quòd vna & eadem sententia terminentur, secundum Barto. Vel etiam si partes conuenirent, quòd causa summaria ordinariè ageretur, quia possunt partes conuenire, vt causa summaria plenariè agatur, vt no. glo. & Doct. in Clem. sæpe, circa fin. de verbo. signific. Et sequitur Dom. Ma. hic. Tu vero post Do. Anto. & Do. Ma. distingue, quod aut ambæ causæ sunt pares, aut æquales ex earum natura, seu ex accidenti: puta, ex modo seu forma impetrandæ, & tunc sine dubio procedit reconuentio, & simul tractantur, vt in cap. sequen. etiam si motu proprio Papa scribit alterando naturam causæ, quæ cum esset ordinaria, eam fecit summariam. Licet glo. in verbo, voluerit, in Clem. sæpe. de verbo. signific. aliud voluerit, vt supra dixi, distinguendo, vtrum ad postulationem, vel motu proprio sit cōcessum rescriptum, & si motu proprio concedatur, teneat quòd non sit locus reconuentioni, & communiter sequuntur Doct. Sed Domin. M. in cap. seq. putat posse defendi contrarium, quoniam dispositio cap. sequentis non solum fundatur super impetratione, sed etiam super alijs, de quibus dixi supra, videlicet, vt actoris & rei æqua sit conditio. Et ex quo actor vult pro se, debet velle contra se. Mouetur autem Dom. Mar. quia ex quo ista duo, conuentio & reconuentio à iure parificantur, vt hic, & in cap. seq. & in d. Clem. sæpe, & auth. & consequenter. C. de senten. & interloc. omn. iud. sequitur quòd priuilegium concessum conuentioni, etiam motu proprio, videtur concessum reconuentioni. arg. c. sequentis. Nam [a] quando duo parificantur, dispositio etiam pęnalis motu proprio concepta super vno, videtur etiam concepta super alio, vt in c. si postquam. de elect. lib. 6. Et ibi singulariter hoc no. glo. pen. & ad idem l. oratio. ff. de sponsa. & in cap. 1. supra de postu. præla. vbi glo. singulariter dicit, quòd ex eo, quòd per postulationem perueniatur ad electionem, dispositio pęnalis cōcepta super electio. habet locum in postulatione. vnde in proposito, cum per conuentionem perueniatur ad reconuentionem, & à iure hæc duo æquiparentur: ergo dispositū in vno in modo procedendi, debet extendi ad alterum, facit quod dixi supra, post Pau. de Leaza. & quod dicam in c. seq. in 10. princ. artic. Item

ADDITIO.

a ¶ *Quando duo parificantur, dispositio etiā pœnalis concepta super vno videtur concepta super alio, facit quod in simili dicitur per glo. & Doct. in l. si quis seruo persuaserit. circa fi. C. de furtis.*

Item facit auth.item si quis. C.de natu.liber.vbi habetur, quòd si pater ex eadem muliere, cum qua potest consistere matrimonium, plures habet filios naturales, & vnum tantum ex eis in aliquo documento filium simpliciter appellauit, videtur omnes legitimasse, ex quo omnes eandē habent conditionem. Nec obst.quòd ex quo motu proprio princeps concessit tale priuilegium in fauorem actoris, nō debet in eius odium retorqueri, vt in l.quod fauore. C.de leg.quia illud procedit in duobus non æquiparatis, secus in æquiparatis, in quibus dispositum in vno, videtur etiam dispositum in reliquo. argu. optimū, 32.q.1.c.si quis vxorem.in fi. & ea.causa, & q.c.Apostolus.& quod no.glo.in Rubr.aliàs super.l.1. C.ne fideiussores dotium dentur. Vel potest responderi, quòd illud procedit, nisi odium veniat in necessariā consequentiam fauoris ex dispositione aliorum iurium, vt no. in d. l.quod fauore. & in regula, quod ob gratiam, de reg.iur.lib.6. Iura enim volunt, quòd vniformiter procedatur in causa conuentionis & reconuentionis. licet ergo in fauorem actoris quo ad causam conuentionis ponatur, quòd procedatur summariè, vbi alias causa de sui natura, erat ordinaria, vel si ponatur alia similis clausula fauorabilis, tamen extendi debet ad causam reconuentionis propter alia iura, quia tūc fauor retorquetur in odium, non simpliciter, sed in consequētiā fauoris. quia ex quo vult pro se, oportet vt recipiat contra se in actu necessario consequenti.argu.notat.per Innoc.& D. Anton. in c.cum olim. infra, de censi. & sic residet Dominus meus in c. sequen. pro quo facit ad id quod dicit de æquiparatione, tex. no. in l.si quis seruo. C. de fur. & tex. & quod ibi no. in c.1. de tempo. ord. lib.6.& quod no.glo. in regula, quæ à iure.de re.iu. lib.6.& in c.constitutionem.de elect.lib.6. & glo.in verbo, admittendis. in Clem.1. de offic.vica. & tex. & quod ibi no. & in Auth. de non eligendo secūdo nubentes. §.colligentes. In contrarium tamen facit glo.in c.quanquam.de elect. lib.6. & glo.c.1.de voto.lib.6.& glo.& Doc. in c.1.ne cle. vel mona.lib.6. & glo.& Doc.in c.2.de hæret.lib.6.& quod legitur, & no.in authen.quas actiones. C. de sacrosan.eccle. Et ad prædicta, pro vtraque parte possent alia plura iura & authoritates allegari. & similiter ad id quod
a dicit Dominus meus, quòd quando [a] de vno peruenitur ad aliud, dispositio in vno extēditur ad aliud, facit quod legitur & no. in c.translato, supra de constit. & per glo. in l.illud. C. de sacrosanc. eccle. & in Auth.de mona.§.illud. Sed cōtrarium no.in Auth. de hære.quæ ab intest.desc. §.nullam. iuncta glo. & auth.ex causa. C.de libe.præte. & quod no.glo.in l. emancipati. C.de colla. & glo.in l.Gallus. §. & quid si tantum.ff.de lib.& posthu.Et similiter ad vtrunq; possent alia plura iura & authoritates adduci, quia ista materia extēsionis est satis lata, intricata, & multum periculosa propter varietatem iurium, & maiorum nostrorum, sed pro nunc arbitror non esse tutū recedere à communi opi.glo.& Doct. Et vide quod dicam in cap.seq. in 10.princ.articu. Sed redeundo ad principale propositum, concludo, quòd si causæ sunt pariter summariæ, habet locum reconuentio, vt apertè probatur in d.Cle.sæpè.& in d.l.sed & hæ. §.non solum.ff.de procu. Si vero causæ sunt diuersæ naturæ, vt quia vna est summaria, alia est plenaria, nec sunt adæquatæ ex modò impetrādi: Et tunc secundū opi. Bar. & aliorum qui voluerūt, quod ista priuilegia conuentionis & reconuentionis essent separabilia, conclusio esset, quòd haberet locum reconuentio, ex quo non essent simul tractandæ, & procederet opin. Barto. & sequacium. Et hoc solum quo ad prorogationem iurisdictionis, sed nō quo ad effectum, vt causæ simul tractentur, quia quælibet tractabitur secundum naturam suam. Et sic vno modo posset intelligi glo. in d. Cle. sæpe, in verbo, exordio. Nam hoc casu nihil obstaret, quo minus posit fieri reconuentio. Sed tenendo aliam opi. Ioan. And.& Cal. quæ etiam plus placet Do. meo, de quo dicam in cap.seq.in 10.princ. artic. quæ opinio vult, quòd hæc priuilegia simultanei processus non sunt separabilia. Concludit Dominus meus, quòd tunc causa reconuentionis trahitur ad naturam causæ conuentionis. Vnde si causa cōuentionis erat plenaria, secunda reconuentionis etiam efficietur plenaria. Item si causa conuentionis sit summaria, reconuentio efficitur summaria, pro quo optimè facit d. Cle. sæpe.vbi tex. loquitur de causis summarijs, & simpliciter permittit reconuentionem. Et videtur etiam permittere generaliter, dū simpliciter dicit, si quid petere voluerit, &c. maximè, quia non de facili contingit, quòd intentata causa plenaria accumuletur etiam summaria. Sed potius est præsumptio de plenaria, cum generaliter causæ plenariam & ordinariam exigant cognitionem. Et tamen tex. ibi distinctè permittit reconuentionem, etiam quo ad priuilegium simultanei processus, & sic cum ille tex. indistinctè loquatur, indistinctè debet intelligi. 19.dist. si Romanorum, & l.de pretio. ff.de publi.cum alibi non reperiatur aliter dispositum. Et pro ista adæquatione faciunt rationes tex.cap.seq. Iura enim permittendo indistinctè reconuentionem, cum disponant quòd debeant simul tractari, & vna sententia terminari videntur adæquare & parificare istas causas respectū medij procedendi, cum in hoc non irrogetur magnum præiudicium. Cum ergo videantur adæquare, magis conueniens & iustum est, vt causa reconuentionis trahatur ad naturam conuentionis, quàm econtra. tamen quia illa primò fuit in iudicium deducta, & sic tanquam principalis debet ad se trahere naturam alterius.argu.l.qui prior.ff.de iudic.& regulæ, qui prior. de regu.iur.lib.6. tum quia causa conuentionis tanquam dignior, cuius occasione prorogatur iurisdictio, in causa reconuentionis debet naturam reconuentionis trahere ad naturam suam, argu.c.quod in dubijs. de consecrat.eccl. vel alta.c.1.de consecra.eccle. lib.6. & l.generaliter. ff.de fideiuss. Et hoc verum, vt supra dixi, secundum Pau. quādo altera est summaria solum respectu modi procedendi: secus si respectu modi decidendi, quia tunc causa conuentionis non communicat priuilegium suum reconuentioni, nec econtra propter magnum præiudicium, arg.l.2.§.meritò. & §.si quid à principe.ff.ne quid in loco pub.& in cap.super eo. supra de offi.deleg. Tunc enim ex quo facilimè potest

ADDITIO.

a ¶ *Quando de vno peruenitur ad aliud, dispositum in vno, censetur dispositum in alio. l.oratio.ff.de sponsal.*

test constare de vna, pronunciabitur propius super illa. Et hoc casu potest procedere quod no. Innoc. in c.1.supra de ord.cogn. & quod supra dixi secundum Barto. Aduerte tamen, quia hæc procedunt, quando conuentio & reconuentio respiciũt diuersas causas: si vero accumulantur respectu eiusdem causę, vt puta, quia super eadem causa seu obligatione dantur de directo contrariæ petitiones, quæ tamen separatæ non essent æquales in modo procedendi: puta, petit debitor pronunciando contractum vsurarium: quo casu, iudicium est summariũ, vt in Cle.2. de iudi. aduersarius vero petit contractum pronunciari legitimum, & executioni mandari, & sic de directo reus conuenit actorem ad contrarium super eodem negotio: hoc casu, si actor dicit reconuẽtionem non esse admittendam cum sit iudicium ordinarium, & sic plenarium, tamen indistinctè procedit reconuentio. ita sing.no.Lap.alleg.3.& sequitur hic Domin. meus. Mouetur, quia ista non est separata reconuẽtio, sed illi annexa quasi defensio, & ideo ex quo permittitur impugnatio ex parte vnius, debet admitti defensio ex parte alterius.ar.cap.cum inter.infra de excep.facit quod no. Innoc.in cap.ex conquestione. infra de resti.spolia. quod est notandum, secundum Dominum meum. Item prædicta intellige in vera reconuẽtione, quando per eam prorogatur iurisdictio iudicis, qui alias non habebat iurisdictionem in causa reconuen. si enim fieret reconuentio coram communi iudice, non per viam reconuentionis, nec conuentionis: nec curat reus habere priuilegium simultanei processus: tunc poterit petere quòd causa sua tractetur secundum naturam suam, quia potest si vult vti conuentione, & non vti aliquo priuilegio reconuentionis. Nec aliquid ob.quominus hoc facere posit, secundum Dominum meum hic.

¶ Octauò fallit in causis in quibus propriè non est iudicium suum, quæ nõ habent disceptationem iudiciorum, vt cum petitur testamentum aperiri, vel insinuari, & sic de similibus, quia petens insinuationem, non dicitur agere, sed intimare. C.de testa. l.in omnium tenet. Bal.in c.1.de contro.apud pares termi.alleg.no.per Cyn.in l.fin.C.qui admit.ad bo. pos.possunt, quæ parum faciunt. faciunt quæ statim dicam in seq.fall.

59 ¶ † Nonò fallit, si per conuentionem debitum esset liquidatum, vel alter debitum esset liquidum. Circa quod tamen distingue, quòd aut confessio a emanat absque figura [a] iudicij, & non habet locum reconuentio.ff.de iud. in l.sed & si restituatur. quia tunc nulla est lis, facit quod dixi in præced. fallen. Aut emanat in figura iudicij, & tunc aut fit reconuentio in ipsa responsione, & tunc procedit reconuentio, sed non modus reconuentionis, quia non suspenditur certum propter incertum, vnde non procedit reconuentio quantum ad simulta. procedendi, sed quantum ad ius fori, ratione prorogationis. Aut reus ex interuallo vult reconuenire, & non potest, quia amodo vlterius non est procedendum, sed sopitum est iudicium, secundum Bal.in l.fin.C. quibus ad lib.procla.non licet. Sed tu aduerte, quia idem Bald. videtur velle contrarium in l.neque. C. de compen.vbi simpliciter tollunt ex illo tex.quòd b licet debitum [b] sit liquidum: tamen potest fieri reconuentio: nec debet procedi ad executionem, ante reconuentionis liquidationem, per illum tex. in vers.non enim.quod intelligit Bal.si de facili potest liquidari: alias secus.ar.l.fin.C.de compen.& sequitur Sali.in d.l.neque. Et idem dicunt tenere Innoc. in cap.2.de ordi.cogn. Sed tamen Inno.non loquitur in istis terminis. arbitror posse dici, quòd hoc vltimum dictum posset fortè intelligi secundum præcedentem distinct. videlicet, quòd procedat quando debitum non fuit liquidatum ante reconuentionem, sed post reconuentionem, sed si ante: tunc supersedeatur in executione liquidi, dicam in c.seq. in 10.princ.artic.

60 ¶ † Decimò fallit, si petitur executio instrumenti guarentigiati, quia tale instrumentum habet vim sententiæ ex forma statuti vt post sententiam non admittatur reconuentio, vt dicam in 7. princip. artic.ita dicit Bal.in d.authen. & consequenter. C.de senten. & interloc.omn. iudic. & mihi placet, quia instrumentum guarentigię habet vim sententiæ diffinitiuæ transeuntis in rem iudic. vt no. Cyn. in l.1. C.de confes. & Barto. in l.non fatetur. & l.certum. ff.de confes. & l.possessio.§.si possessio.ff.de acquir. possess. & in l.cum vnus.§.1.ff.de bon. autho. iudi. poss. no.Bald. in repetit.l.tale pactum.§.qui prouocauit.ff.de pact. & in l.sicut.C.de repu.vel absti.hæred. & l.certum.C.fami.ercisc. & l.peremptorias.C. senten. rescin. non pos. de quo latius dicam infra in titu. de fide instrum. Et post sententiam non est cognoscere, sed cognitum esse, vt dicam in 7.princip.artic.

61 ¶ † Vndecimò fallit in causa depositi, quia conuentus non potest conuenire actorem, secundum Vber.de Bob.quem sequitur Spec. in tit.de reconuen.§.2.ver.item secundum Vber. per tex. in c.bona fides. infra de deposito. & ratio descendit ex superioribus, quia depositum illico & celerrimè restituendum est, vt l.penul. C.depo. vbi etiam tex.fortius dicit: vtitur enim illis verbis, videlicet, illico cõpellatur, quod verbum denotat executionẽ. Et per quæ verba dicit Bar.quòd proceditur summariè, & quod instrumentum depositi habet paratam executionem, & sic nõ videtur esse locus reconuentioni, per ea quæ dixi in præce.fal.& fal.7. Bal.tamen vult quòd hoc vltimum dictum Bart.non sit verum, sed non insisto, quia non est principalis materia nostra. dicam latius infra in tit.de fide instru. Sed pro dicta sententia facit, quia contra depositum non admittitur compensatio, sed reconuentio videtur quodam modo quædam compensatio: licet impropria, vt dixi sup.in Rub.art.1. No.tamen ꝙ prædicta conclusio, ꝙ non admittatur reconuentio, procedit quando fieret reconuentio super actione, nõ pariter priuilegiata. Secus si actor reconueniretur actione depositi, vel habente simile priuilegium, quia tunc haberet locum reconuentio, & hoc probat tex. in d.l. pen.

ADDITIONES.

a ¶ *Adde eundem Soci.consi.167.incip.non inutilis, sed necessaria.*

b ¶ *Adde Bal.in auth. & consequenter.2.col.versi.extra quaro, nunquid liquidato.C.de sent. & Inno.in c.2. de ord.cogn.in glo.in ver. vicissim.*

pen.ver.sed & si ex vtraque.& hoc no.ibi Bal.per illum tex. Et etiam Sali.qui dicunt ꝙ licet depositi ad depositũ non admittitur cõpensatio, tamen admittitur reconuẽtio, si tamen vnum sit liquidum, aliud non liquidum, non differtur restitutio liquidi, propter non liquidum reseruatum. Item arbitror, ꝙ tũc non admittitur reconuentio, quando conuentus fatetur ipsum depositum, vel aliter depositum apparet liquidum. Et ita arbitror procedere quod dicit ibi Barto. secus si negaretur depositum. Nam tunc non video quare non debeat admitti reconuentio, etiam vigore alterius actionis, maximè attenta opin. Bal. qui vult, quòd procedatur per libelli obla. & via ordinaria, sicut in cęteris causis. de quo dicam in titulo deposi.

62 ¶ †Duodecimò fallit in causa spoliationis. Nam si actor agit possessorio recuperandæ, & reus vult reconuenire petitorio, non admittitur recõuentio, quia quando causa spoliationis est priuilegiata, vt primò expediatur, vt in c. super spolia. infra de ordi. cogn. per quem tex. hoc tenet hæc Glo. pen. in prin. & idem tenet Glo. in c. cum dilectus. supra de arbit. & ad idem alleg. c. ex conquestione. infra de restit. spol. quod procedit etiam si spoliatus agat non solum ad rei restitutionem, sed etiam ad fructus perceptos & extantes, secundum l. 1. §. ex die. ff. de vi & vi arma. & etiam ad fructus qui percipi potuerunt, secundum l. si quis vi. ff. de acqui. poss. Et ad omnem vtilitatem quam actor habuisset, si non fuisset deiectus, secundum l. interdicto. ff. de vi & vi arma. licet hæc possint esse maioris æstimationis, quàm ipse res principales, quibus quis spoliatus fuit.

¶ Procedit tamen reconuentio, secundum Vin. in c. fi. infra de ord. cogni. tenet Spec. in tit. de reconuen. §. 2. vers. quid si conuentio. Si verò reus vellet reconuenire actorem de alia spoliatione, admitteretur reconuentio, vt hic dicit Glo. pen. & sequitur hic Inno. & Specu. in d. §. 2. versic. item excepta quęstione, per iura præallegata, & per c. in literis. de rest. spol. dicit etiam hæc Glo. quòd si actor ageret petitorio, posset reconueniri possessorio, vt in c. 2. infra de ordi. cog. D. Anto. hic dicit, quòd in possessorijs si sic intentantur, vt sint incompatibiles, vel propter contrarietatem, vel propter priuilegium possessorij, quod quomodo & quando sit, tractatur in d. cap. ex conquestione. & c. fi. inf. de ordi. cog. & in c. pastoralis. infra, de causa poss. & proprie. Et tunc non procedit reconuentio, aliàs autem locũ habet, & vtraq; plenariè tractatur. Subdit tamen quòd putat quòd si habens potestatem repellendi iudiciũ pendens nihil opponit, quia non vult vti tali priuilegio, quòd habet locum recõuentio. sed tu ad hanc materiam, vide quæ latius dicam infra, in titu. de ord. cog. in c. fi. super glo. & in tit. de cau. pos. & proprie. & in tit. de resti. spol.[a]

63 ¶ †Tertiodecimò fallit in quæstione momentaneæ possessionis, secundum gl. 1. in c. cum dilectus. supra, de arbit. & glo. in c. fin. de ordi. cog. circa medium, per l. fin. C. qui legitimam personam. Sed aduerte, quia ille habet varios intellectus. Hosti. in d. c. cum dilectus, sequitur intellectum, quòd lex illa habet locum quando pupillus agit interdicto, quòd vi aut clam, vel vti possid. vel vnde vi, vt tunc non possit reconueniri. Et ita etiam resident ibi Io. And. & Io. de Imo. Idem etiam Spec. in titu. de reconuen. §. 2. ver. excepta momentanea. & idem ibi Io. Andr. in addi. Sed quod præfati Doct. dicunt de pupillo, videtur idem dicendum de minore. in quo etiam loquitur lex illa. Et inquantum lex illa ponit casum specialem in minore & pupillo, videtur mihi quod probet, ꝙ in momentanea possessione sit locus reconuentioni: quia si speciale est ibi quòd minor vel pupillus agens momentanea possessione, nõ potest reconueniri ratione minoris ætatis, ergo in contrarium est ius cõmune, vt in l. 1. in fi. ff. de muni. Aduerte tamen, quia hoc casu, minor vel pupillus non possit reconueniri, non intelligendum quòd non possit reconueniri, scilicet, petitorio, sed simili iudicio possessorio videtur quod possit reconueniri, per ea quæ superius dixi in præced. fallen. quod tamen forte videtur procedere, si reconuentio respiceret eandem causam, vtputa quia hincinde ageretur vti possi. Sed si reconueniretur alio interdicto nõ contingente causam cõuentionis, videtur dubium, quia d. l. fi. in quantum excludit quòd pupillus & minor non possint reconueniri in petitorio, videtur tacitè innuere, quòd possint reconueniri possessorio. in contrarium tamen facit, quia lex illa specialiter permittit minori agere possessorio, vt dictum est, sed tamen non pertinet minorem posse conueniri possessorio, imo Bar. quem sequitur Bal. concludit, quòd minor non potest conueniri iudicio momentaneæ possessionis, per illum tex. in fi. quia cum illa l. sit facta in fauorem minoris, non debet in eius lęsionem retorqueri. & sic videtur quòd pari ratione nõ possit reconueniri. cogitabis, quia Doctores non tangunt.

64 ¶ †Quartodecimo fallit in causa criminali, secundum glo. pen. in fi. hic positam. & tenet glo. in c. at si clerici. supra, de iud. per tex. 3. q. 11. c. neganda. quia non relatione criminum, sed innocentia reus purgatur. ff. de publ. iud. l. si is qui reus. & idem tenet gl. in c. nullus. supra, de fo. comp. & gl. 3. q. 8. c. cuius in agendo, per tex. 3. q. 11. c. prius. tenet & gl. in c. cum dilectus. supra, de arbi. & glo. in c. dilectorum. infra, de testi. cog. Bar. Brix. in q. dominicali, quæ incipit, aliquis contra rescript. Idem etiam tenet hic Inn. & Hosti. licet aliqui dicant satis ineptè, tenet Archi. in d. c. cuius in agẽdo. & in d. c. neganda. Et in hoc art. glo. & Doc. iuris canonici multũ ineptè loquuntur. & quamuis domi. Anto. latius ipsum ar. reassumat, & etiam Domi. meus latius, quàm D. Anto. sequendo distinctionem Bar. in d. l. si is qui reus, iungendo etiam ea quæ idem Barto. dicit circa hoc in authen. & consequenter. C. de senten. & interlo. om. iud. Et in veritate, D. Anto. & Do. meus multa hic ponunt quæ non pertinent ad tit. nostrum, propter quæ dubius fui quid agere deberem. Nam cum intentionis meæ nõ sit tractare materias extraneas articulorum, multa membra prædictorum Docto. intendebam dimittere suis in locis discutienda. Verum quia ipsi hæc membra multum connexè tradunt, & materia non

ADDITIO.

a ¶ *Adde Bal. in l. fi. 4. col. C. de his qui leg. personam habent standi in iud. Inno. in c. 1. de seq. pos. & fruc. Spec. in loco, de quo in seq. fal.*

non videtur posse commodè adaptari, nisi titulo de accu. Et quia ille tit. iam longo tempore fuit per me expeditus, & eo tempore quo propter iuuentutem non discesseram ex toto ab ordine antiquorum, & in illo tit. hunc art. non tractauerim, quod meminerim, & ar. ipse sit valde difficilis, intricatus, & confusus, & multum imperfectè à Do. Ant. & Do. M. traditus, ideo vt ipsum articulum magis latè & perfectè prosequamur, tractabo principaliter infrascriptas quæstiones.

¶ Prima quæst. erit, quando criminaliter conuentus vult reconuenire, seu reaccusare criminaliter etiam.

¶ Secunda q. quãdo criminaliter accusatus vult reconuenire seu reaccusare ciuiliter ex crimine.

¶ Tertia, quando conuentus ciuiliter vult reconuenire, seu reaccusare criminaliter.

¶ Quarta, quando conuentus ciuiliter de crimine vult reconuenire ciuiliter ex crimine.

¶ Primò igitur quæro, vtrum conuentus seu accusatus criminaliter, ex crimina posit reconuenire seu reaccusare, & accumulare criminalem criminalis. Sol. Circa hanc q. quæ difficilis est, distingue principaliter duo membra.

¶ Primum membrum est, quando accusatus criminaliter vult reaccusare accusatorem suum.

¶ Secundum membrum est, quando vult reaccusare extraneum.

¶ Circa primum membrũ subdistingue alia duo membra.

¶ Primum, quando vult reaccusare accusatorem suum coram iudice vtriusque causæ, & iudice ipsius actoris & rei.

¶ Secundum membrum, quando vellet ipsum reaccusare coram iudice ipsius rei, qui non esset iudex ipsius actoris.

¶ Circa primum membrum, quando reus accusatus vellet reaccusare accusatorem coram eodẽ iudice, qui esset iudex amborum, actoris, scilicet, rei, & iurisdictionẽ haberet, & potestatẽ cognoscendi de vtraque causa. Et iste est propriè casus d.l.is qui reus, & l.neganda. C.qui accu. non poss. canonizatę 3.q.11.c.neganda. Circa quod membrũ, quia difficile est & intricatum, prosequor infrascriptos casus.

¶ Primus erit, quando accusatus vult reaccusare ante, quàm nomen rei sit receptum inter reos.

¶ Secundus, quando vult reaccusare postquam nomen rei receptum est inter reos, & ante conclusionem in causa.

¶ Tertius, quando vult reaccusare post conclusionem in causa, & ante sententiam.

¶ Quartus, quando vult reaccusare post sententiam.

¶ Circa primum, quando accusatus vult reaccusare ante quàm nomen rei sit receptũ inter reos, vt intelligas istos terminos, præmitte quia cum quæri-
65 tur † quando nomen rei dicatur receptũ inter reos, Doct. varias ponunt opi. de quibus per Bar. in d.l.is qui reus, & per glo. & Io. de Fan. 2.q.8. in c. præscripta, & per Bar. in l.1.C.qui accu. non poss. Sed pro nunc amplectar opi. Bar. qui voluit, ꝙ tunc dicatur nomen rei receptum inter reos, quando pronũciatum est procedendum esse in accusatio. non obstantibus exceptionibus dilatorijs oppositis per accusatum. arg. l. quæ adulterium. C.de adul. Et redeundo ad q. D.M. hic post Bar. in d.l.is qui reus, dicit, ꝙ ante, quàm nomen rei receptum sit inter reos, accusatus potest reaccusare accusatorem suum, per illam l. quia illa lex solum prohibet reaccusationem fieri, quando nomen rei est receptum inter reos.

¶ Sed tu aduerte, quia contra illud membrum, & illam conclusionem, & omnes alias conclusiones in quibus infra dicam, ꝙ accusatus potest reaccusare accusatorem suũ, fortiter videtur obstare, ꝙ nullo modo posit hoc procedere, quia ex quo accusator est factus inimicus capitalis accusati, & econtra, vt in auth. si dicatur. C.de testi. & in Auth. de test. §. si vero quis. vnde sumitur d. auth. si dicatur, & in c. meminimus. inf. de accu. & in c.cũ P. Manconella. eo. tit. vbi optimus tex. & 2.q.6.c. de cætero, & in c. frequens. de rest. spol. lib.6. & optimè probatur in l. sciendum. §.2. ff. de leg. no. Bar. in l.1. ff. ad Turpil. Ergo videtur ꝙ accusatus ratione inimicitiæ concepte in accusatorem, nõ posit reaccusare, nisi suam, vel suorum iniuriam prosequatur, vt d.c.cum P. & in l. qui accusare. cum seq. ff. de accus. Sol. multiplex.

66 ¶ † Prima, quòd regula quæ habet ꝙ inimicus non admittatur ad accusandum, fallit in casu isto, quando vellet reaccusare accusatorem suum, sicut etiam hoc casu fallunt plures aliæ regulæ, de quibus infra dicetur. Et hanc solutionem tenuerunt Bal. & Ang. in d.l.is qui reus. Secunda sol. sit, ꝙ de iure ciuili non repellitur inimicus ab accusando inimicũ: licet repellitur à testimonio, in quo testimonio loquitur d. auth. si dicatur, & præallegatus §. si vero quis. Et ꝙ inimicus non repellatur ab accusatione de iure ciuili, patet, quia non numeratur inter personas prohibitas, de quibus in l.is qui in iudicio, & in l. qui accusare. ff. de accu. & per glo. in rub. C. qui accus. non poss. Sed de iure canonico inimicus non admittitur, vt in iuribus præallegatis, & est tex. optimus in d. c. cum P. per quem tex. videtur expressè probari, ꝙ accusatus ab vno criminaliter, nõ posit illum reaccusare: cum accusator iuris prẽsumptione sit factus inimicus illius, quod tamen procedit, nisi esset crimen in quo admitterẽtur alias inhabiles de iure canonico, vt no. gl. in d.c. cum P. & vide quod ibi dixi. Et hæc sol. secũdum Io. de Imo. in d.l.is qui reus. videtur verior, ꝙ de iure ciuili admittatur inimicus ad accusandum: licet non admittatur ad testificandum, quicquid dixerint Bal. & Ang. Et ratio diuersitatis sit inter testimonium & accusationem; quia longè maioris præiudicij est testimoniũ, quàm accusatio, quoniam accusatori non creditur, nisi clarè probet accusationem suam per testes, vel alias legitimas probationes, vt in l. sciant cuncti. C. de proba. cum sim. Sed testis inducitur ad probandũ, ideo non mirum si facilius repellitur inimicus à testimo-
a nio,[a] quàm ab accusatione, & hoc de iure ciuili, sed de iure canonico, etiã ab accusatione repellitur ex æquitate canonica, quia præsumitur moueri malo zelo, ex quo est inimicus, facit d. c. cum P. & in c. per tuas,

ADDITIO.

a ¶ *Crimina enim testibus constant, non accusatoribus, vt dicit tex. in capitu. licet Hely. circa finem, de simo. vide Bartol. in l.2. in princip. ff. de accusationib.*

tuas,& in c.licet Heli,inf.de simonia. secundum Io. de Imo. Et sic videtur ꝙ materia nostra de iure canonico non procedat,licet D. Ant.& D. M.ad hoc non aduertãt:nisi diceres, ꝙ posset procedere in criminibus exceptis, in quibus etiam inimicus admittitur ad accusandum, vt puta, si suam vel suorum iniuriam prosequatur. Aut in alijs criminibus excep. ad quod vide quæ infra dicam. Aduerte tamen, quia Spe. in tit.de accu. ver.item est inimicus, vult ꝙ iura quæ dicunt, ꝙ de iure canonico accusator efficitur inimicus, & per cõsequens accusatus debet ab accusatione repelli: loquuntur, cum aliquis primò accusauit: deinde in probatione deficit, & iudex ei pepercit, quia non condemnauit eũ de calumnia. 2. q.3.§.notandum. vel fortè impetrauit abolitionem, vt l.2. C. de aboli. vnde si nunc vellet accusare, non potest, dixi aliquid in c.de his.post glo.fi. inf.de accu. Sed redeundo nunc ad prin.casum, vt supra dixi in prin. Do. M.post Bar. concludit, ꝙ accusatus potest reaccusare suũ accusatorem ante, quàm nomen rei sit receptũ inter reos. Sed tu aduerte, quia in hoc tres reperiuntur opiniones, vna fuit Rogerij, quàm refert gl.in d.l.is qui reus, ꝙ licet accusatus posit accusare extraneum de quocunque crimine: tamen suum accusatorem non potest, nisi de minori, vel nisi suam, vel suorũ iniuriam prosequatur, vt l.neganda.C. qui accu.non pos. quàm intelligit procedere, quãdo solum vellet reaccusare suum accusatorem. Et sic etiam vult ꝙ procedat solum ante nomen rei receptum inter reos. Alia fuit opi. Ang.qui voluit, ꝙ nedum extraneum, sed etiam suum accusatorem licitum sit reaccusare, nedum de minori, sed etiã de pari & minori delicto: etiam si suam vel suorum iniuriam non prosequatur. Mouetur, quia res in materia accusationis est permissa, à qua excipiũtur aliqui casus, vt l.is qui in iudicio, & l.qui accusare.ff.de accus.& supra dixi. Sed nulla lege videtur fore prohibitum accusatorem reaccusare ante nomen rei receptum inter reos: Ergo indistinctè tunc poterit reaccusare. Nec ob.l.is qui reus, quia loquitur post nomen rei receptum inter reos. Eodem modo respondet ad d.l.neganda, ꝙ loquatur post nomen rei receptum inter reos, quod patet per tex. ibi dũ dicit, negandum esse potentiam criminandi, secundũ statuta veteris iuris: sed iure veteri hoc non reperitur prohibitum, nisi in casu d.l.is qui reus.ff.de publ.iudi.ergo intelligitur secundum illam, & sic post nomen rei receptũ inter reos. Sed dicit Io.de Imo. ꝙ vera videtur prima opi. tamen quia tex.in l.is qui reus. & in d.l.neganda, videntur loqui indistinctè, & indistinctè sunt intelligendi. 19.di.c.si Romanorum. cum sim. tum etiam quia tex.3.q.11.c.1.simpliciter loquitur. Nec ob.arg.Ang.quia licet in l.neganda, dicitur, secũdum statuta veteris iuris, illa verba non faciunt conditionem, vt no. Cy.in l.secũdum. C.de contrah.stip. & Bar.in extrauag. ad repri. super ver. prout, & quod ipse no.in l.eum qui.ff.de const.pec. & quod habetur in c. Abbate.inf.de ver.sign. Item, quia posibile est ꝙ in veteribus iuribus hoc haberetur: licet in noua compilatione ffiorum facta per Iustinianum, quàm nunc habemus, hoc non reperiatur, & ideo generalitas illius l.neganda. non debet restringi propter dictionem, secũdum, ibi positam, & ita voluit ibi Cy. & propter hoc fortè Gratianus canonizando illam l.neganda.3.q.11.simpliciter dicit denegandam esse accusatis potentiam criminandi: nec adiecit secũdum statuta veteris iuris. Sed aduerte, quia intelligendo ꝙ l.neganda, loquatur etiã ante nomen rei receptũ inter reos, quatenus à sensu contrario ibi innuitur ꝙ de maiori posit accusare suum accusatorem: licet suam vel suorũ iniuriam non prosequatur, & etiam extraneum licitum erit arg.& hoc ideo, quia tali cõtrario sensui nulla repugnat regula iuris, & ideo est licitũ, vt l. 1.§.huius rei. ff.de offi.eius cui man.est iurisd. Item potest ille tex. intelligi, ꝙ habeat locum post nomen receptum inter reos, & tunc non debet sumi arg.à contrario sensu, quatenus innueret ꝙ posset reaccusare suum accusatorem de maiori, & hoc ideo, quia talis contrarius sensus esset contrarius iuri: ex eo, quia cum per propositionẽ maioris criminis resultet exceptio dilatoria, vt l.per minorem.ff.de iud.& in l.1.C.qui accu.non pos.& l.fi.C.de ord.iud. & dilatoria nõ posit proponi post nomen receptum inter reos, vt l.si maritus.§.præscriptiones, cum concor. ibi positis.ff. de adul.ergo, &c.sed quatenus innuit ꝙ posit accusare extraneum de maiori: tunc videtur posse sumi ar. à contrario, quia tali sensui alia iura nõ videntur cõtraria: cum propter positionem maioris criminis contra extraneum, nõ videatur insurgere dilatoria propter accusationem ab alio contra eum institutã, per id quod habetur in rub. & nig. C.res inter alios acta, & in c.pen. inf.de re iudi. Et istud, quòd posit accusari extraneus de maiori crimine post nomen rei receptum inter reos, tenuit glo.pen.& etiam sentit glo. 2.& voluit Bar. in d.l.is qui reus. sed Bart.de Saly.in l.1.C.qui accu.non poss.tenuit contrarium, scilicet, quòd etiam extraneum non posit accusare de maiori, post nomen suum receptum inter reos. sed verior videtur opinio glo.vt etiam apparebit ex infra dicendis. Et ex prædictis patet quòd vterque
a intellectus in d.l.neganda. [a] videlicet, quòd intelligatur ante nomen rei receptum inter reos, vel post, est bonus tex.diuersimodè tamen debet tunc sumi arg.à contrario sensu, vt patet ex prædictis.

67 ¶ † Tertia opinio fuit Azo.& est communis opinio, de qua per glo.& Doct.in d.l.is qui reus, & d.l. neganda. quæ habet, quòd de maiori potest accusare nedum extraneum, sed etiam suum accusatorem, sed de pari aut minori crimine nõ posit, nisi suam vel suorum iniuriam prosequatur. Et secundũ hanc opinionem, d.l.neganda. inquantum loquitur ante nomen rei receptum inter reos, habet locũ nedum quãdo accusatus vult reaccusare accusatorẽ suum, sed etiam extraneũ, de quo superius dixi. Sed circa prædicta potest esse dubium, an quando accusatus prosequitur suam vel suorum iniuriã, reaccusando suum accusatorem de pari crimine, vel minori, ante nomen receptũ inter reos: an tunc supersederi debeat super accusatione primo loco proposita. circa ꝙ quidam dicere voluerunt, ꝙ sic, quia in criminibus non videtur habere locum materia reconuentionis, per id quod sup.dixi, in prin. istius 14.fall. & quod habetur in d.l.is qui reus, & 3.q.8.c.1.& ideo simul

ADDITIO.

a ¶ *Ad ea quæ scripsit Fran. Aret.in c.1.de accusa.*

simul super vtraque causa nō debet procedi: sed super altera tantum. Sed contrariū voluit Pet. de Bellaper. in d. l. negāda. quem sequitur ibi Bār. de Saly. & sentit ēt Bart. in d. l. is qui reus. pro quo facit, quia licet ius dicat accusatū volentem reaccusare audiendum esse: non tamen denegat quod propter hoc in prima accusatione nō sit procedendum. & per consequens stabimus in secunda l. qui prior. cum ibi no. ff. de iudi. vt in vtraque causa procedatur, seruato debito ordine: quia prius respondetur libello primo loco porrecto: postea secundo: & prius recipientur probationes super primo crimine, postea super secūdo, & sic de singulis actibus, secūdum ea quæ latius dicentur in c. seq. in 10. princ. art. & sic hoc casu erit dare veram & propriam reconuentionem in criminibus. Nec ob. ꝙ secundum crimen debet cēseri maius, ex quo reaccusans prosequitur suam vel suorum iniuriam: quia hoc nullo iure cautū reperitur: imò potius videtur probare oppositum in d. l. neganda. in quātum à pari vel minori crimine excipit casum istum, qñ suam vel suorum iniuriam prosequatur, cū exceptio debeat esse de regula, vt in rub. de regu. iu. lib. 6. Quid aūt si alter prosequatur suā iniuriam, & alter non: vel ambo prosequantur suam vel suorum iniuriā: & an procedendum sit super vna tantum, vel super ambabus, dicam inf. in 2. casu fall. Et est aduertendum: quia quod dixi accusatū admitti ad reaccusandum ante nomē rei receptū inter reos, procedit si modo non subsit alia causa impeditiua, quàm instit. accusationis contra eum. secus si fortè ex alia causa esset accusator illegitimus, secūdum ea quæ latius dixi in c. 1. inf. de accus. Et hoc no. glo. & Docto. in d. l. is qui reus. & est clarissimum. Et secundum hoc debent regulari omnia inferius dicenda, in quibus dicetur accusatum admitti ad reaccusandum.

68 ¶ † Circa secundum casum, quando reaccusatus
a vult reaccusare post nomen rei receptū [a] inter reos. Do. Ant. & Do. me. hic post Bar. in d. l. is qui reus, distinguunt quædam membra: sed multum imperfectè loquūtur. Vnde ergo pro faciliori & clariori intellectu istius art. qui versatur vt plurimum super intellectu l. is qui reus. ff. de publ. iud. quæ l. secundum Barto. est difficilior quæ sit in ff. nouo. Vnde collectis plurimis ex varijs locis: Aduertēdum est, quod in hoc passu tres fuerūt opin. vna Rogerij, ꝙ suum accusatorem de nullo crimine possit reaccusare: sed extraneum possit solùm de maiori, de pari aūt vel minori non possit: nisi suam vel suorum iniuriam prosequatur. Et secundum hoc intelligit l. negāda. in quantum loquitur post nomen receptū in reos, quod procedit, quando vult accusare extraneum. secus si suum accusatorem. Alia fuit opi. Ang. ꝙ regulariter, nec suū accusatorem, nec extraneū posset reaccusare: nisi in sex casibus, de quibus infra subijciam. Alia fuit opin. Bar. ꝙ regulariter prohibeatur reaccusare suum accusatorem. Fallit in quatuor casibus tactis per eum, & in distinctione ipsius in d. l. is qui reus. Sed ego pro faciliori doctrina procedam per regulam & fallentiam.

69 ¶ † Regula igitur sit simpliciter negatiua, ꝙ post nomen rei receptum inter reos, accusatus nō possit reaccusare accusatorem suum, quæ regula probatur per d. l. is qui reus. Et ex rationib. quas posui supra in prin. istius 14. fal. Hæc tamē regula recipit plures fal.

70 ¶ † Primò, si accusatus vult reaccusare suum accusatorem se inscribendo, non ad finem vt procedatur super hac secūda accusatione, sed vt supersedeatur in ea. Quæ fallentia procedit etiam si velit reaccusare de pari vel minori crimine, & si suā vel suorū iniuriam non prosequatur. Iste est tex. in d. l. neganda. in fi. C. qui accu. non poss. & no. glo. in d. l. is qui reus. & Bar. ibi in 3. oppo. & sequuntur Ang. Io. de Imo. & Doct. ibi. & in d. l. neganda. vbi etiam idem tenet Bar. de Saly. & tenent Do. Ant. & Do. me. hic. Et istud accusationis erit effectus: quia dictam accusationem poterit prosequi post latam sententiā, super prima accusatione, secūdum determinationem tamen, & limitationem de qua in d. l. is qui reus. & secūdum quod dicam inf. in quarto casu. Et ex hoc pōt insurgere alius effectus: videlicet interruptionis præscriptionis inter ea, per propositionem istius accusationis. dicit tamen Ang. post Bar. in d. l. is qui reus. & Cyn. in d. l. neganda. Et Bar. de Saly. ꝙ hæc fal. non procedit post conclusionem in cau. de quo dicam in 3. casu. Nec obst. l. 2. §. lenocinium. cū seq. ff. de adult. vbi admittitur reaccusatio ad finē etiam vt procedatur: quia illud procedit non per viam reaccusationis, sed exceptionis, secundum vnum intellectum, de quo dicam infra, fallen. 9. vel ratione connexitatis, secundum quod statim dicam in fallen. 5. vel 6.

71 ¶ † Secundò fallit, si accusatus reaccusat accusatorē de crimine maiori & præiudiciali: ita ꝙ ex hac secūda accusatione insurgat quædam exceptio peremptoria, secūdum lectu. Azo. cuius opin. sequitur Bart. in d. l. is qui reus. motus: quia vt dixi, cum crimen præiudiciale proponitur, ex eo resultat quædā exceptio peremptoria, quæ proponi potest quādoque ante sententiam, vt l. maritus. §. præscriptiones. ff. de adul. Et ista fuit 5. opi. gl. quæ fuit Azon. de qua in l. 1. C. qui accus. non poss. quam etiam refert glo. fin. in fi. in princip. in d. l. is qui reus, quæ gl. figurant exemplum. Accusasti me criminaliter de furto tibi facto per me de seruo tuo, ac die 24. Iulij 1453. vel quod seruum tuum in iniuriam tuam verberauerim, seu vulnerauerim. Ego verò te reaccuso ꝙ illum seruum occidisti die prima Aprilis præsentis anni. Et prædictam opin. etiam tenuit Dyn. & sequitur Ang. in d. l. 1. & in d. l. is qui reus. Sed tu aduerte: quia Bart. de Saly. in d. l. 1. dicit, quòd prædicta opin. non videtur bona: quia sicut ex crimine secundo resultat peremptoria ad primum: ita ex primo resultat peremptoria ad secundum, quæ verba inferius declarabo. Et sic secundum hoc videretur, quòd si primo loco crimen maius esset propositum, posset secundo loco, etiam post nomen receptum inter reos, reaccusatio fieri de minori: ex quo de ipso secundo, licet minori, resultaret peremptoria ad primum. Ex quo secundum opinionem Bar. videtur sequi, quòd vbicunque ex secundo crimine potest

ADDITIO.

a ¶ *Qualiter autem intelligatur quod nomen rei sit receptū inter reos, vide Bar. in l. is qui reus. in 3. col. vers. quæro, quando nomen rei. ff. de publ. iud. Bal. in l. 1. 17. col. & in l. neganda. pen. col. C. qui accusare non possint.*

potest resultare exceptio peremptoria, potest obijci quandocunque ante sententiã. ita etiam possit tale crimen proponi post tale nomẽ receptũ inter reos, cuius contrarium videtur probari in d. l. 1. vbi text. non ponderat quid primo loco proponatur, sed illud quod est maius, ponderat rationem Barto. Sed ratio maioritatis videtur esse illa, quæ per prius & posterius ordinetur. Et pro hoc etiam facit, si accusatus vult audiri reaccusando ex eo, quia resultat exceptio peremptoria ad crimen: aliter de suo crimine excipiet accusator, videlicet quòd crimen propositum per ipsum accusatorem est tale, ex quo resultat peremptoria ad secundum. Et ideo per hoc non subest ratio quare accusatus audiatur, sic reaccusando post nomen rei receptum inter reos, cum regulariter denegata sit potentia reaccusandi, vt supra præmisi in regula, à qua regula hæc causa non reperitur excepta. vnde oportebit si vult audiri, quòd dicat quòd suum crimen est maius, & ex sola maioritate fundare se, propter quod videtur non esse audiendus, quia ex hoc resultaret exceptio dilatoria, vt supersedeatur in prima, vt l. per minorem. C. de iudi. & l. fin. C. de ordi. iudi. quæ dilatoria, cum non possit proponi post nomen receptum inter reos, necessariò infertur quòd ante nomen receptum inter reos debet fieri reaccusatio de maiori, licet sit tale ex quo resultet exceptio peremptoria ad primũ. Et sic prædictus intellectus Barto. & sequacium, non est bonus. Et per consequens etiam non videtur procedere dicta fal. Et sic etiã videtur melior intellectus Glo. quod d. l. 1. intelligatur, quando reaccusatio fieret de maiori ante nomen receptum inter reos. Nec obstat si dicatur, quòd secundum hoc videtur tolli defensio reo, ex quo non admittitur reaccusatio de crimine, ex quo resultat peremptoria, quia respondet Saly. quòd non est verum quòd tollatur defensio, quia licet non audiatur reaccusando, tamen audietur excipiendo quòd crimen intentatum per eũ, non est cõmissum, ex eo quòd ille seruus die primo Aprilis per accusatorẽ fuit occisus. Et ideo nullum resultat absurdum, quòd nõ audiatur reaccusando. Nec obst. l. 1. C. de calum. vbi tex. dicit, calumniam. scilicet per viam reaccusationis institutam eo tempore coercẽdam, quo iudicatur de causa, per quod videtur quòd etiam li. contesta. & sic post nomen receptũ inter reos accusatus potest reaccusare. Sed dic quòd ille tex. habet varios intellectus, secũdum quòd dicam infra in 4. & 5. fallen. Ange. tamen in d. l. 1. C. qui accu. non poss. & in d. l. is qui reus. pro solutione dictarũ legum, in quãtum videntur adinuicem contrariari, dicit quòd crimen secundo loco intentatum in d. l. 1. erat præiudiciale ad primum, & maius primo. Vnde combinata, id est, simul adiuncta præiudicialitate, procedi debet super secundo, & supersederi in primo: aliàs si non esset maioritas cum ita sit præiudiciale primum ad secundum, sicut secundum ad primum, non deberet supersederi in primo, imò super secundo, per regulã l. qui prior. ff. de iud. Et propter hoc infert idem Ang. quòd si accusator reaccusatur de institutione falsæ accusationis, si pęna est maior, procedat accusa. falsi, & supersedebitur in primo. Si verò pœna est æqualis vel minor, supersedebitur in accusat. falsi, & proceditur in crimine. Et ita dicit se multoties practicasse. pro quo allegat glo. in l. qui maior. §. si libertus. ff. de bo. liber. fatetur tamẽ quòd Bar. in d. l. is quis reus. & in d. l. 1. indistinctè videtur tenere accusationem secundam procedere. Et idem videtur tenere Bar. in l. fin. C. de accus. dicit tamen quòd dum Bart. legebat d. l. 1. tenebat oppositum, & dicebat quòd non poterat accusari pen. lite, de calumnia ipse accusator, sed bene poterat implorari officium iudic. & illa opi. secundũ eum, est communior approbata per Glo. in d. l. 1. & in d. l. negãda. in d. §. si libertus. & prædictæ opinioni adhæret, saluo nisi pęna maior veniat imponenda, vt prædixi. Nam propter maioritatem pœnæ maleficium iudicatur maius, & propter paritatem, iudicatur æquale, vt no. Glo. in l. 1. C. qui accu. non poss. & probatur 24. q. 1. c. non afferamus. & vide alia iura allegata in Glo. 3. in cap. ad liberandam. inf. de iudæ. Sed aduerte, quia Ang. male videtur dicere, in quantum denegat posse procedi super accusatione falsæ accusationis institutę, quando pęna est par vel æqualis, quia imò videtur etiam tunc admittenda reaccusatio, cum talis reaccusando prosequatur suam iniuriam, per d. l. neganda. de quo latius statim dicam in 4. fallen. Nec obst. Glo. in l. si tibi. C. de libe. causa, quæ videtur prohibere talem accusationem, quia illa Glo. reprehenditur per Cyn. in l. qui non probasse. C. de calum. Et videtur etiam esse alia Gl. contraria in d. l. 1. de calum. & in l. athletas. §. calumniator. ff. de infa. Ioan. de Imo. in d. l. is qui reus, potius videtur inclinare in opi. Saly. Sed D. Ant. & D. Mar. hic simpliciter tenent opi. Bart. vt supra dixi, & hæc opi. plus mihi placet. Nec obstat quòd cum primum delictum sit pariter præiudiciale ad secũdum, debet procedi super primo, & non super secundo, per d. l. qui prior. Nec obstat quòd si attendatur maioritas illa tribuit dilatoriam, & sic videtur, quod non possit proponi post lit. cõtest. seu nomen rei receptum inter reos, nisi de nouo superueniat, vt dicã in 7. fal. quia respondeo, quòd licet ambo delicta videantur adinuicẽ pariter præiudicialia hoc modo, videlicet, vt intelligat superiora, quia si tu accusatus criminaliter de furto hac die commisso de seruo tuo, vel de ipso cęso, seu vulnerato, in iniuriam tuam reaccusas accusatorem quòd occidit dictum seruum die prima Aprilis, prima accusatio ad secundam, & secunda ad primam videtur præiudicialis. Nam si accusatus reaccusatus dicit, quòd sua reaccusatio est præiudicialis ad primam, quia si verum est quòd tu tuum seruũ interfeceris die prima Aprilis, sequitur quòd non potuit post vulnerari hac die, nec furtum de eo committi, poterit etiam accusator dicere accusato, quòd sua accusatio est præiudicialis ad reaccusationem, quia si verum est quòd hac die seruus fuerit cæsus vel vulneratus, aut de eo furtum commissum, sequitur necessario quod die prima April. non fuit interfectus. Sed tamen licet ita sit, tamen negari non põt quod ista reaccusatio mea nõ sit peremptoria, quamuis tua etiam accusatio sit peremptoria secundæ. Vnde dico, q; sicut se habet dilatoria ad dilatoriã, seu sicut se habet potentia dilatoriæ in seipsa: ita se debet habere peremptoria ad peremptoriam, seu dilatoria connexa peremptoriæ, vnde sicut dilatoria maioris potentiæ ratione maioritatis criminis operatur, vt prius procedatur super accusatione, licet secũdo loco instituta, per d. l. 1. C. qui accu. non poss.

poss. Ita dilat. ratione maioritatis peremptoriæ, cui iuncta est, vnde peremptoriè operabitur ratione naturæ suæ, quæ est, vt admittatur quandocunque ante senten. tanquam potentior. & per prius principaliter operabitur hunc effectum. vnde qualitas illa maioritatis quæ inest ipsi peremptoriæ, operabitur vt primo procedatur super accusatione homicidij, quàm super prima accusat. mistū enim ratione qualitatis, cui qualitas maiorem adijcit potentiam operatur secundum potentiam illius maioris qualitatis, vt l. quæritur. ff. de sta. homi. cum simi. Quædam. n. quæ aliàs simpliciter nō concederentur, conceduntur ratione qualitatis adiunctæ. argu. l. quoties. C. de iudi. & l. si aliena. §. hoc iure. ff. de calum. Et prædicta notabis, quia noua sunt.

72 ¶ †Tertiò fallit, si accusatus reaccusat de crimine maiori, secundum Ang. in d. l. is qui reus. & sic Angel. vult, quòd non solum de crimine præiudiciali maiori possit reaccusare, vt dictum est in præced. fal. sed etiam de maiori simpliciter, etiamsi accusans nō prosequeretur suam, vel suorum iniuriam. quod dictum communiter reprobatur, quia illa maioritas delicti tribuit exceptionem dilatoriam, vt dicta l. 1. C. qui accu. non poss. & l. per minorem. ff. de iudi. Et ideo non potest fieri post lit. contest. seu nomen rei receptum inter reos, per ea quæ supra dixi. Et hanc opinionem tenet Glo. 2. & Glo. pen. in distin. Roge. in d. l. is qui reus. Et sic vult quòd l. 1. C. qui accu. nō poss. habeat locum solummodo ante nomen rei receptum inter reos. de quo supra dixi. Bart. etiā tenet contrariam sententiā in d. l. is, qui reus. & Bartho. de Saly. in d. l. 1. Et Io. de Imo. in d. l. is qui. Posset tamē saluari prædicta fallen. quando illud crimen, de quo accusatus reaccusat accusatorem suum, fuisset commissum post nomen rei receptum inter reos. Nā tūc poterit reaccusare, licet non prosequatur suam, vel suorū iniuriā, quasi videatur hæc declaratoria superuenisse post lit. contest. seu post nomen rei receptū inter reos. Ad quod vide quæ dicam in 7. fallen.

73 ¶ †Quartò fallit, si accusatus reaccusando prosequitur suam, vel suorum iniuriam. ita simpliciter dicit Ang. in l. is qui reus. & hanc opinionem videtur etiam voluisse Glo. 2. in princ. in d. l. is qui reus. dum dicit, quòd illa lex non habet locum quando quis prosequeretur suam, vel suorum iniuriam. Et sic loquitur post rei nomen receptum inter reos. Et concludit quòd hoc casu potest reaccusare accusatorē suum de pari, aut minori, per legem, neganda. & sic illa Glo. videtur apertè sentire, quòd d. l. neganda. habeat locum etiam post nomē rei receptum inter reos. de quo supra dixi. & ideo Glo. in cap. 1. 3. q. 11. sequitur Petr. & refert Cy. in d. l. 1. C. qui accu. non poss. & ibi etiam tenet Saly. & tenet Bar. in d. l. is qui reus. & pōderat Saly. tex. in d. l. neganda. dum dicit, crimina puniuntur. & sic innuit quod nomē rei iam fuerat receptum inter reos. Ad idem etiam ponderat Ang. illum tex. dū dicit, secundū statuta antiqui iuris. Et sic videtur se referre ad l. is qui. quæ loquitur post nomen receptum inter reos. Sed alij intelligunt illam legem ante nomen receptum inter reos. de quo dic vt supra latius dixi. Pro hoc etiā facit l. 1. ff. de calum. & l. 2. §. si publico. ff. de adul. vbi patet q permittitur mulieri post nomen receptū inter reos, excipere de lenocinio contra virum, & ista exceptio habet vim accusationis, & ideo perinde est ac si accusaret. & sic illud ibi permittitur, nō ratione criminis prout voluit Bart. in d. l. is qui reus. sed ratione prædicta, vt sentit Barto. & etiam Ange. in d. §. si publico. & sequitur Saly. in d. l. 1. C. qui accusa. non poss. quod patet, quia aliàs etiam de extraneo accusato à viro de adulterio, deberet permitti posse excipere de lenocinio post nomē receptum inter reos, quando lenocinium esset connexum adulterio, consentiendo adulterio, vel retinendo adulteram post adulterium commissum, quod tamen non permittitur, vt patet in d. l. 2. §. extraneus. ff. de adult. In quātum loquitur per dictionem, autem. & sic aduersatiuè, per ea quæ superius dicta sunt. vnde cum mulier ibi audiatur, hoc insurgit ex eo, quia videtur prosequi propriam iniuriam, quia videtur subducta à viro. per l. 1. C. de rapt. & sic cōcluditur, quòd ibi videtur casus quod post nomē receptum inter reos, licitum est suum accusatorem reaccusare prosequēdo suam iniuriam. Et ad idem videtur casus, secūdum vnam lectu. in l. 1. C. de calum. de cuius l. intellectu infra aliquid dicam. Et videtur præfati Doct. velle, quòd prosequendo suam vel suorum iniuriam, possit non solum reaccusare de pari aut minori, sed etiam de maiori. Et ita quandoque videtur residere Imo. in d. l. is qui reus. licet postea aliud velit, vt statim subijciam. Sed aduerte, Glo. in d. l. is qui reus. vult secundum opi. Rogerij, quòd accusatus de nullo crimine possit reaccusare suum accusatorem post nomē receptum inter reos. vnde cū dicat, de nullo, videtur intelligere quòd non possit de pari, minori, vel maiori delicto, etiam si suam iniuriam prosequatur. & sic vult, quòd l. neganda. non habeat locum, quando post nomen receptum inter reos reaccusatus velet reaccusare suum accusatorem. sed certè non benè dicit, secundum Io. de Imo. super glo. prædicta. Aduerte etiam, quia dicit Ioan. de Imo. quòd licet post nomen receptum inter reos prosequēdo suam vel suorum iniuriā accusatus videatur posse reaccusare suum accusatorem de pari, aut minori delicto, quia tūc nō oritur aliqua exceptio dilatoria: tamen secus videtur esse quando vellet reaccusare de maiori, licet prosequatur suam iniuriā. & hoc propter exceptionem dilatoriam, quæ insurgit ex ista maioritate, quę exceptio non debet obijci post litem contestatam seu nomē receptum inter reos: quia si post litem contestatā oriretur, bene videretur tunc posse admitti reaccusatio de tali crimine, licet resultet dilatoria, ex quo superuenit post litem contestatam, per ea quę habentur in l. 2. C. de consor. eiusdem lit. & subdit, quòd hoc fortè est verius de iure, quòd inuito aduersario nō possit accusatus reaccusare de maiori tunc post nomen receptum, licet suam iniuriam prosequatur, nisi fuerit commissum post nomen receptum inter reos, vt dixi. sed tamen cōmunis opi. videtur esse, quòd de maiori [a] etiā hoc casu possit reaccusare. & profectò passus est satis dubius & disputabilis, & ad vtrāque partem defensabilis, & prædicta

ADDITIO.

a ¶ *Accusatus potest reaccusare suum accusatorem de maiori crimine, & post nomen receptum inter reos, vide repetentes in cap. 1. de accu. vbi latè disputant.*

prædicta procedunt, quando solus reaccusans prosequeretur suam iniuriam. secus si vterque tam accusator, quàm accusatus reaccusans prosequeretur suã iniuriam. nam hoc casu Glo. 2. in d. l. is qui reus. vult quòd tunc reaccusans non audiatur, sed solum ipse accusator, qui primo loco venit ad iudicium. & hoc fortè voluit illa Glo. quasi sentiat de mente iuris esse, quòd duæ causæ criminales nõ sint simul tractandæ per modum reconuentionis. nam per alium modum plures causæ criminales possunt eodem tempore tractari, secundum quod legitur & no. in l. qui de crimine. C. de accu. & ideo illa Glo. dixit, per modum reconuentionis, quia in criminibus non videtur habere locum reconuentio, secundum ea quæ dixi supra in princ. 14. fallen. vnde si alter ipsorum tantum debet audiri, iustius videtur quòd audiatur ille qui fuit magis sollicitus in præueniendo. argu. l. pupillus. ff. de his quæ in frau. credi. & l. qui prius. ff. de iudi. & pro hac parte facit l. assiduis. C. qui po. in pig. hab. facit etiam, quia sicut quãdo neuter prosequitur suam iniuriam, & in vtriusque accusatione vertitur par crimen, præfertur primus, quia in pari causa, &c. ita videtur quòd etiam in isto casu idem dicendum sit. Sed cõmunis opin. est in contrarium, quam sequuntur Ang. & Barto. in d. l. is qui reus. & Bart. de Sali. in d. l. neganda. C. qui accusa. non pos. per d. l. 2. §. si publico. ff. de adult. & l. 1. C. de calum. nam in d. l. si publico. patet quòd maritus prosequebatur suam iniuriam, accusando vxorem de adulterio, vt l. mulier. §. 2. ff. de adult. & tamen post nomen receptum inter reos, vxor admittitur ad proponendum de lenocinio, quod ideo videtur concedi, quia ipsa mulier videtur prosequi suam iniuriam, cum præsumatur fuisse subducta à viro, vt tetigi supra. & hanc opin. sequitur Archi. in c. 2. 3. quæst. 11. vbi est canonizata d. l. neganda. & ibi idem dicit tenere Hosti. in sum. in titu. de ordi. cog. & Gofr. in sum. in tit. de mut. peti. & Specu. in titu. de transact. §. 1. vers. quid si T. Item, quia iura dicunt accusatum reaccusantem prosequẽtem suam iniuriam audiri debere, nec aliquid dicunt, quòd primus repellatur: quare cum ista possint simul stare, quòd primus possit audiri, & etiã secũdus, per id quod supra dixi, meritò vterque audietur, & procedetur simul super vtraq; accusatione, prout procedi consueuit in materia reconuentionis, secundum quod dicam in cap. seq. in 10. princ. artic. & sic hoc casu erit propria & vera reconuentio, & in criminibus, vt supra tetigi. Nec obstat quòd de mente iuris videtur quòd duæ causæ criminales non debeant simul tractari, quia istud non videtur verum, ex quo iura permittunt secundam fieri, nec dicunt primam accusationem repelli. Nec obstat etiam l. assiduis, in contrarium alle. quia ibi si daretur priuilegium filijs secundi matrimonij, tolleretur illud quod dari debet filijs primi matrimonij, quia duo eandem rem insolidum habere nõ possunt, vt l. si vt certo. §. fi. ff. commo. Sed in terminis nostris vterque prosequitur ius suum. & sic licet admittatur secundus, non tamen fit iniuria primo, nec præiudicatur sibi in iure suo. Non obst. quod tertio loco allegatur in cõtrarium, quòd sicut quando neuter prosequitur suam iniuriam, debet præferri primus: ita etiam dicendum sit, quando vterque, non est eadem ratio, quia magis est fauẽdum ei qui suam iniuriam prosequitur, quam illi qui non prosequitur. ideo non mirum si prosequens suam iniuriam audiatur reaccusans, licet primus suam iniuriam prosequitur, secundum Ioan. de Imo. in d. l. is qui. Subdit tamen quòd Ricar. de Saly. teneat contrariam sententiam. & pro prima opin. Glo. quòd reaccusans non audiatur. Sed tu dic quòd pro contraria opinio. facit, quia aut crimen, de quo accusatus vult reaccusare prosequendo suam iniuriam, nouiter superuenit: & clarũ est quòd debet posse reaccusare, licet primus prosequatur suam iniuriam, ne si dicatur quòd debeat differri in euentum primæ causæ, fiat nimis magna dilatio, cum instantia causæ criminalis posit durare, vt l. 1. 2. & 3. C. vt intra cer. tẽpus. de quo dixi in c. pen. supra de iud. ar.... Et etiã vltra biennium possit durare causa, si fortè contingat appellari. Et sic daretur materia delinquendi, & incitandi accusatorem ad iniuriam inferendam accusatori, ex quo videret de facili non posse procedi contra eum, quod esse nõ debet, ar. l. 2. §. sed si agãt. & §. legatis. ff. de iud. & l. conuenire. ff. de pac. dota. Et sic nõ esset æquum quòd crimen tanto tempore differatur, licet Ricar. de Saly. tenuerit contrarium, Si verò crimẽ de quo vult reaccusare, erat commissum ante nomen receptum inter reos: Et tũc adhuc videtur quòd possit reaccusare, ex quo prosequitur suam iniuriam, per ea quæ supra dixi. quod tenet Barto. maximè quãdo crimen secundum esset connexum primo, per nota. in l. 1. in fi. mag. Gl. C. vnde vi. pro quo etiam alleg. Bal. in l. quod ait. §. quod ait. ff. de adul. de quo dicam in seq. fal. Aduerte tamen, quia videtur quòd sicut ante nomen receptum inter reos simpliciter attendimus prioritatem accusationis, aut maioritatis, vt in l. 1. C. qui accu. non pos. & in l. qui prius. iuncta l. per minorem. ff. de iudic. Item ex quo post nomen receptũ inter reos admittitur accusatio, debeamus etiam vtrunque ponderare, nec videtur supra huic arg. esse sufficiẽter responsum. Et sic vr̃ posse substentari opi. Ric. cogitabis.

74 ¶ †Quintò fal. quando crimen de quo accusatus
a vult reaccusare, est connexũ [a] crimini primo proposito, secũdũ Bar. in d. l. is qui reus. per l. 1. C. de calũ. & l. 2. §. si publico. ff. de adul. vbi ideo admittitur reaccusatio de lenocinio, quia lenocinium respectu eiusdem adulterij est connexum adulterio iam proposito. sed tu aduerte, quia hæc fallen. videtur apertè contra casum d. l. 2. §. si extraneus. ff. de adult. Inquantum ille §. aduersatur præced. §. facit quod supra tetigi circa intellectum d. §. si publico. Nec obst. dictus §. si publico. quia respondetur ex his quæ supra dixi in præceden. fallen. quòd speciale est ibi in muliere, vt etiã dicit Ang. in d. §. Et ratio specialitatis potest colligi ex his quæ dixi supra, quę no. Bar. in d. §. si publico. vbi in effectu videt corrigere quod supra dixi de ista cõnexitate. Et hoc etiam sequitur Bart. de Saly. in d. l. 1. C. qui accu. non pos. licet non faciat mentionem de d. opi. Bar. in d. §. si publico. Et aduerte etiam, quòd Barto. in d. l. is qui reus. videtur sentire

ADDITIO.

a ¶ *Et quando possit crimen opponi per viam exceptionis, quando est connexum, vide Bartol. in l. 2. §. publico. de adult. & Tan. in cap. 1. & 2. extra de except.*

sentire quòd lenocinium sit maius adulterio: cuius contrarium sentiunt Doct. in l. 1. C. qui accus. non poss. Sed potest considerari, secundum Io. de Imo. quo ad pęnam infamiæ, de qua loquitur l. Athletas. §. Pomponius, & l. Imperator. ff. de infa. lenocinium censetur maius cũ ipso facto infame, & adulterium non ipso facto, sed post sententiam, vt l. 1. ff. de infa. Item quia serua committens lenocinium, facta libera, remanet infamis, & si publicè fecit quæstum sui corporis libera facta nõ est infamis, & quæ sit ratio diuersitatis, tangit Glo. in d. §. Pomponius. Sed quo ad pœnam l. Iuliæ de adulterijs, de qua loquimur, dicta delicta censentur paria. Et ideo non mirum, si vxor in d. §. si publico, admittitur contra virum proponẽdo lenocinium: cum videatur prosequi suam iniuriam, vt tetigi in præced. fall. Et per prædicta patet, secundum Ioan. de Imo. quòd accusatus, licet posit reaccusare suum accusatorem de maiori crimine ante nomen receptum inter reos: tamen postea non debeat posse, quia si speciale est quando prosequeretur suam iniuriam, quòd posit post nomen receptũ inter reos: ergo videtũr quòd secus, si non prosequatur suam iniuriam: nisi commissum esset post nomen receptum inter reos. Ad quod vide quod dixi supra in fallen. istius 14. fallen. Sit ergo ex prædictis conclusio, quòd sola ratione connexitatis, seu participationis criminis, non potest accusare suum accusatorem: nisi suam iniuriam prosequatur, vt d. §. si publico. & hæc est ratio diuersitatis illius §. secundum Barto. & Ange. ibi & Saly. in d. l. 1. C. qui accus. non poss. Et ideo post nomen receptum inter reos in extraneo qui non prosequitur suam iniuriam respectu connexitatis, non operatur: Sed bene connexitas operatur ante nomen receptum inter reos, vxor vero de non connexo lenocinio ante nomen receptum inter reos, potest etiã accusare, vt hæc traduntur per Glo. & Doct. in d. §. si publico, & in d. §. extraneus. & latius per Ioan. de Imo. in d. l. is qui. Sed vtrum de lenocinio non connexo posit vxor reaccusare, vtrum post nomen receptum inter reos. Exemplum, si vxor absente viro, & ignoranter commisit adulterium, sed tamen postea vir ipsam retinuit, vel duxit, & videtur quòd non posit reaccusare, quia non videtur prosequi suam iniuriam, ex quo à viro non videatur subducta: cum illa non absente & ignorante commiserit adulterium. Sed Ioan. de Imo. in d. l. is qui reus, concludit posse dici quòd nihilo minus posit reaccusare, & sit speciale in odium mariti committentis lenocinium, licet non connexum adulterio, vt succurratur potius mulieri, quàm extraneo, quia leuius censetur delictum in muliere, quam in masculo certo respectu ex eo, quia subducta præsumitur ab illo, qui habuit copulam cum ea, argumen. d. l. 1. C. de rap. quæ decisio videtur mihi satis dubia. cogitabis.

75 ¶ † Sextò fallit, secundum Ang. in vxore accusata per virum de adulterio, quia potest reaccusare virum de lenocinio, vt puniatur: licet nõ posit excipere ad hoc vt repellatur, ex quo nomen rei receptum est inter reos, vt d. l. 2. §. si publico. ff. de adulterio. quæ fallen. toleratur per ea quæ dixi in præceden. fall. Et ista differt ab illa, quia fuit ratione connexitatis.

76 ¶ † Septimò fallit, si accusatus reaccusat de crimine quod superuenit post nomen receptum inter reos, per ea quæ superius tacta sunt. & sequitur Io. de Imo. in d. l. is qui. quod intelligo, quando delictum esset grauius & præiudiciale ad primum, vel si prosequeretur suam iniuriam, per ea quæ dicta sunt in secunda & quarta fallen. Secus si esset æquale, vel minus, & nulla alia specialitas concurreret: quia sicut non admitteretur ante nomen receptum inter reos, per l. 1. C. qui accus. non poss. non video quo pacto si crimen sit leuius, licet sit commissum post nomen receptum inter reos, quòd debeat admitti: nisi diceres, quod admittatur non ad fin. vt procedatur, sed solum vt proponatur & supersedeatur, quia tunc procedit fallentia, per ea quæ dixi supra in prima fallentia istius 14. fallentiæ, & per d. l. 1. & l. neganda. in fi. C. qui accus. non poss.

77 ¶ † Octauò fallit, si accusatus non reaccusat, sed implorat iudicis officiũ, per tex. in l. 1. C. de calum. vbi accusatus implorat iudicis officium, vt accusator puniatur pro sua calumniosa accusatione. tenẽt Glo. & Bart. in d. l. is qui reus, & in l. 1. C. qui accus. non poss. Et hanc etiam opinionem sequitur Ang. dicens eam esse veram, & quod eam tenebat Barto. legendo dictam leg. 1. C. de calum. Sed prædictus intellectus ad illam legem non placet Domino Bartho. de Saly. quòd ex dicto intellectu videretur simpliciter dicendum quòd omni casu quo non admittitur reaccusatio, posit iudicis officium implorari, quod videtur esse contra notata in l. querela. C. de fals. vbi officium iudicis succedit in locum accusationis. Et ideo videtur quòd eo casu solum posit officium iudicis implorari, quo casu potest fieri accusatio. vnde cum in d. l. 1. C. de calum. permittatur implorari iudicis officiũ: necessariò videtur inferendum, quòd poterat accusare. Et hoc etiam videtur tenere Barto. in l. fin. C. de accusa. licet Saly. ipsum non alleget. Et ideo Barto. ad d. l. 1. dat alios intellectus, quòd istud est ibi ratione connexitatis. Sed non videtur bonus, per ea quæ statim dixi, iunctis his quæ dixi in 5. fallen. Item dat tertium intellectum, quod ibi accusando de calumnia prosequebatur suam iniuriam, de quo dixi in 4. fallen. Et iste intellectus placet Ioan. de Imo. qui etiam fatetur quòd iste audiretur, etiam reaccusando, per ea quæ dixi in d. 4. fall. & in quinta. Item implorando officium iudicis mercenarium tempore sententiæ, vel incontinenti post: non autem ex interuallo, vt no. in d. l. 1. de calum. Et etiam posset de dicta calumnia cognosci iudicis officio nobili, per viam inquisitionis ex interuallo: cum hoc casu permittatur inquisitio ex eo, quia ex actitatis coram iudice notoriè videtur constare de calumnia accusatoris, vt no. Barto. in l. 1. §. 1. & l. 2. ff. ad Turpil. & in d. §. si publico. Nec mireris quod in d. l. 1. post nomen receptum inter reos, & in fine litis posit fieri reaccusatio, & etiam iudicis officium implorari, quia tunc demum videtur plenè constare iudici de calumnia, cum tunc appareat an accusator probauerit vel non, & in dubio, nõ probans pręsumitur calumniatus: nisi aliud probetur, vt no. in l. 1. & l. qui probasse. C. de calum. & l. 1. C. de aduoc. diuer. iudi. & l. Athletas. §. calumniator. ff. de infa. Et admittitur etiam ista imploratio officij iudicis: quia de calumnia in dubio apparet per actitata,

a actitata, & per calumniam iudex dicitur offensus.[a] facit l.nullum. C.de testibus.

78 ¶ † Nonò fallit, si accusatus nollet reaccusare accusatorem de alio crimine, sed contra eum vellet excipere: quia posset, ĕt post nomen receptum inter reos, per tex. in d.l.2.§.lenocinium.cũ seq.ff.de adul. vnde iura quæ dicũt ꝙ post nomen receptum inter reos non debet admitti quis à die accusando de pari vel minori crimine: nisi suam iniuriam prosequatur, vt d.l.neganda.& sæpius dictum est, habent locum accusando, nõ excipiendo. Et hoc voluit Bar. in d.l.is qui reus. facit, quia facilius conceditur exceptio, quam actio vel accusatio.ar. l.purè.§.fi.ff.de except.doli.& l. Arrianus.ff.de act.& oblig.& idem voluit glo.in l.1.& in d.l.neganda. C.qui accu.nõ pos. Sed tu dic ꝙ aut nos loquimur in exceptione quæ stat in meris finibus exceptionis, quæ solũ venit ad effectum defensiuum, & non punitiuum. Et an talis exceptio posit opponi post litem contestatam, collige ex his quæ dixi in c.pastoralis.infra de excep.iuncta l. peremptorias. C.sen.rescin. non pos. dicam latius in titu.de except. Aut loquimur de exceptione quæ non stat in meris finibus exceptionis, eo quòd

b habet effectum punitiuum,[b] prout est exceptio lenocinij contra maritum, quæ habet vim accusationis, & sic effectum punitiuum: quia maritus per illã punitur, vt d.l.2.§.si publico. ff.de adult.& de ista exceptione dicendum est, vt dictum est de reaccusatione. videlicet quòd eo casu amittatur ista exceptio, quo casu admitteretur reaccusatio, & eo casu non admittatur, quo non admitteretur reaccusatio, ne per vnam viam denegatum, per aliam viam intelligeretur concessum, vt in regula, cum quid vna via. de reg.iur.lib.6. Et hoc voluerunt Barto. Ang.& Io. de Imo.in d.l.is qui reus.& doc.in d.l.1.& d.l.neganda. Et hæc procedunt post nomen receptum inter reos. Vtrum autem exceptio lenocinij ante nomen receptum inter reos, habeat effectum punitiuum, non est materia nostra: Sed vide de ea in l.quoniam Alexandrum. C.de adult.& per Ioan.de Imo. in d.l. is qui reus.

79 ¶ † Decimò fallit, si accusator reaccusatus eo casu quo non potest reaccusari, non opponit contra reaccusatorem, ꝙ non posit fieri reaccusatio: quia tunc procedit reaccusatio, secundum Glo.2.& Glo. pe.in d.l.is qui reus. Et sequuntur ibi Docto. & specificè ibi Ioan.de Imo.facit l.reum. C.de procu.& l. si mancipium.§.si communi.ff.communi diui. Et aduerte: quia in omnib. in quibus dixi accusatum admitti ad reaccusandum accusatorem: hoc debet intelligi, quando nihil aliud obsistat dicto accusato, quàm accusatio de eo facta, vt dixi supra in prin. primæ quæst. istius 14. fal.princ. Et ex his est expeditus secundus casus, quando accusatus vult reaccusare post nomen rei receptum inter reos, & ante conclusionem in causa.

80 ¶ † Circa tertium casum, quando vult reaccusare post conclusionem in causa, Cyn.in l.neganda.& post eum Barto. de Salyc. ibi & Barto. in d.l.is qui. ff.de pub.iud.& post eum Ang.ibi volunt quòd nõ admittatur etiam ad fi. vt supersedeatur. ar. cap.pastoralis, de causa poss.& proprie. quod limitat Salyc. nisi tale crimen esset commissum post cõclusionem in causa, per ea quæ habentur per Docto. in Clem. pastoralis. ad quod vide quæ dixi in 7.fallen. præcedentis casus. Et ex prædictis videtur inferendum, ampliando dicta Docto. ꝙ in casibus in quibus permittitur reaccusatio post nomen receptũ inter reos, de quibus dixi in preced.casu, permittitur dũtaxat, si fiat ante conclusionem in causa, secundum Io.de Imo.in d.l.is qui reus.& mihi placet.

¶ Circa quartum casum princip. quando accusatus vult reaccusare post sententiam: Aduerte, quia licet hæc q. quasi nihil pertineat ad princ.materiam titu. nostri, tamen postquam incidimus in hanc materiam, ꝙ quasi inuitus, & propter consue.meam feci: tamen quia Doct. tractant, pro ipsius art.maiori declaratione, distingue quinque membra.

¶ Primum, quando accusatus fuit absolutus.

¶ Secundum, quando fuit cõdemnatus: sed propter condemnationem non amisit famam, aut ciuitatem vel libertatem.

¶ Tertium, quãdo solùm amisit famam, sed non ciuitatem aut libertatem.

¶ Quartum, quando amisit ciuitatem vel libertatem.

¶ Quintum, quid si fuit damnatus ad mortem.

81 ¶ † Circa primum membrum, quando simpliciter fuit absolutus, dic, quòd potest etiam suum accusatorem reaccusare, vt d.l.is qui reus. & hoc tenent omnes Doct.& est expeditum de iure Ciuili, sed de iure Canonico videtur esse dubium propter causatam inimicitiam ex accusatione, secundum ea, quæ dixi supra in prin. 14.fallen. in primo casu, ad quod vide quod dixi in c.repellantur.de accu. Admitteretur tamẽ etiam de iure Canonico, si suam iniuriam prosequeretur, per ea, quæ dixi in d.c.repellantur.& in c.1.de accus.

¶ Circa secundum membrum, quãdo accusatus fuit condemnatus, sed per cõdemnationem, neque famã aut ciuitatem, vel libertatem amisisset: Et tũc idem tenendum est, quod statim dixi per d.l.is qui reus. vbi hoc concludunt Doct.

82 ¶ † Circa tertium membrum, quando solam famam amisit per condemnationem, sed non ciuitatem aut libertatem. Dic quòd potest accusare suum accusatorem: licet suam iniuriam nõ prosequatur, sed extraneum non potest nisi suam iniuriam prosequatur. hoc communiter tenent glo. & Doct. in d. l.is qui reus. Sed Bart.de Sal.in l.1. C.qui accu.non pos.tenet, quòd etiam infamis non posit accusare, nisi suam iniuriam prosequatur. Mouetur per l.is qui in iudicio.ff.de accusa. Nec obst.d.l.is qui reus, quia respondet Saly. quòd ibi non debet sumi arg. à contrario sensu, quia esset hic d.l.is qui in iudicio. Nec ob.l.1.ff.de bo.eorum, quia ibi loquitur, quando quis volebat redimere sanguinem suum. Secus quando vellet impugnare accusando. Nam facilius illud

ADDITIONES.

a ¶ *Et istam rationem ponit Barto. in l.1.in 1.col. ff.ad Turpil. vbi dicit quòd istud crimen calumniæ committitur coram eodem iudice. Adde etiam Bal. in l.neganda. in 5.col. C.qui accu.non pos.*

b ¶ *Vide Bar. in l.qui accus. ff.de accu. Cy. & Saly.in l. magna. C.qui accu. cum sim. vt latè per Alexan.in l.2. §.si publico. ff.de adulte.*

illud permittitur quam istud. ar. no. in cap. cum inter priorem. supra de elect. & in l. quoniã Alexandrum. C. de adul. Non ob. l. qui cum maior. §. libertus. ff. de bo. liber. quia ibi volebat actor quærere delictum in accusatorem, & sic ostendere se innocentem, & pœnam euitare. Sed in terminis nostris, propter sententiam latam contra accusatum, constabat eum nocentem, & volebat pœnam alij imponi: ergo &c. Præterea ibi implorabat officium iudicis pen. lite, secundum vnum intellectum: sed in terminis nostris volebat accusare post sententiam. Nec etiã ob. l. deferre. §. 1. ff. de iure fis. quia ibi volebat euitare infamiam. & ideo facilius sibi succurritur. sed nos præsupponamus in terminis nostris eum iam infamatũ, & multa impediunt fienda &c. vt l. patre furioso. ff. de his. qui sunt sui vel alie. iu. & ita respondet Sali. in d. l. 1. Sed dicit Io. de Imo. in d. l. is qui reus. quòd licet prædicta opi. videatur colorata: tamen communis opin. glos. & Docto. videtur posse defensari per dictã l. is qui reus. & d. l. deferre. §. 1. Nam sicut ibi ius dispensat contra regulas iuris, vt quis possit se vlcisci contra suum delatorem, vt non incurrat infamiam, quam aliàs incurreret, si ipse alium deferret, quàm suum delatorem: quia contra eum obtinuerat, vt ibi patet, non obstante, quòd expediret Reipublicæ & fisco delatorem obtinuisse, & declarasse ius fisci: ergo eodem modo non videtur absonum, quòd ius intelligatur dispensare contra regulas iuris, quòd quis vlciscendo possit accusare suum accusatorem. Et ideo videtur sumi ar. à contrario sensu in dicta l. is qui reus. quia iura videntur dispensare contra regulas, quando quis se vlciscitur cõtra suum delatorem, vt d. l. deferre. Et sic ex prædictis videtur, quòd non sit absurdum sumere argum. à contrario sensu: licet sit contra regulas iuris, quando sumus in materia in qua ius videtur dispensare contra regulas iuris. & argum. sumitur secundum ipsam dispensationem, vt quando quis vult se vlcisci contra suum delatorem, vt dicta l. deferre. §. 1. secundum Ioan. de Imo. in d. l. is qui. Et perpetuo notabis hoc
a vltimum ad materiam [a] argumenti à contrario sensu. Sed aduerte: quia opin. Sal. facit, quia non potest accusare extraneum, ex quo est infamatus, multo minus videtur posse reaccusare suum accusatorem, qui videtur mereri præmium & non pœnam, ex quo detexit delictum, cum expediat delicta nocentum esse manifesta, vt l. cum qui. ff. de iniur. vnde cum accusator manifestauerit delictum, & sic potius videatur mereri præmium quàm pœnam: sicut non potest accusare extraneum, non debet posse reaccusare accusatorem, nisi suam iniuriam prosequatur. facit l. quisquis. C. ad leg. Iul. maiest. & l. 1. C. de repud. Sed pro opin. contraria & communi facit, quia in quocũque casu quis possit reaccusare suum accusatorem, videtur prosequi iniuriam sibi illatam per accusatorem: cum videatur se vindicare. arg. d. l. deferre. §. 1. de iu. fis. quod facit ad absolutionem contrarij, de quo dixi in primo princip. casu 14. fallen. Et ad prædictam materiam de infame repellendo ab accusatione, vide quæ dixi in cap. 1. infra de accusa.

83 ¶ † Circa quartum membrum, quando condemnatus perdidisset ciuitatem vel libertatem, dicendum est, quòd talis non posset accusare suum accusatorem, vt d. l. is qui reus. & hoc verum, quando vult reaccusare de nouo post sentẽtiam. Sed si vellet prosequi accusationem iam inchoatam, quam non potuit prosequi, secundum ea quæ dixi in 1. fallen. 1. casus, tunc potest illam prosequi tam aduersus suum accusatorem, quàm aduersus extraneum, vt est tex. in d. l. is qui reus. in fi. qui tex. non distinguit, an contra suum accusatorem: an contra extraneum. & ista fuit opin. Azo. quam communiter sequuntur Docto. pro qua etiam facit d. l. neganda. C. qui accus. non poss. intelligendo illam legem tanquam accusatus vellet reaccusare suũ accusatorem vel extraneum. Quidam tamen volunt, vt refert glo. in d. l. is qui reus. quòd ille tex. in fi. dum loquitur de inchoatis, intelligatur de inchoatis aduersus suum accusatorem, & non aduersus extraneum: ex eo, quia loquitur aduersatiuè ad præcedentia, quæ loquuntur de accusante accusatorem suum. Sed cõmunis opinio est, quòd intelligatur generaliter: quia licet referatur ad inchoatas contra suum accusatorem: tamen comprehendit etiam inchoatas aduersus extraneos, cum generaliter loquatur, & videtur probari ex coniunctione d. l. neganda. cum dicta l. is qui reus. in fi. & in hac etiam opin. residet Ioan. de Imo.

84 ¶ † Circa quintum membrum, quando accusatus est damnatus ad mortem, nõ est dubium, quòd non potest reaccusare suum accusatorem, vel alium etiam si suam iniuriam prosequatur, per l. si fortè. ff. de pec. & l. cum reis. & l. si vindicari. C. de pœn. & hoc procedit, quando de nouo vellet accusare. Si verò vellet inchoatas accusationes prosequi, maius videtur esse dubium. de quo disputat glo. fin. in d. l. is qui reus. & concludit, quòd non audiatur, per d. l. si fortè. cum simil. In contrarium tamen allegat l. qui vltimo. ff. de pœn. & l. cõtra maiores. C. de inoff. testam. & l. 1. in fi. C. de ann. except. & ff. de iud. l. in omni. C. de accus. l. fin. ff. de pœn. l. prægnantis. Sed glo. prædicta dicit, quòd ad iura prædicta potest faciliter responderi: ideo non aliter respondet Ioan. de Imo. primò ad l. qui vltimo. quod ibi est speciale in casu illo ad hoc, vt quæratur de socijs. ad l. contra maiores. & duas sequen. respondet, quòd loquuntur in ciuilibus, & nos loquimur in criminalibus. Et sic non videntur obstare argu. l. si maritus. C. de donat. inter virum & vxorem. l. Papinianus. ff. de minor. & l. fi. C. de accus. responderi potest, ꝙ illud est generaliter, sed tamen quãdoque bene permittitur desistere, vt patet in l. mulier. ff. ad Turpil. Ad quod vide quæ latè dixi in c. 2. de collu. deteg. ad l. prægnantis. responde, quòd est ibi speciale propter præiudicium, quod generaretur parti. Barto. tamen, Ang. & communiter Doctores tenent contrarium, quòd imò etiam mors differatur quousque accusatio terminetur. argum. d. l. qui vltimo. ff. de pœn. Et per hoc dicit Ange. posse dari consilium illi, qui positus est in carcere, & timet de sententia mortis, ad hoc, vt possit differre mortem: quia poterit accusatorẽ vel extraneum interea de graui crimine

mine

ADDITIO.

a ¶ *De qua materia habes latissimè per Docto. in l. 1. §. huius rei. ff. de offic. eius cui mandata est iurisdict.*

mine accusare, & in sua accusatione supersedere: sed post sententiam contra eum latam, licet ad mortẽ, differretur executio, quod est singul.[a] Sed dicit Io. de Imo. retenta d. opi. tamẽ posset prodesse, nisi appareret, quòd hoc calumniosè fecisset ad finẽ differendæ executionis. ar. l. satis apertè. C. de fal. Aduerte tamen, quia Dom. Ricar. & Barto. de Salyc. in d. l. 1. C. qui accusa. non poss. nituntur defendere dictam opinionem gl. & rationes suas, & maximè per l. si fortè. ff. de pœn. vbi damnatus ad mortem non debet audiri, vt differatur eius executio. Et si dicat, se velle reuelare aliquid quod tẽdat ad salutem principis: ergo multo minus si vellet aliud reuelare. Et pro hoc etiam allegat, quia diuersa est ratio inter pęnam mortis & aliam. & ratio, non mirum si in illa aliud statuatur propter eius grauitatem. Item, quia si differretur executio, posset fortè damnatus interea supplicare Principi, & obtinere indulgentiam. Et sic delictum remaneret impunitum, vt dicitur in simili in d. l. si fortè. quod cessabit, si fiat executio. quę ratio non habet locum, quando pęna solùm adimit ciuitatem, vel libertatem: quia etiam si fiat executio pœnæ cum remaneat, vnius poterit supplicare. Et ideo non est tantùm præiudicium, si tunc differtur executio. Mouentur etiam, quia regulariter pœna mortis non debet differri: nisi in casib. specialibus, de quibus dixi in c. qualiter. el 2. inf. de accus. in 11. prin. arti. quæst. 100. in fi. Inter quos non connumeratur casus noster. Sed aduerte: quia contra istam opinionem fortiter facit, quia dãnatus ad mortem perdit ciuitatem & libertatem, vt de se patet, & est tex. in d. l. qui vltimo. ergo videtur includi in d. l. is qui reus. in quantum loquitur de his, qui ciuitatem & libertatem perdiderunt. Sed ad hoc conatur respondere Barto. de Saly. quòd licet ex vi verborum damnatio ad mortem possit comprehendi: tamen quia non est eadem ratio omnium sub illa indefinita locutione comprehensorum, vt supra dictũ fuit, ergo &c. & maxime, quia cum iura loquuntur de perdentibus libertatem, communiter intelligũt de damnatis in metallum. & cum loquuntur de perdentibus ciuitatem, intelligunt de deportatis, vt l. 2. & l. aut damnum. ff. de pœn. Sed dicit Io. de Imo. in d. l. is qui reus. quod licet vtraque opin. sit probabilis, tamen verior videtur opin. Barto. & Ange. per tex. in d. l. is qui reus. iuncta d. l. qui vltimo. quia negari nõ potest, quòd sub verbis d. l. is qui reus. comprehendatur damnatio ad mortem. Nec obst. d. l. si fortè. quia videtur potius facere pro hac opinione, in quãtum dicit simpliciter de damnato supplicio, & non dicit, vltimo supplicio. Et sic potest etiam habere locum in damnatis in metallum, & deportatis. vnde sicut illa l. si fortè. limitatur per d. l. is qui reus. Ita limitentur iura loquentia de pœna mortis, ex quo virtus verborum hoc capit, & ex quo in simili propter inuestigandam veritatem differtur executio mortis, vt l. qui vltimo. & eodem modo potest responderi ad d. l. cum reis. Et prædictam etiam opinionem sequitur hic Dom. meus, quia sicut in casu damnationis in metallum, & deportationis, admittitur prosecutio accusationis instit. & differtur executio sententiæ, quæ infert mortem ciuilem: Et ita debet differri mors naturalis. & ad leges quę volunt pęnam mortis nõ esse differendam, respõdet, ꝙ procedant, nisi ex causa differatur. Nam ex multis causis differtur, de quibus latè dixi in d. c. qualiter. el 2. inf. de accus. in 11. princ. art. quæstio. 100. in fi. Et prædicta procedunt, quando accusatus vellet reaccusare accusatorem suum coram eodem iudice, qui esset communis iudex vtriusque. Si verò accusatus per modum reconuẽtionis vellet reaccusare accusatorem coram eodem iudice, qui tamen non esset iudex accusatoris: quæ est magis propriè materia nostra, Barto. in authent. & consequenter. C. de senten. & interloc. om. iud. dicit hoc fieri nõ posse: quia accusator non videtur talem iudicem elegisse, aut sponte ad eum iuisse: imò ex quadam necessitate propter maleficium commissum, vel iniuriam sibi illatam. arg. l. 2. §. sed si agãt. ff. de iudi. vnde non est inconueniens, ꝙ malignitas aduersarij mei, propter quam cogor illum accusare, faciat vt ego non possim reaccusari coram iudice non meo, vt d. §. sed si agant. quæ ratio cessat in eo qui agit ex contractu, vel quasi contractu, per ea quæ superius dicta sunt. Et hoc dicit procedere, quãdo actor conueniret reum coram iudice ordinario. Si enim contra eum impetraret iudicem delegatum: tunc credit Barto. quòd possit fieri reconuentio, per d. authen. & consequenter. & in corpore vnde sumitur, tum quia subest ratio reconuentionis concedendæ: quia ipse eum elegit, & cessat ratio impedimenti, de quo loquitur §. sed si agant. Dom. Anton. hic discrepat à dictis Barto. in duobus. Primò, in quantum indistinctè dicit, ꝙ coram ordinario non potest accusator reaccusari. non enim procedit ratio Bart. in prosequente publicum interesse: quo casu nõ necessitatur ad accusandum. In hoc tamen distinguit, quòd vbi reaccusat pro publico interesse, procedit reconuentio. Et hoc vbi vterque venit pro publico interesse: secus dicit, quãdo vnus venit pro interesse priuato, & alius pro publico: quia tunc non procedit reconuentio: cum non reconueniatur eodem respectu quo agit. argu. c. frequens. de restit. spol. lib. 6. & quod no. in c. cum dilectus. de ordi. cogn. Secundò discrepat Domi. Anton. à dicto Barto. quia dicit se putare etiam si reconuentio fiat coram iudice delegato impetrato à reconuento: quia stat ratio præallegata, licet Barto. senserit contrarium. Sed istud dictum non videtur differre à dicto Bart. Dom. meus hic dicit, quòd putat sic distinguendum, quòd aut accusator prosequendo publicum interesse venit quasi necessitatus, vt puta, quãdo aliquis de Collegio accusat prælatum de aliquo crimine: Et hoc casu procedat dictum Barto. quia licet prosequatur publicum interesse: tamen venit quasi necessitatus: quia interest sua habere bonum prælatum, sub cuius iurisdictione habet viuere: & etiam ne bona Ecclesiæ suæ dissipentur. ar. 8. q. 1. c. audacter. & sic cessat ratio d. l. cũ Papinianus. cum non sponte elegerit, sed potius necessitatus venerit. Aut non venit, sic necessitatus, sed venit merè pro publico interesse, tanquam vnus de po-

ADDITIO.

a ¶ *Nota singularem cautionem ad euitandam seu differendam mortem alicuius damnati. & adde bonum tex. in simili in l. 1. C. de bo. proscr. & quæ dicit Ias. in l. seruus. ff. de leg. 1.*

de populo, & tunc poterit reconueniri, seu reaccusari, etiam pro interesse publico: quia satis videtur tunc elegisse iudicem. Et sic cessat dispositio d. §. sed si agant. Quæ tamen intellige procedere in casibus, in quibus supra diximus, quòd coram communi iudice possit reconuenire, distinguendo quatuor casus, vt superius latè explicatum fuit. Subiungit tamen hic Dom. meus, ꝙ putat quòd etiam pro interesse priuato poterit reaccusari. Mouetur per tex. in d. l. neganda. C. qui accu. non poss. canonizata. 3. q. 11. Aliàs enim de facili inferens iniuriam, posset deludere [a] iniuriam passum, præueniendo & accusando eum de aliquo publico crimine. quod non est admittendum. arg. c. quanto, de diuor. Non obst. c. frequens, quia loquitur, quando excipitur de spoliatione ad finem, vt actor repellatur ab agendo. Non enim debet repelli si prosequitur causam publicam. Sed hic non loquimur in reconuentione, quę simul tractatur cum conuentione, & sic non impeditur fauor publicus. Et idem etiam tenet Do. meus, secutus Bar. ꝙ etiam coram delegato possit fieri talis reconuentio, per c. proximum. intelligendo prędicta, vt statim dixi, nisi qualitas causæ vel temporis, aut simile impedimentum haberet obstare reconuentioni, secundum ea, quæ superius dicta sunt in hoc 6. arti. princ. & in præcedentibus. Et subiungit hic Dominus meus vtilem & quotidianam quæstionem, in qua consuluit Fede. de Senis, consi. 88. in his terminis. Clericus accusauit laicum coram iudice laico, de iniuria sibi illata, lite contestata coram laico, & publicatis attestationibus: accusatus reaccusauit clericum coram iudice ecclesiastico de calumniosa accusatione, quam dicit clericum iniustè mouisse contra eum coram laico, & petit vt inhibeatur iudici seculari, quòd pendente ista accusatione supersedere debeat in causa principali, vnde quęrebatur de duobus. Primò, an ista secunda accusatio de calumnia esset admittenda pendente prima accusatione. Secundò, an esset fienda inhibitio, posito quòd foret admittenda. Et concludit Fed. ꝙ non deberet admitti: quia eius decisio pendet ex decisione princ. q. ideo illa tanquam præiudicialis est primò expedienda. Et præsupposito, quòd deberet admitti, cõsuluit non esse supersedendum in priori, cum vterque prosequatur iniuriam propriam. Et sic vult, ꝙ procedatur super vtraque. Ad quod vide, quæ latius dixi supra in secundo casu, in 4. fal. dando intellectum ad d. l. 1. C. de calum. Et prædicta omnia dicit Dom. meus intelligenda, quãdo facta sunt compatibilia, ita ꝙ vnum factum non est præiudiciale ad alterum, per l. 1. C. qui accus. non poss. Ad quod vide quæ latius dixi supra in secundo casu. ver. secundò fallit. Et ex prædictis habes expeditum non solùm membrum illud, quando accusatus vult reaccusare accusatorem suum, sed etiam quando vult reaccusare extraneũ: quia satis cõtingenter in superioribus tetigi de accu. extranei: quia de ea nullo modo pertinet ad materiam tituli nostri. Et breuiter dic in hoc seruandam distinctionem d. l. neganda. ꝙ aut vult accusare de pari vel minori, & non potest, nisi suam vel suorum iniuriam prosequatur: potest tantum accusationem proponere, vt differatur post exitum suæ accusationis, vt dicta l. neganda: secundum Do. Ant. & Dom. meũ hic. Sed tu latius collige ex superioribus, quid in hoc articulo tenendum sit. Et ex his Deo duce, habes expeditã primam difficillimam, & intricatissimam quæstionem istius 14. fall. videlicet, quando accusatus criminaliter, vult reaccusare criminaliter.

85 ¶ † Secundò, vtrum accusatus criminaliter possit reconuenire accusatorem suum ciuiliter. Et intellige, quòd reconueniat coram eodem iudice, qui nõ sit iudex accusatoris. Circa quam quæstionem, conclude, quòd non, secundum Innoc. hic, & Domi. meum, & Dom. Ant. qui mouetur, ꝙ iste accusator coactus est ex maleficio aduersarij adire iudicem ipsius rei. Et sic cessat ratio d. l. cum Papinianus. C. de sent. & interlo. om. iud. facit etiam, quod dixi supra in præced. quæst. Item mouentur per l. fin. C. de ordi. cogn. vbi dicitur, quòd causa criminalis, tãquam maior facit silere ciuilem minorem. facit l. per minorem. ff. de iudic. Et hanc opinionem sequitur Bar. in d. authent. & consequenter. C. de senten. & interlocu. omn. iudic. Ex qua ratione sequitur, quòd talis reconuentio non posset fieri, etiam coram iudice vtriusque.

86 ¶ † Tertiò principaliter quæro, quãdo reus conuentus ciuiliter vult recõuenire criminaliter. Et hoc casu conclude, ꝙ si iudex, coram quo fit reconuentio, non potest de tali causa iudicare, quia nõ potest cognoscere, nisi de crimine: vel quia reconuenitur clericus de crimine coram seculari, & tunc non procedit reconuentio, secundum Inno. hic, & Bar. in d. auth. & consequenter. Et est ratio: quia istud videtur esse priuilegium causæ, & non personæ. Et ratio est, quia vtraque parte volente non admitteretur reconuentio, vt l. non distinguemus. §. Iulianus. ff. de arbit. No. glo. in l. inter conuenientes. ff. ad municip. & Innoc. in c. de causis. & c. P. & G. de offic. deleg. non enim esset prorogatio, sed in nouam speciem translatio. ar. l. sed & si manente. ff. de precario. Ad quod vide quod dixi supra post principium istius 6. principalis ar. Si verò iudex potest aliàs cognoscere, tenet hic Inno. quòd admittatur reconuentio. Nam iste potuit ciuiliter conueniri, & criminaliter potest contra alium agere, cum non inueniatur hoc prohibitũ super diuersis rebus. Et sequitur hic Io. Andr. & Spec. in tit. de reconuen. §. 2. ver. sed nunquid habet locum. Sed Bar. in d. auth. & consequenter. subtilius examinat hunc passum, præmittendo, ꝙ causa criminalis habet illud priuilegium, vt ea pendente supersedeatur in quæstione ciuili, vt in l. fi. C. de ordi. cog. vnde ad propositum, si ille qui reaccusat per modũ reconuẽtionis, vult vti hoc priuilegio, quod interim super ciuili primò proposita supersedebatur: non posset hoc modo reconuenire, quia hoc non patitur natura conuentionis, & reconuentionis, quæ est vt simul procedatur, & simul terminetur, vt dicam in cap. seq. in 10. princ. art. Et quia per hoc præiudicaret actori quo ad priuilegium suum, quod est, quòd ex quo prius prouocauit, prius debeat agere, vt l. qui prior. ff. de iud. Putat tamen Bar. quòd

ADDITIO.

a ¶ *Debet enim lex viam malitijs præcludere. l. in fundo. ff. de rei ven. facit c. dixit. 32. q. 1. facit cap. vt circa. de elect. lib. 6.*

quòd reus conuentus ciuiliter, poterit reconuenire, ſeu accuſare criminaliter actorem coram alio iudice competente: nec debet impediri virtute authent. & conſequenter. quæ vult reconuentionem non poſſe fieri coram alio iudice: quia illa authen. aufert alios iudices, eo caſu, quo iudicem principalis dat in cauſa reconuentionis. vnde eo caſu, quo non poteſt fieri reconuentio coram tali iudice, vel ſi poſſet fieri, non poſſet fieri ſine præiudicio ipſius actoris, vel cauſæ ſuæ, & cum priuilegio dato cauſæ conuentionis reconuentionis: illa authen. non intelligitur reo conuento auferre iudices ſuos, vt colligitur ibi, & in corpore vnde ſumitur. Domi. Anton. hic dicit, quòd hoc procedit, quando ciuilis & criminalis accumularentur ſuper eodem facto. Et ſic loquitur dicta l. fin. C. de ordi. cogn. ſecundum eum. Sed ſi ex diuerſo facto, tunc procedat reconuentio. alleg. glo. in l. vel in operis, & in l. omnium. ff. de procurat. Et hoc etiam voluerunt quidam, vt refert hic Innocentius. Sed Dominus meus hic dicit ſe putare, quòd non admittatur reconuentio, etiam ſuper diuerſo facto: quia d. l. fin. C. de ordi. cogn. loquitur indiſtinctè, & ſolùm ibi ponderatur maioritas cauſæ, vt citius terminetur cauſa criminalis, tan quam ardua. Ad quod etiam l. per minorem. ff. de iu. per quæ iura putat, quòd non admittatur cumu-
a latio [a] criminalis & ciuilis, etiam ſuper diuerſo facto coram eodem iudice, quamuis reconueniens non dicat ſe non velle vti priuilegio ſuſpenſiuo: quia hoc videtur indultum in fauorem publicum, quandoque ad publicam vtilitatem pertinet, vt crimina non remaneant impunita, ſed vt citius puniantur & terminentur. ar. l. cum reis. ff. de pœ. & infra de ſenten. excommun. cap. vt famæ. Et quia quos prætor prohibet, indiſtinctè prohibet, licet pars admittat, vt l. quos prohibet. ff. de poſtu. Et hoc putat verum Dom. meus. licet Barto. in d. authent. & conſequenter. videatur aliud velle, videlicet, quòd quando reus non vult vti priuilegio ſuſpenſiuo, ſentit, quòd admittatur reconuentio. ſi ergo vult accuſare actorem criminaliter, vadat ad iudicem ſuum, & ſuperſedeatur ſuper cauſa ciuili intentata, vel in cauſa ciuili procedatur coram ſuo iudice, & in criminali coram alio, quod fieri poteſt, ſecundum Barto. quod eſt valde notandum. Ex quo ſume regulam notabilem, quòd quandocunque iudex conuentionis non poteſt cognoſcere ex natura cauſæ de ipſa reconuentione: admittitur reconuentio coram alio iudice. Et ſic per hoc eleganter poteſt limitari cap. diſpendia. de reſcript. lib. 6. Sed contrarium videtur velle tex. ibi in §. reus quoque, ſecundum lect. gl. ibi in ver. literas. quæ ſentit, quòd ſi cauſa non poteſt agitari coram illo delegato, debet tunc impetrare literas ad eundem delegatum: aliàs debet ſuperſedere durante primo iudicio. & licet hoc videatur æquius: tamen hoc primum dictum eſt verius; quia non debet iſte propter fauorẽ rei diſtringi ſubire onus impetrationis. Satis enim eſt grauari eum ad agendum coram eodem iudice, quando ibi poteſt agere. & pro hoc facit verbum maluerit, ibi poſitum, quod eſt comparatiuum, non neceſsitatum, quaſi velit illa litera, quòd poſsit vti beneficio reconuentionis, ſed magis voluerit conuenire, poteſt impetrare literas. Et ſic loquitur, quando cauſam illam poterat deducere coram illo iudice per viam reconuentionis. Et hoc dicit notandum: quia illa glo. ſolet communiter recipi, quæ tamen non procedit indiſtinctè, vt patet ex prædictis, ſecundum Dominum meum. Et hoc ad id quod dixi ſupra in 4. princip. & 3. prin. q. in 2. & 1. limita. Et quod dixi cauſam criminalem facere ſilere ciuilem, dicit hic no. Innocen. quòd hoc procedit, quãdo intentatur criminalis ante lit. conteſta. in ciuili. Nam li. conteſta. non videtur iudex impediri quo minus procedat, & diffiniat ſuper re, de qua cõuenit, quod non placet Dom. meo, quando fit ſuper diuerſo facto: quia cum tunc habeat vim dilatoriæ, debet proponi ante li. conteſt: ſicut in ſimili, ſi agens poſſeſſorio reconueniatur petitorio, admittitur reconuentio: niſi excipiatur. Et ſic intelligitur cap. fin. de ordi. cogn. Si verò fit reconuentio ſuper eodem facto, & ſic eſt præiudicialis ad cauſam ciuilem, putat Dom. meus, quòd poteſt admitti etiam poſt li. conteſt. ſicut admittitur exceptio peremptoria, per l. fi. C. qui accuſ. non poſ. & quod ibi no. & quod no. in l. is qui reus. ff. de publ. iud. Ad quod vide quæ latius dixi ſupra in 1. q. iſtius materiæ, maximè in 2. fallentia, & fallen. 14.

87 ¶ † Quartò quæro, quid ſi conuentus ciuiliter de crimine, vult reconuenire actorem ex cauſa merè ciuili. SOL. Dic, quòd ſi fuit conuentus ciuiliter ex maleficio ſuo, ſeu ex facto ipſius conuenti abſque ſcientia & conſcientia actoris, non admittitur reconuentio coram iudice non ſuo: quia non ſponte elegit illum, ſed neceſsitatus venit ad eum, ſecundum Barto. in dicta authent. & conſequenter. per tex. in l. 2. §. ſed ſi agant. ff. de iud. ſecus vbi ſponte elegiſſet.

88 ¶ † Quintò quæro, quid ſi reus conuentus more ciuili, vult reconuenire actorẽ ciuiliter ex crimine? SOL. Dic, quòd admittitur reconuentio: quia nihil eſt quod impediat, cum ille actor elegerit talem iudicem, & ſic vendicat ſibi locum d. l. cum Papinianus. C. de ſent. & interlo. om. iudi. Et hoc tenent hic Dom. Ant. & Do. meus, & Barto. in d. authen. & conſequenter. Et ex his habes expeditam 14. princ. fallentiam, & ipſius materiam latè & ordinatè, & ſatis clarè pro ſua difficultate, licet Doct. multum imperfectè & intricatè loquantur.

89 ¶ † Quintodecimò principaliter fallit in cauſa inquiſitionis, ꝙ qualiter intelligatur, & qualiter procedat, vide quod latius dixi in c. qualiter. el 2. infra de accuſ. in 12. prin. art.

90 ¶ † Sextodecimò principaliter fallit in criminali quæſtione concurrente cum liberali, vel ſi de hæreditate & libertate agatur, & ita ciuilis aliquando præiudicat ciuili, aliquando criminali. 3. quæſtio. 8. §. aliquando. tenet Hoſtien. in ſumma, eo. titu. §. fin. ver. item in criminali. ad quod vide, quod dixi ſup. in 1. fallen. ſeq.

91 ¶ † Decimoſeptimò fallit in actione iniuriarum vel furti, quando iniuria illata eſt, vel furtum factũ, eo animo, quòd iniuriam vel furtum paſſus, inducitur

ADDITIO.

a ¶ *An admittatur cumulatio cauſæ ciuilis cum criminali. vide Doct. in l. edita. C. de eden.*

titut ad agendum coram iudice iniuriantis ad hoc, vt actor possit ibi reconueniri, secundum Hosti. in sum.eo.tit.§.quid ait.ver.item in actionibus.per l.2. §.sed si agant.ff.de iudi. no.Spe.in tit.de reconuentio.§.2.versi.item secundum Bernar. ad quod vide, quod dixi supra in 5.princ.art.ver.primo limitatur, post quartam limitationem principalem, in versi.ex prædictis infertur, & quod pluries tetigi supra eod. art. in 14.prin.fal.

92 ¶ † Decimooctauò fallit, quando quis vellet reconuenire coram iudice, coram quo non agitur de tota causa, sed solum de vno articulo incidenti, vt puta, si coram laico incidit aliquis artic. pro quo decidendo remissio est facta ad iudicem ecclesiasticū, secundum d. Anto. hic, & idem dicendum est vbicunque committeretur, vel examinaretur vnus duntaxat articulus causæ. Ad quod vide, quæ dixi supra in 4. princ. artic. quæst. 5. ver. sed maius dubium, & istud facit, quòd coram iudice ad quem est appellatum super vno articulo, seu ab interlocutoria, donec pendet cognitio super vno articulo, non possit fieri reconuentio, de quo dic vt latius dicam in 21. fal. Aduerte tamen, quia si daretur casus, quòd ille articulus aduocaret ad se totam causam, posset fieri reconuentio, si aliud non obstaret. arg. eorum quæ dicam in d.21.fal.

93 ¶ † Decimononò fallit coram delegato in actione orta post impetratum rescriptum, super hoc tamen sunt opiniones, secundum quod dixi latius supra in 4.princ.artic.in 3.quæst.princip. versi.quarta declaratio.

94 ¶ † Vigesimò fallit, vbi incidenter impetratur officium iudicis: secus si simpliciter, secundum Innoc. Hosti. & Ioan. And. hic, per cap.2.supra de offi. iudi. & bene, quia quando intentatur principaliter officium iudicis, succedit loco actionis, vt d.cap.2. & sequitur Dom. Anto. & etiam Zaba. hic, & Do. meus, qui dicit, quòd hoc debet intelligi secūdum casum illius cap.2. quando aliquid indirectè petitur aptè, vt tunc habeat locum reconuentio. alias secus si concluditur iudici, quia tunc non habet locū reconuentio. Ego arbitror posse aptius distingui ex mente Ioan. And. hic, & Barto. in l.1.§.fin.ff.de var. & extraordi.cogn. quòd aut intentatur incidenter, & solum concluditur iudici, & non parti, & non habet locum reconuentio, quia tale iudicium non succedit in locum act. Aut intentatur principaliter, a & sic succedit in locum actionis: [a] & hoc casu, aut intentatur plenariè, & habet locum reconuentio, vt puta, quando in illa exigitur litis contestatio, secundum quod dicitur in d.cap.2. in princ. Aut intentatur extraordinariè, & imploratur pro modica quantitate, ita quòd ordinarius ordo iuris non est seruandus, vt in auth. nisi breuiores. C.de sent. ex breui. reci. & tunc non habet locum reconuentio de alia causa, si modo illa causa requireret ordinariam cognitionem: ex quo vtraque causa non potest eadem sententia terminari, quod videtur necessarium ad naturam reconuētionis, vt dicam in cap. seq. in 10.princip.artic. & isto modo potest intelligi dictum Bart. Bal. & Ang. in auth. & consequenter. C. de sent. & interloc. omn. iudi. qui simpliciter volunt, quòd non habet locum reconuentio, vbi imploratur officium iudicis, & isto modo potest procedere dictum Pet. & Cy. in d. auth. & consequenter. in 8.quæst. de quo dixi supra in 7.fallen.princip. Sed de alia simili causa, quæ eodem modo summariam exigeret cognitionem, potest fieri reconuentio, & isto modo potest procedere tex. in d.l.1.in fi. ff. de var. & extraord. cogn. ad quod facit, quod dixi supra in 7.fal.prin.

95 ¶ † Vigesimoprimò fallit in causa appellationis, in qua non habet locum reconuentio, secundum Innocen. per l.2.§.legatis.ff.de iud. iuncta l.1.& rubro.ff.eum qui appel. in prouincia. Idem etiam tenet Barto. in d.authen. & consequenter. vbi dicit, quòd quando ille, qui appellauit de necessitate, appellauit propter iniuriam, quam arbitratur sibi factam à iudice, & sic ipse sua spontè iudicem nō elegit: nec potest coram iudice appellatio. reconueniri, sed debet se defendere in prouincia sua apud suū iudicem, vt d.l.1.& §.legatis. versi. ei quoque. tenet Spec.eo.titu.§.2.ver.sed nunquid coram iudice appellat. & Arch.3.quæst.8.§.cuius in agendo. Zenze. & Zaba. in Clem. sæpe. de verb. signifi. Bal. in d. authen. & consequenter, & ibi Petr. & Cy. in 7.quæst. & Cy. in l.per hunc.C.de temp.appel. & etiam Bal. ibi, Domini de Rota, decis.79. dicētes esse bonum tex. in l.ad cognitionem.ff.ex quibus cau. in pos.ea. quam etiam allegat Bal. in d.auth. & consequenter. Io. And. hic dicit, quòd secundum opin. quæ vult, quòd reconuentio non possit fieri, etiam post litem contestatam, planum est, ꝙ si est appellatum à diffinitiua, vel interlocutoria, post litem contestatā non procedit reconuentio. vbi verò appellatum est ante li.contest. quamdiu pendet art. appellationis, id est, cognitio, an benè vel malè fuerit appellatum: non potest fieri reconuentio. Si vero pronunciat bene appellatum, & cœpit de principali cognoscere, tunc cum successerit iudicij causæ principa. bene procedet coram ipso conuentio. Si vero pronunciat malè appellatum, causa remittitur ad iudicem à quo, vt in capit. vt debitus. infra de appellat. & sic coram se non fieret reconuentio, cum non cognoscat de conuentione. Si tamen ex iuribus delationis iudicis appellationis cognosceret de causa principa. vt in capit. cum appellationibus. de appellat. lib.6. cognosceret etiam de reconuentione. Dominus Antonius, hic aliter distinguit, & minus perfectè, & etiam Domin. meus, vnde ego pro clariori & latiori doctrina istius articuli sic arbitror distinguendum, quòd aut nos loquimur de appel. extraiudiciali, aut de iudiciali.

¶ Primo casu, quia illa est quædam prouocatio ad causam, in qua venit cognitio causæ principalis. Exemplum: Si appellatur super electione, postulatio. vel prouisio. alicuius, vt in cap. cum nobis, & in c. inter canonicos, & cap. bonæ, el primo, supra de elect. vt in c.1. & in cap. vt circa, & c. is qui contra. de elect. lib.6. in tali causa potest fieri reconuentio, cum certū sit, illum, ad quem facta est prouocatio, esse iudicem partiū, vt d.§.cuius in agendo, & hoc tenet

---

ADDITIO.

a *¶ Officium iudicis venit quandoque actionis appellatio. de quo per Doctor. in §.primo. Institutio. de actio. & vide causam. in capitulo fina. de officio iudicis.*

tenet Spec. in ti. de reconuen. §.2. ver. Sed nunquid coram iudice appellationis. Et tenet hoc Do. Anto. Do. meus Henric. Bohic, & Zabar.

¶ Secundo casu, cum quæritur de appellat. iudiciali, subdistingue, quòd aut originarius reus in causa principali appellauit, aut actor: si reus appellauit, dicit hic Do. Ant. simpliciter, quòd non potest fieri reconuentio, quia in hac appellatione remanet reus vt in principali, vt infra de excep. c. significauerunt. & in c. in præsentia. supra de renun. & ibi no. per gl. & Do. Ant. Et ista fuit originalis opin. Bal. in d. authen. & consequenter. licet Dom. Ant. ipsum non alleget, nec D. meus. Sed hoc dictum non placet hic Do. meo: quia licet ipse appellans remaneat reus in appellatione, sicut fuit in principali: tamen sicut ipse potuisset reconuenire actorē coram iudice à quo, ita posse debet coram iudice ad quem, qui successit loco iudicis à quo. fatetur tamen Do. me. quòd ipse appellans non posset reconueniri, quia in hac causa etiam dicitur reus.[a] Sed reconuenire potest, vt dictum est. Hæc opin. prius mihi placebat, quia causa appellationis quoad hoc debet esse eiusdem naturæ, cuius erat causa principalis, per no. in d. c. significauerūt. & d. c. in præsentia. & per Bar. in l. 1. in prin. ff. si pend. appel. & in l. 1. in fi. ff. an per alium causæ appel. & per Bal. & Doct. in l. hi qui ad ciuilia. C. de appellat. Sed nunc ex tempore videtur mihi, quòd ista opin. non posit sustentari: quia aut appellatus vellet reconuenire appellatorem, & non potest, per rationem statim dictam. & in hoc cōcordant Dom. Anto. & Do. meus. Aut ipsemet appellator vult reconuenire appellatum, & adhuc non potest: quia iste appellatus nunquam admisit istum iudicem ad quem, & sic cessat ratio d. l. cū Papinianus. C. de sen. & interlo. om. iud. & d. §. cuius in agendo. 3. quæst. 9. Aut ille qui appellauit fuit actor in causa principali, & subdistingue, quòd aut iste appellat à diffinitiua, aut appellat ab interlocutoria, vel grauamine: si appellat à diffinitiua, non habet locum reconuentio. & hoc casu procedat opi. Innocen. & Hostien. & sequacium, & ratio est: quia reconuentio debet fieri ante li. contest. vel post incontinenti, vt latius dicam infra in 7. princ. articu. Quare cum litis contestatio sit facta in causa principali, propter quod non est necessarium illam facere in causa appellationis, vt tractatur in c. per tuas. infra de appella. & l. fin. in fi. C. de tempo. appel. & infra latius dicam in titu. 1. vt li. non contesta. meritò non videtur posse fieri reconuentio, secundum Ioan. Andr. hic, & Docto. quod procedit secundum sentētiam illorum qui volunt, vel ante li. contesta. vel incontinenti post. Sed secundum opin. illorum qui volunt, quòd posit fieri vsque ad conclusionem in causa, videtur dicendum contrarium, & maximè quando causa reconuentionis fuisset orta post litem contestatam: sed aduerte, quia etiam secundum primam opinionem videtur, quòd posit fieri hoc casu reconuentio: dummodo fiat statim porrecta appella. quia appellatio[b] rescindit, vel suspendit omnia actitata vsque ad li. cōtest. exclusiue, & sic videtur remanere sola litis contesta. in esse suo: ergo videtur posse fieri reconuentio, cum iudex iste ad quem, successerit in loco primi iudicis, & profectò istud ar. videtur multum abstringere. Sed Henricus Bohic hic asignat aliam rationem: videlicet, quia ad finiendum causam appellationis datur annus: & ex causa biennium, vt latè dixi in c. ratione. infra de appella. quæ instantia non habet locum in causa princip. in qua non datur instantia de iure Canonico, vt latè dixi in cap. pen. supra de iud. & de iure Ciuili durat per triennium, vt in l. properandum. C. de iudi. Et ideo sentit Henricus, quòd in causa appellationis non potest fieri reconuentio: quia cum instantia reconuentionis duraret maiori tempore quàm appellationis, non possent vicissim tractari, & eadem sententia terminari, quod tamen fieri debet, vt dicam in cap. sequen. in princip. 10. artic. & hoc procedit tenendo prædictam opinion. quòd reconuentio debeat fieri vel ante lit. contesta. vel statim post litem contestatam, aliàs secundum illam opinion. esset maius dubium: arbitror tamen ex prædictis posse inferri, quòd si ex forma statuti causa appellationis haberet tantam instantiam, quantum causa princip. & appellatum esset à diffinitiua: quòd in causa appellationis, si ille qui fuit actor in causa principali appellauit, posset ipse reconueniri, dummodo statim reconueniret: quia vt dixi, appellatio rescindit vsque ad lit. contestatam exclusiuè. Et prædicta notabis: quia nouissima sunt, & ex tempore venerunt in mente. Si verò sit appellatum ab interlocutoria, adhuc arbitror subdistinguendum, quòd aut appellatum est ante li. contesta. aut post. Primo casu dic, quòd aut appellatus vult reconuenire antequam articulis appellationis sit determinatum & non potest: & ratio est, quia si iudex appellationis pronunciat malè appellatum, partes redibunt ad priorem iudicem, per capit. vt debitus. infra de appellatio. & sic processus suus in causa reconuentionis esset delusorius, quod esse non debet. ff. de iudic. in l. si prætor. Si verò pronunciet bene appellatum, remanebit iurisdictio & cognitio causę principalis apud ipsum iudicem appellationis. vnde pendente iudicio super grauamine, dubium est cui competat iurisdictio. & ideo non habet locum reconuentio. argum. cap. pastoralis. supra de rescrip. vbi patet, quòd ante discussum dubium reconuentionis literarum, neutri iudices cognoscere possunt de principali. Item hoc casu datur isti iudici causæ appellationis iurisdictio sub conditione in causa principali, vnde si sit bene appellatum, antequam hoc appareat, pendet conditio sub qua data est iurisdictio. Et ideo ea pendente, non habet iurisdictionem. ff. de condic. & demonstr. in l. qui hæredi. §. fin. facit, quod dicetur de causa possess. data sub conditione: quæ ante conditionis euentum non quæritur. ff. de acquir. possess. l. qui absenti. §. primo, & infra de restitutio. spol. cap. cum olim causam. & quia conditio, donec pendet,

ADDITIONES.

a ¶ *An liceat in causa appellat. reconuenire, vide hic per Inno. & Ang. in l. 2. §. legatis. ff. de iud. & Innoc. in c. cum nobis. de elect. cum simili. vt per Alex. in d. auth. & consequenter. C. de senten. & interlo. om. iud. & Cardin. in Clem. sæpe. §. 1. 10. q. de verb. signific.*

b ¶ *Appellatio suspendit omnia actitata vsque ad litem contesta. exclusiuè. facit tex. & quod ibi no. Bar. in l. 1. §. fin. ff. ad Senatusc. Turpil.*

pendet, nihil ponit in esse. Et in iurisdictione data sub conditione patet ex no. in cap. prudentiam. supra de offi. delega. & per no. per Bar. in l. multum. ff. de condit. & demonstrat. Ego arbitror, quòd etiam possit assignari alia ratio, videlicet: quia antequam pronunciatum sit bene appellatum, iste non est iudex, nisi illius articuli vel grauaminis, à quo appellatum est: ergo non habet locum reconuentio, vt dixi supra in 18. fallent. Aut reconuentio fit postquã determinata est cognitio causæ appellationis ab interlocutoria vel grauamine. Et hoc casu, si iudex, ad quem pronunciauit malè appellatum, nõ potest fieri reconuentio: quia vt dixi, iurisdictio reuertitur ad iudicem à quo, per cap. vt debitus. Et ideo nõ est tractandum de reconuentione coram iudice à quo. Aut iudex ad quem, pronũciauit bene appellatum. Et sic apud eum remaneat cognitio causæ princip. vt in d. cap. vt debitus, & potest fieri reconuentio. & ratio est: quia in ista causa princip. iste procedit nõ vt iudex appellat. sed vt iudex causæ princ. quæ perpetuo durat: nec finitur anno, vel biennio. Et in quo li. contesta. facienda est, postquam non erat facta coram iudice à quo, & sic cessant rationes, quæ impediunt reconuentionem in appellat. à diffinitiua. A. B. Et isto modo potest intelligi, quod no. in cap. accedens. el 2. in fi. infra vt li. non contesta. vbi in causa appellat. fuit admissa reconuentio. Sed tamen aduerte, quia ibi non videtur fuisse iustificata prius appellatio à grauamine, & tamen admissa fuit reconuentio in causa appellatio. sed dic de hoc vt latius dixi in d. cap. in vltimo contrario. Ma. Aut ab interlocutoria vel grauamine appellatum fuit post litem contestatam, & dic quòd aut fuit appellatum eo tempore, quo in causa principali poterat fieri reconuentio, vt superius dixi: sed finito artic. appellationis, & pronunciatione facta super eo, quòd bene appellatum sit, potest fieri reconuentio: quia, vt dixi, apud eum remanet iurisdictio, & cognitio in causa principali, & succedit in locũ prioris iudicis: & in eo statu reassumit causam princ. in quo erat ante appellatio. vt d. c. vt debitus. & in cap. per tuas. infra de appel. vnde sicut coram iudice priori poterat fieri reconuentio, ita etiam coram isto. Si verò causa coram priori iudice fuisset in tali statu, in quo secundum communem opin. nõ potuisset fieri reconuentio: pari ratione, & fortius, nõ posset fieri reconuentio coram isto iudice ad quem. Et sic patet ex prædictis, ꝙ rectè omnibus consideratis, opin. Inno. Host. & sequacium, quòd in causa appellationis nõ habet locum reconuentio, est vera, præterquam in causa appellationis extraiudicialis: quia si rectè considerasti, casus superiores, in quibus dixi posse fieri reconuentionem coram iudice ad quem: talis reconuentio non fit in causa appellatio. sed in causa principali, nisi in eo casu, quẽ figuraui in appellatio. à diffinitiua. Aduerte tamen, quia prædicta nõ procedunt in reconuentione conuentionis obstatiua: quia talis reconuentio bene procedit in causa appellationis. Pone exemplum, appellans petit pronunciari bene appellatum, & malè sententiatum. Si appellans peteret ex aduerso pronunciari bene iudicatũ, & malè appellatum: ista est reconuentio obstatiua, & procedit in causa appellationis: quia procedit ex eodẽ fonte, scilicet appellationis interpositæ, secundum Bal. in d. auth. & consequenter. C. de sent. & interloc. om. iud. ver. item quæritur. Et sic habes expeditam nobilissime hanc materiam.

96 ¶ † Vigesimosecundò fallit, secundum Bald. in causa restitutionis in integrum, nisi in sola reputatione, vt l. 1. C. de repu. quę fiunt in iudi. Ita dicit Bald. in d. authen. & cõsequenter. & videtur moueri Bal. quia si restitutio in integrum petitur, iste, qui petit, quodammodo censetur esse reus, & ideo non videtur posse reconueniri, nisi in sola reputatione, hoc est, nisi respectu eorum, ad quæ ratione restitutionis concedendæ aduersarius agere posset, vel consequi. Sed primò dictum mihi non placet, nisi quando restitutio in integrum peteretur incidẽter respectu vnius articuli, maximè ab eo qui esset reus. Sed si restitutio in integrum peteretur principaliter, nõ video quare non possit fieri reconuentio: maximè a quando intentaretur [a] iure actionis, & si fortè intentaretur per officium iudicis, an possit fieri reconuentio, incidit in materiam fallen. 20. Et ad hanc materiam vide quæ traduntur per Dom. meum, & Doct. in c. cum ex literis. iunctis his quæ traduntur in c. suscitata. supra de restit. in integ. & per Dom. meum, & Doct. in c. 2. supra de offi. iud. nec est verum, ꝙ petens restitutionem fingitur reus. ad quod vide quæ latè dixi in c. sacris. infra de sent. excom. in 19. princ. articu. q. 5. princ. secundo membro prin. ver. 8. quæro. & etiam in q. præc. & seq. Postremò circa hunc 7. princ. ar. & fallen. supra positas: Quæro, quid si fit facta recõuentio de re, vel causa, de qua iudex non poterat cognoscere per viam reconuentionis, secundum ea quæ superius in fallentia dicta sunt. Sed pars non opponit, quod de illa re vel causa non possit fieri reconuentio: Vtrum processus tenet. Sol. Debes cõsiderare, an sit talis causa, in quam iurisdictio illius iudicis potuerit prorogari, secundum ea, quæ latè dixi in cap. significasti. supra de foro compet. & valebit reconuentio: alias secus. Et ad hoc vide quę dixi sup. in 14. prin. fal. istius 6. prin. ar. ver. decimò fallit. A. B. Valet ergo cõmune prorogatus nisi aliud obsistat, vide Dominum meum in c. fi. infra de ord. cogn. & ibi dixi post Dom. Mar. Et ex his Deo duce, habes expeditum sextum prin. articulum, qui in se erat satis difficilis & intricatus, & imperfectus.

ARTICVLVS VII.

97 Septimo † princip. arti. iuxta præmissum ordinem in Rubr. tractandum est, quando faciendæ sint mutuæ petitiones, seu quando facienda sit reconuentio. Circa quod glos. hic ponit varias opiniones. Prima circa princip. dicens, quòd proposita petitione actoris, si reus vult reconuenire actorem, debet porrigere suam petitionem. Et demum subdit, quòd si reus differat suam petitionem porrigere post litem contestatam, non tenetur ei actor respondere. Mouetur per textum in dicta authen. & consequenter. C. de senten. vbi tex. dicit, quòd si reus

---

ADDITIO.

a *¶ Atqui restitutio in integrũ nõ præsupponit actionẽ: sed tota pendet ab offi. iud. l. quod si minor. §. fi. ff. de min.*

reus pulsatus vult reconuenire actorem, quòd non potest apud eũdem iudicem: nisi statim.alleg.etiam ad idem tex.in Authen.de executo.§.sancimus. vbi tex.dicit, quòd si reus vult reconuenire actoré, mox ab initio apud eundem iudicem reconuenire debet. Et glo. refert alias duas opin. Nam quidam tenuerunt, quòd vsque ad sententiam posit fieri reconuentio. Alia verò opinio fuit, quòd vsque [a] ad sententiam posit fieri reconuẽtio, & ita intelligunt quę statim dicam. Sed gl.finaliter concludit, quod hæc diuersitas terminatur hodie per c.dispendia.§.reus quoque.de rescript.lib.6.vbi dicitur reconuentionem fieri posse durante iudicio. quod intelligit glo.donec fuerit renũciatum, seu conclusum in causa: quia postea non dicitur iudicium: quia tunc tantum dicitur iudicium, quando negotium discutitur, vt in cap.forus, infra de verborum signific. Sed extra glo.refert hic Innocen. etiam alias opiniones. Quidam enim dicunt, quod reconuentio fieri possit etiam post litem contestatam, dummodo ante li. contesta.reus protestetur de reconuentione fienda. Et ita intelligunt d. §.sancimus. Alij verò dicunt, quod etiam sine protestatione potest fieri recõuentio post litem contestatam, dummodo fiat incontinenti: hoc est, dummodo reconueniatur antequã terminus ad alia assignetur: quia quæ incontinenti fiunt, dicuntur inesse, vt in l.lecta.§.dicebam.ff.si certum peta.Et hæc fuit opin. Azo.& Accur.in auth.& consequenter.C.de senten.& interlo.omn.iudi.pro quo facit l.fin. ff.de libe.cau. & l.nihil. C. de procu. Alij autem vt Vinc.hic, in quam opin. videtur inclinare Innoc.voluerunt, quod reconuentio posit fieri vsque ad sententiam, etiam non præcedente prius protestatione, quod reus intendat reconuenire. Sed tunc non proceditur simul in vtraque lite. Mouentur, quia si post litem contestatam negaretur reconuentio, sequeretur absurdum, quòd actor contestata & pendente lite quam mouit, non posit reconueniri de alia re sub alio iudice, quod esset valde absurdum. Quid enim si de iniuria quæ li.pend. contingit, vel alia actione nouiter orta, cum velit reconuenire, hoc modo nó posset: cum tamen ei subueniendum sit, eo quia quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio, vt in cap. insinuante. supra de offic.deleg.& in l. de ætate.§.ex causa. ff.de interreg. act. Item quæ causa, imo insania esset abstulisse huic reo iudicis ordinarios actores, coram quibus reus poterat reconuenire actorem, nisi alium sibi concederent, scilicet illum coram quo reus est conuentus. Item quia ius antiquum l.cum Papinianus. C.de senten.& interlo.om.iud.indistinctè, dum cuius in agendo quis sequitur arbitrium, cum contra se iudicem habere nõ dedignetur, & sic ille tex.nullam facit mentionem de li.contest.ergo videtur simpliciter intelligendus, & hanc opin.sequitur Specul. in titu.de reconuen.§.sequitur videre. & Archid.in cap.dispendia. de rescript. lib.6.& fuit opinio Iaco. Bald. & Odof.in dicta authent. & consequenter. & subdit Innocen.si autem reus protestetur, nihil facit protestatio: nisi quia tunc indubitatum est, ꝙ post litem contestatam posit reconuenire. Hostien. vero tenet contrarium. vult enim, ꝙ li.contest. non sit locus reconuẽtioni, nisi præmissa protestatione. nec mouent eum rationes superius per Innoc.alleg.fatetur enim Hostien. quod li.contest. coram vno iudice, non potest coram illo vel alio reconueniri, nec reputat hoc absurdum: quia hoc est imputandum reo, quia ante li.contesta.reconuenire, vel protestari debuit. arg.de fer.non ord.c.1. Nec reputat absurdum, quod differatur actio, etiam de nouo exorta: quia hoc inducitur, vt maior absurditas euitetur, videlicet, ne coram diuersis iudicibus eodem tempore agatur. de rescript.cap.fin. Nec insania reputatur huic reo subtrahere ad tempus ordinarios actores, cum imputandum sit illi, qui non conuenit antequam conueniretur, & subueniendum sit illi qui vigilauit. infra de appella.cap.vt debitus. & ff.de his, quæ in fraud.cred.l.pupillus. ad fin. cum ergo natura iudicij non patiatur quod talis reconuentio fiat, non reputat absurdum, quod rei petitio ex tali causa suspendatur: cum non solùm ius alicuius quandoque suspẽdatur, sed etiam priuetur quis iure suo sine culpa.vt in cap.quoniam. §.si vero aliter. inf. vt li. non contestata. Nec obst. quod l. cum Papinianus,& authen.& consequenter.nihil dicat de li.contesta. quia satis est, quod ibi dicitur in eodem negotio, id est, iudicio quod vocatur mista conuentionis & reconuentionis examinatio, quod bene elucidatur & declaratur in d.§.sancimus.in d.Authen.de executo.vbi tex.dicit: Sancimus igitur si quis obnoxium habere arbitretur eum, qui conuentionem apposuit, non apud alium iudicem, sed apud eum mox à princip. conuenire, & eundem esse iudicem in vtroque iudicio. quasi dicat: Caueat sibi reus qui ab initio vocatur, & intra se deliberet, vtrum actor sibi in aliquo teneatur, quod si putauerit à principio, id est, ante principium, hoc est, ante li. contesta. supra de offic. delega. cap.super quæstionum. §.intentionis.& C.de iud.l.rem non nouam. post responsionem, vel etiam statim post litem cõtestatam protestatione præmissa, libellum reconuentionis reus offerat, & sic vicissim contestetur lit. & idem si iudex vtriusque iud. & idem negotium censeatur, & est valde notandum, quod prædicta authen. altero verbo non contenta dixit, mox à princ.innuens, quod reconuentio non sit vltra li. contesta. protrahenda. Dicit ergo Host. quod li.contest. nulla præmissa protestatione non est locus reconuentioni. Sed si iudex coram quo lis est contest. sit iudex ordinarius vtriusque: etiam tunc non est locus reconuentioni, sed conuentioni: nam reconuentioni locus non est, ne fiat præiudicium principali quæstioni, id est, ne ipsum differri contingat propter naturam reconuẽtionis, quæ habet, quod simul tractentur & finiantur, vt dicam in c.seq. in 10.prin.art.sed propter modum cõuentionis agere posit: cum perpetua sit iurisdictio ordinarij, & hoc, nisi obstet alia exceptio. vnde procur. li. contest. licet vice mutua conueniatur, non tamen dicitur reconueniri, vt de compensatio. l. si in rem. & hoc verum, secundum Hostien. quando actor & reus sunt eiusdem fori: aliàs post lit. contesta. nec reconuentioni, nec conuentioni

---

ADDITIO.

a ¶ *Vsque ad sententiam licet reconuenire. vide Cardin. in Clemen. sæpe. in 4. oppo. de verbor. sign. & ibi etiam per repetentes.*

uentioni locus est, supra de iu.c.fi.& ita dicit hic Hostien. & referunt Io.An.& Docto. & idem Host. in sum.eo.ti.§.quando.& hanc opi.etiam voluit hic gl. in prin.prout sup.retuli,& ista fuit opi. Alani, Tanc. & Gof.quam etiam fuit secutus Io.Mo. in d.c.dispē dia.& Accur.Pet.& Cy.in d.auth.& cōsequēter. & glo.in authen.de executo.§.sancimus. & Io.An.hic. Sed clarius in Cle.sæpe. in ver.exordio. de verb.sig. vbi dicit, quòd ad hoc vt sit vera reconuentio, oportet, quod fiat ante li.conte.vel statim post, vt no.Accur.in d. authen.& consequēter. & in d.§.sancimus. vnde dicit glo. quòd licet quātumcunque reus possit conuenire actorem durante iudicio, nō tamen illa conuentio habebit vim reconuentionis, vt simul tractetur, & finiatur: nisi fiat in litis exordio, vt in d. Clem.sæpe.A. B. Et prædictam etiam opinionem tenet Ioan.de Imo.in Clem.sæpe.de verbo.sign. super glo.in ver.exordio. Ma. Sed aduerte: quia vt dicit hic Dom.meus, Io.And. non explicat clarè mentem suam: nunquid habebit vim reconuentionis, saltem quoad effectum iurisdict. prorogatiuum, vt scilicet post litem cōtest. ex interuallo posit fieri reconuentio coram iudice, qui aliàs nō sit iudex actoris. Idem tenet Io.And.allegando, respectu delegati dicit posse dici, quòd actor conueniri non potest coram delegato, post litem contesta.sine nouis literis, per d.c.dispēdia.§.reus quoque.de rescript.lib.6. quod etiam tenet hic Ioan.Calde. & dicit sic se obtinuisse in facto, quod est valde no.vnde eadem ratione idem videtur sentire in ordinario. Item etiā sentit, quòd ista priuilegia reconuentionis sint inseparabilia. sed clarius quam alibi sentit Ioan.And.in addit.Specula.in titu. de reconuent. §.1. ver. sed nunquid coram ordinario. vbi concludit, quòd ad hoc vt procedat reconuentio quoad effectum prorogatiuum, oportet quòd statim fiat coram iudice. allegat iura supra alleg. per Hostien. Nec ob.si dicatur, quod d.§.reus quoque. in eo quod dicit, quòd poterit conuenire eodem durante iudicio, si literas maluerit impetrare, videatur innuere contrarium, quasi hoc ponatur in sua optione, an velit couenire durante iudicio sine literis, an literas impetrare: quia verbum, si maluerit, respicit totam orationem simul, vt sic sit sensus, poterit conuenire sine literis. & si magis voluerit impetrare, subaudiatur, quam sic reconuenire poterit, eodem durante iudicio. Hostien.tamen intelligebat illum tex. quando ante lit. contest.fuisset protestatus. Sed est diuinatio.sed Io. And.hic respondet, quòd non obst. per literas conuentionis, quasi dicat eodem durante iudicio ante lit.contest.potest reconuenire,& postea conuenire, & ista sunt valde diuersa. Nam conuento nō est necessarium, quòd vna sententia terminetur cum priori conuentione, vt dicam in c.seq.in 10.arti. Item sublata appellatione in rescripto, respectu conuentionis, intelligitur etiam remota in reconuentione, vt in cap.sequen.secus in conuentione. Item illud verbum conuentionis, positum in d.§.reus. potest secū dum Ioan. Andr. referri ad verbum, literis contra eum,&c. vt sic post li.contesta.non possit actor conueniri coram delegato sine nouis literis. Sed primam opin.glo.nostræ, & etiam Innoc.tenent Vinc. Fran.& Archi.in d.c.dispendia. Et Specu. in titu.de reconuen.§.sequitur.& Barto.in d.authen.& consequenter.& Dom.Anto. hic. Mouetur Bar. quia ratio reconuentionis inducta pro reo cōtra actorem, vt scilicet habeat eum in iudicem in defendendo, quem elegit in agendo: procedit etiam post litem contest. Nec ob.si dicatur hic repugnare naturæ reconuentionis: ex quo non potuerunt simul tractari, maximè si sit facta conuentio prope conclusionem in causa: quia dicit Bart.hic, quod si simul tractentur, respicit fauorem reconuentionis. Aut hoc facit post litem contesta. & tantum habebit priuilegium prorogatiuum, & erit ista reconuentio non vera, sed impropria: quia non tractabitur simul cum conuentione, & appellatur reconuentio: quia aliàs iudex non esset competens respectu actoris. Et sic apertè sentit opi. Ioan.An. quòd ista priuilegia sint separabilia. Item secundum D. Anton. per iura antiqua non erat inuentum priuilegiū simultanei processus, & poterat fieri recōuentio quo ad finem prorogatiuum, ne actor dedignaretur &c. quæ ratio astringit, quandocunque durante iudicio reconueniatur, & d.authen.& consequenter. arctat reum ad reconueniēdum coram eodem iudice, vbi antiquitus non arbitrabatur. Et si reus intendit quòd simul procedatur, astringit eum ad reconueniendum incōtinenti, nec propter hoc d.l.cum Papinianus. quæ dat primum priuilegium prorogatiuum, in hoc corrigitur à dicta authent.& consequenter. vnde d.authen.solùm arctat ad reconueniendum incontinenti, quando vult vti priuilegio simultanei processus: non autem quoad prorogationem iurisdictionis in quo stat lex antiqua, quæ non debet in hoc corrigi, cum euitāda sit iurium correctio, & secūdum eum casus est in d. §. reus quoque. qui non arctat reconuenientem, nisi eodem durante iudicio, quod verbum, cum possit determinare duo sequentia determinabilia, debet vniformiter determinare, vt in l. nam hoc iure.ff.de vulg.& pup. cum sim. Sed opin. contrariam, quòd debebat fieri in ipso litis exordio. tenet hic Zab.& sequitur Dom.meus, quam fortificat, primò per d.Clemen.sæpe. vbi tex.nullam facit mentionem de priuilegio simultanei processus, sed simpliciter dicit, quòd si reus aliquid petere voluerit, est in ipso litis exordio petitio facienda, ad idem dicta authent. & consequenter. quæ dicit, quòd si reus vult pulsare actorem, statim hoc quidem facere debet. Nam & si insimul conuentio & recōuentio non tenerentur: tamen reus reconueniens diceretur pulsare actorem, quod facere non potest, nisi statim, vt ibi dicitur. Ad idem tex.in d.§.sancimus. qui dicit, quòd si quis obnoxium arbitretur haberi eum qui contra se conuentionem exposuit, non apud alium iudicem, sed apud eum mox à princ.&c. Quare cum hæc iura exposcāt reconuentionem debere fieri mox, & incontinenti, seu in litis initio, secundum hæc iura debent alia iura interpretari: vnde dicit Dom. meus, quòd verum est, quòd l.cum Papinianus. non corrigitur per d.authent. & consequenter.d.§.sancimus. sed tamen cum simpliciter loquatur de reconuentione, debet intelligi secūdum prædicta, quando fit incontinenti, maximè per rationes infrascriptas. Primò, quòd licet actor elegerit iudicem ad aliquod tempus, non tamen videtur elegisse ad longum. Quid enim si impetrauit delegatum prope diœcesim rei, valde distanter à sua

diœcesi: putans se de facili expedire propter causam quam mouet? certè nimis durum videretur, quòd si prope conclusionem sui negotij aliud iudicium intentaretur, quòd ibi cogeretur longiorē moram trahere, solummodo propter causam rei, & eadem ratio procedit in ordinario rei, quem actor ad loca remota adiuit, coram quo non posset procedere reconuentio post li. conte. ex interuallo, sine magno suo præiudicio. Item mouetur, quia iurisdictio proroga. in actu reconuentionis, est accessoria ad iurisdictionem habitam in causa reconuent. vnde videtur contra iuris regulam, quòd finita causa conuentionis, quæ obtinet locum principalis, duret causa reconuentionis, quæ est accessoria: cū sublato principali &c. vt in regula, accessorium. de reg. iur. lib. 6. cum sim. Ad cap. dispendia. §. reus quoque, respondet, quòd nō est nouum, neque absurdum, vt idem verbum relatum ad diuersa, diuersos habeat intellectus, vt in cap. ab excommunicato. supra de rescrip. Sed melius facit cap. capitulum sanctæ Crucis, iuxta glo. in verbo, relaxetis. supra de rescrip. vnde verbum illud in d. §. reus. eodem durante iudicio, cum refertur ad verbum reconuentionis, intelligeretur, quòd fiat in ipso litis exordio. Cum vero refertur ad verbum conuentionis, ad impetrationem literarum, intelligatur prout sonat. Nam promptum est iura iuribus concordare, vt in c. cum expediat. de elect. lib. 6. & maximè hoc est tenendum, cum ille §. non veniat in fauorem rei, sed potius contra, restringendo eius facultatem, vt eodem durante iudicio, nec per viam conuentionis, nec per viam reconuentionis sibi liceat actorem coram alio iudice pulsare. Non ergo debet operari contrarium effectum, vt laxet habenas reconueniendi indistinctè eodem durante iudicio contra alia iura, quæ exigunt hoc statim fieri. argu. regulæ, quod ob gratiam. de reg. iur. lib. 6. cum sua materia. Et hęc consideratio multum abstringit, & vsus fuit Papa ibi illo verbo generali, eodem durante iudicio, ad ostendendum, ꝙ quandiu durat iudicium, non licet actorē conuenire per nouas literas, vel reconuenire coram eodem iudice: quasi velit quòd postea liceat impetrare literas ad alios iudices. vnde duntaxat voluit ibi Papa prouidere actori in reconuentionis actu, sicut prouiderat reo in conuentione contra actorem in principio illius cap. non ergo voluit inducere, vt indistinctè liceret recōuenire actorem eodem durante iudicio, quia sic prouideret contra actorem, cuius contrarium intendit. maximè hoc patet per præallegatam Clem. sæpe. vbi ponitur ius nouissimum, quod concordat cum d. auth. & consequenter, & cum hoc c. & loquitur per verba necessitatiua, vt ibi patet, & sic residet Dom. Mar. hic. Mihi videtur quòd iste articulus sit satis dubius & disputabilis. Arbitror tamen posse concludi, quòd aut quæritur, vtrum reconuentio possit fieri quandocunque ante lit. contest. & dic quòd sic, dummodo qualitas causæ vel iudicis, vel quid simile non obsistat. Aut quæritur, vtrum possit fieri in ipsa litis contest. & idem tenendum est, vt hic, & d. Clem. sæpe, & in his omnes concordant. Aut quęritur, vtrum possit fieri post litem contestatam, & incontinenti, & idem etiam tenendum est, & in hoc etiam omnes quasi concordant: licet quidam velint quòd debeat præcedere protestatio. Aut quæritur, vtrum fieri possit post litem contestatā ex interuallo, vt vidistis varias opin. quas arbitror posse concordari hoc modo, videlicet, ꝙ reconuentio fieri non possit inuito actore: nam per viam propriæ reconuentionis fieri non potest: cum simul tractari non possint, vt dictum est, nec etiam per viam impropriæ reconuentionis, scilicet respectu duntaxat priuilegij prorogationis: nisi ex voluntate actoris. vnde dico quòd si reus conuenit actorem post litem contestatam ex interuallo, & actor contradicit, quòd non sit facta debito tempore, & quòd non vult respondere nisi coram suo iudice, & hoc casu non procedit reconuētio, etiam respectu prorogationis, quia ad ipsam exigitur cōsensus prorogationis, secundum quod latè dictum fuit in c. significasti. supra de foro compet. & hoc casu procedit opinio Innoc. Card. & Domini mei, & sequacium per d. auth. & consequenter, & in corpore vnde sumitur, & per tex. in d. Clem. sæpe, quæ dicit quòd reconuētio est in ipso litis exordio facienda,
a & sic loquitur per gerundiū, [a] quod regulariter importat necessitatem, vt tractatur in Rubr. ff. de libe. & posthum. & ibi per Bal. in Rubr. de eden. quod arbitror verum, nisi esset causa tempore peritura, vel esset talis causa, quæ indigeret celeritate, sicut in simili dixi in iure reuocandi domum, in cap. fin. supra de foro compet. versi. 16. exceptio. & seq. vbi videas. Aut actor non contradicit, & procedit reconuentio, saltem per viam prorogatiuam, secundum ea quæ dixi in 6. princip. artic. quæst. fin. & in 4. princip. artic. quæst. 4. & 5. princip. artic. in fine primi membri, post 10. fall. versi. sed quæro nunc. & isto modo potest saluari opinio Bart. & Domini Anton. Et per prædicta habes notabiliter expeditam hanc materiam.

ADDITIO.

a ¶ *Gerundium importat necessitatem, vide Docto. in rubr. Instit. de actio.*

SVMMARIVM.

1 *Papa cum clausula, appellatione remota, causam committere potest.*
2 *Clausula, appellatione remota, quid operatur.*
3 *Reconuentio sub eadem forma tractari debet, qua causa conuentionis.*
4 *Reconuentio coram eodem iudice etiam delegato fieri debet.*
5 *Reus priuilegio actoris vti potest.*
6 *Priuilegium ad aliam personam non est extendendū.*
7 *Ecclesia contra se præscriptionem decem, vel viginti annorum non tenetur admittere.*
8 *Iudex an recusari possit in causa reconuentionis.*
9 *Actor nolens respondere reconuentioni, qua puniatur pœna.*
10 *Iudice reconuentionem non admittēte, quid agendum.*
11 *Libellus an in causa reconuentionis sit necessario dandus.*
12 *Libello dato, qualis seruetur procedendi ordo.*
13 *Dilationes deliberatoriæ, an sint vtrique parti dandæ.*
14 *Litis contestatio, an requiratur in mutuis petitionibus.*
15 *Iuramentum de calumnia, an sit tam in causa conuentionis quàm reconuentionis deferendum.*

Proba-

16 *Probationes & testes, qualiter in causa reconuentionis produci debeant.*
17 *Sententia vna & eadem, an sufficiat in causa conuentionis & reconuentionis.*
18 *Remedium quod datur, si simul super causa conuentionis & reconuentionis pronuncietur.*
19 *Reconuentionis causa, an eodem ordine & forma debeat agitari, quibus causa conuentionis.*
20 *Clerico coram laico iudice reconuento, an sit ius canonicum vel ciuile seruandum.*
21 *Effectus reconuentionis, qui sint.*
22 *Agens coram vno, an possit reconueniri coram alio. fallit, num. seq.*
35 *Iudex si sit à Papa impetrans ab inferiori, contra illum non potest impetrari. fallit, nu. seq.*

PRVDENTIAM. Actor qui impetrat rescriptum appellatione remota in causa reconuētionis, appellatione remota respondere tenetur. hoc dicit. Vel sic, generalius, & vtilius, secūdum Dominum meum. Modus procedendi datus per rescriptum in causa conuentionis, intelligitur repetitus in causa reconuentionis. hoc dicit. Communis diuisio. secunda ibi, nos verò.

1 ¶ †Primò nota, quòd Papa potest cōmittere causam cum clausula, appellatione remota. & idem dicendum in principe. quid autem de alijs inferioribus. dic vt plenè dixi in c. pastoralis. infra de appella. in 1. quæst. princ. per totum.

2 ¶ †Secūdò no. quòd hæc clausula, appel. remota, apposita ab habente potestatem, operatur vt iudex nō teneatur deferre appellationi. quod an sit verū, & vtrum hodie clausula aliquid operetur, latè dixi in c. pastoralis. in q. 2. q. princ.

3 ¶ †Tertiò no. vnum priuilegium recōuentionis, quod est vt causa reconuentionis tractetur, & in ea procedatur sub ea forma qua tractāda est causa conuentionis. & huius priuilegij duplex ratio assignatur in litera. prima, quia actoris & rei æqualis debet esse conditio. concordat regula, non licet actori. de reg. iur. lib. 6. & supra de iudi. c. nouit. Secūda, quia actor debet velle contra se in defensione, quod impetrauit pro se in impugnatione. arg. regulæ, quod quisq; iur. &c. de qua in c. cum omnes, supra de constit. & in rubro & nigro. ff. quod quisque iur.

4 ¶ †Quartò nota ibi, coram eodem iudice, quòd reconuentio debet fieri coram eodem iudice, etiam delegato. de quo clarius in cap. dispendia. de rescrip. lib. 6. Et vide quod latius dixi in capitu. præced. in 4. princ. artic.

¶ Quintò nota ibi, ita sentimus. quòd per hoc verbum respondetur de iure, quia quod sentit Princeps, & nos sentire debemus. infra de re iudi. cap. in causis. secundum Hostien. & Io. Andr. hic. sic etiam per illa verba, non occurrit ratio, quare &c. vt in c. item cum quis, infra de restit. spol. Omnis etiam voluntas à Principe emanans animo legis constituendæ, habetur qualitercunque & per quæcunque verba appareat. Instit. de iu. nat. §. sed quod principi. & in l. prima. ff. de constit. princ. de quo late dicam in titu. de consti.

5 ¶ †Sextò nota, quòd reus potest vti priuilegio actoris concessio illius instantiæ, non solum in causa conuentionis, sed etiam in causa reconuentionis. de quo latius dicam infra, in 10. princ. artic. maximè in 10. quæst. princ.

¶ Vltimò nota illud vulgatum, quod quisque iuris. de quo dic vt latius tractatur, & ibi dicam, in cap. cum omnes, supra de consti.

¶ Glo. 1. in princip. sentit vnū contrarium, quòd dispositio huius cap. nō possit procedere, tum quia rescripta sunt stricti iuris, nec debent extendi, vt in
6 c. P. & G. de offic. deleg. tum etiam, † quia priuilegiū non debet extendi ad aliam personam, etiam per similitudinem rationis, vt in cap. sanè. infra de priuil. & in regula, priuilegium. de regu. iur. lib. 6. cum sua materia. vnde prædicta ratione licet cum clausula, appellatione remota, concedatur priuilegium, non debet extendi. ¶ SOL. Prædictæ potuerunt esse rationes dubitandi ad tex. sed rationes decidendi colliguntur ex tex. & per Glo. istam. Prima est, quia in iudicijs nō debet esse acceptio personarū, sed æqualitas seruanda est. Secunda quæ descendit ex illa, quia non debet actori licere, &c. Tertia, quia quod quisque iuris, &c. Et ex prædictis nota quòd extensio rescripti ad causam reconuentionis non fit tantum virtute tituli, quod quisque iuris, sed etiam ex alijs rationibus supra assignatis. & ex prædictis rationibus infert hic Dominus meus, quòd in causis summarijs habet locum reconuentio. de quo dic vt latè dixi in cap. 1. supra eodem, in princ. artic. fall. 7. Item ex prædictis inferūt Tancre. Vincen. & Doct. hic, quòd sicut appellans potest vti nouis probationibus in causa appellatio. ita & appellatus nouis defensionibus. sed non est materia nostra, vide latè per Doct. in l. per hanc. C. de tempo. appel. & in c. cum Ioannes. infra de fide instrum. de quo latius dicetur infra in tit. de app. Deinde Glo. nostra in vers. & hodie. format aliud contrarium, quòd hodie frustra apponatur in literis clausula, appellatione remota, per capitulum, vt debitus. infra de appel. & aliter non soluit, nec declarat, & bene facit, quia nō pertinet principaliter ad titu. nostrum. sed glo. latè examinat in d. cap. vt debitus. Tu vero dic, vt latè dixi post Doc. in c. pastoralis. infra de appel. in 2. quæst. princip. vbi posui nouem effectus etiam hodie existentes clausulæ, appellatione remota.

¶ Glo. 2. primo exponit literam, secundo infert quod iudex eam habeat iurisdictionem in prorogata iurisdictione, qualem habet in delegata. & probat per simile. deinde Glo. in versi. sed pone, quærit, vtrum reus possit reconuenire actorem super pluribus, cum ipse impetrauerit delegatum super vna reduntaxat. arguit quod non, & soluit in contrarium. deinde Glo. in ver. item retenta. format aliam quæstionem, & arguit pro parte affirmatiua, & decidit pro negatiua, deinde Glo. in ver. item argumentum contra, opponit, quod in causa reconuentionis non sit procedendum appellatione remota, quia quo fauore, &c. Glo. soluit. In eadem Glo. ibi, in prorogata iurisdictione. no. ex Glo. quod reconuentio procedit ex tacita prorogatione. quod intellige de prorogatione legis, non hominis, quia clericus non potest prorogare iurisdictionem non sui iudicis sine consensu sui iudicis. de quo vide quod latè dixi in cap. significasti. supra de foro compe. in 6. princ. art. quæst. 7. & tamen clericus potest reconueniri sine licentia sui Episcopi. de quo dic vt dixi supra in c. 1.

in 5.

in 5.princ.artic. ver. item prædicta regula procedit. Simile videmus in contractibus, & etiam in delictis per clericum commissis. de quibus dic vt latè dixi in cap. dilecti. supra de foro compe. vbi de contractibus. & in cap.postulasti. eodem titu. vbi de delictis. Et nota quod dicta prorogatio insurgit ex iuris dispositione, ex eo quòd actor debet velle reconueniri coram eodem iudice, vt l. cum Papinianus. C.de senten.& interlo.om.iud. dixi supra in Rubri. in 3.princ.art. Vnde in causis in quibus non potest velle, non habet locum reconuentio, quia nec prorogatio, vt dixi in c.præced. in 6.prin.artic. in prima fallentia, & tribus sequentibus. & etiam in pluribus alijs ibi positis. In ead. Glo.ibi, sed contra credo, ar. c.supra proxi. dic, idem tenent Hostien. & communiter alij. de quo dic vt latius dixi in 6.prin.ar. ver.4. declaratio. In ead.glo.ibi, ff.de excep. l.2.dic, quòd illa lex facit, quia sicut ibi licet actori replicare ad exceptionem rei, ita & hic debet posse reconuenire ad reconuentionem rei. & ad idem facit, infra de condi.appo. c.per tuas. secundum Ioan. And. In ea. Glo. ibi, non credo quòd hoc possit. dic de hoc vt latè dixi in c.præced.in 5.princ.artic. quæst.fi. In ea. Glo.ibi, c.cum Princeps suo motu. dic, no.singu.ex hac glo. quòd priuilegium cõcessum causæ conuentionis, ita demum extenditur ad causam reconuentionis, si sit concessum ad impetrationem actoris: secus si motu proprio. de quo dic vt latius dixi in c. præced.in 6.princ.artic.fal.7.vbi omnino vide.& aliquid tangam infra in 10.princ. art.

7 ¶ †Secundò nota [a] singulariter ex hac glo. quòd
a Ecclesia nõ tenetur contra se admittere præscriptionem 10. vel 20. anno. licet contra alium vtatur hac præscriptióne, quia Ecclesia non impetrauit hoc priuilegium, sed fuit sibi concessum à Principibus motu proprio. no. Ioan. Andr. in regula, qui ad agendum.de reg.iur. lib.6. in Mercuria. & vide glo.in simili, in auth.quas actiones.C.de sacrosanct.Eccle.& quod no. Glo. in verbo, voluerit. in Clem.sæpe. de verbo.signi. Nota tamen, quòd licet quis impetrauerit rescriptum appellat. remota, teneatur vti eodem iure in causa reconuentionis, si reconuenitur ab illo, contra quem impetrauit, tamen non extenditur ad alias personas. vnde si ab alio cõueniretur in alia causa, non intelligeretur appellatione remota, vide hic per Dominum meum, quia non est materia nostra principalis. & vide quod dixi in d. c. pastoralis. infra de appel. in 2.quæst.princip. & in materia d.c. cum omnes. de constitu.

¶ Extra Glo. superest vt iuxta præmissum ordinẽ in Rubr.examinemus hic alios articulos ad principalem nostram materiam pertinentes.

ARTICVLVS VIII.

8 OCTAVO † igitur principali articulo principaliter quæro, vtrum in causa reconuentionis possit iudex recusari.

¶ SOL. Videtur dicendum quòd sic, per legem cum hæreditatis.ff.de acquir.hære.vbi dicitur quòd licet vnus ex hæredibus adiuerit hæreditatẽ, potest postea abstinere, vel repudiare: si alius cohæres non adijt. Sed tu dic, quòd communis conclusio est in contrarium, quam tenuerũt Simon Vincen. & quidam alij in auth.& cõsequenter. C. de senten.& interloc.omn.iud. & sequitur Specu.in titu.de reconuen.§.1.versic.quid si te coram.per l.Pomponius.ff. nego.gest.nisi de nouo causa emerget, argu. l.si quis testibus. C.de testi. & l.de ætate. §.ex causa.ff.de interrog.actio. & sequitur ibi Ioan. Andr. in addit. & Hostien. in sum. eodem titu. §.quæ pęna, prope fin. Glo.no.in d.auth. & consequenter. primò arguit ꝙ possit, mediante persona rei recõuenientis, licet non posset per se ex persona sua.arg.d.l.cum hæreditate. & l.petendæ. C.de tempo.in integ.resti. & l.Aristo. ff. quæ res pig. obli. pos. decidit tamen, quòd licet conuentus possit recusare, tamen reconuenire qui eum elegit, hoc non licet, per d. l.cum Papinianus. C.de senten.& interlo.om.iudi.& per nota.in auth. offeratur. C. de lit. contest. & in l.apertissimi. C. de iud. & sequitur Bart.in d.authen. & consequenter. dicit tamen quod hoc procedit ex priuilegio personæ, quia actor non potest recusare ex aliquo priuilegio personæ, quòd eximat eũ à iurisdictione ipsius quem elegit, sed priuilegio causæ, bene posset. & fi-
b gurat exemplum in causa spoliationis, [b] & in causa depositi & criminali, de quibus dixi in cap. præced. in 6.princip.art.fallen.11. & tribus seq.posset etiam colligere exempla alia ex pluribus alijs fallen. ibi positis, sed talis materia potius pertinet ad declaratoriam, quã ad recusationem. Sed in recusatione idem tenet Bald.in d.authen. nisi ex noua inimicitia recusaret, per no. in l.non distinguemus. §.cum quidam. ff.de arbi. & subdit quòd tunc actor debet desistere etiam à sua conuentione. & mihi placet, quia etiam ille qui impetrauit iudicem in eadẽ causa impetrata & intentata, potest ex noua causa ipsum recusare, siue sit penitus noua, siue etiam sit antiqua, sed ignorata ab actore, per no.per Glo. in verbo, recuset. in cap.statutum.§.cum autem. de rescrip.lib.6.& per c. cum causam. & in cap.insinuante. de off. deleg. sed sine noua causa non posset, vt ibi dicit Glo.& bene. Et ex prædictis habes expeditum 8. princ. articu.

ARTICVLVS IX.

NONO principali articu. prosequar duas quæstiones principales.

¶ Prima erit, quæ sit pœna actoris nolẽtis respondere reo reconuenienti, vel nolentis prosequi causam mutuæ petitionis, seu reconuentionis. & quid iuris etiam, si reus non prosequatur.

¶ Secunda quæstio erit, quid si iudex non admittat reconuentionem, vel negligat super ea procedere.

9 ¶ † Quo ad primam quæstionem dic, quòd pœna actoris nolentis respondere reconuentioni est, vt ei non respondeatur in conuentione, argu. infra de iura.

ADDITIONES.

a ¶ *Ecclesia non tenetur admittere præscrip. 10. vel 20. annorum contra se, licet ipsa vtatur contra alios, vide D.Ias.in authen.quas actiones.C.de sacrosan.Eccle.*

b ¶ *Contrarium videtur tenere Barto. in l.naturaliter. in §.nihil commune.in pen.q. ff.de acqui.poss.iunctis his quæ dixit in l.1.circa medium.C.quorum bon. & in l.2. C.vbi in rem actio.*

de iura.calum. capit. Imperatorum. & cap.fin. versi. pœna. eo.tit. etiam hoc tenet Aegidius in opere suo, sub Rubr.40.& 129. vt refert Io.And. in addit. Spe. in tit. de reconuentione.§.videndum. ver. sed quid si actor. per iura præallegata. & per no. 2.q.1. cap.si qui Episcopi talem.& ff.de procur. l.mutus.§.pœna. C.de compensa. l.neque scriptura. Idem etiam tenet Spec.eod.tit.§.fin. per iura prædicta. Ad quod etiam allegat tex.nostrum & cap. præcedens. Quid autem si actor non curaret vlterius prosequi, imo vellet desistere, vtrum reus in reconuentione sua poterit prosequi vsque ad sententiam. ¶Sol. Aegidius in dictis locis dicit, quòd sic, quia iurisdictio iudicis fuit perpetua quo ad causam prædictam per libelli oblationem, supra de offi. deleg. cap.gratum. Quinimo etiam si actor vellet desistere ante, quàm reus porrexisset libellum reconuentionis: nihilo minus posset reus causam reconuentionis inchoare, & prosequi corã illo, cuius iurisdictio perpetuata fuit per conuẽtionem factam per actorem, per id quod statim dixi iuncto cap.cuius in agendo. 3.q.8. quia quo ad hoc, pari iure censetur conuentio & reconuentio, vt hic. sequitur Spec. eod.tit.§.penul. versi. sed quid si actor. & in §.fin. in princ. per capitulum 1. supra eodem, ar.cap.2.infra de ordi.cogni.à contrario, quia iudicium redditur in inuitum, vt in l.inter stipulantem.§.1.ff.de verb.oblig. Et hoc idem tenuit Tancre. in titu.de reconuen. & refert & sequitur Ioan.And. in d.§.fi. Et ratio est, quia quo ad reconuentionem, quæsitum est ius reo, & ideo nõ potest in præiudicium rei desistere, etiam ante li.contest. ad quod vide quod dixi in cap.2.supra de libel. oblat.art.26.quæst.3.non obst.cap.cum cessante.de appel.& l.quamuis.ff.de in ius voca.quia in illis non est quæsitum ius aduersario: sed hic, vt dictum est, iam erat quæsitũ ius aduersario. Sed aduerte, quia Ioan.And.in cap.1.de rescrip.lib.6. super Glo.2. in nouella, dicit quòd Martinus dominus suus in legibus disputauit, ꝙ si actor Ferrariensis conueniens Bononiensem Bononiæ: & quia conueniens vult desistere, non procederet reconuentio. & ad l.cum Papinianus. C.de senten. & interloc. omn. iudi. respondet quòd loquitur in actore qui prosequitur causam, & ad auth.qui semel. C.quomodo & quando iud. quæ etiam facit in contrarium, respondet, quòd actor non cogitur præcisè prosequi, sed causatiuè, quia si non procederet ad petitionem rei instantis, procedetur in causa tamen conuentionis. Sed Cyn. in auth. & consequenter. C.de senten. & interloc. omn. iudic.q.9.tenet primam opin. etiam in conueniente reum coram delegato propter ius iam quæsitum reo, allegat ff.de bo.poss. contra tab. in l.si post mortem.§.fin. facit c.ab eo. de elect. lib. 6.& Clem.constitutionem.§.penul.in fi.de elect. Et sic residet Ioan. And. in d.cap.1. Et idem etiam videtur tenere Ioan. And. in addit. Spec. in tit.de reconuen.§.fin.in fi. vbi dicit, quòd prædictam opin. tenuit Guido de Suzar. in d.auth.qui semel, inducens etiam l.omnes.ff.de excep. & ff.de fideiuss. l.ex persona. Et idem etiam tenet ibi Oldr. qui dicit se sic audiuisse à Domino Iaco. de Are. qui etiam alleg.l.3.§.1.ff.quod quisque iur.facit etiam quod no. Spec.in tit.de dilat.§.fin.versi.quid si reus.de appel. §.in quibus. versic.34.& §.1.versic.quid si ille.facit etiam quod dixi in c.2.de libel. obla.artic.26.quæst. 3. Et aduerte, quia hoc videtur procedere, etiam si actor desistat non voluntariè, sed ex quadam necessitate oppositæ exceptionis contra reum: dũ sit exceptio quæ sigillet personam ipsius actoris, vt quia sit excommunicatus, vel quid simile, quod tamen procederet, si teneremus opin. quòd priuilegium reconuentionis sit separabile à conuentione: secus videretur dicendum, si teneremus aliam opi. quòd non sit separabile. de quo latius dicetur infra in 10. princip. artic. Ad quod etiam vide quod dixi in c. præcedenti, in 4.princip.artic. quæst.3.ver.6. declaratio. Si vero actor desisteret ex necessitate propter exceptionem positam: tolleret iurisdictionem super conuentione, vt dixi in d.ver.6.declaratio.tunc videretur secus esse. Ego vero arbitror distinguendum, quòd aut quæritur, vtrum actor possit desistere post propositam reconuentionem à reo, & arbitror quòd possit: sed non in præiudicium rei, quo minus reus possit in sua reconuentione procedere, ex quo sibi quæsitũ est ius, per ea quæ superius pro hac parte allegata sunt, etiam quod tenuit in d. authen.& consequenter. vnde dicit ibi Bald.quod ex hoc patet, quòd reconuẽtio in aliquo differt à prorogatione, quia in prorogatione habet locum præsentia, vt in l.si conuenerit.ff.de iurisdict.omn.iudi. de quo latius dixi in capit.significasti. supra de foro compet. in 6. princip. artic. in 8.requisito. Nec obstat quòd per reconuentionem fiat quædam prorogatio, vt sæpius dictum est, quia ista est prorogatio
a necessaria. Et ideo non ita de facili [a] habet locum præsentia, sicut in voluntaria. de quo in d.l.si conuenerit.cum sim. Aut actor vult desistere ante oblatum libellum reconuentionis per reum, & tunc est maius dubium. Spec. voluit quod non posset, vt dixi supra. Bal. vero in d.auth. & consequenter. tenet contrarium: motus, quia si res est integra eo quia actor non est præuentus per reconuentionem, non potest amplius reconuenire, quia sopita est iurisdictio iudicis. Et hæc opin. videtur mihi æquior, ex quo destitit ante reconuentionem: licet passus sit dubius. Et intellige per viam reconuentionis coram eo, qui alias non erat iudex actoris. Quid autem si reus reconueniens actorem porrecto contra eum libello reconuẽtionis, vlterius procedere non curat: an possit procedi super conuẽtione, & si processum sit super conuentione ad sententiam, vtrum reus possit postea prosequi reconuentionem suam. Spec. in tit.de reconuentione.§.videndum restat. dicit quòd adhuc poterit reus prosequi causam reconuentionis, quia iurisdictio iudicis perpetuata fuit quo ad causam illam per libe.obla. vt d.cap.gratum. de offic. deleg. Et ista fuit opin. Aegidij, quam etiam refert & sequitur Ioan.And.in addit. Spec. ad dictum ver.

10 ¶† Secundò quæro quo ad hunc 9. principalem art. quid iuris si iudex non admittit reconuentionẽ, vel negligit super ea procedere. ¶Sol. Glo.2. in cap.

ADDITIO.

a ¶*Contra videbatur, quia magis videtur succurrendũ facienti actum ex necessitate, quam ex voluntate. l.si fideiussor.§.si necessario.ff.qui satisd.cog.*

in cap. præcedenti. versi. & si iudex, loquens alternatiuè dicit, quòd eius factum nõ tenet, vel quòd potius est appellandum ab ipso. ff. quæ sent. sine appella. rescin. l. 1. §. fi. in fi. Et ideo Glo. loquitur alternatiuè, quia sic loquitur d. §. fi. Sed secundam partem alternatiuè tenent Goffr. Vinc. Henr. & communiter Doct. Dom. Anto. & Dominus meus, & Ioan. de Imo. in c. præcedenti, & Bart. & Doct. in d. auth. & consequenter, & Archi. 3. q. 8. in c. cuius in agendo. in Glo. fi. Et ratio est, quia peruersio ordinis causæ ad causam non reddit processum nullum, vt in l. 1. C. de appel. tractatur in l. prolatam. C. de sent. & 2. q. 1. in summa. de quo latius dicam infra in tit. de ord. cogn. c. 2. art. 27. Vnde pars quæ non appellat, potest huic fauori renunciare, & vide quod dicam in 10. prin. arti. q. 7. & quod dixi in c. præcedenti, in 4. prin. art. q. 4. Et ex his est expeditus 9. prin. art.

ARTICVLVS X.

DEcimo princ. arti. iuxta præmissum ordinem in Rubrica tractandum est, qualiter procedẽdum sit in mutuis petitionibus & de ipsarum effectibus, qui articulus est aliqualiter intricatus: vnde pro clariori doctrina & intelligẽtia prosequar infra scriptas quæstiones.

¶ Prima, an in causa reconuentionis sit necessarium dare libellum.

¶ Secunda, dato libello de generali ordine, & doctrina, & modo proceden.

¶ Tertia, vtrum dilationes deliberatoriæ sint dãdæ, & cui.

¶ Quarta, vtrum in causa reconuentionis sit lis contestanda.

¶ Quinta, vtrum in vtraque sit iurandum de calumnia.

¶ Sexta, quid iuris de probationibus & testibus producendis.

¶ Septima, vtrum causa conuentionis & reconuentionis sit vna sententia terminanda.

¶ Octaua, quid si iudex non pronunciat simul super vtraque, sed solũ super vna, quod remedium competat alteri parti, & vtrum possit impedire executionem sententiæ prolatę, & quando, & qualiter.

¶ Nona, vtrum causa reconuentionis debeat agitari eodem ordine & forma, quibus causa reconuẽtionis & econtra.

¶ Decima, vtrum priuilegium concessum causæ conuentionis sit separabile à causa reconuentionis.

¶ Vndecimo prosequar quosdam effectus resultantes ex mutuis petitionibus, & ex causa reconuentionis.

11 ¶ † Primò quæro, an sit necessariũ dare libellum in causa reconuentionis. ¶ Sol. Bal. in l. cum Papinianus. C. de senten. & interlo. omn. iud. dicit, quòd duplex est reconuentio. quædam connexa, vt in duplicibus iudicijs, videlicet familiæ erciscundæ, communi diuidun. & finium regundorum, & tunc non est necessarius libellus in reconuentione. Nam si tu agis contra me, & petis diuisionem, tuamet petitio reconuenit te. & quamuis tu agens debes probare contra me ius ad te pertinere, vt in l. 1. ff. fami. ercis. tamen mihi sufficit ꝙ possideo, ad hoc vt diuidam tecum, quia legitimatus sum ad reconueniendum te ex tua petitione, vt l. 2. ff. famil. ercis. facit quod dicam statim in 7. quæst. Quædam vero est reconuentio separata, & in ista oportet quòd volens reconuenire offerat libellum. ff. de excep. rei iudi. in l. si inter me & te, & ff. de procur. in l. sed & hæ. §. non solum. quando autem debeat dari libellus in causa reconuentionis, satis dictum fuit supra in c. præcedenti, in 7. prin. art. Et an libellus reconuentionis sit formandus contra procuratorem vel contra principalem. collige ex his quæ dixi in c. 1. supra de libel. obla. in 8. art. in secundo membro prin. q. 3. & 4. iunctis his quæ dicit Bal. in l. omnium. ff. de procur.

12 ¶ † Secundò principaliter quæro de generali ordine, & doctrina & modo procedendi post datũ libellum. ¶ Sol. Dic quòd in hoc artic. tres traduntur practicæ. Prima tractatur in Glo. 1. in cap. præcedenti, vt proposita petitione & reconuentione hincinde fieri debeat litis contestatio. primo super petitione actoris: deinde super petitione rei, & sic primo expediatur vnus actus actoris in conuentione, & statim expediatur consimilis actus rei in reconuentione: ita vt vtranque causam iudex possit vna sententia terminare & datur prærogatiua actori, vt primò expediatur actus in causa conuẽtionis, quia primo prouocauit ad iudicium, vnde succedit illa regula æquissima, qui prior appellat, prior agat. in l. qui prior. ff. de iud. & in c. 2. infra de ordi. cogn. Et hoc procedit quando actus vtriusque causæ non habet concurrere in tempore. alias autem vbi nullum fit præiudicium actori, dicit Dominus meus satis putare posse, quòd vterque actus simul expediatur. Ad quod facit bonus tex. in Clem. sæpe. de verbo. signifi. ver. & quia positiones. vbi vtrique parti idẽ terminus statuitur ad positiones producendas, & ad alia acta, & ratione munimenta exhibenda. est enim euitandus circuitus, & litium dispendiosa prolixitas, si fieri potest, vt in Clem. auditor. de rescrip. in c. fin. infra de dolo & contu. & in c. dispendia. de rescrip. lib. 6. Ad quod etiam vide quod dicam infra in 6. quæst. prin. Et hanc practicam etiam ponit Spe. in tit. de reconuen. §. videndum. quæ practica etiam fuit Tancre. & tenet Goffr. in summa, & post eum Hosti. in summa. in §. qualiter. in princ. Et hæc practica procedit, quando reconuentio fuit facta debito tempore. Nam si fieret post litem contestatam, non videtur quod debeat tractari vicissim, propter impossibilitatem. ad quod vide quod dixi in c. præcedenti, in 7. prin. art. Secundam practicam posuit Vbertus de Bobio, quem etiã refert Spec. in d. §. qui voluit, ꝙ iudex possit diuisim procedere, si vult, vt vna die procedat pro actore quantũ potest, & alia die pro reo, & sic de singulis. & hanc opinio. etiam tenuit Simon Vincen. in auth. & consequenter. in addi. Spe. in §. videndum. vt refert Ioan. And. quod putat verum Do. Ant. si pars patitur: secus autem si vult quod procedat sigillatim, & vicissim quo ad singulos actus, & placet Do. meo in c. pręceden. per illum tex. vbi hoc videtur mandari ipsi iud. facit l. 1. in fi. ff. quæ sent. sine appel. rescin. vbi patet iudicem necessitari ad expediendam vtranque causam vna sentẽtia. de quo inf. dicam in 7. q. Tertia practica datur, vt hæc vicissitudo obseruetur magis strictè, vt primo respondeatur ad primã positionẽ actoris: secũdo ad primã positionẽ rei, & sic de singulis positio-

positionibus. & primò examinetur vnus testis actoris, secundò vnus testis rei, & sic de singulis testibus. Sed ista practica non placuit Pileo, & communiter reprobatur, nisi fortè periculum mortis, absentiæ, valetudinis, aut alterius similis causæ immineret, quo casu posset saluari tanta vicissitudo, secundùm D. meum in c. præced. faciunt quæ infra dicam. Et hanc practicam cum prædicta limitatione Pilei recitat etiam Io. And. in addi. Spe. in tit. de reconuen. §. videndum. in magna additio. Et dictam limitationem posuit Pileus in parte secunda sui operis, sub rubri. quando & qualiter fiat reconuentio, & hic: nam superius dicta intelligẽda sunt, si modo reconuẽtio sit facta debito tempore, ita vt possit vtraque simul tractari, alias secus, vtputa, si sit facta post litẽ contestatam, quia tũc separatur cognitio vtriusque, & non est propria reconuentio, vt dixi in c. præced. in 7. princ. artic. & hoc procedit secundum opin. illorum qui tenẽt, quod etiam eo tempore possit fieri reconuentio, licet alij contra, vt ibi latius dixi. Item prædicta tamen intelligenda sunt, quando potest procedi in vtraque. Secus si fortè in alia procedi nõ potest: puta, propter excommunicationem oppositam contra reconuenientem vel agentem, vel propter appellationem interpositam ab aliquo grauamine, quia tunc non habet locum vicissitudinaria cognitio, vt no. Specu. in d. §. videndum. ver. fin. Ad quod vide quod dicã j. in 10. & 11. q. Et idem arbitror, si daretur aliud simile impedimentum, vel ratione iurisdictionis, vel qualitatis personarum, aut causæ, vel quid simile, secundum ea quæ latius dicta fuerunt in c. præced. in 4. prin. artic. & tribus sequentibus. & hæc procedunt, siue loquamur in reo, siue etiã in actore. vnde si reus libello sibi porrecto porrigit libellum recõuentionis, sed vlterius non curat procedere, procedetur super libello actoris ad lit. contest. & ad sententiã. Et similiter econtra, si actor vlterius non procederet super suo libello, poterit reus procedere super suo libello reconuentionis. Ad quod vide quæ latius dixi supra in 9. prin. Et adde etiam ad hanc materiam quæ dicam infra, de sententia ferenda. in 7. q. princ. art.

13. ¶ † Tertiò principaliter quæro magis specificè circa dandas dilationes deliberatorias: Vtrum sint dandæ vtrique parti. Sol. Glo. in 2. cap. præced. tenet quòd sic. Et idem Tancre. dicẽs hoc verum, si actor voluerit. 3. quæst. 3. c. spatium. Et idem Vincen. & Spec. in tit. de reconuen. §. videndum. vers. sed secundum præmissa. Et dicit hic Ioan. de Imo. in cap. præceden. quòd glo. ibi innuit quòd possit eo tempore quo actor porrigit libellũ dari terminus reo ad deliberandum, & postea tempore quo reus suam porrigit peti. dari terminus actori ad deliberandum. Et quia simul debent tractari, videtur ꝙ reus teneatur respondere petitioni actoris, donec venerit tempus respondendi petitioni suæ. vnde dicit Ioan. Andr. quòd malitiosi aduocati, si adueniente termino quo debet responderi libello actoris, deficiunt eis exceptiones ad protelandum contestationem litis, porrigant libellum reconuentionis, & sic nõ respondent libello actoris, donec actor offerat se paratum respondere libello rei. sed vt dicit Ioan. Andr. hæc malitia non iuuabit, si actor statim vult respondere sine deliberatorijs. dicit etiam quòd parum iuuabit si actor velit breues dilationes. Nam de modico nõ est curandum, vt in c. supponẽtur, supra, de rescrip. & in c. consultationibus. de offic. deleg. & ita residet hic Zaba. Domi. meus in c. præced. distinguit post D. Anto. quòd aut oblato libello per actorem, reus incontinenti offert libellum suum, & tunc induciæ simul dabuntur vtrique ex ordine tamen prius ipsi reo, secundò actori. Et primò respondebit reus, secundò incontinenti respondebit actor, vt colligitur ex cap. præced. & ex ordine titulorum nostrorum. Nam primò tractatur de libel. obla. quæ fit ab actore. Secundò, de mutua petitione quæ accumulatur à reo. Tertiò, de lit. contest. Et sic fit contestatio post productionem libellorum, aut actor produxit libellum, & datus fuit terminus reo ad deliberandum & respondendum, & postea in termino quo reus debebat respondere, producit libellum suum, & tunc non actatur reus ad respondendum, donec offerat se paratum respondere, vnde si capit terminum ad deliberandum, quem debet habere si vult, secundũ Doct. & bene. 3. q. 3. spatium, differtur interim causa sua, donec offerat se paratum ostendere libello rei. vnde si statim respõderet, statim debet respondere, sed prius reus debet respondere. argu. tex. in capitu. præced. versic. incontinenti. Et ideo cautela dictorum cauillosorũ aduocatorum, de qua supra, parum prodesset hoc casu, vt dixi supra secũdum Io. Andr. & sequitur Domi. meus. Quandoque vero reus primò respondet libello actoris, & postea incontinenti obtulit libellum suum, & tunc si actor vult deliberatorias, dabuntur sibi, & interea supersedebitur in causa sua donec actor responderit, aliàs non possent prædictæ mutuæ causę simul tractari, nec tenetur reus ad vlteriora procedere, nisi prius respondeatur libello suo.

14 ¶ † Quartò principaliter quæro de lit. contesta. vtrum in mutuis petitionibus requiratur litis contestatio. Sol. Dic, quòd in vtraque causa lis est contestanda, si qualitas earum hoc exigit. Sed prius debet fieri contestatio in causa actoris, deinde in causa rei, secundum Doct. in c. præceden. & in d. auth. & consequenter. vt supra dixi in 1. q. istius 10. artic. Ideo autem dixi, si qualitas earum hoc exigit, quia si causa conuentionis esset summaria, vel talis in qua non esset lis contestanda, secundum ea quæ dicam in c. vnico. de li. contest. seu in tit. vt li. non contest. hoc casu, licet causa reconuentionis esset summaria, arbitrari vt statim dicam in 9. q. prin.

15 ¶ † Quintò principaliter quæro, vtrum in vtraq; causa sit iurandum de calũnia, & qualiter. Sol. Iac. Balduini voluit quòd in vtraque causa vnũ solum esset præstandum iuramentum. Sed Ioan. Andr. & Doct. in c. præcedẽti, dicunt, quòd primò iurabitur super conuentione, secundò incontinenti super reconuentione. Tu verò dic quòd cum vterque sit actor & reus, vterque præstabit duplex iuramẽtum hoc modo, iuro quòd vtor bona intentione: vel iuro ꝙ iustè credo petere & defendere. sed prius super petitione actoris sub dicta forma iurabit actor & demum reus: actor respectu petitionis, & reus respectu defensionis, deinde super reconuentione rei; prius iurabit reus, & postea actor: iudex enim vtriq. præstat super qualibet causa iuramentũ. tradit Spec in tit. de iuram. calum. §. qualiter. vers. nota tamen. &

Zab.

Zab. in cap. præced. de quo latius videbimus in cap. pen. infra de iura. calum. & hoc probatur à fortiori, quando in duplicibus iudicijs, videlicet communi diuidundo, famil. ercisc. & finium regundo. vti possid. & vtrobi, in quibus vterq; est actor & reus, vterque præstat & subit iuramentum actoris & rei, videlicet, familię ercisc. in l. inter cohæredes. §. qui familiæ. ff. fami. ercisc. & ĵ. de proba. c. ex literis. de quo latius videbimus, infra, in tit. de iura. calum. c. 3. ar. 7.

16 ¶ † Sextò principaliter quæro de probationibus & testibus producendis. Sol. ego arbitror distinguendum, quòd aut loquimur in reconuentione connexa, vt in duplicibus iudicijs, de quibus statim dixi, & tunc dilatio est cōmunis, & testes à quacunque parte producantur, perhibent testimonium de facto actoris & rei, alias nō probarent hæreditatem, aut res, vel fines cōmunes. Aut loquimur in reconuentione separata, & hoc casu vtraque pars debet producere suas positiones: primò actor super conuentione, secundò reus incontinenti super reconuētione. & idem in probationibus, actor prius producet testes suos ad probādum intentionem suam: & demum reus, quia nō est necesse quòd testes producti super conuentione, deponāt super reconuentione, imò per se potest & debet probari cōuentio, & per se reconuentio, vt de se manifestū est. & quia ex separatis non fit illatio, vt in iuribus vulgatis. Et hoc voluit Spec. in tit. de iura. calum. §. qualiter. ver. nota tamen. Aduerte tamen, quia dilatio erit communis vtrique, vt dixi supra, in 2. q. princ. istius art. in 2. practica.

17 ¶ † Septimò principaliter quæro, vtrū causa conuentionis & reconuentionis sint vna sententia terminandæ. Sol. Glo. in c. præced. tenet quòd sic, per cap. cum dilectus. infra, de ordi. cog. Et idem voluit glo. in d. c. cum dilectus. in glo. super verbo, eandem sententiam. Specu. no. in titu. de reconuen. §. videndum. in prin. dicit quòd vtraque quæstio quasi vna sententia, concordia vel iudicio terminabitur, prius tamen pronunciabitur super petitione actoris, per tex. in cap. præceden. & per c. cum ecclesia. infra, de causa pos. & proprie. Et subdit, ꝙ ideo dixit, quasi vna sententia, quia in veritate sunt duæ sententiæ quæ simul feruntur super duabus quæstionibus se minimè contingentibus. Et etiamsi se contingant, vtputa in petitorio & possessorio super eadem re: adhuc sunt duæ sententiæ ferendæ, vt d. c. cum ecclesia, in fi. & in cap. cum super, eo. titu. quia tot sunt sententiæ, quot sunt articuli. ff. de mino. l. etiam. Sed quasi vna & eadem sententia dicetur, propter temporis continuationem. arg. d. l. etiam. & propter contextum prolationis, quia scilicet vno contextu feruntur, vna post aliam, vt d. l. etiam. sicut in simili in stipulatione plurium rerum, quæ fit vnica conceptione verborum. & hoc respectu dicitur vna, & tamen propter rerum pluralitatem, dicuntur plures stipulationes, vt in l. scire debemus. & in l. Stichum. §. stipulatio. ff. de verb. obli. & ff. de dona. causa mor. in l. Senatus. §. fi. & idem vult d. glo. in d. c. cum dilectus. quæ dicit quòd vnica vocatur sententia, quia cōtinuò vna post aliam fertur. Sed re vera duæ sunt sententiæ, vt d. c. cū ecclesia. & c. cum super. de causa pos. & proprie. & hoc sequitur glo. in cap. pręceden. Quod tamen dicit limitandum esse, nisi aliud impediat, seu intercedat. Nam si longè prius liqueat de possessione, quàm de proprietate, licet simul sit actum: tamen prius pronunciabitur super possessione, & differetur quæstio proprietatis, vt no. Doc. in c. cum dilectus. in illo casu, quando lata sententia super conuentione, appellatur immediatè, & statim etiam iudex recusatur, ne procedat in alia, secūdum formam c. ad hoc. & c. proposuit. de appella. ista fuit opi. domini Iaco. de Alto, quam refert Specu. in dicto §. videndum. in vers. & si iudex. & tenuit Innoc. in dicto cap. cum dilectus. versic. nos autem. Sed Io. Andr. ibi super verbo, vicissim. in princ. dicit quòd de natura cōuentionis & reconuentionis est in tantum simul causas tractari, quòd quamuis altera causa recipiat facilem tractum & expeditionem, & altera difficilem, tamen necesse est seruari quod ibi dicitur de simultanea cognitione & diffinitione. Et Hosti. fatetur hoc dictum cōgruere subtilitati iuris. dicit tamen quòd æquior est opinio contraria, ne vna quæstio sit alterius impedimentum, & ne diffinitio litis, de qua constat, sic debeat protelari in alterius grauamen. Et idem etiam tenet Archi. 3. q. 8. cap. cuius in agendo. Sed Ioan. And. in cap. præced. remittit ad Specu. in d. §. videndum. vers. & si iudex. vbi Ioan. Andr. in additio. dicit, quòd pōderato tex. dictę authen. & consequenter. C. de sent. & interlo. omn. iudi. & text. in corpore vnde sumpta fuit illa auth. videlicet in titu. de execu. §. illud. collat. 7. qui vult recōuentionem inchoari statim, mox, & à principio. vnde cum hanc ita præcisam, simultaneam, velut inchoationem videtur ob hanc causam velle, & sic iubere vt eodem modo fiat prosecutio & diffinitio, aliàs autem, ad quid iuberet simul inchoari, si simul non deberet fieri prosecutio. In tex. in corpore, idem probat ibi dum tex. dicit, apud quem simul vterque exerceri competit lit. quamuis aliqui tex. non dicant, simul, sed dicant similiter. Item probatur, quia d. auth. vtuntur hoc aduerbio, vicissim. & sic etiam vtitur cap. præcedens. & ad idem c. 2. infra, de ordi. cogn. in vers. nos tamen. Et sic sonant prædicta iura, quòd multis vicibus procedatur. Et ideo concludit Ioan. Andr. quòd si actor conuenitur iure reconuentionis coram iudice, coram quo aliàs conueniri non poterat: putat necessariò quod debeamus prędictam recōuentionis naturam sequi ex rationibus prædictis. Si verò reconuentio fiat coram iudice coram quo actor poterat etiam reconueniri: tunc ipsi iudici laxior conceditur potestas, ad quam distinctionem facit cap. cum aliquibus. de rescript. lib. 6. secundum Ioan. Andr. in d. addit. Et ibi etiā remittit ad decretalem secūdam, infra, de ordi. cogn. in verbo, mutuę. & in dicto cap. 2. in glo. super verbo, eadem sententia. Ioan. Andr. plus voluit, ꝙ non habeat obstare appellatio & recusatio, per c. auditis. de procu. & cap. pastoralis. de causa pos. & proprie. & c. audita. de restitu. spol. quasi velit quòd ex quo est conclusum in causa, non habet locum recusatio. A. B. Et hoc etiam voluit Ioan. And. in c. 2. infra, de ord. cogni. & refert & sequitur ibi Dominus meus. Mouetur, quia ex quo conclusum est in causa, parum potest iudex nocere. quia si iniquam sententiam ferret, promptum est remedium appellandi. Ma. quod non placet D. Ant. nec D. meo in cap. præced. quia quandocunque facultas recusandi incipit

cipit competere propter suspicioné nouiter ortam, aut nouiter detectam, potest opponi recusatio. ex quo iudex potest grauari e. argu. no. in cap. insinuante. de offi. deleg. & l. 2. C. de consor. eiusdem lit. Et hæc opinio plus mihi placet, quamuis Ludo. Pon. in l. similiter. ff. solu. matrim. teneat opin. Ioan. And. quòd post conclusionem in causa, non possit fieri recusatio. sed, vt dixi, plus mihi placet contraria opin. Moueor, quia magis considerandus est finis, quàm ea quæ sunt ad finem, vt in cap. euidentia. infra de accusa. & in cap. quod in dubijs, infra de sent. excom. Nam adepto fine, cessant ea quæ sunt ad finem, vt ibi tractatur, & quia dispositio eorum quæ sunt ad finem, attenditur secũdum rationem finis. Ad quod vide quæ latè dixi in d. cap. nouit. in primo membro 6. princip. artic. Vnde dicimus quòd omnis laus in fine canitur, facit l. si mater. C. ne de sta. defun. quia vt inquit Philosophus; finis, non pugna coronat. Ad idem dicunt Hosti. & Ioan. And. in cap. 2. de noui ope. nunc. quòd Hieronym. ad curiam scribit, non quæruntur Christianis initia, sed finis. & permisso fine, intelliguntur permissa omnia quæ sunt ad fin. vt in l. ad rem mobilem, & l. ad legatum. ff. de procura. cum similibus. Si ergo princ. Tancre. sententiæ ferendæ iudex tanquam suspectus in procedendo potest recusari, ne deueniat ad actum sententiæ: ergo fortius debet posse recusari in actu sententiandi, in quo longè maius consistit periculum, dummodo causæ suspicionis de nouo superuenerint: aut detectæ fuerint ibi, quòd illis non intelligatur fuisse renunciatum, & dicit Dom. meus quòd iudex potest recusari ex ipsa pendentia appellationis: dummodo seruetur quod no. in cap. ad hoc, & in cap. proposuit, supra de appell. & quod ibi dixi post Dominum meum, faciunt etiam no. per glo. in verbo, super omnibus, in cap. dispendia. in princ. de rescrip. lib. 6. & adde quod statim infra subijciam in questio. Cy. Item voluit Dom. meus, quòd hæc eadem prorogata seruari debeat actori in actu executionis, salua tamen dispositione cap. cum dilectus. infra de causa posses. & proprie. de quo dic vt latius dicam in octaua quæstione huius articuli. Et aduerte, quia Ioan. And. post Hostien. in d. cap. 2. super dictam glo. eadem sententia. in fi. infra de ordi. cogn. dicta regula simultanei processus & sententiæ, excipit vnum casum: videlicet, quando est causa celeritatem desiderans, & imminet periculum animarum, quia tunc prius decidetur dicta causa, si de ea constet, per cap. ex conquestione, infra de restitut. spolia. & mihi placet. Domi. Anton. in cap. præcedenti, colum. 20. dicit se putare quòd si petitio actoris exigeret altiores dilationes & intricationes, quòd deberet differri, & reconuentio antea expediri. Sed si reconuentio exigeret longiores, posset expediri conuentio, per l. qui prior. ff. de iudi. quæ potest vtrique dicto adaptari, quod maximè arbitror procedere, quando illa quæ posset facilius expediri, esset pauperis. argu. no. per glo. 2. quæst. 1. in primis. si vero possunt simul expediri, procedat opin. glo. quòd vna sententia, id est, simultaneo tempore successiuo, id est vna sententia in causa conuentionis, & alia incontinẽti in causa reconuentionis proferatur, per tex. nostrũ & in d. auth. & consequenter, & in corpore vnde sumitur. Et hoc casu procedat opin. glo. in capit. præcedenti, & glo. 3. quæst. 8. §. cuius in agendo, & aliorum, qui voluerunt quòd vtraque causa debeat vna sententia terminari.

¶Sed aduerte, quia dato etiam quòd vtraque causa sit liquidata; Et quod vna sententia deberet terminari: tamen non propterea videtur clarè dicendum, quòd sententia data in vna sola non teneat: imo articulus iste videtur non parum difficilis, & magna pars difficultatis pendet ex intellectu l. 1. in fi. ff. quæ senten. sine appella. rescindi. intelligendo quod ille tex. loquatur in mutuis petitionibus, & sic in causa conuentionis & reconuentionis. Nam secundum intellectum Ange. in d. l. 1. tex. ille vult, quòd licet causa conuentionis & reconuentionis debent vna sententia terminari: si tamen in vna sola fertur sententia, valet: nisi appelletur, & iste videtur etiam casus intellectus illius §. per quem Bart. Ang. Rapha. & communiter Legistæ tenent ibi, & in d. auth. & consequenter, quòd sententia valeat. Sed Bal. in l. cum Papinianus. C. de senten. & interloc. omn. iudi. distinguit, quòd aut de vtraque causa liquet, & sententia debet ferri super vtraque, & si lata tantum est super vna, potest appellari, per d. l. 1. in fi. Nam fecit iudex iniustitiam non pronunciando super vtraque, ex quo de vtraque constabat: quinimo volunt quidam Modernio. in d. l. 1. in fi. quòd sententia videatur nulla ratione notoriæ iniustitiæ. argum. no. per Innoc. in cap. Romana. §. sinautem. de appell. lib. 6. Ad quod vide bonum tex. & quod ibi dixi, in cap. inter cæteras. infra de re iudic. & quod etiam dixi post Dominum meum, in cap. cum ad quorundam. de exce. præla. & sic non videtur necessaria appellatio. Et ideo tex. in d. l. 1. in fi. dicit, quòd necesse est pro hac causa appellare. Nec obst. quod ille tex. postea in fi. videatur se corrigere dum dicit, Sed magis est vt appellatio interponatur ad maiorem cautelam, quia facilius supersedebit iudex in executio. per appellationem, quàm per exceptionem. Et ideo intelligo illum tex. quòd quis appellet non ratione iniustæ sententiæ contra se latę, si sententia ex se fuit iusta, prout ibi videtur præsupponere tex. Sed quia iudex in hoc fecit iustitiam, quia cum debeat super vtraque pronunciare, pronunciando super altera tantum, grauauit partem.

¶Sed aduerte ne erres, quia istud videtur procedere quando essent tales mutuæ petitiones, in quibus data liquidatione amitteretur adinuicem compensatio, vt quia ambæ consisterent in quantitate: ita quòd vna impediret executionem alterius ratione cõpensationis, vt l. neque. C. de compen. vbi autem in petitionibus essent talia deducta, in quibus non admitteretur compensatio, & in quibus non videretur procedere, quia tunc non impediretur alterius executio, per no. in l. neque. & in l. si constat. & in l. fi. C. de compensa. Et hæc tenent quidam Modernio. in d. l. 1. in fi. & satis videtur bene probari, quia in quantum ille tex. dicit non esse necessariam appellationem: illud ex eo videtur dicere, quia per viam exceptionis compensationis poterit executio retardari. sed melius potest retardari si appellatur, & potissimũ vtilis esset appellatio, quando de causa non liqueret tunc, sed in breui posset liquere, quia

non exigeret altiorem indaginem, per ea quę statim dicam in sequen. quæst. Si verò de vna causa liquebat, de alia non, & non requirebat altiorem indaginem, tunc iudex potest pronunciare super illa tantum, de qua liquet: & iudicando non potest appellari, quia iudex iudicãdo prius de liquido, quàm de nõ liquido, procedit recto ordine, vt l. fi. C. de compensat. secundum Bald. post Innoc. quod tamen arbitror procedere, nisi talis esset iudex delegatus, qui vigore mandati deberet vtranque causam simultaneè terminare, per nota. in capit. cum dilecta. supra de rescript. Et sic ex prædictis potest concludi, quòd data possibilitate expediendi vtranque causam, iudex super vtraque debet pronũciare: secus si aliqua legitima causa esset impedimento alteri causæ, vt supra dixi in terminis oppositis recusationis, vel interpositis appellationis, vel si post factam recõuentionem cõtra personam actoris, vel rei, respectu reconuentionis opponeretur exceptio excommunicationis, secundum quod dixi in 9. princ. artic. versic. & aduerte. vel si de vna facilius liquet, quàm de alia. & sic qualitercunque ex his quæ in facto concurrunt altera causa impediatur expediri propter talem difficultatem non impedietur expeditio alterius causæ facilis & liquide, nec seruabitur tunc natura causæ conuentionis, & reconuentionis, vt sententia vna expediantur, sed illa de qua constat. facit no. in l. fi. C. de compẽsa. & quod no. super rub. infra, de spon. duorum. A. B. Et ex prędictis infertur, quòd si causa petitoria proposita est ab vno, possessoria ab alio, per viam reconuentionis, debet vtraque eadem sententia expediri, nisi subsit aliquod impedimentum, vt quia vna sit summaria, alia plenaria, secundũ Bar. in l. naturaliter. §. nihil cõmune. ff. de acquiren. poss. colum. fin. de quo latius dicam in cap. fin. de causa possess. & proprie. Ma. Aduerte tamen, quia prædicta procedunt in reconuentione propria & separata, seu distincta. secus in reconuentione connexa, vt in duplicibus iudicijs, videlicet familiæ erciscundę, &c. vt in l. in hoc iudicio. ff. fam. erc. secundũ Bal. in dicta l. cum Papinianus. C. de senten. & interloc. omn. iudi. Et satis placet, tum ratione connexitatis: & quia non põt liquere de causa vnius, quin liqueat de causa alterius. facit quod dixi supra, quãdo vtraque causa est liquida. & quod dixi supra, in 1. q. huius 10. articu. Et nota, quòd si sententia potest aptari ambobus libellis, sufficiet vna sententia, vtputa, si agitur contra fideiussorem, & fideiussor reconueniendo actorem petat sibi fieri cessionem iurium, vt in l. cum eorum. C. de sent. & interlo. om. iud. Ad quod etiam faciunt no. in l. 2. C. de fideius. & in l. vt fideiussor. ff. de fideius. Nam potest tunc iudex sententiare quòd fideiussor soluat, & creditor cedat. Et similiter si actor ageret rei vendicat. & reus confessoria ad vsumfructum, potest iudex cõdemnare reũ saluo vsufructu suo. Posses etiã figurare exemplum, si actor peteret cẽtum, & reus reconueniret in quinquaginta. Nam posset iudex sententiare & condemnare reum ad quinquaginta, faciẽdo hinc inde compensationem de alijs quinquaginta. facit l. Mæuius. ff. famil. ercisc. secundum Bald. in authen. & consequenter. C. de senten. & interloc. omn. iud. q. penul. Et in prædictis omnibus & similibus procedet opi. glo. & Docto. dicentium, quòd causa conuentionis & reconuentionis debet vna sententia terminari. Quid aũt si in vna causa cõuentionis vel reconuentionis appelletur ab interlocutoria, vtrum iudex potest supersedere in vtraque. Cy. in l. per hanc. C. de temp. appel. distinguit in quæst. fi. quòd aut erat iam liquidum super ea à qua nõ appellatur, & tunc non retardabitur processus in ea propter retardationem alterius causæ, in qua suspẽsa est iurisdictio propter appellationem à grauamine. argu. l. fin. C. de appel. Aut de alia causa non liquet, & tunc quia lites sunt connexæ, vt ff. quę senten. sine appel. rescind. l. 1. §. fin. ex quo appellatur super grauamine in vna causa, dubium est quis iudex sit futurus super causa, vel in cuius grauamine est appellatum. Et ideo supersedendum est in vtraque, quia si iudex appellationis iudicat bene fuisse appellatum, cognoscit iudex appellationis de vtraque: & sic etiam de illa super qua non est appellatum, quia vnum cõnexum trahit ad se aliud cõnexum. ff. de aqua plu. arc. in l. Attheius. & l. seq. ff. de nego. gest. in l. eum actum. & sequen. secundum Cyn. post Iac. de Ra.

¶ Aduerte tamen, quia primum membrum Cy. videtur procedere, quando appellans cum appellatione pariter interposuit recusationẽ super alia causa, secundum ea quæ traduntur in cap. ad hoc. el 1. & quod ibi dixi, sup. de appel. & in c. proposuit. eod. titu. & vide quod dixi supra, & quod dicam infra in 11. prin. art. fal. 8. limitatione 4. & vide ad prædicta quæ dixi super intellectu d. l. 1. & etiam quæ dicam in q. seq. & in q. 9. Et aduerte, quia non est necesse quòd vtraque sententia sit condẽnatoria, vel vtraq; absolutoria, quia vna potest esse condemnatoria, & altera absolutoria, si ambo probauerũt petitionem suam, vterque damnatur, quia vterque obtinet, si neuter probauit, vterque absoluetur, si actor probauit petitionem, & reus nõ probauit reconuentionẽ reus cõdemnabitur, & actor absoluetur, & ita econtra, vt no. Bal. in d. l. cum Papinianus.

18 ¶ †Octauò principaliter quæro, quid si iudex nõ pronunciat simul super vtraque causa cõuentionis & reconuentionis, sed solum super vna, quod sit remedium. Et vtrum condemnatus possit impedire executionem & qualiter. A. B. Sol. Do. Ant. in c. 2. infra de ord. cog. dixit, quòd si prius liqueat de vna, quàm de alia, tenendo quòd iudex possit separatim pronunciare, non poterit appellare, quia ordo non peruertitur. Nec etiam hoc casu poterit obijci compensatio, ex quo nõ est liquidatum debitum reconueniẽtis, & sic sentit quòd pro hoc casu poterit peti executio sententiæ prolatæ. Si verò liquidata sint debita hincinde. Et prius pronuncietur super conuentione vel reconuentione, & si non videtur interesse propter quod possit appellari, & ideo appellatio non est admittenda. Vtrum autem hoc casu possit peti executio sententiæ, distinguit quòd aut hincinde debetur quantitas, & sic est locus recõpensationi, & non propterea peti executio in altera ad præiudicium alterius opponẽtis cõpensatis, ex quo liquidatum est debitum, & hoc est de mente tex. & glo. in d. l. 1. §. fi. ff. quæ senten. sine appella. rescin. vbi autem quãtitas debetur ab vna parte, & species ab alia, non impeditur executio, & hæc fuit opin. Simo. Vinc. vt statim dicam. Tu verò dic quòd. Ma. Sol. Satis clara potest colligi ex his quę dicta sunt in præceden.

præceden. quæst. ex quibus arbitror ita concludendum, quòd aut actum fuit hincinde ad quātitatem, aut ad tales res in quibus non habet locum compensatio. Primo casu, si de causa vnius constabat, & de alia non: nec de facili incontinenti poterat liquidari, sed requirebat altiorem indaginem, & hoc casu dico, quòd cum sententia teneat, per ea, quæ superius dicta sunt, nō potest alio remedio impediri executio, nisi per viam appellationis, quia tunc nō posset opponi compensatio. si tamen sententia in se esset iusta, pars temerè appellauit. hoc etiam sentit Rapha. in d. l. 1. in fi. ff. de appel. recip. & Bald. in l. cum Papinianus. C. de sent. & interlo. omn. iud. Est enim imputandum parti, & non iudici: ex quo causa non liquet, nec incontinenti potest liquere. Quod procedit, nisi forte impotentia liquidationis fiendæ de proximo contingeret dolo aduersarij, per ea quæ statim dicam. Aut de causa alia non liquebat, sed verisimiliter incontinenti liquere poterat. Et arbitror quòd sine appellatione iudex deberet supersedere super executione, ex quo incontinenti potest liquere. Et ideo licet non sit lata sentētia super quantitate per eum petita: tamen poterit opponere de compensatione. Et si opponeretnr quòd debitum non sit liquidum, & sic non habeat locum compensatio, per l. si constat. & l. fi. C. de compensa. replicabitur, quòd de proximo per sententiam ferendam liquidabitur, & paria sunt aliquid de præsenti liquidum, vel de proximo liquidandum. argu. l. penul. ff. de mili. testa. quia quæ incontinenti fiunt, videntur inesse, & l. lecta. §. dicebam. ff. si cer. peta. faciunt no. per Bar. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudi. & ideo ex hoc capite non videtur necessarium appellare: cum per hoc remedium succurratur parti, & hoc est quod forte voluit iurisconsultus in d. l. 1. in fi. ff. quæ senten. sine appella. rescind. dum primo dicit, quòd non est necesse appellare. vtile tamen est appellare, quia per appellationem clarius suspendetur executio, vt in rubro & nigro. ff. nil noua. appella. pend. Et hoc est quod voluit ille tex. in fi. sed magis est vt appellatio interponatur. Et ista fuit opin. Simonis Vincentini in d. auth. & consequenter. C. de senten. & interlo. omn. iud. qui dixit quod d. l. 1. in fi. obtinuit in quantitatibus, vt refert Spec. in tit. de reconuen. §. videndum. versi. quid si in primo super vna. & dicit ibi Ioan. And. in addi. quòd Simon hoc intēdit quòd in quantitatibus: puta, quia actor petit centum ex vna causa: reus ex alia reconuenit ad quinquaginta, vel ad centum ex alia causa: congruè fiet expectatio prædicta. Secus si actor petit domum vel equum, & reus fundum, vt statim dicā in secundo casu principali. Vincen. vero in c. 2. infra de ordi. cogn. vt ibi etiam refert Ioan. And. super glo. in verbo, eadem sententia, & Spec. in d. versic. quid si primo, voluit, quòd si primo pronunciatur super vna, non differtur ipsius sententiæ executio, donec pronuncietur super alia. Nec obst. d. l. 1. in fi. quia seipsam corrigit in fi. hoc tamen dicit esse, nisi in casu, scilicet cum aduersarius meus impedit ne fiat pronunciatio super alia: tunc enim differtur executio, & excipi poterit contra eū, si velit me conuenire ex causa iudicati. argum. l. 1. ff. de eo per quem fac. erit. & in c. peruenit. infra de testi. cogen. & sic residet Ioan. And. & Spe. in d. versi. Et hæc limita. videtur placere Rapha. in d. l. fi. in fi. sed mihi plus placet opin. Simonis, quæ videtur mihi magis æqua. arg. d. l. 1. in fi. & quia tex. ille non corrigit se, quia primo dicit non ex necessitate, & postea dicit quòd est magis vtile, & ista stant simul, absque eo quòd inducatur correctio iuris, quia correctio est odiosa. nec etiam est verisimile quòd quis incontinenti seipsum corrigat, vt l. non ad ea. ff. de condi. & demonstr. Præterea ad inducendam compensationem contra debitum etiam liquidum, sufficit ꝙ debitū possit de proximo liquidari, per l. apud Celsum. §. si autem. ff. de excep. doli. & tractatur in d. l. fi. C. de compen. Nec obst. quòd lata sit sententia, & fortè etiam transiuit in rem iudicatā, quia etiam ad executionem potest obijci compensatio, vt no. glo. fi. & Do. Anto. & Dom. meus, & Ioan. de Imo. in c. cum Ioannes. infra de fide instru. dummodo liquidatio non requirat altiorem indaginem, & pro hac sententia etiam allego Bald. & Saly. in l. neque. C. de compens. vbi volunt per illum tex. quòd licèt debitum sit effectum liquidum: tamen potest fieri reconuentio. Nec statim procedi potest ad executionem, donec fiat liquidatio, dummodo de proximo possit liquidari: alias secus. argum. d. l. fin. C. de compen. Quod tamen limito, nisi ex dolo aduersarij non posset liquidari, per ea, quæ statim dixi, & vide quod dixi in c. præcedenti. in 6. princ. arti. fall. 9. Aut de causa alia iam liquebat, & tunc non est dubium quòd potest impediri executio per exceptionem compensationis debiti liquidi. Item per appellationem, & insuper propter notorium grauamen: cum potuerit & debuerit super vtraque pronunciare, & non pronunciauerit nisi super vna, videtur etiam attentari posse quòd sententia sit nulla, per ea quæ dixi in præced. quæst.

¶ Secundo casu principali, quando actum fuit hincinde ad tales res, in quibus nō habet locum recompēsatio: puta, petebam à te Decretum vel Codicem: tu reconuenis me ad Decretalem, vel Infortiatum. Aut etiam si conuenis me ad quantitatem, & ego reconuenio te ad speciem, vt puta, equū vel Codicem: & hoc casu, dicendum est ꝙ non impeditur executio sentētiæ latæ in vna causa duntaxat, secundum Simo. Vinc. in d. auth. & consequenter, & sentit Io. And. in addi. in d. §. videndum. ver. quid si primo. & hoc procedit etiam si de vtraque causa liqueret. Posset tamen appellari à sententia, vel dici nulla ratione notoriæ iniustitiæ, sed non ex eo ꝙ possit admitti compensatio, quæ non habet locū in talibus. A. B. Et hanc opin. sequitur Do. Anto. c. 2. infra de ord. cog. quod dictum non placet Do. Nico. ibi. mouetur, quia iura disponunt quòd natura conuentionis & reconuentionis sit, quòd debeant vna sentētia terminari. Et si secus fiat, possit appellari, vt d. l. 1. §. fi. ff. quæ sent. sine appel. rescin. M. Nec ob. si diceretur, ꝙ non potest prætendi aliquod interesse, quia respondet Dominus meus, quod interesse potest esse magnum. Primò, quia licet directè non admittatur compensatio, tamen poterat incidenter compensari, quia si sentētia pariter ferretur pro eo, posset de rebus sibi adiudicatis per sententiam illi aduersario satisfacere, quod non posset si differretur sentētia pro eo ferenda. Secundò interest in eo quod iudex contra iura differt sibi facere iustitiam.

ex quo enim actor & reus simul suas actiones in iudicium deduxerunt: debuit iudex ita producere, vt vtraque pariter in eodem tempore posit satisfacere per suam sententiam. Fatetur tamen ꝙ vbi prius liquet de vna, quàm de alia, & scandalum timeretur in differendo, quòd poterit iudex super illa re pronunciare. Nec obstabit appellatio. arg. l. æquissimū. ff. de vsufru. & l. 1. §. quies. ff. de offi. præfe. vrb. & arg. c. 2. de causa posses. & propr. secundum Do. meum vtraque opi. videtur mihi satis defensabilis, plus tamen placet præcedens opin. Simonis, & Ioan. And. intellecta, vt supra dixi. Ma.

19 ¶ † Nonò principaliter quæro, vtrum causa reconuentionis debeat agitari eodẽ ordine & forma, quibus causa conuentionis, vel econtra. Sol. Tex. iste probat quòd sic. Nam tex. noster vult quòd si actor impetrauit rescriptum appellatione remota, quòd tunc si reus reconuenit actorem corã eodem iudice, iudicium reconuentionis vniformiter procedat appellatione remota, quia modus datus per rescriptum in causa reconuentionis, intelligitur repetitus in causa reconuentionis, vt dixi supra, in summa, & in notabilibus, & iurisdictio prorogata per viam reconuentionis habet eandem naturam, qualis est prima iurisdictio. vnde dicit glo. secunda hic, quòd iudex eadem forma qua procedit in principali, procedet in reconuentione, & parem potestatem habet quo ad omnia in vtraque quæstio. Et ratio multiplex, vt colligitur ex tex. & est glo. infra, vt dixi super d. glo. 1. ex quo gl. 2. infert, quòd iudex eandem habet iurisdictionem & authoritatem in prorogata iurisdictione, sicut in delegata, de quo remittit ad nota. in cap. P. & G. supra de offi. deleg. Et ex prædictis singulariter infero, quòd si consensus alicuius, puta patris, erat necessarius ad iudicium agitandum: sufficit illum præstitum in causa conuentionis: nec est necessarium illum præstare in causa reconuẽtionis, hoc singulariter voluit Bal. in l. non solum. §. necessitatem. C. de bo. quæ libe. col. 9. per l. sed & hi. §. defendere. ff. de procur. quod est singulare. Nec obst. quod in dicta reconuentione non debeat procedi appellatione remota: quamuis vigore literarum in conuentione procedi debeat appellatione remota ex eo, quia ex quo in fauorem actoris fuit concessum hoc priuilegium, non debet in eius odium retorqueri, vt in regula, quod ob gratiam. de reg. iur. lib. 6. cum sua materia: quia vt dicit glo. fin. hoc illud procedit, quando priuilegium est concessum motu proprio: secus quando ad instantiam partis facit, quod in simili no. glo. in auth. quas actiones. C. de sacrosan. eccle. & quod no. Io. And. in regula, qui ad agendum. de reg. iur. lib. 6. in mercur. Ad quod vide quod dixi super d. glo. vide etiã ad hoc bonam glo. in verbo, voluerit. in Clem. sæpe. de verbo. signifi. quæ extendit tex. istum per rationem huius glo. vult enim quòd si motu proprio datur alius modus procedendi, puta tollendo substantialia iudicij: non debet idem modus seruari in causa reconuentionis: secus si esset concessus ad instantiam partis, & sic illa glo. singulariter extendit dispositionẽ istius capituli, vt procedat non solum respectu clausulæ, appellatione remota, sed etiã respectu alterius priuilegij, vt debeat illud idem seruari in causa reconuentionis, si fuit concessum ad partis instantiam, & dicit hic Abb. quod per hunc tex. soluitur quæstio de priuilegiato. nec agatur extra diœcesim, quod si principalis actor ex priuilegio traxit reum extra diœcesim, posit etiam ibi reconueniri: si illud priuilegium ad sui instãtiam fuit concessum, & idem dicit Ioan. And. in priuilegio iuris, de quo in cap. nonnulli. in princip. de rescrip. & aduerte, quia Ioan. And. vult dicere, quod si quis olim impetrasset iudicem vltra duas dietas, hodie vltra vnam, potest ibi reconueniri, vt in d. cap. nonnulli. dicit etiã quod si quis impetrauit vltra vnam dietam computandam à diœcesi ipsius rei vt fieri debet, potest ipse actor ibi reconueniri: licet ille locus distet vltra vnam dietam à diœcesi ipsius rei conuenti, quia dietæ debent computari à loco rei originalis, etiam respectu reconuentionis, quia per reconuentionem ampliatur in hoc iurisdictio, & accessorium sequitur principale. de quo in d. cap. non nulli. ponit Specu. in titu. de reconuen. §. 1. versic. quid si aliquis, & vide quæ dixi in cap. præcedenti. in 7. princip. artic. fallen. 7. vbi examinaui, an sit verum quod dictum est de concessione facta motu proprio, & ibi vide alia plura ad hunc articulũ pertinentia. & aduerte, quia Bal. in d. authen. & consequenter. quæst. antepenul. videtur prædicta limitare, si modo ex iuris dispositione priuilegium concedatur causæ: secus si concedatur personæ. vnde dicit quod licet prima accusatio non requirat interpositionem in his casibus, de quibus in l. athletas. §. calumniator. ff. de infam. tamen reaccusans tenetur inscribere, quia istud est priuilegium personale, & ideo non extenditur per l. si iudex circum uento. ff. de mino.

¶ Sed tu aduerte, quia in §. calumniator. non ponuntur prædicti casus. Idem Bal. non videtur bene dicere, quia longe plures sunt casus, in quibus quis non tenetur se inscribere priuilegio causæ, quàm priuilegio personæ. ad quod vide glo. in c. super his. infra de accus. quam hoc mane legimus propria lectione in voce, & quod ibi alias legendo scripsi. sed posset saluari Bal. quando ratione priuilegij personæ hoc contingeret. Ego etiam arbitror ꝙ idem sit, si illud contingeret respectu causæ, quia inscriptio habet respectum ad pœnam imponendam ipsi reaccusato, si non probaretur delictum, vt reaccusans teneatur ad pœnam, ad quam teneretur reaccusatus, si probaretur delictum: non autem habet aliquem respectum ad accusationem prius institutam. Intellige tamen, quando in causa criminali admitteretur reaccusatio. ad quod vide quæ latius dicta fuerunt in c. præcedenti. in 6. art. fal. 14.

¶ Sed circa prædicta quæro, retenta opin. quod clericus conueniens laicum coram iudice seculari, posit reconueniri coram illo. de quo latissimè dixi in præced. c. in 5. prin. art.

20 ¶ † Quæritur, vtrũ ipsi clerico sic reconuento sit seruãdum ius ciuile, vel canonicũ, si ius canonicum discordat à ciuili, & quid iuris econtra. Sol. Quia ista materia est intricata & difficilis, & principaliter pertinet ad tit. de const. ideo hic omittã, & ibi Deo duce, fortè dicam. Et quo ad prędictos terminos vide latissimè per Io. Cald. in q. quæ incipit, statuto ciuitatis, & per Pet. de Anch. in repe. c. 1. de consti. in 12. q. princ. ver. pro confirmatione. col. c. & per Pet. de Anch.

de Anch.in repe.c.ea quæ. de reg.iur.lib.6.q.fin. Et quo ad ordinem seruandum, cum inspiciatur ius canonicum vel ciuile, vide quod dixi in c. quod clericus. supra de foro comp.

¶ Decimò princ. quæro, vtrum priuilegium concessum causæ conuentionis sit separabile a causa reconuentionis. Sol. Patet ex his quæ superius dicta sunt, tam in hoc arti.maximè in quæ.7.8.& 9.quàm etiam in 9.prin.arti.& etiam in c.præced. in 6.princ. art.in pluribus fal.maximè in 7.prin.fallen.Et ex his quæ in dictis locis dicta sunt, manifestè patet quòd processus sit separabilis, & similiter priuilegium sit separabile, quamuis plerique Doct. tenuerunt contrarium, & male.

21 ¶ † Vndecimò princip. quæro de effectibus mutuæ petitionis, siue reconuentionis. Sol. Videtur dicendum quòd reconuentionis nullus sit effectus, & sic videtur quod reconuētio sit superflua. hoc videtur deduci isto modo, compensatio hodie fit ipso iure, vt in l.fi.C.de compensat.absque propositione actoris, vt ibi, & Instit.de actio.§.sed nostra.ergo nō videtur esse necessaria reconuentio, & sic inducere nouam instantiam, cum per exceptionem compensationis possit quis obtinere intentionem suam. Sol. Argum. videtur procedere in mutuis petitionibus quantitatum, in quibus locum habet compensatio. Vnde ad argumen. responderi potest dupliciter. Primò, quòd prædictum argu. non procedit in his rebus, in quibus non admittitur compensatio, & sic in illis mutua petitio & reconuentio habebit effectum. Secundò responderi potest, ꝙ etiam in quantitatibus mutuæ petitionis consequitur magnum effectum: tum quia per oppositionem compensationis reus videtur fateri se debitorem: quod non contingit in reconuentione. Item per oppositionem compensationis reus nihil vltra cōsequi potest, nisi compensare hincinde debitum cum credito. vnde si fortè esset creditor in maiori quantitate, non consequeretur illud plus: sed per reconuentionem ad integram quantitatem consequetur reus reconueniens illud plus. ad quod vide quæ dixi in cap.præceden.in 6.princ.artic.versic.secunda declaratio. Item haberet effectum etiam in quantitatibus, si forte causa conuentionis esset priuilegiata, vt contra eam non posset admitti compēsatio. & sic habes tres effectus reconuentionis. Quartus effectus est iurisdictionis prorogatiuus: quia per ipsam fit iudex qui aliàs nō habet iurisdictionem in reconuentum, quantum ad illam causam reconuentionis: siue sit ordinarius, siue delegatus, vt dicit glos. penult.in cap.præced.& sequuntur ibi Docto. & communiter, licet alij teneant contrarium respectu ordinarij. Sed tu vide quæ latissimè dixi in cap.pręced. in quarto princip.artic.quæstio.2. & 3. & hunc effectum sentit gl.fin. hic. & intellige, quòd ista est prorogatio iuris, non hominis, & ideo fit prorogatio contra clericum. ad quod vide quod dixi supra, in suppletione ad glo.2.& quod dixi in cap.præceden. in 5.princip.artic. versi.item prædicta regula procedit. Item iste effectus procedit, si reconuentio non sit propria: quia non sit facta debito tempore, sed longè post litem contestatam. de quo tamen dic vt latè dixi in cap.præced.in 7.princ.artic.ver.idem tamen Ioan.Andr. & versic. sed primam opin. in opinione mea, circa fin. Et no. singulariter, quòd ista prorogatio per reconuentionē fit ipso iure per viam exclusiuam iurisdictionis ab alio iudice, eo tempore quo pendet conuentio: adeo quòd dicto tempore non potest actor reconueniri coram alio iudice, & si coram alio iudice reconueniretur contra formam d.authen. & consequenter. Si quidem reconueniretur coram iudice delegato, processus est ipso iure nullus: si verò coram ordinario, processus est aliquis: nisi opponatur, vt tractatur in d.cap.dispendia.de rescript. lib.6. vtrobique tamen, siue processus sit nullus, siue teneat: si reconuentus comparens opponit quòd non potest coram illo reconueniri, debet reus conueniens tanquam temere vocatus, actorem coram iudice incompetenti in expēsis condemnare, vt d.c.dispendia.& in l.eum quem temere.ff.de iudi.secundum Bart.in d.auth. & consequenter, & tenet etiam Ang.ibi, quæstio.fin. Sed tu vide etiam ad prædicta quæ latius dixi in c. præced. in 4.prin.artic.q.2.& 3. Quintus effectus est simultanei processus inductiuus, de quo dixi sup. eod.artic. q.2.& seq. & etiam maximè in 7. & 8.quæstio. Vltimus effectus est priuilegiorum causæ conuentionis & reconuentionis adæquatiuus, quod intellige secundum ea quæ dixi in præceden. in 6.princip.arti. fallen.7.& supra eod.articu.10. q.9. & ibi etiam dixi remissiones. Et ex his Deo duce, est expeditus nobiliter 10.princ. artic.

ARTICVLVS XI.

VNDECIMO princ.art.iuxta præmissum ordinem in rubr. tractandum, de quibus rebus ad eundem iudicem eundum sit.& quamuis in hoc ar. non agatur de mutuis petitionibus, tamen iste arti. est proximus & consimilis huic titu. Nec potest magis congrue alteri titulo adaptari. & est materia satis notabilis Doctoribus, maximè Canonistis: neque ordinata, neque perfectè tradita. Sed conabor quantum fieri potest, materiam ipsam ordinare: & perfectè tradere ponendo regulam, fallentias, & limita.

¶ Regula ergo sit negatiua, & huiusmodi, videlicet ꝙ si quis egerit contra vnum coram vno iudice: non tamen necessitatur contra eundem, vel contra alium coram eodem iudice agere: nec etiam aduersarius cogitur propterea eundem actorē coram eodem iudice conuenire. Si fortè talis alium, vel alios iudices habeat, coram quibus possit cōueniri. Hæc autem regula probatur: quia si dantur aliqui casus speciales, in quibus vnus & idem pro pluribus causis, vel plures pro vna, vel pluribus causis coguntur aliqua speciali ratione ad eundem iudicem ire: de quibus statim subijciemus, ergo in contrarium est ius cōmune, vt in l.1.in fi. ff.ad municip. & in l.tum ex sola. C.de primipi. lib.12. & in c.2. infra de coniug. leprosorum.

22 ¶ † Regula potest quis, licet elegerit, coram vno agere, & conueniri coram alio. Hæc tamen regula recipit plures fallentias.

¶ Primò fallit in causa reconuentionis.

¶ Secundò in duplicibus iudicijs.

¶ Tertiò in pluribus dominis vendicantibus sibi seruum, tanquam communem.

¶ Quartò, si vnus vendicaret sibi vsumfructum vnius serui, & alter proprietatem.

¶ Quintò, quando plures tutores vel curatores conueniuntur vt reddant rationem.

¶ Sextò, in pluribus eandē causam habentibus.

¶ Septimò, in eo cui competit petitorium & possessorium, quia si vult vtrunque intentare eodem tempore, debet coram eodem.

¶ Octauò, si plures sunt simul inquisiti à iudice seculari, quorum aliqui clerici, & aliqui laici, & clerici petant se remitti, &c.

¶ Nonò, in creditore agente etiam diuersis libellis contra duos reos debendi.

¶ Decimò, in vna & eadem causa intētata semel contra vnum, quia si destitit, non potest coram alio iudice intentari, sunt opi.

¶ Vndecimò, si primo egit pro parte debiti, pro alia tenetur agere coram eodem: etiā finito primo iudicio.

¶ Duodecimò fallit in eo qui vult plures actiones, vel vnam eodem tempore intentare, quia non potest illam vel illas coram diuersis intentare: siue sint ordinarij, siue vnus ordinarius & alius delegatus, siue ambo delegati.

¶ Limitatur tamen hæc 12. fallen. respectu ordinarij multipliciter.

¶ Primò, in literis super actionibus personalibus. secus in vtilibus.

¶ Secundò modo ad iudices delegatos verè. secus ad conseruationes.

¶ Tertiò, si modo omnes delegati per diuersas literas vellent singulariter de singulis causis cognoscere. Secus si omnes subdelegarent vni.

¶ Quartò, si omnes sint principales per se: secus si vna principalis, alia appella.

¶ Quintò, si prima principalis causa pendet corā delegato: secus si appellasset, & ad alium literas impetraret super alia causa.

¶ Sextò, si modo durat prima causa: secus si sit finita, sed sunt opinio.

¶ Septimò, si modo pars excipit: secus si non exciperet, sunt opiniones.

¶ Octauò, si modo conuentus comparuit: secus si fuit contumax.

¶ Nonò, si modo actor voluntariè: secus si ex necessitate.

¶ Decimò, nisi ex causa superueniente non possit prosequi coram eodem.

¶ Vndecimò, nisi sit causa hæresis.

¶ Duodecimò.

¶ Tertiodecimò, si vnus fuit iud. respectu præparatorij: quoniam etiam iudicio præparato debet ire ad illum.

23 ¶ † Primò fallit in reconuentione quæ non potest fieri coram alio iudice. de quo dixi in 10. superioribus artic.

24 ¶ † Secundò fallit in duplicibus iudicijs, vnde si vnus agit contra vnum cohæredem iudicio fam. erciscundę, alius cohęres non potest pro eadem causa ad alium iudicem ire, & ideo si inter aliquos agendum est iudicio famil. erciscundę, aut communi diuidun. aut finium regundorum, idem iudex assumēdus est, vt est tex. in l. 1. ff. de quib. reb. ad eundem iudicem eatur. Vnde in his duplicibus iudicijs, non debent diuersi iudices audiri. Et ideo licet actor debeat sequi forum rei, vt in c. cum sit generale. supra de fo. compe. cum sim. & si plures hæredes aut socij sint habentes res communes, vel agros confines qui sint diuersi fori: iudex primo aditus per vnū debet per alios etiam adiri: si alij vellent agere. Et etiam vnus, & idem qui cępit agere contra vnum ex pluribus cohæredibus, vel ex pluribus consocijs aut habentibus agros confines volens alios conuenire, debet apud eundem iudicem illos conuenire, & ratio multiplex. Prima ponitur in d. l. 1. ad hoc vt præsentia omnium, eodem loco causa facilius expediri possit. Secunda ratio est proper causæ cōiunctionem, quia consortes & coniuncti sunt, vt d. l. 1. & l. nulli. C. de iudi. no. gl. in d. l. 1. & mihi placet. vnde ne causa continentiæ diuidatur, debet idem iudex adiri. Tertio est ratione reconuentionis, quia cum quilibet sit actor & reus: ergo quilibet agit & reconuenitur: ergo apud eundem iudicē debet fieri vt hic, & in c. præcedenti. & in l. cum Papinianus, & auth. & consequenter. C. de sent. & interlo. om. iud. secūdum glo. in d. l. 1. ff. de quib. reb. ad eundem iud. eatur. Sed tu dic quod hæc ratio procedit, quando agens reconuenitur, per ea quæ dicta sunt in præcedentibus art. de qua materia hic nō tractamus. Sed non concludit, si essent plures hæredes: puta A. B. C. D. & A. prius conueniret B. coram vno iudice: deinde velle conuenire C. aut D. coram alio. Quarta ratio est propter absurditatem euitandam. nam posset esse quod vnus iudex aliter iudicaret, quam alius, vt l. cognitio. §. 1. & fi. & in l. si pariter. & l. si usumfructum. §. fi. ff. de lib. cau. Quid autē si inter hæredes aut socios, vel similes conuētos esset clericus, vel persona ecclesiastica, dic vt statim dicā in 8. fall. A. B. Et pro prædicta fallentia faciunt quæ dixi in rub. de dila. in materia citationis A. 5. q. 31. ver. Ma.

25 ¶ † Tertiò fallit in pluribus dominis vendicantibus sibi seruum tanquam communem: quoniā isti ad eundem iudicem mittendi sunt: ne variè in iudicio iudicetur. Secus si vnusquisque seruū, vt suum insolidum vendicaret, quia tūc non est timor, ne variè in iudicio iudicetur: cum vnusquisque solidum dominiū sibi vendicet, vt est tex. in l. cognitio. §. 1. ff. de lib. cau. Et qualiter in primo casu possit esse timor varij iudicij, quia posset alter partē seruitutis ipsius serui, & seruus contra alterum agentem in libertate obtinere, & quis non potest esse pro parte seruus, & pro parte liber. Si tamen hoc contingeret, quod apud diuersos iudices actum esset, nec esset exemptū, & vno iudicio liber, altero vero seruus pro parte iudicaretur, quid agendū sit, vide tex. singularem in l. duobus. ff. de lib. cau. In secundo vero casu non sic contingit, quia quilibet agentium dicit esse seruum suum insolidum. vnde non potest esse talis timor de quo in præcedenti, quia aut primo pronunciabitur pro libertate, & talis sententia præiudicat petitioni alterius, vt l. si dolo. ff. de do. & in l. diui. ff. de lib. cau. Similiter etiam si pronunciatum sit insolidum seruus alterius non potest dicere se liberum, vt dicit glo. in d. l. cognitio. §. 1. & vide ad prædicta quod tradit Io. de Imo. in l. sequi. ff. de re iud. col. 13. ver. aduerte tamen, quia vt dicit Ia. Bu. &c. vbi latius tractat, an talis sententia primo lata preiudicet alijs, de quo dic vt latius dicam in c. pen. inf. de re iud.

¶ † Quartò

26 ¶ † Quartò fallit, si vnus vendicaret sibi vsumfructum totius serui, alter vero eiusdem serui proprietatem. Item si alter vt proprium vendicet: alter vero dicat sibi pignoratum esse: quia idem erit iudex adeundus, vt l.cognitio. §. fin. & l.sequen. ff. de lib. cau.

27 ¶ † Quintò fallit, quando plures tutores vel curatores conueniuntur, vt reddant rationem. omnes enim coram eodem iudice conueniendi sunt: non autem vnus coram vno, & alius coram alio. Et si vnus primo fuit conuentus coram vno, omnes alij debent coram eodem conueniri: etiam si non sint eiusdem fori, vt est tex. in l.2. ff. de quibus rebus ad eundem iud.eatur. & in l.omnes. C. arbit. tute. vbi tex.vult quòd idem sit etiam in rebus plurium tutorum, & ratio ponitur ibi in glo. ne causæ continentia diuidatur, & propter causæ vnitatem, secundum Bald.in dicta l.cum Papinianus. C. de senten. & interlocu. omn. iudi. & tenent Docto. maximè Moder. in l.2. §.fin. ff. quæ senten. sine appella. rescind. quid autem si aliquis ex dictis tutoribus esset clericus seu persona ecclesiastica, vide quod dicam statim in 8.fallen.

28 ¶ † Sextò fallit in pluribus eandem causam habentibus. Ita dicit Barto. in l.omnes. C.arbit. tute. per illum tex.

29 ¶ † Septimò fallit in illo cui competit petitorium & possessorium: quia si vult vtrunque intentare eodem tempore, non potest: siue vellet ire ad diuersos iudices delegatos, vt in cap.1.de cau.poss. & pro prie.in l.nulli.C.de iud.secundum vnum intellectû. & in c.fi.de rescript.tenet Specu. in titu.de rescript. præsen.§.fin.vers.item quòd ad quosdam.siue vellet agere eodem tempore coram diuersis iudicibus ordinarijs, & etiam sit finita instantia coram vno: puta, super possessorio: vult de nouo intentare super petitorio coram alio iudice: etiam si vellet agere coram alio iudice ordinario ipsius rei, vt l.1.ff.de quib. reb. ad eundem iud.eatur. tradunt glo.Bart. & Bal. in d.l.nulli. licet Pet. & Cyn. sentiunt contrarium, quando finita esset instantia. Ad quod vide quod latius dixi in c.fin.supra de iudi. Super glo.2. & prædicta intellige, quando vellet intentare petitorium & possessorium recuperandæ vel adipiscendæ: aut etiam retinendæ possessionis, in casu quo potest cõcurrere cum petitorio, secundum no.per Bar.in l.in certi.C.de interdic.& per Bar. & Doct. in d.l. nulli. de quo latius dicam quando possit concurrere, in ti. de cau. pos. & propric.& prædicta procedunt respectu causarũ principalium: secus si super vna appelletur, & super alia non: quia tũc tractabuntur coram diuersis, secundum Io.An. & d.Do. in c.dispendia. de rescript. lib.6.

30 ¶ † Octauò fallit, si plures simul sunt inquisiti à iudice seculari, quorũ aliquis est clericus, vel aliqui sunt clerici & alij sunt laici, qui clerici petant se remitti ad iudicem ecclesiasticum, secũdum formam c.si iudex laicus, de sent.excommun.lib.6. Nam hoc casu omnes etiam laici debent remitti ad iudicem ecclesiasticum, ne causæ continentia diuidatur, & quia omnes habent eandem causam, & ne sequatur absurdum, si variæ sententiæ ferrentur, & fortè contrariæ. Nec ob.quòd eadem ratione iudex secularis de omnibus, etiam clericis deberet cognoscere, sicut dicimus in reconuent. vt latè dixi in c. præced. arti.5. quia iudex ecclesiasticus dicitur esse maior & dignior, iuxta no.in Auth.quomodo opor.epis. & in l.omni nouatione.C.de sacrosan.eccle. & probatur in c.solitæ.sup.de maio.& obed. Et potentius ac dignius trahit ad se minus dignum, vt in l.per mino rem.ff.de iud.& in c.quanto.supra de iud. cum sim. Ita concludit Dom.Ant.de Prato veteri in l.1. in fi. ff.quæ sententiæ sine appel. rescind. faciunt no. per Bald.in l.præcipimus.C.de appel.A.B.Et ibi hoc expressius voluit Barto.in §.eodem obseruando.vbi dicit quòd laicus ratione clerici cõuenitur coram episcopo.& vide quod dixi supra, de foro compet. c.1. versi. & 15. declaratio. ad prædicta etiam est bonus tex.in c.constitutus. de restit. in integ. Intelligendo illud ꝙ magister G. esset laicus: cũ nihil ibi dicatur quod esset clericus. facit etiam tex. in c. per tuas. de arbit.vbi qualitas duorum laicorum inhabilium per se habilitauit propter adiunctionem vnius clerici. Ma.& Pet.de Anch.in reg.ea quæ. de reg.iur. lib.6. q. 1.& per Docto.in c.quintauallis. inf.de iureiu. in quibus tractatur ꝙ si à iudice clerico, & à iudice seculari, vel à duob. arbitratoribus, vno clerico & alio seculari appellandum est: vel recurrendum ad arbitrium boni viri: appellatur & recurritur ad ecclesiasticum, & non ad secularem.quod quidem dictũ est singularissimum, & memoriæ commendandum, & quotidie potest contingere, & honorem quammaximum, & vtilia etiam afferre, sed nõ memini legisse alium Docto. hoc tenentem: pro hoc tamen facit quod dixi supra in 6.fal.

¶ Sed aduerte, quia prædicta conclusio videtur satis dubitabilis: quammaximè quando inquireretur de delicto, propter quod veniret imponenda pœna sanguinis de iure ciuili, retenta opinione quæ vult, quòd quo ad decisoria, laico litiganti coram iudice ecclesiastico in materia, in qua leges seu statuta locorum & canones discordant: sunt seruandæ leges & statuta secularium.de quo per d.M. in ca.ecclesia sanctæ Mariæ. de constit. maximè in repet. vt in c.quod clerici.supra de foro compe.& per Bar.& Bald.& Doct.in l.1.C.de sacrosan.eccle. & per Pet. de Anch.in repe. dictæ regulæ, ea quæ.de regu.iur. lib.6.& in repet.cap.1.supra de consti. Sed ecclesiasticus non potest imponere pœnam sanguinis, vt in cap.sententiam.inf.ne clerici vel monachi.ergo, &c. Sed fortè dici posset, quòd cognoscere poterit, & habita cognitione & veritate rei gestæ, si fuerint absoluendi, absoluere: si fuerint condemnandi alia pœna, quàm pœna sanguinis, illos condemnare. Si vero pœna sanguinis essent condemnandi, condemnabit clericos secundum canones, & laicum remittet ad iudicem suum. cogitabis, quia nunc venit in mente, & prædicta sunt, vt dixi, singularissima. Et ex prædictis ego infero, quòd si inter plures inter quos agendum esset duplicibus iudicijs, videlicet familiæ erciscundæ, communi diuid. & finium regundo. esset aliquis clericus: vel plures tutores & curatores eiusdem tutelæ vel curæ, esset aliquis clericus pro causa prædicta: tam contra laicos, quàm contra clericos esset adeundus iudex ecclesiasticus. argumen. prædictorum. & ita videtur etiam concludendum in omnibus alijs similibus causis, & casibus.

¶ † Nonò

31 ¶ † Nonò fallit in creditore agente, etiam diuerſis libellis cõtra duos reos debendi inſolidum : quia debet eos, non coram diuerſis, ſed coram eodem iudice conuenire, & hoc videtur velle textus in auth. hoc ſi debitor. C. de duobus reis. & in corpore vnde ſumitur. vbi tex. vult, quòd negotium debet communiter examinari & terminari. & quamuis ille tex. loquatur quãdo ageretur eodem libello, tamẽ Bal. in l. 1. & in d. authen. hoc ita. C. de duob. reis. ſentit idem etiam quando ageretur diuerſis libellis : vnde dicit, quòd ſi ſtatuto cauetur, prout eſt Peruſij, ꝙ quilibet conueniatur in ſua porta, & duo ſint rei debendi, vnus in porta ſancti Petri, & alius de porta eburnea, quòd quamuis ſtatutum obſtet, & practicantes ſeruent ſtatutũ ad literam : tamen ſecundum mentem iuris videtur, ſecundum Bal. quòd vterque poſsit coram eodem iudice conueniri, per l. omnes. C. arbit. tut. & l. in rebus. in fi. ff. de arbi. & l. nulli. & l. licet. & quod ibi no. per Cyn. C. de iudic. & per ipſum Bald. in quæſt. ſua quæ incipit, accuſatus de vi turbatiua, de qua ſtatim dicam, per quę iura videtur fortius concludendum, quòd non ſolùm poſsit, ſed debeat fieri coram eodem iudice. & ita intelligo voluiſſe Barto. per verba ſequentia, licet loquatur per verbum, poſsit, & probatur in l. 2. ff. quibus rebus ad eundem iud. eatur. & per ea quę ſuperius dicta ſunt. Secus dicit Bal. ſi nullo modo poſſent conueniri coram eodem iudice. exemplum in hac noſtra ciuitate Senarum, cauſa pupillaris tam in agendo, quàm in defendendo debet agitari coram iudice & ſapientibus pupillorum: coram quo iudice non poteſt maior conueniri. pone ergo quòd vnus ex reis debendi ſit pupillus, & alter minor : hoc caſu poterunt coram diuerſis iudicibus conueniri. & ſic reſidet Bal. ego hanc quæſt. examinaui in l. reus. ff. de duob. reis. in 11. princ. articu. q. 8. & tunc viſa fuit mihi deciſio Bal. in vlt. caſu, ſatis dubia, tum propter cauſæ cõmunionem & cõſortium : tum propter diſpoſitionem d. authen. tum ne cauſę continentia diuidatur: quia dixi tunc cogitandum. Nunc verò attentis his quæ ſuperius dixi, maximè in præcedenti fall. arbitror ꝙ amborum cauſa debeat agitari corã iudice & ſapientibus pupillorum : cum cauſa pupillorum ſit magis fauorabilis, & fauores ſint ampliandi, vt in regula, hodie. de reg. iur. lib. 6.

32 ¶ † Decimò fallit etiam in vna & eadem cauſa : quia ſi ſemel vna cauſa fuit intentata contra vnũ coram vno iudice, & intentans deſtitit : non poteſt poſtea reum pro ipſa cauſa trahere coram alio iudice : ſed debet ad eundem iudicẽ ire, ſecundum aliquos, qui mouentur ex eo, quia maior eſt conuenientia vnius cauſæ de ſeipſa ad ſeipſam, quàm duarum cauſarum adinuicem. arg. l. nulli. C. de iud. quod patet : quia videmus quòd omiſsio ordinis cauſæ de ſeipſa ad ſeipſam vitiat proceſſum, vt l. prolatã. C. de ſent. cum ſim. Et tamen peruerſio ordinis vnius cauſę ad aliam, non vitiat proceſſum, vt in l. 1. & ibi Doct. C. de appel. de quo per Glo. 2. quæſt. 1. in ſum. & latius videbimus inf. de ordi. cogn. Sed Petr. & poſt eum Cyn. dicit quòd iſta arg. vel iura nihil faciũt. primò non obſtat primum arg. quia fateor quod maior eſt conuenientia vnius cauſæ ad ſe, &c. Nam hoc eſt verum eodem tempore : ſed nõ diuerſis temporibus, vnde non videtur ꝙ diuerſis tẽporibus, ſi ſemel conueni te coram vno iudice, prohibear te conuenire coram alio. Nec obſt. authen. qui ſemel. C. quomodo & quando iud. per quam etiam prædicti mouentur : quia illa authen. reſiſtit ſolùm penitus deſiſtentibus. ſed hic non deſiſtit penitus, imò agit coram alio, vnde nihil facit, ſecundum Petrum. Sed tamen alio iure probatur, ſecundum Pet. videlicet per l. 1. ad fin. C. de aſſer. tol. vbi cauetur ꝙ qui fuit tractus in vna cauſa per libellum editũ coram vno iudice, non poteſt coram alio trahi, & qui traxit, amittit omnia, vt d. l. 1. ad fin. ſequitur Cyn. Sed aduerte, quia illa lex loquitur in caſu ſpeciali, & eodem durãte iudicio. Ad quod vide quæ dicam in 12. princip. art. facit quod no. Glo. pen. in d. l. 1. ad fi. Et hoc etiam reperio voluiſſe Ange. in l. fideicommiſſum. §. 1. ff. de iud. Sed finito primo iudicio per deſiſtentiã & peremptionem inſtantiæ, non video quid obſtet, quare non poſsit agere coram alio iudice : dummodo ſit competens. ſed ſi loqueremur de duabus cauſis coniunctis, aut ad inuicem continentibus, vt petitorij & poſſeſſorij, & ſimilibus, vna finita corã vno iudice, pro alia etiam debet ad eundem iudicem iri, ſecũdum Bartolum in d. l. nulli. C. de iud. per illam l. & per l. 1. ff. de quibus rebus ad eundem iud. eatur. quod eſt ſatis æquum. vnde facio differentiã, an prima ſit finita deſiſtentia, vel peremptione inſtantiæ, & procedat quod primo loco dixi : aut per ſententiam, & procedat opin. Bart. poſſet tamen pars, contra quam lata fuit ſententia in vna, recuſare illum vt ſuſpectum in alia : quia qui ſemel grauauit, ſemper poteſt recuſari, etiam in alijs quibuſcunque cauſis ſeparatis, vt no. Gloſ. ſuper verbo, quæſtionibus. in c. diſpendia. de reſcript. lib. 6. facit c. ad hæc. & c. propoſitum. de appel. & ſequitur do. Dominicus in d. c. diſpendia. ad quod vide quod dixi ſupra in 10. prin. artic. quæſt. 7.

¶ Sed hic inſurgit tamen notabile dubium & nouum : pone ꝙ ſententia fuit lata cõtra actorem : puta, ſuper poſſ. quem cogetur actor ire ſuper proprietate ad eundem iudicem : cum merito illum habeat ſuſpectum per ea quæ ſtatim dixi. fortè dici poteſt ꝙ hoc caſu, ſi actor habet illum ſuſpectum, poterit alium iudicem adire : quia ille qui ex cauſa legitima etiam liberali, vadit ad alium iudicem : etiã eodem durante iudicio excuſatur. Item faciunt quæ ſtatim dicã in 8. & 9. & 10. limi. Conſulerem tamen ad maiorem ſuam excuſationem, ꝙ in petitione quam faceret coram alio iudice, allegaret cauſam : quia non adijt primum iudicem, ſed alium : vel ſi aduerſarius exciperet de incompetentia iudicis : poterit ſe excuſare per viam replicationis. & notabis prędicta, quia nouiſsima ſunt.

33 ¶ † Vndecimò fallit, quando quis prius egiſſet pro parte debiti coram vno iudice: quia pro alia parte eiuſdem debiti non poteſt agere coram alio iudice, etiam finito primo iudicio, vt no. Glo. ſingularis Inſtit. de act. in §. ſi minus. & quidam mod. in l. quidam æſtimauerunt. ff. ſi certum pet. pro qua fal. facit quod dixi in præced. fal. in opin. Pet. & Cy. tetigi etiam in c. penul. de foro compet. in fi. Et quãuis ibi dixerim, quòd hoc videbatur mihi ſatis dubium: tamen nunc videtur æquum per ea quæ dixi in præced. fal. Nam illud ibi procedit, ſecundum Bar. propter coniunctionem duarum cauſarum, longè magis

gis

gis videtur hoc sibi locum vendicare in eadem causa diuisa per partes.

34 ¶ † Duodecimò fallit generalius in eo qui vult plures actiones, vel vnam eodem tempore intentare contra aliquem: quia non potest illam vel illas intentare coram diuersis: siue sint delegati, & intelligitur semper de delegatis per diuersa rescripta impetratis: vel vnam intentare corā delegato, & aliam coram ordinario, vel coram diuersis ordinarijs eodem tempore vt dixi. primum de delegatis probatur in c.fin.supra de rescript.& clarius in c.dispendia.de rescrip.lib.6. Secundū verò de delegato & ordinario, & tertium de duobus ordinarijs, licet Glo.super verbo, literas, in d.c.fi.de rescrip. quæ extendit id quod ibi dicitur in tex. de delegatis ad plures ordinarios, & ad delegatum & ordinarium simul. quamuis in contrarium Glo. alleget alias opi.& pro d.opi.facit: quia ex quo quis conuenit aliquem coram ordinario actione personali, non potest pro alia personali cōuenire eum coram delegato, vel alio iudice: quia cum hoc non competat reo, vt in auth.& cōsequenter.C.de sen.& interlo.om.iu. ergo longe minus debet competere actori: tum quia rei sunt fauorabiliores, vt in regula, fauorabiliores. ff.de re.iur. tum quia non debet actori licere quod reo non permittitur, vt in regula, non debet actori. de regu.iur. Sed aduerte quia Innocen. hoc non credit: sed dicit actorem posse conuenire reum coram diuersis ordinarijs: vel coram ordinario & delegato, & ad regulam, fauorabiliores. respondet, quòd intelligitur in eadem causa: & postquam causa est inchoata: sed respectu inchoandæ, actor est fauorabilior. vnde licet in fi. causæ magis faueatur reo: tamen in princ. magis fauetur actori, vt l. si quis intentione ambigua. ff.de iudi. & in l.inter stipulantem. §.1. ff. de verborum obl.

¶ Item dicit Innocen. quod alia ratio potest asignari, quare actori liceat reum trahere coram pluribus ordinarijs, & non sit licitum reo: quia iura voluerunt subtrahere materiam malignandi, & interdicere reo ne traheret actorem corā alio iudice: quia reus quasi offensus libenter se vindicaret, & sic etiā iniustè posset trahere actorem coram alio iudice: quæ ratio cessat in actore. Item mouetur Innocen. quia ex conclusione Glo. sequeretur ēt absurdum, ꝙ si conueni te coram delegato, si non possem conuenire super alia causa coram ordinario, quasi frustraretur ista actio mea: quia non comprehendatur in rescripto, vt in d.cap.fin. de rescript. meritò non possum cōuenire te coram ipso delegato, vt in cap. olim. de offic.deleg. Et similiter etiam nec coram ordinario. tenendo prædictam opi.ēt tenuit Compo. in d.c.fin.& Archi.in d.c.dispen. Dominus meus distinguit, quòd aut quis vult trahere eundem coram diuersis ordinarijs super pluribus actionibus, quæ commodius possunt tractari apud vnum, & tunc habeat locum opin. Glo. prædictæ: quia ex identitate rationis debet fieri extensio illius.c.fi. supra de rescr. Maximè cum hoc contineat in se magnam æquitatem.arg.c.cum dilecta.infra de confir.vti.vbi bonus tex. Sed tu dic quòd hæc fuit originalis opi. Io.Mo. & Ioan.Andr.in c.dispendia.de rescrip.lib.6. quam etiam sequuntur ibi Io.de Fantu.& d.Do. Aut volo vnam actionem intentare coram ordinario & aliam coram delegato, & hoc casu, si prius volo conuenire te coram ordinario, & postea super alia causa coram delegato: videtur obstare exceptio, quia debebam hanc secundam actionem intentare coram eodem ordinario, dummodo possem commode. Et ista etiam fuit originalis opin.Specu.in ti.de rescrip. præsen.§.fin.versi.item quo ad diuersos. quia potuit de omnibus coram ordinario agere, vel super rescripto supersedere.ar.l.1.§.fin.ff.si fam.fur. fecisse dicatur. Aut prius conueni te coram delegato, & tunc habeat locum opin. Inno. vt possim trahere te super alia causa coram ordinario: ne actio mea interea frustretur, & maximè si volo conuenire te coram ordinario super actione orta post impetrationem rescripti, per tex.in d.cap.fi.sup.de rescript.& mihi placet. fuit hæc etiam originalis opin.Spec.in d.versic.item quo ad diuersos. hoc mouetur, ne ordinario sua iurisdictio subtrahatur. Sed aduerte: quia quod superius dixi, quis non potest etiam super diuersis actionibus ad diuersos iudices literas impetrare, & impetratæ non tenent, vt d.c.dispendia. in prin. & dicam inf.in 12.prin.arti. procedit non solùm in iudicibus impetrādis à Papa: sed etiam in his qui impetrarentur ab inferioribus, secundum Vincentium & Abbatem, in d.c.fi. Et Spec.in ti.de rescr.præsen.§.fi.ver. item quo ad diuersos, tenent Io. Andr.d.cap.dispendia. in princ.

35 ¶ † Et per prædicta infert ibi Io. de sancto Georgio, quòd si contra aliquem est impetratus iudex à Papa, non potest vlterius impetrari contra illum à legato vel Episcopo super alia actione personali, nisi ad eosdem iudices. & sequitur dom. Dominicus in d.cap.dispendia. Et eadem ratione idem arbitror dicendum per contrarium, si prius esset impetratus à legato vel Episcopo, & postea impetraretur à Papa, quia nō posset ad alios impetrare nisi in impetratione fieret mētio de impetratione ad alios facta. Item prædicta procedunt non solùm quando in eadem diœcesi contra eundem debitorem agi posset diuersis personalibus actionibus, sed etiā si in varijs locis & diœcesibus agi posset: puta, promisisti mihi dare decē Parisijs. Et hoc siue promisisti dare 10. seu alia 10. vel aliam summā, non potero eodē tempore conuenire te vtroque loco corā diuersis iudicibus: Sed debeo te conuenire coram vno iudice alterius loci, coram quo commodius vtraque quasi posit tractari: habebit tamen tunc locum actio arbitraria. de quo latius dixi in c.dilecti, supra de foro compet. vt scilicet habeatur ratio vtilitatis ac commoditatis loci, per l.2.ff.de eo quod certo loco. licet Specu.in tit. de rescript.presen.§.fi. versi.quid si promisisti.& adde quod statim dicam in 1.limita. Est tamen aduertendum, quòd id quod supra dixi de iudicibus delegatis impetrandis, quòd ad eundem iudicem delegatum, & non ad diuersum impetrandum est, recipit plures limita.

36 ¶ † Primò igitur limi. quòd illud procedit si modo per diuersas literas plures iudices impetrentur cōtra vnum, eodem tempore super diuersis actionibus personalibus: secus in realibus. ar. tex. in d.c.dispendia. quia in quantum ille tex. includit personales actiones, videtur velle quòd secus sit in realibus. ar.l.cum prætor.ff.de iud. Et ideo hoc tenet Glo.super verbo, personales. quæ asignat quatuor rationes

nes diuersitatis, quia secus sit in realibus quas ibi videre poteris. Ad quas etiam accedat: quia in realibus quandoque necessarium est rem ipsam oculis subijcere, vt ff. fin. regun. in l. si interruptionem. Et ideo condecens est vt litigatores sint vicini ipsi rei. ff. de censi. l. forma. secundum Innocen. Et hanc diuersitatem, ꝙ licet secus sit in realibus, tenet etiam Specu. in titu. de rescript. præsen. §. fin. ver. item quo ad diuersos. & idem etiam tenet Compostellanus, qui assignat aliam rationem videlicet quòd ex eo ꝙ vitium illud plus frequentabatur in personalibus, quam in realibus, ideo de personalibus fuit prouisum. ar. l. nam ad ea. ff. de leg. Sed per hanc rationem possemus attentare contra Hostiensem in d. cap. fin. de rescript. & etiam in d. c. dispendia. & ibi Io. Mo. & Archid. dicunt d. c. dispẽdia. habere locum etiam in realibus. Et sic non faciunt differentiam inter actiones personales, vel reales. Sed distinguunt quòd aut impetratio fit ad diuersos dolosè, & non valet, etiam in realibus. Aut fit bona fide, vt quia vnus Senensis fecit vnum contractum Senę, & alium Parisijs, & vtrobique vult iudices habere, cum hoc sibi expediat propter probationes testium in dictis locis existentium: quia cum probandum sit per testes, difficillimum esset testes vnius loci ad alterũ locum citare, aut venire facere, & hoc casu valebit impetratio. ar. c. constitutus. inf. de fideiuss. Si vero econtra, contractus sint celebrati in eadem diœcesi vel territorio: vel ambæ, vel plures in eodem territorio sint, & tunc ad eundem vel eosdem iudices debent literæ impetrari. mouentur per c. nonnulli. supra de rescript. In quantum ibi dicitur ꝙ sub vno iudice possunt cõmodius tractari. iuncta etiam l. si est nouum. cum seq. ff. de legi.

¶ Ad quod etiam vide quod dicit Host. in sum. titu. de rescript. §. cui præiudicet. versi. quod si idem. & seq. Et aduerte: quia licet Specul. in d. versic. item quod ad diuersos. teneat, quòd secus sit in realibus, vt supra dixi: tamen in versi. quid si tractus super diuersis. in d. §. fin. de rescrip. præsen. concludit, quòd si quis vellet probare quod prædictæ actiones personales commodius tractarentur coram pluribus non admitteretur: quia habet locum quęstio commoditatis, quæ fortè difficilior & prolixior esset, quã quæstio principalis. præsumit enim ius quòd cõmodius sub vno tractentur, quamuis aliud quandoque posset euenire. ar. l. nam ad ea. ff. de legi. & in Auth. de consulibus. facit etiam quod no. in l. 1. §. sexum. ff. de postu. secundum Specu. quod etiam sentit Compost. vt supra dixi, & pro hac opin. ego allego, quia ius hoc præsumit, & super ipsa præsumptione statuit. Et sic fit præsumptio iuris & de iure: contra quam non admittitur probatio, vt in c. is qui fidem. infra de spon. in Authen. de nupt. §. si verò. & in authent. sed iam necesse. C. de do. ante nupt. cum sim. Ioan. Andr. in d. c. dispendia. dicit quòd illa decretalis seruanda esset vbicunque esset eadem æquitas, quò ad ipsius dispositionem, non quo ad pœnam. Io. de sancto Georgio ibi concludit, quòd si quæritur an super pluribus actionibus realib. possint plures iudices impetrari: dicendum est quòd sic. Si verò quæritur, an debeant dari plures iudices: dicit ꝙ si actor & reus sunt eiusdem dięcesis, extra illam nõ dabuntur, vt in c. statutum. in §. cum vero, de rescrip. lib. 6. & hoc etiam vult Glo. posita ibi super verbo, vnam dietam. quæ incipit, olim dicebamus. Si verò sunt diuersarum diœcesum, non trahetur vltra vnam dietam à fine sui domicilij, etiam in realibus, sicut nec in personalibus: quia tex. in d. c. statutum. §. cum vero. & §. cum autem, loquuntur indistinctè. & ista est mens illius Glo. secũdum eum. Io. de Imo. in d. cap. dispendia. dicit quòd decisio huius puncti dependet, an hodie seruari debeat quòd in realibus fiat computatio dictarum à fine diœcesis vbi res est sita: quia si hoc procedit etiam hodie, clarum est ꝙ dispositio cap. dispendia. non haberet locum etiam in realibus, propter impossibilitatem: quia si res essent in diuersis diœcesibus, non posset fieri impetratio super omnibus in eodẽ loco. Nec obstat quòd possit contingere quòd res sitæ sint in eodem loco: quia sicut potest hoc esse: ita & potest contingere quòd sint in diuersis locis, vnde concludit satis esse ęquum de legatis seruare opin. Hostien. do. Domin. dicit quòd hæc ratio & consideratio est bona: quando res essent sitæ in diuersis diœcesibus: sed quando essent in eadem diœcesi, dubium non esset solutum: quare dicit quòd credit veram opin. Io. And. quòd licet sit æquum in realibus obseruare. idem quod in personalibus, quando eadem esset ratio, vt scilicet ad eundem vel eosdem iudices literæ impetrentur: tamen si hoc non seruetur, non habebit locum text. d. c. dispẽdia. quo ad pœnam ibi positam. mouetur: quia per antiquos Glossatores erat dubiũ an capitulum fi. supra de rescript. haberet locum in realibus, vt ibi patet in Glo. & tamen Innocen. in d. cap. dispendia. expressè duntaxat statuit & disponit de personalibus, & sic videtur voluisse approbare opin. quæ habebat, quòd d. c. fin. loqueretur de personalibus tantum, quia si voluisset idem statuere de realibus, illud expressisset. facit c. ad audientiam. infra de decim. quæ verba dom. Dominici, si rectè cõsiderentur, videntur velle vnum, & demum concludere contrarium.

¶ Sed istud facit ad quæstio pœnæ positæ in c. dispendia. Dominus meus in cap. fin. supra de rescrip. super Glo. in verbo, pluribus, concludit quòd vbi eadem ratio esset in realibus, quę esset in personalibus habebit locum dispositio cap. fin. & c. cap. dispẽdia. & sic sequitur opinio. Hostien. & sequacium. & subdit quòd distinctio de commoditate, quãdo eadem cõmoditas haberetur in realibus, habet locũ etiam in personalibus, secundum dictam opinio. & similiter etiam distinctio differentiæ commoditatis & incommoditatis. & quamuis tex. in d. c. dispendia. apponat pœnam, siue distinctionem commoditatis: tamen ex quo c. fi. distinguit & fundat se super commoditate, est absurdum quòd noua constitu. d. cap. dispendia. quæ descendit à cap. fin. recipiat interpretationem & qualificationem secundum dispositionem antiquam d. cap. fin. arg. l. non est nouum. & l. nam posteriores. ff. de legib. & hæc opinio videtur mihi magis æqua: per quã respondetur ad id quod dixi supra in opinio. Specu. quia illa videtur esse pręsumptio, cum dispositione tamen qualitatis. l. antiquæ. & no. hic dictum singularissimum in materia extensionis, quod si lex antiqua prohibitiua loquitur qualificatiuè, & lex noua apponat pœnam vbi non erat, vel maiorem imponat: licet simpliciter

loquatur, recipit qualitatem l. antiquæ, vt secúdum illam videatur edita. quod est perpetuo memoriæ commendandum. facit quod no. Barto. in dicta l. nam & posteriores, de quo dic vt latius dicam in tit. de constitu.

37 ¶ † Secundò limitatur, si modo sint literæ impetratæ ad iudices delegatos habentes principaliter, & per se cognitionem iudiciariam: secus si prius essent impetrati iudices, qui non haberent principaliter cognitionem iudiciariam: quales sunt conseruatores impetrati, qui non habent cognitionē iudiciariam: nisi talis cognitio oriatur ex exceptione aduersarij, iuxta no. in c. 1. de offi. deleg. lib. 6. secundum Ioan. Andr. in d. c. dispendia.

¶ Et idem tenet ibi Archidia. mouetur per illum text. in quantum dicit, eodem durante iudicio, & sic videtur velle quòd debeat esse talis delegatus, qui habeat cognitionem iudiciariam: ex cuius facto impeditur talis impetratio. quod limitat Lap. ibi, quando sunt conseruatores dati secundum formam d. cap. 1. in fi. de offic. deleg. lib. 6. Secus si essent dati secundum formam priuilegiatam, secundum eum.

¶ In quibus verbis Lap. hoc intendit, ꝙ secus sit quando dantur conseruatores, vt possint cognoscere de his quæ exigunt iudicialem indaginem.

¶ Et ex prædictis etiam infertur, quod prædicta 12. & vlti. fallen. non habet locum in literis executoris, secundum Innoc. Ioannem Mo. & Archi. in d. c. dispendia. pro quo facit secundum Io. de Lig. quia tales nō necessitantur ad iudiciariam cognitionem, iuxta no. per Innoc. inf. de præscr. cap. dudum. & per Glo. in Clem. 1. de offic. deleg.

38 ¶ † Tertiò limitatur dicta fal. 12. Si modo loqueremur de pluribus delegatis per diuersas literas, vt dixi impetratis ad plures causas, contra vnum: qui delegati vellent de ipsis pluribus eodem tēpore cognoscere: secus videtur dicēdum, si omnes tales delegati vni soli subdelegarent omnes causas: quia sic non traheretur reus coram diuersis, quod procedit si modo omnes subdelegant vni simpliciter, nihil iurisdictionis sibi retinendo: nam hoc casu, tenet ꝙ agitur, ex quo prius, quam fuerit oppositum, cōmissiones factæ erant. facit c. super quæstionum. §. porro, de offic. deleg. & c. iudex. de offic. delega. lib. 6. Et est ratio: quia tales literæ Apostolicæ non sunt nullæ, sed exceptionis ope sunt annullādæ: secus si prædicti delegati subdelegarent vni, retinendo sibi aliquid iurisdictionis: quia contra casum non valeret: quia tunc ad eosdem appellaretur, & sic saltē in causa appel. reus vexaretur coram diuersis, vt d. §. porrò. hoc tenet Specu. in titu. de rescrip. præsen. §. fin. vers. quid si is. & idem formaliter tenet Lap. in d. cap. dispendia. nullam tamen facit mentionem de Specul. voluit etiam Specu. in d. versi. quid si is. quod idem sit si aliquis super eadem re impetraret literas aduersus iudices: quia tunc nō valet, nec impetratio, nec subdelegatio vni facta, vt in c. ex tenore. de rescrip. Sed Io. Andr. ibi in addi. dicit idem esse in primo casu, quod & in seq. ita vt nullo casu teneat processus. mouetur: quia cap. dispendia. annullat processum: sed subdelegatio est de processu, vt tractatur in cap. pen. de offic. deleg. lib. 6. & ibi Glo. facit etiam quod tradit Specu. in titu. de rescript. præsen. §. 1. versi. sed obijcitur. ergo subdelegatio nō tenuit: ergo nec processus habitus per illam. Idem etiā tenet Io. de Lig. in d. c. dispendia. nulla facta mentione Io. Andr. & idem etiam tenet Paul. ibi, per eandem rationem. facit tex. ille d. c. dispendia. in quātum dicit, careat omni cōmodo literarum. & sequitur Io. de Fantu. qui dicit clarè probari, si teneamus quòd ex sola impetratione literarū sine vsu ipsarum, insurgat nullitas. de quo dicam in 6. sen. in 7. lim. & idem etiam tenet Do. Ant. rationibus prędictis.

39 ¶ † Quartò limitatur, quando causæ sunt principales per se: quia tunc debent coram eisdem iudicibus delegatis vno, vel pluribus tractari: secus si vna esset principalis, alia appellationis: quia tunc bene possent tractari coram diuersis eodem tempore, secundum Innoc. & Compost. & idem tenet Io. Mon. in d. c. dispendia. quia illo tex. addit ad c. fin. de rescr. Ius autem additum vel interpretans habet locum in casibus, in quibus habebat locum illud ius interpretatum. ff. de pac. dot. in l. inter socerum. §. cum inter. & in Auth. de fil. ante instr. dot. nat. circa fin. col. 3. Et pro hoc alleg. Lap. quod no. in cap. circa. de elect. li. 6. super verbo, ad Apostolicam. & in c. statuimus. super verbo, ab eodem, de sent. excom. lib. 6. Et in appellatione ante diffinitiuam patet: quia in illa ex ipso iudicij euentu pendet, an sit futurus iudex in causa princ. ille à quo appellatum est, vt ille ad quem appellatum est, vt in c. vt debitus. inf. de appel. cum igitur non appareat quis ipsorum sit iudex: non potest sciri ad quem fieri debeat impetratio. Et idem in appella. à diffinitiua: quia ibi nō tractatur directè de principali q. sed an bene vel male fuerit iudicatum. C. de appel. in l eos. Et ad idem etiam facit d. c. dispē dia. §. reus quoque. vbi tex. dicit, eodem durante iudicio. sed causæ appel. principalis non est idem iudicium: quia diuersus est modus procedēdi in appel. à modo procedendi in principali, & diuersitas processus diuersificat iudicium, etiam inter easdem personas, vt inf. de test. veniēs. 2. q. 6. c. si Episcopus. 6. q. 4. c. Osius. in quibus de hoc: ergo, &c. secūdum Io. de Fantu. & idem tenet Zenze. pro quo facit, quia causa possessionis & proprietatis debent coram eodem iudice tractari, vt dixi sup. eo. ar. fal. 7. & tamen si super vna appellatum sit, tractabūtur coram diuersis, secundum Io. And. in d. c. dispendia. & sic etiam residet ibi dom. Dominicus.

¶ Sed aduerte: quia si fuit impetratus idem iudex delegatus super duabus personalibus actionib. si reus appellauerit super vna, videtur quòd iudex non possit procedere super alia: si prima non est finita, cum sit effectus suspectus appellanti, vt cap. ad hæc si in vna. inf. de appel. Ex quo videtur sequi ꝙ cōmodius esset posse super diuersis actionibus personalibus, ad diuersos diuersas literas impetrare: quia altero pronunciāte à quo sit appellatum, alter poterit procedere, & sic non supersedebitur, & sic videtur quòd non sit commodius ad eundem iudicem literas impetrare, contra d. c. fi. supra de rescr. & prædictum c. dispendia. de rescr. lib. 6. & ea quę superius dicta sunt. Et ad hoc contrariū potest responderi, prout respondet Io. Andr. in Glo. super verbo, quæstionibus. in d. c. dispendia. vbi dicit post Ber. ꝙ iniquitas iudicis qui perperam processit, non facit ꝙ reus propter hoc trahi possit coram alio iudice:

sed actor expectabit donec appellationis causa sit finita, & sibi imputet qui talem iudicem impetrabit, & si causa appell. fuerit pronunciata iusta, actor post modum studeat alium iudicem impetrare: aliter si fuerit iniusta, procedet in alijs.

¶ Sed aduerte: quia sola appellatio non videtur sufficere ad suspendendum potentiam procedendi super alia causa: nisi adiuncta fuerit recusatio, vt tractatur in d.c.ad hoc. & in c.proposuit. inf. de appel. & sup. dixi in 10.prin.art.q.7.vnde voluit Abb.quē communiter sequuntur Doct. ꝙ sola appellatio sine recusatione non impediat, licet Glo. sentiat contrarium in d.c.ad hoc. Sed non est materia nostra, vide ibidem. Sed redeundo ad materiam, Host. dicit ꝙ hoc casu licet appelletur ab vna: tamen iudex appellationis cognoscet de omnibus causis.

¶ Et sic cognoscet etiam de causa, ad quam non est appellatum, & hoc ratione connexitatis.ar.c.translato.supra de const.& c. prudentia.§.penu. & c.praeterea.supra de offi. deleg. facit quod dixi supra in c. praeced.in 6.prin.ar.in 21.fallen.in opin. Ioan.And. Sed haec opinio non placet Io.de Fantu. qui dicit, ꝙ licet iudex ad quem, pronunciet appellationem legitimam: non tamen potest cognoscere de alia causa: Sed solummodo de illa causa in qua appellatum est, vt no.Glo.in Cle.vnica, de causa poss.& proprie. quia licet ipse facta dicta pronunciatione succedat in locum iudicis à quo, vt in d.c.vt debitus.inf.de appel. illud procedit solummodo quo ad principalem causam tantum, in qua incidit grauamen à quo fuit appellatum: non autem quo ad aliam causam separatam, secundum eum. do. Dominic. in d.c. dispendia.dicit, ꝙ credit considerandam formam commissionis: quia aut iudex qui delegat causam appellationis, dicit ꝙ iustificata appellatione procedat in causa, iuxta continentiam priorum literarum, & tūc poterit de alijs cognoscere. & ita procedat opi. Hostien.& de ista forma committenda, patet in c. exhibita.in fi.de iud. Aut superior iudex committit sibi causam appel.tantum, & tunc etiam illa iustificata, non poterit cognoscere de causa princ. vt no.Vinc. in d.c.vt debitus.& probat tex.in d.c.exhibita. Aut committit causam appel. & principalis super qua est appellatum, & tunc oportet super alijs separatis nouum iudicem impetrare, & ita procedat Glo. super verbo, quaestionibus.in d.c. dispendia.quae consideratio videtur esse satis aequa. & vide quod dixi sup. in 10.princip.artic.in 7.quaest.princ.in opinió.Ioan. Andr. & Cyni.

40 ¶ † Quintò limitatur, si modo quis pēdente causa princip. quam habet coram vno iudice delegato super actione personali, vellet impetrare alium iudicem super alia actione personali: quia non potest, vt dictum est. secus si pendente vna quaestione ille qui impetrauit appellauit & pendente appellatione impetrat alium super alia actione personali: quia potest: quia nō compellitur impetrare illum à quo appellauit, secundum Innocen. Compost. Io.Andr. & Doct.in d.c.dispendia. per ea quae dicta fuerunt in praeced.limi. Sed aduerte: quia licet Docto.ita simpliciter transeant: tamen fortè limitandum est si sit appellatum à sententia diffinitiua: vel si fortè appellatum est ab interlocutoria, iudex à quo detulit appellationi, vel à superiore transmissa est sibi inhibitoria: ita quòd in illa causa princ. non potest iudex à quo amplius procedere, quia ligatae sunt manus suae: secus si praedicta cessarent, quia nec detulisset appellationi, nec inhibitoria fuit trāsmissa: quia tūc negari non potest ꝙ ipse non procedat super princ. Et ideo non poterit ad alium iudicem literas impetrare. Sed eo casu quo iudex detulisset, vel trāsmissa esset inhibitoria: notabis quòd res poterit deuenire ad casum à quo non potuit incipere: nam si iudex ad quem pronunciabit super appellatione à grauamine malè appellatum, & interea alius iudex fuit impetratus, redibit illa alia causa prin.ad priorem iudicem, vt d.c.vt debitus. eodem tempore per viam primae impetrationis, vna actio personalis tractabitur coram vno iudice, & tamen contra eundem eo.tempore alia actio personalis tractabitur coram alio iudice, per alias diuersas literas impetratas.

41 ¶ †Sextò limitatur, si modo quis vellet super alia actione personali impetrare alium iudicem, contra eundem durante prima causa: Secus si finita prima lite vellet impetrare alium iudicem super alia actione personali contra eundem. hāc limitationem tenuerunt quidam Doct. antiqui: moti, quia dictum c.fin.de rescrip.& d.c.dispendia.intelliguntur, quādo actor trahit reum eodem tempore ad diuersos iudices: vel vna causa pendente coram vno, trahit eum super alia ad alium iudicem. Sed Bernardus in d.c.dispendia. cuius opin. videtur approbare Ioan. Andr.ibi in glo.in verbo, quaestionibus. tenet contrariam sententiam, quòd etiā vna lite finita coram delegato super act. personali, non posset quis super alia actio. personali contra eundem alium iudicem impetrare, vt refert glo. praedicta. Vinc.Hostien.& Archid.concordant opiniones, quòd aut tempore priorum iudicum erant ortae aliae quaestiones, super quibus vult nunc impetrare alium, vel alios iudices, & procedit opin. Bern. & Io. Andr. Aut non erant ortae, & procedit opin. contraria. Nam vt dicebat Host. absurdum esset, quòd si semel impetraui iudicem contra te, non possim contra te impetrare aliū, quàm illum, vt sic quodammodo videatur ille effectus iudex ordinarius inter nos. Et sic residet Ioan. Andr.in Nouella. Io.de Fant. dicit, quòd sibi videtur indistinctè vera opinio Hostien. quòd finita prima lite, indistinctè posit alium impetrare. Et hoc probat tex.in d.c.dispendia. ibi, eodem durante iudicio. Et ibi, mouere voluerit. sed dicit ibi dom.Do. quod verbum, eodem durante iudicio, nō facit pro ista parte: quia non ponitur ibi in prin. sed in §. proxi. Sed verbum, mouere voluerit, melius facit: quia à contrario videtur, quod si nō vult mouere plures, non adstringatur eosdem impetrare. Sed dici posset, quòd etiam verbum, eodem durante iudicio, facit, licet ponatur in alio.§.quia.§.ille qui immediatè sequitur, loquitur in prin.per implicatiuā, quoque. Dicit enim, reus quoque si eodem durante iudicio, &c. Nam dictio, quoque, est implicatiua. Instit. de rerum diuisio. §.apium. & l.si societatē. la finale. ff.pro soc. & natura eius est repetitionem inducere praecedentium cū seq. vt in l.in repetendis. ff.de leg. 3.& in l.Seia.§.Caio.ff.de fun.instru.no.Oldr.cons. 103. & denotat quandam similitudinem, vt no. Io. And.& Archid.in c.quorundam. §.fin.de elect.lib. 6.& no. in l.2. ff. pro haerede. & ista opin. plus mihi placet.

placet. quinimò plus voluit Specu. in titu. de rescrip. præsen. §. fin. versic. quid si super diuersis. quod licet quis à principio impetrauerit super diuersis personalibus actionibus literas ad diuersos: si tamen non conuenit reum nisi coram vno super vna causa, ꝙ causa illa finita poterit coram alio, per alias literas à principio impetratas conuenire reum. Mouetur: quia solùm attenditur ipsius rei côuenti incommoditas, vt eodem tempore non fatigetur coram diuersis, vt ff. de arbit. in l. si cum dies. §. si arbitror. Sed diuersis temporibus trahere coram diuersis, nô est vexare, secundum Specula. Sed tu aduerte: quia licet ista opinio sit satis æqua: tamen in terminis Spec. videtur dubium, ex eo, quia cap. dispendia. videtur annullare impetrationem. Ad quod vide, quod dicam in seq. limit. quod tamen mihi videtur esse satis durum: tum quia nulla incommoditas sequitur, ꝙ videtur exigere tex. in d. cap. fin. tum quia ex hoc sequeretur, quòd si solùm conueniret reum corã vno iudice, etiam non valeret illud iudicium, si literæ essent penitus nullæ: tum quia c. dispendia, videtur considerare ipsa litium dispendia, quæ ratio cessat in terminis nostris, cogitabis. & vide quæ dicam in seq. limit.

42 ¶ † Septimò limita, quòd procedit d. 12. fallent. Si modo pars excipiat, quòd non possit eodem tempore coram diuersis iudicibus delegatis, super diuersis actionibus personalibus trahi, secus si non exciperet: quia cum hoc beneficium sit personale concessum ipsi reo, propter quod alteri non præiudicatur, potest ipse suo fauori renunciare. infra de regularibus. c. ad apostolicam. cum alijs vulgatis. Sed aduerte: quia Bern. & Innoc. quos sequitur glo. super verbo, valeat. in d. cap. dispendia. tenent contrariam sententiam: eo, quia aliàs illa constitutio nihil videretur addere ad cap. fin. supra de rescript. Et subdit Innoc. quòd Curia Romana ita seruat. Sed Compostel. in cap. super literis. supra de rescript. in glo. hic quæritur, post principium, tenet primam opin. Et hoc videtur æquum Io. Mo. in odium negligentis vti beneficio d. c. dispendia. & fortius dicit procedere, quando esset lata sententia pro reo, vt tunc valeat, cum fauore ipsius, & odio impetrantis illa constitutio emanauerit. ar. l. nô eo minus. C. de procura. facit infra vt li. non contest. cap. quoniam. ver. vel saltem. Et hoc tenet Francis. Vercel. in reo præsente & tacente, sed secundam opin. glos. & Innocent. tenent Hostien. & Archid. in d. cap. dispendia. Nam dicit Hostien. quòd cum literæ sint nullæ, non possunt validari per consensum partium. supra de elect. c. auditis. sic nec potest iurisdictio finita per consensum partium validari. supra de offic. delega. cap. significantibus. Ratificatio enim fieri posset, quando literæ non essent nullæ: sed exceptione elidibiles, quando essent datæ pro commodo priuato ipsarum partium: secus si pro publico. arg. c. si diligenti. supra de foro compe. Inno. vero distinguebat inter tacitum partium consensum & expressum, vt primo casu nô validentur: quia reus videtur potius errare, vel ignorare defectus, vel vereri, aut timere iudicem, quàm consentire. Secundo casu, videtur per expressum consensum prorogare iurisdictionem, maximè quia per tales literas videtur aliqualis iurisdictio imprimi. ar. cap. cæterum. supra de rescript. Sed dicit Ioan. And. in Nouella, in d. cap. dispendia, quod est graue defendere, quòd expressus consensus hic posit, & non tacitus. Et ideo Archid. reprobat dictam distinctionem, alleg. c. suam. infra de pœnis, secũdum vnam lecturam. & sic residet Io. And. Ioan. de Fant. dicit, quòd decisio huius dubij dependet ab alio dubio: an literæ dicantur nullæ vel validæ, & ope exceptionis irritandæ. ipse tenet, quòd dicantur nullæ, per tex. in d. c. dispendia. & ideo expresso partium consensu, non possunt ratificari, per c. significantibus. & c. P. & G. supra de offic. delega. Et istam opinionem sequitur etiam d. Dom. in d. c. dispendia. & hæc opin. videtur mihi verior de iuris rigore per textum illum, dum dicit, omni commodo careat literarum, & demum etiã subditur, quòd processus habitus per easdem sit ipso iure nullus: quamuis satis æqua videatur esse opinio contraria: maximè si lata esset sententia pro reo, sicut in sim. li dicimus in d. l. non eo minus. Et sicut in simili dicimus de alienatione facta de rebus Ecclesiæ vel pupilli, aut minoris, in casibus non permisis à iure, vel sine debitis solennitatibus: quæ licet sit nulla, tamen si redit in fauorem Ecclesiæ vel minoris, potest ratificari: nec potest per aliam partem annullari, vt tractatur per Innoc. & Doct. in c. 1. de rebus Eccles. non alien. lib. 6. & per d. authen. & Io. de Imo. in c. si quis præsbyterorum. inf. de reb. Eccles. non alien. & per gl. & Io. de Imo. in cap. 1. ne sede vac. facit quod no. glo. in l. cum ij. §. causa. ff. de transac. & quod no. in l. iubemus. §. si quis colludente. & §. si quis à pupillo. ff. de actio. emp. & Barto. in l. 1. ff. de leg. 3. & probatur 12. quæst. 2. in c. si qua de rebus. tex. & Doct. maximè Imo. in l. filio præterito. ff. de iniusf. test. in quibus tractatur, quòd quotiescunque actus redditur nullus fauore alicuius, ita demũ debet dici nullus, si talis dicat nullum, vt d. l. filio præterito. & l. 1. & 2. ff. si ager vectigalis. in hoc tamen posset considerari differentia: quia potestas contrahendi nô est funditus nulla: sed potestas iurisdictionis exercendæ, est funditus nulla, in eo qui nullam habet iurisdictionem: nec potest aliquo expresso, & minus tacito partium consensu validari, vt l. priuatorum, C. de iurisdict. omn. iud. cogitabis. Sed aduerte: quia arbitror posse distingui, quòd aut loquimur in eo, qui contra eum impetrat diuersas literas super pluribus actionibus personalibus, & illis vtitur trahendo reum ad diuersos iudices, & habet locum disceptatio prædicta. Aut impetrat diuersas literas contra eundem super eadem actione, & eum citari facit primò coram vno, secundò coram alio, & tunc satis dubito, & potius videtur, quòd si pars non excipiat, iudicium teneat: & fortius si consentiat, expressè. moueor: quia cap. fin. supra de rescript. non annullat ipso iure impetrationem, nec processum: sed simpliciter dicit, literarum commodo careant, & sic loquitur per verbum futuri temporis, & sic videtur necessaria sententia, secundum ea, quæ notaui in cap. si diligenti. supra de foro compet. Nec obst. tex. in dicto c. dispendia. de rescript. lib. 6. quia ille tex. solùm addit ad cap. fin. quando super pluribus actionibus personalibus literæ fuerint impetratæ, sed quando super eodem negotio essent impetratæ nihil ibi dicitur, & sic super vno negotio remanet dispositio dicti cap. fin. & ita potest intelligi

gi c. ex tenore. supra de rescript. vt dum tex. ibi dicit, commodo careat vtriusque, intelligatur scilicet, per exceptionem, nō ipso iure, maximè, quia secundæ literæ videntur subreptitiæ, & subreptio non annullat literas ipso iure, vt in c. super literas. de rescri. nisi diceres, quòd hic actor videtur personale impetrare, vt d. c. ex tenore. & sic videntur ipso iure nullæ, vt d. c. super literis. Item quia ex quo per ius antiquum, videlicet per d. c. fi. præced. duo casus sunt æquiparati, quando super vno negotio, & quando super pluribus plures literæ sunt impetratæ, ideo cōstitutio d. c. dispendia. declarans d. c. fi. recipere debet qualitates capitu. fina. per ea, quæ superius dixi. & ad verbum, careant, positum in c. fin. & verbum, careat, positū in c. ex tenore. posset respōderi, quòd sunt præsentis temporis, & non futuri. Cogitabis, quia de nouo venerunt in mentem.

43 ¶ † Octauò limitatur prędicta 12. fallen. si modo conuentus prius coram vno iudice cōparuit coram illo, nec fuit cōtumax: Secus si in primo iudicio fuit contumax, nec purgauit contumaciam. Nam hoc casu non potest excipere coram secundo, quod fuerit tractus coram alio iudice, quia non potest vti beneficio primæ instantiæ, ex quo eam non approbauit comparendo. arg. optimum in l. sancimus. C. de iudi. quia si in eadem instātia non auditur, nisi prius purget cōtumaciam, vt ibi: longè fortius non debet audiri in ista. Et hoc videtur de mente Barto. in l. sepulchri. ff. de sepul. vio. Ita concludit Domi. meus super d. glo. fin. in c. fin. supra de rescript. & fuit etiam hæc opinio Bart. in l. & post edictū. ff. de iud. & hoc tetigi in c. penul. supra de fo. compe. in 15. prin. ar. in 2. membro. ver. primò limitatur. quasi in fi. tenet D. Ant. in c. qualiter. el 2. de accu. & ibi dixi. facit quod dicam statim de excusatione à pęna, in 12. prin. arti. Intellige tamen hanc limi. quando ipse actor qui fecit citari reum in termino, non fuit etiam cōtumax, sed comparuit & accusauit contumaciam rei, aliàs secus. ar. per l. properandum. §. 1. C. de iudic. ibi dum tex. dicit, contumaciam accusantis. Ita reperio limitare D. Ioan. de Petru. in d. l. vbi acceptum. quod mihi videtur satis æquum, quia nō videtur, quòd actor possit opponere de contumacia, quando ipse pariter fuit contumax, per no. glo. in verbo, venienti. in c. 1. de dolo & cōtuma. lib. 6. & per regulam. l. si ambo. ff. de compen. cum simi. Item prædicta limitatio procedit in reo contumace, quando reus ipse recusaret expensas reficere, & cōtumaciam purgare, quā commisit in prima instantia, seu iudicio. facit d. l. sancimus. & sequitur pręfatus Ioan. Petrucius in d. l. vbi acceptum. & ad materiam vide quæ latius dicemus in titu. de do. & contuma. vbi melius conuenit. Et idem arbitror dicendum, si reus conuentus dedit causam, propter quam actor adiuit alium iudicem: puta, quia cōtemnebat eum. Ad hoc allego textum optimum iuncto exemplo Baldi in l. prima. C. de asser. tol.

44 ¶ † Nonò limitatur, si modo actor transit reum coram alio iudice voluntariè, secus si iudicium esset cœptum propter necessitatem coram vno iudice, non vt tunc, vel vt ibi expediretur, quia tunc poterit perfici coram alio, vt in l. sed & si restituatur. §. sed si dies. ff. de iudi. per quem tex. hoc tenet Bartolus in dicta l. vbi acceptum. vbi textus ponit casum, in quo iudicium inchoatum coram vno finitur coram alio.

45 ¶ † Decimò limitatur, ratione prædicta, si fortè à princip. voluntariè adiuit vnū iudicem: sed ex causa postea superueniente, non potest prosequi coram eodem iudice. Exemplū, Causæ sunt cœptæ in Curia Potestatis, modo illud officium est sublatum, certè putat Barto. quòd causæ quæ ibi pendebant, poterunt perfici coram executore, vel à capitaneo, qui subrogatus est, vel de nouo electus est, vel solus remaneat. ar. d. §. sed si dies. & hoc dicit, salua meliori determinatione, in dicta l. vbi acceptum. Ad quod vide, quod no. in l. 1. in fi. ff. de officio consu. & intellige Barto. quòd adeo desinat officium, quòd non veniat successor, quia tunc dicitur deficere, aliàs expectato successore, nō diceretur desinere officium, per l. proponebatur. ff. de iud.

46 ¶ † Vndecimo atque vltimo loco dic, quòd prædicta 12. fallen. non habet locum in causa hæresis, quia pro illo delicto fauore fidei, potest quis coram pluribus iudicibus eodem tempore accusari, & trahi. Ad quod vide quæ dixi in capitu. penult. supra de foro competen. in 13. princip. articu. versicu. cir. quintum, fallentia prima. Et ex his Deo duce, habes notabiliter expeditum hunc 11. princip. artic. A. B. Est etiam alia fallentia in eo, qui iudicium præparatorium intentauit coram vno iudice, quia iudicium postea pręparatum nō potest intentare coram alio. & ideo coram Episcopo Petri absolutus à iuramento de soluendis & non repetendis vsuris, facta absolutione coram eodem Episcopo, debeo repetere vsuras, secundum Baldum, & Paulum de Castro in l. ordinarij. ff. de rei vendi. per illum textum, & sequitur Pau. de Castro in l. secunda. C. vbi & apud quem. Et per prædicta Domi. Ioan. Bapti. de Sancto Seue. solennis Doctor hoc legens in repett. l. omnes populi. 1. quæst. versicu. hæc videntur vera. col. 14. dicit quòd ille qui corā vno iudice intentauit condi. ex l. diffamari. non potest postea conueniri coram alio iudice, quod mihi non placet, vt dixi in cap. pen. de foro competen. in materia præuentionis, in 4. princ. memb. A. quæst. 12. Ma.

ARTICVLVS XII.

47 Dvodecimo † & vltimo princip. artic. circa materiam titu. nostri pro ipsius compleměto, tractandum est de pœna trahentium aliquem, vel aliquos ad diuersos iudices, cum deberent coram eodem iudice conuenire, & sic de pœna trahentis aliquem ad vetitum examen quoad specialem materiam nostram, nam generalem materiam, de pęna trahentis quem ad vetitum examen, ego latè dixi in cap. si diligenti. supra de foro compet. in 17. princip. articu. illius titu. per septem principales quęstiones, & ibi videas. vnde solummodo hic superest, vt tractemus de hac pœna, quando contra iuris prohibitionem trahit ad diuersos iudices super eadem, vel pluribus causis. In quo articulo sic arbitror distinguendum, quod aut loquimur in delegatis, aut in ordinarijs. Primo casu dic, quòd aut quis impetrat vnum vel plures delegatos per diuersas literas super vna causa, aut super diuersis, cum debuisset impetrare ad eundem vel eosdem. Sed tamen ipsis

literis

literis non est vsus, & hoc casu, nullam aliam pœnam patitur, nisi quòd caret commodo literarum hodie ipso iure, per c. dispendia. de rescr. lib. 6. quamuis alij & hodie aliter sentiant. Ad quod vide, quod dixi in præcedenti artic. versic. septimò limitatur. & ita communiter tenent Doctores in d. cap. dispendia. & in c. fin. supra de rescript. vbi hoc etiam tenet Zab. Nec ob. l. nulli. C. de iud. vbi tex. vult, quòd sit puniendus: quia intelligitur, quando non stetit in meris finibus impetrationis, sed vsus fuit literis. de quo dicam in sequen. casu. Si verò quis non solùm impetrauit, sed vsus fuit literis trahendo reum ad diuersos iudices: dico, quòd debet carere omni commodo literarum, & processus est nullus, & debet in expensis legitimis condemnari, vt d. cap. dispendia. quinimo arbitror, quòd debeat condemnari aduersario suo conuento ad damna, quæ propter hæc passus est, tex. in d. c. fin. & quamuis tex. in d. cap. dispendia. nihil dicat de damnis: tamen declarari debet & suppleri ab illo ca. fin. interpretato à d. c. dispendia. per ea, quæ dixi in præced. articu. maximè in 1. limitatione. Aduerte tamen: quia licet glo. in d. c. fin. in vers. super vno negotio. arguat, quòd talis debeat admittere causam, sicut ille qui petit hominem liberum tanquam seruum, in diuersis iudicijs, vt l. 1. §. fin. C. de asser. tol. tamen glo. fin. in c. ex tenore. sup. de rescript. concludit, quòd faciens citari aduersarium coram diuersis iudicibus, non debet perdere causam, sed satis est, quòd condemnetur in expensis secundi iudicij. Et sic intelligenda est l. vbi acceptum. ff. de iud. Non obst. dic. §. fin. quia loquitur in casu speciali fauore libertatis, secundum glo. prædictam opinio. etiam tenent Innoc. Dom. Anto. Dom. M. Zab. & Bal. & communiter Doct. in d. c. ex tenore. & in d. cap. fin. de rescript. & tenet Bald. in d. l. nulli. C. de iudi. & Gul. de Cun. in l. nemo. C. de iurisd. omn. iu. & Ang. consi. 249. quãuis Vltramon. Pet. & Cyn. tenuerint contrarium, vt statim dicam. Ego vero arbitror, quòd respectu iudicum delegatorum, de quibus nunc agimus, solummodo patiatur pœnas, de quibus in d. cap. fin. & in d. c. dispendia. & in d. l. nulli. in quibus nihil dicitur de amissione causæ: de iure tamen ciuili videtur, quòd talis ex officio iudicis veniat puniendus, vt dicit tex. in l. nulli. & sic pœna extraordinaria, & per consequens arbitraria: ex quo pœna certa non statuitur, vt no. gl. in cap. super his. infra de accus. & vide iura quæ ibidem allegaui. Et prædicta procedunt per viam principalis petitionis ab eodem: sed per viam reconuentionis, si causa pendeat coram delegato, vide quod dixi supra in cap. præced. in quarto princip. articu. quæstio. 3. Et an eo casu valeat processus, si nihil opponatur. vide ibi in 4. quæst. Et ex prædictis apparet, quòd in prædictis casibus non intelligitur vetitum examen, per quod quis debeat causam amittere, secundum ea, quæ dixi in c. si diligenti. de foro compet. in 17. princ. articu. maximè in 4. primis quæstionibus, & aliquid etiam in prosecutione illius art. & supra remisi, in princ. istius artic. Secundo verò casu principali, cum loquimur de iudicibus ordinarijs distingue, quòd aut trahit reum coram duobus diuersis iudicibus eodem tempore pro eodem negotio, & hoc casu, si seruus tractus esset ad tale vetitum examen, per quod essemus in pœna amissionis causæ, propter aliam qualitatẽ & causam, quàm dẽ ea de qua hic agitur, & tunc serua, quod latius dixi in d. c. si diligenti. in 17. art. Si verò quæritur de pęna ex hac sola nostra causa: quia prius traxerit ad alium iudicem eodem durante iudicio, dic quòd Vltramont. & Pet. quos etiam sequitur Cyn. in d. l. nulli. C. de iu. tenent, quòd debet amittere causam per l. 1. in fi. C. de asser. tol. per quem tex. etiam hoc firmant in d. l. fin. sed Bald. ibi alleg. Bern. tenentem contrarium in cap. ex tenore. de rescript. cuius opin. sequitur Bald. dicens, quòd ille. §. loquitur in casu speciali fauore libertatis, & idem etiam tenet Bald. in d. l. nulli. sed primam opinionem Petr. quòd talis perdat causam, tenet Ioan. An. & post Hostien. in d. c. dilecti. supra de foro compet. in eo, qui elegit trahere reum coram vno iudice, cum haberet plures iudices: dicit enim quòd caueat actor, ex quo elegit vnum iudicem, ne recurrat ad alium: si non vult cadere à causa, per l. vnicam. in fi. C. de vsucap. transfor. Sed corruptè allegat: nam vult allegare d. l. 1. in fi. C. de asser. toll. Et prædictam opinionem etiam tenet Ang. in l. fideicommissum. §. tractatum. ff. de iud. per dictã l. 1. in fi. & etiam alleg. Gul. hoc tenentem in l. 1. C. de iurisd. omn. iud. Nec ob. l. argentarius. §. fi. ff. de eden. quia ibi instantia erat finita, secundum Ange. Sed iudicio meo, illa lex non meruit allegari pro contrario: quia non loquitur in terminis nostris, vt ibi patet. & eandem opinionem tenet Ang. in l. cum procur. §. si dominus. ff. de ope. no. nunc. per dictã l. 1. §. fin. Sed dicit ibi Ioan. de Imo. ꝙ contrarium communiter tenetur, quinimo plus subdit ibi Ioan. de Imo. quòd ad hoc vt secundum iudicium intentatum coram alio iudice pendente primo non procedat: debet reus opponere de alio iudicio, aliàs si litem contestaretur, sibi imputandum esset, & esset duplex instantia. arg. leg. properandum. C. de iud. & no. per Innocent. in c. cum contingat. de offic. deleg. & cap. cæterum. & c. pastoralis. de rescript. faciunt quæ dixi in c. pen. supra de foro compet. in 12. princ. artic. vers. circa 5. ar. fall. 3. Conclude ergo secundum communem opin. de quo etiam supra tactum fuit in præceden. casu, quam tenent communiter Docto. in d. cap. ex tenore. & cap. fi. de rescript. quòd regulariter propter causam prædictam actor non amittit causam: nisi in illo casu speciali. l. 1. §. fin. quando quis illum qui se gerebat pro libero, primò asseruit seruum suum coram vno iudice, & pendente iudicio pro eodem negotio vocaret eum ad alium: quia tunc amittit causam, quod est verum, nisi hoc contigisset culpa rei conuenti, vt dicit ibi tex. & potest figurari exemplum, quando reus conuentus contemneret primum iudicem. Nam tunc absque aliquo pœnæ metu potest coram alio iudice conueniri, quod est nodignum, secundum Bald. ibi. facit, quod dixi supra in præceden. princip. articu. versicu. 8. limitatur. Et idem arbitror, quando id contingeret ex alijs legitimis causis, de quibus latè dictum fuit in præced. vndecimo princip. articu. in limit. 8. 9. & 10. Ex his, Deo duce, habes hanc materiam mutuæ petitionis & reconuentionis, & de quibus rebus ad eundem iudicem eatur, subtilem & difficilem & inordina. & imperfectam à maioribus nostris traditam, ordinatiorem & clarè expeditam.

De Litis contestatione. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Litis contestatio quid sit.*
2 *Litis contestatio, vnde dicatur.*
3 *Litis contestatio, cum quibus, & per quos fieri debeat.*
4 *Lis an dicatur contestata cum primo, si dato libello contra vnum, tertius compareat pro suo interesse.*

ONTINVATVR ad præcedentes hoc modo: quoniã post libelli oblationem & mutuas petitiones sequi debet litis contestatio: ideo subijcitur hec Rubrica, & de materia ipsius habetur 3.q.3. c. offeratur. & repetitur in 6. Cæterùm, iuxta morem consuetum, pro clara & ordinata doctrina præsentis ti. & sequentis, prosequar infrascriptos principales articulos.

¶ Primò, quid sit litis contestatio, & vnde dicatur. & de hoc in hac Rubrica.

¶ Secundò, per quos, & cum quibus fieri debeat. & de hoc in hac Rubrica.

¶ Tertiò, an sit necessaria litis contestatio. & de hoc in c.1. infra eodem.

¶ Quartò, in quibus causis & casibus requiratur, & in quibus non. & de hoc in c. quoniam. in princ. inf. vt lite non contest.

¶ Quintò, vbi, seu coram quo fieri debeat, & de hoc in c.1. inf. eodem.

¶ Sextò, quando fieri debeat. & de hoc in c.1.

¶ Septimò, an quis possit compelli ad litem contestandam, & quibus casibus, & quibus remedijs, & de pœna nolentis litem contestari, & propter quas causas excusetur. & de hoc in c.1.

¶ Octauò, qualiter debeat fieri litis contestatio, & qualiter facta intelligatur, tam expressa, quàm tacita. & de hoc in c.1. inf. eod.

¶ Nonò, qualiter probetur. & de hoc in cap. quoniam. inf. eod. titu. proximo.

¶ Decimò, de effectibus contestatæ litis. de quo in d.c. quoniam. in fi.

¶ Vndecimò, qualiter, & per quos actus lit. contestat. & eius effectus traduntur. de hoc in dicto c. quoniam.

1 ¶ † Primò igitur artic. quæro, quid sit litis cõtest. Sol. Glo.1. in c.1. inf. eo. dicit, quod li. contest. est negocij principalis hinc inde apud iudicẽ facta narratio, & subsecuta rñsio. & ista fuit diffinitio Bulg. Azo. & Trancredi. quam secuti fuerunt quasi omnes antiqui, vsque ad Host. sed Host. in d. cap.1. & in sum. eo. ti. §.1. dicit, ꝙ dicta descriptio destruit: quia per positiones & respõsiones narratur hincinde negotium coram iudice, & tamẽ non fuit litis contest. vnde Host. sic describit, ꝙ lit. contest. est fundamentum iudicij per petitionẽ in iure propositam, & congruam responsionem subsecutam, animo contestandi litem: quo omisso, si in figura iudicij procedatur vexantur inanibus laboribus & sumptibus litigãtes, & hãc diffinitionem sequitur Io. And. in c.1. & omnes Doct. D. Ant. Do. Ma. Zab. & Io. de Imo. & etiã Spec. eo. ti. §.1. & prosequuntur Host. & Doct. singula prædictæ diffinitionis verba: sed prædicta diffinitio non placet mihi: quia vt ex infra dicendis apparet, est defectiua, & non conuertitur cum suo diffinito, & sic non bona, per l. omnis diffinitio. de reg. iur. iuncta l.1. ff. de dolo. Est aduertendũ, quòd quædam est li. contest. propria & expressa: quædam tacita, quæ fit per processum ad vlteriora, secundum ꝙ dicam inf. in 8. prin. art. Li. contest. propria & expressa videtur mihi sic describenda, ꝙ est actus iudiciarius, per quem in iudicio ordinario, vel arbitrarij iudicij instar habente, facta narratione & petitione expressa vel inclusa, negotij principalis in scriptis per actorem corã cõpetenti iudice pro tribunali sedente, vel arbitro ipso: maximè iudice vel parte interrogante, seu parte, intentione sua insistente: reus respõdet negando, vel confitendo, vel per verba æquipollentia ad li. contest. conuenientia ipsius litis, ac iudicio ordinarij, vel arbitri fundatiuis, & prosequendo singula verba, ideo dixi, quòd est actus iudiciarius, vt ponerem genus: quia omnis bona diffinitio, vt
a sæpius dixi, debet cõstare ex genere & differentijs:[a] sequentia verba ponuntur ad differentiam aliorum actuum iudicialium & extraiudicialium. Deinde subiunxi, per quem iudicio, quoniam extraiudicialium non sit li. contest. 3.q.3.c. offeratur. sup. de libel. obla. c.1. ff. de inter. act. l. voluit. & vt tangam in 5. articu. in cap.1. Deinde subiunguntur verba illa, facta narratione & petitione: quia non sufficit sola simplex narratio: nisi petitio sequeretur. de quo dicam in c.1. in 7. arti. vel arbitrarij iudicij instar habente, per ea, quæ no. in l. rem non nouam. C. de iudic. & per ea, quæ dicam inf. eodem. in d.8. princip. articu. Deinde subiunxi negotij princip. quia per responsionem etiam iudiciariam, quæ nõ fit ad negotium
b principale, sed fortè ad causam emergentem[b] vel similes, non est litis contest. vt l. fin. C. de excep. not. Bald. in l.1. C. eo. in 2. oppo. ad quod vide quod dicam in d.8. artic. & in c. quoniam. in 4. princ. articu. ¶ Deinde subiunxi, in scriptis: quia sicut libellus debet in scriptis porrigi, ita & li. contest. de quo dicam in d.8. articu. vnde in quibus casibus non requiritur libellus, non videtur requiri li. contesta. vt dicam in d.8. artic. ¶ Deinde subiunxi, per actorem: quia petitio ad actorem pertinet. ¶ Deinde subiũxi, coram iudice competente: quia si fieret coram iudice incompetenti, non valeret, per l.1. & 2. C. si à non competenti iudice. ideo subiunxi, pro tribunali sedente, per ea, quæ dicam in c.1. in quarto princip. articu. ¶ Deinde subiũxi, ipso maximè iudice, vel parte interrogante: per ea, quæ dicam in c. quoniam. 8. arti. ¶ Deinde subiunxi, seu intentione sua insistẽte, per ea quæ dicam in d.8. artic. ¶ Deinde subiunxi, reus respondet negando vel confitendo, per ea quæ dicam in 8. articu. ¶ Deinde subiunxi, vel per verba æquipollentia ad lit. contesta. conuenientia: quia non solùm per negationem vel confessionem: sed etiam alijs plurimis verbis inducitur lit. contestat. dummodo sint conuenientia ad li. contest. de quibus

ADDITIONES.

a ¶ *Dummodo conuertatur cum diffinito satis est, vt per D. Phil. Decium in Rubr. de proba. in scho.*

b ¶ *Et quid sit emergens, quid incidens, ponit Glo. Bar. Alex. & Mod. in l. quod iussit. ff. de re iu.*

bus dicetur latius in d.8.articu. nec est necessarium, iudicio meo, quòd ponãtur illa verba, animo litem cõtestan. quia si essent verba ambigua, & essent apta ad li.cõtest. & etiam possent aliter se habere, & reus diceret non animo li. contest. non esset lis contestata: quia tunc verba non essent conuenientia ad lit. contest. vt patet ex seq. de quo dicam in d.8. articu. ¶ Deinde subiunxi, ipsius litis ac iudicij ordinarij fundatiuus: quia in iudicijs ordinarijs exigitur litis contest. in summarijs non exigitur, vt dicam in d.c. quoniam.in d.arti. ¶ Sed in ordinarijs, sine contest. non tenet iudicium, vt dicam in c.1. in quarto prin. art. & etiã in 10.prin.art.in prin.in c.quoniam.in fi. ¶ Et aduerte: quia licet sint quidam actus qui habeant vim li.contest.quoad certos effectus, quos habet li. contest. prout libellus Principi datus, quoad effectum præscriptionis interruptionis, vt l.1.C.quãdo libellus Principi datus. non tamen propterea dicitur li.cõtest. quod patet: quia adhuc potest iudex recusari, vt in auth.offeratur. C.eo.& sic sequitur, ꝙ sicut non potest dici, quòd sit in prælio, qui potest effugere prælium: ita nõ potest dici lis contest. quãdo quis potest illam effugere. ita dicit Bar. in l.1.C. eo. similiter etiam, licet quandoque citatio habeat effectum præscr.interruptionis, vt l.sicut. in princip. C.de præscript. 30.annorum, non tamen inducitur li. contesta. vt l.1.C.eod.& tangam in c.quoniam.in fi. in 10.artic.

2 ¶ † Sed quæro, vnde dicatur li.contest. Sol. Dic ꝙ dicitur à con.i.simul, & lis, quasi simultanea litis attestatio.attestanť enim partes, & affirmãt iura sua, secundum Do.Anto.in c.1.inf.eo. & Bart. in l.1.C. eo.ex quo videtur inferri, quòd li.contest. non possit fieri altera parte absente: vel dato temporis interuallo, sicut nec prælium corporale, ad cuius similitudinem dicitur li.contest. ad quod vide quod dicam in c.1. in 8.prin. art.

3 ¶ † Secundo princip.artic.per quos, & cum quibus fieri debeat litis contestatio. dicẽdum est, quòd fieri debet per ipsas personas principales, si sint tales quæ possint esse in iudicio, & hoc est clarum. potest etiam fieri per procuratorem, sup. de restit.spol. cap. cũ ad sedem. Item per tutores, curatores, syndicos, & actores. C.de iu. in l.rem non nouam. §.patroni. & inf.de dolo & contum. & inf. de iuram. calum.c. cum causam.ff.de doli excep.in l.si procu.agit. C.de procura.in l.procuratoribus. & l.neque. secundum Tan.in 3.parte sui operis, in princip. & Specu.eo.ti. §.sequitur. & Ioan.Andr.ibi, in addit. secus si principales non haberent legitimam personã standi in iudicio: vt puta, quia minores 25. annis: quia tunc non valet litis contest. quæ cum ipsis fieret, vt l.1. & 2. C.qui legitimam personam, secundum Specul. in d.§.quod intelligo, quantum ad præiudicium ipsius minoris, per notata in d.l.non eo minus. C. de procura.& in casibus, in quibus minores non habent legitimam personam standi in iudicio: aliàs secus per ea, quæ dixi in ti.de iud. Item potest fieri lit.contest. ex vna per principalem, & ex alia per procuratorem vel tutorem, & alium, alieno nomine interuenientem. & no. quòd si iudicium est intentatum contra pupillum vel minorem, aut per ipsum pupillum vel minorem contra alium fiet, li.contest. vel cum tutore aut curatore: vel cum pupillo seu minore data eis electione: tutore tamẽ vel curatore authorantibus eisdem, vt dicit singulariter Bar.in l.1.§.sufficit.ff.de admin. tuto. Item potest fieri etiam per aduocatos partium, vt c.cum causam. inf.de appell. vbi per responsionem seu confessionem factam per aduocatos ad legitimum inducta fuit li.contest. ita no.Spe. eod.tit.§.sequitur.& no.Dom.Anton.Io.de Imo.& Do.Ma.in d.c.cum causam. & ibi notaui. nec obst. c.pastoralis.supra de iud. vbi dicitur, quòd si principalis persona est discreta, debet per se, & nõ per aduocatos factum proponere: quia tex. ille debet limitari per d.c.cum causam. videlicet, quod procedit, nisi præsente clientulo, & non contradicente aduocatus contestetur litem, vel cum parte aduersa: vel cum aduocato partis aduersæ: altera parte præsente & non contradicente. & ita no. Do.meus in d.c.pastoralis, & ibi remisi me hic dicturum, & non solum cum vno: sed etiam cum pluribus agẽtibus & se de-
a fendentibus, potest vnico [a] verbo fieri li.contest. ita dicit Ange.in l.duo rei. ff. de duobus reis. per illum tex. & sequitur Io. de Imo. sicut posset in vna comparitione euadere contumaciam multorum terminorum. de quo forte dicam vel in tit. de dila. vel in titu. de contum.

4 ¶ † Sed circa prædicta quęritur, vtrum dato libello contra vnum, si tertius comparet, pro suo interesse sit lis contest. cum primo vel cum secundo: an vero cũ vtroque? Sol. Hæc quæstio examinatur per Inno.& Host.& Io.An. in c.cum super. inf.de re iudic. & satis intricatè loquuntur. & ibi etiam eã Do. Anton.Dom.meus, & Io.de Imo.ego etiã ibi examinaui. & ideo breui hic me absoluam. dicas ergo, ꝙ aut iste tertius comparet ante li.contest.aut post. Primo casu, aut vult inchoare nouam instãtiam, & potest: dummodo non sit de casibus, in quibus sententia lata pro vno plenè præiudicet alij. de quibus in c.pen. de re iudic. & hoc casu debet dare nouum libellum, & li.contest.facere, secundum Docto. & bene: aut non vult inchoare de nouo, & hoc casu, aut vult assistere, ne fiat conclusio: aut iuuando, & tunc lis contestabitur cum principali: non cum eo. aut vult iudicium in se assumere remouendo reum ipsum conuentum, & tunc cum eo erit lis contestanda, per tex.in c.quoniã.§.in alijs.versi.quòd si super. ibi dum tex. dicit, actoris intentionem excipiat. aut tertius interuenit post li.contest. & hoc casu, Innoc. in c.super.inf.de re iudic. dicit, quòd non est necesse, quòd tertius det nouum libellum, vel quòd contestetur litem: quia sufficit sibi contentio rei principalis, cuius factum videtur approbare, secus si vellet approbare nouam instantiam: vel principaliter prosequi appellationem pro suo interesse, quod dictum non placet Host. Mouetur: quia ratio Innoc. non videtur vera: quia tertius iste nõ videtur posse approbare, quod suo nomine nõ est gestum, vt c.ratum.de reg.iu.in 6.Do.Ant.distinguit, ꝙ aut tertius venit ad impediendum executionẽ, & non exigitur li.contest.quia iudiciũ est summariũ, vt Cle.sępe.de verb. sign.dicam in c.quoniã.inf.tit.1.in 4.prin.art. ¶ Aut

ADDITIO.

a ¶ *Et an possit fieri per solum verbum, credo. Bald. in l. 2. in 3. nota. C. de iuram. calum.*

¶ Aut venit ad fin. vt secum discutiatur principale negotium, & tunc si ius tertij est separatum à iure rei principalis, exigitur noua litis contestatio, & noua instantia. Si verò ius est idem, seu connexum cum iure rei principalis: tunc in casibus, in quibus fieret plenum præiudicium tertio per sententiam latam contra principalem, de quibus in c. pen. infra de re iud. & habet locum opin. Inno. Secus si non fieret plenum præiudicium ipsi tertio: quia tunc nec verè, nec fictè potest dici agitatum cum tertio, seu nomine tertij, & sic procedit opin. Hostien. vnde oportebit, vel quòd ius instantiæ cedatur huic tertio: vel quòd fiat libelli oblatio, & litis contest. faciunt no. per Barto. in l. mutari. ff. de procur. sed Io. de Imo. in d. c. cum super. sequitur Inno. & etiam mihi plus placet, vt ibi dixi, & ibi vide aliquas nouas rationes. Et
a ex prædictis infertur, quòd si colonus [a] vel commodatarius conueniretur rei vend. & do. compareret pro suo interesse, assumēdo in se iudicium, & remouendo reum conuentum: cum tali esset lis cōtestanda: si compareret ante li. contesta. Secus si post, de quo latius dixi in dicto c. cum super. Et si ageretur cōtra aliquem, vt traderet vacuam possessionem domus amotis inde pensionarijs, & die statuta citatus non compareret: sed comparerent pensionarij dicentes, hoc modo esse sciendum: valere li. contesta. facta cum eis, ad quod vide quod latius in cap. primo. de libel. obla. in quinto principali articu. fallent. 57. & sic hoc declara, secundum quod ibi dixi. & ex his habes expeditum secundum principalem articulum.

ADDITIO.

a ¶ *Si dominus non compareat, vtrum iste colonus vel commodatarius debeat litigare impensis domini, videtur quòd sic, per l. cum in plures. §. vestimenta. & ibi Bart. Fulg. & Salyc. ff. loca.*

SVMMARIVM.

1 *Agere potest quis de pluribus rebus eodem libello.*
2 *Persona ecclesiastica agere potest pro iniuria sibi illata.*
3 *Capitulum potest excommunicari.*
4 *Positiones in causis agitandis fieri possunt.*
5 *Delegati causas coram se vertentes, ad Papam remittere possunt.*
6 *Iudex officio suo processum nullum declarare debet, si de ipsius nullitate apparet.*
7 *Litis contestatio, an sit necessaria, & de iudicij substantia.*
8 *Litis contestatio regulariter est de solennitate substantiali iudicij.*
9 *Litis contestatio quomodo, vbi fieri debeat, & coram quo.*
10 *Litis contestatio, an possit fieri coram arbitro.*
11 *Litis contestatio, quando fieri debeat.*
12 *Litem contestari, an possit quis compelli.*
13 *Reus nolens litem contestari, quibus possit excusari causis, & nu. seq.*
16 *Exceptio rei iudicatæ, litis contestationem impedit.*
17 *Exceptio transactionis, litem contestari impedit.*
18 *Exceptiones, quæ litis ingressum impediant, & num. sequen.*
47 *Exceptiones litis contestationem impedientes, quando & qualiter opponi debeant.*
48 *Exceptiones litis cōtestationis impeditiuæ, coram quo iudice opposita in vim dilationis locum sibi vendicent.*
49 *Replicari an possit aduersus exceptiones litis contestationem impedientes.*
50 *Iudex qualiter probatis exceptionibus impeditiuis ingressus, pronunciabit.*
51 *Effectus exceptionum litis ingressus impeditiuarum, quis sit.*
52 *Litis contestatio vt fiat ex parte agentis, quæ requirat.*
53 *Narratio sola ex parte actoris ad litem contestandam non sufficit. quod limitatur, nu. seq.*
62 *Interrogationes & responsiones, an sufficiant ex parte actoris ad litem contestandam.*
63 *Verba actoris, an requirantur ad litem cōtestandam.*
64 *Litis contestatio fieri potest actore absente.*
65 *Verba non requiruntur in litis contestatione.*
66 *Præsentatio rescripti ex parte actoris, an sufficiat ad litis contestationem.*
67 *Responsio, an & qualis ex parte rei requiratur ad litem contestandam.*
68 *Animus, an requiratur ad inducendam litis contestationem.*
69 *Responsiones plures, an requirantur, vbi plura in libello narrantur.*
70 *Negatio vel confessio quando facta censeatur ad ea, quæ principaliter petuntur.*
71 *Actore centum petente, & reo simpliciter negante, si actor de quinquaginta probet, an sit reus in quinquaginta condemnandus.*
72 *Litis contestatio, an inducatur per rei confessionem.*
73 *Litis contestatio, an inducatur per exceptionē peremptoriam, vel dilatoriam.*
74 *Præsentia iudicis an requiratur in litis contestatione.*
75 *Litis contestatio, an fieri debeat iudice pro tribunali sedente.*
76 *Litis cōtestatio, an requirat responsionē illico fiendam.*
77 *Litis contestatio, an censeatur inducta, si reus nec negare, nec fateri se dixerit.*
78 *Litis contestatio, an censeatur inducta, reo dicente se nolle cum aduersario litigare.*
79 *Lis an censeatur contestata, reo dicente se contendendum putare.*
80 *Lis an contestata dicatur, reo se cedere liti dicente.*
81 *Lis an censeatur contestata, si reus se dubitare asserat.*
82 *Litis cōtestatio, an censeatur inducta, reo dicente, non præsumo.*
83 *Litis contestatio, an inducatur, reo nec scire, nec credere se asserente.*
84 *Lis an dicatur contestata, si reus dicat: non credo debere, vel credo debere.*
85 *Litis contestatio, an inducatur per verba, tu mentiris, & similia.*
86 *Litis contestatio, an inducatur post responsionem conditionalem.*
87 *Pronunciatio iudicis pronunciantis litem cōtestatam, an sufficiat: etiam si verba non sint apta ad litem contestandam.*
88 *Iuramentum, an habeat vim litis contestationis.*
89 *Contumacia, an sit loco litis contestationis habenda.*
90 *Litis contestatio, qualiter fiat per procuratores.*
91 *Scriptura, an requiratur in litis contestatione.*

92 *Ordo, an requiratur in litis contestatione.*
93 *Forma clarior litis contestationis, quæ sit.*
94 *Lis qualiter contestari debeat in causa appellationis.*

OLIM INTER. ¶ Non per positiones & responsiones, sed per petitionē in iure positam, & respōsionem secutam fit lit.cont. qua omissa, processus est nullus. Diuiditur, primò ponit processum iudicum, & ipsorum relationem. Secundò, ipsum processum præmissa causa, decernit irritum. Secūda ibi, procuratoribus.& in textu, ibi, sententijs. Dic, ab Episcopo latis contra capitulum. & in tex. ibi, & infra. Dic, ꝙ continet iniurias, sententias, & articulos specificatos, & quòd causa fuit commissa iudicibus, qui processerūt in ea, vt sequitur, & demum ipsam ad sedem Apostolicam remiserunt, secundum Ioan. Andr.& Host. & in tex.ibi, iudices.dic scilicet, delegati, quibus fuerat causa cōmissa, qui si fuissent docti & ignari, fecissent offerri libellum, vt c.1.supra de libel.obla.secundum Host. & Ioan. Andr.in tex.ibi, remiserunt. Dic, quia fortè sic habuerunt in mandatis, vel de consensu partis hoc faciebant, vt per Papam ferretur sententia, vel declararetur de iuribus eorum, secundum Hostien. & Io. Andræam.

1 ¶ †No. primò, quòd quis in eo.libello potest agere de pluribus rebus.de quo per Host. & Io. And.in c.querela. supra de elec. de quo dixi in c.3.supra de libel.obla.in 29.princ.art.q.5. hoc tamen no.non videtur colligi, quia nō apparet, quòd aliquis libellus fuerit porrectus.

2 ¶ †No. secundò, quòd etiam persona ecclesiastica potest agere pro iniuria sibi illata. de quo dic vt latè dixi in c.olim.infra de iniurijs.

3 ¶ † No. tertiò, quòd capitulum [a] potest excommunicari.nam vt hic recitat Io.And. in antiqua continebatur, quòd capitulum irrogauerat iniurias Episcopo, propter quas excommunicauit capitulum, hodie verò vniuersitas non potest excommunicari, vt c.Romana. §.in vniuersitatem. de senten.excom. in 6. dixi latè in c.mulieres. infra de senten. excom. in 7.princ.art.in princ.

4 ¶ †No. quartò, quòd in causis agitandis possunt fieri positiones. fiūt autem positiones ad faciliorem litium expeditionem, vt Clem. sæpe. de verborum signific. de qua materia latius dicam in cap. primo, de confessis.

5 ¶ †No. quintò, quòd delegati possunt remittere causas coram eis vertentes ad sedem Apostolicam: sed fortè sic fecerūt hic, quia hoc habuerūt in mandatis, vel hoc fecerunt de consensu partium, vt dixi super tex.

¶ No. sextò, quod li.conte. exigitur etiam in causa iniuriarum, etiam inter personas ecclesiasticas, & etiam cum agitur de censura ecclesiastica, & ipsius omisio reddit processum nullum.de quo dicam infra in 5.princ.art.

¶ No. septimo, quod hæc regula, videlicet, quod li.contest. non fuerit celebrata, vel alia solennitas iudicialis obseruata, probatur per inspectionem actorum, quia eo ipso, quod non reperitur scripta, præsumitur non interuenisse. de quo per Legistas in l.in illa. ff. de verborum oblig. & vide quod latè dixi in cap.super his. infra de accu. vnde licet præsumatur pro processu & sentētia, & ipsius rectitudine, tamen potest probari contrarium per productionem actorum, ex quibus poterit apparere, an deficiat aliquid substantiale iudicij. facit, quod no.in cap.quoniam. infra de probatio.& per Barto.in l.hi, qui ad ciuilia. C. de appel.

6 ¶ †No. octauo, quod iudex ex officio suo etiam partibus nō petentibus, debet declarare processum nullum, si apparet de ipsius nullitate. ex quo infert Domi.meus, quod partes non possunt etiam tacitè renunciare solennitatibus substantialibus iudicij.de quo aliquid dixi in c.1.supra de libel.obla.in 5.prin. art.& tangam infra eo.in 3.princ.artic.

¶ No. nono, quod per responsionem ad positiones non fit litis contesta.de quo dicam infra, in octauo princ.artic.

¶ No. vltimo ex tex.ibi, in iure propositam.quod ad hoc vt per responsionem factam ad petitionem inducatur lit. contesta. oportet, quod petitio fiat in iudicio, & sic non sufficit, quod libellus mittatur ad domum, & responsio fiat extra iudicium.de quo latè dicam infra in 8.princ.articu.

¶ Glo.oppo. contra tex. videtur enim, quod per positiones & respōsiones ad eas fiat lit.contest. quia positiones fiunt super intentione actoris, & responsiones continent confesionem vel negationem, ergo ex inducta li.contesta. fit simul attestatio, vt dixi in Rubrica, artic.1. in fi.glo. dat duas solu. vnam in prin.aliam in versiculo, & potest satis asignari. Deinde glo.in versic.est autem li.contesta.quærit, quid sit li.contesta.& soluit, & immediatè in versic.quod est ita intelligendum. glo. prosequitur qualiter fiat lit.contest. & qualiter protestatio respondentis impedit li. contestat. & interserit de effectu litis contestat. & in fine ponit vnam quæst. & soluit. In ead. glo.ibi, fieri per positiones. dic de hoc vt dicam infra in 8.art. In ead.gl.ibi, ex ordine litis, dic vt dicam in c.quoniam.in fi.in 10.arti.in fi. In eadem glo.ibi, est autem litis contest.dic vt dixi in Rubr.in 1.artic. In eadem glo. ibi, vnde si aliquis proponat. dic de hac materia, quam glo. prosequitur quasi vsque in finem, videlicet, qualiter li.contesta. fieri debeat, vt latius dicam infra in 8. art. In eadem glo.ibi, non ea mente. dic, intendit ergo glo. quod protestatio partis respondentis ipsius animi & mentis declaratiua, quod non intendit litem contestari, operatur, vt licet aliàs per talem responsionem intelligatur facta li.contest. tamen vigore talis protestationis non intelligatur facta. de quo dicam infra in 8.artic. In eadem glo.ibi, non procedit.nihil valet.dic, de hoc latius dicam in 8.princ.artic. & in c.quoniam. in fi.in 10.princ.artic. infra tit.proxi. in ea.glo.ibi, & potest ratio asignari. dic de hoc vt latius dicam infra in 8. art. in fi. glo. dic vt latius dicam infra in 5. art. & in c.quoniam.infra titu.1.in 10.artic.

¶ Expedita glo.per remisiones descendo ad examinationem materiæ nostræ secundum ordinem articulorum.

¶ †Tertiò

ADDITIO.

a ¶ *Et vtrùm in dubio præsumatur omnes de dicto capitulo deliquisse. vide Socinum in l.tertia. §.fin. ff.de acq.poss.*

7 ¶ † Tertiò princip. artic. tractandum est, an lit. contest. sit necessaria, & de ipsius iudicij substantia: ita vt ipsius omissio vitiet processum ac iudicium, an possit remitti per partes? circa quem articulum tex. est hic, quòd lit. contest. sit necessaria, & hoc idem tenet glo. nostra in versi. vbi ergo. in fi. & ideo quando lit. contest. non procedit, non valet processus, quia cum lit. contest. sit principium, seu exordium
a litis, [a] vt dicit glo. nostra, & no. extra, de offi. deleg. c. super quæstionum. §. 1. & 2. deficiente hoc princ. & fundamento, nihil potest ædificari. 1. quæst. 1. c. cum Paulus. ad hoc etiam facit, quia quidam sunt casus speciales, in quibus valet iudicium li. non contest. vt infra, vt li. non contest. per totum, & latè dicam in cap. quoniam. infra vt li. non contest. 4. princip. articu. ergo in contrarium est ius commune, vt c. 2. de coniug. lepro. & l. 1. in fi. ff. ad municip. & est tex. apertus hic: nam Papa hic pronunciauit processum irritum propter defectum li. contest. & est tex. in l. fi. §. illud. C. de tempo. appel. & ibi no. Doct. & hanc regulam ponit rubrum & nigrum, & maximè cap. quoniam. in princ. infra in tit. proxi. & Hosti. in summa, vt li. non contest. in princ. & illa fuit originalis opinio Azo. quæ communiter approbatur, licet Vgolinus & Marti. voluerint, quòd possit procedi ad diffinitiuam sententiam in ciuili: alias etiam in criminali aliter intentata: dummodo liqueat de causa, vt refert Dom. Anto. sed ipse reprobat hanc opinionem, & stat cum communi opinio. quam tenet glo. fin. & Do. Doct. in cap. 2. eo. tit. lib. 6. per illum tex. qui loquitur per verbum, oportebit, quod de sui natura inducit necessitatem, vt no. in cap. penul. de re iudi. in 6. & l. verbum oportere. ff. de verb. signifi. & procedit dicta regula, siue agatur pro iniuria illata Episcopo, siue pro censura ecclesiastica. tex. est hic, & dixi supra in no. & etiam si agatur de adulterio ad separationem thori, vt cap. 1. vt li. non contesta. alias etiam si agatur causa restitutoria, seu possessorio recuperando, vt c. 2. infra vt li. non contest. & ibi glo. 3. secundum vnum intellectum, qui fuit Goffre. & ibi etiam ponunt Docto. Dom. Anton. Dom. meus, & Ioan. de Imo. & ad idem c. consultationibus. supra de offi. deleg. aliqui tenent contrarium, ad quod vide, quod dicam in c. quoniam. infra titu. 1. in 3. princip. artic. Item habet locum regula prædicta in causa restitutionis in integrum, vt est tex. in c. accedens. infra tit. 1. & secundum alium intellectum, de quo ibi videbimus, & etiã vbi vxor agit contra virum vergentem ad inopiam, secundũ formam l. si constante. ff. solu. matri. & l. vbi adhuc. C. de iure dot. hoc tenet Bart. in d. l. si constante. in 9. quæst. 3. principalis quæstionis. alleg. no. per Spec. in tit. de donat. inter virum. ver. quid si vir vocatus. lite ergo non contestata, nõ potest regulariter procedi super principali: nec possunt fieri positiones, aut testes recipi, aut alia fides fieri super principali, nec aliter ad sententiam diffinitiuam deueniri: sed quicquid sit de prædictis, debet irritum nunciari, vt hic, & supra de elect. cap. dudum. §. licet. el secondo. & si testis produceretur ante li. contest. super dilatoria, non possit compelli iurare, nec deponi super peremptoria, & si iuraret, aut deponeret, non valeret, vt no. in glo. 2. in cap. de testibus. infra de testib. & ibi per Docto. maximè per Dom. meum, & Ioan. de Imo. ad quod vide, quæ dicam in tit. de testib. in articu. de iuramento testibus deferendo, & hoc verum, vbi iuraret super peremptoria opposita in vim dilatoriæ: eo casu quo potest opponi, quod procedit, vt dicam infra eodem, articulo octauo, & infra tit. 1. in c. quoniam. Et per prædicta singulariter dicit Bal. in repet. l. cum mulier. ff. solu. matrim. ver. demum quæro, col. 18. quòd si vxor contra virum accusantẽ de adulterio opponit de lenocinio: cum hoc opponat ad declinandum, quòd si testis super hac excep. recipitur, & exceptio probetur, quòd vxor consequetur effectum suum, & tamen ex quo testis deponit lite non contest. non probat adulterium contra eam, quod est singulare & perpetuò memoriæ commendandum. Sed aduerte, quia videtur, quòd etiam super excep. dilat. fit li. contest. vt no. glo. in verbo, ex confessione. in c. prudentiam. §. sexta. supra de offi. deleg. & Spec. eo. titu. §. quando. versi. & no. secundum Bernardum. sed tu dic, quòd hoc non est verum, & communiter reprobatur per Doct. maximè per Dom. meum, & Ioan. de Imo. in d. §. sexta. de quo dicam infra in d. c. quoniam. in 4. princip. artic. vbi etiam dicam, vtrum super peremptorijs exceptionibus sit necessaria li. contest. quod quidam voluerunt, & no. bene.

8 † Est igitur lis contest. regulariter de solennitate
b substantiali [b] iudicij: qua omissa, non tenet iudicium, vt hic & l. prolatam. C. de sent. quæ regula fallit in plurimis causis & casibus specialibus, de quibus dicam in d. art. 4. in quibus casibus etiam voluerunt quidam, quòd si ambæ partes sunt præsentes, exigatur li. contest. de quo dicam in fi. Sed circa prędicta dubitatur, vtrum partes possunt conuenire, vt procedatur ad receptionem testium, & sententiam diffinitiuam, vt in casibus, in quibus exigitur li. contest. absque ipsa li. contest. vel saltem an possint tacitè omittere li. contest. & videtur dicendum, quòd sic. argu. l. iudicem. ff. commu. diuid. & l. si conuenerit. ff. de re iudic. Si enim potest tota substantia sententiæ remitti in partium voluntate: multo fortius hæc qualitas, argu. l. videamus. §. penul. ff. de in lit. iurando. facit C. de dona. ante nuptias. in l. si constante. & C. de tempo. appel. l. fin. Item, quia illa discussio in causis habetur pro plena, quæ de partium voluntate procedit, arg. ff. de fideicom. libe. l. 4. §. addici. Item, cum per vtramque partem debeat fieri li. contest. si per eas stetit, pro facta debet haberi, vt l. iure ciuili. ff. de condi. & demonstr. & de re iud. nec alter poterit alteri obijcere de omissa li. contest. per l. si ambo. ff. de compen. & ff. de neg. gest. l. ex facto. in fi. Item cum dubium sit, vtrum iudex ex officio suo absque partium consensu sine li. contest. possit pronunciare. C. de episco. & cleric. l. si quis in conscribendo.

ADDITIONES.

a ¶ *Vide scri. in l. causas. C. de transact.*

b ¶ *Imò si esset de substantia, nullo casu sine lit. contest. valeret iudicium, quia lex nõ potest tollere ea quæ sunt de substantia actus. l. 2. ff. de vsufru. earum rerum, quæ vsu consu. glo. in c. 2. de consu. lib. 6. Ang. in consi. 177. vbi dicit, quòd nec Deus potest, & idem tenet S. Thomas in libro, aduersus Gentes. quare dic quòd est de solennitate tantum, non de substantia.*

scribendo. & quomodo & quando iudex. in l. consentaneum. & authen. qui semel. & l. diffamari. C. de ingen. manu. fortius hoc fieri de partium consensu. arg. l. generaliter. C. de Episc. & Cler. & l. tale. §. 1. ff. de pac. Sol. Dic, quòd communis [a] opi. est in contrarium, per tex. ff. de dona. inter virum & vxor. in l. si non secũdum. & C. de sen. l. prolatam. nam li. contestatio est de ordine substãtiali iudicij, nec videtur sine ea res in iudicium deducta. ff. commu. diui. l. vt fundus. & est litis principium. C. de iura. calum. l. 2. infra de verb. sig. c. ex parte. vnde finis sine ea tãquã sine princ. non videtur subsistere. ff. de orig. iur. l. 2. & sine ipsa, tanquam sine fundamento 1. q. 1. c. cum Paulus. & hic in gl. Item non possunt partes suo con sensu iur. regulas vitiare. ff. de admini. tut. l. quidam, secũdum Mar. de Fano qui dixit, quòd pro hac parte faciunt omnes ll. quas assignant glo. pro contrarijs. in l. si quis in conscribẽdo. C. de pac. & hanc op. tenent Spec. & Ioan. Andr. in addi. in titu. de sent. §. iuxta. ver. quid si de partium. & istam opi. tenet Do. meus, per tex. nostrum, per quem dicit, quòd partes non possunt etiam tacitè renunciare, seu omittere hanc solennitatem, & remittit ad no. per eum in c. 1. supra de libel. oblat. & vide quod ibi dixi de libello in 5. princ. art. maximè in 9. opin. & est casus secundum lect. gl. quam sequitur Ioan. de Imo. in l. si conuenerit. ff. de reg. iur. & est communis sententia, quę etiam probatur, quia lit. contesta. est de substantia ordinis iudiciarij, vt dixi, & tradit Spec. in tit. de act. in Rub. & idem Spe. post Azo. in tit. de off. iud. §. postremò. ver. videndum. & tenet Hosti. in summa. in titu. de sententia. §. qualiter. vers. quis est ordo. vbi inter alia dicit, quòd li. conte. est de ordine substantiali iudicij, quem iudex & partes in iudicijs, quę in figura iudicij agũtur, velint, nolint, seruare tenẽtur. de quo latius dicã in tit. de ord. cog. & sic sequitur, quòd huic ordini, tãquam substantiali non possunt partes renunciare, vt l. 1. & auth. offeratur. C. eod. & d. l. prolatam. & in c. de causis. supra de offic. deleg. & ibi per glo. & Doct. faciunt no. in l. nemo potest. ff. de leg. 1. & per Cyn. in l. generaliter. C. ad Velle. & per Oldr. cons. 172. non ergo potest omitti vel remitti. tenet Bal. in addi. Spec. in tit. de sententia. ver. li. contest. & Barto. in d. auth. offeratur. vnde iudex qui videt litem non fuisse contest. non debet procedere ad recipiendum testes super principali, aut ad aliquam attestationem quæ fieri solet post li. conte. aliàs processus est nullus, licet partes nil opposuerint. tex. est hic. & sic nec ad sententiam, vt in rubro & nigro. infra tit. 1. quinimò etiam si causa esset intentata contra duos, si cum eorum altero duntaxat esset lis contest. non valeret sententia contra alterũ, qui non fuit li. contesta. hoc singulariter tenent Do. de Rota, decis. 267. nec obstat, quòd possint ex toto renunciare ordini iudiciarij, vt dicit Host. in d. c. de causis. vt sic iure ordina. omisso, inquirat veritatem, & quòd partes debent seruare eius mandata, quia licet hoc possint, non tamẽ possunt cõuenire, quod procedat omissa li. contest. & idem glo. in c. fi. de re iud. in 6. quia vt dicit Zaba. in d. c. de causis. dictum Host. debet intelligi, quòd valebit quod fiet, non vt actus iudiciarius, sed vt extraiudicialis, virtute pacti seu conuentionis. arg. no. per glo. in l. 2. C. communia vtriusque iudi. & idem tenet Do. M. in d. c. de causis. per no. in c. significasti. supra de fo. compe. potest ergo dici secundum D. meum, & Io. de Imo. ibi, quòd si partes vellẽt, quòd iudex procederet omisso iuris ordine, & quòd valeat in vim processus & sententiæ iudicialis, quòd hoc nõ possunt, vt hic. & l. properandum. C. de iudic. & in Clemen. sæpe. de verborum signific. Sed si vellent, quòd valeat vi pacti, hoc possunt, quia tunc procedat non tanquam iudex, sed tanquam arbitrator, quia sicut partes ex post facto possunt approbare sententiam nullam, & habebit vim pacti, vt d. l. 2. C. communia vtriusque iudi. per glo. & per Baldum in repet. l. 2. ff. de iureiu. Ita & à principio possunt de hoc conuenire, & secundum hunc modum arbitror, quòd sic possunt conuenire circa omissionem totius ordinis iudiciarij. ita & in parte, vt scilicet etiam tunc non valeat vt sententia, sed vi pacti, seu compromissi tanquam in arbitratorem facti. facit, quod statim dicam. Et prædicta procedũt respectu iudicij agitandi coram iudice, sed respectu iudicij, seu cognitionis agitãdæ coram arbitro, licet coram eo lis sit contestata, vt dicam statim in quinto principali articulo, tamen partes possunt conuenire, vt procedatur sine li. contest. & etiam sine alijs solennitatibus substantialibus iudicij: quia sicut Papa vel Imperator, quando dat iudicem, potest remouere dictas solennitates, vt Cle. sæpe. de verbo. signific. & l. 1. post princ. ff. quis & à quo. & l. fina. C. de senten. & latius dicam in titu. de ordi. cogni. ita & partes compromittentes, quia arbiter habet solum illam notionem, quam recipit à partibus. Secus in alio iudice, qui iurisdictionem habet à seipso, & non à partibus. Ita concludit Bartolus in authentica, offeratur. C. eodem titu. in fi. q. & mihi placet. sed arbitror quod tunc non valet, vt compromissum in arbitrum, sed vt in arbitratorem; quia nõ videtur mihi, quod partes possint facere, ꝙ sit arbiter, & omittat iuris ordinem, quia eo ipso, ꝙ omittet, quod ex facto iuris ordinem ex natura arbitrij seruare tenetur, non est arbiter, sed fit arbitrator, [b] sicut in simili dicimus in l. vbi donatur. ff. de dona. cau. mor. facit quod no. in c. cum ad monasterium. infra de sta. mo. & c. 2. de consu. in 6. & per D. meum, in c. fin. qui cler. vel vouen. & c. si conditiones. infra de condi. appos. & alijs iuribus, in quib. agitur de facto. vel cõdictione cõtra naturam, seu substantiam actus gesti. Sed quomodo, pone quod partes simpliciter compromittunt in arbitrum: deinde arbiter procedendo ex voluntate partium sine nouo compromisso omittunt litis contest. vel alium ordinem necessarium. quæritur vtrum valeat processus suus, & sententia seu arbitrium suum. cogitabis, quod nunc venit in mentem ex tempore, tamen arbitror, quod vigore compromissi non valeat, sed potius

ADDITIONES.

a ¶ *Vide Decium, idem tenentem, in c. de causis. extra offic. delega.*

b ¶ *Quod puto procedere etiam si in compromisso dictum sit, quòd sit arbiter. nam ex quo facta à parte arguunt mentem eorum, quòd sit arbitrator, hoc præualebit, nec reijcietur actus, tanquam contrarius pro hoc. l. insulam. ff. de præscrip. ver. no. Corneus in l. non codicillum. C. qui testa. fa. poss.*

tius potest valere vigore nouæ conuentionis. ar. eorum quæ supra dicta sunt. Sed quomodo, circa quê artic. pone, publica attestatio. iudex non inuenit in actis quòd lis sit conte. an feret sententiam, cum sibi non constet, li. fuisse contest. Sol. Dic vt dicam in tit. 1. in c. quoniam. in fi. in 9. princ. postremò no. circa prædicta, quòd licet li. conte. sit necessaria, secundum ea, quæ superius dicta sunt, tamen potest reus effugere li. conte. cedendo ipsi liti, quod latius dicam infra in 7. prin. art. & tangam in 8.

¶ Quartò princi. artic. postquam vidimus, quòd regulariter in omnibus causis est lis contest. videndum esset, qui sint casus, & qui esse possint, in quibus prædicta regula fallat: verum, quia hæc materia principaliter pertinet ad titu. proxi. ideo ibi dicemus de hoc in princ. 3. artic. in c. quoniam. in princ. & ideo descendemus.

9 ¶ † Quinto igitur princ. arti. quomodo, vbi, seu coram quo debeat fieri li. contest. Sol. Dic quòd debet fieri in iudicio. hoc probatur ex his quæ dixi supra in Rubr. arti. 1. & tenet hic Hosti. & post eum Ioan. And. & sequuntur Dom. Anto. Zaba. & Ioan. de Imo. & Doct. communiter. nam licet extra iudicium non contestetur lis. 3. q. 3. c. offeratur. ff. de inter. ac. l. voluit. & supra c. 1. alioquin quicunque aliquis rusticus peteret aliquid ab alio extra iudicium, eo negante fieret li. contest. quod est falsum, secundum Doct. Item debet fieri coram iudice competenti, vt cap. dudum, el secondo, de elect. ibi, per petitionem in iure, & ibi no. Ioan. And. Dom. meus, & Doct. vnde li. contest. facta extra iudicium, vel coram iudice incompetenti non tenet, vt in c. at si clerici. de iudi. & de consuet. cap. ad audientiam, & C. si a non compe. iudi. l. fi. 11. q. 1. in clericorum. fallit in præside, coram quo potest fieri li. contest. inter non subditos super re tempore peritura, vt l. Senatus. ff. de offi. præsi. ita dicit Spec. eo. tit. §. nunc tangamus. dicit tamen ibi Ioan. And. quòd Tancre. in princ. 3. partis, cuius fuit prædicta opinio melius locutus est scribendo casum illius l. quæ non loquitur de nô subditis: sed de familiaribus præsidis, in quorum causis licet præses sit suspectus, tamen quando res est tempore peritura, potest cognoscere vsque ad li. contest. inclusiuè, sed quando li. contest. fieret coram iudice incompetenti, non tenet: nec interrumpit præscrip. secundum glo. & Bal. in l. si pater. C. de sta. defun. quia talis li. conte. pro non facta habetur, vt no. in c. vt debitum. infra de appell. etiam si talis li. contest. fieret per confessionem, prout fieri potest, secundum quod dicam infra eod. art. 8. Si vero examen non sit vetitum, quia non est contra, sed præter. l. & sic eius iurisdic. prorogari potest: sicut valeret li. contest. ita & ante li. contest. standum est confessioni, & sic prorogatio. nec habet locum pœnitêtia, vt l. deposita. §. 1. ff. de pecu. sed tu ad hoc vltimum de confessione, vide quæ dicam in titu. de confess. & debet fieri coram iudice, vt arbitror, pro tribunali sedente, vt probatur in cap. super quæstionum, & lis ante iudi. debeat contestari. per quê tex. no. ibi no. Dom. meus, quòd li. conte. propriè non fit nisi coram iudice, & sic requirit iurisdictionem iudicialem, ex quo secundo ibi infert Dom. meus, quòd coram arbitro non fit propriè li. contest. quia nô est iudex, vt l. ait prætor. ff. de iudi. nec ab eo propriè fertur sentêtia, vt l. 1. C. de arb. sed vt dicit, hoc est verum respectu iudicialis li. conte. sed tamen coram arbi. fin. li. conte. vt statim dicam.

10 ¶ † Quæro igitur nunc, vtrum coram arbitro fiat li. contest. Sol. Glo. in l. 1. C. eod. tenet, quòd sic. nam cum tex. ibi dicit, cum iudex &c. glo. ibi supplet, vel arbi. Mouetur glo. per l. 1. ff. de arbi. vbi tex. dicit, quòd arbitria redacta sunt ad instar iudiciorum, & idem tenet ibi Bal. per l. rem non nouam. in versi. ex compromisso. & §. patroni. in prin. C. de iudi. vbi est bonus tex. qui formaliter dicit, si lis fuerit conte. post narrationem propositam, & contradictionem obiectam in qualicunque iudicio maiore seu minore, vel apud arbitros: siue ex compromisso, vel ambos datos, vel electos &c. & sic ille tex. apertè probat, quòd li. conte. fiat coram arbitro, & idem vult Bart. in auth. offeratur. in fin. quæst. C. eo. & Dom. Anto. Dom. meus, & Ioan. de Imo. in cap. Quintauallis. de iureiur. & ibi Dom. meus, in ver. 2. differentia. vbi volunt, quòd arbiter tenetur seruare ordinem iuris, & idem tenet Spec. eo. tit. §. nunc tangamus, vbi dicit, quòd talis li. conte. fidem facit, & valet coram iud. infra de testib. c. præsentata. & c. cum causam. & l. fi. C. de testib. vnde dicit, quòd secundum hoc, superflua sunt illa verba, quæ sæpenumero in compromissis ponuntur, acta coram arbi. valeant coram ordinario. Refert tamen Vber. dicens, quòd li. conte. habita coram arbi. non valet coram ordi. vel econtra, quoad diffinitiuam sentêtiã, sed valet quoad alia quæ fiunt coram eis, sed coram arbi. non est dubium, quòd non fit li. cont. quia omnino extraiudicialiter procedit; nec in eo habet locum. l. 1. ff. de arbi. vt latius traditur in c. Quintauallis, & dicam latius in c. 1. de arbi. vtrum autem ad validitatem li. cont. requiratur præsentia partis, dicam infra eo. in 8. prin. art.

11 ¶ † Sexto princip. artic. tractandum est, quando fieri debeat li. conte. & quid actor, & quid reus considerare debeat antequam ad li. contest. descendat. circa quem ar. dicit, quòd licet supra dixerim, quòd ista li. côte. est quasi quoddam proemium, sequitur, quòd sicut volens ire ad prælium seu ad pugnam, debet sibi prouidere, vt sit bene animatus armis, tã offendibilibus, quàm defendibilibus, & ita volens li. conte. debet diligenter animaduertere & prouidere, vt competat debita ac legitima actio ad quendam, quòd intêdit & prouideat de replicationibus ad excludêdum exceptiones aduersarij, si illis opus esset, & quòd possit intentionem actionis suæ, ac etiam replicationis, si opus esset, legitimè probare, & diligenter libellum prius considerare, an sit benè & apte conceptus, ad quod vide quæ dixi in cap. 2. de lib. obl. in 12. princip. artic. q. 1. & si fortè emendatione indigeret, ipsum emendet, vt dixi in cap. fi. de libel. obla. artic. 24. & tribus sequentibus. Reus etiam debet considerare, an sit potius cedendum, quàm contendendum, vide quæ dixi in c. 2. supra de lib. obla. artic. 18. insuper etiam actor iuxta formam cautionis præstitę in ipsa oblatione libelli, debet li. conte. intra duos menses, vt in auth. libel. C. eod. titu. sed dicunt ibi Bar. & Doct. quòd illa auth. hodie non seruatur, & fieri debet li. conte. post porrectionem libelli, & datis inducijs ad deliberandũ, vt in auth. offeratur. C. eo. titu. canonizata. 3. q. 3. & per

per hoc dicunt quidam Legistæ, quòd non valet li. conte. nisi libellus prius fuerit oblatus, vel partium consensu remissus, quod potest tolerari, secundum Tancre. nisi contraria fori consue. obsistat: in mul-
a tis [a] enim locis de consuet. non datur libel. vt est in Apulia, secundũ Ioan. And. præter ciuit. Beneuentanam, vt dicit Goffr. in Rubr. 13. ita dicit Spec. eo. titu. §. quando, & ibi Ioan. And. in addit. tu vide ad prædicta, quæ de libel. latius dixi in cap. 1. supra de libel. obla. in 5. princip. artic. & quod lis regulariter debet præcedere li. conte. dicam infra eo. in 8. prin. artic. in princ.

¶ Et post li. conte. fit omni tempore legitimo ad agendum, non feriato, vel alias prohibito, secundum Spec. in d. loco, nisi fortè res esset tempore pe-
b ritura [b] per ea, quæ dicam infra in titu. de fer. & dicam infra in 7. princip. artic. versi. sed circa prædicta moueor. no. dictum, & vide Bald. in repet. l. seruum quoque. §. publicè. ff. de infam. vbi dicit, quod litis contestatio nõ potest fieri in honorem Dei diebus feriatis, nisi in casu. l. prouinciarum. C. de ferijs. de quo dixi in cap. veniens. infra de accusa. in 1. quæst. 3. princip. quæst. & ad idem facit, quod no. Bart. in l. custodias. ff. de publi. iudi. & Hosti. in c. cum non ab homine. de iudi. Item debet fieri li. conte. prius, quàm de calumnia, aut de veritate iuretur, & priusquam fiant positiones, vt cap. dudum, el secondo, de elect. & in cap. penul. infra de iuram. calum. & l. rem non nouam. C. de iudi. tradit Spec. eod. titu. §. quando. Hosti. in summa, eod. tit. §. quando. quod tamen dixi de positionibus quæ fierent super causa principali, non super emergentibus dilatorijs, & exemplis.

12 ¶ † Septimo princip. articu. tractandum est, an quis possit compelli ad litem contestandam, & quibus remedijs, & de pœna nolentis litem contestari. Item & secundo, propter quas causas quis excusetur à litis contest.

¶ Quoad primam quæst. an quis possit compelli, & quibus remedijs &c. dic quòd pluribus remedijs potest quis compelli ad litem contestandam.

¶ Primum remedium est, quòd si reus non comparet, potest iudex procedere contra eum ad remedia prodita cõtra contumacem. vnde, si fieri potest, mittetur actor in possessionem causa rei seruandæ, vel ex primo decreto. alias autem excommunicabitur, vel mulctabitur, vt est tex. in cap. 1. & cap. tuæ. infra eod. tit. & ibi glo. ponit etiam alia plura remedia. & Docto. addunt alia. Cyn. etiam tradit in l. 1. C. eod. in 7. quæst. & Bal. ibi in 5. quæst. & Iaco. de Are. in l. 1. §. ex hoc rescrip. ff. de ven. inspi. ego vero de remedijs proditis contra contuma. dicam latè infra in titu. de dolo & contum. & ex dictis ibi potes in terminis nostris cætera remedia intelligere. & no. ex illo cap. 1. infra titu. 1. quòd quamuis contra reum contumacem non sit prouisum de remedio missionis in possess. quia ibi non poterat habere locum: cum ageretur ad separationem thori, & vxor iam à viro recesserat: cum non potuit procedi ad diffinitiuam, sed ad mulctam inducendam, & excommunicationem, quando est contra opinio. quorundam Legistarum, de qua dicam infra tit. 1. cap. quoniam. in 4. princip. artic. Vtrum autem iudex possit incipere ab excommunicatione, vel teneatur, si fieri potest, primo procedere ad missionẽ in possessionem. tex. in c. quoniam. §. fi. dicit, quod potest, si eam videt magis expedire. Goffre. enim in d. cap. tuæ. tenebat, non esse procedendum contra contumacem ad excommunicationem, quamdiu extant alia remedia: de quo dicam in titu. de dolo & contu. & qualiter fiat missio in possessionem rei petitæ, quando agitur reali, ponit tex. in cap. quoniam. in princ. infra tit. 1. & ibi tractatur intra quantum tempus possit talem possessionem recuperare, & quando agit personali, qualiter fiat missio pro mensura debiti declarati, & quando reus possit recuperare, ponitur in d. cap. quoniam. §. fin. & quid iur. in actionibus mistis, & interdictis personalibus scriptis in rem, traditur ibi maximè per Dominum meum. ego vero latè tradam in materia primi & secundi decreti, quam tractabo, vel in titu. de dolo & contum. vel fortè in tit. de eo, qui mit. in poss. & potius ibi credo tractare.

¶ Secundum remedium princ. est, quòd si reus principalis comparet, potest sibi iudex præcipere, vt li. conte. & assignare sibi terminum, intra quem debet li. contest. & si iste non vult li. contest. potest procedere cõtra eum, ac si fuisset absens, nec ex eo, quòd præcesserit præceptum de respondendo, & lapsus sit terminus, habetur talis pro respondente:
c nec lis pro contest. quia ad li. conte. opus est facto, [c] vt infra titu. 1. quasi per totum, & statim subijciam, facit quod no. glo. in auth. qui semel. C. quomodo & quando iudex. qui dicit, quòd ex eo, quòd reus sit præsens, non compellitur li. conte. sed peruenitur propter eius inobedientiam ad missionem in possessionem ex primo decreto, quam glo. Bar. dicit esse notabilem, & quod fecit verecundiam multis aduocatis iuuenibus: vnde dicit, quòd si iudex præcipit partibus, ꝙ contestentur litem antequam recedant: si reus recedit, poterit contra eum interponi primum decretum, sine alia citatione, quia eo ipso quòd apparet, quòd non defendit: censetur contumax, vt in tex. & glo. authen. qui semel, & ibi no. Bart. & Cy. procedetur ergo contra eum prius, quàm contra contumacem, de quo dictum fuit in præcedenti remedio.

¶ Tertium remedium est, vt iudex præcipiat, ꝙ respondeat libel. seu petitioni: cum comminatione quod alias habeatur pro confesso, sicut dicimus de positione in cap. 2. de confess. in 6. hoc tenet Dom. Anto. in cap. penul. de dilatio. dicens sub dubio fortè quòd possit haberi pro confesso, si iuberetur vt respondeat, vel libel. destinaretur, quòd pręceptum de respondendo cum comminatione quòd nisi respondeat, habeatur pro confesso, & etiã secundum eum, hęc practica est valde vtilis, quia semper possit procedi

ADDITIONES.

a ¶ *Vide Moder. in l. nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de offi. procon.*

b ¶ *Adde quòd ex hac causa potest quis etiam eas actiones intentare, quæ aliter non competerent, secundum Dec. in l. certi condictio. in fi. prin. ff. si cer. pet.*

c ¶ *Nam vbi requiritur factum hominis, non est satis de interpretatione legis, vt per Alex. in l. insulam. in 2. col. ff. de verb. oblig.*

procedi in absentem ad sententiam diffinitiuam, absque vera lit. contesta. quia hæc esset litis contesta. ex ficta confess. sicut fit vera. & ibi dicit Dom. Anton. se hoc dixisse, sed Dom. Anton. hic refert Iac. de Raue. & quosdam alios tenere contrarium: quia in lit. contesta. requiritur verborum expressio. C. de iudi. in l. rem non nouã. §. patroni. & vbi opus est expressione verborum, non sufficit alius actus. ff. de verborum obliga. l. 1. §. econtra. & dicit etiam hoc tenuisse Iacob. de Are. in l. 1. §. ex hoc rescript. ff. de ven. inspici. & sic cum ista opinione transit hic Dom. Ant. & hanc sequitur Cy. in l. 1. C. eodem. quæst. 7. vbi cõcludit, quòd contra talem procedetur sicut absentem: quia paria sunt non venire, vel venire, & nihil iustè proponere. ff. de exc. tuto. l. scire. §. scire. versi. si autem non simul. & quia pro absente habetur, qui non vult facere, quod incumbit, ff. de fideicommiss. lib. l. non tantum. §. fin. & hanc opinionem sensit Io. Andr. in regula, excep. de regu. iuris, lib. 6. in mercur. & clarius ibi Lapus, & Bartolus in l. 1. C. eo. vbi dicit, quòd si reus non vult contesta. lit. quòd iudex procedat ad missionem in possessionem ex primo decreto, per no. per glos. in d. authent. qui semel. C. quomodo & quando iudex. & idem tenet Bal. in d. l. 1. in 5. quæstio. mouetur: quia li. contesta. requirit certam formam per narrationem & responsionem: qua omissa, impossibile est, quòd lis habeatur pro contest. Idem etiam tenet hic Io. de Imo. mouetur: quia hoc non dependet à potestate iudicis, sed partium. vnde iudex grauabit eum mulctando, vel pignorando, vel aliàs procedendo contra eum, tanquam contra contumacem, hanc etiam opin. tenet Do. Mari. in c. penu. infra de iuram. cal. mouetur per c. 1. & 2. inf. titu. 1. vbi reus præsens sæpe fuit missus vt responderet lib. & nunquam voluit respondere, & tamen per hoc non potuit procedi ad vlteriora, ac si lis esset fictæ contest. imò ibi irritatur processus, a tanquam factus non li. contest. Item except.[a] firmat regulam in contrarium. 32. quæst. 7. c. dominus. sed Papa inf. ti. proxi. in Rub. & c. quoniam, in princ. ponit regulam, & ponit casus exceptos, & modum procedendi contra contumacem: ergo hoc remedium competit: nam facilius potuisset Papa ponere hoc remedium procedendi & præcipiendi cum comminatione, quam faceret tã longum tracta. de quo ibi, arg. c. ad audientiam. de deci. Item mouetur ratione satis no. & concludenti, secundum eum, per quam ponit diuersitatem lib. & li. contest. quoniam in lit. contest. partes quãdoque contrahunt, vt l. 3. §. idem scribit. ff. de pec. vnde dicitur contest. quasi simultanea attestatio, vt ibi dixi supra in Rub. art. 1. sed contractus non potest consistere ex vna parte: quia deficit consensus alterius, vt l. Labeo. ff. de verborum sign. & l. in omnibus. & l. consensu. ff. de act. & obl. & in c. fin. & quod ibi no. de procu. in 6. 27. quæst. 1. §. is ita. quod procedit in materia fauorabili, & intercessit consensus vnius, & dolus alterius, vt in ca. tua. de spon. & c. fin. de condi. appo. ergo li. contest. non potest induci altero nolente respondere: cum non habeatur cõsensus, nisi vnius tantum: nec potest haberi pro conte. in pœnam: quia licet iudex possit pœnam infligere contumaci: nunquam tamen supplet consensum qui exigitur ad contractum. & hoc est quod fortè voluit Glo. in d. auth. qui semel, dum dixit, quòd etiam præsens non potest cõpelli ad li. contest. sed in positionibus & interrogationibus aliud est: quia in eis nec contractus, nec quasi contractus requiritur: sed sufficit factum confitentis, vnde in pœnã intelligi potest interuenisse, & sic sequitur tex. in l. de ætate. §. qui tacuit. ff. de interrog. act. secundum Dom. M. in d. c. pe. Est enim aduertendum, quòd ex iuris dispositione quandoque propter contumaciam lis habetur pro contesta. puta, si conuenitur reali is, qui alieno nomine possidet, & ipse statim nominet dominum in iudicio: quo casu statuitur sibi certus terminus à iudice, intra quem conuẽtus deducat ad notitiam domini, ad hoc vt ipse per se, vel idoneum responsalem veniens ad iudicium suscipiat, quòd si intra prædictum terminum fuerit contumax, tũc ex illo die quo possessor ad iudicium vocatus erat, quo ad interrumpendam præscr. lon. tempo. lis habetur b pro contest. tex.[b] est in c. quoniam. §. quod si super. inf. ti. prox. non tamen habetur lis pro contest. quo ad hoc vt possit procedi ad recep. testium & diffinitiuam super prin. vt no. Glo. ibi, super verbo, cõtest. & sequuntur Doct. ibi latius dicam.

¶ Sed circa prædicta moueo no. dubi. quid si actio sit peritura, si reus nõ contestetur litem, vt quia ad interruptionem præscriptionis exigatur expressa lit. contest. vel fortè etiã si exigeretur sentẽtia, vt in actione de dolo. ad quod vide quod dixi in c. fin. de foro compe. super Glo. fi. in materia iuris reuocandi domum. in 11. quæst. prin. versi. 16. except. Sol. ego arbitror, vel quòd debet haberi lis pro contest. quò ad prædictum effectum interruptionis præscriptionis, arg. d. c. quoniam. §. quòd si super. inf. titu. proximo, & eorũ quæ statim dixi: vel quò ad effectum, vt possit procedi ad receptionem testium, vt necessaria sit sentẽtia, per ea quæ dicam in d. c. quoniam. in 4. princ. artic.

13 ¶. † Sed quæro nunc, propter quas causas reus possit excusari, si non vult li. contestari. ¶ Sol. Dic quòd potest excusare se ex varijs causis.

¶ Primò si est dubius. facit l. 3. §. si is qui nescit. ff. de libe. ho. exhiben. & no in l. fi. §. hoc quidem. C. de iure deliberan. hoc tenet Bald. in cap. 1. si de feudo vasal. ab aliquo interpellatus fuerit. vbi dicit, quòd illud est verum, non dato spatio ad deliberan. vt in auth. offeratur. C. eodem. vnde iudex potest præfigere terminum competẽtem, intra quem debeat deliberari etiam li. contest. & si intra terminum non potest deliberari, fit lit. contest. per verbum, non credit, per no. in cap. cum ad sedem. inf. de rest. spol. vel per verbum, non præsumo, quod tantũ est dicere, quantum si credo, vt in c. quosdam. inf. de præsum. in Glo. fi. & de prædictis verbis, vtrum per ea fiat litis contest. dicam latius inf. eo. art. 8.

14 ¶ † Secundò excusatur, si fortè proposuit exceptiones declinatorias vel dilatorias: & instat, quod ante omnia de ipsis cognoscatur, quòd procedatur ad li. contesta. quoniam omnes exceptiones dilatoriæ impediunt lit. ingressum, ad hunc finem solùm ponuntur:

ADDITIONES.

a ¶ *Facit tex. in l. nam quod liquida. §. fi. ff. de pe. le. & no. per Bar. & alios in l. si eum. §. fi. ff. si quis cau.*

b ¶ *Tradunt Legistæ in l. 2. C. vbi in rem act.*

ponuntur: vt dicit Ang. in l. vir bonus. ff. iudi. solui. & iudex de ipsis ante omnia debet cognoscere. & quamuis iudex mandet, quòd contestetur litem saluis exceptionibus, si tamen pars contradicit, iudex non potest hoc mandare: cum non sit constitutus in ipsius arbitrio, sed ipsarum except. æstimationis tempus sit à iure specialiter diffinitiuum, vt in cap. inter monasterium. infra de re iudi. & cap. pastoralis. de except. & l. si quidem. & l. fin. C. de exceptio. no. Iaco. Butr. in l. fideiussor. in princ. ff. qui satisda. cog. facit quod no. in l. iam tamen. §. in hac. ff. iudi. solui. & per Hostien. Ioan. And. post Glo. in cap. cum contingat. supra de offic. deleg. & ibi per Dominum meum & latius per Ioan. de Imo. in l. ille à quo. §. si de testamento. ff. ad Trebel. & per Bald. in quæst. quæ incipit, accusatus de vi turbatiua. col. 6. vide de materia per Archi. 27. distin. cap. 1. 3. quæst. 6. cap. si quis, & per Dominum M. in cap. ex conquestione. inf. de rest. spol. sed tu de hoc artic. dic vt dicam infra in tit. de exceptio. vbi examinabo, quid operetur talis reseruatio, & quid iuris si ex forma reus tenetur contesta. li. saluis except. & per ea quæ ibi dicam, apparebit quòd quando alia remedia deficerent reo, vtile consilium est quòd li. contest. saluis except. tam oppositis, quàm opponendis, quas protestatur sibi saluas fore.

15 ¶ † Tertiò excusatur reus propter propositionẽ exceptionis mistæ seu anomalæ, hoc est peremptoriæ, & sic propter hoc appellatur anomala: qñque

a mista, vt dicam in titu. de except. [a] & hoc si reus talem excep. opponit, vt in vim dilatoriæ ad impediẽdam li. contest. vt hęc habentur in cap. 1. eo. titu. in 6. verum quia hæc materia est dubia & difficilis, & satis ineptè & imperfectè à maioribus tradita: ideo vt clarior & facilior habeatur, prosequar infrascriptas quæstio.

¶ Prima, quæ sunt istæ exceptiones perempto. quæ impediant li. conte.

¶ Secunda, qualiter debeat opponi ad hoc, vt impediat contest. & quando cognoscatur, an opponatur in vim dilatoriæ vel peremptoriæ, & quid iuris sit si opponatur simpliciter.

¶ Tertia, coram quo iudice vendicant sibi locum prædictæ exceptio. ad impediendam litis contestationem.

¶ Quarta, in quibus causis impediant litis contestationem.

¶ Quinta, vtrum contra tales except. possit aduersarius replicare & qualiter.

¶ Sexta, qualiter iudex pronunciabit, probatis vel non probatis dictis excep.

¶ Septima, quis sit ipsarum propositionum propositarum effectus.

¶ Primo igitur quæro, quæ sint excep. perempt. quæ impediunt li. contesta. dicit quòd sunt quamplures.

¶ Exceptio Prima.

16 ¶ † Prima est exceptio rei iudicatæ, tex. est in c. 1. eo. tit. lib. 6. ad idem, l. idem. C. de re iudi. nam talis excep. inuenta fuit, vt esset litium finis, vt l. 1. ff. de re iudi. & ideo non est conueniens quòd ille cui cõpetit hæc excep. cogatur litem ingredi per li. contestationem, & intellige de re iudi. ab eo, qui iudicandi potestatem habuit, vt dicitur in l. 1. in fi. ff. ad senatusconsultum Tertul. & ad hanc excep. & sequentem adde ea quæ dicam in versi. 3.

¶ Exceptio II.

17 ¶ † Secunda est exceptio transact. tex. est in d. c.

b 1. eo. titu. lib. 6. & l. causas. C. de transact. Barto. [b] & Doct. in l. eleganter. §. si quis post. ff. de condi. inde. & intellige, si transact. sic facta bona fide, vt d. l. 1. in fi. ad Tertul.

¶ Exceptio III.

18 ¶ † Exceptio 3. est except. generalis litis finitæ, quam etiam ponit tex. in d. c. 1. eo. tit. lib. 6. de qua varia traduntur exempla, vt infra apparebit, & maximè in versi. 19. excep.

¶ Exceptio IIII.

¶ Exceptio 4. est iurisiurãdi. intellige delati à parte parti, quia hoc etiam intelligitur esse litis finitæ, & quia tale iuramentum maiorem habet authoritatem, quàm res iudicata. ff. de iureiur. l. 2. & infra de iureiur. c. & si Christus. ibi, omnis controuersię, &c. & quia post tale iuramentum nihil est quærendum, in l. non erit. §. dato. ff. de iureiur. facit c. veniens. infra de accusa. secundum Glo. magnam in d. c. 1. eo. ti. li. 6. quę ponit rationem prędictorum, videlicet quòd cum semel per prædictos modos actio sit extincta, seu ficta: non debet li. conte. suscitari. argu. l. qui res. §. aream. ff. de solu. & de consecra. distin. 4. cap. quæris. C. de remis. pig. l. ex causa. facit cap. nonnulli. supra de rescrip. vbi videtur, quòd Papa non intendit lites sopitas per sua rescripta suscitare. idem tenet Innoc. in c. cum venissent. de institu. & Bald. in l. edicto. C. de edi. diui Adriani tol. in 4. oppos. Sed quęro circa prædicta, quid si contra excep. rei iudicatæ replicatur, quòd sententia non tenet, vel propter defectum iurisdictionis, vel aliam causam quæ reddit eam nullam, vel quæ exceptione transactionis replicatur, quòd fuerit dolo celebrata, vt in l. tres fratres. ff. de pact. & in l. summa. ff. de condi. indeb. vel replicatur de l. post rem. ff. de transac. & l. eleganter. §. si quis post. ff. de condic. indeb. ad quod vide Glos. & Doct. in cap. super eo. de except. vel contra exceptionem li. finitæ, quòd non iure fuit finita, & sic in simili potest figurari exemplum de iuramẽto, est ne talis replicans admittendus. ¶ Sol. Dic vt latius dicam infra in 5. quæst. princ.

¶ Exceptio V.

19 ¶ † Quinta excep. est peremptoriæ longioris tẽporis silentio finitæ. facit tex. in d. c. 1. eod. titu. in 6. in quantũ tex. ibi simpliciter dicit, seu finita: sed melius facit l. 1. in fi. ff. ad Tertul. vbi tex. dicit, iudicata, trãsacta, finita ve, & postea in fi. exẽplificando dicit, finita consensu, vel longo silentio sopita. ad idẽ tex. in l. transact. iuncta l. seq. ff. de verb. signifi. & sic glo. magna in d. c. 1. exemplificat, dũ dicit, finita scilicet, per consensum vel longo tempore, per quam Glo. aliqui dicunt, quòd excep. pręscrip. potest opponi ante li. conte. ad impediendũ li. ingressum. ita exemplificat d. l. Host. in c. 1. eod. tit. lib. 6. & malè, secundum

ADDITIONES.

a ¶ *Traditur per scrib. Rapha. Comen. & Soci. in l. 3. ff. de excep.*

b ¶ *Adde Bartol. & scriben. in l. cum quærebatur. ff. iudi. solui. vbi tractant hanc quæstionem.*

dum Io. And. alleg. dictũ Spe. in ti. de excep. §. dicto, vers. sed adhuc oppo. vbi tenet, ꝙ excep. præscr. non sit admittenda ante li. contest. maximè secundũ opi. quæ habet, quòd ex præscrip. non requiritur dominiũ. de quo per Gl. 16. q. 3. in summa. de quo dicam latius in ti. de præscr. & dicit Io. And. quòd ita serua
a tur de consue.[a] Romanæ curiæ, quæ est optima l. interpres. supra de consuetu. c. cum dilectus. ideo Io. And. dicit in d. cap. 1. in nouel. quòd alij intelligunt Glo. prædictam ibi dum dicit, de longo silentio, scilicet per viam emologationis arbitrij, & ita intellige d. l. transact. cum l. seq. per l. cum antea. C. de arbit. & per no. c. tuas. supra de arbit. sed tu aduerte, quia iste nõ videtur esse bonus intellectus ad illam l. transac. quæ loquitur de longo tempore seu silentio, & ad emologationem laudi, seu arbitri, videtur sufficere tempus 10. dierum, vt est tex. in d. l. antea. & de hac emologatione statim subijciam in versi. 8. excep. alij exempli. dum dicitur, longo silentio. scilicet illius qui appellauerat a sententia, quam non fuit prosecutus: sed silendo deseruit illam. sed hoc nõ placet Io. Andr. quia tunc venirent sub 1. except. d. c. 1. de re iudic. de quo dixi supra in versi. 1. & sic Io. Andr. videtur remanere in secunda opinio. de emologatione arbit. sed super prædicto dubio, an excep. præscr. posit opponi ad impediendum lit. contesta. Ioan. de Fant. in d. cap. 1. eodem titu. in 6. recitat aliquas opin. Legistarum: sed tu dic, quòd plures in hoc art. fuerunt opi.

¶ Prima, Glo. in dicta l. transact. quæ intelligit litem tempore sopitam per præscript. 10. vel 20. vel 30. annorum.

¶ Secunda opi. Ia. de Arc. qui voluit, ꝙ aut opponit processui, & impedit litis contest. quia præscr. est excep. trahens causam ex tempore, per quam lis est fin. & pro hoc est tex. in d. c. 1. & quia præscr. fuit inuenta ad lites finiendas, vt l. fi. ff. pro suo.

¶ Tertia opin. fuit aliquorum maiorum, qui distinguunt, quòd aut loquitur de præscript. rei, & ista non impedit li. contestatio. vt l. emp. C. de præscrip. longi temporis. aut de præscript. actionis: & ista impedit, l. omnis. & l. sicut. C. de præscriptio. 30. vel 40. annorum.

¶ Quarta opinio fuit Guil. de Cu. qui simpliciter voluit, quòd impediat lit. contest. quia est negotij finiti, sicut est exceptio rei iudi. & transact. vt l. elegan ter. §. si quis primo. ff. de condictio. indeb. & d. l. fin. ff. pro suo.

¶ Quinta fuit opi. Rayne. qui voluit simpliciter, quòd talis exceptio non impediat li. contest. per d. l. empt. quæ secundum Glo. vult quòd reus ab initio potest protestari de præscr. sed tamen probatio fieri debet post fundatam intentionem actoris. ita voluit Ray. in l. 1. in fi. ff. ad Tertu. & idem voluit Compost. in c. super literis. supra de rescr. in Glo. fi.

¶ Sexta fuit opi. Cyni & Iac. But. in d. l. emp. qui videntur potius inclinare in opi. Iac. de Are. & tradit Cyn. in l. excep. C. de proba.

b ¶ Septima fuit opin.[b] Barto. in dicta l. fin. ff. pro suo. qui distinguit, quòd quandoque except. præscript. opponitur actori. verbi gratia, quod ipse non potest agere: quia actio sua est perempta tempore, & tunc impeditur li. contesta. vt d. l. omnis. C. de præscript. 30. annorum. vbi tex. præcipit, quod tale ius non moueatur. & l. sicut. in fi. eod. titu. vbi tex. dicit, nulli mouendi, &c. quæ verba nõ possunt magis impedire lit. contesta. quandoque verè opponitur except. præscript. non actori, sed reo, secundum l. si quis empt. C. de præscript. 30. annorum. & tunc ex virtute illius legis non impediretur lit. contesta. sed ex ratione posita in d. l. fin. ff. pro suo. & d. l. transact. quandoque vero opponitur ad iustitiam causæ, vt si dico, te ius non habere: vel me absoluendum esse, quia præscripsi. & sic opponitur in vim peremptoriæ, & tunc non impedit lit. contest. sed proposita etiam ante lit. contesta. probanda est fundata intentione actoris, & sic post litis contestationem, vt d. l. emptor. C. de præscriptio. longi temporis. quæ sic debet intelligi, secundum quod etiam ibi dicit Barto. & clarius Ange. in l. vir bonus. ff. iudi. solui, & mihi placet. vnde sit conclusio, quod si hæc exceptio præscriptionis opponatur sub debita forma ad impediendam litis contesta. secundum quod dicam in 2. quæstio. prin. tunc impediat litis contesta. quia præscript. principaliter fuit inuenta ad lit. decisionẽ, & sic merito appellatur li. finitę, vt d. l. fin. ff. pro suo. & l. cum quęrebatur. ff. iudicatum solui. & tenet hoc Barto. & ita debet intelligi quod no. Barto. & etiam Salyc. in l. literis. C. de transact. & Saly. in l. exceptio. C. de probat. & tenet Bald. in l. edic. C. de edic. diui Adriani tollen. in 13. oppo. vbi bonus tex. qui vult, quod excep. præscriptionis impedit processum: sed debet intelligi, vt dixi, si opponatur in debita forma in vim dilatoriæ, idem Bald. in authen. tricennalis. C. de bonis mater. dicit quod aut per præscriptionem quæritur directum dominium, quia agens non potest actionem edere, aut est præscriptum vtile domin. & tunc secus: quia agens potest edere directum super re, propter quod fundari potest litis contestatio.

¶ Exceptio VI.

20 ¶ † Exceptio 6. est renũcia. factæ liti & causę, per quam impeditur lit. ingressus, vt l. postquam liti. C. de pact. quia ista except. est li. finitæ, vt patet ex illo tex. dum dicit, causam finitam, & ita tenent ibi Docto. dicentes, quod est lit. finitæ: sicut transact. iurisiurandi. & rei iudica. & idem tenet Salyc. in l. exceptio. C. de proba. aduerte, quod quidam volunt, ꝙ ille tex. non habeat locum, nisi post litem contestatam: propter verbum, liti, positum in tex. alij vero volunt, quod procedat etiam si renunciatio fuit facta post datum libel. ante litem contest. & hæc opin. communiter approbatur.

¶ Exceptio VII.

21 ¶ † Exceptio 7. de precepto facto in cõfessum ante lit. contest. à quo non fuit appel. intra 10. dies, hoc tenent domini de Rota, decisio. 281. & ratio, quia tale præceptum habet vim diffinitiuæ, quod patet ex eo quia ex ipso præcepto oritur actio in factum, sicut ex sententia, vt no. Specu. in titu. de sententia excommuni. §. breuiter. circa finem. quæ actio non oritur

ADDITIONES.

a ¶ *De hac consuetudine adde Glo. in l. sæpe. ff. de officio præsid.*

b ¶ *Et ad dicta Bar. ibi, vide Are. cons. 98. per totum, & Fely. in c. exceptionem. in 2. col. de excep.*

oritur ex mera interlocutoria, vt notat Glo. in Clemen.fin.de.

¶ Item quia imponit finem liti, & transit in rem iudicatam: quia cum hoc modo dicatur lis finita, vt l.1.ff.de re iudi. impedit litem contestatam, per textum in cap. 1. eodem titu.in 6. nec obstant motiua aliquorum dicẽtium, quod ex quo in tali præcepto nõ interuenit postea causæ cognitio, sicut in sententia: ergo non habet eundem effectum, quia ex quo
a de confessione clarè cõstat, in confessum [a] non sunt partes iudi. in cognoscendo, sed in pronunciando. 2.quæst.1.capitu.nos in quemquam. vnde si confessio fit post litem cõtestatam, & dato libello ferretur sententia diffinitiua: si verò ante litem cõtestatam, & dato libello, non porrecto, fit præceptum de soluendo, iuxta no.in l.1. C.eodem & per Glo.in c.dudum.supra de elect. secundum Dominos de Rota, & sequitur D.Domin.in d.c.1. eodem titu.in 6. sed intellige prædicta secundum ea, quæ traduntur in hoc artic.in l.certum.§.fi. ff.de cõfess.& l.si debitori. ff.de iudi. & quod latius ego dicã ĩ.in tit. de cõfess.

¶ Exceptio VIII.

22 ¶ † Excep. est exceptio, quæ oritur ex laudo seu arbitrio emologata per partes. hoc tenet Io.Mona. & Ioan.Andr.in c.1. eodem titu.in 6. & vide quod dixi sup.in ver.5.excep. & idẽ tenet Bal.in l.peremptorias.C.sententiam rescin.non posse.

¶ Exceptio IX.

23 ¶ † Excep. potest iudicio meo, etiã si opponatur de arbitramento prolato per arbitratorem, & per partes emologato. moueor, quia latè arbitramentũ secuta ratificatione, seu emologatione, habet instar transact. vt in d.authen. si contigerit. & in authen. quando. de iudi. & in Auth. vt differentes iudices. in §.1. & per Glossam in cap.exposita. supra de arbi. & vide quæ dicam latius in dicto tit.de arbi. & ideo sicut excep. transactionis impedit li. contest. vt dixi supra 2.excep.

Exceptio X.

24 ¶ † Excep. est quãdo peremptoria est noto.iusta, quia hoc casu licet aliàs sit talis peremptoria, quæ de sui natura nõ sit impeditiua li. contest. tamen ex quo est notoriè iusta, non debet iudex pati causam venire in iudiciũ, cum notoriè constet de iniustitia actoris q̃ esset notoria, ideo non esset indulgẽdum. vnde nec libellus admittendus, nec lis contestanda, per no.in cap.significante.qui matrimo.accusa.possunt.& tenet ibi D. Anto.& Dominus meus in c.vt circa.de elect.in 6.facit etiam quod no.Specu.in tit. de excep.d.versic. item si non dicit. & Barto.in d.l. postquam liti. C. de pact. & Ioan.Pe.in l.eleganter. §.si quis post.ff.de condi.indebi.ipse tamen solus allegat ad hoc dictum Inno.in c.1.supra de offic.vica. & mihi placet. faciunt quæ dixi in cap.2. supra de lib.oblat.in 12.princ.artic.in 10.quæst.princ.vers.7. quæro. & artic.16.in fi.faciunt etiam quæ statim subijciam in tribus sequentibus versic.

¶ Exceptio XI.

25 ¶ † Excep. fit quando excep.quæ oppo.non indiget probatione.faciunt quæ statim dicta fuerunt de excep.noto. hoc tamẽ videtur potius procedere ex officio iudi.coadiuuante exceptionem, quàm ex ipsius exceptionis natura, quæ cum peremptoria sit deberet proponi tẽpore suo, & sic post li.contest.vt dicã in tit.de excep. & si proponeretur ante li.cont tamen videtur probanda post li.cont. vt in l.excep. C.de excep.sed tamen ex quo nõ indiget probare, frustra fieret li.conte. & reseruatio probationis post lit.conte.& ideo dicendum quòd impedit li.ingressum, quia super processu superuacaneo non est insistendum.facit c.1. de sum.Trin.& cap.commissa.de elect.in 6. & Cle.auditor. de rescript. ita reperio dixisse Domi. Io. de Homode. aduo.consist.quamuis satis nudè loquatur, sed placet mihi hoc dictũ, pro quo allego no.per Cy.in l.cum proponas.C.de reb. creditis.& Cyn. & Bal.in l.ancillæ.C.de furt.in quibus dicitur quod quamuis statu. appel. consanguineos ad compromittẽdum, illud non habet locum,
b quando partes sunt concordes [b] in facto, ita quòd factum est certum, & solum remanet quæstio iuris. ad quod vide quæ latè dicam in tit.de arbit.faciunt no.per Bald.in d.l.postquam liti. C.de pac. & quod dixi in ver. præced.& seq.

¶ Exceptio XII.

26 ¶ † Excep. est illa quæ fundatur per viam alleg. iur.vel statu.vtputa, ad impediendũ li.contest.alleg. quoddam statu. cuius verba non sunt clara, vtrum impediat, vel nõ impediat li.contest. certè ista quæstio iuris reseruat in posterum, sed debet declarari, cum opponitur, & interim impeditur li.conte. nam super disputationibus iuris nõ reperitur ordo iuris, nec li.contest.nec calumniæ iuramẽtum, vt no.Inn. in c.cum inter.supra de consuetudine. secundũ Bal. in l.postquam liti. C.de pac.facit quod dixi in 2.præced. ver.

¶ Exceptio XIII.

27 ¶ † Excep. peremptoria, quæ apparet ex narratis per ipsum actorem, nam per eam excluditur actor à potestate agẽdi, quasi per propriam confessionem, quæ confessio in quacunque parte litis idem operatur, vt l.cum precum. C. de libe.causa, secundum Bal.in d.l.postquàm.& per prædicta respondit Glo. in verbo opponendo, in l.si vnus. §.pactus. ff.de pactis. de qua dic vt dixi in cap.2. de libel. obla.in 12. artic. princip. in 10.quæst.princip. versic.7. quæro. ibi, tertio infertur. & ad hoc faciunt quæ dixi in tribus præced. versic. faciunt no. per Barto. [c] in l.eum
c qui ita. ff.de verborum obligat. & l. vbi pactum. C. de transact. vbi traditur, quòd notoriè calumniosè agentem non solum potest quis ab ingressu lit. compellere, sed etiam potest iudex parte non petente.ex prædictis patet quod excep. ista, tua non interest, potest opponi ad impediendum lit. contest. si ex petitione apparet quòd illius nõ intersit, vt l.siue autem. §.possidere. ff. de rei vendi. & hoc dicit Ange. in l. qui bona.§.qui dãni.ff.de dam. infec. quẽ sequit Io. Pet.in d.l.elegãter. §.si quis post.ff.de condict.inde.

¶ Exceptio XIIII.

28 ¶ † Excep. si propter adulterium agenti ad separationem thori opponitur excep.quòd etiam agens com-

ADDITIONES.

a ¶ *Vide latè per Baldum in l.1.de confessis.*

b ¶ *Vide Corneum in consil. 190.incip.quòd iniustè fuerit pronunciatum.in 1.vol. Riminaldum, & Modern.in l.penult.in fi.C.de pact.*

c ¶ *Adde Innocentium in capitu.primo, de offic.vic.*

a commisit adulterium.[a] nam licet talis except. posit oppo. post li. conte. potest opponi ad impediendum processum. 32. quæst. 5. cap. 1. & fin. & etiam materia causæ in vim peremptoriæ, quia perimit intentionem agentis, cum adulteria hincinde commissa, mutua compensatione tollantur, vt c. penult. & fina. infra de adul. secundum præfatos Docto. ad quod vide quæ dixi supra eodem, in 3. princ. artic. versicu. & per prædicta dicit singulariter Bald. & hoc est no. secūdum dominum Dominicum in d. c. 1. quia per hoc extenditur dispositio illius, vt non solum habeat except. in istis expensis, sed in quibuscunque excep. anomalis, quæ possunt opponi in vim dilatoriç & peremptoriæ, & hoc dictum suum faciliter apparet ex his quę supra dicta sunt, & ex alijs exceptionib. quas infra subijciam in versicu. 28. except.

¶ Exceptio XV.

29 ¶ † Except. est, vt arbitror, except. compēsationis, quia cum hodie compensatio sit inducta ipso iure, ita quòd non sit necessarium nisi propositio, vel allegatio compēsationis, vt l. fi. C. de compen. & Insti. de act. §. sed nostra. & ideo debet posse opponi in vim dilatoriæ, faciunt ea quæ statim dicta sunt in præced. versiculo, & quod dicam in versicu. sequen. versic. 19. excep.

¶ Exceptio XVI.

30 ¶ † Excep. sit intentionis & facti: talis enim impedit litis ingressum, vt no. Glo. magna in l. vbi pactū. C. de transact. & sequuntur communiter Doct. ibi, & Ioan. Pe. in l. nam & postea. in princ. ff. de iureiur. facit, quia si est excep. intentionis & facti: ergo nulla competit actio; quia aliàs non esset intentionis & facti, quia nemo sine actione experitur, vt l. si pupilli. §. videamus. ff. de nego. gest. sed aduerte, quia in contrarium fortiter ob. Glo. super verbo, defensionis. iuncto tex. eod. titu. in 6. quæ infra subijciam, in versic. 20. excep.

¶ Exceptio XVII.

31 ¶ † Excep. est pacti de non agendo super aliquo debito. nam talis excep. potest etiam opponi contra rescrip. in vim dilato. quia si hoc exposuisset, non habuisset literas, & multo fortius si tale pactum fuisset iuratum, quia tunc impediretur li. conte. ad hoc vt impediatur agere, & sic periurium, & propter periculum animæ ne via periurijs aperiatur. inf. de iureiur. c. verum. licet secus sit in pacto de non petendo. de quo dicam in seq. vers. quamuis non potest agere in iudicio, tamē potest petere extra iudicium, cum ille remaneat obligatus, vt l. naturaliter. ff. de condi. inde. Item quia si ille cui talis excep. competit, contestaretur litem, non posset opponere hanc declinatoriam, secundum Inno. in d. c. 1. eodem tit. in 6. ex quo dicto incidēter perpetuò no. quòd vbi quis ex admisione ad iudicium incurreret periurium, potest repelli per viam excep. licet secus sit si alias ex aliqua causa fuisset periurus, quia tale periurium non repellit quem à prosequutione iuris sui. & ita debet intelligi Gl. in c. dilecti. de excep. & quod no. Archi. 4. quæst. 6. c. dilecti. cum ex admisione ad litigium non incurratur nouum periurium. de quo dicam. infra in tit. de iureiur. sed quo ad pri. dictum Hosti. Ioan. Andr. dicit, quod idem tenet Bal. dicēs, quòd ille qui promisit non mouere litem vel controuersiā, impeditur à li. cont. eo quia sic audiretur, cōtra præmissa. alle. ad hoc, cap. audita. infra de resti. spol. vbi bonus text. loquitur tamen ille tex. in promissione iurata de non mouēdo quæstionem. & ibi idem no. domi. Mar. & idem dicit Bal. si sit factum pactum de non adeundo iudicem. ita dicit Bal. in l. postquam liti. C. de pac. & sequitur Ioan. Pet. in l. eleganter. §. si quis post. ff. de cōdi. indeb. per l. amplius nō peti. ff. rem ra. hab. tu vide Bal. in l. peremptorias. C. senten. rescin. nō pos. ver. quæro, quid vult dicere Inno. ibi dicit, quòd istud pactum non tollit obligationem naturalem, nec elidit ciuilem. vnde si reus patitur li. contestari, hoc pactum immediate esset consumptum, vt voluit Innocen. nisi esset pactum vestitum, ex quo posset agere ad interesse. subdit tamen, quòd ex pacto de non agendo, non oritur exceptio peremptoria, secūdum eum. & sic ista excep. non pertinet ad indagationem nostram, sed ad id quod dictum fuit sup. in ver. 2. excusatur.

¶ Exceptio XVIII.

32 ¶ † Excep. est pacti de non petendo, quoniam etiam ista exceptio videtur impedire li. conte. si modo opponatur sub debita forma, de qua dicam inf. in 2. quæst. hoc voluit in l. 1. in fi. ad Senatusconsult. Tertul. sed Glo. 2. in c. 1. eodem titu. lib. 6. vult, quòd talis exceptio non potest opponi in vim dilato. ad impediendum li. contest. & Innocen. etiam ibi facit

b differētiam inter pactum[b] de non agendo, de quo dictum fuit in præcedenti versic. & pactum de non petendo, quia pactum de non petendo, & nō iuratum, non impedit li. contesta. si verò fuisset pactum iuratum, vel simpliciter præstitum iurantis de non petendo, retardaretur li. contest. vt impediatur periurium, secundum Inno. sed Hostien. in d. c. 1. dicit quòd exceptio simplicis facti de non petendo, quia tollit obligationem, potest opponi post lit. contesta. & sequitur Io. Andr. in nouella. Ioan. de Fantu. ibi alleg. rationem diuersitatis inter pactū de non agendo, & simplex pactum de non petendo: quia primo casu, pactū concernit processum & instantiā, secundo casu cōcernit actionē illam perimendo. sequitur do. Dom. in d. c. 1. & Bal. in d. l. peremptorias. C. sententiā re. nō pos. in d. ver. Quæro, quid vult dicere Inn. & idē reperio voluisse Ray. in l. 1. in fi. ad Tertul. vbi vult, ꝙ excep. pacti gratuiti de nō petendo, non impedit li. contest. Sed Ang. in l. vir bonus. ff. iudica. solui, nititur saluare primam opin. Gl. de qua in d. l. 1. in fi. & eam cōcordare cum secunda opinio. supra posita: dicit, ꝙ si excep. non est inuenta ad litem finiendam, sed tantummodo ad perimendum, qualis est exceptio facti gratuiti de non petendo super liquido, aut alia similis, & talis nunquam impedit lit. ingressum, quod patet: quia peremptoria opponitur post lit. contes. non ante. quod ego intelligo, nisi talis exceptio esset notoria, vt dixi supra in versi. 10. excep. & etiam in tribus sequentibus versic. non obstat l. illud. in fi. iuncta Glo. quæ expressè specificat de pacto de nō petendo: quia debet intelligi, quando de debito erat lis, & de eo fuit factum pactum de

ADDITIONES.

a ¶ *De hoc vide Deciū in Rub. extra de excep. in 3. col.*

b ¶ *Adde quid distat etiam à pacto de liberādo, Ia. Bu. Alex. & Mod. in l. vbi pactum. C. de transact.*

de non petendo, secundum Ange. & mihi satis placet, quia per ipsam limitatur praecedens opin. Ioan. And. & Doct. & saluat praedictam opinio. Glo. in l. 1. in fi. & pro ea facit, quia ista videtur quaedam desistentia à lite, seu renũciatio. litis ad quod vide quę dixi supra in ver. 6. excep.

¶ Exceptio XIX.

33 ¶ † Exceptio est exceptio solutionis, quae potest opponi ad impediendum litis ingressum. hoc sentit Glo. in l. vir bonus. ff. iudicatum sol. secundum Bart. ibi, in quantum alleg. l. cum quaerebatur,[a] versic. proinde. eo. titu. vbi tex. loquitur non solum de exceptio. transactionis: sed solum, quòd talis exceptio sit litis finitae, & impediat li. contest. & idem tenet expresse Bart. in d. l. cum quaerebatur. per illum tex. & Glo. quae appellat hanc exceptionem litis finitae. Item mouetur per legem si pupilli. §. videamus. ff. de neg. gest. vbi tex. dicit, quòd sine actione nemo experitur: ergo si impeditur experiri, impeditur agere, facit quod no. in l. nam & postea. in princ. ff. de iureiur. debet tamen aduertere reus ad modum & formam opponendi, quia debet dicere, dico quòd non potes agere, quia non habes actionem. Secus si diceret, quia non foues iustitiam ex eo, quia solui. de quo infra dicam in 2. quaest. princ. & idem sentit Ange. in d. l. cum quaerebatur. & d. l. vir bonus. sed contra hoc fortiter ob. quod statim dicam in fine sequentis versi.

¶ Exceptio XX.

34 ¶ † Exceptio est acceptilationis, quia est etiã ista exceptio litis finitae, ita dicunt Barto. & Ange. in d. l. vir bonus, & Barto. & Ioan. Pet. in l. nam & postea. in princ. ff. de iureiur. & communiter sequuntur Legistae. Sed tu aduerte, quia contra praedictas duas exceptio. solutionis, videtur esse hodie tex. in cap. 1. eo. titu. lib. 6. iuncta glo. 3. super verbo, defensionis. Nam inquantum tex. ibi dicit, quòd nullius defensionis obiectus ante li. contesta. habet impedire li. contest. &c. glo. exemplificat in defensione quae insurgit ex solutione & acceptilatione, & sic expressè sentit, quòd praedictae exceptio. solutionis & acceptilationis non impediunt li. contest. & per consequens etiam videntur velle, quòd non sint litis finitae: quare multum mirandum est de Bart. Ange. & alijs Doct. iuris ciui. qui viderunt d. cap. 1. & glo. illam, quod non aduerterint, & ex tex. illo qui ponit regulam generalem, quòd cuiuslibet exceptionis vel defensionis ante li. contest. obiectus non impedit li. contest. nisi sit rei iudicatae, transactae, vel finitae. videtur concludendum, quòd nulla exceptio. peremptoria praeter illas duas impediat litis contest. nisi sit rei, seu litis finitae. reperio tamen Pau. de Cast. in d. l. nam & postea, qui sentit contra, & similiter dicit, quòd non videtur posse dari sufficiens responsum. subdit tamen, quòd est necessarium dicere, quòd omnia iura vetera quae volunt, quòd ad impediendam litis contest. possint opponi aliquae except. peremptoriae, praeter illas de quibus in d. c. 1. sint correcta: vel est dicendum, quòd dictum Barto. & aliorum habet locum, quando reus opponit, & statim probat: nec petit terminum ad probandum, vt sic tam illae quae exprimuntur in d. capit. 1. quam etiam aliae plures hoc casu locum habeant, sed quando non probat statim: sed peteret terminum breuem: tunc illae solum habeant impedire, quae sunt expressae, in d. c. & quae sũt de lite finita. Sed si peteret terminum longum, etiam istae quae continentur in cap. 1. non habent impedire: sed debent reseruari post litis contestatio. vt d. l. nam & postea. versic. aut si controuersia. secundum primum intellectum gl. per istum modum praedicta possunt ad concordiam reduci, secuudum Pau. & idem de hoc vltimo sentit Ange. in d. l. vir bonus, vt statim dicam, mihi videtur iste passus multum difficilis, de quo Fede. de Sen. dubitans consuluit quendam Dominum Betum Canonistam excellentissimum, qui etiam dubitando respondit, quòd credebat quòd sola tria continentur, de quibus in d. c. 1. eo. titu. lib. 6. videlicet excep. rei iudi. transactae, & iurisiur. contenta sub lite finita, vt tradit Fede. consi. 161. quare ad hanc difficultatem declarandam arbitror diligẽter aduertendum, quòd ita in d. c. 1. specificè disponit, quòd li. conte. impediat excep. de re iud. & transacta, & generaliter subdit de re finita. super quibus verbis comprehenduntur omnes excep. vel defensiones de re finita: quare vbicunque reperiremus per iura antiqua, quòd aliqua deceptio vel defensio esset de re finita: talis except. impediret li. conte. difficultas ergo consistit in cognoscendo, quae sint excep. seu defensiones rei finitae, & in hoc art. Bart. in d. l. cum quęrebatur. sentit, quòd quęlibet excep. per quam concluditur actori actionem non competere, dicatur de re finita, & per consequens exceptio solutionis & acceptilationis, dicuntur rei finitae. Itẽ mouetur per d. l. cum quaerebatur. versic. proinde, & si forte, quae dicit praedictas exceptio. esse rei finitae. Item mouetur per d. l. si pupilli. §. videamus.[b] ff. de neg. gest. quia cum tex. ibi dicat quòd sine actione nemo experitur, sequitur quòd cui solutum est, vel accepto tulit: non habet actionem, & sic impeditur agere lite contest. alleg. in l. nam & postea. in princ. ff. de iureiur. vbi praetor dicit, actionem non dabo, quod idem importat, quòd non permittat eũ agere, ideo exceptio iurisiurandi impedit li. conte. vt ibi. Ang. vero in d. l. vir bonus, dicit, quòd exceptio rei finitae dicitur illa, quae est ordinata ad finiendas lites: inter quas etiam est exceptio praescriptionis. de qua dixi eodem artic. & quaest. versic. quinta except. Si vero non est inuenta ad litem finiendam, sed tantummodo ad perimendũ, est exceptio pacti grauati de non petendo, facti de debito liquido: de quo non erit cõtrouersia, aut alia similis: nunquam impeditur li. ingressus, & sic nec li. conte. & subdit Ang. quod Io. And. dixit in d. c. 1. eo. tit. lib. 6. & similiter omnis exceptio intentionis & facti, impedit litis ingressum, quia illa praesupponit agentẽ experiri sine actione: nõ ergo impedit, quia sit litis finitę, sed quia negatur agentem actionẽ habere, vt d. §. videamus. secũdum Ang. Ex praedictis ergo apparet, ꝙ articulus iste est multũ dubius: in ea tamẽ dubietate videtur mihi, ꝙ sit aequior sententia Bart. & ꝙ exceptio solutionis & acceptilationis sit rei finitae, quinimò

ADDITIONES.

a ¶ *Adde etiam no. in l. si quis post. ff. de cond. inde.*

b ¶ *Ad hanc l. vide eleganter per Aretinum in l. si Titius. ff. de verborum obligationibus.*

quinimò dico quòd si cępta iam lite sit facta solutio, seu acceptilatio, non solum dici posit exceptio de re finita, vt exigit tex. in dicto cap. 1. eo. titu. lib. 6. imò tunc etiam dicitur exceptio, seu defensio litis finitæ, prout est tex. in d. l. cum quærebatur. versicu. proinde. & si fortè lis finita fuerit, ad quam defensio erat necessaria, vel solutione, vel trãsactione, vel acceptilatione, &c. sic formaliter loquitur ille tex. per quem apparet, quòd appellantur litis finitæ, quãdo scilicet, pendente lite id factum fuit, alias essent exceptiones rei finitæ. nec mirum, quia solutione eius quod debetur, omnis tollitur obliga. Instit. quibus mod. tolli. obliga. in princ. idem etiam dicẽdum est de acceptilatione, quæ est imaginaria solutio, & sic etiam tollit omnem obligationem, si id quod debebatur erat debitum per stipulationem, seu per vinculum iuris ciuilis & idem etiam qualitercunque aliter esset debitum, dummodo prius deductum fuerit in Aquilianam stipulationem, vt Institu. quibus modis tollitur obligatio, §. 1. & sequen. Et idem ego arbitror esse in omnibus casibus, in quibus actor ageret sine aliqua actione, vt statim subijciam. vnde potest cõcludi quòd exceptio rei finitę dicitur, qualiter except. per quam concluditur ius agenti funditus non competere, vt l. cum quærebatur. & d. l. nam & postea, in princ.

¶ Exceptio XXI.

35 ¶ † Exceptio est quæ insurgit à lege vel statuto disponente, quòd agens non audiatur. nã per eam impeditur litis ingressus, secundum Barto. in l. nam
a & postea. [a] in principio. ff. de iureiuran. vbi dicit, ꝙ licet hoc casu requiratur except. si tamẽ talis except. opponatur, impeditur li. contesta. per illam, vt d. l. nam & postea, in principio. quidam tamen volunt, vt Iaco. Butriga. & quidam alij, quòd isto casu processus sit nullus: nec sit necessarium opponere exceptionem. alij distinguunt inter causam ciuilem & criminalem: sed non intendo nunc insistere: sed dicam in titu. de except. & ibi dicam. quid si stat. dicit, quòd non admittatur ad agendum vel petendum: vel si dicat actionem seu iudicium non dabo: & sic de similibus? per talia enim verba videtur concedi saltem potestas impediendi li. contest. per viam excipiendi, ad quod vide Bart. in l. cum lex. ff. de fideiuss. & in l. cum vir. ff. de vsucap. & Ang. in l. fin. C. de malefic. secundum aliquas lect. & intellige prædicta, vt conueniant materiæ nostræ, quòd statutum perpetuo tollat actionem seu potestatem agendi, vt sic concludatur quòd except. sit peremptoria. hoc ideo dico: quia si statutum diceret quòd bannitus non debeat audiri, ista excep. non est peremptoria: sed dilatoria. ad quod vide Bald. in l. peremptorias. C. sententiam rescin. non pos. ver. quæro nunquid excep. col. 6. Bald. verò refert Ioan. Pe. in d. l. nam & postea. ff. de iniur. dicit quòd aut illa verba actionem non dabo, emanant in dicto terminato, vel quasi in materia licita, & tunc datur excep. impeditiua litis ingressus, vt dicta l. nam & postea. aut circa factum obligationis cõtrahendæ, & in materia non ex toto illicita: sed cui ius non assistit: nec ex toto resistit, vt in Macedoniano & Velleia. & tũc excep. illæ non impediunt litis ingressum, vt ff. & C. ad Macedonianum & Velleianum. & subdit Bald. quòd quandoque remedium decisorium, vt iurisiurandi, transactionis, & simile venit ante actionem propositam, & tunc impedit eam proponi. quandoque ante litis contestationem, & impedit litis contestat. quandoque ante sententiam, & tunc impedit eam. quandoque ante executionẽ, & tunc impedit etiam executio. Sed aduerte in eo quod dixit Bal. de excep. Macedon. & Velleia. qui Pau. de Cast. in d. l. nã & postea. in prin. tenet contra Bal. quòd talis excep. posit opponi ad lit. contesta. impediendam. quia licet actio non sit sublata ipso iure: tamen impeditur ius agendi, & sic potest opponere ad litis ingressum. cogitabis.

¶ Exceptio XXII.

36 ¶ † Exceptio est excep. priuilegiata, per quã reus perpetuo illa exceptione conueniri non potest, puta, si patronus conueniretur à liberto actione famosa. nam tunc per except. prædictam imponitur lit. contestat. secundum Roge. & glo. in l. vir bonus. ff. iudi. sol. & sequitur Bar. ibi, & clarius Ang. qui dicit quòd hoc non est mirum, quia si proponitur actio famosa, & etiã alia competit: hæc actio est inepta, & ineptitudo reddit iudicium retro [b] nullum.
b ita dicit tenuisse Bal. eo audiẽte, per l. si patronus li. ff. de iureiu. & idem dicendum, si filius conuenit patrem actione famosa. & idem de similibus actionibus priuilegiatis.

¶ Exceptio XXIII.

37 ¶ † Exceptio est, per quam concluditur actorem nullo modo litem habere, quam petit. exemplum, si hæreticus petat Christianum mancipium: contra quem excipitur quòd sibi non licet eum habere: nam tunc impeditur litis ingressus, secundum Roge. glos. & Barto. in d. l. vir bonus. & idem dicit ibi Ange. si laicus petat ecclesiam, vel forensis peteret rem, quæ in eum transferri non potest ob statu. nam per hoc reperiretur impeditus litis ingressus. & idem quando quis peteret libros in probat. quos habere non est licitum, secundum glo. in d. l. vir bonus. per l. cæteræ. §. 1. ff. fam. ercis. & sequuntur ibi Bar. & Ang.

¶ Exceptio XXIIII.

38 ¶ † Exceptio sit illa, quem de euictione tenet actio, &c. vt l. vendicantem, de euictionibus. nam si talis except. imponitur sub debita forma dilatoriæ, impeditur lit. contest. secundum Barto. Bal. & Angel. in l. 3. C. de fide instrum. & iure hastæ fis. lib. 10. vbi dicit Bar. quòd talis except. potest opponi dupli ci virtute perempto. & declinatoriæ. ad idem quod no. Bar. in d. l. vendicantem. quem sequitur Io. Pe. in d. l. eleganter. §. si quis post. ff. de condic. indeb. & ita debet intelligi quod no. Bal. in l. venditrice. C. de rebus alienis non alie.

¶ Exceptio XXV.

39 ¶ † Exceptio est illa, quæ opponitur contra eum qui agit petitione hæreditatis, contra quem reus excipit de ti. suo. nam petitio hæreditatis nõ datur contra titu. possidentem. & ideo impeditur li. ingressus, secundum Bal. in l. cogi. C. de peti. hæred. & Io. Pet. in d §. si quis post.

¶ Exce-

ADDITIONES.

a ¶ *Et ibi Moder. latè tangunt.*

b ¶ *Adde glo. & ibi do. Ias. in l. 1. ff. de offi. assess.*

¶ Exceptio XXVI.

40 ¶ † Exceptio est illa, per quam repellitur agens, vt hæres ab intestato, quamdiu potest esse locus successioni ex testamento, vel illa per quam repellitur substitutus, quamdiu potest esse locus instituto, per l. quamdiu. C. qui admit. ad bo. pos. possunt, secundum Ioan. Pet. in d. §. si quis post. dicit tamen in hoc cogitandum, an dictæ except. opponantur ad processum.

¶ Exceptio XXVII.

41 ¶ † Exceptio est except. ineptæ petitionis,[a] secundum Guliel. de Cun. in l. si patronus liber. de iureiur. & Ioan. Pet. in d. §. si quis post. facit quod no. Ioan. And. in d. cap. vt circa. de elect. in sexto, in nouel. & vide ad hoc quod dixi in cap. 2. supra de libe. obla. art. 23. & seq.

¶ Exceptio XXVIII.

42 ¶ † Exceptio est illa, per quam proposita in vim dilatoriæ ostenditur accusantem, siue inquirentem non habere ius accusandi vel inquirendi, vel quod est proposi. vt delic. non est delic. exemplum, si opponitur excep. per inquisitionem vel accusationem ante li. conte. quòd procedi nō potest contra eum, quia ille contra quem proceditur, erat infans, vel fecit ad sui defensionem, vel ad vindictam: statuto cōcedente, vel quod aduersarius potuit impune offendi virtute statuti, quia malpagus, vel bannitus, ita cōcludit Nellus de S. Gemin. in tract. bannito. in 2. q. 1. par. primi temporis, dicit quòd credit hoc esse verum, & quòd pluries vidit practicari quòd tales except. non solum possunt opponi ad solutionem diffinitiuæ: sed ad impediendum processum proponi & probari. nam tales except. secundum eum, impediunt li. contest. C. de his qui ad eccle. confu. l. si seruus. ff. de adul. l. si maritus. §. præscript. secundum Ia. de Are. & ff. de neg. gest. in l. si pupilli. §. videamus. & per no. per Bart. in d. §. si quis post. & l. nam & postea. in prin. ff. de iureiur. & l. absentem. in fi. ff. de pœnis. aliquid per Bal. in l. except. C. de probat. & prædictam opi. post relatas multorum antiquorum opi. tenet Alb. de Rosa. in tract. statu. quæst. 37. & idem dicendum est in qualibet excep. criminis exclusiua: de qua in causa criminali cognoscendum est ante li. conte. vt puta, si accusatur quis l. Fauia de plagiarijs, & ipse excipit de proprietate, quòd ille est seruus suus, vt est tex. in l. præses. C. ad l. Fauiam. de plagiarijs, & ibi Cy. Bal. & Ang. quia talis causa est præiudicialis ad principale quod intenditur: ideo prius de ea cognoscendum est, vt dicam in sequenti ver. sentit Spe. in tit. de excep. §. dicto. in prin.

¶ Exceptio XXIX.

43 ¶ † Exceptio est excep. per quam fiet præiudicium[b] actioni intentatæ, vt est tex. in l. 1. ff. fam. ercisc. vbi si agens fam. ercisc. iudicio, proponit se hæredem, & per possidentem contra quem agitur opponitur exceptio, quòd agens non sit hæres, admittitur hæc exceptio ad finem, vt impediat processum in principali: ne fiat præiudicium petitioni hæreditatis, quæ debet præcedere iudicium fami. ercisc. vt d. l. 1. vnde idem esset in qualibet exceptione præiudiciali, vt si opponitur quòd sit seruus, vel filiusfam. qui agere non possit. C. de ordi. iudi. l. 1. & 2. & de his præiudicialibus habetur Institu. de actio. §. præiudiciales. nam istæ exceptiones præiudiciales probantur, & proponuntur ante li. conte. C. de adulte. in l. quoniam Alexandrum. & ff. de præuaric. l. 3. in princ. secundum Archid. & Ioan. And. & Domin. Domi. eo. tit. in sexto, & Bal. in d. l. 1. C. eo. ad idem facit l. fundi Titiani. ff. de excep. ego de ista materia exceptionum præiudicialium, dicam latius infra in tit. de ordi. cogni.

¶ Exceptio XXX.

44 ¶ † Exceptio est quælibet exceptio non notoria opposita in vim dilato. si modo excipiens offerat se probaturum incontinenti. hoc tenet Archi. in cap. vt circa. de elect. in sexto, allegat. l. 3. §. ibidem. ff. ad exhibendum, vt refert Domin. M. in cap. super literis, supra de rescrip. in glo. super verbo, forsan. subdit tamen, quòd hoc dictum à multis mordetur, & quod pro & contra facit cap. literas. de restitu. spol. & prædictam opin. tenet Guido de Suza. in l. 1. C. de iur. & fac. ignor. per d. §. ibidem. Pau. de Cast. in l. nam & postea. ff. de iureiur. tenet, quod hoc habet locum, quando reus opponit, & statim probat. secus quando peteret terminum ad probandum. supra eo. artic. versi. 20. vt dixi.

¶ Exceptio XXXI.

45 ¶ † Exceptio est, si exceptio alias non priuilegiata, vt possit opponi in vim dilatoriæ, opponatur in vim dilatoriȩ, parte non contradicente: admittatur probatio super illa. nam facta probatione impeditur litis contestatio, secundum Ioan. de Imo. & Archid. in cap. 1. eo. titu. lib. 6. & imponetur silentium actori. nam ex quo admissa est, & facta probatio: factum est notorium, & ideo iudex non debet permittere, vt causa in iudicium deducatur, supra de filijs presbyt. cap. quoniam. Item quia per hoc euitatur[c] circuitus, & litibus facilius finis imponitur, vt in cap. Abbatem. de re iudi. in sexto, & Clem. auditor, de rescrip. inducunt etiam quod no. in simili in cap. si fortè. de elect. in sexto. in glo. si ergo, in fine, & Cle. const. de elect. ad finem, & sequitur Ioan. And. & Lap. & Do. Domi. in d. c. 1. eo. tit. in sexto, faciunt quæ dixi supra, eo. art. versi. exceptio. & tribus sequentibus versi.

¶ Exceptio XXXII.

46 ¶ † Exceptio, est exceptio quæ tangit negotium principale, & pariter respicit literas. nam tunc impedit li. contesta. licet non sit de re iudicata, transacta, vel finita. exemplum in eo qui impetrat literas ad beneficia: contra quas excipitur, quòd sunt nulla, quia tacuit numerum iuramento firmatum. talis enim exceptio admittitur contra literas, & impedit li. contest. supra de rescrip. cap. constitutus. & ideo quando oritur actio ex ipso rescripto, vt in exemplo statim posito, & similibus, & sic exceptio elidit literas impeditiuas li. contest. vt d. cap. constitutus, alias non oritur actio ex rescripto: sed si impetratur rescriptum super actione iam orta & competenti, & tunc

ADDITIONES.

a ¶ *Vide Bal. in cap. 2. de cau. possess. & proprie. & Bal. in c. auditis. de præscrip.*

b ¶ *Vide scribentes in l. edita. in 2. regula Bartoli. C. de eden.*

c ¶ *Faciunt quæ no. Alex. & Moder. in l. singularia, & in l. cum fundus. §. seruum. ff. si cer. peta.*

& tunc distinguitur, an opponatur dilatoria contra literas, non est materia nostra. an peremptoria, & tūc si est de re iudicata, transacta, vel simili, & impedit litis contesta. aut non est de illis, & tunc non est contra literas admittenda: nec per eam litis contestatio retardatur, secundum Spec. in titu. de excep. §. dicto, versi. rursus. & vide etiam, quod ipse notat eodem. §. versi. & vt plenius. & idem quod dixi de suppressione numeri, habet locum in qualibet alia suppressione, quæ redderet rescriptum nullum: tales enim exceptio. quæ non solùm afficiunt literas, sed etiam gratiam: impediunt lit. contest. vt d. c. constitutus. & c. ad aures. de rescrip. secundū Spe. in alleg. §. dicto, versic. sed quæro de exceptione. vbi subdit quod vtile est eas cōtra rescriptum opponere, & ad impediendam litis cōtestatio. quia tam literas, quam iurisdictionem iudicis elidunt, & literis elisis, tota quæstio est elisa: & lites abbreuiantur, vt c. cordi. de appellatio. lib. 6. Si verò aliqua sit exceptio, quę competat contra literas: illa ante litis contestationem est omnino opponenda: sed non pertinet ad indagationem nostram.

¶ Exceptio XXXIII.

¶ Exceptio fit, vbicunque esset alia exceptio, quę haberet eandem rationem cum aliqua de exceptionibus superius enumeratis, per no. per glo. in l. 1. C. de condi. indeb. & per Dom. meum in cap. cum dilecti. de confirm. vtili. & c. cum omnes. supra de constitu. & in cap. 1. supra de his, quæ fiunt à Prælato. & c. cum inter vniuersas. de electio. & c. cum sit. infra de simo. vbi etiam in alia lectione in voce notaui tibi, quòd etiam casus exceptus extendebatur per similitudinem [a] rationis ad alios casus. Et ex his habes, quæ sint exceptiones peremptoriæ quę possunt impedire litis ingressum, & sic lit. contest. & no. singulariter, ꝙ omnes istę exceptiones etiam impediūt compromissum, quod fortè disponitur ex forma statuti propter consanguinitatem, vel aliam causam: sed quia non pertinet ad indagationem nostram, dicam in tit. de arbitris.

47 ¶ † Secundò principaliter quęro, qualiter & quādo prædictæ exceptiones opponi debeant ad hoc, vt impediatur lit. contesta. & qualiter cognoscatur, an appositæ sint in vim dilationis, seu declinationis, vel peremptoriæ. & quid iur. si simpliciter opponantur. Sol. Cyn. in l. 1. C. eod. ti. dicit ꝙ debēt opponi processui in modum emergentiū: aliàs autem si opponerentur petitioni per modum iustitiæ obtinendæ, videtur potius induci, quàm impediri litis contestatio, per ea quæ dicam inf. eod. in 8. princip. articu. Idem etiam in effectu vult Barto. in l. cum quærebatur. ff. iudi. sol. vbi dicit, quòd debent opponi ad processum, & non ad merita causæ. & idem Barto. in l. fin. ff. pro suo. & Ange. in l. vir bonus. ff. iudi. sol. & Pau. de Cast. & Moder. in l. nam & postea, in prin. ff. de iureiurando.

¶ Debet ergo, secundum varias causas cōcludentes superiores exceptiones, reus excipere ꝙ actor nō sit audiendus: nec admittendus ad litis ingressum. idem etiam si diceret, quòd opponeret prędictas exceptiones & peremptorias: vel quamlibet earū, vel illam quam opponeret in vim dilationis, seu declinationis: vel per similia aut æquipollentia verba. & Io. Andr. in additio. Specu. in tit. de dilatio. §. 2. vers. item quæritur, vtrum, in magna additione, exemplificat, dico actorem non audiendum, vel ab agendo repellendum, vel de litis instantia absoluendum, vel rescriptum non valere: quia tacuit talem peremptoriam, vel quid simile: vel per alia similia ęquipollentia verba, per quæ proponat peremptoriam, vt dilatio: tunc aut videtur illam opponere in vim peremptoriæ, quando concluderet actori perpetuum silentium imponendum, vel se ab eo quod petitur absoluendum: vel diffinitiuè pronunciari ipsum ad id ꝙ actor petit non teneri: vel his similia. non ergo debet reus vti his verbis, si vult opponere in vim dilatoriæ: sed prioribus ad hoc, vt non videatur opponere ad merita causæ, & sic veniret discutienda post litem contestatam, & debet excipiens offerre se probaturum exceptiones in continenti, & sic debent esse tales quæ possunt in continenti probari: aliàs secus: puta, si requirerent altiorem indaginem: quia tunc non impedirent litis ingressum, vt est tex. in l. nam & postea. ff. de iureiuran. ibi dum tex. dicit, aut si controuersia. iuncta glo. super verbo, iureiurandi. in princip. & sic tunc procederetur ad vlteriora, non obstante tali exceptione, secundum Doct. ibi, & maximè Pau. de Cast. & Moder. & per illum tex. etiam idem dicit Barto. in l. fin. ff. pro suo. & ita dicit posse intelligi. l. emptor. C. de pręscriptio. longi temporis, & idem tenet etiam in l. cum quærebatur. ff. iud. solui. & sequitur Ange. in d. l. uir bonus. ff. iudic. sol. per dictā l. emptor. & l. ille à quo. §. si de testamento. ff. ad Trebel. & quando dicantur incontinenti offerri seu probari: dic, si dicitur, hodie cōstat, hodie agatur, vt debet dici in summarijs iudicijs: debet incōtinenti probari, vt d. §. si de testamento. Item dicitur fieri, si fiat intra tēpus, propter quod non retardetur principalis causa, quo casu etiā dicitur procedere illud, hodie constat, hodie agatur, secundum Barto. in l. is à quo. ff. vt in possess. leg. & vide quod dixi de dictione, incontinenti, in cap. 1. supra, de mutu. petitio. in glo. super verbo, incontinenti. Sed quæro, quando prædictę exceptiones opponi debeant ad impediendam li. contest. Sol. Satis clarè videtur constare ex prędictis: videlicet, ꝙ ante li. contesta. & intra terminum asignatum ad proponendum & probandum dilatoriam: aliàs illo termino elapso non videtur ꝙ reus posit vlterius dictas exceptiones opponere in vim declinatoriæ, seu dilatoriæ, licet simus ante lit. contest. secundum Specu. in titu. de dila. §. dilatoria. ver. item quæritur. Sed aduerte: quia Spec. videtur ibi de hoc dubitasse. Io. And. ibi in addi. latius reassumpsit quæstionem prædictam. & pro prædicta cōclusione, quòd non admittatur ad probandum, arguit primò: quia terminus prædictus datur ad hūc finem, ne protrahatur li. contest. & per consequens causæ determinatio, vt in cap. pastoralis, inf. de except. sed si post terminum audiretur, eluderetur iste finis vel effectus cōtra verba & mentem illius decretalis, quod non est faciendum, vt inf. de matrimon. contracto contra interdict. eccle. in c. 1. & per iura allegata in gl. pe. Item speciale est in except. excommunica-

ADDITIO.

a ¶ *Et quomodo intelligatur ista similitudo, ponit d. Alexan. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posth.*

municationis, quod lapsus termini non impediat illam proponi, vt Cle. 1. de except. ergo in alijs remaneat salua regula dicti c. pastoralis.

¶ Tertiò probatur: quia quod potest lis contest. post terminum lapsum quo ad dilatorias excludendas, vt d. c. pastoralis, & c. inter monasterium. inf. de re iudi. & quod non potest contestari post terminũ, vt d. Clemen. vnica, & quod ibi no. glo. pe. sed constat prædictas exceptiones in vim dilatoriæ post lit. contest. opponi non posse, vt d. c. pastoralis. ergo nec post terminum.

¶ Quartò mouetur: quia ex quo prædictæ exceptiones, tanquã priuilegiatæ, habẽt conuenientiam & similitudinem cum dilatorijs: licet sint peremptoriæ: ergo in censura & disciplina cõuenire debent, vt inf. de except. c. cum inter. in fi. & inf. de statu mo. c. recolentes.

¶ Quintò mouetur: quia priuilegium dictarum excep. vt possint opponi in vim dilatoriarum, est cõtra regulas iuris: ergo non est dilatandum, sed iuri
a communi conformandum, dummodo [a] aliquid cõferat. inf. de verborum sign. c. ex parte. el primo. & c. dilecto. satis ergo conferre videtur: licet dicamus quòd dictus terminus ipsas exceptiones includit. datur enim, vt faciat reus, quod ex priuilegio exceptio num potest: non ergo derogatur, sed exequitur. Verùm in contrarium fortiter obstat: quia dictus terminus datus fuit ad dilatorias: sed istæ sunt peremptoriæ, ergo, &c. & licet ante lit. contest. possint opponi, retinent nomen peremptoriç, quod probat tex. in c. 1. eod. titu. in 6. ibi, nisi de re iudicata, & sic excipit à regula peremptoriarum: ergo de peremptorijs loquitur: nec dat eis nomen dilatoriarum: aliàs incongrua fuisset exceptio. Item resultat ex contrario, quod idem esset dare terminum ad dilationẽ & peremptorias, quæ veniunt ante li. contest. vel ad illas, quæ litis contest. impediunt, quod dare ad dilatorias tantum. quod sonat in absurdum: cum verborum varietas habeat variã significationem. infra de dec. ad audientiam. C. de codi. in l. si idem. & c. si Papa. de priuileg. in 6. imputari ergo debet illi qui potuit apertius loqui, vt c. contra eum, de regu. iur. lib. 6. cum concord. Item ex eadem causa terminus datus ad proponendum tales peremptorias, licet fortiores sint, nõ includeret dilatorias: quia verba hoc non sonant. & ad hoc non ob. quòd quidam allegant in contrarium, quòd talis admissio esset elusoria: quia non est verum, cum terminus non fuit datus ad hoc: nec est verum, quòd istud sit prorogare: imò est abbreuiare, si sine li. contest. negotiũ terminatur. ad expeditionẽ enim litium hoc pertinet, vt Clem. sæpe. post princ. de verborum signific. nec sequitur, si non habet priuilegium dilatari: ergo includitur in verbis, quæ id non sonant. subdit deinde Ioan. And. quòd si quis vellet tenere primam opinio. quç sibi nõ placet, ponderanda sunt verba, quibus excipiens vtitur: vnde dicit, quòd quãuis peremptoria, licet priuilegiata, non possit habere vim dilatoriæ post litis contestationem: tamen ante lit. contesta. putat quòd possit habere vim vtriusque. vnde dicit, quòd si proponens vtitur verbis quibus faciat illam dilatoriam, de quibus dixi supra, potest habere locum primum dictum cum suis rationibus. Si vero ante lit. contest. proponat illam in vim peremptoriæ, secundum ea quç supra dixi, & tunc sit locus secundæ opin. & sic terminus ille huic peremptoriæ non obstabit. vnde non esset absurdum connumerare istum casum inter casus, quibus lite contesta. potest perueniri ad diffinitiuam super princip. de quibus dicam in c. quoniam. inf. titu. 1. in 4. prin. artic. & adde quod dicam inf. in 6. quæstio. & vide etiam aliquid in 7. quæst. in fi. Sed quæro circa prædicta, quid si reus opponit simpliciter exceptionem peremptoriam, quæ poterat in vim dilatoriæ & peremptoriæ, nec aliter exprimat, an opponat in vim dilatoriæ vel peremptoriæ. Sol. Bald. in l. peremptorias. C. senten. rescin. non posse. col. pe. ver. 2. no. dicit, quòd videtur oppo. in vim peremptoriæ, & sic non impediret lit. contesta. videtur enim consentire, quòd lis cõtestetur. nam cum non possint eam probare, nisi actor primò probet: & actor non posset probare, nisi lis contestetur: ergo ex necessitate ordinis sequitur quod dixi per l. emptor. C. de præscriptio. longi tempo. & nunc hoc mane sit finis huic lectioni pro honorando funere religiosissimi Eremitæ fratris mei Senen.

¶ Sed aduerte redeundo ad opi. Bal. quia in contrarium videtur obstare, quod potius in dubio videatur oppo. in vim dilationis, eo quòd reorum semper est fugere, vt l. inter stipulationes. §. 1. ff. de verbor. obl. Item facit in contrarium quod dicam inf. eo. art. 8. q. 8. prope fi. cogitabis.

48 ¶ † Tertiò principaliter quæro, coram quo iudice prædictæ except. sic oppositæ in vim dilat. vendicent sibi locum. Sol. Ioan. in c. 1. eo. tit. lib. 6. dicit, quod habeant locum tam coram ordinario, quã coram delegato: nam cum eadem sit ratio, ergo idem ius. sup. de const. c. translato. subdit tamen, quod quantum tex. d. c. 1. vult quòd opponi possit cõtra rescriptum, non habet locum nisi in delegato, & sic propriè loquitur finis illius tex. secundum Ioan. Andr. & sequitur dom. Domi.

¶ Quartò principaliter quæro, in quibus casibus prædictæ except. oppositæ in vim dilationis impediant lit. contesta. Sol. Dic, quòd non solùm habent locum in merè ciuilibus & profanis: sed etiam in spiritualibus, vt supra de rescript. cap. ex parte decani, & supra de electio. cap. cum dilecti. & etiam in criminalibus, vt in cap. de his. infra de accusa. & C. de transact. l. transigere. secundum Franc. Vercel. & Ioan. Andr. & domi. Dominicum in dicto cap. 1. eod. titu. in 6. Secus secundum eos, in matrimonialibus: quia exceptio rei iudica. illis non obstat, vt de re iudica. cap. lator. & cap. consanguinei. nec etiã exceptio translationis, vt c. 1. circa fin. supra de translat. idem dicit Lap. in beneficialibus. loquitur tamen sub dubio forte, & remittit se infra de dolo & contum. in cap. cum super. glo. penult. & de re iudi. cap. cum Bertholdus. super verbo concessum. & de rescrip. cap. constitutus, secundum Lapum in d. c. 1. sed dicit ibi dom. Domini. quòd Lapus vtitur verbo, fortè, propter dubium, an sententia in causa benefi-

---

ADDITIO.

a ¶ *Facit glo. no. & ibi Doct. in l. sed & si quis. §. quæsitum, in glo. magna, ad fin. ff. si quis cau. Bart. in l. si mora. in 2. q. ff. sol. matr.*

a beneficiali transit in rem iudicatam.[a] de quo sunt opin. de quibus in dictis locis, de quo etiam per glo. Dom. Anton. & Docto. in d.c. ad audientiam. supra de rescript. & per Innocen. in c. constitutus. & c. ad aures. eodem titu. & c. 1. infra de conces. præben. ego dicam infra de re iu. quod tamen dixi, supra eo. art. ver. 14. exceptio.

49 ¶ †Quintò principaliter quæro, vtrũ contra tales except. possit aduersarius replicare, & qualiter. SOL. Dic, quòd sic, & replicatio potest fieri hoc modo, si opponitur except. rei iudicatæ replicari potest ꝙ sententia non tenuit: vel propter defectum iurisdictionis: vel aliam causam ipsam annullantem. similiter etiam contra except. transactionis, replicat quòd fuit dolo facta. ff. de pact. l. tres fratres. & l. in summa. ff. de condi. indeb. vel propter l. eleganter. §. si quis post. ff. de condict. indeb. & l. post rem. ff. de transactio. ad quod vide glo. 2. & Doct. in cap. super eo. de translat. vel cõtra exceptio. litis finitæ opponetur quòd fuit lite finita. & sic in simili potest figurari exemplum de iuramento. & de alijs excep. supra narratis tales replicationes fieri possunt, vt dicit glo. magna circa medium. eod. tit. in 6. argumen. dictorum plurium, & ff. ad Tertul. l. 1. in fi. & ff. de verborum signific. in l. transacta. quoniam ista sunt præiudicialia, & prius tractanda. inf. de ordi. cogn. ca. tuam. secundum glo. prædictam, quam sequuntur Docto. facit supra de iudi. c. exhibita. & voluit Host. quòd testes vtriusque partis admittantur, & quòd simul concurrunt except. & replicatio, vt c. 1. eod. titu. lib. 6. & sequitur Specu. in titu. de except. §. dicto. versicu. hoc quoque no. & in tit. de sententijs. §. nunc de effectu. versi. item pone. & ex prædictis patet quòd licet ius vel statutum disponat excep. admittendas fore in aliquo iudicio: illud intelligitur, nisi tales except. replicatione elidantur, vnde non est intentionis talis statuti vel iur. quòd contra tales except. non admittatur replicatio nullitatis,
b [b] vt in except. supra positis. ad quod facit glos. in cap. indemnitatibus. de elect. in 6. & gl. in Clem. 1. de seque. poss. & fru. secundum do. Domini. & Bene.

50 ¶ † Sextò quæro, qualiter pronũciabit iudex probatis dictis except. & qualis sententia dicatur ista. nã super principali videtur ꝙ non possit pronunciari: quia super eo non est actus, nec super eo lis contest. vt inf. ti. 1. per totum. & quia de qua re cognouit prætor, & c. vt l. de qua. ff. de iudi. inf. de causa poss. in ca. cum ecclesia. & c. sequen. SOL. Glo. magna in cap. 1. eod. titu. in 6. dicit post Ber. quod non pronunciabit super princip. sed super except. exemplum in except. rei iudica. super qua pronunciauit isto modo, quia data fuit petitio in qua A. petijt à B. talem rẽ, quã dicit ad se pertinere iure dominij, vel quasi, &c. cui A. fuit excipiendo responsum per dictum B. quod cum alia vice super dicta petitione iudicatum fuerit contra A. non est vlterius audiendus contra sententiam, quæ transiuit in rem iudica. quare cum constet quòd super dicta re petita ad dictum A. obstet sibi except. rei iudic. diffinitiuè pronuncio dictum A. super dicta petitione non esse vlterius audiendum: sibi perpetuum silentium imponendo. ad quod alle. c. veniens. infra de accu. & si fuerit delega. poterit pronunciare literas non valere, secundum glossam prædictam. & ex prædictis infert glo. prædicta post Bernardum, quòd tutius videtur ponere dictas except. post lit. contest. quia tunc absoluetur à principali debito. & aduerte: quia glo. prædicta variat, quia primò dicit quòd diffinitiua pronunciat: propter quod gl. videtur exigere litem contest. super excep. vel exceptionib. propositis, de quo dicam latius in c. quoniam. infra titu. 1. in 4. princip. articu. ver. deinde. glo. dicit quod pronunciat literas non valere, & sic videtur velle quod debeat pronunciare interlocutoriè, & non diffinitiuè. Io. Andr. in addi. Specu. in titu. de dila. §. 2. ver. item quæritur. in mag. additio. prope fin. de qua additione dixi supra, in versic. 2. quo distinguit, quòd aut opponitur except. ante lit. contest. in vim dilatoriæ, & tunc non põt pronunciari diffinitiuè: aut opponitur in vim perempto. etiam ante litis contest. quod fieri potest, vt dictum est, & tunc poterit pronunciari diffinitiuè, licet contrarium voluerit Barto. & glo. prædicta post eum. nec obstat, quod non li. conte. non feratur diffinitiua: quia dicit ibi Ioan. Andr. quòd non esset absurdum, quòd iste casus connumeraretur inter alios casus, in quibus lite non contesta. fertur diffinitiua. & subdit quòd illud quod dicit illa gl. quòd cautius esset proponere post li. conte. intelligi debet tutius ad tollendum omne dubium, sed non propterea quòd sequatur quòd non possit fieri diffinitiua. quantum verò ad practicam seruãdam, Io. An. in c. 1. eo. titu. lib. 6. in nouella, dicit quòd cum sententia debeat esse conformis modo proponendi, vt in c. 2. infra de ordi. cogn. ideo si opponit in vim dilatoriæ sentẽtia debet ferri sub ista forma, vel ad agendum non admitto, & non admittendum pronuncio: aut opponitur peremptoriè, & tunc pronunciabit diffinitiuè, secundum practicam glo. Paulus de Liaza. in d. c. 1. dicit, quòd iudex debet attendere formam in pronunciatione, secundum quam res inducitur in iudicium: quia sicut diffinitiua venit ad libel. sic interlocutoria ad conclusionem exceptionis: vnde in diffinitiua, licet iudex cum talis petat 10. & probatum sit dari debere pronuncio te dari debere, sic ad conclusionem exceptionis: quia fuit oppositũ contra libellum, ꝙ alias super hoc res fuit finita, ideo pronuncio actorem non esse audiendum: & reum esse absoluẽdum à petitione ipsius, secundum Pau. Sed posses opponere: ergo sententia lata super except. peremptoriæ, secũdum practicam prædictam, erit diffinitiua. cuius contrarium no. glo. in Clem. fi. de appella. & voluit Archi. 3. q. 6. §. exceptio. in prin. SOL. Dic, quòd illa glo. procedit, quando sententia principaliter profertur super except. perempto. puta dicendo, talem exceptionẽ admittimus, & hoc expresse voluit illa gl. dum dicit, quòd post pronunciationem super except. exigitur alia sententia super princi-

ADDITIONES.

a ¶ *Adde quòd sententia lata ex causis priuilegiatis nunquam transit in rem iudi. ita tenet Domi. Io. Bapt. de Sancto Seuerino in repetitio. l. admonendi. in 20. col. ff. de iureiur.*

b ¶ *Facit, quia ex quo exceptio nulla non est exceptio, c. 1. vbi Abb. extra de re iudi. non comprehendetur verbis statuti, per Bar. in l. 1. §. & parui. ff. quod vi aut clam. d. Abb. in c. ex parte. el 2. de offi. deleg.*

principali. hic autem loquimur quãdo principaliter & directè non pronunciatur super excep. sed super petitione actoris. & hoc expressè vult glo. in c. 1. eo. titu. lib. 6. & hæc pronunciatio bene potest fieri pronunciãdo super principali, absque eo quod pronuncietur super exceptione perempt. infra, de ord. cog. cap. 1. & quod ibi no. Et ex his infertur, quod si illę excep. opponuntur in vim declinatorij iudicij: cum tunc absoluatur solum, vt per illas literas respondere non teneatur, si postea aliæ literæ contra eum impetrarentur, cogeretur respõdere super eodem debito, vt no. Inno. in c. super literis. de rescrip. & Ioan. Andr. & D. Domi. in d. c. 1. Si verò exceptiones oppositæ non fuerint probatæ, cogetur reus li. conte. secundum ea quæ dicam in seq. q.

51 ¶ † Septimò quæro, quis sit ipsarũ exceptionum effectus. Sol. Dic quòd si opponuntur in vim dilatoriæ, est li. contesta. suspensiuus, vel prohibitiuus. si enim reus probabit, nõ procedetur vlterius super causa prædicta, sed iudex pronunciabit, secundum quod dixi in præced. quæstio. si verò opponens succubuerit in probatione, effectus videtur singularis, secundum Gul. de Cu. quia postea non audietur iterato opponens in vim peremptoriæ, & hoc est propter didicita testificata, secũdum eum, vt refert Bar. in l. eleganter. de condi. inde. ipse tamen Barto. allegat in contrarium, cap. veniens. infra, de testib. & subdit, non determino pro nunc. Archid. vero in c. primo, eodem titu. lib. 6. tenet contrarium, quòd iterato possit opponi post li. contest. alleg. dictum Inn. in c. super literis. de rescript. in glo. ante p. ver. sed certè. vbi tenet quòd licet sit lata sententia contra opponentem perempt. in vim dilatoriæ ad cassandum rescript. non poterit opponi in principali, vt perpetuo absoluatur, quia variatur effectus opponendi, cum aliud opposuerim primo, quàm secũdo. ad hoc quod no. in c. 2. de ord. cog. in gl. quę incipit, hoc patet. in fi. Io. Mon. in d. c. 1. & etiam Archi. tenet contrarium. & sic quòd non debeat iterato admitti. & loquitur Ioan. Mo. etiam de excep. quæ non debuit admitti ante li. cõte. & tamẽ fuit admissa, & nõ probata. mouetur, quia re ipsa idem consequebatur, si probasset. Item quia si non potuit impedire, multò minus perimere. alleg. C. de proba. l. sciant cuncti. & sic hæc opi. in effectu concordat cum opin. Guil. de Cu. & si quis vellet tenere hanc opin. posset respondere ad d. c. veniens. secundum Do. Onofrium de Peru. quòd ibi variatur modus agendi: hic verò modus excipiendi non variatur, imò est vna excep. licet varietur in modo proponendi, sed in d. cap. est separata via agendi. Item ibi attestationes in primo iudicio non faciebant fidem in alio, secus in terminis nostris. Specu. verò in titu. de sententia. §. dicto. versic. sed nunquid si in principali. videtur inclinare in simili in hanc sententiam eo, quia talis interlocutoria, à qua potuit appellari & nõ fuit app. transiuit in rem iudicatam, & ideo non potest talis excep. iterato opponi, loquitur tamen Specu. quando reiecta peremptoria in causa princip. per interlocutoriam iteratò opponeretur in causa app. quæ tamen quæstio est hodie expedita per cap. fin. de appel. in 6. sed Ioan. And. in d. c. 1. tenet opi. Archid. & idem tenet ibi Lapus Abbas per rationem Archidia. & quia licet idem proponatur, si tamẽ variatur modus agendi pronunciationis factæ super vno modo, nõn pręa iudicant alteri, etiam si idem repetatur,[a] vt in cap. 2. infra, de ordi. cogni. & d. capitu. veniens. el 2. sed quando opponitur in vim dilato. oppo. tantum ad finem declinandi forum, & vt per illas tales literas nõ procedatur: sed quãdo opponitur in vim peremptoriæ, fit ad effectum, vt absoluatur à principali petitione, vt in c. 1. infra, de ordi. cogni. domi. Domin. in d. cap. 1. dicit quòd prædictæ opi. possunt reduci ad concordiam, vt opi. Archidia. & sequacium procedat, quando ante li. contestatio. proposuit in vim dilatoriæ: opinio erat Io. Mona. quando opposuit in vim perempto. quod facere potuit, per tex. d. cap. 1. & per ea, quæ supra dixi, & ita concludunt rationes ipsorum: quia si apposita in vim perempto. non variatur modus opponendi. tu verò dic post Ioan. Pet. plurimis additis, ꝙ aut ille qui opposuit exceptiones ad declinãdum, fuit repulsus, & hoc est clarum, quòd poterit etiam opponi in vim peremptoriæ, quia fortè fuit repulsus eo, quòd natura illius exceptionis non erat declinare: aut fuit repulsus quia requirebat altiorem indaginem, & ideo fuerunt reseruatæ, vt debebat reseruari, secundum l. nã & postea. ff. de iureiu. & dixi supra, in quęstio. nostra, & dicam latius infra in titu. de excep. & clarum est, quòd possunt iterato opponi, & probari post li. contestatio. Si vero de dictis exceptionibus cognitum fuerit, & & succubuerit, qui propriè est casus noster, & potest iteratò in vim peremptoriæ opponi, & probari, tum quia illud iudicium fuit agitatum super declinatoria in vim peremptoriæ, tum quia fuit summarium non requirens altiorem indaginem, quia alias fuisset reseruata post li. contestatio. vt dixi. & ideo non præiudicat in plenario. & hoc ponderat tex. in cap. veniens. el 2. de testi. & ideo publicatio attestationum non habet obstare, vt ibi. item quia dicti testes fuerũt inducti ad alium finem, videlicet, ad declinandum litem & iudicium, & non producuntur ad perimendum, & sic variatur modus agendi. vnde sicut non obst. exceptio rei iudica. ita non obstat publicatio. ad quod vide quæ latè dixi in capitulo, fraternitatis. infra de testi. in decimo principali articulo, quarto membro princip. articu. versicu. vigesimotertio, & versicu. vigesimoquarto. & hoc singulariter prosequitur Bartol. in extrauag. ad reprimen. super verbo, summariè, versicu. quædam sunt emergentes. vbi vult, quòd quamuis ad hoc, vt excipiens de re iudica. transacta, vel finita, ad impediendam lit. contestatio. posit obtinere, debet plene probare: tamen ista cognitio dicitur summaria, propter breuitatem dilationis, quia si requireret altiorem indaginem, talis exceptio differretur, & lis contestaretur, vt dictum est. & postea opponeretur in modum peremptoriæ, vt l. nam & postea. ff. de iureiur. vnde subdit ibi Barto. quòd si opponens succumbat in illa exceptio. quia non probauit plenè ante li. contesta. & testes super hoc fuerunt examinati & publicati: tamen etiam post litem contesta. iterum poterit oponere, & testes examinari & publicari poterunt, quia testes prius fuerunt examinati summatim.

ADDITIO.

a ¶ *De materia vide in l. fundi. ff. de excep. rei iudi.*

matim. ideo non impeditur examinatio quę fit post li. contestatio. quia fit plenariè, vt l. penult. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. & in l. à diuo Pio. §. si super rebus. ff. de re iudicata. & quia testes sunt examinati ad vnam instantiam, & ad vnum finem ante lit. contestatio. scilicet ne procedatur: sed post li. contestatio. producuntur ad alium finem, scilicet, vt diffinitiue absoluatur. & cum instantia incipiat à contestatio-
a ne,[a] vt dixi in c. pen. sup. de iudic. in 8. princ. arti. non potest dici ꝙ producantur in eadem instantia. & de hoc est casus, secundum Bar. in d. c. veniens. & sic residet Bar. Nec ob. quòd prima cognitio videatur plenaria: quia ex parte opponétis importat plenam & perpetuam tuitionem, seu emolumentum: ergo talis cognitio videtur plenaria: non summaria, secundum regulas traditas per Bar. in d. extrauag. in d. verbo, summariè: quia respondeo secundum Domin. Fran. de Alb. de Are. in apostil. ad d. extrauag. quòd verum est quòd requirebatur plenaria cognitio, vt pronunciaretur quod opponeretur, sed non desiderabatur plenè ad hoc, vt pronunciaretur pro actore contra reum, & ideo in istum euentum videtur summatim cognitum, & propterea non parit exceptionem rei iudic. in plenaria cognitione, secũdum Do. Franc. & pro prædicta opinio. facit etiam quod no. Barto. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verb. oblig. in illo artic. si est cognitum semel in via excipiendi, & illud idem deducat per viam agendi. & etiã quod no. Specu. in titu. de excep. §. dicto. ver. sed nunquid attestationibus. sicut ergo variatur modus agẽdi de iudicio summario ad plenarium: ita modus excipiẽdi, vt no. gl. in l. 1. ff. quorum bonorũ. ad idem etiam facit quod no. Io. de Imo. in d. c. veniens. el 2. inf. de testi. vbi dicit, ꝙ licet quis diceret plenè esse cognitum, & sic non esse summarium iudicium respectu probationum: tamen dicit ipse, ꝙ etiam in dicto casu, etiam respectu probationum potest dici summarium iudicium: quia in dicto iudicio, tanquam summario, non admittuntur exceptiones contra testes & attestata, secundum eum. possumus ergo concludere quòd licet examinati fuerint testes mista virtute declinatoriæ, tamen non fuit plenè cognitum, & ideo in vim peremptoriæ articulus iste iterum discutietur, & testes iterũ examinabuntur, per d. c. veniẽs. faciunt notata per Bart. in l. generaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. poss. & dictam etiam opin. tenet Ioan. Cald. in repe. c. intelleximus. infra de or. cogn. per d. c. veniens. Si verò esset datus terminus ad opponendas omnes exceptiones li. contest. impeditiuas, tamen possunt opponi excep. prædictæ, non ad effectum impediendi processum, sed ad effectum perimendi, & ideo non tollitur excep. sed modus excipiẽdi: nec plus debet operari lapsus termini, quàm oppositio, & non facta probatio ante litis contestatio. quæ non impediunt quò minus tales exceptio. possint opponi in vim peremptoriæ, vt dictum est. & hoc tenet Bal. in l. peremptorias. C. senten. rescin. non posse. versi. dubitatur de tali quæstione. & vide ad prædicta quæ latè dixi, supra eo. artic. in 2. quæst. prin. vers. sed aduerte, quia Spe. nam ibi, & hic dicta habent magnam consonantiam. & sic ex prædictis Deo duce, habes no. & plenè, & ordinatè expeditũ 7. prin. artic. & materiam ipsam exceptionum peremptoriarum litis contesta. impeditiuarum, quæ materia satis est difficilis & dubia. & quamuis dicta materia etiam conueniret principaliter titu. de excep. tamen ego hic eam tractaui: quia etiam principaliter conuenit tit. nostro, quod manifestè patet per c. 1. eo. titu. lib. 6.

¶ Octauo princip. arti. videndum est, qualiter litis contest. fieri debeat, & qualiter facta intelligatur tam in causa principali, quàm in causa appellationis: & tam expressa, quàm tacita. pro cuius artic. faciliori & clariori doctrina prosequar infrascriptas quæst. principales.

¶ Primò, quæ requirantur ex parte agentis ad litem expresè contestandam in causa principali.

¶ Secundò, vtrum ex parte accusatoris ad li. contest. sufficiat sola interrogatio, & responsio ad illam.

¶ Tertiò, vtrum ad litem contestandam requiratur animus contestandæ litis.

¶ Quartò, vtrum exigantur verba, & ipsius actoris præsentia.

¶ Quintò, vtrum sufficiat rescripti præsentatio.

¶ Sextò ex parte conuenti generaliter quæritur, vtrum requiratur responsio, & qualis.

¶ Septimò, vtrum ex parte conuenti sufficiat narrare negata duntaxat.

¶ Octauò, vtrum ad litem contest. ex parte conuenti exigatur animus contestandæ litis. & hic tractabitur de protestatione, quòd non animo li. contest. & de ipsius effectu.

¶ Nonò, quid si in petitione & in li. plura narrantur, vtrum plures requirantur responsiones, & quid iur. si respondetur ad vnum.

¶ Decimò, quid si plura narrentur & petantur in eo. lib. aliqua principaliter, & aliqua non principaliter, & fiat negatio, vel confessio simpliciter.

¶ Vndecimò, quid si actor petat centum, & reus simpliciter negat, actor probat solum de quinquaginta, an super illis videatur facta litis contest. vt sequi possit sententia.

¶ Duodecimò, vtrum per confessionem rei conuenti inducatur li. contestatio.

¶ Decimotertiò, vtrum per exceptionem peremptoriam inducatur litis contest. & aliquid tractatur de dilatoria.

¶ Decimoquartò, vtrum exigatur iudicis interrogatio: vel saltem præsentia.

¶ Decimoquintò, an requiratur quòd fiat à iudice pro tribunali sedente.

¶ Decimosextò, vtrum ad lit. contest. exigatur, ꝙ responsio fiat incontinenti: an vero sufficiat etiam si fiat ex interuallo.

¶ Decimoseptimò, vtrum dicatur fieri litis contestatio, si reus respondendo dicit, nec nego, nec confiteor.

¶ Decimooctauò, quid si dicit, nolo: vel volo, cum aduersario litigare.

¶ Decimononò, quid si respondet, contendendum puto.

¶ Vigesimò, quid si reus dicit, cedo liti, vtrum inducatur li. contesta.

¶ Vige-

ADDITIO.

a ¶ *De quo tamen dic, vt per Alex. Ias. & Riminaldum in l. causas. C. de transact.*

¶ Vigesimoprimò, quid si respondet per verbum, dubito.

¶ Vigesimosecundò, quid si dicit, nō præsumo.

¶ Vigesimotertiò, quid sit respondens dicit, nec scio nec credo.

¶ Vigesimoquartò, quid si dicit, non credo debere.

¶ Vigesimoquintò, quid si dicit, tu mentiris.

¶ Vigesimosextò, vtrum per responsionem conditionalem inducatur li. contesta.

¶ Vigesimoseptimò, quid si verba non sunt apta ad lit. contesta. an pronunciatio iudicis pronunciantis lit. contesta. sufficiat.

¶ Vigesimooctauò, vtrum iuramentum habeat vim lit. contest. & quando.

¶ Vigesimononò, quid de contumacia.

¶ Trigesimò, quando in causa interueniunt procuratores, qualiter per ipsos fieri debet lit. contest.

¶ Trigesimoprimò, vtrum ad li. contest. requiratur scriptura, vel quod redigatur in acta.

¶ Trigesimosecundò, vtrum exigatur ordo, & qualis.

¶ Trigesimotertiò, ponam bonā formam claram & apertam ipsius litis contesta.

¶ Trigesimoquartò, subijciam salutarem instructionem, tam ex parte actoris quàm rei.

¶ Trigesimoquintò, dicam quid iuris de causa appellationis.

¶ Trigesimosextò, dicam qualiter fiat tacita litis contesta.

52 ¶ † Primò igitur quæro iuxta præmissum ordinem, quæ requirantur ex parte agentis ad litis contest. faciēdam. Sol. Dic ꝙ in ordinarijs requiritur a libellus [a] bene & ritè conceptus. facit tex. noster ibi, per petitionē in iure propositam. & quod dicit glo. nostra in prin. ad quod vide quæ dixi in c. 2. de lib. obla. in 12. princ. ar. in summarijs verò, qualisqualis petitio, secundum D. Anto. hic, & idem tenet Cyn. post Ioan. in auth. offeratur. C. de li. contesta. in fi. q. vbi dicit, ꝙ lit. contest. nō est legitimè facta: nisi præcedat lib. obla. & Host. in summa eo. tit. §. 2. & debet offerri in iudicio, vt hic in tex. dum dicit, per petitionem in iure propositam, & sic nō sufficit ꝙ libellus mittatur ad domum: nisi etiam postea reijceretur petitio in iudicio. facit quod no. Spec. in titu. de lib. peti. §. nunc videamus. ad fi. ad quod vide quod dixi in c. 1. de lib. obla. ar. 10. facit quod no. Bart. in l. 1. C. eo. & etiam no. hic D. M. & quod dixi supra in rub. art. 1. in diffinitione, & etiam tenet hic D. An. qui dicit ꝙ debet esse oblatus parti: nec sufficit ꝙ sit oblatus, nisi sequatur responsio ad petitionem: quia res videtur esse deducta in iudicium per li. contesta. vt dicam in c. quoniam. in fi. inf. ti. 1. art. 10. per simplicem autem petitionem, vel per editionem actionis, res non videtur esse deducta in iudicio, vt dicit hæc glo. in princ. & ante obla. libel. non fieret li. contest. per negationem vel cōfessionem. de quo dicam inf. in 32. q. Et ex prædictis sequitur, ꝙ non sufficit sola narratio in libel. quia per solam narrationem & responsionem non inducitur li. contest. vt hic. Aduerte tamen circa hūc passum: quia doc. sunt varij. gl. hic sentit, quòd non intelligatur facta lit. contest. Innoc. verò dicit ꝙ licet in libel. ponatur sola narratio sine petitione, & reus respondeat fatendo, vel negando, quod toleranda est lit. contest. vt res magis valeat, quàm pareat. inf. de verbo. sign. c. Abba. & hoc procedit, secundum Innoc. quando agitur de iuribus incorporalibus, vel vbi agitur confessoria vel negatoria. subdit tamen ꝙ tutius est aliquid petere. Host. voluit libel. in quo nihil petitur non esse recipiendum, cum sine petitione sentētia dari non possit. ff. communi diui. in l. vt fundus. nec in alio quàm petitum sit, possit aliquis condemnari, vt dixi in c. licet Heli. infra de simo. vnde respondetur iudex qui non in seruum petitum, sed in eius condemnat, vt l. fi. C. de fideicom. liber. tradit Henricus Bohic. in cap. fi. inf. de condi. appo. & sequitur Do. Anto. & etiam hic Do. meus per tex. nostrum quem dicit hic apertissimè velle, dum exigit propositionem in iure propositam, & responsionem secutam. & per tex. in c. dudum. el 2. de elect. facit Cle. sępe. de verb. sign. & c. qualiter. el 2. inf. de accu. quod no. Inno. in c. in nostra. inf. de sepul. & Io. de Lig. in c. 1. & c. in literis, inf. de restit. spo. & hanc ēt opin. tenet hic Ioan. de Imo. quòd non sufficit dicere, conb queror [b] de tali qui debet mihi 10. ex causa mutui, sed necessarium est quòd petam ipsum condemnari ad 10. ꝙ iudex ad priuatam vtili. non impartitur officium suum non petitum. sup. de elect. cap. innotuit. ad fi. & l. 4. §. hoc autem iudiciū. ff. de dam. infe. & ista est communis opi. & ad prædicta vide quæ dixi de narratione fienda, in c. 1. sup. de lib. obla. in 12. prin. art. q. 6. Sed tu aduerte, quia in contrariū facit fortiter tex. in l. 1. C. eodem. vbi tex. videtur velle, ꝙ ad litem contestandam sufficiat sola narratio. & ad idē l. 2. in prin. C. de iura. calum. & l. rem non nouā. §. patroni. C. de iudi. vbi tex. dicit, lis fuerit contest. post narrationem propositam, & contradictionem obiectam. Item in contrarium facit tex. 1. q. 4. in c. quia præsulatus. per quem ibi contra. voluit glo. & ad idem facit. 2. q. 1. c. notum. & inf. de causa pos. in c. cum ecclesia. Do. M. hic ad c. quia præsulatus. respondet, quòd loquitur in his in quibus exuberat officium iudicis. Io. de Imo. hic dicit ꝙ ad glo. d. c. quia præsulatus. potest responderi, quòd loquitur in possesso. recuperandæ, in quo nō exigitur li. contesta. subdit Host. quòd hoc non tenet: quia etiam in eo exigitur. de quo dicam in cap. quoniā. inf. tit. 1. in 4. princ. art. vel potest responderi ad illum tex. qui loquitur, quando factum proponitur coram Papa. de quo dicam in d. 4. artic. Item potest solui & quartò, secundum Host. & Archi. quòd suppleri debet ille tex. & intelligi quòd ibi facta fuit petitio. & ita dicit intelligendum c. notum. & c. cum ecclesia. & ita arbitror posse responderi ad l. 2. C. de iur. calum. ad d. §. patroni. & ad d. l. 1. C. eod. debent tamē intelligi quòd ibi nō interueniat sola narratio, sed etiam petitio, & ita debet intelligi quod tradit Bart. vbi dicit, quòd si actor narrauit solum factum puta, quia dixit narrata prout narrantur vera esse, & reus respondit tantum ad factum: quòd facta est

ADDITIONES.

a ¶ *An & quando requiratur libellus, ponit Bar. Bal. & Ias. in l. nec quicquam. §. vbi decretū. ff. de offi. Prato.*

b ¶ *Et pro hoc facit, quia potissimum in hac materia est conclusio, vt no. in c. dilecti. extra de iu. vbi do. Abb.*

est litis contest. per tex. d. l. 1. & aliorum iurium, quæ dicunt li. contest. fieri per narrationem negotij: nec requirit de necessitate narrationem iur. Item quia ex facto ius orit, vt l. si ex plagijs. §. in cliuo. ff. ad leg.
a Aquil. vnde supposita narratione facti [a] sequitur et conclusio iu. & sic videtur sentire Bar. q sufficit sola narratio. sed dicit hic D. meus, & bene, Bar. intelligi secundum opi. suã, videlicet quando post oblatum libel. rite compositum, & narratur factum viua voce, vt fiat li. cõtest. quo casu, satis putat D. meus. induci litis contestatio. ex quo per libel. apparet. Ac de modo petendi, facit quod dicam inf. in sequen. quęst. sed quando in libel. esset sola narratio sine petitione, procedat communis opin. quo ad persona. responsionem, quo ad narrationem, non fiat li. contest. & ita sentit D. A. & probat tex. noster: quia per positionem narratur factum, & tamen non sufficit ad litis contestat. vt hic, & statim dicam in seq. quęstione. & qualiter libellus debet continere petitionem, seu cõclusionem, dixi in c. 2. sup. de libel. obla. art. 12. in 12. quæst. prin. nec enim videtur sufficere libellum porrectum in scriptis, quia libel. non loquitur, imò necesse est q actor cõtenta in libel. proponat, & reus respondeat, & sic videntur verba ne-
53 cessaria. de quo dic, vt dicam in 4. quæst. prin. † est ergo regulariter quod dixi quòd parte actoris ad li. contest. non sufficit sola narratio: hæc tamen regula fallit in pluribus.

54 ¶ † Primò fallit, quando talis narratio fieret post datũ libellum in forma, per ea quæ statim dixi post Bar. & Dom. meum.

55 ¶ † Secundò fallit, quando talis narratio fieret coram Papa: quia illa sola sufficit ad li. contest. quia Papæ præsentia supplet omnem defectum, vt l. omnium. C. de testamentis. & supra de transact. c. 1. secundum Inno. & hoc tenet curia, & sequuntur hic Host. Io. And. Do. Ant. Do. M. & Io. de Imo. & Spe. eo. ti. §. 2. in fi. & vide q dixi in c. 1. supra de lib. obl. in 5. prin. art. fall. 10. & vide quod dicam in c. quoniam. inf. ti. 1. in 3. prin. art. vbi dico, q coram Papa non est necessaria li. contesta.

56 ¶ † Tertiò fallit, quando ageretur de electionibus vel prouisionibus ecclesiarum, secũdum Host. hic. tu dic quòd in talibus est necessaria lit. contest. vt dicam in d. 4. art.

57 ¶ † Quartò fallit in spiritualibus, & cum agitur inter religiosos, secundum Host. & Do. Anto. hic, per c. dilecti. supra de iudicijs. loquitur tamen Hostien. sub dubio forsan.

58 ¶ † Quintò fallit, quando agitur de iuribus incorporalibus, seu negatoria, seu confessoria: quia tunc sufficit sola narratio, & quod reus respondeat negando, vel confirmando, secundum Innocen. & D. A. hic.

59 ¶ † Sextò fallit in libello in possessorio, secũdum aliquos. no. gl. 1. q. 4. quia præsulatus. & sic intelligit D. An. facit d. c. cũ dilecti. & c. cum ecclesia, de causa pos. & quod dixi, sup. in sol. d. c. ad quod vide quę dixi in c. 2. de lib. obla. art. 12. q. 12.

60 ¶ † Septimò fallit in his casibus seu causis, in quibus exuberat officium iudicis: quia tunc sufficit sola narratio sine petitione. & sic procedit tex. in d. c. quia præsulatus, secundum alium intellectum.

61 ¶ † Octauò fallit in causis criminalibus, in quibus videtur sufficere sola narratio facti absque petitione, ad quod vide quæ dixi in c. qualiter. inf. de accus. el 2. in 11. art. q. 66. & ad intellectũ prędictorum vide quę dixi in c. 2. sup. de lib. obl. in 12. prin. art. in 12. q. prin. per omnes q. suas. & adde quę dicam, inf. eo. arti. q. 8. vbi tractabo vtrum ex parte rei sufficiat responsio ad solam narrationem.

62 ¶ † Secundò principaliter quæro, vtrum ex parte actoris sufficiant ad litem contesta. solùm interrogationes, seu positiones & responsiones ad illas. Sol. Tex. est hic, quòd non, quod etiam probatur ex his quæ superius dicta sunt. Nec ob. quòd per positiones & respõsiones ad eas, videatur facta li. contest. quia positiones fiunt super intentione actoris, & responsiones continent, aut cõfessionem aut negationem. & sic videtur inducta lit. contest. cũ contesta. fit simul attestatio: quia ad hoc respõderi potest, vt dicit gl. nostra in prin. quia li. contest. est fundamentum & principium litis. & ideo ea cessante, cessat superficies: quia vbi principium cessat, cessat ædificiũ. 1. q. 1. cum Paulus. litis enim contest. requirit formalem petitionem, & responsionẽ ad illam, & hinc est quòd ex sola petitione non inducitur: sicut nec ex sola responsione, si nõ apparet petitio. licet quidem adsit positio: vel etiam si appareat petitio, sed nõ ad petitionem, sed ad petitionem sit facta responsio. hoc gl. probat ex diffinitione de qua dixi supra in rub. ar. 1. Item quòd per positiones, & responsiones ad illas non fiat li. conte. glo. nostra in ver. & põt esse ratio, probat: quia ille qui ponit aliquod factum vel dictum, nihil petit ab aduersario: nec etiam ostendit per hoc velle agere, & ideo propter hoc non posset ferri sentẽtia condemnatoria, vel absolutionis: cum nihil petitum sit per positiones, sed solùm ostendat aliquid factum, dictum, vel promissum, & sententia semper est formãda, secundum agenda, vt in c. qualiter, el 2. inf. de accu. & c. licet Heli. inf. de simo. Item mouetur gl. quia interrogationes, positiones, & respõsiones aliquando fiũt ante li. contest. vt latius dicam, inf. in tit. de confess. & per tales interrog. & positiones, nulla fit condemnatio, nisi postea sequeretur lit. contest. super petitione actoris. vnde concludit Glo. nostra, quòd per solas positiones & responsiones non fit lit. contesta. Idem tenet Hostien. hic: mouetur, quia lit. contesta. est iudicij fundamentum, positiones & responsiones sunt suæ parietes ad ædificium, & similiter testium & productiones instrumentorum, & alię probationes, & sic sequitur quòd differunt, sicut ædificium & fundamentum, vnde vnum non operatur effectum alterius. Item sicut vna est lis, ita vnica debet esse lit. contest. sed si per positiones & responsiones fieret lit. contest. sequeretur quòd tot essent contesta. quot positiones & responsiones. arg. c. in Genesi. supra de elect. Item li. contest. confirmatur, & tractatur in hoc ti. de confes. & sic apparet quòd sunt diuersa. & hoc tenet idem Hostien. in summa, eod. titu. §. pe. fatetur tamen Hostien. hic & in summa,

ADDITIO.

a ¶ *Et quæ dicantur iuris & facti, ponit Bald. in titu. de pace Constan. in verbo, criminalibus. & in cap. sæpe. de appel.*

ma.eod.tit.§.& quando.versi.si. quòd si positio fiat generalis de omnibus quæ continentur in libello, & ad illam fit responsio negando vel affirmando, ꝙ facta est li. contesta. quia tunc talis positio firmatur per hunc ti. & non per ti. de confess. inducit oppo. ar. per l.si is qui ducenta. §. fin. in fi. ff. de re. dubi. vbi tex. dicit, exprimat eorum quæ obijciũtur quod nõ feci. id est, nihil eorũ feci. quasi dicat, quod omnia negentur. Nec ob. tex. noster: quia debet intelligi de singularib. positionibus, quod patet in prin. ibi, quibusdam positionibus & c. quasi dicat, quòd tex. loquitur de pluribus & singularibus: non de vna vniuersali. & tangit Specu.eo.titu.§.2.ad fi. imò plus dicit Host. ꝙ sine tali generali petitione de leui lis nõ contestetur. nam adueniente die, sicut cõsuetum est, dato termino ad deliberãdum, debet iudex primò interrogare actorem, vtrum proposita in lib. credit esse vera, & petita fieri debere, reo conuento postea confitente vel negante. & hoc est quod dicit tex. per petitionem in iure propositam, & respõsionem secutam. quasi dicat, nõ sufficit ꝙ actor offerat libellum in scriptis: quia libellus nõ loquitur, sed necesse est quod proposita in libello proponat, & sic opus est verbis. ff. de verbo. obli. in princ. C. de vsu. l. 1. & locum habet illud, ætatem habet, de se loquatur. de consec. dist. 4. c. cũ pro paruulis. si ergo detrahitur petitio proposita, aut subtrahitur responsio quæ sequi debet: non fit lit. contesta. sicut dicimus in simili de baptismo. 1. q. 1. c. detrahe. & probatur secundum Host. in l. 1. C. eod. dum dicitur, inter editam actionem & li. contest. multum interest. lis enim tunc videtur contestata: cum per narrationẽ negotij super plenè factam à partibus, secundum quod supplet ipse iudex, causam audire cœperit. quasi dicat, nõ eo ipso narrante & loquente, & reo respondente fit li. cõtest. ad idem l. 2. C. de iuram. calum. & c. dudum. el 2. de elec. & c. præsentium. §. præterea. de testi. lib. 6. & subdit Host. quòd non refert, an iudice interrogante hæc fiant: vel an partes hoc faciant iudice sedente pro tribunali, & authorizante, vt l. si sine. primo responso. ff. de interroga. actio. ita quasi formaliter dicit Host. & formaliter recitat & residet Io. And. hic. & sic patet secundum Host. & Io. Andr. quòd licet per positiones particulares, & responsiones ad eas non fiat lit. contest. tamen secus in positione generali, quæ fit de contentis in libel. & responsione ad eam, & hanc etiam opi. tenet Bar. in l. 1. C. eod. sicut enim in istis prælijs corporalibus inter famulum & famulam nõ appellatur prælium: sed baldalucum: sed quando tota massa, vel totus exercitus vtriusque partis inuicem confluit: appellatur prælium: ita per positiones particulares, & responsiones non fit li. contesta. sed per narrationem negotij vniuersalis, & responsionem ad illam, vt l. 1. C. eod. Specu. vero eod. titu. §. nunc dicamus. versi. & no. finaliter distinguit, quòd aut in positione ponitur nudum factũ, & ad ipsum respondetur, vt puta A. ponit quòd ponit centum mutuo B. sed B. negat quod positum est, & tunc non fiat contestatio. aut ponit factum & ius: verbi gratia. A. ponit se dedisse centum mutuo B. quæ ipse B. eidem debet, sed B. respondet non esse verum, & tunc fiat li. contest. argum. l. si pater. cum seq. l. ff. de hæredib. instit. & est pulchra consideratio & legitimatio, secundum Domi. Antoni & tamen sibi non placent quæ statim dicam. Cy. verò in l. 1. C. eod. in 4. dicit, ꝙ ex quo præcessit petitio & responsio ad positiones, explicitè continentes factum, contentas in petitione, inducitur li. contest. aliàs secũdum Cyn. lex esset imposita verbis & non rebus. cõtra l. 2. C. communia de leg. Sed Glos. hic in fi. sentit contrarium in quantum dicit ꝙ licet petitio fuerit oblata: tamẽ per positiones & responsiones postea factas non inducitur li. cõtest. & hoc magis videtur placere Do. Ant. hic, nisi dictum Cy. restringatur, quando positio fieret in continenti post datum libellum, & illi respondetur non dato termino ad deliberandũ, vel positiones faciendum: quia tũc quando fit non dato termino ad probandum, vel positiones faciendum: censetur fieri solùm propter libel. & animo contestandi litem. & quia quæ incontinenti fiunt, videntur in esse, vt l. lecta. §. dicebam. ff. si cert. pe. & supra de elect. in c. officij. vel intelligatur prout dixit Guil. de Cun. in d. l. 1. quando post libellum porrectum rite formatum, fuit facta positio: quæ se referat ad libel. vt quia dicat in vna positione, ego pono illud quod narraui in libel. vel melius si diceret, ꝙ contineret in libello: tunc enim inducitur li. cõtesta. quia se retulit ad lib. & sic videtur negare contenta in lib. arg. authen. si quis in aliquo. C. de eden. & c. inter dilectos. de fide instrum. & l. miles. §. 1. ff. de re iud. nec placet d. A. dictum Spec. si loquimur in iudicijs ordinarijs: sed posset procedere in summarijs, in quib. sufficit qualis qualis petitio. ad quod vide quæ dixi in c. 1. sup. de libel. obl. in 5. princ. art. fal. 1. & 2. & pluribus seq. Zab. hic sequitur opi. Glo. dicens quòd idem sit dicendum de positione generali, in qua videntur subesse rationes, de quibus in positionibus specialibus: maximè cũ per positionẽ quæ fit enunciatiuè, nil petatur. subdit tamen quòd dictum Host. procedit ad bonum sensum: quia talis positio generalis referens cõtenta in libello continet etiã petitionem, sicut ipse libellus. ita expresiè dicit Host. in summa eod. ti. §. & quando, in fi. quia tunc simul & semel respondetur narrationi & petitioni, sicut dicitur sup. de elect. c. in genesi. & idem dicit Spe. eo. ti. §. 2. ver. quid si plusquam. Io. de Imo. dicit quod de rigore, verior est opi. Glo. quàm Hostien. nec obst. tex. dum dicit, per positiones, & sic loquitur in plurali: quia habuit respectum ad communiter accidentia. argum. l. nam ad ea. ff. de legi. quia communiter plures & distin. fiunt positiones. Dom. meus hic simpliciter dicit sequendam opin. Glo. nostræ in fi. vt nunquam inducatur li. contest. per positiones & responsiones, quod intelligat, siue fiant generales, siue particulares: intelligendo tamen de veris positionibus. mouetur: quia positiones fuerunt vsu introductæ ad faciliorem litium exitum, propter habendas confesiones, & vt actor releuaretur ab onere probandi, vt est tex. in Clem. sæpe, de verbo. signific. non ergo fiunt ad consequendam petitionẽ: cum verba sint assertiua & enũciatiua, & sic non debent operari effectum petitionis. argum. cap. significauit. supra de appel. sed in libel. actor narret factum in libel. contentum, & reus respondet: tunc fatetur ipse quòd inducitur litis contesta. & sic intelligitur tex. & Barto. in dicta l. 1. & sic potest procedere opinio Hostien. dum loquitur

de positione generali. ista tamen fuit opin. & intellectus ipsius Hostien. Specula. & Zaba. vt dixi: secus si eam faceret per modum positionis, petendo interrogari partem de veritate, iuramento præmisso: tunc enim intendit probare, seu releuare se ab onere probandi: non autem petere. tex. noster in decisione non se refert ad positiones particulares, sed generaliter dicit quòd nõ per positiones, & responsiones ad eas fit lit. contestat. sed per petitionem in iure propositam, & respõsionem secutam. & idem dicit tex. in cap. dudum. supra de elect. responsio ergo debet fieri ad petitionem: quia ille qui petit, dicit se velle litigare, & respondendo ad eã, habemus contestationem. idest, simul attestationem. & sic non placet Domino meo dictum Specu. nec Cyni, nec Guil.

¶ Et ex prædictis ego arbitror concludendum, quòd quando positio habet admistam petitionem, per responsionem ad talem positionem fieret litis contest. Sed aduerte circa prædicta: quia Glo. magna super verbo, iustitiam. in Authen. de triente & semisse. §. illud quoque in iudicijs. collat. 2. sentit, quòd per responsionem ad positionem litis præparatoriam, inducatur litis contest. verbi gratia, si interrogetur quis, an possideat, & respondet se non possidere. hoc tamen reprehendit Iaco. de Are. mouetur: quia dicendo se non possidere: non est causatus animus contestandæ lit. sed excludendi iudicium, quam rationem etiam sequitur Gul. de Cuneo. quia, vt dictum est, per positiones & interrogationes non fit litis contesta. Barto. verò in d. §. illud, dicit, quòd Glo. illa procedit præsupposito, quòd debeat fieri li. contesta. quia tunc videtur facta eo ipso ꝙ est etiam facta interrogatio an possideat, & negatur: quod tamen videtur intelligere, si præcedat petitio. Ang. verò ibi dicit, quòd omnis responsio interrogationi cõtraria, in dubio inducit li. contesta. præsupposito quòd in responsione non sit dictum quòd animo litis contestandæ. Sed tu aduerte: quia hic oritur duplex dubitatio. Prima, vtrum super interrogationibus quæ fiunt ad præparationẽ iudicij, debeat lis contestari. de quo dicam in c. quoniam. inf. titu. 1. Secunda dubitatio est, vtrum posito quòd necessaria sit litis cõtestatio, an per dictam negationem possessionis inducatur litis cõtestatio. & arbitror ꝙ si per negationem deueniatur ad controuersiam iudicialem, aliqua admista petitione actoris, cum interrogatione inducatur litis contestatio: aliàs secus.

¶ Tertiò quæro, an ex parte actoris ad li. contest. exigatur animus. ¶ Sol. Dic vt latius dicam inf. in 8. quæst. princ.

63 ¶ † Quartò principaliter quæro, vtrum ad li. contestandam exigantur verba ipsius actoris præsentia. Sol. Host. hic tenet quòd exigantur verba, & quòd non sufficiat oblatio libelli, & responsio subsecuta: sed oportet quod post obl. lib. per ipsum actorẽ iudice sedente pro tribunali, seu per ipsum iudicem reus interrogetur, an credat proposita in libel. esse vera. & ad hunc intellectum nititur Host. adducere l. 1. C. eodem, & idem etiam tenet Spec. eod. tit. §. & quando. versi. sed nunquid me absente. per l. certũ. §. si absente. ff. de confes. Petr. verò in l. edita. C. de eden. dicit, quòd li. contest. potest fieri absente actore, per authen. qui semel. C. quomodo & quando iudex. quia statim dato libello, & sic proposita facti narratione, actor est obligatus liti, & sic ex parte eius lis est contest. Iac. But. in d. l. 1. C. eodem, tenet contrarium & Bar. ibi dicit, ꝙ omnes Doct. tenent contrarium: quia hoc videtur contra tex. illius l. 1. qui videtur requirere præsentiam actoris & rei. & dicit speciale esse in d. authen. qui semel. quod perueniatur ad sententiam lite non contest. sicut quandoque in libello corporali potest quis sine pugna aduersarium suum vincere ex eo: ita sine libello li. contest. quandoque aduersarium vincere, vt in casu auth. qui semel. vbi ponitur casus specialis, & sic regula est in cõtrarium: nã sicut si vna partium tantum esset in campo, non posset dici prælium: ita ex vna parte tantum altera absente, non potest lis contestari: imò plus dicit ibi Bar. ꝙ per narrationem & responsionem factam ex interuallo, non inducitur li. contest. quia in li. contest. quasi contrahitur, vt in l. 3. §. idem scribit. ff. de pe. Sed contractus, vel quasi impediũtur propter temporis interuallum inter interrogationem & responsionem, vt l. 1. §. 1. & l. continuus. ff. de verb. obl. Item sicut videmus in corporali prælio, si vnus hodie veniret in campum, & postea discederet: & alius cras: non dicitur prælium inter eos: ita ex interuallo non potest dici li. cõtest. Itẽ hæc duo, de parte absente & de interuallo, probantur ex significato nominis. litis enim cõtestatio dicit à con, quod est simul: & testatio, quasi simultanea attestatio in lite, vt dixi in Rub. ar. 1. sed ex interuallo, vel inter absentes, nõ potest dici ista simul attestatio interuenire, secundum Bar. in d. l. 1. Bald. etiam ibi tenet prædictam opin. triplici ratione.

¶ Primò: quia sicut confessio facta absente parte non inducit litis contest. vt d. §. si quis absente. de quo latius dicam inf. ti. 12. q. princ. ita nec negatio: quia negatio facta absente parte nihil operatur.

¶ Secundò: quia certum est quod in auth. qui semel, C. quomodo & quãdo iudex. reus comparens contradicebat libello, & tamen tex. ibi dicit ꝙ proceditur lite non contesta. ergo contradictio facta parte absente non inducit li. contest.

¶ Tertiò mouetur per vltimum arg. Barto. & ista fuerunt prima motiua originaliter Iac. But. Sed contra vtrunque dictum tenent Dom. de Rota, decis. 166. aliàs 332. aliàs 326. vbi sic formaliter dicunt, ꝙ si dato libello per actorem petatur reus compelli ad respondendum libello, & reus respondeat partem confitendo, & partem negando, ꝙ licet tempore talis responsionis rei actor nihil dixerit: vel præsens non fuerit: facta est li. contest. per vtrãque partem: quia li. contest. fit per narrata & petita in iure proposita ex parte actoris, & responsione secuta ex parte rei, vt hic & d. c. dudum. el 2. de elect. & infra de dolo & contum. c. prout. Sed in casu proposito datus erat libellus pro parte actoris: in quo continebatur narratio facti, & petitio, in quibus actor semper persistebat: ad quæ fiebat directa responsio per reum confitendo & negãdo. quod sufficit per iura prædicta: ergo, &c. dubiũ enim facit secundũ eos: quia li. cõtest. nihil aliud est, quàm simul attestatio: vel mentis declaratio, volentium litigare. videbatur ergo ꝙ simul & eodem tempore deberet concurrere petitio actoris, & responsio rei, vt l. consensu.

ff. de

ff. de actionibus, & obligationibus. ad quod respondeatur ꝙ dato libel. per actorem, semper constabat de animo suo de litigando, maximè instando quòd reus compelleretur respondere, & sic persistendo in sua petitione, ex quo litigandi animus concluditur: vnde per responsionem rei factam tali animo perseuerante, videtur facta li. contest. quæ satis videtur esse simultanea attestatio, propter concurrentiam animorum. & pro hoc dicunt Dom. de Rota, saluatum fuisse quẽdam processum in quadam causa ardua habitum. Et sic ex prædictis patet quod dom. de Rota tria volunt contra prædictam sententiam Host. But. & Bar. & Bal. quamuis de prædictis nullam faciant mentionem.

64 ¶ † No. primò, ꝙ li. contest. potest fieri absente actore, ex quo obtulit libellum, & persistit in sua petitione.

¶ Secundò, quòd temporis interuallum inter oblationem libelli & responsionem, non vitiat litis contesta.

65 ¶ † Tertiò, ꝙ in li. contest. fienda, non requiruntur verba: sed satis est porrigere libellum continentem narrationẽ & petitionem, & ꝙ responsio sequatur. Et secundum hunc vltimũ modum, secundum Do. M. sæpissimè & quasi semper practicatur Parmæ, vbi sunt boni aduocati & procuratores, & sic etiam Senæ, vbi longè sunt præstantiores aduocati, & doctiores procuratores, & sic vidi in iudicijs practicari. & hãc opi. sequuntur hic Io. Cald. & D. Ant. Do. M. hic dicit ꝙ opi. Host. & Bar. põt procedere, si porrecto libello & petitione, pars reuocat libellũ ante, quàm rñdeatur, sed dimittit penes iudicem: & iudex instat vt respondeatur: non apparet ratio, quare ex respõsione secuta in termino sine alia narratione non debeat fieri litis contestatio, nec reperitur iure cautum ꝙ litis contest. fieri debeat ad instar stipulationis: quinimò dicit Dom. M. sufficere cõsensum partium, qualitercunque appareat. & pro hoc allegat tex. optimum in cap. cum causam, inf. de appellatio. vbi responsio aduocati ad libellum, sufficit ad litis contestationem, si talis confessio non reuocatur per partem, vt ibi. & sic apertè probatur, vt ibi. quod non regulatur per omnia secundum stipulationem: quia aduocatus nõ potest stipulari clientulo, cum non habeat mandatũ. ad hoc facit quod no. in l. procuratori præsentis. ff. de procuratori. & l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verbor. obl. debet ergo regulari litis contestatio. secundum contractus iuris gentium, qui possunt perfici per nuncium & per epistolam, vt l. 1. ff. de contrahen. empt. & l. consensu. ff. de actio. & oblig. & quia per epistolã valet confessio facta, vt l. Publia. ff. depo. Item, quia cõfessio facta in libello aduersario, qui potest ex ea se fundare: licet tempore oblati libelli non fuit præsens, & hoc, quia scriptura semper loquitur, vt l. cum precum. C. de libe. causa. & quod no. Bald. in l. certum. ff. de confess. & quod no. in cap. fin. inf. de confess. & ad idem cap. appellatio. de appel. lib. 6. iunctis his quæ ibi dicuntur in Glo. fin. facit etiam quod no. in c. 1. supra de libel. oblat. vbi exigitur libellus, vt libellanti respondeatur: nec cogitur quòd denuo vna voce fiat petitio seu interrogatio, probatur etiam in Clem. sæpe. versic. verum. de verborum signific. & inf. ti. 1. c. 1. vbi satis probatur, quòd ad inducendam li. contest. sufficit quòd sit facta responsio libello actoris: nec sunt alia verba necessaria. & ibi hoc no. Dom. M. & videtur etiam apertè probari in d. c. dudum. in quibus dicitur, quòd per petitionem in iure propositam, & responsionem sequutam fit lit. contest. & sic non requirit alia interrogatio: nec est curandum de interuallo: satis est enim exhibuisse petitionem tradendo libellum bene compositũ, & quòd fuerit secuta responsio, vt in iuribus statim allegatis. facit etiam ad prædicta l. si sine interrogatione. ff. de interrog. actio. vbi dicitur, quòd si quis in iure respondet sine interrogatione, habetur pro interrogato. nec obst. l. 1. in fi. C. eod. quæ videtur exigere narrationem: quia debet intelligi de narratione quæ fit in libello, vt hic dicit Dom. Anto. & bene, secundum Dom. M. nam cum ille tex. loquitur satis generaliter, debet reduci & declarari, secũdum iura canonica: quæ magis specificè attingunt hanc materiam. & sic residet Do. M. & prædictam opinio. etiam tenet Dominicus in c. 2. eodem tit. in 6. pro qua decisione alleg. c. maiores. in fi. de bapti. vbi apparet, quòd voluntas semel posita semper præsumatur durare: nisi appareat reuocatio. ad idem, c. licet. de procura. in 6. facit optimè quod no. Ioan. Andr. in cap. pen. de spon. & Archid. 27. quæst. 2. in cap. subijcit. vbi tenet, quòd si vir vna die exprimat verba apta ad matrimonium, & mulier nihil respõdet, & postea alia die respondet per verba apta ad matrimonium, fit contractus: quia responsio facta ex interuallo, non nocet, & tamen in matrimonio requiritur consensus, vt cap. tuæ. inf. de spon. Ioan. de Imo. hic dicit, quòd credit quòd propter auctoritatem dominorum de Rota, dictum eorum seruaretur in practica: aliàs difficile esset obtinere propter communem opinionem in contrarium. & certè Io. de Imo. dicit verum. nam articu. iste videtur mihi satis dubitabilis: tum ratione opin. tũ propter argumenta pro vtraque opin. deducta. Ego verò in hac dubietate arbitror distinguendum: quia aut loquitur in causa ciuili, aut criminali. primo casu, aut post responsionem rei actor non vult comparere, vel si comparet, non vult litem prosequi. & hoc casu, arbitror quòd per negatio. vel contradi. rei lis non habeatur pro cõtest. in auth. qui semel. & quod no. in c. prout, inf. de dolo & contum. in Gl. fi. & est in promptu: quia ex quo actor non vult comparere, aut causam prosequi: non videtur perstitisse in volũtate priori, scilicet essendi in li. cũ reo, aut post contradi. seu nega. rei cõparet actor, & prosequitur in causa, faciendo acta quæ solita sunt fieri post litis contest. ac si lis esset cõtest. & tũc procedat opi. Do. de Rota. & ratio sit differẽtiæ: quia licet voluntas semel posita præsumatur durare, vt dixi, probatur in l. Lucius. ff. de leg. 2. & l. is qui. ad fin. ff. ex quib. cau. maio. & l. cum tacitũ. ff. de probat. tamen in casu primo ex actibus sequẽtibus illa voluntas præsumatur mutata, sed in casu secundo, præsumitur durare. faciũt no. in l. sed & Iulianus. §. proinde. & §. interdũ. versi. sed si ab initio. ff. ad Macc. & l. si ventri. in fi. ff. de priuileg. credi. in quibus iuribus apparet quòd per facta vel non facta sequentia, seu ex posteriori euentu, declaratur voluntas præcedens. ad idem quod no. in l. quædam. ff. de rebus dubijs. & l. post contractum. ff. de rela. & prædicta notabis: quia no-

nouissima sunt. Si verò loquimur in criminalibus, quamuis id quod fit in iudicio nō sumat effectum, nisi aduersario innotescat. in Authen. de tempore non solu: pecu. §. contestationem. colla. 7. tamen si accusator tempore quo produxit accusationem asseruit ipsam esse veram, & iurauit de calumnia, & reus citatus comparuit: respōdet & iurat de calumnia: quamuis accusator tempore responsionis eius non fuerit præsens: tamen facta est litis cōtestatio, vt no. in cap. prout. infra de dolo & contum. nam in criminali absente accusatore iudex potest ex officio procedere, & interrogare, vt l. 2. C. de aboli. & l. quamuis. C. de adulte. tradit Barto. in l. is qui reus. ff. de publi. iudi. & Bald. in l. 1. C. qui accusa. non poss. versi. sed hic occurrunt. & idem tenet Bald. in l. 1. C. eod. allegat tamen in contrarium l. absentem. ff. de pœn. vbi dicitur, quòd ordo causarum criminalium redactus est ad instar ciuilium. sic videtur idem dicendum. Sed potest responderi, licet ipse non respondeat, ꝙ redactus est cum dicta qualitate iudicis supplentis absentiam accusatoris, & adde ad declarationem, quæ dixi in Rub. in 1. art. ver. intentione sua insistente.

66 ¶ † Quintò quæro, vtrum ex parte actoris sufficiat rescripti præsentatio ad li. contest. ¶ Sol. Tex. videtur sentire quòd sic, in cap. 2. inf. de dilat. dum tex. ibi vult, quòd post præsentationē rescripti procedendum sit ad examinationem causæ, quæ examinatio non potest fieri lite non contest. Sol. Host. & Docto. communiter tenēt contrarium. vnde dicunt, quòd ille tex. debet intelligi, si modo præcedat libel. litis cōtestationem & iuramentum calumniæ. & ita tenet ibi Dom. Anton. & Dom. meus, ad quod vide quæ plenè dixi in c. 2. de lib. obl. in 12. prin. artic. q. 16. versi. sexta regula.

67 ¶ † Sextò quæro ex parte conuenti generaliter, an ad litis contesta. requiratur responsio: & qualis. Sol. Tex. iste probat ꝙ sit necessaria. & ad idē tex. in l. rem non nouam. §. patroni. C. de iudi. & l. 2. §. 1. C. de iura. calum. Non ob. in l. vnica. C. eod. vbi tex. dicit, quòd per narrationem fit litis contesta. nec aliquid dicit de responsione: quia ille tex. debent suppleri per aliqua iura, scilicet per narrationem & responsionem. est ergo necessarium quòd per ipsum reum fiat responsio, & sic actor & reus attestantur esse in lite, contradicendo vnus alteri: quia contestatio est simul attestatio, vt sæpius dictum est. Et quamuis Ang. dicit quòd omnis responsio contraria ad interrogationem, inducit li. contestat. vt ipse no. in Auth. de trien. & semis. §. illud. el 3. tamē istud non est simpliciter verum, vt ex infra dicendis apparebit: nisi intelligas quòd sit contraria responsio ad petitionem, secundum ea quæ infra dicam. Ad quod vide quod dixi, supra in 1. quæst. princ. istius art. in prin. debet ergo ad hoc vt per responsionem rei inducatur litis contest. sequi apta responsio ad lit. contesta. vt ex supra dicendis clarius apparebit singulariter.

¶ Septimò quæro, vtrum ex parte conuenti sufficiat negare narrata duntaxat, vel sufficiat negare petita tantùmodo, vel exigatur vtrunque. ¶ Sol. Ex his quæ dixi supra eo. art. q. 1. videtur ꝙ nō sufficiat negare narrata duntaxat. Sed aduerte: quia Inno. & Host. & Io. And. formant q. quid si reus respōdet negando tantum ius, vel negandò narrata, vel causam tantum: an inducatur lit. contest. Exemplum primi. petis à prælato centum occasione mutui. Prælatus respondet, nego pecuniam in vtilitatem Ecclesiæ versam: vel quod petis non deberi tibi de iure. & sic non negat narrata, sed tantum respondet de iure. Exemplum secundi, quando negat tātum causam, seu narrata: puta nego te mutuasse. in hac quæst. Doct. communiter tenēt, ꝙ si reus negat tantum causam seu narrata: puta mutuasse quòd lis intelligatur conte. quia sufficit alterum tantum negare: quia cum ex causa proposita, & non ex alia ius competat petenti: negans causam, puta mutuum, dicit se per consequens ex mutuo non teneri, & sic per consequentiam negat esse ius, & petitioni dicitur respondere. Nec obstat si dicatur quòd alia est causa, & alia actio. de quo dixi latè in c. 2. sup. de libel. oblatio. in 12. prin. art. q. 10. & 11. quia si sit alia, non tamē est aliud quo ad effectualem substantiā: quia vbi causa est bona, ibi est recta petitio: & econtra. & remittit Host. ad summam in ti. de libel. oblatio. §. quid debeat. vers. alij dicunt. & sic sufficit ꝙ respondeatur tantum narrationi & facto, licet non respondeatur conclusioni. Idem tenet Guil. in l. vnica. C. eodem, & l. edita. C. de eden. Et idem dicendum quando solùm respondetur de iure: quia negando consequens, videtur negari antecedens. Et idem etiam tenet Spe. eo. tit. §. 2. versi. sed nunquid per responsionem. vbi dicit ꝙ si petis à me fundum quem asseris me tibi vendidisse, & ego respondeo ꝙ non competit prædicta petitio fundi: vel nō debeo tibi dare, aut tradere: quia in dicta venditione non fuit debita solennitas obseruata, quod per hāc responsionem fit li. contesta. secundum Do. meum & Dom. Anton. hic. & idem videtur sentire Bar. in d. l. vnica. C. eodem. vbi dicit, ꝙ si actor narrauit tantum factum, puta dicēdo narrata prout narrantur, vera esse: & reus solùm respondet ad factum, ꝙ inducta est litis contestatio, per illam l. 1. quæ de necessitate nō exigit narrationem iuris. Item hoc probatur per l. 2. §. 1. C. de iuramēto calumniæ, qui tex. loquitur magis generaliter per verbum, narrationē vel responsionem, nec dicit de narratione facti nec iuris, & sic vtraque potest intelligi. Et ad idem tex. in l. rem non nouam. §. patroni. C. de iud. qui etiam tex. generaliter loquitur dicens, post narrationem propositam, & contradictionem obiectam: & non dicit, facti vel iuris. Quidam tamen voluerunt, vt referunt Cyn. & Barto. in dicta l. vnica. quòd non sufficit simpliciter negare: nisi dicat, & petita fieri non debere: quia sicut condemnatio procedit ex officio iudicis: ita & absolutio. Sed iudex condemnare non potest, nisi ab eo petatur in libello. ff. de damno infec. in l. 4. §. hoc autem iudicium. ergo sequitur quòd absolutio fieri non poterit: nisi reus contestādo litem hoc petat à iudice: maximè cum omnis sententia debet esse conformis petitioni, vt in cap. licet Heli. de simonia. & hæc opinio communiter nō tenetur: sicut videtur sufficere sola cōtradictio, seu negatio facti: quia ex facto ius oritur, vt l. si ex plagijs §. in cliuo. ff. ad l. Aquil. & l. 1. §. 1. ff. ad Turp. vnde præsupposita narratione facti, sequitur conclusio iuris. Item ex parte rei proposita cōditione facti, sequitur iuris conditio: quia actore factum

non

non probante, reus absoluitur, vt l.qui accusare. C. de eden.& in capitu.inter dilectos.in fi.infra de fide instrumentorum. facit etiam ad prædicta, cap.querelam. supra de elect. argu. cap. cum ad sedem.infra de restitu. spol. Et similia subdit Barto. si actor narrat ius,reus ecôtra negat illud ius, verbi gratia, proponit actor,dico fieri debere petita, reus negat petita fieri debere,quòd inducitur li. contesta. & idem sentit Glo. in d. l.vnica. in exemplo quod ponit, si actor dicit, debes mihi 10. quia debere significat obligatum esse,& sic iuris. Institu.de obliga.in prin. & si reus hoc negat, inducit li.conte. pro quo dicto Bart.alleg.tex.in c.ad audiētiā.infra de præscrip.ibi, nulla ratione debere. mouetur Bartol.quia ad positionem consequentis,sequitur positio antecedentis, vt l.pro hærede. §.Papinianus. & l.illud. ff.de acquiren.hære. quare cum narro ius, videor narrare illud factum ex quo ius oritur, & pari ratione idem dicendum reo hoc negante.& ex eadem ratione dicit Bart. idem esse si actor narrat factū,reus respondendo negaret ius,satis videtur ad proposita respondisse,& induceretur li.contesta.argu.l.quæ extrinsecus.§.fi.l.si sub vna.in princ. ff.de verborum obliga. & sequitur hic D.Anto.& idem in effectu,licet sub breuibus voluit Bal.in d.l.vnica. C.eodem,quæst.8. qui allegat ad hoc quod no. in l.age. C.de transact. & l.edita. C.de eden.in opinio.Vgulini. Sed tu aduerte,quia hæc procedunt in ciuilibus,in criminalibus verò dicit Bar.in l.1.§.accusationē. ff.ad Turpil. quod non admittitur responsio rei negantis se culpabilem & quòd iudex non debet admittere talem responsionem, quia reus debet respondere super facto, vtrum fecit, vel non fecit id super quo accusatur, non autem vtrum illud sit culpabile, vel non, quia hoc spectat ad iudicem, vt dicta l.1.in princip. & d. §.accusationem. facit quod no.in capitu.fin.infra de pur.cano.& sequitur Bald.in d.l.vnica. C.eodem quæst. 8. quod est perpetuò notandum, quia quotidie cōtingit in practica. dicit hic singu.Hosti. quòd si libellus est ineptè formatus, potest reus dicere, confiteor narrata, sed dico petita fieri non debere. Et ita dicit se de facto in quadam causa fecisse & obtinuisse.& sequuntur Ioan.Andr. & D.Anto. & Dominus meus hic. Item aduerte quòd prædicta procedunt per negationem vel cōtradictionem circa merita causę,aliàs secus. Et ideo si reus dicat iudicem incompetentem, actor competentem, non dicetur lis contestata. quod intellige quoad merita. nam quoad ipsam dilatoriam tantum est li. conte. tenendo, quòd exigatur litis contestatio in talibus, aut similibus. de quo dicā infra tit.1. in c.quoniam. in 3.princ.artic.& tenet hic D.Ant. Ad quod etiam allego,quod sensit gl.in l.1. C.eo.facit etiam, quod no.glo.magna in Authen. de trien.& semis. §.illud. quinimò dico, quòd etiam si fieret negatio principaliter ad petitionem, sed non fieret respectu meritorum causæ, sed solum ad excludēdam iurisdictionem,puta,agi ratione contractus celebrati,vel delicti commissi in alieno territorio, licet negetur contractus vel delictum in illo territorio ad excludendum iurisdictionem illius iudicis, vel etiamsi reus negaret narrata, prout narrantur, vera esse, non inducitur litis contesta. secundum Hostien. Io.Andr. D.Anto.& Domi. meum, in cap.si clericus laicum. supra de foro compe. quinimo ibi singulariter dixi, quod si in bello essent narrata plura,& inter alia aliqua qualitas tribuens iurisdictionem,quæ etiam respiceret merita causæ, vt in exemplis superius positis,& similibus, quod si comparens negaret narrata prout narrantur,vera esse,& petita,prout petuntur, fieri debere, non propterea dicitur facta lit.contest. quod est singularissimum. Ad quod omnino vide quæ dixi in c.si clericus laicum. in 10.prin.art. Vlterius aduerte etiam, quia in quantum superius dixi, quod ad li.contesta. sufficiat negatio, seu contradictio ad narrationem,seu factum,hoc procedit,quando libellus contineret non solum narrationem, sed etiam petitionem: secus autem si contineret solam narrationem, quia tunc per responsionem, & contradictionem ad narrationem, non fieret litis contestatio, vt dixi supra eo.articu.q.1.

68 ¶ †Octauò quęro,vtrum ad lit.contesta.inducendam requiratur animus contestandi litem. Sol. Gl. nostra hic vult, quod fiat animo litem contestandi. vnde infert, quod si reus respondeat saluo iure suo, & sine suo prę̨iudicio,non animo litem cōtestandi, lis non erit contestata. Sed aduerte, quia istud procedit, quando apparet de ipsius intentione,q᷑ actus fieret animo non contestandi litem, vnde pro clariori decisione istius q. distingue duo membra.

¶ Primum, quādo sumus in dubio,quia reus simpliciter respōdet, nec apparet de ipsius animo, vtrū respondeat animo li.contest.

¶ Secundò, quid iuris, quando exprimit, quod animo litem contest. vel animo non contest. litem. Quo ad primum membrum,text. in c.pen. infra de iura.calum. videtur requirere,quod ad litem conte. vltra petitionem & respōsionem exigatur quædam interrogatio, seu responsio animo litem contest. vt ibi no. Do.M.Hosti.in sum.eod.titu.§.fin.in fi.dicit, quòd si nihil exprimat, videtur lis contest. arg. ff.de condi.inde.l.quòd quis.& ff. de verborum oblig.in l.quicquid astringendæ. & C. de condi. ob cau. in l.si repetendi.& remittit ad no.in sum.in tit.de constit.§.quando constituto. vers.quid si protestatio. & idem tenet Specu. eod. titu. §.2. versic. quid ergo si proponuntur.qui dicit,quòd Domi.de Rota,decis. 12. concludunt, quòd si reus respondendo libello actoris neget narrata,prout narrantur, & dicat petita fieri non debere, licet non addat & dicat animo li. contesta. nihilominus inducitur litis contestatio. per textum nostrum, & per legem, rem nō nouam. §.patroni.C.de iudi.& C.de iura.calum.in l.2.§.1.& supra de elect. cap. dudum. el 2. ista enim iura & similia solum exposcunt responsionē ad petitionem. & pro hoc facit secundum Domi.M. quia non præsumitur quòd quis verbo exprimat, quod mente non agitauit, ff.de supel.leg. l. Labeo. & c. in obscuris.de regu.iur.in 6. alioquin simili datione videtur, quòd in contractibus & vltimis voluntatibus,priuilegijs,& rescriptis,nō valerent,nisi adderetur huiusmodi animi expresio, quòd esset absurdum.facit c. intelligentia. & c.præterea. infra de verb.sig. & c.ex literis.inf. de spon.& quod ibi no. verba enim intelligi debent secundum communem intelligentiam, nec statur interpretationi proferentis in iudicio,sicut in simili dicimus de iuramento, vt no. Innoc.in simili in c.veniens. infra de iureiu.putat D.M.quòd vbi

vbi est consuetudo, quòd talia verba proferantur, quando respondetur animo conte. litem, quòd nisi talia verba exprimantur, non dicetur lit. conte. ar. l. semper. ff. de reg. iu. & l. libellorum. §. quod tamen Cassius. ff. de leg. 3. & in d. c. ex literis. & c. cum dilectus. de consue. & optimè facit l. si de interpretatione. ff. de legi. sed cessante consuetudine, tenet quod superius dictum est, quod etiam videtur sentire Io. And. dicens, quòd ex quo verba sunt apta ad li. con test. præsumitur animus contestandi, ex quo aliud non apparet, & hoc etiam videntur voluisse Inn. & Doct. in cap. cum M. de const. ideo ibi protestatio defendit à lit. cont. vt statim dicam in secūdo membro, quia in dubio præsumitur, quòd quis verba apta proferat animo litem contestandi, aliàs si talis animus non præsumeretur, nō esset necessaria protestatio, quòd id fieret animo non contest. li. secundum Dominum M.

¶ Circa secundum membrum, quādo appareret de intentione respōdentis. Exemplum, quādo reus respondet libello animo non cont. li. glo. nostra hic, vt supra dixi, vult, quòd impediatur li. cont. & idem tenet gl. in l. vnica. C. eo. & Bart. Brixien. in q. venerabili. q. 34. Tan. & Vinc. & Vgo. in cap. humana. de elect. & Azo Legista. & etiam idem tenet Guil. de Cu. si non statim post protestationem sequatur responsio, sed si ex interuallo. ad primum allegat iura, quæ dicūt protestationem tollere animum in actu, in quo fit protestatio. ff. de relig. l. at si quis. §. pleriq;. & l. in aliena. §. Celsus. & l. si quis seruum. §. Prætor. ff. de acquir. hære. Ad secundum alleg. ff. solu. mat. l. dotem. ff. de condi. & demon. in l. nam ad ea. ff. loca. l. cum in plures. §. locator horrei. & sequitur Cyn. in l. vnica. C. eo. in 5. q. quia protestatio declarat animum, tamen opponit, vt l. iuris gentium. §. quod ferè. ff. de pact. & l. si quis in princ. testa. ff. de leg. 3. & in li. contest. exigitur animus, sicut in sententia, vt l. qualem. ff. de arbi. d. Ant. hic dicit concludendum ex mente Doct. vtriusque iuris, quòd si reus protestatur, quòd respondet animo non contestandi lit. & nec iudex, nec pars cōtradicit protestationi, iuuat protestantem, & impeditur litis contesta. per iura disponentia protestationem iuuare in his, quæ dependent ab animo. & hoc magis æquum, quādo statim sequitur responsio, & non ex interuallo, per no. in l. per retentionem. C. de vsufru. & l. item quia. §. idem Iulianus. ff. de pactis. & fuit no. Guil. de Cu. in d. §. locator horrei. Non obstat, quòd protestatio cōtraria facto, non iuuat protestantem. supra de constitu. c. cum M. quia illud verum, quando ordinatur ad tollendum factum, quia facta non possunt haberi pro infectis: vnde si protestor, quòd non respondeo, me respondente nihil agit protestatio, vt l. in bello. §. factæ. ff. de capt. sed si protestatio ordinatur ad tollendam mentem facto, tunc bene operatur, secundum Iacob. Butr. per legem, Labeo. ff. de sup. leg. sed melius facit, secundum D. Anton. l. obligationum substantia. §. fi. ff. de act. & oblig. Bart. enim idem tenet in effectu, licet loquatur alijs verbis, dicens protestationem operari, quando protestatio respicit vnum, & factum aliud, nam ex litis contesta. insurgit quasi cōtractus, vt l. tertia. §. idem scribit. ff. de procurato. vnde protestatio ordinata ad tollendum quasi contract. & non responsionem. & sic contingunt diuersa. Item etiam voluit in effectu Innocen. & recitat Specu. eodem titu. §. 1. versicu. illud. dicens, quod vbi factum habet duntaxat vnum sensum & intellectum, protestatio ordinata ad tollendum sensum ex toto non iuuat protestantem, vt d. c. cum M. Sed secus quando factum esset multipliciter intelligibile, prout est in terminis nostris, respōsio ad libellum potest dupliciter intelligi, vno modo, vt fiat animo contestandi litem: alio modo, vt fiat animo instruendi, vel informandi iudicem. Hæc ergo protestatio declarans & impellens animum, & alterum ex dictis sensibus nō contraria facto, & iuuat protestantem. Ex prædictis infertur, quod si reus protestetur, q̄ respōdet libello metu excommunicationis, aliàs non responsurus, & hoc probet, quia iustus est metus, non habebitur lis pro contest. quia excommunicatio iniusta infert iustum metum, supra de restitutio. spolia. c. cum olim. nisi postea prosequēdo videatur recedere à metu. Ita dicūt Domi. de Rota, decis. 35. & sequitur hic D. Anto. & de hac quæst. tractat Hostien. in summa in titu. de consti. §. quando. versicu. quid si protestatio. vbi concludit, quòd protestatio semper iuuet, donec contrarius actus interueniat. vnde licet semel fuerim protestatus, si tamen postea iudex vel actor loquatur, & narret vel petat, & reus iterum surgat, & in protestatione proponat verba apta ad litis contesta. videtur inducta litis contesta. quia recessum a prima protestatione, vt cap. prout. infra de dolo & contuma. Ideo cauti aduocati semper repetunt & dicūt, salua tali protestatione quam supra feci, sic propono, quia protestationes iudiciorum de facili perduntur, seu amittuntur, sicut dilationes & exceptiones, vt l. Pomponius. §. rati. ff. de procura. Specu. de hac materia latè tractat, eod. titu. §. 2. vers. ex præmissis. & Ioan. Andr. in regula exceptionem. de reg. iur. lib. 6. vbi ipse narrat plures disputasse hanc q. & recitat solutionem plurium, sed eandem sequi videtur opi. Mar. Silli. & Azo. Canonici Bon. Doct. Iuris Canonici, coniungēdo eas opiniones, ex quibus sic distinguit, q̄ aut nec iudex, nec aduersarius cōtradicit protestationi, & impedit li. contest. quia ad litis cōtest. requiritur animus, cum sit quasi contractus, vt in Auth. de exhib. & intro. reis. §. illud. & l. 3. §. idem scribit. ff. de pec. sed ex protestatione declaratur animus, vt dixi, & hoc procedit, quando post protestationem incontinēti sequitur responsio. Si verò respondet ex interuallo, videtur recessisse à protestatione, vt d. l. cum in plures. §. locator. ff. locati. & placuit Hosti. in d. c. cū M. quia quando protestatio fit in iudicio, & actus sequitur ex interuallo, semper videtur recessum à protestatione, nisi sit repetita, vt no. Archid. in terminis nostris. 28. dist. c. Diaconi. sed Ioan. de Imo. in l. non solum. §. morte. ff. de ope. no. nunc. dicit, quòd hoc videtur procedere, quādo protestatio fuisset simplex, aliàs ex quo protestatio est declaratoria voluntatis ipsius protestantis, & actus agentium non operantur vltra eorum intentionem, dicit ipse, quòd non videt, quare etiam in iudicijs protestatio non operetur. pro quo dicto ego allego, quod tradit Bald. in l. pacta nouissima. C. de pact. vbi fortius vult si indefinita protestatio trahitur ad actus, qui ex post facto fiunt. de quo dicit esse casum in l. si quis in princip. testamenti. ff. de lega. 3. Nec obstat l. per retētionem. C. de

C. de vsu. quia ibi oblatio simplex extenditur ad vsuras ex interuallo intermissas, propter odium vsurarum. Sed aduerte, quia d. l. si quis in princ. loquitur in actu depēdēte à voluntate vnius duntaxat. Mihi satis videtur iuridicum, quòd si reus responderet cum protestatione, quòd non intendit per aliam respōsionem, nec per aliam similem in futurum litem contestari, quòd non esset postea necessarium repetere protestationem, nisi iudex diceret, quòd non admittit, nec intendit admittere respōsionem cum dicta protestatione, quia tunc esset necessaria repetitio protestationis, per ea, quæ statim dicam. Aut iudex cōtradicit protestationi, & hoc casu etiam protestatio iuuat, quia litis contestatio dependet à partis voluntate, & iudicis, & ideo contradictio iudicis non potest inducere consensum & animum in ipsa parte, maximè cum iudex non possit præcisè cogere reum ad litis cōtestationē, vt latè dixi supra eodem articu. 7. quamuis ipse iudex possit non admittere dictam responsionem cum dicta protestatione, vt c. solicitudinem. de appella. & idem putat Io. Andr. si actor contradicat protestationi, quia ipsius contradictio non tollit protestationem rei, cum fiat super dependentibus tātum à consensu & voluntate ipsius conuenti, iuxta nota. per Ioan. Andr. in regula, in generali. de reg. iur. in 6. in penult. colum. vers. sed pone. no. in cap. cum M. de consti. & hanc opinionem tenet etiam Cynus post Iacob. de Ra. in l. vnica. C. eod. in 6. quæst. & Bart. ibi. Præfati tamen Doct. non attingunt specificè, quādo respondet ex interuallo post protestationem. & tenet etiam Bart. & sequuntur Doct. Legistæ in l. non solum. §. morte. ff. de oper. no. nunc. & videtur etiam sequi hic D. Anto. præterquam in vno membro, in quo videtur sequi opin. Iaco. Butr. & Guil. de Cun. videlicet, quando iudex non admisit protestationem, quia dixit, quòd non admittebat dictam protestationem, sed volo, quòd respondeas animo litem cōtestandi, quo casu volūt præfati Doctores, quòd protestatio non iuuet, quia ex quo acquiescit iudici & respondet, videtur velle exequi præceptum iudicis, & acquiescere interlocutoriæ, ex quo saltem post verba iudicis non repetit protestationem. Ad quod alleg. Iacob. Butr. l. debet. §. 1. ff. nau. caup. stab. Sed Dominus meus in hoc vltimo distinguit, quod aut reus respondet ad libellum præmissa protestatione, & iudex post responsionē dicit, non admitto talem protestationem, & tunc procedet prima opinio: cum enim dependeat ab animo suo, an respondeat litis contest. contradictio iudicis sequens non potest ponere intentionem, vbi non adest, maximè cum omnibus cōtractibus, seu quasi, si vna pars sentit vnum, alia aliud, nihil agitur, quia non est ibi consensus, vt l. in omnibus. ff. de act. & oblig. & quia actus agentium in his, quæ dependent ab animo, non operantur vltra eorum intentionem, vt l. nō omnis. ff. si cer. pe. & l. obligationum substantia. ff. de act. & obl. & l. legata inutiliter. ff. de leg. 1. Aut reus primò præmittit protestationem, quòd per ea quæ dicit nō intendit li. contestari: & antequam respondeat iudex, contradicit, & reus postea respondet, & tunc si repetit eandem protestationem, idem dicendum est, quod supra. Si verò post iudicis contradictionem simpliciter respondeat, tunc videtur respondisse animo li. contest. & voluisse acquiescere interlocutoriæ iudicis. ar. optimum ex his, quæ no. in Clem. 1. de do. & contu. in ver. manifeste. in prin. facit d. l. cum in plures. §. locator horrei. & d. l. debet. & quod traditur in d. c. cum M. & sic procedat opi. Iac. Bu. & sequaciū. & hæc opi. videtur satis rationabilis. & ita debet intelligi opin. Bal. in l. 1. C. co. qui videtur sequi opin. Ia. Bu. prædicta arbitror procedere, quando verba prolata cum dicta protestatione essent multipliciter intelligibilia, alias secus, vt puta si diceret, nego & contestor lit. animo non contesta. quia tunc protestatio non iuuaret, cum actus non posset esse difformiter, sed vniformiter, per ea quæ dicta sunt.

69 ¶†Nonò quæro, si in petitione vel libello plura narrantur, vtrum plures requirantur responsiones, & sic li. contesta. & quid si respondetur ad vnum, & ad alia. Sol. Debes scire, quòd si plura petuntur in libello, vtrum dicantur plures libelli, vel vnus, dixi latè in c. si. sup. de lib. obl. ar. 29. q. 8. dic ergo quòd aut quis solum respondet ad vnum de pluribus petitis, per verba apta ad li. conte. & super illo tantum intelligitur lis esse contestata, nisi illud super quo lis est contestata, sit connexum cum aliquo, vtputa, si petis seruitutem debitam fundo tuo, & ego dico te non esse dominū fundi, quia hoc modo consequenter nego seruitutem tibi deberi, quia non potest deberi non domino, vnde lis dicitur contestata super seruitute, seu confessoria, secundum Guliel. de Cu. in authen. offeratur. C. de li. contesta. & sequitur hic D. Anto. nec vitiatur processus, licet alijs rebus vel capitulis lis non sit contestata, quia litis contestatio habet suum effectum respectu illius capituli, non autem respectu aliorum, vt no. gl. & Doct. 3. quæst. 10. c. placuit. Ad hoc ergo vt plena fiat litis contestatio super omnibus capitulis, respondendum est omnibus. ff. de ap. in l. cum in vna. & ff. de ope. no. nunc. l. de pupillo. §. si plurium. & 2. q. 3. §. notandum. ver. si plura. infra de senten. excom. cap. cum pro causa. sed & si sic respondeatur, sicut in Romana Curia fieri consueuit, nego narrata prout narrantur, & dico petita fieri non debere, plena est facta li. cont. ar. Insti. quib. mo. tol. obli. §. est & prodita. & ff. de verb. obli. l. pluribus. in princ. & l. Titia. in fi. & idem si omnia negentur, secundum Gof. quasi ad omnia intelligatur singulariter responsum. & refert Hostien. in summa. §. qualiter. in princ. Subdit tamen Hosti. ibi hoc esse admittēdum, si plura disiunctiuè sunt posita in libello: sed si copulatiuè, oportet quòd singulariter respondeatur, alioquin pro vno falso, quod ibi poneretur, posset totus libellus negari, tamē metu periurij, secundum ea, quę notantur per eum in titu. de rescript. §. de ipsius interpretatione. Sed aduerte, quia per prædicta non videtur Hostien. negare, quo minus lis sit contesta. super omnibus, sed quòd talis responsio non debet admitti, ne reus neget verum ratione falsi admisti. de quo etiam tangam in seq. q. sed particulariter respondendo, quodlibet capitulum suam requirit responsionem, & sic suam contestationem, vt sentit hic Domin. meus, in princ. glo. sed simpliciter fiat negatio, aut indefinitè omnia videntur negata, vt voluit Iacob. But. in l. vnica. C. eo. & sufficit vnica contestatio pro omnibus. Facit cap. cum olim. el 1. de offic. deleg. & quia responsio simplex & indefinita æquipollet vniuersali, vt in cap. vt

circa.

circa. de elect. in 6. & l.plures. ff.de leg. 2. cum alijs vulgatis. super pluribus ergo diuersis rebus vel capitulis in eodem libello deductis, potest fieri li.contesta. particulariter super singulis, vt dixi, & probatur in cap.ex parte decani. de rescript. an vniuersaliter negando omnia vera esse, & petita fieri debere, quia etiam cum pluribus agentibus potest reus vnico verbo cum omnibus litem contestari, per ea, quę dixi supra, in Rubrica, in princip.artic. Et prædicta procedunt, quando res & capitula æquè principaliter continerentur in libello: sed si non æquè principaliter, dic vt dicam in seq.quæst.

70 ¶ † Decimò quæro, quid si plura narrentur & petantur in eodem lib. aliqua principaliter, & aliqua non principaliter, & fiat negatio vel confessio indefinita, vel simplex, vtrũ intelligatur negatio vel confessio facta ad ea, quæ principaliter sunt petita, an vero videatur negare vniuersum, sed non singula? Exemplum A. secundus creditor agit hypothecaria contra B. primum creditorem, & allegat se mutuasse centum C. & rem quam petit hypothecariam fuisse in bonis. C. debitoris à tanto tempore citra. modo B. primus creditor conuentus respondendo libel. negat contenta in libel. quæritur, vtrum videatur negare rem fuisse in bonis debitoris. effectus est iste, quia si hoc negat, & conuincitur de mendacio, non obstante prioritate temporis, debet succumbere in hypotheca, vt in Auth. de triē. & semis. §. illud. Sol. Iacob. Butr. in l. 1. C. eod. dicit, quòd hoc non videtur negasse, cum sit sibi pœnale, sed videtur negasse cætera, quia ratione vnius partis falsæ tota oratio vniuersalis potest negari, vt l. si is qui ducenta. §. vtrum. ff. de rebus dubijs. & idem tenet Bald. in d. l. 1. C. eo. in 6. q. alleg. ad hoc quod no. in cap. 2. de cõfess. in 6. & dicit, hoc esse multum notabile, quòd vniuersali negatione non videntur negata omnia & singula, & ideo vbi subiungit ipse quæstionem, vtrum expediat agenti probare rem fuisse in bonis debitoris, videtur quod non, quia si hoc videtur negatum, tacitè intelligitur concessum, quia interrogatus de pluribus, si aliqua negat, reliqua videtur confiteri, & econtra. ff. de min. l. & si fine. §. sed quod Papinianus. Nec potest dici, quòd non videatur nec confessum nec negatum, quia tunc non erat perfectè responsum ad interrogata. finaliter cõcludit ipse Bald. quòd sibi videtur salua veritate, quòd omnia singula intelligantur negata, quæ sunt de substantia petitionis, cum non subsit ratio, quia magis vnum de substantialibus, quàm reliquum videtur negatũ. Similem rationem ponit text. in l. prima, in fi. C. de libe. præte. vel exhær. Et pro prædicta opinione ego allego, quia sicut libellus videtur fateri omnia, quæ in libello continentur, vt l. cum precum. C. de lib. causa. dixi latè in capitulo fina. supra de libel. obla. artic. 34. versic. 6. effectus. ita pari ratione qui respondet confitendo, videatur fateri contenta in libello, & in omnibus sibi præiudicet. In contrarium tamen ob. quod tradit Bartol. in l. si cui serui. §. à filio. ff. de lega. 1. vbi dicit, quòd si P. accusatur quòd cognouit C. vxorem G. quòd aut accusatus fatetur omnia contenta in accusatione, seu in inquisitione, si contra eum inquiritur, & videtur fateri qualitatem, scilicet, quòd C. sit vxor G. aut simpliciter fatetur, & tunc secus. Item ad idem & fortius facit, quod no. Bart. in l. si dubitatur. vers. ita demum. ff. de fideiuss. vbi fortius vult, quòd etiam si fateatur omnia contenta in accusatione vel inquisitione, non videtur fateri qualitatem, facit l. de qua re. iuncta glo. prima. ff. de iud. Ad idem facit, quod no. Spe. in tit. deposi. §. 7. versic. 11. Sed aduerte, quia quoad terminos nostros, siquidem vnum aut plura narrantur principaliter, quoad ista talia consideramus de lit. contesta. quia quoad alia, intelligitur facta li. conte. nõ quoad accessoria, seu ad qualitates deductas non principaliter, & sic per simplicem negationem, aut indefinitam vel confessionem, intelligitur esse facta lit. contest. quoad illa omnia, quæ trahũt secum accessoria respectu contesta. lit. dummodo sit admista aliqua qualitas tribuens iurisdictionem, quæ etiam respiceret merita causæ, quia tunc per generalem, vel indefinitam negationem non diceretur facta li. cont. per ea, quæ dixi supra eodem artic. quæst. 7. Debet ergo negatio fieri ad principaliter petita: aliàs per responsionẽ ad declinationes dilatorias, vel incidentia non induceretur li. contest. secundum D. Antonium hic. Aut quærimus, vtrum talis confessio vel negatio, quoad alium effectum, referatur nõ solum ad princip. sed ad accessoria & qualitates deductas. de hoc vide in locis præallega. & ego latius dicam in materia positionum & confessionum infra in titulo, de confess.

71 ¶ † Vndecimò quęro, quid si actor petit cẽtum, reus simpliciter negat petita, actor probat de quinquaginta, an sit condemnandus in quinquaginta, vel non, quasi lis non sit contestata super quinquaginta? & videtur quòd dicendum sit, quòd non sit condemnandus, quia secundum logicos, negata maiori summa, nõ videtur negata minor. vnde si nego me debere centum, non sequitur, quòd negem me debere quinquaginta. & sic videtur, quòd sit opus noua petitione, & noua li. contest. quia sẽtẽtia debet esse conformis petitioni, vt l. vt fundus. ff. communi diuid. & c. licet Hel. cũ si. de simo. Sed in contrarium videtur tex. in l. item apud Iulianum. §. item quæritur. ff. de doli except. & ff. de nego. gest. in l. sin autem. §. pen. & quia negando petita, videtur asserere se non teneri in aliquo, vt l. de ætate. §. 2. & l. si defensor. §. qui interrogatur. ff. de interrog. actio. Nec obstat, quòd in maiori summa negatiuè proposita non insit minor, quod illud verum de propria significatione, secus in iudicijs, vbi quis cogitur aduersarium certum facere, & præcisè respondere. vnde in toto videtur negare, etiam si vnum debeat, aliàs videtur periurus seu mendax, & sic super summa probata in petitore, videtur esse facta petitio & responsio, & sic li. contest. secundum Pet. & Cyn. in l. 1. C. eod. & D. Anto. hic. sed Iacob. Butr. in l. 1. C. eod. tenet contrarium, vbi dicit, quòd si petitio est vniuersalis plura comprehendens, quòd vniuersaliter negando petita, non videtur singulariter negare, quia oratio vniuersalis potest negari, si in vno tantum est falsa, vt l. si is qui ducenta. §. vtrum. ff. de reb. dub. & de hoc remittit D. Anto. ad no. per Bart. in l. 1. in §. si stipulanti mihi 10. ff. de verborum oblig. & ibi latius per Ioan. de Imo. dicit tamen Do. Anton. quòd primum communiter tenetur. & idem tenet Bal. in d. l. 1. in 7. q. videlicet, quòd intelligatur facta li. contesta. etiam super quinquaginta, & ita vidi communiter

niter practicari, quia qui petit totum, petit quamlibet eius partem, quia responsio recipit interpretationem à præcedenti interrogatione, vt l.defensor. §.qui interrog.ff.de interrog.act. Dicam latius in titulo, de cõfess.in materia interrogationum. & quia li.contesta.est correlatiua ad petitionem & contestationem ex parte actoris. vnde sicut actor li.contest. super tota summa à qualibet eius parte, quia loquitur affirmatiuè, quia dicit narrata vera esse & petita fieri debere, eodem modo & reus intelligitur li.cõtesta. quia protestatio sua est correlatiua ad contest. actoris, & quòd in minori summa potest fieri condemnatio, est expressum in l.si constante.§.fin.ff.sol. matri.& ibi tenet Cy. secundum Bal. facit l.si vnus. §.si decem.ff.de pac. Item pro prædicta conclusione facit l.si pupillus. §.fi. ff.de verbo.signifi.& de materia, an & quando in maiori summa affirmatiuè vel negatiuè contineatur minor, vide per Barto.& Modern.in d.§.si stipulanti.& l.si is qui ducenta.§.fin.ff. de rebus dubijs. & l.qui solidum. ff.de leg.secundo. vbi Barto.videtur sibi contrarius. de quo per Dominum meum, in capitu.primo, infra de plus peti. & ibi fortè dicam de materia, an & quando affirmatiuè vel negatiuè in maiori summa contineatur minor, vel dicam in tit.de confess.

72 ¶†Duodecimò quæro, vtrum per confesionem rei inducatur lit.contest. Sol. Glo.nostra hic, sentit quòd sic, in eo quod dicit, in iure confitendo vel negando.glo. vero in c.dudum.el 2. supra de elect. distinguit, quòd aut reus confitetur ante obla.libel. & tunc non inducitur li.contest.quia non præcessit petitio, vt dixi in princip. huius art. & ideo tunc non fertur sententia diffinitiua, sed fit præceptum reo vt soluat intra certum tempus, vt latius dicam de confess.aut reus confitetur libel.obla. & inducitur contestatio, si confitetur animo contestanti litem, & tunc fertur sentẽtia diffinitiua, & hoc, quia iura simpliciter dicunt, quòd per narrationem & responsionem fit li. contesta. nec distinguunt confitendo vel negando, & hoc probat ipsa significatio verbi, contestari, id est, simul attestari, & ita reus qui cõfitetur, simul attestatur super re petita.idem dicit glo.in l.1. C.eo.& sentit glo.2.quæst.1.cap.nos in quenquam. & Hostien. in summa.eod. titu. §.qualiter. versic.& confitetur.dicens, quòd per confesionem lis contestatur, & sententia est ferenda, vt d.c. nos in quenquam. & supra de constitu.cap.cum Ecclesia sanctæ Mariæ.& infra de re.permu. c.cum olim.Pet.de Bella pertica, & vltra quos sequitur Cy. tenet simpliciter, quòd non fiat li. conte. per confesionem, quia confesio ordinatur ad fugien. ideo non inducitur contest. imo debet fieri absolutio ab instantia iudicij.ar.l.si reus.ff.de procu.pro qua opin.videtur tex. in l.si domus.§.qui confitetur. ff.de leg.1. Item facit text.in l.rem non nouam.§.patroni.C.de iud.ibi dũ dicit, per narrationem propositam, & contradictionem obiectam, & sic videtur requiri contradictio. sed Bart.in d.l.vnica. C.eod. dicit, quòd verum est, quòd per contradictionem in dubio fit li. contesta. vt §.patroni. cum si. sed alibi dicit tex. per narrationem & respõsionem, nec distinguitur, vtrum sit responsio contradicens, an consonans, vt l.2.§.1.C.de iura.calum. & sic videtur fieri ex cõfesione.nec ob. ll. allegatæ in contrarium, imo concordant cum gl. nostra, si recte inspiciantur: nam potest esse, quòd quis confiteatur eo proposito, quòd non cogatur subire iudicium.& ita loquuntur contraria.volebat enim ibi acrius statim soluere, & non fit li.contesta. potest etiam quis cõfiteri non eo animo, vt iudiciũ subeat, & feratur diffinitiua, & tunc procedit glo. quia intelligitur fieri li.cõt.sicut videmus fieri in bello corporali, licet quis videat se victũ, si erat in prælio, tñ vult esse in prælio, & vult, ꝙ per vim bellicam capiatur.ita in proposito, licet quis cõfiteatur, tamẽ vult per diffinitionẽ cõdẽnari, quod est quandoq; vtile, imo necessarium: puta, propter conseruandam stipulationẽ de euictione, vt l.vtique. ff.de rei vend. & ff. de neg.gest. l.sin autem. & melius facit l.at qui natura.§.cum me absente.& quod ibi tradunt Iaco. de Are. & Bald.& Doct.ff.de neg.gest.vbi vide, maxime per Bal. quando cõfesso competat remedium de euictione.Idem videtur velle Guil. de Cun.in d. l.si reus.dicens, quòd si reus confitetur & dicit, volo litigare, inducitur li.conte.alleg.l.in tribus.ff.de iud. nam iudicium famil. datur inter volentes, & tamen fit litis contestatio. & ad idem l. cum notisimi. §.illud.C.de præscrip.30.anno.& l.nam postea.§.is qui. ff. de iureiuran. & hãc opinionem tenet Ioan.And. in addit.Specul.eod.titu.§.2. versic.sed si reus.latius attingens materiam dicens, quòd si confesio fit aliquali desistentia præcedenti: planum est, quòd inducitur lit.contesta. vt si confiteor narrata, & nego petita fieri debere, vel si confiteor mutuum, & dico non esse lapsum triennium datum mihi ad soluendum, vel dico terminũ mihi prorogatum, vel si omnia confiteor, allego inopiam: his enim casibus & similibus, planum est, quòd fit li.contest. quia iura sunt contenta sola respõsione, nec exigunt contradictionem. C.eod.l.1. & C.de iura.calum.l.2.§.1. & supra de elect.c.dudum.el 2.Nec ob. l.rem non nouam.§.patroni. C.de iud.quia ibi exigit conditionẽ propter iuramentum aduocato. de quo ibi tractat. Nec obstat si dicatur, quòd si ex confesione inducitur li.contest.debet sequi diffinitiua, quæ imponit finem controuersiæ, quod erit imposibile: quia ex quo nulla erit controuersia, cum confiteatur, non potest finis imponi, quia aliqua controuersia, saltem inquãtum permisit se trahi, & petijt & recepit libel. & fortius hoc procedit, si in aliquibus dilatorijs est contradictum vel instatum. Non obstat l. si reus. quia illa non loquitur de confesione, quæ est actus iudiciarius, sed loquitur de oblatione solutionis, qui est actus extraiudiciarius. confesio enim est actus ordinatus ad litem, sed oblatio non, imo est ordinata ad excludendum lit. & adeo ista sunt vera, vt per confesionem aduocati animo litigandi inducatur litis contesta. si confesio non reuocatur, vt capitu. cum causam. infra de appellatio. & hoc est ipsa veritas, secundum Dominum meum hic. & hanc opinionem in effectu tenet Baldus in dicta l. si reus. & respondet ad illum textum, quòd ideo ibi non inducitur li. contest. quia ille qui confitebatur nõ cogebatur iudicium pati, cum offerret debitum. Secus si in eo ageretur iudicium pati, quia confitendo super ipso libello, intelligeretur lis contesta. vel posset dici secundum Bald. quòd litera illa non dicit, quòd confiteretur, sed quòd volebat soluere, ꝙ potest fieri, etiam per eum qui vult cõfiteri, sed vult

soluere,

soluere, vt redimat vexationem: vel fortè ne efficiatur infamis. sed idem Bald. in l. 1. C. eod. distinguit, quòd aut confessio fiebat causa iudicij declinandi, & ideo reus nolebat li. contesta. & tunc non fit litis contesta. vt d. l. si reus. & l. qui domus. §. qui confitetur. ff. de leg. 1. aut non fiebat causa declinandi, sed subeundi iudicij, & fit lit. contesta. vt ff. de neg. gest. l. at qui natura. §. cum me absente. & ibi glo. ordinaria. ff. de negotijs gestis. aut dubitatur, & hoc casu dicit Bald. recurrendum esse ad distinctionem glo. in dicta l. 1. C. eod. quòd aut fit confessio in figura iudicij ordinarij oblato libello, & fit li. contesta. ff. de re iudi. l. debitoribus. & dicit ibi Bal. quòd hoc est vtile scire, tam propter solẽnitatem, quàm propter effectum ipsius confessionis. de quo ibi per eum: quia non pertinet ad præsentem indagationem, dicam latè in titu. de confess. Ioan. de Imo. hic dicit, ꝙ licet constet, quòd sit confessio animo lit. contesta. vel quando interesset rei, quòd sequatur sententia diffinitiua propter notionem de euict. vel aliud interesse: intelligitur facta lit. contestatio: aliàs non videt, ꝙ confitens videatur lit. velle contestari, nisi fortè aliqualem contradictionem fecerat in tempore, vt quia confiteretur diem obligationis non venisse. Idem Io. de Imo. in d. l. si domus. §. qui confitetur. quem legit cum §. in pecunia. dicit, quòd vbi constat de mente, illa seruanda est: sed vbi non constat, non inducitur li. contest. si fiat non præcedente libello, vt no. glo. in l. proinde. §. 1. ff. ad leg. Aquil. & in Authent. de exhiben. reis. §. suscepto. collat. 5. & d. cap. dudum. & in cap. ex parte. el 1. de verborum signific. & ex ista vltima opinione, iuncta opinio. Bal. simul cum opinione Ioan. Andr. habetur veritas istius quæstionis. Sed circa prædicta moueo q. no. vtrum huiusmodi confessio ad hoc vt inducat li. cõtest. exigat partis præsentiã? Sol. Doct. non tangunt, sed ex his, quæ dixi supra eod. articu. quæst. 4. videtur dicendum, quòd non exigatur partis præsentia. Bal. in l. 1. C. eo. per viam arguendi ad partem negatiuam in quæst. an per negationem factam absente parte, inducatur lit. contesta. dicit, ꝙ sicut confessio facta absente parte nõ inducit li. contesta. vt l. certum. §. si quis absente. ff. de confess. ita nec negatio. & sic sentit Baldus, quòd ad inducendam lit. contesta. per confessionem requiratur partis præsentia. sed aduerte: quia hæc quæstio incidit aliam quæstionem, vtrum confessio iudicialis facta absente parte præiudicet confitenti, de quo per Legistas in d. §. si quis absente. & per Cano. in c. fi. inf. de confess. & ibi fortè dicam, vel in alio cap. illius tituli. si tamen porrigeretur confessio in scriptis, non videretur requiri partis præsentia, quia illa scriptura semper loquitur. ita decidit Barto. in l. 2. §. fin. ff. de iure fisci.

73 ¶ † Decimotertiò quæro, vtrũ per exceptionem peremptoriam, vel dilatoriam inducatur li. contest. Sol. Glo. in l. 1. C. eod. concludit, quòd si opponatur peremptoria pacti, vel iurisiur. inducatur lit. contesta. Secus si opponatur exceptio declinatoria iudicij ex persona iudicis, autoris, vel libel. & idẽ Cyn. ibi & Docto. sed contra hoc est tex. in c. 2. eod. titu. lib. 6. vbi dicitur, quòd per obiectionem exceptionis peremptoriæ non inducitur li. contesta. Barto. verò in d. l. 1. dicit, quòd aut opponitur exceptio dilatoria, & secundum omnes, nõ inducitur litis contesta. quia proponitur ad declinandum iudicium, non ad litigandum. & idem Baldus ibi in l. 1. C. eo. quæst. 2. facit c. exhibita. supra de iudi. vbi iudex debet facere contra ius, si simul procedit super exceptio. dilatoria & principali negotio: quia dilatoria dicit non esse procedendum: vnde sicut videmus in istis prælijs corporalibus multa procedunt antequam ad prælium perueniatur, vt destruere munitiones eorum qui prælium declinant, & explanare locum: ita in hoc prælio ciuili & intellectuali, omnes istæ exceptiones dilatoriæ debent ante omnia examinari, & idẽ de exceptione peremptoria, quæ opponuntur ad declinandum. de quibus latè dixi supra in 7. princ. articu. Si verò exceptio est peremptoria merè. Barto. distinguit, quòd aut statim post narrationem factam ab actore, sequitur respõsio rei opponentis excep. perempto. & tunc inducitur lit. contesta. ita intelligatur glo. in d. l. 1. & videtur velle tex. in l. rem non nouam. §. patroni. C. de iudic. ibi, post narrationem propositam, & contradictionem obiectam. sed si post datum libellum vel narrationem propositam, reus ex interuallo veniret, & produceret suas exceptiones: tunc non induceretur litis contesta. quia videtur producere super meritis causæ, & ita intelligit cap. 2. eod. titu. lib. 6. & placet Dom. Anton. hic. Bal. verò in d. l. 1. C. eod. dicit, ꝙ opinio communis Legistarum est, quòd inducatur litis contest. Subdit tamen, quod Guido de Suza tenuit, quòd per exceptiones obiectas nunquam inducatur litis contestatio: quia qui excipit, non propterea respondet libello: sed ipse ibi concludit, ꝙ aut except. oppo. præsente actore, & inducitur litis contestatio: aut eo absente, & tunc secus, quia litis contestatio exigitur præsentia partis. sed de hoc, an exigatur præsentia partis, dixi supra eodem articu. quæstio 4. & idem sentit Baldus in d. l. rem non nouam. remittens ad dicta per eum, in d. l. 1. sed Dom. meo hic non placet intellectus Barto. & Do. Anto. ad dictum c. 2. quia ille tex. loquitur indistinctè, & videtur etiam loqui, quando in continenti respondet, vt colligitur ex princ. dum dicitur, si libel. obla. & vnde supplere, quòd hoc procedit, quando ex interuallo, est diuinatio, & extensio literæ: quia de facili dixisset ex interuallo, si voluisset. ar. c. ad audientiam, de deci. & si intellexisset de opponente ad merita causæ: bene hoc expressisset: nec prin. fecisset: nec in prin. fecisset mentionem de oblatio. libel. & sic etiam per hoc videtur reprobare opin. Bal. item ratio, quare non inducitur lit. contest. per obiectionem exceptio. perempto. quæ ponitur per glo. magnam in d. c. 2. quæ est, quia per li. contesta. ordinatur iudicium: sed per exceptionem perempto. destruitur, & eadem res non potest parere duos contrarios effectus, 26. dist. deinde. & inf. de baptis. cap. maiores. & l. qui homine. ff. de solut. quæ ratio ita procedit, quando opponitur in continenti, sicut quando ex interuallo. Item ille qui excipit: neque fatetur, neque negat, vt in cap. cum venerabilis. de exceptio. & in regula, except. de regu. iur. in 6. sed ponit factum separatum ab alio: ergo non inducitur litis contestatio, quæ inducitur per responsionẽ ad petitionem: si tamen responderet ad libellum, & submitteret exceptionem peremptoriam: tunc bene

bene esset inducta litis contestatio, vt c. prout. infrà de do. & contumac. & not. gl. in d. c. 2. & sic residet D. M. & hæc opin. placet mihi: & probatur secundum glo. magnam in d. c. 2. eod. tit. lib. 6. quia si per except. perem. non debet impediri, aut retardari lit. contest. vt d. c. 1. ergo per eam nō fit lit. contest. aliàs non procederet quæstio. facit etiam, quia except. est actionis exclusio, vt l. 2. ff. de excep. in prin. ergo ante negationem non est opus actionem excludere: ex quo ei non est contradictum. vnde primò debet lis contestari: & postmodum vsque ad conclusionē possunt opponi except. peremptoriæ, vt l. siquidem. C. de except. & l. peremptorias. C. sentent. rescin. non posse. Item facit l. exceptionem. C. de probat. quæ dicit, quòd peremptoria opposita ante lit. contest. reseruatur post lit. contestat. ergo non inducit lit. contest. Item probatur, quia per except. non ordinatur rectè iudicium, vt c. cùm dilectus. infrà de ordine cognit. vnde si peremptoria opponitur ante lit. contestat. erit intentionis exclusio. argum. l. eleganter. §. si quis post. ff. de condic. indebi. & ff. quod met. causa. l. metum. §. sed quod ait. in fi. & ff. de negot. gest. l. si autem. §. si quocunq;. ad quod vide quę latè dixi suprà in 7. princip. articu. Si vero oppo. peremptoria post responsionem ad libellum, & lit. cōtest. tunc est actionis exclusio, secūdum Specul. eo. tit. §. 2. ver. sed nunquid. per except. perempt. Paul. de Eleaza. in d. c. 2. eodem tit. li. 6. dicit, quòd in hac materia pōt dari breuis regula: quòd aut excipiens stat in finibus suis vltra non progrediendo: & tunc aut fit litis contest. vt d. c. 2. & in d. regula, exceptionem. aut non stat in finibus suis: quia vltra progreditur dicendo, nego id fieri debere: quia fecisti pactū de perpetuo non petendo. & tunc inducit lit. contesta. sequitur d. Do. & isto modo potest respōderi ad d. c. prout. d. c. cùm causam. de appel. & ad c. cùm venerabilis. infrà de except. vbi per excep. præscriptionis videtur induci lit. contest. & etiam ad c. Raynutius. de testamentis. vbi inducitur per exceptio. permutationis. & ad no. l. si filius. §. exceptionibus. ff. de interro. act. vbi instituta actione, & apposita peremptoria exceptione, videtur esse iudiciū. dicta enim iura & similia debent intelligi, secundum vltimum membrum vltimæ distinctionis, quando excipiens non staret ex meris finibus exceptionis.

74 ¶ † Decimoquartò quęro, vtrum exigatur iudicis interrogatio, vel saltem præsentia. Sol. Glo. in verbo, instante. in c. prout. infrà de dolo & cont. ponit duas opiniones. Prima, quòd potest fieri iudice non interrogante: quia ex quo fit in iudicio, perinde est ac si iudex interrogaret. ff. de interro. act. l. si sine. Item quia text. noster distinguit per quem fiat interrogatio ad inducendum lit. contest. Secunda opinio est, quòd iudex debet interrogare ad instantiā actoris: & sic videtur intelligere d. c. prout. quasi sentiat, quòd præceptum iudicis sit necessarium. Glo. illa videtur approbare, & sequi primam opin. & illa est vera: quia contrariū non probatur iure, ita communiter tenent Doct. & Goffred. in c. dudum. el 2. suprà de elect. vbi dicit, ꝙ licet per positiones, & responsiones non fiat lit. contest. vt d. c. dudum. fit tamen per interrogationem & respōsionem partis. & tenet Specul. eod. tit. §. 2. ver. sed nunquid. & Dominus meus hic. & clariùs in d. c. prout. mouetur: quia iura solùm exigūt petitionem in iure propositam: & responsionem secutam, vt hic. & sufficit si fiat responsio ex interuallo, vt dixi eod. art. q. 4. & dicam infrà q. 17. & idem dicit Dominus meus post Goffredum, si interrogatio fiat per procuratorem, vel aduocatum, præsente clientulo, & non contradicente, per c. cùm causam. infrà de appel. & l. 3. C. de errore aduo. & mihi placet.

75 ¶ † Decimoquintò quæro, vtrùm ad validitatem lit. contest. requiratur, quòd fiat iudice sedente pro tribunali. Sol. Dic quòd sic, per text. nostrum, qui dicit in iure, hoc est in iudicio, & per text. in l. 1. C. eo. & in l. rem nō nouam. §. patroni. C. de iud. vbi ad lit. contest. exigitur quòd fiat in iudicio. faciunt quę dixi in præced. q. & supra eodem art. q. 4.

76 ¶ † Decimosextò quęro, vtrùm ad lit. contest. exigatur, quòd responsio fiat in cōtinenti: an vero sufficiat etiam si fieret ex interuallo? Solv. Dic quòd sufficit, quòd fiat ex interuallo: remanēte tamen petitione actoris. ita tenet Goff. in c. dudum. el 2. de elect. & sequitur Dom. M. in c. prout. infrà de dolo & contu. & communiter Doct. hic. ad quod vide, quæ dixi suprà eod. art. q. 4.

77 ¶ † Decimoseptimo quęro, quid si reus dicit, nec nego, nec confiteor: vtrum inducta sit lit. contestat. Sol. Quidam dicunt, quòd sic, argum. c. 1. in princ. suprà de postu. Præl. ibi dum text. dicit, idem magister in fratrum præsentia constitutus, &c. & ff. de interrog. act. l. de ętate. §. qui tacuit. §. nihil. tutiùs est, quòd reus cogatur exprimere verum, vel debitum confiteatur. ar. d. §. nihil. & ff. de confess. l. certum. secundum Specul. eod. tit. §. 2. versi. quid si peto. & sequuntur hic Ioā. Andr. & Dom. meus. Sed aduerte: quia Dom. Ant. & Ioan. de Imo. hic allegantes prædictum ver. Spec. dicunt, quòd non est inducta lit. contest. sed Spec. hic nō dicit, sed dicit, quòd tutiùs est, quòd reus cogatur respondere, &c.

78 ¶ † Decimooctauò quæro, quid si reus respondet, nolo cum aduersario litigare: vtrùm sit inducta litis contestatio? Sol. Dic, quòd non, si aliter non contradicit petitioni. ar. l. rem non nouam. C. de iud. quia per hoc nescitur, vtrùm neget, vel confiteatur petita, secundum Specul. in d. §. 2. versi. quid si reus. & sequuntur hic Ioan. Andr. & Dom. Ant. & Dom. M. & Doct.

79 ¶ † Decimononò quęro, quid si reus respondēdo dicit, contendēdum puto, vtrùm intelligatur lis contest. Sol. Host in c. dudum. el 2. de elect. dicit, quòd non: quia posset velle contendere: licet libel. contineat veritatem: & ideo cogendus est aliter respondere. ar. l. 1. in prin. ff. de eden. & sequuntur Io. An. & Do. M. & Doct. communiter. & tenet Host. eo. tit. §. qualiter. ver. quid si dic.

80 ¶ † Vigesimò quæro, quid si reus dicat, cedo liti, vtrum inducta sit lit. contest. Sol. Dic, quòd nō sufficit: tamen quoad intentionem actoris, quia manu militari auferretur sibi res: nisi restituat, vt l. qui restituere. ff. de rei vendic. & ff. de alie. iud. iuncta l. itē si res. §. potest. & C. vt nemo in sua causa. l. 1. non tamen sufficit, quòd differat lit. contest. nisi, vel restituat, vel cedat. l. postquam liti. C. de pactis. per Host. in summa. eodem titu. §. qualiter. versicu. quid si dicat. & sequuntur hic Ioan. And. & Dom. M. & Docto. communiter.

81 ¶ † Vigesimoprimò quæro, quid si reus dicit, dubito. [a] Sol. Text. videtur velle, quòd sit inducta li. contest. vt l. si debitor. ff. de petit. hære. vbi patet, quòd per verbum dubito, an hæreditas pertineat ad te, inducitur lit. contest. & idem tenet ibi Bart. & sequuntur hic D. Ant. & D. M. & vide ad hoc, quod dicam statim q. 23. & 24.

82 ¶ † Vigesimosecundo quæro, quid si dicit, non præsumo, vtrum sit inducta lit. contest. Sol. Bald. in c. 1. si de feu. vas. inuest. fue. tenet quòd sic: quia tantum est dicere quantum, non credo, vt not. Bart. in c. quosdam. de præsumpt. & vide ea, quæ dicam in duabus q. sequent.

83 ¶ † Vigesimotertiò quæro, quid si reus respondendo, dicit, nec scio, nec credo? Sol. Dic, quòd inducta est litis contestatio, text. est optimus in c. cùm ad sedem. infrà de restit. spol. vbi reus respondet se nec scire, nec credere bona petita fuisse possessa per aduersarium, vel ad eum aliquatenus pertinere: & sic est facta lit. contest. & sequitur Dominus meus hic, & idem no. in d. c. cum ad sedem. & vide quæ dicã in sequenti quæstione.

84 ¶ † Vigesimoquartò quæro, quid si dicat, nõ credo debere, vel credo debere: vtrum sit inducta litis contest. Sol. Glo. in l. 1. C. eod. sentit quòd nõ. Bar. l. 1. C. eod. dicit, quòd consuetudo obseruat, quòd reus pro contestando litem debeat respondere de veritate: hoc est de eo, quod vehemẽter opinatur, & credit, vt not. in l. 2. §. Labeo. ff. de aqua plu. ar. aliàs ille, qui conuenitur ex altero facto, nunquam posset lit. contest. quod esset absurdum. & sequitur D. Anto. hic. sed Guil. de Cun. in auth. offeratur. C. eod. concludit, quòd per verbum, credit, inducitur lit. contest. nam si dicis in lib. me tibi teneri in centum: & ego respondeo, credo: satis sufficienter est respõsum ad hoc: quia in positionibus hodie sufficiens est talis modus: ergo & in petitione, vt in Authẽ. de his qui ingre. ad ap. §. fin. Item, quia quãtumcunque respondeat de veritate, subintelligitur, quòd sic credit, quod patet ex iuramento cal. quod sequitur lit. contest. vt colligitur ex l. 2. §. quod obseruari. C. de iura. calum. Item sensus vbi nõ credit, habet in se negationem: ergo inducitur lit. contest. sine adminiculo aliorum verborum, & hanc opinionem sequũtur hic Dom. An. D. M. & Io. de Imo. & dicit Ioan. de Imola, hanc opinionem veriorem: sed quòd seruanda est cõsuetudo curiæ, pro dicta opin. facit d. l. si debitor. ff. de petit. hæred. vbi Bald. idem tenet, & idem tenet Bal. in c. 1. si de feu. vasal. ab alio interpellatus fuerit. & si reus dicat, Non credo debere: & si debeo, sum paratus soluere, inducitur lit. contest. not. Spec. eo. tit. §. 2. vers. sed pone peto. & tenet hic Io. And. D. Ant. & Dominus meus.

85 ¶ † Vigesimoquintò quæro, quid si reus respondendo dicit, tu mentiris, an per talia vel similia verba inducatur lit. contest. Sol. Videtur dicendum, quòd non: quia legibus & non conuitijs certãdum est, per l. quisquis. C. de post. & quia quod calore iracundiæ dicitur, pro non dicto habetur, infra de diuort. c. ex literis. & in l. qđ calore. ff. de reg. iur. Gul. de Cun. tenet contrar. videlicet, quòd lis sit contest. quia verba opprobriosa congruunt naturæ negotij, de quo agitur: sicut in simili valet exhæredatio [b] turpibus verbis facta, vt l. 3. in princ. ff. de lib. & posthu. D. A. hic dicit, & meliùs, secũdum D. meum; aduertendum esse, an reus sic dicat calore iracũdiæ, an respondendi ad libellum: an persistat, vel non in tali responsione, quod not. in d. c. ex literis. vt dicamus, quòd si animo respondendi dixit illa verba opprobriosa: tunc inducta sit lit. contest. & sic procedit opin. Gul. Si vero animo non respondendi, & potiùs calore iracundiæ: inspiciendum est tempus & gesta, & alia quæ solent considerari, ad iudicandum de animo, vt l. dolum. C. de dolo. & c. 2. de renun. in lib. 6. & sic residet D. meus, & mihi placet.

86 ¶ † Vigesimosextò quæro, vtrùm per responsionem conditionalem inducatur lit. cõtest. Sol. Aduerte: ista quæst. potest habere duplicem intellectũ. Primus est, quando conditionalis responsio est conformis petitioni: puta, dico, quòd res non est, vel nõ fuit tua: sed si fuisset tua ex causa permutationis in me transtulit, vel per similem modũ, ad quod vide, quod dixi sup. eod. ar. q. 24. in fi. & infra q. 35. & hoc casu inducitur lit. contest. vt patet ex verbis, quæ dixi in dictis quæst. tenet Spec. in tit. de except. §. viso. ver. sed nunquid per prædictam. & vide quod dixi sup. eo. art. q. 13. aut conditionalis responsio non est cõformis petitioni, & hoc casu D. Iac. Soccus de Ferraria hic in Rubr. dicit, quòd non inducitur cõtest. lit. mouetur primò, quia lit. contest. habet certã formam à iure, de qua in l. 1. C. eod. l. rem non nouam. C. de iud. à qua non est recedendum, vt l. constitutionibus. ff. ad munic. sed ar. hoc nõ valet: quoniam vt ex superioribus patet, non est verum, quòd li. contest. habeat certam formam. Secũdo mouetur, quia contest. est actus legitimus: ergo non recipit diem, vel conditionem, vt in regula, actus legitimi. de reg. iu. in 6. sed istud ar. non tenet: quia non est verum, quòd iste sit actus legitimus: cùm non recipiat conditionem. valet enim contesta. sub ista forma, petis centum: quia mutuasti, dico, quòd si mutuasti: satisfeci tibi, & ideo quæ petis, fieri non debent, & patet ex his, quæ dixi in prin. istius q. & ideo regula prædicta in l. actus legitimi. ff. de reg. iu. dicit formaliter; actus legitimi, qui non recipiunt diem vel conditionem: quasi velit, quòd quidam sunt qui recipiunt diẽ & conditionem: & aliqui non. & ibi plura ponuntur exempla per glo. & Doct. & similiter per Io. Andr. & Dy. in d. regula, actus legitimi. & iste actus est de illis qui remanẽt sub exce. vel remanent sub regula contraria: quòd quidam sunt actus legitimi, qui recipiunt diem & conditionem, secũdum Dy. intelligit illam regulam Io. An. in mercu. qui volunt, quòd regula illa est restringenda ad casus expressos in iure. & generalis regula remanet in contrarium. Tertiò mouetur præfatus Doctor, quia videtur inepta hæc locutio, nego narrata vera esse, & hoc animo li. contest. si nauis ex Asia venerit: vel si magnus Teucer (de quo nunc

ADDITIONES.

a ¶ *Verbum, dubito, inducit litis contestat. Bald. tamen in d. l. si debitor. dicit contrar. & ibidem Alexan. dicit communem esse contra Barto. ibidem. ff. de petit. hæred.*

b ¶ *Exhæredatio turpibus verbis fieri potest, sicut institutio. vide Moder. in l. sed & si pepercerit. in 2. no. ff. de liber. & posthu.*

nunc dubitatur) venerit Romam. Petitio enim simplex & pura non videtur admittere conditionalem responsionem, & sic hac de causa stipulatio vitiatur vt l. 1. §. si quis simpliciter. ff. de verb. oblig. ita & lit.
a contest. & ista [a] ratio est satis applaudens. Quartò mouetur, quia lit. contest. debet fieri vno contextu, non ex interuallata negatione, vt no. Barto. in l. 1. C. eo. sed longum posset esse interuallum inter euentum conditionis & responsionem: ergo &c. & ita concludit. subdit tamen, quòd Zabar. cōsuluit contrarium in quadam q. Ferrariæ, sed prædicta vltima ratio non valet, per ea, quæ dixi supra eo. ar. quæst. 16. prędicta tamen conclusio satis placet: quia cum conditio nihil ponat in esse, vt l. ex pacto etiam. & l. si quis ita hæres instituatur, si legitimus, & l. Lucius. la 2. ff. de hær. instit. & in l. qui sub conditione. ff. si quis omis. causa test. ergo nō videtur posse dici lis cont. Non obst. quod supra dixi in princ. quia illa conditio & similes directè opponuntur petitioni. & ideo taliter opponens videtur attestari se velle esse in lite.

87 ¶ † Vigesimoseptimò quæro, quid si verba non sunt apta ad li. contest. vtrum pronunciatio iudicis pronunciantis litem contest. sufficiat? Sol. Hanc quæstionem non memini à Doct. tactam. tex. videtur probare, quòd non, in c. cum causam. inf. de appel. pro hoc facit: quia vbi verba non conueniunt, non conuenit dispositio, vt l. si seruum. §. non dixit. ff. de acquir. hęre. & l. hos accusare. §. hoc beneficio. & §. omnibus. ff. de accusa. & cap. ad audientiam. de deci. Item facit, quod no. Barto. in l. 3. ff. ad l. Iul. repet. vbi dicit, quòd nec Iurisconsultus, nec Imperator potest facere, quòd in l. contineatur, quod non continetur. minus ergo iudex videtur hoc posse facere. in contrarium tamen facit: quia sententia interlocutoria transit in rem iudicatam quoad partes si ab ea intra legitima tempora non appelletur, vt no. in cap. cum dilecti. supra de elect. & per glos. in cap. Romana. §. si verò. de appel. in 6. & cap. cum cessante. de appel. dicam latè infra de re iudi. quod videtur procedere etiam si sit notoriè iniusta: vel error expressus, per ea quæ tetigi in cap. exhibita. de iudi. super glo. in verbo, peruertendo. Ego arbitror dici posse, quòd aut iudex pronunciauit litis contestatio. existente aliqua dubietate in verbis propter varias opiniones Docto. & tunc pronunciatio iudicis operetur lit. contestat. nisi partes aliter contradicant: aut verba sunt clara, & penitus inepta ad li. cōtesta. & tunc talis interlocutio videtur continere errorem manifestum, & notoriam iniustitiam, & sic sententia illa videtur nulla per c. inter cæteras. de re iud. iunctis no. per D. meum, in c. 2. super ver. inhibentes. supra de rest. in integ. Pręterea ista sententia non videtur nulla ratione impossibilitatis: quia nō potest iudex facere, quod contineatur in verbis, illud quod nō continet: nisi fortè partes declararēt, ꝙ per illa verba, quāuis inepta, velint habere litem pro contest. per ea quæ traduntur per Docto. in l. si quis in fundi vocabulo. ff. de leg. 1. contra tamen facit, quod statim dicam in seq. quæst.

88 ¶ † Vigesimooctauò quæro, vtrum iuramētum habeat vim contest. lit. Sol. Spec. eod. tit. §. 2. ver. quid si omissa, dicit, quòd si iureiur. de calum. omissa lit. contest. non intelligitur facta li. contesta. quia lit. contest. est iureiurandum de calum. vt dicam infra in tit. de iur. calum. facit l. 2. in prin. C. de iuram. calum. tenet hic Dom. Anto. & idem tenent Dom. de Rota, decis. 62. in nouis conclu. vbi dicit, quòd Domini de Rota concluserunt, licet partes iurando dixerūt, quod iurabant de calum. animo li. contest. & sic notarius scripsit, quod li. contesta. iurauerit: censetur facta lit. contest. sed dicit ibi Aegid. ꝙ ista conclusio, prout iacet, nō procedit: quia vt fiat
b li. cōtest. [b] tria requiruntur. ¶ Primò, petitio præcedens: secundò, responsio sequens: tertiò, quòd petitio & respōsio fiant per verba apta ad li. conte. vt hic, & c. dudum. de elect. el 2. & supra latè dictū fuit per totum hunc art. sed tale iuramentum non est huiusmodi: ergo &c. Item, quia vbi opus est facto vel verbo, solus animus non sufficit, vt in c. 1. de eo qui mit. in poss. quod facit ad ea quæ dixi in præced. q. vnde Aegidius dixit, quòd putat ex inaduertentia, ꝙ per Do. de Rota in exitu consiliorum aliquid fuerit omissum: vel ex inaduertentia respōderint: sicut quandoque vidit accidere. & hoc mihi placet in iura. cal. sed iuramentum in iudicium delatum à parte parti, videtur habere effectum li. contesta. per l. nam & postea. §. si is. ff. de iureiur. de quo latius dicam inf. in ti. de iureiur.

89 ¶ † Vigesimononò quæro, vtrum contumacia habeatur pro li. contest. Sol. Dic ꝙ non regulariter, licet quandoque habeatur, ad quod vide quod no. in l. 2. C. vbi in rem act. & per Bart. in extrauag. ad reprimen. in verbo, contestata. & per Nellum in tracta. bannitorum, in 3. parte primi tēporis, quæst. 1. ad quod vide, quod latius dixi in c. qualiter, el 2. infra de accu. in 11. prin. ar. q. 74. ver. sed quæro circa prædicta.

90 ¶ † Trigesimò quæro, qualiter contest. fieri debeat per procuratores. Sol. Dic, ꝙ fieri debet sicut per principales: eo saluo, ꝙ procuratores aliorum nomine causam agunt, petitionem proponūt, & respondent: tenet Spec. eod. titu. §. 2. ver. sed & si per procuratorem.

91 ¶ † Trigesimoprimò quæro, an requiratur scriptura: vel quod redigatur in actis. Sol. Spe. eo. tit. §. 2. versi. sed nunquid li. contest. dicit, Bazamus tenuit quod posset fieri sine scriptis, per textum in c. relatum. de off. deleg. ibi, si lis fuerit contesta. &c. & ff. de eden. l. 1. in contrarium arguit in cap. offeratur. 3. q. 3. & de textu nostro. Vincen. hic dicit, ꝙ nemo tenetur sine libello li. contesta. potest tamen, si velit, solennitatibus renunciare. supra de offic. delega. c. de causis. Dom. Anton. simpliciter hic dicit, quod potest fieri sine scriptis, remittens ad Specul. in d. ver. Sed tu aduerte, vtrum libello possit renunciari. dixi latè in cap. 1. de libel. oblat. 5. princ. artic. de lite, an poss.t renunciari, dixi supra eodem ar. in tertio principali articulo: sed quo ad terminos quæstionis nostræ. Salyc. in l. contractus. C. de fide instrum.

ADDITIONES.

a ¶ *Debet enim statim responsio subsequi conformis petitioni. §. præterea. Instit. de inutil. stipul.*

b ¶ *Tria requiruntur ad litis contestat. Adde latius Paulum de Cast. in consi. 401. lib. primo. colum. secunda. vbi ponit requisita ad litis contestationem.*

instrum. sentit, quòd acta exigant scripturam, & sic lit. contestat. est de actis exig. scriptur. & mihi placet. facit l. gesta. C. de re iudic. & probatur in cap. quoniam contra. infra de probatio. vbi dicitur, quòd litis contestatio debet in actis exigi, & ibi no. Docto. nisi in casibus leuibus, in quibus non reperitur scriptura, vt in authent. nisi breuiores. C. de sentent. ex breui. recit. & ibi per Bart. & vide quod dixi in cap. primo, de libel. oblat. in 9. princip. articulo, fallentia 20. & fallent. 42. Nec obstat, quòd acta possunt probari per testes, vt traditur in dicto capit. quoniam. de quo latè dicam in titu. de probatio. vel in titu. de fide instrumen. quia possunt probari per testes, quando perdita sunt: & ea, quæ ibi dicuntur, faciunt ad decisionem istius quęstionis.

92 ¶ † Trigesimosecundò quæro, vtrum in lit. contesta. requiratur ordo, & qualis? SOL. Dic, quòd sic: quia primò debet fieri petitio, deinde responsio: & ideo si primo responderetur, deinde daretur libel. non fieret lit. contesta. secundum Guil. in l. 1. C. eod. & idem vult gl. super verbo, iure proposita. in c. dudum. el 2. de elect. & Dom. meus ibi, sentit Bal. in l. 1. C. eo. & Iacob. de Are. in l. 1. ff. de dam. infec. vbi voluit, quod litis contest. facta omisso iuris ordine non tenet.

93 ¶ † Trigesimotertiò quæro, quæ sit clarior forma contestationis litis? SOL. Dic, quòd hæc est forma clara & indubitata, nam iudice sedente pro tribunali, actor dicit, Ego A. animo litis contestan. & litem contestando, dico narrata, prout narrantur vera esse, & petita fieri debere: reus verò sic dicet: Ego B. saluis exceptionibus & defensionibus meis, tam realibus, quàm personalibus: ex quacunque causa, & quocunque modo competentibus, dico narrata prout narrantur, vera non esse, & petita fieri non debere.

Trigesimoquartò quæro, de salutari institutione tam actoris, quàm rei? SOL. Dico, quòd tam actor in narrando & petendo, quàm reus in respondendo, vti debent veritate, & omni puritate: nec enim actor mendaciter debet narrare, & cōtra conscientiam petere, & similiter reus non debet mendaciter negare: etenim longè magis debet velle causam amittere quàm animam perdere: aut eam ad peccatum illaqueare. infra de simo. capit. Matthæus. & in simili no. glo. in cap. primo. de confess. lib. sexto, & actor debet esse cautus & prudens, ne aliqua falsa veris commisceat: ne fortè ratione falsitatis, reus posit totum negare, secundum ea, quæ supra dixi. & remisi eodem articulo, quæstio. 9. & quæstio. 10.

94 ¶ † Trigesimoquintò quæro, qualiter in causa
a appella. debeat lis [a] contestari? SOL. Aduerte, hęc quæst. præsupponit aliam quæstionem, quòd in causa appellationis debeat lis contestari, de quo dicam in cap. quoniam. infra titu. 1. in quarto princip. articu. in casibus ergo, in quibus fieri debet li. cōtest. in causa appel. Dic quòd fiet sub ista forma: appellans offerat libellū in quo narrauit, quare & in quo malè contra eum processum li. & petet pronunciari iudicem iniquè interlocutum esse, seu pronunciasse, & se iustè appellasse, & quicquid post appel. in eius præiudicium actum est retractari, de quo latius dicetur in titu. de app. reus vero respondebit: Ego talis, saluis exceptionibus, &c. vt dixi in quæstio. 33. animo litis contestandæ propono, quòd dicta except. non fuit proposita coram iudice, & si fuit proposita, pars non obtulit se probaturā, & si obtulit iudex admittere causam non recusauit, & si recusauit, non fuit appellatum ex causa hac. & si fuit appellatum ex ista causa, non tamen intra legitima tempora, nec in scriptis, nec fuerūt petiti apostoli. & si fuit sic appellatum, & petitus apostolus, non fuit prosequutus appellationem intra tempus legitimum: vnde dico ea quæ narrantur, prout narrantur in libello, vera non esse: & quod petitur, fieri non debere, vnde peto appel. quæ dicitur interposita, nullam penitus pronunciari, & me ad prius iudicis examen remitti, & partem aduersam in expensis condemnari: vnde peto per vos pronunciari, malè appellatum, & bene pronunciatum esse, & sententiam, & quæcunque inde secuta confirmari debere. hęc autem iunguntur ad hoc, vt si fortè euenerit appellatum debere obtinere, iudex super hoc posit & debeat pronunciare: quia iuxta formam petitionis ferenda esset sententia, vt c. licet Heli. inf. de simo. cum sim. aliàs fortè non pronunciaretur super hoc. de quo per Glo. & Doct. in c. cum contingat. de off. deleg. secundum Aegidium in Rub. qualiter in causa appel. fiat lit. contest. & Spec. qui verba Aegidij ampliauit eod. titu. §. 2. versi. sed cum in causa appella.

¶ Trigesimosextò quæro, qualiter, quādo & per quos actus in casibus, in quibus lit. contesta. expressa non requiritur, vt in summarijs & simil. de quibus dicam in cap. quoniam. infra titu. 1. in 3. princ. articu. dicatur fieri tacita lit. contest. SOL. Quidam voluerunt, quod prima citatio habeat vim lit. contesta. quia per eam inchoatur tale iudicium, & proceditur, dicitur in l. fin. §. illud. C. de tempo. app. sed hæc opin. non placet Bal. in addi. Specu. in titu. de senten. versi. in casibus. mouetur: quia citatus comparens posset opponere except. declinatorias, & sic non habebitur pro li. contesta. Alij dicunt ꝙ prima contradictio habetur pro lit. contest. per l. fin. & authent. nisi breuiores. C. de senten. ex breui. reci. & l. 1. & authen. offeratur. C. eod. titu. sed intellige de contradictione ad merita causæ. sed tu dic clarius, quòd tunc dicitur facta lit. contesta. quando fit actus à partibus, qui fieri solet post lit. contest. secundum Innoc. in cap. si duobus. infra de appel. in cap. præterea. infra de dilat. in cap. 1. de elect. lib. 6. per Ioan. Andr. & Dom. Anto. in c. cum M. de consti. no. Cy. in c. nihil, C. de procu. Pau. & Docto. in Clemen. sæpe. de verbo. sign. no. etiam in l. 2. C. de consor. eiusdem litis. dixi in Clemen. 1. de causa pos. & propric. in Glo. super verbo, conclusionem. & ex his, Deo duce, habes expeditum ar. 8. eo. titu. nostro, cum quo bene contestati sumus.

Vt

ADDITIO.

a ¶ *Litis contestatio in appellatione an sit necessaria, vide latè per Docto. in cap. per tuas. de appel. vbi videtur concludi, quod non sit necessaria, & tamen Specul. contra in titu. de lit. contesta. §. 2. vide Oldra. consil. 12.*

Vt Lite non contestata. Rubrica.

¶ Continuatur ad præcedentes; supra visum fuit, qualiter lit. contesta. fiat: verum quia quandoque lite non contesta. testes petuntur recipi: aut reperiuntur recepti: & petitur quòd ad sententiam diffinitiuam perueniatur, & dubitatur, vtrum talis receptio fieri possit, aut valeat ad sententiam perueniri: ideo subijcitur hæc Rubr. ei. Et aduerte, quia Doct. in hoc ti. plura tradunt circa materiam contumaciæ: de multiplici pœna ipsorum cōtumacium, & qualiter ratione contumaciæ perueniatur ad primum & secundum decretum. sed ego hæc omittam: quia tractabo illa in titulo, de dolo & contumacia, & in titulo, de eo qui mit. in pos. causa rei seruandæ. & solùm hic tractabo prædicta succinctè, in quantum pertinet ad principalem intentionem titu. & latè tractabo quatuor princ. artic. de quibus præmisi in Rubrica tituli præcedentis, videlicet 4. artic. 9. 10. & 11.

SVMMARIVM.

1 *Causa matrimonij inferioribus Episcopo potest delegari.*
2 *Vxor, matrimonio constante, propter adulterium mariti potest dotem repetere.*
3 *Vxor maritum potest de adulterio accusare, sicut econtra maritus vxorem.*
4 *Dubium frustra discutitur, cuius euētus nil operatur.*
5 *Matrimonium dupliciter accusari potest.*
6 *Excommunicari nullus debet propter contumaciam alterius.*

AD HOC DEVS. Si agitur de adulterio ad separationē thori, & ante lit. contest. reus est contumax: excommunicari potest, sed testes recipi non possunt: nec causa diffiniri. Hoc dicit. diuiditur: quia primò ponitur delegatorum consultatio. Secundò diffinitio, seu responsio. Secunda ibi, cōsultationi.

1 ¶ † No. primò ex tex. iuncta suprascriptione, ꝙ causa matrimonialis, quātum ad separationem thori, ex stylo curiæ quandoque delegatur inferiori-
a bus [a] Episcopo, de quo in c. causam. supra de offi. de leg. sed causa matrimonialis propria, regulariter nō delegatur nisi Episcopis, vt in c. 1. inf. de consang. & affin. & c. accedentibus. de priuileg.

2 ¶ † No. secundò, quòd propter adulterium commissum per maritum, potest vxor constante matrimonio repetere dotem: & sic habes vnum casum specialem, in quo constante matrimonio per vxorem dos repeti potest. alij traduntur in cap. per vestras. infra de dote post diuor. restitu. & per Legistas in l. si constante. ff. sol. mat. & l. vbi adhuc. C. de iure dot.

3 ¶ † No. tertiò, ꝙ sicut maritus potest accusare vxorem ciuiliter de adulterio ad effectum separationis thori, & etiam dotis lucri, vt c. plerunque. infra de dote post diuor. rest. & in Auth. vt liceat matri & auiæ. §. si de adulterio. ita & vxor potest agere ad easdem pœnas: videlicet ad separationem thori, & donatio. lucri propter nuptias, vt d. §. si de adulterio. vnde quo ad hoc, vir & vxor iudicantur à pari. ad idem gl. 32. q. 5. c. Christiana. quāuis respectu accusationis criminalis iudicētur ad imparia, quia vir accusat vxorem, sed non econtra, vt l. 1. C. de adult.

¶ No. quartò ibi, illudere videretur, quod præsumitur contra illū qui plures petit dilationes, & ideo non debent dari nisi causa cognita, de quo dic vt dicam latè in ti. de dila.

¶ No. quintò, tex. qui probat, quòd ex sola respōsione ad libellum absque alia narratione verbali, & sine actoris præsentia inducitur li. cōtest. hoc enim tantum ponderatur, quòd noluit respondere libel. & ideo non fuit facta li. contesta. de quo dic vt dixi in c. præced. artic. 8. q. 4.

4 ¶ † No. sextò, ꝙ frustra [b] discutitur dubium, cu-
b ius euentus seu declaratio nihil est operaturus. facit c. pastoralis. supra de rescript. & quod in simili dicimus, quod nō debet quis admitti ad probandum, quando probatio non releuat. infra de spon. in c. id quod. de quo latè dicam in ti. de proba.

¶ No. septimò, quòd licèt quis ad mandatum iudicis non respondeat libel. & sic sit contumax, non tamen habetur pro respondente quo ad lit. contest. in qua opus est facto, de quo dic vt dixi in c. præce. in 7. princ. art. vers. secundum remedium.

5 ¶ † No. octauò, ꝙ matrim. potest dupliciter accusari. Primò quo ad substantiam fœderis, seu vinculi, matrimonium teneat, vel nō teneat: & hoc casu, fauore matrimon. ordo iur. nō est vsquequaque seruandus, & quo ad litis contestationem dicam in c. quoniam. inf. eo. in 5. princ. artic. Secundò, quando agitur ad separationem thori, vel ad lucrandam dotem, seu donationem propter nuptias: tunc seruandus est ordo iur. nam hoc casu cessat fauore matrimo. cum agatur de re odiosa: cum agitur ad separationem coniugum.

¶ No. nonò, ꝙ coniugi petenti restitutionem vxo. ob excep. sæuitiæ, nisi caueat quę cautio est pręstanda: etiam si vxor timeat propter sua demerita, per tex. cum Glo. 32. q. 1. c. de benedicto. de quo dicam inf. de resti. spol.

¶ No. decimò, quod propter contumaciā rei nō proceditur ad sententiam diffinitiuam: quamuis ratio non posit prouideri missioni in poss. nam hoc agebatur ad separationem, & sic non poterat habere locum dictum remedium: vnde proceditur ad alia remedia prodita contra cōtumacem, de quibus dicam inf. ti. de dolo & contu. videlicet ad excommunicationem, vel mulctam, vel similia remedia, & sic iste tex. est contra opin. legis. de quo dicam infra eo. ti. c. quoniam, in 4. prin. art.

6 ¶ † Vltimò no. ꝙ propter contumaciam [c] alte-
c rius, puta procu. vel similis, non debet quis excommunicari: nisi posset illam purgare, & nō purgaret: de

ADDITIONES.

a ¶ *Adde c. proposuisti. de proba. & c. 1. de eo, qui du. in mat. Dec. in c. si pro debilitate. in 3. col. de offi. deleg.*

b ¶ *Frustra admittitur id, cuius euentus nihil potest operari. adde gl. & Doct. in c. cū contingat. de off. deleg.*

c ¶ *An contumacia procur. noceat domino, vide Abb. hic latè, & Alexand. in consil. 95. lib. 2.*

de quo casu excommunicaretur propter propriam contumaciam, de quo hic in c. fin. de quo dicam in titu. de dolo & contu.

¶ Glo. 1. format quæstio. & sol. & solutionem limitat in fi. dic de hac vt in iuribus in Glo. alle. & vt dixi in c. pe. & fi. de adul. Glo. 2. est clara. & de materia ipsius dic vt latè dixi in cap. veniens. inf. de accu. Glo. 3. primò quærit, vtrum propter absentiam aduocati sint dandæ induciæ. & conclu. quòd sic, assignando rationem. de qua materia vide hic per Dom. M. & Doct. sed quia non conuenit huic titu. dicam in tit. de dilat. deinde Glo. quærit, vtrum sententia lata absente aduocato valeat. & sol. & limitat. In fi. Glos. dic vt dicam infra de sent. & re iud. licet Docto. hic tract. Glo. 4. sentit hic contra, quòd iste vir eius procu. debuerit audire petẽdo, vt ante omnia fieret restitutio, per c. ex conquestione. infra de restit. spol. Glo. sol. fatendo contrarium, quod hoc sit regulare. sed tamen ad istam regulam Glo. dat 5. fal. In fi. Glo. dic, de his casibus exceptis habes hic per Dom. meum, & Doctor. qui etiam subiungunt alias plures fal. sed quia non pertinet ad præsentis ti. indagationem: hic ideo omitto, & de ipsis, & alijs plurimis dicam infra titu. de restit. spol. vbi melius conuenit. Primum, ꝙ hic expressè & prin. continetur in tex. videlicet, quòd quando agitur inter coniuges ad separationẽ thori, vel repetendam dotem, vel ad lucrum, vel donationẽ propter nuptias: non potest procedi ad receptionem testium, vel diffinitiuam sententiam: nisi li. contest. de quo dicam in c. quoniam. inf. eod. in 4. prin. art. Secundum est, ꝙ tacitè colligitur ex tex. nostro: videlicet, quòd si agitur de fœdere vel vinculo matrimoniali, potest procedi ad receptionem testium, & sententiam diffinitiuam: etiam li. non contesta. de quo dicam in d. c. quoniam. in 4. prin. art.

¶ Glo. fi. prin. quatuor intendit. Primò enim probat per multa iura & rationes, ꝙ factum procur. noceat domino. Secundò glo. in vers. sed contra. videtur oppo. quòd imo factum procur. non noceat domino, & hoc probat per alia plura iura. Tertiò glo. in ver. so. dicas, pro solu. distinguit. Quartò glo. in ver. sed quid si per contumaciam. format quatuor arg. ad vtranque partem, & sol.

¶ In ea Glo. ibi, sol. dicas: dic, mens Glo. est ꝙ dolus delicti, & contumacia procu. non præiudicat domino iuranti: sed ipsi scienti & nõ purganti præiudicat: quia tũc est propria culpa. in his verò quæ agit non sonantia in delictis, vt in confessione, & similibus: si facit contra formam mandati, non præiudicat: nisi statim quàm primum scit, contradicat. sed si facit secundum formam mandati, absolutè præiudicat. & sic reducuntur ad concordiam iura alleg. in Glo. Innoc. Hostien. Io. Andr. & Do. Anto. & Docto. prosequuntur hic hanc materiam, & latè Dominus meus qui prosequitur tria membra. Primum, vtrum factum procura. in omittendo noceat domino. Secundum, quid in faciendo. Tertium, de confessione ipsius procura. sed vt vides, hæc materia non pertinet princ. ad titulum nostrum: ideo iuxta consuetudinem meam hic omittam, & de primis duobus membris dicam in tit. de procu. de vlti. dicam in ti. de confess.

¶ In fi. Glo. hic concludit ergo Glo. quòd tutius sit dicere, ꝙ sit excommunicatus. de qua quæst. dic vt dixi in c. nulli. inf. de sen. excommu. in 8. prin. articu. q. 9. & de pœna iudicis iniustè excommunicantis, latè dixi in c. sacro. inf. de sen. excom. in 14. prin. artic. & in absolutione in c. venerabilis. inf. de sent. excom. in 25. prin. art.

¶ Postremò post Glo. sumpta occasione à Glo. nostra, Innoc. Host. Io. And. & Dominus meus tractant hic, quid si procura. Ecclesiæ propter contu. condemnetur in expen. vtrum ad ipsas expensas teneatur proc. vel Ecclesia. & subiungit Dom. meus, quòd Prælatus cõdemnetur in expensis: vel tutor, vel curator: vtrum ad tales expen. teneatur Ecclesia, pupillus, aut minor: & vtrum succurratur Ecclesiæ aduersus procu. vel prælat. & pupillo aduersus tutorem: & minori aduersus curatorem: sed non pertinent ad tit. nostrum; quare dicas vt dixi in c. calumniam. de pœnis. in 13. prin. artic.

SVMMARIVM.

1 *Agi quò ad quid, an possit contra subiectum.*
2 *Citandus iterum dicitur, qui per appellationem nullam à iudice recedit.*
3 *Causa per illum seruari debet, qui se iustè appellari putat.*
4 *Contumax mulctari potest, licet eius contumacia non sit processus impeditiua.*
5 *Contumax nudus est excommunicandus.*
6 *Actio rescindens & rescissa, simul cumulari possunt.*
7 *Causæ processus annullatiuæ, quæ sint, & quot.*
8 *Dictio, imò, quid significet.*
9 *Processus per iudicem recusatum factus, an valeat.*
10 *Verbum, occupare, in malam partem sonat.*

ACCEDENS. Quoniã hæc decre. habet varios intellectus, posset diuersimodè summari: sed quo ad factum, vt omnis intellectus cõprehendatur, sic summatur. In causa restit. contra contumacem lite non contest. sententia proferri non potest. hoc dicit. Primò ponit ordinem processus, secundò ipsius retractationem. secunda ibi, cum.

¶ No. primò in tex. ibi, obiecta. dic, scilicet ad proposita in libello, quibus nihil opposuit: sed proposuit quòd iudices procedere non poterant: quia duo ex eis erant suffraganei actoris, vnde recusabat eorum audientiam: quæ causa notoria erat: & tacita in rescripto, & sic iurisdictionem habebant: vel suppresserant veritatem, secũdum quod dicam statim in verbo, suppressionem: plebanus tamẽ ad cautelam ne procederent, ad se. ap. appellauit, secundum Pet. & Io. And. & in tex. ibi, fuisset admonitus, dic non ex necessitate iur. vt in c. fi. inf. de do. & contu. lib. 6. & in tex. ibi, non tenebat. dic, secundum quod iudicibus videbatur. sed falsum erat, secundum Innoc. Et in tex. ibi, noluit tamen respondere. dic, & bene: quia iustè appella. nec iudices reuocauerant grauamen: aliàs secus, vt in c. cum cessante. infra de ap. ipse tamen plebanus cautè faciebat, non respondendo coram iudicibus, ne videretur appel. renunciare, vt in c. sollicitudinem. inf. de appel. & in c. gratum. supra de offic. delega. secundum Innoc. In tex. ibi, in sua contumacia, dic vt dicebat

cebat Archiepiſcopus : ſed non erat verum, ſecundum Innocen. vel ſic videbatur iudicibus, ſecũdum Hoſtien. Et ibi, teſtes receperunt. dic, & malè: tum quia iuſtè recuſati erant : tum quia literæ ſurreptitiæ : tum quia ab eis iuſtè appel. fuerat : tum li. non conteſta. proceſſerant ad receptionem teſtium. & hoc vltimum ponderatur hic, ratione ſubiectæ materiæ tituli noſtri. In tex. ibi, ad eos accederet. ſed ad hoc non tenebatur plebanus, vt in c.2. de do.& contu. in 6.& ibi, obiecturus. dic, & hoc omiſerunt iudices, quia citãdus erat ad videndum productionem & receptionem teſtium, vt cap.2. infra de teſt. Et in tex. ibi, excommunicationis. dic, quòd ideo non tenuit, quia ab ipſis fuerit legitimè appel. ſecundum Inno. Ibi, poſitionem. dic, in quaſi poſſeſ. quia iura non poſſidentur. Ibi, adiudicantes. dic, hoc verbum videtur denotare quòd actus eſſet in petitorio. de quo dic vt latè dicetur inf. ſuper Gl.3. Et in tex. ibi, reſtituentes, dic exequendam ſententiam eorum, ſecundum vnum intellectum, de quo dicam ſuper Glo.3.

1 ¶ † No. primò, quod contra ſubiectum [a] agi potest quo ad ſubiectionem ſibi debitam, ratione alicuius iuris: hic enim petebatur ſubiectio iur. parochialis aduerſus plebanum ſancti Marci. ad idem c. inter quatuor. ſupra de maio.& obed.

2 ¶ † No. ſecundò, ꝙ licet quis recedat à iudice per fruſtratoriam ap. tamen videtur iterum citandus. facit c. prout. inf. de dolo & contu. iſtud tamen intelligendum eſt quo ad cautelam, & ad magis cõuincẽdam ipſius malitiam, quia de neceſſitate non eſt vlterius citandus, vt in c.2. de dolo & contu. in 6. de quo latè dixi in Cle.1. de dolo & contu.

3 ¶ † No. tertiò, cauſam ſeruandam per illum qui putat ſe iuſtè appel. quia non debet amplius comparere coram iudice à quo, ne videatur appel. ſuæ renunciaſſe, vt in c. ſollicitudinem. infra de ap.& cap. ſi à iudice. de appel. lib.6. de quo latius dicam infra de appella.

4 ¶ † No. quartò argu. op. ex hac litera, quòd licet partis contumacia non ſit impeditiua proceſſus: tamen ipſe contumax poteſt mulctari, & poteſt ad vlteriora procedi. iſti enim iudices excommunicarũt partem contumacem, & in ipſa cauſa proceſſerunt ad vlteriora, & proceſſus inualidatur ex eo, quia lis nõ erat conteſt. Secus ergo ſi fuiſſet conteſtata, vel fuiſſet talis cauſa, in qua potuiſſet procedi li. nõ conteſta. ad idem melior tex. in c. veritatis. inf. de dolo & contum. & ratio in promptu : quia excommunicatio, ſeu mulcta imponitur propter inobedientiã, quia contempſit iudicem, vt l.1.ff. ſi quis ius di. non ob.& l.2.ff. ſi quis in ius voc.& quod ibi no. Bar. ſed ad vlteriora procedit pro iuſtitia partis, & ſic iſte proceſſus ad vlteriora non eſt pœna : ita ꝙ poſſit dici, iſte duplici pœna afficiatur, & ſic non ob. c. at ſi clerici. ſupra de iud.& vide bonam Glo. in ſimili, in ver. defecerit, in cap.1. de elect. lib.6. quæ diſputat, vtrum contumax poſſit condemnari in expen. eo caſu quo poteſt procedi ad vlteriora, de quo dicam infra de dolo & contu.

5 ¶ † No. quintò, quòd etiam nuda cõtumacia in non comparendo, eſt digna excommunicatione. ad idem c.1. ſup. de iud.& vide Glo. no. in c. duo ſunt. 96. diſtinct. quæ dicit, quòd omnis contumacia digna eſt excommunicatione, & tanto maior eſt contumacia, quanto ex maiori cauſa ſurgit, quia tunc talis contumax videtur magis contemnere. dicam inf. de dolo & contu.

¶ No. ſextò ſecundum vnum intellectum, ꝙ in poſſ. recupe. vel interdicto, vnde vi, non eſt proceden. ad recep. teſtium & ſen. diffi. li. non conteſta.& ſic in poſ. ſeruãdus eſt ordo iur. vt in c. conſultationibus. de offic. deleg.& neceſſaria eſt lit. conteſta. de quo dicam in c. quoniam. in 4. artic.

¶ No. ſeptimò ſecundum eundem intellectum, quòd etiam cum agitur poſſeſſorio, poteſt ſententia eſſe adiudicatoria reſpectu poſſeſ. & ſic poteſt iudex dicere, adiudico tibi poſſeſ. idem & dici poteſt, quando poſ. datur cauſa. in c. contingit. inf. de dolo & contu. de quo dicam inf. in ti. de cauſa poſſ. & proprie. quia tunc largo modo dici poteſt adiudicatio poſſ. facit tex.

¶ No. octauò, ſecundum alium intel. ꝙ etiam in cauſa reſtit. in integ. non poteſt procedi ad teſtium recep. & ſen. diff. lite non conteſt. ad idem in c.2. ſupra de offi. iu. de quo dicam in c. quoniam. inf. eod. in 4. artic. verſic.

6 ¶ † No. nonò, ſecundum alium intel. ꝙ actio reſcindens & reſciſſoria, poſſunt ſimul accumulari. nam ſecũdum iſtum intel. iſte Archiepiſcopus primo petebat beneficium reſtit. in integ. & accumulabat iudicium poſ. & ſic per reſti. in integ. quæ eſt reſcindens, conſequitur reſti. ad quod vide quæ traduntur in c. cum ex literis. ſupra de reſti. in integ. & quod dicam in illo tit.

¶ No. decimò, ibi, vetuerunt. ꝙ licèt deleg. non poſſit facta execut. ſententiæ ſuæ ſe intromittere: ſi miſſus in poſſeſſionem poſtea de facto turbetur, vt no. in c. quærenti. ſupra de offi. deleg. tamen verbaliter poteſt ſe intromittere pro tempore futuro, vt hic, quod intellige, niſi in reſcripto eſſet clauſula, & defendas induc. de quo in cap. pro illorum. de præbend. & c. propoſuit. de conceſ. præben. dicam latius in tit. de offi. deleg.

¶ No. vndecimò, quòd licèt Papa ex certa ſcientia deleget cauſam illi qui ex certa cauſa poteſt ab altera parte recuſari : non tamen per hoc intelligitur tollere illam legitimã recuſandi cauſam. quod probatur hic apertè : quia manifeſtum erat ꝙ iſti duo Epiſcopi, quibus cauſa fuit deleg. erant ſuffraganei iſtius Archiepiſcopi, vt ipſemet Papa aſſerit: tamen delegando ſcienter, nõ abſtulit poteſtatem recuſandi. & ad hoc vide Inno. in c. ex tranſmiſſa. ſupra de foro compet. & ibi hoc probatur ſecundum vnam lect. in dubio ergo delegando intelligitur ipſum iudicem facere : niſi ab altera parte fuerit recuſatus : quia non eſt præſumendum ꝙ Papa velit offerre ex cep. parti competentes, vt l.2.§. merito. & §. ſi quis à Principe. ff. ne quid in lo. pu. & in c. quamuis. in fi. de reſcr. in 6. cum ſi. de qua materia dic vt dixi in c. poſtremò. inf. de appella.& etiam dixi, quid ſi Papa expreſsè diceret, ꝙ non poſſet recuſari. de quo per D.M. in c. cum ſpeciali. infra de appel.

¶ No.

ADDITIO.

a ¶ *Et de diuerſis qui poſſunt vendicari ratione ſubiectionis, habes glo. in l.1.§. per hanc. ff. de rei vend.*

¶ No. duodecimò, quòd subiectus etiam respectu solius nudi exercitij iurisdictionis, quæ potest contra eum exerceri, potest recusari: si deputatur iudex in causa sui superioris. præsumitur enim sibi fauere. sic respectu seruitij, dominus potest recusari in causa sui familiaris. in c. insinuante. sup. de offic. de leg. de qua materia latè dixi, d. c. postremò.

7 ¶ † No. decimotertiò, duas causas processus annullatiuas. Prima causa, quando processus est gestus sententia lata post, & cõtra appel. legitimam. Secunda, quãdo processum est lite nõ contest. prima causa concludit ad nullitatem interlocutorię: & etiam excommunicationis & diffi. Secũda, ad nulli. diffi. non autem ad nulli. excommunicationis: quoniam excommunicatio tenet etiam lite non contest. vt hic, & in c. seq. & hoc est, quod voluit Glo. 3.

¶ No. decimoquartò, iuncta Glo. pe. quòd cassare propriè sumptum, refertur ad id, quod tenet. de quo in d. Glo.

8 ¶ † No. decimoquintò, de signi. dictionis, imo, quę est dictio correctiua ad pced. ad quod vide tex. cum gl. 16. q. 1. c. prędicatio. & sup. de transf. Pręl. c. inter corporalia. & in l. Luc. imò Seius. ff. de hered. inst. & ibi per Bart. & Docto. & c. innotuit. sup. de elect.

¶ No. decimosextò, quòd omnia attentata vigore sententiæ nullæ, sunt reducenda in pristinum statum. de quo hic in Glo. fin.

9 ¶ † No. decimoseptimo arg. quòd processus factus per iudicem recusatum, tenet, nisi fuerit ap. hic enim ponderatur ap. & non simplex recusatio. de quo dic, vt latè dixi post D. M. & Docto. in cap. cùm speciali, infra de appel.

¶ No. decimonono, sing. & no. ex fi. text. quòd annullata sententia, compellitur pars, quæ sententiam obtinuit, restituere instrumentum sentẽtię: & omnia quæ consecutus est vigore sententiæ: quia talia incipiunt esse inutiliter penes partem, quæ obtinuit sententiam: & in futurum possent esse damnosa aduersario. facit l. dissolute [a]. C. de condi. ex lege. vbi debitor agit soluto debito, vt sibi instrumẽtum debiti reddatur, quia incipit inutiliter esse apud alium creditorem. ad idẽ c. Ecclesia. el 2. inf. vt li. pen. & l. fi. C. ad exhi. & hoc colligitur ex isto tex. in fi. exponendo verbum, instrumenta. potest etiam secundo modo intelligi de alijs instrumẽtis Ecclesiæ, quæ vigore sententiæ peruenerunt ad Archiepiscopum, pro quo lata est sentẽtia, & vtraque expositio est bona, vt tenent Pet. & Ioan. Andr. licet non assignent prædictam rationem, quam assignat Dom. M. & ad prędicta facit etiã c. cùm dilecta. infra de confir. vti. vbi priuilegium renouatum mandatur corrumpi postquàm est redditum inutile penes habentem: & alteri parti poterit fieri damnosum.

10 ¶ † Vlt. no. ibi, occupauit, quod verbum, occupauit, quandoque sonat in malam partem, etiam si fiat occupatio vigore sententiæ, si talis sententia est nulla: quandoque sumitur in bonam partem, vt tradit Archid. in c. dudum. de præbend. in 6. & per Psalm. præoccupemus faciem eius, &c. de hoc per Glo. in clem. 1. de seq. pos. & fru. & ibi dixi.

¶ Glo. 1. op. cõtra tex. in eo quod præsupponitur hic ap. fuisse legi. nam in ap. ab inter. vel à grauamine, requiruntur duo: videlicet, quòd grauamen pręcesserit, vt in c. dilecto. infra de appel. & quod ipsum grauamen, propter quod appellatur, exprimatur in ap. vt in ca. vt debitus. infra de appel. horum neutrũ hic factum fuit. Glo. sol. tripliciter. In ead. Glo. ibi, secundum antiqua iura. Dic, vult ergo hæc prima sol. ꝙ hæc Decr. procedat secundum antiqua iura, secundum quæ tenebat ap. quęlibet etiam frustratoria, & sine causæ expressione, & causam deferebat ad Papam, 2. q. 6. c. ad Romanam. & hęc solu. placet communiter Doct. In ead. Glo. ibi, vel dic, ꝙ causa suspicionis fuit alle. Dic, ex hac parte Glo. habes sol. secundam à cõtraria: videlicet, quod hæc causa fuit expressa: & grauamen pręcessit, quia fuit proposita causa suspicionis, & non fuit admissa, & sic propter hoc fuit ap. & ista sol. etiam communiter approbatur, & videtur melior & magis amica literæ, per tex. nostrum in ver. ac ex his, &c. qui apertè videtur pręsupponere causas fuisse expressas in appell. licèt in princ. c. nihil dicatur. & hoc ex eo, quia non ponuntur formalia verba app. & potuit esse ratio, quia Papa non intendebat se fundare ad nullam sentẽtiam super effectu ap. cùm non pertineret ad tit. nostrũ, sed solùm super omissione contest. litis. quę materia prin. pertinebat ad tit. nostrum. In fi. Glo. dic, ex hoc fi. habes tertiam sol. à cõtraria: videlicet, quod ideo hæc fuit legitima app. licet causa grauaminis non esset expressa: quia causa pdicta erat notoria, & ideo non fuit necessarium exprimere. secus si non fuisset notoria, vt d. c. vt debitus. & hanc sol. sequitur Host. per quam habes not. limitationem ad d. ca. vt debitus. & secundum hanc opinionem, valet huiusmodi ap. scilicet, appello ne procedas, cùm sis mihi suspectus ex tali causa, per quam te recuso, & per hoc sentit Hostien. quod quando causa est notoria, non est necesse expectare grauamen: sed potest interponi ap. modo prædicto, secundum Ioan. And. & communiter Doct. tenent contrarium. dicit enim Io. And. quod ad hoc vt quis possit app. necesse est vt prius pręcedat grauamen: & quòd licèt notorietas excuset ab onere proban. non tamen excusat ab onere except. & alleg. vt not. Glo. in clem. appellanti. de appel. & ibi Ioan. de Lign. & communiter Docto. sed quoniam hæc materia non pertinet ad tit. nostrum, dic vt ibi traditur, & in c. vt debitus. inf. de appel. & ibi latè dixi post Doct.

¶ Glo. 3. op. videtur etiam circa lit. contest. ꝙ potuerit dari pos. ob contumaciam partis, vt in c. seq. & c. quoniam. §. in alijs. infra eodem tit. Glo. sol. ponendo duos intellectus. Primus est, quòd hic non petebatur pos. causa rei ser. propter contumaciam rei: quo casu procedit cõtrarium: sed erat quæst. spoliationis, & agebatur pos. & sic petebat restitutio pos. quo casu non potest procedi ad sententiam lite nõ contest. supra de offic. de leg. c. consultationibus. sed debet seruari ordo iudiciarius. & hunc intellectum sentit Glo. ante pen. In fi. Glo. dic, & sic habes secundum intellectum ex Glo. scilicet quòd hic petebatur restitutio in integ. iure minoris, non autem peteba-

ADDITIO.

a *¶ De hac materia vide Ant. inf. in c. Eccl. vt li. pen. & an reficiantur expensæ, vide Bal. in l. eos. §. super his. C. de vsu. in l. huiusmodi. §. si ita. ff. de leg. 1. & l. ignorat. C. de fru. & lit. expen.*

tebatur poss. rei ser. Extra Glo. dantur alij intellectus. est ergo tertius intellectus, quem ponit hic Ioan. And. scilicet, quòd hic agebatur petitorio, de cuius natura est quod petatur restitutio, s. de iudi. c. examinata. facit l. restituere. ff. de rei vẽd. sed dicit Ioan. And. quod licet vsus hoc approbet, tamen fortè non est de iure. de quo remittit ad Spec. in tit. de lib. cõcep. §. fi. ver. hoc autem. facit quod no. per gl. Insti. de act. post prin. Quartus intellectus est Inno. similis præcedenti, scilicet quod hic petebatur restitutio parochialis, & quorundam aliorum iurium, vel restitutio in integ. prin. & sic ex hoc infertur, quod simul & semel potest intentari remediũ rescindens, & rescissorium, & sic possum petere restitutio. aduersus contractum & rem ipsam. de quo latius traditur in c. cum ex literis. sup. de restitu. in integ. ego vero de materia accumulationis dixi in c. fin. sup. de lib. obla. in 29. princ. articu. Quintus intellectus fuit eiusdem Innocen. quod hic Archiepiscopus petebat resti. poss. iur. parochialis, verum cum iudices viderent quod Archiepiscopus de dicto iure parochia. finem fecerat, nolebant restituere, dic quasi poss. sed volebant pronunciare contra ipsum Archiepiscopum, quod præsentiens ipse Archiepiscopus, petijt resti. in integ. quam ipsi iudices concesserunt. ex hoc intellectu no. quod pendente iudicio super princ. potest intentari restitutio in integr. iure minoris ad tollendum exce. quæ fieri potest aduersus actionem propositã, quinimo plus dicit hic Dominus meus, quod proposita exceptione potest peti restit. in integ. vt est tex. in l. nam & postea, §. si minor. ff. de iureiur. & ibi per Barto. iste intellectus est verus, & no. in se, non tamen conformis literæ: maximè in prin. vbi innuitur, seu dicitur, quod Archiepiscopus restit. beneficum postulauit, & sic ab ipso princip. videtur fuisse petita restitutio, & ideo Innocentius fortè non confisus de hac lectu. dixit præsumendum esse pro iudicibus, argu. c. in nostra. de procura. Sextus notabilis & sing. intellectus fuit Hostien. qui dicit, quod Archiepiscopus conquerebatur de plebano Ecclesiæ sancti Marci, ex eo quod sibi nolebat obedire, & quod nolebat sibi respondere de iure parochiali, sicut cõsueuerat, non tamen dicebat se spoliatum, quia non fuerat ipse spoliatus, sed & prædecessores sui, quasi seipsos spoliauerunt, quia fuerunt negligentes in dicto iure parochiali. Implorabat ergo Archiepiscopus officiũ iudicis, vt eum reduceret ad illum statum, in quo esse cõsueuerat: & sic restitueret eum ad quasi possess. dictorum iurium, nec petebat hoc per beneficium restitutionis in integ. sed per generale iudicis officium. de quo in c. ex literis. sup. de restitutio. in integ. & h. d. D. Anto. no. quia remedium canonis, redintegranda. 3. q. 1. & c. sæpe. inf. de restitu. spol. non videtur habere locum, quando quis est exclusus à posse ss. per negligentiam suam, & ideo tutius est quod accumuletur restitutio, vel agatur ex generali iudicis officio, quod dicit ipse bene no. & idem tenet ipse in dicto c. sæpe. & sequitur Lap. alleg. fi. & dicit D. Anto. quod quis per hoc remediũ obtinet, etiam si narret sua culpa vel negligentia non exegisse debitum. subdit tamen, quod hoc remedium habet locũ solum in ecclesia, minore, aut absente cui tale remedium ratione læsionis competeret propter iustam absentiam, argu. l. ab hostibus. ff. ex quib. cau. ma. & dicit etiam Lap. quòd intentans hoc remedium, non debet narrare se fuisse spoliatum, quia succumberet. de qua materia latius videbimus in titu. de restit. spol. Sed D. M. dicit, quòd quamuis prædicti intellectus sint notabiles & veri in se, tamen sibi plus placet primus intellectus tanquam magis amicus literæ, vt intelligatur, quòd hic petebatur duntaxat restitutio quasi possessionis iuris parochialis, & sic agebatur possessorio recuperandæ. hoc colligitur ex princip. & medio tex. nostri, nam in princ. solum dicitur, quòd petebat beneficium restit. postea verò iudices in sententia adiudicauerũt possessionem iuris parochialis Archiepiscopo, & eum restituentes vetuerunt ne quis possessionem restitutã præsumeret molestare, seu perturbare, &c. & sic ex verbis sequen. dum vetuerũt, ne quis possessionem restitutam perturbaret, euidenter colligitur, quòd agebatur posse. & hoc declarant illa verba, restituentes in integ. &c. vt intelligatur respectu executionis & adiudicationis, vt sit sensus, quòd primò adiudicauerũt sibi posses. & postea exequendo, restituerunt eum in integr. ponendo, scilicet, in posses. corporalẽ, sicut prius erat: tunc bene sequitur quòd vetuerunt ne quis possessio. restitutã perturbaret, & sic est hic casus no. per glo. in c. consultationibus. sup. de offic. delega. quæ vult, quòd etiam quando agitur posses. recuperandæ, debeat seruari ordo iudiciarius, [a] & idem sensit Barto. in l. vna. C. de momen. pos. de quo latius videbimus in titu. de resti. spol.

¶ Glo. super ver. metropolitano. in prin. colligit plures causas legitimas recusandi iudicem, deinde sentit contrarium in versicu. & licet, assignat rationem diuersitatis inter iudicem & testẽ recusandũ.

¶ In ea. gl. ibi, suffraganei aduersarij, dic, hoc intelligit Io. And. in delegato, sed vt ordinarius, dicit quod cognoscere pót: vñ dicit quod metropolitanus corã suo suffraganeo posset ipsius suffraganei conuenire subditũ, per no. per Spe. in 1. tit. §. superest. ver. quid si conqueror. & ratio diuersitatis potest esse, quia quando cognoscit, vt ordinarius inter subditum & superiorem, non est præsumptio quòd moueatur contra proprium subditum ratione superioris, qui ei tãtum superest ratione nudi exercitij iurisdictionis, quia par affectio tollit omnem suspicionem, vt l. non solum. ff. de ritu nup. sed quando impetratur à metropolitano contra nõ subditum, tunc tantum subest affectio ex parte impetrantis, meritò potest per aliam partem recusari. Sed tu dic quòd ex hac ratione sequitur, quòd non sit fienda differẽtia, an cognoscat, vt ordinarius, vel vt delegatus, quia ista qualitas non tribuit facultatem recusandi, sed solum qualitas actoris, aut rei: nam si metropolitanus impetraret suffraganeum in delegatum contra subditum suffraganei, ex qualitate prædicta non potest

ADDITIO.

a *¶ Ordo iudiciarius etiam in possessorijs est seruandus. adde Docto. & Alexan. latè in l. naturaliter. §. nihil commune. penult. colum. vbi etiam Moder. ff. de acquiren. possess. & Alexan. cons. 2. incipien. consideratis his, colum. 4. lib. 3.*

test recusari, de quo satis dixi in cap. postremò. infra, de appel.

¶ In ea. glo. ibi, item propter dominium. dic, de alijs ex plurimis causis legitimis recusandi iudicem, vide per Ioan. And. & Dom. Dom. in c. legitima. de appell. lib. 6. ego verò latè dixi in d. c. postremò.

¶ In ea. Glo. ibi, repellitur testis. dic, no. ex hac gl. ꝙ suffraganeus potest esse testis in causa metropolitani, & subditus in causa domini: licet recusatus nō posset esse iudex. & ratio diuersitatis ponitur in Gl. eadem ratio ponitur in c. cum R. sup. de offi. deleg. & in c. 1. & in c. accusatores. el 3. 3. q. 5. de qua materia latè videbimus infrà, in tit. de testib.

¶ Glo. super verbo, ac ex his. oppo. contra text. in eo quod text. dicit, plures fuisse causas appella. cùm tantùm videatur fuisse vna: videlicet, quod iudices erant suffraganei impetrantis. Glo. soluit dupliciter. Primò, quòd à princip. fuit vna: sed superuenit alia: quia li. non contesta. testes postea recepti fuerunt, & hoc placet Io. & Vincen. sed Host. & Io. Andr. tenent contrarium, & melius: nam, vt dicit Io. And. & bene, si grauamen etiam præcedens non facit validam appellat. nisi sit expressum in appellat. vt in c. dilecto. inf. de appel. & in c. vt debitus. eod. tit. qui tex. fuit Innoc. III. prout est text. noster hodie clarus in clem. appellanti. de appellat. fortius si grauamen sequitur: & ideo fortè gl. in versic. vel dic, quòd duo, transit ad secundam solut. dicens, quòd licèt vnica fuerit causa in genere: tamen tex. loquitur in plurali, propter pluralitatem iudicum, qui fuerunt recusati. nam ex eo quòd quilibet iudicū noluit admittere recusationem, videtur in personam cuiusq; cōsistere legitima causa appellandi. Sed ista sol. etiam non placet: quia licèt plures essent iudices qui hanc recusandi causam, tanquam insufficientē, sentirent: tamē vnica erat recusandi causa: & ideo dic, & melius, secundùm Host. & Io. Andr. quòd plures erant causæ, videlicet suspicionis, propter quā recusabantur. & quia literæ erant surreptitiæ, quia erant impetratæ suppressa veritate, vt dixi in apostillis, sup. super verbo, suppresionem.

¶ Glo. super verbo, contuma. oppo. in eo quod text. dicit sub dubio fortè, [a] ꝙ si appella. fuisset minus legitima: potuisset fortè excommunicari. nam de hoc non est dubitandum: quia fortè potest quis excommunicari propter contumaciam, & fieri missio in posses. vt in c. quoniam. §. in alijs. & §. fin. infrà eod. Glo. sol. ꝙ dictio, forte, hic stat assertiuè, & non dubitatiuè. & sic no. de hac dictione, fortè, quæ quandoq; nō facit dubitationem, sed assertionem, & est philosophicum temperamētum. In fi. glo. dic, vel secundùm Io. And. ideo dixit, fortè: quia iudex debet infligere illam pœnam, quę magis timetur, vt in c. fin. in fi. inf. eod. quasi dicat, ꝙ non semper propter contumaciam est quis excommunicandus. de quo latius, inf. dicam, in tit. de do. & contu.

¶ Glo. penult. quærit, quare text. dicat, cassamus: imo cassas denunciamus; & quare dicit, legitimas, & sic plura, & ad vtrunq; respōdet. In ead. gl. ibi, sed cū nulla est vt ibi, dic secūdū Host. quē sequitur Io. And. ꝙ quatuor fuerāt causę nullitatis istius processus, quas tetigi sub cōpendio in apost. super tex. Prima, quia iudices fuerunt recusati: sed vtrū hęc causa reddat processum postea agitatum nullum? dic, vt dixi post Doct. in c. cùm speciali. inf. de appellat. Secunda causa, quia literæ fuerunt surreptitiæ: sed hęc causa non videtur vera: quia literæ licet surreptitiæ, ad lites tribuunt iurisdictionem: quamuis elidibilē, ope exceptio. vnde est opus excipere & appellare. c. ad audientiam. & c. cæterum. sup. de rescript. Tertia causa fuit ex eo ꝙ iudices processerunt lite non cōtesta. quæ causa sufficit nedum ad annullādum sententiam diffinitiuam: sed etiam ad annullandū processum super meritis causæ, non tamen est sufficiēs ad concludēdum nullitatem excommunicationis, quæ ad sui existentiam non requirit lit. contest. vt c. 1. sup. de iud. & sic patet quòd propter hāc causam tex. dum dicit, imo cassas, non potest referri ad excommunicationem: & tamē tex. noster fundat se ratione litis non contestatę. sed dic, quòd fundat se ratione lit. non contest. quo ad principalem retentionem sententiæ diffinitiuæ, & processus gesti super meritis causæ. sed quo ad retentionem facit sequēs quarta causa. Quarta igitur causa fuit ex eo quòd fuit iustè appellat. & hęc causa concludit tā ad nullitatem processus, quàm sententiæ excommunicationis. inf. de senten. excomm. per tuas. & inf. de appel. dilecto. secundùm D. M. sed aduerte, quia attētata post appel. non videntur nulla: nec reuocanda per viam attentati: nisi iudex à quo admisisset app. vel iudex ad quem transmisisset inhibitoriam, vt in c. non solū. & in c. cum appellationib. de appel. in 6. sed reuocantur per viam iustitiæ: & sic non videntur nullæ: sed potes dicere, quòd notoriæ iustitię appellationis, & per consequens, notorię iniustitię excommunicationis reddit sententiam nullam, per ea quæ dixi in c. inter cętera. inf. de re iu. ¶ Glo. fi. quærit de ratione ad tex. quare dicat, vniuersa restituātur. & respondet, & est satis clara.

ADDITIO.

a ¶ *Sub dubio fortè respondent sæpe periti. de cuius dictionis vi vltra Felin. hic, vide eundem in c. cum contingat. de offic. delegat. Mode. in §. æquè. in 3. col. versic. in tex. ibi, fortè. de actio.*

SVMMARIVM.

1 *Modus contra contumacem procedendi lite non contestata, qualis.*

2 *Sententia diffinitiua non fertur ante litis contestationem.*

3 *Missio in possessionem, quibus causis non adaptetur.*

QVÆ FRATERNITATIS. Si lite non contestata reus est contumax, actor mittitur in poss. causa rei seruandæ si hoc fieri potest, aliàs reus est excommunicandus. h. d. Primo ponitur decisa consultatio. Secundo distinguēs responsio, ibi, cōsultationi. & secundum membrum distinctionis ponitur ibi, & si causa.

1 ¶ †No. primo formam & modū procedendi cōtra reum contumacem lite adhuc non contest. nam si ex natura rei, vel causæ potest fieri missio in poss. rei petitæ, talis missio fieri debet causa custodię: aliàs debet ipse contumax excommunicari, & ex his inferuntur duo sing. dicta. Primum, quòd excommunicatio non est fulminanda, quandiu potest fieri

ri misio in possesio.quia prius recurrendum est ad res, quàm ad personas. 16.q.6. c.illud. facit optimè l.3.§.præterea. ff.de suspect.tut. & quod ibi traditur per glo.& Barto.qui volunt, quòd non deueniatur ad capturam, nisi in defectum bonorum. sed contra hoc op.c.quoniam. §.fi.inf.eod. vbi optio datur iudici,an procedat ad misionem in possesionē,vel ad excommunicationem. Goff. hic, quamuis non tangat contrarium,tamen ex tex.colligit,quòd contra contumacem non est procedendum ad excommunicationem, quandiu extant alia remedia, quia
a excōmunicatio est odiosa, [a] sicut dicimus in simili de actione de dolo. ff. de do. l.1. 2. & 3. non enim competit,quandiu subest alia actio,vt ibi,& in l.do lo. C.de dolo. Item etiam Host. hoc dicit per hunc tex.probari,quòd habens bona non potest excommunicari. subdit tamen, quòd quàmuis sit hoc honestum,& quod iudex honestè facit hoc seruando, tamen dictum in se est falsum, quia potest iudex ad libitum incipere ab excommunicatione, vel à missione in posses. ad alterā processurus, si sibi videtur expedire,vt in cōtrario.& cum hac opinio.trāseunt Ioan.Andr.& D.Anto.sed Specu.in titu.de contuma.§.sequitur.versic.certum,& melius.& versic.debēt autem,tenet primum dictum, quia à leuioribus inchoandum. quidam vero distinguunt, quòd aut agitur reali, & procedit distinctio huius capitu. aut personali, & tunc fit in optione iudicis, &c. & sic procedit contrarium d.cap.quoniam.in fi. Zab.hic dicit, quòd licèt hæc distinctio habeat æquitatem: tamen quia d.c.quoniam, in fi. dat libertatem iudici, videlicet, quod etiam in reali potest iudex de rigore procedere ad excommunicationem.quod dictum non placet hic Dom.meo,quia ille tex.loquitur in personali, & non in reali, & hoc cap. si bene penderetur, procedit tantum in reali, vt patet ibi, rerum petitarum,&c. vnde concludit Domi.meus, quod quando agitur reali, debet iudex procedere ad misionem, & nō ad excommunicationem,quia per mis. prouidetur nedum contra delictum contumaciæ,sed etiā actori,qui mittitur in poss. & elapso anno,efficitur verus possessor, vt d.c.quoniam. §.in alijs. quia cum iudex posit vendicare cōtumaciam rei, & prouidere actori circa rem petitam, non debet ire vagādo per excommunicationem & alia remedia extrinseca,& hunc putat verum intellectum istius cap.& subdit,quod credit quod si iudex denegaret misionem, & procederet ad excommunicationem,quod actor posset appellare. credit tamen excommunicationem tenere, & reum nihil dicere posse: cum de seipso tantum conqueri posit. & ad prædicta facit authen. qui semel. C. quomodo & quando iudex. & quod ibi no. Barto. sed si ageret actione personali: tunc seruabitur dispositio d.cap. quoniam.in fi. & ratio est, quia quando agitur personali, actor non dicit se habere aliquod ius in re. & ideo iudex non videtur sibi ita facere iniuriam, si non procedit ad mis. in posses. sed intendat alia remedia prodita contra contumaces, & ita est limitandum dictum Gof. & Spec.secundum D.meum. sed tu de hac materia, qualiter & quibus remedijs contra reum contumacem procedere debeat & à quibus inchoare: dic vt latius dicam infra tit.de dolo,& cōtu. & hæc procedūt quo ad primā illationē.

2 ¶†Secūdo princip.infertur aliud singu. dictum, quod quāuis agatur causa,in qua non est prouisum de remedio misionis in posses. tamen non debet procedi ad sententiam diffinitiuam, li. non conte. sed ad excommunicationem. sed contra hoc oppo-
b nit de his, quæ notan.in auth. si omnes.[b] C. si vt se ab hæred. ab. quod traditur ibi per Barto. & Doct. & per Barto. in l.si finita. §. Iul. ff. de damno insec. vbi volunt,quod vbi non est prouisum de remedio misionis in posses. procedi potest causa cognita ad diffinitiuam,li.non conte.per d.authen.& l.1.C.de asser.tol.cum simil. cuius contrarium hic dicitur,& cōtrarium tenent cōmuniter Cano. Sol. D.Ant. primo sentit vnam sol.pro concordia,dicens vtrunque remedium procedere, quasi velit dicere, quod contumax potest excommunicari, vt hic, & etiam potest procedi ad sententiam, vt in contrario: Sed contra hanc solu.videtur tex.apertus in cap.1.supra eo.vbi agebatur ad separationem matrimonij propter adulterium, & sic non erat modus misioni posses. & tamen potest procedi ad sentētiam, vt ibi dixi,in 11.nota.& ideo fortè Domi.Anto.non persistens in dicta solu.transit ad aliam solu. dicens, q hæc decret. destruxit illam theoricam Legistarum, de quo dic, vt dicam in c.quoniam. in princip.in 4. princip.artic. fal.15. vel potest dici, secundum Do. meum, quòd aut persona est certa cum qua potest lis contestari,& procedit tex.noster, licèt non sit locus misioni in posses.quia propter hoc ratione contumaciæ non deuenitur lite non contest. ad sententiam diffinit. quia cum sit persona certa, potest alio remedio vel grauamine prouideri, cum plura sint prodita contra contumacem, de quibus latius dicā in titu.de do.& contu.aut ius agendi non dirigitur contra certam personam,à qua petatur aliquid dari vel fieri: sed concluditur tantum iudici & non parti: & tunc, vt non sit persona cum qua lis contestetur, cōcluditur ad sententiam li.non conte.vt d.authen.& si omnes. C.eod. de quo dic, vt dicam in d. c.quoniam.in princip.in 4.princ.artic. fallen.16.

¶ Glo.in princ. sentit quæstio. & soluit, & solut. fortificat. deinde in versiculo, & debet, summatim decidit aliquam quæstionem, & remittit. deinde in versicu. an iste, format quæst. & remittit. deinde in versic. non tamen, ponit quinque auxilia prodita contra reum contumacem non permittentem actorem mitti in posses.& iuncta glo.ibi, festinare.& ibi, summatim negotium perscrutari. dic de hoc vt latius dicam in titu.de eo qui mitt. in possess. causa rei seruan.& in gl.ibi,an iste missus. dic vt latius dicam in dicto titu.de eo qui mittitur in possesio. vbi tractabo de effectibus istius misionis in possess. in fi. glo.dic,Hostien.& Ioan.And.D.Ant.& Do.meus, hic addunt plura alia remedia, de quibus dicam in tit.de dolo, & contu.

3 ¶†Glo. fin. quærit de exemplis, quæ scilicet sint causæ,

ADDITIONES.

a ¶ *Non videtur bona ratio: quia solet communiter dici excommunicationem esse fauorabilem. cap.pia.de excep.lib.6.*

b ¶ *De cuius materia, vide elegāter per Pau.cons.363. libro secundo.*

causæ, quibus non adaptatur missio in possess. & ponit duo exempla. In ea.glo. ibi, siue ciuiliter. Dic, glo. non bene dicit, secundum D. M. Dom. Anto. quia hoc casu, quando de crimine agitur ciuiliter, proceditur ad instar ciuilium, vt l.fi.ff.de priua.deli. & ideo debet fieri missio in possess. & placet hoc Do.meo, & communiter Docto. ex quo agitur pro interesse priuato æstimabili. In ead.glo.ibi, criminaliter. dic, istud exemplum est bonum, licèt tùc indi rectè fiat missio, quia tunc ipsius contumacis bona annotantur. & an talis annotatio hodie locum habeat, & quando, vide D. M. in c.veritatis. de dolo & contum. & fortè dicam ibi, & per Barto. in l.absentem. ff.de pœn. In fi.glos. dic, & idem dicit Do. Anton.eadem ratione, si agatur causa matrimonialis respectu coniugij dissoluendi vel coniungendi. sed dicit D.M. quòd hoc exemplum non est bonũ: quia licet quando agitur de coniugio coniungendo vel dissoluendo, non possit fieri missio: tamen tũc procedit ad diffinitiuam, & propter periculum imminentium, vt in cap.quoniam.§.porrò.inf.eod. de quo dic vt latius dicam in c.seq.in princ.4.princ. artic. fal.8. Item Hostien. hic exemplificat etiam in causa ciuili personaliter intentata, quando reus nõ potest pati hanc missionem, quia non possidet mobilia vel immobilia. Quintum exẽplum ponit Vincent. si reus abscondit rem, vel si res dolo ipsius perit. Sextum exemplum ponit idem Vincent.quando ageretur interdicto retinendæ possess. quia tunc non habet locum missio, & debet seruari ordo iudiciarius, sicut in interdicto, vnde vi. de quo dic, vt latius dicam in cap.seq. in princ. 4. princ.artic.

SVMMARIVM.

1 *Inimicitia capitalis, ex quibus oriatur causis.*
2 *Causa matrimonialis delegatur quandoque non Episcopis.*
3 *Iudex ex quinque causis legitimis recusatur.*
4 *Citatus in loco non tuto, comparere non tenetur.*
5 *Ire ad terram inimicorum nemo tenetur, etiam cum saluoconductu.*
6 *Causæ processus irritatiuæ, sunt duæ.*
7 *Vxor recedens à viro sine ecclesiæ iudicio, ipsum spoliare præsumitur.*
8 *Reconuentio admittitur in causa appellationis.*
9 *Iudex ecclesiasticus, quãdo inter puros laicos de causa temporali cognoscere possit.*

ACcedens. Receptio testium facta contra non contumacem in causa matrimoniali, est nulla. hoc dicit. sunt duæ partes. Primò ponitur apparentis querela. Secundò, causæ commissio; ibi, mandamus, & in tex. ibi, Archid. dic, qui erat secundus iudex delegatus. & ibi, Magister P. dic, erat iste tertius iudex: & sic isti tres iudices erant delegati dictæ nobilis vxoris dicti vicecomitis: quæ nobilis accumbit matrimonium de consanguinitate, vel alio impedimẽto. & in tex.ibi, vt infra de sub.ista decisa continebatur, vt arbitror, ꝙ per causas prædictas vicecomes recusabat istos iudices, & nolebat coram eis comparere, nisi locum tutum assignarent: sed non admittebant iudices dictas recusationes, nec locum tutum assignabant: vicecomes apparuit: sed tamen prædictis non ob.iudices in causa procedebant. vnde vicecomes supplicauit Papæ, quòd sibi prouideatur. vnde Papa prouidit sibi dando nouos iudic. de quibus hic in suprascrip. de quibus mãdat vt sequitur, secundum Host. In tex.ibi, vtrinque, dic, scilicet, à vicecomite, & à prædicta nobili eius vxore.

1 ¶ †No. primò ibi, vxorem suam & terram, duplicem causam propter quam quis iustè mouetur ad capitalem inimicitiam: videlicet, quando quis capit vxo. alterius: aut alterius terrã occupat: quia non est amicus noster, qui bona nostra tollit. & sic inimicitia capitalis non tantum dicitur insurgere ratione mortis, vel fusi sanguinis: sed etiam ratione honoris & retentionis vxoris, & etiam æris & bonorum: quia, vt in vulgari prouerbio dicitur, *e beni sono el primo sangue.*

2 ¶ †No. secundò quòd licet curia Rom. non sit solita delegare causam matrimonialem nisi Episcopis, vt dixi in cap.1. supra eod. in 1.no.& no. Ioan. An. in cap.statutum. §. cum vero. de rescript.lib.6. tamen hic habes casum, in quo causa matrimonialis fuit delegata duobus non Episcopis, & vni Episcopo. vnde attẽditur qualitas quæ prodest, & non quæ nocet.

3 ¶ †No.tertiò ex toto progressu primæ partis tex. nostri, iuncta glo.pe. quinque causas legitimas, propter quas etiam singulariter consideratas, iudex potest licitè recusari. Prima ex eo, quia sit consanguineus inimici capitalis ipsius recusantis, licèt cum illo inimico causam non habeat: vnde nõ solùm possum recusare inimicum, si deputatur mihi iudex: sed etiam si deputatur consanguineus mei inimici capitalis: & non solùm si deputatur cõsanguineus partis aduersæ, sed etiã si deputatur consanguineus mei inimici capitalis, qui mecum non litigat, quod est singu. hoc tamen intelligunt quidam, quando ipse inimicus cuius erat consanguineus iudex mihi delegatus, fauebat aduersario meo in lite: nam iste comes tenebat vxorem & terrã istius vicecomitis, & litigiũ erat inter ipsum vicecomitem & vxorem suam: cui Comes fauebat: quia iudex consanguineus Comitis merito erat suspectus isti vicecomiti. Sed dominus meus tenet idem: etiam si non probaretur fauor, argum. c.repellatur. infra de accu.& c.cum R. & c.insinuante.de offi.deleg.& idem probat tex.noster, qui fundat se super inimicitia, non autem super fauore præstito vxori. nam dictum fauorem solùm adducit ad probandum inimicitiam. & idem sentit Io. Andr.super tex. dum generaliter colligit, ꝙ non solùm possum recusare inimicum, sed etiam ipsius consanguineum.

¶ Secunda causa principalis, quando iudex est commensalis inimici mei; & sic videtur vt dictum fuit in præcedenti causa, ꝙ non solùm possum recusare iudicem commensalem aduersarij mei mecum in iudicio cõtendentis, vt in c.insinuante, & c.cum R. supra de offic.delega. sed etiam est commensalis inimici mei mecum non contendentis in causa, in qua deputatus est iudex.

¶ Tertia legitima causa recusationis est, si iudex est oriundus de terra aduersarij mei: sic est compatriota aduersarij mei: quæ tamen causa declaranda est, vt hic glo. super verbo, oriundus.

¶ Quinta

¶ Quarta est, quãdo iudex est de districtu inimici mei, & sic non solùm recuso subditum inimici mei mecum contendentis: sed etiam non contendentis in causa. nam suspicionis causa oritur ex timore inimici: quia dubitatur ne subditus inimico propter aliquem iustum timorem de se, bonis, aut consanguineis suis, deuicta iustitia, ar. 16. quæst. 2. in c. visis.

¶ Quinta & vltima legitima recusationis causa est, qñ non potest haberi tutus accessus ad iudicem, quia oportet trãsire per terram inimicorum. Circa quod aduerte: quia si iudex hoc scienter faceret: tunc satis directè recusari posset. sed si hoc non faceret scienter: tunc propriè nõ daretur recusatio personæ iudicis, sed potius declinaretur eius iudicium propter locum non tutum. & ad hoc facit cap. ex parte. infra de appel. & cle. 2. §. Pisana. de re iudi. & ibi dixi. & de his quinque causis, & alijs plurimis traditur per Io. Andr. & Docto. in cap. legitima. de appellat. in 6. sed latissimè ego dixi in c. postremò. infra de appella. vbi principaliter conuenit: sed hic propter declarationem tex. non potui causas prędictas omittere.

¶ No. quartò vltra prædictas causas particulares, vnam causam satis generalem, habilem ad recusandum iudicem, quando ex aliquibus circumstantijs, quòd iudex nimis fauet parti aduersæ: quòd quando sit, relinquitur arbitrio iudicis, argu. no. per Innoc. in c. cum speciali. de app. de quo dic, vt dixi in c. postremò.

4 ¶ † No. quintò, quòd citatus non tenetur comparere in loco non tuto: vel etiam ad locũ tutum, si accessus non est tutus. Aduerte tamẽ: quia si daretur accessus per plura loca, debet probare ꝙ nullus ex illis locis esset tutus: aliàs probatio non concluderet necessario. de qua materia dicam inf. ti. de dila. in materia citationis.

5 ¶ † No. sextò tex. qui allegatur, quod quis non tenetur ire ad terram inimicorum, etiam cum literis de saluo conductu: quia talis cautio est nimis fragilis. facit. c. literas. de resti. spo. & de facili frangitur, vt docet experientia.

¶ No. septimò ibi, capitalibus, quòd non sufficit quælibet inimicitia: sed debet esse capitalis, id est, ꝙ capitale odium sit inter eos, secundum Innoc. simile in c. bonæ. supra de elect. & no. bene, quòd inimicitia capitalis oritur quandoque ex spoliatione, seu retentione particularis rei. facit quod no. glo. in c. cum oporteat. inf. de accusa. ex quo infertur ad intellectum c. frequens. de rest. spol. in 6. vbi requiritur spoliatio totius substantiæ, vel maioris partis, ad hoc vt criminaliter agẽs repellatur ab accusatione: quia tex. ille procedit, quando de se spoliatione facta per tertium opponitur contra agentem, qui nõ spoliauit: secus quando excipitur cõtra spoliatum, vel eius cõsanguineum, vel amicum: quia tunc sufficit spoliatio rei particularis, propter quam verisimiliter orta sit capitalis inimicitia. & ratio diuersitatis est in promptu: quia in casu d. c. frequens, ideo requiritur spoliatio totius substãtiæ, vel maioris partis, vt concludatur inopia accusati: sed hoc sufficit, spoliatio vel retentio particularis rei ad concludendam inimicitiam capitalem. & idem videtur probari in c. item cum quis. inf. de rest. spol. fatetur tamen D. M. bene, quòd res posset esse ita modica & vilis, quòd cessantibus alijs circumstantijs non oritur inimicitia capitalis: & sic fortè potest intelligi gl. 3. q. 2. c. oportet, quæ videtur velle, quòd spoliatus modica re, non potest excipere contra spoliatorẽ agentem criminaliter. de qua materia latè dicam in tit. de restit. spoliato.

6 ¶ † No. octauò ex versi. mandamus, duas causas processus irritatiuas. Prima, quia sit factus post appel. legitimam: secunda, quia lite non cõtest. quod vltimũ, qualiter olim & hodie procedat, dicam in c. seq. in 4. prin. art. fal. 8.

7 ¶ † No. nonò, quòd eo ipso quòd vxor inconsultè, & sine ecclesiæ iudicio recedit à viro: dicitur spoliare ipsum virum, & sic vir potest agere possessorio recuperandę. Ad idem c. porrò, inf. de diuor. quinimò fortius, si vxor esset relicta, & deinde monita à viro, vt ad eum redeat: si non vult redire, videtur virum spoliare, vt no. in c. literas, de rest. spol. & c. significasti. de diuor. no. Inno. in c. veniens. inf. de reg. dicam latè in ti. de resti. spo.

¶ No. decimò, ꝙ spoliatus debet ante omnia cõsequi plenariam restitutionem, tam rei principalis, quàm accessoriæ ante, quàm teneatur respondere, ita decidunt Dom. de Rota, decis. 303. vbi volunt quod prius est fienda restitutio omnium fructuum & expensarum. dicam latè in tit. de rest. spol.

8 ¶ † No. vndecimò, quod in causa appel. admittitur recõuentio. hoc enim videtur innui, quod post appel. Vicecomes petijt restit. vxoris, de quo dic, vt dixi supra de mu. pe.

¶ No. duodecimò ex prædictis, & ex tex. quod etiam in causa appellationis potest accumulari seu intentari possessorium, etiam petitorij suspensi ante, de quo dic, vt latè dixi in Clem. 1. de causa possessio. & proprieta. & fortè dicam infra in titu. de restitu. spolia.

9 ¶ † Vltimò no. quòd iudex eccles. cognoscit inter puros laicos de causa temporali, quando illa venit accessoriè ad causam spiritualem. ad quod vide quod dixi supra de foro compet. in rub. in versi. 36. & in c. licet ex suscepto, in ver. 12. In glo. 1. in fi. dic de hac materia, vt latius dixi in c. postremò, infra de appellat. Glo. super verbo, oriundus.[a] format duas quæstio. & secundam soluit distinguendo. In ea. gl. ibi, domicilium retinere. dic & intellige glo. vt habeat dubium, si ibi non moratur de præsenti. & de materia, an forum domicilij prosit, & qualitas, & de mutationis effectu, dixi latè in c. fin. supra de foro compet. in 8. 9. & 10. quæstionibus. In ea. glo. ibi, multa prosint. dic, sentit ergo glo. quod hic sola causa, quod sit compatriota, non sufficit. & quod idem tenet glo. pe. hic. Host. vero hic dicit hunc casum inducendum conciuibus qui agerent in remotis partibus: quia vt docet experiẽtia, tales diligunt se vt fratres, & remittit Io. And. ad no. in c. legitima. de appella. in 6. sed Do. Anto. hic putat idem esse, si non sit etiam in longinquis partibus: sed sint cõpatriotæ, & agatur etiam forensis longinqui: quia tunc

ADDITIO.

a ¶ *Adde bo. tex. de hac dictione, oriundus in l. prouinciales. de verborum obligat.*

tunc talis cõpatriota verisimiliter magis fauet conciui, quàm extraneo, & hoc dicit, relinquendo arbitrio iudicantis. Dom. meus hic putat hoc dictum Do. Ant. procedere in delegato, vt probatur hodie in c. statutũ. §. quod autem. de rescr. in 6. vbi patet, ꝙ si actor & reus sunt diuersarum ciuitatũ & diœce. non potest actor impetrare in sua diœcesi vel ciuitate, sed in ordinario: putat illud non procedere: quia alias quilibet forensis volens cõuenire ciuem, de facili recusaret omnes ordinarios rei. sed de materia ista, dic vt dixi in d. c. postremò. In fi. glo. dic, ꝙ hæc sola causa est sufficiens. facit c. accedens. supra eo. vbi sufficit, quod sit suffraganeus aduersarij. fortius ergo si esset subiectus, & sic exponendo tex. de terra vxoris: hoc est, subiecta vxori: decisio est clara. Glo. super verbo, nimis fauens, format contrariũ ad tex. in eo quod tex. vult, ꝙ opponatur contra iudicem de fauore impartito alteri parti: nã propter hoc nõ videtur debere reputari suspectus: cum quilibet teneatur diligere alium. Glo. sol. quòd modica amicitia non inducit suspicionem, sed maxima sic. & sol. suam fortificat. In ea. gl. ibi, sed maxima. dic, vnde in litera ponderatur quòd nimis fauebat alter, & ex hoc inferunt Host. & Io. And. ꝙ non sufficit, si opponatur simpliciter, quòd iudex fauet aduersario: nisi iungatur, ꝙ nimis fauet. quod est singulare. imò plus dicit Host. quod non sufficit, si dicatur, Nimis: nisi fauoris causa exprimatur: aliàs quilibet iudex sine causa recusari põt. quod verum intelligit Do. Anton. quod tunc dicitur exprimere causam, quando ostendit in aliquo grauasse, per no. in c. ad hæc. & c. proposuisti. inf. de appel. concludit distinguendo, quod aut recusans dicit, Iudicem fauere alteri parti: nec aliter exprimit causam fauoris, & non sufficit: quia iudex potest fauere vni parti, dummodo non excedat modum, arg. op. in c. consuluit. de offi. deleg. aut exprimit causam, cõcludentem nimium fauorem alterius partis: eo, quia dicit se grauatũ in tali & tali ar. & tunc sufficit: licèt aperte non dixerit eum nimium fauere: nam prædicta generalia dicta intelliguntur secundum specialia, arg. c. sedes. supra de rescr. & l. fi. §. cui dulcia. ff. de vino, triti. & oleo leg. Et aduerte, quia Spec. in tit. de positionibus. §. 7. versi. quid si proponens. dicit no. verbum, ꝙ si pars sibilat in aure iudicis qui alloquitur sibi secreto ad aurem: põt recusari vt suspectus. & sequuntur hic Do. Ant. & D. M. qui ẽt ponunt alias plures legitimas recusationis causas: sed quia non est prin. materia nostra, ideo omitto, & de ea dic, vt latè dixi in c. postremò, inf. de appel.

¶ Glo. pen. quærit de intellectu literæ, quare textus dicat, ex his causis. & soluit. deinde glo. in vers. & ita. infert ad intellectum tex.

¶ In ea. gl. ibi, & quærit de per se. dic de hoc, vt dixi sup. in 3. no. gl. fi. sentit contrarium, quod Papa non debet se impedire de restitutione terræ, & sic rei temporalis, per c. causam. qui fi. sint legi. & soluit. in fi. dic, vt dixi supra, in vlt. no.

¶ Sed nunc extra gl. oppo. dupliciter contra tex. nostrum. Primò, quod ex quo causa fuit commissa certis iudicibus, debeat sub illis terminari,[a] nisi legitimè recusarentur: vel per legitimã appellat. ab eis iurisdictio esset abdicata, vt in c. vt debitus. & c. cũ speciali. de appella. cum ergo hic non esset plenè cognitum de causis recusationis, nec de legitimitate appellationis: nõ debebat simpliciter mandari istis iudicibus quod deberẽt in causa procedere: quod tamen factum fuit. Sol. Dicit Host. quod licèt iste ordo sit seruandus quo ad litigantes, vt sine prædictis causis nõ valeant recedere à delegatis: potestas tamen remanet penes delegantem. vnde siue commiserit totam causam, siue partem: dummodo sit ordinarius, vel si sit delegatus, & partem tantũ commiserit: potest ad libitum commissam iurisdict. reuocare, vt l. iudiciũ soluit. ff. de iudi. & c. super quæstionum. §. porrò. supra de offic. delega. maximè vbi honestas & verisimiles causas prætendit, & modicũ sit præiudicium, vt hic. Inno. vero hic refert quosdam tenere, & non bene, secũdum eum, ꝙ hic fuit facta commissio per appel. sed malè, vt dixi: quia si procederetur per viam appellat. commissio fuisset aliter facta: videlicet quod si vera esset causa, iudices ipsi secundi procederent: aliàs remitterent causam ad primos iudi. à quibus fuerat appellat. condemnata altera parte in expen. vt d. cap. vt debitus. quod hic non fuit factum: cum Papa sine causæ cognitione reuocauerit iurisdict. priorum iudicum, eum transferẽdo in secundos. vel potest dici, secundum Innoc. quod hic constitit Papæ de appella. legitimitate, ideo non mandauit inquiri de ipsa legitimitate. sed dicit hic Host. quod hoc est contra tex. cum Papa mandet inquiri de virtute causę appel. vt patet ibi in tex. si vobis cõstiterit, quod ante l. contesta. &c. & subdit Host. quod pro certo tenendum est, quod Papa ex certa scientia reuocauit hic iurisdict. priorum iudicum, & ex causa prædictam causam commisit istis secũdis iudicibus. quod patet ex tex. dum dicit, & causa ipsa per vos cõmodius, &c. ibi enim causam reuocationis exprimit, & dat certã formam secundis iudic. sed dicit hic D. M. ꝙ super hoc non est insistendum: quia in iure non est vis, qua via procedant isti secundi. nam si teneamus ꝙ Papa reuocauerit ex certa sciẽtia, quod videtur magis amicum literæ: indistinctè cognoscent de causa, scilicet virtute appel. aut Papæ prius constitit de legitimitate, & nõ habebunt de ea cognoscere: aut non constitit, & habebunt cognoscere secundum formam c. vt debitus.

¶ Secundo oppo. contra tex. videtur enim quod nec primi iudices, nec secundi poterãt cognoscere de q. spoliationis: quia primis tantum fuit commissa quæstio super petitorio. secundi vero non possunt: quia surrogantur in locum priorum, & penes ipsos est illa iurisdict. quæ erat penes primos, argu. d. cap. vt debitus. & cap. non solùm. de appell. in 6. Item quia reconuentio non admittitur in causa appella. vt no. in cap. 1. de mut. peti. sed Dom. Anton. hic tripliciter soluit. primo, ꝙ Papa ex officio hic commisit causam vltra limites appellat. reuocando primos iudic. vel hoc fecit virtute reconuentionis. vel tertio hoc operatur causarum annexitas, & ne causæ

ADDITIO.

a ¶ *Nam iudicium vbi inceptum est, ibidem debet terminari. l. vbi cœptum. ff. de iudic. de quo vide latè Fely. in c. ex tenore. versi. lex. de rescrip. istum in c. proposuisti. supra, de foro compet.*

causæ connexitas diuidatur: propter quod causa simpliciter commissa, cẽsetur etiam commissa quo ad possessorium: & similiter deuoluta causa quo ad peti. potest etiam disceptari de possessorio: vel quia satis potest dici ꝙ quæstio possessoria fuerat deducta in principali: quia vicecomes conuentus coram primis iudicibus dixerat in except. suis se spoliatum ab illo Comite, qui tenebat terrã & vxorem suam, secundum D. An. hæc sol. non est bona: quia non est verum ꝙ vicecomes excipiendo, vel agendo in primo iudicio deduxerit spoliatum: sed vt iustificaret legitimam causam suspicionis, allegatur ꝙ ille Comes detinebat terrã & vxorem suam. vnde contra vxorem agentem non apparet hoc fuisse exceptum: nec etiam sequitur excep. ergo potest agere, si iudices non habebant circa hoc mãdatum. D. M. soluit clarius, concludendo circa omnia. contradicit enim ꝙ aut quæritur, vtrum primi iudices potuissent cognoscere de spoliat. si causa eis simpliciter fuisset cõmissa super peti. & remittit. de quo ad plenè no. ad d. c. 1. de sequestra. posses. & fruct. vbi cõmuniter tenetur quod sic, propter connexitatẽ causarum. ad quod vide quod dixi in c. fi. sup. de mut. peti. in 11. prin. artic. aut tenentur opin. ꝙ per viam app. isti secundi iudic. cognoscebãt: & idem dicendum est: quia cum coram primis iudic. lis non esset contest. & appellat. esset iustificata: potuit etiã coram istis secũdis iudic. iustificata appellatione à grauamine fieri reconuentio, secundum ea quæ latè dixi in c. 1. sup. de mut. peti. in 6. princ. artic. sal. 21. vel melius potest solui, secundum Do. meum, ꝙ nõ est verum quod isti secundi iudi. cognoscant per viam reconuentionis: cum supersedeatur quęstio princ. vnde non potest propriè dici reconuentio, cum cesset conuentio, iuxta no. per Bar. in authen. & consequenter. C. de senten. & inter. om. iud. ad quod vide quod dixi in rubr. de mut. peti. in 1. arti. & in c. fi. eod. ti. arti. 9. & 10. vnde concludit, quod hic isti secundi iudi. debent cognoscere virtute commissionis expressè vel tacitè: quia licèt sit commissa causa petitoria, videtur commissa spoliatio, etiam super eadem re: etiam per viam actionis, quæ facit silere petitorium, vt in c. ex conquestione. inf. de rest. spo. & 2. q. 2. in summa, & in cap. fin. inf. de ord. cogn. de quo ait. dicam vel in d. ti. de ord. cog. vel in tit. de rest. spol. quia vtrobique potest adaptari.

Repetitio c. Quoniam frequenter.

SVMMARIVM.

1 *Iura ad ea quæ communiter accidunt, adaptanda sunt.*
2 *Papa decidere potest dubia, etiam inter Legistas orta.*
3 *Regula non vitiatur ob aliquas exceptiones.*
4 *Testes recipi non debent lite non contestata.*
5 *Testes, quo casu ante litis contestationẽ recipi possint.*
6 *Fraus etiam in præiudicium absentis per cõtumaciam committi debet.*
7 *Litis contestatio, in quibus casibus requiratur, & in quibus non.*
8 *Lite non contestata ad testium receptionem procedi non potest, fallit, nu. seq.*
12 *Actor volens probare se non fecisse in fraudem, an debeat admitti, & nu. seq.*
25 *Libellus nõ requiritur, si causa coram Papa agitetur.*
26 *Litis contestatio non est necessaria coram arbitro.*
27 *Litis contestatio non requiritur, vbi libellus non exigitur. & num. seq.*
31 *Libellus non requiritur, quando iudicis officium imploratur.*
32 *Litis contestatio, in quibus casibus non requiratur, & num. praced. & seq.*
78 *Casus speciales in suis casibus tantum seruandi sunt.*
79 *Causa specialis esse debet, vt à regulis recedatur.*
80 *Testes recipi possunt lite non contestata in duobus casibus.*
81 *Absentia prælati & mariti, est periculosa ecclesiæ & vxori.*
82 *Contumacia vera requiritur, si de graui præiudicio agatur.*
83 *Matrimoniũ spirituale & carnale, à pari procedunt.*
84 *Matrimonium spirituale, per quid contrahatur inter electum & ecclesiam.*
85 *Electus absens, sed non per contumaciam, per sex menses expectari potest.*
86 *Vir & vxor à pari iudicantur quo ad expectationem alterutrius.*
87 *Captiuitas & ægritudo à contumacia excusant.*
88 *Priuari neminem suo iure siue culpa sua, qualiter intelligatur.*
89 *Dictio, præsertim, quid importet.*
90 *Testes ad perpetuam rei memoriam recipi possunt lite non contestata.*
91 *Testes recipi possunt lite non contestata, in inquisitionis causa.*
92 *Testes ad perpetuam rei memoriam, quales recipi possint.*
93 *Modus procedendi contra reum contumacem in reali actione, qualis sit.*
94 *Recuperare volens possessionem tædialem, de iudicio sisti præstabit cautionem.*
95 *Effectus missionis in possessionem, quis sit.*
96 *Detentor dominum in iudicio nominare potest, si contra eum rei vendicatio detur.*
97 *Conuentus, vt compareat, non tenetur personaliter comparere.*
98 *Dictio, tanquam, est nota improprietatis.*
99 *Effectus nominationis domini in iudicio, qui sint.*
100 *Dominus possessionis dicitur, etiam si proprietas sit aliena.*
101 *Decretum secundum in realibus non requiritur.*
102 *Nominatio, quid sit.*
103 *Nominare dominum in iudicio, quis possit.*
104 *Procurator, an possit in iudicio dominum nominare.*
105 *Nominatio, an sit meræ facultatis.*
106 *Nominari, quis possit in iudicio.*
107 *Nominatio coram quo, & in quibus causis fieri possit. & num. seq.*
109 *Nominatio an in rebus tam mobilibus, quàm immobilibus locum habeat. nu. seq.*
111 *Nominatio, an locũ habeat in iuribus corporalibus.*
112 *Nominatio, an locum habeat pro rebus, in quibus conuentus habet aliquod ius.*
113 *Creditor conuentus super re, in qua hypothecariam habet, an possit dominum debitorem suum in iudicio nominare.*

QVONIAM FREQVENTER. Hæc tota decretalis, secundum Ioannem Andræam, diuiditur in duas partes princip. primò ponit regulam de testibus non recipiendis super princ. li. contesta. & subiungit sex casus exceptos. Secundò ponit, qualiter sit procedendum, quando reus est contumax. ibi, in alijs. Prima subdiuiditur, quia primò ponit regulam: secundò excipit duo: ibi, nisi fortè. & hæc secunda subdiuiditur in tres: quia primo ponit duos casus except. secundò subiungit alios duos ibi, porrò. tertiò, alios duos ibi, sunt alij. & secũda pars quæ incipit ibi, porrò, subdiuiditur: quia primò ponit, quid iuris quando reus est contumax, cõtra quem agitur de spirituali vel carnali matrimonio. Secũda ibi, si verò. dicit, quid iuris cum non est contumax reus. & primò disponit de matrimonio spirituali. secundò, quid de carnali. ibi, si autem. Secunda verò pars princip. quæ incipit, in alijs principaliter subdiuiditur in duas. In prima statuit quid iuris cum reus est contumax li. nõ contest. contra quem agitur reali. In secunda ibi, si autem. ponit quid iur. cum agitur personali. Item prima subdiuiditur: quia primò tractat, cum conuenitur reus possidens nomine proprio, quid seruandum sit. Secundò, quid si cõuenietur posidẽs nomine alieno. Secunda ibi, quòd si forsan. & hoc dicit in summa tota decreta. secundũ Ioannem Andrœam. Li. non contesta. non recipiantur testes super princip. sed si reus est contumax, & agitur reali, actor mittitur in possessorio rei petitæ custodiæ causa, quam reus recuperat veniẽs intra annum, si offert cautionem de stando iuri, & restituit expensas: postea verò nõ auditur, nisi super proprietate: sed si conuenitur reali, qui nomine alieno posidet, nominabit dominũ in iudicio: & statuetur sibi terminus, intra quem faciat dominum comparere: qui si non venerit intra terminum, iudex citabit illum quo ad hoc, & eo veniente, iudex mittat actorem in verã possessionem. Si verò est personalis actio, actor mittitur in possessionem primò, mobilium: secundò, immobilium, vel reus excõmunicabitur. & hoc est regulare. Fal. in sex casibus: scilicet, cum timetur mors, vel absentia testium, cũ agitur de matrimonio spirituali vel carnali: in causa tamen criminali necessaria est lite non contestata. sed in primis duobus casibus recipiuntur testes, etiam contra non contumacem: ita tamen ꝙ conueniatur reus, vel id sibi denuncietur intra annum, aliàs attestationes non valent.

¶ Item in secundis duobus casibus contra contumacem recipi possunt, & causa diffiniri contra non contumacem: in spirituali coniugio contracto, seruentur antiqui canones: in contrahendo expectabitur absens per sex menses, nisi iudex aliter arbitretur: in carnali verò, absens expectabitur. hoc dicit. Sed quia decret. est valde prolixa, & habet materiam distinctam & separabilem, legem eã per partes, vt legit Dom. meus, & vt communiter Doct. & primò legam vsque ad §. porrò. & hoc intendit: Lite non contestata testes regulariter non sunt recipiendi. fallit vbi timetur de morte, vel diuturna absentia testium: tũc enim seruata solennitate hic posita, possunt testes examinari, etiam lite non contestata. hoc dicit.

¶ Et diuiditur hoc princip. in quatuor partes. Nam primò ponit regulam: secundò excipit duos casus: ibi, nisi. tertiò, ponit solennitatem requisitam: ibi, sed si actor. quartò tradit, quid iuris si illa non seruet: ibi, attestationes. & textus ibi, a multis. nam olim de iure ciuili super hoc erant variæ opiniones. & in textu ibi, ne veritas occultetur. dic propter absentiam vel testium mortem. quòd designatur ibi, fortuitis casibus. & in textu ibi, timetur. dic fortè quia iturus est ad bellum. ibi, absque malitia. dic, fortius: ergo si per malitiam. ibi, non posit. scilicet de facili.

1 ¶ † No. primò, quod iura debent adaptari ad ea quæ frequenter, & non ad ea quę raro accidunt. ad idem, l. nam ad ea. ff. de legib.

2 ¶ † No. secundò, quod Papa potest decidere & determinare quæstio. & dubium etiam inter Legi-

a stas [a] orta, seu contingentia. nam super hoc olim erant magnæ contrarietates inter Legistas. quidam enim dicebant testes recipi posse contra contumacem

ADDITIO.

a ¶ *Et quoties res dubia est inter Legistas, de iure autem isto, claro huic iuri id est, canonico standum est in vtroque foro. c. 1. & 2. de no. ope. nunc.*

cem lite non contestata, ne contumacia sibi prodesset. & hanc opinionem tenet Vgo & Mar. glo. sed contrarium tenet Azo, & quidam alij, vt dixi in cap. 1. supra titu. prox. in tertio princip. articu. & horum controuersia hic sopita est & declarata. de quo dicam in examinatione, infra in 4. princip. articu.

3 ¶ † No. tertiò, quòd ad verificationem [a] regulæ
a non requiritur quòd non faciat aliquam exceptionem: quinimò dicit glo. super rubr. de re. iu. in 6. q regula dicitur, quasi regulariter sit vera. & sic quasi patitur aliquam exceptio. & hoc videtur probari in isto tex. quia hic princip. dicitur regulariter verum esse, vt testes non recipiantur li. non contesta. & tamē postea excipit sex casus ad prædicta. vide quod no. in l. 1. ff. de re. iu. & vide quæ dicam in rubr. infra de regu. iur. Secus autem, si tex. diceret, generaliter. nam genus comprehendit omnes species, & indiuidua contenta sub illo genere, quasi vniuersaliter sine aliqua exceptione. facit tex. in cap. venerabilem. supra de electio. vbi ponuntur ista duo, quasi distincta & separata: vnde ille tex. apertè innuit, quòd plus importat verbum generale, quàm regulare, secundum Ioan. And. ibi, Dom. Anto. & Dom. meum.

4 ¶ † No. quartò regulam, quòd lite non contesta. recipi non debent. & cum non distinguat clericos à laicis, hæc regula comprehendit non solos laicos, sed etiam clericos. dicam infra in princip. quarti princip. articu.

5 ¶ † No. quintò vnum casum, in quo possunt testes recipi li. non contesta. videlicet, quando timetur de morte ipsorum testium. de quo dicam infra in 4. prin. art. fal. 1.

¶ No. sextò alium casum, in quo possunt testes recipi li. non contesta. videlicet, quando timetur de absentia diuturna ipsorum testium. de quo dic vt dicam in 4. ar. 2. fal.

¶ No. septimò, quæ & quot requirantur in prædictis duobus casibus ad hoc, vt prædictæ attestationes recipi valeant li. non contesta. & post receptionem suum consequantur effectum.

6 ¶ † Vltimo no. quòd quamuis reus sit absens, etiam per contumaciam: nihilominus debet iudex ex officio prouidere, ne in eius præiudiciū aliquid fraudis committatur.

¶ Glo. 1. potest expediri per quæstionem, quærendo, vtrum sit alius casus præter istos sex hic enumeratos, in quibus fallat hæc regula. Glo. nostra respondit quòd sic, enumerando alios plures. potest etiam recitari per contrarium. nam tex. etiam excipit solùm à regula sex casus hic enumeratos: sed longè plures casus reperiuntur excepti à dicta regula. de quibus hic in glo. ergo, &c. gl. nostra fatetur contrarium, enumerando plures alios casus, in quibus li. non contest. possunt testes recipi. In fi. gl. dic, habes ergo tam ex tex. quàm ex glo. multos casus, in quibus li. nō contest. potest perueniri ad testium receptionem, & sententiam diffinitiuam. Docto. etiam hic addunt alios plures. & quoniam ista est principalis materia titu. nostri, ideo secundum ordinem positam in rubr. de lite contest. ego hic tractabo, in 4. princ. artic. in quo prædicta materia venit expedienda.

7 ¶ † Circa quartum igitur prin. atti. in quibus casibus & causis requiratur li. cōtest. & in quibus nō. quamuis apud Legistas variæ fuerint opi. vt dixi supra, in 2. no. & sup. ti. 1. c. 1. art. 3. in prin. tamen prosequendo ordinem tex. nostri, primò ponam regulam, quàm ponit tex. noster: deinde subijciam casus exceptos, in quibus prædicta regula fallit.

8 ¶ † Regula igitur sit negatiua, quòd li. non contesta. non potest procedi ad receptionem testium: & per consequens nec ad sententiam diffinitiuam. tex. est hic & supra in rub. & in c. 1. 2. & 3. supra eod. & ex hac regula negatiua sumitur regula affirmatiua, quòd regulariter in omnibus casibus & causis requiritur lit. cōtest. & vtraque regula, quæ ad idem tendit, vendicat sibi locum non solùm inter laicos, sed etiam inter clericos. quod probatur hic, & sup. in rubr. nam ibi, & hic simpliciter & indifferenter disponitur li. contest. ad hoc, vt testes possint recipi super meritis causæ. Item probatur per argu. à speciali Cle. dispendiosam. de iud. iuncta Clem. sæpe. de verbo. sign. & sequitur hic Do. meus, & maximè procedit regula in criminalibus, & ad prædictæ regulæ declarationem, vide plenè quæ dixi in c. 1. supra tit. 1. in 3. princ. art.

¶ Hæc tamen regula fallit in pluribus casibus & causis.

9 ¶ † Primò fallit, si timetur de morte testium. tex. est hic. & ex hoc sequitur quòd senes, valitudinarij, & alij de quorum morte propinqua ex aliqua causa timetur, possunt recipi & examinari li. non contest. super meritis causæ. tex. est hic. Hæc fallent. recipit plures declarationes. Prima declaratio, quòd hæc fallen. procedit, siue pars conuenta sit contumax: siue sit absens absque malitia, vt conueniri, seu cum ea lis contestari non posit. & sequitur Host. in summa, eod. tit. §. 1. & Dom. Anto. hic dicens, quòd verbum, cōuenta, respicit actus citationis: licet adhuc non sit porrectus libellus. & aduerte: licèt tex. dicat, conuenta. tamen glo. super verbo, conuenta. idem dicit, si nondum sit conuenta, sed conuenienda. hoc satis probatur ex tex. dum dicit, videtur cōueniri non posit, &c. est ergo sensus literæ, quòd pars citanda est, si citari potest: & siue sit cōtumax, siue absque malitia sit absens: possunt in casu prædicto testes recipi li. non contest. Secundò declaratur dicta fallentia in quantum exemplificatur de senibus: q senes quo ad casum nostrū dicuntur septuagenarij, quia à tutela & cura excusantur, vt l. 1. C. qui ætate. facit quod no. 4. q. 3. cap. inuiti. secundum Vinc. Alij verò requirunt, quòd sint centenarij: quia lex vocat illud, vltimū vitæ huius spatium, vt l. fi. C. de sacrosan. eccle. Innoc. ponit duas opin. Primò dicit, senes illos hic accipi qui sunt intra 70. annum: quia de illis qui iam compleuissent annos 70. non potest intelligi: eo quòd licèt ipsi volentes possunt

ADDITIO.

a ¶ *Ad verificationem regulæ nihil obstat si alias exceptiones constet habere, adde tamen sufficere si allegas regulam: quia habes iam intētionem probatam, nisi reus de exceptione monstrarit. ita Mode. in l. ex quacunque. in 6. col. ff. si quis in ius voc. non ierit. & vide q notabiliter decidit Abb. in c. salubriter. de vsuris.*

possunt testificari, non tamen inuiti coguntur ferre testimonium, vt l. inuiti. ff. de testi. nec coguntur ad munera authoritate tātum publica, vt l. 1. C. qui ætate. lib. 10. Insti. de excut. tu. §. idem maior. de muneribus autem publicis author. tantum publica excusantur post annum 60. vt l. 1. C. qui ætate. lib. 10. Secundò dicit Innoc. & hanc secundā opin. firmat, ꝙ quantum ad terminos nostros, qui dicātur senes, relinquendum est arbit. iudic. nam quandoq; vnus est senior in 50. annis, quàm alius in 60. & secūdùm Innoc. satis probabiliter timeri potest de morte cuiuscunque secundum naturam causarum inferiorū, postquàm peruenerit ad 50. annū: quia minor pars hominum hanc ętatem attingit. & ll. quæ dicunt, ꝙ 70. tātùm excusantur à muneribus, nihil faciunt ad rem: quia nihil fit mortis timore. hic autem testes mortis timore recipiuntur, ne cum eis pariter veritas & probatio depereat. Host. hic dicit, quòd text. potest intelligi de sexagenarijs, & his qui excedunt 70. ann. qui his casibus recipiuntur volūtariè, & sic non inuiti: sed non debent compulsionem expectare, maximè cùm propinquant morti, timere debēt peccatum quod committerent tacendo veritatem, vt infrà de crim. fal. c. 1. & sic secundùm Host. nullū est contrarium, & sic residet Io. Andr. & D. Anto. remittentes etiam ad nota. per glo. in c. si quis. sup. de testib. faciunt etiam not. per Archi. Ioan. Andr. & D. Dom. in c. 1. de cler. ægro. in 6. D. M. hic dicit, se putare, quòd in sexagenarijs, & suprà indistinctè debet seruari dispositio tex. nostri. nam à sexagenario anno incipit senium, & est aliarum ætatum terminus, vt no. glo. in ver. perfectus. in proœmio 6. & sic cùm in tali ætate valde propriè dicuntur senes: seruari debet dispositio c. nostri, & in tali ætate, aut supra eam ætatem, nulli iudici conceditur arbitriū: quia satis hoc scit esse expressum. & quamuis sit bene complexionatus, tamen debet eius mors timeri. & intelligunt quòd tales dicunt testimonium sponte: vel etiam coacti in casibus, in quibus cogi debēt: quod quando sit, not. in c. 1. de testi. cog. vbi dicam post Dom. meum, & secundum istum modum potest saluari prima opinio Innoc. & Host. à 70. ann. & quæ satis placet D. M. opin. Inno. quam etiam dicit a sentire Ioan. Andr. vt relinquatur [a] hoc arbitrio iudicantis, considerata complexione ipsorum testiū. & subdit etiam, illud considerādum esse quòd à 50. an. incipit senectus, vt dicit gl. prædicta in proęmio 6. iuuentus enim incipit à 25. ann. & durat vsque ad 50. an. vt not. glo. prædicta. verùm quia hic attenditur senectus, non propter numerū ann. nec propter ætatum terminos, sed propter timorē mortis: & iste timor mortis vario modo contingit, secundùm diuersitatem complexionum: merito iudicis arbitrio relinquitur. vnde etiam intra 70. an. ratione debilitatis complexionis poterit iudicare aliquem senem, & contrà: ratione fortis complexionis, nō iudicabit eum senem, nisi vsq; ad 70. ann. in qua ætate verisimiliter mortis timorem debet intelligere. sic in simili dicimus in pubertate, quæ licèt solet incipere in decimoquarto anno completo: tamen respectu matrimonij quandoque accipimus minorem ætatem: quando apparet quòd generare possunt, quia satisfactum est mēti iuris, vt legitur & notat. in c. puberes. infrà. de desponsl. impub. & quod not. glo. 20. q. 1. in summa. quæ opin. videtur mihi satis æqua. dicit tamen Zab. hic, aut quis est senex ætate, & habet locū text. noster: aut non est senex ętate, sed propter debilitatem complexionis, & tunc videtur habere locum id quod statim dicam de valetudine: subdit tamen ꝙ si fienda esset constitutio, debet approbari op. Inn. quòd arbitrio iudicis esset relinquendum.

¶ Tertiò declaratur d. fal. in quantum exemplificatur de valetudinarijs, qui etiam recipi possunt lite non contesta. quòd valetudinarij dicuntur, secundùm Ioan. And. hic, infirmi: sic dicti, quia in eis infirmitas valet contra naturam, vel secundum Goff. dicuntur à valeo, vales: per contrarium. vel secundum Inno. text. intelligitur de infirmis propter corporis debilitatem, non propter febres acutas. & sequitur hic, D. Ant. quia de illis dictum erat dum dicitur, si de morte testium timetur. nam cū timetur de morte, recipiuntur omnes, etiam si non essent senes, vel valetudinarij: sed & senes valetudinarij recipiuntur, etiam si de morte non timeatur. quod dictum non placet Dom. meo hic: quia de senibus & valitudinariis permittitur propter timorem mortis; & si bene litera ponderetur, hęc videtur esse eius mens. nam primo ponit regulam de testibus recipiēdis, vbi timetur de morte, vel absentia diuturna; postea declarat, qui sint isti de quorum morte timeatur, dicens: quòd sunt senes & valetudinarij, & alij de quibus ex aliqua rationabili causa timeatur: vnde eo ipso quòd est senex, vel valetudinarius, arbitrio iudicis relinquendum est, vt supra dictum fuit. ex quo infert D. meus, quòd valetudinarius hic dicitur quilibet infirmus, siue propter febres acutas, siue propter corporis debilitatem, dūmodo timeatur de morte: sed in sene nō requiritur aliqua infirb mitas: [b] quia, vt dicit Terentius, ipsa senectus, morbus est. & iste est verus intellectus tex. nostri, secundum D. meum, & mihi placet. & vide ad prædicta, Io. Andr. & D. Dom. post eum, in c. 1. de cle. ęgro. in 6. qui dicit, quòd valetudinarius dicitur, qui sępe infirmatur. facit l. 2. ff. si quis caut. & l. 1. C. qui morbo. lib. 10. Et aduerte, quia posito quòd testes dicantur valetudinarij: tamen per auditores curiæ li. non contest. non fit remisio ad partes: posito quòd necessitatis causa petatur fieri remisio. & est ratio, quia ex quo decernitur fieri remisio ad partes, tunc remissione facta, expirat potestas auditoris: ideo ante li. cōtest. non pōt fieri: quia ante lit. contest. non videtur quis agere, sed agere velle, vt l. amplius non peti. ff. rem ra. hab. ita dicunt Dom. de Rota in antiquis, decisio. 16. quæ incip. Item no. proposito.

¶ Quartò declaratur in eo, quod generaliter dicitur in fal. & in tex. & alij testes, de quibus ex aliqua causa rationabili timetur: quia tunc etiā lite nō contest. possunt recipi. & exemplificāt Doct. in his, qui ingre-

ADDITIONES.

a ¶ *Vbicunque enim lex non expressè quippiam determinat, arbitrio iudicantis reliquisse videtur. l. 1. §. 1. ff. de iure delibe. c. de causis. suprà, de offic. deleg.*

b ¶ *Senectus est morbus. & Iuuenal. de senec. Circumsilit agmine facto, Morborum omne genus. tamen id ueitū large loquendo. tamen non sequitur, est senex: ergo non sanus. l. cui dens. ff. de ædil. edicto.*

ingredi debent bellum campestre, vel transfretare. & idem in similibus causis, secundum Host.& Inn. per l.1.2.3.4.& 5. ff.de do.causa mor.& idem etiam tenet hic D.Ant.alleg.c.pastoralis.supra de off.ord. & sequuntur Zab.Dominus meus, & Ioan.de Imo.

¶ Quintò declaratur dicta fal. quòd tales testes possunt quocunque die examinari: etiam in ferijs solennibus, secundum Speculat.in titu.de ferijs.§.2. versic.quid si iste est actus extraiudi.& idem tenent Domi.de Rota, decis.192. qui dicunt, quòd potest fieri etiam diebus dominicis. & voluit hic Vincen. quòd iudex faciet interrogatoria, secundum quod sibi videbitur. & sequitur Do.Anto. & etiam Zab. qui dicit, quòd supplet pro absente, vt in auth.qui qui semel.C.quomodo & quãdo iudex. & c.bonę. el 1.in glo.1.de postu.Præla.& plus voluit hic Vin. quòd per hanc recep.testi. non interrumpatur præscriptio, pro quo vltimo dicto, Domi.M.alleg.quia hic nihil petitur, sed fit huiusmodi receptio vt conseruatio conseruetur, & ne veritas pereat. & idem tenet hic Zab.quia nondum facta est li.contest.quę requiritur ad interrumpẽdam præscriptionem, per c.illud, infra de præscript.de quo remittit ad dicta per eum in c.sanctorum.inf.de præscrip.sed non est materia nostra, ideo non examino.dicam latè in ti. de præscript.sed contra primum dictum, quòd talis receptio possit fieri diebus feriatis, etiam solennib. oppo.Dominus meus de no.in Clem.1. de offi.deleg.quia cum debeat fieri interrogatio, & iuramentum recipi: aduersarius sit citandus, vt infra dicam, & citatio tali die fieri non possit, vt in c.fin.de fer.& l.penult. C. de fer. sequitur quòd iste actus non est omnino extra iudicium, vt dicit Specu. vnde putat Dominus meus, quòd nisi maximum periculum immineat, nõ debeat talis actus tunc fieri, sed quando grande periculum immineret, tunc fieri potest: non ea ratione, quia actus omnino fit extraiudicialis, sed quia æquitas suadet, vt etiam eo tẽpore agatur de re peritura tempore, vt dictis iurib. & in c.licet, ÿ.de fer.de quo dicam latius in titu. de fer.secus si iam iuramentum fuisset receptum die nõ feriato & partis citatio facta, & interrogatoria porrecta: nam tunc receptio facti est quid merè extraiudi. & potest indistinctè fieri die feriato, vt no.gl.in Cle.1. de offic.deleg.secundum Domi.meum. Et aduerte, quia fortè idem voluit Specu.quia loquitur de examinatione testium, & non de ipsorum exceptione.

¶ Sextò declaratur, quòd ad hoc, vt fal. prædicta procedat: exiguntur plura, de quibus infra subijciã post 3.fal.in versic.est tamen aduertendum.

¶ Septimò declaratur, quòd prædicta fal.procedit non solum in actore, sed longè fortius in reo, quandocunque casus contingeret, de quibus in fal. nostra sic superius declarata, per ea quæ latius infra dicam. Item prædicta fal. limitatur: procedit enim si modò agatur ciuiliter: secus si criminaliter, per tex.nostrum à contrario sensu ibi, ciuiliter est agendum. & hoc tenet glo.3. quæ dicit, quòd in criminalibus nunquã recipiuntur testes li.non cont.quia strictè debet in eis procedi, & strictissimæ probationes requiruntur, 5.q.6. Epiphanium. & l.fi.C.de probat. & idem tenent hic Abbas, Goffr.Innocen. & Hostien. nam secundum Abb.in criminalibus non est bursale interesse, sicut in ciuilibus. Innoc. verò reddit aliam rationem: quia in criminalibus testes recipi non debent, nisi præcedat accusatio: quæ debet fieri per præsentem & de præsente. 3.q. 8. cap.1. & c. per scripta. quæ ratio non placet Domino meo, quia etiam in ciuilibus non debent testes recipi, nisi edita actione: & li. contesta. vt dixi supra in positione regulæ. & tamen ne pereat probationis copia, recipiuntur testes ante fundamentũ inscrip. ergo idem esset etiam in criminalibus: eo maximè, quia in eis tractatur de fauore publ.& priuato, in c.vt famæ, infra de sent.excom.& l.licitatio. §.quod illicitè.ff.de publ. Vincen.hic dixit, alternatiuè tamen, quòd in criminalibus possunt recipi testes de quorum morte timetur, cum actor teneatur ad talionem. quod procedit, secundum Ioannem Andr.post inscriptionem, per c.licet.supra de accu. quasi velit, quòd ante inscriptionem tales testes recipi non possunt, nec debent, cum cesset timor talionis.secus post cont.lit. Sed Dominus meus putat Glo.nostram posuisse veram rationem, quare in criminalibus nõ procedit ista prouisio.cum enim agatur de grauissimo præiudicio, non debet aliquid fieri inordinatè, & maximè parte absente, cum sanctius sit nocentem absoluere, quàm innocentem condemnare, vt l.absentem. ff. de pęn. & arg.notatorum per Inno.in c.per inquisitionem. de elect. & per hanc rationem, & per istum tex.à contrario, putat Domi. M. quòd non procedat dictum Vincen. etiam cum moderatione Ioan. Andr. & sic vult, ꝙ siue sit facta inscripto, siue non: cesset hæc prouisio in criminalib. dum text. noster solum permittat hanc recessionem, cum ciuiliter agitur, & regula sit in oppositum. Nec ob.timor talionis, quia accusator poterit protestari quòd per eum non stat quominus producat tales testes, sicut in simili factum fuit in c.constitutis.el 1.infra de testi.quia ex coniecturis tollitur præsumptio calum. vt in c. 1. in fi. de elect.in 6. Aduerte tamen, quia huic receptioni locus esset, etiam si ageretur de crimine, dummodo criminaliter, per tex.nostrum, qui indistinctè dicit, si ciuiliter agatur.& eo maximè, quia à pari commu niter iudicatur, ciuiliter merè, vel de crimine [a] ciuiliter, vt l.fi.ff.de pri. delict. Item quia cum de crimine ciuiliter agitur, non agitur de tanto præiudicio, sicut quando agitur criminaliter, secundum Inno. hic, quem sequuntur Io.And.D.Ant.D.M.& Zab. Et vide ad materiam istius fal.

10 ¶ †Secundò fal.prædicta regula, cum timetur de absentia diuturna testium, quia tunc possunt recipi lite non conte. vt hic, in tex. & ratio istius fal.est, ne veritas occultetur, & probationis copia depereat, vt latius dicam in sequenti fal. Hæc tamen fallen. recipit plures declarationes. Primò declaranda est dicta fal. prout dixi in præceden.fal.in prima.5.6.& 7.declarationibus. Secundò declaratur, quod absentia, de qua loquimur, debet intelligi à loco domicilij & priorum testium, secundum Pet.& Abb. Vincen.vero intelligit de loco, vbi exercetur iudicium. vnde secundũ Vinc.si causa est Romæ, & Hispanus pro-

ADDITIO.

a ¶ *Adde bonum tex.in c.tua.de procu. & quod ibi latè per Abb.& Doct.*

producendus est in testem, si se de Hispania trásferret in Angliam, non est locus huic receptioni. post litem enim contest. vel testes citãtur Romę, vel mittetur ad illos. quod est verum, secundum Vinc. nisi de loco domicilij testes absentarent se ad partes Orientales, vel tam remotissimas quòd post litem contest. non reperirentur. & sic sentit Vincen. quòd testes debent recipi per iudicem causæ, licèt sint alienigenæ. de qua materia dic vt dicam in tit. de testib. Item sentit Vincen. solam absentiam a loco domicilij non sufficere ad hanc receptionem faciendã. sed Dom. Anton. hic, quò ad hoc tenet contrarium dicens, quòd cùm absens peregrinatur, dicitur in periculo mortis: maximè quãdo absentia est futura per mare, vel per loca insidiosa, vel periculosa, vel quando non debet esse breuis, per not. in c. pastoralis. §. 1. supra de offic. ord. sed idem sentit Host. dicẽs, quòd in peregrinatione plura imminent pericula, quàm in domo: ęquum est semper testes recipi propter periculum mortis. sed dicit hic Dom. M. quòd hoc dictum sibi non placet: si enim in qualibet peregrinatione esset periculum mortis, seu verisimiliter timeretur de morte Papæ, hic in tex. non fecisset distinctionem de morte per se, & ab ea fecisset etiam distinctam distinctionem de absentia. dic ergo, quòd est talis peregrinatio, in qua verisimiliter timetur de morte, quod boni viri arbitrio relinquendum est: & tunc tales testes recipiuntur li. contesta. sed non propter absentiam, sed propter mortis periculum. & ita procedit dictum Domini Antonij. aut nõ est talis peregrinatio: & tunc procedat dictum Vincentij volentis, quòd si recedant à loco domicilij nõ recipiantur, nisi ad remotiora loca se conferant, habito respectu ad locum iudicij. quid enim si recedens a domicilio magis appropinquat loco iudicij? Certè non fieret ista receptio vigore absentiæ. & idem si non appropinquat, dummodò ad remotiora loca se non conferat: quia pariter poterit vocari de vtroque loco, vel ad eum mitti. facit quod not. in d. c. pastoralis. & idem videtur sensisse hic, Io. Cald. in princip. suarum addi. Ex quo infertur, quòd si testis aduena vult recedere à loco, vbi iudicium exercetur, potest recipi in testem, quamuis velit redire ad proprium domicilium. & quamuis Dom. Anton. videatur de hoc dubitasse, tamen dicit D. M. pro hoc dicto est Glo. no. in l. in lege Aquilia, si deletum. ff. ad leg. Aquil. & probat etiam tex. attenta ipsius mente & ratione Zab. hoc dictum, quòd requiritur quòd sit talis absentia, propter quam commodè contineri vel haberi non possit; hoc est, quia si fortè expectaremus quòd rediret tempore lit. cõtest. & necessario ad probandum commodè haberi non posset: & sic videtur relinqui arbit. iud. quod est satis ęquũ & faciunt quæ dicam in seq. declaratione.

¶ Tertiò declaratur, in quantum exigitur quòd absentia sit diuturna: [a] quia absentia diuturna dicitur, secundum arbitrium iudicis, arg. c. de causis. de offi. deleg. vnde dicebat Innocen. quòd hanc absentiam æstimabit iudex variè, secundum qualitatem negotiorum, nam si debitum de quo agi speratur, sit in longam diem, vel sub conditione cuius implementum potest multum differri, non reputabit absentiam diuturnam: quamuis diu sit absuturus, cũ verisimile sit ꝙ poterit redire ante, quàm dies veniat, vel conditio impleatur: vnde hoc casu, testis non recipietur, sed expectabitur li. contest. seu præsentia testis: sed quando debitum esset purum, & iudicium esset cœptum, & lit. contest. speretur de proximo: tunc absentia dicitur diuturna, licèt non sit multum longa: & ideo hoc arbitrio iudicis relinquitur, secundum Vincen. Hostiẽ. vero dicit, quod in primo casu æquum est, testes recipi propter mortis pericula: quia plura in peregrinatione imminẽt, quàm in domo, & æquum est semper probationib. subuenire, vt dicit hic in tex. Sed dicit Dominus meus, quòd iudex debet considerare, an sit tale iter seu peregrinatio, propter quam verisimiliter timeatur casus mortis, & tunc recipiuntur testes. sed talis receptio tunc fit, non propter absentiam principaliter, sed quia verisimiliter timetur de morte: & sic sumus in altero casu in litera excepto: aut nõ timetur verisimiliter mors, & procedit dictum Innocent. & Vincen. & sequitur hic Io. Cald. in addi. sed quæro, qualiter iudex se informabit de absentia: an sit diuturna, cum nõ sufficit quęlibet absentia? Sol. Satis clare apparet ex prædictis: nã poteris instrui ex qualitate negotij, & subiectę materię, & alijs varijs circũstantijs: aduertendo, an debitum sit purum, in diẽ, vel sub conditione, secundum Innocent. sic etiam de timore mortis iudex poterit se informare ex varijs circumstantijs, nec requiritur plena, aut semiplena probatio: sed sufficit sola suspicio, secũdum Barto. in l. in lege Aquilia. si deletum. ff. ad l. Aquil. & no. circa hanc materiam quædam singularia, quæ dicunt Dom. de Rota.

¶ Primò no. quòd vbi appella. est à grauamine, & sic ab interlocutoria: auditor, seu iudex ad quem appel. est, etiam non cognito prius de grauamine, testes absuturos, vel de quorum morte timetur recipere potest lite non contestata, & super causa princip. & hoc propter periculum, quod possit contingere per absentiam, vel mortem testium, vt in simili in d. l. in lege Aquilia. & hoc ideo est: quia cum sit dubitatio pendente appel. an iurisdictio sit iudicis à quo vel iudicis ad quem: ideo in dubio recipit testes absuturos. arg. tex. nostri, & l. ordinata. C. de lib. causa. & c. significauit, de testi. & l. 2. C. de vsu. pup. hoc tenent Domini de Rota, decisio. 78. secundum eam quotam. & ideo tenent hoc Dom. Anton. & Dom. meus, volẽtes hoc procedere etiam si iudex ad quẽ pronunciauit malè appellatum. sed pręfati Domini de Rota in antiquis, decisio. 192. dicũt, quòd iudex a quo est appel. à grauamine, non potest recipere testes absuturos, vt in c. vt frater. & c. ab eo. de appell. in 6. cum talis iudex non videtur habere iurisdictionem. subditur tamen, quod aliqui ex Dom. de Rota volebant dicere, quod si iudex à quo non detulit appell. valeret receptio: quia videtur habere iurisdictionem ex quo non detulit: & sic periculum est in mora. & sic istud dictum rectè põderatum videtur esse contra præcedens dictum, quo ad præcedẽtem opinio. ego arbitror vtrumque dictum posse saluari per distinctionẽ. dico igitur quòd loquimur in testibus

ADDITIO.

[a] ¶ *Bene facit tex. in l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. oblig. cum ibi no. per Doct.*

bus absfuturis, qui poterunt examinari lite demum contesta. quia licet sint abfuturi, non tamen in longinquas partes, & fortè est spes quod causa protrahatur in longum ante, quàm lis contest. & hoc casu procedat prima opin. communis Domi. de Rota in d. decis. 192. & etiam potest adaptari prædicta decisio. 77. aut loquimur in testibus, de quorum morte verisimiliter timetur, aut de absentia in partes ita longinquas, quòd verisimiliter nō poterūt haberi post litem contesta. & hoc casu locum habeat secunda opin. quia posito quòd etiam iudex à quo, detulisset appel. vel transmissa esset sibi inhibitoria per iudicem ad quem, ex quo periculum est in mora, poterunt testes recipi per iudicem à quo, dummodo iudex aliàs remanserit cum iurisdictione: vt puta, quia aliàs sit ordinarius: nec de facili posset fieri examinatio per iudicem ad quem appella. exemplum, agebatur causa Parisijs coram Episcopo Parisiensi lite adhuc non contestata appellatur cum grauamine ad sedem Apostolicam: Parisijs sunt testes, de quorum morte dubitatur: vel absentia ad tales partes, quòd si fortè expectaretur quod causa remitteretur ad iudicem à quo, ex eo quòd malè appel. fortè, vel quòd iudex ad quem iustificata appella. per litem contesta. scribit Episcopo Parisiensi de ipsis testibus recipiendis: verisimilis est interea timor de morte, vel tali absentia quòd testes haberi non poterunt: certè Episcopus Parisiensis ad petitionem actoris, absque literis seu commisione iud. ad quem, & li. adhuc non conte. poterit tales testes recipere. moueor: quia hoc idem posset facere quilibet iudex in terminis nostris, quamuis non esset iudex causæ. facit quod in simili singu. no. Barto. in l. si quis nauicularius. C. de naufra. lib. 11. vbi dicit per
a illum tex. colligi practicam [a] mirabilem, quòd in loco quo quis patitur aliquem casum, puta naufragij, aut mortis equorum, vel quid simile: faciat examinari testes de casu illo: & tales attestationes facient postea fidem coram iudice incompetenti. & subdit fortè Barto. singulariter, quòd talis examinatio potest fieri etiam parte nō citata, de quo vltimo latius dicam in titu. de testi. ego idem dicendum puto in terminis nostris, per prædicta, quia non tanguntur per Docto.

¶ Secundò no. etiam, secundum Domi. de Ro. in d. decisio. 192. quòd est de more Romanæ curię, quod tales testes absfuturi præstant duplex iuramentum: tn̄ non aliter declarāt. credo quòd velint dicere quòd vnum iuramentum pręstant circa futurā absentiam, aliud verò præstant circa veritatē dicendam.

¶ Tertiò no. secundum Domin. de Ro. quòd curia existente Romæ testes recedendo ad Alamaniam, iurantes non recedere se causa productionis proximæ dicendæ, & se non esse reuersuros in breui, possunt recipi, vt absfuturi, secundum D. de Rota, 583. in decisio. Aegidij.

¶ Quartò declaratur fal. prędicta secundum ea, quæ dicam infra in 3. fal. vers. postremò quæro circa prædicta.

11 ¶ †Tertiò fallit prædicta regula: etiam si non timeatur de morte, vel absentia diuturna: sed timeatur ne propter moram testes varient fidem, quia de facili possunt obliuisci: nam hoc casu testes possunt recipi li. non contesta. hoc vult Glo. in verbo, subtrahatur, per tex. in l. 3. §. duæ. ff. de Car. edic. vbi tex. iuncta glo. dicit præueniendum, ne dilata quæstione testes varient, idem hic etiam sentit Hostien. super tex. dicens locum esse supradictę huic receptioni, si periculum obliuionis imminet. ar. l. hac consultissima. §. at cum humana. C. qui testa. face. possunt. & cum hoc dicto transit Ioan. Andr. & seq. D. Ant. quod dicit esse notandum, qui dicit quòd hoc habebit æstimare iudex ex qualitate personæ & negotij. nam si negotium esset valde no. & non intricatum: non præsumeretur quòd ex longo tempore abcederet à memoria. inf. de sent. excommu. c. cum illorum. ad fi. sed Ioan. Cald. hic in addi. tenet contra. tum quia iste casus non est exceptus in tex. nostro: tum quia semper alleg. talis timor: & sic euacuaretur effectus regulæ nostræ superius positæ, quòd li. non conte. testes recipi non possunt. Sed Do. M. putat quòd verior sit opi. quòd ratione obliuionis quæ posit causari, testes posint examinari li. non cōte. quia quò ad ipsas partes, propter obliuionem testes habentur pro mortuis, si obliti sunt: & de facili, nō solùm in facto alieno maximè intricato quis obliuiscitur: sed etiam in suo, vt no. in c. ab excommunicato. sup. de rescrip. facit optimus tex. in c. cùm dilecta. inf. de confir. vtili. vbi propter timorem consumptionis priuilegia innouantur. vnde cum eadem sit ratio in obliuione, idem debet esse ius. Nec ob. motiuum primum Cal. quia licèt iste casus non sit hic expresè exceptus: tamen ex ratione quæ colligitur ex tex. satis dicitur exceptus. facit quòd singu. no. glo. in l. 1. ff. de condi. indebi. vbi notabiliter dicit, quòd excepto vno casu à regula, omnes similes videntur excepti. & vide ad hoc alia iura, quæ alleg. in c. 1. sup. de li. conte. art. 6. vers. 27. non ob. aliud motiuum Caldę. quòd semper allegetur iste timor: quia iudex non tenetur credere parti: sed æstimabit hoc arbitrio suo, considerata negotij & personæ qualitate. quid enim si debitum est in diem conditionale, nec speratur purificatio conditionis de pręsenti, & negotiū est valde intricatum, [b]
b vel reus est absens, & talis qui de facili conueniri non potest, vnde verisimiliter timeri potest de obliuione, cum homines etiam propria facta ex temporis longinquitate tradāt obliuioni, vt d. c. ab excommunicato. facit opti. d. l. 3. §. duæ. ff. de Carb. edic. & no. in c. cùm illorum. infra de sen. excom. & ibi dixi, plurimas dedi remiss. Et aduerte, quòd hæc 3. fal. recipit etiam 5. 6. & 7. declarationes, de quibus dixi s. in 1. fal. Item recipit limitationem, de qua ibi dixi. Sed nunc circa prædicta quæro, quæ sit ratio prædictarum .

ADDITIONES.

a ¶ *Si animal pereat casu fortuito in partibus longinquis, potest is, qui ducebat facere vt tali casu testes examinentur in loco: quib. testib. possit Domi. ostendere de casu, ne teneatur ad æstimationē. de quo vide Arc. in c. 2. inf. de test. & hoc est verū in omni casu vbi aequitas suadet testes examinari. ita Ludo. in l. si verò. §. de viro. in 54. fal. solu. mat. quòd limitat ea quæ habentur in l. cùm hi. §. transact. ff. de transact.*

b ¶ *Etenim ratione intricati negotij aliquid vltra communes regulas cōcedi solet. l. empto. §. Lucius. ff. de pac. cum ibi no. per scribentes.*

ctarũ fal.& si.Sol. Dic ꝙ ratio est,ne veritas occultetur,& probationis copia fortuitis casib.subtrahatur,vt hic in tex. nam probationũ facultas minime est angustanda: Et veritatis probatio salua debet esse,vt in Auth.de testib.§. & hęc verò multoties. & §.si quis testibus. C.de hære.in l.quoniam. in fi.C.de rebus credit.l.generaliter.ff.de resti.l.curent.& in d.§.duę. dicam latius infra in tit.de probat.

¶ Sed circa prędictas 3.fal. oppo.videtur enim ꝙ testes indifferenter recipi possunt li. non contest.ad perpetuam rei memoriam,etiã si non sit timor mortis, vel absentiæ, vel obliuionis, vt in c.significauit, infra de testi. Sol. Gl.hic in verbo,timetur,in prin. sentit contrarium,& soluit: dicens,quòd ille tex.loquitur quando testes recipiũtur, vt eorum dicta publicentur ad perpetuam rei memoriam. de quo dicam inf.eod.§.sunt & alij.& sic inter casus dictarum fal.& casum istius c.significauit, sunt plures differẽtiæ, secundum Doct. nam in præcedentibus fallen. testes examinãtur ad petitionem actoris: sed in hoc casu,ad petitionem rei, vt d.c.significauit. & §.sunt & alij.examinãtur enim ad petitionem rei ad perpetuam eius defensionem, cum in ipsius rei potestate non sit,quando se defendat, sicut est in potestate actoris quãdo velit agere,ideo ad perpetuam memoriam pro defensione admittuntur omnes,sed pro actore solum illi admittũtur, de quorum morte, absentia,obliuione, vel simili causa, propter quã posset sibi subtrahi facultas probãdi,verisimiliter timetur:& ideo etiam in prædictis 3.fal. lõgè fortius admittitur reus,vt dixi i 1.fal.declaratione 7. & de materia testium recipiendorum ad perpetuam memoriam,tangam infra,fallen.6.vel 7. Est tamen aduertẽdum,quia prędictę testium receptiones in prędictis casibus fal.factę non perpetuum sortiuntur effectũ, nisi quędam interueniant, de quibus hic in tex.nostro,in versi.siue pars.ex quo colligitur,ꝙ ad hoc vt plenum sortiantur effectum, plura sunt necessaria.

¶ Primò requiritur quòd pars aduersa, in cuius præiudicium fit ista receptio,citetur,si citari potest: d quia præsens sit,& non absens. tex. est hic dum tex. dicit,siue pars aduersa sit contumax: quoniam non potest esse contumax,nisi citata. & idem tenent D. de Rota,decisio. 192. vbi dicunt,quòd quoties citãtur testes, toties citetur pars ad dandum interrogatoria: vel requiritur quòd pars sit absens absque malitia,ita quòd conueniri non possit.tex.est hic,& intelligit hic Inn.partem aduersam pręsentem, quando est in ead.ciuitate, in Auth.de testi.§. hæc verò. collat.7.quinimo, & qui de Anglia mouetur vt vadat,vel mittat Bononiam propter istam causam, secundum Host.per textum in c.constitutus. infra de fideiuss.quasi velit Host. ꝙ etiam si sit extra ciuitatẽ, debet citari ad istam causam, si nõ magis distat à loco iudicij,quàm faciat Anglia à ciuitate Bononiensi,cum legatur in d.c.constitutus.citationem pro ea causa ad tam longam distantiam factam fuisse. sed vt Dom.Ant.hic dicit,ꝙ absens est etiam, qui est in loco,si de facili conueniri non potest: vt hæc litera, & tex.in c.constitutus. loquitur in receptione testiũ per viam ordinariam, vbi non timetur periculum. & est casus in quo contra verum contumacem, vel apparenter verum proceditur ad receptionem testium.de quo per Bart.in l.4.§.Prætor.ff.de dam.infe.& quod not.in c.fin.de eo qui mitti.in possess.causa rei seruan.& D.Hieron.D.M.quòd prædicta materia d.c.fi.& d.§.Prætor.non attingit materiam nostram,& bene. tractatur enim ibi, an & quando requiratur citatio psonalis, vel sufficiat citatio ad domum.de quo etiam per Dominum meum in c.causam.infra de do.& contu.per Ioannem And.in reg. pro possessore,de reg.iur.li.6. de quo latè dicam infra in tit.de dilat.seu in tit.de dolo & cont. sed quãtum attinet ad c.ad materiam nostram, dicit Dom. meus,quòd nõ potest dari certa doctrina,sed relinquenda est arbitrio iudic. qui debebit considerare quantitatem & qualitatem absentiæ aduersarij. Itẽ periculum imminens ex parte testium.quid enim si testis est in periculo mortis, nec capit dilationem vnius horæ vel duarum? nã certè satis dicitur absens, si in continenti reperiri non potest: quia verum est dicere hunc commodè citari non posse;& similiter econtra,quid si est senex, non tamen in tanto periculo quòd nõ posit expectari verisimiliter, vel per duos,vel tres dies? Debet enim tunc ad eum mitti, vt citetur personaliter, si in loco iudicij non habet domicilium.arg.c.Romana.§.contrahẽtes. de foro compet.in 6. quæ consideratio Dom.mei tanquam æqua, mihi placet:quoniam ratione subiectæ materię aliter & aliter accipimus absentem,vt traditur in Glo.in verbo,præsentes.in Auth.de fideiusso.colla. 1.facit.16.q.3.c.eorum. & quod ibi not.& ff. de arbit.in l.diem.§.coram.no. Dom.meus in c.fin.supra de maior.& obed.super glo.in verbo, præsentium. & vide glo.& Archi.2.q.6.biduũ.vbi habes de plurimis speciebus absentiarum. & vide in l.absentem. ff.de verb.signifi.& quod traditur in l.præsens.ff.de procu.& Io.And.post Archid.in c.si delegatus. de offic.deleg.in 6.& quoniam abesse dicitur, qui non est in iudicio,vel in loco iudicij,vt l.4.§.abesse.& ibi traditur.ff.de dam. infec. vel qui non est apud ędes, vel domicilium suum.ff.de fideicom.lib.in l. si eum seruum.§.fin. & vide etiam quod traditur per Ioan. And.& Dom.Dom.in c.si quem.de procur.in 6.& quod dixi in Clem.causam.de ele. Et aduerte, quia prædicta procedunt, non solùm quando pars conuenta est cõtumax,vel absens, ita ꝙ commodè conueniri non potest,vt dictum est:sed etiam si pręsens esset,sed persona terribilis,vt puta,tyrannus, quem actor non audet conuenire, nec ipsam testium receptionem denunciare:nã tunc iudex subueniet huic isti timori.vnde etiam parte non citata,licèt pręsens sit,quanto cautius poterit, subueniet actori, cõsiderata personarum & negotij qualitate, & alijs circũstantijs:& sic etiam li.non contest.recipiet testes, & sustinebit vices rei in ipsorum examinatione, seruãdo exceptiones reo tam contra ipsorum personas, quàm contra ipsorum dicta,secundũ Host. hic,qui alleg.no.in c.si iustus.inf.de appel. quod est diligenter not.secũdum Dominum meum, quia quotidie potest contingere,pro quo etiam alleg.not.in c.fin. de hære.in 6.nec ob.tex.noster, qui tantũ facit mentionem,quando reus est contumax vel absens: quia vt dicit Dom.Ant.tex. habuit solùm respectum ad id quod communiter accidit:non tamẽ negat quin etiam reo præsente posit fieri receptio imminente aliquo periculo, per ea quæ supra dicta sunt, & per not.d.l.in lege.ff.ad l.Aquil.secundum Dom.meũ.

Sed

Sed aduerte, quia hoc idem voluit Ioan. Andr. in c. 1. de homi. in 6. in ver. constiterit. & sequitur ibi D. Dom. posset tamen dici, secundum Lapum, & Ab. in c. 2. de foro cōpet. in 6. & D. Dom. in d. c. 1. quòd illud quod ibi dicitur, ꝙ non sit necessaria citatio, procedit: quia ibi nō est necessaria plena probatio, sed sufficit probatio per sola argumenta, quo casu non videtur requiri partis citatio. quod est sing. no. ad limitationem c. 2. infra de test. & ibi latè dicam. & secundū prædicta ego arbitror limitādum, & intelligendum sing. dictum Ioan. Andr. in c. non minus. infra de immu. ecc. vbi sing. voluit, ꝙ si citādus est tyrannus, qui terribilis sit citanti, sufficit vnica citatio, nec exigatur citatio peremptoria, licèt aliàs requireretur perempto. & sequitur Bald. in c. 1. de mili. vasal. qui cōtumax est. nam videtur declarari illud dictum de vnica citatione, quando illa fieri potest sine metu aut periculo: alia autem non videtur exigi, vel potest intelligi illud dictum, quando aliàs citandus esset tyrannus ad actus præiudiciales, qui possēt expediri, aut differri sine periculo amissionis copiæ probationis: & sic vbi non timeretur de morte, vel impedimento testis: secus quādo de morte vel alio impedimento testiū dubitaretur, quia tunc ne probandi facultas deperiret, aut veritas occultaretur, non esset tunc necessaria vnica citatio, si illa sine periculo fieri non posset. & prædicta no. [a] tanquā singularia, & pro maiori parte nouissima. Sed quæro circa hoc requisitum, quid si reus sit præsens, & paratus sit recipere iudicium: vtrum actor li. non contesta. possit facere recipi testes, de quorum morte, vel absentia timeret? Sol. Ang. in Authent. de test. §. & verò. tenet ꝙ non. sed contrarium tenet Glo. Bar. & Bal. in auth. sed si quis. C. de testi. per tex. in l. in lege Aquilia. ff. ad legem Aquil. vbi bonus text. pro qua opinio. facit tex. noster in ratione sui, quę concludit generaliter & indistinctè, etiam si pars esset præsens, & hoc tenent quidam Moder. & mihi placet, si modo sit verisimilis timor mortis, vel absentia ante, quàm possit fieri receptio li. contest. alias procederent opin. Ange.

¶ Secūdò exigitur, quòd si pars aduersa nō possit citari, actor debeat conuenire aduersarium intra annum post attestationes receptas, & incipit currere annus ex tempore quo reus poterit cōueniri, vel saltem debet actor dictorum testium receptionem intra annum denunciare aduersario: aliàs autem attestationes dicto modo receptę lite non contest. nō valent. ratio assignatur in tex. ne fortè actor procuret in fraudem, vt processu temporis exceptiones legitimæ ad repellendum testes, vel aliæ, locum habere nō possint, vt hic in tex. & sic patet, quòd hoc requisitum nō habet locum, si reus fuit citatus, & contumax: sed locum sibi vendicat, quando fuit absens non contumax, vt voluit glo. super ver. aduersarius. dicit hic Innoc. idem dicens, quòd prædicta denunciatio exigitur, quando reus fuit absens: ita ꝙ commodè citari nō potuit, vt dicitur in tex. nam si fuisset præsens, [b] ista denunciatio non exigeretur: cū citatus debuisset interesse receptioni testium, & iuramento eis præstito, vt c. 2. infra de testib. & 2. q. 1. in primis. & idem tenent hic Ioan. And. D. Anton. & Ioan. de Imo. & Zab. & sequitur Dom. meus, per no. in regula, eum qui certus. de regu. iur. lib. 6. & ex prædictis infertur, ꝙ conuentio vel denunciatio, de quibus hic in tex. non est necessaria, quādo reus fuit præsens vel contumax: quia citatus non comparuit. Sed pro declaratione prædicti requisiti formo aliquas quæstiones.

¶ Primò quæro, quando incipiat currere iste annus? Sol. Glo. hic in ver. annum. dicit, quòd iste annus à prin. est vtilis, & sic non currit, nisi ab eo tempore, quo potuit actor conuenire, vel denunciare. 2. q. 6. c. biduo. suprà de rescrip. c. plerūque. pro qua gl. facit l. annus. ff. de calumn. sentit ergo glo. quòd à prin. annus sit vtilis: sed in progressu erit continuus. & sic in progressu curret diebus feriatis & nō feriatis. facit, secundum Host. & Ioan. And. quod not. in c. fin. de fer. in glo. 2. & hoc etiam tenent hic Dom. Anton. Io. de Imo. & D. M. & optimè probatur per tex. nostrum, dum dicit, ex quo conueniri poterit. vnde dicit Ioan. An. quòd non currit illi, qui si conueniret, timeret mortis periculū: vt puta, si esset tyrannus, vt suprà dixi. & de materia, an & quando perscriptionum tempora sint vtilia, & continua, vide glo. no. & Bart. ibi, in Rub. ff. de temp. diuer. prę. & per glo. in Clem. vnica. de rest. in integr. & quod latè dicam infrà de præscript. & hoc adde ad declarationem gl. super ver. annum.

¶ Secūdò quæro, qualis debeat esse ista denūciatio: an exigatur, quòd sit iudicialis? Sol. Dic, quòd sufficit, si sit extraiudicialis, secundum Abb. quem sequitur Ioan. An. & communiter Doct.

¶ Tertiò quæritur, quia tex. noster annullat attestationes non facta cōuentione vel denunciatione, vt suprà dixi, vtrùm tales attestationes annullentur simpliciter, &t contra fauorem aduersarij. Sol. Gl. hic super ver. nō valeant, dicit, quòd non: vnde non vult, ꝙ solùm non valeant ad vtilitatem producentis: sed si pro vtroq; testificaretur, bene valerent pro aduersario, qui nullum dolum commisit, nec fuit in aliqua culpa. Idem tenent hic Innoc. Host. Io. And. & Dom. Ant. qui dicit, quòd vbi actus communis per alterum exercetur, licèt per exercētem omittantur requisita: non tamen vitiatur quoad commoditatem alterius: maximè, quando solennitas exigitur post actum consummatum, quod dictum nō placet D. M. in quātum dicunt maximè, & sic sentit, quòd idem sit etiam si solennitas requireretur in celebratione actus. Mouetur: quia si solennitas [c] requisita in actu non obseruatur, actus non tenet: & sic non potest parere in fauorem alicuius: quia forma dat esse rei. facit quod legitur & not. in c. quia propter. de electio. 12. q. 2. si in exceptione. quod dictum D. Ant. nō est simpliciter verum, per ea, quę dixi in c. si diligenti. supra de foro compet. in secundo casu tertij membri. sed quando solēnitas requiritur post actum

ADDITIONES.

a ¶ *Et quod iste ordo possit peruerti, vide bonam Glo. in c. cùm olim, de causa pos. & proprie.*

b ¶ *Ratio est, quia certus certiorari non debet. l. 1. §. fi. de act. emp. & vendi.*

c ¶ *Si requiratur solennitas in actu, ea non seruata, actus annullatur. Circa istam doctrinam vide latè cumulata, per Fely. hic, vbi multa addit ad ea, quæ ponit Bar. & Alex. in l. vniuersa. C. de preci. Imper. offer.*

actum qui tenet, sed ex post facto annullatur: si illa non adhibeatur, potest habere locum dictum Do. Anto. quinimò hoc vltimo casu, quando ius disponit aliquid non valere propter aliquod omissum, quod debet fieri: post expletionem actus ipso iure non currit, sed debet annullari, vel per sententiam, vel opus est exce. vt no. probatur in l. si vniuersa. C. de praeci. Impe. offe. iuncta glo. & no. Barto. in l. 1. ff. de testa. vnde in casu nostro dicit Do. meus, quòd non facta cõuentione, vel denunciatione intra annum, attestationes non annullantur ipso iure, sed per sententiam, vel opus est exceptione: bene valeret sententia postea lata earum prætextu, si non exciperetur, per id, quod supra dixi, & ius hoc dispo nit, attestationes non valere propter id, quod omittitur, quod fieri debebat post actum cõsummatum, dicit esse sing. no. quia nemo hoc considerauit. Ex quo infertur, quòd etiam in fauorem non seruantis istam solennitatem, attestationes non annullantur: quid iuris. Vtrùm autem debeant annullari etiam in fauorem alterius. Doctores communiter tenent hic, quòd non, vt supra dixi: sed Zabarel. tenet con trarium. Mouetur: quia si iste aduersarius vult eas pro se, oportet, quòd recipiat contra se: vnde aut ex toto spernat, aut ex toto approbet, arg. c. cùm olim. infra de censi. sed Domi. meus putat dist. quòd aut depositio testis continet vnum articulum inseparabilem facientem pro vtraque parte, & non potest aduersarius recipere pro se, quin etiam recipiat con
a tra se, quia vnicum factum [a] diuidi non potest: sicut dicimus de confessione emanata sub vnico con structu, vt no. in c. 1. de confess. in 6. & l. 1. C. de con fes. & l. petendæ. C. de temp. in integ. rest. quod in si. sensit Inno. in c. cum olim. infra de censi. Idem in si. voluerunt Hostien. Ioan. And. D. Anto. & D. M. in c. 1. de schisma. in alienatione rerum ecclesiasticarum, facta à schismatico, & ibi latè scripsi: & vt nudiusquartus dixi in voce, legendo illud c. & de materia latiùs in d. c. vtile. de reg. iur. in 6. Aut depositio testis continet diuersos artic. & procedit gl. nostra, & communis opinio: quia attestationes allegantur in odium ipsius actoris, & peccata suos debent tenere autores, vt in c. quæsiui, de his, quæ fiunt à ma. par. ca. Subdit etiam Domi. meus, quòd posset satis çquè distingui, quod aut illi testes viuût, & possunt de facili haberi: & tunc indistinctè non valeant, quia tex. annullat attestationes indistinctè, non facta mentione, seu differentia inter actorem & reum: maximè, quia principaliter fuerunt receptæ ad peti. actoris, & accessoriè dixerunt in fauorem aduersarij. vnde sublata princ. &c. vt in regula, accessorium. de regul. iur. in 6. sed si testes illi non possunt haberi, saltem commodè: tunc valeant in fauorem aduersarij, habita distinctione de veritate articuli, de qua supra dixi: quia durum esset, quòd ius aduersarij periret odio ipsius actoris, pro qua distinctione alleg. c. præsentata. infra de testi. & l. fi. C. de testi. & hoc dicit esse no. quia licet videantur noua: tamen sunt satis æqua & iuri consentanea.

12 ¶†Quartò quæro: quia tex. annullat attestationes ratione fraudis præsumptæ in actorem si non citauerit, vel conuenerit, aut non denunciauerit intra annum: quid si actor vult probare, quòd non fecit in fraudem: vtrum debeat admitti? Sol. Glo. dicit in ver. fraudem. tenet, quòd non. mouetur, quia ista est præsumptio iuris & de iure, contra quã non admittitur probatio, vt infra de spon. c. is qui. & 54. dis. c. fraternitatis. de qua materia latiùs dicam in titu. de præsum. Host. tamen videtur sentire contrarium, dum dicit, quod est præsumptio iuris tantùm. D. Anto. hic dicit, & meliùs, secundum D. M. quòd etiam si excluderetur fraus, actor non releuaretur, quia tex. non fundat se super fraudem: vt puta, in ver. ne forte procuret. Est ergo imputandum actori, si post receptionem non fuit diligens, obseruando quod ibi dicitur. Aduerte tamen: quia licèt non admitteretur probatio, per quam actor vellet excludere fraudem: admitteretur tamen probatio, per quam actor vellet probare, se non habuisse facultatem conueniri: talis probatio debet admitti: quia vt supra dixi in 1. quæstio. iste annus ab initio est vtilis: & sic oportet, quòd actor non solum excludat fraudem, sed negligentiam: quæ est magna culpa, vt l. magna negligentia. de verb. signifi. excludere autem poterit negligentiam ex eo, quòd non potuerit conuenire reum, vel eidem denunciare: ex eo, quia agit in longinquis partibus, vel ignoratur vbi sit: vel est fortè tyrannus, per ea quæ supra dixi. Et hoc voluit Host. hic, & sequitur Do. Ant. qui exemplificat de tyranno, quem non potest con uenire, vel cui non possunt denunciare sine mortis periculo: vnde sibi non currit annus. est tamen vtile, quòd protestetur, quod per eum non stat, si protestatio fieri potest sine periculo, facit c. pastoralis. §. fi. s. de off. ord. & c. fin. & quod ibi no. inf. de appel.

¶ Quintò quæro, qualiter actor nõ citando, con ueniendo, aut denunciando, vt supra dictũ est, possit. de off. ord. & c. fi. & quod ibi no. j. de appellat.

¶ Quintò quæro, qualiter copulare, vt processu temporis exceptiones legitimæ vel aliç ad repellen. testes, locum habere non possint. Sol. Glo. hic super ver. testes, declarat, & ponit plura exempla, & Doct. eam sequũtur. & sentit etiam gl. contrarium ad tex. Sol. Vt dicam in d. glo. ad declarationem huius q. vide glo. in ver. alie.

¶ Postremò quæro, circa prædictas 3. fallen. de effectibus dictarũ attesta. & vtrùm vigore ipsarum possit ferri sententia? Sol. Glo. hic super ver. timetur. dicit, quòd sic; & quòd licet in his casibus recipiantur testes li. nõ cont. tamen veritate inspecta, & quoad effectum nõ intelliguntur recepti li. non contest. quia non publicantur, nisi li. conte. & cum alijs testibus postea receptis: si alij lite conte. postea fuerunt inducti: licet secùs sit in alijs 4. fallen. positis in §. porro. & in §. sunt & alij. infra eod. & idem etiam volunt Do. de Rota, decis. 349. in antiquis, allegãtes hanc glo. vbi concludunt, quòd per testes absfuturos receptos parte vocata, & iudiciario ordine seruato, potest fieri sententia diffinitiua, etiam non facta publicatione, per no. per Innocen. in cap. cùm I. & A. infra de re iud. Secùs si erant recepti lite non

ADDITIO.

a *¶Vnicum factum diuidi non potest, & pro parte acceptari, bene facit tex. in l. si ita stipulatio a patrono. §. fi. ff. de oper. lib. quem bene no. Bald. in c. nihil. 3. col. de ele. & adde Pau. cons. 365. lib. 1.*

non contest. & iudiciario ordine non seruato: quia tunc necessaria est pub. li. contesta. quinimò plus dicit hic D. Ant. licèt sub dubio fortè, quòd si tempore quo iudicium inchoatur, tales testes recepti viuant, ita quòd possint examinari, & sic euentus decurrit cessationem periculi: quòd non tenet receptio, vt ex illis possit procedi ad sententiã, ex quo cessauit periculum. Item quia cessat causa: quia non perijt probandi facultas, argu. c. præsentata. infra de testi. & l. fi. C. de testi. & quia euentus declarauit periculum non verè abfuisse, facit l. cum quidam. ff. de acquiren. hæred. & sic videtur velle D. Anto. quòd prædictæ attestationes receptæ non faciunt fidem, nisi testes sint mortui, vel duret absentia, ita quod etiam commodè haberi nõ possint, secundum Dominum meum hic, qui putat contrarium per textũ nostrum, qui attestationes prędictas annullat duntaxat eo casu, quo est negligens in non conueniendo, & in non denunciando intra annum: ergo si actor intra annum alterutrum fecisset, attestationes indistinctè remanent validæ. nec est verisimile, ꝙ testes incontinenti recesserint. Item ex qua litera indistinctè loquitur, nullam faciens mentionem de ipsorum testium morte, eam indistinctè debemus intelligere, 19. distin. si Romanorum. Item, quia circuitus est euitandus, vt in Cle. auditor. & ibi dixi, de rescript. ad idẽ etiã op. facit c. cùm dilecta. ꝭ. de con fir. vti. & inuti. vbi priuilegium renouatum sine debito iuris ordine, propter periculum cõsumptionis remanet, etiam decisa lite, in sua validitate, licèt fortè cessauerit periculum consumptionis. facit regula, factum legitimè, de regul. iur. in 6. & hæc opinio mihi magis placet. si quis tamen sequendo opi. Do. Anto. illos testes vellet repetere: cautela esset, quòd testes prædicti sic deponerent, dico, vt aliàs dixi, quando fui examinatus, &c. Ita consuluit Bart. in l. cos. ff. ad l. Corn. de fal. de qua materia latè dicam in titu. de testib. & quamuis D. Anto. & D. M. loquantur in casibus primæ & secundæ fal. videlicet periculi mortis & absentiæ, tamen ego arbitror idẽ esse in casu 3. fal. scilicet obliuionis. & ideo prædictam q. posui post omnes prædictas tres fal.

13 ¶ † Quartò fallit regula prædicta, quando quis esset in loco satis longinquo, in quo sibi accideret aliquis casus fortuitus, propter quem pararetur sibi actio, vel defensio in proprio domicilio: puta, si apud exteras nationes, seu in longinquis partibus in mercantijs passus est naufragium, vel incursum hostium, vel alium casum: puta, amissionis vel mortis equi, vel quid simile. Nam hoc casu poterit facere examinare testes ibi de illo casu, & tales probationes faciunt postea fidem coram iudice competenti. ita singulariter voluit Bar. in l. 2. C. de naufra. lib. 11. per illũ tex. & idem etiam tenet Pau. de Cast. si rectè memini: quia nunc videre non potui, in l. si creditor. C. de pigno. actio. & vide Iacob. de Bel. & Barto. post eum, in auth. vt lic. matri, & auiæ. §. fi. vbi dicit, quòd de prædictis potest fieri ibi instrumentum coram tribus testibus, & fidem faciet postea tale instrumentum. & hoc perpetuò nota, quia singulare, & debet quotidie contingere. [a]

14 ¶ † Quintò fallit, quando petentur recipi testes ad perpetuam rei memoriam: quia tunc possunt recipi li. non contest. tex. est hic in §. sunt & alij. & hoc per Doc. in l. in lege Aquil. ff. ad l. Aquil. & cap. Albericus. ꝭ. de testib. & c. significauit. eo. tit. & ibi ego latè tractabo de hoc ar. videlicet, ad cuius petitionem talis testis recipi possit: & quot, & quales, & super quibus causis vel casibus, & coram quo iudice, & qualiter, & an debeant publicari, & de ipsorum effectibus.

15 ¶ † Sextò fallit, quãdo debitum esset in diem longissimum, vel sub cõditione, quæ verisimiliter non esset, nisi ad longissimum tempus extitura, potest figurari exemplum, dictat statutum, prout est hic Senis, quòd quamdiu, donec, vel quosque filius masculus superest, aut descendentes masculi ex masculis, filia femina dotata, seu maritata, non succedat patri, aut matri, aut fratri ab intestato: contingit ꝙ pater aut mater moriuntur, superexistentibus pluribus filijs masculis, vel etiam vno & filia aliqua maritata, vel nupta: quia poterit esse quòd in longissimum tempus, quod ignoratur, deficiat linea masculina & fęminina: vel eius linea redintegratur ad successionem, & eo tempore fortè non erit, quòd possit probare consanguinitatem, aut dotationem vel matrimonium: poterit ista filia fœmina facere examinari testes lite non contesta. & idem etiam si alio modo potestas agendi penderet à casu, vel alterius arbitrio, ita quòd non solùm dubitaretur de morte testium senium, vel valetudinariorum: vel de obliuione si viuerent; sed etiam dubitaretur, quòd etiam testes iuuenes aut adolescẽtes, antequã agi possit, moriantur: poterit fieri examinatio quibuscunque testibus, etiam li. non contestata. Ita sentiunt Innocen. D. Anto. D. meus, & Imo. & Ioan. de Imo. & Doct. communiter, licèt non ita clarè. facit d. c. significauit. & d. l. in lege Aquilia. facit etiam ratio præcedentium fal. & quod dixi supra in 3. fal. Et aduerte: quia non solùm in hoc casu potest fieri public. ad perpetuam rei memoriam, cùm eadem sit ratio, quę in reo: quia sicut conceditur reo, vt possit facere examinari ad perpetuam rei memoriam, & etiam publicari: quia non est in potestate sua quãdo conueniatur, vt l. purè. §. fin. ff. de except. do. de quo dixi, & remisi in præceden. fallen. ita in prædictis terminis non est in potestate actoris agere ante euentum diei, vel conditionis, secundum Ioan. de Imo. Et aduerte: quia in omnibus prædictis casibus, & superioribus fal. licèt testes recipiantur lite non contestata, non tamen fertur sententia diff. nisi lis contestetur, vt voluit hic glo. super ver. timetur. & Doctor. hic, & Domi. M. in §. porrò. sed in casibus & fallen. sequent. in quibus lis non contestatur, recipiuntur testes lite non contestata, & fertur sententia diff. lite non contesta. vt infra subijciam.

16 ¶ † Septimò fallit in causa matrimoniali, vt dicit hic glo. nostra, in princip. & est tex. in §. porrò. sed aduerte: omni tempore huius decreta. hoc procedebat parte existente contumace: aliàs parte præsente requirebatur litis conte. vt in c. præced. & d. §. porrò. & ibi latius dicam, vers. si autem de carnali. hodie verò hoc est expeditum, ꝙ indistinctè potest procedi,

ADDITIO.

a ¶ *Adde Arc. capitulo secundo. de testibus.*

Mar. Soc. super II. Decret. Sf

procedi, & ad sententiam diffinitiuam perueniri li. non contest.etiam parte præsente.text.est in Clem. 2.de iud.iuncta Clem.sæpe.de verb.signif.quæ fall. procedit,qualitercũque agatur de fœdere matrimonij,siue agatur ad impediendum, siue ad dirimendum,vel declarandum,vt quia vendicatur coniunx negans contractum, siue agatur de impedimento, quod a princ.dirimit matrimonium : puta,quia dicitur contractum inter infideles,siue a princ.tenuerit, & petatur dign. propter Creatoris contumeliã, in casibus, de quibus in c.quãto. & c.gaudemus,de diuor.secundum glo.in ver.matrimonijs. in d.Cle. 2.de iud. secus si non agatur de fędere matrimonij: sed ad separationem thori propter adulteriũ, vt in c.1.suprà ead.glo.tenet in ver.matrimonijs.& idem Paul.ibi:quia tunc non est causa matrimonialis,sed potius accusatio mixta ad pęnam imponendam,vel separationem thori faciendam,vt d.c.1.& c.tuæ.supra de procu.& communiter sequuntur Doct.facit c.discretionem. de eo qui cog.consan. & ita potest intelligi tex.in d.§.porro.ver. si autem.ex quibus patet, quòd ad prædictum c.1.supra, & alia similia iura,quantum ad hoc de lit.contest.etiam hodie non corriguntur per d.Clem.2.iuncta Clem.sæpe. sed si esset prin.q.non matrimonialis, sed in ea incideret q.matrimonialis, vt puta, quia ageretur de successione in qua incideret q.nataliũ: & sic de matrimonio,gl.prædicta in ver.matrimonijs.in fi.distinguit, quòd aut q. principalis est coram iudice ecclesiastico,& necessaria est litis contest.aut est coram iudice seculari,coram quo incidenter opponitur exceptio natalium,& sic opponitur de matrimonio, & propter hoc causa remittitur ad iudicem ecclesiasticũ: & tunc procedit fall.prædicta, secundum glo.prędictam,quam sequuntur Paul. & Zab. facit text.in d. Clem.2.dum dicit,eas tangentibus,quod sic potest exemplificari, quantum ad id, quod dicit de causis matrimonialibus.

17 ¶ †Octauò fal.si etiã agatur de sponsalibus,quia licèt tex.in d.Cle.2.loquatur de matrimonijs,& ista sint diuersa,vt patet in Rub.de spon.& matr.tamen quia idem priuilegium habent causę tangentes matrimonium, quod habẽt ipsę causę matrimoniales, vt d. Clem.2. & sponsalia tangant causam matrimonialem,ergo,&c. & ideo in tali causa nõ solum possunt recipi testes,sed etiam li.contest.ad sententiam diffi.peruenitur.hoc tenet glo. in ver.matrimonijs. & Paul.ibi, quia sponsalia sunt promissio futuri matrimonij.30.q.5.c.nostrates.& in l.1.ff.de spon. & sequitur Zab.in d.Clem.2.q.26.

18 ¶ † Nonò fal. in causis electionũ ad beneficia ecclesiastica,& licèt olim hoc procederet parte contumace,secus parte pręsente,vt infra in §.porro. & ibi dicam.& in ca.d udum,el 2. suprà de elect. hodie tamen hoc procedit indistinctè,vt d.Clem.3. de iud. & ibi glo.in ver.electionum.iuncta Clement. sępe. de verb.signifi. & hoc casu peruenitur ad sententiã diff.li.non cont.& adde quod dicam statim, fal.11.

19 ¶ † Decimò fall. in causis postulationum ad beneficia ecclesiastica, in quibus non solum ad testes recip.sed etiam ad sententiam diffinit. perueniri potest li.non contest.vt est text.in d.Clemen.2.iuncta Clemen.sępe.

20 ¶ †Vndecimò fallit in causis prouisionum super dignitatibus, officijs personalibus, canonicatibus, prębendis, super quibuscunque beneficijs ecclesiasticis,i quib.licet olim seruaretur,quod dicitur in §. porrò.& secundum quod ibi videbimus:tamen hodie simpliciter li.non contest.proceditur ad testium recept.& sententiam diff. vt in d.Cle.2. iuncta Cle. sæpe.prædicta tamen fal.primo declaratur ꝙ procedit tam in prouisionibus factis,quàm fiendis, secundum gl.in ver.prouisionibus. in d.Clem.2. per not. in c.vt circa.& in c.qui contra certam. de elect.li.6. Secundò declaratur,vt procedat non solum si agantur causæ beneficiales, sed etiam si agatur de causis tangentibus ipsas causas beneficiales, vt d.Clem.2. vt puta, cum quæritur ad quẽ pertineat electio, vel prouisio,vt dicit gl.in ver. tangentibus. in d.Cle.2. sed Paul. ibi latius exemplificat quoad electionem, vt si agatur de iure eligendi,ad quẽ pertineat,vt no. suprà in c.cùm dilectus.de consuetu. infra de verb. signific.c.Abbate.vel si agatur vt electores puniantur secundum formam c.cum in cũctis, & c. per inquisitionem,sup.de elect.vel si dicatur confirmatio propter solennitatem omissam: vt quia confirmans non habuit potestatem confirmandi, vt c.si confirmationem,de elect.lib.6.vel cõtra elect. Vltramontanum,eo quòd sit electus in discordia, vnde dicitur administrare nõ posse,vt c.nihil.de elec.vel contra electam in Abbatissam,eo quòd non sit electa à maiori parte:& per consequens non potest administrare,vt in c.indemnitatibus. §. si vero.de elect.lib. 6.vel si aliquis opponit se consecrando ad hoc, vt ille repellatur, secũdum Pau. & similia exempla possunt repeti,secundum Pau.in causis postulationum & prouisionum. quantum vero ad id,quod dicitur de tangentibus beneficia ecclesiastica, possunt exẽplificari secundum Paul.quoties quæreretur de aliquo quod examinari & decidi non posset absq; electionis postulatione, cognitionis vel ꝓuisionis, seu tit. illius beneficij:alias secus. vnde si Rector Ecclesiæ petit pecuniam,& oppo.sibi,quòd nõ sit in pos. rectoriæ, non poterit procedi lite non contest.quia hæc quæstio non tangit in aliquo causam beneficialem,secundum Pau. & sequitur Zaba.in d.Clem.2. quinimò fortius volunt Do.de Ro.decis.485.quòd si actor agit super beneficio,tanquã super vnito suę dignitati: & tanquam super re,quæ sit de pertinentijs suæ dignitatis:licèt reus prætendat illud iure tit. ad se pertinere,vel tanquam beneficium ex collatione apostolica: non tamen censetur causa beneficialis,sed profana,& requiritur lit.contest. adeò, quòd reus citatus ad respondendum libel.non comparẽs, est excommunicatus. Mouentur,quia ex persona actoris,non rei ius agendi metimur. ff.si pars hæred. pet.l.1.quinimò Aegid. Collector decisionum,subdit ibi,ꝙ quidam ex Dom.Rotæ dicebant,quòd etiam si ageretur vt de beneficio, agens non facta cõparitione excõmunicari debeat: & ideo debet procedi li.non contest.quia posse procedere li.non cõtesta. solum concernit fauorem partium procedentium,non autem concernit contumacem ipsius partis non curantis procedere: ipse tamen ibi hoc dictum reprobat,& mihi placet reprobatio prędicta. Item prędicta fal.primò limitatur,quòd procedit,si modo agatur de tit.beneficiali,seu de fœdere coniugij spiritualis. Secùs si ageretur de beneficio,vt de pro-

proprietate: quia tunc necessaria esset li. contesta. secundum glo. in ver. beneficijs. in d. Clem. 2. de iudic. quæ alleg. ad hoc plura similia, per quæ apparet, quòd differentia est, an agatur de ti. beneficiali, an de proprietate: tàm quoad missionem poss. quàm etiam quoad permutationem ad præscriptionem, & ad transact. & ratio est secundũ Laud. quia quando agitur de tit. beneficiali. ideo proceditur omissa li. contest. & ordine iudiciario, vt causa citiùs expediatur: ne beneficia diutiùs vacent in dispendium ipsorum, vt in c. quam sit. de elect. lib. 6. quæ ratio cessat, quando agitur de proprietate beneficij, & sequũtur Pau. Zenze. Zab. Ioan. de Imo. vt ibi dixi. Nec obstat, quòd licèt agatur de proprietate: tamẽ videtur esse locus d. Clem. 2. vt non exigatur litis contesta. quia non videtur posse negare, quin talis causa contingat causam beneficialem: ergo idem videtur dicendũ per tex. illum, dum dicit, quoquo modo eas tangentibus. quia secundum Laud. dum dicit, eas debet exponi, s. causas beneficiales: non autẽ, eas, s. ecclesiasticas: & aliud est causa, & aliud res ex qua causa oritur. facit infra de verb. signif. in c. forus. & sequitur Zabar. & fuit de mente gl. prædictæ super ver. beneficijs. dum dicit, nec hic dicitur de causis ecclesiarum. tunc ergo non est necessaria li. contesta. quando agitur de tit. beneficij. vel etiam si agatur ad remotionẽ beneficij, & negatur fœdus coniugij spiritualis, vel titulus: secùs si nõ negatur tit. sed propter crimen petitur remoueri, vt si dicatur, quòd simoniacus habuerit regressum, vel fuit iturus, vel nõ electus à Canonicis, vel per metum, & similia. faciunt no. per Ioan. post Innoc. & Host. infra in §. porrò. secundum glo. in d. Clem. 2. in ver. beneficijs. sed Gul. ibi dicit, quod si dicatur intrusus, & sic negetur fœdus spirituale, vel tit. vel si diceretur simoniacus: & agatur ad remouen. quòd tũc est necessaria lit. contesta. quia tunc non agitur de beneficio, sed de crimine contra personam, & sequitur Zenze. Ioan. de Lign. in d. Cle. 2. distinguit, quòd aut petitur prin. de nullitate matrimonij spiritualis, seu tit. & non requiritur litis contesta. licet allegatur intrusio, vel quid simile. & ita procedant prædicta in ver. beneficijs. per c. 1. de re. iu. lib. 6. aut petitur princ. remoueri propter crimen hæresis, vel quid simile & procedat dictum Gul. & idem tenet Ioan. de Imo. pro quo facit, quod tradunt Docto. maximè Ioan. de Imo. & clariùs D. meus, infra in §. porrò. vbi concludunt, quòd fal. procedit, vbi prin. impugnatur vinculum. secus si vinculo præsupposito petitur quis deponi propter crimen. arg. no. in c. veritatis. infra de dolo & contum. sed Zabar. distinguit, quòd quandoque negatur titu. ex aliqua causa, quę infert nullitatem ipso iure: & procedit opinio glo. quia causa est beneficialis, ex quo discutere oportet, an contentus habeat titu. vel non, vt quia dicitur indignus tali dignitate: per quam in iure exprimitur, ꝙ nõ teneat institutio, per c. cum in cunctis. & c. dudum, el 1. & c. bonæ. & c. per inquisitionem. de ele. quãdoque negatur titulus: non tamen, ꝙ inferatur nullitas ipso iure: & tũc vera est opinio Laud. & Zen. & idem tenet Pau. nec glo. illa in ver. benefi. rectè intellecta, cõtradicit, secundum Zaba. ego verò in d. Clem. 2. de iudi. distinguo, quòd aut quis fuit canonicè institutus, & petitur remoueri propter crimen: & tunc indubitanter requiritur litis cõte. aut fuit electus, postulatus, vel prouisus simpliciter: vel ante installationem, vel inuestituram op. cõtra electum in formam vel personam: & non exigitur lit. conte. propter eandem rationem timoris diuturnæ vacationis: aut fuit installatus vel inuestitus, & oppo. quòd non tenuerit quia electus per simoniam, vel quid simile: & tunc quia iste est in possessione, & saltem de facto non vacat beneficium: fortè requiritur li. cont. & non habet locum d. Cle. 2. à cessante ratione, quamuis alia opi. possit probabiliter defensari. Aduerte, quia id quod dixi, quòd si agitur de proprietate beneficij, exigitur litis contest. intelligit Lap. in d. Cle. 2. si de proprie. beneficij agitur ex vtraque parte. secus si per vnam tantum partem excipitur: per aliam verò partem excipitur vel agitur, vt de beneficio: quia tũc idem est, ac si tunc de beneficio ageretur: quia sufficere debet quomodocunque agatur de beneficio, dummodò non de sola proprietate, secundum Zabarel. ibi dicit ponderandum esse id, quod deducitur, s. causa proprietatis, licet reus se defendat ratione tituli: cuius prætextu sua interest, infra de re iudi. d. c. pen. & quod ibi no. quia licet se defendat: tamen tota causa dicitur de proprietate. Si verò æquè principaliter deducitur proprietas & titulus beneficialis: erunt duæ causæ diuersæ, & in altera exigeretur li. conte. in alia non: nisi fortè ratio recõuentionis hoc induceret, quæ videtur regulanda pari priuilegio cum causa cõuẽtionis. ad quod vide, quod latè dixi in cap. 2. s. de mut. pe. ar. 10. quasi per totum. & maximè in 9. q. prin.

¶ Secundò limitatur fallen. prædicta, ꝙ procedit a si agatur de tit. beneficiali: secus si agatur possess.[a] quia tunc secundum aliquos, exigitur li. conte. per c. literas. j. de iura. calum. & c. cum dilecta. s. de elec. in contrarium facit: quoniam talis causa tangit causam beneficialem: cum saltẽ probabiliter agens teneatur probare, & fidem facere de tit. suo, vt c. in literis. j. de restit. spol. & in c. 1. vt li. penden. in 6. & quod traditur in Cle. 1. de cau. poss. & proprie. Item facit, quia causa pro titu. beneficiali possit agi petitio. & poss. vt d. Clemen. 1. de causa poss. & proprieta. & in Cle. 1. de seq. poss. & fru. satis videtur cõcludi posse, ꝙ dicta causa sit beneficialis. Vlterius facit, ꝙ causa cõtinentiæ petito. & poss. diuidi nõ debet, vt in c. 1. & 2. de cau. poss. & proprie. & l. nulli. C. de iud. Item facit, quia faciliùs debet procedi in poss. quàm in peti. vt in l. fin. C. qui legi. perso. si ergo in peti. non exigitur litis conte. ergo minus debet exigi in poss. nec ob. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. poss. quia respõdetur, quod proprietas & possessio nil habẽt commune quoad hoc, ꝙ sententia lata in vno, præiudicet in alio. secus quoad alia plura, in quib. habent cõmunionem. Non ob. c. 1. s. eod. tit. per quod multi, secundum Bart. tenuerunt contrariam sentẽtiam: quia ibi illud contingit propter fauorem cõiunctionis, & odiũ, quod contingeret in separatione coniugij, quę cessat in terminis nostris. & ita

ADDITIO.

a ¶ *Quod in possessorijs iudicijs requiratur lit. contest. vide Alexand. in consilio 2. in tertia colum. libro 3.*

& ita dicit Bertrandus fuisse seruatum in palatio Papæ, & sequuntur Gul. & Ioan. de Imo. & cũ hac opinione transiui in d. Clemen. 2. de iud. sed nouissimè reperi Zabar. tenentem contrariam opinionem, per not. per glo. in d. c. literas. de iuram. calum. quæ not. vult, quod causa super possessione beneficij non sit spiritualis: nec est verum secundum Zabar. quòd agens possess. recuperandæ super beneficio, teneatur docere de tit. vt d. c. in literis. de restit. spol. no. idem Zabar. in c. ex parte. de restit. spol. de quo latè videbimus in dicto tit. de restit. spol. & adde quod dicã infrà fal. vbi tractabitur, vtrùm in poss. recuperan. sit necessaria lit. contest.

¶ Tertiò limitatur, si modò agatur de beneficijs ecclesiasticis, secus si de secularibus, quia tunc exigitur lit. contestatio, vt dicit gl. in ver. ecclesiasticis. in d. Clemen. 2. de iudic. quod procedit, etiam si illud beneficium recipiatur ab Ecclesia: vt puta, si alicui seculari ratione aduocationis, vel procurationis suæ, vel alteri ratione alicuius officij, vel exercitij tanquam benemerito asignaretur aliqua præbẽda temporalis, vel simile beneficium, infrà de pręscrip. c. ad audientiam. & infrà de pęn. c. ad aures. & c. in quibusdam. ad quod vide quæ dixi in c. grande. inf. de præb. in 4. q. princ. & hoc etiam tenent Lau. Pau. & Zenzel. in d. Clem. 2.

¶ Quartò limitatur, secundum Laur. in d. Cle. 2. vbi vult, quòd d. Clem. 2. & sic fal. prædicta procedit solum in casibus, in quibus procedit c. vt circa. de ele. in 6. iũcta eius declaratione posita in Clem. constitutionem. in prin. de elect. sed Zabar. dicit, ꝙ non vult d. Clem. 2. sic restringendam: quia verba illius Clem. sunt latiora, quàm sint in d. cap. vt circa. & idem sequitur Ioan. de Imo. in d. Clement. 2. & mihi placet.

21 ¶ † Duodecimò fallit, cùm imminet excessuum inquisitio facienda, nam & hoc casu proceditur lite non contesta. text. est hic, in §. sunt & alij. per quem text. dicit Innoc. quòd verbum, excessuum, ibi positum, compręhendit inquisitionem, quæ fit super iuribus alicuius Ecclesiæ, quæ iniustè dicatur occupata & detenta, vt c. cùm olim. infrà de testib. 2. q. 6. c. quapropter. & seq. & c. licet Hely. & seq. Dom. M. & Doct. in d. §. sunt & alij. in causa ergo inquisitionis procedi potest ad testium recep. & ad sententiam li. non contesta. quæ fallent. vtrùm sit vera, Doct. sunt varij, vt traditur in d. §. sunt & alij. sed tu vide quę dixi in c. qualiter & quando, el 2. infrà de accus. in 11. princ. artic. q. 80. & ex prędictis habes expeditas sex princ. fal. ad regulas, quas ponit tex. noster, & etiam alias similes illis sex fal.

22 ¶ † Decimotertiò fallit in causa denunciationis. hoc tenet glo. nostra hic in prin. & cum ea transeũt hic. & Host. in sum. in tit. vt lite non contesta. versic. item recipiuntur. sed tu vide Bart. tenentem cõtrarium in Extrauagã. ad reprimend. in glo. super ver. ad denunciandum. vbi dicit, quòd in causa denunciationis offertur libel. & lis contest. licèt in ea procedatur de plano. alleg. Ioan. Andr. hic tenentem in cap. nouit. suprà de iud. sed tu dic, quòd vtraque opinio potest saluari: prima, in denunciatione Euangelica: secunda, in iudiciali. ad quod vide quæ dixi in d. c. nouit.

23 ¶ † Decimoquartò fallit in causis decimarum, ad quarum etiam pręstationem possunt qui tenentur ad eas præmoniti censura ecclesiastica coerceri, vt est tex. in d. Clem. 2. de iud. hęc tamen fallen. recipit plures declarationes.

¶ Prima declaratio est, ꝙ dicta fallentia procedit, siue agatur super decimis realibus, siue super personalibus. Ita sentit glo. in ver. pręstationem, in d. Clement. 2. siue etiam super decimis mistis, vt sunt decimæ animalium, secundum Bertrand. in d. Clemen. 2. alleg. not. per Host. in summa de deci. §. quot sunt species. & seq. Io. de Imo. in d. Clem. 2. & dicit ibi Paul. quòd sup decimis debitis à subiectis, semper procedi potest non seruato iuris ordine: & sic li. non contest. tanquam super notorio: dummodo appareat illum à quo petitur esse subiectum, & esse in obedientia petentis, per not. per Innocen. in c. ex parte. de verb. sign. ad quod vide, quæ latè dicam de notorio, inf. Subdit tamen Pa. quòd iudex summariam adhibebit cognitionem, an positiones sint in parochia illa, sicut etiam fit in missione in poss. vt suprà in §. si super. dixi in d. Clem. 2.

¶ Secũdò declaratur, quòd prędicta fallen. procedit, si sit quęstio de decimis cum debitore decimarum, siue inter duas vel plures Ecclesias sit quęst. de iure decimandi. glo. in ver. decimis. in d. Cle. 2. Nec obstat, quod dixi suprà, fallen. 11. ver. 1. limitatur, quia causa super proprietate Ecclesię non est beneficialis: sed negari non potest, quin causa super proprietate decimandi, non sit decimalis, secundũ glo. fin. not. & idem tenet Paul. Mar. vero tenet contrarium, sed pro prima opinione facit, quia si contẽditur de proprietate beneficij, nihil deducitꝰ per quod perueniatur ad cõtentionem super tit. beneficij: sed si contenditur super iure decimandi, non videtur diuersitas inter proprietatem & tit. quia ipsum ius decimandi complectitur vtrumque.

¶ Tertiò declaratur, quòd prędicta fallen. procedit etiã contra aduocatos, & alios potentes: qui detinentes decimas, fauent & iuuant non volentes soluere, vel confessores, qui etiam in foro pœnitentię remittunt, vel etiam contra statutarios, qui faciunt statuta decimarum remissiua, secundum aliquos, argu. c. 1. suprà de offic. deleg. & c. quanto. inf. de senten. excommun. 24. q. 3. c. non inferenda. sed Zabarel. in eo quod dicitur de pœnitentia, tenet contrarium. Mouetur, quia ex his quę fiunt, vel omittuntur in foro pęnitentiali, non potest procedi in iudiciali, nec econuerso. infrà de spon. c. tua. 33. q. 2. cap. admonere. Gul. vero simpliciter tenet contra dictã fallen. Mouetur, quia tunc non agitur ad decimas, sed ad interesse decimarũ. & sic residet Io. de Imo. in d. Clemẽ. 2. sed forte dici posset, ꝙ ex quo etiam tunc talis causa videtur tangere causas decimales, procedatur lite non contest.

¶ Quartò declaratur, quòd prędicta fallen. procedit, etiam si prior realis, qui multas habens pos. ratione sui prioratus, eas colit in parochia alterius, & retinet sibi decimas, eo quòd dicat illas esse in dote sui prioratus, iuxta ea, quę tradũtur in c. nouum genus. inf. de deci. vel esse noualia proprijs manibus, vel sumptibus culta. infrà de deci. c. ex parte. nam etiã hoc casu, si Rector parochialis petat huiusmodi decimas, proceditur li. non contesta. quia contra istos non soluentes est ius commune, vt ca. 2. de deci.

ti.lib.6.secundum Laud.nisi interuertendo possessionem, nomine suæ administrationis védicaret ius decimandi: asserens illud ad se pertinere consuetudine,priuilegio,vel pręscript.infrà de præscript.c.auditis.& Clement.1.de deci. quia tunc exigeretur litis contest.& ordo iuris,secundum Lau.& seq.Zab. sed dicit Io.de Imo.quod c.auditis.parum facit,nec placet dictum Laud. quia pariformiter in casu prædicto contra talem priorem est ius commune, cùm prædictæ decimæ originem habeant à iure communi.Ego legendo Clem.2.secutus fui prędictam opi. nunc videtur,quòd opin.vtraque seruari posit: distinguendo,quòd aut Rector parochialis agit petēdo decimas,& procedit primum membrum Lau.& opin. Io.de Imo.aut Rector ruralis agit fundādo intentionem suam ex consue.priuilegio,vel pręscript. & tunc habet locum secundum membrum Lau.ad quod vide quæ dicam statim in 1.limit.huius fal.

¶ Quinta declaratio, quòd prædicta fallentia locum habet non solum si agatur principalis causa dictarum decimarum,sed etiam si agatur super causis dictas decimas tangentibus,in quibus etiam proceditur li.non contest.vt d.Clement.2. & potest figurari exemplum cum petuntur decimæ : & discutere oportet,an fundus sit in parochia, vel non : vel noualia sint vel non,vel an debeantur mihi vel tibi: & posset etiam figurari exemplum per id, quod dixi suprà,in fi.3.declarat.

¶ Sexta declaratio posset colligi ex his, quæ dicā infrà in 3.limitatione istius fallen. secundum 2. opi. ibi positam. Insuper prædicta fallent. recipit plures limitationes.

¶ Primò limitatur, si modò sit talis decima quæ debeatur iure diuino: & sic iure communi. per tex. in d.Clem.2.secus si debeatur iure speciali: puta pacto,pollicitatione,voto,priuilegio, vel præscriptione,ar.c.tua.in fi.infrà de deci.vbi glo.dicit,quòd ad decimam debitā iure diuino, nō potest agi rei ven. sed ad debitam ex voto, vel pollicitatione, agi potest. Et idem tenet Pau.in d.Clemen.2.quia decima debita iure diuino, semper est decima : & sequitur Zenz.quia in alijs decimis cessat ratio expressa in d. Clem.2.& tex.dum dicit, ad quarum etiam præstationem.Item,quia in illis cadit præscriptio,quę non habet locum in decimis debitis iure diuino. & prædicta intellige etiā,quando decimæ quæ sunt de iure speciali, non haberent originem à iure communi:secus si haberent originem à iure communi,licèt deberentur iure speciali, vt dicam infrà in 3.limitatione. Sed aduerte,quia cōtra prædicta fortiter ob. quia licèt decimæ debeantur iure speciali:tamen ipsarum causa est specialis. Et sic videtur non esse necessaria lit. contestat. contra glo. prędictam, in ver. decimis.in d.Clem.2.sed dicit ibi Zab. quòd tenenda est opinio illius glo. propter eius authoritatem, & quia a nemine reprobatur. Et hāc opinionem sequitur Steph.in Clem.2.de deci.Nec obst.tex. in d. Cle.2.dum dicit,ad quarum etiam præstationē,&c. quæ dictio,etiam, videtur implicare alias decimas: quia d.Clem.duo exigit.Primò,quòd sit causa decimarum. Secundò, quòd sint tales decimæ,ad quarum præstationem possunt hi qui tenētur, cogi per cēsuram ecclesiasticam,&c.& mihi placet,quasi velit text.quòd non sufficit, quòd agatur ad decimas; & sic, quòd causa sit spiritualis : sed etiam, quòd ad earum præstationem quis posit cogi, quæ coactio non habet locum in decimis debitis iure speciali. Item aduerte,quia Doct. etiam sentiunt,ꝙ ideo super decimis debitis de iure cōmuni proceditur ordine iur.non seruato :& sic li.non contest.& non super decimis debitis iure speciali : quia super debitis iure communi,proceditur tanquam super notorio: & ideo non est necessaria lit.cont.vt dicam inf.quæ ratio cessat in debitis iure speciali.

¶ Secundò limitatur, quòd fall. prędicta procedit,si modo sit debita iure diuino,vt dictum est: secus si decima Papalis, de qua loquitur tex.in Clem. fin.de deci.secundum glo.in ver.decimis, in d.Cle. 2.& communiter sequuntur Doct.ibi. & sentit glo. in d.Clem.fi.& etiam tenet Pau.Zab. & Io.de Imo. sed Stephan.in d.Clem.fin.tenet contrarium : quia sicut decima,quæ soluitur clericis à laicis, est de iure diuino:sic & illa,quę debetur Papæ. Nam etiam in lege veteri pręcipitur, ꝙ decima debeatur summo Sacerdoti,vt habetur in Leui. dictat enim ratio naturalis, vt ei qui habet curam circa publicum statum prouideatur taliter,ꝙ posit illam exequi. facit c.1.de deci.sed Zab.in d. Clem.fi. sequitur primam opinionem,quia vt suprà dixi in præcedenti limitatione,d.Clem.2.de iudi.habet locum in decima debita iure communi, sed decima Papalis videtur habere nouam naturam per Extrauagantes,de quibus per glo.1.in d.Clem. fin. de decim. nec est omnino certa,vt sit decima fructuum beneficiorum,vt dicit gl.in ver.taxationem .in d.Clem.fin. & idem tenet Paul.& Ioan.de Imo.quia hæc decima debetur Regi,Episcopo, vel alteri accedenti in subsidium Terræ sanctæ,vel debetur ipsi Papæ. in c.ad liberādum. infra de Iudæ.& c.fin.infrà de voto. & sic non debetur iure communi.

¶ Tertiò limitatur,quòd fal.prędicta procedit,si modo sit causa decimalis,de qua dictum est : secus si sit quęstio inter duos super successione feudi antiqui decimarum:nam tunc exigitur li.contest.secundum ea,quæ traduntur per Doct. maximè per Ioā. de Imo.in c.cum apostolica.infrà de his,quę fiunt à Pręl.& ratio sit, quia tunc non videtur quęstio decimalis,per id quod not.glo.in ver.decimis. in princ. in d.Clem.2. quia in casu prædicto non de iure decimandi,sed de successione feudi agitur:& sic est factum distinctum à causa decimarum. Item quia presupposito,quòd de iure decimādi quęri debeat:adhuc idem videtur,per glo.prædictam,& per ea quę dixi supra in prima limitatione, quando dixi,quod prædicta Clem.2.& fal. procedit in decimis debitis iure communi.In casu autem nostro non debentur iure communi, sed speciali, ex causa feudi. & idem tenet Zabar.in d.Clem.2.quęs.15. vbi dicit hanc q. habuisse de facto.Sed contra hanc opinionem opp. quia causa feudi decimarū est de decimis antiquitus debitis,& sic de iure cōmuni, licèt tale ius translatum sit in vasallum: ergo debet vti eodem priuilegio,argum.regulæ,qui in ius,de reg.iur.in 6.& quia surrogatus debet sapere naturam surrogati, vt in iuribus vulg. Sol. Cōtrarium est difficile,& propter eius difficultatem Do.de Rota,decisio.51.fatentur contrariū, dicentes, quòd licèt sit quęstio inter laicos: tamen ex quo litigant de decimis,nō est neces-

saria lit. contest. per tex. in d. Clem. 2. dum dicit, vel quouis eas tangentibus. sic etiam in simili, licet sit quæstio inter laicos de iure patronatus: tamen dicitur Ecclesia, vt c. quāto. suprà de iud. & hæc opinio tanquam tutior, videtur plus placere Zab. Nec ob, quòd d. Clem. 2. & fal. nostra non habet locū in decimis debitis iure speciali, sed communi, vt dictum fuit in præcedentibus fal. quia illud verum, quando decimæ habuerūt originem à iure speciali: vt facto priuil. &c. vt dixi in prima limitatione: secùs in casu limitationis. sed aduerte, quia posset vtraque saluari, distinguendo, quòd aut ille habet in feudum, vel successit in feudo decimali antiquo, aut agit ad decimas, & habet locum secunda opinio: & ideo si esset quæstio inter parochianum & laicum, quia repetuntur per parochianum, & laicus dicit cōcessas ante Concilium Lateranen. de qua quæst. per Io. Andre. & Doctor. in d. c. cùm apostolica. nō exigitur litis contest. aut prin. agitur de successione ipsius feudi, & procedat 1. quia tunc non est causa decimalis, sed successionis.

¶ Quartò limitatur hæc fal. si modò sit causa decimarum, de quibus dictū est: secus si tales sint decimæ, quæ non sint assignatæ alicui, in tit. sed precario, ad vitę sustentationem: quia tunc exigitur ordo iur. & lit. contesta. secundum Gul. & seq. Io. de Imo. in d. Clem. 2. quæ opi. procedit, nisi talis specialis cōcessio haberet orig. à Iure communi: quia esset facta de decimis Iure communi debitis, per ea, quę dixi circa fi. præcedentis limitationis. & qualiter possint ad vitam concedi, traditur per Doc. & maximè per Innoc. in d. c. cum apostolica. de his quæ fiunt à Præl. & c. quamuis. infra, de deci.

24 ¶ †Decimoquintò fallit in causis vsurarum: vt d. Clem. 2. de iud. iuncta Clem. sæpe. de verb. signific. in causis enim vsurarum proceditur ad receptio. testium. & ad sent. diffin. etiam li. non contest. vt ibi. & ratio potest esse, secundum Docto. propter periculum animarum. hæc tamen fal. recipit plures declarationes & limitationes.

¶ Prima declaratio, quòd prædicta fallen. intelligitur, quando quis ageret repetēdo vsuras solutas, vt traditur in d. Clem. 2.

¶ Secunda declaratio, ꝙ prædicta fallen. procedit etiam quando quis peteret, quòd vsurarius, aut eius hæres vsuras receptas compensaret, & hic attenditur forma petitionis, per quam concluditur causam fore vsurariam: quamuis fortè cōuentus dicat, est casus in quo non tenetur compensare, secundū formam c. conquestus, & c. salubriter, inf. de vsu. faciunt not. per Ioan. And. post Innoc. in c. cùm sit generale. de foro compet. & quod dixi in c. si clericus laicum. eodem tit. in 5. art.

¶ Tertia declaratio, quòd fallen. prædicta procedit, siue sit causa principaliter vsuraria, siue sit causa tangēs causam vsurariam. vtrobique enim proceditur lite non cont. vt d. Clem. 2. iuncta Clem. sæpe. & potes exemplificare, si petitur relaxare iuramentum de vsuris soluendis, vt in 1. c. inf. de iureiur. secundum glo. in d. Clem. 2. in ver. tangentibus. vel si dicatur testamentū vsurarij non valere, vt in c. quāquam. in fi. de vsu. lib. 6. vel vsurarium non sepeliendum, vel sepeliendum, vt in tit. de vsu. c. quia in omnib. & Clem. 1. de vsu. vel fideiuss. petit vsuras a debitore, quas soluit, infra de fideiuss. c. peruenit. & per Io. And. in regula, damnum, de reg. iur. lib. 6. & generaliter concludit Gul. quòd text. in d. Clem. 2. in quantum loquitur de vsuris, locum habet qualitercunque petātur vsuræ, vel principaliter, vel incidenter: dummodò vtrobique eadem sit ratio. Item prędicta fallen. recipit plures limitationes.

¶ Primò limitatur, si petantur vel teneantur vsuræ vt vsuræ: secus si vt interesse, quia tunc necessaria esset litis contest. nec haberet locum d. Clem. 2. arg. c. dilecti. suprà de arbit. & l. cum allegas. C. de vsu. & hoc propter cessantem rationem d. Clem. videlicet, periculi animarum, secundum Gul. Zen. & Zab. facit, quod dixi in c. dilecti. supra de foro comp. in fi. not. & ibi ad prædicta allegaui multa iura. intellige tamen hanc limita. vt dicam in seq.

¶ Secundò limitatur, si modo causa vsuraria deducatur per viam petitionis: secus si per viā except. puta si creditor petit debitum, & debitor excipit illum vsurarium. Nam hic principalis causa nō est super vsura: imo est super credito, vel alio cōtractu, ex quo agitur, quia Clem. 2. nō emanauit in fauorem, sed in odium vsurariorum. Et hoc videtur procedere, quando excipiens staret in meris finibus except. Si vero non per modum simplicis except. sed vlterius procederet, & peteret contractum pronunciari vsurarium, tunc licet videatur aliqualis dubitatio, tamen glo. super ver. vsuris. in d. Clemen. 2. vult, quòd habeat locum d. Clem. & sic non sit necessaria litis contest. & sequuntur Doct. ex quo nota perpetuo, quòd vbi duę quęstiones principaliter agitātur circa idem, quarum vna est priuilegiata, alia non: licèt non priuilegiata fuerit primo loco intentata: tamen seruandum est priuilegium secundæ secundo loco propositæ. facit quod not. in c. ex conquestione. de restit. spol. & in c. cum contingat. de offic. deleg. & l. circa, de probat. de quo latius in titu. de ordi. cog. sed Zab. dicit, quòd si debitor petit pronūciari debitum fœneratitium, quod erit locus d. Clem. 2. & sic non erit necessaria litis contest. quoad hoc: quia excep. discutietur per iudicem ecclesiasticum. facit, quod dixi supra, fallen. 7. & quod dicam in sequenti limitatione.

¶ Tertiò limitatur, quòd fallētia procedit, si causa vsuraria agatur corā iudice ecclesiastico: quia tūc non est necessaria litis contesta. secus si ageretur coram iudice seculari: quia non potest, nec intēdit Papa iudiciarium ordinem tollere, nisi quoad forum suum. ar. not. in c. 2. de arbit. in 6. secundum glo. in ver. vsuris. in d. Clemen. 2. de iud. Sed aduerte, quia hæc quæstio præsupponit aliam quæstionem, videlicet, vtrùm vsuræ possint peti in foro seculari, de quo non est materia nostra. dixi latè in c. cùm sit generale. de foro compet. super glo. fi. in versi. item crimen vsurarum. & ex his habes not. declaratam prædictam Clem. 2. de iudi. quantum pertinet ad materiam nostram de lit. contestatio. per prædictas 9. vel 10. fallent. sic superius declaratas & limitatas, cū declarationibus & limitationibus suis procedūt, non solum quoad litis contestationem, sed etiam quoad alia, quæ sunt de solennitate positiua ordinis iudiciarij: quę intelliguntur remissa per illa verba, simpliciter & de plano, sūmariè, sine strepitu & figura iudicij, de quibus in d. Clemen. sæpe. de verb. signif.

iuncta d.Clem.2.de quibus latè dicam in ti.de ord. cog. & prædicta omnia adde ad declarationem eorum,quæ dixi in c.1.supra de libel. oblat. in 5.prin. arti.fal.26. & 27. Sed non prosequendo aliquas fal. secundum ordinem.

25 ¶ † Decimosextò fallit,quando causa agitaretur
a coram Papa,[a] secundum Innoc.Io.Andr. & Doct. hic. nam coram Papa proceditur sine libello, vt dixi in c.1.de libel.obla.artic.5.fallen.10.& adde quę ibi dixi ad hanc fal. Nam coram Papa narratio actoris,& responsio rei habetur pro li.cotest. arg. c.cum venissent. de insti.nam præsentia Papæ supplet omnem solennitatem, vt l.omnium. C.de testa. & c.1. de translat. Prælat. & vide, quod dixi supra in c.1. 8.art.q.1.vers.secundò fallit.& idem tenet Innoc.in d.c.cum venissent.

26 ¶ † Decimoseptimò fallit,secundum aliquos,coram arbitro: coram quo non exigitur litis contest. Alij contra. de quo latius dixi in c.1.supra ti.2.arti. 5.ver.quæro igitur nunc.

¶ Decimooctauò fallit in causis summarijs. tex. est in Clem.sæpe. de verb.signif. Sed aduerte: quia illud procedit,quado constitutione, aut statuto disponitur: aut causa communiter expedienda simpliciter & de plano,ac sine strepitu & figura iudicij. Vide quod dixi in c.1. supra de libel. obl. in 5.prin. arti.fal.1. Quid autem si alterum solùm verbum ex prædictis poneretur in constitutione, statuto, aut commissione. vide quæ dixi in fallen. 2.3.4. & 5. & quid si dicatur, quòd procedi posit de facto,aut sola facti veritate inspecta, aut sine aliqua solenitate, aut ex absoluta potestate. vide quæ dixi in d.arti. in c.1.de libel.oblat.fallen.6.8.& 9.iunctis his quæ dicam inf. fallen.21.

¶ Decimononò fallit, si consuetudo haberet, q lis non cotestaretur,ad quod dixi in c.1. de lib.obl. artic.5. fal.11.

¶ Vigesimò fallit, si hoc disponeretur ex forma statuta, quòd lis non contestaretur, per ea quæ dixi in d.c.1.de libel.obla.in 5.art.fal.12.

¶ Vigesimoprimò fallit, secudum aliquos, si par
b tes[b] conueniant, q procedatur lite non contesta. quòd an sit verum, vide quæ dixi in c.1.supra de li. contest.in 2.princ.art. versic.circa prædicta quæro, vtrum partes. & quod in simili dixi in cap.1. de lib. obl.in 5.prin.art.fal.13.

27 ¶ † Vigesimosecundò fallit generaliter in casib. seu causis,in quibus libellus non est necessarius. de quibus dixi in d.c.1.de libel.oblat. in 5.princ. artic. hic tenent hoc Io.And.Dom.Ant.& communiter Doct.pro qua opin.arguit Laudunius in Clem.sæpe. de verb.signif.quia cum libellus sit origo & fundamentum litis,si remittitur, similiter remitti videtur litis contest. sicut enim sine fundamento seu sacramento baptismi, alia sacramenta nulla sunt, inf. de præsbyt. non bap.c.veniens.sine libel.non tenet aliæ partes iudicij,vt in c.1.supra de lib.oblat.vbi ergo libellus admittitur, cætera erunt extra ordinem peragenda. in contrarium tamen arguit: quia plures sunt casus, in quibus no requiritur lib. & tamen requiritur lit.contest.& sic videtur residere Lau. & placet Zabar.in d.Clemen.sæpe.q.13. Ego arbitror vtramque opinionem posse saluari distinguendo, quòd aut causa, propter quam no exigitur libellus, respicit pariter li.contesta. sicut libellum, & eadem habet rationem ad li. contest. quam habet ad libellum, & tunc procedat dicta fal. Exemplum, Si statuto,consuetudine, aut delegationis forma, ex priuilegio procedi debeat summariè & de plano, &c. quia cum verba respiciant processum, & processus contineat acta iudiciaria, & sic libellum & li. constat.&c. vt c.quoniam contra.infra de probat. ergo sicut remittitur libelli oblatio,eadem ratione remissa intelligitur li. contest.& sic procedit fal. & prima opin. Sed si statutu specificè disponeret, quod procedatur sine lib.& nil diceret de li.contest. non propterea intelligeretur sublata litis contesta. sicut nec econtra,per ea,quæ dixi in c.1.de libel.obl.in 5.art. 14.fallen.& sic procedit alia opinio,& secundu prędictam distin.potes regulare plurimos casus,de quibus dixi in c.1.de lib.obl.in 5.art.

28 ¶ † Vigesimotertiò fallit, etia generaliter in omnibus casibus seu causis, in quibus contra contumacem no esset prouisum de remedio misionis in possesio.quia tuc proceditur causa cognita ad sententiam diffinit. etiam lite non contesta. secundu Bar. & Docto.communiter in authen. si omnes. C.si vt se ab hære.abstin.& l. si finita.§.Iulianus. ff.de dam. infe.& in authen.qui semel. C.quomodo & quando iud.per tex.in l.1.de asser.tol. & l.cu verò. §.subuentum. & l.neque infantes. ff.de fideicommis. lib. & hoc etiam senserunt hic quidam, quos refert Io. And.dicentes,quod si actor agit pro retinenda possesione,& reus est contumax: tuc,quia non habet locum missio in poss.procedi potest,li.non contest. per l.diffamari. C.de ingen.manu. & quod no.in c. accepimus.infra de fide instrum. sed Io. de Deo tenet contrarium,dicens talem contumacem excommunicandum, & sic apertè sentit, quod etiam ubi non est prouisum de remedio misionis in pos. non potest procedi ad sententiam diffinitiuam li. non contest. & ideo clarius sentit Specu. in titu.de contum.§.sequitur.ver.sed pone. Et apertius etiam hic sensit,quod de Iure ciuili sic,vt in titu.de 1.& 2.decre.§.restat.versi.sed pone,ago.vbi vult, quod tunc cotumax alijs remedijs compellatur. & dicit D.M. in c.tuæ.supra eod.quod pro hac sententia,quę sibi multum placet,eleganter facit d.c.tuæ. & fortius c. 1.supra eo.vbi agebatur ad separationem thori propter adulterium, & sic non erat locus mis.in poss.& tamen contra contumacem non potest procedi ad receptionem testium & sententiam li. non contest. quamuis Docto. non ponderent ad hoc illum tex. reprobat D. M. vnam sol. quam dat Dom. Anton. in d.c.tuæ. supra eo. vbi vult pro concor. dictarum opinio. quòd vtruque remedium posit simul procedere,

ADDITIONES.

a ¶ *Speciale enim videtur, vt ipse procedat sine libello: & quòd possit vltra petitionem condemnare, vt dicit Ab.in c.cum inter. in fi. de consue. & vide ibi quòd no.per c.ex frequentibus,de insti. vbi etiam inferior ex officio vltra petita potest consuetudinem damnare per sententiam.*

b ¶ *Nec enim videtur partes posse hunc ordinem peruertere. ita dicit glo.in c.de causis. de offic. delega. & vide quæ dicta sunt supra in c.1. de lib.obla.*

cedere, quasi velit dicere, quòd cõtumax potest excommunicari, vt d.c.tuæ. & etiam potest procedi ad sententiam, vt d.authent. si omnes. C. si vt se ab hære. absti. cum si. nam tex. in d.cap. 1. supra eo. expresse repugnat huic solutioni. & dicit Io. de Imo. in d.cap.tuæ. quòd prædicta sol. est contra mentem tex. in d.c.tuæ. quia Dom. Anto. non perstitit in dicta sol. sed tandem concludit, quòd d.c.tuæ. destruxit illam theoricam Bart. & Doct. Legistarum: nisi theorica prædicta restringatur, quòd procedat, quãdo deficit remedium mittẽdi in pos. ex eo, quia persona non est certa, à qua petatur aliquid dari vel fieri, & sic contra quam possit fieri missio: nec quæ possit excommunicari, aut vllum remedium proditum contra cõtumacem intentari. & sic nec est certa persona, cum qua possit lis contestari: quia tunc procedetur ad testium receptionem, & sententiam li. non contesta. Secus quando persona est certa: quia tũc non procedetur ad testium receptionem, vel ad diffinitionem lite non contesta. sed contra contumacem procedetur ad mulctam & ad excommunicationem, aut ad alia remedia prodita contra contumacem. excipitur tamẽ casus, secundum Do. Anto. cap. 1. de dolo & contum. lib. 6. vbi habetur, quia non potest procedi ad miss. in possessionem in causa beneficiali, proceditur ad diffin. li. nõ contest. sed illud non contingit, secundum Dom. Anton. ex eo, ꝙ procedi nõ possit ad missionem in possess. sed quia causa est talis naturæ, in qua olim contra contumacem procedi poterat ad diff. li. nõ contest. vt dixi supra, fal. 12. sed D.M. in d.c.tuæ. dicit, posse dari aliud responsum, ad d.c. 1. de do. & contum. vt concordet d.c.tuæ. & sic contra theoricam Bart. & Legi. videlicet arguẽdo ad locum à speciali. nam illud cap. 1. solùm disponit in causa beneficiali ibi, in tex. dum dicitur, in hoc casu, & sic innuit regulam esse in contrarium, quòd in alijs casibus non potest procedi ad sententiam li. non contesta. licèt non habeat locum missio, & videtur ponere ius nouum in causa beneficiali ibi, dum textus dicit, sed liceat in hoc casu. ergo per prius non licebat virtute illius theoricæ procedere li. non contesta. vnde concludit, quòd theorica Barto. & Docto. procedit, non tantum ex ea ratione, quia causa non patiatur missionem in possess. sed quia ius agendi non dirigitur contra certam personam, quæ possit aggrauari, vt dicam in sequen. fal. Secus vbi apparet persona, ad quam possit dirigi aggrauatio: quia tũc licèt ex natura causæ nõ possit fieri missio: tamen potest exerceri aliud remedium aggrauatiuum, vt excommunicatio, mulcta, & similia remedia prodita contra contumacem, de quibus dicam in titu. de dolo & contuma. Non obstant iura allega. per Bar. & alios. Et primò non ob. authen. si omnes. quia ibi nihil petebatur ab aliqua certa persona, vt dicam in seq. fallen. Non obst. l. 1. C. de asser. tollen. & l. cum vero. §. subuentum. ff. de fideicommiss. liber. quia loquuntur, quando agitur pro libertate, & sic procedit fauore libertatis, vt dicam infra. Non ob. l. diffamari. quia ad eam potest respõderi ex his, quæ dicam infra. Sequitur ergo ex prædictis, quod prædicta fallen. & theorica Barto. & sequacium non est
a vera,[a] & contra eam est glo. aperta in l. 4. C. finium regund. quæ exigit li. contest. ad hoc, vt possit procedi ad diffinitiuam: licèt esset casus, in quo non esset prouisum de remedio mis. in pos. contra contumacem, & illam glo. approbant ibi, Cyn. & Bal. licet Barto. contrarium ibi teneat. & etiam contra. teneat in d.l. si finita. §. si Iulianus. ff. de dam. infe. de quo dicam inf. Et prædictam opinionem tenet hic Domi. Anton. & clarius Ioan. de Imo. qui no. dicit, quòd contra Barto. bene facit authent. qui semel. C. quomodo & quando iudex. quia ante illam authen. actore absente non poterat procedi ad diffinitiuam li. non contest. vt l. & post edictum. §. circumducto. ff. de iud. & l. properãdum. §. 1. & 2. C. de iud. cum ibi no. & tamen tunc non poterat consuli reo contra actorem per missionem in poss. vnde si non emanasset d. authent. qui semel, quæ in hoc corrigit iura antiqua, non potuisset procedi ad diffinitiuam, & prædicta opinio mihi placet. & hæc adde ad quæ dixi in cap. primo, supra de lit. contesta. in septimo princ. articu. in primo remedio. ver. & no.

29 ¶ † Vigesimoquartò fallit, vbi ius agendi nõ dirigitur contra certam personam: sed solùm iudici concluditur, licet hic tãgatur vtilitas & præiudiciũ tertij, & ratio sit, quia non est certa persona, cũ qua lis contestetur, secundum Dominum Antonium hic, & sequuntur D.M. & Io. de Imo. & sentit glo. nostra iuxta fin. dum alleg. 5. q. 1. quidam. & clarius D.M. in cap. tuæ. supra eo. Item potest assignari ratio, quia contra personam incertam non est prouisum de aliquo remedio prodito contra contumacem: videlicet, miss. in pos. excommunicationis, aut de alio remedio aggratiuo: quare cum non sit persona, ad quam aggrauatio dirigi potest, merito proceditur ad sententiam diffinitiuam li. non contest. & isto modo procedat authen. si omnes. C. si vt se ab hære. & isto modo potest intelligi dictum Iac. But. ibi, qui ponit exemplum de Florentino cassato de matricula, qui se petebat rescribi in matricula. & idem dicit in authen. qui semel. C. quomodo & quando iudex.

30 ¶ † Vigesimoquintò fallit in casu authen. qui semel. C. quomodo & quando iud. secundum gl. hic. & ratio descendit, secundum Innocen. Dom. Ant. & D.M. hic, ex his quæ dixi in præcedenti fallen. sed mihi non placet: quia ibi persona est incerta, hic verò certa, cum qua posset lis contesta. si non esset contumax, & ideo dic ꝙ ibi est casus, in quo actor contumax ante li. contesta. citatur tribus edictis, & ei non comparenti datur annus à iure post prædicta tria edicta: sed si post annum perseueret in contumacia, põt reus probare de iure suo, & perquisita veritate, fertur sententia diffinitiua. & dicit ibi Bald. quòd est casus specialissimus, in quo li. non contesta. recipiuntur testes, & fertur sententia diffinitiua. & sub hac fal. continetur id quod dicit Glo. nostra, in versi. item in absentia. quæ vult ꝙ absente actore, & præsente reo recipiuntur testes li. nõ contesta.

ADDITIO.

a ¶ *An ista opinio Barto. sit, est maxima dubitatio: ideo videnda sunt ea, quæ ponit Alexan. in d.l. si finita. §. Iulianus. in ver. in ea. glo. ibi, in quibus actionibus. ff. de dam. infec. in col. 21. & seq.*

a testa. ad quod Glo. nostra alleg. c. causam,[a] quæ infra de dolo & contu.

¶ Vigesimosextò fal. in casu d. c. causam. inf. de dolo & contum. & hic potes recipere, quod dixi in præced. fal. nam etiam est ibi casus specialis, & plures rationes specialitatis, & quæ differentia sit inter casum illius decret. & casum d. authen. qui semel. dicam latè in d. c. causam.

¶ Vigesimoseptimò fallit in casu d. c. ad nostrã. el 2. infra de iureiuran. secundum Docto. & ratio descendit, secundum Dom. Anton. Ioan. de Imo. & Domi. Mar. ex his, quæ dicta fuerunt, fal. 24. Sed aduerte, quia quidam volunt quòd illud sit, quia proceditur ibi per viam inquisitionis, de quo dixi fallen. 12. Alij dicunt quod est ex eo, quia proceditur per viam denunciationis. Alij verò, quia ibi imploratur iudicis officiũ, per ea quæ statim dicam. fallen. 35. & de varijs intelligibilib. d. c. ad nostram, dicam latius ibi.

¶ Vigesimooctauò fallit in casu l. 2. C. fi. regun. secundum Glo. hic in versi. item cum agitur. fi. reg. & ratio est, secundum Barto. in d. l. 3. quia ibi nõ potest prouideri actori per remediũ missionis in possessionem. quam opin. reprobaui supra, fal. 23. vnde Dom. Anton. & Ioan. de Imo. & D. M. hic dicunt, quòd ratio descendit ex his, quæ dixi supra, fallen. 24. sed Glo. in d. l. 3. & Cyn. ibi, in 3. quæstio. & Bal. in penult. quæstio. reprobat hanc fallentiam dicentes, quòd aut pars abest ante litis contestationem, & tunc etiam in causa fin. regun. non proceditur ad sententiam diffinitiuam lite non contest. aut ambę post lit. contesta. & tunc proceditur secundum formã & modum l. properandum. §. prima & secunda, C. de iudi.

¶ Vigesimononò fallit in casu l. pe. §. cũ autem, C. ad Trebel. quem casum ponit Glo. hic, in ver. itẽ in Trebellianica restitutio. & ratione descendit ex his quæ dixi supra, fallen. 24. Dom. Anto. & D. M. & Io. de Imola. Sed aduerte, quia ista fal. procedit secundum primum intellectum Glo. & Docto. ibi positum, secundum quem si fideicom. vniuersalis petit restitutionem ex Treb. & aduersarius sit contumax, fertur sententia diffinitiua li. non contesta. sed secundum alium modum practicandi, quem ponit ibi Glo. ista fal. non procedit: nam secũdum prædictum modum, & melius, secundum Bart. ibi, non fertur sententia diffinitiua: sed iudex facit redigi in actis, qualiter, pro quo, & ad cuius petitionem hæres vocatus est: & secundum hoc absque aliqua pronunciatione trãsibunt vtiles actiones au toritate illius §. cum autem. secundum Glo. Barto. Bald. & Pau. de Cast. & posito, secundum primum intellectum, quòd iudex pronũciaret hæreditatem restituendam, vel pro restituta habendam: talis sen tentia non est diffinitiua, sed interlocutoria, secun dum Bald. ibi.

¶ Trigesimò fallit in casu cap. sanè. el 2. 24. q. 2. vbi etiam post mortem inquiritur de hæresi sine lit. contest. quia non persona, cum qua lis contestatur, secundum Glo. hic. Item in causa hæresis, & sequuntur Docto.

¶ Trigesimoprimò fallit generaliter, vbi actori vel reo nullum cõpeteret remedium: nisi recipiantur testes, & perueniatur ad diffinitiuam, per ea quę dicit D. M. in c. tuæ. supra eo. quæ dixi, supra fallen. 24. facit quod no. Bald. in authen. qui semel. C. quo modo & quando iudex. quod procedit, nisi fortè essemus in casu, in quo subueniretur actori propter inopiam aduersarij, secundum aliquos, qui alleg. Bal. in d. authen. qui semel. quod dictum satis placet: sed tamẽ in commentarijs meis ipsius Bal. ego non habeo illud dictum.

¶ Trigesimosecundò fallit, vbi causa est merè spiritualis, & tractatur sine alicuius incommodo: quia tunc non est necessaria litis contest. secundum Innoc. hic per tex. in d. c. sanè. 24. q. 2. & sequuntur Ioan. And. Dom. Anton. & D. M. & communiter Docto. hic.

¶ Trigesimotertiò fallit, quando reperitur libellus diffamatorius: nec reperitur quis fecerit, vt l. 1. C. de famo. lib. secundum Io. de Imo. hic.

¶ Trigesimoquartò fallit, si in libello non concludit ad aliquid dandum vel faciendum ab aduersario, secũdum Cyn. in l. consentaneum. C. quomodo & quando iud. licèt aliqui non habeãt illam additionem Cy. & idem Bal. in authen. qui semel. C. quomodo & quando iud. no. aliquid in d. authen. omnes. C. si vt se ab hære. absti. & ad prædicta vide quæ dicam in seq. fal.

31 ¶ † Trigesimoquintò fallit, quando imploratur officium iudi. no. Glo. in rub. ff. de interrog. act. Sed in contrarium videtur tex. in c. 2. sup. de offi. iudi. & ideo Bar. reprehendit illam Glo. de qua materia aliquid per Barto. in d. rub. in l. 1. in princ. ff. de eden. & l. 2. §. dies. ff. quis ordo in bon. possess. seruetur. & latius in l. ne quicquam. ff. de officio procon. & leg. per Iaco. But. in l. 1. ff. de inter. act. per Spec. in titu. de offic. iud. §. 1. & in titu. de lit. contesta. §. nunc videndum. & aduerte, quia Docto. commiscent materiam lib. & li. contesta. & merito: quia quantum ad istos terminos, eadẽ ratio videtur regulare vtrũque. Ego dixi in c. 1. de lib. oblat. in 5. arti. quæstio. 63. & ibi remisi. Sed nunc distingue, quòd aut quæritur de offic. iud. quod exercetur proprio motu ad nullius petitionem, vt cũ iudex generaliter, vt purget prouinciam, vel ciuitatẽ malis hominibus, vel in Ecclesia super capite & membris, vel etiam specialiter. & dic vt dixi in c. qualiter, el 2. inf. de accus. artic. 11. quæst. 80. Aut iudex exercet officiũ suum parte implorante: & subdistingue, quòd aut imploratur super negotio iam liquidato, & non est necessaria lit. contesta. sicut nec libel. obl. vt puta, quãdo iud. officium imploratur pro executione seruanda, vt no. Barto. l. intra dies. ff. de re iudi. aut imploratur super negotio nondum liquidato. & tunc aut imploratur reuocatione attentatorum li. pen. non exigitur lib. nec li. contesta. quia de plano fienda est li. contesta. vt voluit Io. Andr. post Hostien. in cap. 1. infra vt li. pen. dicam inf. Aut aliter imploratur offic. iudic. nobile, & tunc, aut petitur aliquid dari vel fieri per partem, & à certa persona: aut ab certa, aut à nulla. primo casu exigitur libel. & lit. cõtest. vt

ADDITIO.

a *¶ Et ibi videas Anto. de But. qui ponit de singularitate casus d. authen. qui semel. C. quomodo & quando index.*

vt in c.2. supra de offic. iudic. & l. Papin. §. fin. & l. in causæ. §. causa cognita. ff. de mino. facit c. ad nostrã. inf. de re. eccle. non alie. vnde quando imploratur offic. iudic. pro habendo salario, offerri debet lib. & lis contesta. secundum Barto. in d. §. vbi decretum. & l. 1. in princ. ff. de eden. & idem tenet ibi But. ꝙ tamen limita, nisi imploretur super causa summaria: vt puta super alimenta, quę petuntur præstari offic. iud. nobili liberis à parentibus: vel econtra: nam eo modo exigitur lib. nec lit. contest. cum talia sum mariè expediantur, vt l. si quis à liberis. §. si vel parens. ff. de lib. agno. & l. pen. ff. de his, qui sunt sui, vel alie. iur. idem etiam videtur velle Dom. Anton. quando causa esset modicæ quantitatis, per no. in authent. nisi breuiores. C. de sent. idem voluit Bar. in l. 1. §. fi. ff. de var. & extraord. cog. Et aduerte: quia loquitur Dom. Anton. etiam quando peteretur restit. in integ. vnde dicit Io. de Imo. quòd Do. Ant. non rectè loquitur: quia restit. in integ. non datur pro modico, vt l. scio. ff. de restit. in integ. sed tu dic quòd Dom. Anton. considerauit qualitatem causę, si esset de paruo præiudicio, qualiscunque causa esset: aut per officiũ iudi. nobile non petitur aliquid dari, vel fieri per partem: sed princ. concluditur iudici, vt aliquid faciat. vt quando petitur resti. in integ. & tunc dicit Bart. in illo §. vbi decretum. quòd exigitur plena causæ cognitio ex parte petentis, prout est quando petitur restit. in integ. & tunc exigitur lit. contest. sicut lib. ita no. Barto. in d. cap. 2. de offic. iudi. per illum tex. Sed aduerte, secundum Io. de Imo. quia etiam quando petitur rest. in integ. potest peti aliquid dari vel fieri per partem: vt si non fuit læsus in contractu: etiam erga traditionem rei: nam tunc imploratur offi. iud. vt detur restit. in integr. & cogatur pars tradere secundum ea quæ habentur in l. qui proprio. §. item quæritur. ff. de procura. & etiam superius tetigi, & exigitur lib. & li. cõtesta. quia tunc succedit loco actionis. & idem facit no. Glo. in l. 1. in prin. ff. de eden. tenet But. in d. l. 1. ff. de interrog. act. & Bald. post glo. in l. 1. §. deinde. ff. de postu. no. etiã quòd licet imploretur offic. iud. sed nil apertè petitur, vt puta, quia læsio fuit in solo contractu, & etiam exigitur li. contesta. si restitu. petitur contra certam personam: quia tũc officium succedit loco actionis: cum prin. imploretur. per d. c. 2. supra de offic. iudi. quod simpliciter loquitur. & idem sentit But. in l. 1. & ita etiam potest intelligi dictum Barto. in d. §. vbi decretum. Si verò iudicis officium imploratur cõtra personam incertam: vt puta, si minor petit restitui aduersus adhibitam hæredi. & tunc non est necessaria lit. contesta. cum voluit Glo. in d. cap. 2. & no. in d. §. deinde. dixi sup. fallen. 24. & ideo si alicui sit factum furtum, & ignoratur per quẽ: potest ipse implorare à Prælato, seu à sacerdote parochiali, implorãdo officium suum, vt excommunicent furem incertum. vt capi. Si sacerdos. supra de offic. ordi. nec exigitur li. contesta. & idem dicendum contra personam incertam, qua famosum libellum composuit. 5. quæst. 6. cap. quidam. vel quando Episcopus ratione impotentiæ petit dari sibi coadiutorem, vt cap. ex parte. infra de cle. ægro. & cãsi. de cleri. ægro. in 6. & idem & fortius si iud. officium imploretur contra nullam personã: quia tunc non est necessaria li. contesta. vt puta, si infamis, qui non potest testari: vel non postularet, nisi pro certis personis, petat se restitui ad famam. vt l. 1. §. de qua re. ff. de postu. & 3. quæst. 4. §. Titia. & generaliter quando aliquid petitur quod prodest petenti, & nemini nocet. C. de prec. Impe. offe. in l. vniuersa. canonizata 25. quæstio. 2. vnde si imploratur officium iud. nobile, vt detur tutor, vel vt interponatur decre. super alienatione rei minoris: non est necessaria lit. contesta. secundum But. in d. l. 1. ff. de interrogat. act. & Bart. in d. l. ne quicquam. §. vbi decretum. ff. de offi. proconf. & leg. quia hoc casu, officium non succedit loco actionis, vt de se patet. & sic videtur concludendum quòd vbi iudi. officium non succedit loco actionis: nõ sit necessaria li. contesta. aliàs secus. & idem tenet Ioan. de Imo. in d. c. 2. de offic. iudi.

32 ¶ † Trigesimosextò fallit, quando causa indigeret celeritate, vt quia actio esset tempore peritura nisi lis contesta. vel nisi ferretur sententia: vt puta, si ad interruptionem præscriptionis esset necessaria li. contesta. vel si non sufficeret li. contest. sed etiam exigeretur sententia. ad quod vide quod dixi in c. 1. supra ti. 1. in 7. prin. art. ver. tertium remedium. sed ibi circa prædicta moueo no. quæst. & vide quod dixi in c. 1. supra de lib. ob. art. 5. fal. 34.

33 ¶ † Trigesimoseptimò fallit, quãdo is cui debentur vsuræ non põt agere, obstante iuramento: quia iurauit vsuras non repetere, vt c. ad nostram. el 2. de iureiur. tenet Glo. nostra in versicu. item vbi actor. & sequuntur Docto. & dicit hic Dom. Antonius, quòd ratio est, quia tunc iudex supplet ex officio, & ideo non exigitur li. contestatio. quia causa non agitatur cum parte. facit quod dixi supra fallen. 34. & quod tetigi fallen. 35. & subdit. idem dicũt quidam, vt refert Innocentius, vbicunque quis iurat tale quid illicitum: vt puta, non petere rem subtractam Ecclesiæ, vel quid simile. cum enim sit eadem ratio: ergo idem ius in c. translator. supra de constitutione, & l. illud. ff. ad l. Aquil. & sequuntur Dom. Antonius, Zab. & Io. de Imo. facit 24. quæst. 4. cap. quid dicam.

34 ¶ † Trigesimooctauò fallit, cum minor ab hæreditate iudicis officio se abstinuit, vt in authen. si omnes. C. si vt se ab hæred. abstinuit in corpore vnde sumitur. & ratio descendit ex his quæ dixi supra fallen. 23. & fal. 24.

35 ¶ † Trigesimononò fallit in restitutione in integrum officio iudici, incidenter postulata. no. Glo. hic in versic. item cum in integrum. in c. 2. supra de offi. iudi. de quo latè dixi fal. 34.

36 ¶ † Quadragesimò fallit in petitione legati fidei commis. vt dicit hic Glo. in versi. item in petitione. per l. 2. C. de vsu. & fruct. leg. subdit tamen hic Glo. quod ex eo quòd ille tex. dicit, post litis cõtestationem, ꝙ ille casus non deberet excipi a regula. sed tu dic quòd ille tex. procedit etiam ante li. contesta. si pars antea fuit in mora. vt dicit ibi Glo. vnde quando agitur super declaratione, vtrum immineat falcidia vel non: & pars aduersa abest ante li. contesta. dicit ibi tex. quòd altera parte cessante, partibus suis iudex fungatur. & sic procedit lite non contesta. ad sententiam altera parte absente: vt ibi etiam vult Pau. de Castro.

37 ¶ † Quadragesimoprimò fallit in causa hæresis, quando

quando damnetur hæreticus post mortem. 24.q.2. c.sanè, el 2. & tenet Glo. hic. & qualiter tûc debeat ferri sententia, cû mortuus non videatur posse damnari Glo. est no. quæ reputatur singu. Instit. de hæredit. ab inte. §. per contrarium. vnde non debet iudex damnare eum, sed pronunciare illum fuisse hæreticum: & per hoc damnare eius memoriam. & sequitur hic Io. de Imo.

38 ¶ † Quadragesimosecundò fallit, cum ostenditur publicum commodum. C. de pœ. in l. ne diu. 3. quæst. 2. cap. quia ea. & propter hoc dicunt hic Do. Anton. & Dom. M. quòd regula superius posita in princip. istius secundi artic. regulariter fallit, quando ius agendi dirigitur ad commodum publicum: quia tunc iudex potest supplere ex officio. supra de elect. cum nobis. & d. cap. quia ea. & vide ad hæc quæ dicam infra.

39 ¶ † Quadragesimotertiò fallit in casu c. quamuis. de offic. ord. in 6. secundum Ioan. Andræam, & D. M. hic.

40 ¶ † Quadragesimoquartò fallit in casu cap. 1. de homi. in sexto. tenent hic Ioan. Andr. & Dom. Anton. & D. M.

41 ¶ † Quadragesimoquintò, fallit in alienatione facta à suspenso vel excommunicato de bonis Ecclesiæ, seu post inhibitionẽ seu interdictionem bonorum, vt in c. veritatis. inf. de dolo & contu. secundum Io. And. Dom. Ant. & D. M. hic.

42 ¶ † Quadragesimosextò fallit, si capit. contradicat alicui contractui celebrando per præla. vel Eccl. seu etiam si aliquis de capitulo contradicat ex causa rationabili: nam potest peti reuocatio per tales: etiam citra li. cõtest. per no. in c. 1. inf. de his quæ fi. à ma. par. cap. secũdum Inno. in c. cum olim. inf. de test. & sequuntur Do. Ant. Io. de Imo. & D. M. nam talis cõtractus videtur esse nullus, & per consequẽs potest peti declarari nullus: & quatenus de facto processit, de facto reuocari. facit quod no. in c. dilecto. inf. de appel. & quod no. Bar. in l. quæ sub conditione. §. fi. ff. de condi. instit.

43 ¶ † Quadragesimoseptimò fallit, quando proceditur contra clericum de maleficijs suis publicè se gloriantem. vt in c. quàm sit, inf. de except. præla. Io. And. Dom. Ant. & D. M. hic.

44 ¶ † Quadragesimooctauò fallit, quando quæritur de re iudi. transacta vel finita, secundum D. M. hic, qui remittit ad no. in c. 1. de li. contest. lib. 6. dicit idẽ esse in omnibus casibus, in quibus exceptiones perempto. opponerentur ante li. contest. ad ipsam li. contest. impediendam. de quibus latè dixi in c. 1. supra de li. contest. in 7. princ. art. versi. 3. excusatur per 7. q. prin. ibi positas.

45 ¶ † Quadragesimononò fallit, quando recipiuntur testes ad iudicem instruendum. inf. de appel. c. constitutus. infra de test. c. veniens, el 2. tenet Ioan. Andr. & D. M. hic.

46 ¶ † Quinquagesimò fallit, quando intentatur condictio ex l. diffamari. C. de inge. manu. quia tûc diffamatore non agente, proceditur ad sententiam silentij impositiuam: etiam li. non contesta. tex. est secundum vnum intel. vt refert ibi Innoc. in c. cum olim. inf. de testi. & etiam ponunt ibi Do. Ant. Io. de Imo. Dom. meus, & potest esse ratio: quia hoc casu, actori non succurritur contra cõtumacem per aliud remedium, quam per sententiam audientiæ denegatiuam, & silentij impositiuam. vide Glo. Bal. & Docto. in d. l. diffamari. & vide quod dixi fal. 23. & duabus sequentibus.

47 ¶ † Quinquagesimoprimò fallit in purgatione canonica, secundum Host. in sum. in ti. vt li. nõ contesta. versi. item in eo. & idem tenet Ioan. And. post Goffr. in c. insinuatum. infra de simo. & vide quod dixi in c. inter sollicitudines. infra de pur. cano. in 11. prin. art. q. 11.

48 ¶ † Quinquagesimosecundò fallit, cum agitur de dote restituẽda: quia potest perueniri ad sententiam li. non contest. quoniam actio de dote fortitur priuilegia causæ matrimonialis, secundum Glo. in l. 1. ff. sol. ma. ita tenet Zab. in Cle. 2. de iud. & vide quæ dixi supra in 7. fal. & seq.

49 ¶ † Quinquagesimotertiò fallit in causa liberali. C. de inge. ma. in l. diffamari. secundum Glo. nostrã in fi. & supra remisi fallit 23. & sequuntur hic Doct. & tenet Dom. meus in c. tuæ. supra eod. conceditur ergo hoc etiam fauore libertatis, & procedat li. non contesta. nam liberta. fauore multa specialia sunt cõcessa. ad idem l. 1. C. de asser. tollen. & l. cum verò. §. subuentum. & l. nec infantes. ff. de fideicommis. lib. faciunt quæ dicam in seq. idem Bal. in l. 1. C. de testi. & probatur in l. 3. ff. de lib. no. exhib. & l. diui. ff. de libe. causa. & l. iuxta. C. de libe. causa. vbi bonus tex. & dicit Bald. in d. l. 1. C. de testi. quod lib. causa, dicitur omnis causa in qua tractatur de statu non æstimabili: sed clarius dicit Azo in sum. in ti. de lib. causa. in prin. vbi dicit quòd liberalis causa dicitur, siue sit de seruitute libertatis, siue de seruitute libertinitatis, siue de libertinitate & ingenuitate, vt no. in d. l. iuxta. & l. igitur. §. si opera. ff. de lib. causa. & hoc verum si agatur de liberta. iam competente: secus si agatur ad liberta. competituram, vt quia petitur ex causa fideicom. vel simili causa. no. Azo. in d. loco & Glo. & Bald. in d. l. iuxta. & Bal. in l. 1. C. de testi. & adde quod dicam in seq. fallen.

50 ¶ † Quinquagesimoquartò fallit in causa status personæ vel Ecclesiæ: vt puta, in causa liberali, vt dixi in præced. & idem fortè per similitudinem, cum agitur de adscriptitia conditione, vt quia sit adscriptio seu cẽsitus, seu ordinarius colonus, vel similis, & ipse cõtendit se liberum: tales enim sunt similes seruis. C. de agric. & censi. l. ne diutius. lib. 11. tenet Azo. in sum. de libe. causa. in prin. & Glo. & Bal. in d. l. iuxta. & pro declaratione dictorũ terminorum vide quæ dixi in c. 2. infra de iudæ. & idem si agatur super statu Eccle. vel monachorum: quia proceditur li. nõ contest. altera parte absente, vt c. cũ olim. infra de testi. & ibi per Doct. & per no. per Inno. & Doct. in c. cum dilecta. inf. de confir. vti.

51 ¶ † Quinquagesimoquintò fallit, vbi agit pro vẽdicando subiecto: quo casu, contra contumacem proceditur etiam ad sentẽtiam diffi. li. non contest. secundum Gul. & Bar. in l. 2. C. vbi quis de curiali, vel cohortali. licet Glo. ibi aliter sentiat. sed Bal. ibi dicit, quòd verior est opi. Gul.

52 ¶ † Quinquagesimosextò fallit, vbi agitur pro tributo soluendo, seu publicis functionibus: quia potest contra contumacem procedi li. non contest. per tex. in d. l. 2. qui dicit quòd contra tales tãquam contra contumaces, sententiam proferendam: sed

appel.

appel. sentētiæ in dubio venit diffinitiua, vt l. quod iussit. ff. de re iu. & latè dixi, infra de re iudi. in Rub. & hanc op. tenent ibi Gul. de Cu. & Bar. licet Glos. ibi aliter sentiat: sed Bal. ibi tenet præced. opi. quia contra tales proceditur offi. iud. facit quod dixi fal. 33. & idem dicunt ibi Gul. Bar. & Bald. vbicunque quis pro publico debito conuenitur per tex. in d. l. 2. qui dicit, functionibus, & debitis publicis. facit quod dixi fallen. 41.

53 ¶ † Quinquagesimoseptimò fallit in declaratione sententiæ excommunicationis, late à canone ēt si petatur declaratio officio iudicis contra certā personam præsentem, vt denuncietur, excommunicatus & denunciatus videtur: quia etiam tunc proceditur non cōtest. ad hoc allegat. d. Aegidius no. per Glo. in Clem. 1. in fi. de pe. idem tamen Aegidius & Dom. de Rot. decis. 341. tenent contra, per no. in c. 2. offic. iud. & per la. But. Cy. & Doct. in auth. si omnes. C. si vt se ab hære. absti. ad quod vide quod dixi supra fal. 23. 24. 25.

54 ¶ † Quinquagesimooctauò fallit, quādo agitur de periculo animæ. quo casu contra absentem procedi potest li. non contest. ita concludit Lap. alleg. 10. pro quo faciunt quæ dixi supra de causa matrimoniali & beneficiali, fal. 8. & 11. & de causa indigente celeritate, fallen. 36. & quia si ad commodum publi. potest procedi lit. non contesta. vt dixi fallen. 41. fortius debet hoc admitti in fauorem animæ.

55 ¶ † Quinquagesimononò fallit, vbi ex forma statuti potest peti dictū cassari: nisi fuerit postulatum insinuari intra certum tempus: quia hoc casu potest peti insinuatio absque lit. contest. secundū Bal. in l. 1. in prin. C. de li. contesta. quinimo potest peti etiam non citata parte, secundum aliquos. Alij dicunt quòd tutius est citare: sed non est nostra materia: sed dicam in ti. de dila. & ad materiam vide quę dicam in seq. fal.

56 ¶ † Sexagesimò fallit in causa innouationis priuilegiorum seu instrumentorum: in qua non exigitur li. contest. per tex. in c. cum dilecta. infra de confir. vti. & ratio est, secundum Dom. Anton. ibi, quia cum innouatio priuile. seu instrumētorum fiat saluo iure aliorum: non videtur agi de graui præiudicio: & ideo hæc quæstio non videtur plenariè discuti: sed in iudicio summario, & per consequens li. contesta. non est necessaria. ad quod vide quod dixi fal. 18. & 22. & quod dicam in duabus seq. fal. & ideo si opponeretur excep. de qua posset incontinenti cōstare: licet impediatur innouatio. donec de illa incontinenti discutiatur: non tamen necessaria est li. contest. sed si requireret altiorem indaginem, fieret innouatio, & reseruaretur talis exceptio in plenario iudicio, secundum Dom. Ant. & sequitur Ioan. de Imo. & D. M. in d. cap. cum dilecta. alij vero volunt quòd in d. cap. cum dilecta, lis fuerit contesta. alij verò aliter intelligunt. de quo dicam latius infra.

57 ¶ † Sexagesimoprimò fallit, in causis breuibus & modici præiudicij. hoc tenet Specu. in titu. de li. contesta. §. pe. ver. quid de breuibus. & no. in auth. nisi breuiores. C. de senten. & vide quod dixi sup. fal. 18. 22. aliquid in fal. præcedenti. facit quod dicetur in fal. seq.

58 ¶ † Sexagesimosecundò fal. interdictis seu iudicijs possessorijs: in quibus non exigitur li. contest. secundum Gul. de Cu. in l. omnes. ff. de in integ. resti. quam opi. Guli. probat multis medijs.

¶ Primò, quia causa possessionis est momētanea & vilis, & parui præiudicij, & per consequens summaria cognitio sufficit, & sic non exigitur li. cōtest. vt dixi in præced. fal. & vltra Gul. probatur ꝙ hæc causa videtur alterius causæ maioris præparatoria: hoc est rei vendicationis, vt l. is qui destinauit. ff. de rei vendic. ergo summaria, & sic non videtur exigi ordo iudicij, vt l. 3. §. sciendum. & l. thesaurus. ff. ad exhi. & l. de submersis. C. de naufr. lib. 11. facit quod statim dicam de præparatorijs.

¶ Secundò mouetur Gul. quia possessio perditur ex negligētia, vt l. sin tū. §. 1. & ibi no. ff. de vsuca. Insti. de interdic. §. quod autem. ergo multo fortius ex cōtumacia est pręponderatio culpę. ff. ad l. Aqui. in l. item si obstetrix.

¶ Tertiò probat, quia sententia lata super possessorio, æquiparatur sententiæ latæ super secunda appellatione: quia sicut non licet tertiò prouocare: ita non licet appellare à sentētia lata super possessorio: sed sententia in causa appellat. potest dari li. nō contesta. vt l. fi. §. illud. C. de temporis appel. de quo dicam statim.

¶ Quartò mouetur, quia in possessorio proceditur etiam cum non legitima persona, vt l. momentaneæ. C. qui legitimam personam. ergo cum effectus vnius requisiti non vitiet: ergo nec omisio contesta. lit. & pro hoc dicto facit. quia & seruus potest hoc implorare, seu intentare, vt l. 1. C. si per vim vel alio modo. ergo non requiritur vera forma iudicij, vt l. 3. §. primo. & l. seruus. ff. de bon. posses. & sic nec lit. contesta.

¶ Quintò probat Guli. quia in petitorio contra reum contumacem fit missio in posses. transfertur possessio: licet ad hoc principaliter non agatur: ergo multo fortius si ad hoc principaliter agitur.

¶ Sextò mouetur: quia in cōtumacia partis procedit ad dominij translationem, vt l. si finita. §. Iulianus. & l. prætoris officio. in prin. ff. de dam. infec. ergo multo fortius ad translationem pos.

¶ Septimò in possessorio adipiscēdæ. probat per casum l. fi. C. de edic. diui Adri. tollen.

¶ Octauò in posses. recuperandę. probat: quia si licet mihi cōgregare amicos, & mea authoritate recuperare possessorio, vt l. 3. §. cū igitur. ff. de vi & vi arma. ergo multo fortius debet esse licita recuperatio iud. autho. etiam sine li. contesta. pro quo etiam facit vltra Guli. quia si prætor sine ordine iudiciorum aliquem spoliauit: sicut fuit facilis in spoliando, debet esse celer in restituendo. arg. ff. de euict. l. minor. in princ. & l. si cum nulla. ff. de re iudi. item facit: quia ex quo in posses. recuperandæ spoliatus est illico restituendus, vt dicam infra de resti. spol. ergo &c. & hanc opin. in pos. recuperandæ, tenuit Guli. & refert Archi. 3. q. 5. in summa. dicens quod propter contumaciam potest procedi ad sentētiam & restitutionem. per c. ex literis. de pig. & est speciale in odium spoliantium, & in fauorē spoliatorum. & hanc sententiam videtur sequi Hostien. facit l. momentaneæ. C. vnde vi. vbi dicit tex. quòd talis pos. mox tractari debet.

¶ Nonò

¶ Nonò probat Guli. etiã possess. retinendæ: nam possess. retinendæ sunt duplicia, & in eis quilibet est actor & reus, vt l. 2. in princip. ff. de interdictis. & l. si duo. §. 1. ff. vti possess. & tamen altero absente, potest ferri diffinitiua. C. quomodo & quando iudex, authen. qui semel. ergo, &c. & pro hoc ar. Guli. etiam facit vltra eum, quia si licitũ est in hoc interdicto recuperandæ possessionis, vt dixi in præceden. ar. ergo fortius debet esse licitum in possess. retinendæ: cum facilior sit retẽtio, quàm recuperatio. l. de procu. ff. de procura. per procura. non semper, secundum Bal. in q. accusatus de vi turbatiua. ad quod allega. etiam ibi Bald. quia interdicto vti possi. duo sunt substantialia: vnum ex parte agentis, quod est possesso. & sic causa actiua: aliud ex parte conuenti. scilicet turbatio, quæ est causa passiua. Primum probatur, quoniam per actorem sine ordine iudiciorum dum possess. vult fungi præcisè partibus rei. ff. de lib. causa. l. liberis. §. fin. nam officio iudi. recipiuntur poss. probationes extra ordinem, & absque lib. & li. contestatione, secundum Antonium Graf. de Pisis. Secundum verò, scilicet turbatio, apparet iudici notoriè: quia eo ipso quod reus negat agentem possidere, turbat eum: quia turbare aliquem in possess. est obscurum facere possess. vt no. Glo. magna in l. extat. ff. quod metus causa. cum igitur nec possess. per se, nec notorium indigeant ordine iudiciorum: ergo de necessitate non est litis contest. requirenda. Vlterius confirmatur: quia possess. de facto potest expellere aduersarium, vt l. 1. §. interdictum autem. ff. vti possi. in Glo. magna. ergo fortius per iudicem. sicut ergo pars põt, ita & iudex qui repræsentat partem, secundum Iac. But. in l. ne quicquam. §. vbi decretum. ff. de officio proconsu. & ideo aliqui voluerunt, quòd ille qui putat se obtenturum in pos. retinendæ, securè potest expellere aduersarium. sed præfatus Dominus Antonius de ipsis tenent contrarium, per l. 1. §. si quis propter. vers. sed si per vim. ff. de iti. actuque priuato. quia impeditus facto aduersarij non videtur à possessione sua exclusus, secundum eum, facit quod no. Glo. fi. in l. si abducta. C. de fur.

¶ Decimò & vltimò probatur opin. Gul. quia in causa resti. in integ. contest. lis, vt l. in causæ. §. causa cogn. ff. de mino. ergo minus debet requiri lit. contesta. in pos. & pro prædicta opi. Gul. facit supra de offic. delega. cap. consultationi. & l. 3. §. pe. ff. de lib. ho. exhib. iuncta Glo. vbi idem videtur probare in interdicto exhibitorio, vbi tex. vult tale interdictũ etiam in absentem irrogan. ergo videtur quòd non sit necessaria li. contesta. Sed cõtrariam sententiam vel opi. ꝙ necessaria sit li. contest. tenet Glo. fin. in l. fi. C. si per vim vel alio modo. & latius eandem opi. prosequitur Bar. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. poss. in 3. quæstio. princ. vbi distinguit quòd aut iudicium possess. non dirigitur contra certam personam, & non requiritur li. contest. vt l. fin. C. de edic. diui Adri. tol. aut dirigitur contra certam personam, & tunc regula est quòd requiritur li. contesta. & hoc probatur in iudicio retinendæ poss. per tex. Instit. de interdictis. §. hodie. vbi dicitur, quòd inspicitur tempus li. contesta. ad quod debet se referre probatio actoris, vt cap. Abbate. de re iudi. lib. 6. mouetur etiam per tex. in l. 1. §. annum. ff. de iti. actuq; priua. & quod ibi no. & per l. 1. in fi. ff. vtrobi. & quod ibi no. & per no. in d. l. fin. C. si per vim vel alio modo. & istud argum. videtur etiã sentire Glo. in l. si de fundo. ff. de vi & vi arma. Item ẽt in interdictis exhibi. idem videtur dicẽdum, vt no. in l. locum. §. si tabulæ. & ibi Glo. super ver. detinetur. ff. de tabu. exhib. ista tamen regula fallit, secundum Bar. in interdicto Carbo. ibi enim licet missus constituatur pos. vt no. ff. de Carb. edi. l. 3. §. missum. eo quòd illud iudicium tractatur summariè, vt l. 3. §. causæ. eod. titu. non videtur requiri li. contesta. & ratio potest esse duplex. Prima, fauore pupilli, vt l. 1. §. & generaliter. ff. de ventre in pos. mit. Secundò quia dictę pos. commodum sine aliquo iudicio perditur adueniente pubertate, nisi caueatur, vt l. de bonis. §. fi. ff. de Car. sed subdit etiã Bar. quod illud quod dicit Guliel. quòd reo contumace perueniatur ad diffinitiuam sententiam li. non cõtest. est primò contra. l. 3. §. penul. ff. de libe. hom. exhib. & quãuis Gul. respondeat quòd ibi ratio est, quia non potuit haberi possess. rei petitæ quod liber hom. exhibeatur: tamen istud nil est: quia imo poterat haberi illud quod per interdictũ petebatur, scilicet ꝙ liber homo exhiberetur & dimitteretur: nisi diceres liberum hominem ibi non apparere: sed istud est diuinare, & est contra gl. d. l. fin. C. si per vim vel alio modo. Itẽ est contra id quod no. ff. de no. ope. nun. in l. si prius. in gl. fi. quę est additio. & quod no. per Azon. in summa in ti. vti poss. in fi. & per Cy. in l. 1. in fi. C. vti possi. qui dicunt, quod reo possidente transfertur in eum onus probandi: non autem peruenitur ad diffinitiuam: quia Bar. concludit tenendum esse quòd in possess. ad hoc vt possit perueniri ad diffinitiuam quòd necessaria sit li. cõtest. Ad argumenta autem & fundamenta Gul. allega. sup. in cõtrarium, respondet Bar. Et primò, ad primum respondet, quod non est verum quod causa possess. sit vtilis, vt no. in l. 1. in fi. princ. glo. C. de momenta. pos. & ad id quod ego subiunxi in primo ar. quod possess. videtur maioris iudicij, videlicet petitorij præparatorium, &c. dico quod hoc negatur: quia possess. non est præparatorium ad petitorium. idem consilium est iureconsulti in d. l. is qui destinatit. ff. de rei vendi. quod potius quis agat pos. quàm petitorio: quia facilius poterit obtinere: & obtinendo possessor. expirat petito. quia possidenti non competit rei vendicatio, vt in c. examinata. supra de iudi. & ibi dixi in 7. no.

¶ Non ob. 2. arg. quia ibi magis perditur possess. ex obliuione, quæ inducit depositionẽ animo possidendi: quàm ex negligentia, vt ibi no. quæ ratio cessat hic: quia licet quis sit contumax in iudicio: non propterea videtur deserere possess. aut animum possidendi, vt l. sciendum. §. si fundum. ff. qui satisda. cogan.

¶ Non ob. 3. arg. quia ideo tunc non contest. lis in causa appel. quia cont. fuit in causa prin. ad quã lit. contesta. ea quæ postea aguntur, & attentatur in causa appellat. reducuntur. & vide ad hoc quod statim dicam.

¶ Non obst. 4. arg. quia non sequitur, potest interuenire persona non legitima: ergo non requiritur li. contesta. quia non est bona consequentia. ista causa habet vnũ speciale: ergo debet habere aliud:

quinimo debet potius cōcludere in opposi. ne duo specialia concurrant circa idem, contra l.1. C. de do tis promissio.

¶ Non obst. 5. argum. quia illa possessio ideo de facili conceditur: quia de facili recuperatur intra annum, vt l. si quis emptionis. §. penult. C. de præscript. 30. vel 40. ann. sicut dixi supra de interdicto Car. in op. Barto. dicam latius in materia primi decreti in ti. de eo qui mit. in possess. causa rei seruan. Nec ob. 5. articu. quòd primum decretum post annum pariat magnum præiudicium: quia illud est ratione nimiæ contumaciæ, propter quam interponitur secundum decretum, vt dicam in sequen. solutio.

¶ Non obst. 6. argum. quòd in contumacia partis procedatur ad dominij translationem per secūdum decretū, &c. quia illud procedit ratione nimiæ con tumaciæ conuenti: quia patitur contra se interponi primum & secundum decretū, & ad hoc, vt actori prouideatur, ne omnino frustretur intentione sua, ratione contumaciæ ipsius rei. facit quod dixi supra fallen. 23. & sequen. & idem etiā esset in possessorio, in quo opponerentur primum & secundum decretum.

¶ Non obst. 7. argu. quia illud possessorium non intentatur contra certam personam, qui sit legitimus contradictor. facit quod dixi supra in op. Bar. & quod etiam dixi, fal. 24.

¶ Non obst. 8. argu. quia respondeo, quòd illud permittitur parti immediatè, & incontinenti, quan do constat sibi se esse expulsum, & etiam permitteretur iudici, quando sibi liqueret: secus si non liquet, vt l. hoc autem. ff. quibus ex cau. in possess. ea. sed liquere iudici non potest, nisi vtraque parte prę sente, vt l. fin. C. si per vim vel alio modo. Nec ob. l. nomen. C. vnde vi. quam sup. allega. pro fortificatione dicti 8. ar. q. 1. dum tex. dicit ibi, mox debeat tractari, seu audiri. debet intelligi. scilicet, summariè: facta tamen li. contest. per iura & authoritates supra, pro hac parte alleg. nec ex eo ꝙ iudicium sit summarium, debet omitti li. contesta. vt l. tigni. §. 1. iuncta l. 3. §. ibidem. ff. ad exhib. ita dicit Io. de Imo. in d. l. naturaliter. §. nihil cōmune. ff. de acq. poss. ad quod vide quod dixi sup. fal. 18. & quod in possessorio recuperandæ requiratur li. cōtest. vt sentit Host. & Io. And. in c. consultationibus. sup. de offi. deleg. inquantum volunt quòd in casu illo speciale sit ꝙ non requiratur li. contest. quatuor concurrentibus, vt dicam inf. in solutione illius c. & quare secūdum decretum interponitur lite non contest. & rest. spo. requirit regulariter lit. contesta. quod videtur esse non debere: cum sit fauorabilis, dicam statim in alia fallen.

¶ Non ob. 9. arg. quia licet in possess. recuperandæ vterque dicatur actor & reus: tamen hic effungitur partibus actoris quantum ad hoc qui primò ad iudiciū prouocauit, vt l. in tribus. ff. de iud. quod ostenditur ratione. li. contest. habet duo extrema scilicet, assertionem actoris, & negationem rei, vt dixi supra ti. 1. in rub. modo ergo statim ꝙ actor proponit libel. asserit, & sic lis ex parte sui est quasi cōtest. & ista ratione ius voluit quòd eo absente posset fieri diffinitiua, secundū Pet. in l. edita. ff. de eden. q. 7. & ideo authen. qui semel. C. quomodo & quando iud. in istis duplicibus iudicijs solùm habet locum in eo qui ad iudicium prouocauit dando lib. secundum Pe. quem sequitur Bar. in d. §. nihil commune. sed Bal. in d. q. quæ incipit, accusatus de vi turbatiua, dicit ꝙ hoc est falsum, quia inter obla. lib. & lit. contest. est maximum interuallum, & quia reus interim habet exceptionem declinatoriam, & actor replicationem contra declinatoriam exceptionem. l. quoniam Alexandrum. C. de adul. quam non haberet si diceretur quo ad se lis contest. ar. l. fin. C. de excep. & c. inter monasterium. inf. de re iu. de quo latius dicam in ti. de except.

¶ Non ob. 10. arg. quia nō est simpliciter verum quòd in causa restit. in integ. non requiratur li. contesta. vt latè dixi supra fal. 35. non ob. c. consultationibus. supra de offic. deleg. quia vt ibi dixi post doc. ille tex. habet 5. intellectus, & secundum 5. & vlt. intellectum quem ponit Host. qui mihi magis placet, licet non placeat Do. meo, ille tex. ponit casum specialem quando quatuor concurrunt, videlicet delictum & odium violenti, seu spoliatoris fauore spoliati seu restitutionis fiendæ: cōtumacia citati & dubietas circa expirationem iurisdictionis. non ob. l. 3. §. pe. ff. de lib. ho. exhi. quia ille tex. potius facit per contrariū, & pro conclusione nostra dum tex. formaliter dicit, sed si non defendatur, scilicet, reus in bona eius eundum ait. vnde tex. ibi non dicit ꝙ procedatur ad sententiam. Bald. verò in d. q. quæ incipit, accusatus, distinguit ꝙ aut actor & reus tēpore li. contesta. sunt pręsentes, & debet lis contesta. nisi iudicium esset summarium de sua natura vniforme tam contra absentes, quam contra præsentes: & vlterius secundum quòd supra dixi, aut reus est præsens & actor contumax, & tunc habet locum authen. qui semel. C. quomodo & quando iud. dixi supra, fallen. 25. aut actor est præsens, & reus abest: aliquis tamen defendit reum, vel nominatur dominus in iudicio, & tunc habet locum quod traditur in auth. qua in prouincia. C. vbi de crimi. agi opor. sed malè, quia debet dicere in l. 1. & 2. C. vbi in rem actio. de quo dicemus inf. eo. in §. quòd si super rebus. aut nemo defendit reum: & tunc magis est dubium, secūdum Bal. qui ita distinguit ꝙ aut possessoriū est semiplenum & temporale, & non contestatur lis, vt l. 3. §. missum, ff. de Carb. edi. Aut est perpetuum. i. sine temporis præfinitione, & tūc aut requirit propriè probationem, & debet lis contest. exemplum ff. de interdictis. l. 2. §. quædam. quia causa est ordinaria & ardua. facit quod no. C. de iudic. l. iudices. Aut possessorium est nudum, & tunc aut petitoriū cum respōdet posses. est summariū, & possess. etiam summarium, vt no. in Cle. dispendiosam. de iudi. de quo dic vt statim dicam in 5. fallen. Si vero tale peti. est ordinarium: tūc refert an tale possessoriū expeditur officio iudicis, ita ꝙ non requirit altiorem indaginem, vel nō requirit certum aduersarium, & tunc lis cōtest. de necessitate, vt l. edicto. C. de edic. diui Adria. tol. quia ibi nō est certus aduersarius: aut expedit iure actionis, & tunc nō potest ferri diffinitiua li. nō contest. sed per interlocutoriā potest auferri poss. à reo & conferri actori per secundum decretū, prout dicam infra. Ego verò in hoc ar. satis intricato & difficili arbitror concludendum ꝙ regulariter in possessorio sit lis cōtestanda,

per

per ar. & authoritates superius allegat. per Barto. quam etiam opin. tenuerunt hic Gul. Naso, & Gof. & eam tenet Gof. in c. 2. supra eo. vbi bonus tex. secundum primum intellectum glo. 3. & ibi legi. in 6. no. & clarius tenet glo. antepe. ibi, & tenet ibi Dome. in glo. 2. & idem sentit Bar. in l. 1. C. de mo. pos. & est bonus tex. in l. interdictis. ff. de interdict. iunc. glo. quæ vult q inspicitur tempus li. contest. vt ex in de veniât fructus officio iudicis, per l. ædiles. §. item scien. de ædil. edic. & tenet Archid. 3. q. 1. c. redintegranda. vbi etiam sentit quòd in remedio illius canonis lis sit contesta. hæc tamen regula fallit in pluribus casibus, in quibus omnibus erit vera nostra prin. fallen. 62.

¶ Primò fallit, vbi possesso. non dirigitur contra certam personam, per ea quæ dixi in op. Bar.

¶ Secundò fallit in possess. quod datur ex interdicto Carboniano, secundum ea quæ dixi in pe. op. Barto.

¶ Tertiò fallit si in pos. actor esset absens, vt ibi dixi in op. Bal.

¶ Quartò fallit si possessorium est plene & temporale. dixi supra in dist. Bal.

¶ Quintò fallit si post peti. correspôdens possess. posset expediri sine li. contesta. quia tunc etiam poss. potest fortius expediri sine li. contest. secundum aliquos. Aliqui tamen tenent contra. ad quod vide quod dixi fal. 11. limit. 2. & hac ratione ad considerandum vtrum in possessorio procedi possit li. non contesta. debemus examinare & considerare omnes prin. fal. ad primam vsque ad 60. & omnes prin. fal. quas infra subijciam: quia si in peti. respectu casuum prædictarû fal. procedi potest li. nô contest. fortius poterit in possessorio, secundum prædictam opinionem.

¶ Sextò fallit in possesso. quod expeditur iudicis officio, secundum ea quæ dixi in distinctione Bal. sed tu dic vt dixi fal. 25.

¶ Septimò fallit si possesso. recuperandæ imploratur per viam attentati, vt no. gl. 1. aliàs 2. in cle. 2. vt li. pend. & ibi dixi. facit quod dicam infra.

¶ Octauò fallit si de facto iudex in alium trâstulit possessionem: quia de facto & sine li. contest. potest eam habere de manibus illius, & eam restituere spoliato: quia notorium est talem possessionê esse iniustam, secundum Ange. in l. fin. C. si per vim vel alio modo. & per no. in c. querelam. supra de elect. in gl. super ver. subtractam. facit glo. in l. minor, in prin. ff. de euict. quod tamen procedit si iudex vt iudex in alium de facto trâstulit possessionê, sed si extraiudicialiter hoc fecisset poss. illi acquisita nô posset ab eo auferri de facto. quod tamen intellige ex interuallo, secundum Ang. in d. l. fi.

¶ Nonò fallit in eo, qui in manibus superioris renunciauit beneficio cui potest superior sine aliqua causa possessionem offerre, secundum Innocen. in c. 3. in ti. inf. de rest. spol. & Ange. in d. l. fi. quia tunc dicitur suum officium exequi. facit quod statim dixi in 6. fal. & ex his habes expeditum hûc difficilem & intricatum artic. & ad materiam vide quæ dixi in c. 1. supra de libel. obl. ar. 5. fal. 53.

59 ¶ †Sexagesimotertiò fallit in vniuersalibus post diffinitiuâ, vt l. de hæred. C. de peti. hæred. vbi post pronunciationem victus opponit, & sequitur deductionê eius quod soluit creditoribus absque li. contesta. secundum Doct. hic. & sequitur Dom. meus qui alleg. l. 1. & l. hæreditas. C. de peti. hæred. sed parum faciunt. & vide quod dicam fal. 78.

60 ¶ †Sexagesimoquartò fallit in notorijs in quibus non exigitur li. contest. nisi ad cautelam, vt sup. de elect. c. bonæ. 1. §. licet etiam in criminibus. infra de accu. c. euidêtia. & per hoc Host. in c. cum olim. de re iudi. traditur latius per Doct. in c. fi. de cohab. cler. & mul. & per Salic. in repe. l. ea quidem. C. de accu. col. 34. & vide quod dixi in c. 1. de libel. obl. in 5. prin. art. fal. 16.

61 ¶ †Sexagesimoquintò fallit si creditor pactus est ut sua authoritate posset ingredi possesionem: quia ad illam admitteretur sine li. contesta. ad quod vide quod dixi in d. c. 1. sup. de libel. ob. ar. 5. fal. 29.

62 ¶ †Sexagesimosextò fallit si dominus vel alius qui posset propria autho. expellere colonû propter canonem non solutum vellet expellere autho. iudicis, vt dixi in c. 1. fal. 55. in 5. art.

63 ¶ †Sexagesimoseptimò fallit côtra sequestrum quem ad iudicis mandatum sine libello & lit. contest. tenetur restituere. vide quod dixi in d. c. 1. fal. 69. &c. non sunt alia hic dixi.

64 ¶ †Sexagesimooctauò fallit in exceptionib. tam dilatorijs, quàm peremptorijs, super quibus non esset fienda li. contesta. vt hic in glos. 2. & sequuntur Ioan. de Imo. Dom. Anton. & Dom. meus, & sentit glo. super ver. ex confessione. in fi. in cap. prudentiam. §. sexta. supra de offic. delega. sed aduerte: quia tex. ille videtur facere in contrarium, & gl. illa in princip. alleg. illum tex. in contrarium quòd exigatur lit. contesta. licet in fi. dicat quod si omittatur non vitiatur processus. & hanc opi. quod exigatur lit. contesta. videtur sentire glo. magna prope fin. in cap. primo, de lit. contestat. lib. 6. Hostien. in d. §. sexta. distinguit inter exceptionem quæ opponitur ante lit. contestat. & illam quæ opponuntur post.

¶ Primo casu dicitur quòd videtur necessaria li. contestat. cum aliàs non possint testes produci, per tex. & tit. nostrum. In secundo casu dicitur q non requiritur li. contesta. cum sufficiens sit fundamentum quæstionis facta in princ. Item quia aliàs quod tot essent li. contesta. quot exceptiones: fatetur tamê quod in neutro casu iudex sequeretur illam solennitatem quam requirit casus princ. Item quia aliàs non daretur finis litium, & quia in primo casu posset expedire propter prolixitatem occurrêtem. inf. de app. cap. interposita. §. fi. & quia iudex debet amputare dilationum materiam. C. de temp. appel. l. 2. in princ. & C. de iud. l. properandum. ibi ad fin. vnde dicit q iudex faciet vtroque casu responderi perempto. exceptionibus, ne proponens oneretur probatione superflua, & potest exigere iuramêtum de calumnia, vt c. 2. in fi. de iuram. calum. lib. 6. & sic dicit intelligenda no. per se in summa in titu. de except. §. & quando sub. §. super hoc. de dilatio. versic. quam si quis impetrauerit. & de hoc in Spe. in ti. de exceptio. §. viso. ver. sed nunquid iudex potest. & in titu. de li. contesta. §. penult. in princip. Sed Ioan. de Ligna. simpliciter tenet primam opin. quòd in excep. etiam propositis ante li. contesta. non exigatur li. contesta. sed sufficiat li. contesta. facta in princip.

& sequitur Zab. in d. §. sexta: mouetur, quia contest. concernit totam rationem, & singulas partes processus, & sufficit quòd non reperitur iure cautum, nisi de contestatione facienda. in princ. causę. Item vt dicit Bald. si pro exceptionibus fieret contest. diceretur etiam diffinitiuè ferri, & sic in eadem causa multæ ferrentur diffinitiuæ, quia esset absurdũ. Nec ob. tex. in d. §. sexta. inquantum allegatur in cõtrarium. nam licet confesio ibi facta per reum super prin. inducat contesta. quando fit ad ea quæ narrantur in libello, vt no. glo. in cap. dudum, el 2. sup. de electio. secus tamen est quando confesio emanat super exceptione. ad quod vide quod latius dixi in c. 1. sup. de lit. contesta. art. 8. quæstio. 12. & pro hac opin. facit cap. interposita. §. fin. in princ. inf. de appel. secundum Ioan. Andr. inquantum ibi probatur quòd simul cum ipsa exceptione potest probatio offerri. Nec ob. ille tex. in fi. qui alleg. in contrarium per d. glo. §. sexta. quia ille tex. debet intelligi, secundum alia iura, quæ dicunt de contestat. tantũ in princ. & sic vacat ibi à contrario sensu. Item tex. ille ex ratione ibi posita facit pro prima opin. in eo quòd ibi dicitur quòd ibi ideo non fit litis contest. quia ibi princ. articu. iniquitas prioris iudicis quasi dicat quòd vbi non agitur de princ. sed de argum. incidenti. & sic de excep. dilato. vel perempto. non exigitur litis contesta. ita concludit Zaba. in d. §. sexta. & ita tenet in d. c. interposita §. fin. & idem etiam tenet Ioan. de Imo. in d. §. sexta. & Dom. M. ibi qui mouetur ratione: quia licet contesta. fiat per petitionem in iure propositam, & responsionem secutam ad illam, vt in cap. 1. supra titu. 1. & ibi dixi in 8. princ. argum. cum ille qui excipit nihil petat, vt in cap. 2. inf. de ordin. cog. ideo per cognitionem, &c. Nec ob. ar. glo. in d. §. sexta. quòd confitendo uel negando se excommunicatum contestetur lis: quia hoc non est verum: quia per confesionem factam vel negationem ante lib. obl. vel factam, sed non ad libellum: non inducitur lit. contesta. de quo latius dixi in d. 8. artic. quæst. 12. maximè. fit ergo conclusio ꝙ super exceptionibus non est necessaria li. contesta. quod etiam tenet hic Io. de Imo. & Dom. M. & sentit Dom. M. supra in rubr. & vide quæ dixi in d. c. 1. supra tit. 1. artic. 8. q. 13. facit quod dicam in duabus seq. fal.

65 ¶ † Sexagesimonono fallit in sententijs interlocutoriis quæ possunt ferri lite non contesta. secundum Dom. M. hic, & doct. & tenet Dom. M. supra, in rubr. vbi ad hoc adducit rub. nostram: nam in rubro tantum dicitur, vt li. non contesta. procedatur ad diffinitiuam: ergo secus in interlocutoria. faciunt ea quæ dixi in præced. fal. & quæ dicam in sequen. fallen.

66 ¶ † Septuagesimò fallit in appel. ab interlocut. & sic cum agitur de iniquitate iud. respectu interlocutoriæ, vt in c. interposita. §. fi. inf. de appel. secundum glo. nostram. hic in versi. item cũ agitur de iniquitate. sentit gl. in l. cõsenta. C. quomodo & quando iud. & ratio est secundum D. An. hic quia sicut in cognitione incidentis vel emergẽtis quæstionis, & sententia super illis lata non exigitur li. contest. vt dixi in duabus pręcedentibus fal. ita nec hic. & vide quod latius dixi de hoc in c. per tuas. inf. de appella. quid autem si appel. à diffi. dicam fal. 79.

67 ¶ † Septuagesimoprimò fallit in pręcep. quod facit iudex in confessum, secundum formam l. si debitori. ff. de iudic. secundum Bal. ibi: quia non exigitur li. contesta. sed tu aduerte, quia hæc q. incidit in aliam q. vtrum per confesionem rei inducatur li. contest. & sic sit necessaria sententia, & quando. ad quod vide quod dixi in c. 1. de lit. contestat. articu. 8. quæst. 12.

68 ¶ † Septuagesimosecundò fallit in tertio comparente pro suo interesse post li. contesta. quia cum tali non est lis cõtest. nam tertius comparens pro suo interesse, debet assumere causam in eo statu in quo est, vt c. 2. vt li. pen. lib. 6. tetigi supra tit. prox. in rub. in 2. prin. art. prope fin.

69 ¶ † Septuagesimotertiò fallit quando reus conuentus rei vendi. interrogatus, an posideat negat se posidere, & probatur cõtra, propter ꝙ possesio debet ab eo auferri: quia ab eo non est necessaria lit. contesta. secundum Lap. alle. 64. in fi. simile dixi de lib. in c. 1. sup. de lib. obla. ar. fal. 56.

70 ¶ † Septuagesimoquartò fallit in sentẽtia decreti, vt de se patet. & vide quod dixi in c. 1. de lib. obl. in 5. arti. fal. 68. & quod dixi supra fallen. 69. quia talis est sententia interloc. item quia est modici præiudicij. ad quod facit supra fal. 61. & quod dixi fal. 62. ver. non ob. quintum.

71 ¶ † Septuagesimoquintò fallit in sentẽtia secundi decreti: & quia ista est interlocutoria, & ideo potest ferri li. contest. licet sit maioris præiudicij quam restitutio in possessorio: quæ tamen non fit li. non contesta. quia sententia illa restitutionis est diffin. quo ad pos. princ. deductam. & hoc tenet Io. And. Dom. M. & Docto. communiter c. consultationibus. sup. de offic. deleg. & vide quod dixi sup. fallen. 62. ver. non ob. sextum.

72 ¶ † Septuagesimoseptimò fallit in sententijs censuræ, secũdum Dom. An. & Do. M. hic. de qua materia latè dixi in c. perpendimus. inf. de senten. excommu. art. 10.

73 ¶ † Septuagesimooctauò fallit in sententijs quæ diffinitiuas sententias sequuntur, secundum Dom. Anto. & Dom. M. hic: quia tales ex quo non sunt diffinitiuæ, sunt interlocutoriæ, facit quod dixi supra fallen. 69.

74 ¶ † Septuagesimononò fallit in causa appella. diffin. vt in c. per tuas. inf. de appel. vbi Inno. dicit ꝙ est speciale priuilegium causæ appel. ꝙ non requiratur litis cõtest. ad idem l. fi. §. illud. C. de temp. appel. 30. vel 40. an. in l. cum nouisimi. §. fi. & C. de his qui ad eccle. confu. in l. præsenti. tenet Host. in summa in ti. vt lite nõ contest. versi. item in causa appel. In contrarium tamen facit tex. in c. Raynaldus. inf. de testam. ibi dum tex. dicit lite coram se legitimè contesta. & tex. in l. vna. C. ne liceat in vna causa tertio prouo. dum tex. dicit ibi, ante li. contest. vnde glo. in versi. contestata. in d. c. Raynaldus. dicit quòd quãdo proceditur contra præsentem in appella. diffin. necessaria est li. contesta. secus si contra absentẽ fuit lis contesta. in principali. & idem tenet Iacob. de Are. Cyn. Barto. & Ange. & communiter Legistæ in dicta l. prima. C. ne lic. in vna. & Barto. in l. ab hostibus. §. fin. ff. quibus ex cau. maio. & Ange. in d. l. fin. §. illud. C. de tempo. appellatio. & Bald. in authent. qui semel. C. quomodo & quando iudex, col.

col. 4. vers. adde quòd in causa appel. & Domi. de Rota decis. 59. in antiquis. sed ijdem Domi. de Rota decis. 8. dicunt, quòd si lis non fuit contestata in causa principali, debet cōtestari in causa appella. mouentur per tex. tamen d. c. per tuas. à contrario. Si verò fuit conte. in causa princip. tunc si proceditur contra absentem contumaciter, non est necessaria litis contesta. aliàs secus, per no. in d. l. 1. C. ne lic. in vna. Sed præfati Domi. de Rota decisio. 201. in antiquis, dicunt quod si lis fuit contest. in causa princi. non debet cōtestari in causa appella. & idem tenet decis. 330. in antiquis, & clarius in nouis decis. 738. & Archi. in cap. 2. de iuramen. calum. lib. 6. & traditur quòd Clemens Quartus ita mādauit seruari. & tenet Domi. Maria. hic. sed præfati Domi. de Rota decis. 297. in nouis conclusionibus, videntur limitare prædicta quòd procedant in appella. iudiciali. secus in extraiudiciali: quia cùm illa dicatur prouocatio ad causam, exigitur litis contesta. cuius defectus vitiat totum processum secūdum eos. Sed Bald. in d. l. 1. C. ne lice. in vna. dicit quòd si partes processerunt de concordia lite non contest. valet iudicium, per d. l. fin. §. illud. C. de tempo. appel. & ad prædicta vide quæ dixi in c. per tuas. infra, de appel.

75 ¶ † Octuagesimò fallit in causa nullitatis, secundùm Gul. de Suz. in authen. at qui semel. C. quomodo & quando iud. quia alias res posset trahi in infinitum. contra l. fratris. C. de transa. & l. fi. in prin. ff. pro suo. & c. cum in multis. de rescrip. lib. 6. qui enim opponit exceptionē nullitatis, statim debet illam probare si vult impedire executionem, vt l. 3. §. ibidem. ff. ad exhib. & l. ille à quo. §. si de testamento. ff. ad Treb. & in l. is à quo. ff. vt in poss. leg. & latè prosequitur Old. cons. 12. vbi post multa argu. pro & contra, videtur finaliter concludere, quòd non exigatur li. conte. sicut nec exigitur in causa ap. Sed Lap. & post eum Zab. in Cle. 1. de re iudic. dicit quòd si opponitur nullitas per modum except. non debet lis cōtestari, secus si per modum actionis. Sed D. Ant. & post eum Ioan. de Imo. latius prosequitur in d. c. per tuas. vbi distinguit, quòd aut deducitur nullitas per viam exceptionis, & nō erit necessaria litis contestatio: quia tunc summariè proceditur, vt dicto §. ibidem. quod procedit etiam si opponatur contra executionem sententiæ. voluit Barto. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudic. & ratio est: quia in exceptionibus non est fienda neces. li. contest. de quo dixi supra fal. 68. aut nullitas inducitur in causa appel. deducendo in appella. iniustitiam principaliter, & nullitatem incidenter quod fieri potest, vt habetur in l. Carmelia pia. ff. de iure pa. & no. in c. dilecti. per Innoc. & Host. & dicit infra, de appella. & per glo. in l. 1. C. quando prouo. non est neces. & tunc non exigitur litis contesta. sicut in causa appella. de qua dixi in præcedenti fallentia. & si fiat litis conte. in causa appella. illa sufficiet etiam pro nullitate, quę incidenter accessoriè reducta est per no. in regula accessorium. de reg. iur. in 6. aut nullitas deducitur princip. in iudicium: & tunc si est notoria non exigitur litis conte. debet tamen pars vocari ad sententiam audiendam, per no. in c. ad nostram. infra, de iureiur. el 3. aut nullitas non est notoria: & tunc requiritur litis contest. per nota. per c. fi. supra, de offi. iudic. & quia sententia sic lata super nullitate habet vim diffinitiuæ, ad quam diffinitiuam non consueuit definiri nisi lite contest. vt hic in rubro & nigro. & dixi supra in regula. quod intelligit D. Ant. quando proceditur parte pręsente, vbi autem proceditur contra absentem dicit non exigi contest. quia nihil petit apertè. facit quod no. in simili in auth. si omnes. C. si vt se ab hære. absti. & in auth. qui semel. C. quomo. & quando iudex. & sequitur Ioan. de Imo. & vide quod dixi supra fallen. 24.

76 ¶ † Octuagesimoprimò fal. si manu militari petatur sententia mandari executioni. ad quod vide quod dixi in c. 1. supra, de lib. obla. art. 5. fal. 22.

77 ¶ † Octuagesimosecundò fal. in omnib. casibus, in quibus non est necessarius libellus, & in quibus ratio concludit etiam in litis contesta. nec sit ratio contraria ad oppo. quòd non debeamus. idem dicitur li. contesta. omittenda. & vide quòd dixi supra, fal. 22. & est aduertendum circa prædictas fal. quod in omnibus prædictis fal. quādocunque potest peruenire ad testium recept. vel sententiam contra aliquem absentem, iudex potest supplere de facto, & perquirere veritatem, inducēdo testes pro absente, & aliàs probationes procurando, & alia faciendo quæ fecisset absens, si præsens & diligens fuisset: in authen. qui semel. C. quomodo & quando iudex. ibi dum dicitur perquisita veritate. & ibi no. Barto. facit tex. & quod ibi no. secundùm verum intellectum, de quo ibi per Barto. in l. ampliorem. §. 1. C. de appellat. faciunt etiam no. in l. properandum. C. de iudi. & ex his, Deo duce, habes ordinatè & plenè, & satis clare expeditum quartum princip. artic. materiæ nostræ.

¶ Glo. 2. est satis clara, & de materia sua dixi supra fal. 60. & seq.

¶ Glo. super ver. ciuiliter. quærit, quare tex. noster dicit, cum ciuiliter est agen. & solu. in fi. glo. dic vt dixi, supra fallen. primo versi. l. Item prædicta fallentia limitatur.

¶ Glo. super versicu. subtrahitur. fortificat text. deinde sentit. quæst. quid si non timetur de morte, nec de absentia diuturna: sed timetur, ne testes propter moram obliuiscantur, & varient fidem, & soluit. de qua materia dic vt latius dixi supra, fal. 3.

¶ Glo. super versi. timetur. sentit contrarium, & & sol. In ead. glo. ibi, cap. significauit. dic vt latius dixi supra, fallen. 3. versic. sed contra prædictas fal. In ead. glo. ibi, non intelliguntur recipi li. non contesta. dic de hoc vt dixi supra, fallen. 3. versi. postremo quæro.

¶ Glo. super ver. conuenta. quærit, & soluit in fine, dic vt dixi supra fal. 1. prope prin.

¶ Glo. super ver. annū. quærit, vtrum iste annus, de quo in tex. sit continuus, ita quòd currat etiam diebus feriatis, & non obstante impedimento: an verò sit vtilis, & sol. in fi. gl. dic vt dixi supra, fallen. 3. vers. 2. requiritur. ibi, primo quæro.

¶ Glo. super ver. non valeant. quærit, ad cuius damnum annullentur attestationes, si nō seruetur quod dicitur in tex. & sol. in fi. glo. dic vt dixi supra fal. 3. vers. secundo exigitur. ibi, secundò quæro.

¶ Glo. super ver. fraudē. quærit, quid iuris si non facta denuò citatione vel couentione intra annum secūdùm quod exigit tex. noster, qui velit probare, quod non fecerit in fraudem, an debeat admitti. &

sol. quòd non. in fi. gl. dic vt dixi supra, fal. 3. vers. secundò requiritur. ibi, quarto quæro.

¶ Glo. super ver. ad repellen. testes, quærit de intellectu literæ, & sol. exemplificãdo: deinde in vers. dicta verò illorum, subdit contrarium, & solu. in fi. glo. dic & hanc glo. sequuntur Doct. & vide quod dixi in glo. seq.

¶ Glo. super versi. aliæ. quærit etiã de intellectu literæ & sol. & bene facit ad ea quæ dicit glo. præcedens, vide quòd dixi sup. fallen. 3. vers. 2. requiritur. ibi septimò quæro.

¶ Porro sπε. In hoc §. vsque ad §. sunt & alij. excipiuntur duo casus alij: regula. & pinguius, excipiuntur: quia in eis procedi potest ad sentẽtiam, vt statim dicam. & hoc dicit. Cum agitur de matrimonio carnali vel spirituali, possunt contra contumacem, etiam lite nõ contestata testes recipi, & sententia diffi. ferri. Si vero reus est absens, sed nõ contumaciter: in spirituali, si agatur de contracto matrimonio, statur iuribus antiquis: si de contrahendo, expectabitur absens per sex menses: vel arbitrio iudi. & procedetur etiam ad sententiam: sed in carnali non proceditur ad sententiam, sed expectatur absens. hoc dicit. Et in tex. ibi aliud obseruãdum. dic, scilicet, quantum dictum sit in præced. quia ibi dictum fuit non debere recipi testes li. non contest. si nõ timetur de morte vel absentia diuturna. in istis casibus aliud est obseruandum, vel dic secundum Vincen. quòd respicit proximos casus prçceden. & potest intelligi aliud: scilicet ratione personarum testium: quia hic recipiuntur omnes: ibi non. Item aliud ratione personæ ipsius rei: quia hic requiritur contumacia rei. ibi non. Item aliud ratione publicationis & durabilitatis, & ratione sententiæ. Hic enim publicantur, & perpetuo durant: ibi non. Hic fertur demum sententia lite non contesta. ibi vero non fertur sententia, nisi lite contest. & in tex. ibi, ecclesia, dic scilicet in primo casu, cum de electione & matrimonio spirituali agitur: ibi. præbeatur. dic scilicet in secundo casu coniugij carnalis: quia fornicatio vitanda est, vt inf. de sponsa. c. de illis. ibi maximè dic, quòd hæc dictio stat propriè: quia idem si alius gradus prohiberet matrimonium, licet non sit diuina lege prohibitum, secundum Innoc. & Host. ibi. siue quòd exemplificat ponendo tres modos contumaciæ, & secundum modum ponit ibi, quia. & tertium ibi, siue quod. Item ibi, si verò alter. dic scilicet contra quem agitur: & ibi, nihilominus. dic, ista litera vsque ibi. Si verò. non erat olim in tex. sed erat glo. Ioan. secundum Io. An. & diuiditur in duas partes prin. primò decidit quid iuris, quando reus est absens per contumaciam. secundò, quando est absens sine cõtumacia. secunda ibi, si verò. & ista secunda subdiuiditur in tres: quia primo tractat de matrimonio spirituali iam contracto. secundò de cõtrahendo: ibi, quòd si. tertiò de carnali: ibi, si autem.

78 ¶ † No. 1. ꝙ speciales casus obseruari debent causaliter, id est, in suis casibus tantum, vt infra de despon. impu. in cap. literas. & traditur in cap. supra, de constit.

79 ¶ † No. 2. ꝙ ad hoc vt recedatur à communibus regulis iuris, debet subesse aliqua specialis causa, vt l. ius singulare. ff. de leg. 1. & l. & si nihil facile. ff. de reg. iur. & ideo allegans specialitatem [a] debet illam probare. ar. tex. nostri. facit quod no. glo. in regula omnis diffinitio. ff. de reg. iuris.

80 ¶ † No. 3. duos casus speciales in quibus potest procedi ad testium recept. li. non contesta. videlicet in causa matrimonij spiritualis. de qua dic, vt dixi supra in prin. fal. 9. 10. & 11. & in casu matrimonij carnalis, de qua dic vt dixi supra in princ. fallen. 7. & seq. & no. hic rationes dictarum fal. de quibus dixi in dictis fal.

81 ¶ † No. 4. ꝙ absentia prælati & mariti est valde periculosa ecclesiæ & vxori: & ideo non potest prçlatus se absentare sine causa. vt inf. de cle. non resi. per totum. & 7. q. 1. c. si quis in clerico. nec maritus potest se absentare sine consensu vxoris, vt no. 33. q. 5. c. manifestũ. & 27. quæst. 2. c. si tu abstines. hinc dicimus ꝙ maritus nõ habet potestatem sui corporis, sed vxor, vt c. non debet. inf. de consan. & affin. vide tamen casum specialissimum in quo potest maritus se absentare sine licentia vxoris si emittit votum in subsidium terræ sanctæ. infra de voto. c. de mulcta. §. in tanta.

¶ No. 5. quòd cauendum est ne viro aut vxori fornicationis occasio præbeatur. infra de spons. c. de illis.

82 ¶ † No. 6. quòd in his quæ sunt grauis præiudicij exigitur vera contumacia: quæ per tres modos cõcluditur, vt hic primò si peremptoriè citatus nõ comparuit. facit l. contumaciæ. ff. de re iud. & 24. q. 3. c. de illicita. secundò si seipsum occultat. tertiò si impedit ne citatio possit ad eum peruenire. de qua materia dicam in tit. de dila. in materia citationum. & ti. de dolo & contu.

¶ No. 7. plures differentias inter hunc §. & præcedentem. hic enim recipiuntur omnes testes, & publicantur, & fertur diffinitiua, sed non ibi. prout supra dixi apostillando tex.

¶ No. 8. quòd ad hoc, vt possit perueniri ad sententiã in causa matrimoniali, duo exiguntur. primò vera contumacia, prout etiam requiritur ad except. testium. secundò ꝙ liqueat de causa altero cessante: etiam in matrimonio spirituali, vel carnali, non proceditur ad sententiam.

83 ¶ † No. 9. quòd matrimonium spirituale & carnale iudicatur à pari, quod procedit quantum ad istum ver. si contumax apparuit &c. sed in alijs casibus postea sequentibus in versi. si vero. & versi. ꝙ si. & ver. si autem, iudicantur ab impari. de qua materia in c. tuæ. inf. de spon.

¶ No. 10. versi. si vero. ꝙ post consensum [b] præstitum electioni inter ecclesiam, & quẽcunque etiã inferiorem prælatum, dicitur esse contractũ matrimoniũ spirituale: hoc procedit largo modo. nam strictè

ADDITIONES.

[a] ¶ *Allegans specialitatem debet illam probare, adde quòd sufficit allegare regulam communem pro fundamento intentionis, & quia adducit fallentiam, debet illam probare. ita late examinat Ias. in l. 2. in 5. col. ff. si quis in ius voc. non ierit.*

[b] ¶ *Inter electum ergo & suam ecclesiam spirituale coniugium iam contractum est, vt dicit tex. in c. inter corporalia. in prin. de transla. prala.*

strictè solum de matrimonio spirituali inter episcopum & ecclesiam suam, ipse est sponsus: & in signū solus defert annulum. vt no.Io.An.in c.clericis. de vita & hon.cler. & vide quod not.in c. ne pro defectus.suprà, de elect.

84 ¶ †No.11. ex eodem verbo capiendo verbū maximè propriè, quòd per solam electionem subsecuto consensu electi, etiam ante cōfirmationem videtur contractum matrimonium spiritualem inter electum & ecclesiam. Aduerte tamen, quia per solam electionem ante cōsensum præstitum per electum, nihil dicitur esse contractum post consensum prȩstitum, ante confirmationem dicitur initiatum. videtur c.fi.supra, de transl.Præl.& vt innuit tex. in c.inter canonicos.suprà, de ele.post confirmationem vero, & ante consecrationem dicitur ratum, quia non potest dissolui ex sola volūtate electi, sed postea per consecrationem dicitur cōsummari, vt d.c.cum inter canonicos.§.fin.& vide quod no.in c.2.supra, de trans.præl.& per gl.in c.si electio.de ele.in 6.

85 ¶ †No.12. ex ver.quòd si forsan. quòd si electus est absens, sed non per contumaciam debet expectari per sex menses, vel arbitrio iudicis. Aduerte tamē quia hodie seruandum quod habetur in c.1.& cap. quam sit.& c.cupientes.de elect.lib.6.

¶ No.13. differentiam esse vtrum agatur de matrimonio spirituali iam contracto, vel contrahendo quo ad tempus expectationis absentis: quia primo casu saluatur tempus à canonibus præfixum. in secundo vero casu statutum est tempus sex mensium, & ex causa arbitrium.& de hoc hic in glo.super ver. in sacris.

¶ No.14. ex versi.autem.quòd in causa matrimonij carnalis non proceditur contra absentem non contumaciter.& ratio redditur in litera. ad quod vide quod dixi supra, fal.7.

86 ¶ †Not.15.ibi, alteruter. quòd hic vir & vxor iudicantur à pari, quo ad id quod hic dicitur de expectando absente.

87 ¶ †No.16. quòd captiuitas & ȩgritudo excusant à vera contumacia.ad primum facit 34.q.2.cùm per bellicam, ad secundum facit ff.de re iud.l.quȩsitum. & suprà, de proc.c.2. dicit tamen hic Dom. meus, quòd iste text.loquitur quando citatio nō peruenit ad absentem. Item quando ignoratur an impedimētum sit temporale, an perpetuū, & an culpa sua inciderit impedimentum. quibus consideratis quandoque compelleretur absens, & impeditus constituere procuratorē. de quo traditur in c.2.suprà, de procu.& c.cùm dilecti.infrà, de do.& cont.& ibi ego dicam de hac materia, vel in illo ti.

¶ Not. 17.quòd etiam causa absentiæ voluntariȩ quandoq; excuset, & habetur pro legitima, vt quantum ad terminos nostros, pone exemplum, quia fuit nundinas, vel ad studium, vel ad visitandum infirmos, vel vltra mare iuit, de qua materia in d.c.2.ego vero dicam in ti.de dolo & cont.

88 ¶ †Vltimò no.quòd licet quis non debeat priuari sine culpa iure suo, tamen hoc procedit si etiam non adesset aliqua causa, sed cum causa pót etiā sine culpa sua priuari. & ad quod vide plures casus in c.antiqua.de priuil.& quod traditur in c.2. de cōsti. & Host.in sum.in ti.de pȩn.§.quæ & quibus. ver.est autem pȩn.& quod dixi in c.pe. de pœn.in vlt.no.

¶ Glo.1.super ver.electi.intelligit prin.istius §.de electo non confirmato. & qui nondum consensit, nec apparet, quare gl. fuerit mota ad sic dicendum: & ad restringendum sic text.nisi fortè hoc dixit, vt poneret differentiam inter prin.§.nostri. & ver.si verò.& ver.quod si.sed dicit Dom.M.quòd certè hæc differentia non est bona.cum ver. quòd si loquatur de electione nuda ante consensum.Item versi.si verò.mutat casum, & loquitur quādo quis est absens, non per contumaciam, & etiam sentit ibi Gl.Host. hic tenet ꝙ hoc prin.loquatur in electo confirmato & consecrato, si agatur contra eum de fœdere matrimonij spiritualis, vt si dicatur eum qui lōgo tempore possedit episcopatū à principio fuisse intrusum, vel per symoniam. Si verò nō negatur fȩdus, sed petitur deponi propter crimen, hoc casu quantumcūque conuentus esset contumax, non deberēt testes recipi super crimine, nec ferri sententia lite non cōtest.ad quod vide quod dixi suprà, fal.11. limitatione prima.& dicit Inn.& Host. hic quod princ.istius §. loquitur in electo confirmato & consecrato, sed contumace. versi.si verò.in confirmato absente, sed non contumace. versi.quod si forsan. de non confirmato Dom.M.hic simpliciter dicit tenēdum, quòd ex quo agitur de fœdere spirituali, & reus est contumax semper potest procedi secūdum quod dicitur in princ.siue electio sit confirmata, siue non: siue simus post consensum prȩstitum, siue ante: quia ratio literȩ fundatur super contumacia & lȩsione ratione moræ in spiritualibus & temporalibus semper hic. & probatur in ver.si verò. qui venit aduersatiuè ad prȩcedentia: & tamen versi.sequēs loquitur tam de electione nuda quam confirmata: ergo eodem modo debet intelligi prin.data absentis contumacia: & ideo tex.in hoc prin.dum loquitur de electo, & electione simpliciter loquitur, & simpliciter & generaliter debet intelligi, sed non data contumacia, sed sola absentia aliter distinguitur. hæc tamen distinctio procedebat hoc tempore, sed hodie simpliciter proceditur ad testium receptionem & sententiam, etiam nulla data contumacia, vt Cle.2.de iud.quod qualiter intelligendum, dic vt dixi supra in prin.fal. 9.& 10.& latè in 11.

¶ Glo.super ver.electione. in prin. quærit qualiter posit de electione exemplificando. deinde in ver.& licèt. sentit quæst.vtrū in prouisione aliarum ecclesiarum habeat dispositio tex.nostri. sol. quòd sic, in fi.glo.dic de prædictis q.vt latè dictum fuit suprà, in princ.in 11.fal.

¶ Glo.super versi.huiusmodi. sentit contrarium de superfluitate.& illud fatetur gl.dic simile 69.dis. c.fi.11.q.3.c.volumus.vel dic secundum Host.& Io. An. quòd illud tunc respicit finem. §. & isti illatiui contumacē. de qua sequitur, quasi velit litera, quòd tunc procedendum est ad recept.testium.& diffinitiuam cum agitur de matrim.spirituali, vel carnali: non tamen semper, sed in huiusmodi casibus, quando datur contumacia.

¶ Glo.super ver.siue quia impedit.quærit, an ille qui se occultat ne posit citari, vel impedit ne citatio ad eum posit peruenire, habeatur pro citato. solut. quòd sic, requiritur tamen quòd denūciatio fiat publicè ad domum suam vel ecclesiam, sed Ioā. And.hic dicit, ꝙ hoc casu cum domicilium, vel locus

eus citandi liberè, & tutè non possit adiri, sufficit ꝙ citatio fiat authoritate apostolica in palatio Papali, vel audientia literarum: ipso tamen Papa specialiter & ex certa scientia hoc mandante, & postea affigatur ianuis maioris ecclesiæ, vbi Papa agit cum curia sua, & tunc talis citatio arctat citatum, ac si citatio personaliter ad eum venisset, etiam si fiat extra dies solẽnes quibus Papa generales processus facere consueuit h.d. patere in Extrauag. Bonif. quę incip. rem non nouam. quæ moderata fuit per Clem. in Cle. 1. de iud. sed hic dicit D.M. aduertendum esse, quòd hoc dictum procedit in Papa, & quòd tunc specialiter procederet quando non constaret, quòd citandus se occultat, vel malitiosè impedit ne citatio ad eum deueniat, sed si alterum constaret, dicit hanc citationem in inferiori iud. nõ fore necessariam, quia tunc talis incontinenti habetur pro citato, vt voluit hic glo. in princip. & est hic tex. valde no. quia text. noster parificat peremptorium, & istos alios duos casus. & idem tenet Inno. facit tex. in l. 1. §. sed Aristo. & quod not. Bar. ff. quod vi aut clam. & subdit Do. meus, quòd impedimẽtum probatur si aliquis amicus vel consanguineus citãdi impediat, vt probatur in simili, in c. constitutus. de testib. & tradit Barto. in præallegat. l. 1. §. fin. & subdit etiam, quòd quia difficile est probare huiusmodi impedimenta, quòd vtile & cautum esset obseruare quod traditur per glo. in Clem. causam. de elect. & ibi dixi. & no. singu. ex ista glo. ꝙ vbi clericus est citandus, sufficit ꝙ citatio fiat ad domum, vel ad ecclesiam. quod tamen declara, vt traditur in c. causam. inf. de dolo & contum. & dixi in d. Clem. causam. præallega. dicam latè, vel in tit. de dila. vel in tit. de dolo & contum. Et aduerte, quia D. Ant. hic dicit, ꝙ non requiritur peremptoria citatio, per Clem. sæpe. de verb. sig. iuncta glo. in versi. citationem. & iuncta Cle. 2. de iud. postea subdit, ꝙ fortè illud seruabitur quando proceditur cõtra præsentem, ne in hoc corrigatur tex. noster. Do. meus dicit, quòd hodie vnica citatio sufficit in istis causis, etiam in hoc casu istius c. quod etiã clarè sentit glo. præallega. dum alleg. hoc c. pro iure antiquo quantum ad hoc, vnde tam in prin. causę, quàm ad sententiam, sufficit hodie vnica citatio, vt d. Clem. sæpe. iuncta Clem. 2. de iud. de qua materia dicam in tit. de dila.

a ¶ Glo. super ver. maximè, [a] quærit qualiter intelligatur hoc verbum, & respondet dupliciter. In ea. gl. ibi, propriè. dic hoc comparatiuè, quia comparatiuum pręsupponit positiuum: ideo hoc dictio idem dicitur ponere in alio casu, & sic est sensus, ꝙ tex. noster habet locũ, siue electio sit confirmata, siue non, sed maximè si sit confirmata. ex quo infertur, quòd etiam ante confirmationem matrimonium spirituale dicitur contractum, præstito tamen consensu, vt dixi supra in 11. not. & iste intellectus communiter tenetur: & sic no. ex gl. quòd dictio, maximè, in suo proprio significato stat comparatiuè. ad idem text. iuncta glo. & per Inn. & Io. An. & Doct. in c. ad abolendam. suprà, de fil. presbyt. & c. auditis. & c. Vintoniensis. iuncta glo. suprà, de elect. & c. fina. suprà, de postulat. & c. 1. inf. de dila. & c. ad hoc. in fi. inf. de appel. & c. 1. §. quòd etiam. inf. vt eccl. ben. & c. sponsam, inf. de spons. & c. sacra. infra, de sen. excom. & c. cùm olim. iuncta gl. infrà, de testi. & c. 1. iuncta glo. de renun. lib. 6. & in c. 2. in fi. inf. de diuor. & est text. in l. 1. iuncta gl. C. de rescind. vendi. & C. de re mili. l. qui status. li. 12. & C. de defen. ciui. in l. prouinciarum. ff. de dona. inter virum & vxo. l. si quis pro vxore. & sic hæc dictio propriè sumpta stat inclusiuè, & idem incidit in sensu contrario seu omisso, vt dictis iuribus. & per gl. in ver. maximè. C. de nouo codi. cõpo. quandoque hæc dictio stat pro tantum, vt hic dicit gl. secundum alium intellectum qui communiter non tenetur, & sic tunc talis dictio superabũdat perinde, ac si non esset posita. ad idem c. cum cõtingat. iuncta glo. 1. de foro compet. & c. 1. infrà, de eo qui duxit in matrimo. quam pol. & 12. dist. c. illud. 18. distin. c. peruenit. 11. q. 3. c. si quis Episcopus damnatur. 16. q. 3. c. per singulas. C. de testa. ma. l. cum autem. §. sin autem. ff. de noxa. in l. si seruus depositus. ff. de neg. gest. l. actio. ff. si quis omis. causa testa. l. 2. ff. de noua. l. fi. ff. de ferijs. in l. in oratione. & ff. solu. matrim. sed & fi. secundum vnum intellectum. & infrà de conuer. coniug. c. charissimus. in Auth. de manda. prin. §. si tibi. & in Auth. de iud. in prin. & in Authen. de testi. §. sancimus. Qualiter autem cognosci possit, vtrum stet comparatiuè, & sic implicet: an vero stet pro tantum, seu taxatiuè, & sic superabundat gl. in l. quòd si minor. §. restituto. ff. de minori. vult, quòd aduerbium maximè, sumatur propriè & aduerbialiter, dicẽs, quòd idem ius intelligitur esse in alio casu, sed cum minori ratione, & idem sentit gl. in l. illud. in glo. super ver. æstimari. ff. ad l. Aquil. & no. in l. 2. ff. arbo. fur. ces. & sic procedũt iura primo loco allegata, nisi per illam l. talis dictio superabũdaret, sed quando dicatur superabundare non declarat. sed Cy. in l. 1. C. de rescin. vend. sensit, quòd aut sensus implicitus non est iuri contrarius, & ponitur comparatiuè, & sic implicat, & sic procedant priora iura. aut est iuri contrarius, & tunc superabundat. Idem tenet Henricus Bohic in c. vniuersitatis, infra de sent. excommun. sed Iacob. de Bel. in authen. de fide instrumen. §. oportet. colum. 6. distinguit, quòd aut dictio maximè, coniungitur in oratione cũ verbis denotantibus orationem, seu causam finalem, & tunc superabundat, aut cõiungitur cum verbis denotantibus causam impulsiuam, & hoc constat, aut saltem est dubium, & tunc stat implicatiuè. & hanc opin. sequitur Ioan. And. Dom. Ant. Henricus Bohic in d. c. ab abolendam. & idem tenet Zab. in c. 2. suprà, de sum. Trin. in 19. no.

¶ Ego vero arbitror distinguẽdum, quòd aut dispositio in qua ponitur aduerbium, maximè, habet eandem rationem in casu non expresso, seu implicito: & tũc stat propriè & implicatiuè, etiam si sit noua dispositio & correctiua. Moueor, quia hoc est proprium significatũ ipsius dictionis, & sic ex proprio significato includit casum implicitum per vim comprehensiuam, nõ per tacitam interpretationẽ, aut per rationem extensiuam, quare cum concurrãt verba

ADDITIO.

a ¶ *Aduerbium maximè, modo implicatiuè, modo taxatiuè ponitur, & de eo hic habes melius, quam alibi, quando vno, & quando altero modo ponatur, & quandoque etiam prius multum. Car. in Cle. 1. de renun. adde Flo. de sancto Petro. in l. illud. ff. ad l. Aquil.*

verba & mens, quia eadem sit ratio, & lõgè fortius si maior esset ratio in casu non expresso comprçhenderetur casus non expressus, licèt tunc videatur esse inepta locutio, per ea quæ supra dixi, & infrà dicam facit not. in materia extensionis & interpretationis nouorum statutorum, & nouarum cõstitutionum. in l. si verò. §. de viro. ff. sol. matrim. & notatorum per glo. in l. si postquam. de elect. lib. 6. Aut ratio nõ est eadem & æquè potens in casu implicito, prout videtur esse ipsius aduerbij, maximè proprietas. vt not. glo. in l. quòd si minor. §. restitutio. ff. de min. & hoc casu subdistingue, quòd aut dispositio in qua ponitur hoc aduerbium, maximè, non habet in sensu cõtrario iuris dispositionem in contrarium, ita quòd propriè intelligendo: & sic inclusiuè, non resultat absonus intellectus, nec iurium correctio, & hoc casu stat propriè comparatiuè, & implicatiuè: & ita procedunt iura primo loco allegata, aut in casu implicito habet expressam dispositionem in cõtrariũ: & tunc non sumitur propriè, sed superabundat, & ponitur pro tantum: & ita procedunt iura secundo loco allega. & ratio differentiæ inter hunc casum & primum apparet manifesta, quia primo casu identitas & equalitas rationis, & proprium significatũ ipsius aduerbij, quod est includere operantur illũ effectum, sed in secundo casu ratio non est eadem in casu incluso. vnde ne ex maioritate rationis resultet iurium correctio, dictio stat taxatiuè, & superabundat: & propter dictam rationem, vt euitetur iurium correctio quandoque prædicta dictio subauditur, & suppletur ad tex. vt est tex. iunctis nota. per Host. Ioan. Andr. super ver. necessitas. in c. tuæ l. suprà, de procurat. & ibi per Doct. & no. glo. penul. Innocen. Host. Ioan. And. & Ioan. de Imo. in c. 2. infrà, de his quæ fi. à præl. tex. in c. in litteris. & quod ibi dicit Io. And. super ver. septennium. inf. de testi. & tex. in c. illud. iunctis dictis Tan. Host. Vincen. & Io. And. inf. de exces. præl. & c. tua. & c. quærelam. suprà, de iureiur. in c. peruenit. infrà, de fideiuss. ff. de donat. causa. l. si aliquis. ff. de iniur. l. quod senatus. & l. nõ solum. §. Proculus. ff. de in integ. rest. l. scio. ff. de mun. & hono. l. 3. §. si duo. C. de euictio. & l. qui rem. facit in simili suprà, de offi. deleg. c. pastoralis. & sup. de offic. ordin. c. quòd sedes. & ex prædictis habes no. de significato aduerbij, maximè.

89 ¶ † Sed circa prædicta, quæro nunc de dictione præsertim. solut. ego arbitror de ea dicen. prout dictum fuit de aduerbio maximè, quia hæc aduerbia synonima sunt: vnde præsertim quãdoque ponitur comparatiuè, pro maximè, vt no. glo. in ver. præsertim. & Ioan. de Imo. in c. cum apostolica. de his quæ fiunt a præla. & tunc stat propriè, & sic implicatiuè, secundum Ioan. And. & Doct. in c. pen. & auditis. de præscript. 27. q. 2. c. multum. secũdum vnum intellectum. de quo per Innoc. & Ioan. And. & Doct. ibi in versic. præsertim. tex. iuncta glo. fi. in c. ex literis, el 2. de hom. & c. sicut olim. infr. de accusatio. & ibi dixi in tertio notabili post Ioan. And. & cap. per tuas, el 2. de symo. in glo. præsertim, & glo. magna. & vtrobique dixi, & Clem. 1. de iudic. & c. cum contumacia, de hæretic. lib. 6. & ibi Archid. text. iuncta glo. in ver. præsertim. in l. si fine. §. fin. ff. rem rat. hab. tex. in iuncta glo. fin. in c. continebatur. de despons. impub. glo. in ver. præsertim. in c. discretionem. de eo qui cog. consan. Ioan. And. in c. si soli. de conces. præben. in 6. traditur in c. finem. infrà, de do. & contu. & per Ioan. And. in addit. Spec. in tit. de teste. §. 1. versi. sed nunquid factus, & per Spec. in tit. de alleg. & dispu. §. post hoc. ver. vel ibi exponitur prçsertim. in quibus locis p̃sertim pro maximè, ponitur quandoque pro tantum, sed reducuntur ad cõcordiam, secundum distinctionem quàm supra dixi. Insuper aduerte, quòd dictio maximè, quandoque ponitur pro certè, vt l. 1. ff. solu. matrim. quandoque pro valde, vt l. 1. secundum aliam expositionem. & in auth. quomodo opor. episc. §. si verò quædam. & quãdoque exponitur maximè, hoc est maximum, vt l. 1. §. furiosus. ff. de acquiren. possess. vbi quod tex. dicit, maximè, glo. exponit, quòd maximum est, sic enim dialectici vtuntur ad maximam. da regulã. in Auth. de testi. & quæ perit in prin.

¶ Glo. super ver. in sacris canonibus prin. format 3. q. in prin. quærit qui sint isti sacri canones, & quid in eis contineatur: & allegat sex iura vario modo loquentia super expectatione clericorum absentium, deinde pro solutione iurium prçdictorum, & declaratione materiæ, glo. nostra in versi. super hac ponit modum procedendi cõtra beneficiatum absentem, siue absit sine licentia sui prælati, siue cum licentia: distinguendo, vtrum sciatur locus vbi absens degit, an vero ignoretur, & interserit vnum cõtrarium in versi. item videtur quòd melior. & illud sol. deinde glo. limitat superiora, quòd procedunt in prælatis, vel beneficiatis confirmatis. deinde in versic. de his vero tractat de absentibus electis nondum cõfirmatis. deinde glo. in ver. si vero. format q. de expectatione accusatoris accusantis electionem, vel opponentis contra personam electi: & ponit varias opin. postremo gl. in ver. si vero contra. format q. qualiter procedatur contra prçlatum non comparentem q̃n agitur vel accusatur de alio delicto, quàm de absentia: & soluitur in ead. glo. ibi, super hac exceptione. quamuis iste tex. loquatur de expectatione absentis in beneficio non residentis: tamẽ materia sua, & materia quã tractat gl. non conuenit prin. tit. nostro, nisi quantum ad arg. pertinentem ad tit. nostrum, videlicet, vtrum cõtra talem absentem procedi possit ad receptionem testiũ, & sententiam li. non cont. & hic dicitur, ꝙ si præcedente legitima expectatione, quæ expectatio in electo & confirmato debet seruari secundũ dispositionem sacrorum cano. nec aliter tractat de ipsis sacris can. quia hçc materia prin. pertinet ad tit. de cler. non resid. & ideo omittam hic ipsam materiam tanquam extraneam a tit. nostro. & q̃m ipsam ego latissimè tractaui in loco debito, s. in c. ex tuæ. inf. de cler. non resid. in 7. prin. art. vbi tractaui de electo nondũ cõfirmato absente, & de electo & cõfirmato, & de eo qui cõtraxit matr. spirituale, & de quolibet beneficiato nõ residente, qualiter cõtra ipsos nõ residentes sit procedendũ, per 12. q. prin. Primò, an sit necessarius libell⁹. Scdõ, an necessaria citatio vel monitio. Tertiò, qualis citatio [a] vel moni-

ADDITIO.

a ¶ *Dicit D. Abb. in c. ex tuæ, quòd vbi constaret de certa contumacia, non deberet geminari citatio. de quo per Alex. in consil. 85. lib. 2.*

monitio requiratur. Quartò, quando & quibus causis requiratur citatio vel monitio.

¶ Quintò, an tempus in citatione vel monitione sit inserendum & quantum. Sextò, quanto tempore absens sit expectandus post citationem vel monitionem. Septimò, quid si veniat intra tempus statutum, vel intra tẽpus expectationis, an possit procedi contra eum ad aliquam pœnam. Octauò, quid si nõ veniat, an sit priuatus ipso facto. Nonò, vtrum admittatur purgatio moræ, & quibus casibus. Decimò, vtrum necessaria sit priuationis sententia, & qualis. Vndecimò, vtrum ad sententiam priuationis ferendam necessarium sit quòd præcedat monitio. Duodecimò, quid si post priuationis sententiam veniret, & allegaret iustum impedimentum. de quibus omnibus vide ibi latißimè per 16. col. In ea. glo. ibi, si verò ille qui accusat. dic de hac materia vt hodie habetur in c. 1. & c. quàm sit. & c. cupiẽtes. & c. fina. de elect. lib. 6. In fi. glo. dic de hac materia, vt dicam in tit. de dolo & contu. forte in c. veritatis.

¶ Glo. super ver. præsumatur. sentit quæst. quia hic in versic. si autem, dicitur, cùm agitur de matrimonio carnali contra absentem non contumacem, non est procedendum, donec præsumatur verisimiliter de eius morte. quæritur quando verisimiliter de morte præsumatur. glo. sol. quòd per famam, &c. deinde glo. sentit contrarium de cap. in præsentia. de spon. vbi requiritur certitudo de morte. glo. sol. quòd de morte satis habetur certitudo per violẽtas præsumptiones. In fi. gl. dic idem tenet hic Io. And. & D. Anto. & sic no. ex hac glo. quòd probatio per violentas præsumptiones dicitur certa. facit l. licet Imperator. ff. de leg. 1. vbi euidens dicitur quod constat per cõiecturas. sed D. M. hic dicit quod quo ad casum nostrum, putat aliter distinguendum, vnde distinguit quod aut quæritur de morte quo ad dispositionem tex. nostri: & tunc satis probatur mors per præsumptiones, de quibus in glo. cùm non agatur de maximo præiudicio: quia in hoc fit præiudicium: quia proceditur in absentia partis, sed tale impedimentum propinquitatis gradus, seu consanguinitatis, quod oppo. contra matrimonium est plene probandum: quare cùm non agatur hic de maximo præiudicio tex. noster non requirit verisimã probationem de morte, sed post verisimiliter præsumitur de morte: aut quæritur de morte quo ad dispositionem cap. in præsentia. de spon. ad effectum, vt per asserta ipsius alter posset contrahere: tunc dicit Domi. M. quod quicquid dicat authen. hodie. C. repud. alleg. in glo. tamen requiritur certa & vera probatio de morte, quia agitur de maximo præiudicio. & sic procedit d. cap. in præsentia. & pro
a hac distin. facit theorica Barto. in l. 2. [a] ff. quemad. testa. ape. vbi inter cætera dicit quod vbi agitur de maximo præiudicio, mors est verè & certitudinaliter probanda: nec sufficit probatio, de qua in dicta authen. hodie. sed vbi agitur de magno præiudicio, sed nõ tanto, sufficit probatio de qua in dicta auth. quare, cùm de iure cano. nõ fiat diuortium, ne violetur tantum sacramentum contra præceptum, &c. quos Deus coniunxit &c. non debet alter coniugũ procedere ad alia vota nisi habeat varias probationes de morte. quidã tamen aliter sentiunt, sed quia non est princip. materia: ideo dic vt dicam in tit. de spon. & hæc procedunt quando contractum non est matrimonium, sed vbi sola sponsalia contracta sunt, dicendum est, vt traditur in c. de illis. de spon.

¶ Glo. super ver. citari. arguit quod si non potest citari, non potest procedi contra eum. & decidit in contrarium, & decisionem moderatur. in fi. glo. dic an & quando sit necesse quod quis citetur personaliter, vel sufficiat citatio ad domum, vel requiratur peremptoria. traditur per D. meum in cap. causam. infra, de do. & contu. & Barto. in l. 4. ff. de dam. infec. & per Bal. in l. 3. C. quomodo & quando iud. dixi latè in clem. causam. de electio. sed latius dicam infra in titu. de dila.

¶ Glo. super ver. præiudicari. oppo. videtur enim quod imò possit procedi in absentia cõiugis, etiam non verè contumacis, vt cap. perlatum. infra, qui fil. sint legitimi. & c. 1. infra, qui ma. accusa. poss. gl. dat solu. & secunda est melior, videlicet quòd si contumax est absens culpa sua, vt in casu cap. primi, tunc proceditur in absentia. secus si sine culpa, vt hic. Hostien. vero dicit quòd incontinenti data absentia non potest procedi, vt hic, sed lapso anno contra talem potest procedi ex causa, adhibita tamen diligentia, de qua in dicto capitulo, perlatum, quod innuit ista litera ibi dum dicit, vt de facili, vel in breui citari non possit, &c. Innoc. vero in cap. fi. infra, de eo qui mit. in possess. dicit quod in d. c. 1. perlatum, & d. cap. 1. maritus malitiosè aberat, quia præsumitur, quia tenebatur adesse cum vxore & nõ erat, ideo sufficit citatio facta ad domum, licet agatur de graui præiudicio. D. Ant. hic sequitur vltimã solu. huius glo. quia sufficit culpabilis absentia, maximè quando trahit originem de dolo vel delicto, ne delictum præstet immunitatem, & in dubio alio non apparente, absentia præsumitur malitiosa, si vxor ignorat vbi vir sit, vt dicit Innocen. in d. cap. fi. & c. ex tuæ. infra, de cleri. non resid. D. M. dicit primum aduertendum esse, quod tex. iste apertè probat solu. Host. cum apertè velit cõiugem expectandum, donec de ipsius obitu verisimiliter præsumatur, quod non videtur considerasse Hostien. cum dicat post annum procedẽdum. sed contra dictum Innocen. & Domi. Anton. quod ex sola absentia præsumatur malitia quæ sufficit ad procedendum contra absentem, fortiter obstat iste tex. hic enim non constabat quòd vir ex legitima causa se absentasset: imò Papa vtitur verbo forsan, & sic præsumitur quo ad præcludendam facultatem procedendi contra absentem pro ipso absente, vt scilicet aliquo iusto vel necessario impedimẽto detineatur: & nõ quòd per malitiam absit. vnde pro concordia Dominus meus hic distinguit quòd aut alter cõiugum est absens malitiosè, & hoc est certum: & tunc sine dubio potest contra eum procedi, vt hic: & hoc tenẽt omnes Doct. aut vir, licet malitiosè nõ absit, tamen

ADDITIO.

a *¶ Quando agitur de magno præiudicio, debet clare & verè constare de morte: hæc est theorica Bar. in l. 2. §. si dubitetur. ff. quemad. testa. ape. & de modo probandi mortem, vide Barto. in l. quoties. C. de naufra. lib. 11. Anto. de Butr. in cap. in præsentia. de proba. cum simi. vt per Alex. in d. §. si dubitetur.*

tamen abest culpa sua, vt in casu d. cap. 1. infra qui ma. accu. vel simili: & hoc constat: tunc etiam potest procedi contra eum, sed primò debet fieri diligens inquisitio si reperiri potest, vt ibi: & hoc casu sufficit absentia culposa, licet non malitiosa. & hoc vult Glos. nostra. facit tex. noster à contrario ibi, causa sine culpa. & tenet etiam Hostien. super tex. nec obstat tex. dum dicit, sed non malitiosa: quia debet intelligi & suppleri, nec culposa, vt patet per præcedentia, & d. cap. 1. aut est absens, & ignoratur an teneatur sua culpa aut malitia, vel aliquo legitimo impedimento, & hoc casu distinguit Dominus meus, quia aut iste vir se à princ. absentauit ex causa legitima vel voluntaria: non tamen malitiosa, vel culposa, vt quia fuit ad visitandum amicū vel iuit ad nundinas, & adhuc non redijt, nec scitur vbi sit, & tunc quia princip. absentiæ fuit sine culpa, præsumi debet quòd aliquo iusto impedimento detineatur, & sic non debet contra eum procedi: nisi verisimiliter præsumatur de eius morte, & hûc putat verum intellectum. §. nostri dicens quòd hoc primum colligitur ex versi. si verò absens fuerit. quasi dicat, non culposè seu malitiosè. Item quia hoc clarè innuit littera in hoc versi. dum dicit quòd etiam sine culpa sit absens: si verò non apparet de legitimo impedimento a princ. non posset dici absens sine culpa: cùm teneatur adesse, & cum vxore residere, vt dicit Innocentius. nec obstat quòd tex. noster vtatur verbo, forsitan. quia illud refertur ad impedimentum quo poterat tunc detineri: quia de præsenti non sumus certi, sed de ipso prin. satis erat certitudo quòd sine culpa se absentaret. & per hoc tollitur omnis contrarietas, & aperitur intellectus multorum iurium, & est ipsa veritas secundum Dominū meum, & satis mihi placet. prædicta tamen procedunt inter absentes de matrimonio iam contracto. quid autem de sponsalibus & matrimonio contrahendo. dicendum vt legitur & no. in c. de illis. infra de spon.

¶ Glo. super vers. posset opponi, sentit contrariū quòd magis declarant Docto. sic opponendo. videtur enim quòd sicut proceditur contra contumacē lite non contesta. ita & contra non contumacē debere procedi: nam causa procedendi contra contumacem videtur esse propter periculum fornicationis, vt hic in princ. §. porrò. quæ causa subest, & cessante contumacia: ergo idem ius seruandum, vt in cap. 2. inf. de confirmat. vti. vel inuti. & cap. translato. supra de constit. ¶ Sol. Secundum Host. & Docto. causa dispositionis quando proceditur contra absentem contumacem, non est sola causa fornicationis, sed etiam causa contumaciæ. vnde hic duo operantur prædictam specialitatem, quòd procedi potest contra absentem, quare si deficit alterum videlicet contumacia: deficit etiam dispositio, & sic no. quòd vbi ad aliquem effectum concurrunt duæ
a causæ finales [a] simul iunctæ cessante altera, non inducitur effectus, ad quod facit tex. optimus Institu. de nup. §. affinitatis. dixi latè in cap. cùm cessante. infra de appel.

¶ Glos. super versi. multi casus, enumerat plures casus in quibus alter coniugum etiam absq; aliqua sua culpa, cogitur cōtinere, & bene dicit. dic vt in ea.

¶ Svnt et alii. In hoc §. excipiuntur duo alij casus à regula posita in Rubrica. & in princ. tex. nostri. & ita potest summari. ad perpetuam rei memoriam, vel cùm agitur per viam inquisitionis lite non contestata, possunt testes recipi & publicari. hoc dicit vsque ad §. in alijs.

90 ¶ † Nota primò primam partē summarij, quòd ad perpetuam rei memoriam etiam lite non contestata possunt testes recipi & publicari, de quo dixi & remisi supra in princ. in 4. art. fal. 5.

91 ¶ † Nota secundò secundam partem summarij quòd etiam in causa inquisitionis possunt testes recipi lite nō contestata. vnde generaliter cùm imminet excessuum inquisitio qualitercunq; de istis excessibus inquiratur locū habet dispositio istius cap. vnde dicit hic Innoc. no. quòd sub hoc nomine excessuum, comprehenditur etiam inquisitio quæ fieret super iuribus alicuius Ecclesiæ quæ iniustè occupata aut detenta dicerentur, per no. in c. cum olim. infra de testi. & 2. quæst. 7. c. qua propter, & c. seq. infra de symo. c. licet Hely. tetigi supra fallen. 12. & remisi ad ea quæ latè dixi in cap. qualiter, el 2. infra de accus. artic. 11. quæst. 80.

92 ¶ † Nota tertiò quando testes recipiūtur ad perpetuam rei memoriā ex parte rei recipiuntur indifferenter non solum senes, sed valetudinarij, aut longo tempore absfuturi, sed etiam iuuenes, & possunt incontinenti publicari. tetigi supra in prin. in 4. art. fal. 5. & remisi.

¶ Glos. super ver. inquisitionis. quærit de intellectu tex. & sol. in fi. glo. dic: vult ergo gl. quòd §. iste debeat intelligi quando is contra quem fit inquisitio est absens per contumaciam: quasi velit quòd si præsens esset deberet litem contestari. pro quo facit cap. cùm dilectus, inf. de purg. can. & c. cùm I. & A. de re iudic. Host. dicit quòd si nemine impetrante inquiritur de excessib. alicuius planū est quòd hic dicitur quod non est fienda litis contestatio. Secus si per modum querelæ inquisitio impetretur, & remittit in cap. cùm dilectus: sed Dominus meus hic dicit quod putat, Glos. bene dicere, vt etiam aliquo prosequente posset in causa inquisitionis, lite non contestata contra contumacem, & idem tenet Glo. in d. c. cum I. & A. & sentiunt ibi Pet. & Abb. facit quod ubi etiam specialis promotor non petitur a parte, sed tantùm concluditur iudici, sed tu dic vt latè dixi in cap. qualiter, el 2. infra de accus. in 11. princ. art. 80. quæst.

¶ Glos. super ver. publicatio. quærit quando habeat locum receptio testium ad perpetuam rei memoriam, & soluit, de qua tetigi & remisi, supra in 4. ar. fal. 5. deinde Glo. ponit quasdam differētias inter hanc receptionem ad perpetuam rei memoriam, & illam de qua in princip. huius decre. ad quod vide quod dixi supra in 4. princ. art. fal. 3. versi. sed contra prædictas. 3. fallen.

¶ In aliis. Hæc est secunda principalis pars huius decretalis, in qua cōpilator posita regula in prin. excipit sex casus, in quib. procedi potest ad testium rece-

ADDITIO.

a ¶ *Quando dispositio fundatur super duplici causa finali, vna cessante, &c. adde bonam Glos. in l. si ventri. §. 1. in ver. crede. ff. de priuile. cred. & Dec. in c. cum cessante. 1. columna.*

receptionem: & ad sententiam quandoque etiam lite non contestata, nunc verò in hoc §. redit ad regulam, secundum quam lite contestata non potest procedi, nec ad sentẽtiam, nec ad testium receptionem: ideo dic, in alijs verò casibus, quia tunc non potest procedi nec ad sententiam, nec ad testium receptionem: prouidet de remedijs quibus vti potest actor contra reum contumacem. & primò ponit quo remedio succurratur in actione reali actori quando conuentus posſidet nomine suo. secundò, quando posſidet nomine alieno. ibi, quod si super. tertiò prouidet in actione personali. ibi, si autem. & quamuis Dominus meus legat simul omnes dictas partes: tamen ego legã distinctè. & in prima parte summarij hoc dicit. Si reus lite non contestata est contumax, & agitur de reali: mittitur actor in pos. rei petitæ causa custodiæ, quam tamen reus veniẽs intra annum recuperat si offerat cautionem de stando iuri, & restituat expẽsas. post annum verò non auditur his nõ seruatis intra annum, nisi super proprietate. hoc dicit vsq; ad §. quòd si super. & in tex. ibi, si reali. supple, qua quis cõuenitur nomine proprio, & est contumax. & ibi, defensione. id est, impugnatione. fit enim de possessore petitor. simile. 8. dist. c. quo iure.

93 ¶ †Nota primò modum procedẽdi contra reum cõtumacem in actione reali, quia fit mis. in poss. rei petitæ causa custodiæ. & istius misſionis finis & effectus est, vt reus tædio affectus veniat responsurus.

¶ Nota secũdò quod volens recuperare dictam possesſionem debet comparere intra annum, & ipsam contumaciam purgare, & expensas reficere, & cautionẽ præstare, & annus incipit à die factæ misſionis, secundum Aegidium, sed Ioan. Andr. remittit ad no. per se in addi. Specula. in titu. de 2. decreto. §. videndum. versicu. hoc quoque. de qua materia latè dicam in titulo, de eo qui mit. in possess. & prædicta procedunt in misſione in possesſionem, quæ fit contra contumacem sub forma ex causa prędicta. secus si fieret ob aliam causam: puta quia nõ soluebat, vel nolebat mandare sententiam executioni, vel ob aliam causam manifestam, quia non audiretur volẽs probare, nisi prius satisfaceret, & adimpleret id propter quod fuit facta misſio, per tex. in cap. ex parte. el 1. de verbo. significat. & l. si pecunię. vt in poss. lega. & l. si finita. §. Iul. ff. de dam. infec. & l. cõsentaneum. C. quomodo & quando iud. de qua materia dicam in titu. de eo qui mit. in poss. causa rei ser.

94 ¶ † Nota tertiò ex prædictis & est tex. qui generaliter loquitur quòd non solùm laicus, sed etiam clericus recuperãs possesſionem tædialem, tenetur præstare cautionem de iudicio sisti: hic enim vt dixi tex. generaliter loquitur: & à Summo Pontifice conditus debet princip. comprehendere clericos. ar. c. 1. sup. de cõstitutionib. & expresſè probatur in cap. 1. & 2. infra de eo qui mit. in posses. & ex hoc limitãdus est tex. in Authen. de sanct. Episc. §. si quis autem pro pecuniaria. qui simpliciter dicit clericos non teneri ad pręstandã cautionem de iudicio sisti. & idem no. Glo. in l. cum clericis. C. de Episc. & cle. & Specu. in tit. de satisda. §. 1. & vide quod dixi in capitulo, quod clericis. de foro competen. nam hoc procedit, nisi per eius contumaciam sit deuentum ad misſionem in posses. tunc enim, quia est orta pręsumptio cõtra eũ per regulam, semel malus. de reg. iuris. lib. 6. tenebitur cauere. sed tu dic de hæc materia, vt dicam in titulo, de eo qui mit. in posses. vbi tractabo, quis teneatur, & qualis debeat esse hæc cautio: Et cui præstari debeat, & quando.

95 ¶ †Nota quartò effectum istius misſionis in pos. quia intra annum constituit missum custodem duntaxat: & sic non facit fructus suos, nisi iudex hoc
a decreuerit [a] ex nimia contumacia ipsius, vt l. Fulcinius. §. fi. ff. ex quibus causis in poss. eatur. & ibi per Bart. sed post annum efficitur verus & incommutabilis possessor: & ipsi reo contumaci reseruat duntaxat ius super proprietate, si quod habet, & sic fit de possessore petitor: & ipsius possesſionis cõmodum perdit, quod maximũ est, vt Inst. de interdict. §. cõmodum. infra de proba. c. ex literis. cũ si. hoc tamen casu ad hoc vt posſit agere de proprietate, non tenetur aliquas expẽsas restituere, quia satis est quod positionem omisit: factus est de possessore petitor. facit cap. at si clerici. de iud. secundum Vincen. & sequitur Ioan. Andr. licet Hosti. contra, in summa huius titu. §. 1. vers. sed quid in illo. de qua materia latius dicam in tit. de eo qui mit. in pos. cau. rei ser.

¶ Vltimò no. ibi, præstita ac exhibita. quòd hæc cautio debet præstari & satisfactio fieri à reo contumace ante ingressum iudicij, quia clauditur os contumaci, nisi hoc adimpleat actori. de quo statim dicam in glo. super ver. expensarum. Et latius dicam in titu. de eo qui mit. in pos. causa rei ser.

¶ Glo. super verbo, actione. sentit quæst. quare tex. distinguat, an agatur reali vel personali. & respondet retinendo in fi. Glo. dic quòd ista est prima diuisio actionũ. quædam sunt personales, quædam reales, vt d. §. 1. Instit. de act. sed præter dictas species sunt & aliæ plures, de quibus in d. l. & actio realis dicitur, quę prosequitur personam. de quibus tetigi cap. 2. de libel. obla. artic. 12. in 5. quęst. princ. in 4. membro. & quædam etiam est actio mista, quia pariter competit in rem & in personam, vt famil. ercis. cõmuni diui. & finium regund. & quædam in rem scripta. de qua dixi in d. 4. membro. & quædã etiam hipothecaria, inter quas respectu materię nostræ est longa differentia, secundum quod latius tractabo infra in titu. de eo qui mit. in pos.

¶ Glo. super verbo, tædio. quærit, quia in tex. dicitur, vt tædio affectus veniat responsurus. in quo erit istud tædium. Glo. respondet distinguendo, an fiat misſio in reali, an in personali. In fi. Glo. dic. ex hac Glo. primò colligi potest quòd missus in posses. contra contumacem in reali expellit reum, & efficitur verus possessor: contra videtur tenere Glo. infra in versic. verus. & in versic. positionem. & in ver. constituetur possessor. & concludit quòd secũdum Cano. efficitur custos, non verus possessor. & vbiq; Glo.

ADDITIO.

a *¶ Et idem si non decernat iudex, dummodo constet de nimia contumacia ex dispositione l. Fulci. §. fi. ff. quib. ex cau. in poss. ea. adde Bal. in l. consentaneum. 8. col. C. quomodo & quando iud. Inn. in c. dilecto. de ver. sig. Spe. & Io. And. in tit. de primo decreto. §. restat. vers. hoc autem no. vbi latè habetur quæ sit minima contumacia.*

Glo. tractans de hac materia hoc tenuit, Dominus meus nititur cõcordare quòd ista Glo. loquatur de possessione impropria quæ pro detẽtatione accipitur. aliæ Glo. de propria, & hoc procedit in reali, sed in personali clarũ est quòd missus non consequitur veram possessionem. de quibus latius dicam in titu. de eo qui mit. in pos. Secundò no. ex Glo. quòd reo venienti intra annum restituitur res cum fructibus, & sic apertè sentit quòd talis actor missus in possessionẽ in reali non lucratur fructus, sed Glo. in auth. de exhib. reis. §. si verò. quòd de consuetudine missus lucratur fructus. sed Bartol. in l. si finita. §. Iulianus. ff. de damno infecto. & mode. aliter distinguunt. ego latius dicam in tit. de eo qui mit. in poss. causa rei ser.

¶ Glo. super ver. cautione. quærit, qualis debet esse ista cautio. & concludit quòd debeat esse sufficiens. id est, pignoratitia vel fideiussoria, alij verò dicunt quòd sufficit iuratoria. ego latius dicam in dicto titu. de eo qui mit. in possess. causa rei seruan.

¶ Glo. super ver. expensarum. colligit reum primò debere satisfacere de expẽsis antequam audiatur vel absoluatur, & vult hic Hostien. quòd satisfactio fieri debeat ante ingressum iudicij, per l. sancimus. allega. in Glo. in cap. reprehensibilis. infra de appellatio. nec credit locum habere quadrimestre tempus quod datur iudicatis, seu executioni rei iudicatæ. de quo in c. quærenti. supra de offi. delega. & intelligit Hostien. de expẽsis factis tam ante missionem quam post. quod limitat Dominus meus si contumacia esset manifesta vel reus illam fateretur, aliàs aliter dicendum esset. de quo dicam latius in tit. de eo qui mit. in poss.

¶ Glo. super ver. possessionẽ. colligit ex tex. contra opi. suam & sol. dupliciter. in fi. dic vt statim dicetur in Glo. super ver. constituatur possessor.

¶ Glo. super ver. offerre. sentit quæstionem, an sufficiat sola oblatio cautionis. & solu. quòd debet esse realis, nõ verbalis: & deinde quærit quid agere debet reus veniens intra annum, si non potest cautionem præstare. & sol. & arguit infra, in fi. Glo. dic vt latius dicam infra de eo qui mit. in poss. causa rei seruan.

¶ Glo. super ver. verus. quærit, qualis sit ista possessio. soluit in fi. glo. dic de hoc vt tetigi supra in ver. tędio. & vt dicetur in sequen.

¶ Glo. super ver. cõstituetur. sentit oppo. de contrarietate literæ. nam primò dicit reum venientem intra annum recuperare possessionem suam. & per hoc innuit ꝙ eam perdidit, & sic missus in possessionem ex primo decreto in reali efficitur verus possessor, & tamen post modum in fine istius §. sentit oppo. dum dicit, post annum missus constituitur verus possessor, & sic innuit quòd antea non erat possessor. vnde circa solu. istius contrarij instat hæc Glo. & Glo. præcedens. & Glo. super ver. possessionem. & Glo. super ver. tædio. & hæc oppositio vera. solu. vt intelligas dependet à solu. illius quęstionis, videlicet an statim efficiatur verus [a] possessor, an verò post lapsum anni. & legistæ sunt varij. Ioan. Mar. & Azo tenuerunt ꝙ in reali statim efficitur verus possessor. idem Spec. in tit. de secũdo decreto. §. iam de effectu. vers. si verò. & secũdum istam opi. potest responderi ad istum tex. ꝙ verè recuperat intra annum, quia eam perdiderat. & ad finem §. nostri, vbi dicitur missum effici verum possesso. demum post annum, debet intelligi, scilicet irreuocabilis, vt dicit Glo. quia prius poterat denotari per solutionẽ expẽsarum, & præstationem cautio. intra annum. Sed Bulg. tenet contrariam sententiam dicens quòd solùm post annum efficitur verus possessor: & hanc etiam quidam alij tenent. de quibus opi. per Glo. & Docto. in l. si quis emptionis. §. sed & si quis. C. de præscrip. 30. an. ista est communis opi. quam Gl. hic tenet, & in cap. cõtingit. inf. de do. & contu. & vbiq; etiam tenent communiter Cano. Bart. in l. si finita. §. Iulianus. ff. de dam. infec. vbi dicit quod intra annum non facit fructus suos, sed post annum, cum tunc sit verus possessor. & sequuntur Domi. Ant. & Dominus meus per tex. in c. 1. & 2. infra de eo qui mit. in poss. & de hac latius tractabo in illo titu.

¶ Deinde glo. nostra super versicu. sed qualiter constituitur. sentit quæstio. vtrum ad hoc vt elapso anno efficiatur verus possess. exigatur secundum decretum. glò. concludit quod non, sed solus transcursus anni constituat missum verum & incommutabilem possessorem. & ista est communis opi. cano. & legistarũ, quę probatur hic, & in c. pastoralis. s. de off. ordi. & tenet glo. magna in l. si finita. ff. de dam. infec. & assignat rationem diuersitatis quantum ad hoc inter actionẽ realẽ & personalẽ. ego vero latius dicam in tit. de eo qui mit. in poss. causa rei ser.

¶ QVÒD SI SVPER. Quia in pręcedenti compilator locutus est quando conuẽtus reali possidet nomine proprio, in hoc §. tractat quando possidet nomine alieno. & hoc dicit in summa. Conuentus reali iudicio possidens rem nomine alieno si vult euitare iudiciũ debet statim nominare dominum in iudicio, & statuitur terminus à iudice intra quẽ denunciet domino, vt suscipiat iudicium, qui dominus si non venerit lite quasi cont. interrumpitur præscriptio, & si citatus nominatus per edictum nõ venerit, iudex summatim discusso negotio mittet actorem in possessionem reseruata sola proprietate absenti. hoc dicit. Et in tex. ibi, eaque. scilicet spatio. & ibi, eius. dic scilicet domini nominati. & ibi, excipiat. dic, id est, per excep. eijciat, vel vt dicam in glo. super verbo, excipiat. & ibi, indultum. hoc est à iudice dispositum, scilicet ꝙ per se, vel per alium intẽtionem excipiat, de quo dicam infra, art. 9. & ibi, tanquam lite. dic, hoc est quòd sicut per litis contestationem interrumpitur præscrip. sic per hanc citationem, secundum Inno. de quo infra, art. 13. & ibi, edictis. dic, scilicet tribus, vel vno pro omnibus. de quo dicam infra art. 11. seu 12. & ibi, tunc. dic, scilicet lapsis edictis. & ibi, voluntate. scilicet contumaciæ in non veniẽdo. & ibi possess. dic, scilicet veram, nõ in solam custodiam. de quo dicam infra, art. 11. vel 12. & ibi tardabit. dic, scilicet, nimis, quia aliquantulum debet expectare. de quo in d. articu. 11.

¶ †Nota

ADDITIO.

[a] ¶ *Vtrum missus in possessionem ex primo decreto efficiatur verus possessor & lucretur fructus, vide latè per Alex. in d. §. Iulianus. in 25. col. ver. in quantum gl. & Bartol. hoc tangunt. ff. de damno infecto. vbi etiam de dictione personali, & de reali latè disserit.*

96 ¶ † Nota primò ꝙ licet contra singularē detentorē detur rei ven. vt l.officiū. ff. de rei ven. & c. examinata. sup. de iudi. & ibi tetigi in vlti. no. & latius dixi in c. 2. sup. de lib. obl. in 12. prin. art. in 10. quęst. prin. ibi in ver. decimo quæro, tñ detentor potest vitare iudicium nominando dñm in iudicio, vt hic.

¶ No. secundò ibi, statim, ꝙ nominatio domini fienda ad prædictum effectum fugiendi iudicij, debet fieri statim, de quo dicam infra, in 7. art. princ.

97 ¶ † No. tertiò ibi, idoneum responsalem, ꝙ conuentus vt compareat, non tenetur comparere personaliter, sed sufficit ꝙ idoneū mittat procuratorem, vel responsalem, quod regulariter est verum in quibusdam casibus: tamē fallit de quibusdam casibus de quib. in c. 1. de iudi. lib. 6. & l. non solùm, in prin. ff. de procu. & l. fi. C. de procur. de quo dicam in tit. de procu. vel in tit. de citatio.

98 ¶ † Nota quartò ibi, tanquam lite, ꝙ dictio tanquam, est nota proprietatis: notat. n. similitudinē, vt in cap. nuper, de biga. & nullum simile est idem, vt l. quod Nerua. ff. deposi. vnde verè hic nō est lis contestata, sed habetur pro cōtestata, & istud est propriū significatum ipsius dictionis: quandoq; tñ est veritatis expressiuum, & non similitudinis, secundum Docto. in c. 1. de summa trini. & c. 1. §. 1. co. tit. & de hac dictione, & de dictione quasi, dic vt dixi latè in c. cum causa. inf. de sent. excomm. super glo. fin.

¶ Nota quintò formā & practicam procedendi in reali mota cōtra posidentem nomine alieno. primo ex parte posidentis, quia statim debet nominare dñm in iudicio, de quo in 5. & 6. ar. Secundò ex parte iudicis, quia debet statuere terminum nominatori intra quem facere debeat venire nominatū, de quo inf. art. 9. Tertiò ex parte absentis nominati, quia debet cōparere per se, vel proc. de quo inf. ar. 11. Quartò ex parte iudicis data prima contumacia absentis nominati nō cōparentis nec per se, nec per respōsalem: debet enim ipse citari, & qualis debeat esse ista citatio, dicam infra art. 12. Quintò ex parte etiam iudicis, quia nominato absente non veniente, vigore vltimæ citationis debet iudex negotium summatim examinare, & tandem ponere actorem in possessione rei petitæ, de quo infra, art. 12. & 13.

99 ¶ † No. sextò duos effectus insurgentes ex tali nominatione. Primò, quia talis nominatio, vna cum notificatione habet vim contestationis litis quo ad interrumpendam præscriptionem. Secundò, quia eo non comparente seruatis solennitatibus, de quibus supra, actor statim mit. in possessio. & efficitur verus possessor, & reus efficitur de possessore petitor. de quibus infra, art. 13.

100 ¶ † No. septimò ibi, dominum possessionis, quia dominus dicitur ille qui habet possessionem, licet proprietas sit aliena. Et ex hoc infert hic Io. An. post Hug. ꝙ stante statuto quòd super damno dato debeat credi iuramento dñi possessionis quòd vigore dicti statuti stabitur etiam iuramento simplicis possessoris rei, quamuis habeat dominium, seu proprietatem, & ad hoc alleg. Spec. in tit. de proba. §. 1. ver. sed pone statutum, vbi Spec. plenè hoc examinat, & tandem tenet ꝙ is qui habet possessionem tantū, & non proprietatem, potest dici dñs impropriè. Sed dicit hic do. Ant. ꝙ hæc ratio concludit contra hanc decisionē, quia si impropriè dicitur Dominus: ergo nō comprehenditur in statuto, cuius verba propriè & strictè sunt interpretāda, vt l. 3. §. hæc verba, ff. de neg. gest. & in c. nostra. inf. de iniur. sed tñ do. Ant. tenet prædictam opin. motus, quia licet iste non sit propriè dominus rei: est tñ dominus possessionis: nam ex quo verbum dñs, profertur cū adiectione possessionis: patet ꝙ intellexit de dominio improprio, quia statutū recipit improprium intellectum qñ ex verbis non potest habere propriū intellectū, & quia qñ verba statuti non possunt intelligi propriè, [a] intelliguntur impropriè, maximè vt aliquid operētur. arg. l. si qñ. ff. de leg. 1. Sed D. M. hic dicit ꝙ ista ratio non satisfacit: quia cùm possessio quandoq; sumatur pro proprietate, vt in l. in instrum. C. de pact. inter empt. & ven. ergo si coniungitur cum verbo dñs, fortius debet intelligi, tunc & magis propriè de proprietate, cum in possessione propriè non sit dominus, sed in proprietate, & hoc videtur velle Bar. in l. locorum. C. de omni agro deser. lib. 11. vbi dicit quòd tantum est dicere proprietatē possessionis quantum dominus rei, vt l. cum satis. C. de agri. & censi. lib. 11. quod dicit esse vtile pro statutis dictantibus, ꝙ dominus possessionis posit talia facere, & sic residet D. M. Sed tu aduerte, quia circa hoc vltimū dictum arbitror considerandam finalem rationem statuti, quia si ratio finalis respicit vtilitatem quæ recipitur ex possessione, propter quā verisimile est passum damnum melius scire quantitatem dāni, verificabitur statutum in domino impropriè respectu possessionis, ex quo dominus propriè verisimiliter ignorat, ex quo non posidet, sicut dicimus in delatione iuramenti necessarij in defectū probationis, quòd non est deferendum nisi illi qui habet notitiam, vt latè dixi in cap. fin. infra de iureiuran. Facit etiam quòd dominium quandoque possessionem significat. 16. quæstio. 4. cap. volumus. iuncta Glos. 1. nec mirum, quia dominia a possessione cœperunt, vt l. 1. in princ. ff. de acqui. possessio. si etiā interdum possessio pro dominio accipitur, vt dicit Dominus meus, & est tex. apertus in l. interdum. ff. de verb. signifi. & vt statim no. in cap. penult. iuncta Glos. super ver. possessore. infra de fur. in prima lectione in voce, de quo latius dicā, inf. de causa pos. & proprie. Sed si ratio prædicta nō esset finalis, quę in dubio videtur esse per ea quę dicta sunt: tunc nō videtur habere locum dictum Ioan. And. per Spec. Item aduerte circa decisionem prædictę quęst. quia prædicta quæstio videtur incidere in aliam quæst. vtrum valeat prædictum statutum ꝙ credatur proprio iuramento ad propriam vtilitatē, sic detur plena fides probationi minus legitimæ, in qua quæst. quo ad statuta laicorum communis conclusio est ꝙ sic, de quo per Io. And. & Doct. in c. 2. de proba. & in proprijs terminis de probando damno, in l. 1. C. si aduer. liber. in l. 1. C. de iureiuran. & in l. contra legantem. C. ad l. Aquil. & in Rub. C. de fide instru. & per Bar. in l. admonendi. ff. de iureiur. & l. quędam. §. nummularios. ff. de eden. Sed in statutis Ecclesiasticis

ADDITIO.

a ¶ *An liceat a proprietate verb. recedere in statutis. vide Alex. consi. 102. pen. col. lib. 3. & consi. 107. 4. lib. & in consi. 80. lib. 1. ver. confirmantur. 5. col.*

ficis videtur distinguendum, an sit constitutio summi Pontificis, & valeat: an statutũ superioris, & non videatur valere per regulam cap. cùm inferior. supra de maio. & obe. & quod dixi in Cle. ne Romani. de elect. sed quia non est materia nostra, vtrum tale statutũ valeat: dicam infra in titu. de probatio.

¶ Secunda dubitatio est, vtrum tale statutũ comprehendat simplicem possessorem. & Goffred. Specul. & Io. Andr. communiter tenẽt quòd sic. quinimò Bar. in l. solent. ff. de ali. & ciba. leg. dicit quòd si statutum dicit quòd in causis damnorum datorum sufficiat probatio per iuramentum, quòd dominiũ
a vel possessio [a] poterit etiam probari per iuramẽtũ, & hoc vbi statutum simpliciter loqueretur: secus si diceret quòd stetur iuramento quo ad probandum damnum, quia hoc casu nõ staretur quo ad probandum dominium, vel posses. sed solùm quo ad probandum damnum. & loquitur Bal. in l. 1. C. de iureiuran. Item aduerte tertiò, quia prædicta statuta videtur intelligenda deficientibus alijs probationibus, per no. per Glo. ver. saltem. in cap. statutum. §. cùm vero. de rescrip. in vi. & per Bald. in d. l. 1. C. de iureiu. & no. quòd quamuis statutum diceret ꝙ stetur simplici dicto damnum passi: debet intelligi cum iuramento, secundum Ange. in repe. l. si vacantia. C. de bon. vacan. lib. 11.

¶ Postremò aduerte circa prædicta, quia venit in mentem bona cautela ad fugiendum tale iuramentum & probationem, vt perscruteris vtrum passus damnum fuerit aliquando periurus, quia tunc non staretur iuramento ipsius, quia nõ deberet sibi deferri ad commodum suum: cùm nec in aliena, & minus in sua causa possit esse testis, vt in cap. sicut. & c. testimonium. infra de testi. 22. quæst. 5. cap. paruuli. 6. quæst. 1. c. quicunque. Pileus etiam allegabat l. 4. de testib. in Lombarda. lib. 6. & volebat semel periurum nequaquam admitten. & traditur per Doctor. in c. cum in Ecclesijs. supra de maio. & obe. & prædicta nota, quia quotidiana, & ideo præter consuetudinem extra materiam suam euagatus, dicam in titu. de proba.

101 ¶ † Nota vltimò ex fi. argumentum, quòd in realibus non est necessarium, secundum decretum. de quo infra dicam in titu. de eo qui mit. in possess. causa rei ser.

¶ Glo. super ver. immobilibus. in princ. quærit, vtrum hæc nominatio habeat locũ etiam in rebus mobilibus. & arguit pro parte negatiua: & decidit in contrarium. de qua quæst. dicam inf. ar. 6. deinde Glo. in versicu. sed in rebus mobilibus. quærit, quia tex. noster videtur requirere quòd quis possideat nomine alterius ad hoc vt possit nominare dominum in iudicio: vtrum hoc habeat locum indistinctè. & respondet quod non, sed restringendo tex. vult quòd procedat quando possidens nomine alieno nullum habet ius in re. de qua materia dic vt latius dicam in art. 6.

¶ Glo. super ver. statim. quærit, quando fieri debeat hæc nominatio. & sol. de qua quæst. dic vt latius dicam in artic. 7.

¶ Glo. super ver. producendo. quærit, quia tex. dicit quòd nominato domino debet statui terminus per iudicem, vt deducatur ad notitiam domini, per quem stat ista intimatio ipsi domino, an per iudicem vel per ipsum nominantẽ. glo. respondet quòd per nominãtem. de qua q. dic vt latius dicam in art. 9. & 10.

¶ Glo. super ver. excipiat. quærit, quid intendit tex. dũ dicit ꝙ absens debet venire vt actoris intentionem excipiat. gl. sol. & de hac q. dic vt inf. art. 11.

¶ Glo. super ver. contestata. quærit, quia tex. vult ꝙ si nominatus non comparet intra terminum assignatum & intimatum nominato: habetur lis pro contestata: vtrum lis habeatur pro contestata quo ad omnes effectus. Glo. sol. ꝙ non, sed quo ad interrumpendam præscriptionem. de qua q. dic vt dicã ĩ. in art. 13. Glo. super ver. summatim. quærit, quia tex. dicit ꝙ domino non comparente debet fieri missio, negotio prius summatim examinato, qualiter fiat ista examinatio. gl. sol. & interserit, an requiratur iuram. calum.

¶ In ea. gl. ibi, summatim, i. semiplenè. dic de hoc vt latius dicam ĩ. art. 11. & in fi. glo. vt latius dicam ĩ. art. 8. ¶ Glo. super ver. reseruata. in prin. quærit, vsque ad quantum tẽpus passus missionem audiatur super proprietate, & sol. de qua q. dicam ĩ. art. 3.

¶ Deinde gl. in ver. quidem. & in ver. sed quæ est ratio, posset expediri per q. sed aptius per oppositionem hoc modo, videlicet, quia arguitur, quod etiam in terminis tex. nostri non tantum debeat reseruari q. super proprietate, sed etiam debeat reseruari intra annum super possessione. & in §. præcedenti, in fi. Sol. Glo. refert quosdam tenere hic, ꝙ etiã fiat reseruatio possessionis intra annum. & ista fuit opin. Tan. Sed glo. concludit, & bene, ꝙ aliud est in §. præcedenti, vbi auditur vsque ad annum super possessione: aliud in isto §. quòd si super. vbi statim datur vera possessio, & non auditur absens, nisi super proprietate, & rationem diuersitatis, vt apparet in ea, & idem communiter tenent hic Doctor. & ponit Hostien. aliquas rationes diuersitatis inter illum §. & præcedẽtem in prima, quia hic loquitur de conuento qui possidet nomine alieno, ibi de eo qui possidet nomine proprio. Secunda, quia hic nominat alium, ibi non. Tertia, quia hic dantur induciæ ad præsentandum alium, ibi non. Quarta, quia ibi non comparet possessor ciuitatis, hic comparet. Quinta, quia vnius contumacia, hic duorum. Sexta, quia hic interuenit quasi litis contest. ibi non. Septima, quia in illa fit examinatio, hic fit summaria. Et ex hoc sequitur octaua, quia ibi intra annum auditur super quæstione, hic non. Et dicit hic D. meus, quòd certè satis putat sufficere dictã solam causam, de quo dicam in artic. 13. & ponit hic Hosti. super tex. quatuor casus differentes, per quos aperiuntur intellectus aliquorum iurium.

¶ Primus, vbi is, qui nomine proprio cõuenitur realiter, passus missionem, venit intra annum: talis enim auditur, etiam super possess. vt in §. præceden. & non ponitur hic in glo. in fi. ita, quia secundum Host.

ADDITIO.

a ¶ *Nihil dicit Bar. de dominio vel pos. verum de omni causa incidenti, ꝙ idem est. & adde Deci. in simili q. in cons. 44. pen. col. & de tali statuto vide eundem Dec. in consilio 83. in principio. Ias. in l. secunda. C. de edi. diui Adria. tollen. Paul. in cons. vltimo, lib. 1. 2. colum.*

Host. quia ibi vnius contumacia deprehenditur, & nulla examinatio causæ interuenerit.

¶ Secundus casus, qñ quis possidet nomine alieno, vbi data contumacia nominati, & seruata forma istius §. etiam statim facta missione, veniens non auditur, nisi super proprietate, & hoc propter duplicẽ cõtumaciam, & apertam quasi malitiam, & summariam quasi examinationem, dicam in art. 13.

¶ Tertius casus est, vbi fit missio post lit. contest. si non liquet, neq; liquere potest de causa, propter quod non proceditur ad diffinitiuam: licet ad missionem in poss. quo casu passus missionem in posses. non auditur, nisi super proprietate. infrà de dolo & contumac. c. prout. & ratio sit propter verum fundamentum lit. contest. & iudicij iam incepti desertionem, & iudicis, iurisque contemptum.

¶ Quartus casus, vbi lite iam contestata liquet de causa & sententia fertur pro actore, & mit. in poss. quo casu contumax postea comparens nõ auditur, etiam super proprietate, vt in l. properandum. §. sin autem reus. C. de iud. & in d. c. prout. & ratio sit iuris differentia, plenaria examinatio, & veritatis declaratio: nam res iudicata pro veritate accipitur, vt l. res iudicata. ff. de re iud. & c. cùm inter, de re iud. & Hostiens. idem tenet in summa huius tit. §. in alijs, & Doct. & Dominus meus hic.

¶ Postremò, quia materia §. nostri de conuento, qui nominat dominum in iudicio, est quotidiana & frequens, & alibi meliùs non potest adaptari: ideò vt ipsam materiam plenam & ordinatam habeas, prosequar infrascriptos art.

¶ Primò, quid sit nominare, seu nominatio alterius in iudicio.

¶ Secundò, quis possit vel debeat nominare.

¶ Tertiò, an hæc nominatio sit facultatis, vel necessitatis, & quæ ratio inducendæ nominationis.

¶ Quartò, quis possit nominari.

¶ Quintò, vbi seu coram quo quis valeat nominari.

¶ Sextò, in quibus causis & casibus hæc nominatio fieri possit.

¶ Septimò, quando fieri possit.

¶ Octauò, qualiter fieri debeat.

¶ Nonò, quid debeat iudex facere post nominationem, & ante contumaciam nominati.

¶ Decimò, quid incũbat agendũ ipsi nomināti.

¶ Vndecimò, quid incumbat nominato.

¶ Duodecimò, quid sit officiũ iudicis nominato nõ comparente, post factam sibi intimationem.

¶ Decimotertiò, quis sit illius nominationis effectus.

¶ Decimoquartò, quid iuris si nominatio omittatur, qui conuenit reali, & possidet nomine alieno.

102 ¶ † Primò igitur arti. quęro, quid sit nominatio? Sol. Arbitror, quòd possit sic describi, quòd nominatio est actus iudicialis, per quem alieno nomine possidens vel detinens: nullum ius habens in re, aut ratione iuris, quod non habet reali iudicio conuentus, iudicium contra se intentatum declinat. & examinando singula verba dictæ descriptionis dico, ꝙ verbum actus, ponitur vt genus, & subijcitur verbũ, iudicialis, quia fieri debet in iudicio, vt hic & in l. 2. C. vbi in rem act. dicam latiùs in 5. art. Et ad differentiam nominationis quæ fieret extra iudicium. Deinde subijciuntur alia verba, alieno nomine possidens, per ea quæ statim dicam in articulo secundo. Deinde subijciuntur verba, reali iudicio conuentus, ad differentiam personalis iudicij, de quo in §. seq. Deinde subijciuntur aliqua verba, iudicium contra se intentatum declinat. per ea, quæ dixi infrà art. 13. & aliquid in 43.

103 ¶ † Secundo artic. quæro prin. quis possit vel debeat nominare dominũ in iudicio? Sol. Dic, quòd ille, qui possidet alieno nomine, vt hic in tex. & in l. 2. C. vbi in rem ac. vnde colonus, cõmodatarius, & depositarius possunt talem nominationem facere, quoniam ipsi non possident sibi, vt l. non solum. §. fin. ff. de vsucap. & ff. loca. l. cùm in plures. §. messem, & ff. commoda. l. in commodato, & ff. depo. l. 1. & idem dicendum est de quibuscunque alijs, qui non suo, sed alieno nomine possident, de quibus latiùs dicam in tit. de cau. poss. & proprie. Ioan. And. & Doct. hic. glo. & Doct. in l. 2. C. vbi in rem actio. & Spe. in tit. de primo decre. §. sed quis est is, tenet etiã prædictam sententiam, quòd requiratur, quòd alieno nomine possideat, & quòd nullum ius habeat in re, quæ petitur: si enim haberet aliquod ius in re: non prodesset nominare dominũ in iudicio, vt hic dicit glo. 1. in ver. immobilibus, si modò actio intentata aliquo modo respiceret illud ius, qua ratione
a emphyteuta, [a] vasallus, superficiarius, feudatarius, fructuarius, maritus, & similes, non possunt dominum nominare in iudicio, secùs si cõuenirentur ratione iuris ad ipsos non pertinentis, secundum Io. And. & Doct. hic, & glo. & Doct. in d. l. 2. & Spec. in tit. de 1. decre. §. 2. ver. sed nunquid est, de quo tamẽ dic, vt latiùs dicam supra, art. 6.

104 ¶ † Et ex prædicta cõsideratione creditor hypothecarius possidens pignus, si cõuenitur, potest, vel non potest nominare dominum in iudicio, prout actio intentata respicit, vel nõ respicit ius suum, vt dicam in d. 6. ar. Item & qui mandato dñi damnum dedit, si conueniatur, videtur posse nominare dominum in iudicio, de quo tangam in 6. ar. q. 8. & ar. 12. Ad quod quæro circa prædicta, vtrùm procurator possit dominum nominare in iudicio? Sol. Distingue, quòd aut procurator est datus ad administrandum, vel negotiandum, aut ad iudicia. Primo casu, Innoc. tenet, quòd posset nominare dominum in iudicio, & ꝙ contra eum procedetur secundum tenorem istius §. mouetur, quia talis videtur etiam defendere, si patiatur mitti in possessionem. ff. de procurato. in l. sed & hę. §. fin. cum l. seq. Item quia procurator debet interrogari, an reus, seu dominus suus possideat, vt ff. de procura. l. non solùm. ergo & a simili dicere potest se alieno nomine possidere. Si vero sit procurator datus ad causas, non videtur habere hoc beneficium, secundum Innoc. nisi fortè, secundum Hostien. vellet nominare dominũ ad consulendum

ADDITIO.

a ¶ *Emphyteuta, vasallus, feudatarius, vsufructuarius, superficiarius, & similes, an nominando dominum in iudicio euitent iudicium. & quid de administratore, procuratore, & huiusmodi, vide Bart. in l. 2. C. vbi in rem act. Spec. in Rubr. de 1. decreto. §. restat. versi. hoc etiam no.*

sulendum ipsum dominum, eo, quòd non sit verè instructus.ar.prædictorum iurium, quæ loquuntur in procu. ad causas. Sed in procuratore ad negotia est expressum in cap.dilectus, suprà de procur.& ad materiam illius c.remittit se Ioan.And.& D.M.hic. Sed aduerte, quia hæc procedunt quoad nominationem sui principalis, qui constituit eum procuratorem: sed quoad nominationem fiendam nomine constituentis, de alio tertio, cuius fortè nomine principalis possideat: an talis nominatio posit fieri per procuratorem? arbitror quòd sic: sed quòd exigatur speciale mandatum ad nominationem faciendam moueor, quia per talem actum factum in iudicio, videtur transferri dominium in illum. ar.no.in l. 1. ff. pro dereli. & per Cyn. in l. generaliter. C.de non num.pec.& per dom.Anto.in c.si cautio.de fide instrum.& l.cùm falsa.C.de iur. & fac. igno.iunctis no. Instit. de offi.iud.§.fin. & l. Pomponius.§.si iussus.ff.de rei vend. de quo dixi in Clem.1. de proba.in 6. & vltimo membro, faciunt no. per D.M.in c.1.suprà eo. & quod no. Bar. in l.fin.ff.de his, quæ in fraud.cre.vbi volunt, quòd ad renunciandum ex
a ceptioni peremptoriæ, requiratur speciale [a] mandatum eo, quia talis renunciatio videtur inducere quodammodo donationem, vt l. si quis delegauerit.ff. de noua. & ideo videtur exigi speciale mandatum, vt l.filiusfamilias.ff.de do.cum si.sic ergo & in terminis nostris, faciunt ea quæ dixi in Clem.1.de proba. in 5.vel 6. membro.

¶ Tertiò princ. art.quæro, vtrùm hæc nominatio sit facultatis, & quæ fuerit ratio inducendæ nominationis.

105 ¶ † Quoad primum dicẽdum est, quòd hæc nominatio est merè facultatis: vnde conuentus potest nominare si vult, & etiam nominationem admittere, vt sentit glo. hic, in ver.mobilibus, & expresiùs tenet gl. in l.2.C.vbi in rẽ act. vbi exponit debet, id est, potest: quasi dicat, nemo cogitur nominare, si non vult, & tenet Bar.& Doct. quòd est verum præcisè: secùs conditionaliter seu causatiuè: videlicet, si vult vitare iudicium & damnum proprium, quia hoc modo debet dominum nominare. ar.l.is qui se obtulit, & l.qui se liti.ff.de rei ven. & sequuntur hic dom.Ant.& D.M.de quo dicetur infrà in 14.art.

¶ Quantùm verò ad secundum, quę fuerit ratio inducendæ nominationis, dicit Bald. in d.l.2.quòd ratio est, quia interest actoris & ipsius nominantis, ac etiam nominati. Primò interest actoris, quia aliàs non posset consequi plenum effectum intentionis suæ, nisi dominus nominetur, quia lata sentẽtia contra detentorem, non præiudicaret domino in proprietate, vel possessione, nisi esset requisitus, de quo in artic.14.sed interest nominantis, quia fortè non vult brigam defendendi rem alienã, secũdum Odofred.vel quia non denunciando domino videtur in dolo, ar.ff.loc.l.item quæritur.§.executor, & ff.mandati.l.si procur. §.si ignorantis. ad quod intelligendum aduerte, quia quandoque aliquis proponit aliquem certo poderi vel prædio, vel facit eum administratorem, & sic videtur facere eum procur.ad incumbentia illi contractui, vt in l. 2. ff.de no. operis nunc.l.1.ff.vsufruct. quemad. ca. & ar.l.1. C. si per vim, vel alio modo. Si ergo iste sciens aliquid agit, per quod saltem de facto posset præiudicare domino: turbat ei possessionem, si non denunciat domino, & sic videtur dolum committere, vt dictis ll.

¶ Tertiò expedit nominato, quia de re sua agitur, & sibi debet dari facultas defensionis, vt in l.facultas. C. de iure fisci. lib.10. l.1.§.si quis ideò.ff.ne vis fiat ei, secundum Bald.in d.l.2.

106 ¶ † Quartò prin.art.quæro, quis posit nominari? Sol. Potest colligi ex his, quæ dixi in secundo articulo, quia omnis ille potest nominari, cuius nomine possidetur, vel rõne iuris quod habet in re, super qua possidens conuenitur, per ea, quæ dicta fuerũt in 2.art.& per ea quę dicam in 7.art.maximè in 4.q.

107 ¶ † Quintò princ.art.quæro, vbi seu coram quo hæc nominatio fieri debeat? Sol. Dicendum est, quòd in iudicio, vt hic in tex.nostro, & in l.2.C.vbi in rem ac.quæ formaliter vtitur verbis tex.nostri, & sic fieri debet coram iudice.

108 ¶ † Sextò princ.art.quęro, in quibus casibus, causis, & rebus posit fieri hæc nominatio. & pro ipsius examinatione prosequar infrascriptas q.

¶ Primò, quid iuris de rebus immobilibus.

¶ Secundò, quid de mobilibus.

¶ Tertiò, quid de iuribus incorporalibus.

¶ Quartò, quid de rebus, in quibus conuentus nõ habet aliquod ius, & in quib.habet aliquod ius.

¶ Quintò, quid iuris in actionib. personalibus.

¶ Sextò, quid in actionibus mistis.

¶ Septimò, vtrùm in possessorio habeat locum nominatio.

¶ Octauò, vtrùm habeat locũ in causa dãni dati.

109 ¶ † Primò igitur quæro, vtrùm in rebus immobilibus habeat locum nominatio. Sol. Dic, quòd sic.tex.est hic, & in l.2.C.vbi in rem actio.

110 ¶ † Secundò quæro, vtrùm in rebus mobilib.habeat locum nominatio? Sol. Glos.1. super ver.immobilibus. Primo arguit, quod nõ videtur prodesse nominatio domini in iudicio: cùm habeat facultatem rei restituendæ.sed glos.decidit in contrarium, quod etiam in re mobili posit fieri talis nominatio per authen.qua in prouincia.C.vbi de cri.agi oportet. Et idem tenet glo.in d.l.2.per illam authen. Sed dicit Bart. in d.l.2.quod certè illa authen. nil facit, quia illa loquitur de nominatione, quæ fit, & posit instrui de defensione causæ: non autem ad effectũ decimandi iudicij. Primam opinionem tenuerunt Ioan.Gasp.Phi.Azo, & Innoc.& Odof.Mouentur, quia si prodesset nominatio, posset fugere cũ re.sed secundum opin.glo.nostræ, ꝙ habeat locum nominatio, tenet Vin. Hostien. Pet. Ab. & Io.An.hic, & glo. Bart.Cyn.& Bald.in d.l.2.quia omnes rationes inducendæ nominationis, de quibus dixi in 3. ar.in
b fi.habent locum etiam in re mobili. [b] hoc etiam tenet Specul. in titulo de primo decreto. §.2. ver.hoc etiam no.& sequuntur hic omnes Moder. & ad id, quod de fuga dicitur, respondet hic Ioan.An.quod poterit prouideri per remedium cautionis, uel per seque-

ADDITIONES.

a ¶ *Ad renunciandum exceptioni peremptoria, requiritur mandatum speciale. Adde Alex.in consi.22. lib. 1.col.4.& in l.pactum curatoris. C.de pact. Are.in c.1. 3.col.de accus.*

b ¶ *Vide etiam Bart.in l.officium.ff.de rei vend.*

sequestrationem ipsius rei. ff. qui satisda. cog. l. si fideiussor. Item facit secũdum Ioan. An. quia quoad sortiendum forum, æquiparamus rem mobilem & immobilem, vt in c. ex parte, & c. fin. suprà de foro compet. dixi in cap. sanè. eod. tit. nec obst. quòd tex. noster & prædicta l. 2. loquantur solùm de rebus immobilibus, quia ex eo quod per hæc iura nõ induci tur illorum iurium correctio: beneficio istorum iurium debet extendi per identitatem rationis, secundum Bar. & Bald. in d. l. 2. & suprà dixi, & D. M. hic, & ne absenti domino fiat aliquod præiudiciũ, arg. cap. 1. de causa poss. & proprie. & in c. inter. suprà de maior. & obed. & c. cùm super, de re iudica. & l. fin. C. si per vim vel alio modo, & mihi placet.

111 ¶ † Tertiò quæro, vtrùm in iurib. corporalibus, vt puta, si agitur pro obedientia, vel simili iure possit subditus nominare dominum in iudicio. Sol. Innocent. hic dicit, quòd sic, de quo tamen remittit ad latius dicta per eum in c. inter quatuor. suprà de maior. & obed. sed tu aduerte, quia in hoc articulo variæ reperiuntur opiniones.

¶ Prima fuit opin. Innoc. quod habeat locum nominatio, vt dixi, & sequitur Bar. in d. l. 2. quia ista iura incorporalia habentur pro immobilibus, vt l. si aliena. §. fin. ff. de vsucap.

¶ Secunda opin. per contrarium, quòd nominatio non habeat locum, quia illa non habet locum, nisi quando cõuentus alieno nomine possidet, sed subiectus in seipso non possidet obedientiam: cùm nemo seipsum possit possidere, vt l. liber homo. ff. de acquir. rer. dom.

¶ Tertia fuit opinio, quòd si petitur Ecclesia, nõ habet locum nominatio, quia illa non potest possideri, nec eius dominium haberi, vt l. 1. ff. de rerum diuis. & sic non potest vendicari, nec realis actio competere: quo casu duntaxat habet locum nominatio, vt hic. posset tamen Ecclesia vendicari occasione iurium Episcopalium, vel alterius iuris in ea competentis. ar. l. tabernam. ff. de contrah. empt. & l. si domus. §. fin. ff. de lega. 1. & hac ratione videtur habere locum nominatio.

¶ Quarta fuit opinio, quòd in his corporalibus, in quibus agitur contra subiectum, qui ab alio dicitur retineri, licet non habeat locũ nominatio quantum ad hoc, vt præiudicetur possidenti: tamen potest habere locum, vt detur terminus, quòd veniat ad docendum de iure suo, per id, quod habetur in cap. inter. suprà de maior. & obedien. & l. si pariter. ff. de liber. causa. Sed si talis non veniret, non tamen propter hoc procederetur secundum formam tex. nec agens fieret verus possessor: cùm conuentus nõ habeat facultatem rei restituendæ, & quia non debet subtrahere obedientiam illi, cui tenetur obedire, & qui est in quasi possessione ipsius iuris. Talis enim conuentus peccaret, nisi prius ab alterius obedientia absolueretur. 16. quæst. 3. cap. placuit. quod fieri non potest, si non est præsens ille, cui præiudicatur: nec contra eum actum sit. facit, quod habetur in d. cap. inter. de maior. & obedient. & 8. quæst. 4. cap. nonne. & dato, quòd sententia proferretur contra talem conuentum: tamen si superueniat postea dominus docens de iure suo, seu de possessione, vel quasi etiã summariè impediretur executio, secundum ea quæ traduntur in l. à diuo Pio. §. si super rebus. ff. de re iudicata. Nec obstat prædictis, quod habetur in l. postquã. C. de hæredit. vel actio. vendi. & l. nomen. C. quæ res pigno. obli. poss. vbi patet, quòd si cessisti mihi actiones contra debitorem, ago contra ipsum & ad præiudicium cedentis, licet non citati, & sic a simili videtur, quòd conuentus debeat obedire agenti: quamuis dominus, cui debetur obedientia, non fuerit in iudicio: quia respondeti potest, quòd in dictis iuribus illud operatur consensus cedentis actionem, vel obligatum nomen sui debitoris: sed hic non interfuit consensus illius, qui habebat obedientiam. Nec obstat cap. penult. infrà de regulis iuris, quia ibi loquitur, quando persona, cum qua agitur, potest rem in iudicio deducere: sed in terminis nostris, subiectus non potest ius possessum in eum deducere in iudicio. Item non obstat in lege, sæpe. ff. de re iud. quod ibi habetur: vbi dicitur, quòd sententia lata contra libertũ, præiudicat patrono: quia illud verum, quando patronus interuenit in iudicio: secùs si tantùm sciuisset causam agitari, per id quod habetur in c. cum super, de re iud. vbi de materia per Innoc. & ibi etiam dicit, quòd opinio Roge. de qua in d. l. sæpe. in quã tũ videtur velle, quòd præiudicetur patrono scienti, & tacenti: nõ est vera. Sed aduerte, quia Accur. & etiam Bart. videntur tenere dictam opinionem Roge. in dicta lege: sed dom. Anton. in c. inter quatuor, de maiorita. & obedient. saluat illam opinionem, vt habeat locum, quando agitur contra libertum, quo casu ad eum principaliter spectat se defendere, vt l. principaliter. C. de lib. causa. secùs quoad subiectum, ad quem non spectabat principaliter defensio, sed ad dominum possidentem. D. M. hic distinguit, quòd aut quis possidet ista incorporalia nomine alterius, vt Vicarius seu adiutor, & tunc rectè nominat dominum in iudicio, & habet locum, quod hic dicitur. aut quis non possidet ista nomine alterius, & subditus qui possidetur & non possidet, & propriè non habet locum nominatio: cùm non possideat, neque detineat, neq; facultatem habeat rei restituendæ: sed si nominat alium, debet ille vocari, quia nihil habet attentari in præiudicium alterius, vt dicto cap. inter. & si non nominaret, valeret iudicium contra subditum, quatenus tractatur de suo interesse, ne mutet dominium: sed non præiudicat domino, de quo tamen Dominus meus remittit ad no. per Innoc. in c. auditis, de præscript. & latiùs in dicto cap. inter. assumit hanc materiam, & recitat opin. dicens, quòd aut agitur actione personali, quia quis dicit sibi alium promisisse obedientiam, seu obedire, & non habet locũ nominatio, de qua hic, quia non habet locum nominatio, quando agitur actione personali, sed reali, vt hic. ad quod tamen vide quod dicam inf. q. 5. Item quòd hoc casu non habet locum nominatio, facit: quia ex quo agitur personali, non præiudicaretur possessori. aut agitur reali, & subdistingue, quòd aut quis possidet tanquam vicarius, vel coadiutor, & habebit locum nominatio, & processus de quo hic, quia ex quo possidet tanquam vicarius, vel coadiutor, videntur habere facultatem rei restituendæ. ff. de rei vendit. l. officium, & hoc etiam fuit de mente Innoc. in d. cap. inter. & dixi suprà in opin. D. M. vnde hoc casu habet locum nominatio, & proceditur secundum

formam

formam hic positam, & sententia lata contra istum conuentum, qui tenebat tanquã vicarius vel coadiutor tenebit, & mandabitur executioni, & in præiudicium domini non venientis, cum talis habeat facultatem rei restituendæ, vt supradictum fuit. Si verò conuentus non possideat taquam vicarius vel coadiutor, & tunc si agatur contra conuentum ad aliquod ius, quod sit sub illo iure, quod ab alio quasi possidetur: exẽplum, si agatur vt prestetur obedientia tanquam Archid. contra illum qui præstat obedientiam, tanquam Episcopo, & tunc est clarum & non habet locum nominatio: quia nõ est alius qui prætendat se possidere ius quod petitur. Si verò agitur ad ius obedientiæ, quod ab alio quasi possidetur: tunc si agitur contra illum qui quasi possidet, clarum est, quòd non est tractãdum de nominatione, de qua ipsemet qui possidet, conuenitur. Si autem conuenitur ipse subiectus: tunc aut conuenitur ab illo respectu iuris quod ab eo quasi possidetur, & habent locum opin. de quibus supra tetigi: quia aliqui videtur velle quod habeat locum nominatio: alij contra. alij volunt, quod solùm habeat locum nominatio ex eo, quia si pronunciaretur cõtra ipsum subiectum, non possit sententia mandari executioni: quia etiã si subiectus conuentus & conuictus vellet spontè præstare obedientiam: tamen agens non debet illam recipere, & si reciperet, peccaret: cũ debeatur alteri, qui est in quasi possessione, 16. quæst. 3. placuit. & eadem obedientia plurib. in solidum deberi non potest, vt ff. commodati. l. si vt certo. §. si duobus vehiculum. & ita dicuntur resi dere Innoc. & Dom. Anton. in d. cap. inter. sed dicit ibi Io. de Imo. aduertẽdum esse, quod decisio istius dubij videtur pendere ex alio, videlicet, an sententia lata contra subiectum præiudicet illi, qui possidebat obedientiam, si sciuit iudicium agitari, & tacuit. de quo per Io. de Imo. in d. cap. inter. in quarto dubio. Et ego latè dixi post Docto. in c. cum super. nam si sententia præiudicaret, saltem quantum ad quasi possessionem, vt videtur notari per Innoc. in d. cap. cum super. quamuis non videtur præiudicari respectu proprietatis, vt ibi dicit Innocentius, dicit Ioan. de Imo. quòd non valet: quarè non debeat habere locum nominatio, per quam subiectus intimaret domino de lite contra eum mota: sed si
a teneretur alia opinio, quòd non fiat præiudicium,[a] etiam quo ad quasi possessionem, etiam sciẽti & patienti: tunc posset procedere opinio, quòd non habeat locum nominatio: sed præcedens opinio videtur verior, per ea, quæ habentur in d. c. cum super. secundum Io. de Imo.

112 ¶ † Quartò quæro, vtrum pro rebus, in quibus conuentus habet aliquod ius, habeat locum nominatio, de qua hic. Sol. Glo. nostra in verbo, immobilibus, videtur concludere, quod textus noster solùm habeat locum, quando conuentus nullum habet ius in re: vt puta, si est colonus, cõmodatarius, depositarius, vel similis, secundum quod dixi in secundo articulo. secus si dicit in habente ius in re. Exemplum in marito in rebus vxoris, & in emphyteuta, & similibus.

¶ In his enim secundum glo. non prodest nominare dominum in iudicio: quia sicut isti possunt agere pro eorum iure: ita etiam tenentur defendere. ar. cap. perpetuus. de fide instrumentorum, secundum glo.

¶ Sed tu aduerte: quia circa hũc articulum plures reperiuntur opiniones. Prima est glo. nostræ, quæ etiam fuit gl. in l. 2. C. vbi in rem actio. quæ gl. volunt, quod ex quo nominatus habet aliquod ius in re, non habeat locum nominatio.

¶ Secunda opinio est Io. Andr. hic modificantis prædictam opinionem glo. dicit enim, quòd prædicta opinio procedit, quãdo res simpliciter vendicatur. secus si vendicaretur directum dominium duntaxat, vel quod ex illo debetur: tunc enim sufficeret nominare dominum: cum ius ipsorum non tangitur. & remittit ad notata de hoc in Spec. in ti. de primo decreto. §. restat. versi. sed nunquid. Et idẽ in effectu tenet Cyn. in d. l. 2. dicit enim, quòd si aliquis conuenitur super aliqua re, super qua aliquo respectu possideat sibi, nõ poterit nominare dominum in iudicio: sed si super fructibus & seruitutibus, vel pensionibus domino debitis cõueniretur: tunc potest nominare dominum. Et idem etiam in effectu voluit Barto. in d. l. 2. licet per alia verba clariora, dicens quòd aut iste, qui habet ius in re, conuenitur solùm respectu possessionis suæ: vt quia cõuenitur ab alio dicente se potiorem emphyteutam esse, & tunc vera sit opinio gl. quòd non possit nominare dominũ, quia ei præiudicatur. Si verò conuenitur respectu dominij directi, & sic respectu iuris, quod est apud alium, potest & debet nominare dominum in iudicio, & liberatur à iudicio respectu illius iudicij, & hoc quatenus illud iudiciũ non repugnat iuri ipsius emphyteutæ. Potest enim dicere emphyteuta, non curo quis sit dominus directo: neque hoc voluit defendere: sed dico me esse emphyteutam: sed quatenus petitio actoris repugnaret iuri ipsius emphyteutæ, emphyteuta teneretur se defendere: nec posset nominare dominum in iudicio, quantum ad declinãdum iudicium: sed
b bene posset, vt posset ab eo de suis defensionibus[b] informari, vt in authentica, qua in prouincia. C. vbi de crimine agi oportet. & sic Bart. in effectu voluit idem quod Io. And.

¶ Tertia fuit opinio Guliel. de Cu. quam sequitur hic Dom. Anton. qui voluit, quòd si ius agendi compatiatur se cum iure dominij: quia illi non derogat, sed dirigitur tantum ad ius emphyteutæ, non habet locum nominatio. Si autem contradicit iuri dominij, & sic potest ei præiudicare, saltem respectu ciuilis possessionis, tunc habet locum nominatio.

¶ Quarta fuit opinio Bal. magis lata in d. l. 2. vbi dicit, quòd vbi sit quæstio tantum de iure emphyteutæ: quia agens contra emphyteutam dicit se recognoscere ab eodem proprietario, & proprietarius confitetur, & non habet locum nominatio: quia

ADDITIONES.

a ¶ *Adde, quòd subditus non potest recognoscere alterum in præiudicium veri domini, Bal. in l. 2. ver. sed nunquid ciuitas. C. de ope. lib. l. si domino. 3. no. C. per quas perso. no. acq. Fel. in c. auditis. 13. colum. in prin. de præscript.*

b ¶ *Adde bene facere, quod no. Pan. consi. 470. lib. 1.*

quia hoc casu, quęstio dicitur procedere inter duos emphyteutas: sed vbi est quęstio de iure emphyteutæ, quod alter simpliciter vendicat: tunc vult, quòd indistinctè isti habentes ius in re, possint nominare dominum, si super ipsius iure conueniantur. Interest enim hoc casu ipsius proprietarij nominari, vt possit esse in iudicio: quia si fortè agens obtineret, posset aduersarius postea negare se habere ius ab ipso domino, per l. si coloni. C. de agric. & censi. lib. 11. Facit quod no. gl. in cap. inter dilectos. supra de fide instrum. & hoc placet Zabar. quoad hoc, vt teneat iudicium: etiam in præiudicium domini: sed quantum ad hoc vt teneat iudicium in præiudiciũ emphyteutæ, vel vasalli, sequitur Io. And. quæ opi. videtur magis communis. Sed Do. meus hic dicit, quod ex toto hæc dicta nó placent, vt ex inf. dicendis apparebit. Quare pro concordia dictarum opinio. & iurium, quantum fieri potest, distingue post Dom. M. plurimis additis, quòd aut conuentus nullum habet ius in re, qualis est depositarius & similis, & tunc clarum est, quòd debet & potest nominare dominum in iudicio, vt hic, & in d. l. 2. C. vbi in rem actio. & hoc tenent communiter omnes. Nec obstat, quod ex quo cõuentus nullum habet ius in re, non videatur posse conueniri actione reali: quia imò potest ex sola simplici detentatione, vt in cap. examinata. & ibi dixi, supra de iudi. & l. officium. in fi. ff. de rei vend. vnde ad exonerandum se à tali iudicio, potest nominare dominum. aut conuentus habet aliquod ius vt emphyteuta, & tunc si cõuenitur frater iure suo duntaxat: non habet locum nominatio: quia ipse est dominus respectu illius iuris petiti. Et ita procedat opinio glo. & sequacium, & ista etiam fuit opinio Ia. de Are. & plus dicit Specula. in titu. de primo decreto. §. restat. versic. quid si actor. quòd etiam si dominus spontè vellet in se suscipere iudicium, quod hoc casu non admitteretur: quia licet eius intersit, vt quidam dicũt, tamen possessio naturalis, de qua nũc agitur, non est illius, sed conuenti. Subdit tamẽ Dominus meus, quòd hoc casu, nec sententia, nec acta præiudicabunt domino proprietario absenti: quia sua interest potius habere obligatum vnum, quàm alium, iuxta no. in c. potuit. de loca. sed ad hoc, vt fiat sibi præiudicium, debet vocari: vel etiam posset vocare & nominare, vt haberet ab eo informationẽ. & ita procedat opi. Bal. & idem & fortius, si nõ intendit istum recognoscere in dominum, sed alium: debet tamen tũc vocari quoad hoc, vt sibi fiat præiudicium: sed non est necesse quoad hoc, vt iudicium procedat, cum de iure præsentis agatur, & non absentis: nec acta facient præiudicium ipsi absenti, secundum Io. And. hic, & Cyn. in d. l. 2. de quo in 14. arti. & ideo non est necesse nominare, aut vocare eum in iudicio: aut quis cõuenitur super tota re in solidum, vt quia res tota simpliciter reuocatur, & sic non solùm tractatur de iure vtilis dominij, & possessionis rei conuenti: sed etiam de directo dominio absentis. & hoc casu licet Ioan. And. Cy. & Bar. sentiant, quòd non habeat locum nominatio: tamen D. M. credit contrarium esse verum: quia licet nõ teneatur defendere ius absentis, si non vult: tamen pro parte tangente ius absentis, poterit eum nominare: cum nihil habeat commune proprietas cum possessione, vt l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. possess. & idem videtur dicendum, vbicunque in vendicatione totius rei concluditur ius ad aliũ spectans: quia idem iuris est de parte quo ad partem, quod de toto, vt in c. pastoralis. §. item cum totum. supra de offic. deleg. & l. quæ de tota. ff. de rei vendicatio. & hæc opinio mihi placet: vnde emphyteuta & feudatarius ratione sui vtilis dominij, nominabit dominum, & maritus in rebus dotalibus, & similiter vsufructuarius, & superficiarius: omnes isti & similes ratione iuris ad alium pertinentis, pro quo fortè conuentus non vult subire iudicium, poterũt absentem in iudicio nominare. facit l. sciendum. §. 1. ff. qui satisdare cogan. & quod no. in l. Celsus. §. 1. ff. ad exhiben. Sed aduerte, quòd si à possessore petatur onus reale ratione possessionis rei, licet per cõuentum illud onus soluatur alteri absenti: non tamen habet locum nominatio illius, quia tale onus adhærens rei, etiam pro emptore preterito, sequitur possessorem, vt l. Imperatores. ff. de public. & in c. pastoralis. de deci. & quia per possessorem stat quo minus soluatur. facit, quod no. in c. auditis. de præscr. per Innocentium, & per hanc distinctionẽ possunt solui, & ad concordiam reduci iura allegata hic in glo. 1. super ver. immobilibus. in fi. ibi, arguendum contra, & magis etiam specificè potest responderi. Et primò ad capi. rebus, quod ibi nulla fuit facta nominatio: quinimo nec conuentio: sed de consilio & ex vrbanitate quadam, Ecclesia consuluit Principem, an ipse alienauit eius bona illicitè in alios, & sic nihil facit, vt patet ad dic. l. 1. hic. ff. de ser. corrupto. Responde, quòd ibi tantum dicitur, q̃ si ex corruptione serui bona sunt surrepta, potest agi contra corrumpentem: etiam si bona ad alium peruenerint: quia corrumpens tenetur ex suo delicto: nec aliquid ibi possidet nomine alterius. vnde facit multum à remotis, secundum Dominum M. vel dic breuius, quod ibi agatur personaliter: ideo principalis delinquens potest conueniri, & similiter responderi potest ad duas leges sequentes allegatas pro contrarijs, in glo. nam l. fi. §. Lucius. ff. de contrah. empt. nihil facit, quia tantum ibi dicitur, quod pactũ personale nõ transit ad successorem rei. similiter etiam nõ obstat l. à debitore. ff. de his, quæ in fraudem credito. quia ibi conuenitur dolosus de dolo suo, & ipse puniendus est. & similiter responde ad cap. auditis. inf. de præscript. & ad cap. inter memoratas. 16. quæstio 3. quia illa iura nihil dicunt de nominatione: sed tantum dicunt, quod superior potest conueniri super iure subiectionis alicuius Ecclesiæ: quia ipse possidet, & non Ecclesia possessa. vnde prædicta contraria parum aut nihil faciunt, secundum Dom. M.

113 ¶ † Sed circa prædicta quæro, quid de creditore conuẽto super re, in qua habet hypothecariam, an possit nominare dñm debitorem suum in iudicio? Sol. Io. And. hic videtur sentire, quod idem sit in eo, quod in emphyteuta & feudatario: cum eos cõiungat in positione exempli. Et idem sentit Spec. in tit. de primo decreto. §. restat. versic. sed nunquid idem. sed Io. And. ibi, in additio. dicit, quòd in creditore aliud est dicẽdum, videlicet, quòd possit nominare dominum in iudicio, per l. si pignore. ff. de pigno. actio. & per l. fi. C. de fur. & idem tenet Cyn. in

in d.l.2. C. vbi in rem actio. & Dominus Antonius hic, secundum Dominum meum dicit hic æquè distinguendum esse, quòd aut iste conuenitur super iure hypothecæ, vt quia dicit alius creditor illam rē prius sibi obligatam, & ideo ipse debet habere possessionem, tanquam antiquior creditor, & tūc non potest nominare dominum in iudicio: quia tangitur priuatum ius ipsius creditoris cōuenti, qui rem quo ad hoc posidet nomine proprio, & sic cessat dispositio tex. nostri, & ipsius mens. & idem dicendum in consimilibus terminis. ad quod facit bonus tex. in l. vnica. C. si antiquior credit. aut ille creditor conuenitur super dominio ipsius rei, vel quasi, vt rei vendicatione, vel public. vel simili: & tunc poterit nominare dominum in iudicio, per ea, quæ superius dicta sunt. Et idem potest dici de alijs similibus habentibus aliquod ius in re, secūdum ea, quæ latius supra dicta sunt. Et sic ex prædictis concludendo habes, ꝙ in actionib. realibus habet locum hæc nominatio: siue agatur directa rei vendicatione, siue vtili, siue public. siue & confessoria pro iuribus incorporalibus: dummodo conuentus nullum habeat ius: vel si habet aliquod ius, super illo non conueniatur: sed cōueniatur super iure, quod non habet, vel si conueniatur simpliciter super tota re in qua aliquod ius ad alium pertineret.

114 ¶ † Quintò quæro, vtrum in actionibus personalibus habeat locum nominatio? Sol. Dic, quòd aut loquimur in mera actione personali, & non est dubium, quòd non habet locum nominatio: quia actio personalis sequitur & afficit personam cōuentam, & non rem, vt dixi in cap. 2. de libelli obla. arti. 12. quæst. 5. in quarto membro princ. facit tex. noster, & d.l.2. C. vbi in rem actio. quæ voluit nominationem locum habere in actione reali, & sic sentiūt à contrario, quod secus sit in personali, & hoc procedit, quoad nominationem, quæ fieret quoad effectum declinandi iudicij, secus quoad effectum, vt posit de suis iuribus informari absentem, secūdum Barto. in d.l.2. per tex. in authent. qua in prouincia. C. vbi de crimine agi oportet. & optimè facit tex. in corpore, vnde sumitur illa authen. aut loquimur de actione personali scripta in rem, & dic vt statim dicam in 7. quæst. & adde quod dixi supra de actione personali ad obedientiam, supra in 3. quęst. quasi circa medium.

115 ¶ † Sextò quæro, vtrum conuentus actione mista, vt petitione hæreditatis posit nominare dominum in iudicio? Sol. Guliel. in d.l.1. C. vbi in rem actio. tenet quòd sic: per textum in l. nec vlla. §. si quis absenti. ff. de petitio. hær. aliàs est sub l. etiam. nec obstat, quod dixi supra ar. 1. in fine, ꝙ iste modus nominandi nōn erat de iure Digestorum: quia ille tex. loquitur alio respectu: debetis enim scire ꝙ petitio hæreditatis non datur nisi contra eum qui posidet pro hærede vel possessore: sed ille qui posidet alieno nomine, non posidet pro hærede vel pro possessore: ergo prō tāto ibi nominabat dominum in iudicio, & ad hunc effectum: non autem nominabat dominum in iudicio, vt ei absenti fieret denunciatio, & procederetur secundum formam dictæ l.2. & tex. nostri: quia hoc non reperiebatur iure cautum, sed tamen per rationem illius. §. si quis absenti. & per identitatē rationis dictę legis secūdæ & tex. nostri, videtur concludendum, quòd in hac actione mista locum habeat nominatio. facit l.1. C. vbi de hære. aga. & hoc procedit in quantum actio mista habeat naturam actionis realis eo, quòd detur contra posidentem: sed in quantum haberet naturam actionis personalis, dicendum est, vt dixi in q. præced. secundum Bar. in d.l.2.

116 ¶ † Septimò quero, vtrum in possessorijs habeat locum prædicta nominatio? Sol. Glo. 22. quæst. 2. cap. quicunque. tenet quòd non: & ita recitando illam gl. residet hic Io. And. fuit opi. Vincen. quam etiam recitat Archidia. in quæst. 1. cap. redintegrandæ. & tenent Dom. de Rota, decisio. 481. sed glo. tenet contrarium in l. locum. §. 1. ff. de tab. exhiben. & idem Gul. de Cu. per authent. qua in prouincia. C. vbi de crim. agi opor. sed illa nihil facit, secūdum glo. & Barto. in d.l.2. quia illa loquitur de nominatione quæ fit, vt quis posit instrui in defensionem causæ. & prædictam opinionem tenet Cyn. in l.2. C. vbi in rem actio. & sequitur Barto. ibi, propter identitatem rationis. & ad c. quicunque. respondet, quòd debet intelligi cū determinatione huius tex. & d.l.2. videlicet, vt restituat, vel nominet dominū in iudicio. & hanc opinionem sequitur hic Zab. & respondet ad cap. quicunque. quod loquitur de eo, quod posidet suo nomine, vt quia spoliauit: aliàs nominaret dominū in iudicio: quia licet detineat: tamen cum detentio dependeat à domino possessionis, potest dominus nominari, cum sua intersit. facit. c. inter quatuor. sup. de maior. & obed. sed Spec. in tit. de primo decreto. §. restat. ver. hoc etiam no. tenet primam opin. quòd non habet locum nominatio. allegat. 17. quæst. 1. c. in canonibus. de foro compet. cap. cum sit generale. & c. si clericus. & cap. conquestus. Dom. Anton. hic, vt dicit D. M. adeo confusè loquitur, fortè vitio scriptoris, vt vix colligi posit, quid firmiter intendat: videtur tamen distinguendum, quòd aut agitur scripto interdicto: & sic interdicto vnde vi, vel condictione cap. sæpe. infra de restitu. spol. & tunc habet locum nominatio: quia dicta iura competunt cōtra posidentem nomine proprio, secus quando conueniretur condictione canonis redintegranda,[a] 3. quæstio. 1. quia etiam illa datur contra detinentem nomine alieno, de quo ego dicam inf. de rest. spol. Dom. Anto. hic dicit, quòd credit, quòd indistinctè locum habeat nominatio: quòd licet ista interdicta sint personalia, tamē scripta in rem, vt l. 1. ff. de interdic. & idem est de eis iudicandum sicut de realibus, vt no. in c. ex parte B. de foro competen. & quod no. glo. in d. c. 2. de rebus ecclef. non alien. in 6. in ver. morientium. & in Auth. de non alienan. in prin. non enim apparet, quare in iudicijs possessorijs debeat cessare æquitas istius §. & dictæ l. secundæ. C. vbi in rē act. vnde de similibus idem debet esse iudicium, & sufficit, quòd sint similia in ratione: licet qualitas facti sit diuersa, vt in c. cum dilecta. de confir. vti. nam ratio huius iuris, & introducendæ nominationis fuit,

ADDITIO.

a ¶ *Qualiter procedatur, quando intentatur remediū. cap. redintegranda. 3. q. 1. vide per Alex. in consi. 117. lib. 2. & consi. 6. 2. col. ver. capio. secundum, lib. 3.*

fuit, ne fiat præiudiciū absentis circa possessionem, & ille qui nomine suo agit, non cogatur subire iudicium: quæ ratio pariter vendicat sibi locum in iudicijs possessorijs, in quibus quis non conueniretur ex facto suo, sed ratione rei, & maximè hoc procedit, vt in interdicto, vnde vi. Illud enim nullo modo potest competere aduersus detinentem, ex quo non spoliauit, nec spoliare mandauit, nec spoliationem ratam habuit: vnde etiā frustra hoc casu quærimus de nominatione: cum & si posidet nomine proprio, non posset cōueniri, per c. cum ad sedem. infra de restitu. spol. fatetur Dom. M. quòd si is qui conuenitur, spoliasset vel mandasset, vel ratam habuisset spoliationem, & tunc posideret nomine alterius, quòd nō habet locum nominatio: quia conuenit de delicto & facto proprio: ideo non posset iudicium declinare, & sic non posideret, vt l. fundum. & l. si vi. ff. de vi & vi arma. sed gesta cū eo non præiudicabunt absenti, per ea quæ dixi supra cum glo. Idem etiam dicit Dom. M. de condictione c. sępe. illa enim tātum datur aduersus posidentem nomine proprio, qui succesit in vitium scienter, vt ibi patet: sed iste qui posidet nomine alterius, etiam si vitiosè, non dicitur successor: cum is posideat, cuius nomine posidetur, vt l. fin. C. si per vim vel alio modo. & ideo idem videtur de possessione retinendę. & idem etiā de condictione dicti canonis, redintegranda. licet enim illa condictio competat cōtra quemcunque possessorem, etiam bonæ fidei: non tamen contra detentorem & posidentem nomine alterius, ne fiat præiudicium domino absenti. non ergo debet ita latissimè intelligi cum præiudicio tertij, vt l. 3. §. si quis à principe. ff. ne quid in loco publico. & quod no. in cap. cum dilectus. de dona. & idem dicit Dom. M. in alijs possessorijs consimili ratione, ex quo non agitur de facto conuenti, sed respectu rei quam detinet. & ad cap. quicunque. respondet aliter quàm dixerit Bart. ibi enim conuentus posidebat res Ecclesiæ nomine proprio: sed allegabat concessiones ab alijs factas, & ideo per hoc
a non euitat iudiciū: quia rei vendicatio [a] datur contra posidentem, vt l. venditor. ff. de iudicijs. & l. 1. C. vbi in rē actio. & iste potest esse vnus intellectus ad aliud cap. quicunque. quod ibi ageretur petitorio. Secundo modo potest intelligi, quòd ageretur possessorio, & tunc dic, quòd qui conuenitur, inuaserit, & sic conueniebatur ex facto proprio, & nomine proprio posidebat. & hoc voluit ibi dum dicit, inuaserat. vnde concludit Dom. meus, quòd ille tex. non probat dictum illius glo. & primum opi. de qua supra: sed debet distingui, vt supra dixi. Ego reperio, quòd quidam Martinus de Laude dicit, hic se dubitare, & quod non sit differentia inter interdictum vnde vi, & vti posidetis: cum sit eadem ratio in vtraque vi, delicti turbatiui, & spoliatiui: ergo idem ius. ar. c. translato. supra de const. declara. pone, quòd A. posidens conuenitur à B. interdicto vti posidetis: quia ipse turbat B. in possesione prædij sui. ipse vero A. nominat M. in iudicio, qui turbauit ipsum B. nec mandauit, nec ratam habuit turbationem. certè si A. conuentus nominādo M. in iudicio euitaret iudicium, ipse B. deluderetur: quia contra M. non posset agere interdicto vti posidetis: cum ipsum non turbauerit, nec mandauerit turbationem, vt in cap. licet. de probatio. l. vnica. C. vti posidetis. nec etiam posset agere B. contra A. si posset nominare, & per nominationem euitaret iudicium, vt hic, & d. l. 2. C. vbi in rem actio. Quare ne ista delusio fiat actori nominato, non proderit vt euitet iudicium, vnde in effectu concludit cum Bartolo, quòd etiam in possessorijs habet locū nominatio: nisi nominans sit delinquens: siue loquamur in interdicto, vnde vi, siue vti posidetis. & habet locum tex. noster, & d. l. 2. ego arbitror, quòd decisio istius quæst. reguletur secundū decisionem quæst. 4. videlicet, quòd respectu iuris intentati per actorem contra reum, ꝙ pertineat ad ipsum reum, non posit fieri nominatio ad finem euitandi iudicij: sed respectu iuris ad alium pertinentis, aliquo modo comprehēsi sub petitione actoris posit hęc fieri nominatio: siue illud ius ad aliud pertinens respiciat proprietatem siue possessionem.

117 ¶ † Octauò quæro, vtrū in causa damni dati habeat locum hæc nominatio: pone exēplum, secundum Host. quòd aliquis de mandato alterius damnum dedit, & conuenitur rectè damni dati: nā vterque tenetur, vt l. 1. §. deiecisse. & l. quoties. de vi & vi arma. & c. cum ad sedem. infra de restit. spol. & c. mulieres. de senten. excom. expone ergo, quòd ipse qui damnum dedit conueniatur: ipse verò nominat dominum in iudicio, dicens nō bene scire causam præcepti sibi facti: vtrum debeat dari sibi dilatio ad præsentandum domin. Sol. Dic, quòd sic, sed si non venerit, nihilominus præsens condemnabitur, & si notorium sit illud commissum de mandato absentis fuisse tenebitur satisfacere de bonis ipsius absentis, sic potest intelligi tex. in Authen. vt omnes obed. iud. prouin. §. si verò. collat. 5. vel potest intelligi in procuratore, vel inquilino habente generalem administrationem. ff. de doli exceptio. in l. apud Celsum. §. quæsitū. & ff. de tribu. in l. procuratoris. & supra de offi. Archi. in cap. ea quæ. de cuius generalis administratoris delicto tenetur dominus, & probant iura prędicta, maximè ex quo ei denunciatum est, nec ipsum defendit. ar. c. 1. supra eo. in fi. & dominus qui talem elegit, punitur ex sua culpa. ff. de mi. l. cum mandato. & ex propria contumacia: quia venire non vult. & ratio sit, ne male-
b ficia [b] remaneant impunita. ar. l. ita vulneratus. ad leg. Aquil. & infra de senten. excommu. c. vt famæ. & c. quamuis. vt d. auth. videatur loqui in delicto notorio: tamen innuit, ꝙ etiam iudex apud quem non est notorium, poterit sine libello hoc expedire, vt innuit text. ibi dum dicit, & causam examinans præsente eo, qui conuentionem suscipit. & etiam ibi dum tex. dicit, si tamen omnino noxius apparuerit. & ad idem text. in Authent. de collat. §. iubemus. & ff. de offic. præsid. l. 3. & l. congruit. & l. diuus. secundum Hostien. & Ioan. And. & prædicta

ADDITIONES.

a ¶ *Rei vendicatio datur contra possidentem naturaliter. item ciuiliter. item contra detinentem sine aliqua possessione, l. officium. ff. de rei vend. vide Bald. in l. 1. C. vbi in rem actio detur.*

b ¶ *Cuius rei prætextu tenentur vi, & statuta punitiua censeantur fauorabilia. dicit Bar. in l.*

dicta notabis, quia quotidie contingunt.

118. ¶ † Septimò princip. articu. quæro, quando fieri debeat ista nominatio? Sol. Glo. hic super ver. debet, dicit quòd debet fieri statim ante libel. oblationem, vel antequã conuentus respondeat. Ad idem tenet Specu. in titu. de primo decreto. §. restat. ver. debet autem statim. & Zab. hic. & idem tenuit Bar. in l. 2. C. vbi in rem ac. motus, quia ista est quædam exceptio declinatoriæ, ideo ponẽda est ante litem contesta. vt l. fi. C. de exceptio. & l. exceptionem. C. de probat. & idem Dom. An. hic, motus eadem ratione, quia declinatoria debet opponi ante litem contesta. vt in c. inter. infra de re iudic. & ideo post litem contesta. nõ poterit variare, nisi aliter probetur error, per no. in cap. fi. de confes. ad quod vide, quod dicam inf. articu. 13. & sequitur hic Do. Ant. & probatur hic in tex. qui vtitur verbo statim. & eodem ver. vtitur d. l. 2. facit l. is qui se obtulit. ff. de rei vendica. & l. qui se liti. ff. de peti. hæred. secundum Dom. M. prædicta tamen procedunt, quando fieret nominatio ad effectum declinandi iudicium: sed si fieret ad effectum, vt possit vti defensionibus suis: tunc possit fieri & post litem contesta. quia tunc est exceptio declinatoria. Exemplum potest poni per authent. qua in prouincia. C. vbi de crim. agi oportet.

119 ¶ † Octauò princ. artic. quæro, qualiter fieri debeat hæc nominatio: & ad quid teneatur nominãs? Sol. Ego arbitror, quòd conuentus possit vti hac forma: videlicet, Coram vobis comparet B. vigore citationis de eo factæ, & petitionis contra eum porrectæ per P. & dicit, quòd ipse B. rem petitam per dictum P. non possideat nomine suo, sed nomine M. non intendens alienam suã facere: sed dictum iudicium declinare, nominat ipsum M. tanquam dominum, cuius nomine ipse B. possidens offert se prædicta nominatione omnia facere & dicere, ad quæ de iure tenetur. hæc forma colligitur satis ex tex. nostro, ex his quæ superius dicta sunt, & infra dicuntur: & clarius ex tex. dicta l. 2. C. vbi in rem actio.

¶ Sed quæro circa prædicta, vtrum ex quo iste conuentus nominans dominum in iudicio asserit se alieno nomine possidere, teneatur probare hoc quod alieno nomine possidet. Sol. Iaco. de Are. tenuit quòd sic, vt refert hic Ioan. An. quia declinatoria excipit exonerando se à iudicio, vt dixi in præceden. articu. quia aliàs teneretur respondere, per l. offic. ff. de rei vend. ergo tenetur probare, cum excipiens in exceptione proposita fungatur vice actoris, vt l. 1. ff. de except. Et idem tenet Iaco. Butr. & Cyn. in l. 2. sed Barto. ibi dicit, quòd sufficit sola nominatio in iudicio, vt per hoc absoluatur ab instantia iudicij, nisi actor velit in se onus probandi assumere: probare conuentum possidere suo nomine, vt sic in eum transferatur possessio authoritate l. simul. ff. de rei vendic. & ad hoc alleg. Innocen. hic sic volentem. & sequuntur hic Dom. Ant. & Ioan. de Imo. ex quibus dictis sing. sequitur extensio d. l. fi. & pe. ibi, cõstitutæ, vt illa pœna locum habeat, non solùm in eo qui negat se ex toto possidere, vt si conuincatur de mendacio, priuetur possessione: sed ẽt locum habet in eo qui dicit se possidere nomine alieno: cum tamẽ possideret nomine proprio. concludit ergo Do. meus, quod stabitur dicto suo sine alia probatione: quia aut nominans dixit verum, & habemus intẽtionem: aut dixit falsum: & adhuc idem dicendum est: cũ possit nuda voluntate constituere se possidere nomine alieno, & desinere possidere. l. si quis vi. §. differentia. & l. quod meo. ff. de acquir. poss. & etiam istud voluit Dom. Anto. si tamen hoc diceret in fraudem, potest cõuinci modo prædicto, & conuictus amittet possessionem, & fiet de possessore petitor. & idem tenet Specu. in ti. de primo decreto. §. restat. ver. quid si nominans. & etiam voluit Bal. in l. fin. ff. de rei vendi. & in l. 1. C. de his qui po. loc. vbi per illum tex. fortius vult, quòd si conuentus mendaciter asserit potentioris nomine

a possidere: puta, Episcopi, vel alterius officialis,[a] in quo vendicet sibi locum titulus, ne liceat poten. quòd talis mendax amittit non solùm pos. sed & proprietatem, quod est singularissimum, & memoriæ commendandum. & posset tibi contingere in practica: & mihi placet. facit quod no. Bar. in l. cum miles. ff. de alien. iu. mu. causa facta. vbi vult, quòd impetrãs auxilium à potẽtiore, vt intercedat, amittit causam illam. Et idẽ tenet Bal. in d. l. 2. C. ne li. po. & D. M. in d. c. 2. supra de alien. iud. mu. causa fa. in no. & ibi dixi. Sed aduerte ad id, quod dixi, quòd nominans

b non teneatur[b] probare se possidere nomine alterius: quia dicit Alber. de Rosa. in l. 2. C. vbi in rem act. quod ita communiter practicatur, & ibi singulariter subdit, quòd stabitur dicto nominati: qui si dixerit, quòd imò conuentus nõ possidet nomine suo, perdit possessionem. allegat l. si quis diuturno. ff. de fal. & seq. quia hic Mar. de Lau. secundum Bald. in d. l. 2. quem sequitur hic Zab. dicit, primam opinionem Iac. de Are. & Ioan. And. veriorem: quia licet propter mendacium possit esse locus d. l. fi. ff. de rei vend. non tamen tollitur aliud: quia ex quo detentator præsumitur possidere nomine suo, vt no. Hostien. in c. cum olim. 2. de priuile. pro quo allego gl. antepenul. in c. cum Ecclesia. infra de causa poss. & propriet. & in l. Titia. ff. de solut. meritò cum dicat se detineri, ista detentio facit eum necessarium aduersarium in reali, vt l. officium. ff. de rei vendicat. vnde non videtur locus opin. Iaco. de Are. & hæc opinio videtur vera, si constat, quod detentat. Sed si aliunde non constat: sed simpliciter dicit se alieno nomine possidere, procedit opinio Barto. quia si actor accipit confessionem pro se: debet eam etiam recipere & contra se: mihi placet plus contraria opinio, per textum nostrum, per dictam leg. secundam, qui tex. simpliciter voluit, quòd sufficiat nominare dominum in iudicio, nec requirit probationem.

¶ † Item

ADDITIONES.

a ¶ *Et benedicit officialis: quia si in potentiorem alienet, non tamen ratione officij: tũc est alia pœna, vt no. per Bar. in l. cum miles. in fi. ff. de alie. ind. mut. causa. & vide per Dec. & alios in c. intelleximus. de iu.*

b ¶ *Imò videtur, quòd teneatur probari, cum hæc exceptio sit quædam declinatoria. ar. l. exceptionibus. ff. de proba. & vide Bal. in d. l. 2. 3. col. versicu. denuò. & quod dicitur, quod nominatus perdit possessionem, vide Bal. in l. 1. ff. de rei ven. & Anton. hic.*

120 ¶ † Item quærit iuxta prædicta, vtrum facta nominatione, nominans teneatur iurare de calumnia. Sol. Guido de Suza. in d. l. 2. tenet, quòd sic: sed nõ sit agendum contra eum, sed contra nominatum, & statim dicam in 11. & 13. art.

¶ Nec obstat, quòd tantum semel sit iurandum, vt in d. authen. hoc sacramentum. C. de iur. calum. & dicam inf. in titu. de iuram. calum. quia per hoc sacramentum eximitur à iudice, secundum Gul. & sequitur Specu. in ti. de iuram. calum. §. restat. versic. sed illud. dicit Io. And. in addit. Specu. quòd sibi videtur, quòd sit locus iuramento de malitia: videlicet, malitiosè non nominat: non autem de calumnia, quod respicit totam litem, & præstatur post lit. contesta. vt in c. 2. in fi. de iuram. calum. in 5. de quo dicam in titu. de iuram. cal. & hanc opinionem sequuntur hic Dom. Anto. Zab. & D. M. quid autem de ipso actore & nominato, vtrum iurent de calumnia, dicam inf. art. 11.

121 ¶ † Nono prin. art. tractandum est, quid debeat facere iudex post factam nominationẽ, & ante contumaciam nominati, pro cuius art. clariori demonstratione prosequar infrascriptas q.

¶ Prima erit generalis, quid facere debeat.

¶ Secunda, quia per iudicem debet dari dilatio, quæritur, cui sit danda, & per quem habeat fieri nominato intimatio.

¶ Tertia, qualiter debeat fieri talis denunciatio nominato.

¶ Quarta, quid si est data dilatio ad denunciandum: sed talis denunciatio seu intimatio, non est facta ipsi intimato.

¶ Quinta, vtrum per huiusmodi denunciationem factã per colonum, interrumpatur pręscriptio.

¶ Sexta, de effectu istius nominationis seu citationis.

122 ¶ † Primò quæro, quid debeat facere iudex post factam nominationem? Sol. Dic, quod debet statuere certum terminum arbitrio suo finiendum, habita ratione loci, in quo degit ipse nominatus: intra quem debeat denunciari iudicium intentatum ipsi nominato, vt hic, iuncta l. 2. C. vbi in rem actio. quę clarius in hoc loquitur, quàm tex. noster. Est ergo hic dilatio arbitraria, ex quo non est statutum certum tempus: & quia dilationes regulariter sunt arbitrariæ, vt l. 1. C. de dila. 3. quæstio. 3. §. spacium. & cap. 1. infra de dilatio. tenet Cyn. in d. l. 2. & Dom. Anton. hic.

¶ Secundò quæro pro declaratione pręcedentis quæst. cui prædictus terminus debeat asignari: an nominanti, an nominato, & sic per quẽ debeat fieri prædicta denunciatio: vtrum per nominantem, an vero per iudicem? Sol. Glo. hic super ver. producendo. dicit, quòd debet fieri per nominatum, & sic sequitur, quod iste terminus debet statui nominanti: sed Inno. & Host. dicunt, quod debet fieri per iudicem talis intimatio, si fortè est minus idoneus, & quia periculosum esset domino, quod interpellatio facta colono, cõstitueret eũ in mora. quod no. in l. item veniunt. §. petitam. ff. de pet. hære. nam posset per colonum committi, nõ denunciandum dominum: ideo cõsilium est, quod actor per se denunciet: vel faciat denunciare iudicem, secundum Petr. & Cyn. in d. l. 3. & Dom. Ant. & Zab. hic. Bart. verò in d. l. 2. simpliciter tenet, quod debet fieri per iudicem, per illum tex. dum dicit, certo dierum spatio à iudice finiẽdo &c. quibus verbis eo vtitur tex. noster, & subdit Bar. quod idem tenet hic Inno. sed certè Inno. hic non dicit illud, imo tenet oppositũ. Dicit enim, quòd nominatus debet produci per detentorem, & sic per nominãtem, & quòd iudex primò dabit terminum colono, vt dominum ad iudicem perducat: & postea vocabit ipsum dominum. nec l. 2. dicit illud, quod dicit Bar. imò dicit D. M. quod imò probat contrarium in eo, quod voluit, quod nominato non veniente ad terminum statutum, debet iudex citare nominatum legitimis edictis: si intellexisset à prin. de citatione fienda per iudicẽ simpliciter dixisset, quòd iudex eũ vocet legitimis edictis. Sed quia prima fit simpliciter per detẽtorem: debet fieri postea solennis per iudicẽ. & ita fueram imaginatus, antequam viderem D. M. quia per hũc modum videtur succurri, si nominans esset minus idoneus. Subdit tamen D. M. quod tutius est, quod fiat per iudicem, & putat D. M. quod si iste detentor non faceret, teneretur ad interesse, & nõ præiudicaretur absenti, vt dicunt Doct. per l. 1. ff. de eo per quẽ factum est. & statim dicam in q. 4. si nominans fideliter denunciaret nominato absenti: sufficeret, quia in hoc est quasi nuncius iudicis. ar. notatorum in c. cum dilecti. secundum D. M. & mihi placet.

123 ¶ † Tertiò quæro, qualiter fieri debeat hæc denunciatio? Sol. Dicit Bal. in d. l. 2. quod poterit mitti sub hac forma: videlicet, quod ipse nominans compareat intra talem terminum, si sua crediderit interesse, per no. in l. ea quidem. C. si man. ita fue. alie. & in l. 1. §. quod dicitur. ff. si cui plus quàm per l. Falc. ego arbitror, quod siue denunciatio fiat per iudicem, siue per nominantem, aptior forma sit, quod narrata conuentione facta per actorem, & nominatione facta de illo per reum, quod veniat: vel mittat idoneum responsalem suscepturus iudicium, si sua putauerit interesse. ar. tex. nostri, & d. l. 2. iunctis iuribus statim allegatis per Bald. & quid importet citatio,[a] si sua putauerit interesse, dicam statim art. 11. quæstio. 8.

¶ Quartò quæro, quid si dilatio esset data per iudicem nominanti: sed tamen ipse colonus conuentus non denũciauit nominato, vtrum præiudicetur ipsi nominato? Sol. Dic, quòd non: quia tex. noster & d. l. 2. dicit, ad notitiam eius producendo, vel debet constare de notificatione. mandabit ergo iudex colono, quod notificet, & fidem faciat ipsi iudici de notificatione, vel ipsemet iudex mittat nunciũ, vt supra dixi. ita dicit Bal. in d. l. 2. & vide quod dicam inf. art. 12. & no. si talis denunciatio non fit nominato. nam incipit currere sibi terminus statutus. ar. l. fi. §. si verò nemo. C. de iu. do. imp. & quod no. Bar. in l. Labeo. de iureiur. & facit tex. noster dũ dicit, ad eius notitiam producendo. ad idem tex. in l. 2. ibi, ad notionem eius producendo.

¶ † Quintò

ADDITIO.

a ¶ *Citatio hoc modo concepta, compareas si tua putaueris interesse: an valeat. vide per Bal. in l. consentaneum. C. quomodo & quando iud. in pen. col. Ang. in l. peremptoriũ. de iu. Rot. in decis. 423. inc. si impetretur.*

124 ¶ † Quintò quæro, vtrum denunciatio facta per colonū, interrumpat præscriptionē, de qua in tex. Sol. Glo. in d. l. 2. dicit, quòd non: nisi fiat per nunciū, quia colonus non est executor missus à iudice: de quo dicam latius inf. art. 13.

¶ Sextò quæro de effectu istius citationis, seu denunciationis? Sol. Dic quòd si nominatus post tempus indultum noluerit adimplere: quia nec venit, nec misit responsalem: lis, ex eo, quòd possessor ad iudicium vocatus est ad interrumpendum præscriptionem longi temporis, habetur pro contestata. tex. est hic & in d. l. 2. C. vbi in rem actio. de quo dicam inf. latiùs, art. 13.

125 ¶ † Decimo princ. art. quæro, quid facere debet nominans dominū in iudicio, & ad quid teneatur? Sol. Dic, quòd debet significare domino, vt veniat ad suscipiendum iudicium in terminū sibi assignatum à iudice, secundum ea, quæ dicta fuerūt in præceden. art. vtrum autem teneatur probare se possidere alieno nomine, dixi supra, art. 8.

¶ Vndecimo prin. art. tractandum est, quid debeat facere nominatus, pro cuius art. clariori doctrina prosequar infrascriptas quæst.

¶ Prima erit generalis, ad quid teneatur nominatus facta sibi denunciatione, vel intimatione.

¶ Secunda, vtrum ipsi nominato venienti, recipienti intentionem actoris, sit dandus nouus libellus.

¶ Tertia, quid iuris si nominatus nullo modo possidebat, sed nominans possidebat ciuiliter, & detinebat nomine domini: an contra nominatum sit de nouo dandus nouus libellus.

¶ Quarta, vtrum nominatus comparēs possit ex persona sua declinare forum: siue nominans nullum ius habeat, siue habeat aliquod ius pariter cū nominato.

¶ Quinta, vtrum nominatus comparens possit iudicem recusare, quem non poterat recusare nominans.

¶ Sexta, vtrum vigore literarum impetratarum contra nominatum, possit delegatus exercere iurisdictionem contra nominantem.

¶ Septima, posito ꝙ propter aliquam causam nominans non possit appellare, vtrum appellatio prohibita intelligatur nominato.

¶ Octaua, vtrum nominato licitū sit petere compromissum ex persona sua, vel alio vti priuil. quod non esset licitum petere nominanti conuento.

¶ Nona, vtrum nominatus comparēs, vt recipiat iudicium, teneatur iurare de calumnia.

126 ¶ † Prima igitur quæstio, quid debeat facere nominatus facta sibi denūciatione. ¶ Sol. Dic ꝙ debet venire, vel idoneum mittere procuratorem, seu responsalem. tex. est hic, & in d. l. 2. & intentionem actoris excipere, hoc est, defensionem, vt dicit hic Glo. in vers. excipiat. & sic debet suscipere iudiciū in se. nam quandoque verbum, excipere, ponitur pro suscipere. facit 23. q. 5. c. non est nostrum, & inf. tit. 1. c. Imperatorum. & infra de plus peti. c. 1. secundum Glo. simile habetur in c. licet Heli. de simo. & c. vt super, de rebus Eccles. nō alienan. vel intentionem actoris excipere: hoc est actorem reijcere per exceptionem, seu actoris intentionem perimere, secundum Io. And. & Docto.

¶ Secundò quæro, ex quo nominatus comparēs tenetur respondere, & actoris intentionē excipere: vtrū contra istum terminū exigitur nouus libellus. ¶ Sol. Bar. in l. 2. C. vbi in rem actio. tenet ꝙ sic. & quòd conuentus nominās debet absolui ab instantia iudicis. & idem tenet ibi Bald. & tenent hic Do. Ant. Do. meus, & Doct. & Ang. in l. non solum. §. quod vulgo. ff. de vsu. & ratio est: quia ex libello iā porrecto, qui concludit contra nominantem, non possit condemnari nominatus. facit c. licet Heli. de simo. & quod no. in l. vt fundus. ff. cōi diui. dimittendus est ergo nominans, qui nō tenetur amplius esse in iudicio. pro quo facit l. neque impuberes. §. 1. ff. de in ius voc. & tradit Spe. in ti. de primo decreto. §. restat. vers. sed nūquid nominans. & hęc procedūt propriè in nominato: secus qn̄ tertius veniret pro suo interesse, vt assisteret liti inchoatæ: quia tunc non datur nouus libellus, sed iudicium inchoatum regulat ius ipsius tertij. aliàs autē non diceretur assistere, sed principaliter litigare. & dicit hic Zaba. ꝙ eo casu quo nominans non habet ius, videtur sufficere libellus datus cōtra detentantem: quia ex quo dominus se offert defensioni, tenet locum detentantis: sed plus placet præcedens opinio.

¶ Tertia quæstio, quid si dominus nullo modo possidebat: sed ille qui in iudicio nominauerat, possidebat ciuiliter, & detinebat nomine domini, fortè precario: vtrum cōtra dominū sit dandus libellus. ¶ Sol. Videtur dicendum ꝙ non, per no. in l. Pomponius. §. id quod precario. ff. de acquir. poss. sed dic ꝙ imò dabitur, & ille qui nō nominauit dn̄m in iudicio debet cędere possessioni, & ipsum in dominum transferre, vt sic dominus posset conueniri rei vendicatione. aliàs si hoc non faceret, non absolueretur ipse ab instantia iudicij: quia per illam nominationē non esset actori consultū, vt hic, & in d. l. 2. & ibi per Bar. & Doct. & maximè per Pau. de Cast.

127 ¶ † Quarta quęstio, vtrum nominatus cōparens possit declinare forum, quem ex persona sua nominans declinare nō poterat: pone exemplum, laicus cōuentus coram iudice seculari, nominat clericum in iudicio: vtrum clericus possit declinare forum. Sol. Io. And. hic primò arguit ꝙ non: sed quòd teneatur defendere, vbi nominans tenebatur. arg. l. 1. C. vbi in rem act. & ff. de iud. l. venditor. & l. hæres absens. in prin. refert tamen Fran. Vercel. dicere, ꝙ hæc quæstio fuit Mediolani, in quo Vbertus de Bobio consuluit contrarium. & hoc approbat idem Franc. per regulam quæ vult, ꝙ actor sequatur forū rei. & cum hac opin. residet hic Io. And. nec obstat quod no. Spec. in ti. de primo decreto. §. restat. vers. quid si dominus. & seq. vbi dicit, quòd si venit clericus vt defensor voluntarius: quia cōuentus habet ius in re, nō auditur: quia interuentu personæ clerici, durior fit cōditio agentis, contra. l. 1. §. defendi. ff. ex quibus causis in poss. ea. & in Auth. de sanct. Episc. §. illud autem. & C. de procura. l. militem. & C. de Episc. & cleric. l. placet. etiam si expressè renunciet priuilegio [a] fori, vt ibi, & ff. qui satisd. cog. l. quoties.

ADDITIO.

a ¶ *Imò non potest renunciare clericus priuil. fori, vt in c. cum contingat. de foro compe. c. si diligenti. eo. tit.*

ties. quia ex prædictis apparet Specul. ibi loqui, cùm conuentus habet ius in re: puta, si est feudatarius vel emphyteuta super vtili dominio. nam certè non potest dominus nominatus, quamuis clericus, aduocare causam ad forum suum, suscipiendo defensionem: secus si loquitur de colono, cómodatario, vel simili non habente ius in re, & hanc opinio. sequuntur hic do. Anto. & Zaba. & D.M. distinguit, quòd aut clericus vel similis venit tanquam nominatus & ius habens, & sic est necessarius defensor & principalis, & tunc aduocat causam ad forũ suum: si enim dandus est libellus de nouo contra istum nominatũ comparentem, & nominans absoluendus ab instantia, vt dixi supra in 2. quæstio. ergo actor debet sequi forum rei. Non ob. l. 1. C. vbi in rem actio. & d. l. venditor. ff. de iudi. cùm similibus, quia instantia ibi nõ alteratur de persona ad personã: hic sic videlicet de detentore in dominum: nam cõtra emptorẽ conuentum durat instantia: licet venditor defendere possit assistendo, & iudicium cùm eo suscipiendo. Non ob. quòd conditio actoris ex persona defensoris non debeat fieri deterior, vt dixi, quia ibi loquitur de defensore voluntario, qui assistit alteri: hic in necessario, qui venit principaliter ad sui ipsius defensionem, vnde potest vti priuilegio suo, vt l. idemque. §. & generaliter. ff. mandati, vbi tex. & Glo. secundum do. Ant. & D.M. quod etiam procedit nõ solùm quò ad priuilegium fori, sed etiã quò ad aliud quodcunq; priuilegium competens nominato comparenti, per ea quæ dicã in seq. quæst. Aut tertius voluntariè venit ad defendendum nõ nominatum modo prædicto, sed venit ad defendendum emptorem ratione alterius iuris, & tenetur defendere, nec potest declinare iudicium, & sic debet intelligi Glos. singularis. 11. quæst. 1. clericum nullus, & tradit D. M. in cap. quia V. de iud. & hæc opin. mihi placet, quia contra nominatum de nouo fundatur iudicium, sed in alio casu nullum de nouo fundatur iudiciũ, sed primò cõuentus semper remanet reus, & etiam voluit Ange. in l. nõ solùm. §. quod vulgo. ff. de vsucap. vnde iudicium intentatum contra primum conuentum, regulat ius istius tertij comparentis ratione sui interesse, vt dixi sup. in 2. istius quæst. & ad prædicta vide consilium Bart. quod incipit, Diambra. quod ad præsens videre non potui, non habebam in domo. Sed circa prædicta oritur mihi notabilis dubitatio. pone quòd in re petita tam conuẽtus nominans, quàm alius nominatus habeat ius in re, & actũ sit simpliciter, vel taliter quòd in actione intentata sit deductum ius vtriusque, comparet reus, & nominat alium habentem ius respectu iuris quod ad alium pertinet, quando facere potest, vt dixi sup. art. 6. quæst. 4. pone ergo quòd comparet nominatus qui habet priuilegium fori, & opponit declinatoriam, quid agendum erit? Sol. in hac quæst. à Doct. non tacta arbitror sic dicendum, quòd respectu iuris ad conuentum pertinentis, libellus procedit, & procedetur cõtra eum, si ius ipsius est separatum a iure nominati, sed respectu iuris ad nominatum pertinentis, dandus est nouus libellus coram iudice suo, quia ex quo iura vtriusq; sunt separata & diuisa, ex vno non infertur [a] ad aliud, vt in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. possess. cum alijs iuribus vulgatis. vnde sicut si integrum ius pertineret ad nominatum, dandus esset nouus libellus contra eum coram iudice suo, vt supra dixi, ita & respectu istius iuris separati ac distincti, facit etiam l. quæ de tota. ff. de rei ven. & quia non est adeò impeditiua quò minus fieri debeat, vt puta, ne propter eandem causam eatur ad diuersos iudices, vel causæ cõtinentia diuidatur, secundum ea quæ dixi in cap. fi. de mutu. peti. in 11. princ. artic. sed si ius vtriusq; esset connexum, & sic ad vtrunq; principaliter pertineret defensio ratione iuris sui, sed cõnexi: maius est dubium, quia tunc videtur quòd ad hoc vt causæ continentia nõ diuidatur, & vt pro eadem re nõ eatur ad diuersos iudices, secundum ea quæ dixi in c. fi. de mutu. peti. in d. 11. art. & quia videtur præoccupata iurisdictio: meritò hoc casu vr̃ quòd clericus debeat respondere coram ipso iudice laico: maximè retenta opinio. ꝙ clericus possit recõueniri coram laico, de quo dixi in c. 1. supra de mutu. peti. in 5. princ. art. & sic a simili ex rationibus prædictis idẽ videtur dicendum, maximè ratione connexitatis, cùm connexorum idem sit iudicium, vt cap. translato. sup. de constit. & cle. 2. de iudi. cùm similibus.

¶ In contrarium facit quod dixi in c. fi. de mutu. peti. ar. 11. ver. 8. fallit, vbi omnino videas, & maximè si teneremus aliam opi. quòd etiam clerici non possunt reconueniri corã laico, de quo dixi in d. 5. ar. quia dato quod actor prius recõuenisset laicum simpliciter & laicus nominasset clericũ, decisio est satis dubia. cogitabis, quia propter intensitatem calorum nõ datur facultas subtilius inuestigandi: si tamen essemus a principio arbitror quòd actor volẽs vtrunque conuenire, deberet ambos conuenire coram Ecclesiastico: licet alteram purus laicus, & causa merè profana, per ea quæ dixi in d. fal. 8.

128 ¶ †Quintò quæro, vtrũ iste nominatus cõparens possit recusare iudicẽ, quem nominans non poterat recusare. videtur dicendum quòd non, quia ille debet cõparere ad effectum, vt suscipiat in se iudiciũ, vt hic, & latius dicã in 11. art. & huic effectui contraria est recusatio. Sol. dicendum arbitror, ꝙ possit, quia ex quo in eũ dandus est nouus libellus, vt dixi. q. 2. ergo poterit eũ recusare, & hoc expressè probatur in c. cùm super, de offic. deleg. nam si tertius comparens ibi pro suo interesse potest recusare iudi. si legitimam habet recusandi causam, vt ibi do. Ant. Zab. & D.M. per illum tex. qui non est alibi, secundum do. Mar. multò fortius hoc idem dicẽdum est in terminis nostris, & pro hac decisione facit quod dicam seq. q. Non obst. arg. in contrarium formatum, quia ille nominatus comparet suscepturus iudicium, secundum qualitatem & facultatẽ quam haberet, si principaliter conueniretur, sed si principaliter conueniretur, posset recusare. ergo, &c.

¶ Sextò quæro de nouo dubio, quid si actor egisset vigore literarũ impetratarũ contra B. ipse verò B. conuentus nominat M. in iudicio, vtrũ talis delegatus possit exercere iurisdictionẽ suam contra M. vigore prædictarum literarum cõtra B. si ille tertius comparet

ADDITIO.

a ¶ *Quasi velit dicere, quòd ex separatis nõ infertur. l. Papinianus exuli. ff. de mino. l. fi. ff. de calum. cum si. & per moder. in l. inter stipu. §. sacram. ff. de verb. obl.*

comparet pro suo interesse: res est clara quòd posset, etiam de iure ipsius tertij cognoscere, per d.c.cū super. de re iud. & per id quod dixi in c. P. & G. supra de offic. delega. in 3. limitatione. & per Bald. in l. si quis ex cōsensu. C. de Episc. audi. in l. si suspecta. ff. de inoffi. testam. sed si ille tertius compareret tanquam nominatus, arbitror dicendum quod vt ad nominantem simul & nominatum pertinet interesse actionis intentatę, quòd ratione connexitatis [a] & ne causę continentia diuidatur, poterit dictus delegatus, si non declinetur, cum legitime recusetur, cognoscere, per ea quæ dixi in d. c. cum super. in 3. limitatione per iura statim allegata. & per ea quæ dixi supra eod. art. quæst. 4. versic. sed circa prædicta. Aut conuentus nullum habet ius in integrum: pertinet ad nominationem, & pro nunc ita ex tempore dicerem, si posit delegatus, etiam volente nominato, cognoscere de causa prædicta: quia rescripta non extenduntur ad personas in eis nō contentas, vt in c. fi. de rescr. nec ad ea potest prorogari iurisdictio delegati, vt d.c. P. & G. & ibi dixi.

¶ Septimò quæro, pone conuentus nō potuisset appel. si prosecutus fuisset iudicium contra se intentatum: iste nominauit dominum in iudicio: vtrum nominatus posit appella. ¶ Sol. Dic quòd sic. tex. est in c. super ea. sup. de offic. delega. vbi hoc no. & D. M. nam tex. ille vult no. quod licet sit sublata appellatio à Papa per rescripta respectu huius: tamen tertius qui cōparet pro suo interesse, potest appel. ergo tali conceditur nominato, per ea quæ supra dicta sunt in præcedentibus.

¶ Octauò quæro: pone A. conuentus non poterat petere cōpromissum: quia non de personis comprehensis in statuto, ipse nominat B. in iudicio: qui est de personis comprehensis in statuto: quia fortè consanguineus actoris in gradu à statuto cōprehenso, quod statutū disponit ꝙ inter cōsanguineos vel affines vsque ad talem gradum, debeat fieri cōpromissum: comparet B. nominatus, & suscepit in se iudicium & petit cōpromissum: quęritur vtrū debeat pronunciare compromissum. Sol. Dicendum ꝙ sic per ea quæ supradicta sunt in 4. q. & per ea quæ dicit Bart. in l. 1. C. vbi in rem actio. & in quæstione sua quæ incipit, consilium Pisanæ ciuitatis. de qua statim in sequenti dubio: sed magis dubium est circa prædicta, si iste tertius non compareat, tanquam defensor: vt puta, conuenitur emptor: comparet venditor vt ipsum defendat, & comparens petit cōpromissum tanquam cōsanguineus, vel affinis actoris. vnde insurgit dubium vtrum sit locus compromisso fiendo ex forma statuti tāquam in arbitratorem. & quāuis iste artic. non pertinet prin. ad materiā nostram: tamen quia est proximus præced. q. & simul cum ea expeditur à Doctoribus: ideo hic tractabo. & tex. in l. 1. C. vbi in rem actio. videtur decidere quòd non sit locus compromisso. nam tex. ille vult quòd ad petitionem actoris nō fiat mutatio fori. facit l. venditor. ff. de iudi. sed prædictis non obst. contrarium determinauit Bal. in quæst. sua quæ incipit, cōsilium Pisanæ ciuitatis. vbi latius videas eandem opin. sequitur in d. l. i. mouetur, quia per cōpromissum quod fit tanquam in arbitratorem, non fit mutatio iudicis: aliàs iurisdictionis. imo causa videtur decidi coram iudice: cū in arbitramentis sit quędam transactio, vt in auth. si vero contigerit. C. de iud. & in corpore, vt diffe. iud. §. 1. & ibi no. Glo. vnde sequitur quod quādo peto sic compromitti, idem est dicere quod peto quod trāsigamus secundum arbitrium talis, & sic non est mutatio iurisdictionis, sed quoddam beneficium cōpetens partib. vnde d. l. 1. non facit in contrarium. concludit ergo Bar. pro determinatione quęstionis, ꝙ ille qui de necessitate defendit alium, potest cōpromissum [b] petere: quia potest omnes defensiones & beneficia ex sua persona in iudicium deducere. l. idemque. §. generaliter. ff. mandati. & ibi tex. & gl. & l. procur. ad exhiben. §. 1. ff. rem rat. haberi. & ibi per Bar. ergo talis poterit istam defensionem ex persona sua in iudicium deducere, & sequitur hic D. Ant. sed Bal. in d. l. 1. dicit quòd hoc nō videtur verum: quia si venditor non potest transferre forum: ergo multominus potest perimere forum: sed ita est quòd illa exceptio est peremptoria fori: ergo non potest opponi per præalleg. l. 1. ad l. venditor.

129 ¶ † Præterea ille dicitur rectè defendere qui deducit ꝙ facit defensionē, vt l. hoc aūt. §. rectè defendi. ff. quib. ex cau. in pos. ea. nec detrectat iudiciū, vt ff. quibus ex cau. ma. l. ait Prætor. in fi. ff. de procur. l. minor. §. 1. sed iste detrectat iudicium: vnde non videtur ꝙ actor ex persona ipsius tertij cōpellatur ad transigendum: quia per hoc detrectaret iudicium. Non ob. §. generaliter. alleg. in contrariū, quia non loquitur in declinationem defensione, prout in casu nostro, & eodem modo non ob. l. procur. ad exhib. quia ibi loquitur in exceptione peremptoria, quæ obijcitur contra iniquitatē actoris. Præterea, si actor compelleretur ad compromissum, cogeretur ad nouandum: quia ex laudo in forma transactionis conuentus liberaretur, & incideret actor in nouā obligationem: sed ita est quòd actor inuitus non tenetur nouādi animo admittere defensorem. facit l. si mandato. post princ. ff. mandati. & traditur per Bal. & Doct. in d. l. 1. ergo actor non tenetur admittere hunc defensorem sub hac forma, quę circa interitum actionis nō operatur minus, quàm nouatio, secundum Bal. & hęc opi. est subtilior, secūdum Pau. de Cast. in d. l. 1. sed tamen opin. Barto. videtur æquior: quia istud iudicium in effectu tendit in totum in prędiudicium venditoris, & ideo perinde est ac si secum agitaretur: quia venit vt procur. in rem suam, & sic censetur dominus iudicij, vt l. qui stipendia. C. de procu. ideo videtur quòd posit omnibus defensionib. & priuilegijs ex persona sua, & pro hac parte pluries consului, & hęc opinio maximè procederet, si iste tertius comparens fuisset vocatus ab actore eo ipso quòd per talem citationē esset legitimata persona sua, & diceretur defensor necessarius. l. si.

ADDITIONES.

a ¶ *Vel quia videntur consortes eiusdem litis, facit quod no. per glo. & Docto. in c. cum M. in princ. supra de constit.*

b ¶ *Ad hanc q. vide Bald. in l. 1. C. vbi in rem act. Barto. in l. venditor. ff. de iudi. Bald. in l. emptori. C. de euict. Archid. in cap. significasti. de foro compet. adde bene facere Glo. in cap. clericus. 11. q. 1. Specu. in titu. de 1. decreto. §. restat. versic. quid si dominus.*

l.si eo tempore.C.de remiss.pig.& l.1.§.denunciare. ff.de lib.agno.& in auth.si omnes.C.si vt se ab hær. absti.& l.de pupillo.§.qui remissionẽ.ff.de no.ope. nunc.est necessaria alia legitimatio personæ, secundum Inno.in c.cum inter priorem.inf.de excep. vo luit Ang. in l.si suspecta.ff.de inoffi.testam. & mo. in l.absentia.ff.de appella.& mihi placet. & idem te net Io.And.Io.de Imo.& Dom. M. in d. c.cum inter.nam iudicium redditur in inuitum,vt l.inter stipulantem. §.1.ff.de verb.obl. & quilibet citatus, est audiendus, vt l.1. §.cum dicitur.ff.si cui plus quàm per leg.falcid. & quod no.Inn. & Mod.in c.dilecti. de excep.Bar.& Io.de Imo.referendo Innoc.in l.cũ mulier.ff.solu.matr.Ang.& Pon. in d. §.qui remiss. & Bal.no.in l.post venditionem.C.de pac.vbi dicit quòd omnis citatus est necessarius defensor,& talis ciuiliter dicitur interesse absque alia probatione, ꝙ eius intersit. & prædicta notabis: quia sunt quotidiana, & contingunt in practica.

¶ Nonò quæro,vtrum iste nominatus comparẽs vt recipiat iudicium, teneatur iurare de calumnia: asserendo nominatorem ipsius nomine possidere, & sic teneatur iurare,quod non animo calumniandi hoc facit. Sol. Specul.in ti.de iuram.calum.§.restat.vers.sed illud.dicit quòd non.& quòd tunc habet locum authen. hoc sacramentum. C.de iuram. calum. vt tamen semel iuretur post li.contest. quasi velit dicere Spe. ꝙ ex quo contra eum datur nouus libellus, vt dixi sup. in 2.q. & hoc iuramentum cal. præstan.sit post li.contest. vt dicam in seq.tit.nec sit præstandum, nisi semel,vt d.authen. hoc sacramen tum.& dicam in ti.seq. ergo sufficit quando præsta bitur post litis contest. & ex prædictis habes expedi tum vndecimum prin. art.

¶ Duodecimo prin.arti.materię.§.nostri tractan dum est,quid agendum sit per iudicem facta nominatione per conuentum, & facta denũciatione ipsi nominato, ipso nominato nõ comparente. pro cuius art.clariori Doct. prosequar infrascriptas quæst.

¶ Primò, vtrum nominatus debeat iterum citari, & qualis debeat esse ista citatio.

¶ Secundò,finita dilatione assignata nominato, & in contumacia perseuerante: vtrum iudex debet adhibere cognitionem, & qualiter.

¶ Tertiò, quid agere debeat iudex adhibita cognitione necessaria, per quam constet de iure actoris.

¶ Quartò, quia actor mittitur in possessionem, quęritur,qualis sit illa possessio,& de ipsius effectu.

¶ Quintò,quia nominato reseruatur allegatio super proprietate, quæritur vsque ad quantum tempus audiatur super proprietate.

¶ Sextò vtrum nominatus passus missionem videns agere super proprietate, teneatur iurare de calumnia, & quid de ipso misso in possessionem, qui nunc conuenitur.

¶ Septimò,quid si talis missio facta fuerit contra colonum seu nominatorem,non seruatis debitis ci tationibus de nominato: vtrum valeat, & præiudicet nominato.

¶ Octauò, quid iuris in causa damni dati, si nominatus est contumax.

¶ Nonò, vtrum contumacia nominati noceat nominatori.

130 ¶ † Primò igitur facta denũciatione & nominatione, nominato nõ cõparente, quid sit per iudicẽ agẽdum. Sol. Dic ꝙ iudex debet ipsum nominatũ legitimè citare edictis. tex.est hic,& d.l.2. C.vbi in rẽ actio.quod intelligit Io.And.de tribus edictis distinctis: vel vno pro omnibus.ff.de iud.l.nũquam. & l.præcedenti. & idem tenet Petr. de Saxo. alleg. 24.q.3.c.de illicita.sed Abb.dicit, ꝙ fient tres citationes, quarum quælibet habebit decem dies.ff.de iud.l.per interualla.Zab.hic dicit, ꝙ hoc est arbitrarium: quia tempus dilationum est arbitrarium: dixi sup.arti.9.Bal.in d.l.2.dicit, ꝙ requiritur peremptorium per distinctionem, vel per interualla, vel per conglutinationẽ trium terminorum, secũdum ea quæ traduntur in l.tres denunciationes. C.quomodo & quando iud. scilicet, quantitas dilationis pro quolibet termino est arbitraria. de qua materia latius dicam in titu.de dilationibus.

131 ¶ † Secundò quęro finita dilatione assignata nominato, & eo in contumacia perseuerante, vtrum debeat adhibere cognitionem:& qualem.Sol. Dic quod iudex debet summatim negotium examinare. tex.est hic, & l.2.C.vbi in rem actio. qualiter intelligatur,summatim.Glo.hic in verbo,summatim: hoc est semiplenè, quia iudex propter alterius con tumaciam non debet statim actorem præsentem cõ stituere possessorem, vel in possessionem mittere, etiam causa rei seruãdæ, nisi aliquam præsumptionem haberet contra eum: vnde poterit iudex recipere vnum ex testibus quos actor producet: vel legere instrumentum per quod intendit probare, secundum Gof. qui ita seruabat,vt dicit Specu.in tit. de primo decreto.§.2. in princ. & sic residet hic Io. And. & Glo. nostra subdit rationem istius summariæ cognitionis: quia posset esse,quòd actor calum niosè peteret: vnde iudex primò recipiat ab actore iuramentum de calum.arg. l.thesaurus. ff.de exhib. & infra de rest.spol.c.literas.& supra de elect.c.dilecti. non enim debet iudex festinare ad missionem in possessionem: quia si reus probabit iustam causam absentiæ restituetur.ff.de dam.infe. l.si finita.§. fortè.& infra de re iud.c.cum Ber.& ita de facto ser uatur,secundum glo.

¶ Sed aduerte, quia Glo. videtur innuere quòd eo casu quo præcesserit dicta cognitio non restitueretur. ꝙ est falsum, secundum Zab. per iura statim allegata arbitror, ꝙ alius fuit intellectus Glo.quod ad hoc vt non ita faciliter appareat restitutionem fiendam, debet præcedere dicta cognitio: vel potest dici quod istius summarię cognitionis ratio est, quia colonus reclamat: & dicit dominum ius habere, secundum Ioannem antiquum. & sequitur hic Io.And. Odof.& Azo dixerunt in d.l.2.quod suffi cit solum iuramentum,sicut in actione ad exhib. vt d.l.thesaurus. quod est contra.l.fi. C.de bo.author. iudi.possess. Alij dicũt,quod summariè proceditur: hoc est extraordinariè, quo ad alia: sed non quin a saltem exigatur semiplena [a] probatio. & hoc voluit Bart.

ADDITIO.

a ¶ *Adde Barto. in l.Fulcinius.§.1. ex quibus cau.in poss. ea. Do. Ant. hic, & Bald. in l.3. ff.de procu. Bald. in c.contingit. de dolo, & contu. 14.col.*

Bart. in l. cũ proponas. C. de bo. autho. iudi. pos. qui dixit, ꝙ hæc cognitio erit summaria quo ad duo: primò, quia proceditur cõtra absentem, vt l. properandum. §. & si quid. & §. sin autem. C. de iudi. secundò, quia tantum fit discusio iur. potestatis actoris, vt l. 3. §. ibidem. ff. ad exhiben. vnde petit iudex vnũ ex testibus recipere: vel instrumentum legere, vt supra dixi. & Bar. in d. l. 2. & l. consentaneum. C. quomodo & quando iudex. dicit quod si ex missione in possessionem non fit præiudicium, nec in possessione, nec in proprietate: summatim intelligitur: id est præstito solo iuramento, vt d. l. thesaurus. & authen. ei qui. C. de bon. autho. iudi. pos.

¶ Si verò fieret præiudiciũ in proprietate, & non in possessione: vt quando interponitur secundum decretum: tunc debet constare de iure actoris plenè, vt l. fi. C. de bo. autho. iudi. pos. Si verò fit præiudiciũ in pos. & non in proprietate, sufficit constare de iure actoris summatim, hoc est per præsumptiones, indicia, vel semiplenas probationes, vt l. 3. §. causæ. ff. de Car. edic. cũ ergo hic non fiat præiudicium in proprietate, sed in sola possessione, ideo requiritur prædicta summaria cognitio. & sequitur Bal. in d. l. 2. & idem quasi in effectu videtur velle Do. M. hic, qui distinguit, quod aut missio fit in personali, aut in reali ex primo decreto, in qua versatur modicum præiudicium, & illa non est materia nostra. traditur per Bar. & Doct. in l. si finita. §. Iulia. ff. de dam. infec. & d. l. consentaneum. ego latius dicam inf. in ti. de eo qui mit. in poss. aut agitur de maiori præiudicio, nõ tamen totali: puta, in terris nostris, in quibus fit immissio in veram possessionem, & tunc sufficit summaria cognitio respectu ordinis procedendi: non tamen sufficiet iuramentum: sed requiritur, secundum omnes, semiplena probatio seu præsumptiones, vel indicia, vt d. l. 3. §. causæ. aut vnus testis, vel instrumentum, vt supra dixi.

132 ¶ † Tertiò quæro, quid agere debeat iudex adhibita cognitione necessaria, per quam summatim cõstet de iure actoris, iuxta prædictam cognitionem, de qua in præced. quæst. ¶ Sol. Dic ꝙ actorem in possess. rerum petitarum mittere nõ tardabit. tex. est hic & d. l. 2. & intellige quòd iudex nõ debet tardare, scilicet nimis: sed aliquandiu expectabit, secundum Gof. & Io. And. & Host.

133 ¶ † Quartò quæro: quia actor mittitur in possessionem, vt dictum est in præced. quæst. qualis sit illa possessio, & ipsius effectus. ¶ Sol. Dic quòd est vera possessio, & non simplex custodia: prout est quãdo actor mittitur in possessionẽ ex primo decreto, in actione personali, vt in §. seq. vel etiã reali simpliciter, vt in §. præced. quo casu, passus immissionẽ veniens intra annum, auditur: etiam super possessione, vt §. præced. & hoc tenet Spe. in tit. de primo decreto. §. restat. ver. debet autem statim. licet quidam voluerũt, quod etiam in casu illo, sicut in §. præced. & seq. vsque ad annũ reseruetur quæstio super possessione, quod refert Glos. hic super verbo, reserua. quia si Papa hoc voluisset, hoc dixisset, sicut in §. præced. & hæc communis omnium Doct. opin, cum ergo actor mittatur in veram possessionem, sequitur quòd reus fit de possessore petitor: nec reseruatur sibi amplius quæst. super possessione: sed super proprietate duntaxat, vt hic in fi. & d. l. 2. Non ob. §. præcedens, vbi etiam super possessione auditur vsque ad annum: quia tex. ille loquitur in casu diuerso, videlicet quando interponitur primum decretum in actione reali contra absentem contu. conuentũ & nomine proprio possidentem: hic vero cum is qui conuenitur non possidet nomine proprio, sed alieno, & nominat dominum in iudi. vnde ibi actor mittitur in possessionem causa custodiæ, & non efficitur verus poss. hic mittitur in veram possessionem. & ratio differentiæ est, secundum Glo. in verbo, reseruata, quia maior contumacia præsumitur in casu nostro, quàm in superiori: quia hic per plures citationes citatus est, & plures contempsit: nam primo actor citari fecit colonum, & colonus denunciauit domino: post quam denũciationem iterum citatur dominus legitimis edictis, secundum quod supra dixi in princip. vnde contumax videtur plus contempsisse. & sequuntur communiter Doct. hic, & in d. l. 2. & hinc sumpta occasione Hostien. hic & Docto. ponunt aliquas rationes diuersitatis inter hunc §. & præcedentem, super dicta Glo. reseruata. & dicit hic Dominus meus, quod satis putat sufficere illam causam quòd hic interuenit quasi lit. contesta. de quo tetigi supra articu. 9. quæstio. 6. & latius dicam infra 13. articu. vnde sicut reo existente contumace post li. contesta. proceditur ad missionem in veram & incommutabilem possessionem, si non liquet de causa. l. consentaneum. C. quomodo & quando iud. & nota. in c. prout. infra de dolo & contumacia. ita & quando interuenit ista quasi li. contestat. secundum D. M. & vide quod dixi in dicta Glo. in versicu. reseruata. & sic ex prædictis infertur singularis effectus, quòd vbi iste missus in possessionem prius erat actor, & sibi necessario incumbebat probatio: nunc erit verus, & passus missionem, tenebitur de suo dominio probare, secundum Docto. hic, & in d. l. 2. & bene.

134 ¶ † Quintò quæro: quia nominato passo missionẽ reseruatur allegatio super proprietate, vsque ad quantum tempus iste nominatus audiatur super proprietate. Sol. Glo. hic super ver. reseruatur. concludit, quod sibi reseruatur donec sit præscriptum, & quod etiam de iure canonico hic potest procedere præscriptio. & idem tenet Ioan. Andr. & sequuntur communiter Docto. aliqui tamen videntur velle, quòd perpetuo duret: quia non potest præscribi, ex quo effecta est litigiosa, & propter hoc debet de iure suo dubitare. Glo. tamen hic tenet contrariam sententiam quòd possit præscribi: quia videtur habere bonam fidem, eo quod credit rem ad se pertinere: cum iurauerit quod non malitiosè, vel per calumniam petijt rem illam, & ideo potest præscribere, quia iustè possidet, quia authore Prætore possidet. l. iustè possidet. ff. de acqui. poss. Sed aduerte, quia gl. in d. l. 2. C. vbi in rẽ actio. dicit, ꝙ in re immobili præscribitur longo tpe, & sic spatio decem annorum inter præsentes, & 20. inter absentes. Sed Ia. de Are. Pet. & Cyn. in d. l. 2. tenẽt contrarium. mouentur, quia præscriptio longi temporis non procedit sine titulo, vt in d. l. fi. & l. nunquam. ff. de vsucap. sed per primum decretum iudex non transfert titulum: nec intendit transferre dominium, vt l. si finita. §. fi. ff. de dam. infe. & per

consequens, nec vsucapiendi conditioné, vt l. Claudius. ff. de contrah. empt. & sic volunt, quòd iste audiatur super proprietate vsque ad 30. annos, vt l. sicut. & l. si quis emptionis. C. de præscr. 30. vel 40. an. secundum Iaco. Pet. & Cy. hoc procedit, nisi à iudice præfigeretur breuior terminus intra quem deberet. quod fieri potest, vt inf. dicam. Sed Iaco. But. in d. l. 2. in effectu tenet primam opi. glo. quòd audiatur vsque ad decem vel 20. annos, & non vltra. Gul. de Cu. in d. l. 2. dicit, quòd præscribet titu. pro suo à die quo est effectus incommutabilis possessor: quia ex tunc non dubitat de iure: antea verò non vsucapiet: quia ante non est in bona fide, cum non possideat tit. pro suo: quia non dubitat de iure suo. & sic sentit quod immediate nó possideat verè, quod est falsum, vt dixi in quæstione præced. Bart. verò in d. l. 2. tenet opin. glo. dicens, quòd ille vsucapiet longo tempore ex præcedenti titu. quo se dominum putabat,[a] vt l. si is qui pro empt. §. pe. & l. eum qui hæres. ff. de vsuca. & idem tenet Barto. in l. consentaneum. C. quomodo & quádo iu. nisi statutus sit terminus, de quo statim dicam. & sic videtur Barto. sentire, q secus sit si missus in possessionem non haberet titulum, & idem tenet Bald. in d. l. 2. & hanc opin. sequitur hic Dom. Ant. & Io. de Imo. in l. si finita. §. Iul. ff. de dam. infec. & D. M. hic, nisi fortè loqueremur in præscriptione contra ecclesiam: quia tunc exigitur tempus 40. annorum, vt c. de quarta. inf. de præscr. Idem dico verum, quò ad ecclesias inferiores, sed contra Romanam ecclesiam, exigere tépus centum annorum, vt c. audientia, & c. cum nobis. & c. si diligenti. inf. de præscript. & in Auth. vt eccle. Roma. gaudeat priuilegio cétum annorum. Item hoc procedit, nisi per iudicem statutus fuisset terminus intra quem audiretur dominus de proprietate. nam tunc post lapsum ipsius termini, non auditur amplius, secundum Cyn. in d. l. 2. per l. à quo fundus. ff. de dam. infe. & ibi per Dyn. & l. mancipiorum. ff. de op. lega. Et quia terminus ille non est determinatus, statur arbitrio iudicis, vt l. 1. ff. de iu. deliber. & sequitur hic Dom. Ant. Sed dicit hic Dom. me. quòd putat, quòd à principio tempore missionis in possessionem, nó possit statui ille terminus ad agendum; cum satis sit punita contumacia per missioné in veram possessionem. & nemo regulariter compellitur agere, vt in rubro & nigro. C. vt nemo inuitus. facit tex. in §. sequenti. vbi dicitur, quod iudex à principio debet esse cótentus alterutra, postea subdit tamen Dom. me. quòd in futurum poterit loco secundi decreti, seu pro secundo decreto peti, vt statuatur terminus ipsi nominato ad agendum super proprietate, post quem amplius non audietur. & ita
[b] debet intelligi d. l. à quo fundus.[b] & ibi sentit Bart. & idem tenet in l. consentaneum. quod est singulare, & practica, secundum Dom. me. ad hoc vt missus non teneatur diu expectare, & ibi tenet Io. de Imo. in d. l. à quo fundus. vbi dicit, quòd talis terminus non potest statui, nisi post annum, per l. si quis emptionis. §. penul. C. de præscrip. 30. anno. quæ indulget reo spatium anni ad comparendum. facit c. indultum. de re. iu. lib. 6. licet Ang. videatur sentire in d. l. à quo fundus. quòd ille terminus statim posset statui: sed hoc reprobat ibi Io. de Imo. & etiam in d. §. videamus. Sed aduerte quod tex. noster vult, quòd ex quo contumax grauatur, vt actor missus in possessio. statim fiat verus possessor: quòd omnis allegatio reseruetur absenti super principali quæst, & sic super proprietate. Ex quibus verbis videtur resultare duplex effectus. Primò, quod actio perpetuo debet durare, sicut perpetuo durabat exceptio, vt l. purè. §. fin. ff. de do. except. cum in locum exceptionis surrogetur actio. sed tu dic, imò ex quo nó competit amplius exceptio, sed actio præscribitur vt actioni, & non vt exceptioni. Sed quanto tempore præscribatur. dicerem, quod aut missus in poss. probat titulum, vigore cuius egit: vel vigore cuius dicebat rem ad se pertinere iure dominij, vel quasi. & hoc casu indubitanter procedit opin. Barto. aut non probat aliquem tit. & tunc magis est dubium; & si quidem missus in poss. in petitione nullum allegauit titulum specifice, nec probauit contra absentem postea agétem, arbitror quod talis agens audiatur vsque ad 30. annos, per l. sicut, & l. omnes. C. de præscript. 30. an. quinimo forte attentari posset, quòd talis immissio non teneretur, tanquam non adhibita summaria cognitione super iure ipsius primo agentis: sed si poneremus quod iste primus actor deduxisset dominium: seu specificatum titulum, quem tamen semiplenè probasset, & non plenè, vt puta, per vnum testem & similem probationem, quæ non esset plena: & tunc requiritur tempus 30. annorum: nisi nunc probaret plenè illum ti. & arbitror quod iste passus missioné, possit agere tam super proprietate, quá super quasi proprietate. vnde potest intentare rei ven. & publi. secundum quod traditur in c. Abbate. de re iud. 3. q. 6. & quod dixi supra de libel. obl. in c. fi. ar. 29. vnde sicut antequàm ibi esset passus missioné, poterat se defendere per exceptionem dominij, vel quasi: ita & nunc potest agere rei vendi. vel quasi. & ideo cum misterio tex. dicit, omni allegatione reseruata absenti super principali quæstione, scilicet, reali. ille ergo absens poterit obtinere super public. nisi conuentus probaret talem titulum, per quem actor excluderetur à public. Item ex prædictis verbis videtur sequi alius effectus, quod cum tex. velit, quod reseruetur omnis allegatio absenti super principali quæst. q iudex non possit hanc reseruationem auferre, sibi statuendo breuiorem terminum, intra quem debeat agere. Nec obstat l. à quo fundus. per quam Doct. communiter tenent contrarium: quia ille est casus specialis, vbi agebatur confessoria pro cóstituenda quasi seruitute ratione ædificij fabricati, debita seruituto. vnde si contra contumacem fit immissio ex primo decreto in locum seruiétem, pro constituenda quasi quæstione illius seruitutis: quia ex hoc primo decreto non esset plenè consultum actori contra reum cótumacem: ideo statuitur terminus contumaci, intra quem agat, & doceat de iure suo:

scilicet

ADDITIONES.

a ¶ *Et sic titulus putatiuus est sufficiens ad præscriptionem longi temporis. l. 2. §. si à pupillo. ff. de vsucap. pro empt.*

b ¶ *De intellectu tamen illius tex. vide latè per istum titu. de eo qui mit. in posses. causa rei ser. & per Alex. in l. si prius. ff. de dam. infe.*

scilicet ius sibi esse ædificatum habere, & si intra statutum terminum id non fecerit, vlterius non auditur, vt ibi: & ideò quando proceditur cõtumaciter super iure seruitutis, & contra talem asserentem seruitutem non est aliquid ædificatum: missus in quasi possessioné, efficitur quasi verus possessor, nec statuitur talis terminus, sed solùm iudex cogit per officiũ suum contumacem cauere, sed nullam nouitatem facturum, donec doceat de iure suo, vt l. si prius. ff. de oper. no. nuncia. & ibi traditur de materia latè per Bart. & Docto. in d. l. à quo fundus, quæ tamen habet alios intellectus, & ego de materia latè dicam in tit. de eo qui mit. in posses. sed in terminis nostris per missionem in possessionem, consequitur actor veram possessionem, vt dixi, nec contumax potest obtinere super possessione, sed solùm super proprietate, quia contra ipsum agentem rei vendicatione, vel publi. quòd potest iste reus possessor excipere de suo dominio, vel quasi, vñ non videtur necessaria dicta termini statuitio, & ille casus specialis d. l. à quo fundus, non debet extendi ad casum nostrum non habentem rationis identitatem, contra regulam rubri & nigri. C. vt nemo inuitus ag. Arbitror tamen in hoc passu sic dicẽdum, quòd aut nominatus fuit simpliciter cõtumax, propter quod actor missus est in posses. & is qui passus est missionem, nec tũc, nec postea diffamauit, quòd res illa ad eum pertineret, & hoc casu non potest statui iste terminus, per ea quæ no. tradũtur in d. l. diffamari. C. de inge. manu. aut ille reus diffamauit, quòd res illa ad eum pertinẽbat, & tunc missus in posses. intẽtaret conditionem ex illa l. diffamari, & secundùm prædictã distinctionẽ possunt intelligi & concordari prædictæ opin. & prædicta notabis, quia nouissima & singularia, & a nemine tacta. & hęc procedunt in actione merè realis: in hypothecaria vero, quem effectum tribuat missio in posses. & vsq; ad quantum tempus detur reuocatio, & ad id quod tradit hic do. Anto. ego dicã in materia primi decreti in tit. de eo qui mit. in posses.

135 ¶ † Sextò quæro, vtrum nominatus passus mis. secundùm formã prædictam, volens agere super proprietate teneatur iurare de calumnia, & quid de missio in posses. Sol. gl. hic in ver. summatim, in fi. tenet quod sic. nec ob. quod hoc sacramentum non præstatũr nisi semel, vt authen. hoc sacramentum. C. de iura. cal. quia hęc est noua instantia. vnde posito q actor iurasset de calumnia: tamẽ quia tunc iurauit vt actor, & finita est illa instantia, vt dicam in 13. art. nunc iurabit vt reus, & idem etiam videtur velle Io. An. in addi. Specu. de primo decre. §. sequitur, vers. interposito, vterque ergo iurabit de calumnia in hoc nouo iudicio, & sequuntur hic do. Ant. D. M. & Doct.

¶ Septimò quęro, quid si talis missio facta fuerit contra colonum, non seruatis debitis citationibus denominato, vtrum valeat & præiudicet domino. & videtur quòd sic, sicut præiudicaretur si colonus expelleretur, vt l. peregrè. §. quibus. ff. de acquir. pos. tu dic cõtra, quia aliud est cùm colonus expellitur vi: aliud cùm expellitur per iudicem, quia iudex nunquam intendit præiudicare tertiæ personæ: nec etiam si vellet, posset præiudicare ei qui non est citatus,[a] & hoc tenet Innoc. hic & Bal. in d. l. 2. C. vbi in rem act. facit. l. si deserta. C. si propter publi. pen. & vide quod dicam infrà, arti. 14. & quod dixi suprà artic. 9. quæstio. 4.

¶ Octauò quęro, quid iuris in causa damni dati, si nominatus est contumax, qualiter fiat. solu. dic vt dixi supra, in 6. art. q. 8.

136 ¶ † Nonò quæro, vtrum contumacia nominati noceat nominatori. pone, emphyteuta, feudatarius, vel maritus in causa dotis nominat dominum in iudicio, & dñs fuit contumax, vtrum paretur præiudicium emphyteutæ feudatario, vel marito. solut. dic quòd sic. imputet enim sibi nominator, qui illum nominauit, quia de voluntate sua fuit hoc, vt voluerit sequentem agere. ff. de re iudi. l. sæpe, & infrà de re iud. c. quamuis. ita concludit Spec. in tit. de 1. decre. §. restat. ver. quid si emphyteuta. Et ex his Deo duce, est expeditus 12. art. princ.

¶ Decimotertiò princip. articu. tractandum est de effectibus prædictæ nominationis, circa quem articu. dic quòd plures sunt istius nominationis effectus.

137 ¶ † Primus est ex parte nominatoris, qui est iudicij declinatiuus: fit enim nominatio ad effectum, vt nominans declinet iudicium, & nominatus illud subeat, vt dixi in 10. ar. q. 2. intellige in totum, si ad ipsum nominatum ius in totum dicatur pertinere, vel pro ea parte declinatum iudicium, ad alium nominatum dicitur pertinere, vt dixi in 6. art. q. 4. iunctis his quæ dixi in 11. art. maximè in 2. q.

138 ¶ † Secundus effectus iudicij susceptiuus per ipsum nominatum comparentem, qui iudicium in se suscipit, vt dixi in præc. effectu, & in 11. art. q. 2.

139 ¶ † Tertius effectus qui sequitur ex prędictis, est primæ instantiæ contra nominatorem intẽtatæ, seu præparatæ finitiuus, quia nominato comparente & iudicium suscipiente, absoluitur nominãs ab instantia iudicij, vt dixi suprà, art. 11. quæstio. 2. & ideo dixi seu præparatę, quia ante lit. contesta. propriè non datur instantia, quæ incipit a litis contest. vt d. l. properan. in prin. §. & si quidem. C. de iudi. de quo latè dixi in c. pen. suprà, de iud. ar. 8. quod intellige respectu nominationis, de quo in tex. nostro, secus si fieret nominatio secundùm formam authent. qua in prouincia. C. vbi de cri. agi oportet, quia ibi datur terminus ad denunciandum domino, vt ipse conuentus instruat in defensionibus illi cõpetentibus: non autem ipse conuentus liberetur a iudicio: cùm suo nomine cõueniatur ex facto suo, vt ibi dicitur, & ideò nominato comparente non absoluitur nominans ab instantia.

140 ¶ † Quartus effectus est non solùm iudicij declinatiuus per nominatorem, vt dixi, sed etiam quandoque per nominationem, per ea quæ dixi in arti. 11. quæstio. 4. sed ista declinatoria non causatur immediatè a nominatione, sed ab alia causa deducta ex qualitate personæ nominati, quamuis nominatio occasionem præstiterit.

141 ¶ † Quintus effectus est respectu recusationis, quæ quãdoq; potest fieri ex persona nominati, quæ alias

ADDITIO.

a ¶ *Iudicis actus non præiudicat his, qui non sunt citati, de qua materia in l. nam ita diuus. ff. de adop. in l. sæpe. ff. de re iud.*

alias non fuisset permissa nominatori, secúdum ea, quæ dixi supra, art. 11. q. 5.

¶ Sextus effectus colligitur ex his, quæ dixi supra, art. 11. q. 6.

142 ¶ †Septimus effectus est respectu appellationis, quæ quandoque ex persona nominati admittitur, quæ aliàs non fuisset in persona nominatoris, prout dixi supra, art. 11. q. 7.

143 ¶ †Octauus effectus est, quia nominatus compa rés, iudicium suscipiens, potest petere compromissum ex persona sua, aut alio priuilegio vti, quod nó posset petere nominator, vt dixi art. 11. q. 8.

144 ¶ †Nonus effectus est, quia nominato non comparente, sed existente contumace post factam sibi denunciationem, secundùm ea quæ dicta fuerunt supra, art. 9. & 10. inducitur quasi litis contest. vt ibi, & l. 2. C. vbi in rem act. & aduerte, quia dicit Cyn. quod hic quasi li. conte. surgit ex hoc, quia conuentus rei vendi. nominando dominum in iudicio, asserendo nominatum esse dominum, tacite negat actorem, vt l. Pomponius. §. si is. ff. de proba. & l. si inter. ff. de excep. rei iud. pro quo allego, quia duo nó possunt esse domini in solidum, vt l. si vt certo. §. si duob. ff. commod. vnde per tacitam negationem inducitur hic quasi litis contest. sicut per expressam induceretur vera, secundùm ea quæ dixi in c. 1. supra de li. contest. & facta denunciatione domino, si non venit, videtur affirmare nominationem coloni, seu nominatoris, sicut iudicium quasi litis cont. idem sentit Bar. in d. l. 2. ponendo aliud exemplum: ideo hæc denúciatio facta domino habet vim contestationis litis, quia in illa contestatione ciuili proceditur quasi ad exemplum prælij corporalis, sicut in prælio corporali quandoque contingit, quòd ille qui tenet vnã arcem, dicit illi qui tenet exercitum, seu castra contra eum, volo denúciare domino pro quo hic sum, & nisi mihi succurrerit intra tantum tẽpus, cedã tibi, & dabo arcem. ita & hoc est quasi quoddam prælium, ille tenens rem alieno nomine nominat alium in iudicio, & expectat ab eo subsidium, quo veniẽte litigatur, eo non veniente, cedit. & sic inducitur quasi litis contestatio, vt dixi, & sequitur hic Do. Anto. & Dominus meus, qui etiam mouentur: quia ex quo nó deficit per actorem quo minus lis cõtestetur, satis est offerre libellum, & deducere rem in querimoniam, iuxta ea quæ traduntur in l. 2. C. de annali except. & 16. q. 3. §. præscriptionem. Gul. de Cu. in d. l. 2. voluit, quod hic, quasi litis contest. proueniat ex tribus.

¶ Primò ex nominatione.

¶ Secundò ex notificatione facta domino.

¶ Tertiò ex non comparitione, quasi non comparendo, tacitè videatur negare petitionẽ actoris. Sed Bald. ibi dicit, quòd ideo hic quasi litis contestatio. descendit ex prædictis tribus, quia sic placuit legislatori, non quia de natura prædictorum trium sit inducere litis contestatio. vel quasi. vnde hoc est inductum à legis potestate & fictione. Pau. de Cast. dicit, quòd ista ideo dicitur quasi litis contest. quia fit cum absente, sed vera fit cum præsente. sed prima opin. Cy. videtur esse melior, maximè coniunctis alijs opinio. quæ possunt simul iungi ad dictum effectum.

145 ¶ †Decimus effectus, qui sequitur ex præcedenti est, quòd ista nominatio iuncta prædicta, quasi litis contesta. est præscriptionis interruptiua, tex. est hic, & in d. l. 2. C. vbi in rem actio. Sed pro declaratione prędictorum duorum effectuum quæro, à quo tempore habeatur, seu incipiat hęc quasi li. contesta. & præscriptionis interruptio. Sol. Passus est dubius. tex. hic dicit, & in d. l. 2. quòd lis est quasi conte. ab eo die, quo possessor ad iudicium vocatus est, vnde si exponimus prout exponit Abbas possessor, id est, dominus possessionis, prout etiam sentit glo. nostra hic, super verbo, producenda, in quantum vult denunciationem fiendam per posses. iuncta glo. in ver. contestationem, in quantum vult per denunciationem fieri interruptionẽ præscriptionis, pro qua expositione facit, quia dominus videtur possessor, ex quo eius nomine possidetur, vt in c. si diligenti. de præscript. sed Ioan. Andr. intellexit dictum verbum, possessor, id est, de eo qui possidebat nomine alterius, & sic intelligit d. l. Secundò mouetur, quia l. illa 2. ex qua sumpta est decretalis, quando vult facere mentionem de domino, illud exprimit clare. & huic dicto concordat Goffred. dicens, quòd hæc interruptio fit à die quo colonus conuenitur. & sequitur etiam hic Zaba. Sed contra hanc opinio. ob. quia sicut per solam citationem domini non inducitur quasi litis contestatio, ita & fortius, nec per citationem coloni. Item durum videtur quòd sine requisitione veri domini inducatur ista quasi litis cótestatio. facit, quod dixi in pręcedenti quæst. in opi. Cy. & aliorum, quia per hãc quasi litis contestatio. requirunt denunciationem fieri domino, & sic videtur quòd à die denunciationis videatur secuta contumacia.

¶ Sed aduerte, quia fortè Goffred. & Ioan. And. voluerunt, quòd requiratur denunciatio: sed ea facta, & denunciato non veniente, trahitur retro effectus illius quasi litis contesta. ad diem quo vocatus fuit colonus. & hæc opinio videtur placere D. Ant. & satis videtur esse consentanea literæ, quæ primò requirit citationem coloni secundò denunciationem fieri domino, quo contumace, lis est quasi contest. ab ea die, qua possessor fuit primò citatus ad iudicium. & dicit D. M. quòd putat hanc mentem literæ, quod ante quàm fiat denunciatio domino, saltem per detentorem, non potest dici lis quasi contestata, qua nominatus expectatur tanquam futurus reus, cum in se debeat suscipere iudicium, vt dixi art. 11. quæst. 2. sed si nominatus non venit, nec aliquis pro eo, & sic non constat in iudicio illum esse dominum, vt etiam alium dominum, & habemus responsionem detẽtoris seu possessoris volentis defendere, & tacitè negantis istum actorem esse dominum: satis nunc dici potest, quòd ab illa die qua colonus fuit vocatus, facta fuit quasi litis contesta. quia nó vult defendere, & negat actorem dominũ, nec apparet quod alius sit dominus, & sic sequitur præscriptionis interruptio. & per hunc modum potest reduci litera ad cócordiam, quę primo videtur exigere denunciationẽ, & postea tantum facit mentionem de citatione coloni. Aduerte tamen, quod ita demum fit interruptio, si denunciatio fuit facta domino per iudicem, seu per colonum de mandato iudicis, secus si colonus simpliciter ex se denunciasset. ita sentit gl. d. l. 2. C. vbi in rem actio.

¶ †Vnde-

146 ¶ † Vndecimus effectus, secundùm quosdam, qui etiam sequitur ex præcedentibus, quòd si actio erat temporalis, videlicet decem, vel viginti annorum: per hanc quasi litis contestat. perpetuatur, sicut perpetuaretur per viam litis cõtestatę, vt l.fin. C. de præscript. 30. annorũ, & traditur in l.1. C. de præscript. lon. tempo. & hoc tenet glo. in d.l.2. C. vbi

a in rem actio. & ratio est, ne melioris [a] cõditionis sit cõtumax, quàm præsens, de quo per Cyn. in l.2. vbi refert opin. Legistarũ, quia videtur magis inclinare in istam sententiã, quam etiam tenet ibi Bal. & Pau. de Cast. dicit, quòd actio perpetuatur ad 60. annos, per l. cùm notissimi. C. de præscript. 30. anno. Sed dom. Ant. hic recitatis opin. tenet contrarium. mouetur, quia hæc quasi litis contestat. tanquam exorbitans, debet restringi, & non operari nisi effectum expressè sibi concessum a iure, & ita dicit tenere Spec. quæ opin. placet D.M. quia improprietates debent restringi, & non extendi, per no. in c. præterea, & c. intelligentia, de verb. signifi. sed dicit Dominus meus quòd illa q. est modici, aut nullius effectus: quia cùm ille debeat mitti in veram possessionem, & sic efficiatur de petitore possessor, frustra quærimus, an actio perpetuetur: cùm non sibi, sed aduersario incumbat onus agendi, vt hic & l. fin. C. de rei vendi.

¶ Sed aduerte tu, & clarius intelligas: nam in interruptione præscriptionis potest esse magnus effectus, sed potius vno, quàm alio tempore diceretur facta interruptio. pono enim quòd instabat terminus præscriptionis immediatè post tempus factæ citationis de colono, quæ præscriptio fuisset completa ante denunciationem factam domino: certè si interruptio incipit a die factæ citationis, quia hęc quasi li. cõtest. ad illam diem retrotrahatur, præscriptio erit interrupta. Secus si interruptio intelligeretur facta tempore denunciationis, vel secutæ cõtumaciæ eo quòd tunc videretur facta quasi litis contestatio. Sed data interruptione quò ad perpetuãdam actionem, dicta dispositio non videtur alicuius effectus, vt dixit D. M. quod dico verũ, si sequitur missio in pos. quia ex quo actor immissus est in veram possessionem: frustra quæritur de perpetuatione actionis ipsius: cùm sine possessione præscriptio aduersarij non procedat, vt cap. sine possessione, de reg. iur. in 6. & l. qui in seruitute. ff. de vsucap. sed disputatio posset esse vtilis, si actor postea non fuisset missus in possessionem, eo quòd nominatus postea comparuit in perẽptoria citationis, de qua supra dixi, nec aliter fuit lis verè contestata, quia tunc perpetuata esset actio ex ipsa vera litis contestatione, vt supra dixi, vel etiam si actor propter aliam causam, vel quia nihil probauit, vel quia non est prosecutus, vel quia neglexit, non est missus in possess. vel si fuit missus in possess. iterum redijt ad ipsum reum, & tunc quæ opin. ex superioribus verior sit, dico quòd vtraq; est sustentabilis. Sed pro opin. Spec. do. Anton. & D. M. facit glo. nostra in ver. contest. quæ arguit quasi eodem modo, quo arguit d. Anto. vt clarius dicam in seq. effectu, de materia interruptionis, dic vt latè dicam infrà, in tit. de præscrip.

147 ¶ † Duodecimus effectus, qui colligitur ex tex. nr̃o, & ex dicta quasi litis cõtestatio. est, quia postea factis edictis & data contumacia, mittitur actor in veram possessionem, & absenti reseruatur dũtaxat allegatio super proprietate, vt dixi suprà, ar. 12. q. 1. 2. 3. & 4. Aduerte tamen, quia licet prædicta quasi litis contest. habeat prædictos effectus, tamen secundum glo. hic in ver. contra, non habeat effectum, vt possint recipi testes, & perueniri ad sententiã diffin. sicut si lis esset verè contest. & idem tenet glo. & Ia. de Are. in l. consentaneũ. C. quomodo & quando iu. & Ia. Bu. in d. l.2. C. vbi in rem ac. quia hæc quasi litis contest. est irregularis, vnde plus roboris ei dari non debet, quàm reperiatur datũ a iure, sed a iure reperitur datum robur quò ad ea quæ supra dicta sunt, &c. Facit id quod dixi supra, in secundo effectu. Non ob. authen. qua in prouincia. C. vbi de crimi. agi oportet, vbi procedi potest nõ solùm ad missionem, sed & ad diffinitiuam, quoniã illa authent. habet varios intellectus, sed cõmuniter legitur ponẽdo tale exemplum: Titius dimisit Sempronium colonum in possessione, qui damnificat possessionẽ vicinam agẽdo aliquid in possess. domini, & de scientia domini conuenitur colonus, & si nominat dominum, conueniatur & dominus: nec per hoc absoluitur colonus, & contra contumacem proceditur ad diffinitiuam, & est casus specialis ibi, vt dicit hic Zabarel. ille tamẽ tex. habet varios intellectus, quos ibi videre poteris.

148 ¶ † Decimustertius effectus est, quòd eo ipso q̃ actor est missus in veram possessionem, finita est prima instantia intentata contra colonum, nec est necessarium aliud secundum decretum, nec super primo libello rei vendi. potest procedi, quia ei qui verè possidet & retinet, non competit rei vendi. l.1. §. hoc interdictum. ff. vti possid. ita etiam dicit Bald. in d.l.2. C. vbi in rem actio.

149 ¶ † Decimusquartus effectus est qui sequitur ex præcedentibus, quòd si reus passus missionem facta denunciatione secundùm formam, vult recuperare possessionem: non potest, nisi per viam proprietatis, quia factus est de possessore petitor. id est, vbi prius actor agendo reali tenebatur probare dominium, nec incumbit reo, ex quo efficitur actor, vt dixi infrà, art. 12. q.4.

150 ¶ † Decimusquintus effectus est, quia si nominans est conuictus de mendacio eo, quòd asseruit se possidere nomine alieno, & probatur quòd possidet proprio nomine: ratione talis mendacij perdit quandoque possessionem: quandoque proprietatem, secundùm ea quæ latè dixi, art.8. & licet ille effectus potuisset adaptari ad princ. istius 13. artic. tamen hic posui, eo quòd præcedentes effectus loquuntur, quando actor per contumaciam effectus est vere possessor.

151 ¶ † Decimussextus effectus est, quia per talem nominationem domini in iudicio inducitur, vt nominans non possit postea pœnitere, & variare, & dicere se suo nomine possidere, sine metu amissionis possessionis. sed aduerte, quia in hoc variæ reperiũtur opin. Io. And. hic & Iaco. de Are. in d.l.2. C. vbi in rem actio. tenent cõtrarium, quòd possit remittere

ADDITIO.

a ¶ *Arg. l. quòd Seruius. ff. quod vi aut clam. & cap. cum, qui. de preb. lib. 6.*

tere & variare, per l.electio.§.si is.ff.de noxa.& l.de ætate.§.fin.cum l.sequen.ff.de interrog.acti.Cyn.verò in d.l.2.per eadem iura dicit, quòd ante li.côtest. potest variare: postea non, & idem tenet Iac. But. Spec. in tit. de primo decreto.§.restat. versi.quid si nominans, tenet, quòd si variat primo dicêdo se nomine alieno possidere, & postea proprio, quòd tanquam conuictus de mendacio efficeretur de possessore petitor, per l.fin.ff.de rei ven.& ita residet do. Ant.quod verum dicit Zab. nisi probaret se errauisse, & sic reuocaret confessionem suam, tanquã erroneam, secundùm ea quæ traduntur in c. fi. de confes.sed dicit hic Io.de Imo.quòd forte dictum Iacobi de Are. est verius, quia hic conuentus non conuincitur de mendacio per probationes extrinsecas, sed per propriam confessionem: ideo non videtur habere locum d.l.fi.ar.l.cũ qui.ff.de iureiuran.& hanc limitationê sequitur hic Ia. Zoccus nouellus Doct. nullã faciens mentionem de Imo.& hæc opin.videtur mihi satis æqua. Et ex his est expeditus xiij. art.

152 ¶ † Decimoquartò principali artic. tractandum est, quid si possidês alieno nomine côuentus, omittit nominare dominum in iudicio, vel fuit contumax, vtrum hæc omissio vel contumacia præiudicet domino. circa quem arti. Innoc.& Ioan.Andr. post eum dicit, quòd taciturnitas, vel contumacia sua nô nocebit domino, qui verè possidet, nec quò ad possessionem, nec quò ad proprietatem.C.si per vim vel alio modo. l. fin. sed ille qui litem suscepit, tenebitur ad interesse ante litem contestat.per actionem de dolo, & post litem contestat.condemnabitur ad ipsam rê, cùm habeatur pro possessore, dummodo actor ignoraret reum non possidere. ff.de rei vêdic.in l. is qui se obtulit,& l.seq. & ff.si vsusfruct. petatur.l.fin.

¶ Si verò conuentus sciebat non possidere, decipitur à seipso, vt dictis iuribus. ex quo enim non ipsum, sed alium sciebat verum possessorem: imputari sibi debet, si non conuenit verum possessorem: vnde secundùm Innoc. & Ioan. Andr. nec attestationes, nec confessiones, nec acta iudicij, nec sententia, nocent dño absenti, quia res inter alios acta, &c. & voluit hic Innoc. quòd iste qui se obtulit actori ignoranti, condemnetur ipsi actori ad litis æstimationem: vel secundum quosdam, quantum in litem iuratum fuerit, vel ad interesse.ff.de petit. hæredit.l. qui se liti.& ff. de dolo.l.pen.& sic residet Zaba.hic. dom. Anton. hic nô putat, quòd hic habeat locum iuramentum in litem, ex quo non restitit dolo, licet per dolum litigauerat, vnde vult ꝙ locum habeat alterũ ex alijs duobus remedijs, & intelligas tu Canonista & scias ꝙ iuramentum in lite est de affectione rei: ita quòd vt plurimum excedit verum pretium rei, & præstatur quando quis potest restituere rem, & dolose & contumaciter resistit, vel dolo facit, quò minus possit restituere, vt l. qui restituere. ff. de rei vendic. vnde dicit D.M. quòd hoc modo habet locum hoc iuramentum, quia ille, nec nunc, nec vnquam potuit restituere rem, quam nô possidet, sed tantum temerè litigauit, vnde nô tantum deliquit: ideo meritò non venit ita acriter condemnandus. 24.quæstio.1.cùm non afferamus, & in regula, odia. & regula, in pęnis, de reg.iu.sed quantum ad primũ de præiudicio domini, idem tenet hic Zaba.volens quòd non præiudicetur domino per omissionem nominationis vel côtumaciam coloni, & idem Specu. in tit.de primo decreto.§.restat.versi. hoc etiam nota.& versi.quid si colonus, & idem Bart. in d.l.1. vbi etiam plus dicit, quòd etiam si facta esset executio contra colonum, & res esset translata ad actorê, non tamen priuabitur dominus absens sua possessione, quam habebat, argum.l.fin. C.si per vim vel alio modo. Nec obst. si diceres, quòd sicut absens possidens per colonum, deiecto colono perdit possessionem ciuilem, vt l.3.§.quod si seruus.ff.de acq. possess.ita & isto casu deberet dominus amittere poss.si per iudicem est ablata colono, qui ipsius nomine possidebat. ad hoc enim respôdetur, secundùm Innoc.hic, quem sequuntur Io.An. & Docto.& secundùm Bar. in d.l.2. quem sequuntur Legistæ, ꝙ ideo colono eiecto dominus perdit possessionem, quia deijciens talem violenter, intendit sibi possessionem quęrere, & eam cuique auferre: secus autem in iudice, qui non intendit iurisdictionem in præiudicium absentis exercere, vel ius absentis alteri dare, & si hoc intêderet, nihil ageret, vt d.l.fin.C.si per vim vel alio modo. Facit cap.inter, de maio.& obedi.& c.1.infra, de causa posses.& proprie.quidam tamen volunt, quòd ille dominus possessionem amittit, sed quòd ipsam recuperare potest, vel per iudicis officium, vel per côdictionem ex d.l.fin. sed primũ placet Hostien.& videtur verius, secundùm D. M. cùm iudicialis possessio habeat plus iuris. quàm facti, violenta verò nihil habet iuris. & quia in quolibet iudiciali processu iudex intendit alteri reseruare ius suum, vt cap., super eo. de offic. deleg. & cap. inter dilectos, in fi.infra, de dona. Facit l.2.§.merito. & §. si quis à Principe. ff. ne quid in loco publi. & c.ex tuarum.suprà, de autho.& vsu pal.Hęc tamê procedunt, secundùm D.M. quando dominus absens ignorabat detentorem litigare: nam tunc non fit sibi præiudicium, etiam in possessione, vt in cap. cum super, & cap.penult.de re iudic.sed si dominus sciebat causam agitari, distinguit post Inn. in d.cap. cùm super, quòd aut litigans est tantum detentor, ita quòd dominus potest eũ remouere aliter, & suscipere in se defensionem, & hoc non facit, & tunc fit sibi præiudicium, saltem quo ad possessionem. argum.d.cap.cùm super, & l.bona fides.ff.deposi.& sentit Cyn.in d.l.2.dum distinguit inter ignorantiã & scientiam domini. & ratio: quia licet iudex non intendit præiudicare alij, tamen iste dominus sciens ex sua saltem negligentia videtur amittere possessionem.ar.no.in c.olim, el 1.infra, de restitut.spol.& l. quod meo, & l.clam possidere.ff.de acquir. posses. & idem tenet hic dom. Ant. aut conuentus litigans erat possessor, ita quòd aliquo modo sibi possidebat, & sic litigabant de iure suo, & tunc cùm alius non possit eũ aliter remouere, nullum fit sibi præiudicium, cessat ratio.l.sæpe.ff.de re iudic.& cap.pen. infra, de re iud. secundum dominum meum. sed Zab. hic, quæstio.11.concludit, quòd quando quis habet ius in re, ita quòd potest rem in iudicium deducere: licet primo loco defensio spectet ad alium, tunc sententia lata præiudicat illi scienti, & non defendenti. ita loquitur l.sæpe, & cap.pen.sed si conuenitur omnino extraneus, acta & sententia præiudicat domino absenti, vnde si est lata sententia contra

tra eum, qui possidet nomine alieno: quia censetur penitus extraneus, quo ad potestatem deducendi reum in iudicio: non præiudicatur domino: licet dominus sciuerit litem motam: nisi fiat sibi denunciatio secundum formam hic traditam, & in d. l.2. arg. eorũ quæ traduntur in regula, eum qui certus, de reg. iur. in 6. secus si non requireretur denunciatio sub certa forma: sed tãtum certificatio: quia tunc sufficeret sola scientia domini, sine denunciatione, per d. regulam, eum qui. & ita dicit Zab. se cõsuluisse, allegat no. per Bar. in l. peregrè. §. quibus. ff. de acquir. poss. & l. officium. ff. de rei vendic. & in d. l. 2. subdit tamen, ꝙ quidam referentes Bal. in d. l. 2. voluerunt, quod sufficeret sola scientia domini, per d. l. sæpe. sed primum est verius, secundum Zab. ne frustra sit ille. §. & d. l. 2. C. vbi in rem actio. in quantum exigunt denũciationem, quia subest præmissa ratio: quia iste conuentus censetur penitus extraneus quo ad deducendum rem in iudicium.

¶ Ego arbitror quòd vtraque opi. possit saluari: videlicet, quòd sola acta iudiciaria, nulla facta executione, & nulla facta denunciatione, non præiudicent domino. & procedat opi. Zaba. Sed si post executionẽ datur negligentia ipsius domini, præiudicatur sibi: saltem quo ad possessionem ratione negligentiæ suæ, arg. l. quod meo. & l. clam possidere. ff. de acquir. poss. & c. olim, el 1. inf. de restit. spol. & de hac materia, an & quando præiudicetur tertio, per iudicium inter alios agitatum, materia est satis longa & intricata: de qua in d. l. sæpe. & in d. c. penul. infra de re iudica. vbi latissimè expediam. Et ex his Deo duce, est expedita hæc frequẽs & quotidiana, & vtilis materia nominationis domini in iudicio ordinatè & longè plenius, quàm ab omnibus maioribus nostris fuerit tacta.

De Iuramento calumniæ. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum calumniæ, quod dicatur.*

2 *Iuramentũ calumniæ est actus iudicialis, quo mediante iuramento, litigantes eorũ nomine affirmant.*

3 *Iuramentum calumniæ, in quo differat à iuramento veritatis & malitiæ.*

4 *Iuramentum calumniæ, in quibus differat à iuramento veritatis. & nu. seq.*

13 *Iuramentum calumniæ, in quibus æquiparetur iuramento veritatis.*

14 *Iuramentum calumniæ, in quo differat à iuramento malitiæ.*

15 *Iuramentũ calumniæ & malitiæ, in quibus conueniãt.*

16 *Iuramentum malitiæ, quare introductum fuerit.*

17 *Iuramentũ calũniæ, qua ratione fuerit introductum.*

HAEC Rubrica cõtinuatur ad præcedentes hoc modo. Quoniam actione in iudicio edita, quæ fit per libellum, de qua in tit. de lib. obla. litis contest. facta, de qua in duobus ti. præced. debet iurari de calum. ideo subijcitur hæc rub. ¶ Cæterùm, iuxta modum consuetum, pro clara & ordinata doctrina istius tituli, prosequar certos articulos.

¶ Primò, quid sit, seu quid dicatur iura. calum. & de hoc tractabo in rub.

¶ Secundò, quæ differentia sit inter iura. calumniæ malitiæ & veritatis. & de hoc etiam in rubr.

¶ Tertiò, quo iure, & ob quam causam fuerit introductum, & de hoc in rub.

¶ Quartò, vtrum de calumnia sit iurandum, & de hoc in c. 1. inf. eo.

¶ Quintò, quando sit de calumnia iurandum, & an ipsius tẽpus possit differri. & de hoc in d. c. 1.

¶ Sextò, in quibus causis iurandum sit de calumnĩa. & de hoc in c. 2. inf. eo.

¶ Septimò, à quibus iurandum sit de calumnia, & de hoc in c. in pertractandis. inf. eo.

¶ Octauò, quis prius debeat de calumnia iurare, an actor vel reus, in eo. c.

¶ Nonò, an iuramen. calumniæ possit tolli, & de hoc in c. cæterum. inf. eo.

¶ Decimò, an possit omitti, vel remitti, & de hoc in c. cæterum.

¶ Vndecimò, an pro iuramento calumniæ subeundo possit peti dilatio, & de hoc in c. cum causam. infra eod.

¶ Duodecimò, qualiter iurandum sit de calumnia, & quid continere debeat tale iuramentum, de quo in c. fi. infra eo.

¶ Tertiodecimò, an possit reiterari, seu pluries exigi, de quo in d. c. fin.

¶ Quartodecimò, quid sit ipsius effectus, de quo in d. cap. fin.

¶ Quintodecimò, quæ sit pœna nolentis iurare de calumnia, & de hoc in d. c. fin. Et no. quod etiam circa prædictos articulos, aliqua interserentur de iuramento malitiæ & veritatis.

1 ¶ Primò igitur artic. quæro, † quid sit seu quod dicatur iuramentum calumniæ. SOL. Azo in summa, eo. tit. dicit quod calumnia est, cum quis ex certa scientia iniustè agit, vel resistit. ff. ad Turpil. l. 1. §. calumniari. 2. quæst. 3. §. notandum. dicitur ergo iusiurandum calumniæ vitandæ, vel propter calumniam vitandã, sicut in simili dicit Apostolus: vnusquisque habeat suam, ob fornicationem euitãdam. Host. in summa eo. titu. §. 1. dicit, quod est, cũ quis bona fide iurat, non animo calumniandi, agere vel respondere, vel aliquid aliud proponere, vt l. 2. §. 1. C. eod. ff. fam. ercis. l. inter cohæredes. §. qui familiæ. Pileus vero, vt refert Io. And. in addi. Specu. in rub. dicit, quod est trames legitimus, per quem litigantium temeritas, & contentiosa litis instantia cõpescitur: sed non placet: quia non conuertitur, ꝙ quicquid sit, tale sit iuramentum calumniæ secundum Ioan. An. & sic diffinitio non est bona, per l. 1. ff. de dolo.

2 ¶ † Ego verò sic arbitror describendum, quod iuramentum calumniæ est actus iudicialis, per quẽ medio iuramento litigãtes per se, vel alium, eorum nomine affirmant, seu fidem præstant secundum eorum credulitatem, quandoque simpliciter respectu omnium, quæ in iudicio agenda vel defendenda sunt, & quandoque respectu vnius actus particularis, nihil calumniosè agere vel defendere. Et prosequendo singula verba dixi, quod est actus, vt ponerem genus subiunxi iudicialis, ad qualificandum

dum genus, & pro his, quę dicam in c. 1. inf. eo. in q. 2. 5. art. deinde subiunxi, medio iuramento, quia sic verbum sonat, & ad differentiam promissionis, quæ non fieret de non calumniando sine aliquo iuramẽto, deinde subiunxi verbum, litigantes, quia non solum actor, sed etiam reus tenetur iurare de calumnia, de quo in cap. cæterũ, inf. eo. in 6. prin. art. deinde subiunxi, affirmant, vel fidem præstant, per ea, quæ dicam in c. fi. ar. 12. deinde subiunxi, secundum eorum credulitatem, ad differentiam iuramenti de veritate, per ea, quæ dicam statim in 2. art. deinde subiunxi, quandoq; simpliciter respectu omnium, per ea, quæ statim dicam in 2. art. & in c. fin. ar. 13. deinde subiunxi, nihil calumniosè agere vel defendere, quia ita sonat verbum calumniæ, & quia tam actor, quàm reus debet vitare calumniam, vt dicam in cap. cæterum, in 7. princ. art.

3 ¶ Secundus principalis articulus est, † quæ differentia sit inter iuramentũ calumniæ veritatis & malitiæ. circa quem articulum aduertendum est, quòd iuramentorũ plures sunt species: aliud enim est voluntarium, aliud iudiciale, aliud necessarium, vt dicit gl. in l. 1. de iureiu. & in l. 1. ff. de iureiu. sed tu dic latius, quod quandoq; iuramentum concernit obligationes conuentionales, & quę fiunt extra iudiciũ, quandoque iudiciarias lites vel causas. primo casu, iuramentum quandoque præstatur ad obligationẽ inducendam, quãdoque ad obligationem validam cõseruandam, & de his latè inf. de iureiur. & ista omnia possunt appellari iuramenta voluntaria. Quandoque verò, vt dixi, iuramentum respicit lites, vel causas, seu actus iudiciales, & istius iuramenti tres possunt dari species, secundum Sal. in rub. C. de iureiu. nam aliud est iuram. calumniæ, aliud iuramentum litis decisiuum, quod est veritatis, aliud iuramẽtum in litem, quod est affectionis. Sed tu dic aliter, quod aliud præstatur ad calumniam, scilicet, tollendam & remouendam, & de hoc principaliter tractatur in hoc titulo: aliud ad malitiam, scilicet, tollendam & remouendam, quia est quodammodo simile iuramento calumniæ. Item aliud, ad veritatem inueniendam, & de hoc etiam aliqualiter tractatur in hoc tit. Item, aliquod est iuramentum litis decisiuũ, & hoc triplex, aliquod voluntarium, non iudiciale, quod defertur a parte parti ad decisionem alicuius cõtrouersiæ, vel dubitationis: aliud iudiciale voluntariũ, quod defertur a parte parti in iudicio, de quibus in tit. de iureiu. aliud est necessarium, quod defertur a iudice in supplementũ probationis, de quo in c. fin. de iureiur. Item aliud est iuramentum in litem, quod est æstimationis, sed non veræ, seu communis æstimationis: sed affectionis, & de hoc in tit. de in litẽ iur. ff. de quo tamen dictum est in tit. de iureiur. vbi tractabo de omnibus alijs speciebus iuramenti, & hic tractabimus principaliter de iuramento calumniæ, veritatis, & malitiæ.

4 ¶ † Sed quæro, in quibus differat iuramentum calum. à iuramento veritatis. Sol. dic secundum Spec. eo. tit. §. 1. ver. differt autẽ, & Doct. maximè d. Ant. & D. M. in c. 2. inf. eo. quòd differunt in plurimis. Prima differentia est respectu causarum, super quibus præstatur, quia iuramentum calumniæ præstatur in ciuilibus & pecuniarijs causis, vt in cap. cæterum, & c. cum causam, & c. fi. inf. eo. Sed iuramentum veritatis, solum præstatur in spiritualibus causis, & in causis annexis ipsis spiritualibus, vt in c. 2. infra eo. & c. dudum. supra, de elect. de quo per glo. d. Ant. & D. M. in d. cap. 2. quæ differentia hodie non videtur procedere, tum quia etiam in spiritualibus iuratur de calumnia; vt in cap. 1. eo. tit. in 6. tum quia etiam in ciuilibus iuratur de veritate, secundum quod de prædictis latius dicam in cap. 2. inf. eo. in 6. princ. art.

5 ¶ Secunda differentia † est respectu materiæ, quia iuramentum calumniæ continet multa capitula, iuramentum veritatis continet, quod ipsum verbum sonat, secũdum Spe. in ver. prædicto, & Doct. in d. cap. 2. & vt clarius intelligas dic, quod Doctores hoc volunt dicere, videlicet, quòd iuramentum calumniæ respicit totam causam, quæ continet multa capitula, & sic respiciet multa capitula, vt dicam latius in cap. fin. infra, eo. in 12. prin. art. sed iuramentum veritatis exigitur & præstatur super certo cap. speciali, prout verbum sonat, secundum quod latius dicam in d. 12. art.

6 ¶ Tertia differentia est respectu personarum iurantium, † quia iuramentũ calumniæ præstant principales personæ, vt in auth. principales. C. eo. Sed iuramentum veritatis præstat etiam procurator: quæ differentia, an sit vera, & an simpliciter procedat, & quãdo, poteris colligere ex his, quę latius dicam in c. cæterum. inf. eo. in 8. prin. art.

7 Quarta differẽtia est, † quia in iuramento calumniæ nõ datur dilatio ad deliberandum, nam statim potest dicere; credo vel non credo, vt in c. cum causam, infra eo. Sed in iuramento veritatis, datur prædicta dilatio, vt in l. qui interrogatur, ff. de inter. ac. de qua differentia latius dicam in d. c. cum causam, inf. eo. in 11. art. princ.

8 ¶ Quinta † differentia est respectu formæ, quia in iuramento calumniæ respondetur de credulitate, vt in Auth. de his, qui ingre. ad appel. §. pen. colla. 5. Sed in iuramento veritatis respondetur de sententia. 3. q. 9. cap. hortamur. & in cap. præsentium, de testi. lib. 6. de qua differentia latius apparebit in cap. fi. infra eo. in 12. prin. art. Et ex his, quæ ibi dicam apparebit, quæ differentia sit inter credulitatem, scientiam, & veritatem.

9 ¶ Sexta differentia est similiter respectu formæ, † quia iuramentum calumniæ præstat syndicus, vel actor in animam propriam, vt in cap. in pertractandis, infra eo. sed iuramentum veritatis præstant in animam domini seu vniuersitatis, de qua differentia dicetur in d. c. fi. in 12. ar.

10 ¶ Septima differentia est, † quia post iuramentũ calumniæ semel generaliter præstitum, non reiteratur amplius aliud iuramentum calumniæ. Sed iuramentum veritatis reiteratur, quod qualiter intelligendum sit, collige ex his, quæ dicam in c. fi. in 13. prin. art. Et istas septẽ differentias ponunt Doct. licet non ita ordinatè.

11 ¶ † Octaua differentia est, quam ego adiungo, quia iuramentum calumniæ regulariter præstatur in ipso litis exordio, & sic post litem contest. iuramentum veritatis præstari potest, & ante & post, de quo dic vt latius dicam in cap. 1. infra eo. in 5. princ. arti.

12 ¶ Nona differentia est, † quia iuramentum calumniæ

lumniæ remittitur quibusdam personis priuilegiatis, iuramentum veritatis, nõ remittitur, de quo dic, vt latius dicam, inf. eo. in c. cæterum. in 8. prin. artic. Poterunt fortè & aliæ differentiæ colligi ex his, quę infra videbimus in varijs articulis.

13. ¶ Secundò quæro, † in quibus conueniant & æquiparentur iuramentum calumniæ, & veritatis. ¶ Sol. Dic, ꝙ in plurimis. primò respectu causę introductiuę, de quo dicã statim art. 3. Secundò, quia vtrũque pręstatur in iudicio, de quo dicam in c. 1. art. 4. Tertiò, quia tam actor, quã reus tenentur præstare vtrumque iuramentum, de quo dicam in c. cęterum. ĩ. eo. in 7. & 8. ar. quartò quo ad pręstationẽ: quia vbi vnum præstatur, ibi ẽt aliud præstandum est, vt in c. 2. eo. ti. lib. 6. & ibi dicit Dominicus, & in c. fi. eo. ti. lib. 6. Poterunt etiam fortè & aliæ differentiæ & conuenientiæ ex inf. dicendis apparere.

14 ¶ Tertiò quæro, † in quo differant iuram. cal. & malit. Sol. Cy. post Pet. in aut. hoc sacramentũ. dicit, ꝙ ante lit. contest. nõ iuratur de calumnia: sed de malitia, secundũ Cano. sed quod Pet. dicit quod nescit quid istud sit. nã credit quod idem sit, vt quotiescunque possit cõmitti calumnia, possit iurari de calumnia, & sic ẽt ante li. contesta. & alibi dicit, ꝙ Cano. ex eorum facultate hoc dixerũt. tu aduerte: quia arbitror, ꝙ Cano. ideo fecerint dist. ac differentiam prædictã: quia verbum, calumniæ, videtur respicere totam litem, & ideo iura dicunt, quod præstatur in exordio litis, vt dicã in c. 1. inf. eo. in 5. prin. art. & super tota lite, vt dicam in c. fi. inf. eo. in 12. & 13. art. malitia verò videtur se specialius habere ad actum, qui specialiter fit. vnde cũ iura dicerent, ꝙ iuramentum calumniæ præstatur in ipso litis exordio, vt in l. 2. §. antiqua. & in auth. hoc sacramentũ. C. eo. ti. ideo iurm̃ malitiæ inuentum fuit, vt præstaretur super actu particulari: qñ super eo de præsenti est aliqua suspicio malitiæ, propter quam suspitionem iudex potest illud reiterare, vt dicam in c. fi. ĩ. eo. in 13. prin. art. ex quo nunc propter istos intensissimos calores, nescio assignare aliam rationẽ differentię, aduerte: quia super hoc iuramento malitiæ Doc. parum, & quasi nihil dicũt, vt apparebit in examinatione præmissorum articulorum. Sed redeundo nũc ad q. princip. dic, quòd plures sunt differentię. ¶ Primam quoque statim dixi: quia iuramentum calumnię respicit totã causam, & sic plura capitula. Sed iuramentum malitię respicit vnum capitulum, vt dicam in c. fi. in 12. art. ¶ Secunda: quia iuramẽtum calumnię respicit etiam futura: iuram. malitię actum de pręsenti, vt dicam in d. 12. articu. ¶ Tertia, quia iuramentum calumnię pręstant principales: sed iura. malit. vt arbitror, potest pręstari etiam per proc. Sed de hoc dic, vt dicetur in c. cęterum. in 7. art. ¶ Quarta: quia iuram. calum. pręstatur in litis exordio: iuramentũ malitię, & ante & post, vt dicam in c. 1. in 5. art. ¶ Quinta: quia iuramentũ calum. regulariter semel pręstatur, si generaliter pręstitum fuit: sed iuram. malitiæ sæpius reiterari potest, vt dicam in 13. art. c. fi. ¶ Sexta: quia iuram. calumniæ remittitur certis personis priuilegiatis, quibus, vt arbitror, non remittitur iuram. malitiæ. de quo dicam in c. cæterum. inf. eo. in 8. vel 11. art.

15 ¶ Quartò quæro, † in quibus conueniant iuramentum calum. & malitiæ. Sol. Dic, ꝙ in pluribus. Primò, in tribus primis qualitatibus, in quibus dixi in 2. quæst. conuenire iuramen. calum. & veritatis. Quartò conueniunt: quia vtrunque præstatur in ciuilib. & pecuniarijs causis. vtrum autem in reliquis, in quibus non præstatur iuram. calum. vel iuramen. veritatis, apparebit ex his, quæ dicam in cap. 2. art. 6. Quintò conueniunt: quia vtrunque est credulitatis, vt arbitror, de quo videbimus in cap. fin. arti. 12. Sextò, ratione prædicta conueniunt: quia in neutro datur dilatio, de quo dicam in cap. cum causam. inf. eo. art. 11. Et ex prædictis, & ex his, quæ dixi in 1. & in 2. q. potest colligi, in quibus differant aut cõueniant. de iuram. malit. parum dicam, & similiter etiam de iuramento veritatis: tamen conabor aliquid tangere in omnibus artic.

16 ¶ Tertius princip. articulus est, † quo iure, & qua ratione, seu causa fuerit introductum iuram. malitiæ. & sic per duas quæst. Primò quæro, quo iure. Sol. Tex. in c. 2. inf. eo. sentit, ꝙ introductũ sit ex legum distinctione: sed à quibus, non aperit. antiqui Doct. legum dicebant, ꝙ non fuit introductum iure Digestorum, sed solum iure Codi. quo iure pluries iurabatur de calumnia, vt l. 1. C. eo. sed iure Authenticorum inductũ est, vt non iuretur nisi semel, vt in Auth. qui ingred. ad appel. §. quia nos. vnde sumpta fuit auth. in isto. C. eo. Nec ob. quòd imò videatur fuisse introductũ iure Digesto. per l. qui bona. §. pe. ff. de dam. infe. & l. iusiurandum. §. qui ius. ff. de iureiu. quia ibi loquitur de iuramento præstando extra iudicium, secundum eos. sed tunc obstat l. inter cohæredes. ff. famil. ercis. vnde Mod. Legistæ dicunt secundum Cy. quod imò etiam iure Digest. iurabatur de cal. sed de iure C. fuit augmentatum: quia olim de iure Digest. iurabãt soli procuratores, sed iure C. iurant etiam partes: licet litigẽt per procuratores, vt l. 2. §. hoc ẽt. C. eo. Item de iure Auth. introductum est, quod semel post li. contest. generaliter iuretur, vbi de iure C. pluries iurabatur, & sic residet Cy. in d. l. 2. in prin. C. eo. in 1. q. sed Bart. ibi & Bal. dicunt, quòd in quibusdam casibus fuit cognitum de iure Digest. vt d. l. qui bona. §. pe. & d. §. qui iusiurandum. & d. l. inter cohæredes. & l. de pupillo. §. qui opus. ff. de oper. no. nun. & l. thesaurus. ff. ad exhib. ibi, non calumniæ causa. & eodem iure inuentum est iuramentũ veritatis, sed iuramentum malitiæ inuentum fuit per Cano. in c. 1. eo. tit. lib. 6.

17 ¶ † Secundò quęro de ratione seu causa, propter quam fuit introductum iuram. calum. Sol. Tex. in l. 1. C. eo. dicit, vt contentiosa litigantium instantia compescatur. tex. verò in l. 2. §. sed quia veremur. dicit, vt excludatur litigantium calumnia. & ibi etiam idẽ dicitur in iuramẽto veritatis, quod hæc fuit causa inducendi talis iuramenti. & no. d. Dom. in c. 1. in fi. eo. ti. lib. 6. tex. verò in d. l. 2. §. antiq. dicit, quod ad dirimendas lites fuit inuentum. tex. & glo. in c. cæterum. inf. eod. dicit, quòd pręcipua causa fuit ad veritatẽ eliciendam. facit c. ex literis, ĩ. de iureiu. & causa huic proxima est, vt timore iuramenti litigantium instantia compescatur, vt supra dixi. tertia ratio est, secundum Gul. vt timore talis iuramenti, quis non sit immemor suæ salutis. & prædictæ rationes etiam concludunt ad iuramentum veritatis & malitiæ.

SVMMARIVM.

1 *Clericus per se non cogitur iurare, sed alij potest committere.*
2 *Successor, prædecessorum suorum vestigia imitari debet.*
3 *Intellectus legis vel constitutionis, dubius inter causas grauiores reputatur.*
4 *Lex ciuilis generaliter loquens, clericos comprehendit.*
5 *Dubium probabile oritur, si iura iuribus aduersantur.*
6 *Interpretari potest, qui & condere.*
7 *Papa leges interpretatur.*
8 *Monachus non venit clericorum appellatione.*
9 *Iuramentum calumniæ quinque debet continere.*
10 *Monasteria in fauorabilibus, veniunt ecclesiarum nomine.*
11 *Iuramentum calumniæ, quando omittendum sit, & coram quo iudice.*
12 *Iuramentum calumniæ præstari debet, vt lis absque suspicione procedat.*
13 *Iuramentum calumniæ, cuius expensis ad personam principalem mitti debeat.*
14 *Iuramentum calumniæ coram arbitris deferri potest.*
15 *Iuramentum calumniæ, quando regulariter deferri debeat.*
16 *Iuramentum calumniæ ante litis contestationem, & exigi & præstari potest.*
17 *Iuramentum calumniæ, an possit deferri super exceptionibus dilatorijs, vel declinatorijs oppositis ante litem contestatam.*
18 *Iurari potest de calumnia super lite futura per procuratorem agitanda.*

1 INHÆRENTES † Clericus iuramentum calumniæ alij cōmittere potest, & per se iurare non cogitur: nec volens debet, sine superioris licentia iurare. h. d. Et aduerte: quia in suprascriptione, vt plurimum libri habent Honorius tertius, & malè: quia hæc decretalis fuit edita longè ante Honorium tertiū, qui fecit primam cōpilationem: & tamen hæc decretalis reperitur fuisse in primam compilationem: nec apparet an fuerit primitus Honorij tertij. dicitur Honorius episc. vrbis Ro. omnib. Episc. Occidentalibus. deberet ergo dicere hęc superscriptio, Honorius primus, vel secūdus. patet in illa quinta compilatione, Honorius tertius. verba consti. Henri. incipiebant ibi, legibus itaque. quamuis cōstitutio ipsius Hen. inciperet, quoniam legibus, & fuit facta Arimini. 3. die Aprilis. & omnia verba hic posita in tex. à verbo, legibus, vsq; ad verbum, cum hæc, sunt verba cōstitutionis Hen. exceptis illis verbis, secundū decisionem, vsque corroboramus, vt dicit glo. nostra hic super verbo, verba sunt hæc, & exceptis illis verbis, Præterea vsque ad ver. nos itaque. vbi reassumit verba Hen. secundum Ioan. Andr. sed dic de hoc, vt dicam statim. ¶ Diuide in quinque partes. primò præmittit, ꝙ determinare dubia spectat ad Papam. secundò ponit dubium procedens ex cōtrarietate duarum legum ibi, legibus. tertiò illud diffinit ibi, vt ergo. quartò moderatur ibi, verbum. quinto cōminatur ibi, omnibus Episcopis. ¶ In tex. ibi, iurare præsumat. dicebat Accurs. quod debebat intelligi de iudicio sisti & iudicato soluendo. & idem Inno. Sed Host. dicebat, quod debebat intelligi simpliciter & largè de quolibet iuramēto, vt dicitur in verbo, nos itaque. ¶ In tex. ibi, omnes princip. dic, ergo clerici si sunt principales. & sic videtur contradicere præcedenti constitutioni. Vnde sequitur in tex. propter quod, id est, quia prima lex prohibet clericos iurare, secunda verò videtur præcipere, vt iurent. ¶ In tex. ibi, de Constantinopolitanis clericis. & sic constitutio videbatur esse localis, secundū Io. Bul. & Azo. Mar. verò tenebat contrarium: quòd non deberent iurare, nec per se, nec per alium. ¶ In tex. ibi, secundum decisionem filij. dic, quia litera est aliqualiter intricata, & verbum eius itaque, non videtur bene congruere proximo pr̄ę. ver. ideo sic construe & adapta literam assumendo illa verba, secundum etiam decisionem filij nostri Hen. Imperatoris, cuius verba sunt hæc, & hic dimitte verbum eius, & coniunge ver. & diui Marci. vsque ad ver. nam cū Imperator. & dimitte illum ver. & assume ver. Præterea statuti. & continua vsque ibi, huiusmodi officium liceat delegare, & supple, & bene interpretatus est, & sic dimitte ver. verum, & redeas ad vers. nam cum Imperator. & continua vsque ibi, sit immunis. & dimitte versi. præterea, & redeas ad versi. eius itaque interp. corro. & iunge versi. verum cum hac moderatione, secundum Host. & Ioan. And. quæ quidem constructio est maxima intricatio, & continet maximam ineptitudinem Honorij Papæ. Sed glo. nostra super ver. verba sunt hęc. vult quòd omnia verba à ver. legibus itaque. vsque ad ver. verum. sint verba Henric. exceptis illis verbis, secundum etiam decisionem. vsque ad versi. diui Marci. pro qua expositione facit quod habetur in prima compilatione, secundum quod supra dixi. nam constitutio Henrici incipiebat, quoniam legibus. Sed Io. Andr. dicit quòd putat, quòd Papa vtatur verbis Henri. vt proprijs, vsque ad versi. præterea. Sed Innoc. aliter exponit, & secundum eū in tex. ibi, eius, debet subaudiri, scilicet, Marci vel alicuius alterius Imperatoris, qui interpretatus fuit quædam, quæ hic non habemus, & eius interpretationem Papa confirmat. & supra dum tex. dicit, verba sunt hæc. dicit Innoc. quòd ibi incipiunt verba Henrici: subdit etiam ꝙ possunt esse verba Papæ. Et ibi principis. dic secundum Inno. scil. Marci. vel melius secundum glo. & Ho. scil. Henr. Item secūdum Inno. ibi, dignoscitur. subaudi, vt prædictum est, quòd nullus iurare præsumat. dicit tamen melius videri ꝙ hic incipiāt verba Papæ. & quod sequitur ibi, Imperiali authoritate, exponi debet, scil. voluntate: quia hoc statutum ꝙ fecit Honorius placuit Imperatori. Sed hæc est impropriatio: quia si ista essent verba Papæ, nō dixisset imperiali authoritate, imò pontificali. dicit etiam Inno. ꝙ secundum aliquos verba Papæ incipiunt ibi, nam cum Imperator. sed ipse videtur inclinare in sententiam ꝙ verba Papæ incipiant ibi, verū. Zab. verò dicit quod ad hoc vt tex. clarè procedat, dicendum est ꝙ ista omnia sint verba Papæ, excepto vers. nos itaque. vsque ad versi. verum. illa enī verba posita in d. vers. nos itaque, sūt verba Henri. contextualiter posita, vt patet ex illis verbis præcedētibus: ibi, tenor talis esse dignoscitur. subdit tamen quod etiam sunt verba Hen. à ver. legib. vsque ad

ad ver. nos itaque. sed non ita contextualiter posita sunt, sicut ver. nos itaque. Sed Papa vtitur eis tanquam proprijs, vnde secundum Zab. litera sic debet construi & ordinari, legibus itaque, &c. vsque ibi, secundum etiam. vbi dimitte: quia etiam interpositio & continua, vt ergo hæc dubietas auferatur, & coniunge, & diui Marci, &c. vsque ibi, præterea. & post verba illa, sit immunis, reassume illa verba, secũdum etiam. vsque ibi, eius itaque. & continua sic: secũdum etiã decisionem filij nostri Henrici, quondã Imperatoris, cuius verba sunt hęc, nos itaque &c. vsque ibi, verum. & dimitte ver. verum. & reassume illa verba, eius itaque interpretationem corroboramus. cõiunge cum ver. verum. cum hoc vsque in fi. Et sic legendo non sunt necessaria illa verba, præterea statuti Principis tenor talis esse dignoscitur. Sed hæc cõstructio est reprehendenda, vt dixi de prima Host. & Io. An. item magis reprehendenda est: quia secundum eam, vers. preterea, esset superfluus. Quare tu aduerte: quia qualiscũque sit cõstructio idem est sensus. & ideo vt arbitror, Do. Anto. Io. de Imo. D. meus & cõiter Mod. de cõstructione aut adaptatione literæ nullum verbũ fecerũt. Vnde dic q̃ Honorius referẽdo verba & duas cõstitutiones legales relatas ẽt per Henri. in d. l. quæ incipiebat, q̃n legibus, quæ videbantur ad inuicem contrariari decisis per ipsum Hen. Imperatorem, cuius decisionis verba formalia hic referũtur per Honorium, ipsam decisionem Honorius moderatur, & approbat interpretationem Henr. factam de const. diui Marci. vnde dum tex. dicit, cuius verba sunt hæc. dic scil. quæ diximus in effectu, & quæ formaliter subiũguntur. retulit enim Papa illas duas cõstitutiones: videlicet primam quæ fuit diui Mar. quæ habetur vt dicit gl. & bene in l. cum clericis. C. de Epis. & cle. quam cõstitutionem quidam volebant sibi locum vendicare in clericis Constant. quã opi. Io. An. & Bul. & ẽt vult gl. 2. in vers. cum clericis. pro qua facit tex. ibi, dum dicit, cuius inclytæ vrbis. loquens de Constantinopolitana vrbe, quæ anno præterito fuit à Teucris capta. Et in tex. ibi, dum dicit, huius splendidissimæ ciuitatis, & iste intellectus etiam hic tangitur ab Honorio in ver. quia illud, refert etiam constitutionem Iustiniani, de qua in authen. principales. C. eod. ti. & in corpore, quæ videbatur contrariari cõstitutioni diui Marci. nã constitutio diui Marci prędicta vltra medium sic formaliter dicit, cui nullum incertum erit iusiurandum: quia ecclesiasticis regulis, & à canone ab antiquissimis episc. antiquitus instituto clerici iurare prohibentur, sed prædicta constitutio Iustiniani dicebat q̃ omnes principales debeant iurare de calumnia. ergo & clerici: & sic contradicebat constitutioni diui Marci. has duas leges latè referebat Hen. in d. l. quoniam legib. & in effectu refert Hono. vsque ad ver. vt ergo illa dubietas. vbi Papa intendens referre interpretationem & decisionem ipsius Henri. ponit ipsius legis Henri. decisionẽ & verba, quæ incipit iudicio meo, eius itaque interpretationem corroboramus. dico enim q̃ hic possint incipere verba Henric. qui sequitur illorum interpretationem qui volebant, quòd constitutio diui Marci non esset localis. & bene dicebant. Et ista fuit opin. Pla. & Mar. quæ placuit Hen. & bene: quia licet l. condita respectu fori & præstandæ cautionis & prestãdarum sportularum esset priuilegiata clericorũ Constan. vrbis, & sic hoc respectu esset localis, vt voluit ibi gl. 1. & sup. retuli: tamẽ dum interserit de iuramẽto præstando in versi. cui nullum insertum erit iusiurandũ, ostẽdit quod prędicti clerici Constant. nõ tenentur iurare: quia clerici generaliter prohibentur iurare, & sic respectu iuramenti illa constitutio generaliter comprehendit omnes clericos. ita interpretatus fuit Henricus, & sic vt dixi ver. eius itaque, cõtinet verba Henri. & adaptatur ad literam immediatè pręcedentem quę dicit, cuius verba sunt hæc. dico igitur q̃ hæc tota litera hoc modo potest legi vno contextu, hoc est sine aliqua intercapedine, & transpositione orationum. Intelligo ibi quòd Henr. in illa sua decisione duo fecit. primò interpretatus est constitutionem diui Marci secundũ quod alibi interpretabatur, videlicet quod cõprehendat generaliter oẽs clericos: quã interpretationẽ corroborabat Henr. per aliam constitutionẽ Dom. Iustiniani, quã hic refert in vernam cũ Imperator. & durat vsque ad ver. præterea. vbi Papa volens ponere secundam partẽ Henr. quę respiciebat decisionem dictarum legum contrarietates dicit. Præterea statuti Principis tenor talis esse dignoscitur, nos itaque &c. & sic incipiebat decisio Henr. quę durat vsque ad ver. verũ. & quia in decisione Henr. dicebatur quod clerici non compellantur subire iuramentum, sed si viderint expedire, liceat officium iurandi alijs delegare, sequi videbatur à contrario q̃ possent subire si vellent iuramentũ: & hoc moderatur hic Hon. in ver. verum. videlicet vt hoc licitum sit consulto prælato suo. & sic tex. est planus, clarus, & apertus. nam dicere quod ver. verum. veniret ad moderationem ver. diui Marci, est ridiculum iudicio meo: quia moderatio non adaptatur ad finem illius vers. vt de se patet.

2 ¶ † No. 1. quod successor debet imitari vestigia prędecessorum suorũ, quod intellige q̃n sunt irrationabilia, aliàs debet ab illis abstinere, sup. de resti. in integ. c. cum ex literis. & si prius fuissent rationabilia, & propter varietatem temporum, & condemnationum tenderent ad noxiam, vt in c. non debet. inf. de consang. & affi. quoniam vt inquit Valerius, omnia mala exempla à bonis initijs ortũ habuere. ¶ No. secundò vnum casum reseruatum Papæ, scilicet determinare grauiores causas. & idem cap. vt debitus. in fi. de appel. 17. dist. cap. multis. 24. quęst. 1. cap. quoties.

3 ¶ † No. 3. quod inter grauiores causas connumeratur q̃n dubitatur de intellectu alicuius legis vel constitutionis propter contrarietatem vel varios intellectus doctorũ: quod tamen declara: quia si dubitatur de intellectu de iure aut canonicæ legis, recurritur ad summum Pontificem, vt in c. per venerabilẽ. qui fil. sint legi. & in c. inter. ꝫ. de sen. excõ. Si verò dubitatur de intellectu l. ciuilis inquantũ cõcernit clericos aut Ecclesias, idem dicẽdum est, vt hic, sed si laicos, recurritur ad Imperatorẽ: quia eius est interpretari, cuius est condere, vt statim dicam in alio notabili. Et prędicta intellige, quo ad interpretationem generalem & necessariam, per quam illa sic debebit intelligi vel seruari, secus quo ad interpretationẽ authorizabilem, quã quilibet Doctor facere põt, & respectu vnius causæ decidendæ, quam po-

potest facere iudex, vt no. Innocen. in cap. cum speciali, de appell. facit l. 1. C. de profes. qui in vr. Constan. libro 12. nisi dubium esset ita arduum, quòd firmus intellectus dari non posset, quia tunc omnino est ad eundem principem recurrendum, vt l. penult. & fi. C. de legi. & ideò no. & de his dubijs quotidie dicunt Doct. quòd indigerent decisione Apostolica vel Cæsarea, de qua in materia latiùs dicam in tit. de constit.

4 ¶ † No. 4. quòd l. ciuilis generaliter loquens, videtur comprehendere etiam clericos, aliàs autem allegatio duarum legum, de quibus hic videtur fuisse frustratoria, de qua materia, quia ad titulum nostrum principaliter non pertinet, vide latè per Pet. de Anch. in repet. c. 2. supra de constitut. q. 1. & per D. M. in cap. ecclesia S. Mariæ, supra de constit. maximè in repet. ¶ No. quintò ibi, omnes principales, quod iuramentũ calumniæ præstari debet per principales, quod qualiter intelligendum sit, dicam latè in cap. cæterùm, in 7. art. ¶ No. sextò idem, quòd verbum, omnes, ex suo proprio significato includit omnes, & neminem excludit, ad idem cap. omnes, supra de maio. & obe. & l. à procuratore. C. manda. ¶ No. 7. in primo litis exordio, quòd iuramentum calumniæ præstari debet in exordio litis, hoc est, incontinenti post litem contest. de quo latius dicam infra, post glo. in 5. art.

5 ¶ No. octauò ibi, propter quòd † probabile dubium oritur propter contrarietatem iurium ad inuicem, facit quod no. in cap. vt debitus, de app. & per Bar. in l. cum prolatis. ff. de re iud. & in l. 1. & 2. C. de poe. iu. qui ma. iud. ¶ No. nonò, quòd constitutio loquens specialiter de clericis, licet generaliter respectu certi actus derogat constitutioni generaliter disponenti: hic enim prima constitutio diui Marci disponebat de clericis, & sic erat specialis respectu personarum, sed erat generalis, vt non præsumant iurare: Secunda verò constitutio Iustiniani, de qua in authent. principales. C. eod. respectu personarum generaliter loquebatur de omnibus: erat tamẽ specialis respectu iuramenti calum. & tamen prima præiudicat secundæ, secundum intellectum Hen. & declaratione ipsius, quod est singulare. Ex hoc infert Dominus meus ad decisionem illius tritæ quæstionis, an clericus possit reconueniri corã iudice seculari, nam tex. iste facit quòd non, quia iura specialiter prouident, vt clerici non iudicentur à laicis, licet respectu causarum generaliter loquãtur, & alia iura, quæ permittunt reconuentionem, loquuntur generaliter respectu personarum, sed specialiter respectu causæ reconuentionis. ergo constitutio specificè loquens de clericis, tanquam specialis, derogat alteri tanquam generali, ar. regulæ, generi, de re. iu. in 6. quod dicit semper notandum, quia nemo ad hoc inducit istum tex. Sed tu vide ad hoc, quod latiùs dixi in cap. 1. de mu. pet. art. 5. nec moueat te in contrarium iste tex. in ver. Præterea, vbi specificè prouidebatur de hoc iuramento calumniæ, quia illa fuit constitutio veniens ad interpretationẽ prioris, vt supra dixi super tex. & Papa etiam hoc attestatur. ¶ No. decimò ibi, de Constantinopolitanis, quòd quando dispositio iuris est localis, de qua materia dic, vt latiùs traditur in c. 1. de constit.

¶ No. vndecimò ibi, interpretationem corrobo-

6 ramus, † quòd eius est interpretari, cuius est condere, ad idem l. 1. C. de legi. & c. inter, infra de senten. excommun.

7 ¶ No. duodecimò ibi, corroboramus, † quòd Papa interpretatur leges, quod maximè procedit, quãdo loquuntur de clericis & ecclesijs, vt in cap. per venerabilem, qui fil. sint legit. hoc tamen procedit intelligendo, quod in ver. eiusque, sint verba Papæ, de quo dic vt suprà in tex. dixi. ¶ No. 13. ibi, ad omnium, quòd illud, quod vni dicitur, potest à cæteris trahi ad consequentiam, & quòd illud, quod vni conceditur, nõ est alijs denegandum, de quibus hic in glo. in ver. ad omnium. No. 14. ibi, vim legum, quòd canones obtinent vim legum, ad idem tex. in Auth. de eccles. tit. in prin. col. 9. & in Auth. vt clerici apud proprios Episcopos. §. illud, col. 6. quod procedit nõ solùm interpretatiuè, sed etiã per iuris noui editionem, dummodo materia spectet ad forum ecclesiasticum: aliàs secùs facit, quod no. glo. in regula, possessor, de re. iu. lib. 6. ¶ No. 15. ibi, diuinæ & humanæ legis, quòd species legis sunt duæ. Alia enim diuina, & alia humana, 1. dist. c. 2. & c. humanum genus. 1. de iureiuran. c. nimis, & infra de censi. c. peruenit, de qua materia licet D. M. hic aliqua dicat, tamen, quia pertinet ad tit. de consti. dic, vt ibi latiùs dicam. ¶ No. 16. ibi, intentione seruata, quòd attendenda est mens & legis intentio. ad idem, c. intelligentia, de verb. sig. quia scire leges non est verba earum tenere, sed vim ac potestatem, hoc est, intentionem ac rationem, vt l. scire leges, & l. contra legem, de legi. de qua materia latiùs dicetur in tit. de const.

¶ No. vltimò ibi, non Abbas, non monachus,

8 argumentũ quòd † clericorum appellatione non comprehenditur monachus, nec econtrà, secundum d. Ant. & sequitur Zaba. allegat 7. q. 2. c. duo. dicit tamen, quòd ille tex. facit etiam in contrarium, sed quod prius dictum est verius. Sed Dominus meus dicit, quod putat hic colligi totum oppositũ, quod appellatione clericorum veniant monachi, nam prima constitutio prohibens iurare, faciebat duntaxat mentionem de clericis, vt patet in principio. Sed constitutio postea interpretans & declarans, dicit intelligendum de clericis cuiuscunque ordinis, & monachis, & sanctimonialibus, ergo clericorum appellatione veniunt monachi, pro quo facit, quia & ipsi in sortem Dei sunt electi, vt in d. c. duo, & clericus idem est quod sors. 21. dist. cleros. Item probatur per c. Deus, qui. c. pen. infra de vita, & bo. cleri. quæ c. loquuntur de monachis, & tamen ponuntur sub rub. de vi. & hone. cle. ergo veniũt appellatione clericorum per ea, quæ not. supra, & in procem. Sexti, in ver. titulis. Cõcludit ergo Dominus meus, quod monachi veniunt appellatione clericorum, quod tamen procedit in fauorabilibus, secùs in odiosis, quia tunc non venirent, cùm distinctam habeant qualitatem a clericis secularib. ar. op. in c. statutum, de ele. lib. 6. ad quod allego, etiam c. ex tenore, & c. vniuersitatis, inf. de sent. excomm.

¶ Glos. 4. super verbo, calumniæ iuramentũ, quæ

9 rit, † quid continere debet iuramentum calumniæ. & soluit, ponendo quinque, quæ cõtinere debet dictum iuramentum, in fi. glo. dic de hoc, vt dicam in c. fin. 12. prin. art. ¶ Gl. super verbo, verba sunt hæc, est declaratiua in fi. d. declara hoc meliùs, vt dixi

supra

supra in tex. ¶ Glos. super verbo, ad omniũ, in prin. colligit duo no. quæ tendunt ad idem: deinde opponit & soluit in fi. glo. dic, sed contra solutionem glo. facit, quia si hoc erat concessum clericis Cōstātinopolitanis in priuilegium, ergo ad alios non debebat extendi. & si diceres, hoc priuilegium est clausum in corpore iuris, ergo debet extendi, quia facit ius, quò ad omnes, iste nō est bonus intellectus per capitulum, cùm ordinem, & quod ibi no. de rescri. & vide bonam glo. in procem. in ver. iudicis, ergo est dicendum, secundum Dominum meum, quòd aut omnibus fuit concessum hoc priuilegium, sed illi fuerunt expresi per excellentiam, vel quòd attenta mente diuina & humana, debuit concernere etiā alios clericos Constantinopolitanos, & ita fit hic interpretatio, & hæc melior, secundum Dominum meum. Sed tu dic meliùs, vt dixi super tex. ꝙ licet illa l. cũ clericis. C. de Epi. & cler. quò ad ea, de quibus principaliter loquitur diuus Marcus priuilegiet clericos Constantinopolitanos, tñ quando incidenter loquitur de iuramento dicit, quòd ipsi non tenentur iurare ex generali dispositione, quæ hoc prohibet; nā ita formaliter dicit, cui scilicet cautioni nullum insertum erit iusiurandum, ecclesiasticis regulis, & Canone à beatisimis Episcopis antiquitus instituto, clerici iurare prohibētur. & sic ad excludendum ipsos clericos Cōstantinop. à iuramento clerici Constant. nō priuilegiantur per diuum Marcum, sed eximuntur, quia prohibentur generaliter per ecclesiasticas regulas & Canonem iurare.

10 † Sic etiam in fauorabilibus, appellatione ecclesiarum, veniunt monasteria. 54. di. §. hac authoritate, cùm se. & quod legitur & no. infra c. 2. de suppl. ne. præl. lib. 6. & per gl. 5. ver. ecclesijs, in cle. quia plerisque, de off. ord. sed stricto vocabulo appellatione ecclesiarum, nō veniunt monasteria vel alia loca religiosa, vt in c. 2. de consue. & ibi notaui, & ad prædicta etiā vide gl. in c. fin. §. adijcimus, de sent. excom. lib. 6. sed appellatione monachorum, nunquam veniunt clerici seculares, quia non competit ei etymologia vocabuli. 16. q. 1. c. placuit. item appellatione monasteriorum, nunquam veniunt ecclesiæ seculares ea ratione, secundum Dominũ meum, pro quo allego gl. in ver. monasterijs. in Clem. 1. de leg. & de materia in rub. inf. de vita & ho. cle. ¶ Glos. super ver. in criminali, tractat quęstionem, vtrùm in causa criminali sit deferendum iuramētum, & arguit pro & contra. Et finaliter post Azo. inclinat in sententiam, quòd sit deferendum, & respondet ad iura & rationes in contrarium allegatas, & hæc pars durat vsq; ad ver. & qualiter, vbi gl. intrat alium articulum qualiter clericus posit deferre iuramentum calumniæ, maximè in causa criminali, & qualiter intricatè loquitur. In ea. gl. d. Azo hic declarat hanc gl. & ipsius q. secundum quod latiùs dicam inf. in c. 2. in 6. prin. art. ver. fi. in gl. dic de hac materia, vt latius dicam in d. 6. art. & c. cæterùm, infra eo. in 7. prin. art. ¶ Glo. super ver. defensorib. quærit quid de syndicis, actoribus & procuratoribus constitutis ab vniuersitate, an iurēt de calumnia. & soluit in fi. dic de hoc vt dicam in c. cæterùm, inf. eo. in 7. ar. ¶ Glo. in fi. sentit contrarium, quòd episcopus posit iurare inconsulto summo Pontifice, & fatetur cōtrarium, deinde colligit argumentum. ¶ In ea. glo. ipsemet præstat iuramentum, dic vt dicam de hoc in cap. cęterum, in 7. art. vel in c. fin. in 12. art. In ea. glo. dic, vt latè dixi in c. significasti, in 6. prin. ar. Postremò, expeditis glo. iuxta præmissum ordinem in rub. descendo ad 4. ar. princ.

11 ¶ Quartus principalis articulus est, † coram quo sit de calumnia iurandum, & subiungam etiam de iuramento malitiæ & veritatis. Primò igitur circa iuramentum calumniæ dicendum est, quòd præstatur in iudicio, & à iudice, vt patet hic, dum dicitur in primo litis exordio, & in c. pen. inf. eo. & cap. 1. in eo. tit. lib. 6. & est tex. in l. 2. in prin. & §. sin autem, & §. seq. C. eo. & apparebit etiam ex his, quæ dicā inf. in 12. prin. ar. Aduerte tamen, ad egregias personas in dignitate constitutas iuramentum calumniæ præstari debet in domo ab eis, vt l. 2. §. sin autem. C. eo. & præstatur ab eo, qui misus est à iudice, vt præstet tale iuramentum, vt ibi infra notatur, & in Auth. vt litig. iur. §. ad hec. ff. de iureiu. in l. ad personas vel ad egregias, & C. de re. cre. l. generaliter, & debet præstari pręsente aduersario, vt est tex. in d. §. sin autem, & huic priuilegio non potest renunciari, vt in simili dicit Cy. in d. l. ad personas, & idem dicendum est de mulieribus ratione sexus, vt d. §. sin autem, per quęm tex. & eius rationem idem dicunt Doct. de senibus & valetudinarijs, debet enim iudex talibus compati. 24. q. 3. c. quæ dignior. ad fi. no. Io. And. in addit. Specul. eo. tit. §. restat. vers. sed ad cuius. ad personas igitur prædictas, & etiam ad illas quæ ratione paupertatis venire non possunt iudex mittet notarium, qui præstet tale iuramentũ, facit l. in fraudem. §. quoties. ff. de iu. fisci. pro quibus vide, quod tradit Spec. in tit. eo. §. sequitur, versi. quidem, & Host. in summa in tit. de testi. §. quando, post princ. de tali commisione nō debet notarius esse rogatus, sed alius si commodè posset haberi, aliàs ipsemet potest esse rogatus, secundum ea, quæ traduntur in cap. quoniam contra, infra de probat. iunctis his quæ traduntur per Bart. & Docto. in l. ex sententia. ff. de testa. tute. Aduerte etiam, quòd si fortè is qui debet iurare est absens, nec dimisit procuratorem habentem speciale mandatum, iudex tunc scribet iudici, sub cuius iurisdictione ille degit, ab eo recipiat iuramētum calumniæ, & scribit ea sub hac forma, Nos &c. iudex, &c. B. &c. iudici salutem in domino, Nouerit vestra discretio, quòd d. &c. ciuis & subditus vester super libel. quē vobis mittimus interclusum cum Io. ciue & subdito nostro corā nobis lit. est con

12 testat. † Cęterùm, quoniā ad hoc vt lis sine suspicione procedat necessarium est, per principalem personam præstari calumnię iuramentum: fraternitatem vestram requirimus & rogamus quatenus à dicto d. A. supradicto libello secūdum iuris ordinem, iuris communis præsidio fulti iuramentum calumniæ recipi facientes receptionem eādem in publicam formam manu fideli non redactam nobis si placet, per latorem præsentium transmittatis. Ita dicit Spec. eo. tit. §. restat. versi. quid ergo fiet. simile in testibus recipiendis extra territorium, in authent. apud eloquentisimum, & in l. iudices. C. de testibus, & talis iudex recipiens nō recipit authoritate rogantis, sed iuris communis, vt in c. constitutus, inf. de fideiuss. & ideò in dictis literis ponuntur illa verba, iuris communis auxilio fulti, quibus. & sic ille iudex recipere te-

tenetur.ar.ff.de requi.reis.l.1.§.præsidet.tradit Spe. in tit.de leg.§.iam nunc.ver.sed secundũ præmissa.

13 ¶ † Sed quæro circa prædicta, ad cuius expensas mittetur iuramentum calumniæ ad principalem. ¶ Sol. Dic, quòd aut mittitur ad absentem ratione dignitatis, vel sexus, vel infirmitatis, & fiet communibus expensis. nec ob.c.2.in prin. de iud.lib.6. quia ibi fauor tantum producentis versatur: hic vero communis: quia expedit aduersario illius hoc iuramentum exigi: aut mittitur ad absentem voluntarium, qui litigat per procuratorem non habentem speciale mandatum, & hoc casu mittitur expensis ipsius absentis, secundum Spec. & Ioan. Andr. eo. tit.§.restat. Sed ad cuius expensas? Sed si dominus dedisset procuratori speciale mandatum ad iurandum de calumnia, & pars vellet, quòd deferatur principali tanquam legaliori, quod an fieri posit, dicetur infra eo.cap.cæterum. artic.7. & tunc fortè expensis partis mittentis præstaretur hoc iuramentum, cum ipse huius missionis sit causa.arg.d.c.2.in princ.de iud.lib.6.

14 ¶ † Sed quæro, Vtrum coram arbitris iuretur de cal. ¶ Sol. Dic, quòd sic, tex.est in l.2.§.quia.C.eo. & maximè si sunt arbitri iuris, vt in c.ab arbitris. de offi.deleg.lib.6. & c.cum in speciali. infra de appel. & l.apertissimi. & l.cum speciali. C.de iud. per quæ iura arbitrarer idem dicendum esse de arbitratoribus iuris, qui ex forma statutorum eligendi essent, fortè in causis consanguineorum, affinium & similium, si modo arbitratori hoc videatur expedire, & quæ dicta sunt de iuramento calum. & hoc arg. respectu personarum iudicum: arbitror etiam conuenire iurameno malitiæ, & iuramento veritatis, & ex his habes expeditum quartum artic.

¶ Quintus principalis articulus est, quando iurandum sit de calumnia, & an deferri posit, & pro clariori doctrina prosequar infrascriptas quæstiones, & cuilibet subijciam, quid iuris de iuramento malitiæ & veritatis. Primò ponam regulam, qualiter in litis exordio deferendum est iuramentum calumniæ, & an hoc sit de substãtia. Secundò, Vtrum posit exigi seu deferri ante lit. contest. & quando, & quid de iuramento malitiæ & veritatis. Tertiò, an posit deferri etiam post lit. contest. & vsque in fi. causæ, & post conclusionem in causa, & quid in iuramento malitiæ & veritatis. Quartò, vtrum pendente dilatione data partibus posit deferri, & quid iuris de iuramento malitiæ & veritatis. Quintò, vtrum post latam sententiam posit in causa appellationis hoc iuramentum calumniæ deferri, & quid iuris de iuramento malitiæ & veritatis.

15 ¶ † Primò igitur quæro, quando regulariter debeat deferri hoc iuramentũ calumniæ. ¶ Sol. Dic, quòd regulariter præstari debet in primo litis exordio. tex. est hic, & in c.1.eo.tit. lib.6. hoc est immediatè post li.contest. vt in c.pen.infra eo. & in l.2.in prin.vbi Cy. Bart. & Doct. C.eo.facit ordo istarum rub. quia primo ponitur de litis conte. & postea sequitur de iura.calu. quasi immediatè post li. conte. debeat præstari hoc iuramentum: valet enim argumentum ab ordine rub. vt in proœ. Greg. & l.si quis sub conditione.ff.de test.tu. secundum Do. meum hic in rubr. & satis dicitur in litis exordio, si immediatè post li.cont. à qua lis sumit exordium, præstetur hoc iuramentum, quæ incontinenti fiunt videntur in esse, vt in l.lecta.§.dicebam.ff.si cer.peta. & c. officiũ.supra de elect. vnde exponit hic Host.exordio, id est, post exordium, & sequuntur Doct. nec ob.quòd titu.de iuramento calumniæ in volumine Codicis ponitur ante tit.de li. cont.quia in illo iure poterat iuramentum cal.deferri, etiam ante li.contest.de quo dicam infra. dicit tamen Bar.in d.l.2.in prin. C.eo. ꝙ quando iuramentum calu. præstatur super tota causa debet præstari post li. contest. Sed quando præstatur super certo actu particulari: tunc præstari potest etiam ante li.conte. Et hoc idem sentit Cy.ibi, in 3.q.vbi dicit, quòd secũdum iura Codicis iuramentum cal. super eo, super quo lis contestatur, pręstatur demum post li.conte.quasi dicat super tota causa, seu lite præstatur post li. conte. quia super tota causa contestatur lis. sit ergo conclusio, quòd iuramẽtum de cal. quod respicit totam litem præstari debet statim post li. conte. nisi ante li.conte. fuerit præstitũ super tota causa ex voluntate partium, per ea, quæ dicam in seq. q.per quæ hoc magis declaratur, sed declarabitur, vtrũ sit de substantia, quòd in primo litis exordio deferatur, & etiam declarabitur ex alijs, quæ dicam in seq. q.maximè in 3.q.& si iuraretur omissa li.conte. non propterea habetur lis pro conte. vt dicam infra, art. 14. in c.fi. Et aduerte iuramentum veritatis, quod olim deferebatur in causa speciali in locum iuramenti cal. statim etiam li.contest. præstabatur, vt est tex. in c.dudum.2.in ver. li.vero conte. de elect. & hodie cum vtrumque iuramentum, tam de calumnia, quàm de veritate dicenda, etiam in causis specialibus exigatur. c.1.in 1.resp.eo.tit.lib.6.eo.tempore, & sic post li.cont. exigitur vtrumque iuramentum, per tex.in d.l.1.& simplex etiam iuramentum veritatis, etiam non coniunctum cum iuramento calumnię, potest tunc recipi, vt d.capit.1.1.responso.eo.tit.lib.6. Iuramentum vero malitiæ, vt infra subijciam, potest exigi in quacunque parte litis.

16 ¶ † Secundò quæro, vtrum iuramentum cal.possit exigi & præstari ante li.conte. ¶ Sol. Tex.in l.1. C.eo.probat, quòd sic, vnde super his, quæ incidũt vel emergunt ante li.conte. exigere potest iuramentum calum.si aliquid per actorem vel reum probandum est, per præal.l.1.quam Cy.dicit non esse correctam per l.2.C.eo.tit.ita dicit Cy.in auth.hoc sacramentũ.& in d.l.2.in prin. in 3.q.C.eo.tit. cũ l.1. quæ vult, ꝙ hoc iuramentũ præstetur ante li.conte. & loquitur, quãdo pręstatur super actu certo & particulari, & l.2.loquitur, quãdo præstatur super tota causa, vt etiam dicit ibi Bar. dixi in præce. q.vnde si reus dicit iudici, domine ecce actor parat se ad agẽdũ contra me: grauor in contestatione litis & sportulis & alijs: quare supplico, vt faciatis eũ iurare de cal.ꝙ se existimet bona causam habere.Insti.de pœ. te.li.§.actoris.& sic non aget cõtra me. quo casu voluit Vber. de Bo.ꝙ si iudex aliquibus coniecturis moueatur contra actorem, potest ante li.conte. exigere iuramentum cal. vel saltem fingere se velle exigere. Sed Spe.dicit, ꝙ iuramentũ cal. de sui natura ante li.cont.præstari nõ debet, sed postea duntaxat, vt in c.quoniam contra. de prob.& patet ex ordine rub.nostrarum.Sed tunc præstatur aliud genus iuramenti, scilicet, malitiæ, secundũ Spe. eo.tit.§.2.ver. sed

sed pone. sed tu aduerte : quia c. quoniam. nihil dicit de iuramento. Io. And. in addi. Spec. eo. ti. ad ver. sed pone. dicit, quòd in quantum Vber. locutus est, quòd iudex potest fingere, locutus est de æquitate. Sed retento dicto Spe. dici potest, secundum eum, quòd si habet coniecturas, de quibus supra, potest ab actore exigere iuramentum malitiæ, per c. 2. in fi. eod. titu. lib. 6.

17 ¶ Et ex prædictis infertur, † vtrum super exceptionibus dilatorijs vel declinatorijs, quæ opponuntur ante lit. contesta. sit iurandum de calum. quidam, quòd sic, vt refert Specu. in titu. de except. §. viso. ver. sed nunquid iudex. de quo tetigi in cap. 1. supra de libel. obla. art. 5. fall. 82. facit l. 1. & quod ibi no. C. eo. & ff. qui satisd. cog. l. dedit. §. fi. & ff. de nox. l. quoties. §. pen. quidam tamen dicunt sufficere iuramentum malitiæ super declinatorijs, per c. literas. infra de restit. spol. & c. cum dilecti. supra de elect. Et hanc opin. tenent Zaba. & Dom. meus, in c. prudentiam. §. sexta. supra de offic. delega. quam etiam sententiam videtur tenere Ioan. An. in addi. Spec. eo. tit. §. sequitur. ver. quid de causis. vbi dicit, quòd si est quæstio de mandato, videlicet, an quis sit procurator, vel non : quòd licet Gui. de Suz. dicat in l. 1. C. de procu. iurandum esse de calumnia, per l. 1. C. eo. tamen Io. An. concludit, quòd iurabitur de malitia, ex quo sumus ante li. contest. & tenet Spec. eod. titu. §. 2. ver. in causis tamen. in fi. Dom. meus hic dicit, quòd præstari potest ante li. contesta. & si præstatur, non est opus denuò præstare post litem contesta. dummodo sit præstitum super tota causa. potest ergo præstari ante, sed non compellitur. Ita dicit Cyn. post Pe. in l. 2. C. eo. vbi expresšius probatur quàm hic, ꝙ sit præstandum post li. contesta. Sed intelligendum est, vt dixi, quòd ante quis iurare non cogitur, sed voluntarius potest. Item intellige, quòd ante non cogitur iurare, scilicet super tota causa. Nam etiam super emergentibus quęstionibus, de calumnia iuratur, cũ aliqua partium vult aliquid producere : vnde auth. hoc sacramentum. C. eod. quæ dicit, quod hodie tantum semel est de calumnia iurandum, corrigit duntaxat l. antiquam. in his, quæ fiunt post li. contesta. etiam post præstitum tale iuramentum vniuersale : sed in his, quæ fiunt ante litem contest. & ante præstitum iuramentum vniuersale : ita iuratur hodie super qualibet exceptione, sicut olim, vt no. Barto. & Cyn. in d. l. 2. & in d. authen. hoc sacramen. C. eo. facit etiam d. l. 2. C. eod. & quòd ibi non sic est limitandus tex. noster, & c. literas. infra de restitu. spol. secundum Do. meum. ego verò in hac q. sic arbitror distinguendum, videlicet, quòd aut loquimur de iure Canonico, aut Ciuili. primo casu ante lit. contest. non cogitur quis iurare de calumnia, maximè vniuersaliter, sed si spontè vellet subire tale iuramentum, posset, & si iuraret super tota causa, non cogeretur postea iurare post li. contest. quod no. ad limi. eorum, quæ dixi in præced. quæst. nisi peteretur iuramentum ad solennizandum iudicium : quo casu debet præstari post litem contesta. in litis exordio, vt dixi in q. præced. & ad hunc effectum posset iterato exigi post li. contest. secundum Pau. de Cast. in l. 2. C. eod. de quo dicto satis dubito : quia ex quo semel fuit præstitum super tota causa, nõ videtur vlterius præstandum. ad quod vide, quod dicam in c. fi. inf. eo. in 13. princ. art. nec est verum, quod sit de solennitate substãtiali, quod præstetur in primo litis exordio, vt apparet ex his, quę superius dicta sunt, & quę infra dicam, quamuis si præstetur, iudicium videatur magis solenne. vel fortè posset intelligi dictum Pau. ꝙ tunc sit ad solennizandum iudicium, quando petitur : aliàs non, vt in alijs, quæ dicam in seq. insuper & de iure Cano. ante li. contesta. non videtur, quòd quis cogatur subire iuramentum calumniæ super aliquo actu particulari, sed solùm iuramẽtum malitiæ, per tex. in c. 2. in fi. eod. tit. lib. 6. quod tamen, quantum ad ipsum actum particularem, videtur idem importare, quod importat iuramẽtum calumniæ. vnde de iure Canonico ante lit. contest. solùm videtur compellendus præstare iuramẽtum malitiæ. quod tamen limita, nisi procedatur secundum formam c. quoniam. §. quòd si super. supra vt li. non contesta. videlicet, quando procederetur ad misionem in possessionem rei petitæ reo nominante dominum in iudicio, & domino nominato existentibus contumacibus, iuxta formam ibi traditã : quia tunc iudex recipit ab actore iuramentum calumniæ, vt l. thesaurus. ff. ad exhib. & infra de restit. spol. literas. & supra de elect. c. cum dilecti. & no. gl. in ver. summatim. in d. §. quòd si super. & ibi dixi. articu. 12. q. 2. & ratio potest esse : quia ibi lis habetur pro contestata, vt dicit ibi tex. & ibi dixi. aut loquimur de iure Ciuili : & hoc casu dico post Cy. Bart. & Docto. communiter, quod super actu particulari ante lit. contest. potest exigi, & præstari debet iuramentum calumniæ, per l. 1. C. eod. & non solùm semel, sed etiam pluries respectu plurium actorum. Sed postquam semel generaliter super tota causa iuratum est de calumnia non reiteratur amplius, de qua tamen reiteratione dicam inf. eo. cap. fi. arti. 13. Aduerte tamen, circa prędicta : quia glos. in l. 2. §. sin autem absfuerit. C. eo. videtur plus voluisse, vide

18 licet, † quod quando quis vult agere per procuratorem : quòd eo tempore, quo constituit procuratorem potest apud iudicem loci, vbi degit iurare de calumnia super lite futura per procuratorem agitanda, siue sit actor, siue sit reus, vt d. l. 2. §. sin autẽ absfuerit. quod est valde mirabile, quod sufficiat dominum iurare de calumnia, tempore quo cõstituit procuratorem : cum causa adhuc non sit cœpta, & hoc iuramentum calumniæ sit deferendum, postquam causa sit cœpta. Imò & post lit. contest. vt dixi in q. pręced. vnde si quis vult totam causam agitare per procuratorem & ad iudicium nũquam venire : potest sub dicto modo pręstare iuramentum calumniæ. quidam tamen dicunt, quòd ipse primò debet incipere causam, & de calumnia iurare, & postea constituere procuratorẽ, & ita intelligunt tex. in d. §. sin autem absfuerit. Sed glo. ibi, non tenet, ꝙ sit necessarium. Nam iura volunt, quod posšit constituere procuratorem ad totam, & sic residet Pau. de Cast. Ex quibus sequitur, quod quis potest pręstare iuramentum calumnię, absque eo, ꝙ à parte, vel à iudice sit petitum. de quo dicam in c. cęterum. infra eo. in 7. princ. arti. & sic ex prędictis concluditur, quod quamuis ante lit. contest. fuerit iuratum de calumnia : tamen sententia non redditur nulla, tanquam lata omisšo iuris ordine, secundum Spec. eo.

eo.tit.§.1.versi.sed quid si ante. quia ex quo post li. contest. potest in totum omitti, & valet sententia, vt dicam infra eod. c.cæterum. in 10.princ.art. fortius debet valere, si in totum non omittitur: refert tamen Specu. alios tenere contrarium, sed primam opin.tenent Imo.Henric.& Doct.in c.cum dilecta. de rescrip.Reliqua quę sequuntur in hoc c.nódum reperta sunt.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum calumniæ non præstatur in causis spiritualibus.*
2 *Decimarum causa est inter spirituales causas computanda.*
3 *Consuetudo Ecclesiæ Romanæ attenditur à plerisque.*
4 *Canones rigore postposito æquitatem sequuntur.*
5 *Iudex debet resistere propter exceptionem frustratoriam.*
6 *Iuramentum de calumnia, in quibus sit causis præstandum.*
7 *Iuratur de calumnia etiam in causis criminalibus.*
8 *Iuramentum calumniæ præstatur etiam si iudicis officium præstetur.*
9 *Iuramentum calumniæ præstatur, etiam si actio mutetur.*
10 *Iuramentum de calumnia procedit in actione cumulata.*
11 *Iuramentum de calumnia, in quibus deferatur causis, & num. seq.*
14 *Iuramentum de calumnia, non præstatur sola quæstione iuris remanente.*
15 *Iuramentum calumniæ non requiritur in causis probationem non exigentibus.*
16 *Iuramentum calumniæ non requiritur in his, quæ sunt voluntariæ iurisdictionis.*
17 *Iuramentum veritatis, in quibus præstetur causis.*
18 *Iuramentum malitiæ, in quibus dicatur locū habere.*
19 *Iudex recusatus an possit iuramentum malitiæ à recusante exigere.*

1 LITERAS. † In spiritualibus causis non iuratur de calumnia.h.d. ¶ Diuiditur: quia primò ponitur decisa consultatio. Secundò ponit ius & consuetudinem Curiæ ibi, sanè. Tertiò infert ad processum causæ: ibi, vnde. Et hodie c.hoc corrigitur per c.1. eo.tit.in 6. vbi etiam in causis istis spiritualibus iuratur de calumnia.de quo latius dicam infra in 6.princ.articu.vers.3. & in tex. ibi, & infra, dic, sub isto continebatur, quod cum esset contentio super decimis & rebus spiritualibus, exigebatur iuramentum calumniæ, sed quidam asserebant, illud non esse præstādum, & ideo iudices per literas consuluerunt Rom. Pontificem. ¶ Et in tex. ibi, tales. dic scilicet causæ spirituales. ¶ Et ibi canones. dic, quod isti canones sunt in registro, secundum Vinc.& Io.¶ In tex.ibi, in huiusmodi causis. dic, quod istud olim non erat de tex. sed fuit gl. Alani.simile sup.de temp.ord.c.nec episcopi.secundum Host.& Io.¶ In tex.ibi, indicunt. dic, imò nō sustinent, quod præstetur secundum Ho. quod innuit litera supra dum dicit, nec dare nec recipere.secundum Abba.& ad idem 2.q.5.c.cōsuluisti.Vinc. tamen dicit, quod quidam exponunt, indicunt. id est, interdicunt, vel prohibent, per d.c.consuluisti. ¶ In tex.ibi, dimissa, scilicet petitione & contentione iuramenti. ¶ In tex.ibi, ad anteriora.dic, hæc est communis litera: aliqui tamē habent ad vlteriora. & idem est sensus, vt puta, ad præstationē iuramenti de veritate interrogationes, positiones, &c. vt in c.pen. inf.eo. & in c.quoniam. inf. de probatio.secundum Host.

2 ¶ No. primò ibi, ecclesijs, decimaque, ꝙ † causa decimarum dicitur spiritualis. ad idem c.causam. de præscript. & c.fi.de re.permut. quod est verum, quando agitur de iure decimandi: quod debetur Deo & eius Ecclesijs, in signum vniuersalis dominij. & c.tuæ.de deci.dixi in tract. de lib.obl. & fortè dicam in titu. de deci. secus, si decimæ deberentur alio iure, vel ageretur de meris fructibus & non de iure decimandi. ad hoc, c.vestra.infra de loca. & cap.vt super. infra de reb.eccl.non alie.& quod ibi no. Doct.in d.c.fi.vbi gl. Aduerte tamen, quod tex. videtur probare contrarium propter copulam, &, de cuius natura est iungere diuersa, vt in rubr. ff. de iur.& fac.igno. Sed dic, quòd non semper coniungit diuersa, vt hic apparet.ad idem l.perfectam.iuncta glo. C.quando lic.ab emp. discede.

3 ¶ No.secundò ibi, cōsueuit, † quod attendenda est consuetudo Rom.Eccles.quod illud, quod non facit Ro. Ecclesia, nec nos facere debemus. ad hoc cap. in causis. de re iudi. secundum Hostien. & Io. ¶ Nota tertiò ibi, tantum agitur, quod vbi causa esset mixta: quia partim spiritualis, & partim profana deferendū est iurm calumniæ, etiam secundū hęc tēpora: ꝙ an sit verum, dicam ĩ in 6.prin.art.ver.6. ¶ Nota quartò, quod iuramentum calumniæ est introductum ex quodam rigore & legum distinctione, de quo dixi supra, in rub.art.3.q.1.

4 ¶ † No.quintò ibi, canonum æquitate, quod canones dimittunt rigorem, & sequuntur ęquitatem, & quid sit rigor, & quid æquitas, & an alterum alteri præferatur, & quándo, dixi plenè in Clemen. prima, de iudi. & in cap. fin. supra de transactio. ¶ No.sextò, ꝙ propter æquitatem quam sequūtur, iuramentum calumniæ non defertur in spiritualib. & ratio potest esse: quia ius præsumit in talibus calumniari, de quo dicam inf.in 5.artic.versic.3.

¶ Nota septimò, quid importent ista verba, Procedas secundum veritatem & æquitatem, seu secundum equitatem canonicam. Excludūt enim secundum Do.Anto. rigorosas iuris positiui subtilitates. sed hoc non placet domino meo indistinctè: quia licet remitteretur iuramentum calumniæ: non tamen tempore huius tituli in causis spiritualibus remittebatur: imò seruabantur aliæ solennitates rigorosæ, vt libelli & litis contestationis, & similes, licet hodie sint sublatę per Cle.2.de iudi. Sed clarius de materia videbimus in ti. de ord. cog.

5 ¶ Nota octauò ibi, contentione. & ibi, ad anteriora, † ꝙ vbi aliqua contentio in iudicio apparet frustratoria: puta, quia opponitur frustratoria exceptio: non debet iudex desistere, sed ad vlteriora procedere: nam procedendo ad vlteriora videtur illam reijcere, vt in c.ex parte.de appel. & in Cle.cū à repulsione. de appella. Et dicuntur exceptiones frustratorię, quando ius eas non admittit, secundum no.per Bal.in l.fi. C.de edi.di.Adri.tol. in 10. no.

na. de qua materia latius dicã in tit. de excep. Gl. 1. ex eo forte, quod hic dicitur, ꝙ in causis, in quibus agitur de ecclesijs, decimis, & rebus spiritualibus, non iuratur de calumnia. Et supra in c. præce. dicitur, quòd in quacunque causa seu controuersia criminali, seu ciuili, iurandum est de calumnia; prosequitur glo. varias species causarum, & in ver. sed certè, internisceet cõtrarium, quòd potius in causis spiritualibus deberet iurari de calumnia, quàm in ciuilibus. glo. fatetur quodammodo contrariũ. ¶ In fi. glo. quia ista glo. continet materiam sexti articuli, ideo iuxta ordinem positum in rub. descendamus ad sextum articulum.

¶ In sexto igitur principali articulo examinan-
6 dum est, † in quibus causis sit de calumnia iurandum. Et pro ipsius articuli clariori examinatione procedam ponendo regulã, & subijciendo 22. declarationes & aliquas fallẽtias: quibus expeditis tractabo per viam secundæ quæst. princ. de iuramento veritatis. Deinde pro tertia principali quæst. tractabo, in quibus causis deferendum sit iuramẽtum malitiæ. Regula igitur sit, quòd in omnibus causis iurandum sit de calumnia: tex. in c. præced. qui dicit, in omnibus causis desiderãtibus probationem. Verum, vt hęc regula ita generalis clarior appareat, prosequar particulariter aliquas declarationes.

¶ Primo declaratur, ꝙ procedit prædicta regula in omni causa ordinaria ciuili, vt in c. præce. & in d. l. 1. & in l. 2. & ibi Bar. & per totũ illum tit. C. eo.

¶ Secundò procedit in causis ciuilibus, etiam extraordinarijs, in quibus etiam lis non contest. tenet Bart. in l. 2. C. eo. per d. l. 1. C. eo. & sequitur Dom. meus in cap. 1. supra eo. tu dic, quòd hodie est tex. apertus, quòd quamuis sit talis causa, in qua procedatur summariè & de plano, sine strepitu & figura iudicij, &c. tamen debet iurari de calumnia. tex. est in Clem. sæpe. de verb. signifi. & per Ioan. in addit. Spe. eo. tit. §. sequitur. ver. quid si causa. vbi idem dicit de iuramento malitiæ & veritatis.

¶ Tertiò procedit etiam in causis spiritualibus, vt est tex. in c. 1. fi. responso. eo. titu. lib. 6. licet enim secundum tempora istius decre. in spiritualibus nõ iuraretur de calũmnia, sed de veritate: tamen hodie secus, vt d. c. 1. Et quare olim non iuraretur de calumnia in cau. spiritualibus. Goffr. dixit, quòd ratio erat, de qua in tex. nostro, quia in spiritualibus rigor iuris non est seruandus. facit de iud. c. dilecti. & infra de dolo & contu. c. 1. 27. q. 2. c. sunt qui dicunt. Sed hæc ratio non videtur bona: quia secundum eam sequeretur, quòd in foro ecclesiastico nũquam iuraretur de calumnia: cum canones sequantur æquitatem, & tamen ipsi potius, quàm leges cõsiderant iuramentum calumniæ. Item quia in omni causa, & in omni iuramento calumnia est fugienda, & ideo de calumnia iurandum est etiam in causa spirituali, quia potest dicere, quòd ratio fuit, ꝙ in talibus non præsumitur aliquis calumniari: sicut enim magis præsumitur pro spiritualibus hominibus. de procur. in nostra. & sic pro spiritualibus negocijs, secundum Hosti. & Ioan. hic, & idem tenet Hosti. in sum. eo. tit. §. & in quibus. versi. sed quæ est ratio. vbi dicit, quòd non præsumitur, quòd quis in illis calumnietur, quia cum de spiritualibus tractemus, semper habemus Deum in mente, & scire debemus, quòd inter simplicem loquelam & iuramentum Deus non facit differentiam. 22. q. 5. iuramenti. & hac ratione iuratur, vt Deus in memoria habeatur, vt in Auth. vt iud. sine quo. suffr. §. sic igitur. in prin. & per hanc rationẽ fortè præcipiebatur in lege, quòd quando iudex sederet pro tribunali, teneret Euangelia coram, vt Deum in mente haberet: sciturus quòd sicut iudicabit, iudicabitur. C. de iudi. l. rem non nouam. sed qui de spiritualibus, & sic de Deo loquitur, non potest tradere Deum obliuioni, ideo non præsumitur, quòd sit immemor salutis suæ. 1. q. 7. cap. scimus. C. ad l. Iul. repe. l. fi. quæ præsumptio non videtur sic contingere in non spiritualibus: quia spiritualia magis conueniunt Deo, quàm ciuilia. de quo latius per Hosti. in d. ver. sed quæ est ratio. glo. etiam super ver. iuramentum. in d. c. 1. assignant prædictam rationem, & Innoc. hic, & glo. ibi, reddit tres rationes. Prima, quia rigor in spiritualibus non seruatur, vt dixi. Secundò, quia licet iuramentũ non sit peccatum: tamen ex frequentatione sæpe fit peccatum, vt in c. & si Christus. infra de iureiur. & dicit glo. quod prædictæ rationes parum valent: cum etiam vendicet sibi locum in ciuilibus: vnde hodie expeditum est, vt dixi, per d. c. 1. in fi. eo. titu. in 6. quod etiam in spiritualibus præstatur iuramentum calumniæ. Sed præstatur simul cum iuramẽto veritatis. & ratio assignatur ibi, quia licet in spiritualibus sit maior præsumptio, ꝙ quis non calumnietur: tamen per experiẽtiã videmus, quod frequenter in ipsis calumnietur, & idem etiã in illis præstatur iuramentum calumniæ. Aduertendum tamen est, quod tex. ille dicit, quod est vtile deferri hoc iuramentum, & sic non videtur de necessitate: vnde secundum aliquos si iudex videret talem esse qualitatem personarum, quod de ipsis non sit aliqua calumniæ suspicio, exiget solummodo veritatis iuramentum. Alij tamen exponunt vtile, id est necessarium, pro quibus l. 1. ff. quando appel. sit. & 2. quæst. 6. cap. biduum. & hæc expositio est tutior, secundum glo. in d. cap. 1.

¶ Quartò procedit regula prædicta etiam in causa iuris patronatus Ecclesiastici: quia quamuis olim potuisset dubitari, prout hic in glo. & per Spec. eodem titu. §. sequitur. versicu. quid de causa. tamen hodie est expeditum hoc: cum in causa merè spirituali defensatur, vt dixi in versic. præcedenti.

¶ Quintò procedit in causa possessoria iuris spiritualis, quia licet etiam olim esset dubitatio propter varietatem opinionum, an talis causa esset spiritualis, vel non: tamen hodie est expeditum, ex quo, vt dixi in causa spirituali iuratur de calumnia. ¶ Vtrum autẽ talis causa dicatur spiritualis vel nõ, latè tractant hic Doct. & maximè Dominus meus, vide hic per eos. fortè latius dicam in rubr. de iudi. quia licet iam legerim illum titulũ, tamen quia nõ legi iuxta intentionẽ meam, sed ad voluntatẽ dissidentium scholariũ: ideo in animo est iterũ legere, & ibi in rub. tractabo quę dicãtur causæ spirituales.

¶ Sextò procedit regula in causis mixtis, i. quæ participant de causa spirituali & profana, vt in cap. tuæ. supra de procuratorib. & in cap. super his. infra de accusat. quia licet olim variæ essent opin. tamen hodie expeditum est, per d. cap. 1. eod. titu. lib. 6.

¶ Septimò procedit & fortius in omnibus causis eccles.

eccles. non spiritualibus, argumento prædictorum: quia licet tex. hic innuat, quòd in causis ecclesiarũ non iuretur de calumnia: tamen ex quo in spiritualibus de quibus maius erat dubium, & hic ecclesiasticæ æquiparantur in hoc: facta mutatione in spiritualibus, intelligitur facta mutatio etiam in ecclesiasticis, ar. l. si quis seruo. C. de fur. cum sim. & ar. c. translato. supra de consti.

7 ¶ † Octauò procedit in criminalibus. tex. est in c. præced. ibi, in quacunque causa seu controuersia criminali seu ciuili, & ibi glo. super verbo, in criminali, & ad idem l. 2. C. eo. in contrarium tamen glo. illa mouetur tripliciter, primò per tex. Insti. de pub. iud. in princ. vbi tex. dicit, quòd iudicia publica per actiones adiuuantur: nec omnino quicquam simile habent cum ciuilibus. Secundò, quia in causa criminali licitum est transigere, & ille, qui transigit, videtur confiteri, vt in l. furti. ff. de his, qui no. infa. ergo non debet calumniæ iuramentum præstari, cum liceat qualitercunque se redimere. Tertiò mouetur per l. 1. C. de bo. eorum, qui sibi mortem consci. vbi dicitur, quòd in causa sanguinis licitum est aduersarium suum corrumpere, fortius ergo licitum est mentiri: maximè cum corrumpere non possit si ne falsitate & calumnia: ergo non est deferendum iuramentum calumniæ. ar. c. clericos. infra de coha. cler. & mul. quia hoc esset iurare contra veritatem, & anceps incurrere periurium. Sed ad hoc respondet gl. quod licet publica iudicia in multis differant à ciuilibus: puta, quia in criminalibus requiruntur clariores probationes, vt l. sciant cuncti. C. de prob. tamen non differunt in hoc, quia si argumentũ generaliter procederet, nec daretur libellus, nec lis contestaretur, & vtrumque est falsum, vt dixi in c. 1. supra de libe. obla. in 5. artic. & in c. 1. de li. contest. artic. 3. & in c. quoniam. in prin. in 3. artic. supra vt li. non contest. Ad secundum argumentum respondetur, quòd quamuis licitum sit transigere: tamen propter hoc non excluditur iuramentum calumniæ: nam & idem videmus in ciuilibus, & eo modo respondetur ad tertium argumentum, quod licitum est corrumpere aduersarium transigendo, non tamen per hoc licitum est calumniari in causa. Præterea secundum Goffr. ibi non dicitur, quòd sit licitum, sed quòd ignoscitur, & sic videtur quòd non careat vitio. 13. dist. nerui. Et prædictam opin. tenuerunt Azo, & Goffr. facit, quia vt dicit Bart. in l. 1. C. eo. tit. quamuis licitum sit transigere, & propter hoc habeatur pro confesso: non permittitur tamen calumniari, & idem glo. in l. 1. C. eo. & ibi Io. Bulg. Vgoli. & Cy. & Ioan. Vincen. Tancre. & Philip. hic, & Spe. eo. tit. §. sequitur. in princ. Sed Martin. & quidam alij tenent contrarium per iura superius inducta in contrarium, & quia satis est, quòd accusatus puniatur ad similitudinem supplicij. 2. quæst. 6. quisquis, & hanc etiam tenuit Vgol. quia de facili quis pro salute corporis deieraret, licet nõ sic pro salute rerum. Et pro hac opin. etiam facit l. qui cum maior. §. si patris. ff. de bo. liber. vbi calumniosa permittitur accusatio. Item facit, quia ad accusandum admittuntur personæ minus legitimę, vt serui & minores, & quandoque infames, qui alias non admittuntur, vt l. clarum. C. de autho. præstan. Bart. in d. l. 1. C. eo. videtur velle, quòd de iure debeat præstari tale iuramentum. Subdit tamen, quòd de consuetudine Italiæ non seruatur, sed statim cum accusator venit iurat accusationem veram esse, & sic animo calumniandi non procedere: postea comparet accusatus vel inquisitus, & iurat de veritate dicenda, & ita approbat communis stylus, secũdum Bar. Hosti. in cap. præced. videtur capere mediam viam, quia secundum leges non est iurandum de calumnia per rationes, supra inductas. Sed de iure canonico coram iudice ecclesiastico est iurandum, per c. præced. allegat etiam, quòd ecclesia non infligit pęnam sanguinis. infra ne cler. vel mon. c. sententiam. nec admittit peccatum mortale, vt in c. sacris. infra quod me. cau. & idem tenet Hosti. in summa. supra in quibus causis. in prin. vbi non agitur de causa criminali, quæ non infligit pęnam sanguinis, videtur, quòd secundum leges & canones in vtroque foro sit iurandum de calumnia. Ita procedat l. 1. C. eo. & tenet Henric. in c. præced. Do. Anto. clarè non elicit opin. videtur tamen inclinare in sententiam gl. quæ placet Do. meo indistinctè, tam in foro Cano. quàm ciuili. nam in accusatore cessant rationes statim allegatæ: imo poterit esse vtile iuramentũ, quia sciens se debere abstinebit ab accusatione. Itẽ operabitur iuramentum effectum suũ in dilationibus, & alijs calumniosè non petendis, & idem in accusato, quia timore iuramenti non prorogabit causam per subterfugia: ne simul perdat corpus & animam, & in multis timore iuramenti abstinebit à calumnia: & quanto vicinior est morti, tanto timidior esse debet. 86. dist. tanta. Item si prædictæ rationes excusarent à iuramento calumniæ, eo modo esset dicendum, quòd non deberet alicui iudici purgatio: cum deficiens in ea habeatur pro conuicto. Itẽ non exigeretur iuramentum de veritate, & tamen vtrumque est falsum. inf. de purg. cano. per totum. & cap. qualiter. 1. & cap. dilecti. infra de accusat. & quod no. Innoc. in c. 2. de confes. lib. 6. & expressè probat tex. in cap. præced. nec obstat, quòd de iure Canon. non imponitur pęna effusionis sanguinis: quia imponitur similis, & fortè magis afflictiua, iuxta no. per Innoc. in c. qualiter. ff. de accusa. ad quod vide, quæ latè dixi in rub. de pęn. Nec obstat, quod de similitudine supplicij dixi, secundum Martin. propter pęnam talionis, quia illa prouisio respicit finem litis, iuramentum vero hoc respicit prin. & totã causam, & melius est ante tempus occurrere, &c. vt l. fi. C. in quibus causis in integ. restit. non est ne. secundum Ioan. de Imo. Zab. & Dom. meum hic. Et per hoc infert Do. meus, quòd iuramentum calumniæ fortius præstandum est in causa inquisitionis ex parte inquisiti, secundum Spe. eo. tit. §. sequitur. ver. quid ibi imploratur, vt dixi in cap. qualiter. 2. infra de accus. in 11. princip. artic. q. 84. Nec obstat l. qui cum maior. §. si patris. supra allegata, quia licet ibi dicatur, quòd filius iussu patris accusans libertum, propter calumniam non repellatur à bonorum possessione: tamen propter hoc non sequitur, quominus iudex ab initio eũ repellere possit, & sic etiam dicendum est de alijs personis minus legitimis, si ratione calumniæ hoc iudici visum fuerit expedire, secundum Cy. ¶ Sit ergo cõclusio, quòd etiam in criminali iurandum est de calumnia, pro qua opin. facit l. fi. C. de fide instr. & l. clarum. C. de

autho.

autho.præstan.& auth.nouo iure.C.de pœ.iud. qui ana. iud. & hæc est communis opin. quam etiam tenent Collectaneus, Ioan.de Lig. & Ioan. Cald.hic. & Innoc. in cap.seq. & mihi placet: quia licet olim posset esse dubitatio de iure ciuili, quia nõ erat tex. expressus: tamen hodie per cap.præced. sublata est omnis dubitatio per ea, quæ dixi in c.1.de ope. no. nunc. & Cle.1.de testib. vbi dixi, quòd quando de iure ciuili vel Canon. in materia positiua sunt opiniones, & fiat de nouo tex. siue fiat de iure Canon: siue de iure ciuili, in vtroque foro stamus illi tex. de consuetudine tamen vt dicit Bart. iuramentum calumniæ non præstatur in causa criminali, & idem tenet Bal.in l.1.C.eo.& Pau.de Cast. ibi. seruatur autem quòd accusator tempore porrectæ accusationis iurat vera esse cõtenta in accusatione: nec aliud iuramentum postea exigitur. Et hoc facit etiam parte absente, & reus iurat de veritate dicenda.

Sed dicit hic Zabarellus, quòd huic consuetudini standum est in foro ciuili: Sed in foro ecclesiastico standum esset cap.præced. Ego dico, quòd in foro ciuili illa cõsuetudo inoleuit, quia vt plurimum iudex procedit per inquisitionem, & inquirens nõ tenetur iurare, quia fama habetur loco accusatoris, vt dicam in c.seq.in 7.prin.q.1. si tamen reus accusatus comparens, exigeret iuramentum calumniæ, arbitror, quòd actor tenetur iurare, & similiter, si accusator vel iudex exigeret à reo.

8 ¶ † Nonò procedit regula prædicta, etiam si imploratur iudicis officium. Doct.hic, & sequitur Dominus meus, tenet Spec.eo.tit.§.sequitur, ver.quid vbi imploratur. nam etiam in exceptionibus declinatorijs, & dilatorijs, & emergentibus iuratur de calumnia, vt statim dicam, ver.18. & tamen tunc non agitur, sed agere intenditur, ex quo lis non contest. vt l.amplius.ff.rem ra. hab. & probatur in l.1. C.eo. & in cap.literas.infra de restit.spolia.

¶ Decimò procedit etiã, si petatur executio instrumenti guarentigiati ex forma statuti, licet non procedatur ordinariè, sed executiuè: nec detur libellus, nec fiat litis contest. sed solum producatur instrumentum, & verbo petitur mandari executioni, & partem citari ad dicendum, quare non debeat executioni mandari. Et pars comparens contradicit, nam iurabitur de calumnia, licet non expectetur sententia diffinitiua, sed interlocutoria. Ita dicit Pau.de Cast.in l.2.§.quod obseruari.eo.tit.& ita reperio cõsuluisse d.Dionysium, cons.44. quod incipit, in causa & quæstione. vbi dicit, q̃ petens executionem debet iurare, q̃ non petit animo calumniandi, alias non fit executio.l.thesaurus.ff.ad exhi.

¶ Vndecimò procedit, non solum si causa sit magna, sed etiam si sit modica & vilis. ita tenet Spec. eo.titu.§.sequitur. ver.quid si causa. per d.l.thesaurus. & infra de præb. cap.maioribus. & infra de appel. c.de appellationib. nisi iudex ex officio suo extra ordinem cognoscat, quia tunc putat Spec. non esse iurandum, per l.1.in prin.ff.ne vis fiat ei. Refert tamen Spe. quòd quidam simpliciter volunt, quòd in causa modica non iuretur de calumnia. nam & sententia sine scriptis lata, tenet: quia aliæ iuris solennitates propter exiguitatem causæ omittuntur, vt in auth. nisi.C.de senten. ex breui.recit. 2.q.1.c. in primis. Et hæc opin. videtur mihi satis sustentabilis, per tex. in c.in pertractandis. infra eo. ibi, sed causæ qualitate inspecta. iunctis ijs, quæ ibi dicit Innoc. qui dicit, quòd debet considerari, an causa sit vilis vel vehemens. Item, quia pro modico non præsumitur quis calumniari, nec datur actio de dolo. l.fin. §.fin. ff.de dolo malo. Quod ego arbitror procedere, si hoc iudici videbitur expedire, per tex. in d.cap.in pertractandis.

¶ Duodecimò procedit regula prædicta etiam si agatur causa ætatis, quia aliquis dicat se maiorem. vnde vult litigare per se, & alius dicit eũ minorem, vnde vult, quòd sibi detur curator, quo casu super hoc emergenti, quod expectat iudicis pronunciationem, iuratur de calumnia. hoc voluit glo. in l.2. §.obseruari. C.eod. & tenet Pau. de Cast. & vide, quod statim dicam, ver.18.

9 ¶ Tertiodecimò procedit, † nõ solũ super actione principaliter intentata: sed etiam super actione mutata, quia etiã in qualibet actione est iurandum, vt l.2.in prin.C.eo.quia in hac mutata potest calumniari.ff.de dam.infec.l.qui bona.§.penul.quod procedit, si adhuc super actione principaliter intentata, non fuerat iuratum. Sed si fuerat iam iuratum, maius est dubium: Quia iuramẽtum calumniæ regulariter non debet iterari, vt dicam in cap.fi. infra eo.in 13.princ.artic. Henr.hic dixit, quòd cum potius iuretur super facto, quàm super actione, non debet amplius iurari. Ita etiam dicit glo. super verbo, iuret.in l.2.prope fi.C.eo. allegat tamen in contrarium l.edicta.C.eo.Spec.vero tit.eod.§.sequitur. ver.sed quæritur si quis post iuramẽtum. tenet contrarium, quia in qualibet actione iurandũ est, quia in ea potest calumniari, vt dixi, & super actione iuratur: non super facto.ff.fami.ercisc.l.cohæredes.§. qui familiæ. Sed aduerte, quia vt dicit Cy.in d.l.2. quæst.14. & Ioan.in addit. Spec. ad d. ver. ista quæstio præsupponit, quòd lite contest. possit actio muniri, quod non est verum, vt l.edita. C.de eden. de quo latius dixi in cap.2.de libe. obla. artic.26. in 2. q.princ.vnde dicit Cy.quod glo.prædicta processit vitio scriptoris, quia debebat dicere, super actione cumulata, non super actione mutata, quæ non potest mutari post litem conte. Sed aduerte, quia posset dici, quòd quæstio procederet, quando emendatio vel mutatio esset facta circa qualitatem, vel etiã circa substantiam de consensu partiũ. Sed dicit Bal. in auth.hodie. C.eo. in finali quæstione, quòd hoc vltimum non potest procedere: quia licet de consensu partium mutaretur, non obstante tali consensu: esset iterum lis contestanda: quia hæc actio non clauditur sub prima cõtestatione, & per cõsequens esset iterum iurandum, & hęc est veritas, secundum Bal.ad quod vide, quod dixi in cap.1.de libe. obla. art.26.q.3.& per totum illum art. vide plenè de mutatione. de emendatione vero vide artic.25. Ego vero dico, quòd quæstio glo. potest procedere, etiam super actione mutata, & intelligo, quòd mutatio facta sit ante litem conte. nec obstat, quòd ex quo illa glo. & Spe. præsupponit delatum esse iuramentum calumniæ, quòd pręsupponant de necessitate litem conte. quia quæstio procedere potest, quando iuramentum calumniæ esset delatum ante litem conte. secundum ea, quæ dixi in c.præcedenti. quæst.7. & voluit Pet.& sequitur Cy.quòd vbi libellus ineptè

formatur,

formatur, & postea corrigitur: iustè de nouo iuratur, per l.1.ff.si men.fal.mo.

10 ¶ Quartodecimò procedit regula † in actione cumulata, quod intellige, vt dixi in c.fi.de lib.oblat. ar.29. q.8. ver.secundus effectus. & ad ibi dicta adde, quæ dixi in c.præceden.

¶ Quintodecimò procedit regula etiam in eo; qui agit ratione humanitatis, secundum Cy. in l.2. in prin. C.eo.ti.nihil allegat: nec ego possum intelligere quid ipse velit: quare propino tibi vt accepi.

¶ Sextodecimò procedit in prætorijs stipulationibus interponendis in iudicio, per l.1. C.eod. & l. Prætor ait.in princ. ff.de dam.infec. vbi ita demum debet præstari cautio de damno infecto, si priùs iuretur de calumnia, vt l. qui bona. §. si alieno. ff. de dam.infec.secundum Specu. eodem tit.§.sequitur. versic. penultimo.

¶ Decimoseptimò locum habet in præparatorijs. vnde si aliquis agit petitione hæreditatis, & facit interrogationem, & reus allegat titulum pro dote, pro donato, vel simile, defertur iuramentum calumniæ, vt l.thesaurus. ad exhib. Hostiē.in summa. in tit.de iudic. §.3.ver.item puto litem. & Specu.in tit.de interrog.quę fiunt ante litem contest.§.1.versic.sciendum.ibi, dum dicit, & dicit Dom.meus.

11 ¶ Decimooctauò † procedit super omnibus exceptionibus declinatorijs, vt no.Spe.in ti.de except. §. viso.ver.sed nunquid. & probatur in l.1.C.eod.& ff.qui satisda.cog. l.de dic.§.fin. & ff.de noxa.l.quoties.§.pen. Quidam tamen dicunt, ꝙ super declinatoria sufficit iurare de malitia, per cap. literas. infrà de restitut.spol. & cap.dilecti. suprà, de elect.tradit Spec.eodem tit. §.sequitur.vers.sed nunquid super. vide quæ dixi in cap.1.supra eo. in 5.ar.q.2. & vide quod dicam in seq.art.

12 ¶ Decimononò procedit † regula prædicta generaliter, super omnibus incidentibus & emergentibus quæstionibus, facit quod dixi supra in præce. ver.Sed aduerte, quia hoc non videtur verum, cùm sit iuratum vel iurandum in principali. vnde idem verius videtur in accessorijs, in quibus videtur similiter iuratum, arg.regulæ accessorium. de reg.iur.in 6. & in c.prudentiam. in fi. de off. deleg. & quia semel tantùm iurari debet de calumnia. C.eod.tit.authen.in isto. Sed hoc verum est in eadem causa. vnde Spec.in eo.tit.§.sequitur. ver.quid de quæstionibus.concludit contrarium, per l.qui bona. §.si quis. ff.de dam.infec.& ff.ad exhibē.l.thesaurus. & ff.qui satisda.cog.l.de dic.§.pen.aliàs fin.Pau.in addi.Specu. ad d.vers.dicit, ꝙ Mart. Silli. in quæstione, quæ incipit, minor 25.annis, qui adiuit hæreditatem patris, conuenitur actione personali, vt hæres patris, dato termino ad respondendum, dicat se inconsulto adiuisse hæreditatem, quæ locuples reprobatur, cùm esset damnosa, petat se restitui ad confectionē inuentarij: & actor replicat, ꝙ illud petit reus animo differendi actionem, vnde petit iurari de calumnia, ꝙ est audiendus. Nec obstat, quòd secundum hoc, bis iurabitur, scilicet postea lite contesta. super actione personali, contra tex.in Authen.de his, qui ingre.ad ap.in fi.vnde sumpta est auth.hodie. C.eo. quia illud procedit in eadem instantia: secus in diuersis, per iura prælleg. & ad idem. ff. de eden.l.si quis ex argentarijs.§.exigitur. & ff.de iureiur.l.iusiurandum. §. qui iusiurandum. facit quod statim dicam de causa appellationis. vers. 21. Item si diceretur, quòd restitutio peti non potest in modum exceptionis, negari non potest, quin hoc petatur incidenter. C.vbi & apud quos.l.fin.in fi. supra de rest. in integ. c. fin. & etiam esse præiudicialem actioni propositæ. C.de iure deli.l.sancimus.§.donec. facit Institu.de act.§.præiudiciales. sic primo cognoscenda.inf.de ordi.cog.c.tuam. & hoc, quia quæ in perpetuum, vel ad tempus actionem excludunt, habēt instar exceptionum. Ad tollendam igitur suspicionem, vrget semper iuramentum calumniæ. C. de his, qui ad eccles.confu. l.fin.circa med. & si est maior 25. annis, intra tempora restitutionis iuret per se. Si verò adhuc est minor, iurabit curator. de quo tamen dicam in c.cæterum.infra eo.in 7.art.ver.17. Sed si diceremus, quòd hoc casu reciperetur iuramentum malitiæ, secundum quod dixi in c.1.art.5. q.2. & tetigi in ver. præced. cessaret omnis difficultas, & est simile quod dicam post Gui. de Suz. in vers.seq. secundum Io.And. in addit. ad d. versic. quid de quæstionibus.

13 ¶ † Quinimò plus voluit glo. & Cyn. post eam, quòd si alicui concessum est priuilegium, quòd nō cogatur iurare: & pars opponit, ꝙ illud priuilegium est falsum, vel surreptitium, tenetur impetrans iurare de calumnia.argum.l.2.ff.si quis in ius vocat.non ierit. & ff.si quis cau.l.1. & 2.in princ.& adde, quod dicam in fi.sequentis versic. & quod dicam infra, in vers.quinto fallit.

¶ Vigesimò procedit regula prædicta, etiam in eo, qui comparet nomine absentis, & allegat causas absentiæ. nam & iste tenetur iurare, quòd illas non allegat calumniæ causa. & hoc tenet Gui. de Su.in l.seruum quoque.§.publicè.ff.de procura. & sequitur Io. An. in addi.Spec.eo.tit.§.sequitur.ver.quid de quæstionibus. Nec obstat authen.hodie.C.eod. vbi dicitur, quòd iuramentum calumniæ non debet sæpius præstari, quia illa procedit in iuramento generaliter præstando: Istud verò præstatur solùm super vno articulo.de quo dicam in c.fi.inf.eod.art. 13. & vide, quod dixi in c.præced.art.5.q.2.in fine. Et ex prædictis infertur, quòd si est quæstio de mādato, an quis sit procurator iurabitur de calumnia. & hoc tenet Gui.de Suz. in l.1. C. de procur. & refert & sequitur Io.An.in addi. Spe.eo.ti.§.sequitur. versic.quid de causis.

¶ Sed aduerte circa hunc articulum, & duos præced.quòd si talis quæstio incidens, vel emergēs esset talis, quòd haberet suam instantiam, iurādum esset de calumnia, aliàs ante litem contesta. de Iure Ciuili super illo cap. exceptione, seu quæstione iuraretur de calumnia, sed de Iure Canonico potiùs de malitia iuraretur, sed post litem contest. vtroque iure sufficeret semel iuratum esse de calumnia, nec propter nouam suspicionem super nouo c. ortam deferendum esset iuramentum, quo casu arbitror, quòd potius de malitia, quàm de calumnia iurandum esset, ad quod vide, quod dixi in c. præceden. ar.5.q.2.iunctis his, quæ dicam in c.fi.inf.eo.art.13.

¶ Vigesimoprimò procedit regula prædicta non solum in causa principali, sed etiam in causa appellationis, vt est tex.in c.2.eo.tit.lib.6. Nam licet olim Placent. & Azo tenerent, ꝙ ex quo in causa principali

pali iuratum erat de calumnia, non debeat iurari in causa appellationis: tamen ipsorum opin. est reprobata in d.cap.2. Et ratio decisionis fuit: quia in causa appellationis fiunt nouæ oppositiones, deductiones & probationes, vt in l. per hanc. C. de tempo.appel. & in c.cum Ioannes.de fide instru. Item, quia instantia appellationis est diuersa à causa principali, vt no.glo. in c.2.infra de testi. & patet ex his, quæ dixi in c.fi.supra de iud.vnde licet iuratum fuerit in causa principali, illud iuramentum refertur ad illam instantiam, scilicet, quòd in instantia non vtetur calumnia, defensione, vel probatione.

¶ Vigesimosecundò procedit regula prædicta, si mutata sit noua instantia, per ea, quæ statim dixi, & quæ latius dicam in c.fi.infra eo.in 13.arti.princ. Sed nunc aduertendum, quòd licet supra dederim regulam, quòd in omnibus causis sit iurandum de calumnia: tamen prædicta regula fallit in aliquibus causis.

14 ¶ † Primò fallit, quando sola quæstio iuris remanet: quia tunc non iuratur de calũnia: quia in quæstione iuris non videtur posse committi calumnia: quia iura sunt certa.ff.de iu.& fac.igno.l.2.hinc est, quòd positionibus iuris non est respondendum, vt dicam infra in tit.de confessis. Et hoc videtur probari satis apertè, per l.1.C.eo. quæ solũ videtur exigere iuramentum calumniæ in his, quæ sunt facti, & propter hoc iura voluerunt, quòd aduocati qui allegant & proponunt quæ iuris sunt: non cogantur iurare. faciũt quæ dicam in duabus fallentijs sequentibus. Sed tamen Pet. quem sequitur Cy.in l.1.C.eod. vult, quòd etiam aduocati debeant iurare de calumnia: quia tam in legibus inducẽdis, quàm in ipsis interpretandis, potest calumnia committi. Vtrum aduocati debeant iurare, latius dicam in c. cæterum.infra eo.art.7.q.32.

15 ¶ † Secundò fallit in causis non desiderantibus probationem, vt no. Bal. in l.1.C.eo.per illum tex.à contrario sensu.facit præce.& seq.fall.

¶ Tertiò fallit in notorijs: intellige, in quibus necessitas probationis non incumbit secũdum quod traditur 2.q.1.c.manifesta, & in c.vestra, de cohab. cler.& mul.faciunt duæ præce.fall.

¶ Quartò fallit, quando litis conte.fit per confessionem, vt no. Bal.post glo.in l.at qui natura.§.cum me absente.ff.de neg.gest.

¶ Quintò fallit, quando per responsionẽ rei non potest fundari iudiciũ: verbi gratia, peto à te quid certum: tu dicis te nõ possidere illud, nec dolo desijsse possidere: ego peto, quòd tu iures de calumnia. certè cum non possideas, nec dolo desieris possidere, tu non cogeris iudicium subire.ff.de rei vendi. in l.qui petitorio. in princ. & §.pen.ergo nec iurare cogeris.ff.de iudi. in l.sed & si restituatur.§.ex quibus.& ff.de iureiur.l.tutor.§.fi. Et hoc dicit Spe. eo.tit.§.sequitur.ver.quid ergo pone, iurandum esse. & sic obtinuit, secundum eum, & hoc tenet Alber. Gal. super l.ff.de rei vendi. per l.de die.§.fin. in princ.ff.qui satisd.coga. & sic etiam residet Ioan. in addit. ad d. ver.quid ergo. Ego arbitror, quòd primum dictum habeat locum respectu rei vendicationis, aut alterius iudicij, quòd cum nõ possit fundari: similiter non potest super eo peti iuramẽtum calumniæ. Sed si peteretur iuramentum calumniæ super eo, hoc est, in quantum negat conuentus possidere aut dolo desijsse possidere, posset super hoc peti iurari de calumnia.

16 ¶ † Sextò fallit in his, quæ sunt voluntariæ iurisdictionis, secundum Bal. in l.1.C.eod. per tex. ibi, dum dicit, vt contentiosa litigantiũ instantia compescatur: & sic à contrario sensu vult ille tex. quòd iuramentum calumniæ nõ habet locum in his quæ sunt voluntariæ iurisdictionis: & sequitur ibi Pau. de Cast.

¶ Septimò fallit in causis vilibus, vt sentit Inno. in c.in pertractandis.infra eo.per tex.illum dum dicit, causæ qualitate inspecta.alij contra.tu dic, vt dixi supra eo.arti.ver.3.procedit.

¶ Octauò fallit in causis spiritualibus, vt hic: & hoc procedebat olim: hodie secus, vt dixi supra eo. artic.ver.3.procedit.

¶ Nonò fallit in causis criminalibus, secundum Mart. Vgo.& quosdam alios.sed communis opi.est in contrarium, vt dixi supra eo.art.ver.8.procedit.

¶ Decimò fallit in causa appellationis, & hoc procedebat olim secundum multorum opi.sed hodie tex.est in contrarium, in c.2.eo.tit.lib.6. dixi supra eo. arti. vers.21. Et prædicta procedunt quo ad iuramentum calumniæ.

17 ¶ † Secundò principaliter quæro circa nostrum articulum, in quibus causis præstetur iuramentum veritatis. Sol. Dicit Spe.quod illud tantum præstatur in spiritualibus: vt hic, & in c.dudum. supra de elect. ¶ Sed aduerte, quia in contrarium facit cle. sæpe.de verb.signifi.& quod no.in c.1.& 2. de confes. in 6. in l.2.§.quod obseruari.C.eo. vbi indistinctè dicitur positionibus esse respondendum per iuramentum de veritate: & sic non solum in spiritualibus, sed etiam in alijs causis præstandum. ¶ Sed potest multipliciter responderi. primò, quòd olim præstabatur in spiritualibus solum, vt in iuribus prę alleg.in quibus exuberat officium iudicis: hodie vero de consuetudine iuratur in qualibet causa, vt notatur in iuribus allegatis in contrario. ¶ Vel secundò dic, quòd in spiritualibus pręstatur hoc iuramẽtum veritatis indistinctè ex officio iudicis, quia in eis multum exuberat officium iudicis, supra de electio.c.cum nobis.& c.cum dilecti. in alijs vero causis præstatur parte postulante: quia in illis non exuberat officium iudicis: fiũt enim positiones, vt pars releuetur ab onere probandi, vt no. in c.1.& 2. de confes. lib.6. Et vbicunque visum fuerit iudici: ita tamen vt non suppleat de facto, & ad commodum priuatum, ne obstent no. in c.bonæ. de postu. præla.& per Innoc. in c.ad nostram, 2.de iureiur.& per Doc.in l.2.C.vt quæ desunt aduo. ita putat hic Dominus meus, respondendum ad contrarium prædictum, quod dicit nõ reperisse expresse tactum per Doct. & secundum prædictam doctrinam dico q iuramentum veritatis potest præstari tam in causa princip. quàm in causa appell. Et de causis spiritualibus est tex. in cap.2. 1.responso. eo. tit. lib.6. facit etiam d.c.2.in fi.respon.

18 ¶ † Tertiò principaliter quæro circa sextum articulum, in quibus causis pręstetur iuramẽtum malitię.Spe.eo.tit.§.1.ver.2.præstatur, dicit quod istud præstatur super excep. vel cũ aliquid loco exceptionis proponitur, & præstatur hoc ante litem conte.

semel, & pluries in ciuilibus, spiritualibus & criminalibus causis, quoties est præsumptio contra aliquem, quod aliquid malitiosè proponat. l. thesaurus. ff. ad exhib. & supra de elect. c. cum dilecti. vbi excipiēs erat suspectus, quia fundata erat electi intentio per cōfirmationem metropoliticam: & ideo ibi iurat, & infra de excep. c. pastoralis. vbi suspectus qui post terminum peremptorium proponit dilatoriam, & ideo iurat. Sic & in eo qui post publicationem attestationum obijcit in personas testiū, cum non fuerit protestatus, vt in c. præsentium. in fi. lib. 6. sic etiam in eo qui vxori petenti restitutionē obijcit gradum l. diuina prohibitum. infra de resti. spol. c. literas. in fi. sic etiam vbi quarta dilatio petitur ad testes producendos. infra de testib. c. in causis. & c. significauerunt. & c. fi. Sic etiam in eo qui instrum. prius sibi editum petit iterum edi, vt l. fin. C. de fide instru. His enim casibus & omnibus similibus obijciens cum sit suspectus iurat ꝙ malitiosè non proponit, sed post litem conte. hoc iuram. non præstatur: quia iuram. calum. in princ. præstitum extenditur, & omnia quę postea accidunt, vel emergunt in causa, vt C. eo. auth. hoc sacram. alioquin bis iuraretur: quod esse non debet, secundum Spe. eo. tit. §. 1. ver. secundum. de quo dicam in c. fi. in 13. arti. sed aduerte, quia tex. est hodie apertus in c. 2. in fi. eo. titu. lib. 6. qui vult quòd in omnibus causis nedum ante, sed etiam post litem conte. potest exigi à partibus iuram. malitiæ, quoties iudici id visum fuerit expedire: siue iuratum sit de calumnia, siue de veritate. Et vtrum stetur dicto iudicis dicentis expedire sine alia probatione, vide infra in c. fin. arti. 13.
19 ver. sed circa prædicta quero, † vtrum iudex qui recusatur possit exigere ab isto recusante iuram. malitiæ. respon. Ioan. in c. 2. eo. tit. lib. 6. refert Spe. in tit. de recusa. §. qualiter. versi. quid si præsumpt. & fuit disputata hæc quæst. per quendam fratrem Iaco. & quod non possit exigi mouetur primò per c. suspicionis. sup. de offi. deleg. vbi dicitur, omnia quę pertinent ad arti. recusationis spectant ad arbitros, & qui omnia dicit, nihil excludit, 90. distin. c. 2. mouetur. appellatio & recusatio pari passu ambulant, in c. super eo. 2. & ibi dixi, de appel. sed ab appellante non potest exigi hoc iuramentū per iudicem à quo appellatur, vt in c. si à iudice. de appel. in 6. ergo nec à recusante. Tertiò, quia iste iurando videtur consentire in iudicem, & sic tolletur sua recusatio. supra de offi. deleg. c. insinuante. In contrarium vero allegatur primò tex. in cap. 2. fi. respon. eo. tit. lib. 6. qui reliquit arbitrio iudicis, vt exigat quando videbitur sibi expedire. & quòd iste sit iudex, licet recusetur non est dubium, vt in c. iudex. de offi. deleg. lib. 6. & d. cap. suspicionis. ex qua iurisdictione compellit partes eligere arbitros, & ipsos arbitros cogit vt diffiniat. sic ergo ex ea iurisdictione coget istum iurare: & si neget, videtur esse in manifesta turpitudine. ff. de iureiu. l. manifestæ. Et si fortè tenui religionē: hic enim reprehenditur. inf. de sym. cap. & si quæstiones. & hanc partem tenet Ioan. in d. cap. 2. Et ad argumenta & rationes contrarias respondet, & primò ad cap. suspicionis, fatetur quòd reseruata sunt arbitris ea quæ concernūt probationem causæ recusationis, & ipsius veritatem. hic autem quærimus de animo ipsius proponentis recusationem. Ad secundum, quod appellatio & recusatio æquiparentur: respondet per no. in d. cap. super eo. quia istud non est semper verum, vt etiam no. Innoc. in c. si contra vnum. de offi. deleg. lib. 6. Ad tertium respondet ꝙ non est verum quòd iurando videatur consentire: quia actus qui fiunt per appellantem coram iudice à quo tendentes ad exclusionem suæ iurisdictionis non inducunt consensum in ipsum iudicem, vt no. glo. in d. c. si à iudice, & sic resīdet Ioan. & sequitur do. Dom. in d. c. 2. quæ opi. mihi placet, & ex his Deo duce est expeditus sextus principalis articulus.

SVMMARIVM.

Cessio-

43 *Cessionarius seu procurator in rem suam, an debeat de calumnia iurare.*
44 *Nominans dominum in iudicio, an iuret de calumnia.*
45 *Iurare de calumnia, an teneatur is qui rei vicem tenet & actoris.*
46 *Appellans iurare de calumnia non compellitur.*
47 *Iurare de calumnia, an teneatur qui se non iuratum vouit.*
48 *Iuramentum calumniæ, quibus personis ex priuilegio remittatur.*
49 *Iuramentum calumniæ, an exigatur à pluribus simul contra plures agentibus.*
50 *Iuramentum de calumnia vt requiratur, qualis esse debeat is à quo exigitur.*
51 *Iudex an possit eligere vnum inter plures, à quo iuramentum calumniæ exigat.*
52 *Iuramentum calumniæ, per quem exigi possit.*
53 *Iuramentum calumniæ non exactum à iudice vel parte, an possit quis præstare.*
54 *Iuramentũ malitiæ, à quibus præstari debeat personis.*
55 *Iuramentum veritatis, à quibus exigi & præstari debeat.*
56 *Infantes, furiosi & dementes, iuramentum veritatis non præstant.*
57 *Syndici de dicenda veritate possunt iurare.*

1 IN PERTRACTANDIS. † De calumnia iurari debet per principales, & per œconomos causam notam habentes. h.d. vel sic: principalis persona nõ indistinctè releuatur ab onere iurandi de calumnia, licet compareat per œconomum, sed sibi vel œconomo est deferendum inspecta qualitate causæ & personarũ. h.d. ¶ In tex. ibi, non passim, dic, id est, non indifferenter, vel nõ indistinctè. ¶ Nota primò, quòd iuramentum calumniæ non est indifferẽter præstandum, sed debet inspici qualitas causæ, de quo dictum est in præced. artic. Item debet inspici qualitas personarum, an scilicet principalis, vel iustior, vel clericus seu religiosus, vel alterius causam agẽs gnarus, vel ignarus causæ, prout latius videbimus infra in 7. princip. artic. ¶ Noto secũdò, quod licet principales personæ debeant iurare de calumnia, vt cap. 1. supra eo. tamen etiam admittitur œconomus: quinimò, quo ad iuramentũ calumniæ œconomus censetur quodammodo principalis, de quo dicam in 7. artic. vers. 19.
2 ¶ † Noto tertiò, quòd ita demũ œconomus admittitur ad iurandũ de calumnia, si habet notitiam causæ: nec sufficit leuis notitia, de quo latius infra artic. 7. versi. 39. ¶ Noto quartò ex prædictis, & ex tex. secundum Hosti. & Abb. quòd quis tenetur cõstituere procuratorem instructum, qui si interrogetur de facili respondeat. facit cap. 1. infra de dolo & contu. & sic videtur quòd debeat esse talis qui non indigeat termino ad consulendum dominum. de quo dicam, infra in tit. de dila. Ex quo inferunt Hosti. Abb. & Doct. contra religiosos & alios qui mittunt ad causam procuratores facti ignaros, & interdum viles, qui sine conscientia omnia negant. tales enim non sunt mittendi, sed idonei constituendi: qui causam bene cognoscant, vt l. 2. §. sin autem, & §. seq. C. eo. nec debet iudex contrarium sustinere, sed ex officio occurrere malitijs occultantium veritatem. arg. ff. de testib. l. curent. & C. de iudi. l. antepenul. & penul. Instit. de actio. §. curare. & infra quima. accu. cap. videtur. & debet compellere partes, vt constituant personam idoneam, & illa persona consultat illos de conuentu vel capitulo, argu. cap. præsentium. de testi. in 6. Et si procurator negat veritatem vocandus est principalis. C. de procu. l. fi. & ff. de procur. l. si actor.
3 ¶ † Quintò noto ibi, non nesciant, quòd duæ negationes faciunt vnam affirmationẽ, de quo dic, vt latius dixi in cap. & si Christus. infra de iureiur. & per Legistas in l. manifestæ. ff. de iureiur. & in l. 1. C. de ser. fug. ¶ Vltimò noto, quòd œconomus iurat de calumnia in animam suam: non autem in animam constituentis, cum ad hoc non habeat mandatum. de quo latius dicam infra eo. cap. fin. artic. 12. ¶ Glo. super ver. nesciant, assignat rationem, quare ignarus nõ cogitur iurare, de quo latius dicam, infra artic. 7. q. 39. Glo. fi. quo ad formam iurandi parificat syndicos, tutores, & curatores, & dicit secus esse in procuratoribus, & posset glo. nostra expediri per terminos. ¶ In eadem glo. ibi, syndicus. dic de syndico, an ipse vel vniuersitas, collegium vel capitulum iuret de calumnia, dicam statim in 7. artic. q. 25. ¶ In eadem glo. ibi, tutores & curatores. dic, vt de hoc dicam in d. 7. art. q. 16. & duabus sequen. ¶ In eadem glo. ibi, secus est in procuratore, de hoc latius dicam in 7. art. q. 23. ¶ In fi. glo. dic, tractat etiam glo. de prædictis personis, an possint iurare, & an debeat iurare in animam propriam, vel suorum principalium. de quo vltimo dicam latius in eo fina li arti. 12. Sed iuxta præmissum ordinem in rub. tractandum est hic de personis: & sic examinandus est septimus principalis articulus.

¶ Septimò igitur principali articulo tractãdum est quæ personæ teneantur iurare de calumnia, seu à quibus personis exigendum, per quem præstandum est iuramentum calumniæ, & an sponte possit præstari, & in fine etiam subijcietur de iuramento veritatis & malitiæ.

¶ Pro cuius articuli clariori doctrina, prosequar infrascriptas conclusiones.

¶ Primò, an iudex debeat iurare de calumnia.
¶ Secundò, quid de personis principalibus ponendo quasdam declarationes.
¶ Tertiò, de hæredibus principalium.
¶ Quartò de clericis si sunt principales.
¶ Quintò de pupillo.
¶ Sextò de minore.
¶ Septimò de filiofamilias.
¶ Octauò de monacho.
¶ Nonò de seruo.
¶ Decimò, an quis possit per se & per alium iurare de calumnia.
¶ Vndecimò de vniuersitate, collegio, & capitulo.
¶ Duodecimò de prælatis.
¶ Decimotertiò de Abbatibus.
¶ Decimoquartò de administratorib. legitimis.
¶ Decimoquintò de patre pro filio.
¶ Decimosextò de tutore.
¶ Decimoseptimò de curatore minoris.
¶ Decimooctauò de curatore bonis dato.
¶ Decimononò de œconomo.
¶ Vigesimò de vicedomino.

¶ Vigesimoprimò, de orphanotropho, hospitalario, seu leprosario.

¶ Vigesimosecundò, de nuncio alicuius.

¶ Vigesimotertiò, de procuratore ad iudicia.

¶ Vigesimoquartò, de procuratore ad negotia.

¶ Vigesimoquintò, de syndico & actore vniuersitatis.

¶ Vigesimosextò de actore pupilli, seu minoris.

¶ Vigesimoseptimò, de defensore.

¶ Vigesimooctauò, de coniuncta persona.

¶ Vigesimononò, de comparête in iudicio pro coniuncto, in casibus in quibus potest.

¶ Trigesimò, de procuratore in rem suam, seu cessionario.

¶ Trigesimoprimò, de nominante dominum in iudicio.

¶ Trigesimosecundò, de patronis & aduocatis.

¶ Trigesimotertiò, an qui tenet vicem duorum actoris & rei pro vtroq; teneatur iurare de calũnia.

¶ Trigesimoquartò, de appellante & recusante.

¶ Trigesimoquintò, de excommunicato.

¶ Trigesimosextò, de eo qui vouit vel iurauit non iurare.

¶ Trigesimoseptimò, de quibusdã personis, quę ex priuilegio non tenentur iurare de calumnia.

¶ Tigesimooctauò, quid si plures agunt, vel contra plures agitur, an ab omnibus sit iurandum de calumnia.

¶ Trigesimononò, qualis esse debeat is, à quo tale iuramentum exigitur.

¶ Quadragesimò, posito quòd tam principalis, quàm procurator, curator, syndicus, actor, vel similis possint præstare iuramentum calumniæ, vtrum iudex possit eligere vnũ potius quàm alium, vel ab vtroque exigere vel ex qua causa.

¶ Quadragesimoprimò, quis exigere seu per quem exigi debet iuramentum calumniæ.

¶ Quadragesimosecũdò, an quis possit per seipsum præstare hoc iuramentum absque eo quod exigatur à iudice vel à parte.

¶ Quadragesimotertiò, quid de iurõ malitiæ.

¶ Quadragesimoquartò, quid de iurõ veritatis.

4 ¶ † Primò igitur quęro, vtrum iudex teneatur iurare de calumnia. & dic ꝙ non, ita tenet D. M. in c. 1. sup. eo. quia iuramentũ calumnię debet pręstari per principales per se, vel alios suo nomine, vt dicã in seq. q. vnde & iudex qui procedit per inquisitionẽ non tenetur iurare de calumnia, quia fama habetur loco accusatoris, secundũ Collecta. & Io. Cal. in c. 1. sup. eo. Quantum. n. ad iudicẽ spectat videtur sufficere iurm̃ quod ipse præstat in princ. officij, vt in Auth. iusiurandum quòd pręstatur ab his. coll. 2. de quo in l. rem non nouã. in prin. C. de iud. & tales iudices nõ alias causas dirimere possunt, nisi facrosanctis propositis euangelijs: quia habendo scripturas illas pręoculis, Deum ipsum habere videtur. & hinc inoleuit illa practica quod iudices in sent. dicũt, solum Deum præ oculis, &c. secundũ Bal. in d. l. rem non nouã. ego arbitror ꝙ talia euangelia, dũ cognoscit & dirimit, debet habere ante oculos vt recordetur de iuramento per eũ præstito. dic tamen ꝙ licet tale iurm̃ per ipsos iudices pręstetur: tamen consuetudo non habet, vt euangelia ante oculos teneãtur, vt dicit D. M. in c. 1. s̃. eo. & Bar. in l. 2. in prin. C. eo.

5 ¶ † Secundò quęro, vtrũ personę principales debeant iurare de calum. respon. Cyn. dicit ꝙ olim iure ff'orum iurabant soli procuratores, vt l. qui bona. §. si alieno. ff. de dam. infe. ita dicit Cyn. in l. fi. §. hoc etiam. sup. eo. tetigi supra in rub. art. 3. q. 1. Sed quicquid fuerit de iure ff'orum, non insisto: iure aũt nouissimo indubitatum est ꝙ regulariter omnes personæ principales iurant de calumnia, vt in c. 1. sup. eo. & in auth. principales. & in corpore vnde sumitur. C. eo. quod procedit siue loquamur in actore, siue in reo. quoniam tex. prædicti non distinguunt personam rei ab actore, vel econtra, per tex. in c. 1. sup. eo. dicit ꝙ omnes principales personæ debent iurare: ergo tam actor quàm reus. & ibi hoc tenet Do. meus. & est tex. in c. cæterũ. supra eo. ibi dum dicit, ab vtraque parte. & ibi no. D. M. Ad idem c. pe. inf. eo. ibi, ab vtraque parte. & in l. 2. C. eo. & ibi Bar. in princ. Et aduerte: quia in duplicibus iudicijs familiæ erc. commu. diui. fin. reg. vti poss. & vtrobi, in quibus vterque est actor & reus: vterque præstat iuram, actoris & rei. & sẽtit gl. in ver. iuret. in l. 2. C. eo. & clarius Spe. eo. §. nunc dicamus. ver. no. tñ quod in duplicibus. per tex. in l. inter cohæredes. §. qui familiæ. ff. fam. erc. sed tu aduerte: quia licet vterque possit esse actor & reus: tamẽ ille habetur pro actore, qui primo ad iudiciũ prouocauit, & prouocatus habetur pro reo, vt l. in tribus. ff. de iud. vnde prouocans iurat tanquã actor, & prouocatus tanquã reus, & si ambo simul prouocant, ille dicitur actor super quo sors cadit, vt pro actore habeatur, vt l. sed si ambo. ff. de iudi. Aduerte tamen, ꝙ istud videtur procedere ex ordine iudicij, secus ex natura actionis: nã secundum Ros. in ti. cõi diui. vtrunque esse actorẽ & reum procedit ex natura actionis. vterq; enim ab altero, & ẽt prouocatus à prouocãte portionem suam petit. Item expensas & dãna per aliũ datas: secus, vt dixi, ex ordine iudicij. & sic refert & sequitur Io. in addi. Spe. in d. ver. no. tñ quod in duplicibus. vnde sit conclusio ꝙ si aliquo modo daretur quod quis interueniret tanquam actor & tanquam reus. ad quod vide quod dicam inf. q. 33. idem etiã est in mutuis petitionibus: quia tunc vterque est actor & reus. & ideo vterque pręstat duplex iuramentum calumniæ. ad quod dixi sup. de mut. pet. c. 2. ar. 10. q. 6.

¶ Quis aũt primo iuret de calumnia in dictis casibus, dicam in c. cæterum. inf. eod. in 8. prin. artic. Et non solum laici, sed etiam clerici tenẽtur iurare de calumnia, si per se principaliter litigant: secus si per procuratorem. de quo latius dicam statim, quęst. 4. Et personæ principales non solùm tenentur de calumnia iurare, si sunt præsentes: sed etiam si sunt absentes: quia mittitur ad eas iuramentum calumniæ, vt dixi in c. 1. supra eod. art. 4. requiritur tamen quod tales personæ, quæ iurant habeant notitiam causæ: de quo dicam, q. 39. Et possunt principales personæ non solùm per se, sed etiam per alios iurare de calumnia, vt infra apparebit, maximè q. 22. & sequen. & q. 14. & pluribus seq.

6 ¶ Tertiò quęro † de hęredib. principalium, vtrũ teneãtur iurare de calumnia. Sol. q. potest intelligi dupliciter: vno modo respectu eiusdẽ causæ, in qua defunctus semel iurauit. & de hoc dic vt dicã in c. fi. inf. eo. arti. 13. Alio modo põt intelligi de causa, quæ inchoatur de nouo ab hærede, vel cõtra heredem.

dem. & hoc casu nō est dubium quòd siue sit reus, cum principalis cogatur iurare de calumnia,& ipse sit principalis cogetur iurare, per ea quæ dicta sunt in præced. q.

7 ¶ Quartò quæro,† quid de clericis. Sol. Art. est satis intricatus.tex.in c.1. supra eo. vult, quod clericus posśit iurare de calumnia per alium,etiā in causa criminali ibi,dum tex. dicit, in quacunque causa criminali,seu ciuili. Sed hoc non videtur posse procedere secundum gl. in ver.criminali. in d.c.1.quia in causa criminali non interuenit procurator, vt in c.veniens. inf.de accusa. Item, quia de iure nouissimo hoc iuramentum videtur præstandum per principales personas,vt in authen.principales.C.eo.vnde glo.in d.c.1.pro sol. dictorum contrariorum intricatè loquitur, & multum se inuoluit: finaliter tamen videtur dare duas solutiones. prima est, quod de iure antiquo procedebat, quod clerici etiam in criminali poterant iurare per alium de calumnia. Sed hodie hoc non procedit de iure: nec etiam seruatur de consuetudine. sed certè ista so.non est bona: quia tempore, quo emanauit c.1.supra eo. iam emanauerat d.authentica,principales,vt patet in d. cap.1. vbi fit mentio de illa authen. quæ inducebat difficultatem in hac materia, vt dixi in d.c.1. super tex. & ea non obstante, contrarium ibi deciditur quòd clericus posśit in causa criminali & ciuili per alium iurare. Item iura loquentia,quòd in criminali causa non admittitur procurator, iam emanauerant, & tamen d.cap.1. statuitur, vt in causa criminali clericus posśit iurare per alium. Præterea non est verum simpliciter quòd in causa criminali non admittatur procurator: distinguitur enim inter pœnam pecuniariam & non pecuniariam. Et vtrum veniat imponenda pœna à relegatione supra, vel non: & vtrum pro carcerato vel non carcerato, & ad quē actum, & quis veniat seu compareat. vnde infiniti sunt casus, in quibus admittitur procurator in causa criminali, vt latè dixi in d.cap. veniens, & fortè propter prædicta glo.in d.cap.1. multum cautè transiuit ad aliam solutionem,dicens hoc specialiter procedere in causis ecclesiarum, & sic est ius speciale & priuilegiatiuum: pro quo gl. allegat tex. ibi, dum dicit,si expedire ecclesiæ suæ nouerit, &c. & etiam in istis, si clericus eligit litigare per se, debet etiam per se hoc iuramētum præstare. & in hoc residet gl.concludens,quòd si clericus vult, potest præstare: sed non compellitur, si causa est ecclesię, & agit per alium. & hunc intellectum tenet Abbas Pet. & Innocen. & probatur secundum Io. in cap. cæterum. infra eod. Dicebat tamen Pe. in d.cap.1. per illum tex. qui loquitur in criminali, d.c.debere intelligi,etiam in proprijs causis clericorum,dicens quod clericalis quæstio non posśit nomine ecclesię intentari. sed Abb. contra: quia etiam ecclesia potest habere causam criminalem, vt in cap. dilectus. 2.& in cap.veniens.1.de simo.& per Specu.eod.tit. §. restat.ver.quid si Prælatus. vbi dicit, quòd si prælatus eligit litigare per se: tunc per se cogitur iurare de calumnia,vt in cap.sequen. & in cap.fin. infra eo.secus si litigat per alium: quia potest illi,seu syndico committere. & ita intelligit d.cap.1. Ho. verò adhuc videtur magis restringere d.cap.1.dicit enim quòd episco. ex speciali priuilegio potest sine causa per alium litigare & iurare, vt in c.fin. inf.eod. Sed inferior episcopo hoc non potest sine causa. mouetur per tex. in d.cap.1. ibi, dum tex. dicit, si viderit expedire ecclesiæ. puta, quia testimonium Prælati est necessarium ecclesiæ in illa causa: vnde tūc agit per alium, vt inf. de testi. cap. cum super. & c.cum nuncius. secus ergo si nulla subest causa. Sed contra hoc,& contra tex.illū opponitur: videtur enim secundum prædicta, quod d. cap.de nihilo seruiat, per c.fin. eo.tit.lib.6.vbi patet,quod quilibet etiam laicus, potest præstare iuram.calum. etiā per alium. & ad idem, l.iusiurādum.in fi. ff.de iureiu. Sol. Dicit Inno. speciale est in clericis, vt procurator eorū, etiam sine speciali mandato, iuret de calum. Sed in alijs requiratur mandatum speciale, vt patet in contrario. & hoc idem videtur placere Dom.Anto. de quo inf.eo. art.quæst.23.ver.1. fallit. Sed Dom.M. putat hunc intellectum non procedere per c.seq. secundum vtrumque intellectum istius c. Aut enim illi monachi litigabāt per procuratorem specialem sine mandato speciali, vt possent iurare de calum. vt videtur innuere illa litera, & habeo propositum. nam Papa ibi mandat, quod ipsi iurent, vel constituant œconomum, & sic nō sufficit procurator per se. & idem videtur cū Papa præcipiat quòd iurent per se, vel constituant procuratorem,& sic generalem administratorem monasterij. & idem dicitur in tex.nostro, nec est hoc speciale in ecclesijs: quia œconomus, & quilibet habens generalem administrationem & iuridicam, potest iurare de calumnia in animam suam,sine alio mandato, vt l.2. & quod ibi no. C.eod. de quo latius dicam inf. quæstio.14. Item tex. in cap.1. supra eo.innuit quòd specialiter hoc ministerium iurandi debet clericus alijs delegare: quando litigat per non œconomum, vt ibi patet dum dicit,homini officium liceat delegare. absurdum enim videtur,quòd procurator ad vnā causam constitutus, iuret tantum de calum.& non dominus: cum posśit clericus eligere talem, qui non esset ignarus qualitatis causæ, & sic perinde esset ac si non iuraretur. vnde Dom. M. dicit, quod est in opi.singulari,& intelligit quòd c.1.seruiebat secundum antiqua tempora,secūdum quæ dubitabatur, an per procura. habentem speciale mandatum ad hoc,posset iurari de calum. & tenebatur, q; non,ut satis innuit c.fi.eo.ti.lib.6.sed in clericis tunc speciali priuilegio emanauit quod clericus licitè posśit per alium iurare: quia videtur quidam horror in populo,ex frequenti iurātione clericorum. & licet in effectu,dando speciale mandatum ad iurandum videretur quodammodo iurare: tamē quando ipsi non tangunt euangelia, non videtur tantus horror in plebe,arg.2.q.5.c.si quis presbyter.Sed hodie de nihilo seruit: quia declaratū est quod quilibet posśit præstare hoc iuramentum per procuratorem ad hoc specialiter constitutum,vt d.c.fi. facit ad prædicta,c.2. de testi.lib.6. quare pro conclusione distinguit Dom.M. quòd aut clericus litigat per œconomum seu syndicum ad causas constitutum, & iste tāquam generalis administrator, iurat sine speciali mandato. Et idem est in syndico vniuersitatis secularis. & idem in tutore & curatore, & similibus personis,de quib. dicam inf.eo.ar.q.13. & seq. Aut est procurator specialiter & generaliter cōstitutus: non ta-

tamen habet speciale mandatum ad iurandum de calum. & non potest iurare, vt d.c.fin. secus si habet speciale mandatum ad iurandum de calumnia. Et idem dicendum in syndico ad vnam causam tantum, quia ad hoc, vt posit iurare de calum. exigitur speciale mandatum, & ita debet intelligi glo. dum loquitur de defensoribus: de quo latius dicam. q. 21. & q. 24. & prædicta opi. mihi placet. vnde fit conclusio quòd clericus potest iurare de calum. per se, & etiam per procuratorem habentem ad hoc sufficiens mandatum. de quo dicam, infra q. 23. Et ibi videbimus, an posit cõstituere procuratorem duntaxat ad iurandum de calumnia. potest etiam iurare per syndicum specialem, si habet mandatum speciale ad iurandum de calumnia, vel per generalem, sine alio mandato, & illam opi. sensit Spe. & Arch. vt dicam in d.q. 23. ¶ Vtrum autem, quando iurat de calumnia per se, exigatur consensus sui superioris, dicam in c. fi. art. 12. ver.

8 ¶ † Quintò quæro, vtrum pupillus posit iurare de calumnia. Sol. Glo. in l. 2. §. quod obseruari. C. eo. tenet quod non, per l. 1. C. de fal. mon. vbi tex. dicit quòd illa ętas quicquid vide ignorat, & per l. qui iurasse. ff. de iureiur. vbi tex. dicit, quamuis pupillus non videatur periurare: quia sciens fallere non videtur, & ista opin. fuit Azo. quam refert & sequitur Spe. eo. tit. §. restat. ver. Sed nunquid minor. per tex. in l. videamus. ff. de in lit. iur. & ff. de confes. in l. centum. §. fin. & C. de eden. l. is apud quem. vbi hoc, & infra de despon. impu. c. attestationes. & secundum canones, impubes iurare non potest. 12. quæst. 2. c. paruuli. & cap. pueri. & 4. q. 3. cap. 1. nisi sit doli capax, per cap. 1. infra de delic. pue. secundum Spec. Sed glo. in d. c. paruuli. concludit indistinctè quòd pupillus si est doli capax, quia dolosè petere potest, argu. d. c. 1. de delic. pue. præstabit iuramentum calumniæ. argum. l. 2. §. 1. C. eo. & de veritate dicenda. Nam si ab impuberibus sumitur initium quæstionis, & ferula percutitur impubes pro veritate eruenda, vt l. 1. §. impubes. ff. ad Syllan. ergo & hoc iuramentum poterit præstari, Ioan. in cap. penul. infra eod. per glo. 1. ibi dum dicit, quòd ex quo excommunicatus potest esse in iudicio, potest iurare de calum. de quo dicam infra, q. 34. infert Ioan. quòd pupillus & minor in casibus, in quibus possunt esse in iudicio, præstant iuramentum calumniæ, & remittit ad Spec. eod. tit. §. restat. versi. sed cum pupillus. vbi dicit Spec. quòd cum pupillus posit agere causam momẽtaneę possessionis, vt l. fi. C. qui legi. perso. & C. si per vim vel alio modo. l. 1. de quo & qualiter procedat, latissimè dixi in quodam tractatu de iudi. lib. 6. q. 1. quare dubitari potest, vtrum pupillus in tali iudicio iuret de calumnia, & arguit quòd non. argu. ff. de iur. & fac. igno. l. fi. & ff. de iureiur. l. qui iurasse. decidit tamen in contrariũ, quia ex quo legitimus est ad agendum: ergo & ad iurandum, & ad alia. ff. de iurisdic. omni. iudi. l. 2. & supra de offi. deleg. c. præterea. & si pupillus agit authoritate tutoris, quod potest. ff. de autho. tuto. l. 1. ipse iurabit, vt ff. de autho. tuto. l. accipientis. & C. de autho. tuto. l. clarum. & ff. de re iudi. l. quidam consulebant. & hanc opinio. tenuit Albe. Papiensis, & Accur. in l. 2. §. quod obseruari. C. eodem, in Glo. super verbo personæ. in fi. per l. 1. C. de his, qui ve. ætatis impe. Refert Io. An. in addi. Spe. in d. versi. sed cum pupillus. subdit tamen ibi Spec. ꝙ si pupillus sit læsus, poterit petere in integ. restit. & hoc etiam tenuit Albe. Papi. vel fortè tutor iurabit, vt d. l. qui iurasse. cũ ipse videatur agere, cuius authoritate agitur. C. de vete. iure enuc. l. 1. & infra de sent. excom. cap. mulieres. Dominus meus in c. penul. infra eodem, post Bart. in d. §. quod obseruari. distinguit, ꝙ aut quæritur, vtrum pupillus vel minor debeat iurare de calumnia, aut de veritate dicenda. primo casu conclu dit, quòd tutor, seu curator iurare debent, non pupillus, vel adultus: & ratio est, quia ipsi administratores possunt, & præsumũtur scire melius iustitiam causæ, quam ipse pupillus vel adultus. Et licet illi fortè melius veritatem facti sciant: non tamen possunt ita bene discernere, an foueant iustitiã vel non. simile in patre pro filio. de quo videbimus in quæst. 15. Et etiam aduocatus iurat. de quo dicam quæst. 31. & hoc verum, nisi in causis, in quibus pupillus vel minor habet legitimam personam standi in iudicio, & sic intelligitur de pupillo doli capace, quia tunc sicut ipse potest agere, ita & iurare, secundum Ioan. & Dom. Anton. in cap. penul. infra eodem, & Spec. in d. ver. sed cum pupillus. & Glo. in ver. personæ. in fi. d. l. 2. & Glo. in d. cap. paruuli. & mihi placet, & ita intelligi debet quod dicit Bar. in l. 1. §. sufficit. ff. de admini. tuto. vbi dicit quòd siue pupillus sit in iudicio cũ authoritate tuto. siue tutor solus, ipse tutor solus iurat de calumnia. Et per prędictam distinctionem reducuntur ad concordiam d. Glo. in d. l. 2. §. quod obseruari. eo. tit. quæ videntur adinuicem contrariæ. Et adde quæ dicam infra q. seq. & q. 16. & 17. Et vtrum eo casu, quo pupillus iuret de calumnia, debeat iurare cum authoritate tutoris. dicam eo. c. fi. art. 12. ver. & adde quæ dicam in seq.

9 ¶ † Sextò quæro, quid de minore. Sol. Glo. in d. l. 2. §. quod obseruari. tenet quòd adultus iurat de veritate, & non de calumnia. Spec. vero eo. tit. §. restat. versi. sed nunquid minor. dicit, quòd quidam dicunt, quòd minor, cuius nomine litigatur, iurat de calumnia: quia dicit lex ꝙ restituitur, si conquestus fuerit. ff. de confes. l. certum. §. fi. vnde saltem iurabit authoritate curatoris, si eum habet. ff. de admi nistr. tuto. l. 1. §. fi. in contrarium tamen allegat Glo. prædicta & sic residet. tu vero distingue secundum quod colligi potest ex his, quæ dixi in præce. q. videlicet quòd aut minor litigat per se solũ in casibus, in quibus habet legitimam personam standi in iudicio, vt dixi in tract. de iud. lib. 6. q. 2. & tunc minor solus iurat. Aut agit causam cum consensu curatoris, & tunc iurat cum consensu curatoris. Aut solus curator litigat pro ipso, & ipse solus iurat de calumnia, & adde quæ dicam in q. seq. & q. 17.

10 ¶ † Septimò quæro, vtrum filiusfa. iuret de calumnia. ¶ Sol. Dicendum ꝙ sic, in casibus, in quibus habet integram personam, & sic potest causam agere, vnde si agit, vel cõuenitur pro castrensi peculio: quia in hoc habetur pro patrefamilias, vt l. 2. C. ad Mace. ideo ipse iurabit de calumnia. ita dicit Bar. in l. 2. §. quod obseruari. C. eo. & Cy. ibi post Pet. & remittit ad no. in l. fi. §. necessitatem. C. de bo. quę lib. Sed quando agitur pro peculio aduentitio, & pater est legitimus administrator filij, vt l. 1. C. de bo. mater. vtrum pater iuret de calumnia. Gl. in d. §. quod obseruari.

obseruari. distinguit, quod aut pater agit, vel conuenitur, & ipse iurat de calumnia, aut filius: licet requiratur autoritas, siue consensus patris. Sed vltimum non est verum, secundum Petrum & Cy. nā indistinctè vbicunque quis est in iudicio cum autoritate alterius, non iurat ipse, sed qui autoritatē præstat, quia iudicium constat ex tribus, Actore, reo, & iudice, vt in c. forus. de ver. sig. Sed in dicto casu, filius non est integra persona, & sic non constat ex eo iudiciū, sed constat ex patre, qui præstat autoritatem, quia omnia nostra facimus, &c. vt l. 1. §. omnia. C. de vete. iure enu. ergo pater iurabit, secundum Cyn. Specu. verò, eod. tit. §. restat. versic. sed an pater iurabit, simpliciter dicit, quòd pater in bonis aduentitijs filij iurat de calumnia, per l. 2. §. si autem. C. eod. ego arbi-

11 tror concludendum, † quòd aut loquimur in casibus, in quib. filius potest esse in iudicio per se, agendo, vel defendendo, qui casus sunt plures.

¶ Primus, si non est in potestate patris, quia emancipatur.

¶ Secundus, si sumus in spiritualib. vt in cap. si. de iud. lib. 6.

¶ Tertius, in peculio castrensi, vel quasi, secundum aliquos, alij contra, vt d. §. necessitatem. & l. secunda. C. ad Macedon. & per Spec. in tit. de actore, ver. in præmisis.

¶ Quartus, in bonis aduentitijs, in quibus patri non quæritur vsusfructus. quo casu etiam non requiritur patris consensus, secundum aliquos. alij contra, de quo per Gl. Bart. Bald. Ang. Pau. & Doc. in d. §. necessitatem. & per Spe. in tit. de actore. versi. quid si dubitatur. & versi. hoc quoque.

¶ Quintus, in causis criminalibus, maximè publicorum iudiciorum, de quo tamen qualiter intelligatur, traditur per Bal. in d. §. necessitatem.

¶ Sextus, si filius ageret contra patrem, secundū Glos. in d. §. necessitatem, de quo ibi per Docto. & per Spec. in tit. de actore. vers. quid si filiusfam. quia aliqui aliter intelligunt.

¶ Septimus, si filius agit absente patre extra territorium, qui nullum procuratorem dimisit, secundum Bart. & Bal. in d. §. necessitatem. & traditur in l. si longius. ff. de iud. per Speculat. in titu. de actore, ver. sed & filius.

¶ Octauus, si filius esset clericus, & esset talem dignitatem adeptus, quæ liberasset eum à patria potestate, qui ageret, vel conueniretur pro bonis postea quæsitis. de quo per Spec. in tit. de actore. versic. sed cum clericorum.

¶ Nonus, si pater esset ingressus monasterium, quia talis etiam liberatur à patria potestate, secundum Marti. de Lan. per tex. Insti. quib. mo. ius pat. pot. sol. §. cum autem.

¶ Decimus, si filius caueret, patrem rem ratam habiturum, de quo per Bal. in d. §. necessitatem.

¶ XI. si filius peteret executionem instrumenti guarentigiati, secundum Bald. in add. in tit. de sententijs. §. vt autem. vers. vt autem.

¶ XII. In omnibus casibus non proceditur in figura iudicij, secundum Bal. in d. vers.

¶ XIII. In extraordinarijs, secundum aliquos, alij contra. de quo per Bal. in d. §. necessitatem.

¶ XIIII. In præparatorijs, de quo per Bal. in dicto §. necessitatem.

¶ XV. Generaliter in omnibus casibus, in quibus filiusfamil. olim poterat esse in iudicio sine patris cōsensu, vt actione in factum, iniuriarum, quod vi aut clam, depositi & commo. de quibus in l. si filius. & in l. in factum. ff. de act. & oblig. & in l. si longius. §. 1. ff. de iud. & per Bald. ibi, & per Gl. & Doc. in d. §. necessitatem. & per Spec. in tit. de actore. versed si filiusfam. & dote aduentitia repetenda, solu. matrim. secundum Bald. in l. si longius. §. 1. de quib. omnibus casibus latissimè scripsi in trac. de iud. li. 6. in 4. q. prin. per 20. col. & vlt.

¶ In omnibus igitur prædi. casibus, retenta opinione, quòd filius habeat integram personā, & possit per se agere, debet etiam iurare de calumnia.

12 ¶ † Et an tunc requiratur consensus patris in præstando iuramento, dicam in c. fin. infra eodem art. 12. & conclusio est quòd non, licet Glos. iuris ciui. aliter sentiat, vt statim dicam. Aut pater agit tanquam legitimus administrator, & ipse iurat de calumnia, per ea, quæ dicam infra quæstio. 14. Aut filius agit de consensu patris in casibus in quibus ad integrandam personam exigitur consensus patris: & hoc casu, licet Petru. & Cyn. post eum, velint, quod pater iuret de calumnia, tamen mihi videtur, quòd filius iurare debeat, quia ex quo semel habet consensum ad agendum & defendendum, & ipse aget tanquam ipse causam suam, & persona sua per consensum integratur: & quia tunc consensus est declaratiuus renūciationis vsusfructus. d. §. necessitatem. secundum verum intellectum, qui cōiter tenet: & quia sufficit patrem semel ab initio cōnsentire, arg. ff. de autorit. tut. l. accipientis. de quo latius per Spe. in tit. de acto. vers. sed nunquid sufficere debet vnicus consensus, cùm pater non possit consensum semel præstitum reuocare, vt dicit Bald. in d. §. necessitatem. & ego latius dixi in d. tract. de iudi. lib. 6. q. 6. 8. & 9. licet fortè locus dici possit in autoritate curatoris. de quo dicam in c. fin. infra eodem, ar. 12. Et prædicta notabis, quia communiter traduntur per Doctores.

13 ¶ † Octauò quæro, quid de monacho. Sol. Glo. in l. 2. §. obseruari. C. eod. dicit, quòd si Abbas agit causam monachi, monachus iurat de calum. Ego arbitror dicendum, quòd aut Monachus agit nomine monasterij, tanquam Syndicus vel Procurator, & de hoc dicendum est, vt dicam infra q. 21. & 24. Aut agit tanquam vnus de Ecclesia, & dicendum est, vt dicam q. 27. Aut agit causam propriam, puta electionis de se factæ cū consensit de licentia superioris, vel aliam similem causam. sup. de consuet. c. cum dilectus. de rescrip. cap. cum dilecta. infra de re iud. c. ad probādum. vel cum accusat Abbatem, seu prælatum suum, vt in c. ex parte. & c. olim. infra de accusat. & in his casibus, aut similibus iurat de calumnia, cum habeat integrā personam. facit quod traditur in auth. causa quæ fit cum monacho. C. de epi. & cler. & ad prædicta vide quæ dixi in quæstio. præceden. & in c. 1. supra de libel. obla. art. 7. q. 4. & art. 8. in 2. membro prin. q. 10.

14 ¶ † Nonò quæro, quid de seruo, an debeat iurare de calumnia. Sol. Glo. in d. l. 2. §. quod obseruari. C. eodem, dicit quòd si nomine serui conuenitur dominus, dominus iurat de calumnia. Tu dic quòd in casibus, in quibus seruus potest esse in iudicio

per se, de quibus in l. vix certis. ff. de iud. & in l. pen. C. vbi causa status. & in l. 1. C. si per vim, vel alio modo. & latissimè dixi in tract. de iud. in 6. lib. 5. q. prin. hoc casu, iurat seruus de calumnia. tenet Glos. 2. in l. prima. C. si per vim, vel alio modo. & idem Pau. de Castro in dicto §. quod obseruari. per l. 1. de his, qui ve. æta. impe.

15 ¶ † Decimò quæro, vtrum quis possit iurare de calumnia tam per alium, quàm per se. & text. auth. principales. videtur velle quòd solùm principales iurent de calumnia. Tu dic quòd potest, per tex. in c. 1. supra eodem, & per ea, quæ dixi supra in quarta quæstione, & patebit ex pluribus quæstionibus infra subijciendis.

16 ¶ † Vndecimò quæro, vtrum vniuersitas, collegium, seu capitulum debeant iurare de calumnia. Sol. tex. in l. 2. §. hoc etiam. C. eodem, vult, quòd si agatur cum aliquo corpore, vico, vel vniuersitate, iurari debeat de calumnia. idem etiam tenet Glos. in ver. tota vicinia, in c. excommunicamus. el grande. §. adijcimus. inf. de hæret. quæ per illum text. arguit quod vniuersitas teneatur iurare de calumnia. allegat 35. q. 6. c. episcopus in Synodo. de accus. c. sicut olim. Spe. verò eodem tit. §. restat. ver. sed nunquid minor. dicit, quòd vniuersitas quoque iurat, & potest iurare non solùm per illum, qui sit litem contestatus, sed etiam per alium, vt no. Innoc. in c. pastoralis. de iud. vel iurant omnes, vel maior pars de municipio, vt d. §. hoc etiam. & in l. municipibus. ff. de cond. & demonst. Sed Glos. & Cyn. post eam in d. §. hoc etiam. distinguunt quòd aut habet Syndicũ: & tunc solus iurat: aut non habet, & tũc iurant, qui regunt vniuersitatem, vel maior pars administratorum, & ista fuit opi. Azo. quam refert Spec. eodem titulo. §. restat. in prin. allegat de senten. excom. cap. Romana. in fi. & sequitur Barto. dicens quòd inconueniens esset, quòd si aliquis habet litigium cum ista ciuitate quòd omnes cogerentur iurare. licet Pla. dixerit maiorem partem ciuitatis debere iurare, vel ipsam vniuersitatem, quod est difficile. & refert Spec. in d. loco, allegat in argum. quia sacramentum omnium possessorum desideratur, quando res ciuitatis venditur, vt l. fi. C. de venden. re. ciuita. & dum tractatur de defensore ciuitatis eligendo, vt in Authen. de defens. ciui. §. in tantum. Pileus vero, q. 1. vt refert Io. And. in addit. Spec. ad d. principium dixit quòd ex iure moribus recepto, consuleret iurare, præsente & consentiente maiori parte vniuersitatis, allegat auth. hoc ius porrectum. C. de sacros. sanct. Ecclesi. & in l. rem non nouam. C. de iudic. sed Ioan. post Inno. in c. pastoralis. de re iudi. super Glos. 1. dicit, quòd vniuersitas iurat: & timore iuramenti dimittit, si causa est calumniosa. vel verius secundum Innoc. vniuersitas nõ iurat per se, sed per illum qui est litem contestatus, vel per quemuis alium. nec ob. d. §. hoc etiam. qui probat vniuersitatem iurare, quia iurante Syndico vniuersitatis, vel collegij, per consequens ipsa vniuersitas intelligitur iurare. ff. de administ. tut. in l. ita tamen. §. gessisse. & in reg. qui per alium. de reg. iu. li. 6. Dominus meus in c. seq. dicit, quòd si vniuersitas est secularium iurãt principaliores per quos vniuersitas gubernatur, vt l. municipes. ff. ad munici. & d. §. hoc etiam. & ibi Glos. & Bart. Nec requiritur, quòd omnes iurent: quia videretur quodammodo impossibile. Si verò est vniuersitas Ecclesiastica, aut Abbas, vel Prælatus constituit Syndicum, vel procuratorem, & iurat ipse Abbas, vel Prælatus, aut constituit cum conuentu vel capitulo, & tunc principaliores iurabunt, argumento dicti §. hoc etiam. Quod verum arbitror, nisi vellent per alium iurare de calumnia: quia cum sint clerici, non possunt compelli iurare per se, vt dixi supra, quæst. 4. ipsi ergo non possunt compelli, sed principaliores de vniuersitate seculari possunt compelli: licet constituissent Syndicum generalem, vt tenet Glos. in c. seq. Sed omnes de vniuersitate non debent compelli ad iurandum, quia tanquã non plenè informati possent incurrere periurium, secundum Dominum meum, & vide quæ dicam in sequen. q.

17 ¶ † Duodecimò quæro, quid de prælatis Ecclesiasticis, vtrum teneantur iurare de calumnia.

¶ Sol. Spe. eod. ti. §. rest. ver. quid si Prælatus. dicit, quòd licet prælatus prosequatur causam per se, tamen potest committere œconomo, seu Syndico, vt iuret de calumnia, argu. c. 1. prope fin. supra eodem, ibi, hujusmodi officium alijs delegare. & ff. de procurato. l. 3. subdit tamen, quòd non potest specialiter committere, nisi committat causam persecutionũ. argum. tex. nostri, in fi. & c. seq. ibi, qui pro eis petere, & excipere, &c. cap. fin. in princ. infra eodem. ibi elegeris. & vers. quòd si per te. Alioquin posset hoc committere alicui ignoranti, secundum Specu. Tu verò dic vt colligi potest ex his, quæ dicta sunt in præced. q. quia Prælatus potest per se iurare, si vult, quia habet legitimam administrationem. & tenet hic D. Ant. Et potest Syndicum generalem constituere, qui potest iurare de calumnia, vt dicam infra q. 25. vel specialem procuratorem, vel Syndicum cũ expresso mandato ad iurandum de calumnia. de quo infra, q. 22. & ibi videbimus, an solummodo cõstitui possit ad iurandũ de calumnia.

18 ¶ † Tertiodecimò quæro, quid de Abbatib. So. patet ex his, quæ dicta sunt in duabus præceden. q. Abbas enim, si per se agit, iurat de calumnia. Sed si vult se exonerare constituat Syndicum, vel procuratorem, qui habeat potestatem iurandi, vt sæpius dictum est.

¶ Quartodecimo quæro, vtrum administrator legitimus possit iurare de calumnia absque alio speciali mandato. So. Dicendum est, quod sic, siue legitimam administrationem habeat à lege, siue ab homine, vt no. hic Glo. fin. & Inno. & Doct. in l. 2. §. 1. & §. quod obseruari. & auth. principales. C. eod. facit ff. de condit. & demonst. l. municipalibus. tenet Dominus meus in c. 1. sup. eod. Spec. eo. tit. §. restat. in prin. Inno. & Host. in c. dudum. 2. de elect. traditur etiam in cap. præsentium. de testib. lib. 6. Et fuit quæstio Pilei, & hoc maxime procedit respectu administrationis eorum, qui carent intellectu, quales sunt infames, furiosi, & mentecapti, quoniam tales non iurant, etiam de ueritate, ut dicam inf. q. 44. & dicit Glo. in d. §. quod obseruari, quod etiam si principalis agat, uel conueniatur cum consensu legitimi administratoris, nihilominus ipse administrator debet iurare de calumnia: quia cum illud iuramẽtum præstetur ad solennizandum iudicium, non cadit, nisi in personam legitimam, sed ille cuius negotia admini-

administrantur per legitimum administratorem, nō dicitur habere personā legitimam, quia sine illius autoritate nihil facere potest, quia in eo non cadit istud iuramentum, si tamen ipse melius est informatus de facto quam legitimus administrator, vltra iuramentum calumniæ per legitimum administratorem, pōt ipse interrogari, & tenetur præstare iuramentum de veritate, cum tale iuramentum nō pertineat ad solennizandum iudicium, sed ad veritatē eruendam, & ad aduersarium releuandum ab onere probandi, ita vult Glos. in d. §. quod obseruari. licet vna Glo. ibi præcedens aliud teneat, & prædictā opi. sequitur ibi Pau. de Cast. facit quod dicam inf. quæst. 44. Ego tamen arbitror, quòd hoc procedat, quando legitimus administrator interueniret ad solennizandum totum, seu omnes partes iudicij, secus si consensus ipsius requireretur à prin. per quem totum postea futurum iudicium solennizaretur, exēplum in consensu patris respectu filij, vt dixi supra q. 7. maximè cum ille consensus posit præstari, etiā extraiudicialiter. Sed contra prædicta oppono: videtur enim quòd talis non iuret de calumnia, quia tale iuramentum ordinatur ad futuras respōsiones fiendas per iurantem, vt respondeat veritatem, ad quod vide quod dixi in rubr. art. 3. sed isti administratores non debent interrogari, nec habent respōdere; quia si responderent aliquid, quod tēderet in præiudicium principalis, non noceret. vnde responsio tutoris, vel curatoris, non videtur nocere pupillo. Sol. dic vt dicam statim, q. 16. & vide Bald. in l. item eorū. §. actor. ff. quod cuiusq; vni. qui dicit, ꝙ administrator constitutus cum decreto, potest iurare de calumnia sine speciali mandato. & dicit Inno. in c. seq. quòd œconomi, Syndici, actores, tutores, procuratores, parentes, orphanotrophi, & omnes alij, qui legitimam habent administrationem, vel à lege, vel à iudiciali autoritate, iurant de calumnia, per l. 2. §. 1. & secundo. C. eod. ti. & l. 1. C. de bo. ma. & sequitur Bal. in d. §. actor. sed nos singulariter prædictas & alias similes quæstiones prosequamur.

19 ¶ † Quintodecimò quæro de patre agente nomine filij, vtrum posit sine alio speciali mandato iurare de calumnia. Sol. Dicendum est, quòd sic, vt patet ex his, quæ dixi in præced. q. quia pater est legitimus administrator filij, vt l. 1. C. de bo. mat. & hoc procedit, si pater agit, secundum Pet. Cy. & Doct. in l. 2. §. sed quia veremur. C. eod. & per Barto. in l. qui bona. §. si alieno. ff. de dam. infec. Et idem si conueniretur tanquam legitimus administrator filij, per ea quę dicam in seq. quæstionibus. sed si ipse filius ageret, vel conueniretur, dic vt dixi sup. q. 7. Et hoc arbitror procedere, si modo agat pater, tanquam legitimus administrator, siue agat nomine filij, & fortius si agat nomine suo & filij. Et idem dico de auo, & alijs ascendentibus habentibus in potestate, quia ex quo tales sunt administratores, possunt exigentia speciale mandatum, vt l. pater. in princ. ff. de mino. no. Cyn. But. Bart. & Doc. in l. 1. C. etiam per procu. in inte. rest. post. pos. & d. Anto. in c. cum M. de consti. & per Bal. in l. 1. C. de bo. mater. vbi dicit, ꝙ pater potest agere, tanquam si haberet solidum dominium. Et prędicta videntur procedere in his, in quibus patri quæritur vsusfructus, quia in his, in quibus non quæritur vsusfructus patri, non videtur pater agere posse administratorio nomine filij, vt no. Pau. de Cast. in l. 1. C. de bo. ma. aduerte tamē, quia posito, quòd patri quæreretur vsusfructus, tamen pro filio præsente & pubere, non potest, nisi accedat consensus illius, vt est text. in l. cum non solum. §. vbi autem. C. de bonis, quę lib. qui tex. est mirabilis, secundum Doct. maximè Pau. Et hęc notabis, quia communiter non tanguntur: si verò pater ageret tanquam cōiuncta persona, dic vt dicam inf. q. 28. sed si ageret tanquam procurator, dic vt dicam inf. q. 23. & vide quę dixi in c. 1. sup. de lib. obl. in 7. prin. art. q. 14.

20 ¶ † Sextodecimò quęro, quid de tutore. Sol. tex. in l. 2. §. quod obseruari. & in authen. princ. in fi. C. eod. dicunt, quòd tutor in causis, quas agit, scilicet tanquam tutor, pręstat iuramentum calumnię, quia etiam ipse est legitimus administrator, ergo iurat, vt dixi q. 14. & tenent Doct. hic, & Gl. Cy. Bar. & Doc. in d. §. quod obseruari. Innoc. & Host. in c. dudum. 2. sup. de elect. & in c. præsentium. de testi. li. 6. Spec. e. ti. §. restat. in prin. Bar. in l. qui bona. §. si alieno. ff. de dam. infec. Sed contra hoc opponitur, quia iuramentum, quod pręstitum non releuat, non debet præstari, vt l. stipulatio. §. diuus. ff. vt lega. no. ca. sed confessio tutoris non pręiudicat pupillo. ff. de confess. l. certum. §. sed an ipse. ergo &c. Sol. Gl. in d. §. quod obseruari. format contrarium, & pro sol. se inuoluit: sed Barto. ibi dicit, ꝙ licet confessio tutoris, quæ emanat per modum voluntarię iurisdictionis, non pręiudicet pupillo, vt dic. §. sed an ipse. tamen si emanat per modum iurisdictionis cōtentiosę, præiudicat, vt d. §. quod obseruari. tutor enim dēt veritatem confiteri, & agnoscere bonā fidem, vt l. quoties. §. sic. ff. de admin. tut. Et ista fuit originalis quęstio Pet. vt dicit Pau. in d. §. quod obseruari. & an, & quando confessio tutoris, vel curatoris, aut alterius administratoris pręiudicet pupillo, vel administratori, latè dicam in tit. de confess. & aduerte, quia prędicta conclusio procedit in iuramento calumniæ: secus in iuramento affectionis, quod potest præstare etiam pupillus, si est doli capax, vt in l. videamus. ff. de in lit. iur. Et quibus casibus pupillus posit iurare, dixi sup. q. 5. & intellige, quòd iurat de calumnia, siue sit actor, siue reus, per ea quę statim dicam, q. 19. Et si sunt plures tutores eiusdem pupilli, iurēt omnes, vel vnus. C. si ex plurib. tut. l. 1. tradit Spec. eo. tit. §. restat. in prin. & quid si vnus est tutor duorum pupillorum adinuicem litigantium, dicam in q. 32. & vide quæ dixi in c. 1. sup. de lib. obla. art. 7. in secundo membro principali, q. 12.

21 ¶ † Decimoseptimò quęro, quid de curatore minoris. Sol. Dic, quod iurat de calumnia, cum & ipse sit legitimus administrator, vt d. §. quod obseruari. & d. authen. principales. Et intellige, quod iurat, siue sit actor, siue reus, per ea quæ statim dicam in quæst. 19. & adde quę dixi in q. pręceden. & in q. 6. vbi dixi de minore, tenet etiam Bart. in l. qui bona. §. si alieno. ff. de dam. infec. & quo nomine concipiat libellū, dixi in c. j. de lib. obl. ar. 7. in 2. mē. q. 13.

22 ¶ † Decimooctauo quæro de curatore bonis dato. Sol. Dic quod etiam ipse iurat de calumnia, quia est legitimus administrator, vt no. Spec. eod. ti. §. restat, prope princ. per l. 2. §. 1. C. eo. & per no. per Gl. mag. in fi. in l. secunda. ff. de cura. bo. dan. quę dicit, quòd

quòd talis curator habet legitimam administrationem: & ideò iurat de calumnia, secundum illam Glo. per l.2.§.quid obseruari. C.eo.& tenet Bart. in d.l.qui bona.§.si alieno. & intellige quòd iurat de calumnia, siue sit actor, siue reus, vt dicam in q.seq.

¶ Decimononò quæro, quid de œconomo. Sol. Tex. est hic & in c. seq. quòd iurat de calumnia: dummodo causæ notitiam habeat, vt infra q. 39. Et intellige q iurat de calumnia, siue sit actor, siue reus, vt dicit Glo.pen. in cap.seq.& ibi Glo.tradit, quis dicatur œconomus,& quis possit eum constituere, & qualis debeat esse. nec mirum, quòd talis iuret de calumnia, quia etiam ipse habet generalem & liberam administrationem, vt dicũt hic Docto. ergo iurat de calumnia sine alio speciali mandato, vt dixi supra, q.14.& vide quod dixi in c.1.de libe.obla.art.7.q.10.

23 ¶ † Vigesimò quæro, quid de vicedomino. Sol. Dicendum arbitror idem, quod de œconomo: quia talis, cum præsit administrationi rerum Episcopalium, potest iurare de calumnia: siue sit actor, siue reus, absque alio mandato,& vide quod dixi in c.1.de libe.obla. arti.7. q. 10. & quod dicam infra quæst.24.

24 ¶ † Vigesimoprimò quæro, quid de Orphanotropho, hospitalario,& leprosario. Sol. Dicendum est, quod etiam isti iurant de calumnia: quia etiam ipsi habẽt generalem administrationem. C.de epis. & cle.l.orphanotrophos. tenet Bar.in l.qui bona.§. si alieno.ff.de dam.infe. & isti iurant, siue sint actores, siue rei, vt dixi in præce.q.

¶ Vigesimosecundò quæro, quid de nuncio, & non intelligo omnino de nuncio ad actus citationum, vel similes cõstituto, sed ab aliquo priuato, vt tanquam nuncius causam suam expediat. Sol. Dic quod ipse iurat de calumnia. hoc tenet Io. de Imo. in d.§.si alieno, per tex. in l.2.§.fin autem. & §.2.C. eod. quia nuncius concipit verba in personam Domini. & allegat Cy. ita tenentem, quod secus dixerit in procuratore habente etiam speciale mandatum, quod tamẽ qualiter intelligatur, statim dicam in seq.quæst.

25 ¶ † Vigesimotertiò quæro, quod de procuratore ad iudicia. Sol. Glo.hic tenet, quod procurator talis non possit præstare iuramentum calumnię per l.2.§.finautem. C.eo.idem etiam tenet ibi glo. Glo. vero in auth.prin. C.eo. videtur sentire, quod non iurat quantum ad omnia, circa quæ cõtinere debet iuramentum calumniæ. de quibus dicam in cap.fi. arti.12. sed bene iurat quantum ad capitulum, scilicet quod nihil dederit, vt auth.prin.& in Auth.vt liti.iur.§.1.Iaco. vero de Raue.Marti.Silli.& Petrus tenent contrarium, quod etiam simplex procurator debeat iurare in totũ,& hoc dicunt per d. auth. prin.volentes quod tex. ille dum dicit, ad quas,&c. debeat comprehendere etiam procuratores, qui iurare debent super omnibus causis. Nam & ipsi aduocati iurant, vt statim dicam q.32. Et quia propriè exponendo debemus accipere personas procuratorum, ad quas negotiũ vadit: quia si intelligeremus de personis hæredum, esset impropria locutio, quia hæres est principalis persona, sicut defunctus,& sic illud verbum, ad quas, &c. esset ibi superfluum, & nihil operaretur, quod nõ esse debet, vt in l.si quando. ff.de leg.2. vnde concludunt, quod etiam simplices procuratores iurant. non obst. d.l.2.§.fin autem, quia non negat, quod procuratores non iurent: sed dicit quod principales personæ iurare debent, & in hoc solum corrigit ius antiquũ, scilicet vt per iuramentum, quod præstat procurator, dominus non releuetur, quo minus iurare debeat, vt ibi, & ita iurabunt tam Domini, quàm procuratores. nec obstat si opponeretur, quod hodie non iuratur nisi semel: ergo non iurabit principalis Dominus, vel si iurabit principalis, non debet iurare procurator: quia respondetur, quod iuramentum post litem contestatam semel est prestandum ab ea persona: sed à pluribus personis potest pluries præstari, vt ab hæredibus & procuratoribus qui possunt venire successiuè. de quo dicam in c.fi. art.13. vnde dicit Cy. firmiter tenendum esse, quod etiam simplex procurator debeat iurare. ita dicit in d. authen. principales. & plus dicit in §.finautem, quod nihil verius, si nihil ęquius: quare miror de Ioan. de Imo.in d.l.qui bona.§.& alieno.ff.de dam.infe. vbi allegat Cy. in contrarium in d.§.fin autem. dicens, quod Cy.tenet, quod etiam si procurator haberet speciale mandatum, non iurat de calumnia: licet secus teneat in nuncio. de quo dixi in præced.quæst. mouetur, quia actus qui geritur per procuratorem, vt procurator concipitur in persona ipsius procuratoris nomine Domini, vt notatur in l.multum. C. si quis alteri, vel sibi. sed in mea lectura Cy. non habeo, fortè hoc dixit Cy. in addit. hanc tamen opin. refert Glo.fi.in c.fin.eo.tit.lib.6. Spec.vero eo.tit.§. restat. ver. procurator. simpliciter dicit, quod procurator non iurat de calumnia, per d.§.fin autem. in contrarium tamen alleg. cap.penul. infra eo. sed ad hoc respondet, quod ibi Syndici vocantur procuratores: quia procurator Episcopi est loco Syndici, seu œconomi. ar. 5.q.3. c.quia Episcopus,& 3. q.8.in c.cum simus. Innoc.vero dicit, quod si procurator est simpliciter constitutus, non iurat de calumnia: nisi sit procurator Ecclesiarum, vt in c.super eo. & in cap.pen. infra eo. & auth. principales. C.eod. Sed procuratores aliorum non iurant: licet aliquãdo procurator vniuersitatis iuret, impropriè sumpto vocabulo,& remittit Inno. ad no.in c.pen. infra eod. de quo etiam per eum in d.c.1. vbi etiam dicit, quod speciale est in personis Ecclesiasticis, q iurent de calumnia per procuratorem, sine speciali mandato. de quo dixi supra eod.q.4. Et ideo olim dubitatio erat, quid agẽdum si procurator ageret, vel defenderet nomine absentis. quo casu dicebat Innoc. quod dabitur ei dilatio, vt denunciet domino, vt veniat iuraturus. argu. c.quoniam.§.quod si super. supra vt lite non cont. & C. vbi in rem actio. l.2.& supra de procu.c.dilectus. vel mittetur ei iuramentum, vt auth.principales. C.eo. vel scribetur iudici, sub cuius iurisdictione degit, quod illud recipiat, secundum Spe.in d.§.restat.ver.quid ergo fiet. & cuius expensis tunc mittatur, & sub qua forma tunc scribatur, dixi in c.1.supra in 4.prin.art.

¶ Quærit tamen Spe. in d.§.restat. versi.quid ergo fiet,
26 † quid si in procuratorio alias sufficienti ad causam, non exprimitur quod possit iurare de calumnia. & dicit quòd multi dixerunt quod potest iurare: alij contra. sed certè cum mandatum alias sit suffi-

sit sufficiens ad causam, iudex coget eum litem contestari, & postea tanquam dominus litis poterit iurare. Bald. verò in l. non solum. in prin. ff. de procur. dicit post Glo. quòd vbi procurator potest dici principalis, debet iurare de calumnia: vbi verò tanquam minister, non iurat ipse, sed dominus. Et subdit, quod principalis dicitur in tribus casibus. Primo, quando est procurator in rem suam, de quo dicam, q. 30. Secundo, quando suscipit defensionem animo nouandi, de quo dicam inf. q. 27. Tertiò, quando conuenitur ex propria satisdatione, de quo dicam in d. q. 27. sed extra istos tres casus, procurator dicitur exercere litem vt nudus minister, & non principalis, vt l. fi. C. de proc. & ideo non iurat de calumnia, quod dicit verum in iuramento, quod interponitur ad cõfirmationem, seu solennitatem iudicij post litem cõtest. sed vbi iuratur, nõ in figura iudicij, puta, in præparatorijs iudiciorum, tunc potest iurare de calumnia, vt singulariter notatur in l. qui bona. §. pen. ff. de dam. infec. secundum Bald. post Iac. But. in d. l. non solum. in prin. Et sic patet ex prædictis, quòd in hac q. olim varij varia senserunt, sed hodie ad declarationem prædictorum emanauit c. fi. eodem tit. li. 6. Sed quia ille text. habet aliquas dubitationes, ideo pro ipsius declaratione, & pro cõcordia multorum distinguo, quòd aut loquimur in procuratore ad negotia, aut ad iudicia. Primo casu, dic vt dicam in sequen. q. Secundo casu distingue, quòd aut procurator habet simplex mandatum, nulla facta mẽtione, quòd possit iurari de calumnia, aut habet mandatum generale, & etiam generaliter est sibi concessa potestas iurandi de calumnia, sed non ad certam causam. Aut habet mandatum speciale ad iurandũ de calumnia in certa causa. Primo casu dic, quod regulariter habẽs mandatum simpliciter ad causas, vel etiam ad causam, non potest præstare iuramentum calumniæ, ita dicit tex. in l. 2. §. sin autem. & authen. principales, eod. & quod no. ibi Cy. & antiqui Docto. & Glos. nostra, & Speculat. in locis superius allegatis, & tenet Dominus meus hic, & est communis opinio.

27 ¶ † Et hæc conclusio procedit etiam si procurator fuisset admissus cum cautione de rato, eo, quod dubitatum fuisset de mandato. text. est in l. 2. §. hoc etiam. & ibi not. Pau. de Cast. C. eod. tit.

¶ Hæc tamen conclusio, seu regula recipit plures fallentias.

28 ¶ † Primò fallit in causis clericorum agentium, vel defendentium nomine Ecclesiæ, quia tunc sufficit simplex mandatum, non autem requiritur mãdatum speciale, vt in c. pe. inf. eod. & ibi per Innoc. & Host. & sup. de proc. c. quia in causis, & per Inno. & Host. in c. 1. sup. eod. & per Spec. eod. tit. §. restat. circa fi. vers. Item etiam clerici. Et sequitur Dom. Ant. in c. 1. sup. eod. & Archi. 1. q. 3. c. fi. quod limita, si sit procurator datus generaliter ad omnes causas, secus si ad vnam causam tantum, quia tunc requiritur, quòd habeat speciale mandatum. no. Spe. in d. §. restat. vers. sed quid dices, & Archid. in c. præsentium. de testi. li. 6. super ver. Abbatem. & Henr. Bo. in cap. 1. sup. eod. ad quod vide, quæ latius dixi sup. eodem art. q. 4.

29 ¶ † Secundò fallit, si dominus ageret in longinquis partibus, quia hoc casu, admitteretur procurator ad iurandum de calumnia, licet non habeat speciale mandatum, secundum Vincen. qui sic residet in c. 1. supra eod. per c. petitor, sup. de procurat. licet Vincen. primo dixerit, quod dabitur primo dilatio procuratori, vt denunciet domino. argumẽ. l. 2. C. vbi in rem actio, & c. quoniam. §. quod super. supra tit. prox. Spe. vero, eo. tit. §. restat. vers. quid ergo. & seq. refert varias opinio. nec videtur aliquid firmare. Glo. vero super ver. ab vtraque. in c. cæterum, infra, tenet quod dabitur curator bonis, & ille iurabit de calumnia. arg. l. 1. & l. 2. C. de cura. bonis dan. Et hanc opi. videtur tenere Cy. post Iaco. de Are. in l. 2. §. si autem. C. eod. quod non placet Bar. ibi. mouetur, quia vbi datus est specialiter procurator, non est locus dationi curatoris, sicut tutela testamentaria excludit datiuam, vt ff. de testa. mili. l. sub condi. traditur in c. ex parte, 2. inf. de app. & ideo tenet, quod procurator debet admitti ad iurandum de calumnia, quia iura, quæ dicunt principales debere iurare, debent intelligi, quando dominus de facili potest haberi, simile in l. si longius. & quod ibi nota. ff. de iudic. sicut in simili dicimus, quod quando non est qui cedat actiones, competunt vtiles ipso iure, vt l. 1. C. de act. & obl. & in l. damni. §. fi. ff. de dam. infec. & hãc opi. tenet Bar. in l. qui bona. §. si alieno. ff. de dam. infec. sed Io. de Imo. ibi dicit, quòd illud simile de cessione non videtur bonum: quia cedere actionem, pendet ex facto alieno: & ideò si non est quid imputetur cedenti actionem: quia non põt habere copiam debentis cedere, subuenitur sibi: sed hoc videtur imputandum domino, qui cõstituit procuratorem ad agendum, & sciebat quòd non debebat admitti sine speciali mandato ad iurãdum de calumnia, vnde à principio debebat dare speciale mandatum: & ideo videtur, quod talis procurator non debebat admitti: & sic videtur, quod dandus sit curator, secundum quod voluit Glos. & Cy. vt supra dixi. sed in contrarium facit, vt dixi quia debet cessare legitimus administrator, ex quo habemus datiuum, vt l. si tutor. §. 1. ff. de tute. & rati. distra. sed dicit Ioan. de Imo. quod tenendo, quod tale mandatum non sufficeret, posset dici dandum curatorem, ex quo non habemus administratorem sufficientem: cum paria sint non esse, & minus vtile, vt in cap. secundo, supra de transla. Præla. & in l. quoties. ff. qui satid. cog. cum si. Sed forte posset dici, quod hoc casu non sit dandus curator, si dominus sit absens ex voluntaria causa: quia imputet sibi, quare non dedit speciale mandatum procuratori ad iurandum de calumnia: nec videtur iure cautum quod dari debeat curator bonis absentis ad iurandum de calumnia: sicut nec videtur iure cautum, quod dare debeat curator bonis absentis ad finem, vt moueat actiones competentes absenti. secus si esset absens ex probabili & necessaria causa. l. ab hostibus. in principio, ff. ex qui. caus. ma. Et ita videtur intelligenda Glos. ibi posita. Ex parte autem rei absentis, fortè posset dari curator bonis, si non defendatur: licet esset absens ex voluntaria causa, per l. sciendum. ff. ex quibus causis maior. & l. prima & secunda. ff. de cura. bo. dan. secundum Ioan. de Imo. in d. §. si alieno. sed Do. Ant. in d. c. cæterum. infra eo. sequitur opi. Bar. dicit tamen, quod etiam illa practica potest ser-

uari

nari vt detur curator: quia eo respectu, quo datur curator, nō est ibi procurator. scilicet quo ad finem iurandi de calumnia: non autem dabitur toti liti. facit quod supra dixi, secundum Ioan. de Imo. Dom. meus in d. c. cæterum, dicit, quòd non videt, qualiter dictum Domini Ant. possit procedere. nam curator datur bonis, seu administratori bonorum, vt l. in procurando. C. de nup. ergo non videtur posse dari ad istum actum tantum: videlicet ad iurādum de calumnia. sed hoc arg. iudicio meo non astringit multum: quia etiam curator datur bonis minoris, & quandoque tamen datur ad vnam litem, vt in rubro & nigro. C. de in li. dan. tuto. & cu. & in l. & si ad speciem. ff. rem ra. ha. & ibi no. & quia idem iuris videtur esse de parte, quo ad partem, &c. vt in l. quę de tota. ff. de rei vendi. ad idem, c. fi. de iud. lib. 6. cū ibi notatis. Mouetur etiam Dominus meus: quia de calumnia iurat Dominus, vel habens administrationem, vt l. 2. C. eodem, & no. per eum in cap. 3. & seq. supra eod. quia isti præsumuntur scire qualitatem causæ, an sit iusta vel non. sed si iste curator datur tantum ad actum iurandi, non videtur posse iurare: cum prorsus sit expers negotij, nec habeat ad administrationem: cum & ipse Syndicus, qui habet generalem administrationem repellatur ab actu iurandi, si ignorat conditionem causæ, vt dictis iuribus. facit tex. noster, & latius dicam inf. q. 38. & pro dicta opinio. etiam allego: quia cum ipse nō sit causam agitaturus, non potest præstare iuramentum in forma secundum plura capitula, quæ debent continere iuramentū calumniæ, secundum quod dicam in c. fi. inf. eod. arti. 12. Quamuis Bal. in c. cæterum, infra eod. dicat q̄ etiam potest constitui curator ad actum iurandi tātum, per no. l. ab hostibus. in prin. ff. ex quibus caus. maior. & ita refert ibi Zaba. sed contra hoc obstant ea, quæ statim dixi. Et subdit Dominus meus, quod nō potest dari curator ad totam causam, cum iam sit procurator constitutus à vero Domino: & sic non sunt bona vacantia, quibus solet curator deputari: quare Do. meus sequitur opin. Bar. vt procurator admittatur: sed cū hac limitatione, quod si procurator fuit generaliter cōstitutus ante litem motam, admittatur, cum non sit quid imputetur: cùm probabiliter ignorauerit causam mouendam contra alium. vnde non potuit dare speciale mandatum ad iurandum secundum formam, de qua per eum hic, de qua ego latius dicam in c. fin. inf. eod. in 12. artic. princ. Et ratione absentiæ multa permittuntur, vt in c. fin. de sepul. lib. 6. & quod legitur & notatur in c. tum ex literis. supra de restit. in integ. & in c. si Episcopus. de sup. negl. Prę-lato. lib. 6. & tenet Dom. meus. sed si dominus citatus constituit procuratorem, & se absentauit non dando speciale mandatū iurandi de calumnia: tunc putat Dominus meus, quòd dominus poterit, tanquam contumax cōdemnari in expensis: quia non constituit procuratorem legitimum. argum. c. constitutus. & c. auditis. de procur. putat tamen, quòd volente aduersario, poterit admitti: quia non agitur hic de magno præiudicio. Et potest tale iuramētum calumniæ tacitè omitti, etiam præsente parte, vt in c. 1. eo. ti. lib. 6. de quo latius dicam in c. cæterum. inf. eo. art. 10. Et hæc opin. videtur mihi satis æqua. & adde quæ dicam in seq. fallen.

30 ¶ † Tertiò fallit, si periculum esset in mora. hoc tenet Io. de Imo. in l. qui bona. §. si alieno. ff. de dam. infe. per illum tex. tenendo, quòd in casu illo admittatur procur. sine mandato, de quo in seq. fallentia, & mihi placet. faciunt quæ dixi in præced. fallentia. Et quia sicut ratione absentię necessaria plura conceduntur, quæ aliàs non concederentur, vt dixi in pręced. fallen. ita ratione celeritatis, secundum Vincentium, Do. meum, & Doct. in cap. 2. inf. de ordi. cog. 8. q. 4. c. nonne, & l. de pupillo. §. si quis riuos. ff. de ope. no. nun. & per Io. An. in addi. Spec. de peti. & poss. §. 1. versic. sed nunquid intentari. & quod latius dixi in c. fi. supra de foro compe. super Glo. fin. in materia iuris reuocandi domum. in 7. quest. prin. versi. 17. Exceptio. & quod no. in Clem. 1. de re. ecclesiæ non alienandis, per Zabarel. vbi dicit, quòd quandoque ratione celeritatis, omittitur forma requisita, & quandoque etiam occultatur, seu omittitur medius actus requisitus, vt l. singularia. ff. si certum peta. & l. 3. §. si debitor. ff. de donatio. inter virum & vxorem.

31 ¶ † Quartò fallit in iuramento calumniæ, quod non est solennitatis, sed probationis: quia tale iuramentum potest præstari à procuratore simpliciter constituto, vt l. Prætor. in princ. ff. de dam. infec. tenet Barto. in l. qui bona. §. si alieno. ff. eo. & vt intelligas, illa iura loquūtur in eo qui timet sibi damnum inferri: quia si iurat de calumnia pro dam. infec. tenetur aduersarius cauere, si prætori visum fuerit, vt d. l. qui bona. §. qui damni. & si tale iuramentum succedit in locum probationis, in princip. & d. §. si alieno. & hoc iuramentum potest præstare simplex procurator, sine speciali mandato, vt dictis iuribus. & tenet Glo. mag. in §. si alieno. ibi dum dicit, simplex procurator. & alia Glo. parua dum dicit, superficiarius vel procurator. Nam in eo quod dicit, superficiarius, constat, quòd habet mandatum super illa re. l. 1. in fi. ff. de ope. no. nunc. & l. hoc amplius. §. si tantum. ff. de dam. infe. & ita pronunciauit Clemēs quartus, qui fuit bonus Iurista, vt dicit Spec. eod. titu. §. restat. ver. quid ergo. & versic. se. & hanc opi. sequitur Bart. in d. §. si alieno. quia tale iuramentum præstatur super his quæ sunt modici præiudicij. l. thesaurus. ff. ad exhi. & sic, cum non requiratur speciale mādatum: hoc casu apparet quòd non debet præstari in animam domini, de quo dicam in c. fi. inf. eod. art. 11. sed Io. in c. fi. eod. titu. lib. 6. tenet, quòd requiratur speciale mandatum. sed Io. de Imo. in d. §. si alieno. concordat prædictas opin. dicens quod aut procurator vult iurare vt verba Prætoris sonant, videlicet eum, cuius nomine postulat, calumniæ causa non fuisse postulaturum: & tunc videtur, quòd debeat habere speciale mandatū: quia aliàs non videtur hoc posse iurare. & sic procedat secunda opin. Ioan. aut ipse vult iurare, quod credit eum, cuius nomine postulat, non fuisse postulaturum calumniæ causa, & tunc procedat prima opi. Et quod hæc secunda forma iurandi admittatur, videtur fuisse de mente Glo. in l. Prętor. in prin. super versi. fuisset, in fi. ibi, hic de credulitate. ff. de dam. infec. Idem tamen Io. de Imo. in d. l. Prætor. in prin. dicit, quod est speciale in casibus illarū legum propter periculum quod versatur in mora, per l. 1. ff. de dam. infe. quod facit ad id, quod dixi in præced. fal.

sed

sed Glos. in d. c. fin. eodem titulo, lib. 6. intelligit §. si alieno. & alia similia iura, quando procurator haberet speciale mandatum secundum formam dic. capituli finalis. sed mihi plus placet præcedens intellectus.

32 ¶ † Quintò fallit secundùm Bald. vbi proceditur de bono & æquo, quia tunc procurator iurat de calumnia, etiam sine speciali mandato, ita tenet Bald. per d. §. si alieno. Pro cuius §. intellectu, vide quæ dixi in præced. fallentia.

33 ¶ † Sextò fallit, vbi non iuratur in figura iudicij: puta, in præparatorijs iudiciorum, vt not. singulariter in d. §. si alieno. secundum Iac. But. & Bald. in l. non solum. in prin. ff. de procu.

34 ¶ † Septimò fallit, quando procurator esset litem contestatus, quia ex quo est effectus dominus litis, potest iurare de calumnia, secundum aliquos, sed reprobat hoc Glos. fin. in fi. in c. fi. eodem tit. lib. 6. per illum tex. & bene.

35 ¶ † Octauò fallit in procuratore in rem suam, de quo dic, vt dicam inf. qõ. 30. Et ex prædictis habes expeditum primum membrum, quando procurator habet solummodo mandatum generale.

36 ¶ † Circa secundum membrum, quando procurator habet mandatum generale, & generaliter est sibi concessa potestas iurandi de calumnia: vtrum sufficiat. Spe. eod. tit. §. restat. ver. quid ergo. dicit, ꝙ sufficit, licet non fuerit adiectum, in qua causa deberet iurare, per no. in Clem. non potest, de procur. vbi videtur bonus text. & ibi no. Ioan. de Imo. & ibi dixi in primo notab. facit l. qui bona. §. si alieno. & quod ibi not. Barto. ff. de dam. infec. & per Bart. in l. secunda. §. si autem. & authent. princip. C. eodem tit. Ioann. in cap. fi. eodem titu. lib. 6. dicit, quod sæpius vidit admitti talem procuratorem. dicit tamen quod ille text. facit in contrarium ibi dum dicit, ad causam, loquendo singulariter, & postea dum subdit, in ea, quasi secus videatur, si constituatur ad plures causas, ad idem c. procurator. de elect. lib. sexto. Item assignat rationem, quare datus specialiter ad vnam causam iurat, vt dicam in sequenti membro: & nõ si datur generaliter & maximè ad futuras causas: quia tunc non debet admitti: quia fortè negabit, quod confiteretur, si instructus esset a prin. secun. Io. sed Io. de Fãtu. ibi allegat Bar. in contrariũ. tenet tamẽ opi. Io. & ita tenet Ia. But. in l. si procurator. C. de procura. vbi dicit, quod ad hoc, vt procurator possit iurare de calumnia, oportet quod sibi sit specialiter demandatum, vt iuret in tali causa specificata, quam habet contra talem, de tali re in animam Domini: aliàs Dominus non incurreret periurium ex iuramento procuratoris: cum non videatur mandasse delictum, vt l. 3. si procurator. ff. quod quisque iur. & l. creditor. §. pe. ff. manda. dicit tamen ꝙ pro communi practica facit Cle. non potest. de procu. & sic etiam residet dominus Dominicus. & hanc op. sequitur hic Dominus meus, & dom. Ant. per prædictas rationes, & eandem opi. tenet Bar. in l. qui bona. §. si alieno. ff. de dam. infec. vbi dicit, ꝙ non sufficit dare mandatum ad iurandum de calumnia, nisi dicat, in tali causa, per l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acqui. hæ. Nec sufficeret dicere in causis, quas est habiturus, quia si ibi est speciale, ergo in contrarium est ius commune. Inn. credit plus: videlicet quod exprimatur, quod iuret in animã Domini, vt ibi patet. sed in alijs sufficit, quod habeat speciale mandatum ad iurandum in tali causa, quã habet cum tali, licet non fiat tanta expresio, vt voluit tex. in d. c. fi. eo. tit. lib. 6. si bene inspiciatur. subdit tamen Bar. quòd si ista seruata non fuerint, non vitiarẽ processus: quia si omissio iuramenti non vitiat, vt in cap. primo, eodem tit. lib. sexto. multo minus inepta prestatio iuramenti. argumen. l. 1. §. 1. C. de rei vxo. ac. dicit tamen, quod communis obseruãtia, à qua non est recedendum, se habet quod sufficit si habet mãdatum speciale ad iurandum de calumnia: licet non exprimatur causa, per d. Cle. non potest. secun. Bart. in d. §. si alieno. & dicit ibi Io. Im. quòd pro communi obseruantia facit, quia communiter procuratores non inchoant causas sine cõsensu & cõscientia Domini: & sic eo ipso, ꝙ Dominus consentit litem moueri, in consequentiam consentit quod iuret de calumnia si petatur: cum aliàs nõ possit causam agitare. arg. l. secundę. ff. de iurisdict. om. iud. & l. ad rem mobilem. & l. abnegatum. ff. de procu. sed hæc ratio non concludit: quia si vera esset, idem concluderet, si nullum haberet mandatũ ad iurandum de calumnia: quod tamen est falsum, vt dixi in præce. membro. Et eandem opi. tenet Bar. in l. secunda. §. sin autem. C. eo. per d. §. iussum, & l. primam. C. etiam per procu. in integ. restit. postu.

37 pos. † & ratio est, quia si mandatum esset simpliciter ad iurandum de calumnia, intelligeretur in causis iustis, & sic non ligaret Dominum, vt in d. §. sin autem, & quod supra dixi, quæ verba sunt perpetuò notanda, secundum Paul. de Cast. ibi, quia per prædicta possẽt infringi multi processus: quia, vt patet, procuratores constituuntur ad lites & causas, cum mandato iurandi de calumnia: & non specificantur causæ. vnde si virtute talis mãdati iurat, habetur pro non iurante, quia non sufficiens. Et si pars aduersa petit iurari, & non fuit iuratum, vt debuit, processus erit nullus, per l. 2. §. sed quia veremur. C. eodem, secundum Pau. sed Bar. in d. §. si alieno, voluit contrarium quò ad validitatem processus, & illa opin. est æquior.

¶ Circa tertium membrum, quando habet speciale mandatum ad iurandum de calumnia in tali causa: & sic specificè, licet olim aliqui dubitauerint, hodie est tex. apertus in l. fi. eod. tit. lib. 6. quod talis potest iurare de calumnia. Et aduerte, quia eo casu, quo procurator dicto modo habet sufficiens mandatum ad iurandum: iudex non solum potest admittere, vt dicit text. in d. c. fi. imò iniuriam facit non admittendo, vt dicit ibi Ioan. quia ipse Dominus videtur iurare, ex quo dat mandatum ad iurandum in animam suam. ex quo etiam infert, quòd Dominus, tanquam iustior non potest vocari: cùm ipse iurat per illum tanquam per Picam, & organũ, licet secus sit in responsione facta ad positiones, & sequitur Dominus meus hic, & tenet etiam Dom. Antonius, qui dicit, quòd in omnibus casibus, in quibus dicimus procuratorem pro Domino admittendum, quòd admitti debet ex iuris necessitate, licet cap. fin. eodem titu. lib. sexto, loquatur per verba positiua dum dicit, tibi iniuriam. Et hoc verum, nisi allegaretur aliqua causa: quia principalior esset iustior, sed in hoc vltimo, contrarium tenet Dominus meus

meus (vt statim dixi) de quo latius dicam inf. q.39. & pari ratione, sicut iudex necessitatur admittere talem procuratorem: ita per contrariũ, si habet sufficiens mandatum, potest compelli per iudicem ad iurandum: nec appellatio eũ defendit, vt no. Fran. Vercel. in c.cęterum. infra eodem. quod limitat hic Ioan. de Lign. nisi allegetur aliqua iusta causa, propter quam non teneatur iurare, & sequuntur ibi D. Anto. Dominus meus, & communiter Doct. & mihi placet. & ex his habes plenissimè & notanter expeditam hanc difficilem q.

38 ¶ † Vigesimoquartò quæro, quid de procuratore ad negotia, qui pro suo principali potest agere & defendere, vt in c.qui generaliter. de procur. lib.6. vtrum talis possit iurare de calumnia. & videtur dicendum quòd non: quia talis non agit causas requirentes speciale mandatum. Sol. Dicit Ioan. quòd si talis agit de facto proprio, valet quod ipse gessit: cum satis sit instructus in illa causa, iurare potest: secus in negotio gesto per alium. arg. 4. q.3. cap. serui neque. & in l.seruos. C. de testi. vbi seruus de facto suo, siue per se gesto interrogatur aduersus Dominum, & pro Domino, secũdum Ioan. & Pet. de Ancha. in cap.fi. eo.tit. lib.6. & sequitur hic Dominus meus. sed tamen ista ratio non omnino concludit: quia licet sit instructus, requiritur speciale mandatum ad iurandum, vt d.c.fi. eo.tit. lib.6. Item debet iurare in animam Domini propriam, vt no. Glo. in c.2. eo.tit. lib.6. de quo dicam in c.fi. infra eo. artic. 12. vnde videtur quòd nõ possit iurare in animam Domini: nisi ab eo habeat speciale mandatũ, quia per suum iuramentum non ligaretur Dominus: nisi haberet ab eo speciale mandatum, vt in c.fi. de iureiu. li.6. Et si litiget super negotio à se gesto: tamen agit vt procurator Domini. Et sic non obstat. §. serui neque. quia ibi interrogatur seruus de facto suo alio agente, non ipso. Et sic residet dominus Dominicus in d.c.fi. propterea tex. in d.c.qui generaliter. vult, quòd licet procurator constitutus ad negotia possit agere & defendere, non tamen potest ea, in quibus requiritur speciale mandatum: sed ad iurandum de calumnia, requiritur speciale mandatum. d.c.fi. & dixi in q.præce. ergo &c. Propterea si procurator directè constitutus ad iudicia non potest iurare sine speciali mandato, vt dixi in quæst. præced. quantominus hoc debet posse procurator ad negotia.

39 ¶ † Vigesimoquintò quęro, quid de syndico Ecclesiæ, collegij, vel vniuersitatis. Sol. Glo. hic tenet quòd iurat de calumnia, sequitur hic Ioan. quòd tamen dicit procedere in syndico cõstituto: secus in speciali ad certam causam, & allegat Spe. eo.tit. §. restat. ver. quid dices, & sequitur Zab. hic: Do. meus hic distinguit, quòd aut est syndicus generalis, quia est datus ad omnes causas: & talis, tanquam habens legitimam administrationem, iurat de calumnia in animam suam: dummodo habeat notitiam causæ vt hic. Et idem in quolibet legitimo administratore. de quo dixi, q.14. & pluribus sequentibus, quod procedit etiam, si syndicus esset datus sub nomine procuratoris: satis enim est, quòd fuerit generaliter constitutus à collegio, vel vniuersitate. nõ enim est vis in nomine, vt in c.petitor. supra de procu. facit l.ff. quod cuiusque vniuer. nom. & quod no. Innoc. in c.pen. infra eo. Aut syndicus habuit speciale mandatum, seu est specialis ad certam causam, & tunc ista æquiparatur procuratori: non enim habet tunc ita legitimam administrationem, vt dicit hic Ioan. & Archi. in c.2. de testi. lib.6. & Domin. meus in c.1. supra eo. tit. Et in hoc dicendum est, vt dixi de procuratore, supra q.23. Et secundum prædicta intelligo Glo. pen. in c.1. supra eodem.

40 ¶ † Vigesimosextò quæro de actore pupilli & minoris. Sol. Glo. in auth. principales. in verbo, curatores. eo.tit. dicit, quòd iurat de calumnia, si modo sit cum decreto constitutus, per l.neque. C. de procu. & tenet Dominus meus hic, quod intelligo secundum ea, quæ dixi q.14. & q.præce. & vide quę dixi supra de libe. obla. art.17. q.9.

¶ Vigesimoseptimò quæro, quid de defensore. Sol. Spec. eo.tit. §. restat. ver. quid de defensore. dicit, quòd defensor qui satisdedit de iud. sol. iurat, secundũ aliquos. alij contra. de quo remittit ad no. in l.non solum. in prin. ff. de procu. & in l.2. §. fin autem. in prin. C. de iura. calu. sed Io. ibi in addi. dicit, quòd Albe. Gale. voluit quod si defensor conuenitur in causa princ. iurat ipse de calumnia: sed si conuenitur fideiussor ab eo datus actione ex stipulatu: tunc iurat fideiussor, vt ibi no. Do. Ant. hic concludit post Bart. quod aut defensor interuenit animo nouandi, & iurat tanquam procurator in rẽ suam. de quo statim dicam, q.30. quod intellige, secuta litis contestatione. Nam antea, per iudicium non fit nouatio. ff. de noua. l.delegare. no. Bal. in l.non solum. in prin. ff. de procu. Aut non intercessit animo nouandi: sed repetendi, & distingue, vt dicit Gl. in d.l.non solum. ff. de proc. & in d.l.2. §. fin autem. C. eo.tit. Quod aut conuenitur ex propria obligatione, & iurat de calumnia: aut ex promissione Domini, & iurat Dominus, vt d. §. fin autem. Aut intercessit animo non repetendi: & ipse debet iurare, per l. solutionem. ff. de sol. & l.soluendo. ff. de iudi. ita dicit Bar. in d. §. fin autem. & Do. Ant. hic.

41 ¶ † Vigesimooctauò quæro de coniuncta persona. Sol. Spec. eo.tit. §. restat, versi. Item coniuncta persona. dicit, quòd coniuncta persona alieno nomine defendens, iurat secundum formam authenticæ, principales. C. eo.tit. secundum Vber. & Ioan. de Deo. sed dicit ibi Ioan. in addi. quod istud est verum in his, quæ respiciunt ipsam coniunctam personam, secundum quod dicam in seq. quæst. vnde communius tenetur, principalem debere iurare, quod tenet Gulie. in l.si maritus. C. de procura. quia licet lex permittat agere coniunctam personam, non tamen facit eam procuratorem legitimum. ff. iudi. sol. l.3. §. sed si. sed Dom. Anton. hic dicit idem in coniuncta persona, quod in defensore, de quo in quæst. præced. sed Barto. in l.2. in princip. C. eod. distinguit, quod aut est casus, in quo coniuncta persona admittitur contra voluntatem, & dic vt dicam in seq. quæst. Aut est casus, in quo admittitur: sed non contra voluntatẽ, sed præter: & potest iurare de calumnia: quia quantum ad istum actum videtur legitimus administrator, quia facit legis authoritate, secundum Bar. in d.l.2. §. fin autẽ. C. eo. & idem Bar. in l.qui bona. §. si alieno. ff. de dam. infe. mouetur: quia aliàs leges, quæ permittunt personas agere, essent factæ ludibrio. Et idem

tenet Pau. de Cast. in d. l. 2. in prin. C. eodem. sed tu aduerte: quia, iudicio meo, iste articulus est satis dubius, in quo sic arbitror dicendum, quòd aut coniuncta persona venit vt defensor, & dicendũ est, vt dixi in quæstio. præced. aut venit vt actor, & subdistingue, quòd aut est pater vel auus, seu alius ascendens habens in potestate, & hoc casu, quia tales habent legitimam administrationem à lege, ideo possunt exigere speciale mandatum, vt l. patri. in principio. ff. de mino. Ad quod vide quæ dixi sup. quæstio. 15. Aut non est pater, vel auus, sed alia coniuncta persona habens in potestate, & videtur mihi maius dubium: quia licet coniuncta persona posit cũ cautione rati agere, non tamen est procurator: & posito, quod esset, non tamen est legitimus administrator: & si esset simplex procurator, non potest iurare de calumnia, vt dixi q. 23. quia talis coniunctio personæ non supplet in exigentibus speciale mandatum, vt l. exigendi. C. de proc. per Cy. & per Do. Ant. in d. c. cum M. & probatur arg. à speciali, in patre, vt d. l. patri. ff. de mino. & quod no. in l. maritus. C. de procur. & ibi per Iaco. de Are. in contrarium tamen fortiter stringit arg. Bar. quod cum iuramentum sit præstandum, & eius omissio vitiet si petatur & nõ præstetur, vt dicam in cap. cæterum. inf. cod. art. 10. iura quæ dicunt, quòd cõiuncta persona admittitur ad agendum pro coniuncta persona, videtur esse ludibrio. Quare in hac dubietate arbitror dici posse, quod ideo illa iura non erunt ludibrio, quia iure Digestorum, nõ erat cognitum iuramentũ calumniæ, nisi in certis casibus: vel si erat cognitum, etiam simplex procurator illud præstabat, secũdum quod dixi sup. in rub. in 3. princ. artic. vel tunc tale iuramentum erat probationis, & non solennitatis, & præstabatur sine speciali mandato, vt dixi supra, q. 23. quare remanet dubium, quid iuris hodie. circa quod dicerem quòd in his casibus, in quibus simplex procurator admittitur ad iurandum de calumnia, de quibus dixi q. 23. admittatur etiam coniuncta persona, sed in alijs casibus non admittetur, sed poterit petere dilationem ad denunciandum domino, si pars aduersa exigeret hoc iuramentum, quia si non exigitur, omissio non vitiat, vt dicam in c. cæterum. infra eodem, art. 10. & hæc notabis, quia sunt subtilia & à nemine tacta.

42 ¶ † Vigesimononò quæro de comparente in iudicio pro inuito: vtrum posit iurare de calumnia. & vt intelligas, pone exemplum in parentibus, filijs, & illis de cognatione, qui possunt agere pro inuito, qui forte volens trahitur in seruitutem, vel est in quasi possessione seruitutis, non vult trahi in libertatem, vt l. 1. 2. 3. 4. & 5. ff. de lib. causa. vel pone exemplum, si aliquis appellat pro aliquo damnato ad mortem, ipso nolente, vt l. non tantum. ff. de appellat. & l. addictos. ff. de appellat. & 2. quæstio. 6. c. non solent. Sol. Dic, quòd talis iurat de calumnia, quia suam quodammodo causam dicitur agere propter suum dedecus, & interesse. ita dicit Glos. magna, in l. secunda, in principio. C. eodem. Et sequuntur tibi Bartolus, & Doctor. & Pau. de Castro, & mihi placet.

43 ¶ † Trigesimo quæro, quid de cesionario, seu procuratore in rem suam. Sol. Gl. in l. 2. §. si autem alterutra. C. eo. tenet, q͂ præstet iuram. de calumnia, siue agat vtili nomine suo, siue directo nomine cedentis, cum sit causa eius propria, quia damnum, & emolumentum eius. 2. q. 6. §. biduum. & in l. qui stipendia. C. de procur. vbi de hoc, nisi reus opponat, quod procurator est suspectus, vel dominus est legalior, de quo dicam infra, quæst. 39. & tenet Azo in summa, eodem titu. circa medium. & Vincent. in c. fi. j. eodem. & idem Spec. eod. tit. §. restat. ver. procurator. & in ti. de procur. §. sequitur. versi. sed quæritur, an talis. Bald. etiam in l. non solum. in princ. ff. de procur. Placent. verò tenuit contrarium in secundo casu, scilicet quando ageret nomine cedentis. Simon. Vincen. in c. fi. inf. eo. dicebat hoc à iudice ex causa æstimandum, per id quod dixi de suspitione cesionarij, & legalitate domini. Iaco. de Are. vt not. Cy. in l. fi. C. de procu. dicit, quod si periculum causæ pertinet ad cedẽtem, vt quia cesit actionem suo periculo mouendam, vt traditur in l. si mandato. §. fin. ff. manda. tunc cedens iurare & respondere debet, & sic loquitur l. si actor. ff. de procu. Aut ad cedentem non pertinet periculum, sed ad cesionarium, & tunc cesionarius debet iurare & respondere, quia responsio cedentis non est admittenda, cũ nõ posit præiudicare cesionario post ius sibi quæsitum per cesionem. argumen. l. si partem. in fine. ff. quemadmodum ser. amit. vnde dicitur propria causa cesionarij. l. qui stipendia. ff. de procu. & ff. quando app. sit. l. prima. §. in propria. & ita residet Cyn. in l. fin. C. de procur. & ibi Pau. de Cast. & idem etiam sentit in l. 2. §. si autem. C. eodem, & tenet Domin. Ant. hic, & vide Ioan. in addi. in titu. de defen. in fi. & in titu. de cesi. ac. §. primo. vers. sed nunquid. sed Ioan. in addit. Specul. eodem titulo, §. restat. versic. procura. autem, dicit secure tenendum, quod etiam eo casu, quo cedẽs iurat de calumnia, nihilominus cesionarius, qui litem prosequitur, iurare tenetur in animam propriam, per c. 2. secundo responso. eo. tit. lib. 6. Circa enim inclusa in iuramento calumniæ, de quibus dicam inf. eod. cap. fin. art. 12. longe plus respiciunt prosecutionem litis, quàm iustitiam negocij principalis, vt patebit ex ibi dicẽdis: nec esset absurdum, quòd etiã de iustitia principalis causæ iuraret, de quo remittit ad no. per se in addit. in tit de aduo. §. 1. ver. Item quod est præuaricator, & idem tenet dictus Ant. hic.

44 ¶ Trigesimoprimò † quæro de nominante dominum in iudicio, vtrum iuret de calum. Sol. Dic, de hoc vt latè dixi in c. quoniam. §. quod si super. sup. vt li. non cont. in 8. prin. art. q. 3.

¶ Trigesimosecundò quæro de patronis & aduocatis causarum, vtrum iurent de calum. Sol. Tex. in l. 2. in princ. C. eo. tit. videtur velle, q͂ sic, & idem videtur velle text. in l. rem non nouam. §. patroni. ff. de iudi. illi tamen text. non loquuntur specificè de iuramento calumniæ, sed videntur loqui de iuramento alterius formæ. Bart. tamen in d. l. 2. per prædicta iura notat, quod debeãt iurare de calumnia. dicit tamen, quod hoc non seruatur de consuetudine, & idem dicit ibi Bald. Cyn. verò in l. 1. in fi. C. eod. arguit primò, quod non debeant iurare, quia solùm in facti narratione, & non in iuris dispositione, potest committi calumnia, quia iura sunt certa, ff. de iuris, & facti ignoran. l. secunda. facit l. prima. C. eodem.

¶ Subdit tamen, quòd Petrus tenuit cõtrarium: mouetur, quia tam in legibus inducendis, quàm in ipsis interpretandis, potest quis calumniari. Dominus meus in c.1. supra eod. dicit, quod aduocatus tenetur iurare de calumn. vt d.l.2. & l.rem non nouam. C. de iudic. sed hodie de consuetudine non seruatur. Et quod fortè talis consuetudo non valet, tanquam peccati nutritiua, & præbens materiam peccandi, vt in c.ex parte. & in c.fi. de consuetud. & optimum esset, vt ea non obstante, tale iuramẽtum ab aduocato exigeretur, subdens, quod audiuit à valentissimo aduocato, quòd sæpè per importunas preces amicorum assumunt causas iniustas, & quod credit eos teneri in foro animæ ad interesse, si per iniustas, & falsas allegationes pro eorum clientulo sententiam obtinerent. facit gl. in c.1. de confes. li.6. Et quod no. Inno. in c.sicut dignum. & in c.ad audientiam. inf. de homic. quod mihi placet. Ad quod vide quod latius dixi, quò ad hoc vltimum, in titu. de postu. Et vide Beatum Thomam, 2.2. q.71. artic.3. Aduerte tamen, quod Abbas, Host. & Io. in c.cæterum. inf. eod. dicunt, ꝙ talis consuetudo non valet. Sed Iac. Butr. nihil dixit falsius, quia sicut non valet consuetudo, quòd non iuretur de calum. vt d.c. cæterum. & ibi dicam, art.9. ita non valet hoc casu, maximè, quia fortius sunt comprimendi aduocati, tanquam magis cauillosi & calumniosi. C. mandati. l.ab Anastasio. & in Authẽ. constitutio, quæ ex ascripti, in prin. collat. quinta. & ratio est, quia (vt dixi) parat ad peccandum. dicebat tamen Specul. quòd etiam hodie iurare tenentur, vt in constitutione Gregorij XI. quæ incipit, properandum. ita dicit Specu. in tit. de aduoc. §.1. vers. Item quod est præuaricator. sed dicit ibi Io. quòd illa est reuocata, quòd nõ fuit posita in compilatione 6. Et subdit, quòd circa prędicta emanauit constitutio Benedicti, quæ incipit, actores. Quæ magis alleuiabat aduocatos in hoc, quia lex, rem non nouam, volebat in singulis causis iurari, sed constitutio Greg. in omni foro: constitutio verò Benedicti volebat, quòd aduocati præstarent iuramentum calum. semel in anno, pro omnibus causis. sed (vt dixi) de facto est consuetudo, ꝙ iurent, nec omissio talis iuramenti vitiat. ita dicit Glos. in d.l.rem non nouam. & Bal. ibi, esset tamen bene factum, quod iurarent.

45 ¶ Trigesimotertiò † quæro, vtrum qui tenet vicem duorum, actoris, scilicet & rei, teneatur iurare de calum. pro vtroque. Sol. Gl. in auth. princ. C. eo. dicit, quòd si tutor duorum pupillorum pro vno agat, & pro alio defendat, pro vtroque præstabit iuramentum calum. ff. de autho. tuto. l.accipiẽtis. subdit tamẽ, quòd si hoc faceret, deieraret, quia impossibile est, quod credat vtrumque bonam causam habere. concludit ergo quòd non potest esse pro vno actor, & pro alio reus. ff. de procur. l.licet. §.si plures. Et ad l.accipientis. respondet quod loquitur quando vnus pupillus agit contra extraneum, & alius pupillus conuenitur ab eo extraneo, nam sufficit vnũ iuramẽtum tutoris pro vtraque causa. vel loquitur ibi secundum antiqua iura, quando non iurabatur. vel potest dici, quòd potest intelligi de præstando ab ipsis pupillo, quod fieri potest, vt dixi sup. q.5. Et prædictas sol. ponit gl. in d.l.accipientis. facit ꝙ not. Bal. in l.fin. §.necessitatem. C. de bonis quæ libe. vbi dicit, quod licet pater duorum filiorum simul inter se agentium possit vtrique consentire, non tamen pro vtroque potest litem contestari, propter repugnantia officij, per d.l.licet. §. si plures. vbi non potest quis esse procurator actoris & rei. sed aduerte, quia videtur, quòd pro vtroque possit habere bonam fidem: puta propter euictionem conseruandã, vt l.qui ex libertate. ff. de iniurijs, & ff. de neg. gest. l. atqui. §.cum me absente. vnde eo casu potest vtriqꝫ pupillo authorari, & pro vtroque pupillo iurare, & idem si per alium modum haberet bonam fidem, vt l.inter pupillos. ff. de auth. tuto. Et opin. ista communiter approbatur. Nec ob. §.si plures. quia ibi loquitur in proc. qui debet damnari, vt l.1. C. de sent. secundum Iaco. de Are. in d.l.accipientis. sed Io. in add. Spe. in eo. tit. §.sequitur. ver. quid si moueo. dicit quòd consilium est, quòd in altera det actorem, secundum quod in simili no. Spec. in tit. de aduoc. §.1. vers. quid si aduocatus, in aduocato qui habet feudum à duabus ecclesijs: & quamlibet tenetur iuuare, si vna ecclesia agat contra aliam.

46 ¶ Trigesimoquarto de appellante, † vtrũ appellans teneatur iurare de calum. Sol. Videtur dicendum ꝙ nõ, per tex. in c.si à iudice. de appel. lib.6. & per ea, quæ dixi in c.2. sup. eo. art.6. in 3.q. prin. ver. secundò mouetur. sed tu distingue, quòd aut quæritur de iudice à quo appellatur, an possit exigere iuramen. calumniæ ab appellante, & non potest. ita procedat c.si à iudice. Aut quæritur de iudice ad quem, vtrum possit in causa appel. exigere ab appellante tale iuramentum: & dic quod potest. & non solum ab appellante, sed etiam ab appellato, & vide quæ dixi in c.2. sup. eo. in 6. prin. ar. vers.21.

¶ Trigesimoquinto quæro de excommunicato. Sol. Gl. 1. in c.pe. inf. eo. arguit, quòd non iuret de calum. & finaliter concludit in contrarium, quia ex quo permittitur, & tenetur respondere, & per cõsequens omnia permittuntur, &c. Idem sensit Ioã. in d.cap.pen. cum istud iuramentum sit oneris. facit quod notatur in c.cum in eccles. de maio. & obed. in c.literas. de præsumpt. & idem etiam tenet glo. in c.cum inter. de excep. & est communis opinio. tenet Dominus meus in d.ca. pen. quia hoc iuramentum non respicit commodum excommunicati, sed potius incommodum, ne veritatem inficietur, vt in d. c.cum inter. & c.1. de purga. cano. & ca. ex par. j. de verb. signif. & mihi placet. ad quod vide, quæ latius dixi in c.sacris. inf. de sent. excomm. in 19. princ. art. in 2.q. princ. in primo membro, vers. circa octauum dubium. vbi omnino vide. & in d.art. in 5. quæstio. prin. in 3. membro.

47 ¶ Trigesimosexto † quæro, quid de eo, qui voluit, vel iurauit non iurare. Sol. Spe. eo. ti. §.superest. ver. quid si reus. quod talis nihilominus tenetur iurare, secundũ Bulg. & sibi imputet ꝙ iurauerit, aliàs daretur sibi facultas eludendi leges, quod esse non debet, vt l.2. §.sed quia veremur. C. eo. ti. sup. de postu. præl. c.bonæ. prope fi. leges enim non debent esse ludibrio. C. de bo. quæ libe. l.fi. §.vbi aũt. & ad idẽ facit l.fi. C. de fi. inst. per quã l. idem tenet Alb. Gal. in fi. istius ti. ad idem, 22.q.4. §.illicitum. 2.q.2. c.beatus. & inf. de iureiu. c.veniẽtis. 2.q.4. c.1. & 2. Quidã tamen, inter quos fuit Oldr. vt refert Franc. dicunt, tali remittendum fore iuramentum, quia scriptum est,

est, vouete & reddite. inf. de voto. cap. magnę. ita refert Spec. & Io. post eum in d. ver. nec aliter eligit. vř tamen potius inclinare in primam sententiam. pro qua facit ꝙ tradit idem Spe. in ti. de actore. §. 1. vers. sed quid si iurauit. vbi licet pater iurauerit non consentire filio, tamen cogitur, quia non potuit iurare in alterius præiudicium: vnde fit sibi remissio iuramenti. ff. ad muni. l. 1. in prin. & C. qui mili. non pos. l. 1. in princ. & sibi imputet, qui temerè iurauit, secûdùm Vber. de Bobio, & Spec. vers. Ad idem, quod in simili dicemus de illo, qui iurauit non testificari, quia cogitur testificari, non obstante suo iuramento, tanquam temerario, secundum Spe. in ti. de test. §. pen. ver. si quis iuramento, de quo latè dicam inf. de testa. simile etiam in eo, qui iurauit non exire domum, qui non obstante iuramento tenetur comparere, secundùm Spe. in ti. de actore. §. 1. ver. itē quod iurauit. vbi vult quod ille, qui iurauit non agere, vel accusare, repellitur si agat, vel accuset, vt in c. veniēs. inf. de accu. & in c. ex parte. inf. de rescr. quia ibi iuramentum solum tendit in præiudicium iurantis, & ideò tenetur seruare, sed in terminis nostris, tenderet in præiudicium tertij, quod esse non debet.

48 ¶ Trigesimoseptimò † quæro, quæ sint personę, quibus iuramentum calumniæ remittitur ex priuilegio. Sol. Dic, quod plures: primò remittitur clericis, secundùm vnam opinionem, de qua dixi supra eodem articulo, q. 3. item, olim remittebatur parentibus & patronis, vt ff. de iureiuran. l. iusiurandum. §. hoc iusiurandum. hodie verò non, secundum aliquos, per l. 2. §. sed quia veremur. C. eodem tit. Azo tenuit, quòd etiam hodie remittatur, cum iura antiqua non reperiantur correcta, per l. præcipimus. C. de appell. & sic residet glo. in l. 2. in prin. C. eod. nec ob. §. sed quia veremur, quia prohibet remisionem ab homine, & non à lege, secundùm Cy. in l. 2. in fi. princip. C. eod. Et idem tenent Cy. & Bart. in dicto §. sed quia. Et sicut talibus remittitur hoc iuramentum: ita etiam remittitur eorum procuratoribus, pro quo allego textum in l. qui bona. §. si aliena. ff. de dam. infec. per quem textum notat ibi Ioann. de Imo. quod beneficium personale competens principali, competit etiam eius procuratori, vel defensori. facit quod habetur in l. si cum procurator. ff. de re iu. quod est notandum singulariter: quia alia videtur esse qualitas patris & patroni, & reuerentia illi debita, & alia procuratoris ipsius, propter quod videtur potius tenendum contrarium. Nec obst. §. si aliena. quia illud ibi procedit ratione qualitatis causæ, quæ exigit celeritatem. vel dic, vt dixi supra, eo. art. q. 23. fall. 3. & tribus sequentibus, vbi examinaui intellectum d. §. si alieno. aduerte tamen, quia si opponeretur contra priuilegium talis personæ, in ista causa iuraretur de calumnia, secundum Cyn. in d. §. sed quia veremur. in fi. & vide quod dicam in c. fin. in 23. q. char. 6. vbi ponitur notabile consilium Do. Matthæi de Matth.

49 ¶ Trigesimooctauo † quæro, quid si plures agāt, vel contra plures agatur, vtrum ab omnibus sit exigendum hoc iuramentum. Sol. Spe. eo. tit. §. superest. ver. quid si moueo, dicit, quod si vna, vel plures sunt motæ quæstiones ab vno contra plures, vel à pluribus contra vnum, vel à pluribus contra plures, in qualibet per se, & à quolibet iurabitur de calumnia, vnde non sufficit iurare semel pro omnibus, vel ab vno pro omnibus. argum. ff. de excep. rei iu. l. an eadem. Et hoc quando negotium non est commune. Sed si negotium est commune, & indiuiduum: tunc omnes iurant, vel vnus pro omnibus, quia malitijs hominum occurrendum est. ff. de rei vendic. l. in fundo. supra, de rescr. cap. ex tenore. ca. si vnus ex pluribus appel. l. 1. secundum Ia. Bal. & Albe. Papi. quos sequitur Spe. in d. ver. & Io. ibi in addit.

50 ¶ Trigesimonono † quæro, qualis debet esse is à quo tale iuramentum exigitur. Sol. Tex. in c. seq. dicit, quòd debet esse idoneus. & dicit ibi gl. fi. quòd idoneus dicitur, qui sit bonæ famæ, & causam non ignoret, vt hic in tex. nostro, nec sufficit leuis notitia, sed exigitur plena, secundum Host. Io. Do. meũ, & Doct. hic. Et debet esse bonæ famæ: vnde non debet esse infamis & suspectus, vt dicit d. gl. fin. per tex. 3. q. 5. c. quia suspecti. & q. 7. cap. 1. & c. infames. sed aduerte, quia prædicta iura loquuntur in his, qui alieno nomine causas agunt, vt œconomis, syndicis, procuratoribus, & similibus: vnde dico, quòd aut loquimur de personis principalibus, & in istis non consideratur bonitas famæ. Quinimò etiam periurus compelleretur iurare. nec ob. cap. clerico. infra de cohab. cleric. & muli. iuncta regula, semel malus &c. quia dico, quod periurus compellitur subire omnem speciem iuramenti sibi onerosam, secundum gl. fin. & Doct. in c. literas. de præsumpt. & no. gl. in c. 1. de purga. cano. & ibi dixi. & gl. 22. q. 5. c. paruuli. & sup. de maior. & obed. c. cùm in ecclesijs, & latius dicam in titu. de iureiu. sed si principalis constituat alium, debet idoneum constituere, & qui notitiam habeat, ne anceps cogatur subire periurium, vt dicit hic gl. pen. & vide quæ dicentur in sequen. quæst.

¶ Vtrum autem infamis possit constitui procurator, vel œconomus, & quid de iure cano. & quid de iure ciuili, tractat Dom. meus in c. sequen. super glo. sed ego dicam in titu. de procur. vbi conuenit. quid autem si principalis habet notitiam, quòd res, quā emit ab aliquo, & nunc petitur ab alio, est alie. dicam inf. in capitulo fin. in duodecimo principali articulo.

51 ¶ Quadragesimo † quæro: posito ꝙ tam principalis, quàm procurator, tutor, curator, actor, syndicus, & similes possint præstare iuramentum calumniæ: Vtrum iudex possit eligere potius vnum, quàm alium, vel ab vtroque exigere tale iuramentum, & ex qua causa. Sol. Dicendum, quòd iudex potest præeligere quem vult, debet tamen considerare qualitatem causæ, & principalium personarum. Consideratur autem qualitas causæ, an sit talis, in qua sit iurandum, vel non. de qualitate, dixi in capitu. præcedenti, in sexto principali articulo. Qualitas autem personæ consideratur in secernendo, an constituens sit iustior. C. de probationibus. l. in pecuniarijs, secundùm Innocent. & Speculato. eodem titu. §. restat. versicu. procurator. vnde licet syndicus, œconomus, vel similes habeant generalem administrationem, cuius vigore possunt iurare de calumnia, vt dixi supra eodem articulo, quæstione decimaquarta: tamen potest iudex præeligere principalem, si est iustior: hoc tamen procedit in administratore vniuersali, sed in procurato-

re habente speciale mandatum ad iurandum de calumnia in certa causa, quia tunc non debet dominus cogi iurare, etiam si diceretur esse iustior, vt in c.fi.eo.ti.li.6. & hoc ibi tenet Io. quia ex quo habet mandatum ad iurandum in illa causa in animá domini, non videt Ioan. ad quid dominus tanquam iustior requiratur, cum dominus tunc dicatur iurare per proc. tanquam per picam & organum, vt dixi supra eo.art.q.23.vers.tertiò casu. & ibi remisi me hic dicturum, posset tamen postea requiri principalis, vt respondeat positionibus, si dicatur iustior, & sic intelligitur l.fi.C.de proc.& sequuntur d. Ant.Zab. D.m.& Io.de Imo.& d.D.in c.fi.eo.tit.li.6.facit etiã c.pe.eo.ti.li.6.& fi.q.de iureiu.li.6.& c.1.de iud.li.6. Dicit tamen hic Io.de Imo. quod hoc videtur intelligendum, nisi procurator haberet speciale mandatum ad sic respondendum talibus positionibus, si contingat illas sic fieri, per no.per Io.in d.c.fi.eod.ti.lib.6.& per Bar.in l.qui bona.§.si alieno. ff.de dam. infec. Si verò habuisset mandatum ad iurandum de calumnia, nec fuisset expressa causa in qua debet iurari, quo casu admittitur de consuetudine ad iurandum, licet de iure aliud videatur dicendum. de quo latius dixi sup.eo.art.q.23. tunc procederet dist. Innoc. quia si dominus diceretur iustior, cogeretur iurare per se, alias secùs. Aduerte tamẽ, quia dicit hic Dom. meus, quod non putat, quòd indistinctè consideretur hæc prærogatiua in constituente, quod sit iustior, putat ergo sufficere, quòd syndicus, œconomus, vel similis sit iustus, & habeat notitiam causæ, & tunc procedat dictum Innoc. aliàs raro syndicus, & similes admitterentur ad iurandum de calum. cõtra c.nostrum, & c.seq.& contra l.2.C.eo.tit.facit c. cum nobis.& quod ibi no.supra de elect.& 8.q.1.c. licèt, secundùm Do.me. inspicitur etiam secundum Host.& Do. circa hanc prælationem, an tales sint religiosi, qui non iurant vel seculares, qui iurant, vt infra c.proximo. vel an sint episcopi, qui habent electionem iurandi & non iurandi, vt in c.fi.inf.eod.& sequuntur hic Io.d.Ant.Do.me. & mod.& ad prædicta etiam adde, quæ dixi sup.eod.artic.q.11. circa fi. vbi dixi, quod iuram. calumniæ exigitur à principalioribus de vniuersitate, licet constituerit syndicum, & non exigitur à singulis de vniuersitate.

52 ¶ Quadragesimoprimò quæro, † per quem exigi possit iur. calum. Sol. Dicendum arbitror, quòd exigi potest, tam à iudice, quàm à parte: si tam iudici, quã parti visum fuerit expedire, probatur per totum istum tit.& in 6.in c. Nam iura communiter loquuntur impersonaliter, quod exigitur iuram.calũ. iudex ergo potest exigere, si dubitat de calũ.faciunt quæ dixi in c.1.sup.eo.in 4.art. & probatur in c.fin. eo.tit.li.6.& pars etiam potest exigere, quoniã tam ad fauorem publicum, quàm priuatum, fuit hoc iuramentum introductum, iudex tamen debet deferre tale iuram.& vide quæ dixi sup.eod.art.4.& ar.5. q.3. maximè in vers.secundo casu, vtrum ex officio. & an pars per se possit præstare absque eo, quod exigatur, dicam in seq.q. & vide de hoc ea, quæ dicam in c.cæterum.inf.eo.in 10.prin.art.q.1.

53 ¶ Quadragesimosecundò quæro, † an quis possit præstare hoc iuramentum absque eo quod exigatur à iudice, vel à parte. Sol. Vide quod dixi in c.1. sup.eo.ar.5.q.2.prope fi. vbi posui casum, in quo videtur, quod pars possit iurare à seipsa de calumnia, absque eo, quòd ab alia parte petatur. de quo dicto satis dubito. Sed pro nunc, tum propter graues occupationes, & nõ paruam animi molestiam, quam habeo, cum duo notabiles canes fuerint mihi subtracti: ideò cum non sim otioso, nec quieto animo, nõ potui maturius cogitare: arbitror tamen, quod si pars timeret de parte aduersa, ne in aliqua parte actorum (fortè incognita) petijsset præstari iuramentum calumniæ, quòd posset offerre iudici se paratã præstare iuramẽtum calumniæ. Ad quod vide quæ dixi c.1. sup.eo.art.5.q.3.vers.prædicta tamen arbitror procedere, & nouissimè reperi d. Matthæum Ma.de Bonon. qui in singularibus dicit, quòd cautela ad euitandũ periculum, quòd pars proprio motu præstet iuramentum calumniæ. Ad quod vide, quod latius dicam in fi.c.art.15.

54 ¶ Quadragesimotertiò quæro, † quid de iuramẽto malitiæ, à quibus sit præstandum. Sol. Doct. specificè non attingunt: ergo arbitror dici posse, ꝙ omnes personæ, de quibus supra diximus, posse præstare iuramentum calumniæ, possint etiam præstare iuramentum malitiæ. & fortè etiam per contrarium, quod illæ personæ, quæ non possunt præstare iuramentum calumniæ, non possint etiam præstare iuramentum malitiæ. Moueor etiam per ea, quæ dixi sup.in rub.in 2.prin.art.q.3. quoniam hoc iuramentum malitiæ se habet ad iuram. calum. sicut pars ad totum: (vt ibi dixi) ergo idem videtur esse ius, vt l. quæ de tota.ff.de rei ven.in c.pastoralis.§.Item cùm totum.de off.dele. Et sicut ad iuramentum de calũnia exigitur speciale mandatum, vt dixi sup. eo.art. q.23. ita etiam requiritur ad iurandum de malitia, per tex.in c.qui ad agendum.in fi.de proc.lib.6.per l.iusiurandum.la 1.§.fi.de iureiur.& per no.per Spe. in ti.de procu.§.1.ver.7.in iuramenti delatione.

55 ¶ Quadragesimoquartò † quæro de iuramento veritatis, à quibus præstandum, seu exigendum sit. Sol. Dic, quod potest præstari per principales. Et an ad hoc possint compelli.d.Ant.post Inno. & Io. in c.præced.dicit, quod de iure ciuili, hoc non reperitur cautum. Subdit tamen, quod Doct.legum dicunt illud aliquando aliquibus personis præstari.argum. C.de testib.l.si seruus.ff.de proc.l.etiam.ff.de confes.l.certum. §.fin.sed de iure cano. præstatur in spiritualibus, & vbicunque iudici videtur exigendum, pro veritate eruenda, & maximè in spiritualibus, vt in c.1. & 2. eo.tit. lib.6. Et maximè in causis electionum, propter periculum vacationis. Ad idẽ inf.de appel. c.oblatæ.ad fi. Nam debet iudex veritatem inquirere omnibus modis, quibus potest. ergo & per iuramentum de veritate. C.de eden. l.pe. & fi. C.de iudi.l.iudices. Insti.de actio.§.curare.30. q.5.cap.iudicantem. vnde ad officium iudicis pertinet, si aliqua causa iusta mouerit eum, vt cogat iurare de veritate dicenda, vt si suspicatur, quod contra conscientiam agat in aliquo art.vel etiã in tota causa.inf.de iureiur. c.ex literis. sup.de elect. c.dudum. secundum d.Anton.& etiam potest exigi hoc iuramentum veritatis ab eo, qui recusat iudicem, ad quod vide quod dixi in c.2.sup.eo.art.6.q.3.versic. sed circa prædicta.

56 ¶ Quid † autem, si sint minores vel pupilli? Glo. tangit 22. q.2.c.paruuli. & glo.in l.2. §.quod obseruari.

uari.C.eo.& Bar.ibi,Do.meus in c.pen.infra eo.vbi distinguunt post Bart. quod quidam sunt quorum bona administrantur,qui carent omni intellectu:vt insanientes, dementes, & furiosi, & isti indubitanter non præstant iuramentum veritatis, vt d.ca.paruuli.facit l.1. C.de fal.mo. Quidam sunt,qui habét intellectũ, sed imbecillem, & in istis, dicunt aliqui, quod non cogantur iurare de veritate dicenda. argum.l.3.ff.de testi.& 4.q.3.cap.1. ita dicebat Iacob. But. Sed Bart. contra concludens,quod si pupillus scit veritatem,& est doli capax,potest sibi deferri iuramẽtum veritatis. ar.notatorum in auth.sacramenta puberum. C.si aduer.vendi.Item impubes potest examinari vt testis non ad plenam probationẽ, sed ad indicium,vt l.1.§.impubes.ff.ad Sillan.ergo cum dictum eius posit in causa aliquid operari,debet sibi deferri iuramentum veritatis. Item, si respondet cum authoritate tutoris,eius defectus suppletur, vt l.clarum.C.de autho.præstan.& sic concordat Bar. cum d.c.paruuli.Quidam verò sunt,qui habent intellectum non ita imbecillem,sed magis plenum,vt adulti,& isti iurant de veritate,vt notat glo.in dicta l.2. Sed vtrum tutor, seu curator debeant authoritatem suam interponere,quãdo pupillus vel minor examinatur.tex.videtur quod sic,in d.l.clarum. Sed dic latius secundum Bar.in d.§.obseruari.quod duplex in hoc versatur actus. Primus,vt cognoscatur, an minor debeat interrogari vel non. & ista examinatio debet fieri cum ipso tutore,vel curatore:& cũ eius authoritate, vt d.l.clarum.& d.§.quod obseruari. Ipse enim scit iustitiam & veritatẽ facti, an istud, de quo quæritur, & de quo fit interrogatio,debeat cadere in scientiam minoris,vel non.Quidam verò est actus respondendi,& iste est duplex. Aut enim quæritur,an tutor authoretur,vt respondeat, & dicendum quod sic,vt d.l.clarum. Aut quæritur vtrũ debeat authorari,vt sic respondeat, confitendo,vel negando,& est dicendum quòd nõ,quia istud non cadit in scientiam suam, nec de suo facto, aut conscientia sua quæritur,sed minoris.ar.l.videamus.ff. de in lit.iur. & l.Marcellus.ff.rer.amot. & ita residet Do.meus in d.c.pe. inf.eo. & vide quæ dixi sup.eo. art.qõ.5.& 6.Et aduerte etiam,quod hoc iuramentum veritatis potest præstari per procuratorẽ,quod intellige, si ad hoc habeat speciale mandatum, per ea,quę dixi in præced.q.si tamen dominus esset absens, posset procurator iurare de veritate. ita dicit Bart.post gl.in l.qui bona.§.si alieno. ff.de dam.inf. insuper etiam dicit Innoc. in c.præsentium.de test.
57 lib. 6. † quod syndici possunt iurare de veritate dicenda,tam super diffinitione causæ,quàm super expensis & toto negotio.C.de iud.l.properandum.in fi.& l.pe.§.pen. Et dicunt etiam aliqui,quod iurant de credulitate, & sequuntur Io.An. & do.Do.in d. l.præsentium. Et ex his (Deo duce) expeditum habes 7.q.prin.ar.d.M.Socin.

SVMMARIVM.

1 *Oeconomus collegij in causa collegij ipsius, de calumnia iurat, & non ipsum collegium.*
2 *Delictum prælati, suæ præiudicat ecclesiæ.*
3 *Procurator quando sufficienter dicatur constitutus.*
4 *Abbas, & Monachi, æconomum & syndicum generalem, absque superioris authoritate, possunt in suo monasterio constituere.*
5 *Authoritas Episcopi, an requiratur in constitutione æconomi.*
6 *Episcopus, an possit æconomum constituere, absque assensu inferiorum ecclesiæ.*
7 *Infamis, an possit esse procurator.*

1 IMPERATOR. In † causa collegij, non singuli de collegio, sed collegij œconomus iurat de calumnia.h.d.vel sic. Vniuersitas tenetur iurare de calumnia,nisi releuet se constituẽdo œconomum.h.d. Diuiditur,quia primò iurat repræhensibile factum. Secundò ibi,ad quod,prohibet illud factum. Tertiò prouidet,quid sit in posterum faciendum ibi, sed ne. Et aduerte, quia dom. Anto. intelligit istam literam, quod isti litigabant per procuratorem ad causam specialiter constitutum. Et dum ab eis calumniæ iuramentum exigeretur,ipsi renuebant,dicentes,se non posse cogi. Sed pars aduersa instabat, quod cogerentur, quia non sufficiebat procuratorem iurare,propter qud iudex fortè compellebat eos sub pœnis iuris, & sic sentit Ant.contra opi.quam ipsemet tenuit in c.1.sup.eo. vbi voluit quod clericus nõ releuetur à iura.calum. constituendo proc. specialem. & clarius hoc sentit in vno notabili hic,in quo colligit ex isto tex.quòd clerici litigando per procuratorem compelluntur, aut iurare per se,aut constituere procuratorem specialem,qui iuret in animam constituentis, aut constituere administratorem vniuersalem, qui iuret in animam suam. Et sic secundum hunc intellectum do.Anto. nullum esset priuilegium clericorum, cũ etiam vniuersitas secularis releuetur ab onere iurandi,constituendo Syndicum generalem,vt infra, capit.proxi. dixi in c.præced.art.7.q.25. Cuius tamen contrarium tenuit do.Anton. in d.c.1. de quo latè ibi per Do.meum.sed tu latius vide, quod dixi in c. præced. art. 7. q.3.

2 ¶ Primò † noto,quod delictum Prælati,seu clerici, in negligendo, seu omittendo, præiudicat ecclesiæ.Nam hic dicitur,ne à causa sua decidant,hoc est causam amittant, eò quod noluit iurare. de qua materia latè traditur in regula, delictum personæ, de reg.iur.lib.6. de materia latius in titu.de his,quæ fiunt à præla.

¶ Secundò noto ibi,cùm res postulauerit.& ibi, cum necesse fuerit,argumentum, quòd iuramentũ calumnię potest omitti,quod hodie est expeditum per c.1.& 2. eo.tit.li.6. de quo latius dicam infra in c.cæterum. in 10.prin.art.

3 ¶ Tertiò noto, † quòd procurator dicitur sufficienter constitutus, si est constitutus ad agendum, & excipiendum, quia excipere ponitur pro defendere, vt hic: aliàs autem, si solummodò datus esset ad agendum,non diceretur idoneus, quia etiam dari debet ad defendendum, vt traditur in c.constitutus.& in c.accedens. sup.de procu. & in l.sed & hæ. §.defendere.ff.de procurat.de qua materia vide per Spe.in tit.de proc.§.1.ver.sed pone. & ibi etiam per Io.in addit.& per Bar.in l.seruum quoque.§.pen.ff. de proc.aliqua posui in c.1.de mutu.pe. in 5.princ. art.& ibi remisi me dicturum ad ti.de procu.

¶ Quartò noto ibi, eisdem præcipimus, argumen-

4 mentum, quod † Abbas & Monachi possunt constituere œconomum & syndicũ generalem in eorum monasterio, absque superioris authoritate. In contrarium facit, quod debeat interuenire authoritas Episcopi. tex. noster in ver. tu verò. de quo tangitur in glo. pen. & Doct. super ea.

¶ Quintò noto, quod ille, qui constituitur œconomus, debet esse idoneus. & quæ idoneitas requiratur in talibus, dixi in c. præced. in 7. prin. art. q. 39. ¶ Glo. 1. sentit contrarium, quod Abbas vel alij quibus cura monasterij commissa est, compellantur iurare: quia præsumuntur scire veritatem, vt in l. municeps, & alijs iuribus in glo. allega. So. duplex ponitur in glo. 1. quòd contraria loquuntur in collegijs secularibus, & tex. noster in ecclesiasticis. Secũda so. quod istud est speciale priuilegiũ clericorum. Et sic istæ duæ solutiones incidunt in idem: nec iure probantur. quare de hoc articulo dicas, vt dixi in cap. præceden. in 7. prin. ar. quæst. 4. & q. 13. & q. 14. ¶ Glo. 2. est satis clara, in fi. dic de hac materia, vt late videbimus in c. fin. inf. eodem titu. in 15. articu. ¶ Glos. tertia potest recitari per quinque quæstiones, & est satis clara. ¶ In ea. glo. ibi, de syndico. cap. vnico. vide bonam glo. quæst. 7. c. si quis erga. Et aduerte: quia licet non sit vis in nomine, quando ad administrandum, vel agendum constituitur ab vniuersitate: an vocetur syndicus, Procurator, seu œconomus, vt in c. petitio. supra de proc. tamen est vis, an generaliter seu specialiter constituatur: quia si est generalis, ipse iurat de calumnia, & non constituentes. secus si sit specialis. de quo dic, vt latius dixi in c. præced. in 7. princ. quæst. 19. 23. & 25. In fi. gl. dic, quamuis hæc materia posset adaptari ad ti. de syndico: tamen quia hic & gl. & Doct. ipsam examinant, dic ꝙ in hac materia variæ sunt opin.

5 ¶ † Pe. voluit, quod licet de iure sit, vt in cõstitutione œconomi interueniat authoritas Episcopi: tamen consuetudo hoc non habet: nec curia seruat quòd in ecclesijs inferioribus in constitutione syndici, sit necessarius consensus Episcopi. Ho. verò distinguit inter causas discretas, & communes, secundum no. in c. clerici. de rescrip. Dom. Ant. distin. ꝙ aut loquimur in eccl. cathedralibus, & exigitur consensus Episcopi, siue bona sint discreta, siue non: quia hoc est magni ponderis, per no. in d. c. edoceri, & in d. c. 1. de proc. Aut loquimur in causis infer. eccle. collegiatarum, & non exigitur authoritas Episcopi. & hoc etiam dicit tenere Io. de Ligna. quare secundum eum, glo. hic relata ad text. non dicit verum. In ecclesijs vero vbi non est collegium, syndicus vniuersalis debet constitui authoritate Episcopi per no. per Inno. in c. requisiuisti. in fi. de test. vbi dicit, ꝙ propter communionẽ, quæ est inter Episcopum & ecclesias sibi subiectas, debet exigi ipsius cõsensus in statutis, procurationibus & alijs arduis per eos agendis. 10. quæstio. 1. cap. regenda. & supra de consue. cap. cum consuetudinis. cum sim. sed dicit Dominus meus, quòd videt rationem diuersitatis in hoc, inter Ecclesiam collegiatam & nõ collegiatam. & Innocen. in d. cap. requisiuisti, loquitur indistinctè. & ratio sua pariter vendicat sibi locum in omnibus Ecclesijs collegiatis, vel non collegiatis. imò fortius concludit in collegiatis, vbi tractatur de maiori præiudicio. & pro hoc est glo. in c. potuit. de loca. quæ sentit tantam habere potestatem Rectorem Ecclesiæ non collegiatæ, quãtam habet collegiata cum Collegio: cũ isti omnes constituant vnum corpus: & ille solus sit vnum corpus. Item facit ille tex. vbi fit mentio de Episcopo, & quòd requiratur authoritas Episcopi, tenet glos. 3. quæst. 3. cap. quia Episcopi. quæ indistinctè dicit, quòd quælibet Ecclesia cõstituit œconomum authoritate Episcopi: quare circumscripta cõsuetudine Dominus meus distinguit, quòd aut cõstituitur syndicus, vel procurator ad certam causam, & tunc non requiritur authoritas superioris: quia est res modici præiudicij. Aut constituitur generaliter, vt habeat legitimam administrationem potius Ecclesiæ, & tunc, cum sit quasi quidam titulus in Ecclesia, requiritur authoritas Episcopi. nec obst. l. 1. ff. quod cuiusque vni. quam allegat Innoc. qui loquitur de vniuersitate seculari: secus in Ecclesiastica, cum Episcopus sit sponsus omnium Ecclesiarum, & eius consilio & authoritate regitur omnis Ecclesia. 10. quæst. 1. c. regenda. & in c. fin. de succes. ab intest.

6 † quid autem, si inferiores Ecclesię nolint constituere œconomũ, vel syndicum: an possit solus Episcopus constituere, quod etiam tangitur in glo. nostra? Dominus meus concludit, quòd si damnum imminet Ecclesiæ, propter hoc, vt hic erat, tũc solus Episcopus potest constituere. & sic potest intelligi tex. in versic. Tu verò. secundum quem intellectum, verbum statuas, ibi positum', stat propriè. & sentit Ioan. super glo. fi. vt sicut adolescenti inuito per iudicem datur curator, ne ipse damnum incurrat. l. 1. C. qui petãt tuto. & inst. de curat. prope finem. Ita & Episcopus dat Ecclesiæ œconomũ, & defensorem alium. facit 9. q. 3. c. cũ simus. Sed si tale periculum nõ immineret, tũc putat D. M. ꝙ non arctetur ad hoc de necessitate, & sic nec iudex debebit supplere. Facit capitulum, cũ deputati. sup. de iud. & c. vni. §. de syndico. & sic intelligi debet dictũ Inno. hic, qui dicit, ꝙ Episcopus debet hic constituere hunc ęconomum monasterio ex vi istius mandati specialis. facit ratio, quam supra dixi in adolescente, qui inuitus recipit defensorem, nisi causa damni euitandi: secus est in Episcopo, qui indistinctè tenetur cõstituere ęconomum in Ecclesia sua: aliàs Archiepiscopus, vt dicit hæc gl. in fi. per d. c. cum simus. Et ratio diuersitatis põt esse: quia cum Episcopus habeat multa agere, nõ præsumitur diligenter attẽdere sine œconomo. simile in c. fi. de offi. Archiepiscopi. secus in inferioribus, qui tot curis minimè vexãtur. ¶ Gl. fi. querit, quis dicatur cõstitui idoneus ad iurandũ, & in quo cõsistat idoneitas. In fi. gl. dic, quantũ ad quęst. glossæ, quæ pertinet ad tit. nostrum, qualis debeat esse, qui constituitur œconomus, syndicus, vel procurator ad iurandum de calumnia. Dic vt dixi in c. præ

7 ced. arg. 7. q. 39. In quantũ verò gl. tractat, † vtrũ infamis posit esse procu. & Doct. hic, & maximè Dominus latè examinans: sed nõ conuenit materię principali ti. nostri. vide hic per eos, & per gl. 50. di. c. accedens. & 1. q. 7. c. 1. & per gl. in c. cũ deputati. supra de iudi. Et per Spe. in ti. de proc. §. 1. versi. Item ꝙ est infamis. & gl. 3. q. 7. c. fi. & 5. q. 3. c. quia Episcopi. & est bonus tex. Instit. de action. §. si ego. latius tractabo in ti. de procurat.

SVMMARIVM.

1 *Clerici in sua causa iurant de calumnia.*
2 *Ius positiuum, antidotum quoddam dicitur ad morbosa negocia.*
3 *Iuramētum de calumnia, facit iurantem dicere quod credit.*
4 *Iuramentum calumniæ non tollitur contraria consuetudine.*
5 *Iuristæ dicuntur medici animæ.*
6 *Actor, an prius de calumnia iurare debeat, quàm reus.*
7 *Iuramentum de calumnia prius facit, qui prius ad iudicium prouocauit.*
8 *Iuramentum calumniæ, an possit tolli aut differri.*
9 *Iuramentum calumniæ, an possit tolli per Principis rescriptum.*
10 *Iuramentum calumniæ, an possit remitti.*
11 *Iuramentum calumniæ, an possit omitti.*
12 *Iuramentum calumniæ, an possit omitti ab vtraque parte.*
13 *Iuramentum veritatis omitti nequit, si petatur.*
14 *Iuramentum malitiæ potest omitti: sed non expressè remitti.*

1 Aeterum. † Clerici in proprijs causis iurant de calumnia, non obstante contraria consuetudine. h.d. Sed, vt dicit Dominus meus, in litera nō ponitur aliqua specialitas in causis proprijs: sed loquitur generaliter. sed dicit Dominus meus, quòd Doctores ita generaliter summant, vt saluetur opinio no. in c.1. supra eo. sed ipse sequendo suam opinionem ibi positam, inhærendo literæ, & generaliter loquēdo sic summat. Etiam clerici in eorum causis iurant de calumnia, contraria consuetudine non obstante. h.d. ¶ Diuide: quia primò præmissa causa, ponit mandatum. Secundò, contrariam tollit consuetudinem, ibi, consuetudine.

2 ¶ Primò noto, † quòd ius positiuum, est quasi quoddam antidotum ad morbosa negocia. & sic ponit hic antidotum pro medicina. vnde quidam liber medicinæ vocatur Antidotarius. & dicitur antidotum secūdum Grammaticos, ab Anti, quod est contra, & datum: quia sicut medicina datur cōtraria morbo; quia contraria contrarijs curantur, de pœn. distin. 2. cap. 1. sic & ius positiuum prouidet, tollendo morbosa negotia. quādoque dicitur andotum, obligatio naturalis, qua obligamur, vt bene facienti bene faciamus, vt l. sed si. §. consuluit. ff. de pet. hæred. secundum Dom. meum. tu dic, quòd antidotum non dicitur obligatio: sed obligatio ad antidota, sumitur pro naturali obligatione: quasi naturaliter obligetur contra dare. & vide glo. super verbo, antidotum, in Clem. 1. de iureiur. & vtrum obligatio ad antidota impediat soluti repetitionē. vide per Bald. in l. hoc iure. ff. de iusti. & iu. & per Doctores in l. si non sortem. §. libertus. ff. de condic. indeb.

3 ¶ Secundò noto ibi, ad veritatem eliciēdam, † quod virtute iuramenti de calumnia tenetur quis respondere verum, quid credit, & sic continetur ille articulus. & si quæretur verum, non inficietur, de quo latè dicam in fi. inf. eod. ti. 12.

¶ Tertiò no. ibi, ab vtraque parte, quòd tam actor, quàm reus tenentur iurare de calumnia, de quo latius dicam infra, in octauo principali articulo, tetigi in cap. in pertractandis, supra eodem, art. 7. quæstio. 2.

¶ Quartò noto ibi, Appellatione cessante, quòd appellatio non tuetur procuratorem, quò minus iuret de calumnia, quod est no. secundum Fran. Vercel. quod limitat verum Io. de Lig. nisi allegetur aliqua iusta causa. tu dic, vt latè dixi in c. in pertractandis. supra art. 5.

4 ¶ Quintò no. † quòd iuramentum calumniæ nō potest tolli contraria consuetudine. facit, quod dixi in cap. 1. supra eod. art. 5. q. 3. Sed latius dicam inf. post glo. in 9. prin. art. ¶ Glo. 2. super verbo, nobis,
5 fortificat tex. in fi. gl. dic ex ista gl. no. † quòd Iuristę sunt medici animarum, & ministri iustitiæ: & ideo sunt præstantiores medicis, quanto anima est præstantior corpore, & iustitia ægritudine, & sic subiectum ipsius est nobilius. ad quod vide, quod dixi in cap. quanto. supra de magistris. ¶ Glo. 3. reddit duas rationes huius iuramenti calum. ¶ In fi. glo. dic, Gof. dicit, quòd tertia ratio est, ne quis sit immemor suæ salutis. Et vide, quod clarius dixi supra in Rub. 3. prin. artic. q. 2. ¶ Glo. pen. primò format quæstionem, deinde opponit. 2. ibi, contra videtur. ¶ In ea. glo. ibi, debet dari curator, dic de hoc, vt late dixi in cap. in pertractandis. art. 7. q. 23. fallen. 2. ¶ In fi. glo. dicit de hac materia. an clerici debeant iurare per se, vel per alios. dic, vt plenè dixi in cap. in pertractandis. artic. 7. q. 4. & vide de vniuersitate & collegio, dixi in d. articu. 7. q. 11. ¶ Glo. fin. colligit notabile ex tex. & probat pluribus iuribus. ¶ In fi. glo. dic, Dom. Ant. ex glo. nostra, iuncto tex. notat, quòd non valet consuetudo, quæ est omni iuri contraria. Sed dicit Domi. meus, quod hoc non dicit iste tex. nec gl. & quòd dictum etiam non est verum in se, licet Dom. Anto. hoc firmet in multis locis. Nam si consuetudo esset bona, & noua ratione fulcita, præiudicaret omnibus iuribus de materia loquentibus. arg. optimum in c. non debet. inf. de consang. & affinit. & in c. fin. supra de consue. & in c. 3. de consu. lib. 6. facit: quia licet consuetudo à lege specificè reprobetur: tamen potest de nouo ex noua causa & ratione induci, vt sentit glo. no. in Cle. statutū. de elect. & ibi notabiliter de hoc dixi. Sed hic non valet consuetudo: quia non est rationabilis, vt statim dicam in 9. artic.

Postremò, iuxta prēmissum ordinem in Rub. examinare hic cōuenit octauum, nonum & decimum
6 articulos. † Assumo igitur octauū articulum, quis prius debeat de calumnia iurare, an actor vel reus. circa quem prosequor tres quæstiones. Prima, quid in actionibus. Secunda, quid in exceptionibus. Tertia, quid in duplicibus iudicijs.

¶ Primò igitur quæro, quis primò debeat iurare respectu actionis intentatæ? ¶ Sol. Glo. in l. 2. in princ. C. eod. quæ incipit, sic ergo, tenet per illum tex. quòd primò iurare debet actor, & postea reus. Et idem tenet ibi Cyn. & glo. Instit. de pœna te. liti. §. 1. & Specul. eo. tit. §. restat. in princ. & §. 2. vers. sed pone. & §. nūc dicamus. in prin. & idem tenuerunt Petr. Abbas & Ioan. & Zabar. in c. 1. supra eod. Archid. in cap. 1. eod. titu. lib. 6. Primo allegat, quòd actor

actor prius debet iurare, per l. 1. C. eod. ff. de iureiur. l. iusiurandum. vbi tex. dicit, quòd probationes non recipiuntur, nisi qui primò eas exposcit iuret de calumnia. ergo videtur, quod actor prius debeat iurare. Et pro prędicta opin. etiam est bonus tex. in c. præsentium. de testib. lib. 6. in contrarium allegat Archid. quod reus debeat prius iurare, per tex. in d. §. 1. Instit. de pœ. teme. liti. vbi dicit de reo, quòd primò iurare debeat. Concludit ipse finaliter, ꝙ in talibus non est attendendus ordo, per l. nec ordo. ff. de solut. Et ad d. §. 1. respondet, quod non dicit, ꝙ reus primò iuret: Sed bene dicit, quòd reus prius iurat, quàm suæ defensiones admittantur. Tenet ergo Archid. & sequuntur Ioan. & do. Domi. quod iste ordo non sit de substantia. Idem ẽt tenet Bald. in d. l. 2. in prin. C. eod. vbi dicit, quod nõ facit vim in ista præposteratione, & quod talis præposteratio non vitiat. facit l. si mancipium. §. si communi diuidundo. ff. de euictio. vbi præposteratio vnius indicij ad alterum non vitiat processum. In contrarium tamen faciunt no. in l. prolatam. C. de senten. vbi textus vult, quod secus sit in ordine vnius iudicij ad seipsum, prout etiam in terminis nostris. Quia ibi non debet esse præposteratio: & si est, vitiat. facit c. exhibita. supra de iudi. Dicit tamen Pau. de Cast. in d. l. 2. in prin. quod staret in practica opin. Bal. cum ista sit leuis solennitas, & modicæ importãtiæ: ideo omisio non vitiat, vt l. 1. in fi. ff. de ven. inspi. & mihi placet maximè, quia vt supra dixi, idem tenent Io. And. Arch. & do. Dom. quæ tamẽ ordinis omissio seu prepposteratio vitiet, dicam latè inf. ti. de ord. cogn. vbi melius conuenit.

¶ Secundò quæro, quid iuris respectu exceptionis: intellige peremptoriæ, vel ẽt dilatoriæ: quãdo super ipsa sit iurandum, secundum ea, quæ dixi supra. Pone, ego peto à te decem: tu confiteris debitum, & opponis pactum de non petendo, vel similem exceptionẽ: quis hoc casu debeat prius iurare? Sol. Spec. eod. titu. §. 2. ver. sed pone, primò arguit, quòd excipiens: cùm cõstet de actoris intentione, & reus excipiẽdo sit actor, vt l. 1. ff. de except. Et ista fuit opin. Pet. & Abb. in c. 1. supra eo. quam etiam tenet ibi Io. & Zabar. sed Spec. in d. versi. sed pone. decidit in contrarium, quia inspici debet originalis causa. ff. de donat. l. id quod. Et ita concludit gl. in l. 2. in prin. C. eod. tit. & Bald. ibi. Cyn. tamen ibi dicit, quod si quæstio prima intelligeretur de principali negocio, prius debet iurare actor, quàm reus, per leg. Iulianus. §. offerri. ff. de act. emp. Sed si quæritur, quis prius iuret de calumnia super exceptionibus: fatuè quæritur: quia nõ est tunc iurandum, cum semel sit iuratum super negocio principali. & ideo super peremptorijs post litem contest. non est amplius iurandum: cum primum iuramentum extendatur ad illas. De quo latius dicam in c. fi. inf. eo. in 13. prin. artic. Ego arbitror, ꝙ non sit curandum, quis primo iuret: nec præposteratio noceat, per ea, quæ dixi in pręced. q.

7 ¶ Tertiò quæro, † quid iuris in duplicibus iudicijs? de quibus dixi in c. in pertractandis. supra eod. in 7. prin. art. q. 2. & in c. 2. sup. de mutu. peti. arti. 10. 5. q. remisi ad hic dicenda. ¶ Sol. Pet. Abbas, Io. & Zab. in c. 1. supra eo. tenet, quod prius de calumnia iuret, qui prius ad iudicium prouocauit. facit quod no. glo. in cap. ex literis. infra de proba. Et fuit opi. gl. in l. 2. in prin. C. eo. Sed tu dic, quod talis ordo non est necessario attendendus, vt dixi in duabus pręceden. quæst. Et hæc sufficiant quo ad octauum articulum.

8 ¶ Nonus principalis articulus est, † an hoc iuramentum posit tolli, vel differri? Pro cuius articuli declaratione prosequar istas quæst. Prima, an posit tolli consuetudine, vel lege? Secunda, an per rescriptum Principis? Tertia, an saltem ex consuetudine posit differri.

¶ Primò igitur quæro, an ex consuetudine, vel lege posit tolli? ¶ Sol. Tex. noster expresè tenet, quod per consuetudinem tolli non posit. & idem tenet glo. fin. & idem Doct. & idem etiam in glo. in verbo, tacitè, in cap. 1. eod. tit. lib. 6. facit capitulum, constitutus. infra de fideiuss. & ibi Ioan. de Imo. & asignat hic Domi. Antonius responsionem: quia ista consuet. est contraria omni iuri. Sed, vt dixi in glo. fi. post Dom. meum, hæc ratio non est bona. vnde ratio est, quia talis consuetudo simpliciter non videtur esse rationabilis: cum hoc iuramentum sit inductum in fauorem publicum, vt vitentur fraudes. vnde putat D. M. quod ex aliqua noua ratione & causa, posit introduci hæc consuetudo, licet hic damnetur: vt puta, si experimento apparet, quòd communiter homines ex cupiditate obtinendi in causa, falsum iurarent. hac enim ratione satis putat Dom. meus laudabilem fore cõsuetudinem, quòd iuramentum non præstetur, quia lex non debet esse causa periurij: imò debet prohibere iuramentũ, vbi timetur de contrauentione & periurio, vt in c. clericos. de coha. cler. & mu. facit optimè l. 2. C. de indict. vid. tol. vbi remouetur iuramentum, quod præstabant mulieres de non transeundo ad secundas nuptias: quia sæpe illud volebant, secundum Dom. meum. Et mihi satis placet: quia si potest tolli per rescriptum, ergo videtur tolli posse consuetudine. In dubio tamen, consuetudo non teneret: licet probaretur, nisi articularetur, & probaretur ipsius consuetudinis rationabilis causa. Et ex prædictis infero, quòd per legem potest tolli tale iuramẽtum, pro quo etiam facit, quod dicam in seq. q. & facio hanc differentiam inter legem & consuetudinem: quia consuetudo in dubio præsumitur irrationabilis, & ideo debet deduci & probari causa rationabilis, per no. in l. 1. 2. & 3. C. de legi. & 4. distin. c. erit autem lex.

9 ¶ Secundo quæro, † vtrum per rescriptum Principis posit tolli hoc iuramentum? ¶ Sol. Glo. in d. l. 2. C. de ind. vidui. tenet, quod sic, dummodo in rescripto dicatur, non obstante tali lege. Et dicit hic Dominus meus, quòd de Principe non est dubitandum, cum sit supra ius positiuum: quo iure, hoc iuramentum fuit introductum, ad quod vide, quæ dixi in Rubr. art. 3. Cum ergo iure positiuo sit introductum, meritò Princeps potest illud tollere. argumento l. Princeps. ff. de legi. & cap. 2. inf. de concess. præb. & quod no. in c. nonnulli. de rescript. & in c. 1. de exces. Præl. lib. 6. in nouella. inferior tamen à Principe, etiam si sit legatus de latere, nõ potest tollere ista substantialia ordinis iudiciarij, ad quod vide gl. singul. in cap. fin. de hære. lib. 6. & mihi placet. Et ad hoc vltimum vide, quæ latius dicam, inf. de ordi.

ordi. cogn. Aduerte tamen: quia debet Princeps expresse tollere: aliàs tacitè non intelligetur tollere: quamuis causa esset legata summariè, & de plano, sine strepitu & figura iudicij, vt est tex. in d.c. sæpe. de verb. signif. & vide quæ dixi in c. 1. sup. arti. 6. versi. secundò declaratur.

¶ Tertiò quæro, An saltem de consuetudine tale iuramentum possit deferri? Sol. Dic, vt dixi in c. 1. supra eod. in 5. prin. artic. q. 3. & ex his est expeditus nonus prin. artic. ¶ Decimo prin. arti. tractandum est, vtrum tale iuramentum possit remitti vel omitti. Pro cuius declaratione prosequar infrascriptas quæstiones. Primò, an possit remitti? Secundò, an aliquæ sint personæ, quibus remittatur: & quæ sint illæ? Tertiò, an possit omitti? & quid iuris, si fuit petitum & omissum. Quartò, quid in iuramento veritatis? Quintò, de iuramento malitiæ.

10 ¶ † Primò igitur quæro, vtrum hoc iuramētum possit remitti? ¶ Sol. Tex. in l. 2. §. sed quia. C. eo. & Docto. ibi tenent, quod non possit expresse remitti. & idem tenet Bald. in d. l. 2. in prin. & idem tenent glo. & Docto. in cap. 1. eo. tit. lib. 6. & glo. Bar. & Docto. in l. de pupillo. §. qui opus. ff. de ope. noui nunc. & ibi Ang. & Io. de Imo. Et ibi recordor audiuisse Do. Ant. de Rosello tunc Doct. in legibus. Vis tu, quod ego doceam te capere aduersarium, exigas hoc iuramentum, & cum pars vult iurare, dicas, Ego remitto tibi, & nolo quòd iures: Ego verò nedum tibi hoc dissuadeo, imò hanc, & omnem aliam fraudem & dolum penitus interdico, & recorderis, quod nil prodest homini, si vniuersum mundum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur, vt in cap. Matthæus. infra de simo. Et aduerte: quia prædicta remissio potest intelligi duobus modis. vno modo, quando ambę partes sibi remittunt expresse, & tunc quo minus possit ipsos compellere ad iurandum. facit in simili l. quos prohibet. ff. de postul. Sed si iudex se non intromitteret, & partes persisterent in ea remissione, non exigendo, alter ab altero non vitiaretur processus. Secundo modo posset intelligi, quando altera pars remisit alteri, & non econtra, & tunc non valet remissio, quo minus, etiam ea nō obstante possit petere, quod iuret, & si petat & non iuretur, non valebit processus, de quo dicam in c. fin. infra eod. articu. 15. Si verò non petat, non vitiatur: quia non est de substantia iudicij, vbi non fuit petitum: potest enim omitti, vt dicam in 3. q. licet Bart. in l. 2. §. quod obseruari. C. eo. videatur dicere, quod etiam si petitur, non vitiatur processus: quia non est de substantia iudicij, vel de solennitate. Sed dicit Pau. de Cast. in d. §. sed quia, quod certè non est de solennitate, vel de substantia si non petatur. Sed si petitur, bene est de substantia & solennitate. Communis conclusio est, ꝙ nō possit remitti. Dicit tamen Bald. in §. sed quia, quod si partes non petunt iurare de calumnia, quòd licet iudex exigat, seu mandet iurari, & non iuretur, ꝙ putat nō vitiari processum: quia exactio debet fieri à parte ad hoc, vt sit de substantia, quod est satis sing. ad id, quod dixi sup. in c. in pertractandis. in 7. prin. ar. q. 12. cogitabis. & adde, quod statim dicam in 3. q. An verò tale iuramentum possit differri, dixi supra eod. in c. 1. in 5. prin. artic.

¶ Secundò quæro, vtrum aliquæ sint personæ, quibus remittatur hoc iuramentum? Sol. Dic, quòd sic, vt dixi supra eod. c. in pertractandis, artic. 7. quæst. 37.

11 ¶ Tertiò quæro, † vtrum hoc iuramentum possit omitti? Sol. Licet olim essent opinio. Azo, & Martin. tenerent, quòd non, & Host. hic, & in c. tuis, inf. de testib. volentes, quòd omissio redderet iudicium nullum: tamen habemus textum expressum in contrarium in c. 1. eo. titu. lib. 6. vbi tex. vult, quod possit omitti, & eius omissio non noceat. Et ista fuit olim opinio Ioan. Pilei, & Iaco. Bald. & sequacium per l. de pupillo. §. qui opus. ff. de ope. no. nunc. & l. iusiurandū. §. qui iur. ff. de iureiur. & quod no. in l. filiusfam. §. veterani. ff. de procu. & in l. ita de mun. C. de procura. & optime faciebat c. quoniam contra. inf. de proba. vbi de iuramēto calumniæ nulla fit mentio. & istorum opinio fuit approbata in d. cap. 1. & tenuit glo. in d. §. qui opus. & Barto. ibi per illum tex. quem dicit singularem ad hoc. & tenent ibi Ang. & Ioan. de Imo. & idem etiam tenet Ioan. in l. qui bona. §. qui alieno. ff. de dam. infec. Et sic illud, quod non potest operari expressus consensus, potest operari tacitus, sic in simili dicit glos. in ver. Pontifice. 11. q. 1. c. inolita. & glo. in cap. fin. inf. de vita & ho. cler. & quæ sit ratio, quare hoc iuramentum non potest expresse remitti, & tamen tacitè potest omitti: cum tamen iuramentum testis possit expresse remitti, & non omitti, prout no. in c. tuis. inf. de testib. & no. glo. & Barto. in l. iurisiurandi C. de testi. & no. in l. 1. circa prin. ff. de ferijs. & ibi Bar. & per Barto. in l. 1. C. de priui. schola. lib. 12. & in l. 2. §. sed quia veremur. C. eo. Respondeo, quòd ratio est: quia in iuramēto est maius periculum: tamen quia plura continet capitula, vt videbimus in c. fin. infra eod. art. 12. tum quia non est verisimile, quod testes, etiā omisso iuramento, velint pro alio calumniari, sicut pro se. ar. l. omnibus. ff. de test. & l. 1. in fi. ff. de Carbon. edic. Et vbi maius periculum, ibi cautius est agēdum, vt in c. vbi periculum. de elect. li. 6. Item quia in expressa remissione videtur contineri turpe pactum: cum per eam partes inuitentur ad calumniandum. ff. de pact. l. si vnus. §. illud. & §. pacta quæ turpem. secus in iuramento testium, secundum Henr. Bo. in d. c. tuis. Item facit: quia iuramētum testis potest esse adherēs ad probationem: seu facit & operatur ad probationem: vnde sicut pars potest per pactum inutilem probationem cōfirmare, secundum Innoc. in c. cum causam. de test. & no. Doct. in c. 2. & fi. de fide instrum. vbi volunt, quod partes possint astringere se, vt credant priuatæ scripturæ. facit etiam quod no. Bar. in l. fin. ff. de Pręto. stipul. vbi vult posse conuenire inter partes, quòd stetur simplici dicto alterius. & idem tenuit Ange. in repe. l. vacantia. C. de bo. vacan. lib. 10. Aliqui tenent contrarium: dicam latius in ti. de proba. ergo videtur, quòd partes possint remittere testibus. Sed in iuramento calumniæ arbitror, quòd etiam possit assignari ratio, quare non possit remitti: quia hoc iuramentum nō solùm respicit fauorem & vtilitatem partium, sed etiam iudicis. Et ideo pars nō potest illud remittere, per ea, quæ dixi supra, de foro compe. c. si diligenti. Sed secundum hoc videtur dicendum, quòd accedente consensu iudicis, posset

set remitti. quod tamen non videtur verum: cum tale iuramentum sit de substantialibus iudicij: nisi sit iudex, qui possit remittere ordinem iudiciariũ. ad quod vide, quæ dixi in artic. præceden. q. 2. & sic non videtur valere iudicium, vt in l. prolatam, C. de senten. Et si tu diceres, ergo etiam tacita omissio deberet vitiare, respondeo, quòd argumentum procederet: nisi ius expressè concessisset, quod posset tacitè omitti. vide, quod dixi in 1. q. huius articuli. Aliqui tamen tenent, quòd etiam iuramentum testis non possit expressè remitti. de quo dic, vt latius dicam in titu. de testi.

12 ¶ † Aduerte tamen: quia intelligo, quòd potest omitti, si ambæ partes omittant. Sed si alia pars illud exigeret, & pars aduersa non iuraret, non diceretur omissum, & non iurans incideret in pœnam, de qua dicam in capitu. fin. infra eod. articu. 17. nisi ex aliqua causa legitima excusaretur, vt ibi dicam. Et potest hoc iuramentum omitti, tàm in causa appellationis, quàm princ. Ita tenet Ioan. in cap. 2. eo. titu. lib. 6. & sequitur ibi do. Dom. Nec obstat tex. ille, dum dicit, iubemus. & sic illud, quod præcipitur, videtur necessario fiendum, 14. quæstio. 1. cap. quod præcipitur. quia respondet Ioan. quòd ille iussus in causa appellationis non plus importat, quàm iussio causæ principalis. quare sicut potest omitti in causa prin. vt dictum est: ita in causa appellationis.

13 ¶ Quartò quæro, † quid de iuramento veritatis? ¶ Sol. Dic, quòd sicut iuramentum calumniæ est de substantia, si petatur: ita etiam iuramentum de veritate. Ita concludit Io. de Imo. in l. qui bona. §. si alieno. ff. de dam. infe. per tex. in cap. 1. eo. titu. lib. 6. qui tex. in hoc videtur æquiparare iuramentum calumniæ, & iuramentum veritatis. Et hoc clarum est & expeditũ, quo ad omissionem. Sed quantum ad expressionem, videtur magis dubium; sed tamẽ ille tex. videtur concludere ad idem, in quantum dicit, ꝙ si non sit præstitum in exordio litis, potest tamen postea exigi: quia talia iuramenta, scilicet calumniæ & veritatis, quod ab initio præstentur, non est de substantia ordinis iudiciarij: quasi sentiat ille tex. à contrario, quod si petantur, sunt de substantia ordinis iudiciarij.

14 ¶ Quintò quæro, † quid de iuramento malitiæ. Sol. Doct. non tangunt, ego arbitror, posse concludi argumento prædictorum, quod possit omitti: sed non expressè remitti. faciunt rationes superius assignatæ in princip. istius artic. quare iuramentum calumniæ non possit remitti. Item probatur: quia iuramentum malitiæ se habet respectu vnius articuli, super quo quæritur iurari ad ipsum iuramentum calumniæ, sicut pars ad totum, ergo idem iuris iudicandum est, sicut de iuramento calumniæ. facit lex, quæ de tota. ff. de rei vendi. & cap. pastoralis. §. item cum totum. de offic. delega. Ad quod vide, quod dixi in cap. in pertractandis. supra eod. quæstio. 43. In contrarium tamẽ facit: quia facilius potest quis arbitrari, quod pars aduersa non calumnietur, seu malitiosè agat respectu vnius articuli, quàm respectu totius causæ, & ista pars videtur verior: quia hoc iuramentum non defertur, nisi vbi est suspicio de malitia: sed si pars aduersa confidit, quod non agat malitiosè, propter quod remittit tale iuramentum, cum hoc possit comprehendere ex modico discursu: meritò remittere poterit tale iuramentum. Et ex his (Deo duce) est expeditus decimus principalis articulus.

SVMMARIVM.

1 *Procurator vniuersitatis & Ecclesiæ, de calumnia potest iurare.*
2 *Delegans, causam delegatam ad se potest reuocare, ob negligentiam delegati.*
3 *Episcopus procuratorem constituere potest, & etiam vniuersitas.*
4 *Litis contestatio, quid requirat.*
5 *Iuramentum calumniæ exigi debet ab vtraque parte.*
6 *Donatio, an valeat, facta ab Imperatore non coronato.*
7 *Vniuersitas, seu Collegium, procuratorem constituere potest.*
8 *Principales, à quibus exigitur iuramentum, an possint dilationem petere ad deliberandum.*
9 *Procurator seu Syndicus, à quibus iuramentum exigitur, an possint dilationem petere.*
10 *Inducias seu dilationem potest petere is, à quo exigitur iuramentum veritatis.*
11 *Iuramentum malitiæ si petatur, dilatio nulla ad deliberandum datur.*

1 CVM CAVSAM. † Procurator Ecclesiæ & vniuersitatis, de calumnia iurare potest. h. d. vel sic. procurator seu syndicus Collegij Ecclesiastici vel secularis, potest iurare de calumnia. h. d. Et nõ diuiditur: quia est quædam narratio processus vsque ad iuramentum calumniæ, & de materia istius decretalis habetur in cap. licet. de proba. & in c. cum causam. infra de testibus.

2 ¶ Primò noto ibi, minimè processissent, † quod si delegatus non procedit in causa, & sic est negligens, videtur licita & honesta causa, quod delegans reuocet ad se causam delegatã. licet enim absque aliqua causa delegatus possit causam ad se reuocare, vt l. iudicium soluitur. ff. de iudic. & in cap. super quæstionum. de offic. delega. tamen de honestate non reuocat sine causa. & ideo Papa exprimit hanc causam.

¶ Secundò noto ibi, nostro se conspectui, quod licet quis sit cautus, etiam per Papam, vt eius conspectui se præsentet: non tamen tenetur personaliter comparere: sed potest constituere procuratorem: quia ex simplici citatione Papa non videtur tollere velle potestatem constituẽdi procuratorem. secus si citat, vt personaliter compareat, de qua materia in cap. 1. de iudic. lib. 6. & infra de dila. cap. exposuit. ego latè dicam in titu. de dilat. in materia citationis.

3 ¶ Tertiò noto ibi, quorum, iũcto principio, † ꝙ etiam vniuersitas constituit procuratorem. de quo glo. 1. hic in princ.

¶ Quartò noto, ꝙ Episcopus etiã ante litem contesta. in causa Ecclesiæ potest constituere procuratorem, sine decreto alterius superioris. & idem in alio Prælato, secũdum Inno. Ex quo infertur, ꝙ ampliorem potestatem habet Prælatus in rebus Ecclesiæ, quã tutor, vel curator in rebus pupilli vel adulti:

ti: quia ante litem contestatam illi non constituunt procuratorem, sed actorem, vt l.nemo tutores. C. de procur.& vide ad hoc bonam gl.5.q.3.c.fin.ego late tractabo in ti.de procur.

¶ Quintò noto ibi, cum instrumentis de rato, quòd procurator debet facere fidem de mandato per instrumentum habens clausulam, de rato. ad idem l. si procuratorem.ff.de procurato.& c.contingit. supra de transla.

¶ Sextò noto ibi, interrogationibus.arg. pro cõmuni opinione Legistarum, in l.1.C.de litis conte
4 stat.& cano.in c.1.de litis contest. † quòd ad contestat.litis, vltra petitionem & responsionem, requiritur quędam interrogatio & responsio, animo litem contesta. sed glo.penul.& fin. hic aliter intelligunt istum tex. tu dic, vt latè dixi in d.c.1. de li. contest. art.8.quæst.9.

¶ Septimò noto ibi, redactis in scriptis, quod ad valetudinem actorum, videtur exigi scriptura, de quo dic, vt latius dicam in c.quoniam. inf. vt li.non contest.vel in ti.de fi.instr.

¶ Octauò noto ordinem procedendi in causa: quia primò debet petitio offerri, secundò, ipsi petitioni responderi, & lis contestari. tertiò iurari de calumnia. si tamen hoc iuramentum omittitur, non vitiatur processus.dixi in cap. præced. artic.10.q.3. Et sic ex prædictis videtur inferri, quòd iuramentum calumniæ non posßit præstari ante litem contestatam, de quo dic, vt latè dixi in cap.1.supra eo. articu.5.

¶ Nonò noto tex. hic probantem, quod procurator hic iurat de calumnia: sed potest dici, secundum Ioan. de Imo. quòd isti procuratores tenebãt locum syndicorum: aliàs principales debuissent iurare de calumnia, vt in c.1. & in c.cæterum. sup.eo. sed tu dic, vt latius dixi in cap.3.supra eod.in 7.princip.artic.q.23.

¶ Vltimò noto ex fi. ibi, ab ipsis procurator-
5 bus, † quòd iuramentum calumniæ exigi debet ab vtraque parte, ad quod vide, quæ dixi in c.3.sup.in 7.princ.q.1. ¶ Sed antequam descendamus ad glo. op. cõtra tex. Nam iste Archiepiscopus erat actor, vt colligitur ex litera, & vniuersitas, & homines Fauentini erant rei: ergo cum essent laici, non poterant conueniri coram ecclesiastico, sed coram seculari, vt in cap.si clericus laicum. & in c.cum sit generale.supra de foro competen. So. Io.dicit, quòd imperium vacabat, & sic potuerunt conueniri coram Papa, vt in cap.licet ex suscepto. supra de foro compet. & vide quæ dixi ibi in primo & secundo casu. vel isti Fauentini erãt violenti, & sic ratione violentię valuit conuentio, vt in d.c.cum sit generale.dixi in d.cap.licet.vel potest dici & tertiò, quod ipsi noluerunt excipere de incompetentia. Hodie verò tota Romãdiola spectat ad Ecclesiam. sicut recognouit Rodulphus rex Romanorũ, ad quod vide Specula.in titu.de rescript.præsen.§.ratione causæ.vers. item, quod etiam obtentum ab Imperatore. vbi di-
6 sputat, † vtrum valeat donatio facta ab Imperatore, ante coronationem. Et no. quòd Specula. ibi facit mẽtionem de Bononia, dicens eam fuisse collatam Ecclesiæ. Et sic ex prædictis colligitur, quòd post dictam donationem d. communitas & quælibet alia subiecta Ecclesiæ conueniri potest coram Papa, & immediatè trahi ad Curiam Romanam.facit capitulum, si duobus. infra de appel. Vel quartò potest dici, secundum Dom.meum, quod ex illo capite, isti potuerunt conueniri coram Papa: nec potuerunt opponere declinatoriam fori: videlicet ex speciali consuetudine Romanæ Ecclesiæ, vel illius loci: quę habet, quòd laici possunt conueniri coram Papa: cum clerici agunt contra eos, vt plenè traditur per Dom.meum post gl.in c.si clericus.sup.de foro compet.& per glo.in cap.ex transmissa, eod.titu.vide quæ dixi in dicto cap. licet. versi. quintus casus. & vide etiam ibi alios casus, ex quibus possunt colligi aliæ solutiones.

7 ¶ Glo. in princ. colligit, † quòd vniuersitas seu Collegium potest constituere procuratorem, & prosequitur, quòd non est vis in nomine. & quòd hoc potest tam ecclesiastica, quàm secularis, tam de iure Canon.quã Ciuili.& finaliter se remittit. Dein de gl. in versi.& an talis, quærit, an talis procurator iuret de calumnia. & soluit quòd sic. Tertio loco glo.in versi.sed cum iuramentum. quærit, vtrum ille à quo petitur iurari de calumnia, posßit petere terminum ad deliberandum. & soluit, quòd non: interserendo quid iuris in iuramento veritatis. Quarto loco glo.in versic.si excommunicatus. quærit vtrum excommunicatus conuentus iuret de calumnia. & arguit pro parte negatiua, & decidit pro parte affirmatiua.

¶ In ea. glo. ibi, petitio. dic, Innocentius hic dicit, quòd non curat de nomine: sed de modo constituendi, & qualitate constituentis. si enim constituitur ab vniuersitate, quocunque nomine vocetur, syndicus est: quod intelligo, si generaliter constituitur. Si verò constitueretur à non domino, & cum decreto, diceretur actor. Et subdit vnum notatu dignum, quòd quamuis Prælati non sint domini, vt in cap.2. de donatio. tamen rectè & propriè constituunt procuratorem sine aliquo decreto superioris, quod non contingit in alijs, de quo traditur in dicto cap. petitio. Item secundum Innocen. vniuersitas propriè loquendo in re propria constituit procuratorem, vt l.secunda, §. hoc etiam. ff. quod cuiusque vni. no. Sed in rebus non suis, constituit actorem, quod no. Hostien. remittit ad no. in cap. in causis. supra de procura. & in cap.primo, de syndico. Et quia ista non est materia nostra, vide in dictis iuribus, & per glo. secunda, quæstio. septima, cap. si quis erga. ego plenè dicam in titu. de procurato. & in titu. de syndico, vbi propriè conuenit.

¶ In ea.glo.ibi, & talis procurator. dic vt latè dixi in cap.3.supra eod. in septimo princ. quæstio.23. Et de tutore, curatore, & alijs administratoribus, dixi ibidem, quæstio.16.& decem sequen.quæstio.

¶ In ea.glo.ibi, nunquid potest petere tempus.dic, vt statim plenè dicam post glo. in vndecimo princip. articu.

¶ In ea. glo. sed si excommunicatus conueniatur, dic, vt plenè dixi in dicto septimo articu. quæstio.trigesimaquinta.

¶ Glo. fin. prosequitur materiam interrogationum dicens, quòd quędam interrogationes fiendę sunt ante litem contesta.quę non debent omitti: & ponit 10.vel 11. exẽpla. & finaliter cõcludit dando re-

regulam, quod ante lit. contest. & post quandocunque æquitas mouerit iudicem, vt l. vbicunque. ff. de inter. actio. & 30. q. 5. c. iudicantem. subdit tamen, quòd pars ad interrogationem non tenetur respondere: si tamen respondet, sibi præiudicat. Et quòd ibi tenetur respondere, debet certum respondere, vt l. de ætate. §. nihil. ff. de inter. act. De qua materia latè tractant Dom. Anto. & Dom. meus, & per Specul. in ti. de inter. quæ fi. in iud. §. 1. & 2. sed non est materia nostra. quare dic, quòd quandoque interrogationes fiunt à parte ad fundandum: de quibus tractatur hic & locis prędictis. Ego verò de his latius dicam in titu. de confess. quia ex quo hæc materia non habet alium titulum proprium, ideo statui ibi ponere. verum est, quòd hic conueniunt, habita consideratione: quod hic tractamus de iuramento veritatis. quędam vero sunt interrogationes, quę fiunt testib. quando deponunt, & de his dicam latè in ti. de testibus.

¶ Postremò, iuxta præmissum ordinem in Rub. examinandus est hic 11. artic. videlicet, an super iuramento calumniæ veritatis, vel malitiosè præstando, possit peti dilatio. pro cuius articuli examinatione prosequar infrascriptas quęst. Prima, vtrum in iuramento calumnię, principales possint petere terminum ad deliberandum. Secunda, quid de procuratore. Tertia, quid de iuramento veritatis. Quarta, quid de iuramento malitię.

8 ¶ Primò igitur quęritur. † Vtrum principales à quibus exigitur iuramentum calumnię, possint petere dilationem ad deliberandum? ¶ Sol. Licet gl. 1. hic videatur formare quęstionem in procuratore: tamen argumenta & rationes suę cōcludunt, etiā quo ad principales. Et arguit primò, quod non possit peti hęc dilatio: quia cum hoc iuramentum sit de credulitate: meritò statim debet & potest respondere, credo: vel, non credo: nec potest dicere dubito, vt dicam in c. seq. in 12. art. ver. 19. no. Quia aut statim credit, aut non credit illud, super quo interrogatur: sed tandem videtur glo. concludere, ꝙ detur tempus ad deliberandum: idem videtur velle gl. in l. 2. §. quod obseruari. C. eo. per l. si debitor. ff. de pet. hęr. & l. qui interrogatum. ff. de inter. act. & eam opi. tenet gl. in l. 2. §. 2. C. eo. ti. & sequitur Ioan. mouetur, quia æquè pręiudicat responsio de credulitate, sicut de veritate, vt no. glo. in c. ex literis. de iureiu. & Spe. in ti. de positi. §. 6. ver. hoc tamē. & ideo non debet ex abrupto iurari, sicut dicitur in iuramento de veritate. tetigi sup. in Rub. art. 2. ver. quarta. idem ēt tenet Iac. But. in d. l. dicens ꝙ debet dari dilatio. loquitur tamen in responsionib. ad positiones, & ideo non prosequor suam opinionem. Spec. in ti. de positi. §. 6. ver. sed nunquid. & in ti. de iur. calum. §. fin. ad fi. recitat opiniones. videtur tamen residere distinguendo inter iuramentum calumniæ, & veritatis, & quòd in iuramento calumniæ nō detur dilatio: quia statim potest absque nota periurij respondere, credo, vel non credo: si tamen proponeretur, quod hodie habet aliam conscientiam per ea, quæ audiuit: cogetur iterum respondere, & sic loquitur multum ambiguè. sed Ioan. ibi in addi. dicit, quòd quæstio potest intelligi duob. modis. vno modo, an detur tempus ad deliberandum super iuramento præstando, & dabitur dilatio, vt no. glo. in d. l. 2. per §. quod obseruari. & §. ꝙ si actor. ibi dum tex. dicit, & hoc legitimè fuerit approbatū. & idem tenuit Pileus in d. l. 2. & Franc. Vercel. in c. 1. sup. eo. q. pe. per l. iusiurandum & ad pecunias. in prin. ff. de iureiur. Et ne quis subeat anceps periurium. ff. de in litem iur. l. videamus. subdit tamen, ꝙ Cynus post Pet. in d. l. 2. in prin. q. 5. tenet contrarium: qua ratione actor non habet dilationem: quia est in potestate sua, quando velit agere, vt in l. si quando. C. de dila. & in l. petendæ. C. de tempo. in integ. resti. ita nec reus, cum debeat venire instructus: nec debet timere periurium, cū non iuret de veritate. & hanc opinionem approbat Io. An. in d. addi. quia ex quo habuit tempus ad deliberādum ante litem contest. sicut potuit deliberare in illa: ita in hoc iuramento calumniæ.

¶ Secundo modo potest intelligi, quòd præstito iuramento, petatur tempus ad deliberandum super responsione fienda per illud iuramentum, & non dabitur dilatio. posset tamē esse ita perplexus & dubius, ꝙ daretur dilatio. Ex quibus hic infert Dom. Anto. quòd principales nunquam haberent terminum ad deliberandum: nisi aliquid de nouo occurreret: quia semper debuerūt deliberasse in libellando, vel respondendo libello. Et cōcludit se putare, quòd principalis non debet habere dilationem deliberatoriam ad iurandum de calumnia: quia satis potuit deliberare de iustitia in rñsione ad libellum per se, vel procuratorem. Tu verò ex prędictis distingue, post Do. meum, quibusdam additis: Quòd aut loquimur in actore, & sibi non datur terminus ad deliberandum, per d. l. si quādo. cum si. nisi actore mortuo, instantia transijsset ad hæredem vel similem successorem, secūdum ea, quę dixi in c. quia V. sup. de iud. & ab eo exigetur iurm̄ calumniæ: nam si peteret dilationem, satis æquū videtur, quod dari debeat per ea, quæ nunc dicam. Aut loquimur in reo, & subdistingue, ꝙ aut quæritur, vtrum dandus sit terminus ad iurandum de calumnia: aut nūquid sit dandus ad respondendum positionibus, seu interrogationibus, quæ postea fiunt virtute iuramēti iam præstiti de calumnia: ꝙ iuramentum illud certū continet: videlicet, ꝙ si quæretur verum, non inficietur, vt dicam in c. seq. art. 12. Primo casu distingue, ꝙ aut reus, à quo exigitur iuramentum iam respondit libello: & nō debet habere inducias; quia satis potuit deliberare, an causa videretur sibi iusta intra terminum datum ad respōdendum libello, ar. optimum in c. 2. inf. de dila. quare cū nunc nihil noui exigatur, non potest prætendere aliquam dubitationē: nisi forte aliquid inopinatum, & nouum nunc emersisset, vt quia post responsionem ad libellum reperit in arca paterna: quod facit ipsum dubitare: quia tunc satis æquum videtur inducias dandas: cū possit esse dubius inter credere & nō credere, & sic videntur intellexisse Io. & alij, dū dixerunt, nisi sit perplexus vel dubius, & saluari potest opi. illorum, qui volunt inducias concedendas. quod ēt tenuit Bar. in l. iusiurandum & ad pecunias. ff. de iureiur. Aut reus non respondit libello, sed alius: sed fortè eius procurator, vel is, qui iurauit, mortuus est, & nunc exigitur ab eius hærede, vel successore, in quem transiuit instantia, & hoc casu dicit Dominus meus, inducias concedendas, vt intereà se informet

formet de qualitate causæ: quia potest esse, q̃ dubitet vel titubet. Aut iuramento iam præstito interrogatur quis, virtute illius iuramenti, vt respondeat interrogationi, vel positioni iam factæ: & hoc casu Doct. distinguunt. Aut interrogatio vel positio fit de facto proprio, vel alieno: & an de facto proximo vel longinquo, aut antiquo, & alia ponũt membra, tractãdo materiã interrogationum & positionum: quam ego hic omittere institui: quia ipsam latè tractabo in tit. de confess.

9 ¶ Secundò quæro, † quid de procuratore, syndico, & similibus, vtrum possint petere tempus ad deliberandum? SOL. Glo. 1. hic in ver. sed cum iuramentum, vt dixi in prin. præced. q. finaliter videtur concludere, q̃ detur dilatio ad deliberandum; licet primò arguat in contrarium. Inno. vero in c. 3. sup. eo. sentit contrarium, per illum tex. in quãtum vult, quòd principalis tenetur constituere procuratorem, seu œconomum habentem notitiam causę. quòd si non constituat, est imputandum domino, vnde infert Innoc. quod si procurator, seu syndicus interrogatus dicit se velle consulere dominum, nõ habebit terminum, nisi iusta causa subsit. argu. l. fi. C. de procur. & l. si actor. ff. de procur. Quinimò, secundum Innoc. si procurator dicit se nescire ea, de quibus interrogatur, & pertinent ad principalem causam: condemnabitur in expensis, quæ propter hoc fierent, vt in d. c. auditis. & c. constitutus. sup. de procur. Ex quibus videtur cõcludendum, quòd etiam procuratori non sit dandus terminus ad deliberandum, & consulendum dominum. Host. tamẽ videtur velle in d. c. 3. quod hoc sit arbitrarium. ar. c. fi. de transact. & c. fi. eo. Dom. me. in d. c. 3. recitatis prædictis opinionibus remittit ad no. per Spe. in ti. de positi. §. 6. ver. in summa. & ver. seq. & ad no. per Barto. in l. non solùm. ff. de procur. & per eum in c. dilectus. de proc. Do. An. ibi primò latè tractat simpliciter, an procurator possit petere inducias ad cõsulendum: sed quo ad præstandum iuramentũ de calumnia concludit, quod non debet habere inducias ad consulendum dominum, & respectu procuratoris actoris, satis placet: nisi esset aliqua iusta causa, quæ eum redderet perplexum: quæ fortè de nouo emersisset: quia si propter hanc causam daretur principali dilatio ad deliberandum, vt dixi in q. præced. fortius debet concedi procuratori & simil. Et idem ẽt videtur mihi dicẽdum in procuratore rei, ex quo in causa mota domino, dominus constituit eum procuratorem: quare arbitror esse satis rationabile, quòd hoc sit arbitrarium: quoniam ex varijs circunstantijs poterit iudex considerare, an petat talem dilationem calumniosè, vel non considerãdo allegatã vel subsistentem causam, secundum quam poterit concedere vel negare dilationem.

10 ¶ Tertiò quæro, † quid de iuramento veritatis? ¶ SOL. Glo. hic concludit, quod habebit inducias ad deliberãdum, si dicat se dubitare. ff. de interrog. act. l. qui interrogatur. C. de iure deli. l. si curatoris. ff. de iureiur. l. iusiurandũ. 1. responso. & idem videtur velle glo. in l. 2. C. eo. & sequitur hic Io. sed Do. Anton. & Dom. meus, latius hic prosequuntur materiam istam, tractando hic latè materiam interrogationum & positionum: sed ego hic illam omittam, & ipsam tractabo sub ti. de confess.

11 ¶ Quartò quæro, † quid de iuramento malitiæ vtrum ad illud præstandum possit peti dilatio ad deliberandum? ¶ SOL. Licet Doct. non tangant hãc quæstionem: tamen ego arbitror, quod dilatio dari non debeat: quia iuramentum malitiæ præstatur super actu particulari, quando super eo de præsenti est aliqua suspicio malitiæ, propter quam iudex inducitur ad illud deferendum, vt dixi supra in Rub. arti. 2. vnde siue sit principalis, siue procurator, certitudinem habet, vtrum per malitiam vel calumniam, talem actum facere vel refugere velit: & ideo non debet dari dilatio, per ea, quæ videbimus in tit. seq. in materia dilationum. Et ex his (Deo duce) est expeditus 11. artic. princ.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus per illum iurat de calumnia, per quem causam agit.*
2 *Iuramentum calumniæ præstatur Euangelijs tactis.*
3 *Episcopus per se potest in causa pecuniaria litigare.*
4 *Iuramentum calumniæ recusans præstare, quæ sit feriendus pœna.*
5 *Iuramentum calumniæ, sub qua deferatur forma.*
6 *Iuramentum calumniæ sic præstatur, quòd iurans falsa probatione non vtetur.*
7 *Iuramentum calumniæ, quid debeat continere.*
8 *Iuramentum calumniæ, quod ab actore exigitur, qualiter concipiatur.*
9 *Iuramentum calumniæ datur de calumnia in præsenti, & in futuro vitanda.*
10 *Iuramentum calumniæ, sub qua forma à reo exigatur.*
11 *Iurans de calumnia, de credulitate iurare debet, & non de scientia.*
12 *Iuramentum calumniæ, quæ persona in animam propriam dicantur præstare.*
13 *Prælatus de calumnia iurat in animam propriam & Ecclesiæ.*
14 *Procurator iuramentum calumniæ sub forma duplici potest præstare.*
15 *Clerici cum superioris authoritate, debent iuramentum de calumnia præstare.*
16 *Iudicans quilibet quo ad illam causam, superior dicitur.*
17 *Inferior absque superioris licentia in contractibus firmandis, iurare potest.*
18 *Clericus cum superioris licentia, potest iurare in manibus iudicis laici.*
19 *Filiusfamiliâs cum patris consensu, iuramentum calumniæ debet præstare.*
20 *Iuramentum veritatis, sub qua sit præstandũ forma,*
21 *Prælatus vnum sciens vt Prælatus, & aliud vt conuentus: qualiter iurare debeat, ne sit periurus.*
22 *Iuramentum veritatis differt à iuramento credulitatis.*
23 *Veritas scita habitum producit ex necessarijs demonstratum.*
24 *Responsio de credulitate in facto proprio ita præiudicat, sicut de veritate.*
25 *Iuramentum calumniæ regulariter non iteratur, & hoc limitatur, numeris seq.*
28 *Iuramentum malitiæ iterari potest.*
29 *Effectus iuramenti calumniæ, qui sint.*

30 *Actor de calumnia iurare nolens, qualiter puniatur.*
31 *Reus de calumnia nolens iurare, pro confesso habendus est. & hoc limitatur, nu. seq.*
33 *Actor & reus iurare si nolint, alter alteri actione iniuriarum tenetur.*
34 *Iurare recusans in vniuersitate, priuilegio spoliatur vniuersitatis.*
35 *Actor iurare recusans, an cadat ab actione, & reus habeatur pro confesso iure ipso.*
36 *Pœna ad hæredes non transmittitur, si scientia ipsam declarans requiratur.*
37 *Sententia cōtra nolentem iurare, an possit ferri in eadem instantia.*
38 *Contumacia in non iurando, an possit purgari.*
39 *Tempus datum ad probandum, an currat contra tempus datum per iudicem ad iurandum.*
40 *Actore nolente iurare, si reus absoluendus condemnetur, an valeat condemnatio.*
41 *Sententiam passus, an possit appellare.*
42 *Iudice sententiam ferre recusante contra nolentem iurare, quid agendum.*
43 *Contumacia tutoris vel curatoris, an noceat pupillo vel adulto.*
44 *Contumacia Prælati vel syndici, an noceat Ecclesiæ.*
45 *Confessio vera solius Prælati, non semper Ecclesiæ est nociua.*
46 *Contumacia procuratoris iurare nolentis, quando noceat domino.*
47 *Iurare nolens de calumnia in causis spiritualibus, qualiter puniatur.*
48 *Actor & reus de calumnia iurare nolentes, qua de causa excusari possint. & nu. seq.*
54 *Iuramentum malitiæ recusans præstare, qualiter puniatur.*
55 *Iuramentum veritatis præstare nolens, qua sit plectendus pœna.*

1 CVM IN CAVSA. † Episcopus per alium agens causam propriam, per illum iurat de calumnia: si verò per se, ipse iurat præpositis, sed non tactis Euangelijs. h. d. secundum Io. sed non placet Domino meo, in quantum restringit tex. ad causam propriam, cum in tex. nihil dicatur: imo potius innuitur contrarium ibi, per syndicum, vel actorem, quæ verba videntur denotare potius causam Ecclesiæ, quàm propriam: cum in propria causa non constituatur propriè syndicus vel actor, sed procurator, vt l. 1. ff. de procur. & notatur 2. quæst. 7. cap. si quis erga. summat ergo Dominus meus sic: Episcopus iurat de calumnia præpositis, sed non tactis Euangelijs, si per ipsum eligit litigare: si verò per syndicum vel actorem, per illum poterit iurare. h. d. primo. Et actor recusans sine causa præstare hoc iuramentum, debet cadere ab instituta actione: Reus verò debet haberi pro confesso. h. d. 2. pars ibi, pœna verò.

2 ¶ Noto primò, † quod iuramentum calumniæ regulariter præstandū est tactis Euangelijs. quia si est speciale in Episcopo, ꝙ non teneatur tangere Euangelia: ergo secus est in alijs. de quo statim dicam in 12. princ. articulo. Et prosequitur hic Dom. meus, post Dom. Anto. vtrum in alijs casibus sufficiat, ꝙ Episcopus iuret sine tactura Euāgeliorum. & quamuis in cap. inter. infra de pur. cano. ego remiserim me hic dicturum: tamen quia non est principalis materia nostra, & quia in decretali, ista materia sua erit grauata: ideo vide hic per eos, & per Ioan. & dom. Dom. in cap. vt circa. de electio. lib. 6. Ego latè tractabo, infra in titu. de iureiuran. vbi principaliter conuenit.

3 ¶ Noto secūdò, † quod Episcopus potest etiam in causa pecuniaria per se litigare. Contrarium tamen videtur velle tex. 5. quæstio. 3. cap. quia. facit l. pen. cum sua authent. C. de procur. vbi patet, quod persona illustris non potest per seipsam litigare. Hostien. dicit, quod in foro seculari hoc cap. non haberet locum: sed deberet Episcopus per alium litigare, & sic solùm debet habere locum in foro ecclesiastico. alij vero dicunt, quod d. cap. quia. & c. cum simus. 9. quæstio. 3. sunt hodie correcta. Philippus dicit, quod verbum, debet, positum in contrarijs, non importat necessitatem: sed ponitur pro potest. Simile 26. di. cap. fin. & 77. distin. cap. quicunque. Dominus meus hic dicit, quod putat d. cap. quia, & similia, intelligenda esse de honestate, & non de necessitate. simile no. glo. in cap. primo. supra de syndico. vt sicut lex ciuilis imponit necessitatem illustribus litigandi per procuratores: ita ius Canonicum voluit hoc inducere de honestate. potest ergo per se litigare, vt hic, secundum Dominum meum. Sed tu vide etiam tex. ad hoc, in cap. cum olim. infra de testi. vbi patet, quod Archiepiscopus potest personaliter agere, nec compellitur procuratorem constituere: sed quia non est materia nostra, sed principaliter pertinet ad tit. de procura. vide hoc per Dominum meum, & per Host. in summa in titu. de procur. §. quis clare. ver. item & Episcopus. vbi assignat quatuor rationes. ego aliquid tetigi in cap. vt famæ. infra de senten. excommun. in 2. quæst. princ. Sed latè examinabo in titu. de procur. & vide Specu. in titu. de acto. vers. item illustris. qui dicit, quod Cardinales non possunt per se litigare.

4 ¶ Noto tertiò, † qua pœna sint puniendi, tam actor, quàm reus recusantes præstare hoc iuramentum? de quo latius dicam infra, in 15. principali articu.

¶ Noto quartò ibi, cum præstādum fuerit, quod recusans præstare hoc iuramentum ita demum incidit in pœnam, si sine legitima causa recuset præstare: aliàs secus. de quo latius dicā inf. in 15. princ. articu. ¶ Glo. 1. tacitè quærit, vtrum textus noster inducat aliquam specialitatem in Episcopo, quod iuret per syndicum vel actorem. & dicit, ꝙ non: sed quod est regulare, vt in iuribus in ea allegatis. Et sic glo. videtur intelligere, quod tex. noster propriè procedat in syndico & actore cōstituto in causa Ecclesiæ, vel ciuili, sine alio mandato, vt d. c. 3. articu. 7. quæst. 31. & sic glo. videtur intelligere tex. in Episcopo litigante pro causa Ecclesiæ, vt dixi supra secundum Dominum meum. Et sic secundum intellectum glo. clericus per procuratorem simpliciter constitutum, non iurat de calumnia, de quo latè dixi in cap. 3. supra eod. art. 7. quæst. 23. Aduerte tamen: quia Ioan. & Hostien. intelligentes textum in Episcopo agente causam propriam, exponunt textum, dum dicit syndicum, id est, procuratorem. sed non insisto. dic vt dixi in d. quæstionib.

¶ Glo.

¶ Glo. secunda sentit quæstionem, quare Episcopus debeat iurare de calumnia per seipsum, & soluit. Et subiungit, qualiter Episcopus iuret. Et in fi. opponit & soluit. ¶ In ea.gl.ibi, quia non tangit sacra. dic de hoc, vt statim dicam in duodecimo articulo principali. ¶ In eadem glo. ibi, quandoque tamen tangit sacra. dic vt de hoc latius dicam in titulo, de iureiurando. ¶ In fi. glos. dic de hoc, vt dixi supra eod.in cap.3.art.7.q.4. Glo.fi. in prin. fortificat text. allegando concordantias: deinde quærit & soluit. ¶ In fi. dic de hac pœna, vt latè dicam inf. in 15.prin. artic.

¶ Postremò: quia iuxta præmissum ordinem in Rubr. superest, vt examinemus duodecimum principalem articulum, & tres alios seq. assumo ipsum 12. articulum.

¶ Duodecimus igitur principalis articulus est, in
5 quo venit examinandum, † qualiter seu sub qua forma sit deferendum iuramentum calumniæ, & qualiter iurandum, & quid debeat continere: quia Docto. & ineptè & imperfectè procedunt. & articulus est talis, qui in iudicio non potest ita commodè per quæstiones, sicut per notabilia expediri. ideo procedam notando, quæ sunt necessaria.

¶ Primò igitur no. quòd hoc iuramentum debet continere, quòd is, qui iurat credat, seu credit, vel æstimat se habere bonam causam. no. glo. & Docto. in cap.1. supra eo. & glo. Cy. Bar. & Docto. in l. 2. C. eo. per illam l. in prin. & auth. hoc sacramẽtum. & glo. Instit. de pœna teme. liti. §. 1. Spe. eo. ti. §. nunc dicamus. in prin.

¶ Secundò no. ꝙ debet continere, quod interrogatus non negabit, quod verum esse credet, ita traditur per glo. & Doct. prædictos in iuribus & locis præallegatis. Sed iuxta hoc quæro de notabili & quotidiana q. Emi rem à Titio, tu petis eam, & nũc scio tuam esse: vtrum possim iurare de calumnia, si volo, quòd proferatur sententia de hoc, vt nõ amittam remedium de euictione? Sed de hac quæstio. dic, vt latius dicam statim in decimoquinto principali artic.

6 ¶ Tertiò noto, † quòd præstari debet iuramentum, quòd iurans non vtetur scienter falsa probatione, secundum glo. & Docto. in dictis iuribus & locis. Alij verò adiungunt, quòd non vtetur falsa probatione, siue in testibus, siue instrumentis, siue in alia probatione: sed hoc potius fieri videtur de consuetudine, quàm de iure. Nam de iure videtur dicendum, quod nullam probationem exiget, nisi quam pro veritate crediderit necessariam, vt in d. auth. hoc sacramentum. C. eo.

¶ Quartò noto, ꝙ debet iurare, quòd dilationẽ non petet in fraudem, vt dicit glo. in d. cap. 1. & d. l. 1. C. eodem, & facit tex. ibi in princ. Sed dicit Speculator eod. tit. §. nunc dicamus. in princ. quòd consulit, quòd hoc omittatur. alioquin iurantes nunquam, aut raro periurium euitabunt, eo, quòd sæpe post hoc iuramentum frustratorias petunt dilationes. sed dic, Ioan. ibi dicit in addit. quòd Simon Vicen. in l. 1. C. eod. non approbat hoc, sed excusat: quia sic habet consuetudo. Sed Dom. meus in c. 1. supra eod. approbat dictum consilium, per no. in c. clericus. infra de cohabit. clericorum & mulierum. vbi patet, quòd nunquam est pręstandum iuramentum illi, de cuius periurio timetur. ad idem cap. ili. 22. quæst. 5. & sequitur etiam Ioan. de Imo. in c. 1. supra eod.

7 ¶ Quintò noto, † quòd debet continere, quòd nec dedit, nec dabit, nec promittet aliquid pro illa causa, nisi illis personis, quibus leges dare permittunt, per tex. in authent. princip. & ibi glo. & Doctores, C. eod. & per glo. in c. 1. sup. eo. per Spe. eod. ti. §. nunc dicamus. in prin.

¶ Sextò noto, quod continere debet ꝙ alter ab altero non exiget aliquam probationem, nisi quam putat necessario faciendam, vt in authen. in isto. C. eo. & ibi Pau. de Cast. vnde glo. in l. 2. C. eo. & in c. 1. supra eo. & Spec. in d. §. nunc dicamus. in prin. tradunt hos versus: Illud iuretur, quod lis sibi iusta videtur. Et si quæretur verum, nõ inficietur. Nil promittetur, nec falsa probatio detur. Vt lis tradetur, dilatio nulla petetur.

8 ¶ Septimò noto ex omnib. prædictis causis, † ꝙ iuramentum calumniæ exigendum ab actore, sic potest concipi: Tu iurabis, quod certus credis, seu existimas bonã causam agere. Et interrogatus non negabis, quod verum esse credes: nec scienter vteris aliqua falsa probatione: nec in fraudem tardandi iudicij causa, dilationem aliquam petes: nec dedisti, nec dabis, nec promisisti, aut promittes aliquid pro ista causa, nisi illis personis quibus leges dare aut promittere permittunt: nec exiges ab aduersario tuo aliquam probationem nisi quam putaueris necessario faciendam. sic Deus te adiuuet, & hæc sancta Dei euangelia. Quo iuramento delato, actor respondere debet, & iurare sub forma præstita. Aduerte tamen: quia vt dicit Io. de Imo. in c. 1. supra eo. iudex petet, vt explicitè omnia prædicta capitula iurentur. Si tamen simpliciter deferretur iuramentum de calumnia, & simpliciter iuraretur, virtualiter & implicitè omnia prędicta capitula videntur iurata.

9 ¶ Octauò noto, † quod hoc iuramẽtum dari debet de calumnia vitanda in præsenti, & de futuro, & etiam de præterito secũdum aliquos, qui volunt quod hoc modo præstetur iuramentum, videlicet: Tu iurabis te litem istam calumniandi animo non mouisse, per l. 2. C. eod. nec mouere, per authen. in isto. C. eod. & in corpore vnde sumitur. Et sic propter verbum, mouisse, volunt quod præstetur etiã de præterito. tradit Specu. eod. ti. §. nunc dicamus. in princ. Sed dicit ibi Ioan. in addi. quod turbantur aliqui, quos refert Cyn. in dicta l. 2. quod iuramen. calum. præstetur de præte. & ad tex. in dicta l. 2. dum dicit mouisse, exponunt, id est, mouere. facit l. inter cohæredes. §. familiæ. ff. famil. ercifcun. & mouentur per l. in bello. §. factæ. ff. de cap. vbi dicitur: quod enim pręteritũ est, nequit non fuisse. sed dicit Ioan. quod primam opin. tenet Hostien. in sum. eod. titu. §. antep. in fi. Et subdit, quod non videt quid impediat iurare de pręterito: cum videamus quod iuramenta compurgatorum respiciant pręteritum: quare nihil impedit iurare quod à principio sine calumnia mouit litem. Sed tamen: quia hoc non videtur sufficere; quia posset superuenisse mala fides, & in futurum superuenire, ideo præstatur de pręsenti & de futuro, secundum Io. Idem etiam videtur velle Iaco. But. in dicta l. 2. C. eo. dicens

cens quòd tale iuramentum habebit bonum effectum: quia videns falsum iurare, desistat à iuramento, & à causa. Item non calumniabitur ab ipso princ. sciens quod habet iurare de præterito. & hoc dictum videtur sequi Dom. Anto. in c. 1. supra eo. sed Do. me. ibi dicit, quòd putat contrariam opi. veriorem. mouentur: quia si iuramẽtum deberet extendi ad præteritum, lex non præciperet iurari post litem contest. imò deberet iurari ab ipso initio. subdit tamẽ quòd quæstio est modici præiudicij: quia semper emergentibus quæstionibus ante litem contesta. iuratur specificè, vt dixi in c. 1. sup. eo. arti. 5. in princ. & supra eod. ver. 17. & duobus seq. & post li. contesta. iuratur super tota causa: vnde satis est ꝙ iuret se credere iustam causam mouere: & quòd in futurum non calumniabitur. facit ad prędicta, c. pe. inf. de iureiur. & maximè hoc procedit: quia iuramentum malitiæ potest exigi in quacunque parte litis, & quoties iudici visum fuerit, vt dixi in c. 1. sup. art. 5. q. 1. & 2.

10 ¶ Nonò noto, † quòd delato iuramento actori sub forma prædicta iudex se conuertet ad reum & dicet: Tu iurabis quod putas petitioni actoris iustè contradicere, & iustam causam defendere. Insti. de pœna teme. lit. in fi. primi responsi. & generaliter iurabis te obseruaturum in defendendo, sicut ille iurauit in agendo, sic te Deus adiuuet, &c. C. eod. l. 2. in prin. & ver. reus autem. facit ff. fam. erc. l. inter cohæredes. §. qui familiæ. quo iuramento delato, reus respondere debet tangendo euangelia, quod ita iurat sicut delatum est sibi iuramentum.

¶ Decimò noto, ꝙ prędictum iuramentum regulariter debet præstari tactis sacrosanctis euangelijs: argum. d. l. 2. & tex. nostri. Nam si speciale est hoc in Episcopo, quod iuret nõ tactis, sed præpositis euangelijs: ergo in contrarium est ius commune, vt in l. 1. in fi. ff. ad muni. & vide glo. singularem in Clem. 1. de hære. quæ ita dicit, ꝙ ubi ius exigit tacturam euangeliorum, non sufficit tangere aliã scripturam. & si tu diceres, nonne etiam est iuramentum quando iurando tangitur alia scriptura? respondeo sic: sed non ligat transgredientem ad tantũ peccatum: quia periurium tanto magis est pœnale, quãto sanctius est id super quo præstitum fuit iuramentum. 22. q. 1. cap. mouet. & no. in c. & si Christus. inf. de iureiur. & sic ex prædictis videtur inferendum, ꝙ Iudæus non possit iurare de calumnia: cum non credat euangelio. Sed dic imò iurat super præceptis Moysis, vel per Deum patrem vel aliter. & de forma iuramenti ipsius, tradit Spec. eod. ti. §. restat. ver. sed pone. Ego verò ponam infra in titu. de iureiur. dicit tamen Do. me. hic, & in cap. 1. supra eod. quòd hodie de consuetudine sufficit tangere quamlibet scripturam. & prædicta procedunt, nisi causa esset leuis: quia tunc etiam clericus non tenetur tangere Euangelium: sed interrogatur per sanctam consecrationem, vt est tex. no. secundum vnum intellectum in c. si quis presbyter. 2. q. 5. tenet Dom. me. supra eo. Episcopus verò iurat propositis Euangelijs, sed non tactis, vt tex. est hic. facit 11. q. 1. cap. nec honore. Specu. eod. tit. §. nunc dicamus. ver. Item no. quòd Episcopus.

11 ¶ Vndecimò noto, † quòd ille qui iurat de calum. debet iurare de credulitate & de æstimatione non de scientia, vt in Authen. de his qui ingredi. ad appel. §. pe. in fi. collat. 5. & est tex. & ibi no. Cyn. & Bar. in auth. in isto. C. eo. & ibi etiam Pau. & glo. in l. 2. C. eo. & glo. 1. in cap. ex literis. infra de iureiur. tetigi supra, in Rub. ar. 2. & ibi remisi me ad hic dicenda. tradit etiam Dom. me. in cap. 2. supra eo. & quæ differentia sit inter iuramentum credulitatis, & scientiæ seu veritatis, dicam infra eod. & ibi dicam, quod in causa criminali defertur iuramentum veritatis.

12 ¶ Duodecimò noto, † quod principales personę iuramentum hoc calumniæ præstant in animã propriam, vt in c. 3. supra eo. similiter etiam & œconomus, vt d. c. 3. & tutores & curatores, si habent legitimam administrationem: quia & ipsi iurant in animam propriam, vt dicit glo. fin. in d. c. 3. & sequuntur ibi Doct. per l. 1. §. sin autem. C. eo. & tenet Do. me. in d. cap. 3. & idem dicẽdum est de omnibus legitimis administratoribus, vnde etiam syndicus collegij & vniuersitatis, iurat in animam propriam, vt dicit glo. fin. in d. c. 3. Sed tex. & glo. & Docto. in c. præsentium, de testi. lib. 6. volunt quod iuret in animam propriam, & vniuersitatis seu conuentus. & idem voluit glo. 1. in c. ex literis. inf. de iureiur. & sic debet intelligi & extendi d. glo. fin. in d. c. 3. & probatur 63. dist. cap. tibi domino. & in d. cap. ex literis. Nec ob. quod hoc videatur posse fieri, cum vniuersitas, colle. vel conuentus non habeat animam, vt in cap. Rom. §. fin. de senten. excommu. lib. 6. quia debet intelligi quod iurat in animã propriam & singulorum vel maioris partis vniuersitatis seu conuentus: quia regulare est, quod vbi dispositio refertur ad vniuersitatem, & materia est talis, quæ non congruit vniuersitati collectiuè: sed tantum singulis de vniuersitate: dispositio collectiua debet sumi distributiuè pro singulis de vniuersitate, & non collectiuè. Ad quod vide glo. super ver. non competunt. in c. si sententia. de senten. excom.

13 in 6. † similiter etiam Prælatus iurat in animam propriam, & ecclesiæ: quia etiam ipse est legitimus administrator. Facit quod no. glo. 1. in fi. in d. c. ex literis. Procurator verò si habet speciale mandatum ad iurandum de calumnia in aliqua causa, non iurat in animam propriam: sed in animam constituentis. 63. d. c. tibi domino. 100. di. c. optatum. 17. q. 4. c. metuentes. sup. de offi. deleg. c. nouit, in par. dec. facit c. proc. de elect. lib. 6. no. etiam in c. fi. eo. titu. lib. 6. & etiam iurat in animam propriam, per c. 2. eo. tit. lib. 6. tenent Innoc. & Io. de Imo. in c. 1. sup. eod. & Io. in c. 3. §. eo. Si vero est procurator generalis ad causas, intellige cum potestate iurandi de calum. secundum quod dixi in d. c. 3. arti. 7. q. 23. tunc talis iurat in animam propriam: nec est necesse, quod tunc principalis iuret, vt ibi, & per Io. de Imo. in c. 1. sup. eo. & si dominus iurauit, etiam in causa spirituali: iurat etiam ipse procurator in animam propriam. vide glo. in verbo, ab ipsis. eod. ti. lib. 6. in cap. 2. Idem etiam tenent Dom. de Rota, decis. 432. & fortius volunt, quod si procurator recusaret iurare in animam domini & propriam, puniretur pœna istius c. in fi. de quo latius dicam inf. eo. art 15. Et idem voluit Bald. in l. 2. C. eo. in prin. in q. 2. Dom. me. in d. c. 3. sup. e. dicit quod habens mandatum ad iurandum in tali causa admittitur ad iurandum in animam

mam domini: licet olim esset dubium, vt d.c.fi.eo. tit. lib.6. Et debet concipere verba in animam domini. Sed tu vide glo. in d.cap.tibi domino. ex qua colligitur quòd procurator præstat hoc iuramen-
14 tum sub duplici forma: † videlicet, ego iuro in animam domini mei, quòd ipse ita seruabit. vel sic: Dominus meus iurat quòd ipse seruabit. sic Deus ipsum adiuuet, & hæc sancta Dei Euangelia, & ista vltima est forma, quam ponit Cy. in l.2. C.eo. dicens quòd procurator iurat dicto modo, vt nûcius. vult enim ibi quòd alias nô debet iurare in animam domini, vel si iurat debet dicto modo iurare vt nuncius, qui concipit verba in personam domini, vt l. cum qui.ff.de consti. pecu. ita dicit Cyn. in d.l.2.§. hoc etiam. C.eo. in pen.q. sed Bart. ibi & Do. Ant. & Ioan. de Imo. in d.c.3. supra eo. dicunt quòd vtraque forma est bona, & dicit ibi Do. Ant. post Ioan. & Bart. quod procurator præstat duplex iuramentum: vnum in animam domini, & aliud in animam propriam. & idem tenet hic Hosti. & Dom. meus in d.c.3. dicens, quòd siue dominus iurauit per se, siue procurator in animam domini, tamen tenetur etiam iurare in animam propriam, vt dixi supra, & probatur: quia etiam ipse calumniari posset in prosecutione iudicij, vt no. in d.l.2. C.eo. & ibi etiam tenet Pau. de Cast. in §. quod obseruari. & §. fin autem, & probatur in d.c.2.eo.tit.lib.6. & supra etiam dixi, & vult Pau. in d.§. quod obseruari, quod tamen procurator sic iurando in animam domini, non obligat dominum ad periurium: si tantum haberet generale mandatum ad causas, & ad iurandum, & tenet etiam Dom. meus in d.c.3. supra eo. secus si habuisset speciale mandatum ad sic iurandum in tali causa: nam tunc afficeretur periurio anima domini, & non ipse procurator. Sed aduerte circa prædicta: quia Bar. in l. qui bona. §. si alieno. ff. de dam. infe. dicit quòd licet procurator debeat iurare in animam suam in casibus, in quibus sine speciali mandato potest iurare, vel in animam domini, si habet speciale mandatum, vt d.c.1. iuncto c.fi.eo. tit. lib.6. & vt statim dictum est, tamen sufficit si procurator iurat se calumniæ causa non petere, vel defendere: quia sic iurando, intelligitur iurare tam in animam propriam, quàm in animam domini, cuius habet mandatû. sed dicit ibi Ioan. de Imo. quòd hoc procedit si simpliciter petitum sit quòd procurator iuret de calum. quia tunc sufficit dicta forma. ar. c. 3. eo. tit. lib.6. sed si specificè petitum esset, quòd iuraret in animam suam: & etiam in animam domini: tunc non videtur sufficere prædicta forma, quæ in dubio videtur se referre ad animam procuratoris: quia persona extrinseca in dubio non debet intelligi, vt l. ita stipulatus. §. Chrysogonus. ff. de verborum obligatio. & quia ista responsio simpliciter facta videtur satisfacere solum vni membro petitorum, & ad prædicta omnino vide, quæ dixi in capit. 3. supra eodem, in septimo principali articulo, quæst. 93.

15 ¶ Decimotertiò noto, † quòd clerici in præstando iuramentum calum. debent iurare cum authoritate, seu licentia superioris. aduerte tamen, quia Doct. in c.1. supra eo. vbi prædictum notabile colligitur, & maximè dom. Anto. & Dom. meus latissimè tractant istum artic. commiscentes materiam cuiuslibet iuramenti præstandi tâ in iudicio, quàm extra: an scilicet in eo præstando à clerico, superioris requiratur licentia? Ego vero quæsiui distinguere in hac materia iuram. calum. ab alijs iuramentis; & de alijs tractare in titu. generali, de iureiur. Sed quia hoc difficilimè fieri potest, propter contraria & dubitationes, quæ insurgunt ex alijs iuramentis; ideo hic latè tractabo, & in tit. de iureiur. remittam ad ea quæ hic traduntur. Est igitur aduertendum quod tex. videtur probare, quòd Episcopus potest iurare, etiam sine speciali licentia Papæ. Sed in contrarium probat tex. in c.1. supra eo. in ver. verum. vbi tex. dicit, verum cum hac moderatione, vt Episcopus inconsulto Rom. Ponti. vel quisquis clericus inconsulto Prælato suo minimè iurare audeat, secundum glo. fi. ibi dicit quòd istud videtur difficile, quòd Episcopus propter hoc semper habeat requirere Rom. Pont. vnde concludit quòd hoc non seruatur, & ideo si Episcopus litigat causam propriam, præstat iuram. de calum. nec est necesse requirere Papam, sed clericus facilius potest requirere Episcopum, & ideo tenetur primo requirere ipsum. subdit tamen quòd contrarium sæpe contingit: & quod propter hoc, iudicium non vitiaretur. Hosti. in d.c.1. dicit quod si clerici producantur testes in præstando iuramento per eos, exigitur consensus superioris: sed in contractibus, consuetudo hoc non seruat. Alij vero, quos refert ibi Inno. dicunt, illum tex. esse intelligendum in iuramento calum. simpliciter: non in casu, quando se vel alios purgant, quo casu licitè iurant: & idem si iurant seruare contractum aliquem. Alij vero dicunt generaliter, quòd vbicunque clericus inuenitur prohibitus iurare, debet intelligi in foro seculari, vbi siue sint rei, siue actores, nec de calûnia iurare possunt; nec etiam testificari, sine licentia Episcopi. 11.q.1. c. testimonium. Ad quod vide 22.q.vlt.c.fi. Quod generaliter loquitur de cler. & 14.quæst.2. c.quanquam, quod specialiter loquitur de presbyteris. & si diceres: potest clericus in contractibus iurare coram laico, sine licentia Episcopi, & non in iudicio. respondet Inn. quòd ratio est: quia in iudicio sæpe quis incitatur ab aduersario falsum iurare: & ideo præstari debet cum maiori tarditate & deliberatione: & ne clerici ad secularia iudicia assuescant, in quibus non possunt aliquatenus conueniri. 11.q.1. cap. continua. & cap. nullus. Sed in contractibus, in quibus quis sola liberalitate ducitur, secus est, secûdum Innoc. Item potest assignari ratio secundum Hosti. quòd ideo possunt in contractibus præstare iuramentum sine superioris licentia, ne impediatur vtilitas ecclesiarum, quibus expedit, vt contrahere possint, arg. infra ne cler. vel mon. c.1. C. de rescin. vend. l. ratas. & C. de aposta. l.1. qui sanctam. sed coram ecclesiastico iudice, semper est licitum iurare: etiam sine superioris licentia, secundum prædictos Doct. vt refert Innoc. alij vero dicunt, quòd nec in seculari iudicio, vel ecclesiastico, etiam in contractibus licitum est clericis iurare sine Episcopi, vel superioris sui licentia.

16 ¶ † Sed si clericus coram suo iudice ordinario vel delegato litigaret si iuraret coram eo, intelligeretur ipsius authoritate iurare. Nam quilibet qui iudicare potest est superior quo ad illâ causam, quam audit,

audit, etiam si actor sit alterius iurisdictionis. argu. cap. inferior. 21. dist.

¶ Subdit etiam Innoc. quòd clericus non potest esse procurator sine licentia prælati: sed ex quo licẽtiã habet, vel sit procurator, intelligitur etiam concessa licentia ad ea omnia faciendum, sine quibus mandatum, seu procurationem non posset vtiliter expedire. argum. cap. præterea. ff. de offi. deleg. Et ex hac ratione infert Hostiẽ. ad duo. Primò, quòd si sit causa propria ecclesiæ, vel clerici, cuius ecclesiæ est administrator, & vigore cuius potest ipse tanquam actor reum cõuenire coram iudice ipsius rei, etiam si sit secularis, vt in cap. cum sit generale. inf. de fo. comp. & in c. cum deputati. inf. de iudi. de quo. c. si clericus laicum. inf. de fo. comp. & ibi latè dixi, ꝙ ex quo habet hanc potestatem à iure agendi coram tali iudice, ad hoc vt possit causam expedire, poterit etiam de calumnia iurare. argumen. d. cap. præterea. quinimò si recusaret iurare, incideret in pœnam, de qua hic in fine. Aduerte tamen, quia hoc dictum Hostien. videtur contra d. cap. 1. sup. eo. in fi. quia si esset verum vbicunque clericus licitè moueret litẽ, posset absque superioris licentia iurare de calumn. Secundò infert Host. quòd si clericus litigat de consensu iudicis, vt reus coram non suo iudice, secundùm formam c. significasti. inf. de fo. comp. poterit etiam coram eo de calumnia iurare, ne aliàs frustra talis consensus in non suum iudicem videatur præstitus. argumen. d. c. præterea. d. Anton. in d. c. 1. sup. eo. vt ibi dicit Dom. meus, inducit, & commiscet dicta sua cum dictis aliorum. Sed in effectu hic videtur velle, quòd si clericus habet authoritatem iurandi à iure, quòd iurare poterit, non expectata alia licentia, & ideò si vult præstare iuramentum purgationis, cùm hanc potestatem habeat à iure, imò ius eum necessitat iurare, siue se purget, siue sit cõpurgator alterius. inf. de purgatio. cano. per totum. 2. q. quinta, per totum. de quo ego latè dixi in c. inter. inf. de purga. cano. in 11. prin. in 2. & 3. memb. prin-
17 cipalibus. item vult dom. Anton. quod † ad firmandum contractum, potest in contractibus absque superioris licentia iurare, quia hanc licentiam habet à iure: secus in iuramento calumniæ, vel veritatis dicendæ, quod non potest præstare coram laico, nec coram alio iudice ecclesiastico ordinario, vel delegato, si modo talis aliàs non sit prælatus suus. vnde ponderat literam d. c. 1. quę non exiget licentiam iudicis, sed prælati: & ideò licet iustè litiget corã alio, debet à suo prælato habere licentiam iurandi, quod est contra id quod supra dixi secundum Innocent. & Host. fatetur tamen quòd si in aliqua causa specificè à prælato haberet mandatum agendi, quod satis tunc potest iurare, vt dixerunt Innoc. & Hostiẽ. & subdit Dom. meus, quod hoc modo d. Ant. hanc materiam confusam tradidit, & malè enucleatam. Dom. meus hic dicit, quòd in hac materia putat dari posse breuem regulam affirmatiuam, videlicet ꝙ iusta causa exigente, clericus possit omne iuramentum præstare absque licentia superioris, nisi à iure reperiatur expressè prohibitus, quæ regula probatur primo ratione, quia in his quæ sunt de genere permissorum, omnia regulariter intelliguntur permissa, nisi intelligantur expressè prohibita, vt legitur, & notatur in ca. inter corporalia. de translatio. prælato. Sed actus iurandi exigente causa omnibus est permissus. inf. de iureiurã. cap. & si Christus. 22. q. prima, per totum. & sic ex iusta causa potest iurare, nisi reperiatur expressè prohibitus. Secũdò probatur per tex. in d. cap. & si Christus. & melius in c. tua. & in c. ex rescripto. eodem titu. & in cap. peruenit, de fideiuss. In quibus patet per clericos fuisse absque superioris licentia præstitum iuramentum. Ad idem, inf. de purg. canon. per totum. Item probatur quia iurare non aliquid mali est, si causa exigit, vt notatur in iuribus præallegatis. & 22. quæstio. 2. per totam quæstio. quinimò superstitiosum videtur esse nolle iurare veritatem, vt l. si sub cõditione. ff. de constitu. institu. & manifestæ turpitudinis est nolle iurare, nec iusiurandum referre, vt in l. manifestè. ff. de iureiurando. Sit ergo regularis conclusio, quod clericus potest sine licentia superioris iurare. Quæ regula fallit in casibus, in quibus hoc reperitur expressè prohibitum.

¶ Primus casus est in iuramento calumniæ, vt est tex. in cap. 1. in fi. supra eodem. & ratio specialitatis potest esse illa, quam supra allegaui, quia in iudicio semper quis incitatur ad dicendum falsum. Et circa hoc aduertendum est, quòd aut loquimur in episcopo. & glos. fin. in c. 1. sup. eo. & Hostien. videntur velle, quod hodie non exigatur alia licentia. argum. tex. nostri. Sed dicit Dom. meus, quod videtur sibi, quod text. noster non probet, & ꝙ nec plus probet in Episcopo, quam cap. cæterum. sup. eod. in alijs clericis inferioribus. & tamen inferius aliud dicemus. fatetur tamen, quod de consuetudine non seruatur hodie in Episcopo. Et hoc fortè propter difficultatem, quæ erat in exigenda licentia papæ, quæ consuetudo in hac seruanda est: quinimo dicit D. meus, quod hæc cõsuetudo seruaretur etiam in clericis inferioribus, maximè cum clericus non præsumatur in iurando immemor suæ salutis. 1. q. 7. ca. scimus. cessante verò consuetudine: dicit exigendam esse licentiam à superiore, vt d. c. primo, supra eo. nisi eo casu quo litigaret coram suo superiore. Et aduerte: quia non excusaretur ex eo, quod habuerit licentiam litigãdi à Prælato suo, quia in hoc requiritur specialis licentia. argu. d. c. primi. Et hoc fortè fuit inductum, vt Prælatus suus habens notas eius conditiones, faciat sibi conscientiam tempore iuramenti: vt sic de facili nõ deieret, maximè quia pars sæpe incitata ab aduersario, vt pugnam obtineat falsum iuret: insuper etiam exigitur hæc licentia, vt iuramentum habeatur in maiori reuerentia. & quia cessat error & mala suspicio, quando clericus obtinuit specialem licentiam, cum præsumatur venire deliberatus: sicut enim à iure habet licentiã agendi pro iuribus suis, & ecclesiæ: & tamen per prædictas rationes debet habere specialem licentiam in actu iurandi: ita dicendum, si habuerit licentiam litigandi ab homine.

¶ Et ex hoc infert do. me. quod etiam si clericus constituẽdo specialem procuratorem vellet sibi dare speciale mandatum ad iurandum de calumnia in aliqua causa deberet ipse prius obtinere licentiam istam: cum ipse in effectu videatur iurare, iuxta no. in c. fin. eo. ti. lib. 6. nam talis procurator iurat in animam domini, vt dixi sup. eo. art. vers. 12. quamuis do. Anto. in hoc videatur sentire contrarium, propter

propter cessantem rationem horroris. Sed vt patet ex supradictis, illa non fuit sola ratio propter quam clericus teneatur exigere licentiam: vnde cum remaneant aliæ rationes, exigitur talis licentia. quod dictum est satis singulare, non tamen procedit sine aliquali ratione: maximè, quia quis potest per alium quãdoque quod per se non potest. Ad quod vide, quæ dixi in c. vt famæ. infrà, de senten. excõi.

18 ¶ Subdit etiam Do. me. in d. c. 1. quòd † clericus habita licẽtia iurandi de calumnia, poterit etiam iurare in manibus iudicis secularis, quia litigando coram seculari, quantum ad illam causam, secularis est sibi superior. argum. l. est receptum. ff. de iurisd. om. iud. & 2. qõ. 7. c. nos si incompetenter. Et hoc voluit glo. 22. q. 5. c. nullus. Et hoc dictum etiam probatur in cap. 1. sup. eod. vbi patet, quòd litigabatur coram seculari, & non coram suo Episcopo, vel prælato, tũ quia ibi allegabatur priuilegiũ Imperatoris, & quia exigitur ibi licentia prælati in iurando, quæ non exigeretur si litigasset coram suo prælato, vt sup. dixi. Hoc tamen, vt dixi, procedit in iuramento præstando in iudicio. Sed in iuramento præstando in contractibus, non exigitur superioris licentia, licet præstetur laico, quia hoc non reperitur specialiter iure cautum. Et sic remanemus sub regula. Et per hoc dicit Dom. meus, quod gl. in d. c. nullus. 22. qõ. 5. non bene dicit, in quantum vult, quod clericus nullum debet iuramentum præstare laico, sine licentia Episcopi, nam hoc est falsum, per tex. in c. ex rescripto. inf. de iureiur. & in c. peruenit. inf. de fideiuss. vbi iuramentum fuit præstitum laico, nec aliqua superioris licentia interuenit, vt patet in eis. Et ad d. c. nullus, quod videtur vrgere in contrarium, dum generaliter dicit, clericum non debere quicquam iurare laico, dic quod non debet iurare tanquam superiori, vt innunt verba sequentia in d. c. & voluit ibi gl. in primo intellectu, & satis probatur per iura præallegata. Secũdus casus, in quo clericus reperitur prohibitus iurare sine licentia superioris sui, est in actu testificandi, vt in c. quanquam. 14. q. 2. & in c. testimonium. 12. qõ. 2. Et aduerte, quia illa iura non respiciunt præcisè actum iurandi, sed potius principaliter actum testificandi, quando coram seculari producuntur, vnde si coram ecclesiastico alieno, et iudice producerentur, non reperitur prohibitus testificari, etiam sine licentia. Nec ista iura prohibitiua sunt extendenda. argumen. regulæ, odia. de regul. iur. lib. 6. & c. statutum. de elect. li. 6. secundum Dom. meum in d. c. 1. sup. eo. Cui tamen multa fuerunt addita, & mihi placet.

19 ¶ Decimoquartò no. quòd † filius familias hoc iuramentum calumniæ debet præstare cum patris consensu, de quo per gloss. in l. 2. §. quod obseruari. C. eod. Sed tu vide ad prædicta, quæ latius dixi in c. 3. sup. eo. art. 7. q. 7.

¶ Decimoquintò no. quod pupillus, vel minor præstantes iuramentũ calumniæ, debent illud præstare cum authoritate tutoris, vel curatoris. Tu verò dic, quòd in omnibus casibus, in quibus minor, & pupillus possunt esse in iudicio absque tutoris, vel curatoris authoritate, possunt iurare de calumnia, & frustra tunc requiritur, an exigatur authoritas tutoris, vel curatoris. Ad quod vide, quæ dixi in c. 3. sup. eo. ar. q. 5. In cæteris verò casibus, in quibus non possunt soli esse in iudicio, aduertendum est, secundum Bart. in l. 2. §. quod obseruari. C. eod. quòd duplex est actus. primus, vt cognoscatur, an minor debeat interrogari, vel non, & ista examinatio debet fieri cum curatore, seu tutore, & cum eius authoritate, vt l. clarum. C. de author. præstan. & argumen. d. §. quod obseruari. ipse enim istam iustitiam, an debeat cadere in scientia minoris, vel non, id super quo debet interrogari, ignorat: Quidam verò est actus respondendi, & iste est duplex: aut enim quæritur, vtrum tutor authoretur, vt respondeat, & putat Bart. quod in hoc debeat authorari, vt d. l. clarum. an vt sic respondeat confitendo, vel negando, & tunc tutor non debeat authorare, quia hoc non cadit in scientiam suam. argumen. l. videamus. ff. de in litem iuran. secundum Bar. in d. §. quod obseruari, vide quod dixi in capitu. 3. sup. eodem, in 7. princ. artic. quæstio. quinta, & quod dicam inf. in titu. de confess.

¶ Decimosextò noto, quòd quandoque contingit, quòd propter principalis absentiam, iudex mittit literas ad alium iudicem, vbi degit ille, qui iurare debet de calumnia, quod tunc sub qua forma debeat iudex scribere alteri iudici, dixi in cap. primo. sup. eod. art. 4.

¶ Decimoseptimò noto, qualiter iuret aduocatus. iurat enim secũdum formam, quam ponit tex. in l. rem nõ nouam. C. de iud. & ibi habes formam, de qua materia dicam in tit. de postulando.

20 ¶ † Decimoctauò noto, circa iuram. veritatis, de ipsius forma, quoniam sub hac forma præstandum est: Tu iurabis ad sancta Dei Euangelia dicere & respondere veritatem, quam scis per te, vel intelliges per eos, in quorum animas iuras, & dicere etiã quod credis, & quod existimas, & tunc ille dicat: Ego B. in causa quæ vertitur inter me, & M. coram vobis, dicam veritatẽ, quam sciuero per me, vel per fratres meos, in quorum animas iuro, prout ab eis intelligam, & quam etiam credo quoties, & quandocunque per vos interrogatus fuero, sic me Deus adiuuet, & hæc sancta Euangelia. hęc forma probatur in c. præsentium. de testi. li. 6. & in l. 2. in prin. C. eo. quod autẽ dr̃, quam credis, vel quam credo, hoc ad cautelã adijcitur, quia non est de substãtia istius iuramenti credulitas ista, quia de veritate iurat, non debet de credulitate interrogari, vel rñdere, per no. in c. ex literis. de iureiu. Ita dicit Spe. eo. ti. §. nunc dicamus, in prin. & §. 1. ver. 4. & ideo dicit Io. in addit. Spe. in d. §. nunc dicamus. quod exilius improbauit illam additionẽ, & quid credis & existimas, in trac. suo iudi. c. 153. in fi. & similiter etiam magister Gra. vt refert Specu. in d. §. nunc dicamus. ver. Item dicit Mag. Gra. & vide ad hoc, ꝗ statim dicam in ver. 19. & tale iuramentum de veritate præstatur in animã Domini. 66. d. c. tibi domino. & d. c. præsentium. & præstatur sub hac forma: Ego iuro in animam B. domini mei, seu conuentus, hoc est, singulorum de cõuentu, quia conuentus non habet animam, vt dixi sup. versic. 12. ꝗ dicam veritatem in tali causa, prout ab eo vel ab eis, vel à maiori parte eorum didici, vt in d. c. præsentium. vel iuro in animam eius, ꝗ ipse per me veritatem respondebit, quam sciuerit. de quo in d. ca. tibi domino. vel ipse per me iuro ꝗ dominus per me veritatẽ respondebit. inf. de præb. c. acce-

accedens. ita tradit Spe. eo.tit.§.nunc dicamus. ver. si.& tradit ibi etiam Spe. quod facta litis contest. & præstito iuram. hoc totum debet scribi in actis sub hac forma: Die tali lis est conte. & iuram. de calum. vel veritate à B. ex vna parte, & à M. ex altera parte, super præmisso libello vel super infrascripto libello, cuius tenor talis est. & ponatur tenor libelli de verbo ad verbum: & postea assignetur terminus actori ad ponendum, &c. & ad prædicta vide glo. super verbo, ab ipsis, in cap.2.eod.tit.lib.6.quæ dicit, quòd procurator præstat tale iuramentum veritatis in animam suam & principalis ipsius, & Prælatus in animam suam & ecclesiæ, vt no.glo.1.in fi. in c. ex literis, infra de iureiu. Et tale iuramentum veritatis præstatur etiam tactis Euangelijs, nisi ab Episcopo, ad quod vide quod dixi supra eo.ar.ver.10.

21 ¶ Sed circa prędicta quęro, † quid si pręlatus vel syndicus, qui iurat dicere veritatem, vnum scit, vt Prælatus, aliud scit, vt conuentus seu capitulum, quid agere debeat, ne sit periurus. Sol. Glo. super ver.illos. in c.præsentium. de testib.lib.6.dicit quòd si scientia prælati est contraria responsioni conuentus dicat: ex parte conuentus sic dico: sed ego sic credo, vel dico, facit ff.de administr.tut. l.quoties. §.sicut, secundum Hostien. & stabitur hoc casu, responsioni conuentus: cum Prælatus respondeat, vt pars ipsius conuētus, & standum sit maiori parti, vt dicit glo.illa, sed Ioan.ibi in nouella, recitat dictum Innoc. confusè, vt dicit do. Domin. vnde distingue post eum, & do. Domin. Quòd aut Prælatus interrogatur, quòd ipse ignorat: sed alij, quorum nomine iurat, sciunt: & tunc si maior pars conuentus dicit sibi, quid certum scire, debet illud respondere. Si vero minor pars conuenit in illo: tunc non debet respondere, vt vult tex.in d.cap.præsentium. Si vero nullus de conuentu scit, sed ipse tantum scit: tunc recitat Innoc. duas opin. vna est quod teneatur respondere: & ratio est, quia ipse suo nomine iurat: & de his, quæ scit veritatem dicat, etiã si alij nesciant. Sed ista opin. sibi non placet. vnde residet in opinione, quòd si illud super quo interrogatur est de facto proprio, non tenetur respondere: licet etiam ipse sciat, ex quo alij ignorant, & ratio differentiæ est: quia quãdo interrogatur de eo, quod ipse scit: & non est de facto proprio, non debet respondere, qui non interrogatur vt procurator: cum causam non agitet vt procurator: nec etiam interrogatur vt testis: & licet compellatur iurare in animam suam dicere, quod ipse scit, hoc non fit, nisi vt dicat veritatem eius, quod scit vna cum alijs: non autem eius quod solus scit. Item assignatur secunda ratio: quia lex permittit, quòd quis interrogetur de facto proprio. C. de quæstioni. l. interrogati. Sed quando interrogatur de facto alieno, non interrogatur dicto modo: Sed tanquã testis. dicit tamen, quòd si iuraret dicere veritatem tantum in animas aliorum, & ipse sciret: & alij, in quorum animas iurauit, ignorarent: ꝙ tunc nil dicet: quia de se non iurauit: sed de illis tantum. Item, si illi dicerent prælato quòd aliter respondeat quàm se habeat veritas: quam veritatem Prælatus scit: non respondebit secundum dictum ipsorum: quia pro nullo homine debet falsum dicere: vel contra iustitiam facere: imo debet illos monere vocatis illis qui prodesse possunt, vt abstineant à falso dicto vel testimonio. 22.q.2.cap.hoc videtur. allegat Hosti. infra de senten. excom. c.inquisitioni. dicit tamen quòd si ipsi volunt respondere per se, & non per procuratorem, non video quare non admittatur, secundum Innoc. & ita etiam residet Ioan. & do. Dom. in d.c.præsentium.

¶ Decimononò nota circa prædicta, & ex prædi-
22 ctis, † quòd differentia est inter iuramentum veritatis & credulitatis. Ad quod vide Inno. in c.præsentium. de testib.lib.6. & Glo.in c.1.de confes. eo. lib. vbi volunt, quod quando iuratur de veritate dicenda, tam ponens, quam respondens, debet dicere & respondere, quòd nouit: non ꝙ credit, quia non iurat de credulitate, arg.3.q.9.c. hortamur. sed respondetur de credulitate in iuramento calumnię non in iuramento veritatis, vt dixi supra eo.art.ver. 11. & quamuis in iuramento veritatis non possit quis interrogari de credulitate, vt d.c.præsentium, potest tamen respondere, quid sciat vel credat, secundum Innoc. sed hoc vltimum visum est mirabile Hosti. quòd non debeat interrogari de credulitate: & quod debeat respondere. vnde dicit ꝙ quamuis testes iurent de veritate, tamen non solum de veritate: sed etiam de credulitate sunt interrogandi, & respondere tenentur, vt in c.quoties. in fi. & in cap.cum causam. infra de testib. Plus etiam dicit Hosti. quòd cum iurans de veritate debeat secundum conscientiam respondere, considerata veritate conscientiæ, quo ad responsionis effectum tale iuramentum potius est credulitatis, quam veritatis, vt d.c.præsentium, & in c.& si Christus. 1. responso. infra de iureiur. sed hodie de consuetudine curiæ, quis iurat dicere veritatem, quam scit vel credit, se-
23 cundum Hosti. Ioan. de Lign. dicit † quòd veritas potest sciri: & tunc surgit habitus demonstratus ex necessarijs. Item potest veritas credi: & tunc insurgit habitus ex probabilibus, & sic vigore iuramenti de veritate potest quis respondere, & scio, & credo. subdit tamen quòd putat opin. Innoc. veriorem: quia aliud est scire, aliud opinari, vel credere: quia scientia elicitur ex demonstratis, credulitas ex opinatis, secundum Hosti. procedit in iudiciarijs: quia iudex interrogare debet de quocũque, quod facere potest indicium ad iudicandum. 30.q.5.cap. iudicantem, & infra de præsump. cap.afferte. secundum Ioan. de Lig. in c. 2. supra eod. & sic etiam videtur residere ibi dom. Anto. sed Dom. meus ibi dicit aduertendum esse: quia habemus scientiam & nescientiam: & sic duo extrema, & inter ista duo extrema est quoddam medium, scilicet credulitas seu fides. scientiam habemus dupliciter. primò in his quæ sunt alicuius artis: & tunc scire idem est quod rem per causam cognoscere (vt dicit Philosophus) de quo in l.scire. ff.de legib. Secundò habemus scientiam in his quæ sunt facti: vt in materia nostra, & tunc illud dicere dicimur, ad quod mouemur per aliquem sensum, & hæc est scientiã quæ requiritur in teste, vt l.testium. C.de testib. & 3.q. 9.cap.hortamur. & melius in c.testes. ead. causa, & quæst. in fi. & ista vocatur erraticorum scientia. ad quod vide quæ latissimè dixi in c.cum causam. infra de testib.in 1.quest.princ.vbi posui quatuor species scientiæ. vide ibidem. Nescientia vero est de

eo,

eo, quod homo nescit: ita quod nõ habet aliquam credulitatem seu fidem, vt no. Glo. in rub. ff. de iur. & fac. igno. & Bart. in l. admonendi. ff. de iureiu. & traditur in c. 2. de testib. lib. 6. credulitas vero, seu fides est, quam quis percipit ex varijs argumentis, indicijs, seu præsumptionibus, per quas iudex ad aliquem credulitatis seu fidei gradũ ducitur, de quibus per Bar. in d. l. admonendi. & ego latè dixi in c. fi. infra de iureiu. Ad propositum ergo, cum ista inter se sint diuersa sub iuramento de veritate non tenetur propriè & strictè respondere de credulitate: quia veritas habetur non ex præsumptione, sed per sensum proprium, vt d. c. testes. iuncto c. hortamur. ad quod vide Bart. in l. 1. in fi. ff. de interrog. actio. credulitas enim ad dubium refertur, non ad certũ, vt no. in cap. firmitatem. supra de summa Trini. & ideo nõ videntur hic posse concurrere in eodem facto: quia si credo: excludo veram scientiam & certitudinem. procedit tamen hoc accipiendo scientiam & credulitatem strictè & propriè, vt etiã no. Dominus meus in c. quoties. infra de testibus. sed in iudicijs non debet capi ita strictè: sed largè, pro omni scientia, quam quis habet vel ex veritate vel credulitate: sed tunc dicitur scientia impropriè. facit l. 2. §. quod obseruari. C. eo. tit. vbi tex. primo dicit de eo, quod credit: & postea subijcit de eo quod scit: vt ponat ibi de scientia impropriè, si quam habet per credulitatẽ, & ita intelligo, quod dicit Do. Ant. in d. c. quoties. infra de testibus. vbi dicit quòd etiam potest credere quis id, quod scit, per c. cum olim. infra de re iud. Ad idem etiam facit l. 2. §. item Labeo. ff. de aqua plu. arc. & ibi Glo. no. Bart. in d. l.
24 1. ff. de interrog. actio. † facit etiam: quia responsio de credulitate in facto proprio ita præiudicat, vt responsio de veritate, vt dicit Glo. no. in cap. ex literis. de iureiur. & ideo concludo post Dominum meum, quòd tam in teste, quam in parte sub tali iuramento veritatis teneatur quis respondere etiam de credulitate, & in teste probatur: quia iurat dicere veritatem, vt no. Glo. in c. fraternitatis. de testib. & patet in d. c. testes. & c. hortamur. & tamen tenetur respondere etiam de credulitate, vt patet in c. cum causam. & c. licet ex quadam. & c. præterea. & cap. tam literis. infra de testib. debet enim intelligi hoc iuramentum largè, vt dicant veritatem de his, super quibus interrogabuntur: quare si testis interrogat, an credat: debet respondere veritatem, scilicet an credat vel non. licet enim ignoret veritatem facti princip. tamen debet respondere veritatem ad interrogatio. Et hæc interrogatio per iudicem bene admittitur, vt dictis iuribus, & 30. q. 5. c. iudicantem. & ff. de interrog. actio. l. vbicunque, & sic Do. meus laudat cõsuetudinem, quæ habet quòd quis tenetur dicere veritatem, quam scit vel credit: quia illud intelligitur latè, vt dixi. Et hodie communiter respondetur ad positiones per verbum credit, vel non credit: licet præcesserit iuramentum de veritate, & tamen talis responsio æquè præiudicat, vt supra dixi. de quo latius dicam in titu. de confes. in materia positionum. facit etiam ad prædicta quod no. Innoc. in cap. literis. infra de iureiur. & 3. quęst. 9. cap. testes. & adde, quæ dixi in versic. præced. 18. Et ex his, Deo duce, est expeditus duodecimus princip. artic.

¶ Tertiusdecimus principalis articulus est iuxta præmissum in rubr. vtrum hoc iuramentum possit reiterari, & pluries exigi, seu præstari: circa quem articulum prosequar tres quæstiones.

¶ Prima erit de iuramento calumniæ.

¶ Secunda de iuramento malitiæ.

¶ Tertia de iuramento veritatis.

25 ¶ † Primò igitur quæro, vtrum iuramentum calumniæ possit iterari. Sol. Dic quòd regulariter iterari non debet. Quamuis enim olim tale iuramentum reiteraretur, & pluries præstaretur: quia non præstabatur super tota causa, vt tetigi in rubr. ar. 3. in princ. tamen hodie non reiteratur, vt in authen. sed hodie. C. eodem, & ibi Bald. & Doct. tenent Glo. super verbo, iuramento, in c. literas. infra de resti. spol. quia si semel in principio litis iuratum est de calumnia, postea non iuratur: quia iuramentum illud extenditur ad omnes exceptiones, quæ postea occurrunt: siue sint emergentes, siue incidentes, vt in auth. hoc sacramentum. C. eo. tit. hæc tamen regula recipit aliquas declarationes. Prima declaratio est, quòd prædicta regula procedit, siue iuratum sit de calumnia post lit. contest. siue ante: dummodo sit præstitum super tota causa. hoc voluit Pet. & post eum Cy. in l. 2. in princ. in 6. quæst. C. eo. quia ex quo semel iuratum est super tota causa superfluè petitur iterum iuramentum. arg. l. non cogendum. §. fi. ff. de procur. Nec obstat quod ante lit. contest. non sit præstandum hoc iuramentum: quia verum est, parte inuita, secundum Cy. sed tu vide ad hoc quod latius dixi in c. 1. supra eodem, in §. prin. ar. quęst. 2. Secunda declaratio est, quòd regula procedit etiam, si iudex, coram quo semel iuratũ est de calumnia, fuerit mutatus: vel diem obierit: quia non iuratur iterum coram successore, seu subrogato: quia idem censetur iudiciũ, vt in l. mortuo. & in l. cum proponebatur. ff. de iudi. Ioan. vero voluit contrarium, argu. l. 3. & l. quærebatur. & l. cum apud Sempronium. ff. iudi. sol. & in Auth. de testib. §. quia vero. & C. de iudi. l. properandum. §. sin autem in medio. alij dicunt quòd partes iurabunt, quòd nec dederunt, nec dabunt huic iudici vt pro eis iudicet, vt in Auth. vt litigan. iur. in prin. Sunt etiam qui dicunt quòd tunc de veritate sit iurandum. istas opin. refert Spec. eod. titu. §. sequitur. versi. quid si iudex coram quo. sed tu aduerte, quia Spec. non bene allegat Ioan. quia Io. in l. 2. in prin. C. eod. tenuit primam opin. secundum quod reperio in C. meo, videlicet quod iuramentum calumniæ non sit iterandum, quam etiam sequitur Bart. ibi. Nec obstat l. cum appel. & l. 3. cum sim. quia loquuntur in cautione, iudicatum solui, limitata respectu specialis iudicis: vnde iudice mutato, cautio perit. Sed iuramentum calumniæ præstatur super tota causa respectu ipsius causæ: & non respectu iudicis. vnde cum causa non mutetur respectu mutationis iudicis, remanet iuramentum validum, vt d. l. proponebatur. nec etiam obstat §. quia vero. in Auth. de testib. quia loquitur in alio iuramento, quàm calumniæ. non obstat l. properandum. §. sin autem in medio. quia ibi mutabatur instantia: sed in casu nostro, sola persona iudicis mutatur, secundum Barto. quæ opinio mihi placet. pro qua facit bonus tex. in l. 1. ff. quis & à quo. Quid si mutatã

sit

sit actio, dicā statim in 6. limitatione. Insuper prędicta regula sic declarata, recipit plures limitationes.

26 ¶ † Primò limitatur, vt procedat respectu vnius & eiusdem quæstionis, vel causæ. Secus si actor moueret plures quæstiones, vel causas: quia respectu cuiuslibet, reiteraretur. ad quod vide quæ dixi supra eodem, c.3.art.3.q.38.

¶ Secundo limitatur, si modo sumus in causa principali: secus in causa appellationis: quia licet in causa principali iuratum fuerit de calumnia: tamen in causa appellationis iterum est iurandum. tex. in cap.2. in princ. eod. tit. lib.6. per quem tex. approbata est opin. Glo. in l.2.in princip. supra eodem, & Innoc. Pet.& Abb. in cap.1. supra eodem, & Spec.eod.titu.§.2.& Bart. Bri.in quæst. naturali, quæ incipit, quæritur, vtrum in causa. Et reprobata est opin. Placen. & Azo. in d.l.2.qui volebant q̄ ex quo iuratum erat in principali, non iuraretur in causa appellationis. facit tex.in Auth.de his,qui ingre. ad app.§.fi.faciebant etiam pro eis omnia iura, quæ volunt quòd causa appellationis sit eadē cum principali. 2.q.6. c.si quis in quacunque, cum sim. sed Ioan. Cremo. Vgu. & Goffr. tenebant primam opin.pro quibus facit optimè 6. q.4.c.Osius.& 2.q. 6. si Episcopus. & C.de iudi.l.properandum. & in Auth.vt liti.iur.in prin. & [illegible]am tenuit Dy. vt refert Cyn.in l.2.in princ. C.eodem,quæst.12. Et ad hoc vide omnino, quod dixi in c.2.supra eodem, art.6. versi.21.procedit.

¶ Tertiò limitatur, nisi noua causa suspicionis calumniæ de nouo superuenit: quia hoc casu licet semel iuratum sit super tota causa, tamen iterum iurabitur super certo articulo, super quo suspicio superuenit, secundum Innoc. in c.dilectus. de elect. vnde toties reiterari posset, quoties esset timor calumniæ. sentit d. Dom. in cap.2. eo.titu. in 6. mihi vero videtur, quòd hoc casu satis sit præstari iuramentum malitiæ, quod potest iterari, vt statim dicam in 2.quæst.

¶ Quartò limitatur respectu eiusdem personæ,
27 † secus respectu diuersarum personarū. vnde licet principalis iurauerit de calumnia, tamen procurator, qui interuenit post li. conte. cogitur iterum iurare, & hoc tenet Glo.1.f.sub dubio fortè. in auth. principales. C.eo.tit.sed aduerte: quia licet olim essent opi. de quibus in c.1.sup.eo. & ibi per Inno.& Host.& per Spe.eo.tit.§.sequitur, in fi.quia Host.tenuit contrarium. tamen ipsius opi. reprobatur per tex. expressum in c.2.§.1.eo.titu. lib.6. tenet Dom. meus in c.1.supra eodem.prædicta tamen limitatio procedit, quando procurator vellet litigare, & respondere per se: secus si non imminet casus, in quo debeat respondere: vel si imminet, Dominus vult respondere per se: quia tunc procurator non iurat de calumnia:quia cessat ratio illius c.2.§.1.quę fuit, vt euitaretur calumnia litigantis: quia ex quo non imminet casus fiendæ responsionis per procuratorem, nō subest timor calumniæ. vnde cessante,&c. vt in cap.cum cessante. infra de appella. secundum Ioan. in d.cap.2.§.1.quoniam ibi sequitur d.Dom. Et sic patet ex prædictis, quòd quotiescunque noua persona interuenit in iudicio, per quam iudiciū sit agitandū, est iterato iurandum:& ideo licet principalis iurauerit, iurat etiam aduocatus: & econtra. Et ex prædictis etiam sequitur, quòd si principalis mortuus est, hæres suus, qui in suum locum subrogatur, debet iterū iurare, vt probatur in auth. principales. C.eodem, & in l.qui bona.§.pen.ff.de dam. infe. quia licet defunctus iurauerit, & non fuerit calumniatus, & habuerit bonam fidem: tamen fortè hæres habet malam fidem. facit ff.de accusa.l.si cui. & C.de re. cre.l.generaliter. 1.responso. Alij vero tenent contrarium, quia hæres censetur ea. persona cum defuncto, vt in Auth.de iureiu.a mo.pręst.§.2. cum sim. Alij dicunt quod debet solū iurare se nil dedisse, nec daturum esse iudici, vt in Auth.vt liti. iur.in princ.colla.9. sic dicit Spe.eo.titu.§.sequitur. versi. sed nunquid hæres. Sed mihi plus placet prima opin. per ea quæ superius dixi in hac limitatione. Nec obstat, quia hæres censeatur ea. persona cū defuncto, quia illud procedit per fictionē, & in his, quæ iuris sunt. Sed respectu eorum, quæ sunt facti, & quæ ligant animam: non censetur eadem persona. facit Glo.super ver. iuramentū, & quod ibi no. d.Do. in c.2.eo.tit. lib.6. & quod no.in c.veritatis. 1.de iureiur. Ad quod etiam allego, quia quæ facti sunt, non transeunt de vna persona ad aliam, vt in c.significauit. inf. de præb. & in l.1.§.ne autem. C. de cadu.toll. & C.de cond.& demon.l.hæredi.& ff. de solu.l.inter artifices. & ff.de statulib.l.statuliberi. §.si quis Titium. Item ad idem allego, quod singulariter voluit Io. in regula, cum quis in ius. de reg. iu.lib.6. vbi ponit intellectum l.cum hæres.ff.de diuer. & temp. præscrip. & reg. is, qui in ius. quæ volunt, quòd qui in ius alterius succedit, vtatur iure illius, & sic sit successor vitiorum, & culpæ defuncti. dicit enim quod hoc est verū in his quæ sunt iuris: secus in his, quæ in facto consistunt, vt est ignorantia, vel bona fides, & sic calumnia, vel mala fides. simile dicit Bald. titulo de notis feudorum.§.notandum. vbi dicit, quòd licet persona patris & filij censeatur eadem, 35.q.3.§.hac authoritate. cū si.tamen scientia & ignorantia patris non est filij: nec econtra.tetigi in c.2.infra de ope.no.nunc. super Glo.1. & latius in quodam consilio, quod incipit, d. Contes Domini Constantini. Et hæc adde ad ea, quæ dixi supra eod.c.3.in 7.princ.art.3.q.vbi remisi me ad hic dicenda. Et prædicta notabis, quia singularia sunt, & conferūt ad multas quæstiones, & maximè ad materiam præscriptionum. Est ergo conclusio, quòd propter diuersitatem personarum reiteratur hoc iuramentum. Pro qua facit, quia etiam si vna & eadem persona agitet causam alienā iurat non solum in animam propriam, sed etiam in animam Domini.ad quod vide quod dixi sup.art.12.ver.12.no.

¶ Quintò limitatur, si modo loquamur ea durāte instantia, secus si finita sit instantia, & alia inchoata, secundum Spe. eo.tit.§.sequitur. ver.quod si iustam. tenet Glo.& post eam Pau. Bar.& Doct. in l. 2.in prin.C.eo.per l.properandum.C.de iud. quasi per totam l.& tenet Bal.in auth. sed hodie. C.eo.ti. quia licet perempta instantia, nō pereant acta probatoria: tamen pereunt acta ordinaria, vt li. conte. & iuramentum calumniæ. Ad quod vide quæ latè dixi in c.pen.supra de iud.in 27.prin.art.

¶ Sextò limitatur, nisi sit mutuata, vel accumulata actio, de quo tamen dic vt latè dixi in c.2.sup.eo. in 6.prin.art.versi.4.procedit, & seq.

¶ † Secun-

28 ¶ † Secundò principaliter quæro de iuramento malitię, vtrū posit reiterari: Sol. dic quod sic, quia toties reiterari potest, quoties aliquid incumbit ponendum, vel respondendum, vel faciendum, circa quod de malitia alicuius dubitaretur: & quotiescunq; iudici visum fuerit, potest pręstari, vt est tex. in c.2.fin. responso, eod. titu. lib.6. tenet Dom. me. in cap.1. sup. eo. vide quæ dixi in c.1. sup. eo. art.5.

¶ Tertio quæro de iuramento veritatis. Sol. Dic quod toties reiterari potest, quoties aliquid incumbit ponendum, vel respondendum, super quo tale iuramentum sit deferendum. ad quod vide quæ dixi sup. eod. c.2. in 6. princ. art. vtrum autem propter idem factum, quis compellatur bis, aut pluries iurare. dicam inf. in ti. de iureiu. Et ex his, Deo duce, est expeditus 13. art.

¶ Quartusdecimus principalis articulus, iuxta Rub. ordinem superest, vt examinemus de effecti-
29 bus istius iuramenti, † circa quem articulum dic, ꝙ multi sunt effectus. Primus effectus est, vt verbum sonat, videlicet, vt mediante tali iuramento, calumnia vitetur, & ea adimpleantur, quę in ipso iuramento continentur, secundum ea, quæ dicta sunt sup. in 12. prin. art. vers. 1. vsque ad vers. 7. Et similiter idem dicendum est de iuramento malitiæ, vt. s. malitia vitetur, & sic vt nihil malitiosè agatur, & similiter etiā de iuramento veritatis, vt videlicet veritas dicatur, & si contrarium fiat, talis est periurus, & vt periurus venit puniendus. de pœna autem periurij dicemus in tit. de iureiur.

Secundus effectus est, quia est iudicij confirmatiuum, quia sine ipso quando est exactum, & non præstitum, iudicium non tenet. De quo dic, vt dixi sup. eo. c.1. ar.5. Et vide quod dicā inf. in 15. prin. ar.

¶ Tertius effectus est secundum aliquos, quoniā tale iuramentum habet vim litis cont. sed tu dic cōtra, vt latè dixi in c.1. sup. de lit. cont. ar.8. q.18.

¶ Quartus effectus est, quia iurm calumniæ à pręsumpta calumnia, seu temeritate excusat, & sic à condemnatione expensarum, secundum aliquos. alij verò tenēt contrariū. de quo art. vide per Gl. Inno. & Doc. in c. finē, ẏ. de do. & cōtu. & per Doct. in l. eum, quem temerè. ff. de iudi. & in l. properādum. §. sin autem. C. de iud. & per Gl. in Auth. de iudic. §. oportet. & in l. qui solidum. §. etiam. ff. de le.2. & per Gl. & Arch. 2. q.1. c. in primis. & per Arch. 1. q.6. c. potest, & per Cyn. Pet. & Doct. in auth. generaliter. C. de epi. & cle. & per Spe. in tit. de expensis. §. nunc dicendum. in fi. 1. col. sed tu vide, quæ circa hoc latissimè dixi in c. calumnia. inf. de pę. in 5. prin. art. in 2. membro prin. post princ.

¶ Quintus effectus est, quia per præstationē talis iuramenti calum. euitatur pœna, quæ committeretur, si exactū nō præstaretur. de qua latius in seq. 15. ar. Et ex his, Deo duce, est expeditus 14. prin. art.

¶ Quintodecimò prin. ar. iuxta præmissum ordinem in rub. tractandum est de pęna recusantis iurare. Pro cuius articuli clariori doctrina prosequar infrascriptas quæstiones.

¶ Primò, de pęna actoris nolentis iurare.

¶ Secundò de pęna rei.

¶ Tertiò, vtrum tam actor, quàm reus teneantur ad alias pœnas, quam in tex. nostro expressas.

¶ Quartò, quid præcedere debeat ad hoc, vt nolens iurare cadat à causa, vel habeatur pro confesso.

¶ Quintò, vtrum actor cadat à causa, vel reus habeatur pro confesso ipso iure, vel necessaria sit sñia.

¶ Sextò, vtrum sententia contra actorem, vel cōtra reum ferenda, sit danda in ea instantia, vel requirat illam instantiam.

¶ Septimò, vtrum in pronunciatione, vel declaratione, quam facit iudex contra actorem, vel contra reum, requiratur citatio.

¶ Octauò, vtrum in casibus, in quibus vnus pro alio tenetur, fortè ex forma statuti, talis ficta confessio, quæ insurgit ex recusatione iuri, noceat alteri.

¶ Nonò, vtrum talis contumacia in non iurando posit purgari.

¶ Decimò, vtrum intra tempus asignatum per iudicem partibus ad iurandum, currat terminus datus ad probandum.

¶ Vndecimò, qualis debeat ferri sententia contra recusantem iurare.

¶ Duodecimò, quid si actor noluit iurare, propter quod reus venit absoluendus, si hoc non obstante iudex condemnauit reum actori, an valeat sententia.

¶ Tertiodecimò, quid si reus non vult ꝙ contra actorem, qui recusat iurare detur sñia, sed instat, ꝙ compellaur iurare, an iudex hoc facere debeat.

¶ Quartodecimò, vtrum à sententia lata contra actorem, vel reum nolentem iurare, posit actor, vel reus appellare.

¶ Quintodecimò, quid si iudex requisitus nolit ferre sententiam cōtra recusantem iurare, & pereat instantia: vtrum pars aduersa habeat aliquam actionem contra illum, qui recusauit iurare, vel habeat aliquod remedium, si de nouo agat.

¶ Sextodecimò, vtrum cōtumacia tutoris, vel curatoris recusantis iurare, noceat pupillo, vel adulto.

¶ Decimoseptimò, quid de Prælato, vel Syndico, vtrum eorum contumacia noceat Ecclesiæ.

¶ Decimooctauò, vtrum contumacia procuratoris noceat Domino.

¶ Decimononò, vtrum hæc pœna committatur coram arbitratoribus.

¶ Vigesimo, in quibus causis prædicta pęna locum habeat.

¶ Vigesimoprimò, propter quas causas tā actor, quàm reus excusentur à pœna.

¶ Vigesimosecundò, quid de iuramēto malitiæ, vtrum pœna tex. nostri habeat locum in eodem.

¶ Vigesimotertiò, quid iuris de iuramento veritatis.

30 ¶ Primò igitur † quæro de pœna actoris nolentis iurare. Sol. Tex. hic dicit, quod cadit ab actione instituta, idem dicit text. in l.2. §. quod si actor. C. eodem titu. & in Auth. vt litigantes iurent. §. fin autem. in fi. collat.9. vnde sumptus est text. in ver. par. Ad idem etiam text. in ca. Imperator. supra eodem. ibi, & ipsi à causa decidant. sed contra prædicta opponitur, quia si est licitum renunciare instantię saluo iure suo, vt l. postquam liti. C. de pactis, ergo videtur licitum renunciare huic iuramento, saluo iure suo. Sol. Glos. in d. §. quod si actor. format hoc contrarium, & soluit quòd hodie non est licitum renunciare saluo iure suo: quinimò tenetur prosequi vsque ad finem causæ, vel renunciare liti & cau-

sæ, vt in auth. qui semel. C. quō, & qñ iu. meritò ergo si recusat hoc iuramentum, patitur hanc pœnā, ac si renunciaret liti & causæ, postquam recusat facere illud quod est necessarium ad expeditionē causæ. sed aduerte, quia ista sol. non videtur bona, quia hæc pœna nolentis iurare, fuit statuta ante authent. qui semel. quo tempore licitum erat renunciare instantiæ saluo iure suo, vt d. l. postquam liti. & sic videtur remanere contrarium in solutum. sed dic, ꝙ aliud erat olim renunciare instantiæ, quia tunc solū tenebatur renuncians ad expensas, nec deludebat iudicis mandatum: Et aliud nolle iurare de calumnia, quia tum propter contumaciam & obediētiam: tum propter præsumptam calumniam sancitū fuit, vt actor caderet à causa. Et prædicta pœna locū habet in actore, quando post lit. conte. præstatur iuramentum super tota causa: secus si actor recusaret præstare hoc iuramentum super aliqua exceptione incidenti, vel emergenti, super qua specialiter iurandum esset, secundum ea quæ dixi in c. 2. sup. eod. in 7. prin. art. ver. 18. procedit. & ver. seq. Quia tunc talem exceptionē proponas, qui in causa habetur pro actore, licet sit reus, vt l. 1. ff. de exce. & videbimus latius in tit. de excep. reus tunc cadit à tali exce. proposita: vnde tunc non punitur respectu totius causæ: sed respectu illius art. & actio est vt pœna sit conueniens delicto. arg. l. sancimus. C. de poe. §. 1. c. quęsiuit. inf. de his, quæ fi. à præla. Et quia idem iuris esse debet de parte, quò ad partem, &c. vt in c. pastoralis. §. item cum totum, sup. de off. del. & in l. quę de tota. ff. de rei ven. Et vide quæ dicam inf. q. 21. versi. secunda causa. Et vtrum actor teneatur ad aliam pęnam, dicam statim in q. 3. quid aūt si actor agit pro re, pro qua alius sibi tenetur de euict. & ex eo, ꝙ scit esse petentis, non vult iurare: vtrum excusetur à pęna. dic vt statim dicā in seq. q. & præd. poe. procedit, nisi actor ex legitima causa recuset præstare tale iuramentum, secūdum ea, quæ latius dicā inf. in q. 21.

31 ¶ † Secundò quæro, de pœna rei nolentis iurare de calum. Sol. Tex. est hic, ꝙ debet haberi pro confesso, & est tex. in l. 2. §. sin autem reus. C. eod. tit. vbi text. formaliter dicit, sin aūt reus hoc sacramentum subire recusauerit in his capitulis, quæ narratione comprehensa sunt, pro confesso habeatur, & liceat iudici proferre sententiam, quemadmodum & ipsa rei qualitas suggesserit. ad idē tex. in Auth. vt liti iurent. §. 1. coll. 9. Et aduerte, quia per tex. in d. §. sin autem. dum dicit, quę narratione comprehēsa, expressè colligitur ꝙ si reus recusauit iurare post lit. cont. super tota causa, habetur pro cōfesso super tota causa: secus si recusauit iurare super aliqua exceptione, seu replicatione emergenti, vel incidenti, quia tunc solum quò ad illam habetur pro confesso. vnde si actor, contra quem opponitur aliqua exceptio, cuius exceptionis respectu dicitur reus, recusat iurare solummodo quò ad illam exceptionem, habetur pro confesso. Ad quod vide quod dixi in q. præceden. ver. & prædicta pœna. Et hoc tenet Dom. meus hic. Item aduerte, quia habetur pro confesso quò ad factum principale, & exce. peremptorias, & non quò ad excep. dilatorias. vnde omnes exce. peremptorię excluduntur, quia ista videtur intentio actoris, ex quo dixit sibi illum obligatum, sed dilatoriæ excep. non excluduntur, nec quò ad illas habetur pro confesso: puta, quòd actor sit bannitus, & ideo non debeat audiri, vel ꝙ sit excōmunicatus, quia licet reus habeatur pro cōfesso quo ad factum principale, ad quod tendit intentio actoris, istas tamen exceptiones potest opponere, secundum Iac. But. & sequuntur hic d. Ant. & Dominus meus, quia si non videretur confessus quò ad peremptorias exceptiones, talis confessio esset quasi nulla, cum obligatio, quæ potest elidi ope exceptionis peremptoriæ, cēseatur quasi nulla, vt in l. si dari stipuler. ff. de ver. obl. secus autem quò ad exceptiones dilatorias inhabilitantes personam, cum illæ possint opponi, etiam post rem iud. vt in c. pia. de excep. lib. 6. Sed intelligo hoc vltimum de exceptionibus, quæ redderent iudicium retro nullum, quod tamen dixi, quòd habetur pro confesso, & potest iudex contra ipsum sententiam ferre, recipit plures limitationes.

32 ¶ † Primò limitatur, si modo sola confessio sufficit ad condemnationem: secus vbi sola confessio non sufficeret. pone exemplū, quando libellus erat ita formatus, ꝙ non debebat sequi condemnatio, vel quia ipse actor prius fuerat confessus illum contractum, de quo agebatur fuisse gestum per metū, qui caderet in constantem virum, vel quid simile, quia tunc sequeretur absolutio rei, & non condemnatio. & ratio est, quia regulariter non debet plus operari ficta confessio, quam vera, argumento notatorum in l. 3. ff. pro socio. Et hoc vult text. in d. §. sin autem reus. ibi dum dicit, reum condemnandū, prout rei qualitas suggesserit. Et hoc tenent ibi Gl. Bar. & Doct. conclusio ergo sit, ꝙ sequetur condēnatio, vbi vera confessio sufficeret ad condemnationem, aliàs secus, & tenet Dominus meus hic. facit etiam ꝙ ipse no. in c. 1. de iudi.

¶ Secundò limitatur, nisi actor scienter & dolosè peteret id, quod peteret: quia tunc contumacia rei compensatur cum dolo actoris. ar. l. 1. §. hæc verba. ff. ne vis fiat ei. Ita in simili tenet Bal. in l. fi. C. de repu. hære. quod no. quando casus contingeret ad defendendam contumaciam rei. vide quid in simili, in tit. de confess.

¶ Tertiò limitatur generaliter, si modo talis causa, in qua vera confessio præiudicaret, aliàs secus. Ad quod facit quod dixi in prima limitatione. & vide quæ dicam inf. q. 20.

¶ Quartò limitatur etiam generaliter, si modo nulla legitima causa recusandi iuramenti subesset, aliàs secus. Ad quod vide, quæ dicam inf. q. 21.

¶ Sed quæro circa prædicta de notabili q. Pone, emptor bonæ fidei, qui ex post facto sciuit rem esse alienam, & nunc cōuenitur à vero Domino, & li. conte. non vult iurare, quęritur vtrum amittat actionem de euictione contra venditorem? Sol. Dic, vt statim dicam in seq.

33 ¶ † Tertiò quæro, vtrū tam actor, quam reus nolentes iurare de calumnia, teneantur ad alias pęnas. Sol. Dic ꝙ sic. primò, quia pars nolens iurare tenetur alteri parti actione iniuriarum, secundum Irnerium & Ioan. per l. si verò. §. 1. ff. qui satisd. cog. ita refert Spe. eod. ti. §. fi. ver. Item nunquid iurare renuit, vbi videtur inclinare in istam sententiam, quam et ponit Gl. & sequitur Cy. in l. 2. §. ꝙ si actor. C. eo. ti. in contrarium alle. Spe. in d. ver. quia iuris executio nō hēt iniuriā, vt in l. iniuriarū. §. nec qui. ff. de iniu.

& in c.cum ecclesia Vulterana. supra de elec. & per illam l.iniuriarum. contrariũ tenuit Alex. vt refert Ioan.in addi.ad Spe.in d.ver.& pro ista opin. facit: quia ista pęna punitur: ergo nõ debet teneri alia pęna, quia quis non debet duplici pęna affici. arg.c.at si clerici.in fi.supra de iud. & hæc opi. plus mihi placet. Secundò, nolens iurare patitur aliam pœnam: quia videtur amittere actionem de euictione cõtra authorem suum. Sed aduerte, quia iste articulus cõtinet duas dubitationes. Prima est, vtrum conuentus reali pro conseruando remedio euictionis, possit iurare de calumnia: an verò licitè posit abstinere à iuramento, vt sic abstinendo non amittat remedium de euictione. & glo.in l.2.in prin. C.eo. dicit quod iste debet iurare, sed quod non tenetur iurare rem suam esse: sed debet iurare quòd iustè litigat ex iusta causa mixta cum causa euictionis, & dicit Bar. ibi quod optimè dicit. sed Petrus temperat illam glo.vt procedat, quando solus emptor scit.si autem plures sciunt, & sic verum est rem esse illius nedum, quòd non teneatur iurare: imo potest illã restituere sine sententia, per tex. in l.emptorem.ff.de actio.emp. vnde non debet iurare se bonam fidem agnoscere, vt ibi, & ff.man.l.quintus. & ff.de admi. tut.l. quoties.§.denique, & sequitur Cy. & idem etiam dicit Bar. hanc eandem sententiam tenet Spe. eo.tit.§.fi. ver. quid si emptor bonæ fidei. vbi dicit quòd reus vult parcere pudori suo, ex quo scit rem alienam: potest nolle iurare, & tamen poterit agere de euictione, per d. l.quintus. & l.quæ omnia.ff. de procur. maximè si erat notorium rem esse illius. subdit tamen quod alij tenent contrarium, quia talis videtur esse in culpa, per l.si ideo.ff.de euictio. & l.fin. ff.de fideiusso. deinde dicit quòd poterit iurare, vt sibi conseruet stipulationem de euict. per l.at qui natura.§.cum me.ff.de neg. ge. secundũ Vber. de Bo. licet litera ibi corruptè habeatur negatiua. sed Albertus Pap. dicit quod si publicum sit & notorium quod res sit eius, qui petit: non cogitur iurare, cum agit de euictione. arg.c.euidentia. inf.de accus. & 2.q.1.c.manifesta. & d.l. emptorem. §.1.& sic ista opi. concordat cum opi. Cy. & idem tenuit Albertus Galeo. eo.tit. versi.pen. & Simon Vicen. licet loquatur sub dubio fortè. Subdit tamen Spe. quod posset iurare quod non defendit animo calumniandi, sed causa conseruandi ius suum. arg.ff. de iniu.l.si quis.& ff.de bo.lib.l.si quis de lib.& no. in d.l.at qui natura.§.cum me. & hanc formam posuit Ioan.antiquus glossator, vt dicit glo.in d.§.cum me.sed dicit ibi Accursius glo. quod cum iuramentum calumniæ non concipiatur sub dicta forma, vt patet ex his quæ dixi in 12.princ.art.in 6. primis notabilib. supra eo. ideo debet confiteri sine iuramento, & postea dari sententia.ff.de confes.l.Iulianus.& ff.de custo.reo.l.si confessus.

34 ¶ † Tertiò principaliter, recusans iurare in vniuersitate, perdit priuilegiũ vniuersitatis.tradit Bal. (si rectè memini) in tit. de controuersia inuestituræ apud par. term. sed non benè recordor nunc de §.vel de quota.

¶ Quartò principaliter quæro, quid præcedere debeat ad hoc, vt nolens iurare de calumnia condẽnetur, vel habeatur pro confesso. Sol. Dic quod debet præcedere iussus factus à iudice, cum termino sibi statuto. ar. eorum quæ no.per Inno.in c.extirpandæ. de præb. & latius ibi per Do. me. in repetitione. & no. in l. 1. C.de his qui. vt indig. ita dicit Pau.de Cast.in l.2.§.quod si actor. in prin.C.eo. tit. quæ opi. videtur mihi satis rationabilis. facit quod dixi in c.ex tua. infra de cler.non resi. & quod legitur & no. in c.2.de confes.lib.6. in contrariũ tamen facit, quod statim dicam in q.21.ver.6.causa.

35 ¶ Quintò quæro, † vtrum actor ipso iure cadat ab actione, & reus habeatur pro confesso, an vero requiratur declaratio vel sententia. Sol. Glo.fi.hic dicit, quòd requiritur sentẽtia, quia iudex procedet contra actorem ac si nihil probasset: & sic absoluet reum: & eo modo in reo. arg. auth.principales. C. eo.tit. pro qua opin. facit, quia tex. noster loquitur per verba futuri temporis, videlicet, cadat ab actione, & habeatur pro confesso, & sic requiritur sententia. ad quod vide, quæ latè dixi supra de fo.com pet. & prædictam opin. tenet glo. in l.2.§.quod si actor.C.eo.tit. vbi tex. similiter loquitur per verbũ futuri temporis. Hosti.etiam hic refert quosdam tenere hanc opin. per iura hic in glo. allegata, & per l.properandum.§.& si quidem. C.de iudi. Alij vero dicunt, secundum Hosti. quòd punitur ipso iure per sententiam, nam actor ipso iure cadit ab actione, quod per iudicis sententiam declaratur, qui reũ absoluet: reus autem ipso iure habetur pro confesso, & ad petita sine alia probatione condemnatur, vt in legibus, vnde sumptus fuit iste §.allega. supra in 1.quæst.in prin.& in Auth.de litig.§.hodie. in fi. col.8.& 10.q.2.cap.qui res iam dictas. ver. Emphyteosim.facit cap.2.de confes.lib.6. & idem tenet ibi Archi.& sic refert hic Zaba. & remittit ad glo.in d. §.quod si actor. Innoc.hic, & Card.tenent primam opi.per regulam, in pœnis. de reg.iu. Et quia (vt dixi) tex. noster loquitur per verbum futuri temporis, communiter hanc opi. tenent gl. & Doct.in d. §.quod si actor. volentes, quod tã in actore, quàm in reo requiratur sententia: ne iudicium claudicet, vt in l.si cum dies.§.fin.ff.de arbit. & l.fin.C.de fructi. & lit. expen. cum sim. Nam si in reo expectatur sententia, qui tamen hic tantum habetur pro confesso: ergo & in actore expectari debet sententia, vt cadat ab actione: & quòd in reo expectetur sententia, patet ex prædicta l.2.§.sin autem reus. ibi dum tex. dicit, & liceat iudici sententiam pronunciare, & sic tenent Cyn. Bar. Pau.de Cast.& Doct. in auth.principales. C.eo.tit.& in d.§.quod si actor. facit quod dicimus de contumace in respondendo positionib. in quo, secundum communem opin. requiritur sententia declaratoria, vt traditur in d.c. 2. de confes. lib.6. & ego latius dicam infra in titu. de confes. & plus voluit Bart. in d.§.quod si actor. quod iudex non debeat eo ipso pronunciare contra illum, qui recusat iurare, sed debet prius patefacere eius delictum, puta, pronunciando eũ esse contumacem in iurando, vel eum debere haberi pro confesso, propter illam cõtumaciam, per l.eius, qui delatorem, in princ. ff.de iure fis. & sequuntur hic Do.Ant.& Do.meus.

36 ¶ † Et aduerte, quia prædicta quæst. est maximi effectus: quia si teneremus hanc opin. quòd requiratur sententia, talis pęna, vt habeatur pro confesso, non transit ad eius hæredes, secundũ Bar.in d.§.quod si actor,

actor. per d. l. eius, qui dilatorem. & sequitur Pau. de Cast. in d. §. & Dom. me. hic secus, secundum aliam opin. secundum quam incideret in pœnam ipso iure, per l. commissa. ff. de pub. & vecti. & no. per Bart. in l. ex iudiciorum. ff. de accus. tenent Ang. & Bart. in l. qui à latronibus. §. 1. ff. de test. facit l. Caius. ff. ad Syllani. & d. l. commissa. & quod no. Bart. in l. Imperator. ff. de iure fi. & in c. cum secundum. de hæret. li. 6. Et idem ex ea ratione putat Do. me. dicendum in actore, vt incidat in pœnam & pronunciet contra eum, patefacto prius delicto eius modo prædicto. sed aduerte ad id, quod dixi de pœna, quod licet habeatur pro confesso, talis pœna non transit ad hæredes, nisi præcedat, quia istud videtur intelligendum de sententia diffinitiua, super facto principali, sed etiam de sententia declaratiua super iuraméto, vt est casus singularis, qui non est alibi, secúdum Io. de Imo. in d. l. eius, qui delatorem. Ita dicit Io. de latore, in d. l. qui à latronibus. §. si quis in capitali. dicens hoc esse valde notabile pro contumacibus, nó solú in iuramento de calumnia, sed etiam in respondendo positionibus, quia si moriantur ante declaratoriam latam super facto pœna non transit ad hæredem. sed not. quia contra prædicta fortiter obstat opin. Dy. in similibus terminis in l. ex iudiciorum. ff. de accusat. vbi dicit, quod licet statutum velit, quod contumax habeatur pro confesso, quòd licet sentétia banni sit lata in contumacem vigore talis fictæ confessionis, tamen non mandabitur executioni cótra hæredes. Bart. tamen in d. l. ex iudiciorum. tenet contrarium, sed Bald. in d. l. qui à latronibus. nititur concordare prædictas opin. dicens quòd opin. Bar. est vera, si post interlocutoriam secuta sit sententia diffinitiua, aliàs procedat opi. Dy. facit licet non alleget, quod not. gl. in l. 1. C. de modo mulc. & sic secundum opi. Bal. non videtur sufficere quod præcedat sententia declaratoria, nisi præcedat sententia diffinitiua. sed potest dici, quòd termini non sunt similes, quia nulla est litis cont. & ideò insurgit dubitatio, de qua vide per Io. de Imo. in d. l. qui à latronibus. §. 1. sed in terminis nostris loquimur de iuramento quod regulariter defertur li. cont. vt dictum est, mihi satis placet quòd si præcedat sententia declaratoria, quòd habeatur pro confesso, vel quid simile, quod sufficiat ad hoc, vt hæredes teneantur, licet non procedat sine dubitatione. faciunt no. in c. cum secundum leges. de hære. lib. 6. vbi non potest fieri actualis executio, nisi præcedat sententia declaratoria super delicto. Aduerte tamen, quia Dom. me. dicit quòd est dubium, an requiratur talis declaratio ante sententiam, cum videatur tex. in contrarium in d. l. 2. §. si autem reus. ibi tex. dicit habeatur pro confesso. & liceat iudici sententiare secundum quod rei qualitas suggesserit. & sic apertè innuit iudicem incontinenti sententiam ferre super principali, absq; alia pronunciatione super delicto in non iurando. satis enim est de hoc constare in actis, in quibus dicitur iudicem detulisse iuramentum actori, vel reo, & illum noluisse iurare, nulla causa expressa. Ad quid ergo requiritur alia declaratio contumaciæ, cum hoc importet illud verbum habeatur, quod circa pœnam, videtur latæ sententiæ, sicut in simili dicemus de isto verbo, subiaceat, vt no. glo. fi. in c. vnico. de iureiuran. lib. 6. Et probatur 17. q. 4. c. si quis suadente. non ob. l. eius, qui delatorem, per quam mouetur Barto. quia loquitur in delicto non commisso in iudicio, vnde de eo non debet haberi pro confesso, nisi de eo constet, & super eo pronuncietur, vt ibi dicit text. secus ergo vbi de eo constat modo prædicto, & sic potius ille text. potest adduci in terminis nostris, quòd non requiratur sententia declaratoria, sicut in simili tradit Dom. me. in cap. 1. sup. de iudic. vbi dicit quòd vbi notoriè constat de contumacia alicuius, potest mulctari, vt ibi, & in c. venerabilibus. de sententia excomm. li. 6. Secus vbi non constat in iudicio, vt notanter probatur per Bar. in l. 2. ff. si quis ius di. non obtem. & probatur in l. si finita. §. Iulianus. ff. de dam. infec. & quod latè dixi in Clem. 1. de dolo & cont. Sed aduerte, quia reperio quosdam moderniores repræhendere opin. Domini mei, quia opinio communis est in contrarium, & eam tenet Bald. in l. 1. C. de confes. & in l. 2. §. quod si actor. C. eo. tit. & sequitur d. Dom. in c. 2. de confes. li. 6. nec ob. §. si autem, quia text. ibi non dicit, quòd habeatur pro confesso, vel conuicto ipso iure. Quinimò text. ibi videtur in contrarium. & Bal. etiam probat cótrarium per d. §. quod si actor. Nec ob. secundum argum. cum constet ex actis &c. quia respondent, quòd non sufficit probatio, quæ constat ex actis, sed requiritur etiam declaratio per sententiam, vt probat text. in d. l. eius, qui delatoré, qui requirit duo copulatiuè, videlicet, probationé, & sententiam. Ego arbitror non esse recedendum à communi opin. Sed tamen si quis rectè inspexerit, intelliget responsiones prædictas non euacuare fundamenta Domini mei. pro prædicta tamen opin. facit, quia si statutum dicit, quòd habeatur pro cancellato, non est opus cancellatione, vt tradit dominus Nellus in tract. bannitorum, in 3. secundi temporis, quæstione 74. & quod not. Bart. in l. emptor. §. banni. ff. de pac. & quod notatur in capitu. licet. de electio. lib. sexto. vbi dicitur quòd per hæc verba excommunicationi subiaceat, non est opus sententia declaratoria. facit 17. q. 4. cap. si quis suadente, quod not. per Dominum meum in c. aduersus. inf. de immun. eccl. facit text. & glo. fin. in c. 3. de raptori. Domi. me. in capitu. dura. inf. de crimi. fal. & ibi dixi, & probatur in capit. ad falsariorum. eodem titu. & ibi etiam dixi. Aduerte tamen, quia secundum hos videtur, quòd non deberet admitti purgatio moræ, cuius contrarium sequuntur communiter Doct. vt statim dicam in quæst. 9. cogitabis, quia quæstio est satis dubia. & hæc non tanguntur per Doct. dicam latius de materia in tit. de constitut. vbi melius conuenit examinare, an & quando, & propter quæ verba fiat constitutio latæ sententiæ.

37 ¶ Sextò quæro, †vtrum talis sententia cótra contumacem in non iurando, vt cadat à iure suo, &c. possit ferri in eadem instantia, an verò requirat aliam instantiam. Sol. Cy. in l. 2. §. si actor. C. eodem, dicit, quòd potest ferri in eadem instantia: quia sicut actor potest cótra reum recusantem petere sententiam in eadem instantia, vt d. l. secunda. §. sin autem reus. C. eodem, ita potest petere reus contra actorem, ne iudicium claudicet, sed vt æqualitas seruetur, vt in cap. primo, de mutu. peti. & in regu. non debet actori, de regulis iuris, & sup. tetigi, & sequitur hic Dominus meus.

¶ Septimò

¶ Septimò quæro, vtrum in tali pronunciatione vel declaratione, quam facit iudex contra nolentem iurare, requiratur citatio. Sol. Videtur dicendum quod non, ex quo notoriè constat de hoc, & ex quo contumacia non potest purgari. dicā statim in q.9. sed tu vide ad hoc, quod dicam infra in tit. seq. in materia cōfessionis, & quod etiam dicam in tit. de confes. in materia c.2. de confes. lib.6.

¶ Octauò quæro, vtrū in casibus & quibus vnus pro alio tenetur fortè ex forma statuti, talis confessio ficta, quæ habetur pro recusatione iuramenti, noceat alteri. Sol. Videtur dicendum, quod non, per no. per Bar. in l. cum filius. ff. de verb. oblig. & latius per eum, in quæst. quæ incipit, statuto Perusinæ Ciuitatis. sed tu de hoc latius dic, vt dicam in tit. de confes. lib.6.

38 ¶ Nonò quæro, † vtrum talis contumacia in non iurando, possit purgari. Sol. Iac. de Are. & Doct. in d. l.2. §. quod si actor. C. eo. tenēt quod sic. idem Ioan. in addi. Spe. eo. tit. §. fin. ver. sed nunquid, argumento l. si quis. §.1. de appel. cano. 2. q.6. c. si quis, & idem tenet Pau. de Cast. in d. §. quod si actor. dicēs quòd admittitur ad purgandam morā, si res est integra: & ius aduersarij non sit factum deterius, ar. l. alia. C. de his, quib. vt indig. & l. in criminali. C. de iurisd. omn. iud. quia hoc videtur regulare in pœnis legalibus, vt euitentur per desistentiam, vt l. qui cū maior. §. accusasse. ff. de ope. libe. quod d. Anto. putat verum, si non solum velit iurare de futuro: sed etiam de præterito, videlicet quòd nō calumniosè causam egit: alias non satisfieret. Dom. meus hic, dicit quòd satis putat quòd vsque ad sententiam condemnatoriam vel declaratoriam, possit pœnitere: & non postea. nam cum ista sit pœna iuris, oportet ꝙ instet vsque ad sententiam, per d. l. qui cum maior. §. accusasse. & in l. seruitute. §. petijsse. ff. de bon. libe. sed aduerte, quia Ang. in repe. l. si insulam. ff. de verbo. oblig. col.12. dicit ꝙ hæc mora non potest purgari: sed mihi plus placet præced. opi. posset tamen saluari opi. Ang. quando ius aduersarij esset factum deterius, & quia ista materia purgationis moræ, est valde difficilis, intricata & periculosa, & varij varia sentiūt, propter quod plurima pro prædictis & contra prædicta possent allegari: ideo eā omitto, & remitto ad no. per Bart. Bal. Ang. Imo. & Pontanum in l. si insulam, ff. de verb. oblig. & in l. & si post tres. ff. si quis cau. Item aduerte, quia prędicta opi. quòd admittatur purgatio moræ, procedit retenta opin. quòd pœna ista non imponatur ipso iure: secus si imponeretur ipso iure, quia tunc nō admitteretur purgatio moræ, secundum ea, quæ dixi in c. sacro. infra de sent. excom. ar.14. q.8. ver.2. excusatur, & quod no. Bal. in c.1. quo tempore miles inuestituram, & quod no. in l. si seruum. §. sequitur. & latius per Docto. in d. l. si insulam. ff. de verb. oblig. & per Ioan. in regula, mora. de reg. iu. li.6. & quod no. in l. si is, cui. ff. de leg.2. & in l. si quis maior. C. de transac. & per Ioan. de Imo. in cap. potuit. infra de loca. col.22. & quod dixi supra, q.5.

39 ¶ Decimo quæro, † vtrum intra tempus datum ad iurādum per iudicem, currat tempus datum ad probandum. Sol. Dic quod non, per tex. in l.1. C. eo. & ibi no. Bal. quia tex. ibi dat istum ordinem, vt primo iuretur, quā necessitas probandi incumbat. Et dicit Bal. quod hoc fuit dictum Spec. quod probatur in d. l.1. sed non dicit vbi hoc dicat Spe. Et vide ad hoc, quod dicā in simili materia inf. tit. proxi.

¶ Vndecimò quæro, qualis debeat dari sententia. Sol. Respectu actoris nolentis iurare, dic quòd debet dari priuatiua sui iuris, vel absolutoria rei à petitione actoris, ac si ius non foueret. hoc colligitur ex glo.1. in prin. in l.2. §. quod si actor. C. eod. & ibi per Pau. de Cast. si vero reus renuat iurare, condemnabit eum virtute fictæ confessionis, quia lite contest. datur sententia condemnatoria in confessum: quamuis secus videatur ante litem contest. secundū ea, quæ traduntur in l. si debitoris. ff. de quo latè dicam in tit. de confes.

40 ¶ Duodecimò quæro: † pone, actor noluit iurare, propter quod reus veniebat absoluendus (vt dictum est) sed tamen hoc non obstante, iudex condemnauit reum actori: an valeat condemnatio? Sol. Dic quod sic, nisi prius pronūciasset actorem cecidisse à iure suo, secundum Bal. sed si prius pronunciasset, non valeret: quia hæc sentētia esset contraria sententiæ præce. vt l.1. C. quando prouo. non est nece. & potest iudex virtute eiusdem processus pronūciare actorem cecidisse à iure suo, per solam verbalem petitionem, absque vero libello & nouo iudicio, secundū Cyn. quem sequitur Pau. de Cast. in d. l.2. §. quod si actor. C. eo. tit.

¶ Decimotertiò quæro, quid si reus non vult ꝙ actor qui recusat iurare de calumnia, cōdemnetur: sed vult quod cōpellatur omnino iurare, quia non est contentus quod perdat actionem. Et quid iuris etiā, si actor hoc petat reo recusante iurare. Sol. Videtur posse dici quod debeat cōpelli. ar. ff. de vent. inspi. l.1. §.2. sicut in simili dicit Spe. in responsione positionibus. in tit. de posi. §.9. ver. verius puto. sed Spec. eo. tit. §. finitur. ver. quid in his, dicit ꝙ verius putat ꝙ non compellatur, & quod sufficiant prædictæ pœnæ, & idem tenet ibi Io. in addi. qui dicit hoc tenere Fran. Vercel. in c.1. sup. eo. in q. fi. & sequuntur hic do. Ant. Zaba. & D. M. arg. tex. nostri. satis est q. decisa: quare frustra quærimus de calumnia.

41 ¶ Decimoquartò quæro, † quid si iudex cōdemnauit reum recusantem iurare, vel absoluit reū actore recusante iurare: vtrum passus sententiam possit appellare. dubium facit, quia confessus non auditur appellans, vt latè dixi in c. cum speciali. §. porro. inf. de app. & etiam quia contumax non videtur admitti ad app. vt in Cle. vnica, & ibi dixi, de do. & cont. Sol. Glo. in l.2. §. quod si actor. C. eo. tenet ꝙ possit appellare, per no. in l. creditor. §. iustus. ff. de app. & idem tenet hic Zab. & d. Ant. nec ob. contumacia, quia iste non est contumax in non veniendo, sed in nō parendo. & si tu diceres, ad quid prodest ista appellatio, cum etiā in causa appellationis ex ficta confessione debeat iste cōdemnari? Dic ꝙ operabitur & proderit ista appellatio, secūdum Cy. quia forte docebit de aliquo priuilegio, propter quod non tenebatur iurare. sed Pet. in l.1. C. eo. tenet contrariū, videlicet ꝙ non possit appellare: quia sicut contumax in non veniendo non appellat per nimiā contumaciam. 2. q.6. c. sunt quorum. & no. in Cle.1. de do. & cont. & etiam facit d. l.1. C. eo. ita iste non debet audiri propter nimiū iudicis contemptū. Cy. in d. l.1. pro concordia distinguit, ꝙ aut iste volens iu-

rare, allegauit aliquod priuilegium, & tunc admittitur ad appellandum, aliàs secus propter nimium cõtemptum. quæ opi. videtur placere Io. in addi. Spec. eo. tit. §. fi. vers. sed nunquid dominus. & idem tenet d. Ant. Do. meus hic distinguit, ꝙ aut recusans iurare nullam causam allegauit tempore recusationis, nec tempore appellationis, & non debet admitti: quia ista appellatio, vel est interposita à pœna statuta à lege, quę non debet admitti, vt l. si qua pœna. ff. de ver. sig. & in c. quia vos. inf. de appel. Aut tempore recusationis iuramẽti expressit aliquam causam: & subdistingue, ꝙ talis causa erat notoriè friuola: & idem dicendum est, arg. c. vt debitus. & c. cum speciali. inf. de app. aut expressit dubiam causam, & poterit appellare. d. ca. vt debitus. Aut nullam causam expressit, & tunc si exprimit tempore appellationis, credit Do. me. talem appellationem non admittendam, quia satis est ipsum recusasse sine causa, sicut in simili dicimus de appellante ab interlocutoria, vt non sufficiat causa ad iustificationem ipsius, nisi expressè allegetur, vt in Clem. appellanti. de app. Aut iudex allegata causa suspicionis iuramenti, pronunciauit causam non legitimam, vel pronunciauit cõtra recusantem iurare eo quòd sine causa recusaret; & tunc à tali sententia declaratoria poterit appellari, quia ista est sententia hominis declarantis, & nõ iuris, & fortè malè declarauit, facit quod no. glo. in ver. priuatos. in cap. cupientes. §. ꝙ si per 20. de elec. li. 6. & ibi etiam per Gul. & Archid. & Do. vbi volũt quod licet à pęna non possit appellari, tamen potest appellari à sententia, qua iudex declarat aliquem incidisse in pœnam, vt no. in d. c. peruenit. de appell. & ibi dixi. & idem no. Legistæ in l. 1. C. si aduer. libe.

42 ¶ Decimoquintò quæro, † quid si iudex requisitus nolit ferre sententiam contra recusantem iurare, pereat instantia iudicij, vtrum pars aduersa, quæ contendebat & instabat, vt iuraretur, habeat aliquã actionem? Et quid si ille, qui recusauit iurare, incipiat de nouo agere, an possit contra eum excipi, & ceciderit, vel cadere debuerit à lite, vel à iure suo, & sic non debeat audiri? Sol. Quæ est satis intricata & difficilis. & Dom. me. dicit eam valde notabilem, & videtur dicendum quod iste qui agit debeat audiri, ar. ff. de inof. test. l. contra. aliàs incipit, Papinianus. §. si quis impubes. Inno. hic dicit se non credere eum posse agere, vel excipere de recusatione iuramenti, quia ea, quæ eueniunt post li. cont. valde pertinent ad officium iudicis. ff. de ædil. edic. l. ædiles. §. item sciendum. & nefas est dare materiam, vt lites ex litibus oriantur, vt l. 3. C. de fruct. & lit. expen. dicit tamen iudicem illum ex hoc teneri, vt C. de iud. l. sancimus. & Inst. de oblig. quę ex deli. nasc. in prin. Prædicta tamen, quod lites ex litibus non debeant oriri, locum habent, secundùm Inno. vt non possit excipi, vel agi, quando negotium principale est terminatum per sententiam, vel transactionem, per l. terminato. C. de fruct. & lit. expen. Sed si negotium non sit per iustitiam terminatũ, sed fortè perijt propter interitum rei, vel aliam similem causam, tunc bene fertur sententia propter accessoria. ff. de rei vẽdicat. l. item si verberatum. & l. vtique. & sic videtur velle Inno. quòd siue negotium sit terminatum secũdùm iustitiam, vel perijt instantia, non possit amplius agi ad istam pœnam, de qua hic. dicit tamen quòd non videtur habere locum in his, quæ sunt extra iudicium, vnde si qui elegerint contra formã, sunt priuati potestate elegendi. sup. de elect. c. quia propter. Et ad istam pœnã semper agi potest. Deinde refert alios dicere quòd etiam in iudicijs semper agi potest, vt cadat à lite, quæ verba sunt intricata, & dubia, & videntur etiam continere repugnantiã. Host. tamen & Io. simpliciter recitant Inno. & nihil eligunt, aut firmant. Sed contra primum dict. Inno. facit quod in simili no. in c. si diligenti. de fo. comp. & per gl. & Bar. in l. criminali, C. de iuris. om. iud. nã ni similib. terminis, si quis vocatur ad vetitum examen, ex quo vocans debebat cadere ab actione instituta, potest postea agi condictione ex illa l. & etiã excipi contra agentem, secundum ea quæ plenè dixi in d. c. si diligenti. Dom. me. hic dicit, quod duo sunt examinanda. Primum, quando adhuc nulla est lata sententia. Secundum, quando sentẽtia lata fuit in causa prin. secundum iustitiam causæ, non secundum istam pęnam recusationis iuramenti.

¶ Circa primum d. Ant. hic cõcludit quod semper potest agi, & etiam excipi, & maximè de iure cano. non vr̃ dubitatum, cum non pereat instantia, vt in c. pe. sup. de iud. idem tamen concludit de iure ciuili, etiam post peremptionem instantiæ, vt ẽt ipse sentit, licèt clarè non exprimat. Quia cùm pęna hic imponatur non referendo se ad iudicem, datur condictio ex l. & sic potest postea agi per no. in iurib. superius allegatis, & in l. vni. ff. de condi. ex l. & in c. 2. de offi. vicar. nec obstant contraria alleg. per Innoc. quia loquuntur in offi. iudicis merce. quod deseruit actioni iam intentatæ. Sed nunc agitur noua actione, & sic non obstat peremptio instantiæ.

¶ Circa secundum membrum, quando sentẽtia fuit iam lata. d. Ant. hic concludit, quod qñ fuit exceptum vel petitum, vt procederetur secundũ istam pœnam, & iudex hoc non obstante sententiauit secundum iustitiam causæ principalis, non debet amplius audiri in alia instantia, ex quo illa exceptio, vel petitio fuit reprobata. argu. l. quod in diem. ff. de compensa. qñ hæc actio & exceptio ordinantur ad eundem finem, & variatur iudicium de plenario ad plenarium, & sic obstabit prima sentẽtia. facit quod notatur in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de ver. obl. Sed si non fuisset oppositum in primo iudicio, tunc aut venit per viam exceptionis, & non auditur, quia ante debuit opponere: sed si per viam actionis, nũc auditur, quia agit ex alia causa, secundum d. Ant.

¶ Sed aduerte, quia circa primum membrũ, quãdo fuit petitum, vel exceptum de pœna, & iudex contrarium iudicauit, quo casu non potest postea secundum dominum Antonium. dubitari potest, secundum Dominum meum: vtrum hoc dictum procedat, siue iudex reprobauerit exceptionem, siue petitionem, vel etiam quando simpliciter iudicauit contrariũ. nam l. quod in diem. allegata per dominum Antonium facit potius in contrarium. loquitur enim quando iudex expressè reprobauit compensationem, vt tunc amplius agi non possit, si de ipsa exceptione opposita non fuit habita mentio, quia tunc, etiam post sententiam, videtur remanere facultas compensandi, argumento dic. l. quod in diem. Subdit tamen Dominus meus quod quò ad casum istius c. idem putat etiam si expressè

presse non reprobauit: quia satis est quòd de ea in sententia rationem nō habuerit. videtur enim probasse, & imputetur non appellanti, sicut in simili, quando productio iudicat contra illud, vt in c. suborta. & ibi bona glo. inf. de re iud. & quod no. in c. cum Io. inf. de fide instrum. in glo. fin. simile etiam in q. falsitatis. nam etiam post sententiā potest agi, vt in c. licet. de proba. & in c. cum venerabilis. de except. & tamen si in prima instātia fuit exceptum de falsitate, & contrarium fuit iudicatum: non potest amplius agi: nisi appelletur, vt l. 1. & 2. C. si ex fal. instru. & no. glo. in d. c. licet. & ratio diuersitatis inter exceptionem compensationis, & alias predictas, & casum est: quia exceptio compensationis de directo obstat executioni, & non sententiæ. vnde si iudex de ea opposita non fecit mentionem, non videtur propter hoc reprobasse, sed potius reseruasse vsque ad tempus executionis. secus vbi exceptio de directo obstat condemnationi: quia tunc iudex ēt de ea non habendo rationem, videtur reprobasse: quia videtur fecisse actum prorsus contrarium, vt notatur in d. c. suborta. ad idem c. ex parte. infra de app. Conclude ergo, secūdum D. M. circa primum membrum, q̄ si in prima instantia fuit oppositum vel exceptum de pœna non præstiti iuramēti, & iudex contrariū iudicauit expresse, vel ēt tacite, non pōt amplius agi vel excipi: nisi fuerit appellatum. ¶ Circa secundum membrum, in quantum dicit Dom. Ant. quòd si non fuit oppositum in primo iudicio, non auditur postea per viam exceptionis. dicit Do. me. quòd non putat hoc simpliciter verum. vnde dicit quod aut nemo agit, & non est tunc dubium, quod non potest excipi. Aut actor agit fortè pro executione sententiæ, quam pro se repræsentauit, & tunc satis excipi poterit hoc modo, dico q̄ tu nō es audiendus, quia debes cadere à causa, quia noluisti iurare, & sic peto per iudicem te condemnandum: cum de hoc delicto & contumacia constet per acta notoriè, per ea, quæ no. Do. me. & quæ ibi dixi in d. c. si diligenti. supra de foro compet. & quod no. in c. pastoralis. infra de causa poss. & proprie. in gl. pe. & per Fede. consi. 47. aut reus hoc intentat per viam actionis, & debet audiri, si non fuit aliàs exceptum in primo iudicio. vel distinguè latius, quòd aut sententia fuit executioni mandata: & dicit Do. me. quod non videt, quomodo reus possit agere ad istam pœnam, cum amodo actor non posit cadere ab ista actione, cum sublata sit per solutionem eius, quod debebatur, vt Insti. quib. mod. tollitur obli. in princ. vnde perinde est habendum, ac si species petita esset perempta, vt l. quod te. ff. si cer. pet. aut sententia non est mandata executioni, & tunc, aut sententia est lata in fauorem actoris super negotio principali, qui debebat perdere causam ex eo quia noluit iurare: Et hoc casu, satis putat procedere dictum Dom. Ant. Aut sententia lata fuit pro reo, qui ratione non præstiti iuramenti debebat haberi pro confesso, & hoc casu, dubitari potest, vtrum post absolutionem de reo super causa principali posit actor agere ratione non præstiti iuramenti, vt habeatur pro confesso, & sic condemnetur: & hoc, quia tex. in l. 2. §. quòd si actor. C. eod. dicit quòd debet condemnare, secūdum quòd status causæ suggesserit. sed certè status causæ non videtur hoc pati, ex quo est absolutus, eo maximè quia reus habetur pro cōfesso propter præsumptionem, quæ erat contra illum, quia noluit iurare, quę præsumptio nunc cessat, ex quo constat de veritate, quia veritate manifestata, cedit opin. veritati. 8. dist. c. veritate. dixit tamen Dom. me. quòd hoc non obstante, posset dici contrarium, quia ex quo reus noluit iurare, præsumptio est de calumnia, & quòd propter ipsam calumniam fuit absolutus. & ad d. §. quod si actor. respondet exponendo, quando ex alijs actis primis celebratis constaret, quod non veniebat condemnandus posito quod etiā haberetur pro confesso, secundum Do. me. Ad quod vide quod dixi supra in 2. q. maximè in ver. primò limitatur. Et ista conclusio magis mihi placet, quia quod reus habeatur pro confesso, est fictio, contra quam nō admittitur probatio, secundum quod in simili dicemus in ti. de confes. in materia c. 2. de confess. lib. 6. & c. veritate, allega. in contrarium, habeat locum in præsumptione, nisi diceres quòd ista non est fictio propria, & certa, quæ cōmuniter est cōtra veritatem, sed inducitur hęc ficta confessio ratione præsumptæ calumniæ, & quę differētia sit inter præsumptionem & fictionem, tetigi in Cle. 1. de iud. & dicam latius in rub. de præsumpt.

43 ¶ Sextodecimò quæro, † quid si tutor vel curator recusat iurare de calumnia, vtrum hęc pœna locum habeat? & vtrum hęc contumacia noceat pupillo, vel adulto? Sol. Spec. eo. tit. §. fin. ver. quid si tutor. dicit, quòd non nocet. & sic propter hoc pupillus vel adultus non perdunt causam, vt ff. si quis ius di. non obtem. l. 1. §. 2. & C. de ser. fugit. l. quicunque. 16. q. 6. c. si Episcopum. & idem tenet hic Do. Ant. Sed tu vide ad hoc quod latius dicam de cōtumacia tutoris, vel curatoris, vtrum noceat pupillo vel adulto, inf. in tit. de dolo & contu.

44 ¶ Decimoseptimò quæro, † si prælatus vel syndicus non vult iurare de calumnia, vtrum eius contumacia noceat ecclesiæ. Sol. Io. in addi. Spec. §. fin. versi. quid si tutor. dicit quod putat, quòd non noceat ecclesiæ, per tex. in d. c. si Episcopum. vnde dicit Guido de Suza. in l. iubemus. 1. C. de sacrosanc. eccle. quòd talis prælatus vel syndicus soluet de suo æstimationem litis, per l. quicunque. C. de seruis fugitiuis, & l. meminerint. C. vnde vi. Et idem tenet Simon Vincen. in Auth. vt lit. iur. in §. 1. & format casum in omni legitimo administratore. subdebat tamen Guido, quod si non habet vnde soluat: punietur ecclesia. Sed dicit Ioannes, quòd ex hoc sequeretur absurdum, quod in causis monasteriorū vel aliarum ecclesiarum litigantium per Abbates, vel prælatos, ex quo ipsis non iurantibus hæc pœna non imponeretur, quod ipsi nollent iurare: ista tamen absurditas videtur cessare in prælato actore: quia nolens iurare, non audietur: sed eo existente reo, cessat remedium: cum non sit consultum actori, & sic remanet absurditas. quare dicendum est, q̄ compellatur iurare, sicut in simili in l. sed etiam. & in l. sed & hæ, §. prætor. ff. de procur. cum nolle iurare & confiteri, sint idem, ex quo nolens iurare habeatur pro confesso, vt hic. vnde sicut ecclesia succumbit per confessionem prælati vel syndici, vt d. l. iubemus, & in l. certum. §. penul. ff. de confes. ita per recusationem istius iuramenti. Et hæc opin. videtur

placere

placere Ioan. in d. addi. quando lis est calumniosa, per l. quoties. §. sicut, ff. de administ. tuto. Sed aduerte, quia vt dicit hic Dom. meus, si causa esset calumniosa, tunc nó esset pœna, & sic videtur velle, quòd vbi causa non esset calumniosa: tunc non esset pœna, & sic videtur velle, quod vbi causa nó est calumniosa, non noceret ecclesię, vt sentit ibi Ioan. Dom. Anto. hic omittens vltimum casum Guido. & Io. tenet quòd noceat ecclesiæ, per c. Imperator. sup. eo. Sed certè illud c. non facit, quia loquitur quando tota ecclesia est cõtumax in iurando, vel constituendo syndicum aptum ad iurandum, merito ergo ipsa ecclesia punitur ex dicto totius ecclesiæ, vt d. l. iubemus. & quod no. in d. c. 2. de ord. cog.

45 ¶ † Sed confessio etiam vera solius prælati, non semper nocet ecclesiæ, vt notatur in c. 2. de test. li. 6. & in c. fin. de præscript. Dom. meus hic dicit, quod in casibus in quibus confessio solius prælati non nocet ecclesiæ, vt in casibus communibus, tunc solùm delictum prælati non nocet ecclesiæ: quia si verè non potest confiteri in præiudicium ecclesiæ, fortius nec fictè, ar. no. in l. 2. ff. pro so. In casibus verò in quibus noceret, vel quando habet diuisam administrationẽ à cap. & causa nó est ardua: tunc licet sit maius dubium, adhuc putat, quod non noceat ecclesiæ. Sed quod prelatus debeat soluere de suo, quia ista non est vera confessio, sed ficta, statuta in pœnam ratione delicti, vt hic. & ideo aliud est in ista quàm in vera confessione. arg. l. eius, qui delato rem. ff. de iure fis. & quod ibi no. Barto. Item quia vera confessio potest se habere ad delictum, & non delictum. ideo valet in dubio. & sic intelligitur cap. suborta. inf. de re iu. vbi confessio syndici nocet ecclesię. Sed si tale factum omnino sonat in delictũ, non præiudicat: quia delictum non videtur mandatum, vt l. si procurator. ff. de condic. indeb. facit quod no. Bart. in l. 1. ff. si quis ius dic. non obtemp. & quod tradit Dom. meus in c. 1. supra vt lite non contest. & ideo debent habere locum iura dicẽtia, delictum Prelati non nocere ecclesię, vt regula, delictum personę. de reg. iur. lib. 6. Ad idem facit tex. no. in l. nó est ignotum. C. de admin. tu. vbi dicitur, pupillum non esse puniendum ex illicita & calumniosa lite mota per tutorem: sed solus tutor venit puniendus, & sic hoc casu prouidebitur quando Prelatus esset reus, & nollet iurare, per remediũ missionis in possessionem, ac si esset contumax in respondendo, infra de eo, qui mit. in poss. per totum. Nec obstat glo. in d. regula, delictum. quę dicit ꝙ delictum Prelati in iudicio etiam agendo, nocet ecclesię: quia illa gl. non est simpliciter vera: nec probatur aliquo iure, sed potius innuitur contrarium in c. cum venerabilis. infra de excep. Et ad cap. cum olim. respondet Dom. me. quod illud poterat cadere in delictum & non delictum, & ideo præiudicat, ex quo est legitimus administrator, iuxta ea, quę tradit Dom. meus in dicto cap. 1. vt lite non contesta. Ego de vera confessione Prælati, vtrum & quando noceat ecclesiæ, latè tractabò in titu. de confess. De ficta verò confessione fortè eodem titu. dicam, in materia positionum, circa materiam cap. 2. de confess. lib. 6.

46 ¶ Decimooctauò quæro, † vtrum contumacia procuratoris nolentis iurare de calumnia præiudicet domino. Sol. Dom. Ant. hic dicit, quod putat hanc q. expeditam per tex. in c. fin. de confess. lib. 6. & per no. in cap. 1. supra vt li. non contesta. & per Inno. in c. 1. de postu. Præl. & per ea, quæ tradit Speculat. in titu. de confess. §. 9. post prin. & sic sentiunt quòd ipsius contumacia in non iurando. Zaba. hic in fi. dicit quod est locus huic pœnæ. allegat Rot. decis. 45. aliàs 48. Ego verò in meis decisio. habeo in decis. 432. vbi plus dicunt: Quòd si procurator recusat iurare in animam domini & propriã, quod dominus possit puniri pœna istius c. dicunt tamen quòd istud videbatur dubium: quia pœna debet tenere suos authores, infra de his, quæ fi. à Prælat. cap. quęsiuit. & sic videtur, quod dominus non deberet puniri. & finaliter concludunt, quod istud de pœna non fuit terminatum. D. Dom. in c. 2. eo. ti. lib. 6. dicit quod credit quod in casu, in quo cõfessio procuratoris, vel contumacia nocet domino: de quo habetur in c. 1. supra vt li. non contest. quod si procurator recusat iurare, præiudicabitur dño: quia ex recusatione istius iuramenti, reus habetur pro confesso ex iuris præsumptione, vt hic. si ergo expressa confessio noceret, ergo & ficta & tacita, vt no. Ioan. super glo. 2. in c. 1. de postul. Prælat. Ad quod facit optimè tex. in c. 2. de confess. lib. 6. vbi si procurator recusat respondere positionibus factis in iudicio: tales habentur pro confessis in præiudicium domini. secus vbi confessio vel contumacia procuratoris non præiudicaret domino, secundum d. Dom. quãdo autem sit, quod vera confessio procuratoris noceat domino, non intendo hic examinare: sed dicam in titu. de confess. vbi conuenit. Et de contumacia dicam inf. de dolo & contuma. Pau. de Castro in l. 2. §. sin autem reus. C. eodem, dicit quòd si procurator recusat iurare de calumnia in animam domini, processus esset nullus. quæ opin. satis placet.

¶ Decimononò quęro, vtrum hec pœna locum habeat, & committatur coram arbitris. Sol. Arbitror quod sic, & partes tenentur coram illis iurare de calumnia. vnde dico quòd in casibus, in quibus dixi coram arbitris vel arbitratoribus iurandum de calumnia, de quo dixi in c. 1. supra eo. ar. 4. in illis casibus etiam arbitror, quòd nolens iurare incideret in hanc pœnam.

¶ Vigesimò quęro, in quibus causis prędicta pęna locum habeat. duplex requiritur qualitas. prima quod sit talis causa, in qua possit deferri iuramentum calumnię, aliàs autem non haberet locum hęc pœna: quia si esset talis causa, in qua quis non teneretur iurare, excusaretur, vt statim dicam, quęst. 21. Et ex prędictis videtur inferendum, quod in causa criminali non habeat locum hęc pœna: quod esset verum, si teneremus quod in causa criminali non iuretur de calumnia. Sed ego tenui contrarium in c. 2. supra eo. in 6. princ. arti. versi. 8. procedit in criminalibus. Et secundum istam opin. locum habet hęc pœna. Et hoc tenet Spe. post Vber. de Bo. eo. ti. §. fin. ver. Item cum in criminali, per l. si confessus. ff. de custo. & exhib. reorum. & tenet Zaba. hic. nec ob. l. 1. §. diuus. ff. de quęst. vbi patet, quòd non nocet vera confessio, & sic nec debet nocere ficta confessio, vt statim dicam: quia ille tex. loquitur, quando quis confitetur per quæstiones seu tormenta: quia

quia quæstio est res fragilis,& periculosa, & quæ veritatem fallit,vt d.l.§.quæst.ff.de quæst. Aduerte tamen,quia si causa esset capitalis, quamuis talis ficta confessio præiudicaret sibi: tamen ego arbitror ꝙ non præiudicaret alteri,qui vellet eum,quamuis inuitum & renitentem, iurare, intelligendo in casu l. non tantum.ff.de app. ad quod vide, quæ dicam in titu. de confess. in materia cap.2. de confess. lib. 6.

¶ Secundò exigitur alia qualitas,videlicet quòd sit talis causa, in qua vera confessio noceat confitenti: vnde in causis in quib. vera confessio nō nocet confitenti,non habet locum hæc pœna: quia regulariter non debet plus operari fictio in casu suo, quàm veritas in casu suo,vt l.qui ad certum.ff.loca. & in l. si filius.ff.si cer.pe.cum si.notant Doct. in c.2.de cōfess.lib.6.facit, quod sæpius dixi sup. & maximè q. 17.& q.se. Et ex prædictis ego primò infero quòd hæc pœna nō habet locum in causa spirituali.ita dicunt Doct.in cap.2.de confes.lib.6. & tenet Pau.de Cast.in l.2.§.quòd si actor.C. eo.sed ipsi nō loquūtur apertè,quia aliquę sunt causæ spirituales, in quibus vera cōfessio præiudicat, vt in causa vsurarum, & ēt in causa matrimoniali,quando confessio emanat pro matrimonio, nec fit præiudicium alteri matrimonio.30.q.vlt. §.his ita. vbi de hoc in gl. in ver. ecce apertè.& 31.q.2.c. Lotharius.& de clande.despon.c.2.de quo tñ latius dicā in ti.de cōfes. Et hoc casu arbitror, ꝙ sicut vera confessio noceret,ita noceret hæc ficta confessio. & idem, si contra matrimonium staretur,non quo ad vinculum matrimonij,sed quo ad thori separationē,vt in c.ex literis.de diuor.& in c.intelleximus,j̄. de adult. 33.q.5.quod Deo. similiter etiā dico in causa vsuraria, quia licet sit spiritualis: tñ sicut vera confessio noceret confitenti,ita ēt ficta. debet ergo intelligi dictum Doct. nō de qualibet causa spirituali: sed restringi ad causam spiritualem, in qua vera confessio non noceat confitenti, prout est in causa matrimoniali, contra matrimoniū ad totalem separationē.& hoc casu,sicut non præiudicat sola confessio, secundum gl. & Host.in c. super eo.inf.de eo, qui cogno.cōsan.vxo. suæ,& in c.cum causa.inf.de rap.& ibi per gl.Innoc. Host.& Io. & per Archi.in d.§.his ita. de quo tamē latius dicam in ti.de confes.ita nec pręiudicat hęc ficta confessio. Secundò ego infero ꝙ in causa beneficiali talis pœna fictę confessionis non habet locū: quia nec vera confessio: licet habet, ne hac via ingressus ad beneficia pateat vitiosus, vt in c.eū, qui. de eo,qui mit.causa rei. Beneficium.n.ecclesiasticū siue cano. institutione haberi non potest, vt in c.1. de reg.iu.lib.6.cum cōcordantijs. Idem tenent Docto.in fin.terminis in d.c.2.de confess.lib.6.& Spe. in ti.de confes.§.2.ver.verumtamen.ibi,secus puto. Et idem dicendum in alijs spiritualibus, in quib. vera confessio non noceret, & hoc exempli causa posuisse sufficiat,vt dicit tex.in l.si quis horre. ff.de falsis.& in l.scire oportet.in fi.ff.de excu.tut.

¶ Vigesimoprimò quæro, quia in præced.q.dictum est, ꝙ in aliquibus casibus spiritualib. hæc pœna locum nō habet, & tñ etiam in illis iuraretur de calumnia, vt latius dixi sup.c.in c.2.in 6.prin.vers.3. procedit hodie.

47 † Quęro igitur,quid fiet in his causis spiritualibus,in quibus hęc pœna locum non habet: si pars altera noluerit iurare. Sol. Arbitror, ꝙ iudex poterit compellere ad iurandum, si est reus, qui noluit iurare,& hoc mediantibus remedijs proditis contra reum contumacem. de quibus latè dicam in ti. de do. & cont. Si vero sit actor, qui recusat iurare, poterit ei negare audientiam, vt in l.sed & si per Prætorem.ff.ex qui.cau.maio.

48 ¶ Vigesimosecundò † quæro,propter quas causas actor & reus nolentes iurare de calumnia, excusentur ab ista pœna. Sol. Dic, ꝙ generaliter excusantur, si legitima causa subest recusandi tale iurm̄, tex.est hic,cum præstandum fuerit, & in c.Imperatorum.sup.eod.ibi,cum res postulauerit.quare si ex aliqua iusta causa non potuit cogi ad iurandum, & compulsus noluit iurare, nō habetur pro confesso, vt no.Pau.de Cast. in auth. hodie causæ.C.eod.tit. Causæ autem legitimæ sunt plures.

49 ¶ † Prima causa legitima potest esse ratione qualitatis iudicis,si fortè esset talis,quòd coram eo non cogeretur iurare: quamuis regulariter coram omni iudice, quis cogatur iurare. & vide quę dixi in c.1. supra eo.art.4.

¶ Secunda causa legitima est ratione tēporis,eo quod exigeretur tali tempore, quo quis non cogeretur iurare. ad quod vide quod dixi in c.1. s̄.eo.in 5.prin.art. vnde dicit Do.me. hic, quòd hæc pœna non committitur, nisi cum recusatur iuramentum calumniæ post li.contest. facit quod no.✝D.M. in c. 1.sup.eo.& sentit Bart.in l.2.§.quòd si actor. C.eo. ti.Sed Dom.me.hic distinguit,quòd aut quis recusat subire ante li.conte.iuramentū calumniæ, quod concernit totam causam: & nō habet locū hæc pęna: quia ante li.contest.nō tenetur præstare hoc iuramentum,vt dixi in c.1.art.5.non enim tenetur iurare super tota causa,cū adhuc incerti simus,an fieri debeat prosecutio obstantibus exceptionibus declinatorijs, vel peremptorijs.argu.c.exhibita.sup.de iudi. Aut quis recusat pręstare hoc iuramentum super aliqua exceptione dilatoria, vel simili, quæ opponi possit ante litis ingressum: & tunc haberet locum hæc pœna. Ad quod vide quod dixi sup.eod. art.q.1.ver.& prædicta pœna.

50 ¶ Tertia † causa legitima est ratione qualitatis causæ: puta, si sit talis causa, in qua quis nō cogatur iurare de calumnia. Ad quod vide quod dixi in c. 2. sup. eo.art.6.fall. Et ideo in causa vili, in qua non est necessarium iuramentum calumniæ,ad quod vide quod dixi in d.c.2.in 6.art.vers.11.procedit,nolens iurare non pateretur hanc pęnam.ita dicit Inn. in c.in pertractandis.sup.eo.Ego vero arbitror,ꝙ si iudici videretur expedire, & deferat tale iuramentū, & pars nolit iurare: longè magis patietur hanc pœnā,per tex.in d.c.in pertractandis. quia pro quāto minori causa est contumax: tanto maior dicitur contumacia,& tanto maior debet esse vindicta.86. di.c.duo.& per Io. Andr. in c.cum non ab homine. sup. de iud.& per Dom.meum in c.1.sup.de iud.de quo dixi in c.nulli.inf.de sen. exc.in 8.prin.art.q.1.

51 ¶ Quarta † causa legitima est, si partes pepigerūt adinuicem non iurare. Cùm enim ambæ partes nolint iurari, merito contumacia vnius confunditur cum contumacia alterius. dicebat tamen Albertus Papien. quod iudex dicet sic, & si vos non iuratis, ego vos non audiam: quia si ferrem sententiā,non teneret. C.de sent.& interlo.om.iud. l.prolatam.& in

in c.1.eo.ti.lib.6.Nam cum exactum sit iuramentũ, non teneret iudicium. ita dicit Spe.eo.ti. §.fin.versi. quid si partes. Ad quod vide quod dixi in c. cæterum.sup.eo.in 9. & 10.artic.& aliquid in c.1.sup.eo. art.5.in fi. Et idem tenet hic Dom.meus & Zab. Et idem etiam dicendum est, quãdo ambæ partes absque aliquo pacto nollent iurare: quia delictum & contumacia vnius, cũ delicto & cõtumacia alterius compensaretur. Ita dicit hic D.Anto.prope fin.

52 ¶ Quinta legitima causa est,† si altera pars duntaxat iurasset, aut voluisset nõ iurare: tali enim remittendum est hoc iuramentum: quia scriptum est, vouete & reddite &c.inf.de voto.c.magnæ. hanc opi. refert Spe. eo.tit.§.finitur. ver.quid si reus. Et hanc etiam opi.tenuit Oldr. vt refert Fran.Vercel. & Io. in addit.Spe.ad d.ver.quid si reus. Bulga. verò, vt refert Spe.in d.vers. Cuius opin.videtur sequi Simon Vicen. tenet, quòd non obst. iuramento vel voto, tenetur iurare, & sibi imputet, qui iurauit vel vouit. si non iurauit: aliàs enim daretur facultas eludendi ll.quod esse nõ debet, vt l.2.§.sed quia veremur. C. eod. & supra de postu.Præla.cap.bonæ.2.prope fin. quia debent leges non esse ludibrio, vt l.fi.§.vbi autem.C.de bonis, quæ lib. Ad idem facit, C.de fide instr.l.fi.per quam l.idem tenet Alber. Galeo. vt refert Io.in d.addit.facit etiam 22.q.4.§.illicitum.2.q. 2.c.beatus. & inf.de iureiu.ca.veniens. & 2.q.4.c.1. & 2.& hanc etiam opi.videtur tenere Spe. in d.ver. & sequitur Zab.hic. Cyn. vero in l.ꝙ si actor.C.eo. ti.primo refert primam opi.deinde concludit, ꝙ tale iuramẽtum fuit temerarium, iniungenda sibi penitentia, & iuramentum sibi remittendum. arg.l.fi. in prin.ff.ad municip.sed Do.Ant. hic dicit, quod si iuramentum est simplex, intelligitur, quod non iuret nisi causa subsistente: quia tale iuramentum redigitur ad intellectum iuris.inf.de iureiur.c.quanto.& c.ad nostram. 3.si verò iurans in mente sua intendit, & noluit excludere iuramentum calumniæ: putat Dom.Ant.quod teneatur illud seruare, quia ex hoc sequitur solùm suum priuatum præiudiciũ, & non alterius: quia cadit à causa.si tamen pars aduersa vellet eum iurare non contentus tali pœna, quæ pendet ex his quæ dixi supra eod. articu. q.13. Nec putat Domi. Anton. dandam absolutionem: quia seruari põt sine interitu salutis æternæ: licet cũ ipsius incommodo. & sic concludit, ꝙ non compellitur iurare, ex quo patitur pœnã priuati commodi.

53 ¶ Sexta † causa legitima excusandi nolentem iurare à pœna est, quando quis omisit iurare absque dolo vel malitia: sed potius ex quadam inaduertentia, propter malitiam aduersarij. Pone exemplum. si pars excipiendo vel replicando in loco communiter non consueto, subiecit, quòd petebat iurare de calumnia. Ad quod altera pars non animaduertens, non iurauit, secundum ea, quæ dixi sup.eod.c. 1.articu.5.quæst.3.ver.prędicta tamen arbitror procedere. Aduerte tamen, quia Ioan.de Imo.post Butrig.in l.qui bona. §.si alieno. ff.de damno infecto, videtur voluisse contrarium: vbi dicit, quòd si reus respõdens ad libellum, negat narrata prout narrantur vera esse, & petita fieri debere, & in fine subiungit, & petit iurare de calumnia, quòd licet postea reus non institerit, vt iuraretur: si tamen actor non iurauit, iudicium redditur nullum. & sic limitatur c.1.eod.tit.lib.6.& nouissimè et reperi Dom. Matthæum de Mat. tenentem hanc opin. in singularibus, vers.65.vbi tenet, quòd quamuis tale iuramentum petatur in loco, in quo pars non solet animaduertere: quòd si non iuretur, processus est nullus: vnde subdit, quòd actor semper debet esse cautus, vt semper etiam motu proprio pręstet hoc iuramentum ad omne periculum euitandum, & mihi placet cautela & consilium prædictum: quia potest quis per seipsum absq; iudicis requisitione præstare hoc iuramentum, maximè propter hunc timorem. ad quod vide quod dixi in c.3.supra, art.7.quæstio.37. si tamen non præstaretur quo ad pęnam, de qua in tex.arbitror quòd actor illam non pateretur, per ea quæ dixi supra eod.art.quæst.4. sed quo ad annullationem iudicij, est maius dubium. arbitror tamen, quòd iudicium valeat: ne talis de malitia sua commodum reportet, per ea, quæ dixi supra eod. cap.1. art.5. quæst.3. ver.prædicta tamen. Et hæc adde ad ibi dicta, & sic simul coniunge. Et prædicta nota, quia pluries vidi hunc casum cõtingere in practica.

54 ¶ Vigesimotertiò † quæro de iuramento malitiæ, vtrũ si pars recusat illud præstare, puniat hoc c. So. non memini legisse, quòd Doctores tangant: sed quòd non incidat in pœnã, facit: quia hoc non reperitur iure cautum. & pœnæ sunt restringendæ, vt in regula, in pœnis. cum concordantijs ibi positis. de reg.iur.lib.6.Ego arbitror posse attentari contrarium, videlicet quòd respectu illius articuli, super quo iudex petit iurari de malitia, & pars renuit: recusans habeatur pro confesso, & si est actor, cadat ab illo articulo, sicut reus cadit ab exceptione, & actor à replicatione, & sic de alijs. mouetur primò, quia idem iuris debet esse de parte, quo ad partem, quod est de toto, quo ad totum, vt in c.pastoralis.§. item cum totum, supra de offi. deleg. & in l.quæ de tota.ff.de rei vend. sed iuramentum malitiæ nõ differt à iuramento calumnię, nisi vt pars à suo toto, vt dixi sup.in Rub. quæst.3. Item facit, quod in simili dicimus in cap.2.de confes.lib.6.Tertiò facit l.de ætate.§.qui tacuit. & §.nihil. ff.de interrog. act. vbi dicitur, quòd pars, quæ non vult respondere ad mãdatum iudicis, habetur pro confitente, vel negante, prout sibi magis nocebit. facit quod dicam in sequen. quæst.

55 ¶ Vigesimoquartò † quæro, vtrũ hæc pœna habeat locum in iuramento veritatis. Sol. Glo.in ca. dudum.2.super verbo, de dicenda veritate. sup. de elect.tenet, quòd sic. dicit enim, quòd si actor non vult præstare tale iuramentum, cadit ab actione instituta. Si vero est reus, habetur pro confesso.ar.tex. nostri & l.2.§.ꝙ si actor. C.eo.tit. Et idẽ tenet Do. Ant.& sequũtur cõiter Doct.Ego arbitror, quòd si exigitur iuramentum veritatis super tota causa, procedit quod dictum est. Sed si exigitur super aliquo speciali articulo vel positione, tũc nocebit sibi, quo ad illum articulum vel positionem, vt in c.2.de confess.lib.6.Et ex his, Deo duce, expeditus est iste titulus, & materia iuramenti calumniæ, malitiæ & veritatis. Et profecto, si quis noluerit malitiosè calumniari, sed veritatem sequi, fatebitur longè plenius & ordinatius eam traditam & examinatam, quàm cæteri simul Doct. iuncti tradiderint.

De

De Dilationibus. Rubrica.

In hoc titulo, per modum tractatus, Citationum amplissima & practicabilis materia, Articulis XXXV. distincta discutitur.

SVMMARIVM.

1 *Rubrica de dilationibus, an sit aptè & congruè situata?*

2 *Rubrum quãdoque est generalius nigro, & econuerso. Dilatio generaliter sumpta, quid comprehendat?*

3 *Citatio continet dilationem, quamuis ipsa citatio præcedat dilationem.*

HAEC Rubrica continuatur ad præcedentes hoc ordine. Quoniam iudicio cœpto, solent litigantes in ducias postulare: quandoque ad positiones: quandoque ad probationes faciẽdas, vel simile. Ideo subijcitur hæc Rubrica. ¶ Et de materia habetur 3.q.2.& 6.q.2.per totum. ¶ Sed contra hanc Ru-
1 bricam opponitur de incongrua situatione. † Debuisset enim iste titulus poni post Rubricam, De iud. & ante Rubricam, De foro compet. quoniam in vocatione, quæ fit ad iudicium, datur dilatio, vt in cap.1. & fi.inf.eod. Soc.dicit Ioan. And.quod potuisset ibi poni, & etiam post illum Tit. De foro compet. quia reo vocato, proponenti declinatoriam, datur dilatio. ¶ Potuisset etiam poni post Tit. De libelli obl. quia ad respondendum & deliberandum datur dilatio. ¶ Quare secundum Io. And. & Doct. hic, potest dici de arbitrarijs. Voluit tamen Compilator potius ponere hic quàm ibi: quia dilationes, quæ dantur post lit. contest. ad deliberandum seu probandum, obtinent principatũ. Et idem ordo fuit in Codice: licet alius fuerit in cõpilatione Digestorum. ¶ Et aduerte: quia dicit hic Gof.ꝙ licèt hæc Rub.sit generalis, tñ Decretales huius tituli loquũtur solùm de dilationib.ante li.cont.
2 ¶ †Ex quo infertur, quòd rubrum quãdoque est generalius nigro: nam dilatio generaliter sumpta, comprehendit non solùm dilationem, quæ datur ante lit.contest.sed etiam post.3.q.3.c.spatium. inf. de proba.c.licet.cum sim. Et hoc nigrum loquitur solùm de dilationibus, quæ dantur ante lit. contest. Sic econtra, nigrum quandoque est generalius rubro, vt patet in Tit.De offi.deleg.lib.6. iuncto c.1. & fi.eo.titu.nam licet illa Rubrica loquatur de delegato: tamen c.1. & fi.loquuntur de conseruatore, qui propriè non est delegatus: sed clariùs probatur in rubro, C. etiam ob chirographa. pecu. iuncta glo. rubricæ: & quod ibi Doctores.
3 ¶ †Potes igitur ex prędictis colligere, quòd citatio præcedit dilationem: quamuis etiam ipsa citatio contineat dilationem. ¶ Et quoniam hæc materia Citationum non habet specialem titu. sed tangitur sub isto ti. eo quòd quædam est dilatio citatoria, vt dicunt Spec.& Io.And.in addi.Specu.eod.ti.§.2.in prin.& Cy.in l.1.C.eo.ti. de quo latius dicã in materia dilationum, in cap.1.inf.eo.in 2.prin.ar. Ideo institui prius tractare hãc materiam integrè in hac Rubr. ¶ Et quãuis ista materia citationis, seu vocationis in ius, potuisset tractari ante Tit. De iudi. seu in illa rubrica, prout fit in C. & ff. & potuisset etiam tractari in Tit. de iudi. vt patet per Cle.1.de iud.maximè iuncta glo. in verbo, Citationes. & ibi dixi: Tamen, quia istæ citationes reiterantur in qualibet parte iudicij, tam de actore, quàm de reo, vbicunque pars potest lædi, vt dicã inf. in 6.princ. ar. ideo ante omnia hic tractabo plenè hanc materiam citationum. ¶ Et etiam in hac Rubrica subijciam ordinem articulorum ad materiã dilationum. ¶ Prosequendo igitur primam materiam Citationis, pro ipsius doctrina ac cognitione magis ordinata & clariori, prosequar infrascriptos articulos.

SVMMARIVM.

1 *Citatio iudiciaria, quid sit.*

2 *Vocare in ius, nil aliud est, quàm citare.*

3 *Monitio, vocatio, & citatio, in quo differant?*

4 *Citatio potest dici sententia interlocutoria.*

5 *Citatio, an dicatur de pari ad parem?*

ARTICVLVS PRIMVS.

1 PRIMO igitur articulo † quero, quid sit citatio? Et intelligo de citatione iudiciaria. ¶ SOL. Doct.non tradunt. Ego arbitror, quòd possit ita describi, quòd citatio est actus vocatiuus alicuius, cuius intersit, qui fit vel iuris dispositione, vel iudicialiter iudicis mandato, aut arbitri commissione ad partis instantiam, vel ex officio, quandoque per ipsum iudicem, quãdoque per nuncium, aut per alium iudicem, aut partem, & quandoque per edicta, per epistolam, preconẽ, vel campanam, ad iudicij, & eorum, quæ in iudicio fiunt, ad fundamentum & validitatem, & ad defensionem, & alios varios effectus iudiciales legitimè celebratos.
2 ¶ †Et pro examinatione dictorũ verborum, dic, quòd verbum (Actus) ponitur vt genus: vocatiuus verò subijcitur, quia quãdoque per citationem quis vocatur: vocare enim in ius, nihil aliud est, quàm citare. ff.& C.de in ius voc. & inf. subijciam. Deinde subijcitur, iuris dispositione, per id quod dicam arti.3.in prin.& ar. 4.quæst.3. Deinde subijcitur (alicuius, cuius intersit) propter ea, quę dicam inf. artic.5. Deinde subijciuntur illa verba (iudicis mandato iudicialiter) quia quamuis prima citatio dicatur anteiudicialis, iuxta no.per Innoc.& Ioan. Andr. in c. quoniam contra. de proba. tamen dicitur de processu iudicij, & ipsius iudicij principium & fundamentum, vt d.c.quoniam contra. & Instit. de pœn. te. litigan. in fi. no. Cynus in l. & quia. ff. de iurisd.om.iud. ¶ Ad quod vide, quod latius dicam inf. in 31.princ.articu. ¶ Deinde subijciuntur hæc verba (arbitri commissione) per ea quæ dicam inf.4.artic. ¶ Verba autem, quæ sequuntur (ad partis instantiam, vel ex officio) ponuntur per ea quæ dicam art.6.& artic.20. ¶ Verba autẽ, quæ sequuntur (quandoque per ipsum Iudicem, aut Notarium, &c.) ponuntur per ea, quæ dicam inf. art.8. & artic.21.& tribus sequentibus. ¶ Reliqua autem verba ponuntur ad denotandos effectus citationis, de quibus dicam art. 31.

¶ †Et

3 ¶ † Et circa hunc primum articulum, primò notandum est, quòd licet monitio Iudicis habeat vim citationis, etiam peremptoriæ, vt in c. consuluit. supra de off. deleg. de quo latius dicam inf. art. 27. tamen monitio non est citatio. vocatio enim & monitio ponuntur vt diuersa, in c. si capitulo. in fi. de conces. præb. lib. 6. Et vt dicit ibi Ioan. And. in Nouella, & dicit Dom. post eum, vocatio est citatio: sed monitio præter citationem fieri potest. Quandoq; vtrunque commiscetur, vocatio, seu citatio, & monitio, vt notat etiam Glo. fi. in cap. ex parte. 1. inf. de verb. sig. & no. in c. fi. supra de ma. & obed.

4 ¶ † Secundò nota, quòd citatio habet in se annexum præceptum, & ideo potest dici sententia interlocutoria, vt no. in c. exposuit. inf. eo. notat Inno. in c. præterea. inf. eod. ad quod vide, quod latius dicam inf. art. 31. versi.

5 ¶ † Tertiò no. q. si par citat parem, non propriè dicitur citatio: sed quædam monitio, seu denunciatio. sup. de elec. c. cum nobis olim. facit: quia citationis potestas dependet à iurisdictione & superioritate, vt no. Glo. magna in ver. Item qualiter. in c. cum cã. sup. de offic. deleg. Ad quod vide, quod latius dicam in 4. prin. arti. quæst. 1.

SVMMARIVM.

1 *Citatio, quo iure dicatur introducta?*
Deus citauit primum hominem delinquentem.
2 *Citatio fit, vt quis sibi prouideat, & defendat.*

ARTICVLVS II.

SECVNDO principali Articulo tractandũ est, quo iure citatio fuerit introducta?
1 ¶ † Circa quẽ articulum dic, quòd fuit introducta à iure naturali. 2. q. 1. Deus omnipotẽs. licet enim Deo omnia sint manifesta: tamen citauit primum delinquentem, dum dixit, primo Gen. Adam Adam, vbi es? Ad idem Cle. pastoralis. de re iudi. & quod traditur in Cle. sæpe. de verb. sig. & ita concludit Bar. in verbo, figura. in Extrauag. Ad
2 reprimen. † fit enim citatio ad finem, vt quis se defendat, si sua interest, vt in l. de vnoquoque. ff. de re iud. & in l. nam ita Diuus. ff. de adoptio. quæ defensio est de iure naturali, vt in l. vt vim. ff. de iust. & iu. & in l. defensionis. C. de iure fisci. lib. 10. & in d. Cle. pastoralis. cum similibus.

SVMMARIVM.

1 *Citationis species, quot sunt.*
2 *Citatio verbalis multiplex.*
3 *Citatio, an possit esse, & quæ sit, nec verbalis, nec realis.*

ARTICVLVS III.

1 TERTIO principali Articulo, † quotuplex sit citatio, seu quot sint citationis species? SOL. Dic, q prima diuisio est: quia quædam est citatio realis, quædam verbalis. Realis est, quãdo quis re ipsa trahitur ad iudicium per manus impositionem & capturam, vt in c. si clericos. de sen ten. excom. lib. 6. & C. vbi de crim. agi opor. auth. qua in prouincia. traditur etiam de ea in l. consentaneum. & in authent. qui semel. C. quomodo & quãdo iud. & l. plerique. cum l. seq. ff. de in ius voc. tetigi in Cle. 1. de iud. ¶ Hæc enim citatio potentior est, vt l. 1. C. qui bo. ce. pos. no. Io. And. in c. 1. supra de obl. ad ratio. & Ange. in repet. l. 1. C. de iud. col. 2. dixi in c. proposuisti. supra de foro compe. in 4. prin. artic. q. 6. vbi etiam allegaui alia iura. tetigi etiam in c. gratum. sup. de offi. deleg.

2 ¶ † Verbalis verò citatio subdiuiditur in plures species. ¶ Prima species fit à iure, seu iuris edictione, seu ordinatione, vt in c. 1. & c. cupiẽtes, de elec. lib. 6. & in c. quamuis. de off. ord. lib. 6. tangam in se. artic. q. 3. ¶ Secunda species fit per edicta: de qua Bar. in Extrauagan. Ad reprimendum. in Glo. super ver. Prædictum. tangam in seq. ar. q. 4. sed latius dicam. i. ar. 23. ¶ Tertia species est, quæ fit per literas, seu epistolam. ff. de arbi. l. sed interpellatur. §. si arbiter. & inf. de proba. c. quoniam contra. & per Bart. in Extrauag. Ad reprimen. in Glo. super verbo, per literas. tangam in seq. artic. q. 5. sed latius inf. art. 24. ¶ Quarta species est, per vocem præconis. C. de ferijs. l. fi. & C. quomodo & quando iud. authen. qui semel. inf. de ap. cum parati. tangam in seq. art. q. 6. sed latius inf. art. 25. ¶ Quinta species fit per iudicẽ in persona sua citantem. de qua in l. sancimus, in fi. C. de iud. tangã in seq. ar. q. 8. & latius in 8. prin. art. ¶ Sexta species fit per nuncium, vt d. §. si arbiter. & C. de præscr. 30. vel 40. annor. in l. sicut. & l. cum notissimi. in prin. & per Bar. in Extrauag. Ad reprimendum. in Gl. super verbo, Nuncium. tangam in seq. ar. q. 9. & quasi per omnes articulos: sed maximè ar. nonum & septimum seq. art. ¶ Septima species fit per partem. de qua aliquid in seq. art. q. 10. & etiam in artic. 8. prin. ¶ Octaua species fit per iudicem ex commissione iudicis principalis causæ: de qua tangam in seq. art. q. 11.

3 ¶ † Est etiam alia species citationis, quæ non est neque realis, neque verbalis: quæ fit per campanã, aut simile signum: de qua tangam in seq. art. quæst. 7. & etiam artic. 26.

SVMMARIVM.

1 *Citatio duas partes habere dicitur.*
2 *Citatio, an possit fieri die feriata?*
3 *Iudex, an possit committere citationem extra territorium.*
4 *Citatus sciens citantem non habere in se iurisdictionem, an teneatur comparere?*
5 *Arbiter, aut arbitrator, an possint citare per se, aut per nuncium?*
6 *Citatus à duobus dicentibus, se licentia tertij id facere, an teneatur comparere?*
7 *Citatio realis, qualiter fieri debeat?*
8 *Priuatus non potest verbaliter citare, realiter autem sic.*
9 *Contrahens cum aduena, an propria authoritate volentem abire possit capere?*
10 *Citare iuris ordinatione, quis possit?*
11 *Citare per edicta, cuius sit?*
12 *Citatio per epistolam, per quem fieri possit, & debeat.*
13 *Citatio voce præconis, à quo sit facienda?*

Citatio

ARTICVLVS IIII.

QVARTO principali Articulo tractandum est, quis possit citare, seu citari facere? Pro cuius articuli clariori doctrina prosequar infrascriptas quæstiones.

¶ Primò igitur generaliter quæro, quid requiratur ad hoc, vt quis possit citari facere. ¶ SOL. Dic, quòd ad iudicialem citationem requiritur, φ iudex habeat iurisdictionem.

1 ¶ † Citatio enim habet duas partes. Prima est iurisdictionis, quę in iudice residet, qñ committit aut iubet citari. Secunda est facti, & non iurisdictionis, quā facit nūcius, vel similis, vt in c. 1. §. cōtrahentes. de fo.comp.lib.6.& ibi Io. And. in Nouella.no. Bal. in l.nam ita diuus. prope fi.ff.de adopt. facit l.is cui. ff. vt in pos.lega.& quod no.Spe. eo.ti. §.cōtra.versi. item quod euidens. vbi dicit, φ euidenter constare debet, iudicē esse, qui citat.& no.in c.prudētiam.& in c.seq.& in c.ex literis.sup. de offi.delega.& in c.si duobus. 1.de appel.& ff.de re iud. in l.contumacia. dicam latius inf.art.31. Et ex his plura inferuntur.

2 ¶ † Primò infertur, φ cum citatio talis sit de processu, ideo non pōt emanare die feriata: tenet Spe. eo.ti.§.cōtra.versi.excipitur.quòd citatio est de processu: dicam latius inf.art.19.

3 ¶ † Secundò infertur, φ iudex non potest committere citationem extra territorium: si tamen eam committeret infra territorium, potest nuncius eam exequi extra territorium, vt traditur in d.§. contrahentes.& in l.omnes.C.de epis.& cle.dixi in Cle.2. vt lite pend.in glo.super verbo, Ad hoc, & latius dicam inf.art.17.q.8.

4 ¶ † Tertiò infertur, quòd si citatus scit citantem non habere iurisdictionē in eum, non tenetur comparere coram eo, vt no.Gl.in d.c.si duobus.de quo latius dicam art.31.

5 ¶ † Quartò infertur, φ arbiter, & longè minus arbitrator non pōt citare: quia non habet iurisdictionem: sed metu pœnæ statur eorum sententiæ, vt l. diem proferre.§.stari. ff.de arbit.facit l.ait prætor.ff. de re iudi. Alij verò volunt, quod arbiter possit citare, saltem per nunciū, vel per literas per nuncium destinatas. Quidam verò antiqui voluerūt per l.sancimus, in fi.C.de iu. φ iudices pedanei, vel delegati ab inferiore, non possint citare, et per nuncium vel per literas, sed ipsimet habēt partes requirere, si nō sunt præsentes. tangit Gl.in l.sed interpellatur. §.1. ff.de arb.& d.l.sancimus. ¶ Sed aduerte: quia Spe. eo.ti.§ contra.ver.& no.secundum Vbertum. & sequitur Cy. in d.l.sancimus. & ibi etiam ponit Bart. & habuerūt à Gof.quod cum quędam causa ab inferiore esset delegata domino Azo.& dom.Lothario, qui erant famosissimi Doc.suis temporib.quod domi.Lotharius dixit, Eamus ad domum citandi: quoniam ipsum nō possumus citare per nuncium. Azo verò respondit; quòd imò per talem citationem facere poterant. nam & arbitri poterunt per nuncium citare, vt l.diem proferre.in prin.& d.l.sed interpellatur.§.1.ff.de arbit.vbi tex.dicit, quod arbiter adesse litigatores, vel per nuncium, vel per epistolam iubere potest.& in d.l.sancimus. Refert tamen Spe. quod domi. Azo complacuit Lothario: qm̄ persona citāda erat pulchra damicella, seu puella: sed tunc non erat edita constitutio c. mulieres. de iud.lib.6.quæ excōicat iudicē euntem ad aliquā mulierem sub aliquo fomento, vel velamine: dixi in Clem.1. de iud. in glo. sup.verbo, Albo. Et vide tex.in l.iubemus.in fi.C.de epis.& cler. qui probat, quòd iudices non debeant ire ad domum partis. ¶ Tu verò dic, φ quilibet iudex, etiam pedaneus & delegatus ab inferiore, potest citare: sed non per quamlibet speciem citationis, sed per se, & per nuncium, & per epistolam, vt d.l.sancimus.in fi.& ibi tenent Gl.Cy.Bar.Bal.& Pau.de Cast.& idem dicendum puto de arbitris & arbitratoribus si sunt iuris, qui ex iuris dispositione vel ex necessitate, ex forma statutorum eliguntur, per no.in l.arbitro.& in l.ab arbitro.ff.qui satis.cog.& in l.fi.ff.à qui.appel.non licet.in c.cum speciali.inf.de appel.& in cap.ab arbitro.de offi.deleg.lib.6.cum sim.Idem etiam de arbitris compromissarijs, per d.l.sed interpellatur.§.1.ff. de arbitris.& quia arbitria sunt redacta ad instar iudiciorum, vt l.1.ff.de arbitris. Arbitror tamē, quod talis non dicatur propriè citatio: sed quædam intimatio, vel requisitio, seu iussus, vt requisitus debeat adesse, per tex.d.§.1.dum dicit, potest iubere adesse.facit, quod not.Bal.in l.2. C. quomodo & quando iud.vbi dicit, quod arbiter vel arbitrator, qui ex forma statuti vel iuris non habet admixtam aliquā iurisdictionem vel cognitionem, non potest citare, sed intimare: intellige tamen, quod talis intimatio & requisitio possit fieri, iubendo potentia arbitrarij vel arbitramentarij.facit etiam, quod sentit Glos. in d.l.sancimus. quæ dicit, quod talis requisitio fit per nuncium, & ideò cum nuncius loquitur parti, videtur ipse arbiter requirere. Et per prædicta declara, quod dixi in primo artic. dum dixi, Vel arbitri commissione. Et ad prædicta vide Spec. in ti. de arbitr.§.differt.versi.item arbiter non potest citare testes. vbi dicit, quod non pōt citare testes: quia quo ad eos, arbiter non est arbiter: vnde debent citari per iudicem, vt cōpareant coram arbitro, & sequitur Bald.in d.l.sed interpellatur. §.1.vbi subdit, quod etiam sine citatione valeret testimonium eorum. de quo latius dicam in ti.de testi.& vtrum arbitratores teneantur citare, aliquid dixi in 7.articu. versi.42.Et an possit citare per totam diœcesim, seu territorium, dicam inf.art.17. ¶ Vlterius etiam no. quòd iudex, qui citat, vel citari facit, debet habere iurisdictionem, non solùm in habitu, sed etiam in actu, & ideo si tres sunt iudices delegati, citatio facta ex commissione duorum, nō tenet: quia ex plurib. delegatis, quilibet in habitu habeat iurisdictionem in solidum: tamen exercitium & in actu non habet quilibet, sed omnes simul, vt in c.prudentiā. & ibi no.Glo.in verbo, Citra.& Doct. ibi, & ibi dixi, in 2.prin.art.sup.de offi.deleg.& in c.cū causam. eod.ti. Tenet Spe.eod.titu.§.iam de citatione. ver. hoc autem non. & mihi placet.

6 ¶ † Vtrùm aūt citatus à duobus, qui protestantur se id facere de licentia tertij, teneatur cōparere?

Spe. in d. versi. dicit, quòd consilium est, vt citatus compareat: saltem allegaturus priuilegium suum. sed Gl. magna in c. prudentiam, in prin. dicit, quòd aut de ipsa citatione apparet aliqua causa probabilis, propter quam citatus tenetur cōparere, vt quia facta est delegatio cum clausula (quod si non omnes) vel simili, & in citatione dicitur, ꝙ tertius est impeditus, & tunc tenetur comparere. ita procedat l. si quis ex aliena. ff. de iudic. & l. 2. ff. in ius vocati vt eant. cum sim. aut non exprimitur causa probabilis, & non tenetur comparere. & sequuntur cōiter Docto. & pro vtroque membro facit c. 2. inf. eo. dixi in d. c. prudētiam, in 5. prin. art. q. 5. & adde quæ dicam inf. 31. prin. artic. ver. ¶ Vlterius ēt exigitur, quod is, qui citat, sit superior: quia citatio dependet à superioritate. Vnde dicit Glo. 1. versic. item qualiter. in c. cum causa. supra de offi. deleg. quòd vnus delegatus non potest citare condelegatum: quia par in parem nō habet imperium, vt in c. innotuit. de elec. & l. ille à quo. §. tempestiuum. ff. ad Treb. & ideo potius debet admonere, & rogare, vt veniat, quàm citare. & sequuntur Doct. in d. c. cum causa. & ibi dicit Dom. me. quod non potest citare: quia citatio præsupponit iurisdictionem & superioritatem, quæ non est in alio ex condelegatis respectu alterius. ad quod etiam vide quod no. Glo. in verbo, Arguendus. in d. c. prudentiam. & ibi dixi in 6. princ. articu. quæst. 3. & aliquid tangam circa hoc infra eod. articu. quæst. 6.

7 ¶ † Secundò quæro, quis possit citare realiter. Sol. Dic, ꝙ solùm maiores iudices habentes ordinariam iurisdictionem: saltem cū mixto imperio, vt in Authen. de exhibendis reis. §. si verò quidam. traditur in auth. qui semel. C. quomodo, & quando iud. & vide Glos. & Docto. in l. sed & is. ff. de in ius voc. & in l. iubere cauere. ff. de iurisd. om. iud. tenet Gul. de Monte Laudunio & Zab. in Clem. 1. de iud. & Henr. Boich. in c. proposuisti. inf. de fo. compet. & etiam delegā. Principum, vel ab inferiore à Principe, potest realiter citare, si hoc sit cōmissum: arg. c. si clericus. de senten. excommun. lib. 6. maximè de iure Canonico, secundum quod ēt ea, quæ sunt meri, possunt delegari, vt in cap. quòd sedes. & ibi nudiustertius dixi in lectione, in voce. sup. de offic. ord. tenet Henr. in d. c. proposuisti. Delegatus ergo non potest, etiam post lit. contest. secūdum Bal. post Glo. in l. consentaneum. C. quomodo & quando iud. vers. quomodo, & nūquid delegatus. mouetur: quia captura reputatur maior, quàm vera missio in possessionem veram, vel saltem est par, vt d. l. consentaneum; & quia capere personam, inest quodammodo in carcerem ducere, quod non competit nisi maioribus magistratibus, vt l. 2. ff. de orig. iu. & per Doct. in l. imperium. ff. de iurisd. omn. iud. & sup. dixi, ergo &c.

8 ¶ † Aduerte tamen, quia quandoque nō solùm iudex, sed etiam quilibet priuatus potest citare per hanc speciem citationis, puta capiendo debitorem suum fugientem, & eum ducendo ad iudicem, vt l. ait pretor. §. si debitorem. ff. de his, quę in frau. cred. de qua materia latè ibi per Bar. & in Auth. vt iudi. sine quoquo suffra. §. necesse. & in l. quæsitum. ff. de pigno. & Insti. de actio. §. 1. & ibi latè dixi post Glo. tetigi in c. pe. supra de fo. compe. in tertio notabili. vbi dixi, ꝙ licet possit per se propria authoritate realiter citare, non tamen potest verbaliter citare. dicam inf. in 6. artic. Insuper, etiam debitorem non fugientem posset quis, etiam propria authoritate citare, quando conuenit, vt posset debitorem propria authoritate capere, & detinere. Intellige tamen, quando esset debitor pro pecunia soluta, vt redimeretur ab hostibus, arg. l. 1. C. de capti. facit. l. testamēto. §. 1. ff. de testam. maximè accedente iuramento per c. ex rescripto. inf. de iureiur. quibus casibus videtur valere conuentio, maximè iurata: etiam vt capiatur & retineatur in priuato carcere: de quo tamen dic, vt latius traditur per Doct. & maximè Ludo. Pon. in l. alia. §. elegāter. ff. sol. mat. vbi vide, quia hic non procedit sine dubitatione, & idem si statutum hoc permitteret, vt quis propria authoritate possit capere. Pactum verò simplex ex causa nō priuilegiata, non videtur valere: de quo latè ibi per Bar. Io. de Imo. & Ponta. & Bar. in l. Titio cētum. §. Titio. 2. ff. de cond. & demon. & per Bald. in l. 1. qui bo. ce. pos. & per Ang. in l. nemo carcerem. in repe. C. de exac. trib. lib. 10. nisi conuentio obligaret, vt posset capi propria authoritate, & duci ad carcerē publicum. ita singulariter dicit Bal. in d. §. elegāter. per d. §. si debitorem. & l. fi. C. de malefi. & Math. & l. capite 5. ff. de adult. & l. interdū. §. qui furem. & in l. si quis in seruitutem. ff. de fur. in Auth. vt iu. sine quo. suf. §. necessitatē. & in l. generali. C. de tab. li. 12. & l. 1. C. vbi quis decurio vel coho. & ꝙ no. Gl. in c. 1. §. 1. de pa. iur. fir. ¶ Sed vt dicit Pont. in d. §. elegan ter. illa iura parum faciunt: quia loquuntur in casibus, in quibus de iure cōi permissum est alicui propria authoritate quem capere, & ad iudicē ducere: quare concludit (& bene) ꝙ hoc casu valeat pactū, etiam nudum: quia nudum pactum continens id, quod ius causæ, est validum: & parit actionem vtilem, vt singulariter no. Glo. in l. legitima. ff. de pact. pro qua est bo. tex. in l. inter socerum. §. conuenit. ff. de pac. dota. iuncta. l. si quis pro vxore. ff. de don. inter vi. & vxo. multo fortius hoc pōt concedi à statuto, vt quis possit per se realiter citare, & in dictis casibus, quibus à statuto cōceditur realis citatio, pōt hoc cōueniri: secus in alijs. vide Pon. in d. §. elegan ter. ¶ Ex prædicta notabis tanquā singularia. habes etiam alium casum singularem, in quo quis pōt realiter citare per se, videlicet qn̄ maritus clericus reperit vxorem adulterantem. 33. qō. 2. in c. placuit. Ad quod vide ꝙ dixi in c. cum cōtingat. sup. de fo. compet. in 3. prin. art. ¶ Quilibet etiam propria authoritate pōt realiter citare capiendo malefactorem, & ducendo eum ad iudicem, vt no. Gl. in l. neminem. C. de exhib. & intr. reis. & Azo in sum. tenet D. M. post Io. And. & Bart. in l. cum eo. ff. ad l. Iul. pec. in cap. 2. de pig. per no. l. nullus. C. de iud. & l. si quis in seruitute. ff. de serui. l. 1. C. de rap. vir. Quod tn̄ limitant aliqui respectu criminū, ex quibus venit imponenda pœna corporalis, quod est æquū, secundum D. M. & dicit Bal. in d. l. neminē. quod in flagranti crimine, omnis malefactor potest capi & duci ad iudicē, per illum cuius interest. ff. de adul. l. capite 5. & l. interdum. §. qui furē. ff. de fur. & etiā per quemlibet, si fugiat: quia aliquid permittitur ratione fugę, ꝙ non permittitur aliàs, vt d. §. si debitorem. & l. fi. C. de ferijs, secundum Bald. in d. l. neminem. vbi post

post Glo. dat hanc regulam, quòd vbicunque licitum est aliquem occidere, vt bannitos, & robbatorem stratarum: fortius capere, & ad iudicem ducere. facit l.generaliter.C.de decurio.lib.10.& sequitur Bald.in d.l.neminem. Et ad materiam realis citationis, vide inf. eo.art.20.q.24.

9 ¶ † Sed pone, quòd aliquis contrahit cum aliquo aduena per ciuitatem transeunte, & post contractum viator vult recedere, non soluto precio, vtrum cōtrahenti sit licitum capere eum propria authoritate? Bart.in l.fistulas.§.fundum.ff.de contrahen.empt.in aliquibus lecturis, vt refert Bald. in rubrica de reuo. his, quæ in fraud. cred. tenet, quòd non, cum suspicio fugæ euenerit ante contractum, ideo non videtur posse capi, per ea quæ dixi inf.eo. articu.20.quæst.24.versi.secundò exigitur. Bald.tamen tenet contrarium in d.rub.sed Ludo. Pont.in repe.l.1.C.de hære.insti.ver.item an contrahit.col.40.dicit, quòd dictum Bar.est verius, imputet enim sibi qui talem contrahentem secum contrahendo acceptauit, ar.l.inter causas.§.abest.ff.manda. cũ si. Tu vero regula decisionem d.q.secundum ea, quę latè dixi in c.dilecti, supra de foro compet.2.princ. art.q.21. ¶ Sed pone, quod inter cōtrahentem mecum & me conuenit, quod possem eum capere propria authoritate. Et hoc non ob. ego vado ad Potestatem, & peto ab eo licentiam capiendi, vtrum Potestas debeat mihi eam dare causa cognita. Sol. Dicit Lud. Pont. in loco præallegato, quòd non requiritur causæ cognitio, & potest mihi de facto dare, non facta alia probatione. glo. est sing. Instit.de liber.§.iudicis. quam signat Bald.in l.consentaneum.C.quomodo & quando iud. & in ca.1. §.iniuria. de pace fir. quem tex. allegat ad hoc propositum. quod no.

10 ¶ † Tertiò quæro, quis citare possit iuris editione, seu ordinatione. Sol. Dic, quod solùm ille, qui potest ius edere, & statutum condere, vt in c.1. & in c.cupientes. de elect. lib.6. & in cap.quamuis. de officijs ordinarij.lib.6.tradit Gul. de Mon. Lau. & post eum Zab.in Clem.1.de iudi.& Hug.in c.penul. de foro compe. ¶ Quis autem possit leges vel statuta condere, tradit Hostien. in sum. de constit. §.quis possit.& Pet.de Ancha. latè in repe.cap.1.de constitut.in 9.quæst.principali.& Dom.me. in cap. ecclesia sanctæ Mariæ. de constit. Barto.in l.omnes populi.ff.de iust.& iu.Bu.Cy.& Bald.in l.1.ff.quod quisque iuris.

11 ¶ † Quartò quęro, quis possit citare per edicta. Sol. Spec.eod.tit.§.sequitur.versi.& no.secundum Vber.dicit, quòd Vbertus de Banico, & Io.de Deo, volebant, quòd minores ordinarij, & etiam delegati à Principe, in minoribus causis citent per edicta. quod non est in vsu. Alij vero iudices delegati ab inferioribus, vel pedanei, nō possunt citare per edicta. & sequitur ibi Ioan. Andr. in addi. & in cap.si quis contra clericum.de foro compe. super gl.pen. vbi dicit, quod delegatus à Principe potest citare per edicta, vt in cap.pastoralis, & in c.gratum. sup. de offic.deleg.sed legatus ab alio quàm à Principe, non potest, vt l.sancimus.C.de iud.quare sentiunt, quod si minores ordinarij, dummodo non pedanei, possunt citare per edicta, fortius superiores & delegati à Principe, vt dictis iuribus. & in Authen. de litigiosis.§.hominem, col.8. & in authen. qui semel. C.quomodo & quando iud.tenet Gul. & Zabar.in d.Cle.1.de iud.& ibi dixi, & Hug. in d.c.pe. Inferiores verò iudices (vt pedanei & delegati ab inferioribus) nō citant per edicta, vt dixi in d.Cle. 1.& sentit Bar.in l.2.C.de iurisd.om.iu. & Bal. in l. 2.C.quomodo & quando iud.Cy.Bal.& Docto.in d.l.sancimus. Sunt autem pedanei iudices, qui negotia humilia disceptant, vt l.fi.C.de peda.iudicib. quales sunt magistratus municipales ciuitatum, & defensores, quibus competunt solùm ea, quæ sunt simplicis iurisdict.non autem ea, quæ sunt meri aut mixti imperij, vt dicit Azo in sum. C.de peda.iud. Ad hoc ergo vt aliqua sit differētia inter eos & maiores magistratus, tales non possunt citare per edictum: quia edictum est simile banno. sed tales, & delegati ab inferioribus, non possunt bannire, vt l. nulli.C.de senten.& interloc. omn. iud. igitur, &c. ¶ Hoc tamen procedit secundum Io.de Imo. in d. Cle.1.nisi hoc expressè haberent in mãdatis à superioribus: quia tunc hoc facerent authoritate superioris, & non propria: vel nisi hoc dictaret cōsuetudo. & idem tenuit Bal.in d.l.1. C.quomodo & quãdo iud.vt dixi in d.Cle.1. ¶ Quid aũt de consulib. mercantiæ, vtrum facere possint hanc citationẽ per edicta. Bal.in d.l.2.tenet, quòd sic. proponũt enim edictum in foribus audientiæ, siue quia habent ipsi prætorium & mixtum imperium per consuetudinẽ vt ibi per eum, dixi in d.Cle.1. ¶ Sed fortiter cōtra prædicta videtur obstare tex.in d.Clemen.1.iuncta glo.in verbo, Papa, & glo.in verbo, Ex certa sciẽtia. quæ videtur innuere, quòd solus Papa, vel eius authoritate fiat hæc citatio. Sed potest responderi, quod loquitur de citatione, quæ fit in curia: vel (secundum aliquos) procedit de iure Canonico. Vel dic, quòd procedit in illis casibus specialibus. ¶ Et aduerte, quia licet Specu.dicat, quòd talis citatio non est in vsu, tamen hoc non est verum: imò quotidie frequentantur: quia licet non describantur in albo, tamen frequentantur apponendo talia edicta foribus ecclesiæ, vel Palatij: aut in aliquo loco publico, & maximè frequentantur in curia. Et qualiter & quibus casibus fiat hæc citatio, dicam infra in 23.prin.art.

12 ¶ † Quintò quæro, quis possit citare per literam seu epistolam. Sol. Dic, quod quilibet iudex, etiã pedaneus, & delegatus ab inferiore à Principe, vt d.l.sancimus.C.de iud.& ibi per Doct.facit l.sed interpellatur.§.1.ff.de arb.tenet Spe.eo.ti.§.sequitur. ver.& no.secundũ Vbertum, Gul.& Zab.in d.Cle. 1.& ibi dixi.& Hug.in d.c.proposuisti.de fo.comp. Et adde, quæ dixi inf.art.24.q.3.

13 ¶ † Sextò quæro, quis possit citare per vocem pręconis? Sol. Gul. Zab. Hug. & in dictis locis tenent quod ille duntaxat possit taliter citare, qui potest citare per edicta. de quo in authen. qui semel. C. quomodo & quando iud. Et vide quod latius dicetur inf. artic.25. ¶ Sed aduerte, quia videtur, quòd fieri possit, etiam per inferiores, etiam pedaneos: quia iste præco videtur quasi quidam nuncius, seu quædam epistola: vnde sicut inferiores iudices possunt citare per epistolam (vt statim dixi) & per nuncium, vt statim dicam, quæstio. 9. ergo & per præconem. cogitabis.

14 ¶ † Septimò quæro, quis possit citare per campanam. Sol. Docto. Specificè non tangunt. Vnde aduertè, quòd hæc citatio communiter fit ad congregandas vniuersitates, vt patet per experientiam, & habetur Numeri. c. 10. tradit Alb. de Rosa in authent. qui semel. C. quomodo & quando iud. Et sic videmus quotidie obseruari. Faciunt hoc communiter ex dispositione statutorum disponētium: quia in iure non memini legisse. Et ideo essemus in materia 2. quæstionis istius. 4. articu. principalis. Et vide quæ dicam inf. in 36. art.

15 ¶ † Octauò quæro, quis iudex possit per se citare. Sol. Dic, quòd quilibet, etiam pedaneus & delegatus ab inferiore, vt d. l. sancimus. in fi. & etiam arbiter, vt d. l. sed interpellatur. §. 1. ff. de arb. & Gul. & Zab. in d. Cle. 1. de iud. & ibi dixi. Spe. eo. ti. §. sequitur. ver. & no. secundum Vber. & Hug. in d. cap. pe. Et vide, quod dixi sup. eo. artic. q. 1. & quod dicam inf. in 8. prin. artic.

16 ¶ † Nonò quæro, quis possit citare per nūcium. Sol. Dic, vt statim dixi, quòd quilibet etiam pedaneus & delegatus ab inferiore, vt d. l. sancimus. & in iuribus allegatis in proxima præcedenti q. & arbiter. intelligendo, vt dixi supra in prima quæstio. versicu. tertiò infertur. Et vide quod dicam inf. articu. 9. & 7. seq. arti.

17 ¶ † Decimò quæro, quis possit citare per partem. Sol. Idem dicendum arbitror, quod statim dixi: quia tunc pars habetur loco nuncij, ad quod vide quod dicam infra in 8. prin. art. vbi tangam de notario & tabellione, cui committeretur citatio.

18 ¶ † Vndecimò quæro, vtrum iudex possit citare per alium iudicem. Sol. Dic, quod sic, vnde potest committere alteri, quod citet aliquem, & si est inferior & subiectus, tenetur obedire, vt in c. pastoralis. supra de offi. delega. Si verò non esset ei subiectus, tenetur eum requirere & rogare, vt citet: cum non sit ei subiectus. Faciunt, quæ dixi sup. eo. arti. q. 1. & adde, quod dicam inf. in 8. princ. articu. Sed si esset delegatus Papæ, qui præciperet, licet sit maior quolibet ordinario, vt in cap. studuisti. supra de offic. delega. ille iudex, cui præciperet, posset non parere, si delegatus non ostenderet authoritatē suam. Ad quod vide quod traditur per Doct. in cap. cum in iure. & quod ibi latè dixi, supra de offic. delega. & per Specu. eo. tit. §. iam de citatione. versic. sed pone is cui. Et ex his (Deo duce) expeditus est quartus princ. articulus.

SVMMARIVM.

1 *Citari necessariò quis debeat?*
2 *Admissus ad causam pro suo interesse, an debeat citari?*
3 *Possessor & detentor, an & quo casu sint citandi?*
4 *Dominus vel procurator, an & quando possint citari?*
5 *Procuratorem pro domino posse citari & comparere, diuersimodè potest intelligi.*
6 *Citari an possit ex procuratoribus cōstitutis cum clausula quod occupantis conditio, &c. quādo alter fuerit litem contestatus?*
7 *Dominus agens contra subditum, an debeat citari?*
8 *Dominus vel subditus, qualiter & quando sint conueniendi?*
9 *Fideiussor vel possessor, qualiter sit in excussione principalis conueniendus?*
10 *Pronunciatio an sit in excussione necessaria?*
11 *Vbi petitur beneficium vel confirmatio electionis, aut institutio præsentati, quis veniat citandus?*
12 *In executione testamenti, vel vltima voluntatis, qualiter sit facienda citatio?*
13 *Pro insinuatione, vel exemplatione, vel publicatione instrumenti, quis veniat citandus?*
14 *Iudex qui processit ex officio, an possit citari, vt defendat processum, de cuius validitate vel inualiditate agitur.*
15 *Citari an debeat, qui sua putat interesse?*
16 *Clausula (vocatis vocandis) qualiter sit intelligenda?*
17 *Clausula (quòd vocentur omnes, qui se opponere volunt) cuius sit effectus?*
18 *Consanguinei, amici, vel vicini, qualiter & quando sint citandi?*
19 *Absens extra territorium, an & quando sit citandus.*
20 *Regula, q̄ absentes nō citētur, in multis casibus fallit.*
21 *Præsens in iudicio, an sit citandus?*
22 *Finis citationis est comparitio, quam sequi debet: vel responsio, vel termini ad deliberandum petitio. Adepto fine, cessant quæ sunt ad finem.*
23 *Citatus citatione nulla, an si compareat, & à iudice moneatur, teneatur respondere?*
24 *Citari potest quilibet, contra quem dirigitur petitio, seu cuius petitur.*
25 *Magistratus maiores qualiter, & quando sint in ius vocandi?*
26 *Episcopus sacra faciens, non debet in ius vocari.*
27 *Iudex dum de causa cognoscit, nō debet in ius vocari.*
28 *Citari non debet negotijs publicis intentus.*
29 *Vxorem ducens non debet citari.*
30 *Mulier nubens non est citanda.*
31 *Agens causam coram prætore non debet citari.*
32 *Citatus ad maius tribunal, non potest interea citari ad minus.*
33 *Funeralia agens familiaria, citari non debet.*
34 *Exercens se circa obsequia mortuorum, non est tunc citandus.*
35 *Doctor an in causa ciuili possit realiter citari?*
36 *Miles an possit realiter citari?*
37 *Clericus non potest realiter citari.*
38 *Realiter citari non possunt, qui Priuilegium habent, non posse conueniri, nisi in quantum possunt.*
39 *Mulier non potest realiter citari.*
40 *Cedens bonis non potest citari realiter. Legati, & qui domum propriam reuocādi ius habent, non sunt realiter citandi?*
41 *Infans an possit citari.*
42 *Pupillus aut minor pubes, an & quando, aut qualiter possit citari?*
43 *Infirmus an possit citari?*
44 *Furiosus, aut mente captus, an possit citari?*
45 *Monachus, aut monialis, aut religiosa persona, an possit citari.*
46 *Vniuersitas seu collegium, an possit citari?*
47 *Carceratus an possit citari?*
48 *Bannitus, aut deportatus, aut similes personæ, an & quando possint citari?*
49 *In quolibet iuramento excipitur authoritas superioris: quapropter, iurans aliquem locum nunquam exire, nihilominus potest citari.*

Impedi-

ARTICVLVS V.

QVINTO principali Articulo tractādum est, quis debeat vel possit citari. pro cuius articuli clariori doctrina, prosequar infrascriptas quæstiones.

1 ¶ † Primò igitur quæro de generali doctrina, respectu necessariæ citationis, tractando generaliter, quis debeat citari. ¶SOL. Dic, quòd regulariter omnes sunt citandi, quos res tangit, & de quorum præiudicio agitur: seu quibus potest præiudicari, vt in l. de vnoquoque. ff. de re iudic. & in l. nam ita diuus. ff. de adopt. Sed principaliter ille citādus est, contra quem dirigitur petitio, vt in c. fi. de maio. & obed. & ibi quærit Inno. & post eum Io. And. quid si non vocentur omnes, quorum interest, sed aliqui tantum citentur, an teneat quod agitur. & videtur quod non, per c. inter quatuor. sup. de maio. & obe. ¶In contrarium facit l. etiam. §. fi. ff. de mino. vbi dicitur, quod vt præiudicabitur absentibus, & sic innuitur, quod quo ad ipsos citatos, actus tenebit. Inno. tamen in d. c. fi. de ma. & obed. considerat duos casus: nam quandoque agitur officio iudicis super iure concernente plures: quandoque vero agitur aliqua actione. Primo casu ponit exemplum, si imploratur officium iudicis super restitutione petēda aduersus aditionem hæreditatis, vel super compositione publicanda, quæ tangit plures, & tūc omnes sunt citandi, quorum interest. Si tamen aliqui non fuerunt vocati, ex quo officium non dirigitur contra certam personam, valebit quod agitur, per authen. si omnes. C. si vt se ab hæred. absti. & ff. de re iudic. l. de vnoquoque. sed non præiudicabitur absentibus per d. l. etiam. §. fin. Refert tamen, quod alij dicunt, quòd nō tenet, quod fit, nisi per edictū solenniter sint vocati, per l. 1. §. item cū ex eo. ff. quæ sent. sine app. rescind. de quo dicam inf. artic. 22. & 23. sed hoc casu non nocebit illis, qui non audiuerunt edictum, vel alias non sunt in culpa, vt inf. qui ma. accus. poss. c. cum in tua. & sic resident Inno. Io. And. & Dom. Anto. Sed dicit Io. de Imo. quod forte præcedens opi. est melior: videlicet, quòd quantum ad vocatos, actus teneat: sed non præiudicet absentibus, per ea, quæ habentur in d. l. etiam. §. fi. & in d. l. de vnoquoque. Nec ob. cap. inter quatuor. supra de ma. & obe. quia illud potius facit pro, quàm contra, si bene ponderetur. Item nō obstat §. item cum ex eo. quia ibi loquitur, quando specialiter lis erat cum vno, & fuit processum illo non citato: & ideo non tenet, quod actum est contra eum. Et ad prædicta etiam facit, quod habetur in l. 2. §. dubitandum. ff. fam. ercisc. Nec obst. l. in hoc iudicio. ff. fam. ercis. quia ibi loquitur, quando cum pluribus fuerat lis contestata in iudicio famil. ercis. & sententia fertur duntaxat inter aliquos, & ideo tunc nō tenet sententia. Et ratio est, quia non potest fieri cōgrua diuisio, nisi diffiniatur lis inter eos, inter quos facta est lit. contest. Et pro ista parte etiā bene facit, quod no. Bart. in auth. sed cum testator. C. ad leg. Fal. vbi videtur tenere, quod teneat actus, quantū ad præiudicium præsentium, & citatorū: quāuis non præiudicet absentibus & non citatis: quando scilicet conficitur inuentarium aliquibus citatis, & quibusdam non citatis. Sed dicit Io. de Imo. in d. c. fin. de ma. & obed. quod forte in hoc exemplo posset dici contrarium, per id, quod habetur in l. fi. §. & si præfatam. in verbo, Solidauerunt. C. de iure delib. vbi tex. videtur requirere, ꝙ omnia capitula dictę legis in solidum debeāt esse seruata: & sic citatio omnium creditorum & legatariorum, aliàs non proficeret confectio inuentarij, & sic non prodesset etiam quoad citatos. Subdit tamen Io. de Imo. quod opi. Bar. satis habet æquitatem.

¶Sed tu aduerte, quia Bal. in authen. si omnes. C. si vt se ab hæred. absti. in fi. quęst. tenet opi. Bart. quod cōfectio inuentarij tenet, quo ad citatos, quāuis non præiudicet non citatis: & eandem opinionem cōsuluit Bar. consi. 102. quod incipit, Maritus. vbi omnino vide, quia non intendo hic materiam illam tractare. & eandem opi. tenet Pau. de Cast. in l. fin. §. cum igitur. C. de iure delib. Secundo vero casu principali, quando agitur aliqua actione, dicit Innoc. quòd illi tantum sunt citandi, qui sunt in libello nominati: quia tales possunt habere ius contradicendi: facit dictum c. inter quatuor. sup. de maior. & obed. fatetur tamen, quòd reus cōuentus posset nominare dominum in iudicio, per cap. quoniam frequenter. §. quòd si super. sup. vt li. non contesta. & quod ille, cuius principaliter interest, posset prohibere actorem vel reum litigare, secundum ea, quæ traduntur in cap. cum super. & in c. quamuis.

uis. primo, de re iudi. Volunt tamen Innocen. Hostien. & Ioan. Andr. quod iudex non teneatur vocare aliũ, licet eius intersit, quia aut ille tertius scit rem suam agi, & tunc sibi imputet, si non veniat, vt traditur in l. sæpe. ff. de re iudi. & quod loquitur, & no. in cap. penul. infra de re iudi. Aut ignorauit, & tunc sibi non præiudicat, sed illi tantum qui se obtulit liti. Ita volunt Innoc. Hosti. Ioan. And. & etiam Ioan. de Imo. in d. c. fin. de maio. & obed. per quem tex. etiam Bal. in cap. 1. de milite vasallo, qui contumax est, dicit, quòd ille solus est citandus, cõtra quem dirigitur petitio principalis, & idem no. Bal. in l. 2. alias 3. C. quomodo & quando iud. & ad prædicta vide, quæ dixi in cap. inter sollicitudines. supra de iuram. calum. in 11. princ. artic. in primo membro, & quod dicam infra artic. 22. & 23. Illi ergo, quos principaliter negotium tangit, sunt citandi. vnde quando fit missio in bonis hæreditarijs, debent citari illi, qui debent succedere in illis bonis: nec sufficit generalis citatio, si sunt certi. de quo per Bart. in l. si diu. ff. quib. ex cau. in possess. eatur. & in l. si seruus. ff. de bon. autho. iudi. possess. Ad quod vide quæ dicam latius infra, art. 22. Et vtrum in inquisitione sit citandus ille, qui iniuriã vel damnum passus est, dixi latè in ca. qualiter, secundo, infra de accusa. in 12. princip. artic. quæst. 70. & seq.

¶ Et ex his, quæ ibi dicuntur, collige, quid iuris de instigatore seu promotore inquisitionis: & per Doct. in c. cum olim. infra de accus.

¶ Ego arbitror hanc materiam sub breuibus cõcludendam, quod regulariter illi sunt citandi, quos negotium principaliter tangit, & intellige, si modo tangat principaliter, & principaliter posit lædi, rebus sic stantibus: secus si duntaxat posit lædi, rebus mutatis. tex. est singularis in l. 1. §. denunciari. ff. de vent. inspi. vbi tex. dicit, quòd denunciatio illa fieri debet his, quibus proxima spes successionis contingat: puta primo gradu hæredi instituto, non etiam substituto. ita etiam dicit Ioan. de Aemilijs, qui fuit solennis Aduocatus consistorialis, in repertorio suo, facit l. 1. §. referri. ff. de secundis tabu. Si tamen altera ex partibus litigantibus peteret à iudice, quòd citari faceret aliquem pro suo interesse, ille citandus esset: & ad effectum, vt illi posset præiudicium generari, per ea quæ superius dicta sunt. Ad quod vide in sexto artic. princip. Et no. quod is debet citari, quem iudex citandum committit, & non alius, vt in l. neminem. C. de exhib. reis. de cuius legis intellectu dicam infra in 6. princ. arti.

2 ¶ † Secundò quæro, quid si aliquis admittitur ad causam pro suo interesse, vtrum debeat citari. Sol. Præfatus dominus Ioannes de Aemilijs allegat, quod Innoc. in cap. dilectis. de appella. tenet, quod si in causa appella. tertius comparuit pro suo interesse, & fuit admissus, quòd non propterea tenetur iudex illum citare. Ego vero in hac quæstione sic simpliciter formata, arbitror distinguẽdum: Quòd aut quis comparuit pro suo interesse, & admissus fuit, suscepit in iudicium animo nouandi. ad quod vide, quæ tradunt Bart. & Bal. in l. 1. C. vbi in rem actio. & per Barto. in quæstione sua, quæ incipit, Consilium Pisanæ ciuitatis. Et hoc casu, cum iste sit effectus principalis in causa, de necessitate ad validitatem processus est citandus, per ea, quæ dixi in præcedenti quæstione, in princip. Simile dicerem in nominato, qui compareat in iudicio: ad quod vide, quod latè dixi in cap. quoniam frequenter. §. quod si super. supra vt lite non contest. artic. 11. q. 2. & artic. 12. q. 1. & artic. 13. versi. tertius effectus. Aut simpliciter fuit admissus, prout assistens iudicio, ne fortè per partes colluderetur: & hoc casu non videtur necessaria citatio: ex quo enim scit, debet esse solicitus, & interesse horis debitis & consuetis: sed si hoc ignorasset, tunc ad hoc, vt posset sibi in suo interesse præiudicari, citandus esset, per ea quæ dixi in præcedenti quæst. & quæ dicam, infra quæst. 11.

3 ¶ † Tertiò quæro, quid de possessore & detentore, vtrum debeant citari? ¶ Sol. Dic, quòd possessor semper est citandus, si agatur de conuincenda possessione, vt l. 1. C. vbi in rem actio. & in l. si deserta. C. si propter publ. pensita. & l. cum miles. §. 1. ff. ex quib. cau. maio. & ibi hoc no. Bal. & Doct. & in cap. cum qui. de præben. lib. 6. & l. fin. C. si per vim vel alio modo, & in l. meminerint. C. vnde vi. & l. 1. §. si quis ideo. ff. ne vis fiat ei. ¶ Idem etiam in detentore, per l. officium. ff. de rei vendi. & l. 2. C. vbi in rem actio. faciunt etiam iura statim allegata. facit etiam, quia qui detinet, præsumitur possidere, vt no. in l. stipulatio ista. §. hi quos. ff. de verbo. oblig. & per Innoc. & Hosti. in cap. cum olim. de priuileg. & per Bal. in Clem. 1. vt lite pend. no. Bal. in l. 2. C. vbi in rem actio. & in l. Titia. ff. de solu. dixi latius in cap. quoniam frequenter. §. quod si super. supra vt lite contest. artic. 8. quæst. 2. ¶ Hoc tamen procedit, si aliquod ius haberet: secus, si pro alio tantum detineret: quia tunc sufficit, ex quo de nullo iure suo agitur, citari dominum, per no. per Innoc. & Zaba. in d. §. quod si super, & quod ibi dixi, & in l. à diuo Pio. §. si super rebus. ff. de re iud. & arg. l. colonus. ff. de vi & vi arm. & traditur in l. properandum. C. de iudi.

4 ¶ † Quartò quæro, An dominus vel procurator sit citandus? & an & quando prima citatio possit incipere à procuratore. ¶ Sol. Glo. magna in princ. in cap. causam. infra de dolo & contum. dicit, quòd semper primo citandus est principalis, si potest inueniri, & per tex. 4. quæst. 5. cap. quisquis. & infra qui maio. accu. poss. cap. 1. & de dolo & contum. cap. venerabilis. & infra de eo qui mit. in poss. cap. fin. & ibi per Innoc. facit cle. causam. de elect. & ibi dixi in sexto notabili, vbi notaui, quòd si dominus inueniri potest, prius est citãdus, quàm procurator: no. Cy. & Bar. in l. meminerint. C. vnde vi. & Bart. in l. 4. §. prætor ait. ff. de dam. infec. & in l. 1. C. de iure reipubl. lib. 10. & ego aliqualiter tractaui in d. Cle. causam. ¶ In contrarium tamen facit tex. in l. cum clericis. C. de episco. & cler. per quem tex. ibi no. Bal. quod prima citatio potest à procuratore incipere. alleg. etiam l. solent. ff. de alim. & cib. leg.

5 ¶ † Sed quia articulus est aliqualiter intricatus, & ad materiam nostrã principaliter pertinet, ideo pro pleniori ipsius doctrina, arbitror distinguendum. ¶ Quòd aut est causa, in qua dominus non potest comparere per procuratorem, prout est in causa criminali & relegatione supra, secũdum communem opinionem, de quo latius per Io. de Imo. in l. penul. §. ad crimen. ff. de publ. iudi. Sed ego latissimè

tissimè dixi in c. veniens. infra de accusat. Et decisio est clara, quòd citatio non potest fieri de procuratore, & facta, nullius est momenti, vt dixi in d. Clemen. causam. ¶ Aut est talis causa, in qua potest interuenire procurator, & tunc si non citatur dominus, sed procurator, qui tamen ad causam prædictam non habebat legitimum mandatum, & adhuc res est clara, quod nõ valet. ¶ Aut loquimur in procuratore constituto, qui habebat legitimum mandatum in causa, de qua quæritur, & tunc subdistingue duo membra. ¶ Primum, quãdo dominus nunquam comparuit per procuratorem. ¶ Secũdum, quando aliquando comparuit per procuratorem. ¶ Primo casu dic, quod aut dominus potest haberi, quia est præsens: Aut non potest haberi, quia fortè est absens. ¶ Primo casu dic, quod aut loquimur in his, quæ sunt grauis præiudicij, seu in non leuibus: Aut in his, quæ sunt leuis præiudicij. ¶ Primo casu, quando loquimur in his, quæ sunt grauis præiudicij: tunc primo debet citari dominus, & nõ procurator, per iura & authoritates superius in prin. allegatas: aliàs si citaretur procurator, & non dominus, & procurator non compareat, contumacia sua neque sibi, neque domino noceret: ex quo nõ ipse, sed dominus erat citandus. ¶ Vnde dominus non potest dici contumax, qui non fuit citatus. Et contumacia non potuit in eo radicari, vt nihil sibi facere incumberet, vt voluit Barto. in l. 1. §. si procurator. ff. si quis ius dicen. non ob. & Dom. in c. 2. vt li. non contest. post glo. fin. ¶ Nec etiam nocet procuratori, ex quo non ipse, sed dominus citari debebat: si tamen procurator citatus compareret, & responderet pro domino, & haberet ad id mandatũ, arbitror, quòd sufficeret, & valeret iudicium. Sed fortè, si opponeret de citatione non legitimè facta, non potest procedi: ex quo citatio non tenuit. Vnde cautela est, quòd procurator non compareat, ex quo dominus poterat haberi: vel si comparet, opponat de citatione non legitimè facta. Et prædicta procedunt, nisi dominus lite cœpta malitiosè abesset.

¶ Si verò loquimur in his, quæ sunt leuis præiudicij, tunc sufficit, quòd citetur procurator: etiam prima vice, licet dominus non sit absens, vt in l. quãuis. ff. de dam. infec. & ibi no. Barto. dixi in Clemen. causam. de elect. Vnde ratione contumaciæ procuratoris habentis mandatum primo loco citati, potest perueniri ad primum decretum: quia est leuis præiudicij, secundum Barto. in dicta l. quamuis. de quo dicam in titu. de dolo & contum. & in titu. de eo, qui mit. in poss. cau. rei seruan. facit l. ait. & quod ibi no. Bald. ff. ex quib. cau. maio.

¶ Aut dñs non reperitur, quia est absens, & tũc potest fieri citatio de procuratore, etiam prima vice si certum est, dominum dimisisse procuratorem; arg. d. Clemen. causam. quamuis causa sit grauis præiudicij. & loquitur & not. in l. 1. in fi. ff. de lib. agnos. & probatur etiam in d. c. causam. infra de do. & contuma. aliàs poterit fieri citatio ad domum, non citato procuratore, vt l. aut qui aliter. §. & si fortè. ff. quod vi aut clam. ita intelligit Bart. d. Clemen. causam. & l. 4. §. Prætor ait. ff. de dam. infe. & etiam Io. de Imo. in d. Clem. causam. & Glo. in d. c. causam. de dolo, & contu. & dicit ibi Do. Ant. quod dicto casu, quando dominus est absens, potest fieri citatio ad domum, non facta discussione, an procurator reperiatur: sed D. M. ibi dicit, quod sibi plus placet, quòd fiat aliqualis discusio, vtrum procurator reperiatur, vel non. quæ opin. plus mihi placet, vt dixi in d. Cle. causam. per illum tex. dum dicit, Et procuratorem nõ inueniri contingat. Et profectò est hoc magis tutum. & idem etiam tenet Io. de Imo. in d. c. causam. de dolo & cont. vbi dicit, quòd si est notorium, procuratorem dimissum tutius esse quam citetur procurator, vult tamen ibi, quod tutius semper est, quod fiat inquisitio, an dimiserit procuratorem: licet secus senserit Bar. d. l. 4. §. Prætor ait. ff. de dam. infec. quem sequitur Do. Ant. in c. causam. Et in quib. locis debeat fieri inquisitio, an reperiatur dominus, vel procurator, & qualiter accipiatur absens, dicam inf. articu. 17. Circa secundum membrum, quando dominus aliquando comparuit per procuratorem distingue.

¶ Quòd aut comparuit procurator, non tamen fuit vnquam litem contestatus: sed illam fuit contestatus dominus, & hoc casu, posito quod per comparitionem domini procurator non esset reuocatus, secundum ea, quæ latius traduntur in c. si quem. de procur. lib. 6. licet dominus de necessitate amplius non sit citandus, vt dicit Bar. in l. 1. C. de iure reipublicæ, tamen arbitror, quod dominus posset citari. Vnde posset citari tã procurator, quàm dominus. ¶ Sed si procurator fuisset litem contestatus: tunc non dominus, sed procurator est de necessitate citandus, & si dominus citaretur, non teneret citatio. Vnde si citaretur dominus duntaxat ad videndum receptionem testium, non teneret receptio, vt dixi post Doct. in dicta Clem. causam. ¶ Sed nunc aduerte latius, quia hæc quæstio fuit disputata per dominum Lambertinum de Raponibus, vt referunt Io. And. Do. Ant. Io. de Imo. & Dom. in c. 2. inf. de testi. & Barto. in l. furioso. ff. de re iud. & in l. 1. C. de sent. & interlo. om. iud. & Bal. in l. procuratorib. C. de procur. licet ibi pauca verba dicat. ¶ Et attende, quia hæc quæstio locum habet in quolibet articulo celebrando post litis contestationem per procuratorem, vtrum valeat, si solùm citatur dominus, qui non comparuit.

¶ Et pro parte affirmatiua, quod valeat, mouetur primò: quia causa est propria domini, & ad eum spectat damnum & emolumentum. C. de procur. in l. qui stipendia. 2. q. 6. biduum. ver. palàm ergo, &c. ¶ Secundò mouetur, quia dominus iurat de calumnia, testes producit, exceptiones opponit. ff. de inof. testam. in l. si suspecta. facit cap. 2. de procura. lib. 6. ¶ Tertiò, quia adesse potest causæ suæ. ff. de procur. in l. Paulus respondit. & est bonus tex. in d. cap. 2. de procur. lib. 6. ¶ Quartò, quia domino soluitur. ff. de solu. l. hoc iure. ¶ Quintò, quia domino transigit, paciscitur, & iudicium defert, & non procuratori. ff. de procur. l. mandato generali. & in c. qui ad agendum. eod. tit. lib. 6. ¶ Sextò, quia contra dominum fit executio sententiæ. ff. de procur. in l. Plautius. Ergo satis videtur dominum esse citatum. ¶ In contrarium verò facit c. 2. inf. de testi. & l. si quando. C. de testi. qui tex. requirunt partem citãdam: sed procurator per litis cõtestationem fecit se participem, & effectus est dominus instantiæ, vt in cap. secundo, de procura. lib. sexto. Ergo ipse est citandus.

¶ Item,

¶ Item, quia frustra videretur citari dominus, cùm comparens non possit causam ipsam in se assumere inuito procuratore, vt d.c.2. de proc.li.6. & in l. post litem. ff. de procur, Sol. Dicebat præfatus do. Lambertinus, actum non valere, procuratore non citato, quia in his, quæ pertinent ad litis ordinationem, regulariter inspicimus personam procuratoris, contraria verò procedunt in his, quæ respiciunt peremptionem litis, vel effectum causæ, in quibus regulariter inspicimus personam domini. quæ decisio, & distinctio est diligenter notanda, quia facit ad multa, & hanc decisionem approbat Bart. in d.l. furioso. ff. de re iudic. ¶ Mouetur etiam, quia ex quo dominus eligit litigare per procuratorem, non tenetur inuitus comparere, vt in l. fi. C. de procur. Item, quia si posset dominus compelli ad comparendum per se, frustratorium esset consilium Iuris. de quo in l. furti. §. qui alieno. ff. de his, qui not. infa. Et idem tenet Bar. in l. 1. C. de sent. & inter. omn. iud. quia quando dominus mittit procuratorem ab initio, videtur dicere & protestari, quod ipse non vult litigare per se, vt l. 1. in §. fi. ff. de procu. & ideò non debet posse cogi personaliter comparere, vt d.l. fin. C. de procurat. ¶ Subdit tamen Bart. in d. l. furioso. quod si dominus citatus spontè compareret, actus valebit, licet procurator non fuerit citatus: quia licet procurator sit litem contestatus, tamē valebit actus propter ius vtile instantiæ, quod habet dominus, vnde potest vti iure instantię sine aliqua cessione, vt l. in causæ. in fi. ff. de procu. & sufficit, procuratorem non contradicere, vt l. quæ omnia. ff. de proc. ¶ Sed dicit Io. de Imo. in d.l. furioso. quod non procedit sine scrupulo, quia procurator inuitus, vel ignorans, non potest reuocari à prosecutione causæ, per d.l. quæ omnia. & sic videtur, ꝙ ignorante procuratore non possit assumere prosecutionem litis. ¶ Sed Dominus meus in d.c.2. de testib. dicit, quod putat, quòd de vltimo dicto Bar. sit casus, maximè iuncta gl. in verbo, Post litem. in c. si quem. de procur. li.6. vbi text. dicit, quòd si dominus constituit procuratorē simpliciter, & postea comparuit per se, videtur eo ipso reuocare procuratorem, nisi aliud fuerit protestatus, vel per coniecturas aliud appareat. probat ergo text. ille, dominum posse validè per se comparere, & tacitè reuocare procuratorem, & satis est, quòd procurator non contradicat, vt ibi dicit Glo. Et hæc opi. magis mihi placet, & sic habes hunc art. plenè, ac notabiliter expeditum.

6 ¶ †Sed iuxta prædicta quæro de notabili quęstione, quam non reperi tactam per Doctor. videlicet, Quòd si in aliqua causa duo fuerunt constituti procuratores in solidum, cum clausula, quod occupantis conditio melior non existat, prout quotidie fit, quando duo vel plures constituuntur procuratores quòd si per vnum lis sit cont. possit alter postea citari. ¶ Sol. vt dixi, Doct. non tangunt, quod repererim, sed in similibus terminis Io. And. in c. in nomine Domini. inf. de test. dicit, quòd Dominus suus in legibus, qui fuit Mart. Syl. disputauit similem quæstionem. quærebat enim, posito, quod vnus fuisset litem contestatus, quod si alter, qui non fuit litem contestatus, produxit testes, qui deposuerunt: vtrū valeret depositio & attestationes?

¶ Et pro parte negatiua mouetur primò, quia ille qui fuit litem contestatus, fuit effectus dominus litis. C. de procu. in l. quod quis. & in c. secundo, eodem tit. lib.6.

¶ Secundò, quia reus non debet cogi cum pluribus litigare, vt l. 1. & seq. ff. de exercito.

¶ Tertiò, ne causę continentia diuidatur, vt in c. 1. inf. de sequestr. pos. & fruct. & in l. nulli. C. de iud.

¶ In contrariū allegabat illam clausulam appositam in mandato, quod occupantis conditio melior non existat, quæ clausula debet aliquid operari, vt in c. si duo. de procu. li.6.

¶ Secundò, quia aduersatiua, tacens consentire videtur, & partium cōsensu aliquid iuris relaxatur.

¶ Tertiò, quia si testes iterum producerentur, sępe remouerentur a suis negotijs, quod esse non debet. ff. quemadmo. testa. ape. l. si quis ex signatorib.

¶ Quartò, quia procurator producens fungitur loco primi, vt l. filiæ. §. primo. ff. de condit. & demō. nec vtēdum est superfluis productionibus, vt l. hec stipulatio. §. diuus. ff. vt lega. no. caue. facit c. Abbate. de re iud. lib.6. ¶ Sol. secundum præfatum Mar. Sylla. distinguendo, quod aut dominus vult valere productionem, & reus contradicit, & tunc, si reus fuit præsens, valet. alleg. l. filiusfamilias. §. veterani. ff. de procur. secus, si erat absens, vt in præalleg. l. 1. & 2. ff. de exercito. si verò econtra, reus vult valere, & dominus contradicit, exauditur reus, quod est fauorabilior, & quia dominus apposuit clausulam, quòd non esset melior conditio occupantis. Vbi verò ambo essent concordes, & vellent, quòd actus valeret, vel non valeret, decisio est clara, quia mos eis gerendus est. Et cum hac decisione transit Ioā. Andr. nihil addendo. ¶ Sed dicit Dominus meus in d. c. in nomine Domini, quòd vnus casus primò est excludendus, tanquam indubitabilis, videlicet, quando ille procurator, qui non fuit litem contestatus producit testes, vel facit similem actum, altero procuratore, qui præoccupauit per contestationem litis impedito, vel prosequi nolente, quia tunc virtute prędictæ clausulæ potest alter reassumere negotiū, per no. in c. si duo. de procura. lib.6. & iste casus non est dubitabilis. Sed casus dubitabilis est, quando ille, qui occupauit, non erat impeditus, nec aliter apparebat de voluntate sua, quo casu certum est, quod alter non poterat se impedire de illa lite, vt d. cap. si duo. Sed hoc posito, tamen remanet adhuc dubiū, vtrum actus reddatur ipso iure nullus, an verò sit opus exceptione, ita vt si reus non excipiat, actus remaneat validus. Et in hanc partem inclinat d. Ant. in d.c. in nomine Domini. dicit enim, quòd tres videntur causæ, quare alter non deberet admitti.

¶ Prima causa, quia alter, & non ipse, est effectus dominus litis per litis contestationem, sed hanc causam obstantem potuit dominus supplere, & suppleuisse videtur apponendo dictam clausulam.

¶ Secunda causa est, propter præoccupatum negotium: quam etiam causam dominus videtur suppleuisse per clausulam prædictam.

¶ Tertia causa, quia ipsius rei interest, ne à pluribus aduersarijs distringatur, vt dixi. Sed huiusmodi causæ suppletio pendet à potestate ipsius rei, quare si reus fuit præsens, non potest amplius contradicere, sed si absens fuit, poterit contradicere. Et sic D. Ant. sequitur decisionem Mar. Sed dicit Dom. meus

meus in d. c.in nomine, quòd prædicta decisio videtur sibi satis dubia. subdit tamen, quòd potius si bi placet prædicta solutio, quàm contraria opinio, per d.c.si duo. si enim alter procurator desineret esse procurator, altero procuratore per litis contestationem negotium præoccupante, non posset reassumere causam sine nouo mandato, altero impedito: quia semel extinctum non reuiuisceret, de consecra. distin.4. c.quæris. & in l.inter stipulantem.§.sacram.ff.de verb.oblig. cum ergo altero nolente vel impedito, posit ipse causam reassumere & prosequi: licet alius præoccupauerit, vt d.c.si duo. ergo clarè colligitur, quòd est procurator, licet per exceptionem potuisset repelli, non dato casu negligentiæ, voluntatis, vel impedimenti. Si ergo non fuit exceptum, actus valet: sicut in simili videmus de milite alienam causam procurante, contra quem non fuit exceptum, vt d.§.veterani. & in l.ita demum. C.de procura. & no. in c.in nostra. supra de procura. Et etiam sic, vt videmus in domino, qui post litis contestationem non potest procuratorem reuocare, vt legitur & no.in c.2.de procur. lib.6. & tamen si dominus reassumit in se causam, & contra eum non excipitur, censetur procuratorem reuocare, & actus cum eo gestus tenet, vt in c.si quem. de procur.lib.6.& sic residet Dominus meus. Et sic ex prædictis clarè concludit, quo ad terminos principalis nostræ quæstionis propositæ, quod si pars aduersa fecit citari alium procuratorem, & ille procurator comparuit, decisio est clara per ea, quæ superius dicta sunt: quia si reus potuit cõsentire, & consentiendo valet actus, qui geretur cum eo: quanto fortius, si ipse principaliter inuitat eum, faciendo eum citari: neque potest alter procurator, qui fuit litem contestatus, conqueri: ex quo suscepit mandatum cum illa clausula, quòd occupantis conditio melior non existat. Sed si reus fecit citari alium procuratorem, qui non fuit litem contestatus, & procurator non comparuit: decisio est magis dubia. Arbitror tamen distinguendum, quòd aut ille, qui fuit litem contestatus, non est absens, negligens, vel impeditus: & tunc, si iste procurator citatus non compareret, ipsius contumacia non præiudicat sibi, nec vero domino, nec alteri procuratori: quia si verus dominus hoc casu citaretur, non tenetur comparere, vt dixi in præsenti quæstione, longè minus iste procurator, qui non est verus dominus, nec fictus, etiam per litis contestationem. Sed si alter, qui fuit litem contestatus, nollet prosequi, vel esset impeditus, decisio esset magis dubia: quia ex quo dominus iam semel fuit in iudicio per procuratorem, videtur quòd valeat citatio ipsius, per ea, quæ dixi in præsenti quæstione. ¶ In contrarium facit, quia iste procurator nunquam fuit in iudicio, nec fuit litem cõtestatus: vnde licet aliàs procurator fuerit in iudicio, tamen respectu istius, ista videtur prima citatio. & sic per ea, quæ dixi in præsenti quæstione, citatio non videtur præiudicare, nec sibi, nec domino vero, nec ficto. ¶ Fortè tamen dici posset: quòd si dominus esset absens, & procurator, qui fuit litem contestatus, nollet prosequi, vel esset impeditus, quod valeret citatio, & sic deberet comparere, alias reputaretur cõtumax, per ea, quæ dixi in præsenti quæstione. Vel fortè potest distingui, quòd aut dicta clausula fuit subiecta & apposita sub hac forma, videlicet: Et quod vnus incœperit, alter posit & debeat prosequi & finire, illo impedito, vel negligente, & hoc casu procedat præcedens decisio. Aut fuit apposita hoc modo: Et quod vnus incœperit, alter posit prosequi & finire, & hoc casu, quia procurator per receptionem mandati, ex quo alter litem est contestatus, non necesitatur ad defendendum: sed committitur in eius potestate & facultate (vt patet ex forma mandati) meritò licet dominus esset absens vel impeditus, & similiter procurator, qui fuit litem contestatus, negligens vel impeditus, si tamen iste procurator citatus non comparuit, quia potuit non cõparere, & non prosequi, meritò nec ipse, nec dominus verus, nec fictus reputatur contumax, sed quando ipse recepisset mandatum, & alter non esset litem contestatus, & dominus esset absens, propter quod citaretur procurator, etiam prima vice, teneretur comparere, quia recipiendo mandatum, necesitatur defendere, vt in cle. 1. de procu. Et prædicta notabitis, quia nouisima sunt.

7 ¶ † Quintò quæro. Quid si agatur contra subiectum, vtrum dominus citari debeat? Sol. Glo.2. in cap.auditis. infra de præscrip. sentit, quòd agitur de subiectione: & tunc non ille, qui posidetur iure subiectionis, sed ipse, qui dicit illos sibi subiectos, debet citari: cum ipsius principaliter intersit, per d.c.auditis. & 16.q.3.c.inter memoratos. supra vt lite non contest. c.quoniam.§.quod si super. & ff.de lib.exhib.l.fi.in fi. & ff.si serui.vendi. in l.is, cuius familia. Aut agitur de facto subiecti: quia dicitur ecclesiam occupasse: & petitur inde remoueri, vel quid simile egisse, & tunc ipse citandus est, vt in c.querelam. de elect. facit 12.q.2. c.quicunque militum. Aut agitur de alijs iuribus, puta, quis petit censum & procurationẽ à capellanis, vel quid simile, & tunc citandus est ipse, etiam subiectus, arg.ff. de vsufru.l.si pendentes.§.penul.& l.vsufructu relicto. & l.vsufru. legato.§.hactenus. & infra de censi. in c.cum instantia.ita dicit glo.2.præalleg.

8 ¶ † Sed tu aduerte, quia hæc quæstio incidit in aliam quæstionem, scilicet, An conueniendus sit dominus, vel subiectus, vel ambo? Et in his terminis loquitur d.glo.2. in qua quæstione varij varia dicunt: de quo latè per Dominum meum in d. c.auditis. super glo.2. & traditur etiam in c.cum super. & in c.suborta. & in c.pen. infra de re iud. ad quod vide omnino quod dixi in c.1.de lib. obla. artic. 8. in primo membro. ¶ Et ex his, quæ dicuntur in dictis iuribus, poteris inferre ad decisionem quæstionis nostræ. Sed sub breuibus, quo ad quæstionem nostram, potest sumi decisio ex his, quæ dicta fuerunt supra eo.arti.q.1. videlicet, quod ille citari debet, qui iudicialiter conuenitur: & cuius principaliter interest. alius vero, licet posit aliquo casu ipsius interesse, non est de necesitate citandus, non quo ad effectum, vt processus celebratus posit illi præiudicari, per ea, quæ dixi in d. 1.quæst. & per ea, quæ dicam in seq. quæstione. Et vide etiam, quod dicam in 11.quæst.

9 ¶ † Sextò quæro, vtrum in excusione principalis obligati, sit citandus fideiussor, seu pignorũ possessor? Sol. Iac.de Are.in l.decem.ff.de verb.obli. tenet,

tenet, quod sic, arg.l.2.C.si propter pub. pen. & ff. de rebus eorum. in l.magis puto. §.ne passim. Sed Iaco. Butr.tenet contrarium, sicut nec citandi sunt legatarij,quando pronunciatur testamentum inofficiosum,vt in l.Papin.§.si ex causa.ff.de inoff.testa. Sed Bart.in l.decem. alleg.glo.in contrarium, in l.cum miles.§.1.ff.ex quib.cau.maio.quæ gl. est mentienda, secundum Bar.ibi.vbi subdit,quod putat,quod sufficiat generalis citatio per tubam: vide licet, quod quicunque vult defendere talem, &c. vt moris est,arg.auth. si omnes,C.si vt se ab hæred. abstin. & l.si eo tempore.C.de remis. pigno. Bald. vero in d.l.decem. dicit,quòd cum processus excussionis non ordinetur contra debitorem,sed principaliter contra ipsos pignorum possessores, seu fideiussores: & sic in eorum præiudicium, vt posit contra eos veniri: quòd si fideiussores,seu tertij possessores sunt certi, debent nominatim citari, per no. in Auth.de hęre.& falcid.§.sancimus.iuncta glo.& in l.1.§.penul.ff.de ven.inspi. Si vero non sunt certi,tunc sufficit generalis proclamatio, vt ibi. ¶ Nec obstat d.l.si eo tempore,quia ibi actus distractionis non ordinabatur principaliter contra creditores: imo cótra ipsum debitorem, in cuius præiudicium pignus vendebatur. Et eodem modo non obstat auth. si omnes, quia ibi principaliter petebatur restitutio in fauorem minorum, licet secundario in odium creditorum. ideo sufficit generalis proclamatio. Et iste est verus intellectus illarum legum,& d.l.Papin.§.si ex causa. secundum Bal.quem sequitur etiam Ang.in d.l.decem.dicens,quòd hæc sunt duo iudicia,quorum vnum est præparatorium alteri. Idem etiam tenet Ang.in l.de vnoquoque.ff.de re iudi. & sequitur ibi Ioan.de Imo.in fi.princ. Sed dicit ibi Ioan. de Imo. quod tria essent diuidenda.

¶ Primò, An sit necessaria pronunciari super excusione?

¶ Secundò: Posito, ꝙ sit necessaria, vel non, an sit necessaria citatio fideiussorum vel possessorum?

¶ Tertiò: Posito, quòd sit necessaria,an requiratur specialis, vel sufficiat generalis?

10 ¶ † Circa primum. Licet articulus videatur alienus à materia nostra, tamen quia aliquid confert, sub compendio pertransibo. Barto.in d.l.decem. sentit, quòd sit necessaria pronunciatio: & idem Bal. ibi,& apertè tenet Bart. in l.stipulatio.§.habet. ff.de ope.no.nunc. per plures rationes & argumenta, & idem tenet in l.exitus controuersiæ.ff.de acquir. possesſ. & Bald. in l.sancimus. C.ad Trebellianum. & in auth. sed hodie. C.de actio. & obligat. Et Bald. in l.2. C.de eden. & Ange. in auth. hoc si debitor.C.de pigno. Et pro prædicta opinione optimè facit tex. in l.tutores a patruo. de confirman. tuto. vbi dicitur, quòd requiritur,quòd iudex post discussionem legitimè factam,an tutor sit idoneus, declaret tutorem idoneum. Et etiam ad idem bonus tex. in l.a diuo Pio. §.in venditione. ff.de re iudi. secundum vnum intellectum, & l.non tantum. ff.de fideicommis. liber. vbi casus, quod quantumcunque causa (propter quam quis abest) sit iusta, tamen adhuc debet declarari per iudicem. facit etiam cap.cum secundum. cum sua materia. de hæret.lib.6.& cap.cum sit Romana. in fi.de appel. lib. 6. & cap.porro. de diuor. & glo.5. in c.ad nostram. el secondo,de iureiuran. & quod tradunt Barto. & Docto. in l.emptorem. de actio. emp. vbi volunt, quòd etiam post notorium requiratur declaratoria. Sed Iaco. Butr. ibi, & in d.l.sancimus.§.fin. tenet contrarium per illam l.sancimus. secundum vnum intellectum glo. nam videtur, quòd sufficiat reperiri in actis, quòd nuncius retulerit nihil reperire in bonis. Quæ opinio videtur satis defensabilis, per d.l.iuncta glo.sua, licet opinio Barto. sit tutior propter euitandas opiniones, secundum Ioan. de Imo. in d.l.decem. Nec obstant rationes allegatæ per Barto.in contrarium, in d.§.habet, quia non stringunt de necessitate, si bene inspiciantur. Et hæc opinio visa fuit etiam defensabilis Ange. dum legeret in voce, d.l.decem. licet in scriptis non declarauerit, vt refert Ioan. de Imo. Et eandem opinionem sentit Ioan. de Imo.in d.l.exitus. Barto. de Saly.in d.authen.sed hodie. dicit etiam, quòd licet opinio Bartoli sit tutior: tamen subdit, quòd posset dici (& non malè) quòd si de eo, de quo prius debet constare, sit controuersia: puta,quia sunt citati fideiussores, & tertij pignorum possessores,qui comparuerũt contradicentes: & tunc super eo debeat pronunciari, & ita procedat opinio Bartoli, & sequacium: secus,si non fuit deductum in controuersiam: quia non fuerunt citati, saltem generaliter: quia tunc frustra pronunciarentur, cum talis pronunciatio non præiudicet illis: quæ perpetuò notabis, quia quotidie hæc contingunt in practica. Sed ego de materia latius dicam in titu.de fideiussor. in materia excussionis. ¶ Sed quo ad principalem articulum nostrum: & sic, quo ad secundum de citatione, dicit Ioan.de Imo.quod videtur posse dici, ꝙ si solummodo fiat excussio: quia illa ordinatur principaliter contra debitorem condemnatum, vt satisfaciat creditori de bonis ipsius, & sic pro executione sententiæ,quod satis procedat opinio Bartoli, quòd sufficiat citatio generalis: quia etiam fortè nulla requiritur citatio de iure, per ea, quæ statim dicentur. Si autem petatur pronunciari, discussionem esse legitimè factam: quia iste actus principaliter ordinatur contra fideiussorem & possessores, posset procedere opinio Baldi & Angeli. Et per hæc dicit posse apparere,quid dicẽdum sit in secundo & tertio membro. ¶ Sed vt clarius materia pateat, dicit, quòd si quæritur,an nominatim sint citandi? potest concludi, quòd aut actus, qui geritur, tendit ad præiudicium vnius per prius, ita quòd demum illo excluso, alius surrogaretur in iure illius: sed non habet ius vel interesse de præsenti, & sufficit illum principalem citari, vt in l.1.§.1.de vent.inspi. Sed melius allegaretur §.denunciari, vt dixi supra in prima quæstione istius articuli. aut actus tendit principaliter & vniformiter ad præiudicium plurium: & tũc omnes principaliter sunt citandi, vt d.§.denunciari. aut tendit ad præiudicium plurium, sed non vniformiter,vt quia principaliter tendit ad præiudicium vnius, sed tamen ex illo actu alius posset lædi: & tũc aut ille alius voluit obligari expresſè, vel etiã tacitè ex iuris intellectu in casu iudicij agitati & finiti cum illo,ad cuius pręiudicium principaliter iudicium ordinatur, & tunc non est necessaria citatio. Exemplum in fideiussore de iudicato soluendo,vt l.1.ff.iudi.sol.& in casu d.l.

decem.

decem. vbi videtur sufficere, debitorem esse excussum, & non esse satisfactum agenti, nec videtur ibi aliud requiri. & sic non videtur requiri, quòd fideiussor talis sit citatus in iudicio, quod agitur contra debitorem principalem, vt dic. l. decem. Et est ratio prædictorum, quia in dictis casibus videtur quis expressè voluisse obligari in casu iudicij agitati & finiti cum illo, ad cuius præiudicium ordinatur principaliter iudicium. Et idem, si tacitè hoc videretur voluisse ex iuris intellectu. Exemplum in fideiussore, & pignorum possessore, per nota. in auth. præsente. C. de fideiusso. & in auth. hoc si debitor. C. de pigno. & bene facit, quod habetur Inst. de replica. §. fi. vnde fortè hoc casu, sequendo opinionem Butrig. non esset necessarium, quòd talis fideiussor, vel possessor, modo aliquo reperiatur citatus. fatetur tamē Ioan. de Imo. quòd si creditor porrigeret coram iudice suam petitionem, & narraret excussionem factam, & velle pronunciari ipsam legitimè factam, & apertam esse viam contra fideiussores, & tertios possessores, ꝙ tunc deberet citari fideiussor, & pignorum possessor, quia hoc casu talis actus ordinabatur principaliter ad ipsorum præiudicium, & hoc casu hi, qui essent certi, nominatim essent citandi. Alij verò incerti, per generalem proclamationem, per not. per glo. in d. auth. si omnes. & in d. §. sancimus. in Auth. de hæred. & falcid. & in cap. in nostra. sup. de procu. & ibi per Innoc. in pe. & fi. col. de quo latius dicam inf. art. 22. aut ille alius nec expressè, nec tacitè voluit obligari in casu iudicij agitati, & finiti cum alio, & tunc non præiudicabit regulariter illi alij, si non fuerit citatus. Fallit, si condemnatio facta de principali, esset præambulum executionis fiēdæ contra alium, ad publicam vtilitatem bursæ fiscalis, vt in l. cognitione. cum ibi not. in gl. ff. ad Syllan. & not. per Bart. in l. cum filius. in prin. ff. de ver. obl. Fallit etiam in casibus, in quibus sententia facit ius, vt d. l. Papin. §. si ex causa. ff. de inoff. testam. & in l. ingenuum. ff. de statu homi. de quo latè dixi in c. pen. de re iud. traditur in l. sæpe. ff. de re iud. & sic intelligi debet glo. in d. l. de vnoquoque. quæ videtur velle, quòd sufficiat citari illum, de cuius prǽiudicio principaliter agitur, si tamen alius non citaretur, cuius posset interesse, nō videtur sibi præiudicari, per no. in l. 1. C. de adult. & diuer. iud. & per Cy. C. qui accus. non pos. in fi. ad quod vide quæ dixi sup. q. 1. & quod dicam, inf. q. 11.

¶ Et an tunc, & quando sufficiat citatio generalis, vel requiratur nominata & specifica? Dic, vt latiùs dixi inf. in 22. prin. art.

11 ¶ †Septimo quæro, quis debeat citari, quādo petitur beneficium, vel confirmatio electionis, aut institutio prǽsentati? Sol. Innoc. in c. de cętero, sup. de transact. dicit, quòd si quis petat suam electionem confirmari, vel præsentationem de ipso factam admitti, debet citari electores, seu illi, ad quos spectat electio, vel præsentatio.

¶ Si verò aliquis vellet se opponere post confirmationem, non sunt tūc vocandi electores, vel prǽsentatores: vt puta, si confirmatus petat possessionē beneficij, quia non debet impediri aditio possessionis, ex quo est confirmatus, vt inf. de appel. c. constitutis. el secondo, nisi opponatur crimen cum infamia, vt in cap. accedens. inf. de accus. vel nisi sit facta confirmatio, vel institutio, absentibus & non vocatis illis, qui se volebant opponere, vel sine causæ cognitione, iuxta not. in c. cum dilecti. sup. de electio. & in capitu. cum olim. inf. de cau. pos. & proprie. de quo plenè per Io. And. post Compostel. in ca. quod sicut. sup. de elect. tradit plenè Io. de Imo. in c. accedens. inf. de accus. & ibi dixi.

¶ Si verò quis peteret præbendam à Capitulo, & alius possideret, ille esset citandus, vt in cap. licet episcopus. de præbend. lib. 6.

¶ An autem, si confirmatio fiat non vocatis vocandis, valeat. Inno. in d. c. de cætero. refert opin. de quibus etiam tangit in d. c. cum dilecti.

¶ Et aduerte, quia olim fiebat sine causæ cognitione, & parte non vocata. facit c. qua fronte. inf. de appellatio. & quod ibi dixi post Ioann. de Imo. & quod notat Inno. in cap. constitutis. el secondo. de appellat. & cap. cum olim. inf. de dolo & contuma. vbi dicit, quod fiebat parte non citata. hodie verò requiritur citatio, aliàs non valeret, vt est tex. in cap. fi. de elect. lib. 6. dixi in d. cap. qua fronte. ¶ Vtrum autem, qui aliàs esset citandus, si est excommunicatus, debeat citari? Et quid si compareat, & se opponit, an debeat admitti, latè dixi in capit. satis. inf. de senten. excommu. in 19. princ. art. in 5. quæst. principali. in tertio membro principali illius 5. quęstionis.

¶ Qui autem sint vocandi in electione celebranda, vide quod traditur in cap. licet. & in ca. cum inter vniuersas. & ca. coram. sup. de elect. & quod traditur in c. quamuis. de offic. ord. lib. 6. & in cap. præsentium. de testi. li. 6. in quibus etiam tractatur, qui sint citādi in actibus Collegij, vel Capituli, de quo latè dicam in ti. de his, quę fiunt à ma. par. Capituli.

¶ Et aduerte, quia possessor beneficij non est de necessitate citandus, quando illud confertur, etiam si conferatur à delegato dato ad conferendum beneficium, sed ille, cui collatum est beneficium, non potest mitti in possessionem illius, non possessore citato. ita dicit Bald. in repet. l. nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de offic. proconsul. & leg. col. 2. allegat no. in clem. 1. eodem titu. credo, quod velit allegare de offic. deleg. vbi glo. magis latè disputat hanc materiam, ponendo varias opiniones. & vide quod ibi latissimè scripsi super glo. pręall. & vide quod traditur in d. c. licet episcopus. de prębend. li. 6.

12 ¶ †Octauò quæro, quis sit citandus in executione testamenti, seu vltimæ voluntatis? Sol. Bart. in repet. l. alio. ff. de alimen. & ciba. leg. versi. quæro, an hęres sit requirendus, format quæstionem: Vtrum, quando executores volunt vendere, & precium vēditionis limitare, an hæres sit citandus? Et arguit primò, quod non. Sed nolo insistere, quia potius videtur pertinere ad materiam extraiudicialem. Finaliter cōcludit, quòd hæres sit requirendus, siue executores sint assumpti tanquam boni viri, per nota. per eum in l. si quis arbitratu. ff. de verborum oblig. & in l. Theopompus. ff. de dot. prælega. siue habeat liberam potestatem, quo casu, licet hoc sit magis dubium, tamen idem tenet per l. debito. C. de distrac. pigno. & l. 1. §. cum dicitur. ff. si cui plus, quàm per l. Falci. Item, quia hæredis præsentia posset trahere ipsos excutores ad aliam rem vendendam, vel ad vēdendum illam maiori pretio. Ergo debet hæres requiri: argumen. l. sicuti. ff. de arbi. & quia ista potestas

ſtas importat, vt bona fides adſit. & ille, qui facit, clam (quod eſt facere non requiſito eo, qui poſſet aliquo modo contradicere) videtur facere clàm, & etiam mala fide, vt l. clàm poſsidere. in princip. ff. de acquiren. poſſeſſ. & l. prohibere. §. clàm. ff. quod vi aut clàm. Vnde cùm videatur mala fide facere, non valet. Et pro prædicta concluſione facit text. in l. legatum. ff. de vſufruc. lega. & ibi ad hoc allegat Bartolus illum tex.

¶ Et aduerte: quia quando per teſtatorem legatur quantitas, & in arbitrium alterius collata eſt declaratio, in declaranda quantitate, hæres debet requiri, per dict. l. ſi quis arbitratu. vbi etiam hoc tradit Bartolus. Sed quando teſtator taxauit quantitatem, & dedit arbitrium circa perſonas eligendas, vel circa diſtributionem fiendam inter eos, hæres non eſt vocandus, vt l. nulli. §. cùm autem. C. de epiſcop. & cleric. vbi ſufficit, quòd poſt tempus manifeſtetur præſidi. Item facit: quia ex illo actu hæres non læditur, ſecundum Bartolum in l. 1. ff. de leg. ſecun. ſed Bald. in repet. illius l. in 5. quæſt. principali, videtur velle contrarium, per not. in l. tertia. §. primo. ff. de bonor. poſſeſſ. & per Innocentium in capitu. fina. de præſumpt. & per gloſ. in Clement. 1. de offic. deleg. quia cum hoc poſsit fieri inuito hærede; fortius eo abſente: cum prædictorum officium nō procedat ab hærede, ſed à defuncto. Et ſi exceditur modus, reducitur ad modum, ff. de vſufruc. in l. placuit. & ff. pro ſocio. in l. vnde ſi Neruæ. Si tamen tales executores, vel commiſſarij vellent adire iudicem, & facere citari hæredem, non eſſet malum, per dict. l. Theopompus. ſecundum Baldum. ¶ Sed tu aduerte, quia hæc quæſtio aliqualiter pendet ab alia quæſtione, Vtrum arbitrator teneatur citare partes? de quo latè per Bartolum & Doctores, in l. ſi quis arbitratu. ff. de verborum oblig. & maximè per Pontan. ibi. Ego alibi tangam infra in 8. principali articulo.

13 ¶ Nonò quæro, †quis ſit citandus in inſinuatione, vel exemplatione, vel publicatione inſtrumenti. Sol. Circa inſinuationem, Iacobus Butrigarius diſputauit quæſtionem, & incipit diſputatio, Quæritur, an contra inſinuationem &c. & ibi dicit, quod in inſinuatione debet citari perſona nominata, in inſtrumento ad obligationem: quia eius dicitur intereſſe, cuius perſona ſcitur, vel ſciri poteſt per lecturam ipſius inſtrumenti, argumen. eius, quod dicimus de vitio viſibili, & inuiſibili. C. de edicto diui Adriani tollen. l. ſecunda. in fine. & ideo tunc debet citari is, cuius intereſt, vt in l. nam ita diuus. ff. de adoptio. & in aut. ſi omnes. C. ſi vt ſe ab hæred. abſt. & in l. fi. C. de autho. præſtan. & in Authen. de inſtrumen. cau. & fide. §. quibus. quod nota. in aut. ſi quis in aliquo. C. de eden. & in l. geſta. C. de re iud. & in l. ſolam. C. de teſt. & ff. de adminiſtrat. tut. l. chirographis, in c. ſignificauit. inf. de teſti. Si verò eorū, quorum intereſſe poſſet, nomina ſunt expreſſa, non eſt opus, citationem fieri ad inſinuationem faciendam, ſed ſufficit fieri generalem proclamationem: quod ſi quis velit intereſſe inſinuationi talium inſtrumentorum, debeat coram tali iudice certo loco & tempore comparere, ad videndum fieri prædictam inſinuationem, arg. l. ſi eo tempore. C. de rem. pig. & l. vt perfectius. C. de anna. excep. & l. ſed ſi pupillus. §. proſcribere. ff. de inſtitoria. ad quod vide quod tradit Spec. in tit. de inſtrum. edit. §. oſtenſo. verſicu. qualiter autem fiat. & verſicu. quid ſi citatio. Et ad id quod dixi de citatione ſpeciali & generali, vide quæ latius dixi artic. 22. faciunt quæ ſtatim dicam de exemplatione, in qua exigitur citatio omnium quorum intereſt, cum tractetur de magno præiudicio, ex eo, quia inſtrumento exemplato ſub debita forma fides adhibetur, vt in ca. fin. inf. de fide inſtrumen. & ibi dixi. facit quod notatur in cap. ſignificauit, &c. Albericus. inf. de teſti. & ibi not. Innoc. & Hoſtien. in capitu. penult. de cōfirma. vti. in cap. cum olim. infra de priuileg. & ibi dixi in primo notabili. tenent Hoſtien. & Docto. in capit. penultimo, & fina. infra de fide inſtrumento. Et tenent Simon Vincen. Goffred. in dicto capit. penultimo. Cynus, Bart. & Bald. & Docto. communiter in authen. ſi quis in aliquo. C. de eden. & Barto. conſilio 46. quod incipit, Vita. & Spec. in dicto §. oſtenſo. verſic. & vt plenius. & ſi tendit in præiudicium certæ perſonæ, debet eſſe ſpecialis: aliàs ſufficit generalis, vt d. l. ſi eo tempore. & in dicta authen. ſi omnes. & per gloſ. & Innocen. in dicto c. Albericus. & in dicto cap. fin. de fide inſtrument. faciunt quæ notant Doctores in l. decem. ff. de verb. olig. & quod not. in cap. fin. de ele. lib. 6. & ibi per dominum Dominicum poſt Petrum de Anchara. & in l. meminerint. C. vnde vi. Ad quod vide omnino limitationē, quam poſui in cap. accepimus. infra de priuile. in 1. quæſtio. & quod latè dicam in tit. de fide inſtrum. vbi etiam dicam, quòd eſt vtile quod de hoc fiat publicum inſtrumentum. ¶ Aduerte tamen: quia Spe. in d. ver. & vt hic plenius, in fine dicit, ꝙ Vince. in c. fi. de fi. inſtrum. & Gui. de Suz. in d. auth. ſi quis in aliquo, negauit, quod pars ſit citanda: quia non reperitur iure cautum. & Ioan. And. ibi dicit in addi. quod præfatus Guido nunquam potuit adduci, quod pars de neceſsitate eſſet citanda. & quod ipſe Guido in dicta authent. ſi quis in aliquo, formabat quæſtionem. Quid, ſi tale inſtrumentum poſtea producatur, contra quod aduerſarius allegat, ſe nō fuiſſe citatum? Item, petit originale exhiberi, ꝙ vult probare falſum. primum negat: ad ſecundū eum reſpondet, ſe illud perdidiſſe? dicit ipſe, quod non audet conſulere, publicationem non valere, ſed pronunciauit iudex perſonarum & cauſæ qualitate penſata, inſtrumentum ſeu exemplatum eſſe ſuſpectum & ſic producens carebit illius cōmodo ſeu effectu, niſi illud iuſtificet. C. de prob. l. iubemus. & de fi. inſt. l. fi. in princ. & C. de falſis. in l. fi. Conſuluit tamē, vocari eum, qui ex ipſa exemplatione lædi poſſet. Quare dicunt, quod tutius eſt, ꝙ tales citentur. Sed communis opinio eſt, quam ſupra dixi, exigatur citatio. pro qua faciunt, quæ dixi ſupra eo. art. q. 1. ¶ Prædicta tamen limita, quando fit exemplatio propter vetuſtatem: ſecus, ſi propter aliam cauſam, ita quod poſsit recurri ad originale, prout voluit Gul. de Suza. Ad quod vide, quod ſtatim dicam de publicatione inſtrumentorum notarij defuncti. ¶ Secundò limitatur, ſi modò pars ſit præſens, vt poſsit citari: ſecus, ſi abſens: ar. eorum, quę notatur in c. quoniam frequenter. in prin. ſupra vt lite non conte. & ibi dixi in 4. art. fallent. 3. ver. primò requiritur. Et ita conſului conſilio, quod incip. Notabilis mercator,

¶ Ter-

¶ Tertiò limitatur, nisi exemplatio fieret iudicis authoritate ex mandato Papæ: quia tunc non requiritur dicta solennitas, secundum Hosti. in c.2. infra de fideiuss. per illum tex. licet Innoc. ibi sentiat contrarium, & malè, secundum Hosti. & sic referendo transit ibi Ioan. de Imo. de quo latius dicam in tit. de fi. instru. Similiter etiam, si petitur instrumentum notarij defuncti, requiritur citatio illorum quorum interest, de quorum præiudicio agitur, per d.c. significauit, & c. Albericus. de testib. tenet Hosti. in c.pen. de fi. instru. Sed hoc non placet ibi Dom. meo, cum non vertatur præiudicium partium eo, quod potest recurri ad originale, vt in cap. quoniam contra. de proba. facit l. si quis ex argentarijs. §.1. & l. quidam. §. nihil. ff. de eden. Non obstant iura in contrarium allegata: quia loquuntur in alio casu, vbi versatur maius præiudicium, prout statim dixi de exemplatione & insinuatione. ¶ Ego arbitror, dici posse, vt dixi in d.c.pen. de fi. instru. quod in commissione, quæ fit notario, vt possit generaliter alterius notarij defuncti notas, seu contractus redigere in publicam formam, debeat fieri generalis citatio, vt compareant omnes, qui sua putauerũt interesse, sed postea in qualibet redactione ad publicam formam non sit necessaria citatio. Quod tamen vltimum rationabiliter videtur limitandum, si possit haberi recursus ad originale, quia reperiatur: & sic procedat opin. Dom. mei, sed si fortè originale non reperietur, secus esset: & sic procedat prima opin. quia si aliud diceremus, fortè in fraudem publicatio posset fieri sub alia forma & substantia: & postea posset subtrahi ad occultantem originale, & via fraudibus est resecanda, nec debet alicui dolus patrocinari, vt in c. sedes. de rescri. & in c. ex literis. infra de do. & contu. cum alijs vulgatis. ¶ Consulerem tamen omnino ante factum ad fugiendas opiniones, quod citatio fiat specialis, & nominata de certis, quorum interest: & generalis de incertis, secundum quod dicam in 22. princ. artic. Et vide, quod dicam infra 7. artic. versi. vigesimo procedit, & duobus seq.

14 ¶ † Decimò quæro, Vtrum iudex, qui processit ex officio, debeat citari, vt defendat processum suũ, de cuius validitate vel inualiditate agatur? Sol. Gl. super ver. coram superiore. in c. cum speciali. §. porro. infra de appe. distinguit; quòd aut iudex processit ex officio: & est citandus, cum agitur de reuocatione processus sui coram superiore, sicut vocaretur aduersarius. Aut non processit ex officio, & tũc non est citandus, quia ius eius non læditur, ar. 2.q. 6.c. hoc etiam. Inno. vero in c. de cætero. inf. de transact. tenet, quòd non sit citandus, licet possit comparere ad defendendum processum suũ. Et sequuntur Hosti. & Ioan. And. facit 2.q.6.c. hoc quippe. & remittit Inno. ad no. in d. §. porro. Idem etiam tenet Ioan. And. in c. in nostra. infra de procu. super glo. fi. vbi dicit, ꝙ iudex, qui tulit sententiam, vbi actum est ordinarie, non citabitur de necessitate, per no. in d.c. de cetero. in princ. non ad hoc, vt ferat testimonium de his quæ acta sunt coram eo, vel vt ex dictis ipsius iudex instruatur, vt in c.2. supra de arbi. & in c. cum dilecti. §. nos vero. supra de elect. & infra de accus. c. cum dilecti. §.1. Vbi autem iudex processit ex officio, citandus est, ex quo petitur sententia reuocari, vt d.c. cum speciali. §. porro. & in c. venerabilibus. de sent. excom. lib.6. Tu vero ex dictis Doctorum hinc inde collectis, distingue, quòd aut iudex processit ex officio, aut ad instantiam partium. ¶ Primo casu citandus est, vt no. Glo. in d. §. porro. & dom. Anto. de But. & Dom. meus ibi, & sentit Glo. in ver. constiterit. in c. sacro. de sent. excom. Aut processit inter partes: & subdistingue, quòd aut agitur de pœna iudici imponenda, vt si electus dicat, se appellasse ab episcopo, qui sine legitima causa recusabat eum cõfirmare: nam si mandetur alicui, vt inquisita veritate confirmet illum, si est ita, debet talis nominatim citari: quia in pœnam ipsius, qui recusauit confirmare, mandatur alteri, vt confirmet, 9.q.3.c. nunc vero. faciunt quæ dixi supra, eo. art. q.8. Et coniunge hoc ad id, quod ibi dixi. Et idem quotiescunque agitur de præiudicio ipsius iudicis, quia tunc semper est citandus: etiamsi processerit ad partis instantiam, vt etiam no. Glo. in d. §. porro, & sequitur ibi Hosti. dom. Anto. Ioan. de Imo. Do. meus, & Doc. & ibi dixi post eos, & sentit Glo. in c. sacro. infra de sent. excom. quia in præiudicium absentis nihil est innouandum, vt in c. inter quatuor. de maio. & obed. & in cap. 1. supra de cau. possess. & propric. 3.q.9.c. caueant. & c. omnia. dixi supra eo. ar. q.1. facit 2.q.6.c. si quis erga. & c. si quis ab episcopo. Et istis casibus, quando de necessitate citandus est iudex, si non citatur, non tenet processus, tradit Fede. consi. 204. tenent dom. Anto. Dom. meus, & Ioan. de Imo. in d. §. porro. dicam latius infra arti. 41. Aut non agitur principaliter de præiudicio ipsius iudicis: & tunc aut quæritur, vtrum sit de necessitate citandus? Et dicendum est, quòd non, posset tamen comparere & assistere ad defendendum processum suũ, & isto modo soluetur dictum Innoc. Hosti. & Ioan. And. in d.c. de cætero. facit quod habetur in c. dilectus. el 1. & ibi Dom. meus, Zaba. & Doct. supra de rescrip. & per Inno. per c. in nostra. de procu. & optimè facit c. venerabilibus. in prin. de sent. excom. lib.6. & ibi Archi. Io. And. & D. Dom. Potest enim assistere processui ex eo, quòd quædam præsumptio oritur contra eum retractatione, facit l. si suspecta. ff. de inoffi. testa. & quod no. in d.c. venerabilibus. Et optimè facit c.2. in prin. supra de rescrip. & ibi dixi in primo no. & quod dixi supra eo. art. q.1.

15 ¶ † Vndecimò quæro, Vtrum debeat citari, qui sua putat interesse? Sol. Collige ex his, quæ supra dicta sunt eo. art. q.1. & in proximis præcedentibus quæstionibus. Si enim principaliter agitur de interesse illorum, si sunt certi, nominatim sunt citandi: si vero incerti, sufficit citatio generalis. Si vero ad quorũ interest, sed non principaliter: tunc non sunt citandi de necessitate: possunt tamen citari, si sua putauerint interesse ad effectum, vt processus inter alios gestus possit illis præiudicare, vt dixi in d.1.q. facit, quod dicam in seq. quæst. Vide omnino quæ tradidit Bal. in l.1. C. ne fil. pro pat. & Saly. l.3. C. ne fil. pro pat. fol.53.

16 ¶ † Duodecimò quæro, qui sint citandi, virtute clausulæ, Vocatis vocandis? Sol. Glo.1. in c. exhibita. sup. de iud. dicit, quod omnes sunt vocãdi, quos negotium tangit. supra de temp. ord. c. si Archiepiscopus. 66. dis. c. si Archiepiscopus. 8.q.1.c. licet ergo.

go.ff.de adop. in l.nam ita diuus.ff.de mino.l.in causæ.§.causa.C.de auth.præstan.in l.fi. Et si sunt certi illi, de quorum præiudicio agitur, specificè sunt citandi: alias sufficit citare per edictum generale, vt dixi in præceden.quæst. & latius dicam infra in 22. princip.artic. Et qualiter debeat procedere iudex, qui datur cum dicta clausula, scilicet, Vocatis vocandis, dixi in d.c.exhibita.in 4.notabili.

17 ¶ † Decimotertiò quæro, Quid si mandetur, quod citentur omnes, qui se opponere volunt, quis sit citandus vigore talis mandati? Sol. Dic, quòd quandoque superior mandat citari omnes, qui se volunt opponere, & quorum interest. & hoc casu dicit Innoc. quod debet proponi edictum, vt quicunque vult se opponere facto, super quo agitur, tali die compareat, vt in c.cum in tua. infra qui ma.accusa. poss. & quid operetur talis citatio, remittit Ioan. And.ad ea, quæ traduntur in c.fin.de elect.lib.6. & in d. c.cum in tua. & dicit Innoc. quòd iste citator potest citare, etiam nominatim quos vult, ad opponendum se contra factum, de quo agitur, si volunt se opponere: & si non comparuerint, fiet eis præiudicium, vt colligitur ex d.c.cum in tua. secundum Innoc. in d.c.dilecti. infra de excep. vbi etiam subdit, quòd hoc casu nullum præcisè citare potest, sed tantummodo, si vult comparere: talis ergo citatio, & longè minus citatio per edicta non arctat aliquem, sed in cuiuslibet residet potestate, si voluerit comparere, & sibi creditur expedire. de quo Ioan. And.in d.c.dilecti. remittit se ad no.in c.cum in virtute.de rescrip.lib.6. & transeunt ibi dom. Anton.Ioan.de Imo.& Zaba. Ad quod vide quod dicam infra eod. artic.quæst.31. ¶ Quandoque vero commissio emanat sub ista forma, videlicet, quòd si citentur omnes, qui se opponunt electioni Titij, aut super alio simili facto: Et hoc casu dic, quòd ad citatorem pertinet aliqua cognitio. debet ergo citare eos, quos Titius electus petit citari: & ab eis quærere, vtrum se velint opponere vel non? Et si responderint, quòd velint, tunc citabit eos, si dixerint, quòd nolint, sunt absoluendi à citatione. Pro quo faciunt iura, quæ dicunt, quòd omnia iudicia sunt absolutoria, Instit.de offi.iudi.§.fi.& dicit Hostien. quòd pro eis facit: quia nemo de domo sua vocari debet, ff.de in ius vocan. in l.plerique, & l. seq. & quòd nemo præcisè cogitur se defendere, sed satis est, quòd aduersarius mittatur in possessionem bonorum ipsius, vel alias pęnas patiatur, quæ imponuntur his, qui se non defendunt, secundum ea, quæ traduntur in c.tuæ. supra vt lite non contestata. Nec obstat, secundum Hosti.l.inter stipulantem.§.1.ff.de verbo. obliga. vbi dicitur, quòd iudicium redditur in inuitum: quia bene dicitur reddi in inuitum, si ex quo venire recusat proceditur contra ipsum, secundum Hosti. in cap.dilecti. de dolo & contum. Sed Innoc. non placet ibi hæc opinio: quia cum prædicta clausula, scilicet, Cites omnes, qui se opponunt, &c. intelligenda sit de his, qui ante datam literarum citatoriarum se opposuerunt, & illius, cuius negotium agitur intersit vel interesse possit, eos se non opposuisse sibi, non sunt absoluendi à citatione, ex quo semel opposuerunt non satisfaciant de interesse, quamuis dicant, se amplius nolle opponere, secundum Inno. arg.ff.de interro. actio.in l.de ætate.§.fin.& de condi.cau.da. in l.dedit.& l.si pecuniam. cuius satisfactionis cognitio ac diffinitio non est citatoris, sed iudicis. Si ergo citator vult bene & plene officio suo fungi, debet sine alia inquisitione interrogationis citare illos, quos impetrator sibi dixerit nominandos. Debet tamen impetrator cautus esse in nominatione: quia si facit citari illum, qui se nunquam opposuit, vel cuius non interest, vt citetur: & sic in nullo est sibi obnoxius, condemnabitur in expensis, arg. no.in cap.fi. §.1.supra de rescrip. secundum Innoc. in d. cap.dilecti. & sequuntur ibi Ioan. And. & dom. Anton. Zaba. & Ioan. de Imo. facit, quod statim dicam in quęstione, quę huic subiungitur. Quare hic subiungo quæstionem: Vtrum per tales literas citari possint illi, qui primò post datam literarum se opposuerunt: vel qui non de nouo se opponere volunt. Sol. Dicunt quidam, quòd sic: quia illud præsens tempus appositum in dictis literis, videlicet dum dicitur, qui se opponũt, est confusè intelligendum, vt includat in se non solum præteritum, sed etiam præsens pariter & futurum. vnde datur versus.

Præsens confusum, præsentis non tenet vsum.

¶ Alij vero dicunt, quòd non possunt citari, nisi illi, qui se ante datam literarum opposuerunt, secundum Innoc. Et hoc videtur verius secundum Hostien. considerata materia rescriptorum, quæ de natura sua præteritum, hoc est, præcedentia datam literarum respicit, & non futura: vnde dicimus, Inspiciendam datam literarum, vt legitur & notatur supra de rescrip. c.eam te.§.penul. & cap.ad hoc sumus.& c.significauit, & c.fin. Nec fortè mireris, secundum Inno. quod dictum sit, quo ad nutum impetratoris debent omnes citari, quos declarauit: & sic poterunt multi iniustè vexari, quod videtur abusiuum: quia respondetur: Nam si Papa omnes illos in suis literis nominasset, iste commissarius omnes citasset: & tamen eadem absurditas accidere posset, videlicet, quòd multi iniustè vexarentur, sed in vtroque casu si hoc appareat, & citatus compareat, condemnabitur & impetrator ad expensas, vt dictum est. Si vero citatus non compareat, non statim condemnabitur impetrator ad expensas vel ad aliud: imo contra ipsum præmisso iuraméto calumniæ, & cognitione summaria, & non aliter, prout iustum fuerit, procedetur. Tenet Spe.eo.tit.§.sequitur videre.ver.quid de illis. Potest etiam dici, quòd non citabuntur omnes illi indistinctè & indifferenter, qui ab impetratore fuerunt nominati, sed attendere debet citator qualitatem personarum & causæ: & sicut delegans moderatur, ita & ipse delegatus moderabitur qualitatem citandi, & numerum citandorum, arg.no.in c.super literis.§.fin.supra de rescrip.secundum Innoc.quia nec semper obediendum est, vt patet in eo, quod legitur & not. in c.ad aures, & in c.dilectus.sup. de temp.ordi.secundum Host.& Io. And.in d.c.dilecti, & sequũtur communiter Doc.ibi, tradit Spe.eo.tit.§.sequitur. ver.item nota, quod ipse, vbi subdit, Hæc faciunt contra quosdã delegatos, qui sic scribũt aliquibus: Mandamus vobis, quatenus citetis eos, quos talis vobis duxerit nominãdos. Ex quo dicit, vidisse multas vexationes & redemptiones, cõtra quos D.tit.sanctę Ceciliæ presbyter, Cardinalis in Regno Frãcię, Apostolicę Sedis

dis Legatis in Concilio Bituricen. in quo Spec. asserit se interfuisse, per quandam constitutionē prouidit. Sed hodie prouisum est per cap. cum in multis. de rescr. lib. 6. Ad quod vide, quod dicam inf. eo. art. q. 31. Et ex his est expedita hæc intricata quæst.

18 ¶ †Quartodecimò quæro, An & quando cōsanguinei, amici, seu vicini sint citandi? Sol. Glos. in c. causam. inf. de dolo & contum. tenet, quòd ad hoc, vt possit procedi contra absentem ad actum præiudicialem, etiam per citationem domi factam citandi sunt amici. Et sequitur ibi Io. And. & voluit glo. fin. & Imo. in c. fin. inf. de eo, qui mit. in possess. causa rei seruandæ. & glo. in Clem. 1. de iudi. pro quib. facit l. hoc autem. ff. ex quib. cau. in possess. eat. & l. item ait prætor. cum l. seq. ff. ex quibus caus. ma. Et videtur probari in l. si finita. §. Iulianus. ff. de damno infec. tenet Pau. in Clem. causam. de elect. alleg. dictum Hostiens. in d. c. fi. de eo, qui mit. in possess.

¶ Petrus verò & Vltramontani, vt refert Cyn. in l. cùm proponas. C. de bonis auto. iudic. poss. tenent contrariam sententiam, quia hoc non reperitur iure cautum, nisi in casibus specialibus, vt in minore, & sic loquitur d. l. item ait prætor. cum l. seq. ff. ex quibus cau. ma. & quando agitur de conseruando iure speciali, & sic loquitur d. l. hoc autem. ¶ Loquitur enim in processu de iure speciali, videlicet, quando quis petit restitutionem aduersus eum, qui absens præscripserat contra ipsum. Vnde allegat, quod nō habuit opportunitatem conueniendi illum absentem. Ad hoc enim, quòd audiatur, oportet, quòd requisiuerit procuratorem illius, vel si non dimisit procuratorem, debuit requisiuisse amicos, si voluissent illum defendere: secùs, si ageretur contra aliquem non pro iure speciali, sed iure communi, secūdum Petr. & Cyn. & tenet Raynerius in d. l. ergo. ff. ex quib. cau. ma. ¶ Glos. tamen in l. 2. ff. ex qui. caus. in posses. eatur. idem sentit etiam in maiore, & etiā quando proceditur de iure communi. & sic videtur concordare cum prima opinione, licet do. Anton. in d. c. causam. alleget illam pro contraria opini. sed malè, quia tenet id, quod dixi, quod tamen procedit, nisi quis primus comparuisset, quia tunc si iterum citatus non compareat, cùm sit contumax, nō est opus requirere amicos, secundum illam glos. secundum quam limitaretur prima opinio, si vera esset. Bart. verò in d. l. hoc autem. recitat opin. & nihil firmat. de quo etiam per eū in l. si finita. §. Iulianus. ff. de dam. infec. vbi sentit, quod debent citari amici per edictum generale, ex quo multitudo vocatur ad causam, ar. d. l. hoc autem. Nec est necesse, licet Glo. ibi vacillet, quod vocentur amici, habitantes extra ciuitatem, in qua iudicium agitur, & sic residet do. Anton. in d. c. causam. & hanc opin. dicit Ioann. de Imo. esse communem opinio. antiquorum. ita dicit in cap. fin. inf. de eo, qui mit. in pos. Sed in d. ca. causam. dicit totum esse seruare opinionem Glo. & Inno. putat tamen, quòd de iuris rigore talis consanguineorum & amicorum citatio nō requiratur, pro qua opin. facit tex. in d. c. causam. & in Clemen. causam. de elect. & in c. fin. de dolo & contuma. & l. 4. §. prætor. ff. de dam. infec. in quib. iuribus, vel dicitur de citatione amicorum. Vnde dicit ipse, sequendo opin. Vltramontanorum, quòd iura contraria seruentur in casibus suis, videlicet in processu fiendo contra minorem, vt dixi supra, secundum Henricū. Et idem dicit, si fieret contra ecclesiam, vel aliā personam priuilegiatam, argumento. l. secundæ. C. de iu. reipublicæ. lib. 11. & d. l. ergo. ff. ex quibus cau. maio. faciunt quæ dixi in clement. prima, de rescrip. & in clem. de iudic. & per Innocent. in cap. cum venerabilis, de relig. domi. & eodem modo respondetur ad l. aut qui aliter. §. & si fortè. ff. quod vi, aut clàm. vbi fit mentio de ista requisitione amicorum, quia seruanda est in casu suo. & idem etiam vult Io. de Imo. in l. si finita. §. si plures. ff. de damno infec. Et Dominus meus in d. capit. cum causam. qui subdit, quòd in casibus, in quibus fieri debet citatio consanguineorum & amicorum, ista erit practica, vt fiat edictum generale, quod si quis consanguineorum, vel amicorum vult defendere, compareat, nec est opus, quod requirantur extra prouinciam, seu ciuitatem, quia sic esset processus in infinitum, vt not. Glo. & Bart. in d. l. hoc autem.

¶ Aduerte tamen, quia Spec. eod. tit. §. super. ver. sed nunquid consanguinei, primò arguit, quod nō sint vocandi extra prouinciam, quia ibi debet iudex præcipere, vbi res agitur. ff. de reb. eorum. l. magis. §. illic. Et quia illi non sunt de iurisdictione, argumen. l. fin. ff. de iurisd. om. iud. & l. cum vnus. §. is. ff. de bonis auth. iudi. poss. & quia per hoc causa differretur, quod esse non debet. ff. de proc. l. sed & hę. §. non solum. & inf. de do. & contum. c. fin.

¶ Deinde subdit, quòd omnes cōsanguinei sunt vocandi, vbicunque sint, & hanc approbat, quia eā tenuit Gl. & Iacob. Balduini. ¶ Mouetur, quia text. dicit, Omnes vocandos, quos verisimile sit, defensionem non omissuros. Subdit etiam Spec. secundum prædictos, & Io. de Deo, nullum debere proprio nomine citari, sed sufficit edictum proponi, q̄ quicunque voluerit defendere, veniat & defendat, ff. de institoria. in l. sed & si pupillus. §. proscribere. & in cap. primo. de postu. prælato. circa principium. & in cap. fin. inf. de do. & contum. & sic obseruatur Bononiæ, secundum Spec.

¶ Sed hæc conclusio Speculatoris videtur repugnare opinioni suæ, ex quo citatio fit generaliter. Mihi plus placet opinio Petri & Cy. & Domini mei, quia etiam vbi agitur contra pupillum, si pupillus habet tutorem, non est necessaria dicta citatio consanguineorum & amicorum, vt d. l. hoc autem. §. 1. ff. ex quibus causis in posses. eatur. Et istam opin. etiam tenet Io. And. in addit. Specu. in tit. de primo decreto. §. sequitur. circa principium. & tenet Bald. in authent. qui semel. C. quomodo & quando iud. qui dicit, quod ita debet intelligi glos. in d. cap. causam. vt quod ibi dicitur de amicis citandis, locum habeat, quando proceditur contra minorem, vel absentem, ex probabili, vel necessaria absentia, & de absentia constet iudici.

¶ Sed propter vitandas opiniones consulerem, quòd ante factum fiat dicta citatio, vt etiam dicit Ioan. de Imo. infra de eo, qui mit. in possessionem, vbi dicit, quòd tutius est in practica seruare opinio. Glossato. facit etiam secundum Dominum meum, quia absens ex quo se voluntariè absentauit, & non dimisit procuratorem, videtur in culpa, & ideò nō debet seruari æquitas consanguineorum & amicorum citandorum, quia negligentibus non subuenitur,

tur, vt in cap. vigilanti. infra de præscrip. & in l. nec enim. ff. ex quibus cau. maio. facit, quod no. Bal. in auth. qui semel. C. quomodo & quando iudex. vbi dicit, quod si absens potest notari de culpa amici non sunt citandi: & subdit, quòd etiam in criminalibus non sunt citandi, in quibus amici non possunt defendere absentem. Et sic habes expeditam notabiliter hanc quæstionem.

19 ¶ † Decimoquintò quæro, vtrum absens extra territorium sit citandus? Sol. Glo. 3. in c. fin. supra de maio. & obed. tenet, quòd in actibus vniuersitatis absentes non sint citandi, pro qua videtur facere tex. in d. c. fi. & hoc etiam tenet glo. quæ reputatur singularis in verbo, ipsorum. in c. præsentium. de testi. lib. 6. quæ dicit, regulariter absentes non esse vocandos: nisi aliud habeat consuetudo. ¶ Fallit tamen in tribus casibus, videlicet, in electionibus fiendis, in receptione canonicorum, & in cessatione à diuinis, per ea, quæ habentur in c. coram. de elect. & in c. quamuis. de offi. ordi. lib. 6. & in c. cum in ecclesijs. de præb. lib. 6. Sed do. Anto. in d. c. fi. dicit, quòd in negotijs arduis absentes semper viderentur vocandi, nisi ius aliud disponat: secus in non arduis. Et sic dicit voluisse Inno. in c. 2. de ope. no. nunc. ¶ Sed dicit Ioan. de Imo. in d. c. fi. quod tutior est opin. Glo. per ea, quæ habentur 10. q. 2. c. hoc ius porrectum. vbi etiam in alienationibus rerum ecclesiarum, licet negotium de se sit arduum, nec fieri debeat sine magna solennitate, de qua 12. q. 2. in summa. & c. fine exceptione. & in auth. hoc ius porrectum. C. de sacrosan. eccle. non tamen est necesse vocari absentes, cuius contrarium deberet esse, attenta regula Innoc. & do. Anto. Nec videtur posse reddi vera specialis ratio, quare ibi non vocentur, & in alijs arduis debeant vocari, & ideo tutius est tenere glo. quæ etiam communiter tenetur, secundum Ioan. de Imo. in d. c. fin. de maio. & obedi. Sed Dominus meus ibi tenet opin. dom. Anto. pro qua facit, quia in tribus casibus prædictis assignatis per glo. in d. cap. præsentium. non videtur posse assignari alia ratio, quare absentes in illis sunt vocandi, non quia sunt ardui. igitur &c. & ita etiam no. do. Anto. in c. licet de euitanda. supra de elect. & in d. c. 2. de ope. no. nun. Nec obstat c. fi. de maio. & obedi. vbi agebatur de negotio magno & arduo: quia in illud procedit propter mandatum Papæ, qui expressit, præsentes tantum vocari, & non absentes: pro quo facit glo. in cap. 1. de his, quæ fiunt a maio. par. capit. quæ vult, quòd in statutis condendis sint vocandi absentes, & idem glo. in c. cum omnes. de consti. ¶ Sed tu aduerte, quia idem dom. Anto. in cap. 1. de his quæ fiunt a præla. volens concordare opin. distinguit, quòd aut loquimur in actibus grauis præiudicij, & regula sit, quòd exigatur vocatio absentium: non in casibus, in quibus in iure aliter reperitur expressum, vt in c. apostolica. de his quæ fiunt a præla. Aut loquimur in leuibus, & regula sit per contrarium, quòd non requiratur citatio absentium, non vbi aliter reperiatur in iure expressum: Quæ consideratio fuit satis notabilis & subtilis. Et de hac materia tangit etiam dom. Anton. in cap. licet. & cap. cum inter vniuersas. supra de elect. ¶ Sed tu aduerte, quia ista materia potius pertinet ad actus extraiudiciales, de quibus non est intentio nis nostræ tractare, vt diximus in principio materiæ nostræ. Quia tamen articulus est multum quotidianus & intricatus, ideo ad hoc, vt ipsum articulum expediamus, quo ad actus iudiciales & extraiudiciales, distingue, quòd aut loquimur in actibus extraiudicialibus, aut in iudicialibus. Primo casu quæstio nostra & dubitatio contingit, vt plurimum respectu vniuersitatum & eorum, quæ collegialiter aut capitulariter fieri dicũtur, quoniam in actibus, quæ fiunt à singularibus personis, vix videtur posse procedere quæstio. distingue igitur, quòd aut loquimur de iure canonico in vniuersitate ecclesiastica, aut de iure ciuili in vniuersitate seculari.

20 ¶ † Primo casu pono regulam, quòd absentes regulariter non sunt vocandi: quia si speciale est in aliquibus casibus, quòd sint vocandi: ergo regula est in contrarium, vt l. 1. in fi. ff. ad municip. cum similibus, & ita procedat opinio glo. & Innoc. tenet glo. 10. q. 2. cap. hoc ius porrectum. & glo. super verbo, prout. in cap. quamuis. de offi. ordi. lib. 6. sentit glo. super ver. totius. in d. c. si apostolica. de his quæ fiunt a præla. & Hosti. in sum. in tit. de his quæ fiunt a maio. par. cap. §. 2. Prædicta tamen regula fallit in pluribus casibus.

¶ Primò fallit in actu electionis, vt no. glo. in c. præsentium. de testi. lib. 6. & glo. in c. licet. & in cap. cum inter vniuersas. & in c. coram. supra de elec. de qua materia latius dicam in tit. de elect.

¶ Secundò fallit in receptione canonicorum, vt no. glo. in d. c. præsentium.

¶ Tertiò fallit in cessationibus à diuinis, vt no. glo. prædicta, & est tex. in cap. quamuis. de offi. ordin. lib. 6.

¶ Quartò fallit, si consuetudo habet, quod absentes sint vocandi: in hoc enim statur consuetudini, vt no. glo. in d. c. quamuis, & probatur ibi in tex.

¶ Quintò fallit in facienda constitutione seu statuto, tendente ad singulare præiudicium absentiũ, quia tunc etiam absentes sunt vocandi, vt sentit gl. pen. in c. 1. de his quæ fiunt a maio. par. cap. Quinimò videtur posse concludi, quòd tunc requiratur consensus omnium, de quo in seq. fall.

¶ Sextò fallit etiam, iudicio meo, in omnibus casibus, in quibus tractaretur de singulari præiudicio ipsorum absentium, per ea, quæ statim dixi in præcedenti fall. Quinimò arbitror secundum glo. in d. c. 1. quòd consensus omnium requireretur, nec sufficeret consensus maioris partis: de qua materia traditur in cap. omnes. supra de consti. & in regula, quod omnes tangit. de reg. iu. lib. 6. & in l. quod maior. ff. ad municip.

¶ Septimò fallit in casibus, in quibus per formã statuti absentes essent vocandi: quia si hoc potest consuetudo, vt dixi in quarta fallentia, fortius videtur hoc fieri posse per statutum. facit, quod no. in c. cum nobis olim. & in c. cum inter vniuersas. sup. de elect. Quod indubitanter procedit in vniuersitatibus secularibus, vt statim dicã. Sed in Ecclesiasticis non videtur hoc procedere respectu casuũ, in quibus canones expresse disponerent, actus posse celebrari non vocatis absentibus: quia licet inferiores Ecclesiæ possint inducere consuetudinẽ contra positiuam constitutionem superioris: non tamen possunt statutum condere, vt traditur in c. quod super his.

his infra de maio. & obed. & per Ioan. And. in c. fi. de offi. Arch. & 22. q. 5. institutum, & ibi per Arch. & in c. pen. de appel. lib. 6. in quibus dicitur, quod episcopus etiam in synodo non potest statuere contra canones, tetigi in cle. 2. de elect. & latius tractabo in tit. de constit. & in tit. de consue. ¶ Arbitror tamen posse attentari, quod stante dubietate propter prædictas opiniones respectu eorum, quæ ardua sunt, quod statutum vniuersitatis Ecclesiasticæ disponēs, quod in causis arduis requirendi sint absentes, valeret, per no. per Glo. in regula, qui contra iura. de reg. iu. lib. 6. & eorum, quæ no. Bart. in Glo. super ver. per edictum. in extrauag. ad reprimendum, & quæ latè dixi in cap. 1. de ope. no. nunc. Intellige tamen vbi alias canones contrariū clare non disponerent. ¶ Si vero loquimur de iure ciuili, Barto. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iu. dicit, quod non sunt vocandi, sed sufficit, quod actus fiat in loco, in quo fieri consueuit per vocationem generalem, vel sonum campanę: non autem requiritur aliter vocatio absentium, per no. in l. nominationum. C. decurio. lib. 6.

¶ Vult tamen, quòd semper ad minus debent esse duæ partes præsentes: de quo latius dicam in tit. de his quæ fiunt a maio. par. cap. ¶ Videtur tamen, quod in actu electionis fiendæ etiam per vniuersitatem secularem sint vocandi absentes, cum de iure ciuili non reperiatur contrarium dispositum, per id, quod habetur in d. c. 1. de ope. noui nunc. & id quod statim dixi, secundum Bar. in Glo. super ver. per edictum. & ad d. l. nominationum. potest dici, quòd tunc sufficit duas partes esse præsentes, quando vocandi essent absentes, secundum Io. de Imo. in d. c. 1. de his, quæ fiunt a maio. par. cap. ¶ Et eodem modo idem videtur dicendum de alijs casibus specialiter dispositis à iure canonico, de quibus supra dixi, in quibus ius ciuile expressè non disponeret in contrarium. Et intellige de conuenientibus vniuersitatis secularis, quod tamen pro nunc aliter non firmo. ¶ Secundo casu principali, cum loquimur de actibus iudicialibus, dicendum est, quod citatio est necessaria, per l. nam ita diuus. ff. de adop. & per ea quæ latius dixi supra eod. artic. q. 1. ¶ Sed istius q. vis stat respectu formæ & loci citādi, vtrum sufficiat, absentem citari ad domum, & ad quam: de quo dicetur infra, artic. 17. q. 9. Et an sit necessarium, facere executionem, vtrum dimiserit procuratorem, & citare ipsum procuratorem: de quo latè dixi supra eod. arti. q. 4. ¶ An vero debeat, vel possit fieri commisio citationis alteri iudici existenti extra territorium: de quo dicetur infra, art. 17. q. 8. Vel etiam mittere nuncium extra territorium: de quo aliquid tetigi in c. fin. supra de foro compe. super Glo. 3. in materia domicilij. in 7. q. princ. versi. tertius effectus. Statuta tamen communiter prouident circa citationes absentiū, & illa seruanda sunt.

21 ¶ † Decimosextò quæro, vtrum præsens in iudicio sit citandus? Sol. Vgutio 5. q. 2. cap. vocatio. tenuit, quod necessaria esset citatio, & quod præsens in iudicio non teneretur respondere, cum non præcesserit citatio, nec ad hoc venerit. Quod etiam videtur probari secundū Archi. per l. 2. in fi. ff. de condi. & demon. & ff. de iudi. in l. 2. §. legatis. vbi tex. dicit, quoniam ob aliam causam venit, &c. sed oportet secundum quosdam eum promittere, quod certa die respondebit, arg. de l. 2. §. sed si dubitetur. Et sic dicit Arch. in d. c. vocatio. se vidisse seruare in curia Romana. Et idem etiam tenuit Vince. in c. 1. supra de iud. per illum tex. Spe. vero in tit. de lib. obla. §. sequitur. versi. item dicunt quidam. dicit, quod licet reus à casu venit corā iudice nulla citatione præmissa, potest tamen ei offerri libellus, quia vbi te inuenero, &c. 2. q. 1. in primis. & auth. qua in prouincia. C. vbi de cri. agi opor. duntamen sibi concedatur libera potestas proponendi dilatorias, tam fori, quàm alias, 3. q. 6. c. exceptio. de re iudi. c. inter monasterium, & tempus ad deliberandum, vt in auth. offeratur. C. de li. conte. Io. And. in c. fi. de elect. lib. 6. dicit, quod in processu & sententia satis est, partē esse præsentem absque eo, quod præcedat citatio. Ad primum allegat c. qualiter. 2. §. debet. infra de accusa. Ad secundum allegat ff. de re iud. l. de vnoquoque. in quibus nihil dicitur de citatione, sed solum de præsentia. & bene facit C. quomo. & quan. iud. in quarta, & in l. si proponis. 2. Vbi à contrario colligitur, quod si citata fuit pars ad certum locū, & iudex in alio loco procedat, tenet processus præsente parte. ¶ Mouetur etiam, quia cum effectus citationis sit, vt citatus veniat: ex quo præsens est, cessat citandi necessitas. facit ff. de lib. agno. l. §. fi. secundum Ioan. And. in d. c. fi. & sequitur ibi Pet. de Ancha. & post eum do. Dom. dicens, quòd si citandus venit ad iudicium absque citatione, & respondet actui, valet actus. Et idem tenet Guli. de Cu. & Bar. in l. 1. ff. de in ius voca. & in l. prolatam. C. de sent. & dicit Pet. quod hoc est singulare dictum, & etiā sequitur Lap. in d. c. fi. tenet Domi. meus in c. Ecclesia. de consti. in Glo. super ver. nulla. & do. Anto. c. 1. de iudi. Bal. in rub. C. de in ius vocan. dicit, quod iudicium potest incipere à partis præsentia, sicut à citatione, secundum Guli. in l. 1. ff. de in ius vocan. Sed ipse allegat Glo. ordi. l. fi. §. illud. C. de temp. appel. & est dictum Ioan. And. in d. c. fi. de elect. lib. 6. Idem Bal. in l. 2. C. quomodo & quando iudex. reiterata opinione Archi. dicit considerari oportere, quòd dilationes habent diuersa nomina, & hoc ex proprio fine. nam finis expectatiuarum dilationum est solum ad comparendum, & tunc præsens nō est expectandus. Finis autem probatoriarum est probatio: & tunc præsens est expectandus, C. de testi. in l. si quando. vnde expectatoria solum est necessaria propter causæ vlteriorem cognitionem. Et idem quasi sentit Barto. in l cum fratrem. C. de his, quibus vt indig. Tradit etiam in l. mutus. §. his. ff. de procura. qui dicit, quòd citatio non est necessaria, quando quis est præsens in iudicio, quia paria sunt esse præsentem, & citatum, per d. l. de vnoquoque, & idem etiam sentit in capit. 1. de milite vasal. qui contumax est. in fi. 2. quæst. Ange. vero in l. de vnoquoque. ff. de re iudi. dicit, quod si partes sunt præsentes, licet nulla præcesserit citatio ad sententiam audiendam, tenet sententia: & quòd stultus est iudex, qui facit citari partes, quando sunt præsentes: allegat l. 2. C. quomo. & quando iudex, & l. etiam. §. fin. ff. de minor. & l. properandum. §. 1. C. de iudi. & Ioan. And. in additio. Spec. de sententia. §. vt autem. versic. & nota. pro quo dicto facit, quod dixi infra, articulo 20. quæst. 3. in fi. vbi vide. Sed dicit

cit Ioan. de Imo. quòd imo non est stultum: imo est cautum citare vel monere ad sententiam audiendam, vt no. Ioan. And. d. versi. & no. imo tamen est necessaria, si altera pars noluit ibi stare, per no. per Bar. in l. 1. ff. de in ius vocan. & l. furioso. ff. de re iudic. subdit tamen Ioan. de Imo. quod fortè de iure sufficeret, partem esse præsentem, per d. l. de unoquoque. & per d. l. etiam, & quod no. per Io. And. in c. fin. de elect. lib. 6. Bald. etiam in l. 1. ff. de feri. dicit, quòd inter præsentes citatio non est necessaria, vnde dicit, quòd licet citatio sit nulla: tamen valet processus inter præsentes, licet ergo non valeat citatio, valeat comparitio & processus, qui inde fit, no. Bal. ibi per illum tex.

22 ¶ † Sed tu conclude, quòd præsens tenetur respondere, vel terminum petere ad deliberandum aut ad probandum, vel quid simile faciendum, nec ad hoc necessaria est noua citatio: quia finis citationis est comparitio, videlicet vt quis se præsentet: & ideo præsens non est citandus. Ita procedat opinio Spec. Ioan. And. & sequacium. & no. etiam Bal. in l. nam ita diuus. ff. de adop.

¶ Etenim quæ sunt ad finem, cessant adepto fine, vt in c. euidentia. infra de accusa. & idem etiam tenet Bal. in auth. si omnes. C. si vt se ab hære. absti. & Dominus meus in capit. inter quatuor. supra de maior. & obedi. & in cap. cum in iure. supra de offi. deleg. & Guliel. & Bald. in l. 1. ff. si quis cautio. Et sic patet quod præsens non potest dicere, cites me si vis quòd tibi respondeam, sed bene potest petere terminum ad respondendum, vt dicit Bal. post Guliel. in d. l. 1. in fi. quæstionis. Ad quod etiam vide quod dixi in c. 2. supra de libe. obla. artic. 14. versi. septima conclusio.

23 ¶ † Et ex prædictis infertur, quòd si citatus per citationem nullam: quia sit facta non ritè, vel debita forma non seruata, comparuit: & moneatur a iudice quòd respondeat, quod tenetur respondere, vt no. Innoc. in simili in c. cum causa, supra de offi. deleg. licet Hosti. teneat contrarium: sed dicit ibi Dominus meus, & ibi etiam dixi post eum, quod vigore citationis nullę non cogitur respondere, sed ex quo est præsens: ex noua citatione seu monitione à iudice facta tenetur respondere: vnde licet citatio absque peremptorio non validet processum in casibus in quibus requiritur peremptorium, de quibus dicam articu. 27. tamen validat processum si pars per illam compareat, ex quo præsens est, vt d. c. cum causa. tenet Glo. 24. q. 3. c. de illicita. facit cap. consuluit. de offi. deleg. no. Pet. de Anch. in repet. cap. in præsentia. in primo no. dicens per illum tex. quod de præsente nō est necessaria citatio: Sed monitio constituit inobedientiam in vera cōtumacia, per c. consuluit. de offi. deleg.

¶ Et no. circa prædicta, quod si aliquis compareret in termino, præsumeretur citatus, & non fortuito venisse, vt no. Archi. 82. distinc. cap. proposuisti. & Bal. in l. 2. C. quomodo & quando iud. de quo latius dicam infra artic. 30.

¶ Item aduerte: quia prædicta videntur procedere secundum Bart. in l. 1. ff. de in ius vocan. quando præsens responderet.

¶ Ad quod etiam vide quod dixi infra 27. princip. artic. quæst. 10. secus si nollet respondere: quia inuitus non compellitur respondere, sed est necessaria citatio. sic dicit intelligendum. §. fin. Instit. de pœna teme. liti. & l. ea quæ. C. quomodo & quando iud. Quod ego arbitror procedere si modo iudex vellet compellere inuitum ad respondendum: quia ex tempore non cogitur respondere, nec iudicium suscipere, sed sicut si fuisset citatus habuisset debitam dilationem, vna cum citatione, vt no. Bal. in l. 2. C. quomodo & quando iudex, & Cyn. repetit. l. dies festos. C. de fer. de quo latius dicam infra articulo 20. Ita nec nunc cogitur statim iudicium suscipere & respondere, sed potest sibi statui terminus ad respondendum.

¶ Et ideo si postea ipsi, cui statutus esset terminus compareret & opponeret exceptiones declinatorias, dilatorias, & similes: & similiter opponeret de citatione non legitimè facta, talis oppositio respectu citationis illegitimæ non releuaret, & si iudex pronunciaret procedendum ad vlteriora saluis exceptionibus, vel forma statuti: exceptiones reseruarentur in fine causæ: non intelligeretur reseruata exceptio non factæ vel inualidæ citationis, ex quo semel fuit præsens & recepit debitas dilationes ad suas defensiones. Et ita contingit superioribus diebus in quæstione facti, in qua sic bis fuit iudicatum. ¶ Quod tamen dixi quod statuendus esset terminus. Verum est si non comparuit instructus, quia si nō daretur sibi ille terminus, meritò posset declinare tale mandatum sibi ex improuiso factū. Nec posset compelli respondere, & si compelleretur posset appellare, per no. per Ioan. And. in cap. 1. supra de iudi. & ita procedat dictum Bar. in d. l. 1. ff. de in ius voca. secus si esset instructus. ita no. Bal. in c. 1. de mili. vasal. qui contu. est. in versi. item an ille. col. 6. Et prædicta notabis: quia quotidie contingunt in practica.

24 ¶ † Decimoseptimò quæro: quia in præcedentibus quæstionibus vidimus, an quis debeat citari; vnde quęro nunc, quis possit citari? Sol. In primis pono aliam regulam, videlicet, quòd quilibet, contra quem dirigitur petitio, seu cuius petitur generaliter vel specialiter interesse, potest citari: nisi aliquo speciali priuilegio defendatur: vnde si sunt aliquæ personæ priuilegiatæ, prout sunt, quæ in ius vocari non possunt, de quibus statim subijciemus in fallentijs: ergo stat regula in contrarium, vt l. 1. in fi. ff. ad municipalem, & quia hoc edictū est prohibitorium, vt l. 1. & 2. per totum. ff. de in ius voca. sicut in simili dicimus de testibus, testamentis, accusationibus & similibus. prædicta tamen regula fallit in pluribus personis, quæ speciali priuilegio nō possunt vocari.

25 ¶ † Primò fallit in Consule, Præfecto, Prætore, ac etiam cæteris magistratibus, qui imperium habent: & qui iubere, cohercere, & in carcerem duci facere possunt, vt l. 2. in princ. ff. de in ius vocan. tenet Spec. eo. tit. §. contra. versi. item non valet. facit 2. q. 1. c. prohibentur. tenet Spec. in titu. de reo. versic. item consul. & prætor. Maiores ergo magistratus non possunt in ius vocari. Quod procedit, non solum in citatione reali, sed etiam in verbali, scilicet, si citarentur, vt eo tempore, quo gerunt magistratum, compareant in iudicio: secus, si citarentur verbaliter, vt finito officio compareant: quia possent

sent

fent citari, per ea quæ traduntur in d.l.2.de in ius voc.iuncta l.pars literarum.ff.de iud.& l.in tempus. ff.de hæred.instituendis. Et quod no. in l.fin. C.de fer. & in l.1.§.nunciatio.ff.de ope.no.nuncia.& per Bart.in d.l.2.ff.de in ius voc. Ad quod vide, quod dicam inf.19.& 20.articu. facit, quod dicam in seq. fallen. ¶ Et ex hoc, quod maiores magistratus non possunt, durante officio, conueniri, infert Ange.in d.l.pars literarum.quòd si Potestas vel Officialis faceret præconizari, quod quicunque ab eo vel à familiaribus suis debet aliquid habere, compareat coram eo intra certum terminum, aliàs non audietur, quòd per hoc non præiudicabitur creditoribus, cũ ipse non possit cõueniri, nec sit iudex familiæ suæ, vt in dic.l.pars literarum.in l.qui iurisdictione.ff.de iurisd.om.iud. ¶ Et prædicta procedunt, quando magistratus esset temporalis: secus autem, si esset perpetuus, quia tunc posset citari, & tenetur mittere procuratorem, vt l.penul.C.de procur.5.q.3.cap. fin. & hoc, ne pereat ius aduersario in temporalibus: ergo in magistratibus & dignitatibus procedit.l.2. & 3. ff.de in ius vocan.& l.pars literarũ.ff.de iud.ita dicit Ioan.de Imo. in l.quoties.ff.de re iudi. & in c.querelam. de procur. & l.nec magistratus. ff. de iniurijs.

26 ¶ † Secundò fallit in Episcopo, dum sacra facit. tex.est in d.l.2.ff.de in ius voc.tenet Spe.eo.ti.§.contra.versi.item nõ valet.& in ti.de req.versi. item episcopus. Et idem dicit Glo. in d.l.2. de quolibet clerico, dum sacris instat. facit l.omnes.C.de episco.& cler. Quod tamen limita, si citarentur, dum sacris incumbunt, vt tũc compareant: secus, si citarentur, vt compareant finito officio, seu finitis sacris, secundum Glo.& Barto.in d.l.2.Et adde quod statim dicam in fall.13.

27 ¶ † Tertiò fallit in Iudice, qui, dum de causa cognoscitur, in ius citari non potest, vt d.l.2.

28 ¶ † Quartò fallit in eo, qui cum equo publico in causa publica transuehitur, vt d.l.2.& Glo.ibi exponit, hoc est, in præcone. Vnde ille, qui vadit præconizando, nõ potest citari in ius, & idem dicit ibi Bart.vbi dicit, quod fecit liberari quendam præconem qui fuit captus, dum iret præconizando super equo, per ciuitatem: quia non potest in ius vocari. quod intellige, ꝙ nec realiter, nec verbaliter, potest citari, vt compareat tempore nunciationis seu banni, sed banno & nunciatione finita potest, per ea, quæ dixi in præcedentibus fallentijs.

29 ¶ † Quintò fallit in eo, qui vxorem ducit, qui citari non potest, vt d.l.2. quod intelligit ibi Glo. & Bar.dum ducit vxorem. faciunt quæ dixi in præcedentibus fallentijs.

30 ¶ † Sextò fallit in ea, quæ nubit, seu quæ ducitur ad sponsum, quæ similiter citari non potest, vt d.l. 2. quod tamen intellige, vt dixi in præcedentibus fallentijs.

31 ¶ † Septimò fallit in eo, qui apud prætorem causam agit, scilicet, dum agit causam, vt d.l.2.ff. de in ius voc. quod intelligit ibi Glo. nisi vocetur ad maius tribunal. de quo in l. contra pupillum.§.is, qui ad maius. ff.de re iudicata. facit, quod dicam in sequen. fallen.

32 ¶ † Octauò fallit in eo, qui vocatur ad maius tribunal: quia interea non potest citari ad minus tribunal. facit, quod dixi in præcedenti fallentia. tenet Specu.eod.titu.§.contra. versic.item non valet. Ad quod vide quod dixi inf. artic.31. versic. quartus effectus.

33 ¶ † Nonò fallit in eo, qui funus ducit familiare, vt d.l.2. & dicit ibi Glo. quòd nec ipse, nec aliquis de familia sua, potest in ius vocari vsque ad nouem dies, vt in Authen.vt cum de appel.cog.§.penul.Et subdit Glos. quòd familiare funus dicitur, siue sit de genere suo, siue de seruis, siue de seruitoribus, per l. pronunciatio. §. communi. ff. de verborum significat.

¶ Vnum tamẽ hic incidenter nolo omittere circa errorem illius Gl.quem errorem etiam communiter omnes sequuntur in eo, quod dicit, Seruitoribus: quia verbum illud apud Latinos non reperitur, cum secundum rectam Grammaticam non reperiatur seruitium: nisi dicas, quòd illud non sit nomen verbale, sed iuxta vulgare.

34 ¶ † Decimò fallit in eo, qui obsequia mortuo facit, hoc est, in eo, qui lauat cadauer, vel quid simile facit mortuo, vt d.l.2.in fi. iuncta Glos. secundum vnam lecturam in eo, qui facit busta, hoc est, & combustiones. Comburentes enim cadauera rogo, vt cinis conseruetur, vt olim fiebat, & traditur in l.pro hærede.§.1.ff.de acquir.hære.tales citari nõ possunt. Quod tamen intellige, dum prædictis officijs incumbunt.

¶ Vndecimò fallit in illis, qui cadauer prosequuntur, scilicet familiare, vt dicta l.secunda, iuncta Glo.ff.de in ius vocan. & declara, vt dixi in præcedenti fallen.

35 ¶ † Duodecimò fallit regula realis citationis in Doctore, qui pro causa ciuili non potest realiter citari, hoc est, non potest capi, vt no. Glos. & Barto. in l.Medicos. C. de Professl. & Medicis. lib. 10. vbi Gl. no. quòd iudex, qui Doctores realiter citat pro causa ciuili, capite punitur, & ibi etiam dicit Bald. quòd nec potest perquiri à familia officialis, vtrum habeat arma? Et quòd Doctor non possit realiter citari, tenet Bartolus in quodam tractatu, de carceribus.

¶ Sed tamen licet ille tractatus attribuatur Bart. mihi videtur, quòd nullo modo sit Barto. Sed aduerte, quia Bart.in dicta l.Medicos, dicit quòd hoc est verum in Doctore, qui actu legit in studijs approbatis: aliàs secus. Et idem etiam tenet ibi Ioan. de Pla. pro quo dicto allego l.si duas. quasi per totum.ff.de excu.tuto.¶ Aduerte tamen, quia idem dicendum est in Doctore, qui exercet postulationem. Nam & patroni causarum, quales sunt Aduocati, dictum priuilegium videntur habere, per no. per Glos.in l.miles. ff.de re iudica.& in l.Aduocati. C.de Aduoca.diuer.iud. facit l.1.in princ.ff.de bono.possess.ex testam.mil.& sequitur Barto.& Ioan. de Imo.& Docto.in d.l.miles. Et habet locum dictum priuilegium non solum in Doctore Legum, sed etiam in Docto. Medicinæ, & in alijs, de quibus in d. l.Medicos. sed non habet locum in Poetis, nec similibus, de quibus ibi. Et nota, quòd nedum ipsi Docto. sed nec filij, aut eorum familia, possunt in ciuilibus realiter citari, vt no. Glo.in d.l. Medicos. Sed pro crimine bene possunt capi & carcerari, vt in d.Glo.

¶ † Ter-

36 ¶ † Tertiodecimò fallit in milite, per text. in d. l. miles. ff. de re iud. & Ang. ibi, quòd limitat ibi Gl. si modo miles agat in expeditione. aliàs secùs. facit l. miles, qui commeatu. ff. ex quibus cau. ma. Et ideò milites nostri temporis non habent hoc priuilegiũ, cum non vadant in expeditionem, sed solum habẽt priuilegium in bibendo prius, & in præcedendo. Et profectò sunt quamplurimi, qui vix illud priuilegium deberent habere. Ad quod vide Cyn. Barto. & Bal. in l. 1. C. de iuris & facti ign. & Spec. in titulo de procura. vers. item quod est miles. & quod traditur in l. filiusfamilias. §. veterani. & ibi per Docto. ff. de procur. & l. militem. & l. qui stipendia. C. de procu. & per Dom. meum in c. in nostra. sup. de procu. Bal. tamen in l. 1. C. de cessio. bon. in fine quæstionis, tenet, quod etiam milites nostri temporis gaudeant priuilegio, vt non possint realiter citari, quia veri sunt milites, aliàs falso vocabulo vterẽtur, quod esset quædam fatuitas, & licet non habeant insignia obseruantiæ veteris, tamen habent nouæ obseruantiæ insignia. facit cap. translato. sup. de constitut. Et quia si fiunt à Papa, beneficiantur, vt patet in Pontificali, cap. 163.

¶ Sed prædicta opinio non videtur vera, per ea, quæ supra dixi de Doct. qui non sunt in expeditione exercitij doctoratus. Et quod Miles non potest capi, etiam pro repræsalijs, tradit Bar. in tract. repræsaliarum. q. 7. vers. ad quartum.

37 ¶ † Quartodecimò fallit in clericis, nam cum ipsi sunt milites cælestis militiæ, debent gaudere prædicto priuilegio, quia clericus (vt dixi) miles cælestis militiæ dicitur, vt no. in c. 1. de cler. ægrot. lib. sexto. Et ideo non debet posse realiter citari: ita concludit Glo. d. l. miles. Sed Oldrad. vt ibi refert Ang. tenet, quod possint realiter citari. Vnde si clericus nõ vult capi, eget beneficio cessionis bonorum, vt in c. Odoardus. inf. de so. & per no. in capit. peruenit. inf. de fideiuss. ¶ Sed Iaco. de Are. Inst. de act. §. præterea. in q. fin. tenet primam opin. pro qua facit l. 1. §. est & alius. ff. si quis à paren. fu. manum. & ad capitu. Odoardus, respondet, quod ibi non defendebat se beneficio d. l. miles. & hanc opinionem sequitur Ang. ibi tanquam magis æquam, quia non debet dari occasio, vt auocetur à diuinis. Sed aduerte, quia in contrarium videtur facere, quod not. Barto. in l. prima. C. de iur. & fac. igno. in quantum dicit, quòd priuilegium illius l. 1. concessum militi armatæ militiæ, non debet trahi ad militem cœlestis militiæ. sed potest responderi, quod ibi loquitur de alio priuilegio, quod est magis strictum, & paucas habet fallentias. secus in priuilegio dic. l. miles. quod multis conceditur, & sic residet Io. de Imo. ibi remittendo se ad ea, quæ ipse tradit in l. si verò. §. de viro. ff. solu. matr. in secundo membro prin. & ibi in d. §. de viro. Ioann. de Imo. idem tenet. & etiam idem tenet in d. c. Odoardus. vbi etiam hoc tenet Petr. de Ancha. & Io. de Imo. & hanc opi. tenet Io. And. Arch. & Doc. in c. si clericus. de sent. excom. li. 6. vbi tenent, quod non possit capi, etiam si se obligasset, vt posset personaliter capi, per capitu. ex rescripto. de iureiurando. Et mihi placet.

¶ Et aduerte, quia etiam pro repræsalijs concessis non possunt capi, secundum Bart. in tract. repræsaliarum, in 7. q. prin. vers. ad quintum. per cap. 1. de iniur. & dam. dato. lib. 6. Nisi sit coniugatus, vt ibi per Barto. Nec obstat c. si propter tua debita. de rescript. lib. 6. quia ibi non negatur, quod clerico non competat hoc beneficium. & si tu diceres, ad quem ergo effectum fuit ibi impetratum & concessum illud priuilegium, super fructibus beneficiorum vacaturorum, propter debita persoluenda? Respondetur facilius, quod hoc factũ fuit, vt satisfieret creditoribus, nec creditores sui defraudarentur, & facilius reperirentur credentes, & subuenientes necessitatibus Ecclesiarum & clericorum.

¶ Sed aduerte, quia videtur hoc esse mirabile, quod clericus non possit realiter citari à iudice, & tamen pars possit illum fugientem realiter citare capiendo ipsum, etiam propria authoritate, vt traditur in cap. cum non ab homine. sup. de iudic. ¶ Sed ego arbitror, quod illud, quod ibi dicitur de clerico fugiente, habeat locum respectu delicti, vel etiam si aufugeret cum pecunia creditoris, quia videtur, quod tunc etiam laico licitum sit realiter citare, & ipsum capere, de quo latius dixi in d. c. cum non ab homine. sub Glo. 1. in primo membro, & latius in cap. peruenit. inf. de senten. excommun. in 9. prin. art. per quatuor membra principalia, & maximè in secundo & quarto, tangit Ioan. de Imo. in cap. lator. inf. de pig. Sed extra crimen, & quando non fugeret cum pecunia creditoris, non video, quòd pars aliquo modo posset eum capere etiam fugientem. Cogitabis. Sed pro causa criminali potest capi, vt in capitu. si Episcop. de offic. ordin. lib. 6. 27. q. 1. capit. si custos. & c. si homo. & c. si quis rapuerit. 19. q. 2. cap. Abbates, & cap. si clericos. de sententia excommun. lib. 6. & ibi Io. And. Archid. & dominus Dominicus. vbi idem dicunt pro debito ciuili descendente ex crimine, seu delicto, per tex. in capitu. 1. de deposito. ¶ Et aduerte, quia regulariter contra illos, quibus non possunt repræsaliæ concedi, tradit Barto. tract. repræsaliarum, in 7. q. prin. in fi. vbi concludit, quòd illi, qui continentur in l. 2. & 3. & l. neque impuberes. ff. de in ius vocan. qui non possunt realiter citari, de quibus dixi, nec possunt contra eos exerceri repræsaliæ, quæ exercerentur, vt citatio realis.

38 ¶ † Decimoquintò fallit in quibusdam alijs personis, quæ similiter habent priuilegium, ne possint conueniri, nisi in quantum facere possunt, & sic nõ possunt realiter citari, quales sunt maritus, parens, patronus, donator, & socius, quia tales non possunt realiter citari, maritus ab vxore, parens à filio, patronus à liberto, donator à donatario, socius à socio, in iudicio societatis, secundum ea, quæ traduntur in l. alia. §. fin. & l. rei iudicatæ. ff. sol. mat. & in l. sunt qui. cum sequen. ff. de re iud. & Insti. de act. in §. sed & si quis cum parente, de qua materia dicendum, vt latius traditur in dictis iuribus. & de socio tradit etiã Bal. in rub. C. pro socio.

39 ¶ † Decimosextò fallit in muliere, quæ similiter non potest realiter citari pro debito ciuili, si modò sit mulier honestæ vitæ, & bonæ famæ, quinimo iudex pœna capitis punitur, si faciat mulierem carcerari, secundum legẽ C. in l. 1. C. de offi. diuer. iud. & in auth. sed nouo iure. C. de custo. reorum. & in corpore, vnde sumitur, in Auth. vt nulli iudi. §. necessarium. secùs, si sit infamis, prout est meretrix, quia tunc potest carcerari, etiam pro debito ciuili, secundum

dum Cyn. in d. authen. sed nouo iure. & traditur in dicto tractatu, de carcerib. in princ. Tenet Bal. in l.consentaneum. C.quomodo & quando iudex. colum. fin. per tex. in Authen. de restitutionib. & ea, quæ pa.§.fin. & Ludo. Pont. in rep.l.1.C.de hæred.inst.sub 9.quæst.Et no.Gl.in l.nemo. C.de exacto.tributor.lib. 10.per d.l.1.& authen.ibi positam, C.de offic.diuers.iudi.vbi dicitur, quod etiam pro debito fiscali non potest realiter citari,& iudex cõtra faciens, si est maior, 20. librarum auri, si minor, 10.librarum auri, pęna punitur. ¶ Nec obst.l. quoniam.C.de custo. reorum. quia illa lex est correcta per iura posteriora. & tenet Ange. in repet. l.nemo carcerem.C.de exacto. tributor.lib. 10. vbi concludit, quod nec pro priuato, nec pro publico debito possit carcerari,& sic voluit,quod nec pro causa criminali possit carcerari. & idem etiam voluit Barto. quod etiam pro causa criminali non possit carcerari,per iura prædicta.

¶ Sed dicit Ioan.de Imo. in c.lator. inf. de pign. quod illa iura nihil dicunt de causa criminali. vnde recurrendum est ad d.authen. sed nouo iure. C.de cust. reo. vbi tex.videtur velle, quod possit capi pro crimine: sed tamen non debet carcerari, sed debet teneri in aliquo monasterio custodienda: quod tamen hoc non seruatur, sed de consuetu.carceratur in carcere separato à masculis. Quidam tamen dicunt, quod etiam pro causa ciuili potest realiter citari, videlicet si conueniatur occasione tutelę administratæ,& renunciasset Velleiano,& omnibus alijs exceptionibus sibi competentibus, per nota. per Bar.in l.si quis sub conditione.ff.de testamētaria tutela. vbi videas,si hoc dicit,quia ad pręsens nõ vidi. Et idem tenet Bart.in auth. matri & auiæ.C.quando mulier tutelæ offic. fungi potest. versicu. ex hoc etiam dico, quòd licet mulier pro debito ciuili. tenet Ludo.Ponta. in repetitione l.1. C.de hæredib. instituendis. quæst.9. versic. illud tamen quod dixi, quòd mulier.

40 ¶ † Decimoseptimò fallit in his, qui cesserunt bonis, qui non possunt realiter citari: quia qui bonis cedit,debet ire liber quo vult,no.Glo.& sequitur Io.de Imo.in c.lator.inf.de pig.per l.1.C.qui bonis ced.poss.& ibi traditur.

¶ Decimooctauò fallit in legatis, & his qui habēt ius reuocandi domum.de qua materia dic,vt latè dixi in c.fin. supra de foro competenti. super Gl. fin. in materia iuris reuocandi domum. Et ex prædictis habes personas priuilegiatas, quæ nõ possunt in ius vocari. ¶ Est tamen aduertendum,quod sunt etiam quædam personæ priuilegiatæ, quæ licet citari possint: non tamen possunt citari sine permissu iudicis, hoc est sine venia. de qua materia latè dicam inf. in 20.artic.

41 ¶ † Decimooctauò quæro specialiter de infante,vtrum possit citari. Sol. Dic, quod non.tex.est in l.quique.& in l.neque impuberes. ff.de in ius vocando. & ibi Barto. & notatur in l.1.§.sufficit. ff.de administr.tuto.tractat Specu.eo.ti.§.consequenter. versi.item non valet. & in ti.de reo.versic.item non potest agi contra infantes.tenet Bal. in cap.1.de milite vasal. qui contumax est. vbi subdit quod creditor qui vult suum consequi ab infante, debet adire iudicem,& facere citare cõiunctos,& affines infantis.ff.ex qui.causis maio.l.ergo.& debet facere & curare ita vt detur tutor. nam curator non potest sibi dari,cum non detur nisi petenti.ff.de tute. in l.qui habet.§.si pupillus. Dicit tamen Barto. quòd si bona infantis essent peritura, vel immineret æs alienū graue,quòd iudex ex suo officio posset dare curatorem liti.ff.quib.ex cau.in posses.eatur.l. Fulcinius.§. vtrum. quod intelligit de consilio coniunctorū infamis, & in subsidiū, quando nõ reperiretur tutor.

¶ Mouetur: quia si iudex potest ex mero officio remouere creditorem,vel tutorem: ergo & decernere potest.ff.de magistra.cõuenien. in l.1. §.exigitur. 2. responso. Vnde erit casus singularis, in quo per inquisitionem datur curator liti, contra regulam superius dictam,& contra no.Instit. de curato.§.item in lite. facit etiam: quia si bonis absentis datur curator ad instantiam creditorum, vt l.ab hostibus.ff. qui.ex cau.ma. eodē modo debet dari infanti, quē certum est haberi pro absente. ¶ Item certum est quòd datur curator ventri respectu eius, qui est in vtero: ergo & infanti. ff.de vent.in posses. l.1.§.generaliter.cum sequēti. ¶ Aduerte tamen: quia nulla l.hoc expresse dicit, & ideo Doct. in d.§.si pupillus. variāt super hoc dubio.Pe.similiter tenet quod infanti non possit dari curator ad litem, per tex. in d.§.si pupillus. Et remedium creditorum est,quod citentur coniuncti & amici, quos verisimile est defensuros infantem. Et si defendant satis est, si non defendant proceditur ad missionē in bonis defuncti,& proceditur ad venditionem si ex cõtractu defuncti conueniatur, per l.hoc autem. in princ. & l. apud Iulianum. §.fin. ff. quib. ex cau. in posses. ea.

¶ Sed dicit Bald. considerandum esse: quia si conuenitur ex contractu defuncti: ergo oportet quod infans se immiscuerit hæreditati, vt l.si cū dotem.§. transgrediamur. ff.sol.ma. sed istud non potest fieri sine tutore, vt in l.potuit.C.de iure delib. ergo,&c.

¶ Sed ad hoc respondent quidam, quod sufficit immixtio l.duodecim tabularum. ff.de condi. fur.l.2. & ibi per Cy. Sed ista solutio dubia est in se,& falsa in infante extraneo. Sed dicit Bal. q. supposito casu in infante extraneo, & hæreditas esset iacens, & ideo daretur curator hæreditati iacenti. ff.de nego. gest. in l. debitor. aliter hæreditas iacens tanquam res inanimata non posset latitare, & sic nec pati secundum decretum.ff.de hæred.instit.in l.si quis instituatur.in fi.secundum Bal. in d.c.1.de mili.vasal.

¶ Sed tu aduerte: quia ex prædictis colliguntur duæ quæstiones. Prima, vtrum infans possit citari. Et ista est propriè quæstio nostra. Et dicendum est quod non, per iura superius allegata in princip.

¶ Secunda quæstio est, quo remedio succurratur creditoribus volentibus consequi suum contra infantem. & de tutore non est dubium,quod dari potest. Sed de curatore si tutor non reperitur, est maius dubium. sed quia non pertinet punctualiter ad materiam nostram, ideo omitto. vide in prællegatis iuribus, in d.§.si pupillus. & d.§.sufficit. & in l.1. & 2. C.qui legi.person.& in alijs iuribus,superius allegatis,& per Specula.& Ioan.Andr. in addit. in d. versicu. item non potest agi contra infantes. Ego aliquid tetigi in cap.1.supra de lib.obla. in 8.princ. articu.in 2.membro.p.quæst.6. & vtrum tunc contra infantem possit procedi ad primum decretum

& qua-

& qualiter, dicam latius in tit. de eo qui mit. in poss. causa rei seruandæ.

42 ¶ † Decimononò quæro, quid de pupillo, vtrum possit citari. SOL. Dic, quod aut quæritur, vtrum possit citari verbaliter, aut realiter. ¶ Primo casu dic, quod aut est alieno iuri subiectus, & nõ potest citari, vt in l. neque impuberes. & ibi glo. & Bart. ff. de in ius vocan. & in l. 1. §. sufficit. de administ. tuto. Aut non est alieno iuri subiectus, & potest citari verbaliter. & intelligitur vt compareat legitimè. Et adde omnino quod dixi inf. articu. 20. quæstio. 19. Et si non compareat, vtrum dicatur contumax, videbimus inf. in ti. de dolo & contum. Et vtrum possit procedi contra eũ per primum vel secundum decretum, videbimus inf. in tit. de eo qui mit. in poss. ¶ Aduerte tamen, quia sunt quidam casus, in quibus pupillus habet legitimam personã standi in iudicio: etiam sine tutore, si modo sit doli capax, & in his non est dubium quod potest citari.

¶ Primus casus est in interdicto de libero homine exhibendo, in l. 1. §. hoc interdictum. ff. de libe. hom. exhib.

¶ Secundus in populari actione, vt l. mulieri. ff. de popularibus act.

¶ Tertius in iudicio momentaneæ possessionis, vt l. fi. C. qui legitimam personam. & in l. 1. C. si per vim, vel alio modo.

¶ Quartus in petenda bonorum possessione, vt ff. de bo. pos. infan. l. 1. §. 1.

¶ Et no. quòd si pupillus fuit litem contestatus cum autoritate tutoris, licèt tutor postea citetur, q̃ veniat ad videndum productionem testiũ, vel quid simile, tenet citatio, ita no. Bal. in l. si quando. C. de testam. §. 9. & ita dicit, disputando fuisse conclusum per quendam Dom. Pe. per tex. in l. si ideo licet, de euict. qui est valde notabilis ad hoc, secundum Bal. Quod tamen dictum non videtur procedere sine dubitatione, per ea, quæ dixi de litis contestatione, facta per dominum, seu procuratorem, supra eod. artic. q. 4.

¶ Si verò loquimur de citatione reali, subdistingue, q̃ aut loquimur in causa ciuili, aut criminali.

¶ Primo casu prædictus Doctor in dicto tractatu de carceribus, qui attribuitur Bar. dicit quod credit, quòd pupillus possit etiã pro debito ciuili carcerari, dum tamen sit doli capax, quamuis possit petere in integrum restitutionem, si esset læsus, per ti. de minoribus. sed nihil allegat. nec placet hoc dictum. Bar. enim in d. l. neque. quem sequuntur Moderniores, tenet, quod non possit realiter citari. Et ista opin. plus mihi placet. Pro qua facit, quod statim dicam de minore in seq. quæst. in opin. Ang. & Bal. & hanc opin. tenet Bald. in l. 1. C. qui bon. ced. poss. vbi dicit, quòd pupillus non potest cedere bonis, nec carcerari pro debito: quia satis est, quod pro debito suo patitur primum decretum, & pro debito paterno patitur etiam secũdum decretum: de quo dicemus in ti. de eo, qui mit. in poss.

¶ Si verò loquimur in causa criminali, præfatus Doctor in d. tractatu, tenet, quòd possit realiter citari, & sic capi, si sit doli capax, per no. in l. fi. C. de custo. & exhib. reo. ibi dum tex. dicit, ætateque vinctorum. sed tamen ille tex. nõ probat. ¶ Tu dic, quòd ista quæstio pendet ab alia quæstione, vtrum pupillus possit delinquere, & pro delicto puniri? de quo dic, vt latè dixi in c. 1. de delictis puero. vnde quæstio prædicta potest locum habere in casibus, in quibus pupilli possunt delinquere, & pro delictis puniri. In quibus casibus rationabile est, q̃ possint realiter citari, & sic capi, & carcerari.

¶ Vigesimò quæro, vtrum minor pubes possit citari. SOL. Dic, quod aut loquimur de citatione verbali, aut reali. ¶ Primo casu dic, quòd potest verbaliter citari, argum. l. neque impuberes, à contrario. ff. de in ius vocan. facit, quod dixi in præsenti quæstione de pupillo. Et vtrum contra minorem citatũ, & non comparentem, possit interponi secundum decretum, dicam in ti. de eo qui mit. in posses.

¶ Secundo casu, dum loquimur de citatione reali. Ang. in repe. l. nemo carcerem. C. de exact. trib. lib. 10. ver. ex prædictis. col. 5. dicit, quòd minor forte non potest carcerari, & sic non potest realiter citari: quia incarceratio pro causa ciuili non potest fieri, nisi pro contumacia, ita quòd contumax per contumaciam cesset soluere, vt d. l. nemo. sed in minore non videtur cadere ista cõtumacia, vt in l. qui solidum. §. etiam. ff. de leg. 2. & C. si aduer. rem iudi. in l. cum & minores. cum sim. Quod procedit ẽt, si minor fuerit legitimè defensus per suũ curatorem: licèt enim patiatur missionem ex secundo decreto & venditionem, vt ff. de bo. auth. iudi. pos. in l. si minor. cum sim. tamen nõ patietur incarcerationem: quia immissionem in possessionem & vẽditionem minor patitur ex contumacia curatoris, etiam vbi non defenditur: non ex eo, quia ipse sit cõtumax, sed quia non defenditur, vt d. l. si min. & l. si pupillus. & l. fi. ff. de priuilegijs creditorum. Sed carceratio non potest fieri, nisi ex propria contumacia in non soluendo, vt d. l. nemo. quæ propria contumacia non cadit in minore, cum sibi rerum suarum administratio non sit commissa, & ideo patitur missionem & venditionem, & non carcerationem, quia per missionem & venditionem minor non læditur, cum debito satisfiat, & si læderetur, potest recurrere contra curatorem, qui non soluit cum potuit, in l. 3. §. penul. & fin. ff. de suspec. tuto. Sed incarceratio esset damnosa minori multipliciter. ¶ Primò, quia per eam non satisfit debito ipsius minoris. Secundò, quia impossibile est, damnum incarcerationis recuperari per minorem à curatore, cum sit damnum personale. Quare concluditur, quod pro debito incarcerari non possit, non tamen est sine dubio: quia in minore non reperitur hoc iure cautum, & ideo cogitandum, secundum Ange. in d. l. nemo carcerem. Bald. verò in l. 1. C. qui bo. ce. pos. in pe. quæstione, primò arguit, quòd possit carcerari: quia potest cedere bonis sub iuramento: deinde concludit contrarium, quia non cogitur iurare, vt l. quæ sub conditione. ff. de condi. insti. nec potest cedere bonis, nisi ad petitionẽ creditoris, cũ iudicis decreto, cum sit quædam alienatio vniuersorum, vt l. magis puto. §. ne passim. ff. de reb. eorum. ¶ Item, quia non debet carcerari, ex quo non stat per eũ, quo minus soluat, sed propter beneficium ætatis, quod non debet resolui in damnum, & sic ad carcerationem, vt in l. quod fauore. C. de legi. & in regula, quod ob gratiam. de regul. iur. lib. sexto. ¶ Quæ decisio vr̃ satis dubia, licet sit fauorabilis.

¶ Et

¶ Et maximè est dubia, quando minor nō haberet bona quæ ad alienationem requirerent decretum, vt d.§.ne passim. & per totum tit. de rebus eorum. ¶ Et aduerte circa prædicta: quia videtur posse sumi cautela etiam ex prædictis, quod si ex forma statuti minor posset administrare bona sua, eo quod fortè exerceret mercantiam vel quid simile, quod hoc casu posset realiter citari, & carcerari, a cessante ratione prędictorum: sed hoc casu debet esse cautus, vt faciat articulos & probationes de illa qualitate, propter quam minori cōcedatur rerum suarum administratio. ¶ Et hæc cautela procedit etiam retenta opin. Ang. & Bal. de quo tamen (vt dixi) satis dubito: maximè si minor duntaxat possideret bona mobilia, aut se mouētia, vt dixi, vel iura & actiones, & non immobilia, ex quibus mobilibus & iuribus & actionibus posset ipse satisfacere: & etiam hoc casu posset bonis cedere: & ideo videtur quod possit carcerari. Item quia etiam si haberet immobilia, posset sibi prouidere dando in solutum cum decreto iudicis, &c. vel etiam cedendo bonis cum iudicis authoritate & decreto, & alijs solennitatibus requisitis: & ideo videtur sibi imputandum, & per consequens videtur posse realiter citari & incarcerari. Secundo casu cum loquitur de causa criminali, dic quòd potest realiter citari, per ea quæ dixi de pupillo in quæstione præsenti.

43 ¶ † Vigesimoprimò quæro de infirmo, vtrum possit citari. Sol. Tex. videtur velle quod talis citatio non afficiat citatum si infirmitas sit nota iudici; nec valeat processus gestus per iudicem cōtra non comparentem, vt l. quæsitum. ff. de re iudi. ¶ Sed tu in hac quæstio. distingue an infirmitas sit perpetuo vel longo aut breui tempore duratura: & an causa sit grauis vel leuis præiudicij, vel indigeat celeritate vel non, & sic de singulis, secundum ea quæ latius dicam infra eo. arti. q. 31.

44 ¶ † Vigesimosecundò quæro de furioso & mente capto, vtrum possint citari. Sol. Dic quod non. tex. est expressus in l. quique. ff. de in ius vocan. tenet Spec. eo. tit. §. contra. versi. item non valet. Et vide quod dixi de infante, cui tales æquiparantur, in clem. 1. de ho. & supra eo. arti. q. 23. ¶ Et quo remedio succurratur volentibus agere contra tales, collige ex his quæ dixi sup. in c. 1. de libe. obla. in 8. princip. art. in 2. membro prin. q. 8.

45 ¶ † Vigesimotertiò quæro de monacho & moniali, seu religioso. Sol. Dic quod talis non potest citari, per tex. in l. 2. ff. de in ius vocan. ibi dum tex. dicit: Nec eos qui propter religionem loci inde se mouere non possunt, & ita dicit ibi glo. & Bal. qui dicunt quod non ipsi, sed ipsorum prælati sunt vocandi in ius. tenet Spec. in d. ver. item non valet. & no. in c. 2. de iudi. lib. 6. & sic illi tex. videntur intelligi de monachis & religiosis claustralibus, qui de loco recedere non possunt, & ita tenet Bald. in d. l. 2. allegando dictum capit. 2. Sed tu vide omnino ad hanc materiam quæ latius dixi in cap. 1. supra de libel. oblat. in 8. princip. artic. in secundo membro principali, quæstio. 10. Et ex his quæ ibi inducuntur potes colligere, & regulare, quid agendum sit in hac quæstione.

46 ¶ † Vigesimoquartò quæro, vtrum vniuersitas & capitulum possint citari. Sol. Tex. probat quòd sic, in l. sed & si hac. §. qui manumittitur. ff. de in ius vocan. tex. & ibi no. Ioan. de Imo. c. 1. de his quæ vi metusve causa. sed qua forma debeat citari, dicam latius infra in 20. principali articulo. Et ex quo loco dixi in 17. princip. articu. quæst. 10. Et ad intellectum etiam istius quęst. vide quæ dixi omnino in c. 1. supra de libel. obla. in 8. princ. artic. in 2. membro principali, quæst. 2.

47 ¶ † Vigesimoquintò quęro de carcerato, an possit citari. Sol. Bar. in l. 2. de in ius vocando, per tex. illum, in quantum vult quòd ille qui habet stare in vno loco, non potest citari in alio. concludit quòd carceratus non potest citari: & si citatur, citatio nō valet, nec reputatur contumax: & sic processus contra eum factus non valet ipso iure. Quod limita si modo iudex scit illum incarcerandum: alias necessaria esset restitutio. Sed glo. & post eam Ioan. de Imo. in l. is qui reus. ff. de publi. iudi. tenet quòd potest citari, & tenetur comparere per procuratorem, si illum facere & habere potest. facit quod habetur in l. Papinianus exuli. ff. de mino. & quod no. in l. 2. §. fi. ff. de custo. reo. & hoc videtur procedere in carcerato propter culpam suam. Si vero de facto & absque sua culpa esset carceratus, an tunc teneatur cōparere, pendet ex illo articulo, an impeditus possit citari, vt saltem teneatur comparere per procuratorem vel non. ¶ Tu distingue, an possit constituere procuratorem vel non, & an sit causa in qua propter eius grauitatem non teneatur comparere per procuratorem: & an carceratio sit ad breue vel longum tempus vel perpetua: & an sit talis causa quæ indigeat celeritate vel non. Ad quod vide quæ dicam infra eo. art. q. 28.

48 ¶ † Vigesimosextò quæro de bannito, deportato & similibus, an possit citari. Et aduerte, quòd intelligo, quando citaretur in loco, à quo esset bannitus, exititius vel relegatus, non quando citaretur ad alium locum, à quo non esset bannitus, in quo loco posset citari, vel ratione originis domicilij, vel ex alia causa. Sol. Videtur dicendum, quòd non possit citari: quia non potest tutè accedere ad illum locum: ergo cum non teneatur ibi comparere, nec videtur ibi posse citari, vt in cap. accedens. ff. vt lite non contest. & hoc videtur sentire Dyn. in terminis alterius quæstionis, videlicet, An bannitus possit iterum banniri, in l. 2. C. vt intra certum tempus. & per Barto. in l. aut damni. §. denique. ff. de pęn. & per Albe. de Rosa. in quæst. statutorum, quæst. 26. pro qua conclusione facit l. 2. §. pen. ff. si quis cau. & quod no. in l. Fulcin. §. quid sit latitare, & in l. ad cognitionem. ff. quib. ex cau. in possess. eatur. vbi vult, quòd exititij ciuitatis non arctantur ad comparendum in illa ciuitate. facit etiam, quod no. glo. in c. statutum. de rescriptis, lib. 6. & quod no. in l. 2. ff. si quis in ius vocan. non ierit. & in l. sed eximendi. ff. ne quis eum, qui in ius voca. est. Et sic videtur, quod citatio sit nulla, & sic non posset parere effectus contumaciæ, C. ne de statu defun. in l. si pater. & quod no. per Bal. in l. 1. C. ex delic. defun.

¶ Idem voluit Bal. in l. decernimus. C. de sacrosan. eccle. ver. venio ad secundum. ¶ Alij vero dicunt, quòd potest citari, & quòd sibi debet imputari, ex quo propter delictum suum se posuit in tali necessitate, & ideo sibi non est succurrendum, in l. si fide-

si fideiussor. §. necessaria. ff. qui satisd. coga. & ff. ex quib. cau. maio. in l. & qui data. cum sim. Io. And. in addi. Spe. tit. de accu. §. sequitur. versi. quid si bannitus. in tertia parte, dicit, quòd si scitur, vbi sit bannitus, debet requiri & dari sibi securitas veniendi: de quo aliquid tetigi in c. cum pro causa. infra de sent. excom. in fi. & latissimè tractat dom. Nellus de sancto Gemi. in tractatu bannitorum, in prima parte primi temporis, quæst. 3. Et quia ista quæstio incidit in aliam questionem, an valeat citatio ad locum non tutum, ideo omitto, quia de ea dicemus in 18. princ. art. q. 5.

49 ¶ † Vigesimoseptimò quæro de eo, qui iurauit non exire aliquem locum: puta aliquod castrum, domum, vel claustrum, an possit citari, & citatus teneatur comparere? Sol. Dic, quòd potest citari, & tenetur comparere: quia in quolibet iuraméto intelligitur excepta authoritas superioris: infra de iureiur. c. venientes, & supra de rescrip. c. constitutus. & ideo talis non dicitur transgressor iuramenti. Et quia non debet sibi opitulari iuramentum suum in præiudicium alterius. Et ad hoc vide, quod latius dixi in cap. 3. supra de iuram. calum. in 7. principali artic. quæst. 36.

50 ¶ † Vigesimooctauò generaliter quero, de quolibet impedimento, an possit citari, si fortè ratione subsistentis impedimenti non potest comparere? Sol. Quæstio est difficilis & intricata valde, sed ex his, quæ dicunt Doctores in varijs locis, arbitror sic posse distingui, quod aut tale impedimentum est perpetuum: aut est temporale. ¶ Primo casu potest quis citari, non obstante tali impedimento: & tenetur mittere procuratorem, vt no. Glo. in cap. cum dilecti. infra de dolo & contum. & sequuntur ibi dom. Anton. & Dom. M. communiter Doct. & Ioan. Cald. in cap. querelam. de procura. Quare is, qui est impeditus perpetuo officio, aut dignitate, potest citari, & tenetur mittere procuratorem. facit l. penul. vel fin. C. de procur. & 5. quæst. 3. cap. fin. tenent dom. Anton. & Dom. M. in d. cap. cum dilecti, & Ioan. de Imo. in l. quæsitum. ff. de re iudi. Et vide, quod dixi supra eo. artic. quæst. 17. Fallentia prima. Et ratio est in promptu: quia iniquissimum esset, quòd propter impedimentum vnius periret ius alterius, vt dictis iuribus. Et idem etiam videtur dicendum, si impedimétum esset longo tempore duraturum, argu. l. si longius. ff. de iudi. & l. penul. §. 1. ff. de vacat. mune. licet Bart. videatur aliud sentire in l. 1. ff. de diuer. & tempo. præscrip. Sed dictum suum potest intelligi, quando impedimétum (licèt non sit paruo tempore duraturum) non tamen est longo tempore duraturum, secundum Io. de Imo. in d. l. quæsitum. quod dictum non videtur posse subsistere: quia si non est paruo tempore duraturum, igitur est longo tempore duraturum: nisi diceres, quod Io. de Imo. fortè intellexit de quadam mediocritate inter paruum & longum, quod idem sit, quando impedimentum esset longo tempore duraturum. Facit, quod habetur in rubr. C. quæ sit longa consue. & per Ioan. And. & Io. Cald. in d. c. querelam. de procur. tenet etiam Spec. in tit. de procura. §. 5. ad fin. vbi videtur æquiparare impedimentum perpetuum, & longo tempore duraturum. Quod procedit, si modo impeditus perpetuo aut longo tempore citatus sit, vt compareat per se vel per procuratorem, vel etiam si esset citatus simpliciter: quia tunc, cum teneatur comparere, & possit comparere per procuratorem, citatio tenet, per ea, quæ infra dicam: secus, si esset citatus, vt personaliter compareret: quia tunc, cum sit impeditus, & sic non possit comparere personaliter, vt citatio non afficiat eum: & si iudex haberet notitiam talis impedimenti, & vigore prædictæ citationis procederet, processus esset nullus, argu. d. l. quæsitum, & quod statim subijciam.

¶ Item quod dixi, quando impedimentum est longo tempore duraturum, quòd potest citari, & tenetur comparere per procuratorem, videtur procedere, quando lis fuit inchoata ante impedimentum: secus, si fuit inchoata post impedimentum, ita ꝙ post litem contestatam superuenit impedimentum, secundum Bart. in l. 1. ff. de diuer. & temp. præscri. per l. pen. §. 1. ff. de leg. & sequitur Ioan. de Imo. in cap. querelam. de procur. & Dom. meus in cap. cum dilecti. infra de dolo & contum. & Bal. Ang. & Ioan. de Imo. in l. si quis instituatur. ff. de hæred. instit. & Ioan. de Imo. in d. l. quæsitum. ff. de re iudi. ¶ Et ratio potest fortè assignari secundum eum, quia magis videtur fauendum illi, cui superuenit impedimentum ante aliquam causam inchoatam, cum non videatur sibi imputandum, si non prouidit de procuratore, sicut esset imputandum illi, qui ante impedimentum sciuit causam motam, quod perpetuo nota ad limitationem dicti capituli, querelam, videlicet, vt procedat solum, quando impedimentum fuerat ante litem cœptam.

¶ Sed dicit Ioan. de Imo. in d. l. quæsitum, quod hoc videtur verum, nisi causa esset ardua, per d. c. querelam. vbi etiam Ioan. de Imo. idem tenet. Et sic, si rectè ponderentur superius dicta per Ioan. de Imo. ipse videtur sibijpsi contradicere, cum primo videatur velle, quòd sicut dato perpetuo impedimento teneatur mittere procuratorem, ita & dato longo impedimento: nec distinguit inter grauitatem & leuitatem causæ. Cogitabis.

¶ Aut impedimentum erit breui tempore duraturum: & subdistingue, Quod aut est voluntarium, aut est necessarium, sed non probabile: Aut est necessarium & probabile. ¶ Primo casu voluntariè impeditus potest citari, nec excusatur, sed tenetur aut comparere per se, aut mittere procuratorem, argu. cap. inter quatuor. & cap. fin. de maio. & obedi. tenet Ioan. Cald. in d. cap. querelam, & ibi Ioan. de Imo. & Dom. meus in d. cap. cum dilecti. infra de dolo & contum. vbi probatur secundum vnum intellectum, & probatur etiam in l. 1. ff. eum, qui in prouin. appella. defe. debe. & Ioan. de Imo. in d. l. si quis instituatur.

¶ Aut impedimentum est necessarium, sed non probabile, vt quia exulat propter culpam suam ad tempus, vel est relegatus aut bannitus ad tempus, licet breue: & hoc casu potest citari, & tenetur mittere procuratorem: quia culpa sua debet non sibi prodesse, vt in l. Papinianus exuli. ff. de minor. & in l. sed & si per prætorem. §. 1. & §. si aduersus. ff. ex quib. cau. maio. facit cap. 1. infra qui maio. accusa. poss. & c. prolatum. infra qui fil. sint legi. tenet Bart. in l. 1. ff. de diuer. & tempo. præscrip. dom. Anton.

Dom. meus, & Io. de Imo. in d. c. cum dilecti. & Io. Cal. in d. cap. querelam. & Io. de Imo. ibid. & in l. si quis instituatur. ff. de hær. institu. Et hoc procedit, etiam si causa sit ardua. Quæ tamen arbitror limitãda, si modo sit citatus, vt compareat per se, vel per procuratorem: secus, si citetur, vt compareat personaliter: quia cum nõ possit comparere propter impedimentum, licèt sit voluntarium, vel etiam licet sit necessarium, propter suam culpam, nisi data sibi securitate, vt dixi supra, quæst. 26. meritò si tale impedimẽtum est notum iudici, non valet processus, nec citatio, vt dicam inf. in 18. art. facit, quod dixi supra & statim subijciam. & idem etiam voluit Angel. in dicta l. si quis instituatur, & sequitur ibi Io. de Imo. per l. 2. §. si quis in iudicio. ff. de hæredib. institu.

51 ¶ † Tertio casu, quando impedimentum est necessarium & probabile, puta infirmitatis, vel absentiæ causa reipublicæ, vel simile: & regula sit, quod non potest citari, & si citaretur, & impedimentum esset notum iudici, nõ valeret citatio vel processus: aliàs, si non esset notum iudici, daretur restitutio, vt est tex. in d. l. quæsitum. ff. de re iud. tenet Bar. in l. 1. ff. de diuer. & temp. præscr. per d. l. quæsitum, & per l. 2. §. si quis in iudicio. ff. si quis cautio. vnde in vtroque impedimento habet locum prædicta regula. Et de impedimento propter absentiam Reipublicæ, est tex. singularis in l. cõtra pupillum. in prin. ff. de re iudica. Et idem etiam videtur concludendum in quocunque alio impedimento necessario, & probabili, vt puta captiuitatis vel carcerationis non legitimè factæ, aut in simili impedimẽto: quia licet de talibus impedimentis non habeamus ita bene expressum: tamen per iura prædicta, & rationis identitatem, idem dicendum est, per l. illud. ff. ad l. Aquil. & ar. l. non possunt. ff. de legib. & tenet Io. de Imo. in d. l. quæsitum. in fi.

¶ Prædicta tamen regula recipit aliquas limitationes.

52 ¶ † Primò limitatur, quando causa esset grauis: secus, si leuis, per tex. in d. c. querelam. supra de procura. à contrario sensu. & per no. per Glo. & Doct. ibi: nisi dicas, quod hoc videtur procedere de iure Canonico, secus de iure Ciuili: quia debet esse aliqua differentia, vt dicit Guido de Suza. & refert Ioan. Andr. in additio. Specul. in titu. de procuratore. §. 2. ad fin. inter impeditum impedimento voluntario, & impeditum impedimento necessario & probabili. facit quod no. Glo. & Docto. in l. fin. ff. de in integ. restitu. Sed si tenetur mittere procuratorem in causa non ardua, non esset aliqua differentia inter prædicta impedimenta. Ergo, &c. ¶ Sed pro æquitate Canonica, est fauor dirimendarum litium, argu. c. fin. infra de dolo & contuma. & quia in mora modici temporis non est præiudicium, vt l. si debitori. ff. de iud. secũdum Io. de Imo. in d. l. quæsitum.

53 ¶ † Secundò videtur limitari, si modo impedimentũ non superuenit post litem cœptam, per tex. in d. l. pen. §. 1. ff. de legatio. qui tex. loquitur in impedimento necessario & probabili, & tamen tex. dicit, quod tenetur se defendere, nec distinguit, an causa sit grauis vel leuis. Nec obstat tex. in d. c. querelam. de procura. quia intelligo illum tex. quando impedimentum suberat ante litem cœptam: quod tamen limitarem, nisi citaretur, vt personaliter compareat: quia non teneret talis citatio, per ea, quæ supra dixi & statim subijciam. Cogitabis, quia noua est consideratio.

54 ¶ † Tertiò limitatur, si modo causa sit ardua: secus, si leuis: quia tunc valeret citatio, maximè si dictum esset, Compareas per te, vel per procuratorem: quia tunc licet sit impeditus per se, tamen ex quo causa est leuis, & potest comparere per procuratorem, tenetur mittere procuratorem, per no. in d. c. cum dilecti. Facit, quia vbi vna pars alternatiuę adimpleri non potest, si alia potest impleri, debet adimpleri, vt l. si in emptione. §. pen. ff. de contrah. emp. & ita dicit Archid. 5. q. 3. c. si ægrotans, fuisse pronunciatum in quæstio. de consilio Doctorum Bononiensium. facit quod no. gl. in cap. querelam. & idem dicendum, quando simpliciter citaretur: quia etiam hoc casu, in dubio videtur citari, vt compareat per se, vel per procuratorem, vt l. 1. §. vsus. ff. de procura. secus, si citaretur, vt personaliter compareat: quia tunc licet causa esset leuis, & esset talis iudex, qui posset sub dicta forma citare, de quo dicetur infra in 20. principali articulo: tamen ista citatio non valet: quia cum iste impediatur tali impedimento necessario & probabili, & impedimentum sit notum iudici, meritò citatio non afficit citatum.

55 ¶ † Quartò limitatur, nisi agatur de causa electionis: quia tunc licet impedimentum non sit perpetuum, vel longo tempore duraturum, & causa sit ardua: tamen quia causa indiget celeritate, tenetur comparere per procuratorem, vt est text. cum glos. in cap. cupientes. §. quod si per viginti. ver. insuper. de electio. lib. 6. & sentit ibi glos. facit, quod no. Specu. in titu. de procuratore. §. 2. circa finem, & sic etiam potest intelligi d. cap. cum dilecti. infra de dolo & contuma. & licet quidam dicunt speciale, quando causa electionis est tractanda in curia: tamen Canonistæ simpliciter tenẽt, quod speciale sit in causa electionis, cum in qualibet tali causa tractanda, etiam extra curiam vrgeat dicta ratio. facit l. illud. ff. ad leg. Aquil. & c. cupientes, in princ. &c. quam sit. de elect. lib. 6. Et intellige, quod est speciale in causa electionis, non in causa beneficiali: licet Ioan. Cal. aliter dicat in d. c. querelam. & malè: quia contra illum tex. qui loquitur, quando erat quæstio de ecclesia, in qua quis prætendebat se beneficiatum, & tamen non tenetur comparere, etiam per procuratorem.

56 ¶ † Quintò limitatur eadem ratio, vt idem dicendum sit in qualibet alia causa, indigente celeritate: quamuis esset ardua, si verisimiliter intra illud tempus impedimenti, quamuis nõn sit futurum longum, non possit illi causæ prouideri, per l. illud. ff. ad leg. Aquil.

57 ¶ † Sextò limitatur, vt procedat in eo, qui nõ tenetur mittere procuratorem ad contumaciam excusandam: secus in actione ad interrũpendum præscriptionẽ: ita voluit Bar. in l. 1. de diuer. & tempo. pręscr. & sentit gl. in l. 2. §. si quis in iudicio. ff. si quis cau. tenet D. M. in c. cum dilectus. infra de dolo & contu. Io. de Imo. in d. l. quæsitum. in d. c. querelam. & in dicta l. si quis instituatur. ff. de hæredi. instit.

¶ Et aduerte: quia eo casu, quo citatus impeditus tenetur procuratorem mittere, non tenetur mittere ad litis contestationem, vel sententiam audiendam. Hoc sentit Gl. in d. l. si quis instituatur. & hoc fortè propter grauitatem præiudicij. Sed Ioan. de Imo. in d. l. quæsitum. prope fin. reprobat illam glo. quæ reprobatio mihi placet. glo. illa sic intelligitur. Sed illa materia habet varios intellectus, vt ibi traditur, & patet ex superioribus. ¶ Item in casibus, in quibus dixi, quòd quis tenetur mittere procuratorem: intellige, quando inuenit procuratorem idoneũ: secus si non inuenit, vel reperit minus idoneum. ita dicit Ang. in d. l. si quis instituatur, per l. idemque. ff. pro socio. & ibi dicit Ange. quòd Bar. eo audiẽte, dicebat illam l. quo ad hoc, non esse alibi, & sequitur Io. de Imo. in d. l. si quis.

58 ¶ † Sed circa prædicta quæro, quando causa dicatur grauis & ardua, vel leuis? ¶ Sol. Innocen. & post eum Io. Andr. in d. cap. querelam. dicit, quod illa dicitur grauis vel ardua, quæ est magni ponderis, vel etiam est intricata & difficilis: idem dicit Archid. 3. quæst. 5. c. si ægrotans. facit, quod no. in c. sedes. de rescrip. & in l. pe. ff. de re iud. ¶ Tu dic, quæ cũque causa criminalis, per quam etiam solus ictus fustium veniret infligendus, dicitur grauis, vt l. in seruorum. §. fi. ff. de pœnis. item causa omnium bonorum, vel maioris partis, vt in cap. 1. de restit. spol. lib. 6. & in l. itẽ propter litem. ff. de excus. tut. & Inst. eod. ti. §. itẽ propter litem. item si sit causa amissionis beneficij, vt no. glo. in d. c. querelam. aut etiam si imponat infamiam, vt l. infamia. C. de decurio. lib. 11. item matrimonialis, vt in c. 1. de consang. & affi. & in c. fi. de procu. lib. 6. ¶ Quæ autem dicantur leues causæ, videtur potius relinqui arbitrio iudicis. Ad quod vide, quod dixi in cap. 1. supra de lib. obl. ar. 5. fal. 20. & vide etiam, quod dixi in repet. cap. fi. de iureiur. ¶ Et prædicta notabis, etiam quo ad alias materias, in quibus de grauitate vel leuitate causæ tractaretur.

59 ¶ † Item quæro iuxta prædicta, qualiter probetur impedimentum, longo vel breui tempore duraturum? ¶ Sol. Dic, quòd hoc perpendi poterit interdum ex facti accidentia: quia si citatus impeditus in breui tempore est reuersurus, apparebit iudici clarè, quòd illud impedimentum erat breue. tenet Barto. in l. 1. ff. de diuer. & temp. præscrip. vbi dicit, quod satis est, quòd citatus se præsentet in loco tribunalis, nec est necesse alibi, vel aliter perquirere. facit l. 1. §. dies. ff. quando appel. sit, canonizata. 2. q. 6. §. biduum. Si autem infirmus dubitat, an infirmitas sit futura longa, vel breuis? videtur, quod de hoc debeat stari iudicio Medicorum, per l. semel. C. de re milit. lib. 12. facit l. 1. §. 1. ff. de ven. inspic. & quod traditur in c. propofuisti. infra de probat. Et si Medici ponant rẽ in dubio, idem dicendum, quod de perpetuo vel longo tempore impeditis, per no. glo. in simi. in cap. fin. de rescript. lib. 6. & in Clemen. 2. de rescrip. & ibi dixi, & in l. 1. §. sufficit. ff. de cond. indeb.

60 ¶ † Vlterius circa prædicta quæro, qualiter probetur impedimentum. ¶ Sol. Dic de hoc, vt traditur per Io. Andr. in c. 1. de dolo & contum. lib. 6. & per glo. & do. Domi. in c. cupientes. §. quòd si per viginti. de elect. lib. 6. dixi in clem. 1. de dolo & cont. sed latius tractatur per Io. de Imo. col. antep. & pen. in d. l. quæsitum. de re iudi. fortius dicam in titu. de proba. ¶ Postremò, circa materiam istius quæstionis quæro, quid si sumus in casibus, in quibus impeditus tenetur saltem comparere per procuratorem? & ipse dicit, se non reperire volentem acceptare, cum nemo ad id compellatur, Instit. mandati. §. rectè. & §. pen. vnde non videtur imputandum impedito, & non volenti: quia nullus obligatur ad reperire impossibile, vt in c. fi. de pact. & in reg. Impossibilium, de regu. iur. lib. 6. Et istud placet. Sed dicit Host. in d. ca. cum dilecti. infra de dolo & contum. quòd in diuite & potenti, hoc non est præsumendum. Et hoc coniunge ad id, quod dixi supra in ver. & aduerte, quòd eo casu. Et sic ex prædictis habes notabiliter expeditam hanc difficilem quæstionem.

61 ¶ † Vigesimononò quæro, Vtrum contumax sit citandus? ¶ Sol. Quidam dicunt, quòd si est notoriè contumax, non est citandus, per c. auditis. sup. de procur. & c. ad nostram, el 3. inf. de iureiu. Spec. vero, eo. ti. §. sequitur. ver. sed nũquid. dicit tenẽdum contrarium, per ea, quæ traduntur in d. c. ad nostrã. Sed dicit ibi Io. in addi. quod dicta allegatio est inepta: quia c. auditis, loquitur de notorio contumace, scilicet, qui reuocauerat procuratorem, & alium nõ miserat: iste non citatur super articulo incidenti, sed super principali. sic etiam c. ad nostram. non loquitur in notorio contumace, sed in delicto vel facto notorio. Et licet glo. 2. ibi notet, quòd requiratur citatio, non tamen facit ad casum quæsitum, secundum Io. And. ¶ Et aduerte, quia licet quis sit contumax in vno articulo: nõ tamen est contumax in alio. Et ideo videtur ad alium articulum citandus, vt sentit Io. And. in additio. Spec. eod. ti. §. viso. versicu. quid si quis. Sed tu vide, quæ latius dixi in Clemen. 1. de dolo & contu. & quæ dicam infra de dolo & contuma. ¶ Et quòd latius dixi infra in 27. prin. art. q. 6. item secunda ratione videtur.

62 ¶ † Trigesimò quæro, Vtrum appellãs ab aliqua interlocutoria, sit iterum de necessitate citandus? ¶ Sol. Tex. videtur velle, quòd sic, in c. 2. supra, vt lite non contesta. facit c. prout. inf. de dolo & contuma. Sed tu dic, vt tetigi in d. c. 2. in 2. no. quod illud quandoque fit ad maiorem cautelam, licet de necessitate non sit vlterius citandus, vt in c. 2. de dolo & cont. lib. 6. & in cle. 1. de dolo & contu. & ibi latissimè dixi, & de materia dicetur inf. in ti. de do. & contu. ¶ Et latius inf. eo. art. 28. q. 6. ver. item tertiò, qui appellat.

63 ¶ † Trigesimoprimò principaliter quæro. Quia quãdoque in literis apponitur clausula, Et quidam alij, vel similis. Verbi gratia, Conceditur rescriptum contra P. & quosdam alios. Qui possint citari virtute dictæ clausulæ. ¶ Sol. Dic, quod præter expressos in literis, possũt citari tres, vel quatuor, quorum nomina exprimi debent in primo citatorio. Text. est in c. 2. de rescr. lib. 6. Et hoc procedit, siue in literis sit vnus solus, vel etiam si sint plures specificati subiecta clausula predicta, vt traditur in d. c. 2. ¶ Sed circa hanc quæstionem plures oriuntur quæstiones, & dubitationes.

¶ Primò igitur quæro, Vtrum aliæ clausulæ sint similes, & quę sint illæ? ¶ Sol. Dic, quòd sic. vnde similis

lis clausula est, si dicatur: Titius, & nonnulli homines in ciuitate Sen. vel etiam, si dixerit, Homines ta lis loci: quia aut citabit, & conueniet eos, vt vniuer sitatem, & habentur loco vnius: aut vt singulos, & tunc præter expressos, solùm quatuor poterit conuenire, vt dicit Glo. super verbo, & quidam alij. in c.2. de rescrip. lib.6. Secus, si diceretur in literis: Cites Titium, & omnes alios, seu omnes illos, quos talis dixerit nominandos. quoniam hoc casu comprehenduntur etiam vltra quatuor. nec habet locum c.2. de rescrip. lib.6. cum ille tex. non loquatur per verbum vniuersale, omnes, sed limitatiuè, vel indefinite, secundum Io. An. in d.c.2. & sequitur ibi Domi. facit quod no. in c. dilecti. de except. in gl.2. per Spec. eo. ti. §. sequitur. prope finem.

¶ Secundò quęro, vtrum sub dictis clausulis semper includantur tres vel quatuor. ¶ Sol. Dic, quod quandoque comprehenduntur plures, quam quatuor, videlicet super re indiuidua: puta, in iudicio communi diuidundo, famil. erc. & similibus, in quibus plures, quam quatuor possunt citari virtute dictæ clausulæ, vt tradit glo. post Bernardum in verbo, Quatuor. in d.c.2. Et dicit Compost. in c. sedes. supra de rescr. quòd hoc est æquum, & sequitur Io. An. in d.c.2. in nouella, & do. Domi. licèt alij cõtra. ¶ Sed mihi plus placet præcedens opin. per ea, quæ dixi in c. fin. sup. de mut. pet. in 11. princ. artic. fal.2. ¶ Itẽ, vltra illos quatuor possunt citari omnes, qui ius habent in re: quia omnes tales possunt agere, & defendere de iure suo, vt in c.1. supra de elect. & in c. super eo. de offic. deleg. & in c. cum super. infra de re iud. Et idem tenet glo. in verbo, Quatuor. in d.c.2. & sequuntur Inno. Host. & Io. Imo. Et ponit Host. exemplum, quando Episcopus citatur virtute illius clausulæ, tãquam vnus, vel pro vno ex illis quatuor: quia ipse Episcopus non potest causam tentare sine capitulo suo, & sequitur Io. An. ibi in nouella. Sed dicit Io. de Imo. quòd istud exemplum est ineptum: quia tũc capitulum habetur pro vno, & sequitur ibi do. Domi. & mihi placet. facit quod dixi in præsenti quæstione.

¶ Tertiò quæro, vtrum vigore dictæ clausulæ possit citari vniuersitas. ¶ Sol. Videtur dicendum quòd non: ex quo in rescripto seu literis solùm expressa est singularis persona, secundum Hostien. & Io. Mo. in d.c.2. de rescript. lib.6. & sequitur ibi Arch. qui tamen remittit in c. in generali. de re. iu. lib.6. & ratio est, secundum Host. quia de stylo curiæ aliter scribitur contra vniuersitatem, & aliter contra singulares personas. ¶ Sed Franc. Vercellensis dicit, quòd hoc est verum, quando clausula generalis sequitur personam expressam, vnam, vel plures. secus vbi nulla persona est expressa. Sed Io. de Lign. dicit, quòd aut clausula concernit multitudinem in consequentiam, vt fit quando aliquibus nominatis subijcitur clausula generalis aut principalis, & non per modum clausulæ, & tunc loquitur d. cap.2. Sed dicit Io. de Imo. quòd contra prædictos facit generalis ratio posita in prin. tex. dicti cap.2. & ideo non videretur bene dicere. sed posset responderi, quòd ille textus non loquitur, nisi quando clausula est subiuncta post aliquam singularem personam expressam. Innocen. verò similiter vult, quòd vniuersitas includatur. Zenzelinus verò dicit, quòd opinio Inno. locum habet, quando in rescripto esset nominatus aliquis constitutus in dignitate, ita, vt esset æquè potens, quia tunc vniuersitas habetur pro vno. facit quod dixi in præcedentibus quæstionibus. Sed prima opinio Host. locum habet, quando priuata persona duntaxat esset nominata in rescripto: quia tũc vniuersitas nec nominari, nec citari potest: cum sit maior. in c. sedes. supra de rescrip. & idem tenet Io. de Fantuci. de quo remittit do. Dom. ad latius dicta per eum in c. in illis. de præben. lib.6. Et ista opinio satis mihi placet: quia principalis difficultas istius quæstionis descendit à materia & dispositione d.c. sedes. quia non potest citari virtute illius clausulæ superior in dignitate, quam sit persona nominatim expressa in literis. de quo dic vt ibi latius dicitur.

¶ Quartò quęro, quia dicitur quòd tres vel quatuor citari possunt: in cuius ergo electione sit dicta alternatiua. ¶ Sol. Dic, quòd est in electione istius, qui literas impetraret, secundum Io. Mon. in d.c.2. & sequuntur ibi Io. And. & do. Dom. facit l. planè. §. penul. ff. de leg.1. & quod traditur in regula, In alternatiuis, de reg. iu. lib.6.

64 ¶ † Quintò quæro, vtrum virtute prædictæ clausulæ possit citari fœmina. ¶ Sol. Ioan. And. in d.c.2. tenet quòd sic. allegat c. significauit, supra de rescrip. licet Vincen. ibi notauerit contrarium, & remittit Io. And. ad Spec. in tit. de rescrip. præsenta. §. fi. versi. sed quæritur vtrum. & sequitur Archid. 17. quæst.4. cap. si quis suadente. & Lap. in d. cap.2. Sed Io. de Lign. dicit quòd posset defendi contrarium: quia in odiosis masculinum non concipit fœmininum. sed rescripta sunt odiosa: igitur, &c. Non obstat cap. significauit. quia ibi non conuenitur fœmina ratione clausulæ, Quidam alij tanquam ipsa, sed tanquam hæres. Sed dicit Ioan. de Fantuci. quòd dictum Ioan. And. videtur verum à contrario sensu d.c. significauit. nam dicit ibi tex. quòd quia tempore impetrationis rescripti viuebat frater illius, ideo illa non tenebatur: & sic cum tempus datæ debeat attendi, non poterat compręhendi in rescripto: secus si tempore datæ frater fuisset mortuus. Tu ad hoc vide, quæ latissimè dixi in Clem.1. de elect. vbi tractaui, an & quando masculinum concipiat fœmininum.

¶ Sextò quæro, vtrum prædicta locum habeant, in quibuscunque literis apponatur dicta clausula. ¶ Sol. Glo. in verbo, literis, in d.c.2. de rescrip. li.6. dicit, ꝙ non. & sic vult, quod non habeat locũ in lit. episcoporũ, sed bene in literis apostolicis. & fuit opinio Hosti. per tex. illũ, dum dicit, literis nostris. facit 25. dist. c. qualiter. & idem tenet ibi Io. Mon. facit, quia ad episcopos facilius potest haberi recursus: & quia contra concedentem, latior fit interpretatio, vt in c. dilectus. supra de consue. Abbas tenet contrarium. pro quo facit de consecrat. distinc.1. c. basilicas. & sequitur Spec. eod. tit. §. contra. versi. quid si in literis. & loquitur tam de literis legatorum, quàm episcoporum: quia eadem est ratio, videlicet vt occurratur fraudibus. Io. And. distinguit, quod aut clausula illa solum præiudicat concedenti literas: & habet locum prima opinio, aut alij, & habet solum locum secunda. Io. de Fantu. dicit, quod est ponderanda ratio d.c.2. quia si fuit illa, ne nimium de-

derogetur iurisdictioni ordinariæ, locum habet distinctio Io. An. quia quando rescriptum concernit præiudicium tertij, debet strictè interpretari, vt in c. super eo. de offi. deleg. sed in præiudicium concedentis, interpretatur latè, vt in cap. quia circa. de priuil. cum simil. Sed si ratio esset illa, quam ponderat tex. d. c. 2. in prin. vt infinitas euitetur, & fraudib. occurratur: tunc vera esset opinio secunda. ¶ Dom. Ant. in d. c. 2. simpliciter & indistinctè tenet secundam opin. quia cum d. c. 2. sit iuris antiqui correctiuum, non extenditur ad casum non expressum per c. qui à iure. cum sua materia, de regu. iur. lib. 6. Sed do. Domi. in d. cap. 2. sequitur opi. Abbatis: quia ex quo ille tex. expresit rationes: ideo vt dicit Ioan. de Fantu. cum ratio expressa sit generalis: extenditur ad cōprehensa sub illa: quia ratio legis est illa, quæ regulat legis virtutem. 1. di. c. consuetudo. Nec obstat ratio do. An. quia licet ius sit exorbitans, tamē extenditur ad comprehensa sub ratione in iure expressa. no. glo. in Clem. 1. de elect. & maximè, quia dispositio dicti c. 2. non est omnino exorbitans: sed potius limitatiuum iuris antiqui. Nec obstat si dicatur, quod illud est declaratiuum iuris antiqui, & sic solum debet referri ad ius, quod declarat, & ad casum contentum in iure declarato, vt no. Innoc. in c. dispendia, de rescr. lib. 6. & per gl. in c. si cui. de elec. lib. 6. & quod traditur in c. fin. sup. de consti. Quare cum c. sedes. sup. de rescr. ad cuius limitationē emanauit d. c. 2. loquatur tantum de literis Papæ: ergo videtur quod non procedat in literis aliorum: quia potest respōderi, quod illud procedit in iure declarante, non asignante rationem. secus quando asignat rationem, per quam idem concluditur in alio casu. Item prædictæ clausulæ locum habent etiam in litteris, per quas quis ex officio debet ad inquisitionem procedere, secundum Innoc. & Ab. sed Io. de Fantu. dicit, quod aut sunt literæ inquisitionis, cum dicta clausula, à nemine impetratæ, & procedit opinio Inno. quia dicto casu non loquitur d. c. 2. quod patet per tex. ibi dum dicit, impetrator, &c. secus fortè dici posset, vbi inquisitor procedit ad instantiam impetrantis. sed dicit domi. Domi. quod posset dici, quod etiam si ex officio procedatur, habet locum d. c. 2. per ratio. illius tex. quæ est apta includere quemlibet modum procedendi, & lex extēditur ad comprehensa sub ratione: licèt strictius loquatur, vt statim dixi. Et quia etiam quis dicitur trahi ad iudicium, licet procedatur per viam inquisitionis, vt no. gl. in c. quoniam. inf. de prob. & probatur in c. qualiter, el 2. inf. de accus. de quo latè ibi dixi in 3. prin. artic.

65 ¶ † Septimò quæro, vtrum prædicta procedant in impetrationibus, quæ fiunt ad auditores Palatij Apostolici. ¶ Sol. Domini de Rota decis. 305. in antiquis, arguunt quod nō: quia cōmisiones quæ fiunt in curia, cum fiant ratione ordinariæ & superioris iurisdictionis, quam habet Papa, præsertim super causis deuolutis, vel aliàs tractandis in curia, nō sunt restringendæ sicut commisiones, quę fiunt ad partes, iudicibus delegatis: quæ tendunt ad eneruandam iurisdictionem, & ideo restringuntur. arg. c. ad hoc, supra de rescript. Concludunt tamen ibi, quod cum ratio d. c. 2. de rescript. lib. 6. sit generalis, videlicet ratione infinitatis vitandæ, vendicat sibi locum etiam in casu nostro. vnde dicunt, quod aut actor facit citari aliquos ad suam instantiam, & etiam debet ibi seruare dispositionem d. c. 2. & non faciat citari vltra tres vel quatuor, aut non facit specialiter citari aliquos, sed multi veniunt, pretendentes sua interesse, & volunt venire ad iudicium, & docere suum interesse, & tunc etiam extendatur ad plures: quia si ipsi scientes causam suam agi, sed nō opponerent, pararetur eis præiudicium, iuxta no. in c. cum super. & in c. quamuis. inf. de re iud.

¶ Octauò quæro, vtrum non specificati, vel specificati in literis, sint exprimēdi in primo citatorio. ¶ Sol. Dic, quod specificati in literis non sunt nominandi in primo citatorio, vt no. gl. in verbo, Quorum, in d. c. 2. Sed non specificati in literis, debent exprimi in ipso primo citatorio, & talis expresio debet fieri in actis, vt ibi dicitur, per c. quoniam, infra de probat.

66 ¶ † Nonò quæro, vtrū in qualibet citatione nomina sint exprimenda. ¶ Sol. Glo. prædicta ponit tres opiniones. ¶ Inno. tenuit quod sic. & sequitur Compost. Mouentur, quia primum citatorium pōt esse multis occultum. ¶ Alia opinio est, quod satis est, quòd semel exprimātur in ipsa citatione, & scribantur in actis, secundum Host. Bernar. verò dicit, quod sufficit, quod scribantur in actis, licet nō scribantur in primo citatorio: quia satis est, quod per hunc modū cessat variatio. ¶ Conclude ergo, quod satis est semel exprimere, vel in primo citatorio, vel etiam apud acta. Et vide quod latius dicitur in d. c. 2. & per Spe. eo. ti. §. contra. ver. item per clausulam, quidam alij.

67 ¶ † Decimò quæro, vtrum posit citari aliquis de non expresis ante expressos. ¶ Sol. Glo. prædicta tenet, quòd sic, nisi factum fuerit in fraudem, & sequuntur Doct.

¶ Vndecimò quæro, quid si non sit facta dicta expresio: vtrum citatus teneatur comparere, & si non comparet, quo punietur actor. ¶ Sol. Dic, quòd tutius est, quod compareat, & petat à iudice ne per talem citatoriam procedat: alioquin appellet. argu. c. bonæ. el 2. supra de electio. ¶ Item, potest petere aduersarium in sumptibus condemnari, ff. de re iudi. in l. eum quem. & hoc verum, quando impetrans vult conuenire, non solum expressum in citatione seu literis: sed etiam alios, quia tunc debet seruare dictum c. 2. & quod supra dictum fuit. ¶ Sed si actor dicit iudici, Ideo non feci alios in citatione exprimi, quia eos non intendo conuenire: tunc non incurrit pœnas d. c. 2. Melius tamen facit iudex, si à principio non citat aliquem, aliorum nominibus non expresis: nisi impetrans, quantum ad non expressos, renunciet rescripto, & hoc ipsum iudex ad excusationem sui in citatorio debet exprimere. tenet Specu. eod. tit. §. contra ver. sed quid si à principio.

¶ Duodecimò quæro, quid si pars expresit, quādo petijt citari: sed iudex non expresit in schedula citationis, an præiudicetur parti. ¶ Sol. Dic, Docto. dicunt quod non allegant c. ex insinuatione. infra de appella. & 2. q. 6. c. anteriorum. facit quod no. in c. fi. de elect. lib. 6. in glo. super verbo, Inanes, secundum Io. And. & d. Domi. facit quod dixi supra in 8. 9. & 10. quæstionibus.

¶ Ter-

¶ Tertiodecimò quæro, quid si actor nô expressit debito tempore in ipso principio: sed incontinenti post, an excusetur. ¶ Sol. Doct. dicût, quod sic: si ius aduersarij non est factum deterius, quia quæ incontinenti fiunt, uidentur inesse, vt in c. officij, supra de elect. & l. lecta. §. dicebam. ff. si cer. peta. ¶ Et sentit Fran. Vercellensis, & clarius Io. de Imo. quia tex. d. c. 2. exigit expressionem citandorum ad hoc, vt excludat fraudulosam variationem, quæ satis excluditur, si incontinenti hoc fiat post citationem, & sequitur d. Do. ¶ Et ex his est expedita 31. quæst. princ.

68 ¶ † Trigesimosecûdò principaliter quæro, quid si citatus sit, qui non debet citari, an sit expectandus vsque ad terminum in citatione comprehensum. ¶ Sol. Dic, vt dicam infra, in 31. princ. artic. ver. octauus effectus. ¶ Et ex his, Deo duce, expeditus est quintus principalis articulus.

SVMMARIVM.

1 *Citatio, ad cuius instantiam fieri debeat.*
2 *Iudicis officiû impartiri non debet, nisi parte petente.*
3 *Statutum, quòd iudex possit aut debeat citare, qualiter sit intelligendum.*
4 *Citatio, an possit fieri ad instantiam excommunicati.*
5 *Citatio, an posit sine iudicis commissione fieri.*

ARTICVLVS VI.

Sexto principali articulo tractandum est, ad † cuius instantiam seu petitionem debeat fieri citatio? ¶ Sol. Dic, quòd hęc materia potest considerari duobus modis. Vno modo, respectu partis. Alio modo, respectu iudicis. Quò ad primum modum, dicendum est, quòd quis debet citari ad partis petitionem, vt in cap. significasti. ibi, Ad petitionem aduersarij. & ibi dixi in secundo notabili, & in l. ad peremptorium. ff. de iudic. & in l. fin. C. de bo. auth. iud. pos. ¶ Et l. si accusatoribus. C. de accu. ibi, Postulastis. & ibi no. Bal. Not. Hosti. in c. ex conquestione. inf. de restit. spol. & probatur in Authen. de mandatis Prin. §. sit tibi. ver. & non permittas. no. Bald. in l. 2. C. quomodo & quando iudex. & Bart. in l. 4. §. hoc autem. ff. de dam. infec. vnde si fieret citatio, & non fieret ad instantiam partis, non teneret, per tex. in c. 1. sup. de iudic. & ibi tetigi in quarto notabili post Doct. & ibi tenet Dom. meus in c. prout. de dolo & contum. Tetigi in rub. inf. de dolo & contu. tract. 5. art. 14. ver. 12. tenet Bar. in d. l. ad peremptorium. & colligitur ex quæstionibus superius allegatis. ¶ Tenet Domi. in c. quoniam contra. de probat. Faciunt quæ dixi art. 27. q. 5.

2 ¶ † Quid autem, si in actis appareat B. citatum, vtrum præsumatur facta citatio ad partis instâtiam; dic vt dicam inf. in 30. princ. artic. ¶ Et prædicta habent locum, quando proceditur ad priuatam vtilitatem, & partis petitionem: quia iudex tunc nô debet impartiri officium suum, nisi parte petente, vt d. §. hoc autem iudicium, & in c. ad nostram. el 2. infra de iureiur. secus vbi iudex procederet ex officio suo ad publicam vtilitatem. Ad quod vide, quod latè dixi in c. qualiter. el 2. inf. de accu. in 8. prin. art.

3 ¶ † Et prædicta procedunt, etiam si statutum diceret, quòd iudex debeat & teneatur citare: quia debet intelligi ad partis instantiam, vt sic recipiat interpretationem passiuam, argum. l. vt gradatim. §. sed si ex lege. ff. de mune. & honor. de qua materia latè dicetur in ti. de consti. Et hoc procedit, nisi statutum loqueretur in casibus, in quibus iudex ex officio debet moneri: puta, propter publicam vtilitatem, vt dixi.

4 ¶ † Vtrum autem ad instantiam excommunicati, quis debeat citari, vide Innoc. & Io. An. in cap. 2. de dila. Imo. in l. quidam consulebat. ff. de re iudic. ¶ Sed tu dic, vt latè dixi in c. sacris. infra de senten. excom. in 19. prin. artic. in quinta quæst. principali, in secundo membro principali. ver. tertio quæro. Et ibi etiam traditur, quid de bannito. ¶ Circa secundum membrum respectu iudicis, dicêdum est, quòd citatio fieri debet ex iudicis commissione, vt in l. 2. & l. consentaneum. C. quomodo & quando iudex. & quod vtrobique traditur per Bar. & Bald. ¶ Et vide quod latius dicam infra in 9. princip. articu. Tetigi in cap. primo, supra de iudi. in quarto notabili.

5 ¶ † Et vide quæ dixi supra, in quarto principali articulo, & ibi vide quod etiam quandoque potest quis citare sine iudicis commissione, & maximè quod dixi ibi, in secunda quæst. principali articulo. ¶ Et quid si in actis apparet citationem factam per nuncium: sed non constat de iudicis commissione, vide quæ dicam, infra in 30. principali articu. ¶ Et ex prædictis est expeditus sextus principalis articulus.

SVMMARIVM.

1 *Citatio in quibus causis & casibus requiratur: & an, & quibus causis possit omitti.*
2 *Actus in quo exigitur causæ cognitio, requirit citationem eorum, de quorum præiudicio agitur.*
3 *Actus in præiudicium absentis motus, requirit citationem.*
4 *Citatio necessaria est, tam in causa principali, quàm appellationis.*
5 *Citatio requisita est in causa possess. & proprietatis.*
6 *Quæstio siue facti, siue iuris, requirit citationem.*
7 *In notorijs, an sit opus citatione.*
8 *Citatio necessaria est, siue procedatur ad partis petitionem, siue ex offic. iudicis.*
9 *Citatio requiritur, etiam quocunque iuris ordine seruato, vel non.*
10 *In dilatione probatoria, an sit necessaria citatio.*
11 *Testium receptio parte non citata, est nulla.*
12 *Actus in termino successiuo expediendus, requirit partis citationem.*
13 *Productio instrumentorum, exigit partis citationem.*
14 *Citatus comparens iudice non comparente, venit denuo citandus.*
15 *Iudice alteri prolationem sententiæ committente, facienda est noua citatio partium.*
16 *Receptio testium ad perpetuam rei memoriam, exigit partium citationem.*
17 *Publicatio testium seu attestationum, requirit partis citationem.*
18 *Publicatio processus citationem partis requirit.*

19 *Sententia interlocutoria partis citationem exigit.*

20 *Sententia diffinitiva ferenda citationem partis requirit.*

21 *Executio instrumentorum petita citationem requirit.*

22 *Executio sententiæ, an requirat citationem.*

23 *Insinuatio instrumenti citationem personæ in instrumento nominatæ requirit.*

24 *Exemplatio instrumenti, vel priuilegij exigit citationem omnium, quorum interest.*

25 *Publicatio instrumenti notarij defuncti, an citationem requirat.*

26 *Citatio, an requiratur, quando hæres scriptus petit se mitti in possessionem ex edicto D. Adria. tol.*

27 *Bonorum possessionis in agnitione, vtrum sit necessaria citatio.*

28 *Creditor vsurarius, quo casu citandus sit.*

29 *Relaxatio iuramenti vsurarij dupliciter peti potest.*

30 *Iurans non petere absolutionem, si petat absolutionem à secundo iuramento, an partem citare debeat.*

31 *Mulcta imponi non potest, sine partis citatione.*

32 *Sententia excommunicationis citationem excommunicandi requirit.*

33 *Denunciatio excommunicati exigit citationem.*

34 *Conditio expensarum citationem requirit.*

35 *Pœna imponi non debet, nisi de delicto constet.*

36 *Confirmationem electi debet citatio præcedere.*

37 *Tertius possessor, quo casu citari debeat.*

38 *Restitutio in integrum non solum respectu eius, contra quem petitio dirigitur, sed etiam tertij possessoris, citationem requirit.*

39 *Tertius, ad quem res esset reuersura, debet citari, si de eius agitur præiudicio.*

40 *Citatio requiritur & si statuto caueatur, quòd notoriè infamatus posset de facto puniri.*

41 *Declaratio, cui standum est, requirit citationem.*

42 *Commissio agrimensori requirit partis præsentiam.*

43 *Calculatio rationum alicuius actus, exigit partium præsentiam.*

44 *Interpretatio priuilegij vel beneficij citationem requirit humiliter, quando modificantur.*

45 *Modificatio priuilegij citationem requirit.*

46 *Arbiter, an possit partibus absentibus laudare.*

47 *Emens rem cum pacto, quòd si sibi placuerit, non teneatur, non potest voluntatem suam absente parte declarare.*

48 *Commutatio legati de vno vsu ad alium, quæ iudici committitur, an possit fieri parte, cuius interest, absente.*

49 *Determinatio alimentorum pupilli, per legem iudici commissa, an possit fieri partibus quarum interest, non citatis.*

50 *Arbitrator electus ad testatoris facultates æstimandas, debet partes, quarum interest, vocare.*

51 *Princeps an sit omnibus legibus solutus, ita quòd possit partibus absentibus determinare.*

52 *Arbitramentum potest proferri die feriata, & in Dei honorem.*

53 *Arbitramentum quo ad contractum, super quo arbitrator est assumptus, habet se tanquam conditio suspensiua.*

54 *Arbitrator, ad quid frequenter assumatur.*

55 *Boni viri in arbitramentis qualitas est inspicienda.*

56 *Acta in forma, & solemnitate iudicij, an requirant partis præsentiam.*

57 *Arbiter & arbitrator diuersimodè considerantur.*

58 *Arbitramentum latum ab arbitratore sine causæ cognitione, an sit validum.*

59 *Arbitrator ex forma statuti, vel dispositione iuris electus, an partes citare teneatur.*

60 *Arbitrator quòd possit procedere citatis partibus, & non citatis: ambabus præsentibus, vel altera tantum, vel ambabus absentibus, si partes dixissent, an intelligatur respectu actus pronuntiandi, an examinationis.*

61 *Inhibitoria in transmissione citatio, an requiratur.*

62 *Citatio est necessaria in bonorum interdictione.*

63 *Executio testamentorum citationem requirit.*

64 *Declarare volens processum nullum, debet partem citare.*

65 *Dispensatio causæ cognitionem exigit, & ideo partis citatione eget.*

66 *Causæ cognitio, an & quando citationem requirat.*

67 *Sententia interlocutoria, an & quando citationem exigat.*

68 *Citatio non est necessaria, vbicunque ab executione inchoari potest.*

69 *Appellare à quorum articulorum admissione, pars possit.*

70 *Legitimatio filij illegitimi, fratribus vel agnatis succedere sperantibus, non citatis, an fieri possit.*

ARTICVLVS VII.

1 SEPTIMO principali articulo tractãdum est, † in quibus causis, & casibus, requiratur citatio. Et an possit omitti, & in quibus causis & casibus. Circa quem articulum primò pono regulam generalem, quod citatio necessario requiritur pro ordine substantiali, ad validitatem processus. inf. de cau. possess. & proprie. c. 1. supra, de constit. c. cum ecclesia, & de maior. & obed. c. inter quatuor. 2. quæst. 1. c. nos in quenquam. in clem. pastoralis. de re iudi. in l. de vnoquoque. ff. de re iudic. & in l. nam ita diuus. ff. de adop. & in l. 1. §. ex eo. ff. quæ sent. sine appel. rescin. in C. quomo. & quando iudex. in l. ea quæ. Host. in sum. in ti. de sent. §. qualiter. vers. is est ordo. Spec. in ti. de act. & peti. in rubr. de quo tractabo inf. in titu. de ord. cogn. ¶ Et vide quod dixi inf. eo. art. 31. ver. 1.

2 ¶ † Et vbicunque agitur actus, in quo exigatur causæ cognitio, requiritur citatio eorum, de quorum præiudicio agitur. d. l. nam ita diuus. & l. in causæ. §. si causa cognita. ff. de mino. & in c. 1. ad fin. de cau. poss. & proprie. & cap. 1. de offi. iudi. & in c. fin. de supplen. neglig. Præla. lib. 6. & in l. nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de offic. proconsul. & leg. & in l. fin. C. si per vim vel alio modo. Et l. 3. §. si causa. ff. de bon. poss. & in iuribus statim allegatis tradit Specu. in titu. de secundo decreto. §. nunc dicamus. in princ.

3 ¶ † Et vbicunque agitur de præiudicio absentis istius, est citatio necessaria, vt in iuribus præallegat. & in alijs iuribus de quibus supra, in quinto principali articulo, in princ. ¶ Et etiam ad quemlibet actum, quem quis posset impedire ne fieret, debet quis citari, vt no. per Ioan. An. in c. solet. de senten. excom. lib. 6. & per glo. & do. in c. ex ratione. inf. de appel. 3. quæst. 9. c. omnia. inf. de procur. c. in nostra.

& ibi

& ibi in glo. fin. ¶ Et hæc procedunt etiam in processu Principis, vt in clem. pastoralis, de re iudic. no. Bal. post glo. in l. fi. C. de legi. tradit D. M. in c. cum inter R. supra, de elect. & no. 2. q. 1. nos in quenquã. & in c. 1. infra de cau. poss. & proprie. & in l. meminerint. C. vnde vi. ¶ Quod est verum, quãdo Princeps procedit ex ordinaria potestate: secus si procederet ex plenitudine & absoluta potestate, secundum Vbertum de Bobio, quem refert Io. An. in addit. Spec. in tit. de senten. §. iuxta. ver. est etiam nulla. Et fuit quæstio Pylei in ordine 66. tradit Bar. in l. mulier. ff. sol. mat. & D. M. in d. c. inter quatuor. & etiã sentit in d. c. cum inter R. ¶ Et prædicta recipiunt plures declarationes.

4 ¶ † Primò procedit prædicta regula, siue agatur causa principalis, siue causa appellationis, vt in iuribus præalleg.

5 ¶ † Secundò procedit, siue agatur causa proprietatis, siue possessionis. quoniam possessor nullo modo debet priuari possessione sua: nisi citetur, etiam si sit iniustus possessor, vt in c. licet. de preb. lib. 6. & in d. c. inter quatuor. & in l. fi. C. de edic. diui Adria. tollen. & per Bar. & Bal. in l. si deserta. C. si propter public. pensit.

6 ¶ † Tertiò procedit, siue sit quæstio facti, siue iuris. hoc colligitur ex glo. super verbo, Iuris. iuncto tex. in cap. sæpe, inf. de appel. & ibi hoc singulariter Dominus meus notat. Et ratio est, quia forte absenti competit aliqua defensio tendens ad offuscationem illius iuris. Vel fortè allegabit cõsuetudinem, vel priuilegium in contrarium, vel quid simile, vt dicitur in d. c. sæpe.

7 ¶ † Quartò procedit non solùm in his, quæ non sunt notoria: sed etiam in notorijs, dummodo sint notoria: quæ aliqua facti tergiuersatione celari possint. aut aduersus quæ posset quis se defendere, vt in c. fi. §. 1. de offi. deleg. lib. 6. & ibi no. d. Do. & do. Ant. in cap. referente. inf. de præben. traditur in c. vestra. infra de coha. cleri. & mulie. 3. q. 9. per totũ. & in c. cũ sit Romana, inf. de appel. & ibi tetigi, & in c. 1. de offi. deleg. lib. 6. & in c. ad nostram. el 2. infra de iureiur. in c. bonæ. el primo. ver. porro. supra de elect. 2. q. 1. c. manifesta. & cap. de manifesta, & c. quæ Lotharius. inf. de accu. c. euidentia. inf. de cohab. cle. c. tua, & per Io. An. in addi. Spe. in ti. de notorijs crim. super rubrica. Et quoniam in hoc iura, glo. & Docto. quandoque videntur velle, quod requiratur citatio: quãdoque vero quod procedi potest sine citatione: reducuntur ad concordiam per distinctionem, aut est tale notoriũ aduersus quod competere potest defensio, & requiritur citatio: aut non, & non requiritur. dixi in c. cum olim. inf. de re iud.

8 ¶ † Quintò procedit, siue procedatur ad petitionẽ partis, siue per viam inquisitionis ex officio iudicis. ad quod vide quæ latè dixi in c. qualiter. el 2. infra de accus. in 10. prin. art. q. 12. & q. 71. & seq.

9 ¶ † Sextò procedit, siue procedatur ordine iuris seruato, siue summariè, & de plano, &c. vt in Clem. sæpe. de verbo. sign. de quo latius dicetur, inf. in tit. de ord. cogni.

10 ¶ † Septimò procedit in dilatione probatoria. Ad quod vide, quod dixi inf. eo. c. 2. art. 11. q. 1. ver. & ex prædictis infertur. Et idẽ in articulis & positionibus producendis: quia quando à principali inducuntur, pars est citãda. sentiunt Domini de Rota, & post eos Dominus meus in cap. 2. de testi. Facit, quia posset pars opponere aliquos esse impertinentes: duplices, captiosos, repugnãtes, vel alterius similis qualitatis: propter quod non essent admittendi. facit quod traditur maximè per Glo. in c. 2. de testi. lib. 6. secus quando iudex iam examinasset articulos, an essent admittendi, vel non, de quo statim subijciam fallentiam.

11 ¶ † Octauò procedit in testiũ productione, quoniã testiũ receptio facta parte non citata, est nulla, vt est tex. in c. 2. inf. de testi. & in l. si quando. C. de testi. & nota. in c. constitutus. 1. de fideiuss. de quo latiùs dicam in tit. de testi. Sed ipsius testis citatio non requiritur ad hoc, vt valeat attestatio sua. Satis. n. est, ꝙ sit productus per partem, licet nõ fuerit monitus vel citatus, secundum Spec. in tit. de teste. §. qualiter. versi. iudex igitur. tenent Domini de Ro. deci. 365. licet Guil. de monte Lauduno in Cle. 2. de elect. & Iac. de Belu. in Auth. de testi. §. 1. sentiant contrariũ. Sed præcedens opinio est communis. pro qua facit quod no. Glo. in l. post legatum. §. is verò, ff. de his quibus, vt indig. & ibi etiam hoc tenet Bar. quod tamen procedit, dummodo testis non offerat se sponte: quia tunc efficeretur suspectus, vt in d. c. 2. traditur per Bar. & Moderniores in l. lege Iulia. ff. de testi. & in l. vxori. §. qui se filio. ff. de falsis. & per Bal. in auth. sed nouo iure. C. si cer. pet. & in l. quoniam. C. de testi. & in l. presbyteri. C. de episc. & cle. & in c. 1. §. porrò. quæ fuit prima causa beneficij amitten. de quo latius dicam in tit. de testi.

12 ¶ † Nonò procedit in actu expediendo in termino successiuo: vt puta, præfixus est terminus successiuus plurium dierum ad instrumenta producenda, vel ad testes producendos, vel ad quid simile: nam licet ista statuitio termini sit facta altera parte citata, vel præsente, aut monita: tamen cum producuntur testes vel instrumenta, citanda est pars. aliàs productio esset nulla, secundum Bar. in l. qui ante Calen. ff. de verb. obl. per l. 2. & auth. ei qui. C. de tempo. appella. ¶ Et sequitur Ludo. Pont. in d. l. qui ante Calend. Mouetur: quia cui ille præfixus est terminus, qualibet die termini potest actum facere, ad quem ille præfixus est, vt no. Glos. in versi. infra dictum. in Cle. 2. de appel. Sed tamen si intra terminũ facit, debet pars citari. quod probat tribus rationib. ¶ Primò, quia dictus terminus est cõis vtrique parti, vt l. petendæ. C. de temp. in integ. resti. ergo sequitur, ꝙ nulla ex partibus comparere debet ante finẽ termini, nisi aliàs citetur: cum dicto termino toto gaudere debet. ¶ Secundò, per casum expressum l. si quando. C. de testi. vbi examinationi testium ex longinquo venientium, præfigitur terminus quindecim dierũ: & tamen si pars velit illum facere examinari, dẽt citari alia pars. ergo, &c. ¶ Tertiò, quia cum pars possit qualibet die termini actũ exercere, nec pars altera possit diuinare, qua die facere velit, arg. ff. ad l. Aqui. l. si putator. & ff. mandati. l. si fideiussor. §. si cum debitor. & c. 1. vt Eccle. benefi. ergo, &c. Et hanc opinio. tenet Bar. in l. item illa. ff. de consti. pec. & Bal. in l. si quando. C. de testi. & l. 1. ff. si quis cau. & l. si ita relictum. §. Pegasus. ff. de leg. 2. & l. fi. C. qui admit. ad bono. posses. facit quod tradit

Bar.

Bar. in extrauagan. ad reprimen. in ver. de plano. vbi dicit, quòd ex sola productione instrumenti nō satisfit termino : nisi sit data copia parti, vel pars citata ad cōtradicendū. facit tex. 3. q. 9. c. chartę. & per Bal. in l. fi. C. qui admitti. secundum Pont. ¶ Sed tu dic, quòd melior text. est in l. fi. C. de fi. instrum. vide quod latius dicam in tit. de fide instrum. in materia productionis instrumentorum. ¶ Quod tamen intelligo, nisi ille esset monitus vt compareret singulis diebus & horis, intra illū terminum, ad videndū testium productionem & receptionem, & instrumentorum productionem: & ita seruatur in practica: quia cum sit facta monitio, vel citatio pro singulis diebus, & horis, perinde est, ac si illa hora productionis esset ille citatus.

13 ¶ † Decimò procedit in productione instrumētorum, quia quando producūtur instrumenta, pars est citanda, ut no. Glo. pe. in c. contingit. inf. de fide instru. per l. voluit. §. fi. & l. fi. ff. de interro. act. & probatur. 3. q. 9. in c. charte. Et idē voluit Bal. in l. si quādo. C. de testi. vbi singulariter dicit, quòd hoc est verum, quò ad effectum, & instrumentum probet: sed tamen quò ad satisfaciendum termino, satisfactum esse intelligitur: licet pars non fuerit citata. & idem tenet Bal. in l. fi. C. qui admit. ad bo. pos. possunt, per l. miles, §. sexaginta, ff. de adult.

14 ¶ † Vndecimò procedit, etiam si semel facta esset citatio : & citatus fortè cōparuisset, & iudex non sedisset pro tribunali: quia ad hoc, vt teneatur de nouo comparere, iteratò citandus est, vt voluit Inno. c. consuluit. in Glo. 2. in fi. sup. de off. deleg.

15 ¶ † Duodecimò procedit regula prædicta, etiam si iudex, qui cognouit de causa, citauit partes peremptoriè ad sententiam audiendam: & postea commisit alteri sententiæ prolationem. is enim cui commisit, tenetur iterum partes citare. arg. ff. de iudi. in l. edictum. facit C. quomodo & quando iudex. l. consentaneum, & ibi per Gloss. hoc tenet Spec. eod. tit. §. fi. ver. ante. allegat tamen in contrariū, c. consuluit. sup. de off. dele. vbi tex. vult, quod non teneatur vlterius citare. ad idem allegat l. mortuo. ff. de iud. vbi tex. dicit, quòd mortuo iudice, successor iudicabit, quod ille iudicaturus erat: & sic sine noua citatione. Sed dicit Io. And. ibi in addi. quòd si vterque comparet, & petit sententiam, cessat dubium : quia non est necessaria citatio. Si verò alter non comparet : tunc putat nouum peremptorium necessarium, per d. l. edictum. nisi iudex citasset ad sententiam ferendam per se, vel per commissarium suum. facit. ff. iudic. sol. in l. cum apud. & quod no. Io. And. in c. licet. de accu. Non obstat. l. mortuo. quia determinat quid iudicandum, sed non, quādo iudicandum. ita dicit Ioan. And. in illa additione. Bal. verò in d. l. cōsentaneum. in 1. q. dicit, quòd si ordinarius, decurso peremptorio, delegauit causam, quòd delegatus nō tenetur nisi semel citare. & ita dicit intelligendum, quod no. Inno. in c. dudum. el 1. de elec. in Glo. penul. & Arch. 5. q. 3. c. si ęgrotans. & 24. q. 3. c. de illicita. & vide quod dixi i c. licet in beato. inf. de accu. ¶ Et vide ad hoc quod dixi in 26. prin. art. q. 9.

16 ¶ † Tertiodecimò procedit in receptione testiū ad perpetuam rei memoriam, quo casu citādi sunt, quos negotium tangit, vt no. Glo. & Inno. in c. Albericus. & ibi Dominus meus, & Doct. inf. de testi. & probatur in c. significauit. eo. ti. & in Authen. de instrumen. cau. & fide. §. de quibus. & C. de accu. in l. fi. traditur per Do. de Rota, decisi. 10. & probatur : quia si non valet receptio testis parte non citata, quando lis est contestata, vt sup. dixi, versi. 8. fortius non debet valere quando recipiuntur ad perpetuam rei memoriam, cum ibi hoc sit maius periculum, de qua materia dic vt latius dicā in ti. de testi.

17 ¶ † Quartodecimò procedit in publicatione testium, seu attestationum : in qua fienda debet pars citari, vt d. c. Albericus. de quo latiùs dicam in titu. de testi.

18 ¶ † Quintodecimò procedit in publicatione processus. ita consuluit Bar. consi. 38. quod incipit, Catharina. per l. de vnoquoque. ff. de re iudi.

19 ¶ † Sextodecimò procedit in sententia interlocutoria, secundum aliquos. Alij verò tenent contrarium, de quo dicam, inf. eod. art. versi. 22. casus.

20 ¶ † Decimoseptimò procedit in sententia diffinitiua ferenda, vt in Clem. 2. de re iudi. de qua materia latius dicetur in ti. de re iudi.

21 ¶ † Decimooctauò procedit in executione instrumētorum petita, in qua requiritur citatio: quia ante nil est contractum: vnde necesse est à citatione incipere, Insti. de pœna teme. litigan. §. fi. Et quia nō potest constare iudici ante citationem, an instrumētum sit instrumentum, quod mereatur executionē, & an reus habeat aliquam exceptionem permissam, seu concessam à statuto, vel nō exclusam à statuto : & per consequens, an sit exequibile. Quinimo, si iudex faceret executionem parte non citata, deberet reuocari tanquam nulla, quatenus de facto processit, vt no. ff. de bon. possessio. l. 3. §. causa cognita. & ff. de euic. in l. minor. in princ. & per Bald. in l. ab executore. C. quorum appel. non recip. quod est verum, nisi per statutum aliter disponeretur, si statutū diceret, quod viso publico instrumento, seu guarantigiato, pręcipi debeat debitori, quod soluat: vel quod de palatio nō recedat, quo casu, etiam per epistolam potest fieri præceptum, secundum Bal. in rubrica, C. commin. vel epistolas. Et ad hanc materiam vide quæ dicuntur in versi. seq.

22 ¶ † Decimononò procedit in executione sententiæ, secundùm Cyn. in l. ab executore. C. quorum appel. non recip. super prima quæst. debebit enim pars citari, & assignari terminus, quare sententia nō debeat executioni mandari, per tex. in l. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudic. vbi tex. dicit, quod iudex debet interloqui. ergo pars debet citari, vt in l. de vnoquoque. ff. de re iudi. Item, quia pars posset lædi, igitur citari debet; vt in l. nam ita diuus, ff. de adopt. Item probatur per not. in l. 1. C. de iu. & fac. igno. vbi dicitur, quod post sententiam, plures possunt opponi exceptiones. igitur pars est citanda, & fuit opin. Gof. in l. meminerint. C. vnde vi. per illum tex. ¶ Inno. verò tenet contrarium, in c. ex ratione. infra de app. Bar. verò in l. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudi. distinguit, quod aut est facta condēnatio in quantitate vel genere, propter quod executio requirit, quod capiantur aliæ res, secundum ordinem illius §. in venditione. & debet citari per rationes primo loco inductas. Aut est facta condemnatio in specie : & si quidem illa species non reperiatur, & sic executio fieri debet in alia specie: & tūc

idem :

idem: sed si executio fieret in eadem specie, putat Bar. quod non sit opus citatione, sed petitur ab eo auferri manu militari, vt l. qui restituere. ff. de rei vé. ¶ Dicit tamen, quod in actione in rem, antequàm fiat talis executio, fiet præceptum post sententiam de ipsa restituenda intra certum tempus: & postea fiat talis executio. Insti. de off. iudi. §. 1. & in d. l. qui restituere. ¶ Sed dicit Ioan. de Imo. in d. §. in venditione, quod dicta distinctio non videtur vera, quia etiam in condemnato ad speciem, videtur stare ratio, quod citari debeat: quia posset lædi si non vocaretur, propter exceptiones, quas posset opponere, quia saltem potest opponere nullitatem, vel de iudicis incompetentia, vel defectus mandati, vt l. fin. & per totum. C. si à non compe. iudi. & l. licet. C. de procur. vel quia sententia sit lata die feriata, ut l. fin. C. de fer. vel iuris ordine non seruato, ut l. prolatã. C. de sentent. & sic verior videtur opinio Cyni. Nec obstat, quod coram executore non videtur exigi citatio, per nota. per Inno. in c. fi. de præsumptio. & per Glo. in Clem. 1. de off. deleg. quia aliud est in executore dato ad prouidendum de beneficio, quo casu, sicut principalis in collatione, seu prouisione beneficij non haberet alium citare, vt in cap. licet Episcopus. de preb. lib. 6. ita nec executor, qui fungitur vice cõmittentis. Aliud verò in executione sententiæ, cum ipsemet sententians, in executione sententiæ debeat adhibere causæ cognitionem. vt not. Glo. in l. in causæ. in princ. ff. de mino. & per consequens debet partem citare, vt d. l. in causæ. §. causa cognita. & per ea, quæ dixi sup. in princ. istius articuli. Nec obstat si diceretur, quòd non videtur requiri citatio: cum pro sententia, quæ transiuit in rẽ iudicatam, præsumatur: & pro ipsius iustitia & processu, ut traditur in cap. quoniam. infra de probationibus. & per Ioã. de Imo. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudic. quia potest responderi, quòd licet illa sit præsumptio, & transferat onus probandi in aduersarium, vt lege fine. C. de probatio. non tamen per hoc sequitur, quòd pars non debeat citari, cum posset sibi competere aliqua defensio, & illam posset probare. Nec etiam obstat lex, qui restituere. quia illa non negat causæ cognitionem adhibere deberi in executione sententiæ. ¶ Et ideò debet intelligi, quod præcedat causæ cognitio, vt d. l. in causę. & ita residet Ioan. de Imo. in d. §. in venditione. Sed tu vide Bar. in extrauaganti, ad reprimendum. super verbo, executionem, qui dicit, ꝙ si facta est condemnatio in re, & res ipsa capiatur & vendatur, non est necessaria citatio: vel si est facta in persona, & persona capiatur & puniatur. Solum enim hoc casu necesse est scire, ꝙ ille sit illa persona condemnata: vnde nõ est necessaria citatio, sed solum exigitur confessio ab illo: quod sit illa eadem persona, quæ condemnata est: secus si fieret in alia re. ¶ Bald. verò in d. l. ab executione. C. quorum appellat. non recip. dicit, ꝙ ita demum requiritur citatio, si fiat nouus processus: puta si peruenitur ad primum, vel secundum decretum in causa iudiciali. C. de his, qui ad Ecclesi. confug. lege, pręsenti. §. 1. secus si nõ fiat nouus processus, sed mera executio, quanquam iudicis officio implorato, per nota. per Innoc. in d. cap. ex ratione. Nam mera executio fit compellendo, non cognoscendo: cum merus executor procedat, vt arctator, non cognitor: licet procedat ex autoritate suæ iurisdictionis, vt d. l. qui restituere. ff. de rei vend. vnde dicit Glo. in l. 1. C. de iudi. quod executio fit sine causę cognitione. ¶ Quod est verum, cum fit executio: sed vbi pronunciat exequendum, secus est: quia tunc semper requiritur citatio, per l. 1. C. de iuris & fac. igno. & secundum Petr. & Cyn. in d. l. ab executione. & ita residet ibi Bal. ¶ Sed idem Bal. in repe. l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pac. dicit, quod si nouum interuenit factum, aut noua persona, aut noua res, aut nouus iudex, semper in executione requiritur citatio. si verò nil noui interuenit, non est necessaria citatio: quia ille, qui est ipso iure priuatus iure suo, non est vlterius citandus, in c. bonæ. de elect. in fi. per Innoc. si tamen apparet aliquid iniustè factum, reuocaretur contrario imperio & sine vlla citatione. arg. l. 3. §. pen. ff. de bono. pos. & l. 3. §. necessariis. ff. si mulier ventris not. & l. minor. in princ. ff. de euic. ¶ Recitat tamen opin. aliquorum dicentiũ, quod requiratur citatio, vt sup. dixi. ¶ Ange. verò in l. habere licere. ff. de euic. sequitur sententiam Bar. allegat no. per Innoc. in c. cum inter priorem. inf. de exceptio. ¶ Idem tamen Ang. in l. 1. C. de iudi. dicit quòd aut iudici notorium est sententiam exequendam: & procedat opin. Inno. & Bar. ¶ Aut non est sibi notorium: & tunc secus. ¶ Ego arbitror dicendum, quod si executio fiat in alia re, vel interueniat noua persona, aut nouum factum, vel quid simile: quod necessaria sit citatio, cũ requiratur noua cognitio. Si verò nihil no. interuenit: quia coram eodem iudice, ab eadem persona, & ad eandem personam, & ad eandem rem, petitur executio sententię, distinguo hoc casu: quod aut præcesit cognitio super executione fienda: & non restat, nisi actualis executio facti: & hoc casu, quando talis executio fit, non est necessaria citatio: vnde iudex ad petitionem partis potest committere nuncijs, vt exequantur: nulla facta partis citatione, & ita procedat opi. Inno. Bar. & sequacium. Aut talis cognitio non præcesit, & petitur executio sententiæ, & hoc casu requiratur citatio, & procedat opin. contraria: & sic procedant iura, quæ uolunt, quod in executione sententiæ requiratur causæ cognitio: & per consequens citatio, de quo in l. & si non cognitio. C. si contra ius vel vti. pub. & in c. super eo. inf. de falsis. & l. ordo. C. de execu. rei iudi. & in c. de cætero. inf. de re iudi. & ibi dixi, & per Spec. in titu. de feri. §. 2. versic. porrò. & seq. & per Ioan. And. in addi. Spec. in tit. de lib. concep. §. nunc dicendum. ver. 25. in addi. quæ incipit, mens Azonis. Quare arbitror, quod tutius sit, quod fiat citatio: tamen quia hoc videtur verius de iure eo, quod posset competere aliqua exceptio, vt sup. dixi: & sic cum posit lædi debet citari, tum etiam propter fugiendas opiniones. ¶ Et hoc procedit in causis ciuilibus. In causis autem criminalibus, vtrum sententia lata posit mãdari executioni sine noua citatione, vide quæ latisisimè dixi in c. qualiter, 2. inf. de accus. in 11. princ. art. q. centesima.

23 ¶ †Vigesimò procedit prædicta regula requisitę citationis, in insinuatione instrumẽti, in qua debet citari persona, quæ nominata est in instrumento, de cuius interesse agitur, secundum Iaco. Butr. per d. l. nam ita diuus. ff. de adopt. & per tex. in Auth. de instru.

ſtru.cau.& fide.§.quib.& in auth.ſi omnes.C.ſi vt ſe ab hæred.abſti. Si verò nomina non ſunt expreſſa, ſufficit fieri generalem proclamationem: vt ſi quis velit intereſſe inſinuationi talis inſtrumenti, debeat eſſe tali tempore, coram tali iudice, in tali loco.arg. l.ſe eo tempore.C.de remiſ.pig.& C.de ann.excep. ī l.vt perfectius.& ff.de inſtitoria.l.ſed & ſi pupillus. §. proſcribere. & per Spec. in tit. de inſtrumentorū editione.§.oſtenſo.verſi.qualiter autem fiat publicatio.& verſi.quid ſi citatio, circa fi. dicam latius in titu.de fi.inſtru.faciunt quæ dicam in ſequen. verſic. ¶ Et vide inf.contrarium.1. eodē ver.17.caſus,& vide Bal.in Rub.C.qui admit.ad bon.poſ.q.3.

24 ¶ Vigeſimoprimò procedit in exemplatione inſtrumenti, vel priuilegij, in quo ſimiliter exigitur citatio omnium, quorum intereſt, vt in c. pe. & fi.inf. de fide inſtru.& ibi per Doct.& per D.M. & Doct. in c.Albericus.inf.de teſti.& ſi talis exemplatio tendit in præiudiciū certæ perſonæ, debet nominatim citari: aliàs ſufficit generalis citatio, vt dixi in verſi. præcedenti.traditur per Doct.in d.c.pe.& fi. & per Guil.Cyn.Bar.& Bal.in d.auth. ſi omnes. per Spec. in d.§.oſtenſo. ver. & vt hic plenius. & per Guil. & Doc.in authent. ſi quis in aliquo. C.de eden.& per D.de Rota, deci.10. ¶ Et eſt vtile quod de tali citatione fiat publicum inſtrumentum. ¶ Et dicit Inn. in d.c.Albericus, quod ſi eſt tale inſtrumentum vel priuilegium quod non tangit certam perſonam: & ſi non poteſt ſpecialiter aduerſarius citari: debet ſaltem fieri vocatio per edictum ſolenne illorum quorum intereſt, vel intereſſe poſſet: aliàs non valeret exemplatio niſi fieret per illum, qui conceſſit priuilegium.Sicut enim quando à principio conceſſit, id fecit ſine alterius citatione: Ita poteſt de nouo exēplare, uel duplicare, ſicut etiam notarius, qui fecit originale, poteſt illud de nouo exemplare ſine partis citatione, tenet Hoſt.in c.pen.de confir.vti.& in c.ex parte.el 1.de priui.dummodo non ſit ſuſpectū, nec de ipſo referatur quęſtio. Alioquin etiam per illum qui conceſſit priuilegium, non debet fieri publicatio, ſeu exemplatio ſine cauſæ cognitione: vnde vocandi ſunt, quos res tangit. ita procedat cap. cum dilecta.infra, de confir. vtili,& c. cum olim eſſemus. & cap.ex parte Abbatiſſæ.inf. de priui. & in cap.cauſam. inf. de teſti. ſecundum Do.meum poſt Doct.in d.c.Albericus.

¶ Aduerte tamen, quia in caſibus, in quibus notarius non poteſt inſtrumentum iteratò tradere ſine iudicis autoritate, requiritur partis citatio: quia cum cauſæ cognitio ſit abhibenda, igitur pars citanda, quia cauſarū merita,&c.vt l.fi. C. ſi per vim, uel alio mō.& ff.de eden.in l.ſi quis ex argentarijs. §. fi. ¶ Et quia ex quo poteſt parti præiudicare, igitur citanda, vt dixi in princ. iſtius articuli, & etiam dixi in 5. arti.etiam ſi requireretur ſummaria cognitio, per tex.in Clem.ſæpe. de verb.ſig.& per Bar.in l.de tabulis.ff.de tab.exhiben.& per Spec.de inſtru. edi. §.poſtquam. ver.ubi autem.

25 ¶ †Vigeſimoſecundò in publicatione inſtrumētorum notarij defuncti, ſecundum Hoſt.in d.c.pen. infra de fide inſtrum. facit c.ſignificauit, & c.Albericus.infra de teſtib. Sed Dominus meus tenet contrarium in d.cap. penul. quia non vertitur præiudicium, cùm poſſit ad originale recurri, de quo latius dicam in ti. de fi. inſtru. & vide quę dixi in duobus pręcedentibus verſic.

¶ Vigeſimotertiò procedit in legitimatione, quæ ſit per Principem, ſeu habentem poteſtatem à principe, de aliquo illegitimo, quando ſcilicet fieret legitimatio non habita patris voluntate: quia cum per talem legitimationem poſſit alijs præiudicari illi ſunt citandi, quibus poſſit præiudicari, vt in l. fina. C. de natu. lib. & per d.l. nam ita diuus. & tenuit Iac.de Are.in d.l.fi. & ſequitur Bal. in 1.conſtitutione Codicis. Conſuluit Pe.de Anch.conſ.231. quod incipit, Ex tenore priuilegij. ¶ Et ad hoc vide omnino quæ dicam infra eodem art. verſi.30. caſus in legitimatis, in 2.par.de caſibus, quibus non requiritur citatio.

26 ¶ Vigeſimoquarto procedit, quando hæres ſcriptus petit ſe mitti in poſſeſsionem ex edicto diui Adriani, beneficio l.fi.C.de edicto diui Adria.tollen. vbi Franc. filius Accurſij, in quadam additione ad Glo.patris ſui voluit, quòd ſaltem requireretur generalis citatio.

¶ Quod verum dicit Bart.in d.l.fi.ſi modo bona à nemine poſsideantur: quia poſſet etiam, ſi vellet, propria autoritate ingredi poſſeſsionem, per l.cum hæredes.C.de acq.poſ.facit optimè quod not. Inn. in c.propoſuit.de conceſ.præben.Si res hæreditarię ab aliquo poſsidentur, ſeu iuſtè, ſeu iniuſtè: non poteſt talis licentia concedi, niſi parte citata, vt l.meminerint.C.vnde vi.& in l.fi. C.ſi per vim, vel alio modo.facit quod no.Inno.in c.cum noſtris.& in c.propoſuit.infra de conceſ.præben.ſecundum Bar.in d. l.fi.Sed Pet.& Cyn.ibi dicunt, quòd in pronunciatione tenutæ, & in executione fienda per nuncium, non ſit neceſſaria citatio poſſeſſoris, quia nō agitur de ipſius pręiudicio: quia per hoc non expellitur de ſua poſſeſsione, donec fuerit auditus: poſtquam autem pronunciata eſt tenuta, & immiſsio fienda per nuncium: ſi miſſus vult, quòd poſſeſſor expellatur, debet ipſe citari. ¶ Et quid agendum ſit illo exiſtente contumace, vel comparente, non eſt materia noſtra, vide ibi per Doct. ¶ Bal.verò in d.l.fi.diſtinguit, quod aut ex tali immiſsione nemini præiudicatur, & citatio non eſt neceſſaria, vt d.l.3. §. pen. ff.de bon. poſſ. Aut alicui præiudicatur: & tunc, aut nominatim præiudicatur, & nominatim eſt citandus, vt l. ſi deſerta. C. ſi propter pub. penſi. & licet actor hoc ignoraret, tamen ignorantia ſua non præiudicat poſſeſſori non citato, vt not. in l. cum miles, §. 1.ff.qui.ex cau.ma. & in c.eum qui.de præb.lib.6. ¶ Aut præiudicatur inter cęteros: & tunc ſufficit citari inter cęteros, id eſt, generali edicto, vt in Authen.de hæred.& fal.§.ſi verò abſunt. & in d.auth. ſi omnes.C.ſi vt ſe ab hær.abſti. & in c.fi.ſup.de ma. & obe.& ibi per Inno.

27 ¶ † Sed quæro, vtrum agnitione bonorum poſſeſsionis ſit neceſſaria citatio, maximè in agnitione bon.poſ.contra tab. ¶ Sol. Bal. plene tractat in Rubrica, C.qui admit.ad bon.poſ.q.3.vbi primò arguit, quòd non: quia nemo læditur, niſi quatenus lędit edict.Præt. Nam lex & conſtitutio abſque alia citatione ponit effectum ſuum. Et ſemper ius alterius intelligitur ſaluum, & ſubintelligitur clauſula, ſi preces veritate nitantur, vt nota. l. 3. §. bonorum. & l.1. C. quo. bono. ergo nemo eſt citandus: quia

quia nemini præiudicatur, ff. de fideicommiss. lib. l. si cum. §. fi. Præterea sufficit simplex agnitio, & non requiritur libellus, vt dixi inf. de resti. spol. c. 3. arti. 8. Item, quia fit ad declarandam voluntatem agnoscētis. Et nemo potest impedire, ne quis suam voluntatem declaret. ff. de leg. 1. l. Lucius. §. fi. facit quod no. in l. pen. in fi. ff. ad Treb. & l. fin. C. de curato. furio. In contrarium allegat, quia imo læditur heres scriptus, cum testamentum rescindatur. l. ut liberis. C. de codi. ¶ Item, quia in bono. pos. quæ non tribuit ius, exigitur citatio: ergo fortius in his, quæ non tribuunt ius. ¶ Præterea, iudex debet intelligere narrata sibi esse vera: quia si non intelligit, non videtur esse præsens, sed hoc sciri non potest, nisi partibus vocatis, vt l. fi. C. si per vim, vel alio modo. ¶ Præterea, appellatio bo. pos. suspendit: ergo recipitur con tradictor. l. 1. ff. de secund. tab. Insti. eod. §. fi. & Glo. in verbo, dies vtiles. ¶ Præterea, in possessorio facti requiritur iudicis interlocutoria, C. de edic. diui Adria. tollen. l. fin. ergo fortius in possessorio iuris. ¶ Præterea, in insinuatione instrumenti requiritur iudicis autoritas, vt no. Authen. vt non fiant pig. §. fin. ergo & citatio, ad quod vide quod dixi sup. ver. 20. ¶ Vel dic, quòd quantum ad agnitionem, non est necessaria citatio aduersarij, sed quantum ad testamenti rescissionem, si comparet contradictor, opus est cognoscere & decernere. Quod non videtur verum, quia cum agnitio non spectet post se decretum iudicis: ergo ipsa trahit secum suum effectum: suus autem effectus est, emendare vitium testamenti: & ista sunt connexa, & inseparabilia. vnde concludit Bal. quod valet agnitio, & testamentum rescinditur. Re vera tamen, apud iudicem non habetur pro rescisso, donec causa contradictionis sit per iudicem declarata. ff. de bo. pos. l. cum quidam. & hoc in emancipato prȩterito cum causa. Sed si absque ea, vel in suo prȩterito, non est opus declaratione: quia non est cognoscendum de causa in hoc articulo, secundum Bal. in d. rub. q. 3.

Vigesimoquintò, procedit in purgando, qui debet citare. arg. c. fin. in princ. inf. de purgatio. cano. & per Io. And. in c. pen. eo. ti. Sed tu latius dic, vt dixi in c. inter. inf. de purg. can. in 11. princ. art. quęst. in 1. membro principali. Et vide etiam quæ ibi dicuntur in d. 1. membro. q. 1. 2. & 3.

28 Vigesimosextò, procedit in petitione relaxationis iuramenti super vsuris soluendis à debitore, vel solutis non repetendis: quo casu necessario citandus est creditor vsurarius: quia sicut diuersa est forma iuramenti de quo quæritur, sic cadit diuersa responsio.

¶ In primo casu, circa soluendas vsuras potest arctari terminus solutioni fiendæ, quæ arctatio nō cadit in secundo, videlicet circa non repetēdas vsuras. propter quod Io. And. post Tancr. & Vinc. in c. debitores. de iureiu. dicit, ꝙ nisi debitor petat absolutionem à iuramēto, tenetur soluere: nisi instaret terminus soluendi, & creditor abesset: & ideo dicunt, quod de necessitate creditor est citandus: vnde est ordo, quod vocetur creditor à quo petatur, vt iuramentum remittat. Vnde concludit Io. And. in addit. Spec. super rubr. de iureiur. in fi. addi. quòd siue agatur ad dissoluendam obligationem contractus, qui dicitur esse vsurarius, siue ad relaxationem iuramenti de soluendis vsuris ad certū t[illegible] obtinendam relaxationem iuramenti d[illegible] do vsuras, creditor est semper citandus. Seu bitor iurasset non denunciare, vel illum in ius [illegible] vocare, satis videtur, quòd relaxatio iuramenti fieri possit illo non vocato: quia alias ipsum citare à principio ante relaxationem iuramenti esset contra iuramentum: & hoc maximè procedit, quia iuri partis nil detrahitur: sicut in simili dicimus de liberto vel filio, qui petit à patrono vel patre licentiam vocan. patronum vel patrem in ius, non vocato patrono & patre. ff. de in ius vocan. in l. qui neque. §. 1. de quo dicam, infra eo. artic. fallen. ¶ Et sequitur do. Ant. & Ioan. de Imo. in c. 1. infra de iureiur. ¶ Sed Do. meus ibi dicit, quòd hoc vltimum dictum sibi non placet. ¶ Mouetur, quia negari nō potest, quin ex relaxatione iuramenti fiat præiudicium creditori, ar. cap. fin. de foro compet. lib. 6. igitur non debet fieri absolutio eo non citato. ¶ Sed dic, tu, quòd Oldr. formauit prædictas quæstio. consi. 120. quod incipit, Ad duplicem finem. cuius Oldr. consi. Ioan. And. qui tam accuratè detexit furta Speculatoris, & tam acriter & acerbè reprehendit in addi. suis, interserit pro maxima parte in ipsis addi. & semper tacuit autorem. Oldr. ibi dicit, † quòd ad duplicem finem petitur relaxatio iuramenti prædicti. Vnus est, vt obligatio, quæ contracta videbatur super vsuris, tollatur: & hoc casu, debet fieri partis citatio & examinatio. ¶ Alius, vt habilitetur persona, vt non obstante iuramento possit detegere fraudem contractus. & licet ille ordo non requiratur: quia non agitur de grandi præiudicio creditoris: nam remanet sibi saluum ius ad defendendum, imo ille ordo hoc casu locum habere non potest iuramento obstante, quod impedit debitorem fraudem detegere: nisi prius illud quantum ad hoc, tollatur. Et ideo non habet locum ille ordo, maximè vbi creditor est absens, qui super hoc moueri non potest: & ideo sine tali ordine & citatione, potest hoc concedi: cum non detrahat iuri partis, sicut dixi de liberto, & filio emancipato, qui petit decerni bon. pos. causa litis agnoscendæ, & sibi dari licentiam, vt possit proponere querelam inofficiosi testamenti. C. de inoffic. testam. l. 2. secundum Oldr. in d. consi. 120. de quo etiam tractat consi. 186. quod incipit, Licet ex ordine. quæ opinio videtur mihi multum æqua, odio vsurariorum. ¶ Zabarel. tamen in cap. 1. infra de iureiur. videtur potius velle, quod requiratur citatio: non tamen loquitur specificè in casu prædicto, quādo iurauit non petere absolutionem. allegat c. fi. de foro compe. lib. 6. quia si ibi citari debet iurans ante, quàm cogatur obseruare iuramētum, fortius is, cui iuratur, debet citari ante, quam iurans absoluatur: quia actoris & rei æqua debet esse conditio, supra de mut. peti. c. 2. Et difficilius debet procedi ad absolutionem, quam ad obseruantiam iuramenti, vt in c. si vero. inf. de iureiu. ¶ Ego arbitror fortè dici posse, ꝙ aut iurans simpliciter iurauit non repetere vsuras: & tunc potest petere relaxationē iuramenti, & debet pars citari. Aut iurauit etiam non petere absolutionem à iuramento: & tunc implorabit officium iudicis, & iudex citari faciet ante, quàm absoluat: sed non citabit ad petitionē iurantis, ne sit periurus. Aut iurauit non implorare officium iudicis

nec

nec denunciare iudici: & hoc casu, si iudex hoc scit, dêt ex officio procedere: & arbitror, ꝙ nihilominus debet citare. de quo dicendum, vt dicitur in d.c. 1.

30 ¶ † Sed si iurauit non petere absolutionem à iuramento, arbitror quod possit petere à iudice, vt absoluatur ab hoc vltimo iuramento, de non petendo absolutionem à iuramento: nec videtur, quod tûc sit necessaria citatio: cum remaneat aliud iuramentum de soluendis, vel de non repetendis vsuris, in cuius iuramenti absolutione petêda, necessaria erit citatio, vt dixi. & arbitror, quod eo casu, quo daretur absolutio non facta citatione, talis absolutio prę ter quàm, quò ad iuramenti religionem, non præiudicaret non citato, per no. in l. nam ita diuus. ff. de adop. & l. de vnoquoque. ff. de re iudi. & quæ latius superius dicta sunt. Ita sentit Zaba. in d.c. 1. faciunt etiam not. per eum in c. debitores. & in c. ad nostrã. de iureiu. ¶ Et no. prædicta, quia quotidie contingunt in practica. ¶ Et quod dixi, fore necessariam citationem, procedit, quando sumus in dubio, vtrũ iuramentum teneat: puta, quando contractus super quo iuramentum fuit præstitum, nullam contineret apparenter vsurariam prauitatem, licet per partem allegetur: quia tunc non debebit relaxari parte non citata, & ita etiam procedat glo. super ver. tangentibus. in Cle. 2. de iudi. quæ iuncta cle. sępe. de verbo. signific. sentit, quòd requiratur partis citatio, ut ibi dixi. Aut est certum, iuramentum esse illicitum ex parte recipientis: Et hoc casu non sit necessaria citatio, vt videntur sentire Inno. & do. Ant. in c. debitores. de iureiu.

31 ¶ † Vigesimoseptimò, procedit in mulctæ impositione, secundum do. Ant. in c. 1. sup. de iudic. quia iudex non potest mulctare propter contumaciam, nisi citet de nouo ad se excusandum, ut not. Bar. in l. 2. ff. si quis ius dicenti non obtemp. dicit tamen, satis congruè posse dici, quod quando agitur de pœna contumaciæ commissæ in iudicis conspectu, vbi nulla cadit excusatio: quòd mulcta pôt infligi absque alia citatione: maximè, si pars est præsens, sed si potest cadere excusatio, vt mulcta absenti imponenda, exigitur citatio, vt d.l. 2. ¶ Et aduerte, quia quã do contumacia propter quam mulcta est imponenda, est notoria, vt quia in iudicio dicit nolle comparere, vel nolle obedire, aut quando per similê modum contumacia esset notoria, secundum ea, quæ latius dicam, infra in tit. de do. & contu. non uidetur requiri citatio, secundum do. Ant. in d.c. 1. facit glo. 23. q. 4. c. de illicita. & 2. q. 1. cap. manifesta. & cap. de manifesta. ad quod vide, quod dixi supra, eod. art. ver. 4. ¶ Si verò contumacia non est notoria, vtrùm requiratur citatio ad mulctam imponendam? videtur dicendum, quòd sic, per l. 2. & quod ibi not. Bar. ff. si quis ius dicenti nô obtemp. In contrarium tamê facit, quod notat idem Bar. in l. si finita. §. Iulianus, ff. de dam. infec. & in l. côsentaneum. C. quomodo & quando iudi. vbi dicit, quòd si iudex citat partem peremptoriè, vel tribus edictis, vel vnica citatione cum comminatione procedendi ad vlteriora, non requiratur noua citatio: quoniam possit procedere ad missionem in possessionem. ¶ Sed tu aduerte, quia Bar. prædicta notabiliter reducit ad concor. in l. desertorem. ff. de testa. mili. vbi dicit, quod quædam est pęna contumaciæ, quæ respicit ipsum processum, in quo commissa est contumacia, vt ferre sententiam, vel dare possessionem ex primo, vel secundo decreto: & tunc non est necessaria alia citatio. ¶ Quędam est pœna, quæ venit extrinsecus, non respiciens ipsum processum, vt condemnare, & mulctare in pecunia, uel prohibere ab aliquo officio, vel quid simile, & tunc etiam post peremptorium requiritur alia citatio, etiam ad finê condemnandi, seu mulctandi, vt in d.l. desertorem. quod est not. dignum, & sequitur Dominus meus in d.c. 1. sup. de iud. ¶ Ad quod facit l. aut qui aliter. & quod ibi no. ff. quod vi aut clam. & quod no. in simili, in c. consuluit. sup. de off. deleg. ¶ Et hæc procedunt, quando aliqua posset competere defensio: secus, si nulla posset competere defensio, per ea, quæ statim dixi secundum do. Ant. & quæ inf. subijciam, fallentia seq.

32 ¶ † Vigesimooctauò, procedit in sententia excommunicationis ferenda. tangit Dom. meus in d.c. 1. de iudi. facit, quod dixi in præcedenti ver. cum ista veniat imponenda ratione contumaciæ. hoc tamen non procedit simpliciter & indistinctè, de quo dic, vt latè dixi in capitulo, perpendimus. infrà de sent. excom. in 10. princ. ar. q. 9.

33 ¶ † Vigesimononò, procedit in denunciatione, quæ fit de excommunicato. ad quod vide quod latè dixi in d.c. perpendimus. in 10. prin. articulo, quæstione 32. ver. 3. dubitatur. & vide ad hoc iura, quæ statim allegabo, ver. 31.

34 ¶ † Trigesimò, procedit in condemnatione expensarum, sentit glo. pen. c. constitutis. de procurat. tangit Do. meus in d.c. 1. de iudic. quod est verum in aliquibus casibus, sed non simpliciter & indistinctè, de quo dic, vt latè dixi in cap. calumniam. inf. de pœn. in 9. prin. articulo, in primo membro, pen. versi. 14. quæro.

35 ¶ † Trigesimoprimò, procedit in declaratione, quæ fit à iudice super pœna ipso iure, à iure imposita: quia licet pena imponatur ipso iure, tamê debet constare de delicto, & ideò exigitur citatio, ut no. glo. in verbo, constitutus. in cle. præsenti. de censi. & glo. pen. in cle. 2. de pœ. & quod no. Ioan. And. in c. constituimus. de sent. excommu. lib. 6. & est bonus tex. in l. eius qui delatorem. & quod ibi not. Bar. ff. de iu. fis. & per Feder. consi. 116. ad quod vide quod latius dixi in d.c. perpendimus. art. 10. q. 32. versi. 3. dubitatur.

36 ¶ † Trigesimosecundò, procedit in confirmatione electi, quam præcedere debet citatio, secundum Io. And. hic, in rubr. per c. fi. de elect. lib. 6.

37 ¶ † Trigesimotertiò, procedit non solùm respũ principalis debitoris, contra quem dirigitur petitio, cuius requiritur citatio, sed etiã respectu tertij possessoris: licet contra eum non agatur, si modò agatur contra debitorem ad finem, vt possit perueniri ad illum tertium possessorem. talis enim tertius possessor debet citari, cùm hoc iudicium ad ipsius præiudicium ordinetur. ¶ Ita tenet Ang. in l. de vnoquoque. ff. de re iudi. allegat no. per Iac. de Are. in tract. excussionum, & notata per se in l. decem. ff. de verb. ob. & sequitur Io. de Imo. in d.l. de vnoquoq. in fi. ¶ Sed tu vide quod latius dixi supra, in 5. prin. art. quæst. 6. ¶ Et limita, vt statim dicam in ver. 35. & uide etiam ad hoc, ver. sequentem. Sed si agerem

contra

contra aliquem, vt contra debitorem meum, & facerem ipsum condemnari, tunc non est necessaria citatio aliorum creditorum eiusdem debitoris: nec possunt illi opponere ad processum eo, quòd non fuerint citati, secúdum Ang. in d.l. de vnoquoque. & sequitur Io. de Imo. in fi. principij.

38 ¶ † Trigesimoquartò procedit in restitutione in inte. non solum respectu illius, contra quem dirigitur petitio: sed etiã respectu tertij possessoris, per no. in l. cum miles. §. 1. iuncta glo. ff. qui. ex cau. ma. & in l. fi. C. de aut. præstan. tradit Bal. in l. nam ita diuus. ff. de adopt. ver. pe. pro quo facit, quod dixi in præcedenti ver. & intellige secundũ quod dicam in sequẽti ver. & vide, quod dixi sup. in 5. prin. art. q. 6.

39 ¶ † Trigesimoquintò procedit, vbi etiam tractatur de præiudicio tertij, ad quem res esset reuersura: videtur citandus. & ideo si agitur contra substitutũ, videtur citandus substitutus, ad quem res est reuersura. ¶ Ad quod vide Bar. distinguentem inter actum voluntariũ, & iudicialem, vt traditur per eũ in l. in diem. ff. de aqua plu. arc. ¶ Et vide, quod dixi in 2. præcedentibus ver. & quod latius examinaui in 5. princ. artic. q. 6. ¶ In effectu in materia istius ver. & præcedentiũ, arbitror concludendum, quòd citatio non sit necessaria ad validitatem actus: sed sit vtilis, quo ad præiudicandum illi tertio: quia si citabitur, processus & sententia præiudicabit citato: aliàs secus. ad quod vide, quod latius dixi in 5. prin. art. in 1. q. & etiam in q. 11.

40 ¶ † Trigesimosextò procedit etiam si statuto caueretur, quòd notoriè infamatus posset de facto puniri. ¶ Distingue tamen circa hoc, ꝙ aut verbum, de facto, regulat tantum capturam: & tunc non requiritur citatio: sed tamen non dicitur tolli citatio: sed loco verbalis citationis fit citatio realis per capturam personæ, quæ etiam de iure communi permittitur in multis casibus, vt dixi supra, in 4. princ. art. q. 2. ¶ Non enim tollitur defensio, sed peruertitur: quia vbi aliàs potuisset se defendere ante capturam: nunc cogetur captus se defendere: & sic non obstant iura, quæ videntur in contrarium facere de citatione facienda. ¶ Et ex prædictis infertur, ꝙ si statutum disponeret, ꝙ viso instrumento dotis, vel locationis, aut venditionis, aut messariæ, de facto capi faciat debitorem, prout est in statuto Sen. ꝙ túc non est necessariũ, quòd procedat citatio verbalis. ¶ Quandoque vero verbum, de facto, respicit & regulat cognitionem, vt quia dicitur in statuto, ꝙ possit de facto cognosci: & tunc puto, ꝙ requiratur citatio: quia per verba quantumcunque lata, non videtur tolli defensio, quæ est de iure naturali, vt in cle. sæpe, de re iud. & vide, quod dixi sup. eo. art. ver. sextò procedit. Imò cum sit de iure naturali: non potest tolli, vt in l. defensionis facultas. C. de iu. fis. & in l. vt vim. ff. de iusti. & iu. ¶ Et quod no. in cle. 2. de re iudi. & in cle. 1. de hom. & ideo non intelligitur sublata citatio, per quam parti datur facultas defensionis, vt in d. cle. 2. nã & Deus citauit Adam: & tamen sibi notorium erat delictum, & potuit ipsum de facto punire. ¶ Item facit, quia cognitio nõ potest fieri sine partium assertione, vt l. fin. C. si per vim vel alio modo. ¶ Non obstat glo. in l. verum. §. ex facto. ff. de mino. quæ vult, ꝙ per illud verbum, de facto, tollantur iuris solennitates: quia verum esset de solennitatibus positiuis, nõ de citatione, quæ continet defensionem, & hoc etiam patet: quia vbicunque potest procedi contra absentem, iudex à se ipso debet assumere, & perquirere, seu inuestigare defensiones absentis, vt l. 1. in fi. ff. de quæst. & in l. si non defendantur. ff. de pœ. Quandoque vero dicta verba regulant executionẽ, vt puta, si dicitur, ꝙ possit de facto puniri, & tunc aut adijciuntur post crimen penitus liquidatum, & non requiretur citatio: eo, ꝙ illi nullæ videntur competere defensiones, & ita potest verificari glo. in l. ictus fustiũ. ff. de his, qui no. infa. quę loquitur de capto in flagranti crimine, & quod no. gl. 2. ff. de fur. l. 2. ¶ Si vero crimen non est omnino liquidatũ: sed solum iuris præsumptione, vt puta, quia statutum dicit, ꝙ bannitus propter contumaciam si capiatur, de facto debeat puniri: nam hoc casu videtur, ꝙ sit sibi assignandus terminus: quamuis terminus possit abbreuiari, & hoc, vt ipse possit allegare defensionem si quam haberet, per l. 3. §. si ad diem. & ibi per Iac. de Are. ff. de remi. facit d. l. 1. in fi. de quæst. & quod habetur in l. fi. C. depo. ¶ Et ideo in proposita quæstione dicendum est, ꝙ licet quis notoriè diffamatus sit de falsitate, nihilominus iudex debet eum, saltem semel, citare ante, quàm possit illum bannire. Ad quod faciũt no. in l. illicitas. §. veritas. ff. de offi. præsi. Satis enim de facto fit, si illud quod aliàs fieri deberet, in 30. vel 20. diebus, in duobus, aut tribus expediatur, & sic sine illa solennitate longioris dilationis, vt d. §. ex facto. & ita dicit do. Nellus de S. Gemin. ꝙ consultus in iure seruare fecit, ꝙ dictante statuto Florentino quod proconsul notariorum, statim, ꝙ sibi præsentatur condemnatio facta de falsitate alicuius notarij, debeat ipsum de facto abradere de matricula. ¶ Debet enim citari, antequam abradatur, vt in d. §. si ad diem. & quod ibi no. per Iac. de Are. Subdit tamen do. Nellus, ꝙ in proposita quæst. si iudex ad probationem notarij secũdum ea, quæ habentur in l. 1. C. qui & aduersus quos. & in l. ciues. C. de app. & in c. euidentia. inf. de accu. & quæ latius tradũtur per Ant. de Bur. & Doct. in c. vestra. de coha. cle. & mul. cum cócor. fecisset citari infamatũ cum interminatione seu comminatione de ponendo in banno, & ille non comparuisset: fortè tunc facta probatione nõ requireretur alia citatio, per no. in l. de pupillo. §. nunciatio. ff. de no. ope. nunc. & in l. 2. C. de episc. audi. quasi tunc omnino crimen dicatur liquidatũ. Ita concludit do. Nellus in tract. bannit. in 3. par. 1. temp. q. 4. & satis mihi placet. & ad predicta facit no. per Lap. alle. 129. & per Do. de Ro. dec. 631. per Io. de Imo. in Cle sępe. de verb. sign. & predicta singulariter perpetuò notabis, quia quotidie cõtingunt in practica: & vide, quæ latius dicam de significato, & potentia istius verbi, de facto, inf. in tit. de ord. cog. ¶ Et adde, quæ dixi inf. 20. prin. art. q. 24.

41 ¶ † Trigesimoseptimò procedit etiã, quando aliquis, cuius dicto stari debet: fortè ex dispositione vel pręcepto testatoris declarantis dictum suum, cuius declarationi stari debet ex proprio ipsius iudicio: puta, si testator dixit, ꝙ stetur dicto B. de eo, ꝙ si deponenti videbitur, quia hoc casu requireretur, ipsius præsentia, vel citatio, per l. si quis arbitratu. ff. de verb. oblig. & in l. quod si nolit. §. si quis ita. ff. de ædi. edi. & in l. mulcta. ff. de cõd. & demon. & rõ est,

quia præsentia citati posset trahere talem in aliã sen tentiam, ut l. sicuti. ff. de arbi. secus, si ille, cuius dicto quis debet stare, habet solum ferre testimonium de voluntate defuncti: quia tunc requiritur partis præsentia, ut est tex. in l. Theopompus. ff. de dote præleg. ¶ Nec obstat, quod pars debet esse præsens, quã do testis iurat, ut in l. si quando. C. de testib. dixi supra, ver. 8. quia illud verum, quando persona testis non est approbata, prout est in casu isto: & ideò cũ præsentia partis non possit trahere eum in aliam sen tentiam, meritò non requiritur citatio, ita dicit singu. Bar. in d. l. Theopompus. ¶ Et vide, quod dicam in duobus seq. ver. & inf. ver. 42.

42 ¶ † Trigesimooctauò, procedit quando iudex cõ mittit alicui ut vadat, & mensuret aliquem agrum, & referat: quia in commissione debet pars esse pręsens, seu citari, quia posset opponi contra personã, ꝙ esset suspecta, & debet dari terminus, ut vadat tali die & tali hora, ut l. 3. C. si. regũ. & l. generaliter. §. pe. C. de reb. cre. Sed relationi, quam ille facit, non requiritur partis pręsentia: & sic nec citatio, sicut neq; requiritur in depositione, quam facit testis: Sed solũ in receptione ad iuramentum, ut l. si quando. C. de testi. & hoc tenet Bar. in d. l. Theopompus. & uide ad materiam, quod dicam inf. ver. 42.

43 ¶ † Trigesimononò, procedit ĩ calculatione, quæ fit per calculatores electos ad calculandas rationes, quia partes deberẽt esse pręsentes, vel citati ad hoc. Ita no. Bal. in l. hac edictali. §. is illud. C. de secundis nup. allegat no. per Bar. in d. l. Theopompus. & uide, quod dicam infrà in d. ver. 42.

44 ¶ † Quadragesimò, procedit in interpretatione priuilegij, beneficij vel gratiæ, super aliquo dubio: qñ, s. super intẽtione Papæ mouetur aliquod dubiũ inter partes: quia si mouetur in iudicio, nũquã dẽt fieri, nisi partibus presentibus. ¶ Et hoc procedit ẽt, siue quæratur de dubio sententiæ inferioris iudicis, ut in c. ex parte. 2. inf. de verb. sig. Siue de dubio cõ positionis, inf. de deci. cap. ex multis. Siue de dubio priuilegij, ut dixi, ut d. c. ex parte. & in c. cùm olim. inf. de verbo. sig. Siue de dubio statutorum, ut d. c. ex parte. quia talis interpretatio semper fieri debet partibus præsentibus, vel citatis: cum sit præiudicatiua, & quodammodo sententia difinitiua. facit ad hoc. §. 1. supra, de off. Archi. & ff. quis ordo in bonor. poss. seruetur. l. 2. §. 1. & 2. & ff. de re iud. in l. de vnoquoque. Secus, si talis interpretatio fieret à Principe, siue illam faceret motu proprio, vel ex certa scientia, vel etiam ad partis impetrationem: dummodò non sit commissa aliqua surreptio: quia talis interpretatio pręiudicat: nec potest sibi dici, cur sic faciat. 19. distinctione. c. in memoriam. & supra de off. ordin. c. duo simul. ¶ Sed si loquamur de interpretatione, quę fit extra iudicium, scilicet, quando quæritur de intentione Papæ: & hoc casu, non est necesse partes citari, vel esse præsentes, ut in d. cap. olim. & ibi Innoc. & cap. cum tibi. & cap. dilecto. & cap. tua nobis. infra de verborum sign. Dom. meus in d. c. causam, quæ. de rescriptis. quia talis potius dicitur declaratio. facit l. hæredes palàm. §. 1. ff. de testam. ¶ Et similiter si à principe fiat interpretatio, secundum propriam significationem. siue fiat in iudicio, siue extra, ut in cap. 1. & 2. & c. cum clerici. & cap. quęrenti. & c. venerabili. & cap. super quibusdam. & cap. nominis. infra de verbo. significa. secundum Innoc. Host. Ioan. And. & Doct. in d. c. olim. de verb. sign.

45 ¶ † Quadragesimoprimò, procedit in modificatione priuilegij, gratiæ uel beneficij: quia non debet fieri, nisi partibus præsentibus, & consentientibus, ut in cap. nuper. infra de deci. quamuis si nollent consentire, etiam eis inuitis, qui concessit priuilegium posset ex iusta causa illud modificare. arg. inf. de excess. Præla. cap. 2. & inf. ut eccle. benefi. cap. vni. in fi. ¶ Nec obstat, inf. de dec. cap. ex parte. 1. quia ibi non fuerunt modificata priuilegia, sed Papa dabat magis modificata priuilegia monachis, quàm fecissent prædecessores sui, secundum Innoc. Hostiẽ. Io. And. & Doct. in d. c. olim.

46 ¶ † Quadragesimosecundò, procedit in arbitrio, seu laudo ferẽdo ab arbitro, quia secundũ aliquos, arbiter dẽt citare partes: nec potest partibus absentibus laudare. in l. sed & interpellatur. & l. diem pro ferre. §. si quis. & §. coram. ff. de arbit. secus in arbitramento ferendo ab arbitratore, qui potest etiam partibus non præsentibus, & non citatis, proferre arbitramentum. ¶ Sed aduerte, quia Doct. in hac materia varia sentiunt. & licet anceps, idest, dubius fuerim, vtrùm deberem breuiter me expedire de hoc, remittendo ad titulum de arb. verùm, quia materia est quotidiana, & de futuris incerti sumus, institui latè hoc examinare: cum etiam conueniat materiæ nostræ. ¶ In hoc igitur articulo Gul. de Cu. in l. Episcopale. C. de Episc. audi. dicit, quòd licet in arbitrio ferẽdo, arbiter teneatur citare partes: tamen secus est in arbitramento. mouetur, quia arbitramentum videtur esse quidam contractus certificationis: & ideò videtur posse fieri inter absentes, sicut fieri possunt cęteri contractus, ut l. Labeo. ff. de pactis. & quia est quædam declaratio voluntatis, quæ videtur posse fieri parte absente, ut l. cùm pater. §. hæreditatem. ff. de lega. 2. & in l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acqui. hæred. ¶ Allegat etiam, quod habetur in l. certum. §. si quis. ff. de confess. iuncta l. Publia. in fi. ff. depositi. & l. 1. in fi. ff. finium regundorum. & l. 1. ff. si mensor fal. mo. dixer. facit etiam pro hoc, quod habetur in d. l. Theopompus. ff. de do. prælega. ¶ Item, quia citatio non reperitur necessaria, nisi in his, quæ fiunt à iudice in iudicio, ut in c. fi. infra de præsump. cum ibi not. per Innoc. ¶ Cynus verò post Pet. in l. fin. C. de contrahen. empt. tẽnet contrarium, per l. si quis arbitratu. ff. de verbo. obliga. vbi si per partem stet quo minus arbitrator arbitretur, committitur pœna, sed per partem non videtur aliter stare posse, nisi aliquando est absens. ergo, &c. facit, quod habetur in d. l. diem proferre. §. si quis. ergo parte absente non videtur posse pronunciare. Et hanc opinionem sequitur Bar. in d. l. si quis arbitratu. per multas rationes, quas refert Do. Ant. in c. Quintauallis. infra de iureiu. Et etiam tenet Bar. in suo consilio, quod incipit, Talionis de Spoleto. & tenet in simili, ĩ l. qui bona. in fi. §. fi. ff. de dam. infec. & idem dicit in executionibus vltimarũ voluntatum, in l. 1. ad fi. ff. de lega. 2. & in l. alio. ver. quæro cui hæres. ff. de ali. & ciba. lega. Bal. verò in l. fi. C. de contrah. emp. videtur tenere opi. Gul. & ipsam ẽt tenet ibi Cyn. in addi. licet illa additio communiter non habetur, & eandem opin. ẽt tenet Fr.

de

de Albergotia de Aretio,& sequitur etiã Do. Ant. in d.c.Quintauallis.ea potissimè rõne: quia non reperitur hoc iure cautum in arbitratore:& ideò non videtur arctari ad hoc faciendũ, arg.l.illã.C.de colla.pro hoc ẽt allegat,quia arbitrator hẽt mandatum arbitrãdi sine determinatione alicuius formæ,& coram eo de necessitate nõ est aliquis ordo seruãdus, vt voluit Inn.in d.c.Quintauallis. ergo erit in ipsius electione, an velit citare vel non.nã ex quo cõmittitur aliquid alicui,vt bono viro extra iudicium,potius vr̃ haberi respectus ad effectũ,quàm ad qualitatem procedendi,arg.l.item si fundus.§.fi.ff.de vsufr. facit etiam quod no. in simili, in d.c. Quintauallis. & hoc maximè procedit secundum dictum Franc. qñ partes fuissent præsentes in discussione iã facta: quia tunc erit necessaria præsentia,nec vocatio in arbitramento ferendo, quod etiam voluit Cy. in arbitrio,in l.si qui ex consensu.C.de epis.aud.de quo statim dicam. ¶ Subdit tamen,quod etiã si partes non fuissent adhibitæ in discussione, propter hoc arbitramentũ non redditur nullũ per rationes præallegatas.¶ Fatetur tamen,quod in discussione negotij poterit habere præsentiam partium,& sic ẽt est honestum ab eo, quod si partes negligant comparere, non poterit cogi arbitrator iudicare,quia poterit dicere,quòd sibi non liquet de causa,cum merita causarum,partium assertione pandantur,vt l.fi.C.si per vim vel alio modo.cum sim.¶ Et hoc modo poterit dici,stare per partes non comparentes,quominus arbitretur.& sic potest intelligi d.l.si quis arbitratu.ff. de ver.obl. facit l.si de meis.§. recepisse. & §.fi.ff. de arbi.¶ Non tñ arctabitur de necessitate ad citandũ, per iura præallegata. ¶ Io. de Imo.in d. c. Quintauallis.dicit, quod credit hanc opi.veriorẽ, licet opinio Bar.videretur æquior. & ideò ante factũ tutius est seruare opin.Bar. maximè propter vitandas opiniones, sed post factum seruari posset opinio cõtraria: quia ex hoc solo,non redditur laudum nullum licet pars non fuisset præsens, neq; citata. ¶ Et pro hac ẽt opi.faciunt no.per Bal. in d.l.fi.C.de cõtrah. emp. quia arbitrator potest ferre sententiam die feriata, etiam in honorem Dei, cum arbitramentum censeatur quidam contractus transactionis, vt traditur in d.c. Quintauallis. & per gl.& Doct. in Auth. vt differen.iud.§.si verò contigerit.colla.9.quæ transactio põt etiam fieri die feriata in honorem Dei: licet secùs sit in arbitro,vt l.si feriatis.ff.de arbitris.notat Specu.in tit. de arbitro.§.sequitur.vers.in forma. Sed clarũ est, quòd ad talem diem feriatam non potest fieri citatio, vt in l.fin.C.de fe. de quo latius dicam,inf.in 19.pr.ar.ergo videtur, quod sit necessaria citatio.¶ Aduerte tamen, quia Bal.in d.l.fin.de contrah.emp.videtur hæc limitare,secundũ ea,quæ statim subiiciam. Et in hac opinione residet Ioã. de Imo.in d.c.Quintauallis. ¶ Ego arbitror pro latiori & clariori doctrina istius materiæ distinguendum fore duo membra principalia.¶ Primum,quid iuris sit in arbitro. Secundũ,quid in arbitratore. ¶ Quo ad primũ subdistingue, quod aut loquimur in arbitris iuris,qui ex iuris dispositione, vel statutorũ necessitate eliguntur:& hoc casu,indubitanter requiritur citatio, per no. in l.cũ speciali. & in l.apertissimi.C.de iud.& in c.cum speciali.inf. de app.& in c. suspiciones.sup.de off.dele.li.6. & l.2.ff.à quib. app. licet.in l.arbitro.& l.arbit. ff. qui satisda.cog. ¶ Aut loquimur in arbitris compromissarijs,& communis opinio etiam est,quod exigatur citatio partiũ. nam etiam talia arbitria sunt reducta ad instar iudiciorũ, vt l.j. de arbi. & sic arbiter debet iuris ordinem seruare,vt d.l.1.& in l.si de meis. §.recepisse.ff.de arbitris.Et hanc opin.communiter tenent Doct. in d.c. Quintauallis. & tenet Bal. in repe. l.ex compromisso.ff.de arbi. in 5.q. vbi dicit, quod altera parte absente in arbitrio,seu compromisso,non contrahitur eremodicium : quia solum committitur pœna contra absentem,vt l.non ex omnibus.ff.de arbi.¶ Hęc tamen limita multipliciter.

¶ Primò limita, si modò simpliciter factũ sit cõpromissum. secus si partes conuenissent, vt arbiter posset ferre sententiam sine citatione,ut not. glo.in l.diem proferre.§.si quis.ff.de arbi.tenet Bald.in d.l. ex compromisso.per d.§.si quis litigatorũ. & quod ibi traditur.& per l.si cum dies.§.si quis ex litigatoribus. ff. de arbit. per quæ iura idem tenet Ange. in disputatione sua,quę incipit, Duo ad inuicem litigantes. colu.9. & tenet Ioan.de Imo.in repe.d.cap. Quintauallis.sub ver.4.differẽtia est. ¶ Facit,quod statim dicam in tertia limitatione. ¶ Et uide etiam quod dicam, quantum ad hoc in secundo membro, de arbitratore,prope fin.ver.insuper etiam aduertendum.

¶ Secundò limita,secundum Iac.de Are. & Pet. nisi partes fuissent præsentes vsq; ad conclusionem causæ, quia tunc potest ferri sententia in absentia partis.arg.l.quamuis.C.de adul.& idem tenet Cyn. in l.si qui ex consensu. C.de episc.aud. Bald.in rep. d.l. ex compromisso. q.5.

¶ Tertiò limita, si modo loquimur de sententia ab arbitro ferenda super principali controuersia,secus si arbiter habuerit potestatem prorogandi compromissum ab ipsis compromittentibus: quia tunc hoc potest facere, nulla facta partium citatione, quia hæc non est propriè sententia,sed quædam executio pacti conuenti.

¶ Debet tamen arbiter notificare partibus per se ipsum,vel nuncium,aut epistolam,ante prorogationem,vt l.diem proferre. ff.de arbi.Ita dicit Bald.no. in l.1.C.de sen.ex breuiculo recitandis. ¶ Circa secundum principale membrum, dum loquimur de arbitratore, adhuc arbitror distinguendum, quòd aut talis eligitur ex dispositione iuris, vel ex forma statutorum,quia statutum disponit,quod fiat compromissum de iure,& de facto:& sic talis vocatur arbitrator iuris, & arbitror, quod sit necessaria citatio,per ea, quæ dixi sup.in pręcedenti mẽbro princ. facit etiam l.1.ff.vbi pupillus edu.debet,& in l.legatum.ff.de vsufr.leg. faciunt etiã plura iura statim allegãda,in quibus probatur,quòd in arbitramento requiratur citatio.Et ratio est, quare in dictis iurib. requiratur citatio, quia tunc talis arbitrator procedit tunc ratione potestatis & iurisdictionis ei attributæ à iure, seu à iudice. ergo idem dicendum est in terminis nostris.

¶ Aut loquimur in arbitratore compromissario, & est maius dubium, propter varias & contrarias opiniones,de quibus supra dixi. ¶ Sed pro parte affirmatiua, quòd requiratur citatio, faciunt infrascripta argumenta.

Primò probatur per l. si quis arbitratu. ff. de verb. oblig. inducendo, vt supra dixi.

Secundò probatur per l. opus quod in aduersione, & ver. in vtraque causa. ff. locati. quæ l. ad idem tendit.

Tertiò probatur per regulam generalē, quæ vult ꝙ non solum ad actum iudicialem, per quem quis potest lædi sit citandus, vt l. de vnoquoque. ff. de re iudi. vt supra dixi, in princ. istius 7. arg. sed etiam ad actū extraiudicialem, ex cuius expeditione pars potest lædi, vt l. hac edictali. §. is illud. C. de secun. nup. & l. 1. §. denunciari. ff. de ven. inspi. & in l. in concedendo. ff. de aqua plu. arcen. & l. creditor. C. de distrac. pign. & l. necesse. ff. de in diē addi. & l. si tamen quibusdam. ff. de leg. 1. & maximè, quia pars posset trahere arbitratorem in aliam sentētiam. igitur &c. facit l. sicuti. ff. de arbi.

47 ¶ † Quartò probatur per l. quod si nolit. §. si quidem. circa fin. ff. de edi. edic. vbi dicitur, quòd ille qui emit rem pacto, quod si sibi placuerit sit inepta quòd non potest voluntatem declarare absente parte: & tamen verbum, placuerit, importat arbitrium boni viri, vt in l. Thays. §. sororē. ff. de fideicommis. lib. & in l. cum proponas. C. de arbi. & per Bar. in l. si sic. ff. de leg. 1.

48 ¶ † Quintò probatur per l. legatum. ff. de vsufru. leg. vbi commutatio legati de vno vsu ad aliū, quæ iudici committitur, vt bono viro, fieri non potest, nisi præsente parte, cuius interest.

49 ¶ † Sextò probatur per l. 1. §. denique. & l. 3. §. sed si. ff. vbi pupillus edu. debet. vbi dicitur, quòd determinatio alimentorum pupilli, quam lex committit iudici, vt bono viro, non potest fieri, nisi citatis partibus, quarum interest.

¶ Septimò probatur, quia cum ista sit amicabilis compositio, ergo interrogata & examinata parte fieri debet, vt l. si de meis. §. recepisse. ff. de arbi.

¶ Octauò probat̄, quia licet iudex, qui summariè, & sine figura iudicij procedere potest, examinauerit negotium partibus citatis, si non potest ferre sententiam non facta citatione ad sententiam, licet non requiratur peremptoriū, vt in Cle. sępe. de ver. sign. ergo multo minus debet posse arbitrator corā quo non contrahitur eremodicium, vt supra dixi.

50 ¶ † Nonò videtur probari per casum apertū in l. 1. §. cum dicitur. ff. si cui plus quàm per l. Falc. vbi est expressum, ꝙ arbitrator electus ad facultates testatoris æstimandas, debet vocare partes quarū interest. & quamuis ille tex. loquatur per verbum, arbiter, tamen ratione materiæ subiectæ, debet exponi, id est, arbitrator. Quoniam ex lata significatione arbitri, comprehenditur arbitrator, vt in l. si societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio. & dixi supra in rubrica de arbitris.

¶ Decimò probatur in l. 3. C. fin. regun. vbi tex. expressè vult, ꝙ agrimensor, qui assumitur vt bonus vir, debet habere apud se præsentiam partium, quarum interest: & tamen clarum est, quòd procedit arbitrator extraiudicialiter.

51 ¶ † Vndecimò probatur: quia licet Princeps sit solutus legibus, vt in l. Princeps. ff. de legi. cum si. & coram eo non sit necessaria obseruatio ordinis iudiciarij, vt no. Inno. in c. 1. sup. de litis conte. & ibi dixi. nam ipsius præsentia supplet omnes defectus, vt in l. omnium. C. de testa. & paulò ante dixi in voce, in glo. fi. in c. 1. de transac. & in iuribus in ea allegatis, & tamen Princeps debet citare partem, vt in c. 1. inf. de cau. pos. & propr. & in cle. 2. de re iud. & in l. fi. C. de legi. secūdum vnum intellectum, licet Bar. aliter senserit, & malè, in l. 2. C. quom. & quan. iud. & in l. nec causas. C. de appell. alleg. glo. in l. antepe. C. ex qui. cau. ma. sed illa glo. vt dicit Pontan. cuius fuerunt hęc duo ar. loquitur in priuilegio, nō in sententia. Et sic ex prædictis argumentis concluditur, quòd necessaria sit citatio, seu monitio, seu partiū præsentia. ¶ Et prædictam etiam opinionem tenet Bar. in l. 1. ad fin. ff. de leg. 2. Bal. in c. 1. de inuesti. in ma. facta. vbi dicit, ꝙ propter non factam citationē vidit laudum fuisse iudicatum nullū. & in c. 1. §. sancimus. quo tem. mil. inuesti. alleg. Inno. in fi.

¶ Verùm ad partem negatiuam in contrarium, ꝙ non requiratur citatio, plura allegantur.

52 ¶ † Primò, quia arbitramentum potest proferri die feriata, etiā in honorem Dei, vt ar. l. fi. C. de fer. ibi dum tex. dicit, pacta ineant, transactiones loquātur, &c. licet in cōtrarium faciat capitulum primū. ĩ. de fer. de cuius capituli intellectu ibi videbimus, quare cum arbitramentum videatur quædam transactio, igitur &c. sed citatio nō potest fieri die feriata, vt dicam infra, in 19. prin. art. igitur &c. ¶ Sed ad hoc argumentum posset responderi dupliciter.

¶ Primò per no. in l. ad legatū. & in l. ad rem mobilem. ff. de procura. & quod ibi no. glo. ¶ Secūdò per id, quod in simili dicit glo. in c. cum iure. infra de excep. vbi vult, quòd licet excommunicatus nō possit esse in iudicio, vt in c. intelleximus. sup. de iudi. & ibi dixi: tamen in casibus, in quibus permittitur sibi, quòd sit in iudicio, potest necessaria ad illud iudicium exercere, quæ tamen aliàs regulariter sunt sibi prohibita: sic & in proposito, licet regulariter citatio non possit fieri die feriata: tamē si permittitur celebratio actus illa die, qui requirat citationem, vel partium interpellationem, seu monitionem, illa fieri potest.

53 ¶ † Secundò probatur, quòd non requiratur citatio: quia arbitramentum, quo ad contractus, super quo arbitrator est assumptus, habet se tanquam quædam conditio suspensiua, vt in d. l. si quis arbitratu, ff. de verb. obli. & clarius in l. fi. C. de contrah. empt. Sed implementum conditionis non desiderat præsentiam partis, vt l. 2. ff. de condi. & demonstra. ergo &c.

54 ¶ † Tertiò, quia arbitrator frequenter assumitur ad declarandam aliquam partem cōtractus dubiā: puta pretium vel mercedem: sed contractus nō exigunt partis præsentiam regulariter: vnde & per nuncium, & per epistolam perfici possunt, vt l. Labeo. ff. de pact. & l. 1. in fi. ff. de contrah. emp. cum si. ergo declaratio talis non exigit partium præsentiam, cū minor solennitas debeat requiri in declaratione, quàm in actus celebratione, vt l. hæredes palam. §. si quis post. & §. sed si notam. ff. de test.

¶ Quartò probatur, quia sicut arbitrator assumitur ad declarandam quantitatē, vel quid simile: sic etiam agrimensor assumitur ad dignoscendū mensuram, & referendum modum mensuræ: sed relatio ipsius agrimensoris nō requirit partiū præsentiam, cum fieri possit per nunciū vel epistolam, per l. 1. in fi. cum

fi.cum l.seq.ff. si mensor fal. mo. dixe. igitur &c.

Quintò videtur probare per l. Theopompus. ff. de do.præle. vbi ad vnius duntaxat partis instantiã, altera non præsente, illa cuius dicto testator voluit stari, declarat testatoris intentionem: de cuius legis intellectu supra tetigi in ver.37.& tangit Ant.de B. in c.veniens. de test.

55 ¶†Sextò probatur, quia quãdo aliquid committitur extraiudicialiter expediendum à bono uiro, uidetur haberi respectus ad qualitatem ipsius, non ad modum, seu ad formã, vt in l.item si fundi.§.fi.& in l.si pendentes.§.res.ff. de vsufr. igitur sufficere videtur arbitratorem procedere cum qualitate bonitatis, & iustitiæ, quamuis modus & forma citationis non seruetur.

¶Septimò facit l.cum pater.§.veritatem.ff.de lega.2.& l.ex pacto.§.idẽ rogatus.ff.ad Treb.vbi arbitrator erat deportatus ad insulã remotã, & ibi arbitratus est, & valuit arbitramentum, & tamen ibi nõ potuit partes citare, vel pręsentiam illarum habere.

56 ¶†Octauò probatur ex theorica gl.in l.3.§.si causa cognita.ff.de bon. poss. quæ vult, quòd ea, quæ non aguntur in forma & solennitate iudicij, non requirunt partis præsentiam: sed dicit Pontan. ꝙ illa glo.non est vera, quia contra casum cap.licet, de pręben.lib.6. Vbi patet, quòd episcopus etiam extraiudicialiter procedendo in datione possessionis beneficij, debet requirere partem, cuius interest.& idem si ad ipsius dationẽ pos. procedat executor apostolicus: quamuis enim eorum in ipsa nõ seruatur ordo iudicij, vt no.Io. An.in c.accepimus.suprà de æta.& quali. tamen in ipsa datione possessionis beneficij, debet monere partem, cuius interest ad hoc, vt possit facere defensionem suã, quæ est de iure naturali, & non debet sibi auferri, vt in Clem.2.de re iudi.& supra dixi, & hoc tenet Io.And. in addi. Spec.in ti. de petitorio & possessorio, in addi.quæ incipit, Capitulum, conquerente &c. per d. c.licet. & per l.fin. C.vnde vi.

¶Nonò probatur per no. per glo. in l.creditor. C.de distract.pig. quæ vult, quòd executio conuentionalis potestatis fieri possit, etiam parte non monita uel citata, per l.si conuenerit. ff.de pig.act.

¶Decimò probatur ex no. per glo. in l.Pomponius tamen.ff.de neg.gest. quæ vult, quòd declaratio voluntatis fieri possit eorum amittitur non citata parte, cuius interest.

57 ¶†Vndecimò & vltimo probatur: quia uidemus, quod in tantũ facultas arbitramentandi est remota à facultate arbitrandi, & iudicandi, quod quis põt esse arbitrator & nõ iudex, vel arbiter in facto proprio, vt ĩ c.Quintauallis.inf. de iureiu.& in l.si libertus.ff.de operis libertorum. & in d.l.si societatem.ff. pro socio.& ibi traditur.& in l.si lege. ff. locati. & in l.hec vend.ff.de contr.emp.& Insti.eo.ti.in §.empt. vnde licet arbiter teneatur seruare formã iudicis, nõ tamen arbitrator. vt traditur in auth. si uerò contigerit. C.de iu.& in corpore vñ sumitur.¶Ad quod et quantum ad hoc, possent adduci aliquæ aliæ differentiæ, quæ quantũ ad hoc, dicũtur esse inter arbitrum & arbitratorem, de quibus per d. An.& D.M. in d.c.Quintauallis.& ibi latè per Io.de Imo.in rep. & sic ex prædictis apparet. vt dicit Lud. Pon.in d.l. si quis arbitratu, quod qõ est satis dubia.¶ Ipse tñ concludit, quod in arbitratore à partibus electo antequã arbitrator veniat ad declarandum ipsius volũtatem, & arbitrium, quod promittere debet cognitionem, ut probatur in l.si de meis.§. recepisse.2.responso.ff.de arb. quamuis enim iurgantium controuersia celeri sententia terminanda sit, vt in c.2.de re iudi.lib.6.¶ Debens tamen iudicare: nõ debet procedere ita festinanter, quò minus diligenter cuncta rimetur ad rectum arbitrium proferendum.30.q.5. c.iudicantem.& in c.cùm Ioan.inf.de fi.instr. Arbitratoris enim iudicium debet esse tale, vt bono viro conueniat, vt in l.si lege.ff.locati.¶ Sed nemo dubitat, quòd minimè cõueniens est bono uiro, quod negotio nondum examinato, ad declarationem ex abrupto procedat.¶ Præterea arbitrator eo modo in re aliena arbitrari debet, sicut vellet arbitrari in sua.ar.l.1.ff.de solu.ibi dum tex.dicit, creditorem ita agere rem debitoris, ut suã.¶ Sed certum est, quod ad rem propriam peragendã nemo sanę mentis immaturè procederet, nec per alium procedi vellet, facit l.quęcunque animi.ff.de reg.iu.igitur &c. Quare si arbitrator negotio nondum examinato ex abrupto laudum proferret, ipsius arbitrij, tanquam iniqui, posset meritò peti reductio ad arbitrium boni uiri.facit tex.notabilis in c.tum ex literis. de resti. in integ.licet Iacob. Butr. & Bar. in l. prolatam. C. de sent.dixerint, quod propter hoc sententia redditur. Cùm igitur ad habendã plenã cognitionẽ requiratur partium præsentia, vt d.c.tum ex literis.in l. fin. C.si per vim vel alio modo.ergo citatio est necessaria, cum ex partium pręsentia possit arbitrator melius informare motũ animi sui, & trahi in aliam sententiã, vt in l.item si unus.§.fi.aliàs incipit, si in tres. ff.de arbitris.¶ Ad hoc etiam allegat Pont.casum, quem dicit quasi expressum, in d.l.1.§.cùm dicitur. ff. si cui plus quàm per l. fal. vbi tex.vult, ꝙ bonus vir assumptus ad æstimandum testatoris patrimonium, in cognoscẽdo debet vocare partes quarum interest.& ad idẽ l.4.C. si.regun. quam singulariter no.Butr.in l.qui bona.§.fi.ff.de dam.infec.ibi enim agrimensor, vt bonus vir, ad mensurãdum eligitur, & tamen in discutiendo debet habere partium præsentiam.¶ Et aduerte, quia hoc procedit, siue hoc sit arbitramentum, quod requirit informationem partium, & examen iuris ipsarum partium, prout est considerare in arbitratore assumpto ad iurgia & disceptationes, seu lites dirimendas: quia licet hic videatur data potestas auferendi de iure vnius, & dandi alteri: tamen tam in facto, quàm in iure dẽt prius causam examinasse, & sic partiũ iura & allegationes audiuisse, aliàs nesciret, an & quãtum de iure vnius auferret, & daret alteri, ut d.l.fina. C. si per vim, uel alio modo. unde necessaria est pręsentia uel citatio partium, vt fiat talis examinatio.¶ Quinimò, si citaret, & partes non venirent, impediretur arbitramentum, vt d.l.si quis arbitratu.¶ Siue etiam sit arbitramentum, in quo solum requiratur examen partium, & non examen iuris, ut puta in arbitratore electo ad æstimationem precij alicuius rei, vel ad similem actum, qui non potest condignè examinari, nisi rem cognoscat, tàm in substantia, quàm in qualitate, & an sit fructuosa, & quantũ, & an libera vel serua, aut quibus oneribus sit subiecta, ut in authẽ. hoc ius porrectũ. C.de sacrosanct. eccle.ibi, dum tex-

textus dicit, æstimata distinctè, & in auth. sicut. eod. titu. & l. 3. §. diui. ff. de iure fisci. & l. si quos. & quod ibi no. Saly. C. de rescin. vendi. & in l. si fundum per fideicommissum. §. 1. ff. de leg. 1. vnde necessaria est citatio, vt fiat huiusmodi examinatio: & si citatę partes non venirent, impediretur tale arbitramentum: & sic omitteretur pœna, vt d. l. si quis arbitratu.

¶ Tradit Saly. in d. l. fin. C. de contrahen. emptio.

¶ Si vero arbitramẽtum esset tale, quod nullam exigeret informationem: vel partiũ examinationem, hoc casu, nulla requireretur citatio: & isto modo potest intelligi cap. si compromissarius. de elect. lib. 6. per quem tex. Bal. voluit citationem non esse necessariam. vult enim ille textus, quòd si canonici eligunt per viam compromissi, non est necessaria citatio: quoniam talis est arbitrator solius voluntatis & prouidentiæ: & ideo non requiritur citatio: quia in eo cessat ratio, quare inuentę fuerunt citationes, vt infra dicam. & eodem modo possumus dicere ad l. Theopompus. ff. de dote prælega. secũdũ ea, quæ superius dixi. ¶ Et hæc procedunt respectu examinationis, quam facere debet arbitrator ante, quàm proferat laudum: sed postquam arbitrator audiuit partes, & cognouit de negotio: in prolatione arbitramenti, nõ requiritur monitio vel citatio, aut partis præsentia, secundum Pontanum. Sed fuit originaliter opinio Saly. in d. l. fin. quæ probatur primò per textum in d. l. 1. §. fin. cum l. seq. ff. si mensor fal. mod. dixe. vbi textus vult, quòd agrimensor potest suam declarationem referre per nuncium, vel epistolam: igitur parte absente, vt l. consensu. ff. de act. & oblig. & in l. 1. in fi. ff. de contrah. empt. ¶ Secundò, quia quando quid extraiudicialiter, vt bono viro, committitur, attendere debemus qualitatem ipsius, non modum secundum quem agit, seu procedit, vt l. item si fundi. §. fin. & l. si pendentes. §. res. ff. de vsufr. quare ita debet declarare, vt bonus vir declararet, absque eo, quòd modus declarandi attendatur, secundum Pontan. in d. l. si quis arbitratu.

¶ Mihi videtur, quòd ante factum ad fugiendam omnem dubitationem propter prædictas opiniones, cautum sit facere monitionẽ, vel vocationem, aut habere partium præsentiam: etiam in ipso arbitramento proferendo; sed post factum, satis æqua videtur mihi prædicta opinio, quòd sufficiat arbitratorem præsentibus, aut auditis partibus cognouisse, & negotium examinasse: quo casu, in proferendo postea arbitrio, non erit necessaria alia citatio, quia tunc satis dicitur arbitrator fecisse, quod bono viro conuenit, & ita procedunt iura & rationes concludentes non esse necessariam citationem, nec tunc potest dici stetisse per partes, quo minus arbitrator arbitraretur, cum per examinationem iam factam potuerit motum animi sui informare. faciũt no. per Doct. in l. si qui ex consensu. C. de episc. audien. ¶ Si vero nulla esset facta examinatio negotij, dico, quòd non valeret arbitrium prolatum, nulla habita præsentia partiũ, aut facta citatione: ex quo arbitrator non potuit motum animi sui informare: & hoc modo possunt intelligi iura & rationes concludentes præsentiam partium, vel citationem necessariam.

58 ¶ † Et fortè hoc casu, attentari posset arbitramẽtum esse nullum, tanquam latum ex abrupto, & cõtra, vel præter formam compromissi. ¶ Quamuis enim dubium sit, vtrum sententia lata sine causę cognitione, seu sine probationibus sit valida, de qua materia per Barto. Bal. & Doct. in l. prolatam. C. de sen. & per Cy. & Bal. & Gul. in auth. si vero. C. de iudi. & Spe. in tit. de sen. §. quoniam. ver. item opponitur. & in titu. de offi. iudi. §. postremo. ver. 2. videndum. & per d. Anto. Ioan. de Imo. Do. M. in c. cum ex literis. supra de resti. in integ. & per Ioan. de Imo. & D. meum in c. 2. de re iudi. & ibi dixi, & per Lap. alleg. 28. de quo latius dicam in d. tit. de re iudi. tamen arbitramẽtum latum ab arbitratore, nulla præcedente cognitione, seu examinatione negotij, vbi præcedere debet: videtur esse nullum, quia latum contra vel præter formam mandati, ex quo ex abrupto prolatum est: quoniam partes assumunt arbitratorem vt bonum virum: & vt arbitretur, vt bono viro æquum esse videtur, vt sæpius dictum est, ergo arbitramentum latum nulla adhibita cognitione videtur, per notata in c. cum dilecta. supra de rescrip. & in l. diligenter. ff. mandati. facit etiam, quod nota. in l. si. C. de exhib. reis. & in l. episcopale. C. de episco. & cleri. & 2. quæst. 1. cap. nos in quenquam.

¶ Nisi fortè tale arbitramẽtum feratur præsentibus partibus, & non reclamantibus: quia tunc non videretur posse opponi de nullitate, quia saltem hoc casu crederetur arbitratori de cognitione præhabita: & præsumeretur facta examinatio. faciunt nota. per glos. in cap. cum in iure. supra de offic. delega. ita in simili concludit Lapus in iudice, allegatio. 28. Ad quod etiam vide, quod dicit Barto. in dicta l. prolatam.

¶ Cum ergo sine negotij examinatione non videtur valere arbitramentũ, meritò dicitur stare per partes non venientes, quo minus arbitrator arbitretur. & sic potest intelligi d. l. si quis arbitratu. & l. si de meis. §. recepisse. & §. fin. ff. de arbit. vt voluit Bal. in d. l. fin. ff. de contrah. empt. & Ioan. de Imo. in repet. d. c. Quintauallis. de iureiur. & Pontan. in d. l. si quis arbitratu, per illum text. nam ibi dicitur, commissa mora per stipulationem, quo minus arbitrator potuerit arbitrari, quia ipse fuerit absens: & sic non potuerit arbitratorẽ informare de meritis causæ: quia, vt sæpius dictum est, causarum merita &c. vt l. fin. C. si per vim, vel alio modo. & ita potest intelligi l. quod si nolit. §. si quis ita. allegata supra pro prima opin. quia ibi propter absentiam venditoris, emptor iuste potuit desistere à declaratione placiti sui, tanquam sibi plenè non constaret de eo, quod declarare debebat, quia non fuit à venditore informatus. ista enim est iusta causa, per quam potest arbitrator se excusare: vt licet acceptauerit, non compellatur arbitrari, si iurat sibi non liquere de causa, vt l. si de meis. in fi. secundum Pontan.

¶ Sed secundũ Bal. in d. l. fi. & in d. l. si qui ex cõsensu. & in d. §. si quis ita. exigitur præsentia in restituendo, quæ restitutio nõ potest fieri absenti, dr̃. stare per partẽ, quo minus emptor restitueret. ¶ Sed melior est responsio Pontani, quia textus ille formaliter dicit. ¶ Aut mora per venditorem facta fuerit, aut non fuit præsens, cui redderetur, & sic ille textus complectitur vtrumque casum, videlicet absentiam partis, cui debebat restitui: & moram, quæ refertur ad contumaciam, propter quam emptor

non potuit motum animi sui informare, vt posset arbitrari, & placitum suum declarare. aliàs illud verbum esset superfluum, contra no. in cap. si Papa. de priuil. lib. 6. & in l. si quando. C. de inoffic. testam. cum simili. ¶ Nec obstat, quòd si partes citarentur in laudo ferendo, fortè possent trahere arbitratorē in aliam sententiam: ex quo arbitrator examinauit negotium auditis, & præsentibus partibus, iam informauit motum animi sui, qualem sentētiam proferre debeat: nec debet prius, quàm illam proferat, manifestare parti. ¶ Et si tu diceres, ad quid ergo in sententia à iudice proferenda, requiritur citatio? Respondeo, quòd hoc procedit ex solo iuris rigore: quo rigore requiritur etiam citatio peremptoria, nisi in summarijs, vt in Clem. sępe. de verbor. signific. de qua materia latius dicam in tit. de re iudi. Nec fit illa citatio, vt trahat iudicem in aliam sententiam, cum post conclusionem in causa generaliter facta, imponatur finis disputationi partium, vt no. Ioan. And. & Ioan. Mon. in cap. fin. de restit. in integ. lib. 6. & Bal. in l. error. C. de iur. & fac. igno. & in cap. cum dilectus. infra de fide instrum. & infra de causa possess. & proprie. cap. pastoralis. traditur per Bar. in l. si tertius. §. officium. in fi. ff. de aqua plu. arcen. & per Saly. in l. cum propria. C. si quis alteri, vel sibi. tetigi in cap. 2. supra de libel. obla. articulo 12. quæst. 5. in quarto membro principali. versic. secundò refertur quare. in fi. fortè dicam latè de materia in titu. de ordi. cogni. vel in d. cap. cum dilectus. vel in rubrica de re iudi. & tamen etiam post conclusionem in causa, exigitur citatio, etiā peremptoria in ordinarijs. Sed in terminis nostris, non requiritur talis rigorositas: nec alius iuris ordo: ex quo arbitratori datur plena facultas procedendi de facto, & recedendi à iure, & iuris ordine, præter quam in habenda informatione, secundum quod dicendum est: quia sine illa non posset procedere vt bonus & æquus vir.

59 ¶ † Et prædicta procedūt in arbitratoribus compromissarijs voluntarijs, secus in necessarijs, qui eliguntur ex forma iuris, vel ex dispositione statutorum: vel quia potestas iudicandi, quæ est in iudice, sit ampliata & alterata à iure vel statuto, & translata ad potestatem arbitramenti, vel etiam si in locum iudicis sit eligendus arbitrator, per ea, quæ dixi in princ. secundi membri, dum incepi tractare de arbitratore. facit etiam, quod in simili diximus, Iurisdictio iudicis consensu partium ampliata, est eiusdem qualitatis, cuius est iurisdictio ampliationem recipiens, vt not. Bar. in d. l. episcopale. C. de episco. audi. Ad quod vide, quod late dixi in cap. significasti. de foro compet. in 7. princip. artic. in princ. Arbitramentum enim accedens iurisdictioni iudicis ex iuris dispositione, sortitur qualitatem eius, in cuius augmentum cedit. 16. quæst. 1. & temporis. & c. postquam. & in l. inter socerum, & cum inter. ff. de pac. dot. infra de censi. cap. quanto. de priuileg. cap. quia certa. ff. de pigno. actio. in l. si conuenerit. §. si nuda. ff. de publiciana. in l. si ego. §. quod tamen. & traditur in regula, accessorium, de regu. iur. lib. 6. ¶ Similiter etiam, si in locum iudicis ex forma statuti vel iuris eligitur arbitrator: quia subrogatum debet sapere naturam eius, in cuius locum subrogatur. Siue loquamur respectu personæ, vt l. fin. C. de proxi. sacro. scri. lib. 12. & no. Bart. de officiali subrogato, in l. penul. eod. titu. Siue respectu rei, vt in cap. maiores. infra de bap. & in l. sancimus. C. de dona. Siue respectu temporis, vt l. in contractibus. C. de non nume. pecun. & per Bal. in l. superuacuam. C. de tempo. appell. Siue respectu actionis: vt l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. de actio. & obliga. maximè si fiat à iure, seu per legem. ff. de iure dot. l. si res in dotem datæ. & in l. cum quid. ff. si certum peta. & per Cyn. & Bald. in l. 1. §. sed si non. C. de rei vxo. actio. & in cap. ecclesia. infra vt lite pend. & infra latius dicam de hoc. ¶ Et prędicto modo loquuntur l. 1. §. denique. & l. 1. §. sed & si. ff. vbi pupil. edu. debet. & l. legatum. ff. de vsufruc. lega. & sentit etiam Bal. in l. fin. C. de contrah. emp. & simili modo potest intelligi l. hac edictali. §. is illud. C. de secundis nuptijs. eo, quòd ibi arbiter seu arbitrator, producuntur mandato iudicis.

60 ¶ † Insuper etiam aduertendum, quòd si partes etiam in compromisso dixissent, quod arbitrator posset procedere citatis partibus, & non citatis: ambabus præsentibus, vel altera tantum: vel ambabus absentibus: quia deberet intelligi, respectu actus pronunciandi, non respectu examinationis negotij, nisi essent talia verba, quæ specificè referrentur etiam ad examinationem & cognitionem negotij. ¶ Item aduerte, quia quantumcunque inter partes fuerit conuentio arbitrum posse non citatis partibus ferre sententiam: tamen adhuc requiritur qualisqualis notificatio, secundum Bal. in l. eos. §. Apostolos, C. de app. tenet Ludo. Ponta. in repet. l. 1. C. de hære. insti. q. 6. ibi, & ideo dicebat notabiliter. col. 22. ¶ Et adde ad ea, quæ dixi in primo membro. versi. primò limitatur. ¶ Item prædicta procedunt, respectu citationis partium pro cognitione & examinatione negotij, aut arbitrij proferēdi: sed respectu arbitrorum, seu arbitratorum ad inuicem, dicendum est, quòd si in tres vel plures fuerit compromissum: quamuis ipsi omnes plures examinauerint negotium: tamen possunt duo ex ipsis sententiare, tertio non citato, quinimò nō possunt pronunciare eo absente: quāuis citato, secundum Bal. in l. si in tres. ff. de arbi. de qua materia dic, vt latius dicam in ti. de arbi.

61 ¶ † Quadragesimotertiò, procedit in transmissione inhibitoriæ, vt in c. Romana. §. quod si obijciatur. de app. lib. 6. quod tamen intellige, & limita, & declara, vt dixi in c. pe. de foro comp. in 14. prin. arti. in primo membro.

62 ¶ † Quadragesimoquartò, procedit in interdictione, quę fit alicui de bonis administratis propter dilapidationem, secundum formam l. is, cui bonis. ff. de verb. oblig. & hoc tenet ibi Ang. cum fieri debeat talis interdictio cum causæ cognitione, & sequitur Ludo. Ponta. in d. l. is cui. facit, quod dixi supra, in prin. huius septimi artic.

63 ¶ † Quadragesimoquintò, in executione, quam faciunt executores testamentarij, vt dixi supra arti. 5. quæst. 8.

64 ¶ † Quadragesimosextò, in declaratione nullitatis processus, vt in tex. secundum intellectum Petri, & Abb. cap. causam quæ. de rescriptis. de quo vide ibi per Dom. Anto. & Dom. meum, vide infra in casu 18.

¶ † Qua-

65 ¶ † Quadragesimoseptimò, in dispensatione: quia cum dispensatio exigat causæ cognitionem, quia aliter facta, non dispensatio, sed dissipatio potest appellari. Ioan. An. & Docto. in c. de multa. de præben. & in cap. ad monasterium, de statu regu. r. q. 7. cap. & si illa. ergo requiritur citatio, vt dixi sup. in prin. Ad quod vide, quod dixi inf. vers. 30. casus. ¶ Aduerte tamen: quia ego de hoc satis dubito. Et arbitror, quod hoc solum procedat respectu dispẽsationis simpliciter factæ. Sed si in dispensatione essent narratæ omnes debitæ qualitates, & circumstantiæ & personæ, de quarum præiudicio ageretur, & quale esset illud præiudicium, & quantũ, nõ video, quod si habens potestatem dispensandi dispensat, quare non teneat dispensatio, maximè per no. in l. quidam consulebat. ff. de reg. iur. Cogitabis. ¶ Et sic ex prædictis habes regulas, causas, & casus, in quibus requiritur citatio. ex quibus etiam poteris alios plures similes casus decidere.

66 ¶ † Verum, quia aliquæ sunt regulæ, quæ dantur per contrarium, & aliquæ causæ & casus, in quibus non requiritur citatio: ideo sub breui quantũ fieri potest, compendio illos casus prosequemur.

¶ Primus casus est irregularis, videlicet: vbicunque non requiritur causæ cognitio: ibi non exigitur citatio, vt probatur in l. fin. C. si per vim vel alio modo. in l. prolatam. C. de sent. in l. nec quicquam. §. vbi decretũ. ff. de of. procons. & leg. & ideo si pacto remissa est causæ cognitio, non requiritur citatio, secundum Bald. post Iacob. Butriga. in d. §. decretum. facit l. in necessarias. §. penul. & fin. ff. de pignor. actio. & quod traditur per Barto. in repetit. l. 3. C. de pigno. facit quod statim dicam in ver. sextus casus.

¶ Secundus casus etiam est regularis, quòd vbicunque certum est, quòd aduersario nulla competit defensio, non est necessaria citatio. Ad quod vide, quod dixi supra eod. articu. ver. quartò procedit. facit, quod dicam inf. in ver. 13. casus. & ver. 28. casus, & ideo in notorio, in quo nulla competit defensio, non est necessaria citatio, vt dixi in d. versi. quartò procedit. Nam siue loquamur in actu iudiciali, siue extraiudiciali, non debet quis citari, quando si fuisset præsens, non posset actus contradicere: seu si comparuisset, non tamen tale quid deduxit, ꝙ haberet actum futurum impedire, vt l. si cum seruum. §. si quis seruum. ibi, Vt si præsens esset. & in §. ex iusta. ibi, Non est necesse vocari. ff. de fideic. lib. & l. recusare. in prin. ff. ad Treb. & in c. cum olim, secundum vnam lect. gl. de re iud. per Innoc. in c. nisi cum pridem. de renun.

¶ Tertius casus, quando petitio nõ dirigitur contra certã personam, nec aliquid petitur à parte, sed à iudice: vtputa, si petitur, quòd pronunciet processum nullum, vel quid simile, per tex. in c. nostra. sup. de procur. secundum vnum intellectum Inno. de quo dic, vt ibi dixi, & inf. ver. 17. casus. facit quod dicam in seq. ver.

¶ Quartus casus est, quando petitur immissio in possessionem rei, quæ à nemine possidetur: puta, ex edicto diui Adriani, secundum Bart. in l. fin. C. de edi. diui Adri. de quo dic, vt dixi supra eod. artic. ver. 20. procedit. ¶ Et sic etiam sola agnitio bonorum poss. potest fieri coram iudice, etiam absente parte. l. fin. C. qui admit. quod procedit etiam in bonorum posses. contra tabulas: licet illa veniat ad rumpendum testamentum, vt est gl. fin. l. fi. §. sed cũ antiquitas. C. de curat. fur. tenet Io. de Imo. in l. filio præterito. ff. de iniu. testa. col. 43. 29. & idem dicendum de bon. poss. secundum tab. l. 3. §. cognita. tradit Bar. in l. impubes. §. fin. ff. de Carb. edicto. tenet Imo. in d. l. filio, col. 41. 78.

¶ Quintus casus est in his, quæ præambula sunt citationis, seu ad citationem, sicut est in petitione, quæ venit à iudice, quam debet facere filius, vel libertus volens vocare parentes, vel patronos in ius, & sic de similibus personis: quoniam in tali impetratione veniæ non requiritur parentum, aut patroni citatio, vt voluit Bald. in l. ea quæ. C. quomodo & quando iudex, & fuit singulariter no. Oldr. consil. 120. de quo tetigi supra eod. articu. ver. 26. procedit. & idem etiam dicendum, quando petitur bono. posses. secundum Bald. in d. l. ea quæ. allegat l. 3. §. causa cognita. ff. de bon. poss. sed non bene loquitur sic simpliciter loquendo. & tex. ille probat contrarium: sed rectè locutus fuisset, si dixisset, quando filius emancipatus petit sibi decerni possessionem causa litis agnoscendæ: & sibi dari licentiam, vt possit proponere querelam inofficiosi testamenti, contra testamentum patris: quia non tenetur citare patrem, secundum Oldr. in dicto consi. 120. per text. in l. 2. C. de inoffic. testam. ¶ Et ratio est, quia talis possessio nõ tribuit ius: sed est præparatoria ad querelam inofficiosi testamenti, secundum Bal. & Docto. in d. l. 3. & eadem ratione idem dicendum esset in qualibet alia bonorum possessione, quæ non tribueret ius. & idem etiam in dandis apostolis, vt l. eos. §. apostolos. C. de appellat. No. Bald. in d. l. ea quæ. & idem, quando Prætor aperit edictum suum omnibus, tam citatis, quã non citatis, vt l. cum vnus ff. de bon. aucto. iud. pos. de quo dicendum, vt ibi tradit Bald. in d. l. ea quæ.

¶ Sextus casus, si iudex facit sibi dari licentiam à reo procedendi contra eum, eo citato vel non citato, præsente, vel absente: valet enim talis licentiæ concessio, secundum Bald. in l. vt perfectius. C. de anna. exceptio. & Bar. & Ioan. de Imo. in l. is, qui reus. ff. de public. iud. & per Bar. in l. penul. eo. ti. Ad quod vide, quod latius dixi in c. qualiter. el 2. inf. de accu. in 11. prin. art. q. 80.

¶ Septimus casus, est regularis: videlicet, quòd vbicunque actus fieri potest, non obstante partis contradictione, non requiritur citatio. ita notat Ioan. Andr. in cap. 2. infra de ope. noui nuncia. & Domini de Rota, decis. 61. Et vide, quod dicam, ver. 21. prope fin.

¶ Octauus casus, similiter est regularis, quòd vbicunque potest inchoari ab executione, nõ exigitur partis citatio. ita no. Bal. in l. de pupillo. §. meminisse. ff. de oper. noui nuncia. & per eum in repet. l. nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de officio procons. & leg. facit, quod diximus de debitore fugitiuo, in l. fin. C. de ser. & in l. ait Prætor. §. si debitorem. ff. de his, quæ in fraud. credi. facit etiam, quod dicam in seq. versi.

¶ Nonus casus est, quòd vbicunq; ius seu statutum exigit iustificationem actus iam celebrati, post ipsius actus celebrationem: quia tunc in ipso actu celebran-

celebrando, nunquam exigitur citatio, secundum Bald. in d. §. vbi decretum. vnde dicit, quod ex quo Florentiæ viget statutum, quod captura debitoris debeat iustificari infra triduum: potest debitor capi, nulla præcedente citatione. facit, quod dicam in vers. seq. Et ideo si statutum dicit, quod viso publico instrumento, præcipi debeat debitori, quod soluat, vel non recedat de palatio, quod hoc casu non requiritur citatio: sed potest fieri præceptum per nuncium, vel epistolam, vt no. Bal. in rub. C. comminat. vel epistolas.

¶ Ad hoc facit, quod dixi in ver. præcedenti. & ibi melius conueniebat. ¶ Facit quod no. in l. de pupillo. §. meminisse. ff. de ope. no. nunc. & l. fin. C. de ferijs.

¶ Decimus casus, quando iudex facit actum ad sui instructionem, secundum Innoc. in c. tenor. de re iu. & per eum in c. ex parte. de accu. & per Bar. in extrauagan. ad reprimendum. in glos. super verbo, per edictum. & ideo, cum iudex vult se informare de stylo curiæ, non requiritur citatio partis: sed potest ipsam informationem sumere à testibus, etiam in camera, parte non citata. Hoc voluit singulariter Cyn. in l. 3. C. quæ sit longa consue. & Bart. post eum, d. Florianus in l. 3. §. fin. ff. de testi. qui dicunt, quòd de tali stylo potest iudex à se ex mero officio, & leuato velo, pro sui informatione aduocatos, procuratores, notarios, & similes, cum iuramento interrogare. Est tamen cautum, quod de tali interrogatione, & responsione faciat apparere apud acta. Et vide etiam Bald. ad idem in repet. l. de quibus. ff. de leg.

¶ Vndecimus, in alienatione iuris sui: in qua nõ exigitur aliqua citatio possessoris. Ad quod vide q; dixi in c. de mulcta. inf. de præben. in 3. quæst. prin. declaratione 20.

¶ Duodecimus casus, vbi cognitio aliqualis requiritur super habilitate personæ. Exemplum, cum fit examinatio, vtrum monachus admitti debeat ad accusandum Abbatem: quia talis examinatio fit, etiam non citato Abbate, secundum Inno. & Ioan. And. in c. ex parte, 1. de accus. facit quod dixi supra in vers. quintus casus.

¶ Decimustertius casus, quando expeditur vltima hora termini: licet enim quando alicui præfixus est terminus ad faciendum actum successiuum: puta, ad producendos testes, vel instrumenta, vel quid simile faciendum: si fiat productio ante vltimã horam termini, debeat fieri citatio. argum. l. 2. & auth. ei qui. C. de temp. appel. & quod traditur per Bald. in l. si quando. C. de testi. & per Barto. & Ponta. in l. qui ante Calendas. ff. de verbo. obl. & per Barto. in l. item illa. ff. de consti. pecu. Ad quod vide quod dixi supra eod. artic. vers. nonò procedit. & vers. seq. tamen secus est, quando pars expedit illum actum vltima hora termini: quia tunc non requiritur aduersarij citatio, cum illa hora interpellet pro homine, vt l. magnã. C. de contrahen. & commit. stip. & in c. potuit. inf. de loca. not. Bart. in d. l. 2. C. de tempor. appel. & Bal. in d. authen. ei qui. & Ponta. in d. l. qui ante Calendas, & ita debet limitari, quod dixi sup. in d. vers. nonò procedit, & sequenti. & ideo, si per legem, vel statutum, statuitur terminus iudici intra quem debet causam terminare, non est necessaria citatio, si pronunciat in fine termini, secũdum Bal. in cap. 3. quo tempor. mi. inuestit. pet. de. facit text. in cap. consuluit. de offic. deleg. & ibi dixi in secundo notabili.

¶ Decimusquartus casus, vbi à iure imposita est pœna ipso iure quando fit executio, text. est secundum intellectum Abbatis antiqui, in c. reprehensibilis. inf. de appella. qui tex. non est alibi, secundum Dominum meum, & ibi dixi in secundo notabili. Ad quod vide quod tradit Glos. in clem. 2. de pœ. & Dom. Ant. in c. vestra. de coha. cle. & mul. in primo membro, & do. Domin. 2. q. 1. c. quę Lotharius, 1. & Zab. in c. extirpandæ, de præben. facit quod dixi sup. vers. 8. casus. Tenet Ludo. Pont. in l. is, cui bonis. ff. de verb. obl. ver. sed circa prædicta dubitatur, vtrum sit necessaria citatio, per d. c. reprehensibilis, non tamen allegat alia iura & auctoritates. ¶ Et aduerte, quia cũ ministerio dixi, quo ad executionẽ: quia secus est in declaratione, quæ fieret à iudice super pœna. Ad quod vide quod latius dixi sup. eo. arti. vers. 31. procedit.

¶ Decimusquintus, in prõciatione seu declaratione, quæ fit, quòd iussus in iudicio, qui noluit respondere, habeatur pro confesso, secũdum dispositionem cap. 2. de confes. lib. 6. quia in tali declaratione non exigitur citatio: eo, quod talis non potest purgare morã, & sic nulla sibi videtur competere defensio. tenet Io. de Imo. in l. si finita, §. si plures. ff. de dam. infec. vbi dicit, quod si statuto cauetur quod bis citatus cum comminatione, quod veniat ad respondendum positionibus, nõ veniens habeatur pro confesso, quòd iudex absque alia citatione, illo sic existente contumace, potest declarare ipsas positiones haberi pro confessatis. Sed tu dic, quod hoc nõ videtur procedere sine dubitatione, & ideo dic, vt latius dicam in titu. de confess. in materia positionum.

¶ Decimussextus casus est, respectu sentẽtię proferendæ contra eum, qui arrestatus, vel captus pro aliquo maleficio, fregit arrestationem vel carceres, & effugit, vtrum ad condemnationem audiendam sit citandus: quia non videtur esse necessaria citatio, per c. eum qui. de do. & contum. lib. 6. vbi patet contumacem, qui appellauit, non esse vlterius citandum, etiam ad sententiam: quia appellando protestari videtur se nolle vlterius venire: quare si hoc operatur appellatio, longè fortius debet hoc operari fuga carceris, vel arrestationis, cum plus sit factis, quàm verbis aliquid demõstrare, vel dicere, de quo in c. dilecti. el 2. de appella. in 1. Glo. ¶ Item, si uerum est, quod sine appellatione dicens se nolle venire, fit manifestus contumax: propter quod non est vlterius citandus, vt in c. venerabilibus. §. secus. de senten. excomm. lib. 6. nec audiendus appellans, vt in c. 1. de dolo & contum. & ibi latè dixi. ¶ Fortius hæc dicemus in isto fugiente, secundum Ioan. And. in addi. Specu. in tit. de præsump. §. species, in mag. addi. in fi. qui remittit etiam ad no. per se in addit. in ti. de contumacia, vltra medium, ante ver. & no. & ad prædicta etiam vide, quæ dixi supra in 5. prin. artic. q. 26. & q. 29.

¶ Decimusseptimus casus, in productione instrumenti, secundum aliquos, vt tradit Pau. in l. 1. in prin. C. de lit. contest. tetigi in c. quoniam frequenter

ter in prin. supra vt li. contest. in 4. prin. artic. fall. 59. ¶ Alij verò tenent contrarium, vt dixi supra eo. art. versi. 20. procedit.

¶ Decimusoctauus casus est in insinuatione, vel declaratione nullitatis processus: in qua non requiritur citatio, vt no. Io. And. in c. causam. supra de rescrip. & Glo. fi. in c. tua. sup. de offi. vica. contrarium tamen no. Glo. fin. & Docto. in c. in nostra. sup. de procura. tetigi in c. cum olim. de re iudica. & etiam no. in clem. 2. de re iudic. & ibi aliquid dixi, & in c. auditis, de procu. vbi dixi, quòd primum dictum est verum, ratione notorietatis, quando Papæ constabat absenti nullam competere defensionem, per ea, quæ dixi supra, vers. secundus casus, & ita etiam potest intelligi d. c. cum olim. facit l. 2. §. quòd si de frumentaria. ff. de administr. rerum ad ciuita. pertinen. & ibi per Barto. Vel secundo potest intelligi, quando nulla insurgit ex interpretatione rescripti apostolici: quia sicut ipse Papa potest interpretari rescriptum absente parte, vt in c. olim. de verbo. signif. & ibi plenè per Innoc. de quo dixi sup. eod. art. versi. 40. procedit. ita & decernere potest nullitatē actus accessorij prouenientē ex interpretatione rescripti. ¶ Et hic duo interuenerunt in d. cap. auditis. tum, quia ibi erat notorium: quia conclusum in causa tum, quia agebatur de nullitate proueniente ex interpretatione rescripti: secus si ageretur de retractatione vel declaratione alterius nullitatis, in qua esset necessaria aliqua causæ cognitio.

¶ Decimusnonus casus est in ipsa interpretatione rescripti, priuilegij, vel gratiæ, secūdum casus, de quibus dixi sup. eo. art. ver. 40. procedit.

¶ Vigesimus casus est in reuocatione eorū, quæ à iudice facta sunt de facto: quia de facto absque aliqua citatione possunt per ipsum reuocari, & retractari. vnde sequestratio, quæ de facto emanauit, potest de facto reuocari absque partis citatione. faciunt no. per Glo. & Docto. in l. 1. ff. de fe. & per Gl. in l. minor. in princ. ff. de euic. quam sequitur Bal. in l. dies festos. C. de feri. no. Glo. in l. 1. §. nunciatio. ff. de ope. no. nunc. quæ dicit, quod iudex potest de facto relaxare illum, quem de facto cepit. no. Bald. in l. si pacto quo pœnam. C. de pact. facit 2. quæst. 1. c. Primates, & c. argumēta. & quod traditur in l. quod iussit. ff. de re iudi. vide quod dixi in c. qualiter. el 1. inf. de accus. ver. circa tertium membrum. facit, quia cum notorium sit, quòd de facto emanauerit: similiter clarum est aduersario non competere defensionem. facit quod dixi sup. in versi. secundus casus. Et ad prædicta etiam faciunt, quæ dixi in c. quoniam frequenter. sup. vt li. non conte. in 4. princ. artic. fallentia 62. in versicu. 8. fallit si de facto. facit etiam quod dixi supra, ver. 18. casus, & quod dicam in versicu. sequen.

¶ Vigesimusprimus casus est in reuocatione præcepti facti, absente non citato, vt non procedat in opere inchoato: quia instante illo, cui factum est præceptum, poterit iudex reuocari: etiam non citato eo, ad cuius petitionem fuit factum. ¶ Aduerte tamen, quia Io. And. in addi. Specu. in ti. de sen. §. species. vers. est quoque. format q. prædictam, & dicit, quod quidam solenniter disputauit dictam q. & ad partem affirmatiuam, quod reuocari possit sine citatione, allegatur quòd causa non cognita, & parte non vocata, præceptum fieri nō debuit: quia si pars fuisset præsens, potuisset trahere iudicem ad non faciendum dictum præceptum, vt in l. si in tres. ff. de arbi. Item, quia non ipse, sed nuncius fecit præceptum, & quæ causæ cognitionem desiderant non committuntur, vt in l. nec quicquam. §. vbi decretū. ff. de offic. procon. & leg. Et hæc duo faciunt præceptum esse nullum: quia etiam sententia esset nulla, si lata esset contra absentem, non contumacem: vel si per alium esset recitata. ff. quæ sententiæ sine appella. rescind. l. 1. §. item cum. & C. de senten. ex breuicu. recitan. l. 2. & inf. de re iudi. c. tenor. & in c. fin. de re iudi. lib. 6. Reuocare ergo debet de facto, prout de facto processit, vt dixi in præcedenti versicu. ¶ Et postea cognoscetur, vtrum præceptum debeat renouari & reiterari. Simile C. de ord. cog. in l. si res. itē, si forte nolles fateri præceptum nullum, saltem fateri oportet illud iniustum: quod iudex corrigere potest, & debet, vt l. quod iussit. ff. de re iudi. & in c. qualiter, el 1. inf. de accu. ¶ In contrarium verò allegatur: quia non debet tolli dictum præceptum, ne sit delusorium. ff. de iudi. in l. si Prætor. in princ. & ff. de bon. pos. l. 3. §. si cum eo. vbi bon. possessio, quæ etiam in proprietate aliquod ius tribuit, datur causa non cognita. fortius ergo potuit fieri hoc præceptum. vnde licitè factum iudex tueri debet, non tollere, & sic alium decipere, argu. l. 1. C. de his, qui veniam æta. impetra. & si diceretur, per alium iudicem tolli posse, ipse tamen iudexmet, qui fecit, non videtur hoc posse. ff. de re iudic. l. iudex postea. & l. Paulus. ¶ Soluit tandem Ioan. And. post ipsum disputatorem, quòd sicut illud præceptum fuit factū sine causæ cognitione, sic etiam erit reuocandum, ff. de reg. iur. in l. nihil tam naturale, & inf. de regu. iur. c. 1. ¶ Subdit tamen, quod plus placet distinguendum esse, an iudex facturus fuisset præceptum etiam parte præsente, & tunc non reuocetur: aliàs reuocetur. Exemplum de primo, quando partes assumpserant arma: & prompti erant ad rixam, ff. de vsufruc. l. æquissimum. quod cum eo inuito potuit fieri, etiam illo ignorante & absente. ff. de iudi. l. est furiosus. iuncta l. munerum. §. iudicandi. ff. de mun. & hono. & C. de distrac. pig. in l. si cessante. & l. seq. in fi. iuncta l. 2. eo. tit. Ad quod facit quod dixi supra eo. art. versi. septimus casus. Refert etiam, quod quidam iuris imperitissimi volunt, quod etiam eo casu, quo factum fuit præceptum propter timorem rixæ sit nihilominus reuocandum: sed tamen partibus præsentibus sit iterum renouandum, vt satisfiat iuri sine timore periculi, vt quasi non videatur sublatum, quod subito reformatur, ff. de in integ. restitu. l. nemo. Concludit ergo Io. Andr. quod licet tutius sit reuocare præceptum aduersario pręsente, vel saltem legitime citato, & illud de nouo facere: non tamen videtur de necessitate, maximè si tempore facti pręcepti fuit causa, propter quam factum fuit, non citata parte: puta quia partes erant in armis, & parati ad rixam. argum. dictę l. æquissimum. ¶ Quare cum periculum esset in mora, potuit iudex facere, non præmissa citatione. arg. l. de pupillo. §. si quis riuos. ff. de ope. no. nunc. & sequitur Io. de Imo. in l. de vnoquoque. ff. de re iud. & mihi placet. ¶ Et qualitercunque iudex de facto processit: maximè ex off. potest reuocare, absque aliqua citatione

ne eius, cuius interest. Bald. l. si pacto quo pœnam. C. de pact. alleg. l. primam. §. 1. ff. si ven. no. & Innoc. in c. querelam. de elect.

¶ Vigesimussecundus casus est, in interlocutoria, quæ ferri potest sine citatione, secundum Inno. & Io. And. in c. auditis, & c. querelam. supra de procura. per id quod habetur in c. fin. sup. de officio iudi. & in l. quod iussit. ff. de re iudi. ¶ Sed d. c. fi. non probat: quia licet dicat, quod super incidentibus non sit lis contestanda: non tamen dicit quòd super quolibet incidenti posset iudex interloqui parte absente, secundum Ioan. de Imo. in l. si opus. ff. de ope. noui nunc. Nec etiam probat d. l. quod iussit. quia licet dicat posse reuocari interlocutoriam: nō tamen dicit, an id posit fieri vel ferri parte absente, vel nō citata. Idem tamen Imo. videtur velle, quod non requiratur citatio, in c. ad petitionem. in Glo. magna, in fi. infra de accu. ¶ Aduerte tamen: quia passus dubius est. & Innoc. & Io. Andr. & Docto. in d. c. auditis. & d. cap. querelam. videntur inclinare, quòd si interlocutoria non infert grauamen ei, contra quem fertur, potest ferri contra absentem non citatum, vt l. recusare. in princ. cum ibi not. & in l. ille à quo. ff. ad Trebel. Benefacit l. sed & interpellatur. ff. de arbitris. sed vbi infertur grauamen, licet sit maius dubium: tamen quidam dicunt idem, quòd posit ferri absente parte, & si grauat debeat appellari, & sic videntur inclinare Innocen. Io. And. Sed Ang. in d. l. de vnoquoque. dicit quod ipse Innoc. videtur velle, quòd interlocutoria non posit ferri absente grauato, nisi pro peccato manifesto, & sic dicit velle Inno. in c. cum venissent. extra de testam. sed Inno. ibi nihil dicit: sed fortè vult allegare Angel. c. cum venissent. de restit. in integ. super verbo, inhibitionem. ibi, tamen nō dicit clarè id, ad quod Ang. allegat.

67 ¶ † Et quod interlocutoria posit ferri parte absente, tenet etiam Ioan. de Imo. in d. l. quod iussit. de re iudica. & Domini de Rota decisione 91. & decisio. 432. ¶ Verum, quia hic articulus est dubius, ergo primo pono pro conclusione secundum prædictam communem opinionem, quòd interlocutoria, non exigat citationem. quæ conclusio procedit, quando est talis interlocutoria, quæ non infert præiudicium: quia ad tollendum preiudicium fuit inuenta citatio, vt l. nam ita diuus. ff. de adop. & sup. sæpisimè dictum fuit. Secus si agatur de præiudicio alterius partis: quia tunc semper pars est citanda, secundum Dom. Anto. in d. c. auditis. per d. l. de vnoquoque, & c. inter quatuor. supra de maior. & obed. Et hoc idem voluit Barto. in l. si opus. ff. de ope. noui nunc. & in l. quod iussit. ff. de re iud. licet Dom. Anto. non alleget Bart. & Bar. in l. nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de offic. Procon. & lega. & Dom. me. c. 2. in fi. de procura. Quare si interlocutoria allatura est graue præiudicium, debet causa cognita, & sic parte præsente vel citata proferri, vt l. à procedente. C. de dila. & in l. in causæ. §. causa cognita. ff. de minoribus. & sic potest saluari dictum Dom. Anton. ¶ Et fuit originale dictum Hostien. in c. 1. de concess. præben. lib. 6. qui voluit quod ad validitatem interlocutoriæ requireretur citatio, & sentit Dominus meus in cap. 2. inf. de testi. secus vbi nullum, aut leue esset allatura grauamen. & ita procedat opi. Inno. & Io. Andr. & hoc etiam tenuit Io. de Imo. & do. Dom. post eum, in d. cap. 1. de conces. præben. lib. 6. & voluit etiam Bar. in l. nec quicquā. §. vbi decretum. ff. de offic. procon. & leg. vbi dicit, quòd dictum Innoc. debet intelligi, & procedere, quando interlocutoria nō affert præiudicium: quia si afferret præiudicium, requireretur citatio, vt d. c. inter quatuor, & in c. 1. de cau. poss. & propric. 3. q. 9. in cap. caueant. & sequitur Dominus meus in dicto c. auditis. Item procedit predicta conclusio, vbi interlocutoria potest iustificari ex cognitione subsequenti: quia tunc non requirit præambulam citationem, etiam si per ipsam pars videatur grauari:

68 † quia vbicunque potest inchoari ab executione, non est necessaria citatio, vt no. in l. de pupillo. §. meminisse. & ibi per Barto. & Docto. de ope. no. nunc. & quod no. in l. fin. C. de fer. tenet Bald. in repet. l. nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de offic. pro cons. & leg. dixi supra, versi. 8. casus. ¶ Et sic quotidie practicatur in hac ciuitate Senen. & etiā in Curia Romana, in forma citandi hoc modo, videlicet quia præcipit iudex, quòd Titius compellatur, tale quid facere, vel quòd inferior officialis, vel iudex compellat Titium ad sic dandum vel soluendum: & si senserit se grauatum, compareat, responsurus de iure, & recepturus iustitię complementum, & ita quotidie emanāt literę ad officiales Comitatus, quę practica probatur per Glo. singularem, quæ fortè non est alibi, secundum Io. de Imo. in cap. ex parte. el 1. infra de verborum signif. in Glo. fi. & tenet Angel. & sequitur Ioan. de Imo. in d. §. meminisse. Ad quod etiam vide quæ dicam inf. in 21. prin. art. vers. ¶ Item procedit prædicta conclusio in interlocutorijs, quę tendunt, quo ad iudicium coadiuuandum, quæ etiam sine citationibus ferri possunt, vt in l. diē proferre. in prin. ff. de arb. secus si tenderent ad præiudicium partium, vt supra dixi, & tenet Bald. in l. 1. C. de senten. quæ sine certa quant. ¶ Vlterius & procedit prædicta conclusio potisimè, si ex forma statuti, vel ex partium conuentione, in illa proferenda non requiritur causæ cognitio. Exemplum in l. si necessarias. ff. de pig. act. tenet Butrig. & sequitur Bal. in repeti. l. nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de offic. procon. & leg. col. 2. ¶ Vlterius aduerte: quia interlocutoria, quæ pertinet ad contumaciam propulsandam, potest ferri parte non citata. vnde si aliquis est citatus ad soluendum, & est contumax, potest cōtra eum dari licentia absque eo, quod in danda licentia citetur: quia ista est quædam executio, in qua non requiritur noua citatio per l. consentaneum. C. quomodo & quando iudex. tenet Bal. in repet. d. §. vbi decretum. & ibi refert, Inno. per prædicta dixisse, quod contumax potest damnari in expensis, de quo dixi sup. eod. artic. ver. 30. procedit. ¶ Et dicit Bal. in d. repeti. quòd interlocutoria citatoria valet parte absente, non tamen vtraque absente, nisi fiat ex officio, vt ff. de iudi. l. ad peremptoriū. ibi dum tex. dicit, Petat. & in l. & tertium. eo. tit. ibi, Impetret, &c. vide quod dixi supra eo. in 6. prin. art. ¶ Similiter etiam interlocutoria expectatoria, quæ continet diei prorogationem, potest ferri parte absente & non citata, vt l. diem proferre, & maximè, quia iudex potest expectare de vetustate, & in c. cōsuluit. supra de offi. deleg. & sentit Bald. in l. 1. C. de

senten.

senten. ex breui. recitan. ¶ Sed interlocutoria super dilatione probatoria non valet: nisi fiat citata parte, quæ potest lædi, vt in l. à procedente. C. de dila. vnde errant assessores, qui assignãt terminum in absentia partium, de quo latius dicam in materia dilationum. ¶ Similiter, & quando fertur interlocutoria ab obseruatione iudicij, debet pars iterum citari, secundum Bar. in l. Titia. ff. de accu. tradit Innoc. in c. consuluit. supra de offi. deleg. ¶ Reuocatio verò interlocutoriæ videtur fieri posse absque alia citatione, per tex. in c. cũ cessãte. de appel. & ibi no. Dom. meus in no. per tex. illum, quo dicit liberè, quia verbum de sui natura non indiget alterius consensu, vt in c. de mulcta, de preb. & c. licet Episcopus. de præben. lib. 6.

¶ Vigesimustertius casus est in articulorum admissione, quando iudex examinatis articulis: an essent admittendi vel non, & examinatis exceptionibus partibus aduersæ, in quibus casibus requiritur citatio, vt dixi supra eodem articu. versi. 6. procedit. Si igitur facta tali examinatione, iudex vult illos admittere, Domini de Rota, vt refert Dom. Anto. in c. 2. inf. de testi. dicunt, quod pars non est citanda: tum quia iste est actus iudicis, tum etiam, quia non interest partis aduersę, ex quo dedit semel exceptiones suas.

69 ¶ † Subdit tamen Dom. Anto. quod ab ista admissione posset pars appellare, de quo in c. ex parte, & in c. dilecto, infra de appel. Dicit tamen Dom. Anto. quòd collector decisionum refert Egidium tenuisse cõtrarium: quia hæc admissio est quædam interlocutoria, ad quam pars est citanda, vt in c. ad petitionẽ. inf. de accu. & ibi per Inno. de quo latius dixi in versi. pręcedenti. licet enim admissio est quędam declaratio pertinentium articulorum, & per consequens admittendorum: sed collector decisionum respondet, quod interlocutoria potest ferri parte absente, etiam non per contumaciam, vt no. Innoc. in cap. auditis. supra de procur. ¶ Sed Dom. Ant. in c. 2. inf. de testi. tenet opin. Egidij, nisi præcesserit generalis citatio ad totam causam, & ad singulos actus vsque ad sententiam diffinitiuam: quia tunc citationes, quæ postea fiunt, videntur potius fieri ex quadam vrbanitate, quam ex necessitate, vt in c. 1. de elect. lib. 6. & per Innoc. in c. auditis, & in c. fi. inf. de dolo & contum. Dicit tamen Do. Anto. dictum Inn. non esse verum, per no. per Host. in c. ex ratione. de app. ¶ Sed Do. meus in d. c. 2. dicit, quòd quamuis Domini de Rota in d. decisio. dicant multa, quæ indistinctè non sunt vera: tamen cõcludit ipse, quòd licet cum producuntur articuli, debeat fieri citatio, vt dixi in d. ver. 7. procedit, tamen in admissione dicit, quòd non videt citationem esse necessariam: quia eo ipso, quòd iudex procedit ad vlteriora, videtur eos admittere, & ideo opus est appellatione: aliàs actus tenet, licet citatio non processerit, per tex. in cap. ex parte. el 3. infra de appel. vbi hoc probatur generaliter in qualibet exceptione. & idem tenet Barto. in d. l. à procedente. C. de dila. secundũ Do. me. in d. c. 2. & mihi satis placet.

¶ Vigesimusquartus casus, est in teste, vt deponat se in receptione testis ad dicta, quia ipsius testis citatio non est necessaria. Ad quod vide quod dixi, sup. eo. art. versi. 8. procedit.

¶ Vigesimusquintus casus, est in depositione testis, cui standum est ex dicto testatoris: in quo etiã partis aduersæ non est necessaria citatio, vt l. Theopompus. ff. de dote præleg. sed tu dic, vt latius dixi sup. eo. art. versi. 37. tetigi etiam versi. 42.

¶ Vigesimussextus casus est in condemnatione expensarum: sed non semper: sed aliquibus casibus, vt dixi supra eodem artic. versic. 30. & ibi vide remissiones.

¶ Vigesimusseptimus casus, est in interpositione decreti: in quo non proceditur in fig. iudicij, vt l. 3. §. si causa. ff. de bon. pos. ita dicit Bald. in d. l. nec quicquam. §. vbi decretum, ff. de offi. procons. & lega. in repet. ¶ Sed tu aduerte: quia ex eo, quod nõ debeat procedi in figura iudicij, non propterea intelligitur sublata citatio, vt est tex. in Clem. sæpe. de verbo. sign. Quare arbitror, quòd debeamus considerare, vtrum decretum allaturum sit præiudicium vel non, secundum ea, quæ dicta fuerunt, sup. versi. 22. & etiam pluries tactum fuit supra.

¶ Vigesimusoctauus casus, etiã in relatione nuncij, ad quam pars non debet citari: cum persona ipsius nuncij iam fuerit approbata, vt no. Bart. in d. l. Theopompus.

¶ Vigesimusnonus casus, in relatione, quam aliquis facit de mensura alicuius terræ ex commissione iudicis: quia in hoc, & similibus actibus, non est necessaria citatio. ad quod vide quod dixi sup. eo. arti. ver. 37. procedit.

70 ¶ † Trigesimus casus, in legitimatione filij illegitimi, quæ fieri potest non citatis fratribus, vel agnatis, qui sperant succedere, secundum Iaco. de Are. in l. nam ita diuus. ff. de adop. arg. l. cũ adoptio. eo. ti. & idem etiam tenet ipse Iac. in l. penul. ff. de nata. restit. & voluit etiam Dy. in l. nam ita diuus. ff. de adopt. Motus, quia priuilegium Principis cõceditur ex eius mera liberalitate, & in talibus, quis non citatur, vt in l. si libertus. ff. de in ius vocan. & in c. eum qui. de præben. lib. 6. facit etiam quod no. in c. cum dilecta. de confir. vti. & in c. cum olim. de priuileg. Sed Mar. Syl. vt refert Dom. Anto. in c. per venerabilem. inf. qui filij sint legi. tenet oppositum, quod sit necessaria citatio. hoc voluit Mar. in d. l. nam ita diuus. per illam l. & tenuit quidam Dom. Barth. de Capua per l. nec ei. ff. de adopt. vbi non adoptatur quis in filium, absque cõsensu alterius filij. ¶ Host. vero dicit, quod patre viuo non requiritur citatio: secus eo mortuo, & hoc no. Io. And. in dicto c. per venerabilem. super verbo, requisisti. & pro ista parte facit quod no. Barto. in d. l. nam ita diuus. Sed Io. Andr. posuit aliam considerationem in dicto cap. per venerabilem, §. insuper. in verbo, Potuit, dicẽs, quòd necessarius est consensus illorum, quibus prę iudicatur, quando fit ab eo, qui non habet potestatem: nisi prorogetur, per l. fin. C. de pact. vbi patet, quòd non debet quis esse solicitus de hæreditate alterius viuentis: nisi accedat voluntas sua. facit capitulum secundum, de concess. præbendę, & quod no. in l. nec auus. C. de eman. lib. Bart. hanc materiã tractat in l. Gallus, §. & quid si tantum. ff. de libe. & posthu. sed latius eam tractat D. Anton. Rosellus de Aretio, qui Doctor fuit meus in legibus, in suo tractatu legitimationum, in secundo lib. c. 3. de causa formali. ¶ Tu verò ex varijs Docto. opin. pro

Concor-

Concordantia potes distinguere, quòd aut legitimatio filij petitur per patrem ab habente potestatem legitimandi,& tunc nō requiritur citatio agnatorum, aut etiam filiorum: quia hæc legitimatio solummodo tangit patrem,qui de suis bonis potest pro libito disponere per contractus inter uiuos,excepta inofficiosa donatione, & etiam per vltimam voluntatem,si nō habet filios, vel si habet, excepta legitima. facit l.cum adoptio.C.de adopt.Et quamuis de existentia confratrum,seu aliorum filiorum, debeat haberi mentio in supplicatione:ne aliàs reddatur surreptitia eo, quod potuisset mouere mentem Principis ad non concedendum: tamen non requiritur citatio: quia si pater potest priuare,non solum agnatos, sed etiam filios, dilapidando bona sua,vt traditur in l.1.C.de inoffic.dona.multo fortius debet posse per actum similem à iure vel Principis priuilegio permissum,facit l.1.C.de emancip. liber.& hoc tenuit Barto. in d.l.Gallus.§.& quid si tantum.& Bald. ibi, & in prima constitutione Codicis,& idem dicit Dom.Antonius Rosellus,vbi ipsemet filius peteret se legitimari patre demum ratū habente. Sed Dom.Anton. in c.per venerabilem. qui filij sint legitimi. dicit, quod respectu aliorum filiorum maius videtur esse dubium ex eo,quod filij existentes in potestate, videtur habere quasi dominium: etiam viuente patre in bonis patris, vt in l.in suis.ff.de libe.& posthu.¶ Concludit ergo Dominus Antonius,quod hoc non obstante, valet legitimatio.Et idem tenuit Iac.But.in l.adoptio.ff.de adopt. ¶ Et mihi placet, quia cum pater viuens sit dominus bonorum suorum, potest de illis ad libitum disponere,non obstante alicuius contradictione,vt l.in re mandata.C.manda.& l.2.ff.si quis à paren.fue.ma.etiam dilapidando,vt dixi.Et ideo non requiritur citatio: quia cōtradictio citati nihil operaretur. Nec obstat l.1.ff.de libe.causa.quia ibi erat illud interesse totius agnationis,vt sentit ibi Cyn.in addi.vel erat interesse de præsenti, vt l.2. eodem ti. sicut in simili dicitur de iniuria illata filio, ex qua duæ variç actiones in specie proficiscuntur,ff.de iniurijs.l.1.§.sed si filio.& per Glo.in l.2.§.quod si impetus.ff.solu.mat. ¶ Nec placet sententia Baldi in l. nam ita diuus.in prin.dicentis hoc procedere,cum pater non habuerit filios: aliàs si habuerit, erit necessaria citatio liberorum legitimatorum. in auth. item si quis.C.de natu.libe.& quod legitur,ff.de re iud. l.de unoquoque. quia dicta authen. loquitur, cum pater tantum in testamento voluit filios legitimare,sine alia solennitate,quòd lex permisit patri, si alios non habuerit: vnde etiā si citari fecerit eos, non per hoc naturales efficiuntur legitimi, nec etiā poterunt impetrare virtute testamenti, se à patre legitimari:tum etiam,quia ibi legitimatio fiebat post mortem patris: licet ex dispositione patris, & sic postquam hæreditas iam erat delata,quo casu aliud est, vt statim dicam. Sed hic agitur de legatione, quæ fit in vita: quo casu non est necessaria citatio. Nec fit differentia, an habeat legitimos vel non, vt in authen.item si quis, & in corpore vnde sumitur. Et ita declarat Bartol.suo consi.110.quod incipit: Nerucius. quia, vt dixi, etiam in testamento, pater potest totum patrimonium,præter legitimā, etiam in quencunque extraneum transferre. l.cum quæritur,C.de inoffic.testamen. Nisi respectu feudi.de quo dicendum, vt traditur in cap. naturales. si de feudo defuncti controu. fuerit. Et hoc reperio tenuisse Do.Anton.de Prato veteri, in tractatu quartarum,in 4.quæstio.4.partis principalis,quęst.12. fol.94. Aut legitimatio fit post patris mortem, & hoc casu, quia vertitur dubium, an trahatur retro, ita quòd præiudicet iuri alteri quæsito. Bart.distinguit,quod aut filius,qui impetrat legitimationem, hoc facit mediante voluntate paterna, qui voluit, quòd filius succederet. Vel dic melius: quia pater disposuit,quod filius legitimaretur. & hoc casu, nō requiritur citatio.argum.authen.item si quis.C.de natu.libe. Et idem voluit Bal.in d.l.nam ita diuus. & Domin.Anton.Rosellus in dicto tractatu,& capitulo,& Dom.Anton. & Dominus meus in dicto cap.per venerabilem.Aut filios petit legitimari nō habens patris uoluntatem, & tunc requiritur citatio: nam cum faciat alijs præiudicium, sunt citandi,ut l.pen.ff.de nata.resti.vbi hoc etiam illi tenent Iacob. de Are. & post eum Bald. in d.l.nam ita diuus. & Dom.Anton. & Dominus meus in d. c.per venerabilem, & etiam Bald. in prima constitu.Co. quod procedit, secundum Bald. in d. l.nam ita diuus.quem sequuntur Doct.nisi tam ex narratione, seu habita narratione agnatorum, vel filiorū,quam etiam ex Principis expressa volūtate apparet, quòd velit illis præiudicare: quia hoc casu,valebit legitimatio absque alia citatione, & de hoc est Glo. notabilis de iure ciuili, secundum D.Rosel.in l.is qui. ff.ex quib.cau.maio.¶ Sed tu dic,quod Glo.illa dicit clarè, sed satis est rationabile quòd ita debeat intelligi. vbi autem non apparet de expressa Principis voluntate volentis alteri præiudicare, quamuis de ipsis agnatis sit habita mentio, & etiam sit apposita clausula, Non obstante.credit Dom.Anto. Rosel. quod parte aliter non citata, non præiudicetur agnatis, & ita limitat dictum Bart. & Bal. facit l.1. §.merito, & §.si quid à Principe. ff.ne quid in loco publi.& l.3. in fi. ff.de nata.restitu. Et fuit etiam de mente Bar.in d.§.& quid si tantum. Et idem etiam dicendum, si Princeps vel Papa proprio motu concessisset talem legitimationē:quia licet motus proprius tollat uitium surreptionis, vt in c.si motu proprio. de præben. lib.6. tamen non firmaret scriptū vel priuilegium in præiudicium tertij,vt d.c.si motu proprio.iuncto c.non potest.in fi.de præb. lib.6. valet tamen legitimatio: sed nō præiudicat his,qui bus ius est quæsitum. ¶ Et prædicta notabis: quia quotidie possunt contingere in practica.¶ Aduerte tamen: quia si fit legitimatio, quo ad quid, sed non simpliciter,sic potius est dispensatio, quàm legitimatio,videtur exigi citatio,ita consuluit Pet.de Ancha.consi.231. quod incipit, Ex tenore priuilegij. & idem Io.de Ana.consi.quod incipit,In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Visis & consideratis,& c.vide sup.eo.art.ver.57.

¶ Trigesimusprimus casus, in eo, cui est datus terminus ad producendum accusationem, &c. vel instrumentum. nam talis dicitur satisfacere termino per solam productionem,absque alia citatione. no.Bal.in l.si ea.C.qui accu.non poss.

¶ Trigesimussecundus,in transmisione inhibitoriæ,quæ fit ex officio iudicis: aliàs propter periculum

sum animæ. Ad quod vide, quod dixi in c.pe.de foro compe.art.14.primo membro.

¶ Trigesimustertius, in absolutione ab excõmunicatione. ar.tex.in c.olim ex literis. de rescr. tenet Bal.in l.si pacto quo pœnam.C.de pact.Sed dic, vt no.11.q.3.excommunicatos, & inf. de appel. c.qua fronte, & quod ibi dixi, c.venerabilis. de senten. ex com.art.25.q.

¶ Trigesimusquartus, in sententia ferenda contra exititios & rebelles ciuitatis. ita notabiliter dicit Bal.in c.1.de his, qui feu.da.pos.Ludo.Pont.in rep. l.1.C.de hæred.inst.q.6.ver.vnum tamen scias.col. 22.quod apud me satis est dubium.

¶ Trigesimusquintus, postremò quæro, quid si fiat citatio in casibus prædictis, in quibus est necessaria: sed non fit sub debita forma, vtrum teneat actus. ¶ Sol. Collige ex his, quæ dixi in cap.1. de libel.obla.arti.5.in fi. ¶ Et ex his, Deo duce, habes expeditum septimũ principalem art.ad cuius materiam potes etiam coniungere materiam quinti principalis articuli.

SVMMARIVM.

1 *Citatio, per quem fieri possit.*
2 *Citatio iudicis viua voce, an semper sit valida. Illustres, & quidam alij, non possunt citari verbo, sed scriptis.*
3 *Citatio, an possit fieri per notarium, vel nuncium.*
4 *Citatio, an possit fieri per partem.*
5 *Pars per partem citata, an teneatur obedire, seu credere parti citanti.*

ARTICVLVS VIII.

1 OCTAVO principali articulo tractandum est, † per quem possit fieri. Circa quem articulum dic, quòd hoc potest multis modis contingere.

2 ¶ † Primo modo, potest fieri citatio per iudicẽ, viua voce. ¶ Quãdoque enim iudex citat aliquem viua voce, si citandum inuenit, & huiusmodi citatio valet, & arctat citatum, si legitimè fiat, secũdum Pyleum, qui allegat l.2.C.quomodo & quando iudex. ¶ Hoc tenet Bal.in l. & post edictum.ff. de iudi.vbi dicit quòd bene fatuus est iudex, qui habet partem vel testem in conspectu, & iubet nuncio, ꝙ illum citet: vbi dicit tamen, quod hoc fallit in illustribus, & quibusdam alijs: qui non possunt citari verbo, sed solum in scriptis, vt l.quandoque. C.de digni.lib.12.quia etiam assignando terminum partibus ad comparendum, vel respondendum, intelligitur citare.ad quod vide quod dixi sup.artic.10.q. 1.tenet Spe.eo.ti.§.sequitur videre.in prin.

3 ¶ †Secundò potest fieri per notarium seu tabellionem.ar.23.q.5.c.circuncelliones.in prin.sicut sępe faciũt auditores Palatij Domini Papæ secũdum Spe. quia si hoc potest fieri per nuncium, vt statim dicetur in ver.seq.lõgè fortius debet posse fieri per notarium, qui est publica persona, & maioris authoritatis, & qualitatis, & iurata: vnde pro eo præsumitur, vt inf.de præscr.c.ad audientiam.& de pręsum. c.illud.& 1.q.7.c.sancimus.& poterit idemmet notarius eandem citationem se fecisse de tali causa, ad talem diem & horam, ar. ff.de ado.in l.si primus. §.1.& in l.si cõsul.& l.sequen.& in Authen.de tab. §. si prætor. hoc tenet Specu.in d. §. sequitur. ver. quandoque per notarium. Et intellige, quod hoc procedit, si modo præcedat iudicis commissio, vt infra subiiciam.

¶ Tertiò potest fieri citatio per nuncium. supra de offic.deleg.c.prudentiam.§.1.& inf.de ap.c.cum parati.ff.de re.du.in l.magis puto.§.illud.de qua materia latius tractabitur, infra in 9. princ. ar.& 4.articulis sequentibus. ¶ Sed vtrum per nuncium alterius curiæ, quis possit citari? Do. de Rota dicunt, quòd sic, deci.349.& Do.Ant. in c.cum dilecti. de do.& contu.

4 ¶ †Quartò potest fieri citatio, etiam quandoque per partem, vt sæpe faciunt iudices, dicentes actori vel reo, Dic aduersario tuo, vt compareat tali die, & hora, &c. & tu etiam compareas. sed hoc potius retorquetur ad factum, quàm ad ius, sicut dicit Ioan. And.in addi. Spec.eo.ti.§.sequitur.ver.2. se vidisse multoties, quod duo litigantes ex discretione, & conscientiæ puritate, amicabiliter tractant causas suas, expectantes finem iuridicum. & hoc casu uidit tales commissiones fieri, recipi, & fideliter impleri. Sed dicit Specu. in d. ver. quod hoc casu citatus non tenetur credere aduersario suo. vnde in Ecclesiastico dicitur, cap.2. Non credas inimico tuo in æternum. sicut enim atramentum, eruginat nequitia illius. facit, suprà ut lite non contest.c.accedens. el 2.& supra, de resti. in integ.cap.ex literis, & infra, de proba.cap. ex literis. Item, quia aduersarij & inimici sæpe mentiuntur.ff. de quæstio.l.1.§.prætextu. & in Auth. de testib. §. si verò odiosus.& quia non debet quis esse nimis credulus.argu.l.2. ff. quod falso tutore.& l.1.§.1. ff. de eo, per quem factum erit. & 86.distinct.cap.si qui verò.infra de simo.cap.licet Heli.ver.nam iuxta.13. quæst.2. c. visis, circa finem. 50. distinct.c.si quis præpropera. ¶ In contrarium tamen arguit, quod teneatur venire & quod credere debet cuicunque denuncianti: quia à quo denunciatum fit senatus exigit. ff.de pet. hæredi.in l. item veniunt.§.petitam.ad idem.C.de rei vend.in l.si fundum. & ff.de his, qui in fraud. cred.in l.ait prętor. §. si quis particeps. & quia hoc dicimur scire, quod ab alijs audiuimus.22. q. 5. c. hoc videtur. prope prin. Debet ergo quis credere cuilibet citanti, vel denuncianti.ar.22.quæst.4.cap.innocens.& de cle.excom. minist.cap.illud.inf.de coniu.seruo. cap.proposuit. maximè, ubi citatio vel denunciatio concurrit cum veritate.ff.de peti.hæred.in l.cum quidam. Et quia in dubio quis tenetur venire ad iudiciũ, in l. si quis in aliena.ff.de iudi.infra de appel.cap.cum parati.& in l.ex quacunque. ff.in ius voca.vt eãt.sed primum dictum placet Specu. & adducit simile in argu.quia quis non tenetur credere alicui dicenti se contra eũ ad apostolicam sedem appellasse, nisi ostendat instrumentum appellationis: Sed appellatio videtur vim citationis habere, vt infra de appel. cap. sæpe. & de elect. cap. 1. lib.6. Nec etiam pluribus hoc dicentibus credere debet, quia sępe talia falso confinguntur, ut l.1.ff.de eo per quem fact.erit.& l.diuus, ff.de custo.& exhi.reo.& l.fin.ff.de acquir.hæred.supra de resti.in integr. cap.ex literis. Ita dicit Specu. eo.tit.§.sequitur.ver.2.

¶ Ego

¶ Ego vero dico, quod duplex potest oriri quæstio.

¶ Prima quęstio, vtrū pars potest citare partem.

¶ Secunda, vtrum citatus à parte aduersa teneatur illi credere.

¶ Quò ad primam dic, quòd pars potest citare partem, si iudex hoc sibi committit. hoc tenet glo. in l. si vt proponis. la seconda, C. quomodo & quā do iu. & Bal. ibi. & Specu. eod. tit. §. sequitur, ver. 2. & probatur in l. 1. §. hoc autem. ff. de seru. fug. & ibi no. Barto. & sequitur Ponta. in l. sciendum. ff. de verborum oblig. sed clarius Bart. in extrauagan. ad reprimendum, in glo. super verbo, Per literas. vbi dicit, quòd actormet potest portare literas citatorias, per tex. expressum, ff. de furt. in l. eum qui. §. si epistola. vbi quis pro se ipso portat epistolam. & ibi ēt hoc tenuit Bal. Sed si pars negaret eam sibi præsentatam, graue esset, quod portanti, de cuius interesse agitur, crederetur pro se: nisi forte præsentationem probaret per alios, & ideo si præsentaret præsentibus testibus, & notario, sufficeret, secundum Bar. in d. loco. Ad quod etiam faciunt no. per Bar. in l. iustè possidet. ff. de acquir. poss. & l. 1. §. nunciatio. ff. de ope. noui nunc. per Iaco. de Are. sed fine iudicis commissione non potest pars citare partem. quod intellige, quo ad verbalem citationem, vt no. in c. pe. de foro compe. & ibi vide in 3. notabili, vbi dixi, & per Bald. in l. neminem. de exhiben. reis, & vide quod dicam infra, art. 11. Sed realiter capiendo personam, potest pars citare partem quandoque absque iudicis commissione, vt dixi supra, artic. 4. quæst. 2. ¶ Et aduerte, quia licet pars possit citare partem realiter, illud est verum, citando per se, sed tamen non potest citare per procuratorem. hoc voluit singulariter glo. in l. 1. C. vbi quis decuriali vel cohortali.

5 ¶ † Quò ad secundam quæstionem dic, quòd pars, quæ citatur à parte, non tenetur illi credere, per iura superius allegata per Specu. pro hac parte, & idem tenet Bald. in l. si vt proponis, C. quomodo & quando iud. & Ponta. in d. l. sciendum. col. 16. ver. quo autem ad secundam. & mihi placet: quia aduersarij & inimici, vt decipiant, sæpe mentiuntur, vt dixit Spec. facit l. 1. §. præterea. ff. de quæstio. & quod no. in cap. accedens. el secondo, supra vt lite contesta. & idem tenuit in c. cum parati. inf. de appellat. ¶ Et ad prædicta vide, quæ dicam infra in 12. princ. artic. vbi tractabo, vtrum citatus teneatur credere nuncio.

¶ Quintò potest fieri citatio per præconem, de qua videbimus inf. art. 25.

¶ Sextò fieri potest per literas, de qua videbimus in 13. princ. art.

¶ Septimò per edictum, de quo videbimus in 23. princ. artic.

¶ Octauò per campanam, de qua videbimus in 26. prin. artic.

¶ Et ex his, Deo duce, habes expeditum 8. princip. articu.

SVMMARIVM.

1 *Nuncius, quid sit?*
2 *Nuncius, quot nominibus nuncupetur?*

ARTICVLVS IX.

Nono principali articulo, quia vt plurimum citationes fiunt per nuncios, videndum est, quid sit nuncius, & quot hominibus nuncupetur.

1 ¶ † Quo ad primum, quid sit nūcius. Doct. non tradunt, quod repererim, sed iudicio meo, potest ipsius persona sic diffiniri, seu describi, videlicet, quod est persona publica à iudice, vel à superiore constituta, ad faciendum citationes, relationes, executiones, & similia ministeria iudicis, iuris, vel consuetudinis commissione.

¶ Et quare prædicta verba ponantur in predicta descriptione, poteris satis comprehendere & intelligere ex his, quæ dicentur in hoc articulo, & in 7. seq. articulis.

2 ¶ † Circa secundum verò, scilicet quot nominibus nuncupetur. dic quòd nūcius varijs nominibus nuncupatur, quandoque dicto nomine nuncius, vt in c. cum parati. inf. de app. & in c. prudentiam. de offi. deleg. Quandoque appellatur, missus, vt in c. 1. de immun. eccle. & in l. missi. sup. de exacto. tribu. lib. 10. ¶ Quādoque nominatur, officialis. 4. q. 4. c. aliquando, in prin. & C. de accus. in l. ea quidem. ¶ Quandoque dicitur, notarius. 23. q. 1. c. circūcillio nes. in prin. ¶ Quandoque vocatur, apparitor. infra de homi. c. tua. prope fin. C. de apparito. per totum. lib. 12. ¶ Quandoque vocatur, executor. inf. de priuileg. c. cum olim. ¶ Quandoque Cæsarianus, siue Cathelinarius, id est, vniuersaliter seruiens, secundum Azo. in l. penul. in fi. C. de bo. proscr. licet glo. ibi aliter dicat. ¶ Quādoque vocatur, minister, seu ministralis. 34. q. 5. si homicidæ. & c. cum minister. ¶ Quādoque vocatur, viator, vt Inst. de act. §. tripli. & l. magis puto. §. ne tamen. ff. de reb. eo. ¶ Quandoque causam pręparās, vt in Auth. de iud. §. audient. ver. is qui cās pręparant. ¶ Et ad pręddicta vide Spe. & Io. An. in addi. eo. ti. §. sequitur videre. ver. quandoque per nuncium. Item dic, quod etiam secundum Curiam Romanam appellatur, cursor. Et oratores quandoque appellantur, tabellarij. ¶ Quandoque etiā nuncius dicitur idem, quod nunciator, vel ambassiator, qui differt à procuratore, vt l. 1. ff. de procura. & ista non est materia nostra. Sed differt à procuratore: quia cōcipit verba in personam domini, & est tanquam pica, & organum: sed procurator concipit verba in persona propria, & plures alias differentias, quo ad hoc, vide per gl. Cy. & Docto. in l. multum. C. si quis alte. vel sibi. & per Spec. latè in ti. de procuratore. §. vt autē. versi. & no. quod large. & in ti. de iudice delegato. §. iam nunc. ver. sed nunquid. tetigi in cle. religiosus. de procur. & in eo. tit. de ope. no. nun. dicam in ti. de procuratore.

SVMMARIVM.

1 *Nuncius constitui potest quilibet, qui non est expressè prohibitus.*
2 *Seruus, an possit esse nuncius.*
3 *Nuncius, à quo possit constitui.*
4 *Nuncij quod debeant in causis iudicialibus constitui.*
5 *Nuncij electio seu constitutio, qualiter sit facienda.*
6 *Iudex, an possit in electione nuncij variare.*

ARTICVLVS X.

DEcimo principali articulo tractandū est, quis, à quo, & qualiter nuncius constituatur, & quot constitui possint.

Quare per ordinē prosequar infrascriptas quæst.
Prima erit, quis possit constitui nuncius.
Secunda, à quo constituatur.
Tertia, quot possint vel debeant constitui.
Quarta, qualiter constituatur.
Quinta, an possit mutari.

1 ¶ † Primò igitur quæro, quis possit constitui nūcius. ¶ Sol. Dicendum arbitror, quòd quilibet potest constitui, qui non reperitur expressè prohibitus: sicut dicimus de teste, in ti. de testi. & in procuratore, in titu. de procura. & de accusato. in ti. de accusa. vnde potest constitui etiam infamis: nam licet sit officium publicum: tamen vilissimis personis congruet, secundum mores nostros: ergo infamia ab eo officio non repellit, vt l. 1. C. de infami. lib. 10. & probatur in l. nec infames. C. de decurio. lib. 10. licet secundum leges deberent eligi personę diuites, & probatę, vt in Authen. de iud. §. is autem. coll. 6. facit: quia infamis potest esse procurator. Institu. de excep. §. fi. & l. arbiter. ff. de arbit. l. Pedius & tutor. ff. de postulan. l. 1. §. sed & æquissimum. tradit Barto. in extrauagan. ad reprim. in glo. in verbo, per nuncium. ¶ Et tradit D. Ange. de Aret. in tractatu maleficiorum. super verbo, Pe. publico nuncio. tetigi in cap. qualiter. el 2. inf. de accu. in 6. prin. art. q. 8. ¶ Et si diceres, quomodo ergo credetur sibi, cū sit infamis, & infamis nō possit esse testis. dicam statim artic. 12. & artic. 16.

2 ¶ † Sed vtrum seruus possit esse nuncius? Guido de Suza. in l. illicitas. §. illicita. ff. de offi. pręsid. tenet, quòd non: quia cum non possit esse testis. 4. q. 5. c. nullus. Insti. de testa. §. testes. C. de testi. authen. si dicatur, & l. quoniam. cum si. meritò non potest esse nuncius: quia tales sunt plus, quàm testes: quia solum eis creditur, vt statim dicam, artic. 12. & 16. Sed ista ratio non videtur cōcludere iudicio meo, quia infamis, vilis, & abiecta persona, & omnino pauper, non potest esse testis, vt dicam in ti. de testi. & tamē possunt esse nuncij, vt dixi superius. Et ideo prædicta ratio Gui. non videtur concludere. Vnde mouetur Gui. & secundò, quia seruus nullam habet cōmunionem cum iure ciuili, vel prætorio. ff. de testa. l. qui testamēto. §. seruus. & seruitus ferè morti comparatur. ff. de regu. iur. in l. antepe. Ita residet Ioan. And. in add. Spe. in ti. de teste. §. 1. versi. Item, quod est seruus.

3 ¶ † Secundò principaliter quæro, à quo possit constitui, vel creari nuncius. ¶ Sol. Dic, quod ab ipsomet iudice, secundum Bart. in extrauag. in glo. super verbo, per nuncium, per l. 2. C. de sportu. & in Auth. de iudicibus. §. necessitatē. ¶ Quilibet ergo iudex, tam ordinarius, quam delegatus: quinimo arbiter & arbitrator, si iurisdictionem aliquam habet admixtam, potest sibi eligere nuncium, vt no. glos. & Bald. in l. 2. C. quomodo & quando iudex. & no. in l. 2. C. de sportu. & infra de delegato, no. Bald. allegat etiam de offi. delega. cap. pastoralis, in prin. & idem probatur in l. 1. C. de sportulis. vbi clarè patet, quod potest iudex sibi eligere nuncium, & hoc procedit, nisi ex forma statuti disponeretur, quòd alius deberet eligere: quia tunc non ipse iudex posset eligere: sed seruata forma statuti deberet eligi ab habente potestatem. ¶ Et aduerte, quia licet eo casu, quo iudex potest eligere, non appareat de sua electione: tamen satis esse videtur, quod appareat de commissione de citādo: quia eo ipso, quod sibi committitur citatio, statim videtur eligi, & ideo licet non appareat, quod sit electus, de hoc non est curandum: si modo appareat de commissione, secundum Barto. in d. extrauaganti. in glo. in verbo, per nūcium. sed si per legem municipalem electio nunciorum deberet fieri in consilio, seu à consilio, non à iudicibus: tunc deberet constare de ea. sufficeret tamen, quod esset in quasi possessione exercendi tale officiū, vt l. Barbarius, ff. de offi. præt. & l. 2. C. de sent. tradit Bar. in d. gl. per nuncium. & Angel. de Are. in tractatu maleficiorum, super verbo, Petro publico nuncio. ¶ Aduerte tamen, quia iudex inferior, & etiam arbiter, potest vti nuncijs superioris, vt in Auth. de defen. ciuitatum. §. deinde eos ex prouincia. tradit Bar. in d. loco, & Ang. similiter in d. loco.

4 ¶ † Tertiò principaliter quæro, quot possint vel debeant constitui nuncij. ¶ Sol. Spe. eo. ti. §. sequitur videre. ver. q̄nque per nuncium. dicit, quod in minoribus causis iudex debet citare per vnum nuncium: in maioribus verò causis, consilium est, quod citatio fiat per duos nuncios. C. de ap. l. in offerendis. inf. de testi. in omni. 4. q. 4. §. vbi numerus. ¶ Sed tu aduerte, quia cū ministerio locutus est Spe. dum dixit, quod consilium est, &c. quia dico, ꝙ hoc non est necessariū, per tex. in extrauag. ad reprim. in gl. in ver. per nuncium. vbi causa est grauissima, scilicet lęsæ maiestatis, & tñ tex. ibi loquitur in singulari, per nunciū, & sic cū loquitur in singulari, videtur vnus solus sufficere, & sic sentit ibi Bar. Facit quod statim subijciam. ¶ Dic ergo, quod requiritur, vtrū iudex possit vnum, aut plures nūcios constituere. & dico, quod potest vnum & plures cōstituere, & illos mutare, vt dicam statim in 5. q. Aut quæritur, per quot nuncios debeat citare. & dico quòd sufficit, ꝙ citet per vnum nūcium: etiam si causa sit grauis, per tex. in extrauag. ad reprimen. dum vult fieri citationem per nuncium, etiā in crimine læsę maiestatis: sed tamen propter maius periculum, in causa graui non esset reprehensibile: imò potius laudabile & cautum, quod citaret per plures nuncios.

5 ¶ † Quartò principaliter quæro, qualiter fieri debeat electio seu constitutio nuncij? ¶ Dic, quod nūcius debet iurare se facturū & administraturum officium suum legaliter. ar. C. de fi. instr. l. comparationes, & C. de secū. nup. in l. hac edictali, §. is illud. & in Auth. iussiu. quod præstāt ab his. tex. & Bal. in l. 2. C. de sportulis. vbi dicit, quod propter hāc causam statur postea relationi nuncij. quilibet enim publicus officialis debet iurare. l. quędā. §. numularios. ff. de eden. gl. & Do. Ant. in c. cū parati. de app. Bal. in l. magis puto. §. ne passim. ff. de reb. eo. Ang. in repet. l. si vacātia. C. de bo. vac. lib. 10. dicit tamē Bar. quod putat, quod licet nuncius non iuret, nihilominus pōt exercere officium suū. ar. auth. decernimus. C. de abolitio. ita concludit Bart. in d. extrauag. ad reprimendum. in gl. per nunciū, & de tali electione nuncij,

nuncij, & commißione sibi facta, fiat publicum instrumentum sub hac forma, videlicet. In nomine Domini, &c. In præsentia mei notarij, & testium subscriptorum, talis iudex ordinarius, vel apostolicæ sedis delegatus, in causa seu causis coram eo ventilandis, quæ vertuntur inter talem & talem, facit & constituit A. & B. suum nuncium, vel nûcios, ad citationes faciendas, vel ad citandum talem, vel præcepit tali nuncio, vel nuncijs, quod citet talem: qui nûcius corporaliter tactis literis iurauit omnes ambasiatas, & citationes sibi impositas vel imponẽdas, fideliter facere & referre. Et postea subijciat notarius, acta sunt hæc, die, anno, & loco talibus, & coram talibus. Et ego talis, tali auctoritate notarius, his interfui, & de mandato prædicti iudicis ea conscripsi, & publicaui, & signo meo signaui, secundum Specula. eodem titu. §. sequitur. ver. vtrum autem citatus.

6 ¶ † Quintò quæro principaliter, vtrum iudex circa electionem nuncij posit variare: & hodie eligere vnum, & cras alium? ¶ Sol. Tex. in l. 1. C. de sportulis. videtur velle, quod per vnum, & non per plures debeant fieri citationes: sed Bald. ibi tenet, quod posit variare, sicut quotidie videmus de consuetudine: quia in eadem causa diuersi nuncij citant. Item, quia hoc est in potestate arbitrorum, ut l. sed interpellatur. ff. de arbi. igitur fortius debet esse in potestate iudicis. Nec ob. d. l. 1. quia vt ibi dicit Bald. ille text. loquitur in criminalibus, quando reo datur vnus nuncius ad custodiendum: quia vt dicit ibi glo. iste debet custodire vsque ad terminũ & finem litis, vt l. 2. C. de exhiben. reis. Vel intelligendo, quod loquatur in ciuilibus, potest responderi, quod loquitur de nuncijs, seu executoribus, qui deputantur ad officium illius iudicis per superiorem: sicut olim erat in defensione ciuitatis, cui à Præside dabantur nuncij, seu tales executores, vt in Authen. de iudicibus. §. appellationes, & in Auth. de defen. ciuita. §. absolutè. & idem tenet Bald. in l. 2. C. quomodo & quando iudex. col. 3. ¶ Concludе igitur, quòd aut loquimur in nuncio deputato, vel electo à superiore, & non potest mutari ab ipso inferiore. Aut loquimur in nuncio simplici, quem iudex sibi proprio motu assumit, prout quotidie fit, & tunc potest fieri mutatio, & idem tenet Cyn. in dicta l. 1. & sic seruat consuetudo. facit pro vtraque conclusione regula prima, inf. de regu. iuris, iuncta regula, is potest, & regula, nil tam naturale. ff. de regu. iur. Et sic ex his habes expeditum 10. articulum.

SVMMARIVM.

1 *Citationis commißio, qualiter fieri debeat.*
2 *Citatio in ciuilibus, an poßit fieri sine commißione.*
3 *Commißio citationis, qualiter sit probanda.*

ARTICVLVS XI.

1 VNDECIMO principali articulo tractandum † est, an & qualiter nuncio fieri debeat commissio pro citatione fiẽda? & sic, an commisio sit necessaria, & qualiter facta probetur. ¶ Sol. Dic, quòd commißio debet de necessitate præcedere: quia nuncius non potest citare sine speciali mandato, seu commißione iudicis, vt no. Innoc. Io. An. & Do. Ant. in c. quoniam contra. infra de proba. super glo. in verbo, citationes, Bald. in l. magis puto. §. ne pasim. ver. illud. ff. de reb. eo. Saly. in l. absentem. C. de accu. in 5. col. vbi multum notabiliter loquitur. allegat Odofre. in libellis suis. Dom. Ant. in c. 1. de iud. 3. col. Do. me. in c. cum parati. de app. & c. quoniam contra, de prob. vbi etiam dicit Do. meus, quod nuncius non debet aliquem citare, nisi receperit speciale mandatum de citando: nec sufficit litera generalis, in qua sibi commissum fuit officium suum. ¶ Et idem tenet Bar. in extrauagan. ad reprim. in gl. super verbo, per nuncium. & probatur in l. neminem. C. de exhiben. & introducen. reis, & ibi hoc tenent Cyn. Bart. & Bal. ¶ Et licet Bar. alleget ibi Inno. tenere contrarium in d. c. quoniam contra. tamen Inno. non tenet contrariũ, si rectè intelligatur, & vide quod dixi sup. in 6. prin. art. in 2. casu princ. ¶ Apparet igitur ex prædictis, quod commisio debet esse specialis ad certum actum, & non sufficit generalis. ¶ Et debet iudex commißionem facere ad petitionem partis, vt dixi supra, in 6. prin. art. ¶ Et ideo ad petitionem creditoris hoc petentis, non debet nuncius citare reum, nisi iudex hoc sibi præcipiat, quod seruatur in causis criminalibus.

2 ¶ † Sed in ciuilibus, in quibusdam partibus, nuncij citant sine aliqua commißione iudicis: licèt malè faciant, secundum Iaco. But. & Bal. in l. cum clericis, C. de epi. & cle. & per Cy. in d. l. neminem. C. de exhib. re. ¶ Dicit tamen Bal. in d. l. cum clericis. quod quando nuncius citat sine commißione iudicis, nõ potest citare die feriata. quod est no. dignũ, vt dicam infra in 19. princ. articu. Sed aduerte, quia Bal. in l. si quando. C. de testi. q. 12. quærit, vtrum citatio partis pro testibus producendis posit fieri sine speciali commißione. & dicit quod Innoc. & Io. An. tenent in c. quoniam contra. de probat. quod nuncius publicus & generalis, potest citare sine speciali commißione. ¶ Sed Cyn. tenet contrarium in l. neminem. C. de exhib. & introduc. re. ¶ Soluit ipse, quòd in citatione reali, id est, captura, requiritur commißio. facit quod statim dicam in 12. prin. art. quod tamen intellige secundum ea, quæ dixi supra in 8. prin. art. q. 4. ¶ Sed in citatione verbali distinguit, quod aut requirit causæ cognitionem, & iudicis motum: & tunc exigitur commißio. Aut non requirit causæ cognitionẽ, sicut est citatio simplex ad comparendum coram iudice, & tunc potest saluari opi. Inno. vt sufficiat generalis authoritas nuncij, sine iudicis commißione, & ita seruatur Florentiæ, secundum Bald. ¶ Aegid. verò & Gof. vt refert Spe. eo. ti. §. sequitur. ver. vtrum autem citatus. dicũt quod semper requiritur, quod citatio fiat ex mandato iudicis, & hoc dicunt propter malos nuncios, qui sine commißione interdum citant, & per hoc dicit Spec. reprobari, quod in multis locis obseruatur, quod præceptum de citando factum nuncio, non scribitur, sed tantũ scribitur citationis relatio. ¶ Scribitur enim sub hac forma: Talis nuncius retulit se citasse talem, de mandato talis iudicis, &c. cum tamen ipsius officium non sit circa mãdatum: sed circa executionẽ mãdati. ¶ Et ita sentit Aegid. &

& post eum, Io. And. in c. quoniam contra. infra de proba. in verbo, citationes. ¶ Spec. verò in d. vers. vtrum autem citatus. dicit, quod quilibet iudex, & maximè delegatus, debet committere nuncio, præsente actore & tabellione, vel alijs personis idoneis, ad hoc vt ei credatur, vt d. c. quoniam contra. & C. qui po. in pig. ha. l. scripturas, in fi. ¶ Et sic debet iniungere nuncio, vt citet talem ex parte sua: & quod præcipiat sibi, quod tali die, & tali loco peremptoriè compareat, &c. & hoc incontinenti scribatur in actis, secundùm Spec. in d. ver. ¶ Et vide quod statim dicam in ver. & no. ¶ Mihi uidetur, quod de iure communi requiratur commissio, sine qua non valeret citatio, nisi ex forma statuti, vel consuetudinis, aliud disponeretur: quod esset secundum illam seruandum. ¶ Et quod sola nuncij assertio, dicentis factam sibi commissionem, seu referentis se ex commissione citasse, non uidetur sufficere, quia ista est solennitas extrinseca. ad quod vide quod statim dicam in 12. prin. art. & infrà in 17. prin. ar. & secundum ibi dicenda, videtur etiam regulanda ista materia. ¶ Item facit, quia respectu commissionis nuncius asserit de officio alieno, non suo. ad quod uide quod statim dicam. non ergo uidetur sufficere sola relatio: quod tamen non procedit sine maxima dubitatione.

3 ¶ † Qualiter autem probetur commissio, potes dicere, quòd probatur per acta, quoniam notarius ad acta constitutus, debet scribere tales commissiones, per no. in d. c. quoniam contra. ¶ Vtrum autem posit probari per testes, incidit in aliam quæstionem, vtrum acta posint probari per testes. de qua dicam latè in titu. de proba. ¶ Et no. quòd de ista commissione, vt suprà dixi, debet cõstare. vnde posito, quod credatur nuncio de citatione, secundum ea, quæ dicam in 12. princ. ar. & in 16. non tamen creditur de commissione, vt no. Cy. in l. fi. C. de exhib. reis. & melius in l. ea quidem. C. de accu. & ita tenent Doc. secundum Gandinum. ¶ Sed Iac. But. dicit, quod hoc est verum in criminali causa, quod debet constare de commissione aliter, quam per relationem nuncij: sed in causa ciuili videtur sufficere, quod nuncius referat se citasse de iudicis mãdato & commissione, ut l. magis puto. §. non tamen. ff. de re. eo. & in authen. omnes. C. de episco. & cler. ¶ Sed dicit Bald. quod contrarium est verum de iure, siue loquimur in criminali, seu in ciuili: quia creditur sibi de officio suo, non alieno, quod ad suum officium non pertinet. Et quia de officio alicui iniuncto ipse idem non bonus testis, vt no. Innoc. in cap. quoniam contra. infra de probat. ¶ Subdit tamen, quod in contrarium facit l. ex sententia. ff. de testi. & l. uxori. §. 1. ff. de fal. Sed pro prima parte facit l. vnica, C. de man. prin. & quod ibi dicit glo. secundum Bal. & sic Bal. nõ firmat pedes. vide quod dixi supra: quia, vt ibi dixi, articulus est satis dubius. ¶ Et etiam no. quòd discretus iudex non debet cõmittere citationem, nisi prius audiat petitionem, & si sibi videtur, quod petitio non sit iusta, potest denegare commissionem citationis, secundum Odofre. & dicit Bald. quod semper boni assessores ita faciunt. ita dicit in l. cum clericus. C. de episco. & cle. ¶ Et aduerte, quia talis commissio citationis appellatur sententia interlocutoria, vt d. l. cum clericus. & ibi no. Bald. & ad hoc semper allegatur illa l. vt dicit Bal. ¶ Et ex his est expeditus 11. princ. art.

SVMMARIVM.

1 *Nuncio citanti, an & quando credendum sit.*
2 *Vox vnius nec iustificat, nec condemnat.*
3 *Nuncio publico & iurato habenti baculum, an sit in citationibus credendum.*
4 *Crimina, per quos iudicibus sint nuncianda.*
5 *Nuncio publico & iurato, an sit credendum in alijs, quam citationibus.*
6 *Citatio, an & qualiter sit probanda.*
7 *Præsumptio dicitur per negantis iuramentum tolli.*
8 *Iudex, an possit citare per nuncium priuatum, & sine literis.*
9 *Nuncio citanti, an & quando sit à partibus credendũ.*
10 *Nuncio citanti de commissione delegati, an sit credendum.*
11 *Pars citata ad mandatum delegati non tenetur comparere, nisi in citatorio sit insertus tenor rescripti delegatorij.*
12 *Delegatio non potest extra locum vbi Princeps causam delegat probari, nisi per scripturam.*
13 *Iudex vel notarius, an teneantur credere nuncio referenti.*

ARTICVLVS XII.

1 QVODECIMO † principali articulo tractandum est, an & quãdo credendum sit nuncio citanti. ¶ SOL. articulus est satis dubius: & quæstio difficilis & intricata, propter varias Doc. opin. ¶ Et pro parte affirmatiua, quod sibi debeat credi, facit ff. de re. eo. in l. magis. §. illud potest. & C. de exact. trib. in l. apparitores. li. 10. c. cũ parati. infra de app. sup. de off. deleg. c. prudentiam. inf. de test. cog. c. 1. 65. dis. c. si fortè. in fi. & ad hoc, ut fides adhibeatur, statutum fuit, quod debeant iurare, vt dixi supra in 10. art. q. 4. & sic non præsumitur, quod deierent, 1. q. 7. sancimus. Item, quia si eis non crederetur, parua videretur eorum vtilitas, si semper cogerẽtur secum habere testes, quos etiam fortè quandoque non possent habere, nec etiam cogere illos adesse. ar. C. de fi. instru. l. iudices. ff. de offi. præfec. vr. l. 1. §. cura carnis.

2 ¶ † In contrarium tamen allegatur, sup. de offic. deleg. c. cum in iure. & l. vnica. C. de man. Prin. & supra de rescript. c. cum contingat. & quia vox vnius, nec iustificat, nec cõdemnat. 33. q. 2. admonere. versus principium. & infra de testi. c. licèt ex quodam. Item facit, quia in talibus, nec iudici, nec arbitro creditur, ut d. c. quoniam contra. 1. de proba. & C. de arbitris. l. ne in arbitris. §. pen. & in Auth. de hær. & fal. §. si verò absunt. nec etiam similibus officialibus ẽtantum creditur, nisi eorum assertio aliquo alio adminiculo fulciatur. C. de bo. va. l. fi. li. 10. & C. de decu. l. 1. lib. 12. vt puta, si habeant literas, vt l. prohibitum. C. de iure fisci. lib. 10. imo contra tales præsumitur, vt l. nediu. C. de pę. propter quæ iura, variæ Doctorum reperiuntur opiniones.

3 ¶ † Quidã enim dicunt, quòd nuncio publico & iurato, habenti insulã vel baculũ, creditur in citationibus, vt in primis concord. & sic vbique seruatur.

¶ † In

4 ¶ †In denunciando autem crimina, eis non creditur, vt in contrarijs, nisi essent crimina notoria, quæ denunciant. C. de accu. in l. ea quidem. 4. quæstio 4. §. aliquando. de custo. reo. l. 2. ff. ad Turpil. l. ab accusatione. §. nunciatores. ¶ Sunt enim quidã officiales deputati ad crimina iudicibus nuncianda. 14. q. 5. c. circumcelliones. sicut in simili sunt testes synodales, qui deferunt crimina Episcopis. 35. q. 6. cap. Episcopus. & infra de testi. cog. cap. præterea. ¶ Spec. verò dicit, quod nuncio publico non creditur, nisi alias constet ex literis & documentis, sicut etiam non creditur iudici, ut d. cap. quoniam contra. & in l. diuus. in fi. ff. de exhiben. re. ¶ Verum tamen propter præmissas rationes, de quibus in princ. statur eius dicto, ut pro ipso præsumatur, vt saltem pars negans cogatur iurare se non fuisse citatam, arg. sup. de in integ. restitu. c. ex literis, & de præscr. c. ad audientiam. & inf. de præsum. c. illud. in fi. ¶ Et in hoc concor. Io. & Vin. Si verò nuncius non est publicus, nõ est ei credendum. Nec ob. infra de do. & contum. in c. cum dilecti. ver. scribebat enim, quod nuncium. quia ibi erat cursor, seu nuncius domini Papæ. vnde consuluit Spe. quod si non potest haberi nuncius publicus & iuratus, mittuntur duo: quia in ore duorum, &c. vt in c. in contra. infra de testi. & in l. vbi numerus. ff. de testib. facit c. quoniam contra. de proba. ¶ Et ita residet Spe. eo. tit. §. sequitur. ver. sed nunquid credetur. ¶ Sed Io. And. ibi in addi. dicit, quod glo. in c. cum parati. de app. tangit articulum. & quia in hoc articulo variæ sunt opi. prosequitur ipsas opi.

5 ¶ † Prima, quæ fuit Spe. est, quod nuncio publico & iurato in citationibus creditur: in alijs non creditur. & hoc placet Ber. in d. c. cum parati. Sed Ioan. de Deo, in 2. lib. cauillationum, rubrica de citatione iudicis ecclesiastici, & lib. 4. sub rubrica, de primo decreto, col. 2. consuluit, quod si iudex non habet publicam personam, mittat duos nuncios. & idem etiam tenet Aegi. & etiã sequitur Gui. de Suza. in rubrica de capitulis, super quibus testes producuntur. vbi consuluit duos esse mittendos, per l. vbi numerus. ff. de testibus. sed in l. 1. §. quies. ff. de offi. præfec. vrb. addit, quod is qui negat se citatum bene poterit hoc probare, per no. in l. optimam. C. de contrah. & commit. stip. facit etiam c. ex tenore. inf. de testi. & idem dicit in l. ea quidem. C. de accu. ¶ Et eandem opi. tenent Rolandi. & Gandi.

¶ Secunda fuit opinio Specu. illa scilicet, quod nuncio non creditur, ita quod eius dicto non audito, stari debeat: cum nec iudici credatur: sed propter præsumptionem publici officij creditur, nisi talis præsumptio alia præsumptione tollatur. & hanc opinio. dicit fuisse Ioan. & Vinc. Sed Ioan. And. in dicta addi. dicit falsum esse, quod Ioan. id tenuerit, prout allegat Spec. nam in c. proposuisti. 82. distin. in glo. quæ incipit, ex hoc. & 3. quæst. 3. in c. testes. in ver. patroni. in glo. sed nonne. dicit stari dicto nuncij, nisi probetur contrarium: & sic requirit Io. plenam probationem, licet Spec. velit, quod sufficit semiplena, vel præsumptiua. est tamen verũ, quod Ioan. And. in cap. quoniam contra, infra de proba. super verbo, citationes. tenuit, quod iuramentum eius, qui dicit se nõ fuisse citatum, sufficit ad fidem nuncij tollendam, & secundum hunc intellectum possunt etiam intelligi aliæ glo. prædictæ eiusdem Ioan. & apertius etiam posuit idem Ioan. in c. quod sicut. de elect. super verbo, vocatos, & quod proprio sacramento ille, qui dicitur citatus, posset probare contrarium per sacramentum. allegat cap. ex insinuatione. supra de procur. addens, quod in causa absentiæ non requiritur plena probatio. infra de re iudi. cap. cum Bertoldus. facit quod no. 4. quæst. 5. c. 1. & ibi per glo. inducit etiam 35. quæst. 3. c. extraordinaria. vbi dicit probari, quòd sacramentum vnius, elidit præsumptionem validam, quod tamen non placet Ioan. And. eo, quod ibi loquitur de sacramento duorum. Petatur tamen tex. ille iudici, quod insufficiens probatio, scilicet, quæ fit per criminosos & suam turpitudinẽ allegantes, elidit præsumptionem, vt ibi no. ¶ Vincen. vero ponendo glo. Ioan. in d. c. quoniam contra, & eam non reprobando, videbatur accedere illi dicto: & hoc fortè ponderauit Spec.

6 ¶ † Sed tamen veritas est, quod in d. c. quod sicut. Vinc. posita opin. Ioan. illam reprobat dicens, citationem esse probandam legitimè per duos testes, vel per publicum instrumentum, siue fiat personaliter, siue fiat ad domum, vt in cap. fi. infra de eo qui mit. in pos. & sic prout probatio requiritur in cæteris, ita etiam requiratur in hoc casu. ¶ Gof. vero in d. cap. sicut. in glo. super verbo, præsumitur. & ibi etiam Ioan. And. dicit standum nuncio: nisi validæ probationes afferantur ex aduerso, per c. cum nobis. de testi. ¶ Vber. de Bobio dicit, quod in iudicio ecclesiastico nõ est credendum nuncio, cum ibi etiam non credatur iudici, quod in Italia creditur: quia sic habet consuetudo. ¶ In alijs vero prouincijs, sequenda est cõsuetudo illorum. ¶ Sed Bernardus accedit primo eius dicto, scilicet, ꝙ in iudicio non credatur, vt d. c. quoniam cõtra. in fi. 4. glo. quia ex quo non creditur iudici, nec debet credi nuncio, vt dictum est. Quæ ratio reprobatur ibi per Ioan. And.

¶ Innoc. verò ibi, vt etiam refert Ioan. And. super verbo, citationes. tenet, quod non credatur nũcio: cum ipse dicat, quod nuncius debeat testes adhibere cum citat, per cap. sacramento. supra de sent. excomm. ¶ Albertus etiam Galeoti inclinat, quod non credatur nuncio, propter quod cõsuluit, quod sint duo in citando: verum ipse Albertus distinguit minores causas à maioribus, vt in minorib. causis, in quibus crederetur vni soli testi, credatur etiã nuncio: secus in maioribus. allegat l. iurisiurandi. C. de testi. de quo per Spec. in tit. de testi. §. restat. ver. hoc autem fallit.

¶ Vbertus etiam de Bob. & Io. de Deo, per viam consilij, secuti sunt prædictam opi. & similiter etiam Iacob. Bal. in tractatu de primo & secundo decreto post principium dicit, quòd soli nuncio vel officiali non debet credi, per l. 1. C. decurio. lib. 11. Et ideo cõsulit, quòd duo nuncij simul mittantur. ¶ Host. vero ibi in summa, in ti. de cõtumacia. §. 2. ver. quid si absens, tenet, quod non credatur nuncio, etiam cum iuramento, contra negantem: nisi dictum ipsius iuuetur ex alio capite, quam per citationem. facit, quod paulo ante dicebam in lectione in voce, in c. 1. de procur.

7 ¶ † Item subdit, quod in partibus in quibus creditur

ditur nuncio, hoc procedit ex præsumptione, quę tollitur per iuramentum negantis. allegat d. c. ex literis. Item vna præsumptio tollitur per aliam. de electi. cum inter. quia & tollitur per iuramentum. 33. q. 2. c. in lect. & infra de testi. cap. præsentium. cum concordan. Sed finaliter Host. concludit hoc esse arbitrarium, ut iudex personarum & negocij qualitate pensata, vel credat nuncio, aut ad innocentiam ostendendam, deferat iuramentum neganti, per d. c. ex insinuatione. de procu. & infra de iureiu. c. fin. & hoc dictum placuit Arch. 82. dist. c. proposuisti. ¶ Sed aduerte, quia in c. venerabilibus. de sent. excom. lib. 6. Archi. tenet opin. Ioan. Et fortè, ut dicit Ioan. And. Guido de Suza. vidit prædictam opin. Hostien. quam potuit videre. & ideo in d. l. ea quidem. distinxit, cuius opin. esset nuncius. & sic dictū ipsius ex sua persona pensetur, C. si quis imper. maledix. l. vnica. in fi. & ibi ponuntur concordan. in gl. fi. facit l. non omnes. §. à Barbaris. ff. de re militari. & C. de suscep. & archa. l. si aliquem. lib. 10. & ff. de eden. l. si quis ex argentarijs. §. 1. ver. quid enim. facit etiam de præbend. cap. nisi essent. in princ. & quod no. 37. dist. cap. quid de mensa. & hoc dictum placet Io. And. propter periculum, quod immineret probo uiro non citato, ex dicto & assertione vilis ribaldelli, vt per eius dictum æstimatus contumax, nō posset etiam appellare, vt dicebat Hostien. Addit tamen Io. And. quod hoc dictum non intelligitur arbitrium, sicut illud sup. de offi. deleg. c. consuluit. & de rescript. c. statutum. §. assessorem. lib. 6. de quo arbitrio non potest querelari. nam Deo permittente, pessimos iudices sicut & nuncios, sæpe videmus. quare si iudex peruersus in hoc male arbitraretur, posit appellari ab eo, & iudex appellationis poterit reuocare grauamen probatis coram eo circumstantijs, per quas appareat iudicem debuisse contrarium arbitrari: nam etiam à vero arbitro iuris potest appellari, vt in c. ab arbitris. de offic. dele. lib. 6. De quo dicetur latius in ti. de appel.

¶ Item, quia etiam aliorum arbitrorum iniquum arbitrium reuocare potest, secundum ea, quæ traduntur in c. veniēs. & in c. Quintauallis. inf. de iureiu. de quo latius dicetur in tit. de arbi. ¶ Subdit etiā Io. And. quod circa citationem factam sibi per nuncium, posito quod crederetur nuncio circa citationem factam sibi de citando, tamen respectu commissionis non crederetur sibi. & ita refert & residet Io. And. in addi. Spec. eo. ti. §. sequitur. ver. sed nunquid credetur.

8 ¶ † Sed tu vide etiam aliam opi. quam ponit gl. 1. in c. significauit. infra de appel. quæ vult, quod iudex potest quem citare per nuncium, etiam priuatum, non publicum: etiam sine literis, dando sibi aliquod signum suum, vt sic viso signo debeat credi nuncio. facit tex. in d. c. significauit. in quantum ibi mittebatur sigillum capituli, cum nuncio priuato ad hoc, vt crederetur esse nuncius capituli. de quo ibi per Do. Anto. & Dom. meum. ¶ Ego vero pro clariori doctrina præsentis materiæ distinguo tres quæstiones.

¶ Prima quæstio est, vtrum pars teneatur credere nuncio citanti.

¶ Secūda, vtrū iudex, seu notarius teneaē credere nuncio referenti: & de his duabus dicemus hic.

¶ Tertia, quid si pars contradicit nuntio, vel nuncius notario, aut parti, cui magis credatur. & de hoc dicemus, inf. ar. 16.

9 ¶ † Quo ad primam quęstionem distinguo, quod aut ex forma statuti aliquid dispositū est quo ad formam citandi ad hoc, vt nuncio credatur, fortè respectu habitus vestis, vel alterius signi, & illa seruanda est. & idem dicendum de consuetudine. ¶ Si verò à statuto nihil dispositum reperitur, nec à consuetudine inductum, subdistinguo, quod aut quis citatur per partem aduersam, & vtrum teneatur sibi credere, dic vt sup. dixi, in 8. princ. ar. in 4. q. in fi.

¶ Aut citatur per nuncium, & distingue secundum Aegi. sub rub. de citationibus, quod aut quis citatur ab ordinario, aut à deleg. ¶ Primo casu citatus tenetur credere, secundum Aegi. & refert & sequitur Spec. eod. tit. §. sequitur. ver. vtrum autem citatus teneatur. & tenet etiam Ludoc. Pontan. in l. sciendum. ff. de ver. ob. facit tex. in c. cum parati. infra de appella. & in cap. cum dilecti. infra de dolo & cont. ibi dum tex. dicit, viua voce. hoc tamen simpliciter limitatur.

¶ Primò limitatur, quod hoc procedit si modo talis nuncius sit notus, vel sic consueuit generaliter citationes facere. arg. l. tyrannus. ff. quod cum eo. & quod no. Bar. in l. eum, qui. §. fin. ff. commodati. vel si notus sit in Curia, vt in Auth. de colla. §. eos. & ita seruat consuetudo, secundum Io. de Imo. in c. quoniam contra. inf. de proba. aliàs non imputatur citato, si fortè noluit credere personæ ignotæ, per leg. 1. ff. de eo per quem factum erit.

¶ Secundò limitatur, secūdùm Bar. in extrauag. ad reprimen. in gl. super verbo, per nuncium. si modo fiat citatio in eandem prouinciam per nuncium notum: secus si citatio fiat extra prouinciam per nūcium, quia tunc non est ei credendum sine literis, ut in Auth. de collatio. §. eos. coll. 9. & C. de manda. Princ. l. vnica.

¶ Tertiò limitatur secundum Ponta. si modo nūcius citet verbaliter, secus si vellet citare realiter, quia tunc ei nō est credendū de cōmisione, sine literis iudicis: quoniam si sibi volenti apprehendere bona, non est credendum, nisi ostendantur literæ commissionis, vt l. prohibitum. C. de iure fisci. libro 10. & l. missi opinatores. C. de exac. trib. lib. 10. ibi dum tex. dicit, delegatarijs ergo multo minus debet credi, si vult apprehendere personam. faciūt no. in simili per Do. M. in c. 1. de sequest. poss. & fru quod tamen limitat Ponta. nisi nuncius esset notus in Curia illius ciuitatis: quia tunc ei volenti apprehendere, credendum foret sine literis. arg. tex. in d. §. eos. secundum Ponta. in d. l. sciendum. ff. de verb. obliga. col. 16. versi. 3. conclusio. ¶ Sed tu aduerte, quia etiā in citatione verbali, vt supra dictum fuit, videtur requiri, quod nuncius sit notus ad hoc, vt ei credi debeat. Cogitabis. ¶ Quartò limitatur secundum Ponta. in d. l. sciendum. in versic. secunda conclusio. si modo persona, quæ citatur ex commissione ordinarij non sit illustris: secus si sit illustris, quæ non debet præsumere citationem de se commissam absque literis: quia persona illustris non potest citari sine literatorio. Casus est singularis in l. quoties. ad fi. secundum intellectum Bart. ibi. C. de digni. lib. 12. ¶ Et ibi etiam no. glo. Ioan. de Imo. in l. si

l.si finita.§.si plures.ff.de dam.infec. ¶ Et in citatorio informari, qua ex causa citaretur: vt se præparare posset ad respondendum.5.q.2.c.si Primates, & c.2.& c.litem.infra eodem.

10 ¶ † Secundo casu principali, quãdo citatio emanat à delegato. dicendum est secũdum Aegi. quòd quantumcunque nuncius sit certus & fidelis, tamẽ sine literis citationis, seu commissionis, non debet sibi credi: licèt secus sit in ordinario, vt dictum est. ¶ Et ratio differentiæ potest esse: quia delegatus in citatione debet inserere tenorem commissionis ad hoc, vt citatus posset instrui & deliberare, quid velit in termino respondere. infra eo.c.præterea. & 8.q.2.c.1.& infra de confir. vtili.c.pen. & sup.de offi.deleg. c.cum inter. de quo dicam infra, ar.20. ¶ Et si causa sit criminalis, inferenda sunt crimina in literis, de quibus criminibus quis est accusatus.5.q.2.c.si Primates.& infra de accusa.c.qualiter. el 2.ver.debet igitur. Item, quia magis certa & firma est iurisdictio ordinarij, quam delegati: & magis adstringitur subditus.argu.de appel.c.ad hoc. & supra de rescrip.c.ad hoc.& supra de offi.ordi.c.significauit,& quia ordinarius facilius potest adiri. & sic videtur, quòd delegatus non debeat citare per solum nuncium. Vel subdistingue secundũ aliquos, quod aut delegatus citat per certum & notum nuncium, & debet ei credi, argu.c.cum parati. de appel.ibi, suus nuncius. & c.prudentiam. supra de offi.deleg. ibi, per certum nuncium.97.dist.c.nobilissimus. & in l.magis puto.§.non tamen.ff.de reb.eo.& in l.liquet.§.fi.C.de sum. Trin. ¶ Et hoc videtur certum Gof. in d.c.prudentiam. & ibi Innoc. & Ioan. And.in 3.glo. ¶ Et dicitur certus, quando est tractatæ & probatæ fidei, vt d.c.nobilissimus. & 94.dist.cap.valde. ¶ Item dicitur certus, qui ad hoc, & ad alia, quæ in negotio occurrũt, est generaliter constitutus: dummodo hoc constet, non solum ipsis iudicibus, sed etiam partibus.arg.no.in d.c.cum inter. ¶ Et vt omnis dubietas tollatur, dicendum est secũdum Aegi. & Gof. quod necessarium est, quod constet, quod citatio sit facta de mandato iudicis, & propter hoc reprobanda est practica, secundum quam commissio facta nuncio non scribitur: sed sola relatio, secundum Spe. eo.tit.§.sequitur.ver.vtrum autem citatus.dixi supra, art.11. Sed Ponta.in d.l.sciendum. col.18.ver.6. & vltima conclusio. ponit pro conclusione, quod nuncio verbaliter citanti, & præsupponenti commissionem iudicis delegati, non sit credendum de commissione sine literis. & istam opin. sequitur Bart.in extrauaganti, ad reprimendum. in verbo, per nuncium. Sed Bart. vt dicit Pontan. nil allegat: sed potest allegari, secundum Pontanum, d.c.prudentiam.supra de offi.deleg.ibi dum tex.dicit nuncium literatoriè destinatum. Sed plurimum miror de Pont.quia Bar.allegat, d.c.prudentiam.

11 ¶ † Secundò facit quod no. glo. ordinaria in c.si Episcopus.3.q.2.ar.c.præterea. infra eod. vbi traditur, quod pars citata ad mandatum delegati, non tenetur comparere: nisi in citatorio sit insertus tenor rescripti delegatarij. Ergo videtur non fore credendum necessaria, quando nuncio, nec fore præsumendam commissionem sine literis factam, cum super illis tenor rescripti delegatarij inscribi nõ possit. ¶ Sed Spec.tenet contrariam opin. quam Bart. non vidit, vt dicit ipse Ponta. sed non bene loquitur: quia Bartol. allegat d. Spec. & Ioan. Andr. in addit. in d.ver. vtrum autem citatus, vt supra dixi. Et sequuntur Domini de Rota decisione 722. volentes partem citatam coram delegato præsumere debere commissionem in nuncio, etiam sine literis, absque eo, quod pars videat rescripti delegatarij tenorem. satis enim est citato, quòd nuncius sit publicus & notus ipsi citato: sed nil allegãt. Idem tamen sequitur Ponta. & arguit, quia delegatus & arbiter æquiparantur. supra de offic. deleg.c. vno delegatorum. sed arbiter potest citare per nuncium publicum, etiam non literatoriè destinatum, vt l.sed interpellatur. §.1.& in l.diem proferre. in princ.ff.de arbit.ibi, per nuncium vel epistolam. ergo, &c. Dicit tamen Pontan. quòd propter prædictas opinio. oritur dubium, quænam prædictarum opinionum sit verior. Pro cuius dubij decisione inuestigari oportet, an citatio delegati sit valida absque eo, quod in ipsa inseratur tenor rescripti delegatarij: de quo per Spe. eod.tit.§.item quod rescriptum. & §.iam de citatione. versic.sed pone. & per Doct.in cap.cum in iuris. supra de offi.deleg.& per Bart.in l.ex quacunque. si quis in ius voc.non ierit. & in auth. qui semel. C.quomodo & quando iud. & per d. Anto. in c.præterea. infra eod. ¶ Sed ipse Ponta. dicit distinguendum esse, quod aut citatio emanat ad locum longinquum. & tunc citatus non tenetur credere nuncio citationem fuisse factam: nisi in literis citatorijs inseratur tenor rescripti, per tex. in d.c.præterea. & melius probatur in d. auth. qui semel. & in auth.litigiosa.C.de litigiosis. quare dicit parcendum citato existenti in loco remotissimo, si noluit præsumere commissionem factam à iudice delegato: si nuncius nihil ostendit. ¶ Aut citatio fit in eodem loco vbi est delegatus: & tũc nuncio noto absque literis, & rescripti tenore, pars citata credere debet, & præsumere fuisse factam sibi cõmissionem.

12 ¶ † Et ad hoc dicit, quod non est melior lex in toto mundo, quam d.lex, diem proferre. & d.l.sed interpellatur. pro qua etiam decisione inducit in simili singularem determinationem Spe. in tit.de iudi.§.sequitur. versi.quid de auditoribus. vbi dicit, quod extra locum vbi Princeps delegat causam, delegatio non potest probari, nisi per scripturam.arg. l.1. C.de manda. Princi. & l.probatorias. C.de diuer.offi. ¶ Sed in loco in quo facta est delegatio, illa potest probari per testes. & ad hoc est tex. notabilis in Auth.vt litigan.iurent.§.si vero.& in Auth. de litigio. §.edicta. aliàs in §.alijs. & ita tenendum est, secundum Ponta. in hoc quotidiano & practicabili passu. ¶ Ego vero pro nunc consulerem ante factum, quod citatus potius credat nuncio, quã non: quia existente dubietate semper securior pars est eligenda, vt in c.iuuenis.& in c.significasti. infra de homi.cum sim. sed post factum respectu delegati, decisio quæstionis prædictæ videtur pendere à decisione alterius quæst. vtrum in citatione sit inserenda copia rescripti: de qua materia videbimus infra in 20.princ.art.

13 ¶ Circa secundam quæst. qua quæritur, † vtrũ iudex vel notarius teneatur credere nuncio referẽti. distinguendũ arbitror, quod aut loquimur de commissione,

missione, ipsi nuncio, & quæ ad ipsius effectum pertinent: & tali nuncio credendum est. vnde videtur sibi credendum à parte, si dicat citare ex iudicis cõmissione. Sed non si postea reuocaretur in dubium de commissione: nam creditur, si dicat fecisse ex commissione iudicis: nisi aliter appareat, ut dicam infra, artic. 30.

¶ In alijs verò, non est credendum: & ideò non debet ei credi, si referat citatum sibi iniuriam intulisse, vel respõdisse se nolle venire. ita dicit Io. And. in addit. Spec. in ti. de cita. §. 1. in princ. & sequitur D. Ant. in d. c. cum parati. infra de appel. ¶ Sed aduerte, quia quod dixi supra de nuncio referente citatum respondisse se nolle venire, non videtur verum, quia imo videtur sibi credendum, cum hoc sit quoddam adijciens, & contingens ipsam citationẽ, & hoc tenet Host. in c. ad petitionem. infra de accu. vbi dicit, quod si nuncius refert citatum se nolle venire, iudex non tenetur amplius geminare citationes, licèt alias requireretur geminatio, & hoc tenẽt Domini de Rota deci. 249. & sentit glo. in l. fin. ff. de restit. in integ. In contrarium tamen facit tex. & gl. in c. venerabilibus. §. secus. de sent. excom. lib. 6. & quod no. Bar. in l. ex commissione. ff. de app. ¶ Sed tu circa hoc dic, vt latissimè dixi in Clem. 1. de do. & contu. & dicam inf. in 27. princ. art. Sed quo ad argumentum nostrum, videtur dicendum, quod duob. concurrentibus, videlicet prædicta citatione, & contumacia partis secuta: poterit iudex procedere tanquam contra verum contumacem, non facta alia citatione, & sic credet nuncio. ad hoc allegat text. in d. c. cũ parati. in eo, quod ibi creditur nuncio, quod ille citatus esset in Salamantina ecclesia. Sed tu uide ad hoc, quę latius dixi in d. Cle. 1. de do. & contu. & fortè latius dicam in tit. de do. & contu. ¶ Et ex his est expeditus 12. princ. art. De tertia quæst. dicetur 16. princ. art.

SVMMARIVM.

1 *Nuncius debet citare iuxta formam sibi à iudice commissam.*
2 *Nuncius, cui debeat citationem referre, an iudici, an notario.*
3 *Relatio citationis, qualiter sit per nuncium fienda.*
4 *Relatio citationis debet esse certa & clara, non incerta aut obscura.*
5 *Relatio citationis, qualiter sit in actis scribenda.*
6 *Relatio subhastationis rei pupillaris vendendæ, qualiter sit scribenda.*
7 *Nuncius, an in singulis relationibus iurare debeat.*

ARTICVLVS XIII.

DECIMOTERTIO principali articulo tractandum est, qualiter nuncius citare debeat, & cui, & qualiter citationem debeat referre, & sic tres sunt examinãdæ quæstiones.

¶ Prima est, qualiter debeat citare.

¶ Secunda, cui citationem debeat referre.

¶ Tertia, qualiter fieri debeat dicta relatio.

1 ¶ † Circa primam quæstionem; Dic, quod nuncius debet citare iuxta formam sibi à iudice commissam: quoniam fines iuramenti diligenter sunt seruandi, vt in c. venerabili. supra de offic. deleg. in cap. cum dilecta. supra de rescript. & in l. diligenter. ff. manda. cum sim.

¶ Et si nuncius exprimit citationem aliter, quàm iudex commiserit, citatio non arctat. gl. fi. in Cle. 2. vt lite pen. vel si non seruat commissam formam, non tenet citatio, secundum Inn. & sequitur Arch. 24. q. 3. c. de illicita. ¶ Et adde, quod dixi infra, ar. 20. q. 26. ver. 30. quæst.

2 ¶ † Circa secundam quæstionem, cui nuncius debeat referre citationem. dic, quod illã dẽt referre iudici, sicut probatio dẽt fieri iudici, ut i l. quinquaginta. ff. de prob. ¶ Aduerte tamẽ, quia videtur sufficere, quod relatio fiat soli notario: sicut etiam instrumenta possunt produci soli notario. C. de appel. in l. eos. §. super his. ibi dum tex. dicit, ad scrinia. & ibi per glo. & Bal. facit, C. de temp. appel. auth. item si appellationem. & sic patet, quod non est necesse, quod fiat iudici sedenti pro tribunali, vt statim dicam. & ita tenet Bar. in l. si finita. §. Iulianus. ff. de dam. infecto vbi concludit, quod sufficit, quod nuncius referat soli notario.

¶ Ang. verò in d. §. Iulianus. videtur tenere oppositum ex eo, quod productio instrumentorum & actorum, & nuncij relatio, sunt actus probatorij: quare sicut probationes per testes, vel per confessionem debent fieri iudici, & non possunt fieri parte absente, nec coram notario duntaxat, ut l. testium. C. de testi. iuncta l. interrogatam. C. de lib. cau. ergo talis relatio non debet posse fieri soli notario. facit etiam l. iubemus. C. de lib. cau. ¶ Tu dic, quod quãtum ad relationem nuncij, sufficit quod fiat notario. sic enim est interpretata diuturna consuetudo, secundum Io. de Imo. in d. §. Iulianus. Sed respectu aliarum probationum & productionum instrumentorum, & aliorum actorum, dic vt latius dicam in ti. de proba. & in ti. de fi. instr.

3 ¶ † Circa tertiam quæstionem, qua quæritur, qualiter fieri debeat prædicta relatio. concludendum arbitror, quod fieri debet iuxta formam citationis: quoniam talis debet esse relatio in termino referente, qualis in termino ad quem fit relatio, ut in l. si prior. & ibi. no. Bal. & Io. de Imo. ff. solu. matr. facit, quod diximus de responsione, quæ debet congruere interrogationi, & à præcedente interrogatione interpretationem assumit, ut l. Aurelius. §. Sticho. ff. de lib. lega. & in l. defensor. §. qui interrogatur. ff. de interrog. actio. dicam latius in materia interrogationis, in rubr. de confess. ¶ Et debet animaduertere nuncius, vt verax sit, nec mendaciter referat: quia alias incideret in pœnam, de qua statim dicam in 14. prin. art.

¶ Et no. quod talis relatio potest fieri iudice etiam non sedente pro tribunali, vt in l. sed interpellatur. & in l. diem proferre. in princ. ff. de arbi. ita tenet Bar. in d. l. si finita. §. Iulianus. ff. de dam. infecto & sequitur Ioan. de Imo. ¶ Nec est necesse quod pars citetur, aut fiat parte præsente, secundum Baldum in l. consentaneum. C. quomodo & quando iudex allegat not. per Barto. in l. Theopompus. de dote prælega.

4 ¶ † Et põt fieri de plano, iudice non sedente pro tribunali, secundum Bar. in extrauag. ad reprimen. in ver. de plano. Itẽ no. quod talis relatio debet es-

se

se certa & clara, non incerta & obscura, ita quod tollat defensionem: & ideo si nuncius referat citasse, prout in commisione vel in literis continetur, non sufficit, quando in literis vel commisione contineretur triplex modus: videlicet, quod citaret in persona, vel ad domum, vel in ecclesia, secundum Do. de Rota, decis.201. in nouis decisionibus. vbi concludunt, quod si executor, cui fuit commissa citatio in partibus, referat se citasse prout in literis cõtinetur: quod talis relatio non sufficit, quia in literis ponitur prædictus triplex modus, videlicet in persona, domo, aut in ecclesia. vnde talis citationis relatio tanquam obscura, non tenet. ¶ Nec etiam sufficit, si referat citasse ad personam, vel ad domũ: quia licet respectu commisionis iudicis committẽtis citare in persona, vel ad domum, intelligatur secundum ordinem, & in quãtum natura verborum est apta comprehendere, vt dixi infra, in 17. principali articulo, quæst.2. versi.circa 7. speciem. tamen non sic præsumitur in verbis nuncij, secũdum Bar. & Do.Ant. in c.fi.infra de eo, qui mit. in pos.per l. 1.ff. de vsur. & l.sciendum.ff.de verb. oblig. & vide quod dixi, infra art.17.q.4.

5 ¶ † Et no.quod relatio est scribenda in actis sub hac forma, videlicet, D.inuentum vel non inuentũ, hodie vel cras, hora vel loco tali, vt coram tali iudice veniret ad procedendum in tali causa, vel ad respondendum tali, vel ad vidẽdum iurare testes, vel aperturam attestationum, vel ad iurandũ de calumnia, vel ad videndum sententiam in tali causa, vel quid simile, in tali causa, quæ vertitur inter talem & talem, vel verti spectatur: talis cursor Domini Papæ, vel talis nuncius talis curiæ, retulit se citasse & dixisse eidem, vel procuratori suo, vel eius familiæ, quòd si non veniet, ex tunc procederetur in causa, vel reciperetur iuramentum alterius partis &c. ipsius non ob. absentia &c. Spec.in tit.de citatione.§. sequitur. ver.facta autem citatione. & prædicta ponit Rolandinus, vt refert Ioan.And.ibi in addi. Insuper etiam quandoque fiunt proclamationes quędam, secundum mores Italię, quæ sic scribi debent. P.cursor, præco seu nuncius communis Senensis, retulit se de præcepto talis iudicis ad petitionẽ M. alta voce, talibus testibus adhibitis, clamasse se & cridasse B. quòd si quis ipsum B. defendere voluerit, in tali die & hora compareat coram iudice prædicto. Quæ forma proclamationis fiendæ per præconem probatur in Auth.de litigio.§.omnem no.col. 8.quia tamẽ vox præconia paucis innotescit, vt ibi. & C.quomodo & quando, auth. qui semel. ideo vbi certa persona requiritur, non sufficit præco. sed quando citatio est generalis, vt dicam infra, art.25. ita dicit Spec. tit. de citatione.§.sequitur. ver. cæterum. & ibi Io.And.in addi.

6 ¶ † Relatio verò subhastationis rei pupill. vendendæ sic scribitur, videlicet. P. præco seu nuncius communis Senen. retulit se de mandato talis iudicis ad petitionem B. tutoris A. pupillæ filiæ quondam F. præconia voce clamasse in palatio communis Senen. nec non in tali contrata eiusdem pupillæ, sita &c. qualiter talis domus, infra tales confines dictæ pupillæ, debet distrahi: & ex ea potest haberi pretium mille florenorum: quare si quis vellet dictam domũ emere, & plus dicto precio dare, hinc ad talem diem compareat: & plus offerẽti dabitur, vt l.1. C.de fide instrum. & iure hastæ fisca. lib.10. secundum Spec.d.ver. cęterum. ¶ No.tamen, quod in talibus quælibet ciuitas vtitur statutis & consuetudinibus suis.

7 ¶ † Vlterius etiam nota, quod non est necesse, quod nuncius in singulis relationibus iuret, vt l.2. C.de sportulis. & ibi no.Bal.allegat auth. in isto.C. de iuram. calum. ¶ Et vt dicit Bal. & bene, ita seruat communis practica, & consuetudo. Et sic est expeditus 13.princ.artic.

SVMMARIVM.

1 *Nuncius falso vel mendaciter referens, an & qua pœna sit puniendus.*

2 *Nuncius falso referens, à quo puniri debeat.*

ARTICVLVS XIIII.

1 QVARTODECIMO principali articulo tractãdum est, † quid si nuncius falso vel mendaciter referat, an posit puniri, & qualiter, seu qua pœna. ¶ Circa quod dic, quòd talis nuncius debet ab officio remoueri, & alius loco ipsius surrogari: & potest etiam corporali macula puniri, vt l.2.& ibi no.Bal.C.de sportulis. Item potest puniri pœna falsi, per tex.& ibi no. Bar.in l.qui nomine.ff.de fal. ¶ Sed circa hoc quæro, pone: nuncius, cui fuit commissa citatio fienda extra territorium, retulit se citasse, cum non citauerit: vel aliter refert fecisse citationem, quam fecerit. vtrum posit ã iudice illius territorij, in quo fuit cõmissa citatio, puniri.

2 ¶ † SOL. Bal. in l.nullum.in fi.C.de resti. format hanc quæst. & soluit, quòd potest solum puniri à iudice, cui facta est relatio, & non ab alio: quia in hoc delicto sola relatio est ens. citatio autem, cum non fuerit facta, nõ potest dici ens. & ideo non circumscribitur territorio, vel loco: quia locus est continens, & non entia non continentur: & quia secundum Philosophum, vacuum quasi non ens, non est in loco. & ad prædicta vide, quæ late dixi in c.postulasti.supra de foro compe. in 1.princip.arti.per plures quæst.& maximè in q.18.& 19.

¶ Et ex his est expeditus decimusquartus articulus.

SVMMARIVM.

1 *Relatio citationis, cuius sit effectus.*

2 *Processus non præcedente nuncij relatione in eo, in quo relatio attenditur, non tenet.*

3 *Pronunciatio per iudicem facta tanquam contra contumacem non tenet, si contumacia illi sit ignota.*

ARTICVLVS XV.

1 QVINTODECIMO principali articulo tractãdum est, † quis sit relationis effectus. ¶ Circa quem articulum dic, quòd effectus relationis est, quia ante relationem non potest iudex procedere.

Posito, quòd citatio esset facta, & citatus esset cõtumax. ¶ Et si iudex pronunciaret ante relationem, seu

seu procederet, processus esset nullus. & hoc est quod vult tex.in l.2.C. de sportulis. ibi dum tex. di-
2 cit, quòd per hoc, vitium liti imponitur, hoc est † q. non tenet processus non præcedente relatione nuncij in eo, in quo relatio attenditur, seu expectatio. ita dicit Bal.in d.l.2. & remittit ad no. per Bar.ff. de cond.& demonst.in l.multum interest.& ibi Barto.
3 dicit, † quòd pronunciatio facta per iudicem tanquam contra contumacem, cum contumacia ipsius non esset sibi nota, non tenet, per tex.optimum in l.hoc autem.§.non defendi.ff.quibus ex cau. in pos. eatur. ibi dum tex.dicit, constare debet, liquereq; prætori. per quem tex.etiam mouetur Bal. in d.l.2. vnde concludit, quod si iudex festinat, non expectata relatione, processus est nullus ipso iure. quod est menti tenendũ, secundum Bald. Idem etiam tenet Ang.in repe.l. hæc stipulatio.ff.si cui plus quam per l.Falc.in 2.prin.artic. & tenet Bar. in d.§.non defendi.vbi dicit respondisse in quęstione de facto, quod cum iudex commisisset nuncio, quod citaret aliquẽ vt compareret intra 3. diem à die commisionis, & nuncius iuisset, & citasset, nec ille comparuisset intra terminum, & post ipsum terminum ante relationem per nuncium factam iudex pronunciasset illũ contumacem, & actorem mittendum in possessionem, & post hoc nuncius fecit relationẽ: consuluit Bar.quod processus esset nullus ipso iure, quod licet esset contumax, non tamen constabat iudici: aliàs non debet ut contumax puniri, per illum text. ad quod etiam allegat not.in simili per Innoc.in c.prudentiam. de off.deleg. facit etiam Glo. super verbo contumaciã.in l.sancimus.C.ad sena. consul.Treb. & sequitur Ang. de Aretio in tractatu maleficiorũ. super verbo, qui iudex videns. ¶ Et Bald.in l. prolatam. C.de senten.& interlo. omn.iudi. in fi.quod tamen limitat Bald.ibi, nisi pronunciet vtraque parte præsente.

SVMMARIVM.

1 *Parte nuncio citanti contradicente, aut econtra, cui standum sit.*
2 *Nuncio se citasse asserente, parte autem hoc negante, cui credendum erit.*
3 *Citatio probanda est, & qualiter.*
4 *Salutis propriæ immemor nemo præsumitur.*
5 *Nuncio & actis iudicum credendum est, nisi ex aduerso validæ offerantur probationes.*
6 *Iudicis arbitrio relinquitur, si potius credatur nuncio citanti quàm parti neganti.*

ARTICVLVS XVI.

SEXTODECIMO principali articulo tra-
1 ctandum est, † Quid si pars contradicit nũcio, vel econtra, circa citationem: vel quid si notarius contradicat nuncio, aut econtra, cui magis credendum sit.

¶ Circa quem articulum distingue duo mẽbra.

¶ Primum membrum est, quando nuncius contradicit notario: videlicet, quia notarius scripsit nũcium retulisse, vel sic retulisse: nuncius uerò contradicit.& hoc casu, communis opin.est, quod hoc relinquatur arbitrio iudicis, cui magis sit credendum, inspecta qualitate notarij & nuncij: nam si ex antea gestis notarius sit suspectus, crederetur potius nuncio: sed cessante suspicione, magis crederetur notario. ita videtur sentire Io.And.in addi.Spec.in titu. de instrum. edi.§.restat.ver.quid si vnus.& traditur per C.v.& Doct.in l.si quis decurio.C.de falsis. & tenent Io.de Imo. & Doc.in c.cum parati.inf.de app.
2 ¶ † Secundum membrum est, an potius credatur nuncio, quam parti: si fortè nuncius asserit se citasse, & pars negat, cui magis credendum sit. Et in hoc variæ fuerunt opi. ¶ Quidam enim voluerũt, quòd nuncio non credatur, si pars negat: quia non creditur iudici, quia est maioris autoritatis, vt in c. quoniam contra. inf. de proba. longè minus debet credi nuncio.& hoc tenet Glo. in verbo, citationes.in d.c.quoniam contra. & ibi hoc idem tenet Ioan. antiquus Glossator, vt ibi refert Ioan. And. dicebat tamen, sub dubio fortè, quod satis creditur nuncio eo, quòd negans compellitur iurare se non fuisse citatum. & idem etiam tenuit Vinc. per tex.in c. pro-
3 posuisti.82.dist. ibi dum tex.dicit, Deteguntur.† vnde dicit citationem esse probandam legitimè, vel per duos testes, vel per instrumentum publicum, sicut quodlibet aliud factum.ita voluit Innoc.in cap. quod sicut. supra de elect. pro qua opinione facit, quia vox vnius, vox nullius.4.q.3.§.item in criminali.versi. ita vnius.& in l.vbi numerus. ff. de testib. & in cap. veniens. infra de testib. facit etiam ad prædicta, l.ne in arbitris.C.de arbi. & l.ea quidem & singuli.C.de accus.

¶ Contrariam verò sententiam, quòd credatur nuncio, licet pars contradicat, tenet Glo.4.q.3.item in criminali.versi.item testes quos. & Glo.in d. cap. proposuisti. facit.ff.de offi. præfec. vr.l.1.§.quies. & C.de exac.tribu.l.apparitores.lib.10.
4 ¶ † Et quia cum nuncius iuret fideliter facere officium suum, vt dixi in 10.princ.art.q.4.non est præsumendum, quod sit immemor suæ salutis, ut in c. in nostra. supra de procur. 1. q. 7.sancimus. in c. pe. de præsumptio.& in l.iubemus.C.ad l. Iuliam repetundarum.tenet Bar.in extrauag.ad reprimendum. in Glo.super verbo, Per nuncium. Et hanc eandem opinionem, quòd credatur nuncio, tenent Innoc. & Io.And.in d.c.quoniã contra. Nec obstat ille tex. in quantum vult, quòd non credatur iudici: quia licet ius prohibeat ibi credi iudici: tamen non prohibet, nec reperitur prohibitum credi nuncio. ¶ Et ratio diuersitatis, quare non credatur iudici, & credatur nuncio est, quoniam officium iudicis est iudicare: quinimo debeat habere notarium, qui omnia acta conscribat, sed officium nuncij est citare: ideo non mirum si sibi creditur. ¶ Item quia graue esset etiam partibus, si nuncius haberet ducere secum notarium in actu citationis. Gof. etiam assignat aliam rationem diuersitatis, dicens, quod frequentius oritur altercatio inter iudicem & partem, quam inter nuncium & partem. & ideò creditur minus iudici, quam nuncio.& ita etiam transit Io.And.in d. cap. quoniam contra. Vbi etiam fortius voluit Goffr.
5 quod † nuncio & actis iudicum sit credendum: nisi ex aduerso validè offerantur probationes, per tex.in c. cùm à nobis. infra de testi. & in l. magis puto.§.illud.ff.de rebus eorum. Sed Dom.meus in d.c.quoniam contra. remittens se ad no. in d. c. cum parati.

de

de appel. dicit, quod sibi non placet indistinctè, quod negans citationem non posit conuinci per nunciũ: aliàs in vanum videtur habere officium publicum, & magis debet credi nuncio qui deponit de pertinentibus ad officium suũ, & de facto non proprio, seu ad proprium commodum: quam parti neganti, quæ negaret ad proprium cõmodum, arg.d.c.quoniam contra. & infra de præscrip.c.ad audientiam. 4.q.3.item nullus.in l.nullus.ff.de testi. cum si. & licèt nuncius dicatur vilis fortunæ, tamen satis est, quod fuit approbatus in illo officio, arg.c.præterea. infra de testi.cog. vbi bonus tex. ¶ Alij vero dicũt, quòd in non pertinentibus ad officium suum, non creditur: in pertinentibus vero creditur. vnde si nuncius iuratus refert citasse: si apparet de commissione, creditur sibi, ex quo de commissione apparet. arg. l.si quis decurio. C.de fal. Quidam vero dicunt, quòd in paruis causis, & parui præiudicij, creditur: secus in magnis & grauis præiudicij, ita refert Bal.in l.magis puto.§.illud.ff.de reb. eorum. facit l. 1. C.de curiosis, & statio.lib.12. Ang.in l.hoc autem.§.nõ defendi.ff.quibus ex cau. in poss. ea. ¶ Ego pro nunc distinguerem, quòd aut agimus de his, quæ non cedunt in alterius præiudicium, & creditur nuncio. 22.q.4.c.iuuentus.& quod ibi no.& 1.q.4. in c.notandum. & ibi Gl.& quod traditur.23.q.4. c. quam magnum. Aut agimus de præiudicio alterius, & tũc in non pertinentibus principaliter ad officiũ suum, non creditur: sed potius parti neganti, maximè si ageretur de re non parui præiudicij.

6 ¶ † In pertinentibus vero ad officium suum, si nuncius sit iuratus, placet mihi opinio Hostien. de qua in d.c.cum parati.& in summa, in tit. de contuma.§.2.versic. quid si absens. videlicet vt hoc relinquatur arbitrio iudicis, vt scilicet pensata qualitate negotij, & qualitate personarum, iudex deferat iuramentum potius parti neganti, quam nuncio. aliàs econtra.& sequitur Archi.in d.c.proposuisti. 82.distin. vbi dicit audacter tenendum, quòd sit arbitrarium, quia nimis graue esset, quod vni nuncio, quamuis iurato forsitan contra iurantem contrarium crederetur. & sic posset pars deprauari absens, nec audiretur appellans ratione veræ contumaciæ. 2.q.6. §.sunt quorum. dicit tamen, quòd prima facie crederetur nuncio: sed si pars neget, tunc per solum nuncium vel tabellionem non conuincetur. infra de sent.excom.c.sacro. & supra de testi.in inte. c.ex literis.& in l.fi.C.de decu.lib.12. & C.de accus.in l. singuli. & idem sentit Hosti. in d.c.quoniam cõtra. & Ioan. And.in addit. Spec. in tit.de citatione.§.1. versi.sed nunquid credetur. dicens, quòd pro qualitatibus personarum, & secundum quantitatẽ præiudicij, iudex debeat credere, & non credere nuncio. Et aliquando contra dictum nuncij admittet probationem per simplicem asseuerationẽ partis: aliquando per simplex iuramentum, aliquando exiget plenam probationem. Saly.in l.absentem.C.de accus.in 6.q.& Ang.in l.hoc autem.§.non defendi. ff.quibus ex cau. in pos.ea. Est ergo arbitrarium cui magis sit credendum attẽta qualitate personarum, & causæ grauitate. & hanc opinio.tenent etiam D. Anto. Do.M. Abb.Sicu.& Ioan.de Imo.& Zab.in d.c.cum parati. & Bal.etiam videtur magis inclinare in eam, in l.magis puto.§.illud.ff.de reb. eorum. vnde dicunt Ioan. And.in d.addit. Do.Anto.& Io. de Imo. quòd si iudex in hoc malè arbitraretur, posset ab ipsius sententia appellari, per nota.in l.si quis pęna.ff.de verb.signifi. & in c.ab arbitro.de offi.deleg.lib.6. & l.ab arbitro.ff.qui satisd.cog. de quo latius videbimus in tit.de appel.

¶ Et ex his est expeditus decimussextus articulus.

SVMMARIVM.

1 *Citatio, quo loco, & ex quo loco fieri possit.*
2 *Citatio fieri debet in loco iudicij, & in loco, in quo iurisdictio potest exerceri.*
3 *Citatio fit in loco, vbi persona est citanda.*
4 *Citatio, an possit fieri in domo, vel ex domo, & quibus casibus. Citationis species sunt plures.*
5 *Citatio realis per quam capitur persona, non potest fieri in domo: & de qua domo intelligatur.*
6 *Citatio realis, an possit fieri in domo conducta, aut apotheca, aut domo rustica.*
7 *Citatio realis, an fieri possit intra clausuram domus: aut in limite: aut porticu, vel horto.*
8 *Parte corporis extra limen domus existente, & altera parte intra, an possit fieri citatio realis, vel captura.*
9 *Particula corporis, an capiatur pro toto corpore in materia citationis realis.*
Anima est tota in toto, & tota in qualibet parte corporis.
10 *Fugatus à familia pro debito, si membrum intromittat intra ostium domus suæ habitationis, an possit inde extrahi.*
11 *Fugitiuum capiens, quo casu veniat, aut præmiandus, aut puniendus.*
12 *Fugitiui conditio potest in eius commodum variari.*
13 *Excessus in modo, & excessus in loco æquiparantur.*
14 *Citari realiter non potest existens in domo, etiam si ostium sit apertum.*
15 *Extrahere valenti aliquem à domo propria per realẽ citationem, licitum est impune resistere.*
16 *In causa criminali potest etiam quis in propria domo capi: in ciuili autem, non.*
17 *Debitor, qua cautela possit, etiã in domo propria, capi.*
18 *Beneficio cessionis bonorum, an posiit pacto renũciari.*
19 *Existens in domo potest per edicta citari.*
20 *Citatio, an posit in domum fieri per epistolam, aut per proclama, aut per sonum campanæ.*
21 *Citatio verbalis potest in domo fieri.*
22 *Citatio ad domum, quando & quibus casibus permittatur.*
23 *In præiudicialibus requiritur personalis citatio, nec sufficit citatio ad domum.*
24 *Absens respectu actus citationis, qualiter intelligatur.*
25 *Citatio ad domum, qua forma fieri debeat.*
26 *Absentia quando calumniosa, vel malitiosa præsumatur.*
27 *Casu quo non est opus latitatione, sufficit citatio ad domum: secus econtra: & quibus casibus requiratur latitatio.*
28 *Maritus absens ab vxore, præsumitur malitiosè abesse.*
29 *Procedi non potest contra absentem per citationem ad domum, nisi absentia probetur malitiosa.*
30 *Banniri an possit quis per citationem domi factam.*

31 *Notificatio ad domum, facit currere terminũ, qui non currit nisi scienti.*
32 *Statuto dicente, quòd quis citetur personaliter & ad domum, an sufficiat citatio ad domum.*
33 *Verbum, dari, propriè sumptum, denotat dominij translationem.*
34 *Citatio ad domum solitæ habitationis fieri debet illis, qui sunt in domo, & si nullus reperiatur in domo, an possit citatio appendi ad ostium domus.*
35 *Casu stante, quòd possit citatio fieri ad domum, an comprehendatur apotheca.*
36 *Citandus ad domum habens plures domos, de qua intelligatur.*
37 *Citatio ad domum peregrinationis, an sit valida.*
38 *Citatio, an & quo casu fieri possit in Ecclesia.*
39 *Regula, quòd ratione delicti non citetur quis realiter in Ecclesia, multipliciter fallit.*
40 *Iudæus aut infidelis potest realiter in Ecclesia citari.*
41 *Catholicus fugiens ad Ecclesiam, an & quando possit de ea extrahi, aut in ea realiter citari.*
42 *Casu quo quis de iure communi potest personaliter capi, eodem potest de Ecclesia vel alio loco extrahi.*
43 *Excommunicatus, an & quãdo possit in Ecclesia capi.*
44 *Ecclesia non consecrata, aut interdicta, an habeat priuilegium consecratæ.*
45 *Fugiens ad Eucharistiam extra Ecclesiam, an possit capi, aut realiter citari.*
46 *Citatio verbalis, an possit fieri in Ecclesia, aut ad fugientem ad Eucharistiam.*
47 *Citatio ad Ecclesiam fienda, qualiter fieri debeat.*
48 *Citandus habẽs plures Ecclesias, ad quã debeat citari.*
49 *Citatio in Ecclesia fienda est alta voce.*
50 *Citatio, an possit fieri in Ecclesia die feriata.*
51 *Citatio, an possit fieri in Ecclesia interdicta.*
52 *Citatio, an possit fieri in carcere.*
53 *Citatio, an possit fieri in alieno, seu ex alieno territorio.*
54 *Vniuersitas, in quo loco, vel ex quo citari possit.*
55 *Vniuersitas, qualiter possit esse apud vnum.*
56 *Banniti & exititij, an possint citari ad locum, à quo sunt banniti.*
57 *Vagabundus vel fallitus, in quo loco veniat citandus*
58 *Fallitus vbique citari potest.*

ARTICVLVS XVII.

DECIMOSEPTIMO principali articulo tractandum est, in quo loco, & ex quo loco quis citari possit. ¶ Circa quem articulũ prosequor duo principalia membra. ¶ Primum, respectu loci, in quo emanat citatio. ¶ Secundum, respectu loci, in quo seu ex quo debet fieri titatio.

1 ¶ † Quo ad primum membrum dic, ꝙ cum citatio debeat fieri per iudicem, vt sup. dixi in 4. prin. art. q. 8. & ad ipsius iudicis mandatum, vt dixi in 5. princ. art. sequitur, quòd debet fieri in loco iudicij, & in loco, in quo quis potest iurisdictionem exercere: vnde existens extra territorium, non potest committere citationem, vt in l. fi. ff. de iurisd. omn. iud. & in c. 2. de consti. lib. 6. nisi in casu speciali, de quo in Cle. vnica, de fo. comp. Citatio enim habet duo extrema: videlicet, interlocutoriã iudicis de citando, quæ dicitur sentẽtia: & est iurisdictionis. l. omnes. §. præterea. & l. cũ clericis. ad fi. C. de epis. & cle. & l. fi. C. de proc. vide omnino quod dixi, ĩ. ar. 31. in prin.

2 ¶ † Sed sententia non potest ferri extra territorium, cum ibi iudicium exerceri non possit, vt d. c. 2. de constitu. lib. 6. & d. l. fi. ff. de iurisdic. omn. iudi. ita arguit Ioan. Mon. & sequitur d. Domi. in c. Romana. §. contrahentes. de fo. compe. lib. 6. ad quod etiam vide, quæ dixi sup. de fo. compe. c. dilecti. in prin. quæst. versi. 12. quæro. Hoc tamen fallit primò in terminis Cle. 1. de foro compe. Item potest dici, quòd fallit in citatione, quæ fit in principio iudicij, quæ potest fieri sine causæ cognitione: ad quod tamen vide quod dicam, inf. art. 20. ¶ In contrarium tamen posset argui ex his, quæ dicam, infra eodem art. q. 10. ¶ Et aduerte: quia hic non examinamus ex quo loco, tanquam ex foro competenti possit fieri citatio: quia de hoc latè tractatum fuit in titu. de foro compe. sed hic tractamus de citatione data fori competentia. ¶ Circa secundum membrum respectu citati, seu citandi, in quo loco, seu ex quo loco possit fieri citatio, pro ipsius membri clariori doctrina, prosequar infrascriptas quæstiones.

3 ¶ † Primò igitur iuxta præmissum ordinem dico, quòd cum citatio regulariter debeat fieri in persona alicuius, seu ad personam: sequitur clara conclusio, quòd in illo loco fit ipsius personæ citatio, in quo persona ipsa reperitur: nisi aliud obstet potentiæ citandi ipsum personaliter citandum, secũdum ea, quæ videbimus in sequentibus quæst. & est regulare, quòd citatio debeat fieri personaliter de citando, & maximè in his, quæ grauis sunt præiudicij: nisi in certis casibus, in quibus sufficit quandoque citatio ad domum, vel ad apothecam, seu ad valuas, vel in schalis Palatij, vel in alio publico loco ad id deputato, secundum quod infra videbimus.

4 ¶ † Secundò quæro, an citatio possit fieri in domo, seu ex domo, & quibus casibus. ¶ SOL. Distingue plures citationis species. ¶ Prima, de citatione reali. ¶ Secunda, de citatione per edicta. ¶ Tertia, de citatione per epistolam. ¶ Quarta, per vocem præconis. ¶ Quinta, per campanam. ¶ Sexta, de citatione verbali in personam. ¶ Septima, de citatione ad domum.

5 ¶ † Quo ad primam speciem, cum loquimur de reali citatione, per quam persona capitur, dic quod illa non potest fieri in domo, vt l. plerique. ff. de in ius vocan. & in l. nemo de domo. ff. de reg. iur. quoniam domus debet esset vnicuique tutissimum refugium, vt d. l. plerique. ¶ Et hæc conclusio procedit primò, siue sit domus quam quis habitat maiori tempore anni, siue etiam minori: dummodo ibi tunc reperiatur, quia nec in tali domo realiter citari debet, nec ex tali domo extrahi potest. facit in simili, l. 1. qui testam. face. poss. tenet Ioan. Pet. in l. plerique. ff. de in ius vocan. quamuis aliquid sit dicendum in alia materia, de qua dicetur infra, q. 4. sed si ibi non habitaret: licet esset domus propria, posset in illa realiter citari, facit d. l. plerique. in quantum loquitur per verbum, Receptaculum, & refugium, & per argumentum à contrario: quia dicitur, quòd non potest extrahi de domo in qua habitat. facit. ff. de in ius vocan. in l. adoptiuum. §. patronum. & l. inter stipulantem. §. 1. ff. de verb. obli. & Glo. in l. apud antiquos. in prin. C. de fur.

6 ¶ † Secundò procedit dicta cõclusio, siue sit domus

mus propria, siue et conducta, vt in l.lex Cornelia. §.domus.ff. de iniurijs. & in l.qui domũ. & in l.nec in ea.§.sed domus.& ibi per Bar.ff.de adul. ¶ Dñs Nellus de sancto Gemin. in tracta. bannitorum.3. parte primi temporis.q.3. ¶ Tertiò videtur procedere prædicta conclusio, etiam in apotheca, siue sit propria, siue conducta.argum.not.per Bar.in l.1.§. manumittitur.ff.de lib.ag.de quo latius dicetur, infra in 3.quæstione. ¶ Quartò procedit non solum in domo vrbana, sed etiam in rustica: quinimo etiam videtur procedere in capanna. argum. Glos. Instit. de re. diui. §. appellatione autem. vbi Glos. sentit, quòd appellatione domus, veniat capanna. argum.l.vrbana prædia. ff.de verb. signific. Dicit tamen illa Glos. quòd quidam tenent contrarium. Bald. verò in tit.de fratribus, de nouo beneficio inuesti.in vsibus feudo.dicit, quòd inspici debet communis vsus loquendi. & dicit, q̀ illa capanna, quæ est ad vsum bestiarum, nullo modo dicitur domus. Tradit etiam clarus Doctor, D. Thomas Docij in l.1.§.1.ff.de ope.no.nun. ¶ Ego dicerem, q̀ etiam si esset capanna in qua habitaret propria, vel conducta: non deberet extrahi, dummodo constaret ex solo tecto & pariete. secus si esset capanna ad fœnum, vinum, vel bestias destinata.

7 ¶ † Quintò procedit, si modo sit persona intra clausuram domus, seu ostij. Secus si sit in limite extra clausuram, vel in porticu, vel in theatro. argumento eorum, quæ notantur in lege, certam. §. hoc senatus.ff.de leg.1.& in l.1.§.hoc interdictum.ff.de cloacis.secundum Ioannem Petruciũ in d.l.plerisq;. ¶ Quod ego intelligerẽ verum, si modo limes esset extra clausuram: secus si esset infra clausuram, quia clausura erat extra limitem, & ipsum limitem includebat. Et idem dicerem de porticu, vel theatro: si modo theatrum, vel porticus non esset clausus: secus si esset clausus, innctus cum domo, & ideò ego arbitrarer, quòd ex horto coniuncto domui, qui clauditur simul cũ domo, & maximè si clausus, vel circundatus est muris, & in ipsum intratur per domum, faciunt nota.in l.testatus.ff.quemadmodum seruit.amit.& 12.quæst.2.c.fi.& in l.vxorem.§.legauerat.ff.de leg.3.& quod traditur in capitulo, Raynucius.de testamen.secus si hortus non haberet introitum per domum, sed volens intrare hortum deberet prius domum exire: licet hortus esset contiguus domui.argum.prædictorum iurium. facit etiã l.prædijs.ff. de leg.3. & ad id quod dixi de porticu, vide quod not.Specu.in tit.de po.§.1.versi. sed pone.& per Io.Andr.c.inter alia.infra de immu.Eccl. & per Angel.de Aretio, in tractatu maleficiorum, in verbo, insultum. Et ad prædicta vide, quæ dixi, inf.eodem titu.c.3.artic.16.quæst.22.in 2.principa. membro, in primo casu.

8 ¶ † Item aduerte, quia quæ dixi de limite, procedunt, si modo nulla pars corporis esset intra clausuram: secus si caput esset intra clausuram: licet reliqua pars corporis esset in limite.arg.not.in l.cùm in diuersis.ff.de relig.& sump.fu.faciunt no. per Doc. in l. quod conclaue.ff. de dam. infec. & quod not. Host.in summa in tit. de baptismo.§.quæ.ver.quid si qua mulier. & istud est indubitatum respectu capitis. ¶ Sed maius dubiũ est, quod si aliud membrũ, puta pedem vel brachium retineret intra clausurã ostij, & caput & reliquam partẽ corporis in limite. dicit dictus Io.Petr. quòd etiam tunc nõ potest realiter citari.arg.l.vulgaris.ff.de fur. licet in contrariũ faciat d.l.cùm in diuersis. ¶ Sed prædicta conclusio videtur sequenda, tanquam fauorabilior: maximè, quia tex.in d.l.plerique. & similes ponderant, quòd non extrahatur quis de domo. ergo nec in totum, nec in parte, argumento eorum, quæ notantur in l. Stichum, qui meus erit.ff.de legat.1.& in l. controuersia.ff.de transactio.& quod ibi notat Glos. in simili.

9 ¶ † Quinimo idem dicit præfatus Doct. si membriculum immisisset intra clausuram, vt puta digitum: quia anima est tota in toto, & tota in qualibet eius parte, secundum ea, quæ traduntur per Bar. in l.stipulationes non diuiduntur.ff.de verb.obl. in 1. col.facit etiam tex.& quod ibi not. Barto.in l.si cui. ff.de seru. ¶ Tu dic, quòd quamuis illa opinio videatur satis ęqua, & fauorabilis libertatis fauore, & odio capturę: tamen in contrarium fortiter obstat, quia mixtum semper attribuitur digniori, vt not.in l.quæritur.ff.de sta.hom.& in l.sed si ex meis.§.1.& in l.quanquam.§.fi.ff.de acq.rer.dom. & in c.quanto.sup.de iud.ergo si reliqua pars corporis, maximè caput, etiam extra clausuram esset: videtur quòd possit capi, arg.d.l.cum in diuersis. & pro hac conclusione facit, quia quando duæ sunt qualitates inseparabiles, attenditur qualitas, quæ nocet, & non quæ prodest, vt l.1.in fi.cum l.seq.ff.ad Syll. & l.2. §.si à pupillo.ff.pro emptore.& in c. super quæstionum.§.si verò.de offi.dele.& in c.ad probãdum. de re iudi.& maximè cum facultas capiẽdi habeat fundatam intentionem à iure communi, quæ facultas speciali fauore domus prohibetur.facit ff. de milit. test.in l.eius militis: & ideò debet attẽdi causa, quę nocet &c.vt dictis iuribus.& sic apparet, quòd prædicta quæstio esset satis disputabilis.

10 ¶ † Sed ex præcedenti decisione, quæ, vt dixi, est æqua & fauorabilis, infertur, quòd fugatus à familia pro ciuili debito, si intromisit caput vel mẽbrũ intra ostiũ domus habitationis suæ, nõ potest inde extrahi: & si extraheretur, debet de facto relaxari, vt d.l.plerisq;.quod no. pro his, qui fugiunt ante Palatium magnificorum Dominorum nostrorũ, qui locus est tutissimum refugium.nã sufficit, quod aliquod membrum immiserint in illũ locum, nec ex eo, quod familia inuenerit debitorem extra domũ & ipsum fugientem fugauerit, potest illũ de domo extrahere: sicut nec potuisset si à principio fuisset in domo.facit tex.in d.l.plerisq;, in quantum dicit, refugium. Quinimò fortius, si familia iam cepisset eum extra domum, & ipse adhuc trahens capiẽtem intrauerit domum, vel immisit mẽbrum intra clausuram domus, non debet inde extrahi: quia licitũ fuit sibi refugere ad domum, vt d.l.plerique. facit, quod in simili habetur in l. Barsatoram latronem. C.de fideiuss. secundum Io.Petr. ¶ Sed tu aduertes quia in contrarium facit l.quod ait.§.quod ait.ff.de adul.considerando terminos per contrarium: quia quãuis licitum sit patri adulterũ repertum in domo habitationis suæ, vel sui generi, interficere simul cum adultera, & non esset licitum interficere extra domum, si tamen reperit in domo: & ipsum fugientem extra domum insecutus sit, licitũ est ipsum ex-

tra domum interficere: quamuis si a principio fuisset repertus in illo loco, non potuisset ibi interfici. Illum textum pro singulari allegat Pontan. in l. 4. §. Prętor ait. ff. de dam. infec. & dom. Thom. Doccius, in l. 1. C. de seruis fugit. ¶ Ego memini, quòd in primo anno studij mei in legibus, quibus in primis post grãmaticam operam dedi, quamdoctissimus scholaris. Do. Matthæus de Vada disputauit quæstionem, vtrùm stante statuto, prout est hic Senis, quòd quis nõ possit capi in certa parte plateæ, quæ est ante palatium magnificorũ Dominorum, quòd cùm Berruarij aliàs Birrones vellent capere quendam, & ipse aufugeret versus palatium, & peruenisset ad illum locum, vbi à principio capi non potuisset: disputauit, vtrùm in illo loco posset capi, sed nõ recordor nunc de decisione. sed similem quæstionem disputauit Old. quã refert Io. And. in add. Specul. in tit. de accus. §. sequitur. in tertia parte. in ver.
11 vbi quærit † pone, duo sunt statuta Pad. quorum vnum præmiat capientem, & præsentantem bannitum ad mortem: Alterum verò punit euntem in alterius territorium, vel districtum ad aliquem capiendum. Stantibus ergo dictis statutis Titius ad mortem de Padua bãnitus habitabat in finibus districtus Paduani, ad quem capiendũ ibat Seius, quo viso Titius arripuit fugã, quem Seius secutus est in districtu Paduano, & ipsum fugientem atque fugatum, tandem cepit in territorio Veronensi contiguo territorio Paduano, & ipsum præsentauit Potestati Paduæ. vnde quærebatur, an sibi præmium, vel pœna deberetur. ¶ Soluendo concludit Oldr. ꝙ debetur pœna. & pro ipsa solutione illum referendo Io. And. mutato tamen ordine, mouetur multis medijs. ¶ Mouetur primò per tex. vbi dicit esse casum, in l. si quis sit fugitiuus. §. item, aliàs idem Celsus scribit. ff. de ędil. edic. quod sic declarat, nã tota illa lex vsq; ad §. idem ait. tractat de illo, qui cõsummauit fugam. & in d. §. idem ait. incipit tractare de illo, qui est in actu fugiendi. & dicit, ꝙ si nõ potest dictum insequẽtem euadere, non dicitur fugiens, seu fugitiuus. & dictus §. idem Celsus. respondet quæstioni, quomodo posset seruus in ipso actu fugiendi dictum insequentem euadere. & respondet propter facti impossibilitatẽ vel difficultatem. & gl. ibi exemplificat, vt quia fugit ad inimicos Domini. Deinde subdit text. multo magis fugitiuus est, qui se confert, vnde abduci non possit. quod exemplificat glossa, vt est Ferrariæ, quæ tribuit priuilegium fugiẽtibus ad suum territorium, & iste est casus noster, secundum Old. quia ex iure loci, non debebat ingredi territorium Veronense, ad quod etiã adducit l. si filius. §. fi. ff. ad Maced. ¶ Secundò mouetur: quia licet aliquid inchoetur sine culpa & pœna, si tamen deducatur ad statum ex sui natura punibilem, punitur inchoans, si persistat: si modo sine facti difficultate, & iuris pœna desistere potuit: sed ita fuit in terminis nostris. igitur &c. quod probat per l. qui cum maior. primo responso. ver. certè si abolitione. ff. de bo. lib.
12 ¶ † Tertiò mouetur: quia certum est, quod cõditio existentis in fuga potest in eius commodum variari. ¶ Casus est in l. si quis in seruitute. ff. de fur. vbi seruus fugiẽs cum furto ante, quàm perueniret ad locum destinatum, factus est liber. puta, vt dicit glos. quia euenit conditio, sub qua fuit manumissus: sic ergo & isti Titio fugienti per ingressum territorij Veronens. competere cœpit libertas contra insequentem, ad quod etiam addit not. per gloss. in l. talis scriptura. ff. de leg. 1.

¶ Quartò mouetur: quia verba secundi statuti sunt clara: & quia certa est limitatio locorum, & certa illorum transgressio, & sic nulla iuris quæstio videtur esse, argum. l. ancillæ. C. de fur. Nec prodest principium licitum: quia propter mixturam recipitur, quod nocet, vt not. ff. de regula Caton. & ibi concordantiæ. facit quod suprà latius dixi de hoc mixto.

¶ Quintò mouetur: quia constat effectum secutum in loco prohibito: & quòd iste finis & cõsummatio actus est distinctus, & separatus ab ipso principio per loci mutationem, & sic ex illo distincto principio quamuis licito legem non assumit. argu. l. sicuti. §. Aristo. ff. si seru. vend. & l. quemadmodũ. in princ. ff. ad legem Aqui. & sic cessat illa potestas. facit quod in simili dicimus. ff. de acqui. rer. dom. in l. naturalem. §. illud. & l. in laqueum.
13 ¶ † Postremò facit: quia parificantur excessus in modo, & excessus in loco. Insti. de acti. §. huic autẽ. sed excessus in modo puniuntur, vt l. 1. C. vnde vi. ergo & excessus respectu loci. facit ff. de adulter. l. si adulterium. §. Imperatores. ibi dum tex. dicit notatur, qui prius fecit, quam debuit. sic residet Ioann. And. in d. addit. Sic etiam decidit Bald. in l. sicuti. §. Aristo. ff. si serui. vend. dicens, quòd talis captus, ante omnia est relaxandus: & quòd capiens tenetur actione iniuriarum. arg. not. in cap. ex parte in Christo. de verb. signifi.

¶ Ex qua decisione clara sequitur decisio propositę quęst. per præfatum scholarem, ꝙ non licuit Capitaneo in dicto loco ante palatium, maximè stante statuto, ꝙ locus ille tutũ sit refugium, per quę verba denotatur, quòd quis possit ad illum locum aufugere, sicut dicimus de refugiẽte ad domum. & sicut etiam fugientem ad ecclesiam ecclesia defendit, vt in c. cum in ecclesia. & in cap. sequ. infra de immun. eccles. & in l. præsenti, C. de his, qui ad ecclesiam confugiunt. & 17. quæst. 3. c. diffiniuit. sic etiam olim fugientes ad statuam Principis defendebantur, & similiter hodie, si quis fugeret ad corpus Christi, seu Eucharistiam, quẽ articulum latè tractaui in quodam consilio, quod feci ad petitionem reuerendi patris fratris Ioannis de Capistrano, quod incipit, Quoniã articulus, super quo ad præsens cõsultus &c. ¶ Et prędicta notabis: quia vtilia sunt ad decisionem aliarum quæstionum.
14 ¶ † Et ex prædictis ego infero, quòd existens in domo non potest citari realiter, etiam si ostium sit apertum: dummodò sit intra clausuram. quamuis Angelus teneat contrarium dicens, quòd cauti debent esse debitores, vt teneant ostia clausa, si nolint capi personaliter, & extrahi de domo pro debito ciuili. ¶ Sed hæc opinio communiter reprobatur in d. l. plerıq;. & patet reprobatio ex superioribus: nam si fugiendo & intrando, vel membrũ tenendo intra clausuram non potest extrahi, ergo longè minus si est intra domum: licet ostium sit apertum. nec obstat textus in l. satisq; pœnæ. ff. de in ius vocan. ibi dum dicit, Sed si aditum ad se præstet, per

quem

quem textû mouetur Angelus, quia ille textus non loquitur de citatione reali: sed de verbali, de qua statim dicam in versi. circa sextam speciem. ¶ Consulo tamen ad opiniones fugiendas, & ad abundantem cautelam, vt claudant bene eorum ostia.

15 ¶ † Et aduerte: quia in casib. prædictis, in quibus quis per realem citationem non potest extrahi de domo, si fortè vellet extrahi per vim, licitum esset sibi vim vi repellere: & officiali volenti extrahere sine pœna resistere, secundum Bald. in d.l. plerique. quia si vis tunc dicitur inferri: vt ibi, ergo potest vi resisti, vt in l. vt vim. ff. de iustit. & iu. & in l. 1. C. vnde vi.

16 ¶ † Item, quod dixi, ꝙ quis non potest in domo realiter citari: habet locum in causa ciuili: secùs in causa criminali: quia potest tunc etiam in domo capi, & inde extrahi, vt in Auth. vt nulli iudicum. §. quoniam. & §. si quis verò comprehensorum. hoc tenet glos. in l. nemo de domo. ff. de reb. dub. & tenent Bar. & Doct. in d.l. pleriq;. & do. Anton. post Gof. in c. fi. de eo qui mit. in pos. causa rei ser.

17 ¶ † Et ex prædictis potest sumi notabilis cautela ad carcerandum debitorem, etiam pro causa ciuili: quia si debitor ter citatus sit contumax: & non cõpareat: sed stet in domo, & illam non exeat, poterit iudex ratione contumaciæ illum mulctare: & sic imponere sibi mulctam, seu pœnam applicandam fisco, per id quod habetur in l. 1. ff. si quis ius dicẽti non obtemp. facit quod not. in c. tuæ. suprà, vt lite non cotest. & in l. mulctarum, C. de modo mulcta. vnde propter pœnam seu mulctam poterit extrahi de domo, cùm sit pœna criminalis: quia imponitur ratione contumaciæ, quæ censetur delictum, vt in l. omne delictum. §. contumacia, ff. de re milit. Et quia etiam pœna venit applicanda fisco: vnde etiã ex hoc censetur criminalis, per id quod no. glos. & Doct. in l. 3. §. fin. de sepulch. viol. de quo dixi in rubrica, suprà de iudic. & postquam fuerit captus pro dicta causa, poterit recõmendari in carceribus pro debito ipsius priuati, per id quod legitur & nota. maximè per Bartol. in l. 2. ff. de custod. reor. Ita dicit Ioan. de Imo. in cap. lator. infrà de pig. ¶ Et quod propter nimiam contumaciam, etiam pro debito ciuili possit debitor capi, & incarcerari, not. Bald. in l. consentaneum. C. quomodo & quando iud. in 8. notabili. ¶ Item, & secundò fortè limitari potest, nisi ex pacto renunciatum sit priuilegio dictę l. plerique. arbitror enim tali priuilegio posse renunciari. ¶ Aduerte tamen: quia hæc quæstio videtur satis dubia, propter ea, quæ tradit Specul. in titu. de renunc. & conclus. §. 1. vers. item est beneficium. vbi quęrit, an pacto possit renunciari vel prohiberi quẽ capi. vbi primò ponit argumenta, per quæ videtur valere dictum pactum, deinde videtur decidere in contrarium, per not. in l. ob æs. & authent. ibi posita. C. de actio. & oblig.

28 ¶ † Sed dicit Io. And. ibi in addi. quòd illa quæstio incidit in illam quæstionem, videlicet, vtrùm per pactũ possit renunciari beneficio cessionis bonorum: de qua materia ibi per eum, Cynum, Bal. & Doct. in l. 1. C. qui bon. ced. poss. & per Bartol. & Bald. Ioan. de Imo. & latiùs per Lud. Pontan. in l. alia. §. eleganter. ff. sol. mat.

¶ Et vide etiam quod dixi suprà articu. 3. q. 2. & quicquid dicatur in illa materia in terminis nostris placet, quòd valeat pactum & renunciatio: maximè accedente iuramẽto, argum. notatorum in l. si quis in conscribendo. C. de Episcop. & Cler. & de pact. & in cap. ad audientiam. & capitulo, statuimus. infrà de regularibus. & no. per glo. in verbo, Sonatusconsulto. in Authentica, vt sine prohib. matres. §. petenda. & in l. pactum inter hæredes. ff. solu. matrimon. & eorum, quæ latiùs dixi in c. si diligenti. suprà de foro compet. Et ad materiam etiam vide per Canonistas in c. Odoardus. de solutio. & per Ioan. de Imola, in cap. cùm contingat. de iureiurando. & per Feder. consil. 57. aliàs 60. & per Dominos de Rota, decisio. 151. & 205.

¶ Et sic habes expeditum hũc notabilem articulum, an & quando citatio talis possit fieri in domo.

19 ¶ † Circa secundam speciem de citatione per edicta dic, quòd existens in domo indubitanter põt citari per edicta, vt in authent. qui semel. C. quomodo & quando iud. & in authent. si verò criminis. C. de adult. tenet Io. Petruc. in d.l. plerique. & mihi placet. Ad quod vide quod latiùs dicetur infrà in 23. princip. articulo.

20 ¶ † Circa tertiam speciem de citatione per epistolam, etiam arbitror, quòd possit fieri ad domũ, dummodò existens in domo permittat aditum ad se: aliàs secùs per ea, quę statim dicam in versiculo, Circa sextam speciem.

¶ Et vide quod latiùs dicetur infrà, in 23. principali articulo.

¶ Circa quartam speciem de citatione per vocẽ præconis, seu proclama dico, quòd etiam existens in domo potest citari, argu. l. si eo tempore. C. de remiss. pigno. tenet Io. Petruc. in dicta l. plerique. & mihi placet. & vide quod dicam infrà in 25. principali articulo, & quod dicetur in versicu. sequen. quia talis vox præconis fit, vt quàmplurimis innotescat, de quo in dicto 25. articulo. Facit, quod notat Ioan. Andr. in cap. Romana. §. contrahentes. de foro competenti. lib. 6. vbi dicit, quòd talis potest citari publicè ante domum, per cap. fin. de dolo. & cap. fina. de eo, qui mittit. in possess. & tenet dom. Dominicus.

¶ Circa quintam speciem, de citatione per Campanam, aut similem modũ dico, quòd potest fieri etiam de existente in domo: quoniam talis sonus citat generaliter omnes, vbicunque sint illi, qui debent interuenire ad illum actum, quibus ille sonus innotescit, vel innotescere potest. facit, quod dixi suprà in versicu. Circa secundam speciem. & etiam quod dixi in præsenti versiculo, & quod latiùs dicam infrà, in 26. princ. artic.

21 ¶ † Circa sextam speciem, de citatione verbali in personam, an possit fieri de existente in domo; dicendum est, quòd si ostia sunt aperta, potest nuncius intrare, & verbo citare. Et idem si ostia essent clausa, & existens in domo, esset in fenestra, ita ꝙ apparere & conspici posset, vt d. l. satisque pœnæ. ff. de in ius vocan. & debet fieri vocatio, seu clamatio alta voce, vt quilibet astans valeat audire, vt est textus not. & ibi Bald. in l. diffamari. C. de ingenuis manumiss. & debet fieri publicè, & verbis apertis, & claris: ita quòd intelligatur. ff. de insti. l. sed & si. §. 1. de homic. c. fi. Sed si ad eum non patet aditus, quia

ostia sunt clausa, nec publicè conspicitur, tunc non potest etiā verbaliter citari, nec potest nuncius seu lator, ostia frangere: & si frangeret, teneretur de vi, secundum Bal. in d.l. plerique.

¶ Nec obstat, si diceres, quòd hoc nō videtur iustum: quia ex quo existens in domo, non potest citari realiter, nec etiam verbaliter: si non præstat aditum, vel apparet in publicum, sic reportabit commodum de malitia sua, quod esse non debet. c. sedes. de rescrip. cum alijs vulgarib. quia respondeo, quòd poterit citari per præconem, vel alta voce ante domum, vt supra dixi, ver. Circa quartam speciē. Item poterit procedi contra eum, tanquam contra contumacem per citationem domi factam, ex quo latitat, secundum ea, quæ latius statim dicemus.

22 ¶ † Circa septimam speciem de citatione ad domum absque eo, quòd apprehendat personam realiter, vel verbaliter, aduertendum: quia dubitari contingit, vtrum talis citatio permittatur, & quibus casibus.

¶ Circa quod dic, quòd regula est, quòd quamdiu potest dominus vel procurator haberi seu citari, non debet fieri hæc citatio ad domum, vt no. in c. causam. infra de dolo & contum. & ibi per Dom. meum, & Ioan. de Imo. & Doct. & probatur in l. 1. §. 1. ff. de libe. agno. & in l. 1. §. si fortè. ff. quod vi aut clam. & no. in l. 1. ff. de requir. reis. & in cle. 1. de iud. & tenet Oldr. consi. 88. Ad quod etiam vide, quod dixi supra, in 5. princ. artic. q. 4. tenet Innoc. in c. fin. infra de eo, qui mit. in possess. & ibi per dominum Anto. Ioan. de Imo. & Dominum meum, & Doct. & per Bart. & Moderniores in l. 4. §. prætor ait. ff. de dam. infec. vnde debet fieri inquisitio & discussio per ciuitatem, an dominus vel ipsius procurator reperiatur, vt citari possit personaliter, vt d. c. causam. infra de dolo & contum. quæ inquisitio fieri debet in locis, in quibus cōuersari consueuit: & si non reperiatur, potest fieri ad domum, vt d. cap. causam. Fiat ergo inquisitio seu discussio in locis publicis, & in quibus conuersari cōsueuit: & apud personas notas ipsius principalis, & ipsius consanguineos vel amicos: & non solum de persona ipsius principalis, sed etiam de procuratore, vtrum dimiserit procuratorem, licet Barto. in l. 4. §. prætor ait. censeat, quòd non expedit requirere procuratorem, nisi quando est notorium ipsum esse dimissum. Ad quod vide, quæ dixi supra in 5. artic. q. 4. sed tutius est seruare dictam practicam, etiam si non sit notum, quòd dimiserit procuratorem, per no. glo. in d. cap. causam. infra de dolo & contum. & in c. fin. infra de eo, qui mit. in poss. & in l. meminerint. C. vnde vi. tenet Io. de Imo. in l. 4. §. prætor ait. ff. de dam. infec. ¶ Et ex prædictis infertur, quòd si iudex præcipiat nuncio, quòd citet ad personam vel ad domum, quòd talis alternatiua respiciet ordinem, vt primò ad personam, secundò ad domum fieri debeat. l. scire oportet. §. oportet hoc. ff. de excus. tuto. supra de rescriptis. c. causam. secundum Bar. l. 4. §. prætor ait. ff. de dam. infec. & do. Anto. cap. fin. de eo, qui mitti. in possess. faciunt, quæ dixi infra, in ver. sed circa prædictam quæst. quid si statutum. licet nuncius non debeat referre se citasse ad personam, vel ad domum, per ea, quæ dixi supra, art. 13. q. 4.

23 ¶ † Sed aduerte: quia articulus iste est satis dubius, intricatus, & difficilis: sed vt quantum fieri potest, clarior reddatur, in primis ponam hanc regulam, quòd in his, quæ sunt grauis præiudicij, debet quis personaliter citari, nec sufficit citatio domi facta. & hoc verum est, si citandus sit præsens: si verò sit absens, videtur sufficere citatio ad domum, per d. l. 4. §. prætor ait. ff. de dam. infec.

¶ Et ibi dicit Ioan. de Imo. quòd pauci tex. reperiuntur in iure ciuili, excepto illo, qui loquantur de citatione ad domum. nam communiter absentium fit citatio per edicta.

24 ¶ † Sed circa hoc oritur dubium non paruum, qualiter in terminis nostris accipiatur, Absens. Circa quod Hosti. in d. c. causam. infra de dolo & contum. dicit, quòd absens, in iure multipliciter sumitur: & dicit, quòd ille dicitur abesse, qui est extra prouinciam; vnde si est in prouincia, debet citari personaliter. Innoc. vero in c. fin. infra de eo, qui mit. in possess. dicit, sufficere absentiam à ciuitate. allegat no. in Auth. de exhib. reis. §. fi. Bar. vero in l. 4. §. prætor ait. ff. de dam. infec. distinguit, quod aut est causa, quæ indiget celeritate, prout est causa damni infecti, vel electionis: & sufficit, quod non reperiatur in iudicio ad hoc, vt possit fieri citatio ad domum, vt d. §. abesse. iuncta l. 1. eo. tit. ¶ In causis ergo non desiderantibus celeritatē, distinguit, quòd aut pars nunquam fuit in iudicio: quia ista est prima citatio, & tūc sufficit absentia à ciuitate, per l. vt perfectius. C. de anna. exc. cum sim. Aut aliàs fuit in iudicio, & sufficit abesse à iudicio, vt l. ab eo. & ibi per Bal. C. quomodo & quādo iudex. & ibi dicit Bal. per Cle. causam. de elect. quòd post litis cōtestationem semper sufficit citare ad domum. & idem voluit in c. 1. de mil. vasal. qui contumax est. Et idem tenet Cyn. in auth. sed & si quis. C. de testi. & Bar. in l. 1. §. 1. ff. de libe. agn. & glo. in l. 1. §. ex hoc edicto. ff. quæ sen. sine appella. rescin. ¶ Et videntur sequi Domini de Rota, decis. 45. & Ioan. And. in regula, præsumitur, de reg. iu. lib. 6. in mercuria. ¶ Guliel. vero in d. Cle. causam. dicit, quòd ille dicitur abesse, qui est extra ciuitatem, vel diœcesim, quo ad materiam electionis, de qua ibi, quoniā infra illam ciuitatem vel diœcesim inquirendum & tractandū est de electione, 23. dist. c. illud. deinde subdit hoc esse arbitrarium. do. Anto. in d. Cle. plura dicit & satis confusè.

¶ Sed Ioan. de Imo. placet secunda opin. Guliel. videlicet, quòd hoc sit arbitrarium, cum non reperiatur declaratū hoc casu, qualis debeat esse absentia, facit c. de causis. supra de offi. deleg. & quod no. Bal. in l. ea quæ. C. quomodo & quando iud. Arbitrari autem debet iudex, quòd ille dicatur absens, qui non est in loco iudicij, vel in ciuitate, vel vbi cōmuniter consueuit morari. Nec obstat secundum eū tex. in Auth. de exhi. & introdu. reis. in §. si vero. colla. 5. quia ibi loquitur de honestate, non de necessitate. ¶ Mihi satis placet prædicta opinio: intelligendo tamen, quòd absentiam considerare debemus respectu loci, vbi iudicium est agitandum: seu vbi tractandus, vel celebrandus est actus, de quo quæritur. quare si Titius citandus esset Mediolani, & esset citandus in ciuitate Senensi, & sic extra domicilium, vel extra diœcesim, vel prouinciam suam, licet esset Mediolani: & sic in sua ciuitate, & per cōsequens non diceretur abesse respectu ciuitatis suę:

tamen

tamen diceretur abesse respectu iudicij, & causæ, vel actus hic agitandi, & hoc videtur considerare tex.in d.Cle.causam. de elect. ibi dum tex. dicit, vel si domus in remotis existat. ¶ Et intellige ad hoc, vt procedat quæstio, quòd præfatus Titius hic haberet domum, quam habitaret tempore quo hic esset, vt hic fuit. ¶ Et generaliter, quando quis diuersis modis dicatur abesse, vide in prædictis locis, & aliquid tetigi in c.quoniam frequenter. in princ. supra vt lite non contest. in quarto princip. art. fallentia 3. ver. est tamen aduertendum. ¶ Et vide, per Archid. 2.q.6.c.biduum. & per Ioan. And. in c.si delegatus. de offi. deleg. lib.6. & per eundem in c.si quomodo. de procura. lib.6. & in c.vbi periculum. §.2. de elect. lib.6. & Insti. de actio. §.rursus. ver. in ciuitate. ¶ Et sic ex prædictis colligitur, quæ absentia requiratur ad hoc, vt citatio fieri possit ad domum: quia communiter Doct. sequuntur prædictam distinctionem Bar. de qua supra, quam ad literam sequitur d. Anto. in d.Cle. causam. ponendo formam commissionis, quam iudex facere debet nuncio, de qua per Bar. in d.§. prætor ait. quæ est ista.

25 ¶ † Imponit iudex nuncio, quòd perquirat, an citandus reperiri possit: & eo non reperto, referat, vt ita demũ postea fiat citatio ad domum. ¶ Et prædicta distinctio Bar. procedit, quando absens à ciuitate abesset in loco incerto: secus si abesset in loco certo: quia tunc iudex debet dare terminũ ad comparendum, secũdum distantiam loci, in d.§. si vero. in Auth. de exhib. reis. ¶ Sed tamen licet hoc nõ videatur reprehensibile, tamen iudex non videtur ad hoc necessitari, ex quo ille non reperitur in ciuitate: & sic videtur posse fieri citatio ad domum, vt dictũ est, sicut hoc casu potest fieri intimatio, de qua in d.Cle. causam, quæ intimatio habet vim citationis, vel prouocationis ad causam, vt in c.1.& in c. cupientes. de elect. lib.6. & in cap. cum sit Romana. infra de eo, qui mit. in possess. & quod traditur in c. causam. infra de appella. facit, quod no. Inno. in c.fi. infra de dolo & contu.

¶ Et dicit singulariter Pau. in d. Clem. causam, quòd adeo prædicta discusio seu inquisitio de citando est necessaria ad hoc, vt possit fieri citatio ad domũ, quòd eius peruersio vitiat processum, quod est singulare, & perpetuò notabis. ¶ Et sic ex prædictis habes, quòd ratione absentiæ permittitur citatio ad domum: quod intellige, si modo absentia sit malitiosa, vera, vel præsumptiua: quia tunc potest procedi ad primum & secundum decretum, & ad alios actus grauis præiudicij per citationem domi factam: & etiam ad sententiam diffinitiuam, si sit talis casus, in quo possit perueniri ad sententiam diffinitiuam, vt quia lis sit iam contestata, vel si non est contestata, tamen est causa in qua potest procedi lite non contestata, secundum ea, quæ latius dixi in c.quoniam. in quarto principali articulo, supra vt lite non contestata.

26 ¶ † Et calumniosè vel malitiosè abesse præsumitur, secundum Innoc. quando quis fuit in iudicio, & postea malitiosè se absentat, vt non possit personaliter citari, vt in c.fi. de eo, qui mit. in possess. causa rei seruan. & ibi per Innoc. & probatur in l. Fulcinius. §. quid sit latitare. ff. quibus ex causis in possess. eatur. & tenet Bar. in l.1.§.1. ff. de libe. agno. per tex. in auth. qui semel. C. quomodo & quando iud. & dom. Nellus de sancto Gemin. in tractatu bannitorum, in tertia parte primi temporis, quęst.3. & dom. Anton. Ioan. de Imo. Dom. meus, & Zaba. in d.cap. fi. infra de eo, qui mit. in possess. & Dom. M. in c.causam. infra de dolo & contu.

¶ Sed aduerte, quia hoc nõ videtur verum, quia licet quis fuerit in iudicio, semel personaliter citatus: tamen si debet deueniri ad secundũ decretum casus specialis, vt puta, in causa damni infecti, aut in causa liberali, adhuc requiritur latitatio, vt d.l. Fulcinius. §.1. iuncta l.1.& 2. eod. titu. quibus ex cau. in possess. eatur. Item videtur probari apertè in c.quoniam frequenter. §. porro. supra vt lite non contest. vbi dicitur, quòd cõtra reum potest procedi ad diffinitiuam, lite non contestata in causa matrimoniali & spirituali: dummodo reus sit contumax: scilicet verus, vt quia peremptoriè citatus venire contẽnit, vel quia malitiosè se occultat, & sic latitat. Vel quia impedit, ne possit citari. & sic illa litera vult, quòd non præsumatur latitare, eo ipso, quòd fuit in iudicio. & sic per illum tex. videtur confundi prædicta opinio Innoc. quam sequitur do. Anto. & Do. M. & præfati Doct. & sequitur etiam Ang. in l.4.§. prætor ait. ff. de dam. infec.

27 ¶ † Et ex prædictis dicit Ioan. de Imo. in d.§. prætor ait, quòd videtur danda alia doctrina, scilicet, quòd in casibus, in quibus non requiritur latitatio, sufficit citatio ad domum, si persona reperiri nõ potest: sed in casibus, in quibus requiritur latitatio, nõ sufficit citatio ad domum: licet persona non possit reperiri. ¶ Requiritur autem latitatio ad hoc, vt possit perueniri ad secundum decretum, & ideo non sufficeret citatio domi facta: nisi in causa damni infecti, & in causa liberali, vt d.§. prætor ait. ¶ Item requiritur latitatio, quando petuntur examinari testes ad perpetuam rei memoriam ex parte ipsius rei: non autẽ quando peteretur examinari propter diuturnam absentiam, vt in Auth. de testibus. §. penul. iuncto c.quoniam frequenter. in prin. versi. porro. de quo aliquid ibi tetigi, in quarto principali articulo, fallentia prima & secunda. ¶ Requiritur etiam latitatio, quando proceditur contra reum, lite non contestata, ad diffinitiuam, in casibus specialibus, de quibus in d.c.quoniam. versi. porro. Aut in similibus, de quibus ibi dixi in decimo principali articulo, in fallentijs. nisi quando procederetur lite contestata in causa appellationis, vel quando procederetur lite non contestata, contra ipsum reum, vel etiã quando procederetur lite contestata contra actorem, secundum ea, quæ traduntur in auth. qui semel. C. quomodo & quãdo iudex. de cuius authenticæ intellectu dixi in cap. 3. supra de libel. obla. in 26. principali articulo, quęst.3. & secundum ea, quę traduntur in l. properandum. §.1. C. de iudi. & l.fi.§. illud. C. de tempo. appel.

¶ Et idem, quando procederetur contra reum lite non contestata, in crimen læsæ maiestatis: si proceditur contra ipsum reum absentem, vt in extrauagan. ad reprimen. & ibi nota. per Bartol. in verbo, Publicatione, quia in dictis casibus, sufficit citatio per edicta, per consequens videtur sufficere citatio ad domum, arg. d.§. prætor ait. facit, quod dixi supra eodem, articulo 10. circa secundam speciem.

Et

Et de hac citatione per edicta communiter loquitur textus iuris Ciuilis: non de citatione ad domű, vt supra dixi,& ita residet Ioannes de Imola, in d.§. Prætor ait. cogitabis, quia articulus est satis difficilis & intricatus.

¶ Itē aduerte: quia dicitur malitiosè vel culposè abesse,quando obligatus erat esse in loco,& abest: puta in clerico obligato ad residētiam in beneficio exigente residentiam: nam præsumitur malitiosè abesse, ex quo tenetur residere, & ibi non residet, vt in cap.ex tuæ.infra de clericis non residen. ibi latè dixi in tertio principali articulo. secus autem, si beneficium non requirit residentiam, vt in c.pen. de clericis non residen. de quo etiam dixi latè in d. cap.ex tuæ. in secundo principali articu. quæstio.8. Quod tamen dixi de beneficio requirente residentiam, limita vt statim dicam de matrimonio. Item potest figurari exemplum in marito, si abest ab vxore: quia cum teneatur illi cohabitare, si abest, præsumitur culposè abesse. facit, quod habetur in cap. ex parte. infra de spon. & ideo tűc potest etiam procedi ad diffinitiuam per citationem domi factam.

¶ Sic intelligi potest cap.1.inf.qui ma. accu. poss. & c.perlatum.infra qui filij sint legit.secundum Innoc.& Docto.communiter in d.cap.fin.& sequitur etiam Zab.ibi,in vtroque exemplo de clerico & marito. Et Ang.in d.§. Prætor ait.& Spec.in tit.de cita. §.sequitur.ver.sed nunquid sufficit. ¶ Sed dicit Io. de Imo.quòd hoc non videtur verum per id,quod habetur in c.quoniam.§.si autem.sup.vt li.non contesta.vbi expresè dicitur,quòd si absens ex propria voluntate non appareat,quòd malitiosè absit, non potest procedi ad diffinitiuam. nec obst.cap.perlatum. quia ibi solùm disputatur,an filij sint legitimi, vt ibi tangit glo.

28 ¶ † Item non obstat c.1. inf.qui ma. accus. poss. quia ibi erat absens ex culpa propter delictű, vt ibi tangitur,secundum Ioan.de Imola.prędicta tamen de residentia & marito procedunt, quando ecclesia agit contra clericum, vel vxor contra maritum: quia ipsorű respectu, clericus & maritus præsumuntur culposè abesse. secus autem si alius vellet agere cōtra eos aliqua actione personali,vel reali, aut mixta: vel etiam si procederetur per viam inquisitionis, aut accusationis ad petitionem alicuius: quia tunc non sufficeret citatio domi facta, vt procedatur ad ea,quæ sunt grauis præiudicij, ex quo aliter non apparet de malitiosa vel culposa absentia. & rationem diuersitatis arbitror posse assignari, quia quantum ad extraneam personam, non potest dici malitiosè abesse: cum posset extraneo dici, quo ad te liberas ædes habeo, vt dicit tex.in l.loci corpus.§.competit. ff.si serui. vend.

29 ¶ † Sed aduerte, quia in contrarium facit. nam prædicta ratione considerata, videtur dicendum,ꝙ si aliquis tenetur soluere certo loco &termino, si ab eo loco in eo termino abest, videtur malitiosè abesse: cum pro solutione eo tempore facienda teneretur ibi adesse. Et sic vt contra talem procedi posit ad missionem in possessionem,vel ad sentētiam diffinitiuam per citationem domi factam. ¶ Sed hoc non placet Innoc. quòd hoc casu posit procedi ad sentētiam,licet posit procedi ad missionem in possessionem. ¶ Et est ratio diuersitatis, quia non ita præcisè tenetur debitor ad soluendum, sicut maritus respectu vxoris ad cohabitandum, & debitum reddendum, & clericus ad residendum,& seruiendum ecclesiæ: quod est bene notandum pro similibus casibus. Et hanc opinionem sequitur Dominus meus in c.fin. inf.de eo,qui mit. in possess. causa rei seruan.& dom. Anto.ibi. ¶ Et hæc quæ dixi, quando absentia est malitiosa seu culposa, vera vel præsumpta eo,quòd iudicio iam cœpto,vel satisdatione præstita de iudicio sisti,pars abest: procedunt,vt posit fieri citatio ad domum,si modo durat instantia: secus,si sit finita: vt quia lata sit absolutoria ab obseruatione iudicij,seu ab instantia,vt dixi in cap. penult.supra de iudi.in 30.princ.artic.eo,quòd perempta instantia,omnia acta ordinatoria intelligantur perempta,vt dixi in d.cap.penul. in 27.princip. articulo.& ideo si aduersarius est de nouo citādus, debet citari sub ea forma,qua fuisset ab initio citandus: licet secus esset,si solummodò circumductum esset edictum, quia talis circumductio non est tantæ efficaciæ: quia solum citationem & nō acta præcedentia perimit,vt in l.post edictum. ff.de iudi.de quo per Innocentium in c.consuluit. de offi.deleg. & latius dicam infra,artic.32. tenet Anton. in cap. fin. infra de eo, qui mit. in possess. ¶ Item prædicta procedunt,quando absentia est malitiosa,vera, vel præsumpta, vt dixi. sed si absentia nō esset malitiosa,seu culposa, contra absentem non potest procedi per citationem domi factam,seu ad diffinitiuam sententiam: etiam vbi status seu qualitas causæ petitur: quia iam lis sit contestata,vel sumus in casibus, in quibus posit procedi lite non contestata ad diffinitiuam. & similiter etiam per talem citationem non potest procedi ad ea,quæ sunt grauis præiudicij, puta, ad venditiones fiendas ex secundo decreto,vel ad excommunicationem, quia in istis requiritur vera contumacia. facit c.consultationibus. supra de offic.deleg.& l.Fulcinius. maximè in §.illud. ff. quibus ex causis in possess. catur. quæ lex est magnum fundamentum in hac materia: nam si non sufficit citatio ad domum,vt fiat venditio: nisi reus latitet, vt ibi dicitur, multo minus debet sufficere ad sententiam diffinitiuam,faciunt no.per glo.in d. c.consultationibus.& hoc tenent Dom. Antonius, & Docto.in cap.fi.de eo,qui mit.in possess. ¶ Quod procedere uidetur,nisi essent causæ celeritate indigentes,per l.4.§.Prætor ait.ff.de dam.infecto. ¶ Sed tu ad id quod dixi de excōmunicatione vide,quod dixi in cap.nulli. infra de senten.excom.in 8.princ. articu.quæst.2. ¶ Item,quod dixi de venditione: limitat singulariter Innocen.in c.dilecto. de verbor. signif.videlicet, quòd nō potest fieri uenditio contra non latitantem: quando,scilicet ipsi absenti nō latitanti,vel etiam pupillo, qui non potest latitare, hoc non expedit: quia talis uenditio cederet in eorum damnum: secus autem vbi illis expediret,quia cederet in eorum vtilitatem, vt puta, quia vigeret debitum usurarium,vel sub aliquo interesse,vel sub aliqua pœna,vnde vtilius est vendere rem in qua facta est missio, quàm quòd currant usuræ, vel illud interesse,per d.l. Fulcinius. §.adeò. secundum Innocen. & sequitur Dom. meus in cap. fin. de eo, qui mit. in possess.tractabo,vtrum per talem citationem domi factam contra non culposè vel malitiosè latitantem,

titantem, possit procedi ad secundum decretum, & an, & quando.

30 ¶ † Et ex prædictis infertur, Vtrum per prædictam citationem domi factam, possit quis banniri: de quo per Gandinum in tractatu maleficiorum, & Albericum de Rosate in tractatu statutorum, & Dom. Nellum in tractatu bannitorum, in tertia parte primi temporis. q. 3. qui primò arguit quòd possit, per l. 1. §. 1. ff. de libe. agnosc. & l. aut qui aliter. §. 2. quod vi aut clam. ¶ In contrarium vero arguit: quia cum ista sit pœna contumaciæ, vt ver. 1. §. quid ergo. ff. de ven. inspi. & in l. 1. ff. si quis ius dicenti nô obtemp. cum simil. ergo non potest imponi per citationem domi factam, cum ignorans non possit dici contumax, vt est bonus textus in l. 1. §. Item cum ex edicto, ff. quæ sententiæ sine appellatione rescindantur. ¶ Sol. Dicunt ipsi, quòd de consuetudine seruatur, quod sufficiat citatio ad domum: dummodo præcesserit diligẽs inquisitio & discusio personæ, secundum ea, quæ superius dicta sunt. Dyn. tamen tenebat indistinctè sufficere citationem domi factam, per l. scire oportet. §. oportet. 2. ff. de exc. tuto. sed ille textus non probat: quia loquitur alternatiuè: vnde debet intelligi, quòd si non reperiatur personaliter, possit fieri domi, vt supra dixi, & statim subijciam.

¶ Sed aduerte, quia in criminalib. videtur, quòd sufficiat citatio domi facta, & sic uidetur posse banniri ratione criminis: ita voluit Bar. & post eum Io. de Imola, in l. inter accusatorem. ff. de pub. iud. & tenet Angelus de Are. in tractatu maleficiorum, de quo per Specu. in titu. de accusa. §. 1. vers. sed nunquid. in tertia parte, quod procedit, si modo verisimile sit, quòd perueniat in notitiam citati, de quo dic, vt latius dixi in c. qualiter. 2. inf. de accusa. infra in princ. art. q. 70.

31 ¶ † Et nota etiam circa prædicta, quod notificatio facta ad domum facit currere terminum, qui nô currit nisi scienti, vt d. l. scire oportet. §. oportet. 2. & illum textum dicit ibi Iacob. de Are. quòd si sententia est lata contra absentem, & notificata ad domũ, quòd ex eo, quia per hoc præsumitur peruenire in notitiam illius, côtra quem lata est sententia, statim labitur terminus ad appellandum. quod est valde singulare & menti tenendum, secundum Bal. in d. §. oportet.

¶ Et aduerte, quia quæ diximus, quòd sufficit citatio ad domum ratione absentiæ, videretur procedere, si ignoratur vbi sit, qui est citandus: secus autem si sciretur vbi sit, licet absit: quia tunc videtur ibi personaliter citandus, per no. per Ioan. Andr. & Dom. Anton. in c. fin. inf. de eo, qui mit. in posses. & per Io. And. in c. Romana. §. contrahentes. de foro compet. lib. 6. & per Archid. 3. quæst. 9. c. caueant. ¶ Faciunt etiam no. per Io. de Imo. post Doct. in c. ex tuæ. infra de cleri. non resi. & quod ibi dixi in 7. princ. artic. quæst. 2. & quatuor sequentibus. ¶ Et debet hoc casu assignari, seu statui congrua dilatio, & si daretur nimis breuis, posset appellari, secundum Dom. Ant. in d. c. fin. de quo latius dicam in materia dilationum. Et si tu diceres, quomodo potest iste citari, si esset absens extra territorium, vide ad hoc, quod latius dicam inf. eo. ar. q. 9. ¶ Est etiã circa prædicta aduertendum: quia communiter per statuta prouidetur de modo & forma citãdi, & quãdoque disponunt, quòd sufficiat sola citatio ad domum, & tunc indubitanter sufficeret in casibus à statuto dispositis, & secũdum quod statutum disponeret, forma penitus esset seruanda, secundum ea, quæ dicam infra in 20. prin. artic.

32 ¶ † Sed circa hoc quæro, quid si statutum disponit, quòd citatio debeat fieri ad personã, vel ad domum: vtrum sine discussione principalis, vel ipsius procuratoris, de qua supra dictum est, sufficiat citare ad domum? ¶ Sol. Barto. in l. 4. §. Prætor ait. ff. de dam. infec. & Dom. Anton. & Dom. meus, in c. causam. infra de dolo & contum. & Ioan. de Imo. in Clem. causam. de elec. dicunt, quòd sufficit ad hoc, vt statutum aliquid operetur, & aliquid addat iuri communi, per l. si quando. C. de inoffic. testam. & l. si quando. ff. de legat. 1. pro quibus allego tex. opt. in c. pastoralis. infra de appel. vbi clausula, appella. remota, licet sit odiosa: tamen intelligi debet legitimè & probabiliter, nô de frustratoria, secundum ius commune ad hoc, vt aliquid operetur: quia lex non debet seruire de vento, vt in l. quod Labeo. ff. de Car. edic. facit cap. commissa. de elect. lib. 6. ¶ Et hanc opinionem tenet dom. Anton. in c. fin. de eo, qui mit. in posses. quia, vt dixi, debet aliquid operari, per d. l. si quando. & c. si Papa. de priuileg. lib. 6. ¶ Sed contra prædicta oppo. de notatis in c. ex literis. supra de consti. & in c. dilectus. & in c. ad audientiam. infra de cler. non resid. & in c. ex parte, 3. infra, de verb. signifi. in quibus probatur, quòd statutum disponens id, quod ius commune, recipit omnes limitationes & declarationes iuris communis: sed ius commune declarat dictam alternatiuam, scilicet cites ad personam, vel ad domum, vt sit ordinis. & sic primò ad personam, secundò ad domum fieri debeat, igitur &c. ¶ Et ad idem facit, quod no. Innoc. in c. causam. de præscrip. & quod traditur in l. 2. ff. de noxa. & in l. tale pactum. ff. de pact. & per Ioan. And. in regula, pro possessore. de regul. iur. lib. 6. ¶ Sol. Distingue ex mente Domini mei, & clarius, quàm ipse eo, quod satis obscurè loquitur, ꝙ aut statutum loquitur propriè, & propriè intellectum resonat idem, quod ius commune: & tunc recipit interpretationem à iure communi, ita loquuntur contraria. ¶ Aut si intelligeremus statutum secundum ius commune, verba ipsius statuti starent impropriè, nec aliquid operarentur: sed propriè intellecta, aliquid operarentur, & tũc ad hoc, vt aliquid operarentur, debent intelligi propriè, ad quod vide Dom. meum in c. causam. infra de dolo & contum. vbi subdit, quòd hoc maximè procedit, vbi tale statutum fuisset editum à popularibus iura ignorantibus, & grosso modo verba attendentibus, secũdum vulgarem significationem. ar. not. in l. stipulatio ista. §. hi quoque. ff. de verb. oblig.

¶ Et sic ex prædictis colligitur, quòd statutum, vel eius verba nô debent impropriari, vt trahantur ad dispositionem iuris communis, & sic nô obstant allegata in côtrarium: quia in illis etiam impropriè intelligendo, secundum ius commune aliquid operarentur.

¶ Et vt clarius intelligas, quantum ad terminos nostros debes animaduertere, quòd si prædicta verba statuti disponentis, ꝙ fiat citatio ad personam, vel

vel ad domum, intelligerentur secundum quod intelligitur l. scire oportet. §. oportet. ff. de excu. tuto. scilicet, quod prius fiat discusio personæ, ista alternatiua impropriè sumeretur eo, quod ad veritatem alternatiuæ sufficit alteram partem esse veram, vt in l. si is qui ducenta. §. vtrum. ff. de reb. dub. & in l. plerique. ff. de iure delib. & no. in c. 1. infra, de plus peti. Vnde si aliter sumitur, vt sit necessitatis respectu ordinis, statutum non operaretur: & alternatiua im proprie sumeretur. vt ergo statutum aliquid operetur, & vt verba non improprientur, contra no. in l. 3. §. hæc verba. ff. de neg. gest. meritò debet intelligi, vt sufficiat etiam ad domũ tantum citare. ¶ Imò fortius dicit Dom. meus, in c. pastoralis. infra de appella. quòd vbicunque dispositio esset prorsus inutilis, si verba intelliguntur, vt iacent, & propriè debent impropriari ad hoc, vt dispositio aliquid operetur: etiam si dispositio esset odiosa, per cap. si ciuitas. de sent. excommu.

¶ Sed cõtra prædicta sum solitus opponere, quia in stipulatione debemus etiam facere interpretationem, vt actus magis valeat, quàm pereat: & sic vt aliquid operetur, vt l. quoties. ff. de verb. oblig. & in l. quoties. ff. de reg. iur. & tamen quia in stipulatione verba sunt propriè & strictè intelligẽda, vt in l. quicquid astringendæ. ff. de verb. oblig. & tamen in stipulatione non impropriantur verba, nec latè interpretantur ad hoc, vt valeat stipulatio. hoc probatur
33 sic. † nam verbum Dare, propriè sumptum, denotat dominij translationem, vt in l. vbi autem non apparet. in fi. ff. de verbo. oblig. & Instit. de actio. §. sic itaque. ¶ Et latè sumptum, & sic impropriè, ponitur quandoque pro locatione, vt in l. si nullo. ff. locati. & quandoque pro traditione secundum subiectam materiam, vt in l. si stipulatus. ff. de vsuris. & in l. fi. ff. de condi. ob causam. sed in stipulatione si stipulor rem meam mihi tradi, valet stipulatio, vt in l. si rem tradi. ff. de verbo. obliga. ergo si stipulor rem meam mihi dari, ex quo non potest valere in proprio significato: quia quod meũ est, mihi dari non potest, vt in d. §. sic itaque. & in l. Mæuius. §. duobus. ff. de leg. 2. ergo ad hoc, vt valeret stipulatio, verbũ Dare, deberet impropriari, & late sumi pro traditione: sed consequens est falsum, vt in l. nemo rem suã. ff. de verb. oblig. igitur, &c.

¶ Sol. Argumentum est difficile, iudicio meo: sed posset dici, vt arbitror, quòd illa interpretatio de verbo Dare, quod ponatur pro tradere, non est interpretatio, etiam impropriè: sed potius dicitur extensio propter subiectam materiã. Vel fortè melius in præalleg. l. nemo rem suam. intendebat stipulans propriè stipulari respectu dominij: & ideo vltra ipsorum contrahentium intentionem, ipsius stipulationis contractus non operatur. arg. l. non omnis. ff. si cer. peta. secus autem, si subiecta materia respiceret traditionem. ¶ Vel potest dici, quod prædictum argumentum non obstat primæ distinctioni: quia talis stipulatio non intelligeretur propriè, si verbum Dare, ponatur pro traditione, sed contradicit dicto Dom. M. in d. c. pastoralis. vnde possumus dicere, quòd illud dictum non procedit. cogitabis. ¶ Item contra prædictam conclusionem oppono de not. per glo. & Barto. & Doct. in l. fin. §. in computatione. C. de iure delib. vbi dicunt, quòd si statutum disponit, quòd hæres teneatur insolidum creditoribus & legatarijs, interpretari debet secundum ius, quòd non confecerit inuentarium. Ad idem etiam facit, quod no. Bal. in l. 1. §. vt initio. ff. de postu. vbi vult, quod licet statutum dicat, quòd nullus infamis possit postulare, intelligitur, nisi pro his, pro quibus à iure communi concessum est, vt infamis possit postulare. ¶ Et ad idem etiam faciũt no. per Bal. in repet. l. data opera. C. qui accus. non poss. col. 4. & per Ang. in repet. l. si uacantia. C. de bon. vacan. lib. 10.

¶ Ad quod etiam vide plura alia similia, quæ posui in Clem. fin. quasi in fi. de seque. posses. & fruc. in quibus dicitur, quòd etiam verba statutorum impropriantur, vt reducatur ad ius commune: etiam si nullus per statutum producatur effectus respectu dispositi. possumus enim dicere, quòd aliquis producatur effectus eo, quòd additur vinculum vinculo, secundum ea, quæ traduntur in capitu. 2. de constit. lib. 6.

¶ Et ideo prædicta decisio remanet satis dubia, vt patet ex prædictis.

34 ¶ † Postremò, circa hanc quæstionem notabis, quòd huiusmodi citatio, quæ fit ad domum solitæ habitationis, debet fieri illis, qui sunt in domo: & si nullus in domo inueniatur, debet citatio appendi seu affigi ad ostium ipsius domus, argu. l. 4. §. prætor ait. ff. de dam. infec. & per no. in l. aut qui aliter. §. 1. ff. quod vi aut clam. tenet do. Anto. in c. fin. infra de eo, qui mit. in poss. Et ita de consuetudine seruatur.

35 ¶ † Tertiò principaliter quæro, vtrum eo casu quo potest fieri citatio ad domum, possit etiam fieri ad apothecam, seu stationẽ, vel vbi citandus operatur? ¶ Sol. Dic, quòd aut apotheca est subtus domum habitationis ipsius citandi, & potest ibi fieri: maximè si per domum habetur introitus ad ipsam apothecam. quod intellige respectu verbalis citationis, si permittit aditum ad eum, vel ibi reperitur: aliàs arbitrarer idem debere dici, quod de domo dictum fuit. vnde conclude, quòd cum ista apotheca veniat appellatione domus, ex quo est subtus domum: meritò omnia, quæ dicta fuerunt in præcedenti quæst. de domo, etiam hic conueniunt. Si vero apotheca est separata à domo, dico, quòd per edicta, & per epistolam, & per uocem præconis, & campanam potest fieri citatio respectu apothecæ, quemadmodum dixi supra in quæst. præcedenti, respectu domus. Sed hoc casu, an possit realiter ad apothecam, & sic personaliter capi in apotheca, dubium est non paruum: & aliàs primo anno, quo fui Doctor, hanc quæstionem disputaui: & sub me respondit, d. Homnofrius Tudertinus: sed in præsentiarum disputationẽ habere non potui: & ideo pro nunc institui omittere, & argumenta quædam poteris colligere ex iuribus statim allegandis, potest esse dubium de citatione fienda ad apothecam, secũdum quod dictum fuit etiam supra in præcedenti quæst. in septima specie, an valeat citatio ad domũ. Et in hac dubitatione Doct. in cle. causam. de elect. dicunt, quòd talis citatio non potest fieri ad apothecam: sed debet fieri ad domum, vbi cum familia habitare consueuit. argu. l. lex Cornelia. §. domum. ff. de iniurijs. & l. 1. §. 1. ff. de lib. agno. & probatur respectu intimationis in dicta Clem. causam. nam ibi dici-

dicitur, quòd non debet fieri ad Ecclesiam, sed ad domum, dummodo domus non sit in remotis.

¶ Et idem etiam tenent dom. Anton. Dominus meus, & Doct. in c. causam. inf. de dolo & contum. & Bart. in l. 4. §. Prætor ait. ff. de dam. infec. & in d. l. lex Cornelia. §. domum.

¶ Sed aduerte, quia in contrarium videtur fortiter obstare tex. in l. 4. ff. de fundo instruc. vbi potius inspicitur fundus, in quo quis operatur, quàm fundus in quo quis habitat. ¶ Sol. dici potest, quòd ille tex. loquitur in alia materia, quæ habet diuersã naturam ab ista: quia ibi inspicitur operatio respectu subiectæ materiæ propter legatum factum de fundo instruc. vt ibi traditur per Bart. sed in terminis nostris non sufficit: quia debet fieri ad domum habitationis suæ eo, quòd est verisimile, quòd cùm familia sua ibi sit, refert sibi citationem de eo factã, quæ ratio cessat in statione, secũdum Bart. in l. item apud Labeonem. §. conuitium autem. ff. de iniur. & tenet Ang. in d. l. lex Cornelia. in prin. Nec obst. dictus. §. conuitium. quia vt dicit Angel. loquitur in conuicto, quod sufficit vbicunq; fieri, sed citatio debet fieri in loco, in quo verisimilius citatus posşit habere notitiam citationis.

36 ¶ † Quartò quæro, quid si citandus habet duas vel plures domos, ad quã debet citari eo casu, quo potest citari ad domum? ¶ Sol. tex. in Cle. causam. de elec. in similibus terminis dicit, quòd debet fieri in domo, in qua habitare communiter consueuit. Et dicit ibi glos. super verbo, habitare, quòd intelligitur, etiam si ibi habitet, vt in propria domo, vel etiã si esset domus conducta, & habitaret vt inquilinus, per tex. in l. 4. §. domum. ff. de dam. infec. facit quod dixi suprà, eod. artic. quæst. 2. ver. 2. procedit. & tenet Bart. & Docto. in d. §. Prætor ait. & sufficit ibi habitare absque eo, quòd habeat domicilium in illo loco, secundum dom. Anton. & Docto. in c. fi. de eo, qui mitt. in possess. vnde licet scholares non acquirant domicilium in loco studij, aut simili, de quo dixi in c. fin. de foro compet. in materia domicilij, in sexta quæstione princip. maximè in secundo membro. Et ibi dixi, qualiter potest esse domiciliũ sine habitatione. Est igitur conclusio, quòd exigitur habitatio tempore fiendæ citationis, vt dixi in dicta Clem. causam. & tenet dom. Anton. in cap. fi. infra de eo, qui mitt. in poss.

¶ Sed aduerte, quia si habet duas vel plures domos, in quibus habitat, videtur inspicienda domus in qua communiter habitat. argum. dictæ Cle. causam. quamuis ibi nõ habitet vltra dimidiam partem ipsius anni, sed minori tempore, & quãuis ibi nõ habitet tempore citationis, si alibi maiori parte tẽporis consueuit habitare, inspiciẽda videtur talis domus, in qua maiori parte temporis habitare consueuit, vt dicit glo. in verbo, communiter, in d. Cle. causam. ¶ Sed contra hoc facit expressè textus, & quod ibi tradit Bart. in d. l. 4. §. Prætor ait. ff. de dam. infec. vbi tex. expressè vult, quòd inspicitur habitatio tempore citationis, vt ibi, dum dicit, vbi degit. licet consueuerit maiori tẽpore alibi habitare. ¶ Sol. Dicit ibi Bar. ꝙ ille tex. procedit in citatione: tex. verò in Cle. causam, procedit in intimatione, cùm ibi expressè dicatur de domo, quam cõiter consueuit habitare. ¶ Paul. verò in d. Cle. causam, tenet contra illam glo. dicens, quòd inspicitur habitatio tempore intimationis. & hæc opinio etiam respectu intimationis, plus placet Domino meo in cap. causam. infra de dolo & contuma. quia non potest reddi bona diuersitatis ratio inter citationem & intimationem: ratio enim dictæ Clem. causam, concludit in contrarium. nam intimatio de qua loquitur ille text. fit etiam ad finem, vt facilius perueniat ad notitiam appellati, sed verisimiliter facilius perueniet ad notitiam appellati faciendo citationem ad domum, quam habitat ad præsens, quàm ad illam, quam consueuit habitare, si modo illam ad præsens non habitat. vnde distinguit Dom. meus, quòd aut ille, cui est intimatio facienda, est absens ab vtraque domo, quam habitare consueuit, nec in aliqua illarum habet familiam, & tunc debet fieri, vbi maiori parte temporis consueuit habitare. ita loquitur d. Cle. causam. quia tunc facilius perueniet ad notitiã appellati. Et sic procedit tex. d. Clem. causam. cum d. glo. super verbo, communiter.

¶ Si verò ipse esset absens, sed tamen familiam suam haberet in altera ex domibus, quas inhabitare consueuit, licet minore parte temporis in illa habitare consueuerit, debet ibi fieri vbi familiam habet.

¶ Pone exemplum, maiore parte temporis anni consueuit familia sua habitare ruri, minore verò parte anni in ciuitate: certè si nunc tempore intimationis, seu citationis fiendę habet familiam suam in ciuitate, fiet intimatio & citatio ad domum ciuitatis, quia cùm habeat ibi familiam, melius informabitur, licet ipse minore tẽpore anni ibi habitauerit.

¶ Nec obstat tex. in d. Clem. causam. dum dicit, communiter, quia non solum debent inspici verba ad corticem, sed ad medullam & rationem, quę ratio est anima ipsius legis, vt l. nõ dubium. C. de legi. 4. distinct. erit autem lex. & in l. cùm pater. §. dulcissimis. ff. de leg. 2. ¶ Et not. in cap. fin. de regul. iur. lib. 6. cum similib. Et hoc dictum satis mihi placet.

¶ Sed dom. Anto. in dicta Clem. causam. aliter concordat, & intelligit dictam Clemẽ. videlicet, quòd aut intimans est certus, quòd appellatus mutauit solitam habitationem, & tunc putat, quòd non sufficit, quòd fiat intimatio ad domum solitę habitationis, sed debet fieri vbi nunc habitat. Aut nõ est certus, & tunc secus, quia valebit, si fiat ad domum solitæ habitationis, quæ consideratio etiam est satis bona. ¶ Et prædictam opinionem, quod inspicitur domus, in qua nunc habitat tempore citationis, tenet dom. Anton. in d. cap. fin. de eo, qui mitt. in poss. & dom. Nellus in Tractatu bannitorum, in tertia parte primi temporis. quæs. 3. pro quibus facit tex. in l. in lege Censoria. ff. de verborum sig. & not. etiam Ioan. de Imo. in c. dilectus. super glos. 1. supra de procura. & sentit etiam Bald. in l. 3. C. quomodo & quando iud. & in l. ea quæ. eod. tit. in fi. q. vbi dicit, quòd domus habitationis dicitur domus mansionis, non peregrinationis.

37 ¶ † Ex quo infert, quòd nõ valeret citatio ad hospitium peregrinationis, per l. 1. §. domum. ff. de aleatoribus. & per l. 1. §. habitare. ff. de his, qui deiec. vel effu. & in d. l. in lege Censoria. ¶ Ad omne tamẽ dubium tollendum cautela est, quòd fiat vtrobiq;, vt dixi in d. Cle. causam. facit etiã, quod nota. in l. cùm proponas. C. de bon. autho. iud. pos. & ibi per

Bal.

Bald. & per Bartol. in l. 1. & 3. in fi. iuncta l. seq. ff. de appel. & quod latè dixi in cap. 2. infra de app. quando appellatur, & ignoratur quis ex duobus iudicib. sit iudex ad quem, quia cautela est, quod appelletur ad vtrumque, & hoc maximè faciendum est, quando alternatis diebus habitat in vtraque: licet etiam tunc videatur sufficere, quòd citetur in altera tantum, secundum Paul. & Zabarel. in d. Cle. causam. sed vt dixi, tutius est, quòd fiat in vtraq; domo. ¶ Et ex prædictis potest inferri, quod dicit Bart. in l. quod si dubitet. ff. de acqu. hæred. vbi dicit singulariter, quòd si nuncius dicto casu refert se citasse ad domum propriæ habitationis, licet non expresserit de qua domo: tamen valet relatio, cùm dictũ sit, quòd ad quamcunque domum sit ius citandi in casu prædicto. & sequitur Ioan. de Imo. in l. hæres. ff. de acquiren. hæredi. quod ego intelligo, quando in vtraq; propter alternam habitationem fieri posset citatio, aliàs secus. ad quod vide, quod dixi sup. in 13. princ. artic. quæst. 3.

38 ¶ †Quinto quæro, Vtrùm citatio fieri possit in ecclesia, seu extra ecclesiam? ¶ Sol. distinguendũ arbitror, quod aut loquimur de citatione reali, an scilicet quis possit realiter citari, hoc est, capi personaliter in ecclesia: & subdistingue, quòd aut loquimur in citatione delicti; Aut pro debito, seu causa ciuili. Primo casu, talis non videtur posse realiter citari, hoc est, capi in ecclesia, vt in cap. inter alia. inf. de immu. eccle. & in 17. q. 4. cap. sicut antiquitus. & tenent Gul. Barto. & Bald. in l. plerique. ff. de in ius vocan. & hoc est verum, quando delictum fuit commissum longè ab ecclesia, secundum glo. Hostiens. & Docto. in d. cap. inter alia. & per Host. in sum. in titu. de immun. eccle. §. cùm quis. ¶ Quidam tamen Docto. & Lambertinus de Salyc. distinguunt in l. præsenti. C. de his, qui ad eccles. confug. quòd aut quis deliquit ex proposito & libertate, & tunc potest capi in ecclesia, nec gaudet ipsius ecclesiæ immunitate, vt in Auth. de mand. Princ. §. sed neq;. & ita potest intelligi c. 1. infra, de homic. secundum vnum intellectum. ¶ Aut deliquit quis ex casu, & tunc gaudet priuilegio, vt d. c. inter alia. & ita intelligit Abbas antiquus in d. c. 1. de homi. & ibi etiam tradit glo. 1. & sentit etiam Host. sed tamen iste intellectus communiter reprobatur in d. c. 1. de cuius capituli intellectu vide, quod ibi dixi. ¶ Et primũ membrum dictæ distinctionis est contra c. fi. & d. c. inter alia. inf. de immu. eccl. vbi generaliter dicitur, quòd committens crimen quantumcunq; graue, fugiens ad ecclesiam, nõ debet inde extrahi. ¶ Insuper, prædicto membro expresè contradicit 36. q. 1. in c. de raptorib. vbi raptor fugiens ad ecclesiam, gaudet illius immunitate, & tamen negari non põt, quòd rapina non fiat ex proposito. ¶ Quare Pet. de Bellap. in d. l. præsenti. C. de his, qui ad eccl. confu. prædictum primum membrũ, quando ex proposito deliquit, subdistinguit, quòd aut delictum cõmissum ex proposito committitur ex naturali stimulo, & tunc delinquens, & ad ecclesiam fugiens, gaudet illius immunitate, vt d. c. de raptoribus. Aut sine naturali stimulo, & tunc secus, quæ distinctio fuit multum æqua. ¶ Alij verò aliter dicunt, sed omitto, quia hic intendo pertransire tanquã explorator, & dimittere materiam plenius tractandã in tit. de immu. eccl. ¶ Sed de prædicta materia vide in locis præall. & latè per D. meum in d. c. inter alia. & per Cyn. & Legistas in d. l. præsenti. sed latius per Henr. Boich. in c. pen. inf. de immu. ecclef.

39 ¶ †Quod tamen dixi, quòd ratione delicti non potest quis realiter citari in ecclesia, fallit.

¶ Primò, in publicis latronibus.

¶ Secundò, in nocturnis populatoribus, vt d. c. inter alia. & quis dicatur publicus latro, & nocturnus populator, traditur ibi per Innocen. Io. Andr. dom. Anton. & Do. meum.

¶ Tertiò fallit in adulteris.

¶ Quarto in homicidis.

¶ Quintò in raptoribus virginum, vt in Authẽ. de mand. Principum. §. quod si delinquentes. Et isti tres vltimi casus procedũt de iure ciuili, sed de iure Canonico est secus. ¶ Alij tamen aliter nituntur concordare ius Canonicũ cum iure Ciuili, de quo latius per D. meum in d. c. inter alia. vbi concludit, ꝙ solùm dicti duo casus intelliguntur excepti. & in hoc præualet ius Canonicum, & contra illũ casum vltimum, de raptorib. virginum, est tex. expressus in d. c. de raptorib. 36. q. 1. ¶ Et quare ius Canonicum potius excipiat dictos duos casus, quàm alios, traditur per Io. And. do. Ant. & Do. meum in d. c. inter alia. Et an Iudex secularis, vel ecclesiasticus sit ille, qui in dictis duob. casib. exceptis possit realiter citare, extrahendo de ecclesia, tradunt Cyn. & Doct. in d. l. presenti. & do. meus, in d. c. inter alia. ¶ Et vsq; seu intra quantum spatium ecclesia gaudeat d. priuilegio, seu immunitate, vt non possit quis realiter citari in ea: & vtrùm habeat locum in oratorijs vel cimiterio, aut in palatio Episco. & etiã quid iuris de ecclesia nondum cõsecrata, traditur per D. meum, & Doct. maxime per Hen. Boich. in d. c. pen. de immun. eccles. & per Host. in c. fin. infra, de censi. & in sum. de imm. eccle. §. 1. quantum. & Guliel. de mon. Lau. Zanze. & Zab. in Cle. quia contingit. de relig. dom. & in c. 1. de pœn. & remiss. lib. 6. & per d. Hug. in d. cap. pen. ¶ Et an Iudæus vel seruus, quò ad delictum, gaudeant prædicto priuilegio, traditur etiam in d. c. inter alia, maximè per Dom. meum, & per Hug. in d. c. pen. & ibidem etiam traditur, quid iuris de clericis delinquentibus. & similiter etiam traditur in quantum fugientes gaudeant d. priuilegio, & an aliqua pœna possint puniri, & qualiter ad illam possit procedi, & per quem iudicem. ¶ Et quid si de facto quis realiter citetur in ecclesia, vbi citari non poterit. & qualiter agitur contra contrahentẽ, traditur per Do. meũ in d. c. inter alia. & de forma libelli, per Specu. in titu. de immun. eccle. ¶ Si verò delictũ sit commissum in ecclesia, an gauderet prædicta immunitate, vide ibidem. vnde potest tunc in ecclesia realiter citari, vt in c. fin. de immun. eccle. ¶ Et per quem iudicem possit tunc realiter citari, tradit Dominus meus in d. c. inter alia. ¶ Et quid si non deliquit in ecclesia, nec longè ab ecclesia, sed propè ecclesiam, non tamen infra circuitum, infra quem Ecclesia gaudet d. immunitate, qualiter distinguatur, an ex proposito ibi propè deliquerit, vt citius posset ad Ecclesiam habere refugium, traditur per Hostiens. in sum. in tit. de immun. Eccle. in d. §. cũ quis. & per Hug. in d. c. pe. Et hęc procedunt respectu primi casus, quando causa esset

esset criminalis, seu vellet fieri citatio ratione delicti. ¶ Sed in secundo casu, vtrum in Ecclesia posit fieri realis citatio pro debito ciuili, tex. probat, ꝙ nõ, in d.c. inter alia. in quantum generaliter prohibet extrahi de Ecclesia. & clarius loquitur tex. 17.q.4.c. miror. & c. si quis cõtumax. & clarius l. præsenti. C. de his qui ad eccle. confug. & tenent Guliel. Bar. & Bal. in l. plerique. ff. de in ius vocan. ¶ Sed tu distingue post Cy. in d.l. pręsenti. & Do. meum in d. cap. inter alia. plurimis tamen additis, quòd aut ille, qui fugit ad ecclesiam, non est Catholicus: aut est Catholicus. Primo casu, non iuuabitur per ecclesiã

40 vnde † Iudæus & alius quilibet infidelis, potest in ecclesia realiter citari, per l. 1. C. de his, qui ad eccle. cõfug. & in Auth. vt liceat mat. & auiæ. §. quia vero. & ratio est: quia cũ Iudæus, seu infidelis delinquat in ecclesia, seu contra ecclesiam, frustra eius auxiliũ implorat, vt in c. fi. infra de immu. eccle. & in c. quia frustra. infra de vsur. Et hanc opin. tenuerunt Petr. Lambertinus & Cy. in d.l. præsenti. & Host. in sum. in tit. de immun. eccle. §. cum quis. ver. aut Iudæus. & Dom. meus in d.c. inter alia. sed Glo. tertia ibi tenet contrariam sententiam, dummodo absit simulatio per l. 1. C. de his, qui ad eccle. confug. ¶ Et idem tenent Inno. & Hosti. ibi & Guliel. super Raymundum in summa in titu. de immun. eccle. ¶ Et frater Ioan. in sum. de immun. eccle. q. 5. ver. quid de Iudæo, per d.l. 1. & sequitur Zabarel. in cap. inter alia. præallegato, pro qua opin. facit tex. in c. sicut. §. ad hoc. infra de Iudæ. qui vult, quòd eorum sepultura & cęmiteria non posint violari, facit etiam 17.q.4. c. Iudas. ¶ Sed Hug. in d.c. pen. tenet contrariũ per d.l. 1. C. de his, qui ad eccle. confug. & Oldr. consi. 54. & Archid. 17.q.4. c. diffiniuit. ¶ Iudicio meo, vtraque opi. est satis sustentabilis: sed tamen prima opi. quod infidelis nõ iuuetur, videtur magis æqua, per d.c. fi. quoniam ecclesiæ priuilegio vti non debet, qui eam nititur impugnare, vt ibi.

41 ¶ † Secundo casu, quando fugiens ad ecclesiam est Catholicus, subdistingue, ꝙ aut loquimur in seruo, aut in libero. primo casu dic, quòd aut seruus fugit ad ecclesiam religionis causa, & debet reddi domino suo ipsum intra triennium repetenti, recepta cautione à domino, quod ipsum non puniet, vt in Auth. de monachis. §. si vero intra trienniũ, & hoc no. Lamber. de Sali. in l. præsenti. §. sanè si seruus. C. de his, qui ad eccle. confug. Aut fugit causa immunitatis consequendæ. & dic, quòd aut fugit propter nimiam sęuitiam & magnam domini atrocitatẽ: & dominus cogitur eũ vendere bonis conditionibus: nec perpetuo reuertetur ad dominũ, nisi velit ipse seruus redire. Insti. de his, qui sunt sui vel alie. iuris. §. sed maiorum. expedit enim reipublicæ, ne quis re sua male vtatur, vt ibi no. ¶ Aut seruus fugit propter modicã domini sæuitiã, seu castigationẽ: tunc habet locum d.l. pręsenti. §. sanè. & c. inter alia. infra de immu. eccl. qui tex. volunt ꝙ recepto iuraméto a domino de indemnitate ipsius seruus restituetur domino. ¶ Si verò nulla esset domini sæuitia, sed fortè aufugit vt dominũ defraudet operibus suis, & hoc casu, restituendus est domino, vt d.l. pręsenti. §. sanè. ¶ Et hæc procedunt, qñ seruus non fugeret ad Ecclesiam propter delictũ: sed si fugeret propter delictũ, non intendo hic tractare: sed in locis præallegatis. ¶ Si verò qui fugit ad Ecclesiã est Catholicus & liber: & tunc distingue, ꝙ aut fugit propter debitum principis, vt tributorũ vel simile debitum. & tunc potest realiter citari, & extrahi de ecclesia, vt in Auth. de manda. Principũ. §. 1. & §. neque. versic. publicorum vero tributorum, colla. 3. & in Authen. vt iudices sine quoquo suffrag. §. volumus. secundum Lamber. de Saly. & Cyn. in d.l. præsenti. ¶ Sed Petrus de Bellapertica videtur velle, quòd tales debitores tributorum non debeant citari realiter: & sic non debent extrahi inuiti de ecclesia: sed bene possunt ibi verbaliter citari, & si citati se defendunt, satis est: aliàs procedetur contra citatum, tanquam contra cõtumacem ad missionem in possessionem bonorum. Et ita intelligit per iura præallegata. Et ista vltima opinio Petri, quam etiam recitat Cy. in d.l. præsenti. magis placet Domino meo, in d.c. inter alia. infra de immu. eccle. quia in dubijs fauendum est Ecclesijs, facit d.l. præsenti. ¶ Item facit, quia non potuit Imperator per suum ius nouissimum illorum auth. præiudicare immunitati ecclesiæ, per l. & canones concessæ, & ista opin. communiter obseruatur. ¶ Aut quis fugit ad ecclesiã propter aliud debitum, quam fiscale: & tunc secũdum omnes non debet pro tali debito in ecclesia realiter citari, & sic inuitus extrahi de ecclesia, ita tenent Doctor. in d.l. præsenti. & Doct. in d.c. inter alia. & probatur 17.q.4. c. miror. & c. si quis contumax. & tenet Gul. Bar. & Bal. in l. plerique. ff. de in ius voc. & Bal. in l. 2. C. de sacrosan. eccle. & Hug. in c. pen. infra de immun. eccle. Ad materiam vide omnino Do. meum in d.c. inter alia. de immun. eccle. ¶ Sed aduerte: quia in modo procedendi sunt opin. Quidam enim dicunt, quòd isti tali fugienti dari debet triginta dies, in quibus securè exeat pro causa agitãda: & si intra triginta dies sententia feratur, iudex sententiam exequetur. ¶ Si vero post illos triginta dies fugiat ad Ecclesiam: tũc iudex exequetur sententiam meliori quo potest modo, vt d. §. sed neq;. in Authen. de manda. Princip. secundum Pet. Glo. tamen ibi aliter intelligit. ¶ Sed Iacob. de Rau. dicit quòd dabitur ei securitas exeundi, & standi extra Ecclesiam per triginta dies, intra quos ad iudicium vocatus respondebit: & si iudex ferat sententiam intra illos dies: tunc iudex dabit sibi electionem, quòd aut impleat iudicatum, & renunciet securitati: vel redeat ad Ecclesiam. & hoc voluit litera in d. §. sed neq;. ibi dum tex. dicit, condemnabis eũ ad duorũ electionem, &c. Et cum hac op. transit Cy. in d.l. præsenti. & sequitur Do. meus in d.c. inter alia. & Hug. in d.c. pen. ¶ Sed tu aduerte, quia Old. cons. 54. voluit, ꝙ in omnibus casibus, in quibus quis de iure cõi potest capi pro debito ciuili, potest ēt citari realiter in Ecclesia, & de ea extrahi, per l. nemo. C. de exacto. tribu. lib. 10. licet aliqui teneant cõtrarium, secundum eũ. Et ideo dicit Old. in d. consilio, ꝙ si ex forma statuti, quis potest capi pro ciuili debito, quod tunc potest quis in Ecclesia realiter citari, & extrahi ab Ecclesia: quia cũ ex forma pręd icti statuti quodãmodo persona sit affecta, & conditionata ad seruitiũ: debet pręstita securitate extrahi de Ecclesia, vt creditor, qui quodãmodo est dñs, eius seruitio non fraudetur. arg. d.l. pręsenti. §. sanè. nam Princeps, qui immunitatem conces-

sit Ecclesiæ, licet potuerit remittere pœnam, quæ respicit ius publicum, tamen priuatum debitum non intelligitur remittere. argum. l. 1. C. de in ius vocan. & ff. de seruis fugiti. l. 1. 35. q. 1. c. de raptoribus. facit etiam, quia Ecclesia solùm liberat fugientem à pœna corporali, vt d. c. inter alia. & 17. q. 4. cap. diffiniuit. & cap. id constituimus. & c. reum. & ibi per Archi. non tamen tollit, quòd alia pęna puniatur, imò permittit, vt dictis iuribus.

42 ¶ †Item, quia in casibus, in quibus quis de iure cõmuni potest personaliter capi, in eisdem potest extrahi de Ecclesia, vt pro debito tributario, vt sup. dixi. Est circa hoc attendenda consuetudo, secundum Inn. in c. cum inter. sup. de consuetud. & ideo de iure communi, propter delictum nõ extrahitur de Ecclesia, quia regulariter de iure communi, quis pro ciuili debito capi non potest, vt l. ob æs. C. de act. & obl. & inf. de immu. eccl. & ita debet intelligi d. l. præsenti. §. 1. & in Auth. de iudi. in princip. §. sed neq; . quia si esset extra Ecclesiam, caperetur: nisi cederet bonis, vt l. 1. C. qui bon. cedere poss. secundum Old. in d. cõsi. 53. Et sentit D. Ant. in d. c. inter. ¶ Quæ consideratio fuit multum rigorosa, & communiter in practica non seruatur.

43 ¶ †Et est aduertendum, quòd prædicto priuilegio & immunitate, ne possit in ecclesia citari, gaudet etiam excommunicatus: dummodo sibi aliud canonicum non resistat. & ratio est, quia in hoc nõ habetur ratio, seu consideratio delicti ipsius excõicati, sed potius attenditur fauor Dei, cui competit ille honor, cũ ecclesia nihil deliquerit. facit c. quęsiuit. inf. de his, quæ fi. a ma. par. cap. secundũ Gul. de mon. Lau. & Zenze. in cle. 1. de pœ. & rem. & Host. in sum. in tit. de imm. eccl. §. in quantum. ¶ Quidã verò distinguunt, ꝙ aut quis est excõicatus ab homine, seruato iuris ordine, & non gaudet tali immunitate, maximè propter morã petendi absolutionẽ. ¶ Aut est excõicatus à canone, & tunc secus. Alij verò dicunt, ꝙ vtroq; casu non gaudet tali priuilegio, ex quo est in mora petendi absolutionẽ: secus si non esset in mora. facit 11. q. 3. c. rursus. & c. quicunq;. Sed glos. Gul. super sum. Raymundi, in ti. de imm. eccl. & frater Iac. in sum. illius ti. q. 5. vers. quid de Iudæo. tenent indistinctè, ꝙ excõicatus non gaudeat tali priuilegio, & sic possit realiter citari. Sed primam opin. Gul. ꝙ non possit realiter citari, dicit Host. tutiorem. & eam tenet Gof. in sum. de immu. eccl. quam etiam Hug. in d. c. pen. inf. de immu. eccl. dicit esse veriorẽ. & idem dicit Hug. de degradato, quia talis retinet priuilegiũ, nisi reddatur incorrigibilis, vt in c. cum non ab homine. sup. de iudi. secundũ Host. in d. §. in quãtum. ver. quid de degradato.

44 ¶ †Et aduerte, quia prędictũ priuilegium habet nõ solùm in ecclesia cõsecrata & eius cęmiterio, sed etiam in ecclesia, non cõsecrata, vt d. c. pe. Et probatur per gl. 1. & Doc. in c. fi. de consec. eccl. vel alta. & etiam palatium Episcopi, secũdum aliquos, de quo per Gul. Zenze. Zabarel. & Doct. in clem. 1. de pęn. & remis. & Zaba. in d. c. inter alia. Et vide alias remissiones, quas sup. dedi. ¶ Item, dictum priuilegium consequitur ecclesia, licet sit interdicta, sicut etiam clericus suspẽsus, interdictus, vel excommunicatus gaudet priuilegio canonis, si quis suadente. 17. q. 4. de quo dixi in c. peruenit. de sen. exc. in 9. princ. art. in secũdo membro principali, fall. 11. ¶ Hæc enim reuerentia debetur Deo, qui non deliquit, vt dictũ est. Et satis esse videtur, quòd per interdictum ipsius ecclesiæ subtrahitur diuinum officium, vnde non est addenda afflictio afflicto, ut in c. at si clerici. in fi. supra de iud. cum simi. secundum Vincent. Ioan. Andr. Dom. Anton. & Zabarel. in d. cap. inter alia. & Hostiens. in sum. in dicto §. in quantum. vers. sed nunquid. & Gof. in sum. de immunita. eccles. & Archi. 17. q. 4. cap. vxor. & Guil. de Zenze. in d. cle. de pœnit. & remiss.

45 ¶ †Sed iuxta prædicta quęro, quid de fugiẽte ad Eucharistiã, vtrum possit realiter citari. ¶ Et ad hoc, vt quæstio procedat intellige, qñ Eucharistia portaretur in via, vel esset in loco nõ priuilegiato. ¶ Sol. Hugutio, Laur. Vincen. & Gof. in c. sanè. de celeb. miss. tenent, ꝙ talis possit realiter citari, nec ratione Eucharistiæ defendatur: moti, quia Eucharistia est cibus animæ. de conse. dist. 1. c. nõ iste panis. & ideo animam tantùm liberat, ecclesia verò attendit etiã ad res corporales defendendas. 1. q. 3. c. si quis obiecerit. & ideo non mirũ si liberat etiam corpus. 29. quæst. 5. cap. reos. & ad se fugientes defendit, vt d. l. præsenti. & supradictum fuit. Quare cum prædicta ratio non vendicet sibi locum in Eucharistia, quæ solum est cibus animæ, ideo priuilegium ipsius ecclesiæ non videtur extendendum ad Eucharistiam. argum. c. sanè. de priuil.

¶ Ioan. tamen. 12. q. vlt. c. quæsitum. vult talẽ defendendum, & nonnulli sequuntur, non tñ loquitur de fugiente, sed de recipiente corpus Christi. Et hæc opin. ꝙ defendendus sit, est magis æqua, catholica, & laudanda. vnde quidam dicunt talem fugientem vsque ad sanguinem per ecclesiam defendendum, quia nihil est in ecclesia hoc Sacramento maius. de consec. dist. 2. c. nihil. & in clem. si dictum. de reliq. & vene. sanct. ¶ Et quia ex quo propter honorem Dei defertur ecclesiæ, multò fortius deferẽdum est Deo, quia propter quod vnum quodq; tale est, & illud magis, vt in auth. multò magis. C. de sacrosanct. eccl. Item probatur, quia si statua Principis & præfecti saluat hominem ad eam fugientem. Insti. de his, qui sunt sui, vel alie. iur. §. hoc tempore. & d. l. præsenti. multo fortius Christi corpus, quod cum sit incomparabiliter maius & dignius, non debet ei aliqua res anteponi, vt d. c. nihil. & 1. q. 1. multi, & 85. dist. c. ecce. Et hoc probatur per fidem mulieris fluxum sanguinis patientis, & dicentis: Si tetigero fimbriam vestimẽti sui, salua ero. at Iesus dixit illi, confide filia, fides tua te saluam fecit. & mulier ex illa hora salua facta est. Matth. c. 9. Marci 5. Lucę cap. 8. & 5. dist. c. ad eius verò concubitum. ¶ Item facit, quia Eucharistia, vera gratia interpretatã. 1. q. 1. c. multi. ergo fugientes ad eam saluare debet. Nec obstat quòd est cibus animæ, quia nihilominus est corpus Christi, ideo etiam in saluatione corporũ, corporali ecclesiæ præferenda est. facit 11. q. 3. c. Iulianus. ¶ Nec obstat quòd priuilegium non est extendẽdum. quod verum est de persona ad personã, & de ecclesia ad ecclesiã, sed in terminis nostris, secus esse debet, cũ priuilegium in honorẽ, & reuerẽtiã Dei ecclesiæ concedatur: fortius debet habere locũ in ipso corpore Christi, vt honor potius Deo & Creatori, quã creaturę deferatur, & potius Deo, quàm

quàm principis statuæ, vt in Auth. vt non luxurientur contra naturam. post principium. colla.6. cùm grauius sit offendere æternam, quam temporalem maiestatem, infra de hæreticis. cap. vergentis. ¶ Et hanc opinionem tenet Hug. in d.c. sane. de celebra. miss. & Dominus meus ibi. & ibi dicit Henri. quòd & si quicunque magistri contrarium dixerint, non vult stare illorum interpretationi. ¶ Et mihi placet. Nec videtur tolerabile, quòd fugientem ad Eucharistiam lictores, vel nuncij admittantur ad capiendum; ne fortè contingat, quòd ex tumulatione aut rixa, Eucharistia frangatur, vel cadat, & fortè in lutum, vel alio modo vituperetur. ¶ Et ita tenui in quodam consilio, quod feci ad petitionem reuerendi religiosi fratris Ioannis de Capistrano, ad intellectum capituli, omnis vtriusque, infra de pœnit. & remiss.

46 ¶ † Et aduerte, quia prædicta procedũt respectu citationis realis fiendæ, tam in Ecclesia, quàm de fugiente ad corpus Christi, sed quantum ad citationem verbalem dic, quòd illa in vtroque casu fieri potest. ¶ Et ita concludunt Guil. Bartol. & Bald. in l. plerique. de sacrosanct. Ecclesi. & probatur in l. præsenti. C. de his, qui ad Eccles. confug.

¶ Nec obstat quod dixi supra eodem articu. in 2. q. princip. vers. Circa sextam speciem. vbi dixi, quod talis citatio non potest fieri in domo, nisi pateat aditus ad ipsum citandum, vel appareat in conspectu: quia vt dicit Bartol. in d. l. plerique. Ecclesia est iuris publici, ad quam quilibet habet aditum, vt l. 1. §. huius studij. ff. de iust. & iu. secus in domo priuata, in qua istud cessat. ¶ Sed tu conclude, quòd si aliquo modo impediretur aditus, nec appareret citandi conspectus, non posset citari. ¶ Item, non obstat, quòd ex quo talis citatio videtur esse actus iudicialis, quod non debet posse exerceri in Ecclesia, vt in c. decet. de immun. Eccl. lib. 6. quia verum est, quòd citatio est de processu, quantum concernit iudicem: secus quo ad nuncium, respectu cuius est quædam executio facti: vnde propriè talis actus nuncij non est de processu iudicij. & ita debet intelligi Insti. de pœ. teme. litig. §. fin. ita dicit Bald. in l. 2. C. de sacrosanct. Eccles. Ad quod vide quod dicã, infra, in 9. quæstione.

47 ¶ † Sed quantum ad citationem per edicta, & per epistolam, & vocem præconis, & campanam, dicendum est, vt dixi supra eodem articu. quæst. 2. de citatione ad domum. ¶ Postremò verò, quo ad citationem fiendam ad Ecclesiam, quæ non fit realis, neque verbalis, sed fiat ad ipsam rem, licet maior sit dubitatio: tamen dicendum arbitror, quod si in dicta Ecclesia esset habitatio ipsius citandi, idem dicendum esset, quod dictum fuit supra eodem artic. quæstio. 2. versicu. Circa septimam speciem. Sed si alibi haberet domum habitationis, deberet fieri in domo solitæ habitationis, vt ibi dixi. ¶ Et aduerte, quia quæstio prædicta procedit, quando non inuenitur dominus, vel procurator, quo casu, debet fieri citatio ad domum, vt dixi in dicta quæsti. 2. vel ad Ecclesiam, vt dicit Glos. magna in c. causam, de do. & contu. ¶ Et quamuis illa Glos. loquatur alternatiuè ad domum, vel Ecclesiam: & sic videatur sufficere alterum: tamen Docto. communiter intelligunt, quòd illa sit alternatiua ordinis. ¶ Ad quod vide quod dixi supra eod. art. q. 2. ver. Sed circa hoc quæro. vnde est sensus, quòd non inuento domino vel eius procuratore, si habet domum priuatæ habitationis, ad illam citetur: aliàs ad Ecclesiam suam. & hoc tenet Do. Ant. in d. c. causam, dicens non sufficere citationem ad Ecclesiam, si alibi, etiam in Parochia aliena habeat domum priuatam. Quod placet Domino meo, etiam si agatur de ipsa Ecclesia, vt statim subiiciam. dicit tamen D. Ant. quòd cautũ esset, quòd vtrobique fieret citatio ad maiorem certitudinem. & dicit Dominus meus, quòd prædicta procedunt, etiam si agatur pro ipsa Ecclesia. mouetur argum. l. 4. §. Prætor ait. ff. de dam. infec. vbi licet agatur respectu alicuius rei: tamen citatio debet prius fieri ad domum habitationis citandi, quàm ad ipsam rem de qua agitur.

¶ Fit enim ad domũ, vt citius possit peruenire ad notitiam citãdi: quia cum ibi habeat familiam, amicos, & vicinos, facilius poterit ad notitiam ipsius citati per illos peruenire.

¶ Sed tu aduerte, quia si ageretur de Ecclesia, debet seruari forma cle. causam, de elect. vbi tex. dicit, quòd debet fieri in domo, quam ipse appellatus habitare cõmuniter consueuit, vel si domus eadem in remotis existat in Ecclesia Cathedrali: in cuius ciuitate vel diœcesi consistit beneficium, nihilominus in vtroque casu, in Ecclesia vel beneficio de quo agitur. de cuius Cle. intellectu dic, vt ibi latè scripsi. Si verò citatio fieri deberet ad Ecclesiam ad mãdatum Episcopi expulsi, debet fieri secũdum formam Cle. 1. de foro comp. de cuius Clem. intellectu, ibi latè scripsi. ¶ Et adde ad hoc, quæ dicam in fine sequentis quæstionis.

48 ¶ † Sexto quæro, quid si citandus habet duas vel plures Ecclesias: vtrum ad alteram, vel ad omnes sit citandus. ¶ Solutio colligitur ex prædictis, quia si non agitur de Ecclesia vel beneficio, sed de alia re, si sumus in casibus, in quibus debeat fieri citatio ad Ecclesiam, arbitror quòd fieri debeat ad Ecclesiam residentiæ suæ, si fortè in vna residet, & in alia deseruit per vicarium suum, secundũ ea, quæ tradũtur per Doct. & ibi dixi in c. extirpandæ. §. qui verò. inf. de præben. & per Inn. in c. cum iamdudum. eo. tit. & si alternatis temporib. in vtraque residentiam faceret, ad vtranq; fieri deberet citatio, per ea quæ dixi in præcedenti quæstio. melior tamen esset cautela, si vtroq; casu faceret ad vtranq; Ecclesiam, vt ibi dixi. ¶ Si verò ageretur de altera prædictarum Ecclesiarum vel beneficiorum, ad illam deberet fieri citatio, arg. Cle. causam, de elect. ¶ Et si de vtraque Ecclesia ageretur, fieri deberet ad vtranq;, per ea, quæ dixi in preced. quæst.

49 ¶ † Et aduerte circa prædicta, quia quando fiunt tales citationes ad Ecclesiã, seu in Ecclesia, debent fieri alta voce: ita quòd edictum perueniat ad eos, qui sunt in Ecclesia, per not. in cap. finali, de eo, qui mitt. in possessio. in l. si pupillus. §. rescribere. ff. de institoria. & in cap. ex tuæ. inf. de cler. non residen. secundum Mar. & Zab. in Clement. prima, de foro competenti. quæstione 28. faciunt, quæ dixi supra eodem articu. quæstio. 2. versicu. Circa septimam speciem. ¶ Si verò nec in domo, nec in Ecclesia propria fieri posset talis citatio, propter aliquem iustum timorem, vel iustum impedimentum, tunc

proximo præcedenti articulo, sequitur nunc vt videamus de loco ad quem. & pro istius articuli clariori doctrina, prosequor infrascriptas quæstiones.

1 ¶ † Primò igitur quæro generaliter, ad quem locũ fieri debeat citatio. ¶ Sol. Dic, quod debet quis citari vt compareat ad locum iudicij: quia litigator debet comparere coram iudice, non iudex coram litigatore: quoniam esset iniustũ & opprobriosum, vt est tex. in l. iubemus. §. fi. C. de episc. & cler. Citatus igitur debet ire ad iudicem, nec debet expectare, quod iudex vadat ad eum: quantumcunque citatus sit in dignitate constitutus: etiam si sit Cardinalis, dummodo citans sit iudex competens, ita dicit Bal. in d. §. fi. tetigi supra, arti. q. 1. ¶ Et quem locum iudex posit sibi eligere, in quo posit sibi iudicium eligere, vide omnino quæ latè dixi in c. fin. supra de foro compe. in ver. superest vt iuxta præmissum ordinem examinemus 6. prin. art. prope fin. illius c. ad duas vel tres chartas. ¶ Et ibi dicta, & etiã hic dicenda per totũ hunc articulum simul sunt intelligenda. ¶ Et sic intellige ad locũ iudicij, si aliud impedimentum non obstaret, secundum ea, quæ in seq. quæst. tra ctabuntur.

2 ¶ † Secundò quæro, vtrum in illo loco ad quem iudex citat exigatur, quod iudex habeat iurisdictionem. ¶ Sol. Dic, quod sic. vnde si citet ad locum non suæ iurisdictionis, opponitur sibi quod ad illũ locum citare non potest, vt l. fi. ff. de iurisdi. om. iud. secundum Spe. in tit. de cita. §. contra citationẽ. ver. item quod iudex. saluo eo, quod habetur in Cle. 1. de fo. compe. secundum Io. And. in addi. Spe. ad dictũ versiculum. ¶ Et subdit ibi Spe. quod licet hoc sit, tamen citatus venire tenetur: quia fortè iudici, qui citat est à superiore illius loci ad quem citat concessum, vt ad illum citare posit, vnde tenetur comparere, licet simpliciter citetur: quamuis in citatione hoc exprimi debuisset. 3. q. 6. c. vnaquęque, & 9. q. 3. c. conquestus. sup. de offi. deleg. c. nouit. & sup. de vsu pal. c. ex tuarum. secũdum Spe. in d. ver. item quod iudex. ¶ Quod non placet Io. And. ibi in addi. qui dicit, quod putat illud inconsideratè dictum à Spe. quia licet ex consensu Episcopi loci ad quem citat, posit ibi cognoscere de causa proprij subditi, subdito volente, secundum ea, quæ tradũtur per Io. And. & Doct. in c. nouit. de offi. deleg. & ibi dixi: non tamen posset trahere inuitum, secundum quod traditur per Io. And. & Doct. in c. cum episcopus. de offi. ordi. lib. 6. nisi in casu speciali d. Cle. 1. de foro compe. & ibi per Io. And. in glo. super verbo, indulgemus, ad quod etiam facit c. statutum. §. in nullo. de rescrip. lib. 6. ¶ Nam si ibi non conceditur delegato apostolico, vt partem inuitam non possit trahere extra locum delegationis suæ: fortius hic debet denegari Episcopo, vel alteri ordinario. Item ponderato suo principio, optime facit c. vt litigantes. de offi. ordi. lib. 6. ¶ Nec obst. iura allegata per Spec. quia dicta iura non probant dictum secundũ casum: sed respiciunt primum eius dictum, de quo statim dixi in prin. istius quæstionis, quod non possit ad alienum territorium citari, quinimo dicta iura faciunt contra prædictum secũdum dictum Spe. quia primi duo canones, qui à regula, quòd iudex non posit trahere extra territorium, excipiunt solum casum, quãdo id fieret authoritate apostolica: ergo errat, qui alium casum addit. Non obst. c. nouit. quia imo facit cõtra. nam legatus ibi erat in sua legatione. ¶ Insuper etiam. c. ex tuarum. facit in cõtrarium: quia vltra licentiam Papæ requiritur consensus illius, cuį præiudicatur. quare concludit Io. And. tenendum esse, quod etiam si citans exprimeret in citatione, quod dicta potestas citandi ad alienum territorium esset sibi à iudice illius territorij concessa: non tamen citatus inuitus teneretur comparere. ¶ Nec obst. quòd citatio fieri potest in loco, seu ex loco non suæ iurisdic. vt quidam voluerunt. ¶ Ad quod vide remissiones, quas dedi in præced. art. q. 9. quia respondeo, quòd illud procedit, quando quis citat in loco, seu ex loco nõ suæ iurisdictionis: hic autem loquimur in eo, qui citat ad locum non suæ iurisdictionis. vnde in hoc differt casus noster ab illo, quia in casu nostro, citatio emanat à iudice in loco iurisdictionis, & ad locum alterius iurisdictionis. ¶ In illo verò casu citatio fit in loco, seu ex loco nõ subiecto, ad locum subiectum. ¶ Dicit enim Io. And. quod non curat in casu predicto, an præceptum de citando ad locum non subiectũ, faciat Episcopus etiam in loco subiecto, vt puta, si Episcopus Bono. præcipi faciat subiecto, quod tali die sit coram eo Florentiæ. Ita dicit Io. An. in addi. Spe. ad dictum ver. item quod iudex. ¶ Quod mihi satis placet. ad quod etiam vide, quod dicam in seq. quæst.

3 ¶ † Tertiò quæro, vtrum iudex posit citare ad locum alterius iurisdictionis. ¶ Sol. Aduerte, quia hæc quęst. põt intelligi dupliciter. vno modo, quod citatio emanet, vt compareat quis coram citante in alieno territorio, & de hoc dictum fuit in præcedẽti quæstione. Alio modo, quod compareat coram iudice illius territorij. Exemplum. Iudex Senen. hic existens, mandat tibi quod compareas coram iudice Florẽtino. Circa quod dicit Bal. in l. 1. ff. ne quis eum, qui in ius voc. vi exi. quod hoc casu, nisi tale præceptum fiat ad literas iudicis Florentini, non tenetur comparere, vt l. 1. §. sed si literas. & ibi per Bar. ff. de requiren. reis. & ff. de interdic. & relegat. l. relegatorum. §. 1. & quod ibi no. per Iac. de Ra. & sic patet, quod iudex vnius territorij, potest committere iudici alterius territorij, quod citet, vt dicit Bart. in d. l. 1. §. præsides. ff. de requiren. reis. Ad quod omnino vide, quod latius dixi in c. dilecti. supra de foro compe. in 2. princ. articu. versi. 12. quæro. sub 3. quæst. princ.

4 ¶ † Quartò quæro, vtrum iudex posit citare ad locũ turpem, vel inhonestum: puta, ad prostibulum seu lupanar, vel conquinam. ¶ Sol. Dic, quod nõ, per tex. in l. si cum dies. §. si arbiter. ff. de arbi. no. glo. in c. ex par. el 1. inf. de appel. & gl. in c. cũ locum. inf. de spons. & Spe. in ti. de cita. §. contra citationẽ. ver. item ꝙ sit ad locum. & Bal. in l. 1. ff. ne quis eum. facit l. properandum, & l. rem non nouam. C. de iudi. inf. de appel. c. qua fronte. & ff. de iudi. in l. si locus. & per Inno. in c. præterea. inf. eo. & ff. de interrogactio. in l. 4. ¶ Quod est verum, nisi partes consentiant: ad quod vide quod dixi supra, de foro compet. in c. fi. in 6. princ. articu. quod incipit, superest, vt iuxta pręmissum ordinem. prope finem capituli, per 2. vel 3. chartas, in secundo membro principali.

ver.6.fallit ibi, aduerte tamen. ¶ Et si locus est notoriè inhonestus, ipso iure non tenet citatio: nec est opus exceptione, aut appellatione. secus si hoc non esset notorium, ad quod vide, quod statim dicam in seq. quæstione.

5 ¶ † Quintò quæro, vtrum citatio posit fieri ad locum non tutum. ¶ Sol. Dic, quod non, per tex. in Clem. pastoralis, de re iudi. §. Pisana quoque ciuitas, & in c. accedens, vt lite non contest. Do. Ant. in c. vestra. de coha. cle. & mulier. col. 38. gl. pe. in fi. in cle. appellanti, de appel. facit c. si verò. de iureiur. Do. Anto. c. 2. inf. eo. Ang. l. 2. §. quod dicimus. ff. si quis cautio.

6 ¶ † Et no. quod dicitur locus non tutus multipliciter. ¶ Vno modo propter potentiam citantis, qui est fortè inimicus citati, vel etiam si potentes, qui habitant sont notoriè inimici ipsius citati. facit l. 3. cum tribus seq. ff. de dona. causa mor. & ff. ex quibus causis in pos. eatur. in l. Fulcinius. §. quid si latitare. & ff. de pe. l. mortis. §. si autem. probatur etiam in c. de cætero. inf. de senten. excom. ¶ Vel etiam si familiares potentis citãtis sint manifesti inimici: quia talis citatus non tenetur ibi comparere: nec mittere excusatorem: sicut nec tenetur quis ad talem locum legationem suscipere, vt l. sciendum. §. si accusatio. ff. de legatio. & tamẽ ad legationem suscipiendam, quis necesitatur, vt in l. fin. §. legati. ff. de mu. & hono. ¶ Facit etiam lex, liberi. C. de inoffic. testa. ¶ Si enim propter cõseruandam famam, quis non tenetur comparere in loco turpi, vt dixi in præced. quæstio. fortius, si est periculum mortis, vel persona lis iniuriæ, argum. l. si adulterium cum incestu. ff. de adult. ¶ Ita arg. Old. consi. 44. quod incipit, citatio. quia vt ibi dicit Old. ad imposibile nullo iure quis obligatur, & illa dicuntur imposibilia, quæ sine salutis periculo explicari non possunt. & ideo ad talem locum non tutum, quis comparere non compellitur. ff. ad Trebellia. sed & si alio. cum l. sequen. ¶ Item non solùm debet esse securus locus ad quẽ quis citatur: sed etiam per quem de necesitate iter peragendum est, vt no. glo. in verbo, securè. in Cle. 1. de foro competen. & per no. in cap. accedens. supra, vt lite non contesta. & probatur in c. veniens. 1. de accu. & ibi dixi in 5. notabili. & in c. de cætero. inf. de senten. excommu. ¶ Adde tamen, quia vt dixi in d. c. accedens. si accessus ad illum locum esset multiplex, non sufficeret probare vnum accessum non esse tutum, sed esset necessarium probare, q nullus ex illis accesibus esset tutus: aliàs probatio non concluderet necessariò. quod no. pro cautela retinenda in practica, siue fueris actor, seu reus, vt scias articulare. ¶ Item etiam alio modo dicitur locus non tutus, non solùm propter graues inimicitias, sed etiam per aliud simile periculum, videlicet propter aeris intemperiem: vt quia viget ibi pestis, vel simile periculum, vt no. glo. 23. distin. c. communis. & glo. & Docto. in c. cum dilecti. inf. de dolo & contum. & 74. distin. c. quorundam. facit l. habitatores. ff. locati. & est bonus text. in l. 2. §. pen. ff. si quis cau. per quem tex. se excusabat Grego. XII. cum esset citatus ad Concilium Pisanum, propter illius loci, & aeris intemperiem. vide quod dixi inf. de accusa. c. veniens. ¶ Et aduerte, quia debet esse locus securus, non solùm ipsi citato: sed etiam omnibus illis, qui debent pro eo interuenire in iudicio, vt in cap. ex parte, el primo, inf. de appella. Et sic debet esse tutus, non solùm principali, sed etiam testibus, aduocato, & procuratori. 33. q. 2. c. siue de coniug. 3. q. 9. c. hortamur. 2. q. 2. cap. fin. ff. de iudi. in l. si locus, no. glo. in d. c. ex parte. ¶ Aduertendum tamẽ, quia Inno. dicit in d. c. ex parte, quod sufficit, quòd locus sit tutus procuratori, licèt non sit securus domino: pro quo dicto videtur bonus text. in c. cum olim. inf. de testi. & ibi notaui. ¶ Sed Hostien. tenet contrarium dicens, quod imò exigitur, quòd sit tutus vtrique, & sic non solum domino, sed etiã procuratori, quia si esset securus soli procuratori, cogeretur dominus in causa ardua constituere procuratorem, contra cap. querelam. supra de procurato. ¶ Item, nec sufficit, quod locus sit tutus domino, nisi sit tutus procuratori: quia ex hoc sequitur, quod dominus priuaretur beneficio & potestate constituendi procuratorem, contra l. 1. ff. de procurator. ¶ Et hanc opin. sequuntur Io. And. Dom. Anton. Dom. meus, Io. de Imo. & Zabar. in d. cap. ex parte. el primo, de appell. & probatur per istum tex. dum dicit, tu vel tui. & etiam probatur in d. cap. siue de coniug. & est communis opin. ¶ Sed tu vide glo. in contrarium in verbo, fautoribus. in Clemen. 1. de foro compe. & est tex. etiam in cõtrarium, qui multum adstringit in d. c. cum olim. ibi dum text. dicit, partibus si poterit fieri, vel procuratoribus eorum ad locum securum, &c. Quare arbitror, quòd prædictæ opi. possent reduci ad concor. per distinctionem istam, quod aut locus est tutus domino & nõ procuratori, & tunc aut loquimur in causa, in qua quis non potest respondere per procuratorem, vt in l. pen. §. ad crimen. ff. de pub. iud. & in cap. veniẽs. inf. de accus. & ibi latisimè dixi: & tunc satis est, q locus sit tutus domino, licet non procuratori, ut de se patet. & sic procedat Glo. in d. Clem. 1. Aut causa est talis, quam quis potest exercere per procuratorem, & tunc procedat opin. Host. ¶ Aut locus est tutus procuratori & non domino: & tunc, aut causa est ardua, in qua quis non compellitur constituere procuratorem, & tunc locus debet esse securus vtrique, vt scilicet, dominus posit per se comparere si vult, propter causæ grauitatem: vel etiam per procuratorem si vellet.

¶ Aduerte tamen, quia in contrarium videtur fortiter obstare d. c. cum olim. vbi agebatur super statu ecclesiæ, & sic causa erat grauis. nisi diceres, quod esset talis causa, quę licet esset super statu ecclesiæ, tamen non erat grauis: vel si erat grauis, intelligatur quod sufficiat locum esse securum procuratori, si dominus non curat opponere, nec causam per se, sed per procuratorem vellet expedire. vel forte illud ibi procedit, quia iam ad dictã causam constituerat procuratorem. ¶ Aut causa non est ardua, & tunc satis æquè videtur sufficere, quòd locus sit tutus procuratori. ¶ Et vide etiam ad prædicta aliquid per Host. in c. interposita. de appel. & per Inn. in c. 2. de ope. no. nun.

7 ¶ † Et ex prędictis infertur, quod banniti vel exititij, non possunt citari ad locum, à quo sunt banniti vel exititij, vt dixi supra art. 5. quæst. 25. & aliquid tetigi, artic. 17. q. 11. ¶ Sed nunc aduerte: quia Angel. disputauit hanc quæstionem, & incipit quæstio

stio Bonon. sua ciuitate. & ibi Ange. in quarto dubio, dicit tenendum esse, quod si comparitio potest fieri per procuratorē, tenetur comparere: si tamen illum inuenit idoneum, vt l. Papinianus exuli. ff. de mino. & in l. & si per prætorem. §. 1. ¶ Si autem cum non inuenit, aut inuenit: sed tamen minus idoneū: tunc excusatur, quia paria sunt non inuenire, vel minus idoneum, aut non sufficientem inuenire, vt in l. idemque. in prin. ff. man. & hoc tenet gl. in l. fœminæ. ff. de proc. & Bar. in l. 1. §. si quis ipsi prætori, ff. de ope. no. nun. quod tamen intelligit Angel. si modo citatus timeret vim inferri soli personæ suæ propter bannum contra eum datum: secus si timeret vim inferri, etiam in ipsa causa priuata: quod contingit frequenter, quando quis est bannitus ex causa partialitatis, vel diuisionis ciuitatis, vel quando debet litigare cum multum potenti: quia tunc non tenetur ibi comparere, etiam per procuratorem: quia licet cesset timor personæ, non tamen cessat timor causæ. ¶ Et locus ad quem quis citatur, debet esse tutus omni respectu, tam personæ citati, quàm testium, aduocatorum, & procuratorum, vt sup. dixi. ¶ Sed tu aduerte, quia prædicta opi. Ange. non videtur mihi vera: quia ex quo citatus nullam habet suspicionem circa personam, sed solum circa reum, debet comparere, & sibi prouidere per viam recusationis ipsius iudicis, si iustam haberet recusationis causam. de quib. cau. dixi in c. super eo. el secondo, inf. de appel. nisi fortè intelligeremus dictum Ange. quòd esset metus de re, quam forte teneretur secum ducere, vel portare: ne fortè sibi in illo loco auferretur: quia tunc esset iusta causa non comparendi ad illum locum sic non tutum, & sic procedat opinio Ange. ¶ Et prædictam intelligit Ange. quando citatus se absentasset iusta ratione motus.

8 ¶ † Et an causa sit iusta, non potest dari certa regula, vel doctrina: sed hoc totum relinquitur iudicantis arbitrio, vt l. 3. ff. quib. ex cau. ma. iuncta sua glo. ¶ Sed contra prædictam decisionem opponit Ang. quod non debet talis causa releuare citatum, cum ipse fuerit causa sui banni: aut etiamsi locus non esset tutus, propter inimicitias, quibus ipse causam præbuisset, propter quod culpæ totum videretur suæ adscribendum, per l. si merces. §. culpæ. cum suis cōcor. ff. loc. ¶ Sol. Secundū Ang. d. culpa non est ordinata ad dictū casum, & ideo ipsius ratio nō est habenda. facit. ff. ad leg. Rho. de iac. in l. si vehenda. §. idem iuris. ¶ Ad quod vide, quæ latius dixi in c. fin. inf. de iniur. ¶ Sed tu potes dicere, quòd imò non habetur hic consideratio, an citatus præstiterit causam inimicitiæ: quia etiam si causam præstitit, non tenetur ire, argum. tex. in cap. de cætero. inf. de senten. excommu. facit, quod no. Bar. in l. 1. ff. de his quibus, vt indig. & Archid. in c. cum l. & A. inf. de re iud. & glo. Dom. Anto. & Do. meus in c. meminimus, inf. de accu. & in c. veniens, infra de spon. & in c. repellantur. inf. de accu. & vide ad hoc, quod ibi latius dixi. ¶ Si verò prædictus bannitus citaretur, vt personaliter compareat, aut quia natura causæ personalem comparitionem requireret: tunc cum ipse citetur ad locum non tutum, ad quem de iure cōparere non potest propter bannum: non tenetur in illo loco vllatenus comparere, per text. in d. l. de ætate. in 1. respon. & d. l. Papin. rectè intellecta. & si in citatorio apparet de banno, tūc dicta citatio continet manifestum iuris errorem, & sic est nulla ipso iure. aliàs si nō appareret, excipiendum esset de banno, & de loco non tuto: vel tutius esset appellare, secundum Ange. ¶ Ad quod vltimum vide, quod statim subijciam. vnde nota, quod ad allegādas prędictas causas loci non tuti, admittitur procurator et verbalis non admitteretur, si modo procurator habeat legitimum mandatum. hoc tenent Doct. maximè Io. de Imo. in l. pe. §. ad crimen. ff. de pub. iudi. & in l. seruum quoque. §. publicè. ff. de procu. & in l. reos. C. de accusatio. & in c. veniens. inf. de accus. & ibi latè dixi in 2. q. 2. quæst. prin. & ibi vide, quid si comparens & allegans locum non tutum admittatur sine mandato. ¶ Aduerte tamen, quia si notoriè constaret de loco non tuto, est necesse excipere seu appellare, secundum Docto. in c. accedens. inf. vt li. non contesta. & probatur in Clem. pastoralis. de re iudi. & ibi glo. in verbo, notoriè. ¶ Notat Innoc. in c. præterea. inf. eo. facit c. si duobus. de appel. & traditur in c. ex parte, eo. ti. tenet Old. consi. 44. facit quod no. Bal. in l. 1. ff. ne quis eum. per l. de ætate. ff. ad Treb. & si hoc excommunicaretur vel contra eum fieret missio in possessione, vel alias procederetur contra eum, tanquam contra contumacem non valeret. ad quod vide quod latius dicam, infra quæst. 21. Sed si notoriè de hoc non constaret, deberet quis mittere excusatorē, & si iudex vellet procedere, deberet appellare, & toties potest appellare quoties citatur ad locum non tutum, & quamuis etiam pluries citatus nō excepisset, nec appellasset: tamen iterum citatus posset excipere & appellare. ad quod vide quod latius dixi in c. ex parte. el 1. inf. de appel. & procedit appellatio non solùm de iure Canonico, sed etiam de iure Ciuili, ex quo talia pericula sunt irrecuperabilia, vt no. Ang. in d. q. Bon. per l. ante sententiæ tempus. C. quorum appel. non recip. & l. si quis prouocationem. & ibi per glo. C. de ap. ¶ Sed circa prædicta quæro, quid si iudex citans vellet dare saluum conductum, seu securitatem citato: an teneatur comparere.

9 ¶ † Sol. Tex. est, quod non, in c. accedens, el 2. sup. vt li. non contest. facit c. literas. inf. de resti. spol. ¶ Sed tu aduerte, quia hæc quæstio præsupponet aliam quęstionem, istam videlicet, vtrum iudex, qui citat, posset talem securitatem concedere: in qua. q. variæ fuerunt opi. quas latius prosequitur Ange. in d. q. quæ incipit, Bon. in 6. dubio. vbi quasi sic formaliter dicit. ¶ Quidam indistinctè tenent, quod iudex non possit talem securitatem concedere, per tex. in Auth. de mand. Prin. §. neque autem homicidijs. sed ille tex. nihil facit, secundum Moder. loquitur enim solùm de fidantia, seu securitate data bannito per partem, quæ non est seruanda, quādo non est in partis potestate affidare bannitum, vt l. 1. §. non fuit. ff. de dolo. & quia ibi fidantia concedebatur ad euasionem criminis, & vt impediretur eius cognitio. ¶ Sed quęstio nostra procedit, quando securitas datur à iudice, & ad finem vt veritas criminis habeatur. ¶ Old. verò tenet, ꝙ possit dari talis securitas per iudicē, si causa est talis in qua non admittatur procurator, per l. 1. §. remouet. ff. de postul. vbi deportatus remouetur à postulando, nisi pro se. & per l. is qui reus. ff. de pub. iud. iuncta glo. ¶ Deinde dicit

dicit Ang. quod superuenit magister & præceptor suus Bar. qui indistinctè tenet iudicem dictam securitatem posse concedere, per d. l. is qui reus. iuncta glo. ¶ Mouetur etiam, quia quo ad inuestigandum crimen, personæ præsentia multum operatur, vt scilicet, posit iudex inspicere, qua conscientia, aut qua trepidatione, vultus pallore, vel rubore loquatur, vt l. de minore, §. tormenta. ff. de quæst. ¶ Sed ipse Angel. finaliter concludit tenẽdum esse, quod si iudex habet iurisdictionem ratione proprietatis, qualem habent Reges, Duces, Marchiones, Comites, Barones, & similes: seu alij, qui saltem de facto superiorem non recognoscunt, & sic tunc solùm tractatur de præiudicio iurisdictionis eorum, & tunc talem securitatem liberè concedere possunt, per l. relegati. ff. de pœn. & sic intelligatur opi. Bar. sed si iudex iurisdictionem haberet ordinariam, vel delegatam, à suo superiore concessam, prout videmus in Potestatibus & Officialibus ciuitatum, vel locorum: vel &c. vt sunt Antiani, Priores & Consules, tales non possunt talem saluum conductum concedere aduersus cognitionem criminum, ante executionem sententiarum: ne sic in alienam messem, & in alterius præiudicium videantur falcem immittere. arg. l. pe. ff. de aqua plu. arcen. & infra de iureiur. c. ad aures. & per Bart. in l. 1. ff. à quibus appel. non licet. ¶ Et sic potest intelligi opin. Old. ¶ Subdit tamen Ang. quod vbi causa potest per procuratorem expediri, nõ est necessaria securitas: quia superuacuè impetraretur & concederetur, per l. quod vulgo. ff. de contra tab. & l. hi, qui. ff. de secun. tab. ¶ Vbi verò per procuratorem expediri non potest, iudex de causa cognoscens, ad inuestigationem criminis potest securitatem concedere: quamuis hoc nõ procedat siue dubio, secundum Ange. si se intromitteret de iurisdictione superioris: nisi diceres, quod intromittat se, non principaliter, sed per modum incidentiæ seu emergentiæ: per quem modum posset etiam se intromittere de his, quæ pertinent ad iurisdictionem alterius. arg. l. quoties. ff. de iud. dummodo sit prædictorum capax: alias secus. ¶ Ponit exemplum de iudice seculari, qui quandoque incidenter se intromittit de matrimonio, quod est quid spirituale, vt traditur in c. lator. infra qui filij sint legi. & in c. tuã. infra de ordi. cogni. ¶ Sed ad id quod dicit Ang. de procuratore distinguendo, an causa sit talis, in qua posit interuenire procurator, vel non, dic melius, vt supra dixi.

10 ¶ † Et sic habes ex prædictis, an iudex posit talem securitatem concedere. Quare nunc posito, quod simus in casu, quo posit talem securitatẽ concedere, redeundo ad principale propositum dubitatur vtrum virtute talis securitatis citatus teneatur comparere &c. communis opin. Doct. est, quod non per tex. in d. c. accedens. el secondo, & in d. c. literas. tenet glo. 1. in fi. in d. cap. ex parte. el primo, inf. de appel. etenim parua ac fragilis est securitas, quæ in paruo papyro, aut membranis continetur. & idem tenet Io. And. in cap. cum R. supra de offic. delega. ¶ Et nota singulariter, quòd vbi locus non esset tutus propter inimicitias potentũ in illo loco, & pars vellet comparere, iudex volentem comparere tenetur facere associari eius proprijs expensis, ita dicit Bal. in l. data opera. C. qui accusa. non poss. col. 12. per l. fi. C. de erogat. mil. anno. lib. 12. Sed aduerte, quia ille tex. probat, quod salarium debet soluere iudex: sed expensas, dictus debet soluere associatus, vide ibidem. ¶ Posset tamen etiam iudex citari facere inimicos illius, & compellere eos ad præstandum fideiussores de nõ offendendo talem citatum comparentem, secundum ea quę traduntur per Guliel. & Barto. in l. illicitas. §. ne potentiores. ff. de offi. præsi. & per Cy. & Bar. in l. denunciamus. C. de his, qui ad eccle. confug. & per Do. M. in rubr. de treuga & pace, facit quod no. in c. literas. de restit. spol. 32. q. 1. c. de benedicto, & per Bar. in l. furiosi. C. ad l. Iuliam maiest. & per Gambarium, & Bar. in l. 1. C. in quib. cau. colo. censi. lib. 11. & in l. æquissimum. ff. de vsufruc. & per Dy. in l. 2. ff. sol. matr.

11 ¶ † Sexto quæro, vtrum valeat citatio facta ad locum nimis longinquum. ¶ Sol. Hæc quæstio non procedit in ordinario: quia ordinarius potest citare subditum, ex quocunque loco etiam satis longinquo: & ad quantumcunque longissimum: dummodo aliud canonicum non obsistat. ¶ Sed procedit quæstio respectu iudicis delegati apostolici, de quo dicendum est, vt traditur in c. nonnulli. supra de rescriptis, & ibi per Doct. in cap. statutum. de rescrip. lib. 6. & per Spe. & Ioan. And. in addi. in tit. de cita. §. contra citationem. in princ. per vnam colum. & vltra, & latius ego tractabo in tit. de rescrip. vel in tit. de offi. deleg.

12 ¶ † Septimò quæro, vtrum quis posit citari ad locum minus insignem. ¶ Sol. Dic, quod hęc quęstio similiter non procedit in ordinario, sed in delegato. de quo dicitur non posse fieri citationem ad locum non insignem, & vbi non posit haberi copia peritorum, vt d. c. statutum. §. 1. de rescrip. lib. 6. & per Spe. in d. §. contra citationẽ. versi. Item quod fit ad locum. ¶ Et posito, quod delegatus ad talem locum nõ insignem, ad quem citat, duceret secum tot peritos viros, quot sufficiũt sibi & partibus: non tamen tenetur citatus ad illum locum comparere, vt no. Spe. in tit. de citatio. in d. §. cõtra citationem. ver. quid si locus in se. Ego forte dicam in tit. de lega. Et ibi dicam, quis dicatur locus insignis. tradit Spe. in d. §. contra citationem. vers. sed quæ loca.

13 ¶ † Octauò quæro, an exigatur specificatio loci: & an sufficiat alternatiuè specificare: & quid si nulla fuit facta specificatio. ¶ Quo ad primũ dic, quod requiritur specificatio clara, ita quod si sint plura loca eiusdem nominis, non videretur legitimè facta, secundum Spe. in d. §. contra citationem. vers. item est facta, per c. fi. supra, de rescrip. ¶ Quod intellige verum, nisi per aliquas circumstantias aliter declaretur, vt statim subijciam, & sic ex prædictis patet determinatio secundi, quod non debet fieri alternatiue, videlicet ad talem vel talem locum, secundum Spec. in d. §. contra citationem. ver. quid si fiat alternatiuè, per cap. 1. infra, de plus peti. ¶ Quo ad tertium, quando nulla esset facta specificatio loci, dic quod valet: quia censetur quis citatus ad locum soliti tribunalis, & in quo iudicare consueuit, vt no. glo. Pet. in prin. in c. fi. supra, de rescrip. & probatur in l. si locus. ff. de iudi. & in l. si cum dies. §. si arbiter. ff. de arbi. & arg. l. si vt proponis. la seconda. C. quomodo & quando iud. ¶ Et ita debet intelligi & limitari, quod dixi in princ. istius quæst. & etiam in casu

casu præcedenti. nam (iudicio meo) si aliquis ex illis locis est locus in quo cõsueuit iudicare, ad illum tenetur comparere: nec alibi tenetur quærere iudicem, vt etiam sentit Innoc. in c.consuluit. supra, de offi.deleg. ¶Quod tamen procedit, nisi fortè alius locus ex alijs circumstantijs certificaretur, secundũ do. Ant. in c.fi.de rescrip. & vide Bar. in l.si vt proponis, la seconda, C.quomodo & quando iudex. vbi dicit, quòd si est iudex ordinarius, intelligitur quis citatus ad locum maiorum, per l. penul. ff. de iusti.& iure. Si vero est delegatus, si quidem à Princ. deputatus est locus, de illo intelligo, casus est in d.l. si vt proponis. Et ista est practica, quod delegatus eligat sibi locum, & tunc omnes citationes intelliguntur relatæ ad illum locum, vt d.l.si vt proponis. Si vero locus non est deputatus, & locus vniuersalis ciuitatis, non debet inseri in citatione, quia intelligitur de loco, in quem facta est commissio. l.non distinguemus.§.si arbiter.ff.de arbi. Locus vero particularis ciuitatis est inserendus in citatione, vt l.ita stipulatus.in princ.ff.de verb.oblig. secundum Bart. in d.l.si vt proponis.

14 ¶ † Quæ autem remedia competant citato ad locum æquiuocum, dicit do. Anto. in d.c.fi. supra de rescrip.col.pen. quod remedium est, vt ante terminum petat declarari per iudicem locum, vel compareat per diuersos procuratores in ambobus locis: vel ipse compareat in vno, & procurator in alio, facit quod dixi de appellatione interponenda ad diuersos iudices, in c.1. de appel.

15 ¶ † Nonò quæro de effectu citationis factæ ad locum nõ legitimum, vtrum vigore talis citationis citatus teneatur comparere, & non comparens reputetur contumax. ¶Sol. Dic vt latius dicam infra in 31.princip.artic.

¶Et ex his Deo duce, est expeditus decimusoctauus princip.artic.

SVMMARIVM.

1 *Citationis commissio, quo tempore, & ad quod tempus fieri possit.*
2 *Citatio causæ cognitionem non exigens, omni tempore committi potest.*
3 *Citatio quando possit die feriato committi.*
4 *Ius prohibens citationem non solum respicit effectum, sed etiam ipsum principium.*
5 *Citatio dicitur fundamentum iudicij.*
6 *Citatio per Pontificem facta, fieri potest etiam die in honorem Dei feriato.*
7 *Citatio die feriato facta, requirit expressionem causæ die feriato tractabilis.*
8 *Actus citationis, qui fit per nunciũ, an possit fieri die feriato.*
9 *Citatio potest die feriato fieri, casu quo celeritas compellat.*
10 *In casu Clem.1. de foro compe. potest fieri citatio die feriato.*
11 *Relatio nuncij an possit fieri die feriato.*
12 *Citatio facta ad diem feriatum, an semper sit valida.*
13 *Citatio continens errorem, an sit valida.*
14 *Citatio facta vt citatus cõpareat vsque ad talem diẽ, quæ dies est feriata, an & quando teneat.*
15 *Citatio facta per numerum comprehensiuum dierum, si vltima sit feriata, an sit valida.*
16 *Citatus ad diem quo non tenetur comparere, an teneatur comparere in alium diem.*
17 *Citatio facta sine temporis expressione, an sit valida.*
18 *Citatus absque termino debet quãto citius potest comparere.*
19 *Citatio facta ad certum terminum alternatiuè comprehensum, quando teneat.*

ARTICVLVS XIX.

DECIMONONO principali articulo tractandum est, quo tempore, & ad quod tempus possit fieri citatio. circa quem articulum prosequar infrascriptas quæstiones.

1 ¶ † Primò igitur quæro, quo tempore debeat fieri commissio citationis. ¶Sol. Dic, quod debet fieri hora debita, & tempore debito. ¶ Debet enim fieri tempore, quo iudex potest sedere pro tribunali: & fit ab ortu solis vsque ad occasum, vt in Auth. de iudicibus.§.federunt. & in c.consuluit. supra de offi.deleg.tenet Spe.in tit.de cita.§.contra.ver.item quod est facta hora. Ita simpliciter pertranseũt Docto. quod an procedat de honestate, vel necessitate, vide quod traditur in dictis iuribus. sed posito, quod etiã procedat de necessitate, ego tamen hoc intelligo respectu citationis, quæ exigit causæ cognitionem, & quę non indigeat celeritate: sed si indigeret celeritate, puta, si debitor esset suspectus de fuga, arbitror quod sicut potest fieri die feriata, & propria authoritate, vt traditur in l.ait prætor. §.si debitorem.ff.de his, quæ in frau.credi. & dixi supra artic.4.q.2. ita & iudex possit committere. est enim regulare, quod ea, quę celeritate indigent, quolibet possint tempore agitari, etiam die feriato in honorem Dei, vt traditur in c.fi. infra de fer. & in c.fi. supra de iudi.& ibi per Do.M.& in l.1.§.nunciatio.ff. de ope.no.nunc. de qua materia latius dixi in tit.de fer.artic.7.per plures fallentias, secundum quas potest etiam regulari quod dictum est.

2 ¶ † Et ex prædictis ego infero, quòd citatio quæ committeretur fienda per epistolam, aut campanam, vel alium modum, qui non exigeret causæ cognitionem, posset fieri etiam omni hora, & omni tempore.

3 ¶ † Item secundò debet fieri citatio tempore nõ feriato, in hoc tamen est maxima dubitatio propter varias sententias Doct. Iacob. enim de Aret. vult, quod non valeat, per l.dies festos. C. de fer. idem tenet Spec.in tit.de fer. ver. Item, quod est facta.& tenuit Dyn.in l.1.§.nunciatio.ff.de oper.no.nunc. & ita dicit Cyn. se audiuisse à Dy. mouetur: quia hæc citatio seu commissio, respectu iudicis est quædam sentẽtia interlocutoria: ergo die feriata valere non debet, vt in cap.conquestus.infra de fer. ¶ Et idem etiam si dicatur, quod non est sententia: quia saltem est de processu, vt in cap.quoniam contra. infra de probat. de quo dicam infra, articulo 31. processus vero tali die habitus, nullius est momenti, vt d.cap.conquestus. & idem tenet Spec.in titu.de citat.§.1.ver. Item excipitur, quod est facta in die feriata.& est communis opin. Doct. secundum Ioan. And.in d.cap.conquestus. & ista opin. originaliter fuit Franc. Accur.in quadã parua additione, in d.l.

dies

dies festos. C.de fer. per iura prælllegata. ¶ Mouetur per dictam l. præsenti. cũ tale præceptum de citando, sit quædam sententia comminatoria. facit etiam secundum Dyn.l.si minor.ff.de fer.expor.

¶ Alia verò fuit opinio Dyni, qui tandem mutauit sententiam, & tenuit, quod citatio talis valeat. argum.l.si cum vxori.in fi.cum l.sequen.ff.de do.inter virum & vxor.& quia generalis consuetudo hoc tenet,& minimè sunt mutanda &c.vt in l.minimè. ff.de legib.& idem etiam tenuit Pet.de Bellapertica & sequitur Cyn.in d.l.dies festos.& Ioan.Andr. in d.cap.conquestus. mouetur, quia citatio,cuius executio confertur in tempus à iure concessum, procedit. quod sic probatur: quia idem iuris est de tempore & loco,vt l.vinum.ff.si certum peta.sed l.cauetur,quòd actus, qui exercetur in loco minus habili, si eius effectus conferatur in locum habilem, valet, vt l.fin.de offic.præfec.vrb.& l. omnes. §.si verò apparitor. C.de episco.& cler.ergo &c.de quo tamen aliter dic vt latius dictum fuit in 27.& 28. princip. articulo.

¶ Nec obstat d.l.dies festos. C.de fer. & d.l.præsenti.C.de his,qui ad eccles.confu.& alia similia iura: quia respondetur,quod respectu istius commissionis,cum talis actus sit interlocutorius, & non requirat causæ cognitionem,vt l.à procedente. C.de dila. ergo debet posse fieri die feriata, vt in l.actus. C.de ferijs. ¶ Sed Iaco.But.disputando tenuit primam opin.quod non valeat. nec obstat,quod talis citatio conferatur in tempus permissum, & sic uideatur valere: quia illud verum,quando suspenditur actus & eius effectus, vt in contractibus conditionalibus,vel sub die incerta, vel in vltimis voluntatibus,vt d.l.si cum vxori.in fi. & in d.l.in tempus, sed in casu nostro non suspenditur actus: sed eius effectus, quia citatio est pura, licet cõferatur in diē. ergo inspicimus tẽpus pręsens, vt in l.cedere diem. ff.de verborum signific.¶ Sed tu ex mente Oldr.& Bart.& Dom.mei,distingue,quòd aut loquimur in ferijs indictis in honorem Dei, aut in vtilitatem hominum,aut etiam secundum Dom.meum in ferijs repentinis.

¶ Primo casu, vidisti in supradictis varias opi.

¶ Sed Oldr.quem sequitur Bart.in l.1.§.nunciatio.ff.de no.oper.nuncia.& Bald. in l.2. C.in quib. cau.in integ.restit.non est neces.& in l.1.ff.de fer.& Io.Cal. Dom.Anto.Zab. & Moderniores in cap.fi. infra de ferijs, tenent,quòd talis citatio non valeat,

4 quia † ius prohibens citationem,non solùm habuit respectum ad effectum: sed etiam ad ipsum principium.vnde licet quando prohibetur actus respectu effectus,satis sit, quòd conferatur in tempus cõcessum,vt d.l.si cum vxori.& d. l.in tempus. & cap.de vxore.inf.de sepul.tamen quando prohibetur non solum effectus,sed etiam ipse actus,non sufficit effectum conferri in tempus permissum: cum actus sit gestus tempore prohibito. Nõ enim est satisfactum iuri.arg.c.fi.inf.de rest.spol.& l. Fulcinius,post prin. ff.quib.ex cau.in pos. eatur. quòd hoc prohibeatur principium,patet in d.l.dies festos.facit etiam,quia licet citatio non arctet ad comparendum tunc: tamen arctat pro tunc,& afficit citatum,& quodammodo eum prouocat ad iracundiam,& indignationem, & sic aliqualiter abstrahitur à contemplatione, & idem etiam dicendum est in iudice: quia licet cum debeat intendere diuinis, non debet facere præceptum citando: quia licet non exigatur cognitio inter partes, tamen intra se debet aliqualem

5 adhibere cognitionem. † Item quia negari non potest,quin citatio sit de processu,& fundamẽtum iudicij,vt in c.quoniam contra.inf.de proba.supra de const.c.ecclesia.supra de mai.& obe.cap.inter quatuor.& Inst.de pœ.teme.lit.§.fi.traditur in rub.ff.& C.de in ius voc.& eandem opin.tenuit Pe.de Saxo. in d.c.fin.de fer.& Archid.15.quæst.4. c.placita pe. d.l.fin.C.de fer.& 5. q.2. cap.1. & etiam tenet Do. meus in d.c.fi. dicit tamen Bart. quod si quis vellet seruare opi.Dy.& sequaciũ, posset dicere,ꝙ illa l.si loquitur in dieb. Dominicis,quasi secus sit in alijs. & idem Cal.in d.cap.fin.pro quo facit: quia illa die Deus in creatione mũdi ab omni opere requieuit, vt habetur.1.Genesis,& in c.licet.inf.de fer.sed tamen tam Bart.quàm Cal.non uidentur approbare, quòd sit speciale in diebus Dominicis: sed potius stare in eo,quod dixi,quòd non valet dicta citatio. ¶ Et hæc etiam opi.placet Io.de Imo.in d.c.fin.nisi consuetudo aliter habeat,quòd citatio ualeat: quia ex quo sunt opinio.consuetudo potest operari,scilicet quod valeat supra de consuet.cap.cum dilectus. ¶ Et idem etiam tenet Io.de Imo.in d.§.nunciatio. ¶ Et mihi placet,vt cessante consuetudine talis citatio regulariter non valeat: quia lex resistit initio, ut d.l.fi.C.de fer.ibi dũ tex.dicit, taceat apparitor &c. & ibi, nulla quenquam vrgeat admonitio &c.¶ Et ibi,sileat horrida vox præconis &c. facit etiam l.potior.& l.qui balneum.ff.qui pot.in pigno.hab. & c. si eo tempore.de rescript.lib.6.& l.minor. ff.de ferijs expor. Item facit: quia vt dicit Oldra. in actibus iudicialibus spectamus initium, vt l.fin. C.qui legi. perso. & in l.3.§.scio. ff. de mino. & in l. vniuersi. C.qui da.tu.pos.tradit Oldr.consil.88.& quia summa est ratio,quæ pro religione facit. ff.de religio.& sump.fune. l.sunt personæ. & quia negari non põt, ꝙ talis citationis commissio non sit de processu, ut dixi.& dato, quòd non exigatur causæ cognitio inter partes in hac citatione committenda: tamen ut dicit Do.Ant.exigitur quædam cognitio in iudice quo ad se,qui debet discutere,an id fieri debeat, & maximè si in commissione assignetur terminus,qui habetur pro termino deliberatorio: videlicet quando mittitur citatio cum copia libelli,vel rescripti,vt in cap.præterea.inf.eod.dicam latius inf.in materia dilationum.

¶ Et vide etiam ad prædictas opin.Host.in Sum in ti.de fer.§.& an ferijs.in prin.¶ Aduerte,quia prędicta regula fallit.

6 ¶ † Primò fallit,vt arbitror,in citatione,quę fieret per summum Pontificem.arg.c.veniẽs.inf.de accusa. Nec obstat, quòd hoc uideatur esse iuris diuini: maximè in diebus Dominicis: quia propter varias opi.si toleratur cõsuetudo,vt supra dixi,fortius videtur hoc tolerari,cum Papa sit supra consuetudinem,& etiam supra l.scriptam,vt in l.Princeps.ff.de legi. & quod traditur in c.in nostra. inf. de sepul.& in c.1.de const.lib.6.

7 ¶ † Secundò fallit,quando in citatorio exprimeretur casus, qui posset tractari etiam tempore feriato in honorem Dei, vt si esset causa alimentorum

vel

vel carceratorum, aut alia similis causa, quæ indigeret celeritate, secundum ea, quæ superius tetigi, & latius dicam in titu. de fer. tenet Hug. Berch. in d. c. fin. infra de fer. ¶ Secundo vero casu principali, cũ loquimur in ferijs inductis in fauoré, ac vtilitatem, seu ob necessitatem hominum: dicendum, quòd talis citatio seu citationis cõmissio facta per iudicem tenet: quia citatio hoc casu, solùm prohibetur respectu exercitij, & sic respectu finis ipsius citationis. Non enim prohibetur hoc tẽpore fieri citatio: sed citatus non compellitur comparere, vt l. 1. ff. de fer. ¶ Et hanc opin. tenent communiter Docto. Dom. Ant. Io. de Imo. Zab. & Dom. meus. ¶ Tertio vero casu, quid iuris si feriæ sint repentinæ, tangit Do. meus in d. c. fi. & ibi concludit, quòd talis citatio fieri non possit: quia Imperator mandat sub eadem veneratione has ferias obseruari, quasi solennes, vt l. omnes dies. C. de fer. Debent enim tales ferię cum lætitia celebrari, & ideo non debet quis aliquo modo per citationem ad iram aut molestiam prouocari, nec iudex talibus debet insistere, secundum Do. meum, quod tamen limito, nisi essemus in casibus, in quibus talis citatio posset committi etiam tempore feriato in honorem Dei, & quæ dicantur feriæ repentinæ, dicam inf. in rub. de ferijs.

8 ¶ † Secundò principaliter quæro, vtrum actus executionis intimationis cõmissæ citationis, quam facit nuncius possit fieri die feriato. ¶ Sol. Dic, quod in omnibus casibus in quibus ualet commissio per iudicem facta tempore feriato: fortius valet executio. in alijs vero casibus, in quibus commissio citationis facta tempore feriato, non tenet, nec etiã tenet executio, & sic citatio facta per nuncium, & ita concludit Dom. meus in c. fi. inf. de fer. loquitur tamen ambiguè: quia primo videtur velle, quod dictum est. Postea verò videtur mutare sententiam, quod valeat. & licet ipse loquatur de ferijs in vtilitatem hominum: tamen ipse assignat rationem, per quam idem concluditur in inductis in honorem Dei, videlicet: quia in tali executione non exigitur aliqua causæ cognitio, vt l. sed si interpellatur. §. 1. ff. de arbit. & in cap. quoniam contra. de proba. ¶ Et istam opin. finaliter tenuit Dyn. in l. 1. §. nunciatio. ff. de ope. no. nun. Pro qua opin. facit l. miles. §. sexaginta. ff. de adul. & tenet Hug. in c. fin. inf. de fer. & Bal. in l. 3. C. in quib. cau. in integ. restit. non est necess. Nisi fortè esset dies Dominica, secundũ quosdam: quia tunc silere debet horrida vox præconis, vt supra dixi. ¶ Item procedit, si loqueremur in citatione verbali: secus in reali, seu actuali executione, & captura personæ, vel pignorum: quæ non potest fieri die feriato in honorem Dei: licet fieri possit die feriato ob utilitatem, vel necessitatem hominum, vt tractatur in c. fin. supra de iudi. ¶ Mihi uidetur, quod satis esset catholicum tenere, quòd nulla citatio, etiam verbalis, possit fieri tempore feriato in honorem Dei, maximè die Dominica: quia tex. d. l. fin. C. de fer. dicit, taceat apparitor, sileat horrida vox præconis, & nulla quenquam vrgeat admonitio, per quod uerbum ibi hoc tenet Bal. quæ conclusio maximè procedit, si citationis commissio facta esset tempore feriato in honorem Dei: quia cũ non teneret commissio, per consequens nec teneret executio, & quicquid ex illa commissione sequeretur, vt l. non dubium. C. de legi. & in c. qualiter. supra de elect. & in c. fin. inf. de rerum permut. 25. q. 2. c. Imperiali. & sic reperio tenere Bal. in l. 1. ff. de fer. Prædicta tamen conclusio fallit.

9 ¶ † Primò fallit in casibus celeritate indigentibus: quia debitorem fugientem posset nuncius et tali die realiter citare, & capere, & ad iudicem ducere: non vt cognoscatur, sed vt carceretur, per no. per gl. in l. dies festos. C. de fer. quæ hoc dicit, & nõ est alibi, secundum Bal. & communiter sequuntur Doct. ibi, & Bar. in l. ait Prætor. §. si debitorem. ff. de his, quæ in frau. cred. & Ange. l. qui restituere. in fi. ff. de rei vend. & eadem ratione propter suspicionẽ dicit Bal. in d. l. dies festos. quod posset fieri tali die sequestratio rerum, vide quod dixi inf. de ferijs. art. 7. fallen. 33. ¶ Et uide quod dixi supra eod. articu. 17. quæst. 12. Idem etiam dicerem: si actio esset peritura, & per citationem perpetuaretur, per ea, quæ dixi inf. de fer. c. fi. artic. 8. quæst. 2. fallen. 16. & seq. & vide clarius, articu. 8. q. 1. in secundo membro. q. 19. fal. 23.

10 ¶ † Secundò fallit prædicta cõclusio in casu speciali Cle. 1. de foro comp. vbi talis executio citationis fit diebus festiuis. ¶ Et hæc procedunt in tempore feriato in honorem Dei, sed in ferijs inductis in vtilitatem hominum, non est dubium, quòd fieri possunt ea, quę superius dicta sunt.

11 ¶ † Tertiò principaliter quæro de relatione nũcij, vtrum possit fieri tempore feriato. ¶ Sol. Dic, quòd in omnibus casibus, in quibus potest fieri cõmissio citationis, & ipsius executio tempore feriato, potest etiã fieri relatio: sed in his casibus, in quibus commissio citationis fieri non potest tempore feriato, similiter non potest fieri relatio. ¶ Sed Bal. in l. 3. C. in quib. cau. in integ. resti. non est neces. dicit, quòd talis actus uidetur non posse fieri; quia debet fieri in iudicio, & apud tribunal. in contrarium tamen facit, quia sicut potest nuncius citare, ita videtur posse referre. ¶ Subdit tamen Bal. quòd practica rationabiliter obseruata est, quòd istæ relationes fiãt tẽpore iuridico: quia talis relatio est quoddam testimonium ipsius nuncij. infra de appel. cap. cum parati. & ideo debet fieri tẽpore iuridico. Non tamen requiritur præsentia partis eo, quod frustra requireretur: cum non possit contradicere nũcio, quo minus relationem faciat. & hæc opinio mihi placet: nisi in casibus, in quibus potest fieri cõmissio, & executio tempore feriato in honorem Dei: quia tũc potest etiam fieri relatio, & sic procedunt prædicta in tempore feriato in honorem Dei: sed in feriato ob necessitatem hominum, non est dubium, quòd potest fieri, per ea, quæ dixi sup. in præced. quæst.

12 ¶ † Quartò quæro principaliter de tempore, ad quod citatus iubetur comparere, vtrum ualeat citatio, si tempus illud non uideatur iuridicum, seu legitimum. ¶ Sol. Distinguẽdum arbitror, quòd aut citatio præcipitur, vt compareat de nocte hora causarum non debita: puta, quòd compareat hora secunda, vel tertia noctis: & non videtur valere, quia citatio est notoriè illegitima. ita tenet Dom. in cap. consuluit. supra de offic. delega. super glo. in verbo, tenebris. allegat etiam no. in Clemen. pastoralis. §. Pisana. de re iudic. ¶ Quod tamen ego intelligo, nisi

nisi celeritas aut causæ necessitas aliud suaderet, vel exigeret, secundum ea, quæ dixi supra eod. art. q. 1. in prin. ¶ Aut citatio committitur, & fit ad horam incongruam alio respectu: puta, ad tempus feriatum. ¶ Et subdistingue, quòd aut commissio emanauit tempore feriato in honorem Dei, seu tali tempore, quòd non valuit commissio, & hoc casu, pariter dicendum arbitror, quod non ualeat citatio ad talem diem: quia si non valet tunc facta ad diem nō feriatam, secundum opinionem, de qua dixi supra eo. art. q. 1. longè minus debet ualere, si facta est ad diem feriatam. ¶ Aut fuit facta commissio citationis tempore non feriato, ad diem feriatum, & vtrum ualeat, tex. videtur probare, quod sic, in c. veniens. de accus. & in Clemen. 1. de foro competen. ¶ Sed aduerte: quia circa hanc quæstionem glos. & Docto. sunt varij, prout de materia tractatur per glo. & Archid. 15. q. 4. in c. placita. & per Docto. in c. fin. de fer. & per Legistas in l. 3. C. in quib. caus. in integr. rest. non est necess. & per Specu. in titu. de cita. §. 1. versi. item excipitur. & de dilatio. §. 1. ver. sed pone, & per d. Dom. & Io. de Imo. in c. cupientes. §. quòd si per viginti. de elect. lib. 6. & per Dyn. Bart. & Ioan. de Imo. in l. 1. §. nunciatio. ff. de ope. noui nunc. & per Ioan. de Imo. in Clem. 1. de foro compet. super glo. in uerbo, festiuis. ¶ Et ex omnium dictis pro concord. multarum opin. prosequar tria membra.

¶ Primum membrum, quando fit citatio ad certam, sed specificam diem, seu pro certa die feriata.

¶ Secundum, quando fit citatio vsque ad talem diem, quæ dies est feriata.

¶ Tertium, quando fit citatio per comprehensiuum numerum dierum, vtputa, intra decem dies, vel intra mensem, & ultima dies cadit in diem feriatam.

33 ¶ † Circa primum membrum, Inno. in cap. fi. infra de fer. distinguit, quòd aut est expressus error in citatione: puta, vt compareat die Dominica, & nō valet. Aut non est expressus error: vtputa, si dixit, compareas decima die præsentis mensis, quæ decima dies est feriata. ¶ Et hoc casu, citatus tenetur comparere die sequenti: quia duo uidentur mandata, videlicet vt compareat, & vt illa die cōpareat, arg. c. dilecti. infra de dolo, & contuma. & optimè probatur in l. Celsus. ff. de arbit. vnde si non potest cōparere in illo termino, debet postea quàm citius potest comparere, & per hanc rationem subdit Innoc. idem dicendum etiam, si dies feriata fuisset expressa. & sic recedit à primo dicto. pro quo allegat c. exposuit. inf. eo. & c. cum ex literis. supra de restit. in integ. & c. cum dilectus. infra de dolo & contum. ¶ Sed tu aduerte: quia videtur posse distingui, quòd aut citatio emanauit, vt die Dominica veniret responsurus: aut emanauit, vt compareret: non adiecto hoc, quòd veniret responsurus. emanauit simpliciter, quia simpliciter citatur pro tali die: nec adijcitur, ad respondendum uel comparendum.

¶ Primo casu, citatio tenet, vt no. glo. 15. q. 4. c. placita, & sic intelligitur l. 2. in fi. ff. si quis in ius vocan. non ierit. quod procedit, si illa dies est feriata in honorem Dei: sed si esset feriata in vtilitatem hominum, valeret in se: licet inuitus non cogeretur respondere, secundum ea, quę notantur in l. 1. ff. de feriis. faciunt quæ dixi supra in tribus q. præced. & dicam latius in ti. de fer.

¶ Secundo casu, quando citatur, non vt respondeat: sed vt compareat illa die, & hoc casu fuerunt opi. Nam gl. in d. c. placita. & Spe. in ti. de cita. §. contra. ver. excipitur, quòd citatio fit ad diem festiuam, tenēt, quòd valeat: quia potest se præsentare dicta die, processurus postea sequenti die iuridica. Sed contrarium tenuit Host. in hoc, & in seq. casu, per ea, quæ ibi dicam.

¶ Tertio casu, quādo citatio simpliciter emanat pro tali die: nec dicitur ad respondendum vel comparendum. gl. in d. c. placita, & quidam alij tenent, quòd talis intelligitur citatus, vt compareat, non autem ut respondeat, & sic citatio videtur valere, secūdum quod statim dictum fuit, pro quo facit l. quoties. ff. de verborum obl. & de reb. dub. & de reg. iu. vt in dubio accipiatur intellectus, per quem actus magis valeat, quàm pereat, vt ibi. Et hæc op. procedit intelligendo, quod valeat citatio facta pro tali die ad comparendum, vt dixi in casu præcedenti. ¶ Sed contrariam opin. tenet Inno. in c. præterea. infra eo. & Pet. de Bellapertica, & Cyn. post eum, in l. fi. C. de fer. quos refert Io. And. in d. c. fi. inf. de fer. ¶ Et Io. Cal. ibi, & Specu. in d. ver. Item excipitur, quòd citatio fit ad diem feriatum, & Host. in d. cap. fin. vbi dicit, quòd citatus ad diem dominicum vel alium solennem diem, licet simpliciter: non tenetur comparere. ¶ Facit pro hac opinione, secundū Io. And. d. l. 2. in fi. ff. si quis in ius voc. non ierit. & tenuit do. Richard. de Petronibus, conciuis noster, Reuerendissimus Cardinalis, cōpilator 6. vt habetur in proemio 6. & hoc dum legeret ius Canonicū Parthenope, vt refert Cy. in l. dies festos. C. de ferijs, & etiam refert Io. An. in d. c. fi. licet Dom. Anto. ibi uideatur aliud sensisse, videlicet, quòd licet uitietur expressum, vel citatio ad illam diem: non tamen uitiatur tacitum æquè principaliter comprehensum: videlicet, vt compareat: quia dicta citatio uidetur duo continere: scilicet, præceptum expressum de comparendo illa die, & tacitum, scilicet de comparendo, vt supra dixi.

¶ Sed dicit Do. meus, tenendam esse prædictam communem opi. quicquid dicat D. Ant. consuluit tamen præfatus Reuer. Cardinalis, & post eum Cy. & Io. And. in dictis locis, quos sequuntur communiter omnes Doct. etiam Moderniores, quòd iudex dicat in commissione citationis: Assignamus tibi talem diem: & si forsan dies feriata occurrit, assignamus tibi nō feriatum proximè sequentem, & secundum hāc cautelam nulla occurret dubitatio. Et prædicta opin. placet Io. de Imo. in d. l. 1. §. nunciatio. ff. de ope. no. nunc. quando in ipsa citatione exprimeretur error, & per consequens esset ipso iure nulla, per d. l. 2. ff. si quis in ius voc. non ier. iuncta l. 2. C. quando prouo. non est ne. & per tex. 3. q. 2. in cap. si episcopus. & inf. de accu. c. veniens. in fi. sed in ipsa citatione non exprimitur dies feriata, licet cadat in diem feriatam, vt quia citetur pro decima die, quæ reuera est feriata, & citatur simpliciter: tūc uidetur quòd teneat: cum non habebat expressum errorem, & sufficiat comparere, & se præsentare illa die: non vt tunc respondeat, sed vt die sequenti iuridica respondeat, quod procedatur. ¶ Aduerte tamē, quia Inno.

in d.c.fin.de fer.voluit, quod si non compareat illa die, sufficiat, quòd sequenti die compareat, & idem voluit Spe.in d.ver.sed Io.de Imo.in contrarium allegat glo.in c.cupientes.§.si per viginti.in glo.super verbo, comparere, de elect.lib.6.de quo statim subijciam. ¶ Nec obstat l.2.§.fi. ff.si quis in ius uoc. nõ ier.quia vt dicit glo.ille tex.non facit contra, sed potius facit pro prædicta opi.dum tex.dicit, quòd prætor remittit pœnam, & priuatio præsupponit habitum, vt in l.decem.ff.de uerbo.obl. & sic videtur ꝙ pœna sit commissa: licet prætor possit remittere, vnde d.gl.super verbo, comparere, quæ vult, quòd ẽt illa die teneatur se præsentare, non ut rñdeat: sed vt sequenti die iuridica procedatur, aliàs incidat in pœnam, secundum Gul. & Garsiam: uidetur contradicere dicto Inno.& Spe. ¶ Sed dicit Io.de Imo.ꝙ dictum Specu.non loquitur in pœna, sed in expensis. quod putat, quod dictum Inno.& Specu.sit verius: quia d.l.2.in fi.non uidetur loqui de remissione fiẽda ab homine, & à Prætore viuo: sed à lege & Prætore mortuo.& sic sentit ibi glo.

¶ Ego consulerem ad uitandas opi.tam respectu iudicis, quàm citati, videlicet, quòd respectu iudicis citatio emanaret, secundum consilium reuerendissimi Cardin.Richar.sed si per iudicem non esset seruatum dictum consilium ad fugiendas opin. ante factum consulerem, quod pars citata se præsentaret in die in citatione statuta, & etiam postea prima die sequenti iuridica. Sed post factum, propter prædictas uarias opiniones, cum negari non possit, ꝙ contumacia non sit delictum, 11.q.3. c.qui resistit. & sup.de maio.& obe.c.si quis.& per tex.iuncta gl. in uerbo, excessibus.in c.ad apostolicę.de sent.& re iud.lib.6.de quo dicam in materia contumaciæ, infra in rubr.de dolo & contuma.quare cum varietas opinionum reddat rem dubiam, secundum ea, quæ traduntur in c.ne innitaris.sup.de consti.& in regula, qui contra.de reg.iur.lib.6. & per Bal. & Docto. in l.1. C. de pœn. iudic. qui malè iud. & aliàs uide remissiones, quas dedi in c.calumniam. inf.de pœn. in 5.prin.art.in secundo membro princ.fal.12.& ẽt vide quod dixi in c.sacro. inf.de sent. excom.in 14. princ.artic.q.8.vers.tertium exemplum.vnde succedit regula, quæ vult, quod in dubio non debeamus præsumere delictum, vt in l.meritò. ff.pro soc. & in pęnis potius præsumamus pro non delicto & absolutione, quàm condemnatione, vt in l.præses, & in l.si de interpretatione, & l.absentem.ff.de pœ.& regu. in pœnis.de regu. iur.lib.6. cum sua materia. Et vide etiã ad hoc quod dicam statim in tertio membro, in fi.

14 ¶ † Circa secundum membrum, quando citatio fuit commissa, vt citatus compareret usque ad talem diem, quæ dies est feriata. Dicendum, quòd citatio tenet: quia illa dictio, vsque, stabit exclusiuè: ne resultet iuri contrarius intellectus. argum.no.in l.id est.ff.de dolo. & in l.2.C.de cõd.inser. ¶ Et pro hoc videtur casus in c.tum ex literis. in fi. supra de restit.in integ.ibi, vsque ad festum beati Lucæ.& in c.cum dilecti.inf.de dolo & contum.facit cap.exposuit.inf.eo. & tenuit Do.Richar. Card. refert Ioan. And.in c.fi.de fer.& Cy.in l.fi. C.de fer.tenet Spe. in ti.de cita.§.contra.ver.item excipitur, quòd citatio.Do.Ant.Do.meus, & Doct.in d.c.fi. inf.de fer. & Io.de Imo.in l.1.§.nunciatio. ff.de ope.no.nunc. ¶ Et uide quod dixi in c.3.inf.eo.art.16.q.22.in secundo membro præced. in 5.casu.

15 ¶ † Circa tertium membrum, quando citatio fit per numerum comprehensiuum dierum, puta, intra decem dies, seu intra mensem: distingue, quod aut dies illa est feriata in utilitatem hominũ, & arbitror, quòd debet comparere, vel die præcedenti, & respondere: vel in ipsa die vltima, & ferias allegare, per l.1.ff.de ferijs.nisi seruatum esset consilium Cardin. Richar.de quo supra, quia tunc deberet comparere die prima sequenti iuridica. ¶ Aut illa vltima dies est feriata in honorẽ Dei, & subdistingue, quòd aut seruatum est consilium præfati Cardinalis, & casus est clarus, quod die prima sequenti iuridica debet comparere, & respondere. Aut non est seruatum dictum consilium, & tunc aut assignatur talis terminus, in quo aliquid fieri debeat, aut intra quem. ¶ Primo casu, gl.sentit in verbo, Comparere, in d.c.cupientes. §. quod si per viginti. de elect. lib.6. quòd talis debeat cõparere ante ipsam diem iuridicam. Sed Io. de Imo. ibi, quem sequitur Do. Domi.tenet, quòd debeat se præsentare illa ultima die feriata, non vt tunc procedatur, sed sequenti die non feriata, per c.veniens.de accusa.& idem sentit Bar.in l.2. C.de tempo.appella.& Bal.ibi, & Do. Anto.in d.c.fi.& Io.de Imo. in d.§.nunciatio. ¶ Et subdit Io.de Imo.quod si post illam diem vellet cõparere non posset, ad effectum impediendi processum iam consummatum: sed ad finem impediendi processum, posset, per cap.cum dilectus. de dolo & contum.& c.veniens.de accusa. Si verò statuitur terminus, intra quem actus debeat fieri: tunc si dies vltima cadit in feriatam ferijs solennibus, inspiciuntur dies præsentes non feriati, vt in illis debeat illud facere, per l.2.C.de tempo.appel.& ibi tenet Bar.& Bal.& Do.Anto.in d.c.fi.& Io.de Imo. in d.§.nunciatio. & ita procedere potest opinio glo. in d.§.ꝙ si per viginti. ¶ Aut dies vltima cadit in diem feriatam ferijs repentinis, quas nec citans nec citatus potuit præuidere: & tunc potest comparere sequenti die iuridica.arg.l.sed & si Prætorem.§.si feriæ. ff.ex quib. caus.maior.sentit Barto. in d.l.2.& Bal. ibi, & sic intelligit Io.de Imo. in d.§.nunciatio. & in d.§. quod si per viginti, & ibi d.Dom.post eũ. ¶ Quid autem, si fuit facta citatio peremptoria, & aliqua trium citationum peremptoriarum incidit in diem feriatam, & citatus illa die se præsentet, vtrum uideatur paruisse citationi, vide quod dicam infra articu. 27.

16 ¶ † Quintò quæro principaliter, quid si ad tempus in citatione comprehensum citatio non teneat, vtrum citatus alio tempore teneatur comparere. ¶ Sol. Satis clara potest colligi ex his, quæ dicta sunt in præcedentibus quæstionibus, per quæ uidetur concludi, quod citatus teneatur comparere, & probatur hoc in c.cum dilectus.inf.de dolo & contum.vbi tex.dicit, quod talis citatio uidetur cõtinere duo præcepta: videlicet, vt ad iudicem ueniat, & ad diem sibi præfixam accedat. facit l.Celsus. ff. de arb.& quod no.in c.fi.inf.de rest.spol. 8.dist.c. quo iure.& supra de offi.deleg.c.cum super. Nec obstat cap. sicut. infra de sponsa. quia illud loquitur de obligatione cõtrahenda intra certum tempus: quo casu

casu ille, per quem non stetit, non obligatur postea sed in terminis nostris, & in casu l. Celsus, & similibus, tractatur de obligatione iam contracta: quo casu, licet quis nō satisfaciat in termino, vel quia non possit, vel quia nolit: debet satisfacere post terminum. sic ergo cum in terminis nostris, tempus sit adiectum comparitioni fiendę ad procedendum in causa, sequitur, quòd donec causa remanet indecisa, semper imminet & vrget causa comparendi, sicut dicimus in debente soluere ad certum terminū, vt d. l. Celsus, & in d. c. cum dilecti. Nec obstat l. scriptura, ff. de cond. & demonstr. & ff. de leg. 1. l. ea tamen adiectio. & Insti. de verb. obl. §. omnis stipulatio. & ff. de cond. instit. l. si quis institutus. quæ iura glo. in verbo, duo sub hac. in d. cap. cum dilecti. allegat pro contrarijs ad illud, quod statim dixi. Sed respondetur, quòd illa iura loquuntur, cum tempus adijcitur causa limitandi & finiendi obligationem. & hoc tenent ibi Dom. Ant. Do. meus, Io. de Imo. & communiter Doct. ¶ Et sic ex prædictis, & ex his quæ dixi in præcedentibus quæstionibus, secūdum quæ declaranda & limitanda est decisio quæst. nostræ apparet, ꝙ articulus iste est satis dubius. ¶ Et aduerte: quia contra prædictam decisionem facit, ꝙ singulariter tradunt Petr. & Cyn. in l. dies festos. C. de ferijs. vbi volunt, ꝙ si alicui statuatur certus terminus ad producendum vel excipiendum, vel ad probandum: quòd tunc non possunt esse duo præcepta, secundum quod dicitur in d. l. Celsus. quia quando est actus, qui ad sui substātiam requirit certum tempus, post tempus certum non ualet: illa dilatio est sine tempore, & per consequens, cum dilatio debeat habere certam diem, reperitur nulla post illud tempus certum, quod Bald. refert in l. si ea. C. qui accusa. non poss. Et dicit esse notabile, ad quod vide, quod dixi in cap. 3. infra eo. artic. 13. ¶ Sed tu dic, quòd quæstio ista dependet ab alia quæstione, videlicet, vtrum citatio sine termino valeat: quia si valet, non procedit argu. Pe. & Dyni Si non ualet: tunc videtur procedere argumentum. Posset etiam dici, quòd in dictis exemplis Petri, terminus additur ad excludendum illum, cui statuitur tempus à potentia illius actus gerendi ad vtilitatem suam: ideo post tempus non admittitur. arg. eorum, quæ statim dicta sunt, secundum Dom. Anton. Dom. meum, & Io. de Imo. ¶ Sed in terminis nostris statuitur terminus ad comparendum ad utilitatem petentis illum citari, vt sic ille compareat & respondeat obligationi iam contractæ, vel satisfaciat præcepto iudicis intendentis illo præsente causam expedire.

17 ¶ † Sextò quæro principaliter, vtrum valeat citatio facta non expresso certo tempore, & ad quod tempus intelligatur facta? ¶ Sol. Spe. in ti. de cita. §. sequitur. ver. quia si non præfixeris, tenet, quòd talis teneatur venire & comparere, per d. c. cum dilecti. inf. de dolo & contum. & hoc intra modicum tēpus, quod tamen cum quodam temperamento intelligendum est. ff. de solut. in l. quod dicimus, & ff. ex qui. cau. maior. in l. ab hostibus. §. fin. & ff. de statu libe. l. peculiū. §. fi. & hoc ut potius obediens, quàm contemnens esse uideatur. 2. q. 5. c. quanto. & supra de postul. prælat. c. 1. & inf. de appel. c. cum parati, & ibi etiam per Io. Andr. & subdit Specu. in d. versic. quòd quidam aduocati nixi sunt coram eo defendere, quòd taliter citatus nullo modo teneatur cōparere. argum. c. fi. de rescript. & prædictam opinionem, quòd non teneatur comparere, & citatio non valeat, tenet Bar. in l. qui ante Calendas. ff. de verborum obliga. ubi dicit, quòd citatio sine termino non valet, per l. aut qui aliter. §. 1. ff. quod ui aut clā, & apertius idem sensit in l. liber homo. 2. §. decem. el primo. ff. de verbor. oblig. ¶ Et ista etiam fuit opinio Pet. quam sequitur Cyn. in l. fi. C. de fer. & eam clarius tenuit Petr. in l. ita stipulanti. ff. de uerb. obl. vbi tex. facit, in quantum vult, quòd non valeat stipulatio sine die: sed hoc ibi contingit, quia facta fuit omisio per errorem, secundum Bart. ibi: aliàs secus, per l. de die. in princ. ff. qui satisda. cog. & per no. in l. si finita. in prin. ff. de dam. infecto. ¶ Et prædictam opin. sentit gl. in c. 2. de testi. cog. quæ addit ad tex. qui uidetur innuere quod ualeat citatio sine termino, quòd ibi fuit appositus terminus. facit l. 2. C. vbi in rem actio. ibi dum tex. dicit, certo dierum spatio. per quem text. ibi, hic no. Bal. ¶ Sed ipsemet Bald. in d. l. qui ante Calendas. tenet contrarium, & dicit, quod citatio tenet & citatus debet comparere quàmprimū potest, sed nihil allegat. Io. de Imo. pro hoc dicto allegat d. c. cum dilecti. infra de dolo & contuma. ¶ Et satis probatur in c. cum parati. inf. de appel. in antiqua compilatione, & vtrobique hic tenet Ioan. Andr. & allegat Specu. in d. vers. quid si non expresseris. facit, quia cum citatio emanat à iudice, verisimile est, quòd velit expedire, quā citius poterit, cum hoc sibi ex officio incumbat, vt l. properandum. §. 1. C. de iudic. & in c. finem. inf. de dolo & contum. Et idem tenent Io Cal. Dom. Anton. & Dom. meus, in d. c. cum parati. in ult. notabili. & sentiunt etiam Inno. & Host. in c. fin. inf. qui ma. accus. poss. vbi volunt, quòd etiam citatio generalis possit fieri sine termino, & tenet etiam Zabar. in Clem. 1. de foro compet. & ibi dixi in glo. super uerbo, præsumat. & tenet Dom. meus in cap. 2. de testi. cog. super glo. 1. ¶ Sed Dom. Ant. in c. fi. inf. de fer. dicit, quòd si iudex voluit apponere diem, & per errorem non apposuit, dici potest citationem nō ualere, per l. ita stipulatus. ff. de uerbo. obl. subdit tamen, quod secus putat in istis actibus iudicialibus, in quib. lex supplet, vt l. si finita. §. fin. de dam. infe. & in l. de die. ff. qui satisd. cog. & l. 1. in fi. de præto. stipu. & quod habetur in l. & si post tres. ff. si quis cau. ¶ Sed si ex certa scientia non apposuit terminum, valet citatio, secundum Dom. Anton. ¶ Sed aduerte, quia cum ista citatio videatur esse incerta & obscura, propter non statutum terminū, per consequens videtur nulla, per l. aut qui aliter. §. 1. ff. quod vi aut clam. & C. de iu. dom. impetr. l. fi. & C. de dist. pig. l. 4. & in Authen. de exhib. reis. §. si verò. traditur etiam in l. dies festos. C. de fer. Et hoc uoluerunt, vt dixit Petr. & Cyn. & Bar. & etiam multi alij: sed Canonistæ cōmuniter tenent talem citationem sine termino valere, videlicet ex his, quæ supra dixi: quia debet cōparere cum primum potest. argum. c. eos qui. §. fin. de sent. excom. lib. 6. facit etiam Cle. 2. de app. Quæ opi. secundum Ang. in rep. l. hæc stipulatio. ff. si cui plus, quàm per leg. Falcid. procedit quando iudex mandat uni, vt coram alio iudice compareat, sic intelligitur dictum cap. eos qui. §. fin. vel etiam citat,

vt compareat corã se ad contradicẽdum actui iam celebrato, vt traditur per Spec. in d. versi. quid si nõ præfixeris. secus, si citaretur vt veniat ad contradicendum certo actui fiendo: quia debet statui dies & locus, vt d. l. aut qui aliter. §. 1. & in d. l. fi. C. de iure do. impetran. & l. 4. C. de distract. pigno. & in Authen. de exhib. reis. §. si verò, secundum Ang. in dicto loco. Ad quod etiam faciunt, quæ dicam in sequentibus quæstionibus.

28 ¶ † Aduerte tamen: quia Ang. in l. liber homo. 2. §. decem. el 1. ff. de verb. oblig. dicit, quòd in quantum ad imponendam mulctam citato propter iudicis contemptum, sufficit citatio sine termino: quia citatus tenetur comparere cum primum potest, & hac practica vtuntur assessores, secundum eum, & sic intelligit dictum Spec. in d. versic. quid si non expresseris. sed quãtum ad hoc, vt possit procedi contra eum, tanquam contra contumacem ad reliquos actus præiudiciales, non valet citatio, & sic intelligantur iura contraria, & sic etiam referendo videtur sentire Io. de Imola, in d. c. cum parati. inf. de appel. in notabilibus. ¶ Nec obstat c. eos, qui. §. fin. de senten. excommun. lib. 6. quia loquitur in casu suo, videlicet, quando quis propter periculum mortis absoluitur ab excommunicatione ab illo, à quo aliàs cessante periculo, non posset absolui: nam tũc moneri potest per ipsum absoluentem, quòd uadat ad petendum absolutionem, sed ad parendum mãdatis superioris, à quo petat absolui cum primum poterit: quia tunc non est necessarius alius terminus, secũdum Ang. ¶ Sed Henr. Barch. in d. c. cum parati. dicit, quòd citatio iuris fortè valet sine termino, vt d. c. cupientes. de elect. lib. 6. & c. quamuis. ad fi. supra de offic. ord. & idem in citatione Principum, vt d. cap. cum parati. & in citatione priuati. vbi est expressus locus, aliàs non ualet. Quæ opinio, maximè quantum ad vltimum, non placet, & ideo arbitror fortè posse distingui, quòd aut quis citatur à iure, seu à lege mortua, vel viua: & valet, vt statim dixi, secundum Hugo. ¶ Aut emanat à iudice inferiore, & subdistingue, quòd quis citatur ad certum actum expediendum aliquo termino, qui tamen actus ex sui natura, statuto, vel ex consuetudine debet expediri in certo tempore, & tunc intelligitur citatus ad illum terminum. ¶ Moueor, quia sermones sunt exaudiendi & interpretandi secundum subiectam materiam, & ne sint inutiles, vt in c. Abbate. de verbor. signif. & ff. loc. in l. si vno. in princ. pe. facit c. Raynutius. infra de testa. & ff. famil. ercis. in l. 1. puto. §. 1. & in cap. si pater. de test. lib. 6. & l. fin. C. de do. ante nupt. cum similib. Item facit, quod in simili dixi supra in 18. princ. artic. quæst. 8. vbi dixi, quòd hoc casu valet citatio facta nulla facta loci specificatione, & valet arg. de loco ad tempus, vt l. eum qui. in fi. ff. de iurisdict. omn. iud. Et per no. in l. uinum. ff. si certum pet. & in c. de causis. supra de offi. delega. intelligitur ergo facta talis citatio pro hora solita & consueta, pro quo facit quod no. Innoc. in c. cum nobis olim, supra de elect. & Dom. meus in c. consuluit. supra de offi. delega. facit, quod no. glo. 1. in c. 2. de testi. cog. & Dom. meus ibi, qui colligit ex illa glo. quòd citatus ad certum terminum, hora dici nõ expressa, tenetur comparere tali hora, quòd possit explere officium, seu negotium ad quod citatur. allegat quod in simili no. Inno. in d. c. cum nobis olim. vbi citatus ad electionem certa die faciendam, debet comparere de mane: quia tali hora fieri debet electio propter missam Spiritussancti. ¶ Et ideo Vincen. in d. cap. 2. dicit, quod citatus pro testimonio ferẽdo, debet comparere de mane: quia debet deponere vnus 22. q. 5. c. honestum. de quo dicam inf. de testi. Concludit ergo D. M. quòd citatus ad certam diem sine hora, debet comparere tali hora, qua expediri possit id, ad quod vocatur. ¶ Et in dubio satis est, ꝙ veniat ante noctis tenebras: quia totus dies sibi cedit, vt in c. consuluit. de offi. deleg. ¶ Aut ille actus non habet certum tempus, & tunc possunt contingi distinctiones Ang. de quib. supra. ¶ Ad omnem tamen dubitationem tollendam, & opiniones fugiendas: quia articulus est valde dubius & intricatus, consulo quod iudex apponat certum terminum in ipsa citatione. ¶ Et adde hæc ad ea, quæ dixi inf. artic. 20. quæst. 10. & inf. eo. titu. c. 3. §. artic. 13.

29 ¶ † Septimò quæro, vtrum valeat citatio facta ad certum terminũ alternatiuè comprehensum, vt puta, Compareas de mane, vel de sero, vel tali aut tali die. ¶ Sol. Prædictam quæstionem non reperio tactam specificè à maioribus nostris: tamen arbitror posse distingui, quòd aut loquimur in citatione facta ad sententiam: aut ad alium actum iudicialem. ¶ Primo casu, videtur dicẽdum, quòd talis citatio non dicatur legitimè facta, per tex. ponderandum ad hoc in l. aut qui aliter. §. 1. ff. quod vi aut clam. per quem tex. dicit ibi Bart. formaliter, quòd si hora, in qua iudex vult ferre sententiam in citatione nõ sit certa, & limitata, quòd illa citatio habetur pro infecta, & per consequens non valet sententia, per l. de vnoquoque. ff. de re iudi. etiam si causa sit summaria. de qua per glo. in verbo, ad id. in Clem. sæpe. de verbor. signif. & ideo Bar. in l. liber homo. el 2. §. decem hodie. ff. de verborum obl. allegando d. tex. dicit, quòd si citatio non habet certum & limitatum tempus respectu horæ in qua ferenda est sententia, quòd sententia non ualet, & ad idem tex. in d. l. fin. C. de iure dot. impetran. ubi tex. dicit, quòd in citatorio opus est certum tempus, & ad idem in Auth. de exhib. & introdu. reis. §. si verò quidam. & l. 4. C. de distr. pig. & per Cyn. in l. dies festos. C. de fer. & per Ang. in d. §. decem. qui dicit vt dixi in quęst. pręced. ꝙ solùm valet ad mulctandum citatum, non quo ad alios effectus: nisi citatio sit certa & limitata: quare cũ in terminis nostris citatio prædicta fuerit incerta, quia de mane vel de sero, vna vel altera die, & de natura alternatiuæ sit causare incertitudinem, vt l. cum quidam. C. de verb. sig. & in l. ubi aũt non apparet. §. 1. ff. de verb. obl. igitur, &c. Et maximè sumpto argum. de loco ad tẽpus, quod valet, vt dixi in præced. q. quia in alternatiua, locorũ electio est creditoris, vt l. 3. §. 1. ff. de eo, quod cer. loco. de quo latius dixi in c. dilecti. sup. de fo. cõp. in 2. prin. art. 4. q. prin. vnde sicut ibi est electio creditoris respectu loci: ita & hic respectu tẽporis debet esse electio ipsius rei, qui quodammodo in hoc videtur esse creditor. Veruntamen actus sententiandi non consistit in citato, sed in iudice: ergo reus remanet sub incerto: quia nõ potest scire, an iudex velit sententiare de mane, vel de sero, aut vna vel alia die.

¶ Et

¶ Et si fortè diceretur, quòd debeat comparere de mane & de sero, & vna & alia die: Respondetur, quòd ista non fuisset citatio alternatiua, sed copulatiua, quare cum talis citatio non fuerit certa & limitata, prout vult tex. & Bart. in l. qui ante Calendas. §. 1. ff. de verb. oblig. & supra dictum fuit in præceden. quæst. ergo sententia esset nulla. in alijs vero casibus, in quibus citatio est incerta, eo, quòd nullum sit appositum tempus, valet secundum ea, quæ dicta sunt in præcedenti quæst. satis rationabile esse arbitror, quòd etiam in terminis nostris talis citatio defendatur.

¶ Et ex his Deo duce, expeditus est decimusnonus principalis articulus.

SVMMARIVM.

1 *Citatio qualiter, & sub qua forma sit facienda.*
2 *Forma citationum diuersimodè venit consideranda.*
3 *Iudex qualiter se debeat habere ante citationis commissionem.*
4 *Certa forma in citationibus fiendis ex iuris, vel statuti dispositione data, qualiter sit seruanda: & quid iuris si non seruetur.*
5 *Stante statuto, quod ante bannum quis debeat citari, vt ipse vel alius compareat, si sit facta simplex citatio, an teneat bannum si non fiat comparitio.*
6 *Citationes auditorum generalium Palatij Domini Papæ, qualiter fieri debeant, & sub qua forma.*
7 *Literæ citationis vltra spatium duarum dietarum ab auditorio pontificio, qualiter sint concipiendæ.*
8 *Communis stylus Curiæ Romanæ, quam formam in citationibus ad partes nunc obseruet.*
9 *Citatio an debeat continere causam.*
10 *Copia libelli vel rescripti, an sit in citationibus inserenda.*
11 *Delegatum aßerenti, an & qualiter sit parendum, maximè vbi tractandum est de præiudicio graui, vel grauißimo, vel leui.*
12 *Nomina qualiter sint in prima citatione exprimenda: & quid operetur clausulæ, & quidam alij, in rescriptis apposita.*
13 *Iudex ad quem appellatum est citans aliquem, an teneatur facere mentionem de appellatione.*
14 *Citatio debet esse certa, non dubia, aut falsa, aut obscura. & quòd falsa demonstratio vitiet citationem, & an alternatiuè facta teneat.*
15 *Falsa demonstratio vel error, quando vitiet citationē.*
16 *Citatio continens certum nomen, an sit valida, si duo reperiantur eiusdem nominis: & an illo casu possit procedi.*
17 *Citatio an debeat continere terminum, seu emanare cum termino.*
18 *Citatio facta ad sententiam audiendam tali die ante talem horam, an sit valida.*
19 *Citatio an debeat continere locum ad quem: & qualiter.*
20 *Citatio qualiter sit fienda, vt citatum personaliter apprehendat.*
21 *Absens qui ignoratur, qualiter sit citandus.*
22 *Citatio, an possit fieri per verba falsitatis, & sub conditione.*
23 *Citatio an possit vel debeat fieri per verba præceptiua.*
24 *Citatio an ad sui essentiam requirat scripturam.*
25 *Citatio an fieri possit, vt citatus personaliter cōpareat: & quando, & quibus casibus.*
26 *Iudex, an possit cogere partes comparere personaliter.*
27 *Persona ficta non citatur personaliter.*
28 *Papa & Princeps possunt personaliter citare.*
29 *Delegatus Papæ & Principis, an & quando possit citare personaliter.*
30 *In causa criminali quilibet iudex, etiam inferior potest citare.*
31 *Citari an quis possit pro veritate dicenda.*
32 *Citatus personaliter pro iuramento calumniæ præstando, an teneatur comparere.*
33 *Citatus tenetur personaliter comparere, vbi iuris necessitas exigit.*
34 *Procurator in rem suam, quando possit comparere, si dominus personaliter citatur.*
35 *Mulier constituens procuratorem, an poßit compelli personaliter comparere.*
36 *In actibus extraiudicialibus cogitur quis personaliter comparere.*
37 *Citatus personaliter, an absente citante teneatur comparere: aut absente illo, cuius instantia citatus est.*
38 *Citatus personaliter, an debeat stare in iudicio donec iudicium terminetur.*
39 *Citatio ad totam causam, quando valeat.*
40 *Citatio ad totam causam, quibus casibus fieri poßit.*
41 *Forma citationis ad totam causam fienda, quæ sit.*
42 *Citatus ad totam causam, si semel comparuerit, an iterum debeat citari.*
43 *Citatio ad totam causam permittitur multis rationibus.*
44 *Citatus ad totam causam, qua cautela cogi poßit eligere locum certum in quo poßit citari.*
45 *Citato ad totam causam non comparente, an poßit ad vlteriora procedi.*
46 *Citatus de longinquo causa expressa, in qua habet cōparere, debet instructus comparere, vt deliberet.*
47 *Citatio vt quis veniat tenutam bonorum defensurus, qualiter sit fienda.*
48 *Citatio ad sententiā audiendā, qualiter sit facienda.*
49 *Pupillus vel minor, qualiter sint citandi.*
50 *Tutor, qualiter sit pro causa pupilli citandus.*
51 *Adultus, qualiter sit citandus.*
52 *Vniuersitas, qualiter sit citanda.*
53 *Vasallus, qualiter citari possit.*
54 *Casu quo testes ad perpetuam rei memoriam examinantur, qualiter sit citatio facienda.*
55 *Citatio peremptoria, qualiter sit fienda.*
55 *Citatio realis, qualiter & quando fieri debeat: & quæ requirantur ad hoc, vt fieri possit.*
57 *Pro debito ciuili non potest incohari à captura.*
58 *Necessaria ad capturam vel citationem pro debito ciuili, quæ sunt.*
59 *Creditor, an propria authoritate possit capere debitorem fugientem.*
60 *Ad validitatem citationis realis debitoris, debet præcedere contumacia de non soluendo.*
61 *Capturam personæ debitoris, debet præcedere excußio bonorum ipsius debitoris.*
62 *Requisita, vt quis tanquam suspectus de fuga capi possit, sunt multa.*
63 *Probatio suspitionis, qualiter fiat.*
64 *Suspitione de fuga debitoris pendente, lite superueniēte potest realiter talis debitor citari.*

65 *Creditor diu tacens debitum suspecti de fuga, videtur illius conditionem approbare.*

66 *Suspicio de fuga, propter quam quis capi personaliter possit, non debet esse modica.*

67 *Suspectus de fuga, quis præsumatur.*

68 *Mali mores & mala rerum administratio, reddunt quem suspectum de fuga.*

69 *Capturam debitoris de fuga suspecti, debet præcedere debiti liquidatio.*

70 *Captura personalis non conceditur pro omni debito.*

71 *Citatio realis, quo casu veniat reuocanda.*

72 *Citatio qualiter in criminalibus sit facienda.*

73 *Personæ, quæ sine venia citari non possunt, qualiter sint citandæ.*

74 *Personæ, quæ non possunt absque venia in ius vocari, multæ sunt.*

75 *Venia quæ debet peti per filium vel similes, vbi agitur contra patrem vel alios, an possit peti vbi agitur pro alio.*

76 *Veniæ petitio, vt quis in ius vocetur, quare requiratur.*

77 *Venia vocandi aliquem in ius, an à iudice vel parte peti debeat.*

78 *Venia aliquem in ius vocandi, qualiter sit petenda, & quando, & quibus casibus.*

79 *In casu compensationis, an sit necessaria veniæ petitio.*

80 *In reconuentione, an veniæ petitio requiratur.*

81 *Venia in ius aliquem vocandi, quo tempore sit petenda.*

82 *In venia vocandi in ius concedenda, quæ debeant adhiberi.*

83 *Venia in ius vocandi, quibus verbis concedatur.*

84 *Processus agitatus venia requisita, non petita, an teneat.*

85 *Veniam in ius vocandi requisitam non petens, an & qua pœna veniat puniendus.*

86 *Pœna veniam in ius vocandi requisitam non petentibus taxata, quibus casibus & causis incurratur, & quis ad illam teneatur, & cui sit applicanda.*

87 *Citans contra edictum prætoris venia non impetrata, quam pœnam incurrat, & an illam transmittat in hæredem.*

88 *Pœna veniam in ius vocandi requisitam non petenti taxata, intra quantum tempus peti debeat, & qua actione, & qualiter in exigẽtia formetur libellus, quæ positiones faciendæ.*

89 *Pœna veniam in ius vocandi non petentibus taxata, per quem sit imponenda.*

90 *Pœnam pecuniariam debitam soluere non valens, qualiter sit aliter puniendus.*

91 *In alternatiuis, cuius sit electio.*

92 *Si pœna corporalis in defectũ pecuniariæ per statutum imponatur, an quis sit fideiussoribus relaxandus.*

93 *Pœna veniam in ius vocandi non petentibus debita, quibus casibus deficiat, & nu. seq.*

94 *Pœnitentia vsque ad quantum tempus admittatur.*

95 *Iudex, an & qualiter possit citare per literas.*

96 *Papa mandanti alicui his verbis, moneas taliter &c. quid erit agendum.*

97 *Nuncius qualiter debeat citare.*

98 *Iudice nuncio cõmittente vt nominatim citet aliquos, & qualiter dicetur satisfecisse mandato.*

99 *Citatio indebitè, seu sub debita forma facta, an arctet citatum.*

ARTICVLVS XX.

VIGESIMO principali articu. tractandum
1 est, † qualiter, & sub qua forma citationes sint faciendæ.

¶ Pro cuius artic. clariori doctrina prosequor infrascriptas quæstiones.

2 ¶ † Primò igitur quæro, de quarum citationum forma in hoc articulo sit tractandum. ¶ Sol. Dic, quod de citatione verbali, seu personali, & reali, nõ de alijs: quia de citatione per literas aliquid tangetur articulo 21. & latius articulo 24. De generali verò citatione tractabimus articulo 22. De citatione per edicta, artic. 23. ¶ De præconia, art. 25. Per campanam, artic. 26. De peremptoria verò, artic. 27.

3 ¶ † Secundò quæro de generali doctrina, quid debeat facere iudex, & quam cognitionem adhibere ante quàm citationem committat. ¶ Sol. Dic, quod debet ante omnia examinare & cognoscere, an iurisdictionem habeat, tam respectu personarũ, quam causarũ, per l. si quis ex aliena, ff. de iud. & argum. l. pen. §. fi. ff. de iurisd. om. iud. & ff. ad munici. l. pen. & de rescrip. c. super literis, & per Spe. in tit. de cita. §. iam de cita. ver. hoc quoque notandum. ¶ Et respectu potentiæ iurisdictionis iudicis, vide quod dixi supra, art. 4. ¶ Respectu verò qualitatis personarum citandarum, vide late supra, artic. 5. ¶ Et respectu qualitatis personæ petentis, consideret quæ dicta sunt supra, art. 6. ¶ Et respectu causarum considerare debet & examinare, quæ dicta sunt sup. ar. 7. ¶ Debet ergo iudex per seipsum prædicta omnia absque alia partis citatione examinare, ac ẽt examinare petitionis formam: an sit admittenda, vel nõ, vt dixi sup. in 10. prin. artic. in fi. ¶ Aliam verò causæ cognitionẽ, quæ adhiberi debet parte citata, huiusmodi citatio non requirit: si est citatio, quæ fiat in principio iudicij. ¶ Vnde dicit Inno. ꝙ talis citatio poterit fieri sine causæ cognitione, vt ipse no. in c. licet, de accu. in gl. 1. & per eum in c. cũ contingat. sup. de rescr. super verbo, postulato. & in c. prudentiã. sup. de offi. deleg. in gl. 2. & inf. eo. ti. §. præterea. & inf. de prob. c. quoniam contra. & per D. M. in c. tuã. inf. de ord. cogn. & Io. de Imo. in c. conquestus. de fer. & per d. Do. in c. Romana. §. illud. de fo. cõp. lib. 6. vbi subdit rationem: quia talis citatio non dicitur iudicialis, vt in Cle. 1. de iud. tetigi art. 19. q. 1. ¶ Sed prædictas omnes authoritates ego intelligo de causæ cognitione, quæ fieri debeat parte citata: quia talis citatio non requirit præambulam citationẽ, vt l. diẽ proferre, in prin. & l. sed si interpellatur, ff. de arbit. sed per se examinare, & cognitionẽ adhibere, secundum quod dixi in prin. ¶ Et ex prædictis infertur, ꝙ inhibitoria, quæ qñque habet uim citationis, potest fieri sine causæ cognitione, vt dixi in c. pen. de fo. comp. in 14. prin. artic. Et similiter literæ executoriæ, quæ habent uim citationis, de quib. dicam in 21. princ. art. ¶ Et vide etiam ad prædicta, quæ dixi supra in 7. prin. art. ver. 6. & versi. 22. casus est in his, quæ præambula. ¶ Et aduertere etiam debet iudex, si ex iuris vel statuti dispositione certa forma sit tradita: quia debet illam seruare, vt statim dicam in 3. quæst. ¶ Et his pactis debet citatio sub debita forma fieri ex iudicis commissione, ut l. neminem, C. de exhiben. reis, & ibi per Cyn. & Docto.

Ad

Ad quod vide quod latius dixi supra in 3.princ.art. tradit Specu.de dila.§.1.vers.dicit autem. facit glos. antep.in c.1. de vita & honest.cle.lib.6.Cyn. in l.1. C.de dila.Io.de Imo.in l.demonstratio.ff. de cond. & demonstr. ¶ Forma autem seruanda in citatione colligitur ex seq.q. ¶ Quid autem si appareat partẽ citatam per nuncium, non tamen apparet de commissione, an præsumemus commissionem præcessisse, dicam infra artic.30.

4 ¶†Tertio quærò principaliter, quid si ex iuris, seu statuti dispositione datur certa forma seruanda in citatione, qualiter illa sit seruanda, & quid iuris si non seruetur. ¶ Sol.quo ad primum dicendum est, quod illa forma est seruanda. ¶ Regulare enim est, quod forma sit seruanda, ne aliter celebratus actus deficiat, vt in cap. quia propter, supra de electio. in c.maiores. infra de bapt. 12.quæst.2. in summa.&c. sine exceptione.in l.cum hi.§.prætor.ff.de transact. cum sim. ¶ Et si aliqua forma requireretur in citatione ex forma statuti, illa ad vnguem est seruanda, secundum Bald. in c.1. de milite vasal. qui contumax est. Vbi dicit, quod si à statuto sit data forma, quod ante bannum duæ citationes tot dierum fiãt, pro qualibet, non potest iudex in vna citatione cõglutinare duas ambasiationes, & sic dare vnam pro ambabus: quia cum duplex citatio sit data à statuto pro forma substantiali perueniendi ad bannum, nil immutari potest de tali forma, etiam respectu vnius horæ, per l.& si nihil.ff.de reg. iur. & si aliud fieret, omisio formæ vitiaret bannum. ¶ Et idem voluit Mar. Syly. & Bald.post eum in l.non sunt liberi.ff. de statu hom.per illam l. & qui Romæ.§.Flauius.ff. de verbor.obligat.& voluit Bald.in l.cessante. & in authent. qui semel.C. quomodo & quando iudex. facit ad prædictam l.4.§. si causa agnita.ff. de bon. poss.& quod dixi in clemen.1.in glos. super verbo, iurisdictionem, de foro competen. Nec videtur habere locum in talibus illa regula, quod nihil interest quid ex æquipollentibus fiat. ¶ Et pro prædictis est bonus tex.in l.1.§.Ofilius.ff.ne quis eum, qui in ius vocan.vi eximat, per quem tex.dicit ibi Bald. quod quando ante processum vel citationem exigitur aliquid ad præambulam, si illud non procedit: non valet processus, neque citatio. vnde infertur, quod si ex forma statuti exigatur solutio decimi, si talis solutio non procedat, non valet processus, allegat in l. vniuersi.C.de precib.imper.offer. ¶ Ad quod vide omnino quod dixi in c.2.fol.28.supra de libel. obl. in 12.princip.articu.in 5.quæst.prin.in 4. membro. ¶ Et vide etiam quod dixi in c.2.in 10. princi.artic. versi. idem etiam dicendum est in tempore mixto. l.2.Et quod dixi de condict.ex lege. ver. vbicunq;. fol.30. ¶ Prædicta tamen singulariter limita, nisi in citatione, quæ primo aspectu non videtur continere specificam formam a statuto requisitam, ipsa forma tacitè contineatur, quia satis esset.

5 ¶†Ad quod vide, quod singulariter no. Bald.in l.fin.C.de proc. vbi dicit, ꝙ si statutum disponit, ꝙ si aliquis debet poni in banno debeat citari, vt ipse veniat, vel alius pro eo, ꝙ si iudex simpliciter citaret vt cõpareat, & non comparentem banniuit: quòd, licet quidam dicerent, quòd bannum non teneret, tanquam omissa forma: tamen Bal.concludit contrarium: quia per prædictam citationem talis intelligitur citatus, vt compareat per se vel alium. vnde ex quo tacitè includitur, non fuit alia necessaria expressio.l.non rectè. C.de fideiussor.& sequitur Pet. de Anch.in repet.c.1.de constit.in 14.q.principali. vers. sed pone, dicit statutum, quòd quædam sunt valde singularia: & quotidie sunt in practica. ideò perpetuò notabis: maximè coniungendo ea, quæ dixi in d.c.2.de libel.obla.art. 12.quæst.5.in quarto membro principali. ¶ Et ex prædictis patet responsio ad secundum, videlicet, quòd si citatio fieret omissa forma, vel minus legitimè, seu contra legem, esset nulla, per iura superius allegata in princ.& per not.per Inno.in c.2.infra eodem. vbi dicit, quòd si citatio continet in se aliquid contra l. licet possit iustificari in aliquo casu speciali, non tenet. & ita refert & sequitur Dominus meus, in c.2.inf.de cle. non resid. Et taliter citatus non seruata forma, vel contra, seu non legitimè, non afficitur tali citatione: & non comparens non punitur, tanquã contumax. Ad quod vide, quæ dicam inf. art.31. & quod dicam in tit. de contuma. & quod dixi sup.artic.5. quæst.16. ¶ Vtrum autem si pars compareret in termino asignato, & aliter non appareret de solenni seu legitima citatione, an formalis citatio præsumatur præcessisse. dic vt dicam infra in 30. principali articulo. ¶ Aduerte tamen circa prædicta: quia si statutum statuit certum terminum iudici ad sic faciendum a die citationis, & non interuenit citatio: sed pars fuit præsens, sufficit, secundum Iac.But.& Bal.in auth.si omnes.C.si vt se ab hære.absti. ¶ Et vide omnino ad prædicta, quæ dixi sup.art.5.q.16.

6 ¶†Quartò quæro principaliter, qualiter fieri debeant citationes auditorum generalium palatij Domini Papæ. Et ab his specialiter incipio, tanquam a dignioribus, vt etiam dicit Spe. in terminis nostris, quoniam eis audientia appellationis totius orbis cõmissa est, non tamen diffinitio sine speciali mandato Domini Papę, facta sibi prius fideli relatione. ¶ Circa quam quæstionem distinguendum est, ꝙ quandoq; ibi citant in audientia, quandoq; extra curiam, vt no.Spec.in tit.de cita.§.fi. in prin. Magister B.Canonicus, & Præpositus Senensis, Domini nostri capellanus &c. ac ipsius palatij causarum generalis auditor, mandat citari primo, vel secundo, vel tertio peremptorio, vel quarto, ad omnem malitiam conuincendam, in audientia publica A. seu talem vel eius procuratorem, si quis est in Romana curia pro eodem, & quoscunque alios, qui sua crediderunt interesse, quòd tali die facta audientia, si curia fuerit, alioquin sequenti die non feriata, qua curia fuerit: seu sederit, compareat in palatio coram eo ad procedendum, vel ad libellum recipiendum, vel litem contestandum, vel iurandum de veritate, seu de calumnia: ad respondendum positionibus, vel ad videndum iurare testes partis aduersę, vel ad audiendum sententiam: & sic de alijs, vel causam appellationis, vel negotij principalis, quæ vertitur vel verti speratur inter dictum B. parte ex vna, & ipsum A. parte ex altera, super præbenda talis Ecclesiæ, vel beneficio, fundo, vel domo: prout casus contigerit: vel super tali accusatione, &c. prout postulat ordo iuris. Alioquin in causa ipsa, vel ad libelli receptionem, vel ad litis contestationem, &c. singula singulis referendo: non obstante cuiusquam absentia,

absentia, quãtum iustitia suadebit, procedetur. Datum Romæ, vel in tali loco, &c. die 18. Iulij, Pontificatus Domini nostri Calixti IIII. anno eius primo, secundum Specul. in tit. de citatio. §. fin. in princip. ¶ Sed dicit ibi Ioann. Andr. in add. quòd in quantum in prædicta forma dicitur, vel ad litis contestationem, non obstante cuiusquam absentia: inepta videtur esse talis combinatio contestationis litis parte non veniente. & bene dicit, per ea, quę dixi latè supra de lit. contesta. in 6. principa. articu. & hoc in quantum d. verba referantur ad partem aduersam, cũ qua principaliter lis est contestanda: secus quantum ad illos, qui citantur, si sua putauerint interesse: respectu quorum potest dici apta combinatio, quòd eis non venientibus fiet litis contestatio cum principali, secundum Ioan. Andr. ¶ Si verò auditor mandat extra curiam citari, & sic ad partes vltra 2. dietas: tunc citationis literæ sub hac forma concipientur. Magister B. Canonicus, &c.

7 ¶ † Et prosequere, vt supra, vsque ad ista verba, auditor, &c. ¶ Et postea subiunge, C. plebano, vel dicto canonico talis Ecclesiæ Salutem in Domino. Cum causam appellationis & negotij principalis, quæ vertitur, seu verti speratur inter A. ex parte vna, & B. ex parte altera, vel quam A. contra B. mouet, seu mouere intendit super tali re, &c. ¶ Vel super tali accusatione. Ad instantiã ipsius A. vel eius procuratoris, vel de mãdato summi Pontificis, sicut in casu occurrerit, aut facti contingentia requisiuerit, recepimus audiendam, & fine debito terminandam, discretioni vestræ authoritate Domini Papæ, qua fungimur in hac parte, districtè præcipiendo mandamus, quatenus vos, vel alter vestrum ipsum B. ex parte nostra citare curetis, vt die 10. à die vestræ citationis connumeranda si dies ipsa feriata nõ fuerit, alias in proxima sequenti die non feriata per se, vel curatorem legitimũ compareat in Romana Curia coram nobis facturus, & recepturus in prædicta causa, quod ordo dictauerit rationis. Alioquin &c. prout in proxima præcedenti forma dictum fuit mandatum nostrum, imò verius Apostolicum taliter impleturi, quòd de inobedientia, & contemptu, nequeant aliquatenus reprehendi. ¶ Diem autem vestræ citationis, & formã, & quicquid inde feceritis nobis per patentes literas prædictorum senten. continentes, aut per publicum instrumentum, fideliter rescribatis. Datum, &c. secundum Specul. in d. §. si verò mandatur. Et aduerte: quia tunc seruabatur tempore Specul. dicta forma: hodie verò magis est ampliata. ¶ Et sub hac forma communiter emanant citationes ex curia.

8 ¶ † Canonicus, &c. vsque ibi, auditor, &c. vniuersis & singulis Dom. Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Decanis, Archidiaconis, Scholasticis, Cantoribus, Custodibus, Thesaurarijs, Sacristis, Succentoribus, tam Cathedralium, quàm collegiatarum Canonicis, Parochialiumque ecclesiarum rectoribus, seu loca tenentibus eorundem, plebanis, Archipresbyteris Vicarijs, perpetuis Capellanis Curatarum & non curatarum, cæterisque presbyteris, clericis, notarijs, & tabellionibus publicis, quibuscunque, per ciuitatem & diœcesim Senensem, ac aliàs vbilibet constitutis. & eorum cuilibet insolidum, ad quem vel ad quos præsentes nostræ literæ peruenerint, salutem in Domino. & nostris huiusmodi, imò verius Apostolicis firmiter obedire mandatis. Noueritis, quòd nuper sanctissimus in Christo Pater & Dominus Calixtus, diuina prouidentia Papa tertius &c. Et sic narrat postea cõmissionem sibi factam, seu præsentationem commissionis. Et deinde interseratur forma supplicationis, & commissionis, & signaturæ de verbo ad verbum, & postea narratur admissio, seu receptio cõmissionis & requisitionis factæ per partem citari petentem. ¶ Et postea subditur, vos omnes & singulos supradictos, & vestrum quẽlibet insolidum requirimus, & monemus, primò, secundò, tertiò, & peremptoriè, vobisq; nihilominus, & vestrum cuilibet in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis pœna, quam in vos & vestrum quemlibet canonica monitione præmissa, si ea, quæ vobis in hac parte committimus & mandamus neglexeritis, distuleritis, seu contempseritis contumaciter, adimplere fecimus in his scriptis, districtè præcipiendo mandamus, quatenus intra sex dierum spatium post præsentationem seu notificationem præsentium, vobis seu alteri vestrum factam. Et post quam pro parte dicti A. &c. principalis, fueritis requisiti, seu alter vestrum fuerit requisitus immediatè sequentium, quorum sex dierum duos pro primo, duos pro secundo, & reliquos duos vobis vniuersis & singulis supradictis pro tertio peremptorio termino ac monitione canonica assignamus: ita tamen, quòd in his exequẽdis vnus vestrum alterum non expectet, nec alter per alium se excuset, præfatum B. ex aduerso principalem, omnesque alios & singulos sua communiter, vel diuisim interesse putantes. Et in executione præsentium nostrarum literarum nominandos, in eorum proprijs personis, si ipsorum præsentias commodè habere poteritis. Alioquin hospitijs habitationum suarum, si ad ea vobis tutus pateat accessus, & in ecclesia, seu beneficio ipsius B. vel in Parochiali ecclesia sub qua degit, seu moratur: sin autem in Cathedrali Senensi ecclesia, ac Parochialibus prædictis, & locis publicis intra missarum horarum diuinarum solennia, dum ibidem populi multitudo ad diuina audiendum, seu aliàs congregata fuerit, vbi, quandocũq;, & quoties expediens fuerit ex parte nostra, imò verius Apostolica, publica ac intelligibili voce perẽptoriè citare curetis. Ita tamen, quòd verisimile in citationem vestram huiusmodi ad ipsorum citãdorum notitiam indubitatam peruenire valeant, seu etiam quomodolibet allegare. ¶ Quos nos etiam tenore præsentium sic citamus, quatenus 15. die post citationem nostrã huiusmodi, per vos vel alterum vestrũ eis factam immediatè sequente, si dies ipsa iuridica fuerit. Alioquin proxima die iuridica, extunc immediatè sequente, qua nos, vel subrogandus auditor præfatus Rom. Cur. vel alibi, vbi tũc forsan Dominus noster Papa cũ sua Romana curia residebit, in audientia causarum Apostolica de mane hora causarum cõsueta compareant legitimè in iudicio coram nobis, vel coram auditore subrogando, &c. Et postea narratur ad quid comparere debeant cum comminatione, &c. ¶ Quid autem facere debeat ille cui dictum mandatum præsentatur, videbimus infra in 27. quęst. ¶ Et aduerte, quia si rectè ponde-

ponderabis prædicta verba, scire omnia, ponderantur cum ministerio, per ea, quæ superius dicta sunt, & quæ inferius tractabuntur.

9 ¶ † Quintò principaliter quæro, vtrum citatio debeat continere causam. ¶ Sol. Spec. in tit. de citat. §. contra citationem. ver. Item quod. in eod. tenet, quòd sic, per tex. 5. q. 2. c. 1. & fi. & ff. de fer. l. 1. ¶ In contrarium allegat. 11. q. 3. cap. certum. & non soluit. ¶ Sed Ioan. And. ibi in addi. dicit quòd cum in d. c. certum, ponatur illa dictio, canonicè: si talis dictio exponatur, id est, cum causæ expresione, cessat contrarium, & sic concor. cum d. Spec. quòd tenuit Ioan. 3. q. 2. c. si episcopus. ¶ Et benefacit. 5. q. 2. c. si Primates. & ad idem. 3. q. 9. in c. indicas. facit etiam l. 1. & 2. ff. de fer. quæ ponunt certas causas ad quas citari possunt aliqui in ferijs introductis in fauorem hominum.

¶ Sunt igitur causæ exprimendæ ad hoc, vt citatus certificetur, an citatio arctet ipsum ad comparẽdum, facit etiam. l. ex quacunque. ff. si quis in ius voca. non ie. quæ dicit vocatum ex quacunque causa ire debere: ergo causa est expriměda, ad idem. c. si. in princ. infra eod. & c. cum dilecti, de dolo & contum. & de accusa. cap. licet. in quibus Papa citando expresit causam: ergo & alij citantes ad id tenẽtur. ¶ Possunt etiam & alia plura induci, in quibus requiritur expresio causæ, vt libellus. C. de anna. excep. l. si ex multis. de quo latè dixi de libe. obla. cap. 2. artic. 12. quæst. 10. ¶ Et cautio, & stipulatio, vt in cap. si cautio. infra de fide instrum. & l. 2. §. certa. ff. de doli excep.

¶ Et transactio, vt l. cum hi. §. prætor. ff. de transa.

¶ Et appellatio ab interlocutoria, vt in c. vt debitus, infra de appell. & in Clem. appellanti. de appell. ¶ Et dimissoria litera vltramontani ordinandi per Episcopum Italicum, in c. 1. de temp. ordinan. lib. 6. ¶ Et excommunicatio, de qua dixi in c. perpendimus. de sent. excomm. in 10. princip. artic. quæst. 6. ¶ Et interdictum de quo dixi in cap. fin. de sent. excommu. Et in cesatione à diuinis, in c. si canonici. de offi. ordi. lib. 6. ¶ Item, non parens mandato Papæ debet causam exprimere, supra de rescrip. cap. si quando. & factum iudicatur ex causa, vt l. verum. 2. ff. de fur. in c. cum dilecti. infra de accusa. & ibi per Ioan. And. post Inno. in Glo. super verbo, causam. & sic residet Ioan. And. in dicta addi. ¶ Sed tu aduerte: quia in contrarium facit text. in l. consentaneum. C. quomodo & quando iud. vbi tex. videtur probare, quòd valeat citatio facta sub ista forma, venias ad nostram præsentiam. vnde Bal. ibi in quarto notabili quærit, vtrum sit necesse, quòd exprimatur ad quem actum quis vocetur. Et arguit primò quòd nó, per illum tex. quia satis esse videtur, quod citetur ad causam: licet non ad certum articulum, vt sentit Inno. in cap. consuluit. supra de offi. deleg. ¶ Vel distingue secundum eum, quod aut citatio se refert ad causam: puta ad respondendũ petitioni productæ per talem. ¶ Vel refert se ad acta, vt d. l. consentaneum, quia ibi erat lis contestata, & tunc valet. Secus si in nube citetur aliquis, & nec appareat ad quid: nec ex qua re, seu ob quam causam citetur: quia non valet præceptum sine causa, & maximè peremptorium: cum sit indiscretum, vt no. Cy. in l. quoties. C. de fideicommis. ¶ Quidam tamen dicunt, quòd ordinarius semper præsumitur citare, etiam ex causa: & ideo citatus tenetur comparere, vt l. ex quacunque. ff. si quis in ius voca. non ie. la prima, & sic præsumitur pro iurisdictione ordinarij, vt l. fin. C. de anna. excep. & hoc verius, dummodo sit citatus ad petitionem actoris, secundum Bald. in d. l. consentaneum. ¶ Et ex prædictis videtur concludi, quòd in citatorio non sit de necessitate inserendus libellus, de quo dicam in sequenti q. ¶ Ego vero arbitror distinguendum, quòd aut nos loquimur in iudice delegato: & hoc casu, secundũ opi. illorum, qui tenent, quòd teneatur inserere copiam libelli, vel saltem rescripti: aliàs citatus non teneatur comparere: vel saltem in casibus, in quibus prædicta opinio vendicat sibi locum, de quibus dicam in seq. quæst. decisio est clara: quia ex ipsa interfertione libelli seu rescripti, apparebit ex qua causa citetur. Aut loquimur in ordinario: & hoc casu, ¶ Aut queritur vtrũ citatio valeat quo ad finem, vt citatus teneatur comparere: alias posit puniri de inobedientia & contẽptu: & arbitror, quòd posit puniri. ¶ Aut quo ad hoc, vt in aliqua causa reputetur contumax, & ita q in illa posit procedi contra eum, tanquam contra contumacem, & arbitror quòd secus sit. Ad quod faciunt quæ dicam infra eod. artic. quæst. 9. & quæ hic & ibi dicentur. & etiã in seq. quæst. possunt coniungi ad intellectum prædictarum quæstionum.

10 ¶ † Sextò principaliter quæro, vtrum in citatione sit inserenda copia libelli vel rescripti.

¶ Sol. Doct. tractant ambas quæst. in c. 2. infra eod. & in alijs locis inferius annotandis. ¶ Et aduerte: quia hic nos nõ tractamus, an libellus sit offerendus, vel rescriptũ habeatur loco libelli: quia de primo dixi in c. 1. supra de libe. obla. in 5. principali articulo. ¶ De secundo dixi in c. 3. sup. de libel. obla. in 12. principali articulo. quæst. 16. versi. sexta regula, sed solum tractamus hic an in citatorio sit inserẽda copia libelli vel rescripti. ¶ Quo ad primum de libello, licet Glo. in c. 2. infra eodem, teneat, quòd inseri debeat copia libelli: tamen quantum ad causam ciuilem, communis opin. est, quòd non sit necessarium in citatorio copiam libelli inserere, & hãc opinionem tenuit Bar. in l. si finita. §. Iulianus. ff. de dam. infec. & Cyn. & Bald. in auth. offeratur. C. de li. contest. & Barto. & Ioan. de Imo. in l. inter accusatorem. ff. de publi. iudic. vbi etiam idem concludunt in criminali.

¶ Sed tu vide, quod de vtroque latè dixi in c. qualiter. 2. infra de accusa. in 11. princip. artic. quæst. 70. & in c. licet in beato. eodem titulo, in secunda oppo. Aliquid etiam tetigi in cle. 2. vt lite pend. super Glo. fi. & traditur latè per Anto. de But. Zabarel. & Domi. meum in c. 2. infra eodem, & per Bar. in repet. l. ex quacunque. ff. si quis in ius voca. non ierit, & in extrauag. ad reprim. in Glo. super verbo, in crimine. ¶ Quantum vero ad secundum de copia rescripti, vtrum sit necessarium eam interserere in citatorio, variæ sunt opin. Glo. enim in c. si episcopus. 3. q. 2. tenet citationem non valere, nisi talis copia inseratur, per no. in c. cum in iure, supra de offi. deleg. & in c. 2. infra eodẽ, & idem sentit Bart. in d. auth. qui semel. & tenet in d. l. ex quacũque, per prędictam auth. qui semel. & per prædictum c. 2. infra eodem,

eodem, videtur sensisse Specu. in tit. de cita. §. 2. ver. item, quod rescriptū, licet postea videatur recedere ab illo dicens, quòd secundum Vincent. citatus deberet comparere & allegare priuilegium suum, sed magis strictè locutus est Specu. eodem titulo. §. iam de cita. versic. sed pone. Ibi enim videtur velle, quòd debet transmitti copia. & quòd etiam hoc non sufficit, nisi citans sit persona authorizabilis: aliàs autem ex transmissione simplicis copiæ non deberet sibi credi. arg. d. c. cùm in iure, supra de off. deleg. & 97. distin. c. nobilissimus. ¶ Et idem videtur velle Inno. in d. c. cùm in iure. vbi dicit quòd si iudex est vilis & nimis remotus, citatus non tenetur comparere, nisi appareat rescriptum, sed ipse Innoc. in d. c. 2. infra eodem, loquitur aliquantulum obscurè: videtur tamen sentire, quòd quo ad comparendum sufficit, quòd appareat se delegatum, vel quòd transmittat copiam rescripti. Archid. verò in d. c. si episcopus. concludit, quod transmissio copiæ sufficit quo ad comparendum, sed non quo ad respondendum. vnde ei comparenti debeat fieri plena fides de originali rescripto, vt d. c. cùm in iure. & in l. vna. C. de manda. princ. Dom. Anton. in d. c. 2. videtur sequi prædictam opinio. Innocen. & Archi. in d. c. si Episcopus. dicens, quòd si in citatorio citatus asserat se delegatum, dato quod nec rescriptum, nec copiam rescripti transmisit, citatus tamen arctatur ad comparendum, quia sufficit per iudicem allegari causam in citatorio ad hoc, vt compareat ille allegaturus priuilegium suum, si quod habet, cùm ad hoc concurrat ipsum verbum, assertio iudicis, & nuncij executio. Sed fortius arctatur ad comparendum, si transmittitur copia: quia licet talis copia non faciat plenam fidem, ex quo non est authentica: tamen qualemqualem fidem facit. Sed si citatus compareat, & neget iurisdictionem: non tenetur respondere, nisi fiat plena fides: & si delegatus non facta fide procederet: non valeret processus, si per partem appellaretur, eo quòd non esset facta sibi plena fides de delegatione. ad quod alleg. Dom. de Rota decisione 314. ¶ Sed Dominus meus in d. cap. 2. infra eodem, pro concor. dictarum opi. distinguit tres casus.

¶ Primus casus, quando agitur de grauissimo præiudicio.

¶ Secundus, quando de graui.

¶ Tertius, quando de leui.

11 ¶ † Circa primum concludit nō esse parendum asserenti se delegatum, quantumcunque persona sit authorizabilis, nisi prius plenè constet de delegatione. & ideò nec ordinarius exequi debet sententiam seu mandatum, ita alteri præiudiciale. Nec etiam tenetur pars respondere coram eo, nisi prius fiat plena fides de delegatione, nec sufficit simplex copia. ita intelligatur tex. in d. c. cùm in iure. & in l. vna. C. de manda. prin. & l. prohibitum. C. de iure fisci. lib. 10. & quod no. Archid. in d. c. Episcopus. ¶ Circa secundum casum, scilicet quando tractatur de graui præiudicio, non tamen grauissimo; seu grauiori, dicendum est, quòd non sufficeret citanti asserere se delegatum. exemplum, citatur valde remotus, & citans simpliciter asserit se delegatum: nam hoc casu, putat Dominus meus, quòd citatus non arctatur ad comparendum ex simplici assertione illius: vt sic cogatur subire tempus itinerandi, & sua negotia deserendi, & magnos sumptus & expensas subeundi: sed debet tunc saltem mitti copia rescripti: quæ licet non sit authentica, tamen maior præsumptio oritur pro iurisdictione delegata, propter verba ibi expressa, & communem stylum rescripti, & sic procedat ille tex. & alia opi. quæ vult trāsmissionem copiæ necessariam. & istud etiam sentit Innoc. in d. c. cùm in iure.

¶ Circa tertium casum, cùm agitur de leui præiudicio, vt quia citatus est in loco citantis, vel modicum distat: & tunc dicendum est, quòd non est necesse mittere copiam quo ad affectum arctandi citatum ad comparendum, sed satis est asserere se delegatum, quia oritur probabile dubium iurisdictionis, ex quo persona non est vilis: vnde ratione talis dubij quis tenetur comparere. argum. l. si quis ex aliena. ff. de iudic. secus si simpliciter citet, nec asserit se delegatum, nec aliàs est ordinarius, per ea quę traduntur supra in quæst. an libellus sit inserendus in citatorio. ¶ Aduerte tamen, quia quo ad effectum excludendi terminum petendi ad dilatorias, vtile est mittere copiam rescripti, vt in c. 2. infra eodem, quod tamen procedit quando rescriptum est ita plenum, quòd sine alio libello citatus potuit deliberare, vt dicit gl. in d. cap. 2. & bene. aliàs non excluderetur a termino deliberatorio, vt latius dicam in materia dilationum, secundum Dominum meum: quæ distinctio, iudicio meo, est multum æqua & rationabilis, quamuis de rigore iuris posset moderari. ¶ Lud. tamen Pontanus in l. sciendum. ff. de verb. obl. simpliciter tenet, quòd in citatorio non sit necessarium interserere copiam rescripti. ¶ Et ad hanc materiam, vide quod dixi infra artic. 24. versic. si verò fieret a delegatis. 1. & supra art. 20. versic. secundo casu.

12 ¶ † Septimo quæro, an & quando in prima citatione sint exprimenda nomina propter clausulam, quidam alij, appositam in literis.

¶ Sol. Dic, quòd dicta nomina conueniēdorum sunt exprimenda in primo citatorio, secundum Io. Andr. hic in Rubrica, per c. cùm in multis. de rescr. lib. 6. Et ibi latius per Doct. Sed de hac materia dic, vt latisimè dictum fuit supra, in 5. princ. art. q. 31. per 13. quęstiones.

13 ¶ † Octauo quæro, quid si iudex ad quem appellatum est citat, an teneatur in citatorio facere mentionem de appellatione.

¶ Sol. Potest colligi ex his, quę dixi supra eodem artic. q. 6. maximè in versi. quid autem de copia rescripti. & etiam ex his, quæ tradit Spec. in titulo de cita. §. fi. versi. quid si altera, vbi format quæst. pone quòd delegatus altera parte appellante ab ipso, remittit causam ad superiorem, qui illam delegauerat, superior verò ad quem causa remissa est, citat appellantem, vt veniat processurus in causa principali, nulla facta mentione de appellatione: an citatus teneatur comparere. ¶ Sol. Dicunt quidam, quòd sufficit mittere excusatorem, qui solùm dicat, Domine iudex, non tenet citatio vestra super causa principali, vel non potestis in ea procedere: quia appellatum est, & appellans intendit prosequi appellationem tempore competenti. Si verò transisset tempus prosequendæ appellationis, tunc bene teneret

citatio

citatio super principali, tam a delegāte, quàm etiam a delegato. 2. q. 6. c. ei, qui. & infra de appel. c. cum sit Romana. sed tamen in præcedenti casu, excusator comparens teneretur ostendere talem qualem appellationem fuisse interpositam. argu. c. veniens. infra de testi. quia si aliud diceretur, sequeretur absurditas, quia cuilibet esset facile derelinquere quē libet iudicem, si non teneretur probare interpositā appellationem. Si verò citans in ista citatione facta ad causam principalem, faceret mentionem de appellatione interposita, citatio non teneret, nec citatus teneretur venire, aut excusatorem mittere, propter expressum errorem in citatione, cùm citauerit ad causam principalē, omissa appellatione. ¶ Quod tamen est verum in illis causis, in quibus prius & ante omnia debet expediri articulus appellationis, & antequam expediatur causa principalis, secundū no. in c. vt debitus. inf. de appell. & ea, quæ traduntur in c. cordi. de appel. lib. 6. secus vbi appellatio simul cum principali veniret expedienda, prout est quando appellatur super prouisione. de quo in c. 1. de elect. lib. 6. ¶ Et subdit Spe. ꝙ eo casu quo quis tenetur mittere excusatorem & non mittit, tenet processus agitatus contra eum super principali: si iudex ignorauit appellatum esse, & aduersarius nil dolose egit: secus autem si sciuisset appellatum esse, vt infra de appell. c. si duobus. vel si aduersarius dolose subticuit de appellatione. ff. de iu. in l. si pretor. ¶ Subdit tamen Spec. quòd in citatione facta a delegato, non tenetur quis mittere excusatorem, licet hoc sit securius. ¶ Alij verò dicunt secundum eū, ꝙ citatio delegantis tenet, etiam non facta mentione de appellatione, quia sicut citatus comparere debet, vt proponat suas exceptiones, ita & iste comparere debet vt proponat exceptionem de sua appellatione interposita. ff. de iudic. in l. si quis ex aliena. & infra de appellatio. in cap. cùm parati. & si non veniat, tenet processus agitatus contra eum, secundum Innoc. in c. fin. inf. de accus. quem formaliter, vt supra dixi, refert Specul. in titu. de cita. §. fin. vers. quid si altera. Et dicit ibi Io. And. in addi. ꝙ Innoc. cuius ad literam fuerunt verba prædicta, videtur recedere a priori dicto: vt sic non videatur sufficere mittere excusatorem. & sic residet Io. And.

14 ¶ † Nono principaliter quæro, qualiter debet esse certa, & non dubia seu obscura, & an falsa demōstratio vitiet. ¶ Sol. Dic, ꝙ citatio debet esse certa, & clara, & clarè continere nomen iudicis, cuius mādato fit citatio, & nomen citati, & non eius, ad cuius petitionem quis citatur. Ad quod vide quę latè dixi in simili, in c. 2. sup. de lib. obl. in 12. p. arti. q. 2. & 3. & 4. Solum enim est speciale in certis casibus, vt valeat citatio generalis. dixi latè infra art. 22. q. 3. Et vide gl. in l. eum quem temere. ff. de iud. quæ dicit, ꝙ si citatur Titius Martini, cùm duo sint eiusdē nominis, non tenet citatio. & si compareat ille, de quo actor non sensit, tenetur parti ad expensas. ¶ Et ad idem, ꝙ non valeat citatio, est bonus tex. in l. idem Pomponius. aliàs incipit, Pomponius scribit, si frumentum. §. si. ff. de rei ven. facit etiam l. duo sunt Titij. ff. de testam. tute. ¶ Item debet esse certa respectu loci, ne sit generalis vel alternatiua, ad qđ vide quæ dixi sup. art. 18. quæst. 8.

¶ Item debet esse certa respectu temporis. ad quod vide quod dixi, supra art. 19. quæstio. 6. & 7.

15 ¶ † Quid autem si est error, seu falsa demonstratio in ipsa citatione, an vitiet? Exemplum, aliquis citatus est tanquam Petrus Ioannis, cùm ipse sit Petrus Martini. ¶ Sol. Istam quæstionem aliqualiter tetigit Iacob. But. Inst. de actio. circa princ. sed Bar. latius prosequitur in l. falsa demōstratio, ff. de cond. & demon. in 6. quęst. loquitur tamen satis obscurè. ¶ Vnde tu clarius distingue post eum, ꝙ aut ille citatus sub dicto nomine Pet. Ioan. sic litigat in iudicio, & tunc falsa demonstratio non vitiat iudicium: eo, quod satis constet de ipsius corpore, quia tam iudex, quàm partes habēt hunc hominem pro Petro Ioannis, vt ff. de iudic. l. si in iudicis nomine, aliàs, si nomine iudicis. Aut fuit contumax, & contra eum habitus processus tanquam contra contumacem: & tunc, aut constat, quòd ipse est hoc idem corpus, quod fuit citatum sub hoc nomine Petr. Ioannis, quia est illemet homo, qui culpabatur, & infamatus erat de maleficio de quo agebatur, & sic constat, quòd de illo corpore iudex sensit, & etiam nuncius, & valet processus, licet fuerit erratum in nomine, quia animus iudicis ferebatur super illum hominem, videlicet Petrum Martini, qui de dicto maleficio sic erat infamatus. argum. l. congruit. ff. de officio præsi. & ff. de bo. eorum, qui sibi mor. cōsci. l. fi. in princ. ¶ Et quia saltem debuit cōparere & ostendere, ꝙ ipse erat, qui citabatur sub hoc nomine Pet. Mar. ff. de iud. in l. si quis ex aliena. vnde dicit Bart. quòd boni assessores, quando realiter citant, capientes aliquem bannitum pro aliquo maleficio antequàm faciant executionem, faciunt eum confiteri, quòd ipse sit illud idem corpus, & illa persona, & ille homo, qui sic vocabatur, & qui sub hoc nomine fuit vocatus & bannitus. ¶ Si verò constat hunc hominem fuisse citatum a nūcio sub hoc nomine Pet. Ioā. & non erat ille, qui sic vocabatur, sed erat Petr. Ioann. & constat quod ipse non est Petr. Mart. Nec constat iudicem sensisse de eo, de quo sensit nuncius illum citando, nec etiam erat statutum, quòd nuncius posset citare sine mandato seu commissione. Nec est aliqua verisimilis coniectura, per quam iudex videatur sensisse de illo corpore, & hoc casu falsa demonstratio vitiat, quia licet nuncius senserit de certo, tamen iudex non commisit de illo, & sic citatio non arctat eum, ex quo reperitur facta sine iudicis commissione, vt l. 1. ff. de requ. reis. & dixi supra eodem art. quæst. 2. quia ex forma mandati de citando, non potest dici de eo constare, quia non concurrunt qualitates demonstratiuæ illius citati: eo, quòd qualitates commissæ citationis demonstrant Pet. Mar. & citatus est Pet. Ioan. & sic citatio non arctat eū. facit l. forma. ff. de censibus. & quod no. in l. hac consultissima. C. qui test. fa. poss. Si verò constat citationem fuisse factam, non tamē constat quod corpus nuncius citauit. Pone exēplū, apparet mandatum factum nuncio, quòd citetur Pet. Mar. & nuncius refert se citasse prout habet in mandatis seu cōmissione, & nō apparet aliter, quis fuerit citatus. certe hoc casu, si citatus fuit bānitus, non poterit fieri executio contra Petr. Mar. si nuncius non citauit eum, qui erat diffamatus: sed forte citauit Pet. Ioannis: quia cum in hoc sit maior incertitudo, quam in casu præcedenti, meritò longè minus

nus debet valere: & in ciuitatibus etiam, in quibus nuncius potest citare sine cōmissione iudicis, si non staret fuisse per Ioan. citatum, & non fuisse diuersum, quia citandus erat Pet. Marti. processus vitiatur: quia nō constat de corpore, quasi illud corpus non reperiatur in rerum natura, vt in l.si seruus.§. quæ quinque.ff.de leg.1.& l.1.§.pen.ff.de dote prelega. & in d.l.idem Pomponius.§.1.ff.de rei vend. & idem sentit Barto. in l.inter stipulantem.§.1.ff.de verb.obli.& in l.diuus.2.ff.de cust.reorum. ¶ Quod tamen procedit, nisi per alias circunlocutiones, aut signa constaret de corpore: licet in demonstratione esset aliud dicendum. Ad quod plenius vide per Bar.& Doct. in l.demonstratio falsa.ff.de condi. & demonstr. quia non intendo hic tractare plenè materiam demonstrationis, sed solummodo examinare quantum attinet ad materiam citationis. ¶ Aduerte tamen, quia Ang. in l.2.ff.de libe. & posthu. quo ad practicam, quam Barto. dicit, quod seruant assessores dicit, quod dicta practica non tenet: quia dicta citatio tanquam incerta, fuit nulla: quod per consequens non arctabit citatum, per l.eum, quem temere, iuncta glo.ff.de iudi. vnde dicit Ange. seruandam aliam practicā, videlicet, quòd ille captus confiteatur maleficium, quia tunc poterit sine alio processu condemnari, per no.per Innoc. in c.qualiter. 2.infra de accus. & hoc virtute istius confessionis: licèt sit facta sine alio ordine iudicij. Ad quod vide alias plures authoritates, quas dedi in c.penul. supra de iudi.in 27.princip.artic. versi.3.conclusio. & quod dixi in c.vestra.infra, de cohab.cleri. & mulie. q.17. Sed dicit Ioan. de Imo. in d.l.2.ff.de libe. & posthu. quòd fortè practica Bart. potest sustineri: quia si constat de corpore, de quo sensit iudex: non videtur curandum de nomine: & ideo sicut si constaret ex alijs circumstantijs, quòd iudex sensisset de isto, qui est captus: vt quia iste erat diffamatus de maleficio, & alius non: & quia iste fuit citatus: vel personaliter, vel ad domum suæ habitationis, posset fieri executio. Ita etiam debet posse fieri in casu isto, ex quo constat de corpore per confessionem ipsius. Nam ista confessio venit ad iuuandum & declarandum, quod est factum: non ad inducendum de nouo. & ideo debet operari, etiam si superueniat post sententiam. argu. l.hæredes palam.§.sed si notam.ff.de testam. Nec obst.quod no. glo.in d.l.cum quem temere.ff.de iud.quia imo potius facit pro, in quantū innuit, quòd citatus in dubio debeat comparere, & si fortè non erit ille, qui erat citandus: debebūt sibi refundi, vel restitui sumptus & expensæ. Ad quod etiam facit quod no. in l.si quis ex aliena.ff.de iudicijs. & tenet Io. de Imo. in d.l.2.ff.de libe.& posthu.

16 ¶ † Et ex prædictis etiam deciditur, quid si processum sit cōtra Pet.Marti.cum duo sint Petri Martini: an ambo debeant puniri, vel neuter. quod potius videtur per l.duo sunt Titij.ff.de testa. tute. vel locus sit gratificationi, per l.si quis seruum.§.si inter duas.ff.de leg.2.vbi dicitur hoc per Bal.

¶ Videtur enim ex prædictis concludendum, quòd si alter prædictorum fuerit infamatus de dicto maleficio, de illo intelligatur iudicem sensisse: & contra ipsum poterit fieri executio: sicut in simili dicimus in legato facto in testamēto Titio: & duo sunt Titij: sed vnus consanguineus vel amicus, & alter non, vt in l.si fuerit. de rebus dub. & d.§.si inter duos. & sic non obstat d.l.duo sunt Titij, quia ibi erat omnimodo incertitudo, nec deesset locus gratificationi: cum agatur hic de magno incommodo: & pœnæ debeant tenere suos authores, vt in c.quæsiuit. infra, de his, quæ fiunt à præla. cum si.

¶ Bal.tamen in d.§.si inter duos, dicit, quòd posset fieri executio contra eum, qui repertur culpabilis: quia de isto videtur iudex sensisse. Sed dicit Ioan.de Imo. quòd fortè istud non est verum: si ille non erat diffamatus, sed alius: quòd licet animus iudicis versetur verisimiliter contra culpabilem, ex quo tamen verisimiliter credidit diffamatum esse culpabilem: potius de eo videtur intellexisse, quapropter vigore talis processus non videtur, quòd possit fieri contra talem executio: nisi aliter apparet de delicto commisso, vnde dicit do. Nellus de sancto Gemin. in tractatu bannitorum, in tertia parte primi temporis, quæstione 12. quòd credit, quòd practica Bart. de qua supra, habeat locum, quando citatio fuit facta personaliter, vel ad domū: & constat, quòd ille captus, est ille idem homo, qui fuit citatus personaliter, vel qui habitabat in illa domo, vbi facta est citatio: tunc enim citatio non fuit inualida, aut ratione erroris, aut incertitudinis: cum de corpore ipsius citati constaret, per iura superius allegata, & per notata in l.si quis in fundi vocabulo. ff. de legat.1.

¶ Sed si citatio fuisset facta per loca publica, vel ad ecclesiam principalem seu parochialem, secundum ea quæ dixi supra, artic.17. vel ad ianuam palatij, secundum quod quandoque statuta disponunt: tunc putat do. Nellus, bannum non tenere.

¶ Primo, propter errorem: quia citatur Pet. Io. qui non est, sed est Pet.Mar. & de corpore non constat ex aliqua circumstantia: & sic ratione incertitudinis, nō debet valere, per d.l.duo sunt Titij, & per d.§.si inter duos. ¶ Subdit tamen, quòd communiter rectores seruant contrarium: qui faciūt captum confiteri se esse illum, qui deliquit, & qui in sententia banni continetur, & qui fuit citatus: & sic bannum exequuntur, & ita dicit Bal. in d.l.si quis seruum.§.si inter duos delegatos. secundo, fuisse seruatum Florentiæ: quia ille qui deliquit, debuit cogitare se citari: & quia talis citatio declaratur ex adiuncto, quod de iure potest esse verum si in citatione exprimatur causa, videlicet delictum, sed si simpliciter diceretur, quòd compareat ad se defendendū à quadam inquisitione: tunc tale bannum de iure non procederet, & ita seruatur per assessores, qui si non detrahant veritati, fauori publico deseruiunt: ne in talibus fraudes committantur, & maleficia remaneant impunita, secundum dominum Nellum in dicto loco.

¶ Et sic ex prædictis potest colligi, quòd melior practica est, vt captus cōfiteatur, quòd est ille idem homo, qui fuit citatus: & contra quem fuit processum: & qui fuit bannitus, & qui commisit illud crimen. ¶ Reliqua vero pertinentia ad materiam falsæ demonstrationis, vide per Bar.& Doct.in d.l.demonstratio falsa.ff.de condit.& demonstra. vbi tractat, quid sit demonstratio, & per quæ verba fiat: & quis sit eius effectus tam in vltimis voluntatibus,

quam

quàm in contractibus. & quomodo posit contestare de corpore, ita quòd falsa demonstratio non vitiet. & etiam traditur per Bal. & Ioann. de Imo. in l. Titia diuortium. ff. solu. mat. & traditur Institu. de lega. §. si quis in nomine. & ff. de hære. insti. in l. fi. & de reb. dub. in l. qui habebat. & per Domi. de Rota decisio. 125. aliàs 142. & aliquid per Bal. in l. si quis in fundi. ff. de leg. 1. & per Ange. in l. 1. ff. de libe. & posthum. & ibi etiam per Bald. vbi traditur, quod quando demonstratio exigitur pro forma, non sufficit aliter constare. & etiam traditur per Bart. in l. si stipulatus fuero hanc summam. ff. de verbo. oblig. & in l. 1. in fine. ff. de do. præleg. & in l. si tibi. ff. de optio. leg. & l. quintus. la. 1. ff. de auro & arg. legato. ff. de libera. legata.

¶ De citatione autem facta alternatiuè, puta tali vel tali hora, &c. vide supra, art. 19. q. 7.

17 ¶ † Decimo quæro, vtrum citatio debeat continere terminum. ¶ Sol. Dic, quod sic. alias citatio sine termino non valeret. no. Bal. in l. 2. C. vbi in rem actio. per tex. illum qui dicit, certo dierum spatio. & no. Pet. & post eum Cy. in l. dies festos. C. de fer. & Ioann. de Imo. in c. cum parati. infra, de appel. & ad prædicta vide quæ latè dixi in 12. princ. articu. quæst. 6. & 7. & talis terminus non debet esse nimis breuis, imo rationabilis & competens. 5. quæstio. 2. cap. si Primates. & l. 1. ff. de fer. Specu. in titu. de cita. §. contra citationem. versiculo, item quod facta est. ¶ Et si daretur nimis breuis, posset appellari, vt in c. 1. infra eodem, de qua materia latius tractabimus in titu. dilationum.

18 ¶ † Sed pone, iudex citauit ad sententiã audiendam ante nonam tali die, vtrum valeat? & qua hora debeat ferri sententia? Bar. in quodam consilio, quod incipit, plúries contingit, tenet, quod valeat. ¶ Et quod habet expectare vsq; ad nonam, alias dilatio esset nulla, & sic in ipsa hora nonç quia citatio facta tali die intelligitur vltima hora diei iudicialis, quæ est hora spectatorum, in Authē. de iudicibus. §. sedebunt. facit c. consuluit. supra, de offic. deleg. ¶ Et sic dicta citatio debet intelligi secundum materiam actus, cui adijcitur. l. stipulatus. ff. de vsur. & l. damni infecti. ff. de dam. infec. faciunt quæ tradit Dyn. & post eum Doct. de solennitate intrinseca. l. sciendum. ff. de verb. oblig. ¶ Sed ante nonam potest intelligi, scilicet, inchoatam, & ante nonam finitam. l. eum, qui. §. qui ante. & l. stipul. non diuiduntur. §. si quis. in gl. super ver. finita. ff. de ver. obl. Cum ergo natura verborum sit apta includere vtranque horam, ego intelligo secundum naturam actus sententiandi. Et vt actus potius valeat, quàm pereat. argu. leg. præsens. ff. de verb. obl. de reb. dub. & de reg. iu.

19 ¶ † Vndecimò quæro, an citatio debeat continere locum, & qualiter. ¶ Sol. Dic, vt latè dictum fuit in 19. art. per totum illum articulum, & dicit Bal. in l. consentaneum. C. quomodo & quando iud. in secundo notabili, quod modus citandi absentem ad domum, est per literas: quia vox nuncij sine literis cito euanescit, & non est bene tuta citatio, secundum Host. & istę literæ debēt mitti in domo citati. argu. ff. de instito. l. sed & si pupillus. §. præscribere. ¶ Potest etiam citari per edicta, quia schedula affigitur in albo Prętoris, vel in foribus palatij ciuitatis illius terræ, vel si est iudex ecclesiasticus, in foribus ecclesiæ cathedralis, vt in cle. causam. de elect. nam talis citatio inducit quoddam notorium: quia lex reputat talem citationem solennem, & hoc quod dicitur, pro rostris, in l. 2. §. 1. ff. de orig. iur. ¶ Et de citatione prædicta dicetur latius, art. 23.

¶ De citatione verò per literas, ar. 24. ¶ Reliqua vero ad materiam istius q. vide supra, in 18. princ. art. & etiam in 17.

20 ¶ † Duodecimo principali quero, qualiter debet ita fieri citatio, scilicet, quod apprehendat citatum personaliter. ¶ Sol. vide ad hanc materiam, quæ dixi sup. art. 17. q. 2. maximè in versi. circa 7. speciem. ¶ Et aduerte: quia paria sunt, quem esse personaliter citatum, vel per eum stare quo minus citatio ad eum perueniat, vt est tex. & ibi no. in clem. 2. vt lite pend. & in clem. 1. de iud. & in clem. 1. de foro compe. talis ergo culpa & contumacia habetur pro citatione personaliter facta, no. Bal. in l. nam ita diuus. ff. de adop. in 2. colum. & Innoc. in c. ex literis. de excessibus prælа.

21 ¶ † Decimotertio quæro, qualiter absens sit citãdus, & an exigatur citatio peremptoria, & qualis. ¶ Sol. Dic, vt dicam infra 27. prin. art. & vide quod dixi supra, in 5. princ. art. quæst. 15. & aliquid tetigi statim, sup. eod. art. q. 11.

22 ¶ † Decimoquarto quæro, an citatio posit fieri per verba facultatis. videlicet, compareas, si vis, vel per hæc verba, si tua putaueris interesse, vel si confidis de iure tuo, vel per verba præceptiua, & sub cõminatione, & sub qua comminatione, & an sub cõminatione pœnæ expensarum. ¶ Quo ad primum, an valeat citatio, Compareas si vis, dicit Bal. quòd sic, vt ipse dicit in auth. si quis ab aliquo c. de testibus. colum. antepenul. ver. Extra quæro. allegat tex. in c. significauit. infra, de testi. vbi bo. tex. no. etiam glo. in l. ea quidem. C. si manci. ita fue. alie. & ibi Saly. & no. in c. cum in tuo. infra, qui ma. accu. poss. & nisi compareat, sibi præiudicatur, vt tradit Spec. in tit. de citatio. §. sequitur videre. ver. quid si non præfixeris. ¶ Et dicit Spec. certo certius esse, quòd præcisè & simpliciter quis citari non potest, sed sub modo sub rescripto, videlicet, si vult, argu. c. 1. in princip. de electio. lib. 6. & in c. quia propter. de elect. Ita dicit Specu. in tit. de cita. §. sequitur. versic. illud autem. quod tamen intellige secundum quod statim dicam. ¶ Item potest fieri citatio sub hac forma, videlicet, si tua putaueris interesse, vt no. glo. in d. l. ea quidem. ad quod etiam vide supra, in 5. prin. articu. quæst. 11. ¶ Item valet sub hac forma, compareas si de iure tuo confidis, tex. & ibi no. Bald. in l. diffamari. C. de inge. manu. Aliquid traditur in d. l. ea quidem. ¶ Et sic ex prędictis videtur concludi, quod citatio non potest esse præceptiua, seu necessitatiua, tenet Ang. in l. nonnunquam. ff. de iud. & Bald. in l. ad peremptorium. ff. de iud. ¶ Ego vero arbitror sic dicendum, quod aut petitur citatio tertij de cuius interesse dubitatur, & hoc casu procedant prædictæ citationum formæ, & si taliter citatus compareat, auditur pro suo interesse: si verò nõ comparet, non procedit contra eum, tanquam contra contumacem, ad quod vide quod dixi supra in 5. princ. articu. quæst. 11. & tribus sequen. Et quod dicam infra, in 31. art. & sic hoc casu, non subiungitur

tur comminatio expensarum, aut similis, quæ habeat afficere personam contumacis, sed solùm fit comminatio, quod ipsius tertij non comparentis contumacia non obstante, proceditur in causa.

23 ¶ † Aut fit citatio illius cótra quem principaliter dirigitur petitio, & hoc casu, licet ille non possit necessitari ad comparendum si non vult, nisi fiat citatio realis, tamen talis citatio non fit per verba facultatis, sed per verba preceptiua. verbi gratia, Generosus miles dominus Masinus de Soardis de Pergamo, honorabilis Potestas magnificæ ciuitatis Senarum, pro tribunali sedens ad eius solitum bãchum, iuris, hora debita causarum ad petitionem A. &c. præsentis & petentis, commisit, imposuit, & mandauit B. &c. publico & iurato nuncio dicti communis Senarum præsenti, & intelligenti, quatenus vadat, & ipsius Domini Potestatis parte & mandato, citet & requirat C. &c. si eum personaliter inuenerit, vel ad domum solitę habitationis, &c. secundum quod dixi supra, artic. 18. quæst. 2. maximè in ver. Circa 7. speciem. & eodem art. quæst. 4. quatenus intra tantum terminum, &c. vel die tali de mane, hora debita causarum, vel de sero hora debita causarum, prout committenti videbitur expedire, vel intra terminum statutum, comparere debeat, responsurus prædicto A. super tali negotio, &c. secundum quod qualitas contingentiæ requisiuerit, aliàs dicto termino elapso, non obstante ipsius contumacia, procedetur contra eum.

¶ Et sic potest vario modo comminari, secundum varias negotiorum contingentias. ad quod vide quod dixi supra, eodem art. q. 4. & potest etiam comminari condemnatio expẽsarum, per tex. in c. fi. in fi. supra, de ma. & obe. ¶ Et sic patet ex forma prædicta, quod dicta citatio emanat sub verbis præceptiuis, dum dicitur, debet comparere. vnde licet præcise non compellatur, compellitur tamen causatiuè, si non vult quod contra eum procedatur tanquam contra contumacem. ad quod vide quod dicam infra, in 31. prin. ar. & quod dicam infra, de dolo & contu. in materia contumaciæ.

24 ¶ † Vtrum autẽ citatio ad sui essentiam requirat scripturam, dic quod non regulariter. fallit in quibusdam personis priuilegiatis, de quibus dixi supra, in 8. prin. artic. Est tamen quædam citatio specialis, quæ fit per literas, de qua dicemus plenè, art. 24.

25 ¶ † Decimoquinto quæro principaliter, an citatio possit fieri, vt citatus personaliter compareat, & qñ, & quibus casibus. ¶ Sol. Dic, quòd regula est negatiua, ꝙ quis non potest citari ita, vt necessitetur personaliter comparere, quoniam liberum esse videtur citato comparere per se, vel per procuratorem, vt in c. querelam. supra, de procur. iuncta l. 1. ff. de procur. & no. in c. 1. de iud. lib. 6. Quoniam liberum est cuilibet comparere per se, vel per procuratorem, vt d. l. 1. ff. de procur. & l. præsenti. §. cum autem. C. de his, qui ad Eccles. confu. & in c. fi. supra de iur. calum. & d. c. querelam. ¶ Beneficium verò iuris nemini est auferendum. 28. distinct. c. de his. & in regula, indultum. de regul. iur. lib. 6. cum suis concord. ¶ Sed per prædictam citationem videtur quis compelli, vt per se, & non per procuratorem compareat. hoc enim dẽotat verbum, personaliter, per no. in capit. cupientes. §. quod si per viginti. de electio. lib. 6. & in c. 1. de iud. lib. 6. & in c. cum dilecta. supra, de rescriptis. & per glo. in verbo, personaliter. in cap. fin. de accus. & per no. in c. fin. supra, de offic. deleg. & in c. cum I. & A. in clem. 1. de vita & hone. cle. igitur, &c.

26 ¶ † Quid autem si dictum sit, vt se præsentet, vide quod dixi infra, art. 31. in 5. effectu, q. 1.

¶ Hec autem regula recipit plures declarationes & fallentias. ¶ Prima declaratio est, quòd prædicta regula respectu iudicis procedit, tam in ordinario, quam in delegato, vt l. fin. C. de procu. & in c. 1. de iud. lib. 6. in contrarium tamen facit ad id quod dixi de ordinario, tex. in d. c. 1. qui tex. specialiter prohibendo hanc citationem delegato Papæ non habenti ad hoc speciale mandatum, videtur per consequens a contrario sensu velle, secus esse in ordinario, per no. 25. distinct. c. qualis. & infra, de his, quæ fiunt a præla. cum apostolica. sed contrarium tenuit Beruh. & glo. 3. in d. cap. 1. qui vult, quòd etiam ordinarius non possit regulariter compellere partes coram se personaliter venire, nisi in casibus exceptis, de quibus statim subijciam in fallentijs. & ideo in d. c. 1. nihil fuit dictum de ordinario, quia de ipso non dubitabatur, per l. fi. C. de procur. sed de delegato Papæ dubitabatur, quia videbatur, ꝙ quo ad illam causam delegatus Papæ posset sicut Papa, vt dicit gl. 3. in d. c. 1. de iud. lib. 6. sed hoc non obstante etiam delegatus Papæ non potest, nisi ad hoc habeat specialem potestatem. & idem no. Specu. in titu. de cita. §. contra citationem. versicu. Item non valet citatio.

¶ Nec obstat, quod omnia videantur sibi commissa quo ad illam causam, &c. quia illud intelligitur, quòd omnia videntur sibi commissa, sine quibus causa expediri non potest, vt in c. 1. & in c. præterea. supra de offic. delega. secundum Innoc. Host. & Archid. sed causa potest expediri absq; eo, quod quis personaliter compareat, videlicet comparendo per procuratorem. sicut ergo regulariter non posset præcipere parti, quod iret ad sanctum Iacobum, sic nec quod ad ipsum personaliter veniat, secundum eos. & sequitur Ioan. And. do. Dom. in d. c. 1. ¶ Delegatus verò ab inferiore a Principe, non posset etiam cum speciali mandato personaliter citare, nisi in casibus a iure permissis, de quibus statim dicam in fallentijs: quia si ordinarius non potest per se hoc facere, ergo non potest alteri demandare, vt in regula, Nemo plus iuris, cum sua materia, de regul. iu. lib. 6.

¶ Secunda declaratio est, quod prædicta regula procedit tam in actore, quàm in reo, vt probatur in dicto c. 1. de iud. lib. 6. ibi dum tex. dicit, alterutrã partium, per quem tex. hoc tenent ibi Ioann. And. & do. Domi.

27 ¶ † Tertia declaratio est, quod prædicta regula procedit, non solum in persona ficta, prout est capitulum, collegium, seu vniuersitas, quo casu de necessitate non potest citari, vt personaliter compareat, cum sit ficta persona, per no. in l. mortuo. ff. de fideiusso. & in c. Romana. §. vniuersitatem. de sent. excommun. lib. 6. & in l. in tantum. §. vniuersitatis. ff. de rer. diuis. no. Bald. in rub. C. pro soc. dixi in c. dilectus. 2. infra, de simo. & in c. in pertractandis. supra, de iura. calum. in 7. principali art. q. 25. ¶ Et in

proprijs

proprijs terminis tenet expreßè Bal.in l.nam ita diuus.ff.de adop. & ideo non poteſt perſonaliter citari, vt dicit gl.3.in fi.in d.c.1.de iud.lib.6.ſiue loquamur in cauſa ciuili,ſiue etiá in cauſa criminali,quo ad ipſam vniuerſitaté, etiam ſi ſit criminalis,in qua de ſui natura non poßit interuenire procur. ſecundum Io.And. in d.c.1. & ſequitur do.Domi.ſuper gl.3.per no.in d.c.dilectus. & ibi latius tractaui, an vniuerſitas poſſit delinquere,& quando dicatur delinquere, & an poſſit accuſari, & vtrum puniri, & qualiter, & reliqua ad materiam vniuerſitatum, & collegiorum,dixi latius in c.dilecta. infra, de exceſ. prælat. ¶ Item procedit prædicta regula in cauſis priuatarum perſonarum,licet ſint veræ perſonæ, & poßint perſonaliter citari. ¶ Inſuper prædicta regula recipit plures fallentias.

28 ¶ † Primò fallit in Papa & Principe, per c. 1. de iud.lib.6.quia ſi poteſt alteri dare hanc poteſtatem, igitur per ſe poteſt exercere.Et quia Princeps ſolutus eſt legibus, vt l.Princeps. ff.de leg. facit quod dixi in c.1.ſupra de lib.obl.art.5. fallen.5.& in cap. quoniam in prin. ſupra,vt lité non conteſtat.in 10. prin.art.fallentia 16. ¶ Aduerte tamen,quod licet quis ſit etiam per Papá citatus,vt ſe eius conſpectui repræſentet, non tamen intelligitur perſonaliter citatus,quominus poßit comparere per procuratorem.tex.eſt & ibi notaui poſt D.M. & Doct.in cap. pen.ſupra de iura.calum.facit glo.antepen.in c.fin. ſupra, de maio.& obed.

29 ¶ † Secundo fallit in delegato Papæ ſeu Principis,qui a ſede apoſtolica mandatum ad hoc ſpeciale recepit,vt poſſet perſonaliter citare.tex.eſt in c.1. de iudi.lib.6.no.gl.antepe.in c.fi.ſupra, de maio.& obedien. ¶ Aduerte tamen, quia ad hoc vt citatus perſonaliter a delegato a Principe teneatur perſonaliter comparere eo caſu, quo poſſet ex poteſtate ſibi commiſſa, debet in citatorio hanc cauſam exprimere ad hoc, vt citatus cognoſcat, ꝙ citans habet poteſtatem ſic citandi: quia oportet, ꝙ iudex, quando habet iuriſdictionem reſpectu alicuius ſpecialis cauſæ, illud exprimat, vt no.Innoc. in c.cæterum.ſupra de iudic. & in c.cum ſit generale. ſupra, de foro competen.Cum igitur regula ſit,quod non poßit compellere ad perſonaliter comparendum, vt ſupra dixi: oportet quòd ſaltem exprimat talem qualitatem, quæ concludat ipſum habere hanc poteſtatem.faciunt no.in cap.prudentiam.§.1. ſupra, de offic.deleg.ſecundum do.Domi. poſt Ioá.And. in dicto cap.1. faciunt quæ dixi in capit. ſi clericus laicum.ſupra,de foro competenti, & quod dixi ſupra eodem art.quæſt.5.& 6. ¶ Et adde quod dicam infra,in 8.fallentia.

¶ Et hæc fallentia procedit in delegato Papæ, qui ex ſpeciali commiſsione poteſt perſonaliter citare,ſed delegatus ab inferiore a Principe, non poteſt etiam ad ſpecialem commiſsionem, cum nec ipſe ordinarius poßit, vt ſupra dixi ar. c. ex literis. ſupra de off.deleg.ſecundum Io.And.& do.Dom. in c.1.facit d.regula,nemo plus iuris.

¶ Quod tamen procedit,niſi eſſemus in caſibus ſpecialibus, in quibus ex natura cauſæ poſſet inferior ordinarius, & etiam delegatus ab inferiore, ſine ſpeciali commiſsione perſonaliter citare.de quibus in ſequentibus fallentijs.

30 ¶ † Tertiò fallit in cauſa criminali,in qua etiam inferior, & quilibet iudex, qui habet cognoſcendi poteſtatem de illa,poteſt perſonaliter citare.tex. eſt in d.c.1. de iud.lib.6. & no.glo.antepen.in c.fin.de maio.& obe.ꝙ intelligit gl.ſuper verbo,criminalis. in d.cap.1. ſi modo ſit cauſa criminalis criminaliter intentata.aliás ſecus, & ſequuntur ibi Doct.

¶ Sed tu aduerte, quia arbitror ex ratione illius glo.quòd hæc fallentia procedat in cauſa criminali criminaliter intentata, in qua ex natura cauſæ non poſſet interuenire procurator, vt in publicis criminibus,in quibus ponitur pœna relegationis, ſupra, ſecundum communem opi.de qua in §.ad crimen. & in §. publicè. & latißimè dixi in c.veniens. infra, de accuſa. ſecus ſi ſit talis cauſa criminalis & criminaliter intentata, in qua poßit interuenire procurator: videlicet, quando veniret imponenda pœna a relegatione inf. quia cum in talibus, tam actor quam reus poßit & per ſe,& per procuratorem cauſam agere,vt dixi in d.c.veniens. in ſecundo membro princ.quæſt.1.non videtur conueniens, quod inferior a Principe poßit hanc facultatem auferre. dixi ſupra, in prin.iſtius quæſt.& hoc tenet Bal.in l. ſi actor.ſupra de procur. & prædicta intellige, niſi iudici aliud videretur, propter aliquam aliam extrinſecam cauſam, ſecundum quod ſtatim dicam in fallentia ſequenti, & fallentia 5.

31 ¶ † Quartò fallit, quando pro veritate dicenda quis perſonaliter citaretur. tex. eſt in d.c.1.de iudi. lib.6.no.glo. antepenul. in fi. ſupra, de ma. & obe. & Specu.in titu.de citat.§.contra citationem. verſi. Item, non valet citatio. & ideo ad reſpondendum articulis & poſitionibus, poteſt quis citari vt perſonaliter compareat, vt no.d. Do.in d.c.1.& etiam ad faciendam propoſitionem facti, ſecundum practicam c.paſtoralis,ſupra de iud. ad præſtandum iuramentum de veritate,quod olim ſolum præſtabatur in cauſis ſpiritualib. ad quod vide quod dixi in eo. tit.ſup.de iur.calum. in 6.prin.art.q.2.& aliquid tetigi in rubr. ſup. de iuram. calum.artic.2. ¶ Prædicta tamen non videntur limitanda, ſecundum ea, quæ ſtatim dicam in ſe.fal. ¶ Aduerte tamen, quia quod dixi de poſitionibus,& articulis,videtur procedere etiamſi procurator haberet ſpeciale mandatum ad reſpondendum poſitionibus,quia non obſtante ſpeciali mandato, poſſet iudex compellere principalem ad reſpondendum poſitionibus, arg. no.per glo. fi.in d.c.1.de iud.lib.6. ¶ Quod verum, ſecundum Io.de Imo.ibi,ſi mandatum ſit ſimpliciter ad reſpondendum poſitionibus, ſecus ſi eſſet ſpecificatum ad ſic reſpondendum,per no.per Bar. in l.qui bona.§.ſi aliena. ff.de dam.infecto.& tenet Iac.Butr.in l.fi.C.de procurato. & dicit Bar. hoc verum in ciuilibus, ſecus in criminalibus, in quibus iudex habet inſpicere quo colore, pallore, vel rubore,& qua trepidatione,&c. vt l.de minore.§.tormenta.ff.de quæſtio. vnde tunc bene poſſet cogere principalem perſonaliter ad reſpondendum, etiam ſi mandatum dediſſet ſpecialiſsimum ad ſic reſpondendum,& idem tenet Bar.in d.l.fin.C.de procura. vbi dicit, quòd aſſeſſores hoc colore raro vel nunquam admittunt excuſationem per procuratorem. quod ſatis placet Bar.

¶ Sed dicit Io.de Imo.in d.c.1.quod fortè etiam

in ciuilibus posset cogi, quia facilius datur mandatum, vt respondeat per procuratorem illud, quod per se ipsum in presentia iudicis verecundaretur respondere, & ita refert & residet do. Do. in d.c.1. in fi. ad quod vide quod tradit Spe. in tit. de positio. §. 10. ver. item pone. facit quod dicam in 6. fallen. & latius tractabo in tit. de confessis, in materia positionum. ¶ Bal. vero in d.l.fi.C. de procura. dicit, quòd vbi sunt indicia probata contra reum ordine iudiciario: tunc iudex in causa criminali potest compellere reum personaliter comparere: siue sit locus torturæ, siue simplici interrogationi, secundũ qualem qualem distinctionem. ¶ Si vero contra reum non sint aliqua indicia legitima probata, nunquam potest iudex auferre reo beneficium legis, quod est, dimittendo procuratorem per se cõstitutum, & sic debent prædictæ opiniones ad concord. reduci, secundum Bal. ¶ Ego arbitror, quod in causis ciuilibus vel criminalibus, quæcunque illæ sint, dummodo sint tales in quibus ex qualitate earum possit admitti procurator, quòd si iudex vult, quòd principalis cõpareat personaliter, debet hoc velle ex aliqua rationabili causa: aliàs grauaret partem, & à tali grauamine posset appellari, secus vbi adesset aliqua iusta causa, vel quia principalis est legalior, vel magis instructus, vt dicam in 6. fallen. 10. vel quia contra principalem sint indicia, vt statim dixi, secundum Bal. & adde quod statim dicam infra, post 8. fallen. in ver. & est aduertendum, & secundum prædicta intellige, quæ dixi in præcedenti fallentia.

32 ¶ † Quintò fallit, si aliquis personaliter citaretur pro præstando iuramento calumn. vt est tex. in d.c. 1. de iudi. lib.6. & no. glo. antepenul. in d. cap. fin. de maio. & obedien. & Spec. in d. ver. Item non valet citatio.

¶ Et ratio est, quia iuramentum calumniæ principales personæ debent præstare, vt in auth. principales. C. de iuramen. calum. & in cap. in pertractandis. supra, de iuramen. calum. Quod tamen limitat glo. fi. in d.c.1. nisi procurator habeat speciale mandatum ad iurandum de calumnia, per c. fi. supra, de iuram. calum. quia hoc casu non videtur posse principalis compelli, secundum Iaco. But. & Bal. in l. fin. C. de procur. ¶ Quod tamen procedit, secundum Ioan. And. in d.c.1. in nouella, quando procurator haberet speciale mandatũ ad iurandum de calumnia in illa causa: quia tunc non posset compellere principalem, ad quod vide, quæ latissime dixi in d. c. in pertractandis, in 8. princip. artic. q.2. sed latius dixi in quæst.23.

¶ Quod tamen arbitror verum, nisi alia extrinseca causa moueret iudicem: fortè quia principalis est legalior & iustior, per ea, quæ dixi in præcedenti fallen. & per ea, quæ dicam in seq. fallen. secus ergo, si esset datum mandatum generale ad iurandum de calumnia in qualibet causa, ad quod vide quæ dixi in d.q.2. & q.23.

¶ Sextò fallit si alia iuris necessitas exigeret personalem comparitionem, tex. est in c.1. de iudi. lib. 6. tradit Spe. in d. ver. Item non valet citatio. & glo. in c. fi. supra de maio. & obed.

33 ¶ † Quando autem dicatur incumbere prædicta necessitas, Hosti. dicit, quòd solum in quatuor præcedentibus casibus quatuor præcedentium fallentiarum dicens, quod non sunt alij casus, quam prædicti quatuor, qui ponuntur in d.c.1. de iudi. lib.6. & sequitur ibi Ioan. Andr. in nouella. & sic sentit, quòd iste vltimus casus sit superfluus. sed dicit Zen. ibi, quod potest esse alius casus: puta, quia pars principalis nouit melius veritatem, per l. fi. C. de procur. & ff. eo. in l. si actor. vnde si dominus est legalis persona, & procurator rixosus: iudex potest citare dominum personaliter, vt no. in d.l. fin. & sequitur Io. de Fant. & do. Dom. in d.c.1. facit etiam glo. fi. in fi. & ibi tenet glo. in l. fi. C. de procur. & Io. de Imo. in c. querelam. supra, de procur. ¶ Quod dictum placet in procuratore simplici.

¶ Aduerte tamen, quia Barto. & Doct. in d.l. si actor. dicunt, quod in simplici procuratore non est iusta causa repellendi eum: eo, quod dominus sit legalior: sed bene est iusta causa, vt dominus compareat, tanquam melius informatus: non vt teneatur prosequi iudiciũ: sed solum, vt respondeat, nisi daret mandatum ad sic respondendum.

34 ¶ † Quod tamen intellige, vt dixi supra, in 4. fallentia. ¶ Sed vtrum hæc fallentia procedat in procuratore in rem suam: videtur dicendũ, quod non: quia procurator in rem suam videtur magis informatus, quam simplex procurator, & ideo non sic videtur admittendus aduersarius petens principalem dominum personaliter comparere, sicut in simplici procuratore. ¶ In contrarium tamen facit, quia potius videtur hoc casu admittẽda dicta petitio, quod principaliter compareat personaliter tam in procuratore in rem suam, quàm in simplici: quia hoc casu magis videtur attendenda legalitas domini principalis eo quod iste procurator in rem suam, cum agat factum suum, & sic ratione proprij interesse nõ ita legaliter responderet, quæ ratio cessat in simplici procuratore, qui nullum habet proprium interesse, & ideo Barto. concludit in d.l. si actor. ff. de procurat. & sequuntur moderniores, quod etiam hoc casu, quando quis esset procurator in rẽ suam, potest peti, vt principalis dominus personaliter cõpareat.

¶ Bal. vero in d.l. fin. C. de procur. dicit, quòd licet persona domini melius nouerit veritatem, vel sit legalior: & procurator sit persona rixosa: si tamen, secundum Iacob. de Are. periculum pertinet ad cedentem, potest compelli cedens personaliter comparere ad respondendum. Si vero periculum non redundat ad cedentem: non potest compelli ad respondendum, quia non staretur suæ responsioni in præiudicium cessionarij, secundum Iacob. de Are. ¶ Sed ipse Bald. distinguit quod aut quis est procurator in rem suã ex parte sua, arbitror, quod velit dicere ex parte actoris; & tunc dominus non est interrogandus de eo, quòd sit decisiuum quæstionis: quia sicut non potest paciscizita non potest confiteri, facit quod no. ff. de pact. in l. si cum empto re. ¶ Aut est procurator in rem suam ex parte rei: & tunc quia talis procuratio non tenet in præiudicium actoris, potest in dictis casibus propter prædictas qualitates existentes in domino, interrogari ipse dominus principalis: & responsio sua facit præiudiciũ reo, vt no. ff. de procur. in l. procurator in rem suam dato, secundum Cy. in d.l. si actor. & loquitur Bal. in d.l. fi. C. de procur.

¶ Et

¶ Et aduerte, quia de prędictis qualitatibus propter quas iudex velit, quod principalis personaliter compareat: arbitror, quod debeat per prius constare, vt dixi supra, fallen.3. facit etiam quod dicam statim, fallen.8.

35 ¶ † Sed quæro circa prędicta, vtrum propter rōnes & causas prædictas, mulier quæ constituit procuratorem, posśit compelli personaliter cōparere. ¶ Sol. Bal. in d.l.fi. dicit, ꝙ in muliere debemus seruare tex.c.2. de iudic. lib.6. vbi dicitur, quod mulieres non debent nisi ex magna causa compelli per se ipsas comparere, & respondere, & ratio apparet ex l. maritus. C. de proc. ¶ Septimò fallit, si modo principalis esset iustior, & magis instructus, vt patet ex his, quæ dixi in præcedenti fallentia.

36 ¶ † Octauò fallit in actibus extraiudicialibus, in quibus ordinarius non prohibetur, quominus ex causa posśit cogere subditos coram se personaliter venire, si fortè eget ipsorum consilio, vel personali auxilio, secundum Hostien. allegat 22. quæst.5. in c. de forma, & supra, de offic. deleg. in fi. vel pro subsidio personali, vt est bo. tex. iuncta glo.2. & his, quæ ibi dixi in cap. fin. infra eodem tit. vel etiam si vult, quod citatus promoueatur ad ordines, vt in cap. fi. supra, de æta. & qualit. Nam constat istis, quod semper in dubio parendum est superiori. 23. quæst.1. c. quid culpatur. & pro hoc alleg. Ioan. Mo. quia Episcopus vocat Abbates, presbyteros, & clericos personaliter ad synodum. 14. distin. c. fin. Item clerum, & populum congregat ad sermonem, vt in cap. vbi periculum. §. quia verò. de elect. lib.6. ¶ Et ad curiam mittit clericum. 16. q.1. nos autē. & in Authē. de sanctiss. episc. §. reuerendisśimi. coll.9. secundum Ioann. And. in d.c.1. de iud. lib.6. ¶ Sed dicit ibi d. Dom. quòd ista distinctio, per quam fit differentia inter actus iudiciales & extraiudiciales, non videtur necessaria: quia si considerentur omnes actus supra enumerati: loquuntur, qn̄ causa est talis, propter quam fit citatio. quæ de necesśitate exigit præsentiā personalem. sed hoc idem dicit tex. in d.c.1. de actu iudiciali, qn̄ necesśitas exigeret personalem comparitionem, vt dixi fallentia 6. & solum videtur notari posse differentia, quia plures actus posśunt concurrere in extraiudicialibus, vt patet ex prædictis. ¶ Et est aduertendū circa prædictas fallentias, quia si sumus in casibus, in quibus ex natura causæ quis necesśitatur personaliter comparere, vt quia fit causa criminalis a relegatione supra, vel similis causa, vt in 3.4. & 5. fallentijs: satis est quod iudex personaliter citet, expressa illa causa, quæ de sui natura exigit personalem exhibitionem: sed si sumus in casibus, in quibus non ex natura causæ, sed ex voluntate, iudex potest velle, quod personaliter compareat, debet ipse iudex illam causam exprimere in ipsa citatione. hoc singulariter voluit Albe. de Rosa. in d.l.fin. C. de procu. allegat etiam no. in l. si actor malit. ff. de procura. & idem tenet Alber. in suo repertorio iuris ciuilis. & mihi placet.

37 ¶ † Sed quæro circa prædicta de notabili quæstione. pone, quod aliquis obtinuit, quod aduersarius personaliter citaretur: an ipse, qui citari fecit personaliter ad hoc, vt ille teneatur personaliter cōparere, ipse etiam teneatur personaliter comparere: aliàs ille non comparens non dicatur contumax? ¶ Sol. Domini de Rota fuerunt varij, quidam dicebant, quòd actor non propterea tenetur personaliter comparere, ex quo natura causæ hoc non exigit, & cum aliàs per iudicem superiorem ad hoc non sit expresse citatus, nec specialis expresśio facta sibi contra aduersarium debet sibi nocere, vt l. quod fauore. C. de legi. Sed multi alij dicebant contrarium, vt sit æqualitas in iudicio, vt l. terminato. C. de fruct. & lit. expens. & C. de rescinden. vend. l. ratas. & ex æquitate tituli, quod quisque iuris in alium statuerit, &c.

¶ Nam potest etiam interesse aduersario, quod ipse personaliter compareat, quia super defensionibus suis ipse melius sciet veritatem, quàm procurator, & sic resident decisione quingentesima quadragesimatertia, in antiquis.

¶ Ego verò ita arbitror distinguendū, quod aut iste, qui procurauit personalem citationem, illam procurauit ex aliqua causa a iure permissa, & hoc casu, non teneatur ipse personaliter comparere, nisi ex alia simili causa aduersarius hoc postularet.

¶ Aut iste procurauit citationem personalem in casibus a iure aliàs nō permisśis, & hoc casu, ex quo impetrauit nouum ius, dico quod ad postulationē ipsius aduersarij, teneretur vti eodem iure, secundū ea, quæ traduntur in c. cum omnes. supra, de consti. sed tamen si hoc ab aduersario non peteretur, satis esset huic impetratori comparere per procuratorē, si qualitas causæ hoc pateretur. ¶ Vnde ista vltima conclusio mea est declaranda, & qualificanda secūdum illum titulum, quod quisque iuris, &c. Et secundùm ea, quæ traduntur in d.c. cum omnes. cogitabis, quia nunc venit in mentem.

38 ¶ † Vtrum autem citatus personaliter debeat stare in iudicio, donec iudicium terminetur. Hostien. concludit, quòd non, per tex. in c. cum esset. infra, de simo. & sequitur d. Domi. in d. cap.1. quod ego arbitror verum, nisi qualitas causæ aliud exigeret. ¶ Et vide quod dixi infra, artic.31. versic. quintus effectus. q.5. in fi.

¶ Item aduerte circa prædicta, quia licet simus in casibus, in quibus iudex personaliter citaret, de quibus supra, in prædictis fallen. & citatus teneatur comparere, si tamen citat simpliciter, & non vt personaliter compareat, non tenetur comparere personaliter, vt no. in l. fin. C. de procur. iudex ergo, qui vult arctare citatum ad personaliter comparēdum, debet hoc exprimere, secundum Ioan. de Fantu. & do. Domi. in c.1. de iudi. lib.6. quod tamen limitat, vt dicam in seq. versi.

¶ Item licet citatio emanet sub ista forma, videlicet, ꝙ citatus se conspectui citantis præsentet, tamen talis potest comparere per procuratorem: etiam si talis citatio emanauerit a sede apostolica, vt in c. pen. supra, de iur. calum. & ibi no. Do. M. quia ex tali citatione non videtur Papa velle tollere potestatem constituendi procuratorem. quod tamen ego arbitror procedere, & limitandum esse, nisi ex qualitate causę necessaria sit personalis comparitio: puta, quia causa sit criminalis à relegione supra, vt traditur in l. pen. §. ad crimen. ff. de publ. iud. & latè dixi in c. veniens. de accusatio. quia tunc etiāsi simpliciter esset facta citatio, intelligeretur, vt legitime compareat, & sic secundum subiectam materiam.

facit quod dixi in 5.artic.q.19.& quod dicam infra q.19.& 31.prin.artic.facit c.si Papa. de priuil. & c. Raynutius.in verbo, legauit.infra de test.& c.si pater.de testam.lib.6.& c.capitulum sanctæ Crucis.in verbo, relaxetis. supra, de rescriptis. in quibus traditur, quòd ratione subiectæ materiæ verba impropriantur. & vnum & idem verbum accipitur propriè & impropriè, prout diuersa respicit, vt in d.verbo, relaxetis, & no. in l.iam hoc iure.ff.de vul.& pu. & idem arbitror dicẽdum, si esset talis causa, in qua quis posset per se & procuratorem comparere, sed tamen ex aliquibus circumstantijs, quis videtur potius citatus, vt personaliter compareret, licet formaliter nõ expresserit, quod personaliter compareret. verbi gratia, si mandaretur sub ista forma, quia confidimus de bonitate, iustitia, legalitate, & conscientia tua, ideo te nostro conspectui præsentabis, &c. arg. c.fin.supra, de offic.delega. & idem dicendum de similibus.

¶ Postremò no. circa prædicta, quòd eo casu, quo quis legitimè citatur, vt personaliter cõpareat, si fortè sit impeditus, non sufficit mittere procuratorem ad causam, sed debet destinare nuncium ad allegandas causas, quare non posset personaliter venire, vt no. Doc. in c.fi.supra, de ma.& obe. & tenet d. Domi. in d.c.1. de iud. lib.6. & vide quod dicam infra, in 31.prin.art. Et ex his habes notanter expeditam istam intricatam quæstionem.

39 ¶ † Sextodecimò principaliter quæro, qualiter & quando, & quibus casibus posit fieri citatio ad totam causam. Quę quęstio est aliqualiter intricata. vnde pro clariori ipsius doctrina, prosequar infrascriptas quæstiones.

¶ Prima, vtrum prædicta citatio teneat.

¶ Secunda, in quibus casibus fieri posit.

¶ Tertia, qualiter fieri debeat, & de ipsius forma.

¶ Quarta, de ipsius effectibus.

¶ Circa primam quæstionem, an posit fieri citatio ad totam causam, dic quod sic. hoc tenuerunt Inno. Ioan. & Moderniores in c.auditis. de proc.& Inn.& Io. And. & Doc. in c.consuluit.supra, de off. deleg.& Ioa. And. in add.Spec.in tit.de cita.§.viso. ver.item licet in die.& in c.fi.de dolo & cont.lib.6. & ibi etiam per d. Dom.tenet Inn.do. Anto.& Do. meus in c.fi.infra eo. Archid.in c.2.de confes.lib.6. Do.meus in c.dilecti.inf.de do.& cont. ¶ Traditur etiam per glo.in l.& post edictum.ff.de iudi. & per glo. in l.consentaneum. & auth.qui semel. C.quomodo & quando iudex.& per Iac.de Are.& Bar.in l.statu lib.& per Bar.in extrauag.ad reprimendum. super verbo, per edictum. ¶ Et in l.qui ante Calendas.& ibi per Bar. Ang. Io. de Im. & Pont.ff.de ver. obli.& per Bal.in l.si accusatoribus. C.qui accusare non poss.& eo.ti.in l.qui crimen.vbi est bonus tex. & per Ioa.de Imo.in l.de vnoquoq;. §.qui apud.ff. de re iud. dixi in clem. 1.de foro comp. in gl.super verbo, præsumatur.& probatur etiam ex iuribus, & authoritatibus inferius allegandis.

40 ¶ † Circa secundam quæstionem, quando & quibus casibus posit fieri citatio ad totam causam. quidam voluerunt simpliciter, quod fieri posit, non distinguentes, an fieret de loco longinquo vel propinquo. hoc volunt Inn.& Io. And. in d.c.auditis.& in d.c.consuluit.& in d.c.fin. de dolo & cont. lib.6. & Bald. in d. l. si accusatoribus.

¶ Sed tamen Ioann. Andr. in add. Specu. in d.§. viso. versic. item licet in die. dicit, quod simpliciter intelligere, quod quis posit citari ad totam causam, nimis sonat in absurdum. summa enim esset iniquitas, si iudices sic citando ad totam causam, possent ex vna contumacia partibus tantùm inferre dispendium, vt principale simul cum appellationis remedio illis periret, quoniam secundum hoc, contumacia in non veniendo, quæ faceret valere sententiam, pariter illis tolleret beneficium appellandi.& ideo dicit Ioann. And. quod prædicta citatio procedit, quando fieret ex loco remoto, seu longinquo a iudicio, vt sic posit tunc ratione longæ distantiæ fieri talis citatio ab homine ad totam causam, sicut etiam quandoque fit a iure, vt in c.1.& in c.cupientes.de elect.lib.6.facit c.quamuis. de offic. ordin.lib.6. hoc enim casu, quia difficilimum esset pro singulis actibus ad illas partes, seu locum valde distantem mittere pro citatione, ideò permittitur dicta citatio, secus si causa agitaretur in loco domicilij partium, ita quod partes de facili possent citari ad singulos actus.

¶ Absurdisimum enim esset, quòd citatus ad videndum iurare testes, vel ad Inquestarum aperturam, vel ad aliud simile, licet sit contumax, non sit iterum citandus ad reliquos actus, secundum Ioan. And. ad quod vide quod latius dixi inf.art.27.ver. secundus effectus. ¶ Et ista opinio est communis, q. talis citatio duntaxat permittatur, quando quis esset citatus de loco longinquo. quam voluit Bart. in dicta extrauagan. ad reprimendum. in gl. in verbo per edictum.& in l.qui ante calendas. & ibi Ioann. de Imo.ff.de verb.oblig.& d.Domi. in c.fi.de do.& contum.lib.6.do. Ant.& Do.meus in cap.fin.infra eod. & do.Ant.in c.veniens.infra de accusa. Ioann. de Imo. in cap.consuluit. de offic. delega.& in d. l. de vnoquoque, §.1.& Pontan.in d.l.qui ante calendas.& potest figurari exemplum, si talis citatio emanat a curia ad partes longinquas, vel a legato, quo ad omnes prouincias sibi commissas, vel Archiepiscopo, quo ad causas sibi delegatas de prouincia extra suam diœcesim. Et idem ego arbitrarer etiam in eadem diœcesi, vel respectu iudicis secularis, etiam respectu eiusdem territorij: si daretur, quod locus esset valde longinquus, & ita practicatur hic Senis, quia in his casibus loquuntur tex. permittentes talẽ citationem ad totam causam, vt d.c.auditis.& in c. cum ex literis. supra, de restitu.in integrum. & in c. cum olim.& c.cum dilecti. infra, de dolo & contu. & in c.fin. infra eodem. vbi tex. vult, quòd propter nimiam distantiam loci, permisum sit vnicam fieri citationem, vbi aliàs non est permissa. & no.glo. in c.2.de test.cog. facit l.nonnunquam.ff.de iud. secus si locus esset propinquus, quia tunc non permitteretur huiusmodi citatio.

¶ Et de longinquitate & propinquitate loci, ex quo non habemus quid certum, stabitur iudicis arbitrio, qui ex varijs circunstantijs debebit motum animi sui reformare, sicut in simili dicemus in materia dilationum, infra, in materia dilatio.

¶ Ex loco igitur propinquo, seu in loco iudicij, non potest nec debet quis citari ad totam causam, & si citaretur, velut grauatus poset appellare, sicut

potest

potest appellare quando nimis breuis dilatio asignatur, vel peremptorium nimis maturatur, id est, acceleratur, vt in cap. 1. & in c.fin. infra eod. dixi in clem. 1. de foro compet. in glo.super verbo, præsumatur, tenet Dom.M. in d.c.fi.& probatur, quia ex tanta generalitate videtur grauari citatus, scilicet, quòd singulis diebus & horis habeat in iudicio interesse, timens fortè ne contra eum amplius nó monitum, aliquis actus præiudicialis fiat: & sic citatio talis traheretur ad iniquum iuris compendium, cótra l.fi.C.de vsuca. pro emptore. facit, quia ista citatio vnica & generalis continere videtur, si bene cósideretur, solum vnum terminum ad plures actus, etiam diuersos: quia fit ad tot actus, quot in iudicio fieri debent. Sed clarum est, quòd vnius termini statuitio ad plura diuersa successiua, reputatur iniqua, vt no.glo.in verbo, post dationem, in clem.sępe, de verb.signifi.igitur,&c. secundum Ponta. in d.l.qui ante calendas. Sed ista fuit ratio Frede. consil. 46. quam etiam referunt & sequuntur dom. Anton. & Dom. M. in c.fi.infra eod. licet Pontan. eos non alleget. Item facit, quia negari non potest quin in casu isto pendente prima dilatione censeatur aliæ plures statutæ dilationes ad alios plures actus se non cópatientes adinuicem: & cum primo actu contradictionum fiendæ, hoc autem fieri non potest, argu. l.siue pars. C.de dilatio. & in cap.significante, infra de appella. tradit Barto. in l.2.ff.de re iudi. & hanc rationem etiam allegat Ludo. Pontan.in d.l.qui ante calendas. sed ista fuit ratio Domi. mei in d.cap. fin.infra eod.

¶ Sed tu aduerte, quia prædictæ rationes videntur concludere, quòd etiam dicta citatio nó posit fieri de longinquo: sed arbitror posse responderi, quòd sicut ex causa potest iudex dilationes abbreuiare, etiam omittere peremptorium in casibus, in quibus aliàs de iure requiritur, vt sanctius dicam, infra in 27.princip.artic. & dicam etiam in materia dilationum, infra de dilat. c.2.art.11.q.3. & art.22. versi.ita etiam in terminis nostris, quando citandus est de longinquo, permittitur citatio ad totam causam, propter tantam difficultatem itineris & longitudinis. ¶ Sed sine causa prædicta non debet permitti dicta citatio & cóglutinatio, propter rationes superius allegatas.

41 ¶ † Circa tertiam quæstioné, quæ sit forma prædictæ citationis, aduerte: quia duplicem reperio formam, vna fuit Frede. in d.consi.46. videlicet, quòd quis citetur vt veniat ad respondendum libello: & ad omnes & singulos actus succesiuè vsque ad diffinitiuam sententiam. ¶ Alia forma fuit Zabarel. videlicet, vt citatus compareat crastina die, & demú singulis diebus iuridicis, hora iuridica causarum, vsque ad senté̃tiam inclusiuè. ¶ Sed tu aduerte, quia tex. in c.fi.infra de dolo & contu. dando formam in hac citatione dicit, quod quis citari potest peremptoriè ad certum terminum, super re in iudiciú deducta: vt citatus, per se vel per procuratorem idoneum, sufficienter instructum, ad litis contestationé, & ad alia omnia peragenda, quæ necessaria decisioni negotij videbuntur: se iudicis conspectui repræsentet. ¶ Quænam autem forma sit melior, apparebit ex dicendis in sequenti quæstione.

42 ¶ † Circa quartam & vltimam quæstionem, de effectibus prædictæ citationis, prosequar duo membra principalia.

¶ Primum, quando citatus semel comparuit.

¶ Secundum, quando fuit contumax, & nunquam comparuit.

¶ Circa primum, Ioan. And.& alij volentes simpliciter talem citationem valere, quando fit de longinquo: videntur simpliciter sentire, quod sine alia citatione posit procedi ad singulos actus, sed ista opi. non videtur vera, secundum D.M.

¶ Finge enim, quod citatus ad totam causam ex loco longinquo comparuit in curia, seu coram citante: & respondit libello: & datus est terminus, vt intra duos menses actor produceret testes, & sic est in facultate actorum, quandocúque producere intra terminum. Debet ne reus arctati ad comparendum singulis diebus & horis? certè hoc nó videtur conueniens: quia fortè actor non comparebit nisi ter intra totum terminum. Cum ergo singuli actus non habeant specificum terminum, debet reus citari quando actor vult facere productionem: cú reus non teneatur diuinare, vt dicit Bart. in d.l.qui ante calendas.ff.de verbo.oblig. ¶ Sed tu aduerte, quia licèt Ioan. And.in c.auditis. de procura.& in c.consuluit. de offic. deleg. & in similibus locis videatur hoc sensisse: tamen in addit. Spec.in titu. de cita.§. viso. ver.Item licet in die. concludit, quod si taliter citatus comparuit per se vel per procuratorem, debet postea citari ad singulos actus: etiam si in vno fuerit contumax.

¶ Ad quod vide, quod latius dixi infra, arti.27. quæst.11. versi. secundus effectus. Sed posset dici, quod hoc dictum Ioan. And. procedit, quando ipse principalis, qui comparuit per se vel procuratorem, esset in loco iudicij. ¶ Freder. vero in d.cons. 166.dicit, quòd si reus cóparuit, & procesit ad aliquos actus, satisfactú est illi generali citationi: quia verum est dicere citatum ad causam comparuisse: nec potest de ipso dici, quòd protestari videatur se nolle comparere in illa causa, cú comparuerit. pro quo d. c.fin. à contrario sensu, de dolo & contum. lib.6. Debet ergo postea citari ad alios actus: aliàs sequeretur absurdum, quod omni die de mane & de sero teneretur quis per se & per procuratorem suum comparere, & intelligere, quid pars, & quid iudex velit dicere, & sic posset iudex tenere eú impeditum, & in pendenti per multa tempora: saltem in foro ecclesiastico: vbi nó finitur instantia, & posset captare tempus, quando reus esset absens: & túc ferre sententiam. vnde ille, tanquam cótumax, non posset appellare, per cle.primam, & quod ibi no.de dolo & contu. quod esset minus absurdum. ¶ Sed dicit Dom.meus in cap.fin. infra, eod. quòd prædicta opinio nó videtur vera: in quantum vult, quod si reus compareat, extinguatur citatio in totum, vt post aliquos actus posit impune recedere: nec teneatur venire, sine noua citatione: quia secundum istam opinio. ista citatio generalis non seruiret, nisi contra non comparentem: & tamen talis citatio fit, vt citius expediatur causa cum præsente, & vt euitetur pluralitas citationis de longinquo. ¶ Item, quia hæc opinio videtur apertè contra tex. in cap.fin. 8. q.4. & 9.q.3. in c.certum. vbi dicitur, quod citatus ad synodum, seu curiam, non debet recedere ante

finitam

finitam causam: aliàs debet puniri, & ad idem c. 1. de iudi. & in c. fi. infra de dolo & contum. ¶ Zabar. verò dicit, quod si citatio fuit facta secundum suam formam, de qua supra, videlicet, vt citatus compareat tali die, & demum singulis diebus iuridicis, hora iuridica causarum, &c. quòd tunc, cum remaneat citatio, cum suo termino ad alios actus, per vnicam comparitionem, non uidetur satisfactum reliquis actibus habentibus terminũ. ¶ Sed dicit Do. meus, quod etiam dicta citatio non uidetur arctare citatũ post comparitionem sine noua citatione: quia cum impossibile sit, vt in eadem causa procedatur singulis diebus hora iuridica: non debet iste arctari ad comparendum, ex quo non proceditur in causa. ¶ Finge enim, quod dilatio octo dierum sit data ad testes producendos, intra quem terminum actor hodie producit unum, & hinc ad tres dies alium, & sic de singulis. Certè absurdum est reum arctari ad comparendum singulis diebus iuridicis, & sic longè fortius, si terminus daretur longior, & sic ẽt quando daretur terminus ad positiones, seu interrogatoria facienda, & sic de similibus. ¶ Vnde Do. meus in hoc membro, quando citatus semel comparuit, dicit quod talis citatio arctat, vt reus compareat, & non recedat de loco iudicij: nisi saltem dimittat procuratorẽ: cum de facili citationes de longinquo non possunt geminari & reiterari, & sic loquatur cap. fi. 8. quæst. 4. d. c. certum. 11. q. 3. & cap. 1. supra de iudi. & c. fi. infra de dolo & contuma. sed non tenetur postea comparere ad singulos actus sine noua citatione, & sic dicit loqui Barto. in d. l. qui ante calendas, licet non loquatur in his, sed in similibus terminis. ¶ Sed tu vide Barto. in extrauaganti ad reprimendum, in glo. super verbo, per edictum: vbi distinguit, quòd aut citatio fuit facta simpliciter, vt compareat super tali negotio responsurus, & tunc veniendo satisfacit primo termino, & ideo si postea recedit iterato citandus est, sicut fuit in prima citatione, vt in authen. ei qui. C. de bo. autho. iudic. poss. Aut citatio fuit facta magis extẽsè dicendo, quod veniat responsurus, super tali negotio, & ad procedendũ in dicta causa, vt iuris fuerit: & tunc oportet, quod stet in conspectu iudicis, & satis est; quod citatio postea fiat per præconem missum per ciuitatem, & si non comparet, procedetur in causa: quia si est in ciuitate, talis citatio sufficit, per l. si eo tempore. ff. de distra. pig. sed si recessit, & sic est contumax virtute primæ citationis: quia ex quo erat taliter citatus, debebat ibi morari, & sequitur do. Domin. in cap. fi. de dolo & contuma. lib. 6. pro quo allegat tex. in c. si postquam. iuncto cap. cupientes. de electio. lib. 6.

43 ¶ † Ego verò considero, quod talis citatio ad totã causam permittitur speciali ratione propter longam distantiam à loco iudicij, per ea, quę dixi supra in 2. quæst. ipsius materiæ. ¶ Et ideo distinguo tres casus. ¶ Primus est, quando comparens per se, vel per legitimum procuratorem est in loco iudicij, & hoc scitur, ita quod de facili potest de nouo citari, & hoc casu, debet ad singulos actus de nouo citari. Et sic illa citatio ad totam causam per hanc comparitionem & existentiam in loco dicitur euanescere, & sic procedat opinio Io. Andr. in additio. Specu. & Federici, consi. 166. quia cum cessat ratio quare permitteretur talis citatio ad totam causam: ergo cessare debet effectus, vt in cap. cum cessante. de appella. ¶ Et ad prædicta facit c. fin. 8. quæstio. 4. cum alijs iuribus, supra statim allegatis, & ita sentit Do. meus, & etiam Pontan. licèt non ita clarè loquantur, & si est certum ubi sit, qui comparuit: debet citari ad personam: si verò ignoratur ubi, sed tamen scitur quòd est in loco: tũc fiat citatio per præconem, & eo modo quo dicam infra in tertio casu. ¶ Secundus casus est, quando certum est quod citatus post primam comparitionem recessit ad partes, nullo dimisso procuratore, & hoc casu, arbitror dicẽdum secundum quod dicam, infra in secundo membro principali, de eo, qui nũquam comparuit: quia non finito ad hoc iudicio, non debuit illicentiatus recedere: non dimisso saltem procuratore, facit dictum c. fi. 8. q. 4. & cap. certum. 11. q. 3. & sentit Innoc. in c. auditis. supra de procura. quamuis non alleget iura prædicta. ¶ Et ratio sit, vt arbitror, quia d. citatio uidetur afficere eum, vt compareat, & persistat in loco, vsque ad finem litis, ita ut non causetur nouum incommodum citationis ad partes longinquas per ipsius recessum: & quia, vt dicit Ponta. recedendo videtur quodãmodo protestatus se nolle amplius comparere. facit tex. in cap. 2. de dolo & contuma. lib. 6. & in Clem. 1. de dolo & contum. & pro hoc allego tex. in c. auditis, vbi secundum intellectum Innoc. ille Episcopus fuit citatus ad totam causam iuxta stylum curiæ, vt supra dixi, & ideo tenebatur comparere per se vel suum procuratorem, etiam super negotio principali, & ideo cũ hoc non fecerit: quia comparuit per procuratorem: sed postea reuocauit mãdatum, & ideo proceditur ad sententiam super cessatione: quia reuocando procuratorem, & alium non subrogando, videtur quodam modo recessisse illicentiatus, & ideo censetur contumax, & sequitur ibi Dom. Anton. & communiter Docto. sed ille text. habet varios intellectus. ¶ Tertius casus est, quando dubitatur, an recesserit de loco, vel non decesserit: & hoc casu arbitror, quod iudex per nouam citationem factam per præconẽ, vt voluit Bart. vel per edictum, seu literas, maximè ad locum hospitij vbi fuit, si illud scitur, & in loco iudicij, & ad consanguineos, & amicos, si ibi illos haberet, vt compareat ad talem actum, & si comparebit, satis est: sed si non reperitur neque comparet præsumetur discessisse, sicut in simili dicunt Bar. & Docto. de exploratione, quam facit iudex ad probandam negatiuam in lege, in illa. & in l. hoc iure. ff. de verborum obliga. & quod dixi post Innoc. in cap. 1. inf. de peculio cler. cum sim. vnde tunc perinde iudicandum arbitror, vt dixi in pręcedenti casu. ¶ Et vide quæ dixi in c. ex tuæ. inf. de cleri. non resid. in 7. principali articulo, in secundo membro. q. 3. & quæ dixi in cap. quoniam. in princ. supra, vt lite non contesta. in 4. princip. articu. fallentia tertia, versi. Est tamen aduertendum, & supra articu. 5. quæst. 15. in fi.

44 ¶ † Et ideo ex prędictis colligitur cautela, & hęc est communis practica: maximè in hac ciuitate, vt citatus de longinquo ad totam causam, & comparens, cogatur eligere certum locum in quo postea citetur ad alios actus, & ita dicunt Bald. Ang. Io. de Imo. & Ponta. in l. qui ante calendas. ff. de verbor. oblig.

oblig. & Dom. meus in c. fi. infra eo. sicut enim per mittitur dicta citatio generalis ratione distantiæ: ita & ista compulsio, vt euitentur dicta incommoda. facit l. si longius. ff. de iudi. & c. fi. inf. de sepul. & c. tum ex literis. cum glo. sua, supra de resti. in integ. & fuit de mente Barto. in d. extrauag. ad reprimendum. in glo. per edictum. dixi in Clem. 1. de foro compe. super glo. in verbo, præsumatur. ¶ Et adde quod dicam art. 25. q. 3.

45 ¶ † Circa secundum membrum principale, quãdo taliter citatus nunquam comparuit: dic, quod potest procedi ad vlteriora iuxta formam mandati, & ét ad sententiam diffinitiuam, si hoc comprehensum fuit in citatione, & qualitas causæ hoc patiatur. hoc tenent Do. Ant. & Do. meus & Doct. in d. c. fi. inf. eo. & Io. An. in ti. de cita. §. viso, in ver. Item licet in die. & Feder. consi. 171. ¶ Ideo autem dixit, si qualitas causæ hoc patiatur: quia si esset talis causa, in qua non posset procedi lite non contestata, tunc non posset procedi ad sententiam diffinitiuã, secundum ea, quæ dixi in c. quoniam. in prin. supra vt li. non contest. in quarto prin. artic. & ideo tunc procederetur contra talem per alia remedia producta contra contumacem, contra quem non potest procedi ad diffinitiuam. de quibus dicam in tit. de dolo & contu. sed in casibus, in quibus lis esset contestata, vel posset procedi ad diffinitiuam nulla facta li. contesta. de quibus latè dixi in d. c. quoniam, in 4. prin. arti. per 82. fallentias: hoc casu, posset procedi ad sententiam sine alia noua citatione ad personam, vel ad domum fienda, vt no. Inno. in d. cap. consuluit, de offic. delega. & probatur in cap. fin. de dolo & contum. lib. 6. & in l. qui crimen. C. qui accus. non poss.

¶ Aduerte tamen: quia licet esset facta citatio generalis, si tamen non adijceretur, quod singulis diebus, & horis intersit in iudicio ad omnes actus expediendos vsque ad sententiam inclusiuè: debebit citari nihilominus in actu occurrente per præconem in locis publicis ille, qui sic taliter fuit citatus per citationem generalem: quia non est intelligendum, quòd iudex senserit, quòd semper debet stare in iudicio, nisi hoc dicat: sed quod debet stare in loco seu ciuitate vbi iudicium agitatur, ut etiam dicit Barto. in d. glo. super uerbo, per edictum. tenent Io. de Imo. & Ponta. in d. l. qui ante Calendas. dixi in Clem. 1. de foro compet. & ex hoc habuit originem stylus & practica palatij Apostolici, vt dicunt Domini de Rota, decisio. 635. vbi concludunt seruandum esse vt semper post prædictam citationem generalem si citatus non comparet, fiat noua citatio ad quoslibet actus in audientia publica contradictarum, & ad prædicta vide, quod dicunt prædicti Domini de Rota, decis. 281. in nouis: ubi dicũt, quod si aliquis fuit personaliter citatus, vt comparеat coram auditore cum actis, &c. responsurus de iure, & auditurus &c. facturus & recepturus, quod dictauerit ordo iuris, & sic est generalis citatio. hoc casu, dicunt ipsi, quòd potest procedi per audientiam contra cõtumacem ad omnes actus, sed quòd seruandi sunt termini. ¶ Subdunt tamen, quod si aliquis ipsorum terminorum esset omissus, quòd propter hoc non uitiaretur processus: licet hic tantum inualuerit stilus obseruationis terminorũ per audientiam: quòd etiam apposita dicta clausula, quòd compareat ad omnes & singulos actus &c. tamen omisso in citatione aliquo termino, totus corruat processus, secundũ Pet. de Sarceneto, & in hoc multi alij ex auditoribus concordauerunt. Aliqui tamen contradixerunt, vt traditur in dicta decisione. sed hoc dimitto curialibus.

46 ¶ † Postremò aduerte, quòd citatio ad comparendum de longinquo facta expressa causa, in qua debet comparere: videtur præfixa, non solùm vt citatus nudè compareat, sed vt deliberet cum his qui de negotio sunt informati, & quos negotium tangit. hoc probat tex. & ibi no. Dominus meus in c. fi. inf. eodem. ¶ Et potest esse ratio secundum Dominum meum, quia cum locus iudicij sit valde distãs, non nudus, sed instructus debet se præsentare, & si superuenit impedimentum tollens facultatem deliberandi cum alijs, licet non tollat facultatem comparendi, circunducitur edictum, & debet dari noua dilatio, secundum Dominum meum. ¶ Et ad prædicta uide, quæ dixi in cap. 1. infra de dila. articulo 5. ¶ Et ex his est notabiliter expedita hæc materia.

47 ¶ † Decimoseptimò quæro principaliter, qualiter fiat citatio, vt quis veniat defensurus tenutam bonorum.

¶ Sol. Dic, vt dicam inf. in ti. de eo, qui mit. in poss. causa rei seruan. in materia primi decreti.

48 ¶ † Decimooctauò principaliter quæro, qualiter fieri debeat citatio ad sententiam audiendam.

¶ Sol. Dic, quòd debet fieri peremptoriè: nisi in causis summarijs, in quibus sufficit citatio absque peremptorio: debet tamen specificè fieri ad sententiam audiendam, vt in Clemen. sæpe. de verborum signific. in Glo. super verbo, ad id. propter quod ego dixi pluries in quæstionibus facti, quod non sufficeret dicere ad audiendam uoluntatem iudicis. sed de hac materia dic, vt latius dicam in tit. de re iudi.

49 ¶ † Decimononò principaliter quæro, qualiter citandus sit pupillus vel minor.

¶ Sol. Bar. in l. 1. §. sufficit. ff. de administr. tuto dicit, quòd in pupillo debet fieri citatio alternatiuè: quòd compareat per se vel per legitimam personam: putat etiam quòd si solus pupillus citetur, quod valeat citatio: sicut enim quando citatur maior intelligitur quòd compareat per se vel per procuratorem, vt l. fi. C. de procur. & latè dixi supra eodem articu. q. 15. in princ. Ita & in pupillo intelligitur, quòd compareat per se vel per legitimam personã, & quod talis citatio valeat, apparet, quia si nemo comparet ad defendendum pupillum, fit missio in possessionem ex primo decreto: licet non ex secundo, vt l. apud Iulian. §. 1. ff. quibus ex caus. in poss. ea. de quo dicam infra in titu. de eo, qui mit. in possess. in materia primi decreti. & probatur in l. 3. §. si pupillus. ff. de tutel. ibi dum tex. dicit, siue agat, siue conueniatur, & ibi etiam hoc no. Barto. ubi dicit, quod aut extraneus agit contra pupillum, & potest citari pupillus, & intelligitur, quod ueniat cum tutore, sed quando tutor litigat cum pupillo, & pupillus cum eo, secundum quod traditur in dicta l. 3. in principio, tutius est citari pupillum, vt veniat ad petendum curatorem: cum tutor intendat cum eo

eo litigare, & ita no. Cyn. in l. 1. qui dari tuto. poss.

50 ¶ † Potest etiam citari tutor pro causa pupilli, si taliter fit commisio, vt d. l. 2. §. sufficit. ff. de administr. tuto. no. Bar. in extrauag. ad reprimendum, in verbo, citata, & vide quæ dicam in seq. quæstione. ¶ Et ad prædicta etiam vide, quæ dixi sup. in quinto princ. articu. quæstio. 19. & de formatione libelli cum agitur contra pupillum, in cap. 1. supra de lib. obla. in 9. princ. articu. in secundo membro princ. quæst. 6. & etiam vide quod dixi in Rubr. de lit. contesta. artic. 2.

51 ¶ † In adulto verò, secundum Bart. in d. §. sufficit, non est dubium, quòd electio est actoris: vnde potest formare citationem, vt compareat per se vel per procuratorem. Item potest citari simpliciter, & subintelligitur, quòd legitimè debeat comparere. Et idem etiam tenet Bal. in l. 1. C. qui pet. tut. & vide quod dixi supra in 5. princ. articu. quæstio. 20. & de libel. oblat. cap. 1. articu. 8. in secundo membro princ. quæst. 7. & quod dixi in Rubrica, de lit. contesta. articu. 2.

52 ¶ † Vigesimò quæro principaliter, qualiter sit citanda uniuersitas, capitulum, seu collegium. ¶ Sol. Glo. in l. non potest uideri. ff. de regu. iur. dicit, quòd debet citari in cap. uel arenga. ¶ Glo. verò in verbo, factam, in c. si capitulo. de concess. preb. lib. 6. dicit, quòd nuncius requiret illum, qui habet conuocare capitulum seu collegium, vt conuocet per campanam, uel iuxta morem solitum, quòd si se includeret, ne fieret congregatio à præposito, vel præsentato: perinde est ac si facta esset ad instar eius, qui latitat vel impedit quominus citari posit. supra vt lite non contest. c. quoniam. §. porro. & sequitur Barto. in extrauag. ad reprimendum. in Glo. super verbo, citata. Si verò aliqui veniunt, non sufficit præsentare Decano, seu rectori, vel ei, qui maior est in capitulo, & illis, qui cum eo sunt: quia in dictis citationibus de vniuersitate faciendis, sufficit quòd fiant in loco cõgruo, & vt coram maioribus, & aliis ibidem inuentis publicè proponatur, vt 16. distin. c. quod dicitis. & ibi Archid. secundum Glo. in d. c. si capituli. & ibi etiam do. Dom. post Ioan. Andr. in Nouella. remittendo se ad no. in c. bonæ, el 1. supra de elect. ¶ Sed Bar. in extrauag. ad reprimendum. super verbo, citata. dicit, quòd sicut vnum hominem singularem quis potest citare: licet solum eius caput respiciat, hoc est videndo solum caput ipsius citati existentis fortè ad fenestras: licet reliquam totius corporis partem non uideat, vt l. satisque. ff. de in ius vocan. ad quod facit l. cum in diuersis. ff. de relig. & sumpt. func. sic & in uniuersitate, quis potest citare citando caput: hoc est, qui præsunt communitati vel collegio, vt l. municipibus. ff. de condi. & demonst. pro quo facit quod no. Archid. 16. distin. c. quod dicitis. vbi dicit, quòd quando citatur capitulum, sufficit præsentare literas maiori. & sequitur Bal. in cap. 1. de mili. vasal. qui contum. ¶ Nec obst. quod no. Cy. in l. 1. §. quod si nemo. ff. quod cuiusque vniuer. nomi. vbi dicit, quòd non sufficit citare Potestatem, vel officialem: quia contumacia sua nõ nocet subditis, vt l. meminerint. C. vnde vi. quia potest intelligi, quando tales non sunt præpositi, vt administrent, agant, & defendant. ¶ Item potest dici secundum Bar. in dicto loco, quòd sicut tutor potest citari in causa pupilli: ita & huiusmodi rectores in causa vniuersitatis. argu. ff. de pac. in l. item magistri. & l. sequẽti. & ff. de administ. tuto. l. 1. §. sufficit. ¶ Et si tu diceres, quòd illud procedit, quando commissio fieret de citando tutorem, vt dixi in præced. quæstione: sed si fieret de citando pupillum, posset dubitari, & ideo consilium est, quòd fiat commisio de citando rectores, & vniuersitatem, & tunc sine dubio sufficit citari rectores. ¶ Potest etiam dici, quòd potest fieri citatio hoc modo, videlicet, quòd nuncius clamat alta voce per terram seu castrum, uel ciuitatem, qualiter ex parte talis iudicis citat talem cõmunitatem, seu talem vniuersitatem. cum enim citatio fiat de multitudine, sufficit fieri per præconem, vt dicam inf. in 25. princ. art. ita dicit Bar. in d. extrauagan. ad reprimendum, in uerbo, citata. ¶ Sed aduerte, quia tex. in c. bonæ. sup. de elect. in ver. cum & si quilibet. videtur probare, quòd nõ capitulum, sed singuli de capitulo sint citãdi. quod est verum, secundum Innoc. ibi, quando dubium est, quænam pars sit capitulum. & idem secundum Host. vbi capitulum conuocari non potest, vel non potest inueniri. aliàs enim est citandum capitulum si reperitur, aut inueniri potest: sed vbi ad capitulum non pateret aditus, tunc faciat nuncius quod potest. Citabitur ergo tunc capitulum publicè in Ecclesia, vel in loco congregationis, vt dicit glo. in d. c. bonæ. Item poterunt singuli citari, citando eos non tãquam singulos & priuatos: sed tanquam de capitulo seu vniuersitate existentes, & tanquam hi, qui una cũ aliis faciunt capitulum, seu vniuersitatem: aliàs non valeret, quia causa capituli non est singulorum. 12. q. 2. in c. qui manumittitur, & hoc tenet Io. And. in d. cap. bonæ. el 1. sup. de elect. super verbo, cum & si. ¶ Et hæc coniunge cum his, quæ dixi sup. artic. 17. q. 10. ¶ Tu verò distingue, quod aut loquimur de citatione per edictũ, & clarum est qualiter fieri debeat: quia satis sit huic citationi ex propositione citationis in loco publico & solito edictorum, aut similium citationum, vt ẽt dicit Bar. in d. verbo citata. de qua citatione latius videbimus inf. ar. prin. 23. ¶ Aut loquimur in citatione per nuncium, & hoc casu subdistingue, quòd aut vniuersitas habet Syndicũ habentem legitimum mãdatum ad id, de quo quæritur, & sufficit citare Syndicum, vt nõ. Cy. in l. 1. §. quod si nemo. ff. quod cuiusque vniuersi. in addit. ¶ Et sequitur ibi Bal. Aut non habet Syndicum, & dic, quòd aut est congregata in loco solitæ congregationis, & dẽt haberi citatio in illo loco, vt l. aliud. §. refertur. ff. de reg. iur. & hoc etiam tenet Cy. in d. loco. ¶ Quod arbitror procedere, si fiat coram maioribus & aliis ibidem præsentibus: licet omnes ibi non fuerint, vt supra dixi. Aut vniuersitas non reperitur congregata, & tunc nuncius debet petere, vt congregetur more solito, & si ille ad quem pertinet congregare fortè latitat, vel non vult illam congregare: nec potest ad hoc compelli: vel fortè etiã non potest vniuersitas congregari: tunc iudicio meo, deberet fieri citatio in illo loco, seu ante illum locum in quo solita est cõgregari, proclamando alta voce, & citando rectores & maiores, & omnes ipsius vniuersitatis, & si posset reperire rectores seu maiores illius vniuersitatis: etiam consulerem, quòd illos citaret: licet non essent in loco solitæ congregationis,

nis, & etiam consulerem, quòd citaret singulos de vniuersitate, quos posset habere.

¶ Debet tamen cautus esse, vt tales citet: nõ tan quã priuatos, sed sub nomine vniuersitatis, per ea, quæ supra dixi, facit l. 2. §. fin autem. C. de iuram. ca lum. & l. municipibus. ff. de condit. & demonstra. & quod no. Inno. & Hug. in c. fi. supra de maio. & obe dien. & Archid. 7. q. 1. c. sicut. & Bal. in l. 1. §. quod si nemo. ff. quod cuiusque vniuersi. & in l. sed si hoc. §. qui manumittitur. ff. de in ius voc. ¶ Et prædicta procedunt, quando vniuersitas nõ esset reducta ad vnum, sufficeret quòd ille solus citaretur: quia ipse solus posset agere & conueniri, vt no. Bal. post glo. in l. sicut. §. fi. ff. quod cuiusque vniuersi. ¶ Ad quod vide quod dixi supra, artic. 17. quæst. 10. Deberet ta men tunc citari, etiam tanquam vniuersitas: nõ tan quam singularis. ¶ Et hoc casu, fortè posset contin gere & attentari, quod vniuersitas posset citari, vt personaliter compareret: licet regulariter non pos sit citari, vt personaliter compareat, vt no. Bal. in l. nam ita diuus. ff. de adopt. & no. in cap. fin. supra de maio. & obed. ¶ Et vide quod dixi supra eodem ar ticulo, in 5. quæst.

53 ¶ † Vigesimoprimò quæro principaliter, quali ter sit citandus vasallus. ¶ Sol. Dic, quòd quando dominus conqueritur de vasallo, dicens vasallum in culpam incidisse, per quam meretur amittere feu dum: hoc casu, vasallus debet ter ad curiam citari: septem aut decem dierum spatio in vnaquaque vo catione statuto, vt est tex. in cap. 1. de mili. vasal. qui contu. est. de quo dic, vt ibi latius traditur per Bal. & And. de Iser. ¶ Et vide quod latius dicam in tit. de feudis.

54 ¶ † Vigesimosecundò quæro principaliter, qua liter fieri debeat citatio in examinatione testium ad perpetuam rei memoriam. ¶ Sol. Si citandus non est præsens, sed absens, sufficit quòd citetur ad do mum, secundum Nico. de Mata. in auth. si quis ab aliquo. C. de testib. & hoc si habet domum: aliàs suf ficit citatio præconis si abest ex causa voluntaria, vt l. vt perfectius. C. de anna. excep. sed si abest ex cau sa necessaria, tunc aut fuit præuentus ante absentiã: ita quòd scire potuit & debuit, quòd testes contra eum producerẽtur, & cum potuerit procuratorem dimittere, non dimisit, & tunc eodem modo valet citatio ad domum, vel per præconem, vt ff. de lega. l. eundem. §. 1. ¶ Si vero non erat præmonitus ante absentiam de qualitate futuræ litis: tunc aut absen tia est improbabilis: quia bannitus, & idem dicen dum, quod dixi de voluntaria absentia. Si vero ab sentia erat probabilis, vel improbabilis & necessa ria: & tunc reuersus potest petere restitutionem in integrum, vt attestationes sibi non prẹiudicent: de bebit tamen probare læsionem, saltem summariè, argu. ff. de mino. in l. minor autem magistratus. §. fi. & ff. de iureiur. in l. nam & postea. §. si minor. & ff. ex quib. cau. maio. l. necnon. in principio. cum simili bus, secundum præfatum Nico. de Matarel.

¶ Sed Dyn. dicit quòd ista receptio est nulla: ni si interueniat citatio personaliter, vel latitatio mani festata, & hoc est quod dicit litera in d. auth. si quis ab aliquo. C. de testa. dum dicit, adesse noluerunt. Quod significat veram contumaciam. Vnde licet quando testes recipiuntur lite contestata, sufficiat citatio ad domum: tamen secus est, quando reci piuntur ante litem contestatam, secundum Dyn. in d. auth. si quis ab aliquo, quod Barto. dicit esse ve rum, quando agitur de magno præiudicio, secus si de paruo, ita no. Bart. in l. 4. §. quoties. ff. de dam. in fec. Sed Ioan. And. in regula, præsumitur. de regu. iu. li. 6. in mercurialib. distinguit quòd aut receptio testium fit ante litem contestatam, aut post. Si post, & tunc est clarum.

¶ Si vero fiat ante, subdistinguit: quòd aut reci piuntur ad publicandum: & requiritur vera contu. & hoc est ratione magni præiudicij, quod genera tur: quia talis receptio fundat probationes præcisè, vt deinceps contra dicta, & si attestationes non pos sint opponi, nisi per modum reprobationis, vt l. si quis testibus. C. de testib. & ita intelligitur dictum Dyni. ¶ Sed vbi non fit receptio ad publicandum, sed est receptio suspensiua eo, quòd dicta testium scribuntur per notarium & non panduntur, nec pu blicantur partibus, sed sigillantur per notariũ: qua re cũ isto casu ius vtriusque partis sit saluũ: ideo nõ est necessaria tunc solennis citatio, vel tanta contu macia. ¶ Et ideo sufficit citatio communis ad do mum, vt in c. quoniam frequenter. supra vt lite non contest. ad quod vide quod ibi dixi, in princ. in 4. princ. articulo, fallen. 1. 2. 3. vbi dixi de examinatio ne testium, de quorum morte timetur: quia sunt se nes, vel valetudinarij: vel quia timetur de eorũ diu turna absentia: aut ne propter longam moram obli uiscerentur, aut varient. ¶ Et ibi post 3. fallen. vide in ver. 1. requiritur, quod pars. vbi latius tractaui de citatione in casibus prẹdictis dictarum trium fallen tiarum. ¶ Sed quantum ad testes, qui examinãtur, non in prædictis casibus & fallentijs: sed ad perpe tuam rei memoriam, quorum fit publicatio, vt su pra tetigi, nõ tractaui in dictis fallentijs: sed remisi me tractaturum in tit. de testi. vbi faciam specialem articulum de hac examinatione testium: & ideo ibi videbimus. ¶ Et de hac materia traditur per Docto res, & maximè Dom. M. in c. significauit. infra de te stib. & in c. Albericus. eo. titu. & per Legistas in l. in lege Aquilia si deletũ. ff. ad leg. Aquil. & per Spe. in tit. de teste. §. ostenso. ver. qualiter autẽ. & pluribus sequentibus, & ver. fiebat. & per Dom. Anto. & Io. de Imo. in clem. causam, de elect. & ibi tetigi, & per Bart. in l. fin. C. de vsu. pupillaribus, & per Bal. in d. auth. si quis ab aliquo.

55 ¶ † Vigesimotertiò quæro principaliter, quali ter fieri debeat citatio peremptoria: & quæ sint ne cessaria. ¶ Sol. Dic vt latè dicam infra, in 27. prin cipali articulo.

56 ¶ † Vigesimoquartò principaliter quæro, quali ter fieri debeat citatio realis, & quando: & quæ re quirantur ad hoc, vt fieri possit. ¶ Et est ista quæ stio valde quotidiana & vtilis: & ideo bene menti tenenda. Sol. Dic, quòd aut loquimur de citatio ne reali, hoc est de ipsa captura personẹ in causa, seu pro causa criminali. ¶ Et de hac dic, vt dicam remit tendo, infra quẹst. 25. ¶ De facili enim conceditur, maximè quando quis reperitur in flagranti crimi ne. ¶ Et vide quod dixi in 4. artic. quæst.

57 ¶ † Aut loquimur in causa ciuili: & hoc casu re gula est, quòd pro debito ciuili non potest inchoa ri à captura, & sic à citatione reali, vt no. Barto. in l. con-

consentaneum. C. quomodo & quando iud. in 1. q. per illum tex. per quem idem tenet Iaco. But. & est communis opin. omnium Doct.

58 ¶ † Ad validitatem enim talis citationis & capturæ plura sunt necessaria. ¶ Primò, quod constet de debito plenè, secundum Iac. But. Bal. & Doct. in d. l. consentaneum, quod procedit etiam si aliquis vellet facere capi aliquem per iudicem, tanquam suspectum, de quo statim dicam, hoc tamen requisitum recipit plures fallentias.

59 ¶ † Primò fallit, quando creditor propria authoritate caperet debitorem fugientem, vt l. ait prætor. §. si debitorem. ff. de his, quæ in fraudem cred. ¶ Tunc enim prius fit citatio realis per ipsum creditorem: & postea iustificatur debitum, tetigi supra art. 4. quæst. 2.

¶ Secundò fallit, quando ex forma statuti iustificatio capturę debet fieri post citationem realem, ad quod vide quod dixi supra, artic. 7. versi. nonus casus est vbicunque.

¶ Tertiò fallit eadem ratione, vbi potest inchoari ab executione, ad quod vide quod dixi artic. 7. ver. octauus casus.

¶ Quartò fallit, si statutũ disponeret, quod quis de facto capiatur, prout est hic in certis casibus: quia hoc casu, non requiritur causæ cognitio, nec verbalis citatio, sed loco verbalis citationis, cõceditur realis, quæ in multis casibus à iure permittitur, vt l. neque. ff. de in ius voca. & in d. §. si debitorem. & per Bart. in d. l. consentaneum. Et vide quod dixi in 7. principali articulo, in fallentijs. non enim tollitur hoc casu defensio, sed peruertitur: quia vbi aliàs se potuisset defendere ante capturã, nunc captus non poterit se defendere, hoc tenet dominus Nellus in tractatu bannitorum, in tertia parte primi temporis, quæst. 4. ¶ Ad quod vide quod dixi, supra in 7. art. versi. 36. procedit, facit quod no. Pont. in l. alia. §. eleganter. ff. solu. matri. ¶ Et idem dicendum est, qualitercũque statutum permitteret citationẽ pro iudicij inchoatione: quia tunc nõ requiritur, quòd ad ipsam capturam cõcedendam aliqua solennitas præcedat, vnde requiritur tũc citatio: quia ipsamet captura est realis citatio. ¶ Sicut enim in alia citatione verbali, seu eius concessione & cõmissione, non requiritur alia precedens citatio, vt in l. diem profer re. in prin. & in l. sed & si interpellatur. ff. de arbi. dixi latius, sup. eo. art. q. 2. ita nec in capturę concessione, & hoc tenet Bal. in d. l. ait prætor. §. si debitorẽ. ff. de his, quæ in frau. cre. & mihi placet.

60 ¶ † Secundò principaliter requiritur ad validitatem realis citationis, ipsius debitoris contumacia in non soluendo, tex. Bar. & Doct. in d. l. consentaneum. C. quomodo, & quando iud. & est tex. in l. nemo carcerem. C. de exacto. tribu. lib. 10. ibi, dum tex. dicit, ad contumaciam adijciatur, & ibi Ang. in s repet. illius l. quod tamen recipit quatuor fallentias suprapositas.

61 ¶ † Tertiò principaliter requiritur, quòd fiat excussio bonorum, vt l. 3. §. tutores. ff. de suspec. tuto. ¶ Si enim ad hoc vt pro executione sententiæ possit deueniri ad nomina debitorum, exigitur excussio bonorum mobilium & immobilium, vt in l. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudi. longè fortius debet hoc requiri ante quam deueniatur ad capturam personę. Debebit ergo fieri excusio bonorum debitoris. &

¶ Primò, mobilium.

¶ Secundo, immobilium.

¶ Tertiò, nominum creditorum.

¶ Et si ex istis non poterit satisfieri creditori, tũc poterit deueniri ad capturam personæ debitoris cõdemnati, vt voluit Glo. prædicta, quæ reputatur notabilis & singularis in d. l. 3. §. penul. ff. de suspec. tut. & ibi idem voluit Barto. tenet Ioan. de Imo. in cap. lator. infra de pigno. hoc tamen requisitum recipit quatuor fallentias, de quibus supra. Et vltra prædictas fallentias, hoc requisitum & præcedens recipit quintam fallentiam: videlicet, quando creditor citationem realem fieri de debitore suo, tanquam suspecto, & fugitiuo: quia hoc casu, non requiritur pleni debiti probatio, scilicet quæ fiat parte citata propria, vt dicã infra in versiculo, quintò exigitur. ¶ Nec requiritur contumacia iudicialis, nec excussio bonorum: quia si debitor fugitiuus potest capi propria authoritate: & sic quando nullum ex dictis requisitis interuenit, vt d. §. si debitorem. fortius debet hoc concedi in terminis nostris, vt no. Iac. But. & Bal. in l. consentaneum. & sequũtur Doct. & Cy. in l. eos. §. pen. C. de appel.

62 ¶ † Est tamen aduertendũ, quòd ad hoc vt hæc fallentia locum habeat, & ad hoc vt iudex possit capi facere aliquem, vt suspectum & fugitiuum, plura requiruntur. ¶ Primò exigitur, quòd talis debitor sit de fuga suspectus: & debet talis suspicio probari. iudex enim non debet talem capturam & citationem indistinctè concedere: licet per creditorem allegetur suspicio debitoris, vt probat Glo. notabilis in ver. suspectus. in l. 2. in princ. ff. solu. matrim. per quam Glo. Bart. ibi concludit, quòd ad procedendum ad capturam debitoris tanquam suspecti, debet iudex inuestigare suspicionis causas mouentes animum ipsius creditoris ad suspicionem, & illas diligenter examinare: & si repererit illas probabiles & iustas, poterit ad capturam procedere: aliàs debet denegare ipsam, & sequuntur ibi Ioan. de Imo. & Ludo. Ponta.

63 ¶ † Et aduerte, quia ista probatio suspicionis ante capturam satis est, quod fiat per proprium iuramentum: & hoc propter periculũ, quod est in mora. hoc tenet Ang. in d. repet. l. nemo carcerem. C. de exact. tribu. lib. 10. & Ioan. de Imo. & Ponta. in d. l. 2. in prin. ff. sol. matri. super Glo. prædicta. ¶ Ad quod etiam vide quod no. per Glo. in l. apertissimi. C. de iudi. voluit etiam Bald. in d. l. consentaneum. quomodo posset fieri probatio per indicia, per l. nõ omnis. §. à barbaris. ff. de re mili.

¶ Sed tamen post celebratam capturã debet suspicio plenè probari: aliàs captura redderetur iniusta, secundum Ang. in d. l. nemo carcerem. & Ioan. de Imo. super d. Glo. in verbo, suspectũ, quod perpetuo notabis: quia ex hoc multas poteris impugnare capturas, prout ego sæpius feci. ¶ Et si tu diceres, quæ est ratio, quod ratione suspicionis quis possit taliter capi. Ego arbitror, quòd ista possit assignari ratio: quia sicut fugientem debitorem creditor potest capere propria authoritate, vt dictũ est, etiã ratione iustæ suspicionis de fuga, quoniã idem ius & iudicium esse videtur de suspicione verisimili & iusta

iusta ipsius fuga, quàm de ipsa fuga. facit l.2.cũ ibi no. C. de transact. vbi dicitur, quod licet non possit fieri transactio, nisi sit lis & controuersia: tamen dicunt ibi glo. & Docto. quòd idem est, si sit suspicio futuræ litis: licet de præsenti non sit, facit etiam l.3. §. qui armati. ff. de vi & vi arm. & est bonus tex. in c. ad abolendam. infra de hæret. vbi idem statuitur de suspicione hæresis, quod de hæresi. ¶ Facit etiam glo. no. in l. pignoris causa. C. de pign. actio. & quod ibi no. Saly. Item facit quod no. Bal. in l. ad instructiones. C. de sacrosan. eccles. per quæ iura & alia plura sæpius consului, quòd idem est de suspicione belli, quod de ipso bello. facit, quod no. Dominus meus in c. fi. de restit. spol.

¶ Et prædicta debet iudex diligenter considerare, etiam alia inferius requisita.

¶ Secundò exigitur, quòd suspicio de nouo superuenerit, ita no. Bar. & Bal. in l. mulier. C. de spon sa. per illum tex. tenet Bart. in l. ait prætor. §. si debitorem. ff. de his, quæ in frau. cred. & Do. Anto. in c. fi. de fer. Qui enim cum suspecto contraxit, sibi imputet, vt l. si is à quo. §. fi. ff. vt in poss. leg. & in l. si ab arbitro. in fi. ff. qui satisda. cog. & l. qui bona. §. de illo. ff. de dam. infe. l. si creditores. ff. de priuile. credi. no. Ioan. de Imo. in fideiussore, qui diu stetit in fide iussione, in c. fi. de fide. Si enim cum paupere scienter quis contraxit, videtur approbare conditionem ipsius, secundum quod erat tempore contractus. & sic de præcedenti suspicione non vr̃ posse opponere, sed respectu suspicionis postea superuenientis, nõ videtur illius persona approbata, facit quod no. in c. quemadmodum. infra de iureiur. & in l. fin. C. de spons. & in c. nulli, de elec. lib. 6. ¶ Et ideo captura non debet concedi, nisi suspicio de nouo superuenerit: & hoc etiam tenet Ang. in d. repet. l. nemo carcerem. C. de exact. tribu. lib. 10. & Bar. in d. l. creditores. & Ioan. de Imo. in c. propter. de loca. in 3. notab. & idem tenet Ioan. de Imo. in d. c. quemadmodum. faciunt etiam no. per Ludo. Pontan. in l. si constante. ff. solu. matri. vers. item in quantum Bar. in 6. quæst. secundum opin. Dyni, & Io. And. & ad idem l. inter causas. §. abesse. ff. mand. & d. l. si ab arbitro. §. 1. C. mand. in l. si procuratori. Et tenet etiam Ponta. in l. 2. in princip. ff. solu. matrimo. super glo. in verbo, Suspectus. ¶ Et no. singulariter, ꝙ etiam si statutum disponeret simpliciter, quòd ratione suspicionis creditor posset capi facere debitorem: intelligitur, si modo suspicio de nouo superuenerit, ita no. Bar. in d. l. mulier. per l. si is à quo. §. fin. & per d. l. creditores. & mihi placet. pro quo facit, quia ista tuta recipiunt hanc interpretationem passiuam, vt in l. vt gradatim. §. sed si l. ff. de mun. & hon. ¶ Ad quod uide plura exempla, quæ in simili tradidi in clemen. 1. de sequestr. posses. & fruc. Requiritur ergo, quòd suspicio de nouo superuenerit: quod tamen ego limitandum arbitror, si modo præcedens suspicio erat sibi no. secus si erat sibi incognita, per no. in cap. pastoralis. infra de except. & quod latius dicam in illo titu. quando sit opponenda exceptio dilatoria.

64 ¶ † Et si talis suspicio interuenit pendente lite, potest realiter citari. glo. no. in l. quæsitum. ff. de pigno. actio. sequitur Ludo. Ponta. in repet. l. 1. C. de hæred. insti. vers. Et an penden. lite col. 40. ¶ No. tamen, ꝙ si aliquis contrahit cum aliquo aduena, tũc per ciuitatem transeunte, cõtrahenti creditori non est licitum capere propria auctoritate. sup. eo. artic. 4. quæst. 2.

65 ¶ † Tertiò exigitur, quòd prædicta suspicio nõ durauerit diu. hoc voluit singulariter Ang. in l. si ab arbitro. ff. qui satisd. cogan. Et ratio est iudicio meo, quia ex quo diu durauit, & creditor tacuit, videtur illius conditionem approbasse. facit quod diximus de viro, qui post adulterium vxoris ipsam retinuit. de quo per Bald. in repet. l. cum mulier. ff. sol. matr. facit quod traditur in d. c. pastoralis. infra de exceptio. quãdo exceptio dilatoria de nouo superuenit post litem contestatam, & reus illam non opposuit. de quo ibi latius dicam. istud tamen pertinet ad debitoris defensionem, ad irritandam capturam de eo factam.

66 ¶ † Quartò exigitur, quòd suspicio sit probabilis & non modica, aut leuis: vnde debet esse talis, quæ habeat mouere animum prudentis ad suspicãdum de fuga. arg. no. in c. fi. de crimi. fal. & in c. & si quæstiones. inf. de simo. & 1. q. 1. iudices. & l. 1. in fi. ff. de ven. inspi. & l. plebiscito. ff. de offic. præsi. facit ẽt ad prædicta d. l. si ab arbitro. §. si in quantum. vbi dicitur, ꝙ propter leuem calamitatem non cogitur quis de nouo satisdare. tenet Ponta. in l. 2. in prin. ff. solu. matr. super glo. in verbo, suspecti.

67 ¶ † Et no. ꝙ ille dicitur suspectus, qui desinit immobilia possidere, vt l. fideiussor. §. fi. & l. sciendum. ff. qui satisda. cogan. vbi de materia. Vel si possidet, tamen possidet pauca, secundum Io. And. in addit. in ti. de sequestr. pos. & fruc. ver. illud. pro quo allego not. in l. quamuis. ff. de condit. & demonstr. & in authentica, præterea. C. vnde vir & vxor. & in c. de mulcta. inf. de præb. quod tamen intelligo, si pauca possideret, habito respectu ad quantitatem debiti. facit quod in simili dicitur per Bal. de quãtitate meritorum, in l. si forte. ff. de castr. pecu. & quod no. in authen. vnde si parens. C. de inoffi. testam. & in l. si vnquam. C. de reuoc. dona. Et quod in simili dixi in c. fi. inf. de iureiur. in delatione iuramenti necessarij. ¶ Aduerte tamen, quia licet quis nõ possideret immobilia, si tamen possideret massaritiãs grossas & æquiualentes, quas verisimiliter debitor non posset aufugiendo secum portare: tamen videntur sufficere ad fugiendam capturam. argu. no. per Bart. & Moder. in d. l. sciendum. ¶ Similiter etiam non posset dici suspectus debitor, qui plures haberet alios debitores, licet alia immobilia non possideret. ita no. singulariter Bal. in l. facere posse. ff. solu. matrim. ¶ Quod tamen ibi Cy. Io. de Imo. si modo sint debitores magnarum quãtitatum, & à quibus exactio sit facilis. arg. eorum, quæ dixi statim de reb. mobilibus, secundum Barto. & mihi placet. ita quòd sit conclusio, qualitercunque iudex ex aliquibus circumstantijs possit considerare debitorem non esse de fuga suspectum, nõ debeat hanc citationem realem concedere.

68 ¶ † Insuper etiam & mali mores superuenientes, & mala administratio seu dissipatio, reddunt quem suspectum, vt not. Ioan. Andr. in additio. Specul. in dicto versicu. illud. facit l. cum quis. & l. si cum Cornelius, & quod ibi no. ff. de solut. & quod dicam in titu. de sequestr. possess. & fruct.

69 ¶ † Quintò requiritur debiti liquidatio, id est, probatio. Sicut enim quando conceditur captura contra contumacem, exigitur, quòd primo & ante omnia cōstet de debito plenè: ita & in terminis nostris requiritur plena probatio, hoc est talis probatio, quæ si fieret parte præsente, diceretur plena. ¶ Sed ideo non dicitur plena hoc casu: quia testes propter timorem fugæ debitoris suspecti recipiuntur parte absente, & non citata, & lite non contest. facit quod no. Inno. in c. 1. de homic. lib. 6. & D M. in c. pen. sup. de iud. col. antepen. & Bar. in l. ait prætor. §. si debitorem. ff. de his, quæ in fraud. cred. facit c. fi. de hæret. lib. 6.

70 ¶ † Sed aduerte, quia non pro quolibet debito debet captura concedi: nam si pro debito paruo allegaretur suspectus, & qualitas personæ repugnet suspicioni, non debebit iudex cōcedere capturam, vt no. Cyn. & Bal. in authen. sed iam necesse. C. de don. ante nup. facit ēt gl. ibi posita. tenet Pont. in d. l. 2. ff. sol matrim. super gl. in verbo, suspectum. facit auth. minoris debitor. C. qui da. tu. poss. & l. legitimos. in prin. ff. de legi. tu. ibi dum tex. dicit, maximè si modica &c. facit etiā, quod dixi in præcedenti requisito. ¶ Et sic patet ex prædictis, q̄ prædicta probatio non dicitur plena, quia fit parte absente & nō citata, vt dixi. ¶ Nec mirum, quia fit propter suspicionem fugæ, & quia ista est citatio, & regula est, q̄ vbicunque in citatione facienda requiritur causæ cognitio: licet de natura ipsius causæ cognitionis, requiratur citatio eorum, quos res tangit, vt dixi in 7. prin. artic. in prin. tamen in hac causæ cognitione non requiritur citatio. & ideo Bald. singulariter in materia nostra, in l. 1. C. de sum. Trin. dicit, quòd licet in capiendo debitorem tanquam suspectum, requiratur causæ cognitio, vt l. fi. C. de ferijs, & ibi per glo. & in d. §. si debitorem. & l. quæsitum. ff. de pig. & ibi ēt per glo. & patet ex his, quæ supra dixi, in superioribus requisitis: tamen in tali causæ cognitione non exigitur citatio, quia nō sufficeret intentioni creditoris procurantis, ne debitor fugiat, quia si citaretur, aufugeret, secundum Bald. in d. l. 1. & tenet Io. Petrutius in l. sed si hac. §. Prætor ait. ff. de in ius voc. ¶ Arbitror tamen, quòd post capturam parte citata, debeat fieri plena debiti probatio: aliàs irritaretur captura, per ea, quæ dixi supra in primo requisito ad suspicionem. in fi.

71 ¶ † Postremò no. circa prædictam materiam, q̄ si citatio realis, hoc est, captura, emanauit de facto, hoc est, non seruata debita solennitate: licet tex. dicat, quòd ciuilius sit in reuocatione iuris ordo, vt in dicta l. 1. §. necessario. ff. si vent. nomine muli. tamen iudex potest de facto captum relaxare, vt no. Bald. in l. si pacto, quo pœnam. C. de pactis. in 1. colum. & est bo. tex. in l. fi. §. nullo tempore. ff. de libe. hom. exhib.

¶ Quoniam quæ de facto fiunt etiam per viam iudicialem, possunt de facto reuocari, ad quod vide alia iura in c. quoniam frequenter, supra vt lite non contest. in 4. prin. artic. fallentia 62. vers. 8. fallit. Talis enim iudex videtur intulisse vim ipsi capto, & ipsum libertate spoliasse. ff. de in ius voc. l. plerique. & l. 1. & 2. ff. de libe. ho. exhi. & ideo debet captus restitui pristinæ libertati, & nedum ipse iudex pōt de facto relaxare, sed quilibet priuatus potest illum excipere, vt in l. 1. §. filius. cum duobus seq. ff. de eo, per quem factum erit. de quo latius dicam inf. in 31. prin. art. ¶ Et ex his est expedita notabiliter, & ordinatè hæc frequentata materia.

72 ¶ † Vigesimoquintò principaliter quæro, Qualiter in causa criminali sit fienda citatio? Sol. Spe. in titu. de accu. 2. 1. ver. qualiter autem in criminibus, in tertia parte princ. sui operis dicit, quòd eo modo facienda est, quo in ciuilibus. de quibus remittit ad tractatum per eum, in ti. de citationib. tenet Ange. in l. & post edictum. ff. de iud. ¶ Et subdit, quod citabatur tribus edictis, vel peremptorio pro omnib. vt dicam inf. in 27. prin. art. facit 24. q. 3. c. de illicita, & ff. de pœnis. in l. absentem. & C. qui accu. non pos. in l. qui crimen. & 11. q. 4. c. rursus, & c. sequenti, & ff. de publ. iud. in l. inter accusatorem. & quod ibi dicitur in tex. ibi, nec per singulos dies, &c. intelligi debet, quod tenetur sic citandus, sed non per singulos dies, id est, hodie, cras, & post cras, sed ter citabitur, per tria edicta, tenet Bal. in l. tres denunciationes. C. quomodo & quando. ¶ Et scias, q̄ iudex dabit in primis, 30. dies ei, qui citat, vt in illis suos cōponat mœstos penates. id est, vt ordinet domum & res suas, familiam, & consanguineos consoletur dicens eis, mœsti estis de accusatione contra me parata, seu instituta à tali: sed nolite timere, Deus enim me liberabit: sed si ego compono & ordino de rebus meis, fortè enim redire non potero: quia fortè non credet fideiussoribus, vel talis erit accusatio, in qua non poterunt dari fideiussores. ¶ Ad quod uide, quæ latissimè dixi in c. qualiter. 2. inf. de accu. in 11. prin. art. q. 81. ¶ Datur ergo prædicta dilatio ad componendos mœstos penates, vt l. 2. C. de exhib. reis. ¶ Et dicuntur penates à penatu, quod est secretum, vnde penates, id est, domos interiores; & propriè dicuntur domestici, Dij priuati, quos antiqui in domibus colebant, & eorum imagines in domibus habebant: vnde ēt dicuntur penates, quasi penes nos nati, & sic quādoque ferunt res familiares, vt d. l. 2. & ibi per Cyn. & per Spe. & Io. An. in addi. in d. ver. qualiter autem in criminibus. facit ēt l. omnes omnino. C. de agric. & censi. lib. 11. & quod nobi in l. si quis. C. de commea. lib. 12. ¶ Et addo, quæ dixi de cita. in criminali. in d. qualiter. in 10. prin. artē q. 97. & in c. licet in beato. inf. de accusa. Potest etiā realiter citari, & qualiter, vide secundum l. cum eo. ff. ad leg. Iul. pecu. & Dom. meum post Io. Andr. in c. 2. de pigno.

73 ¶ † Vigesimosextò principaliter quæro, qualiter citari debeant personæ, quæ sine venia citari nō debent, & quando venia illa sit petenda & qualiter. ¶ Sol. Quia ista materia est vtilis & quotidiana, & plurimum frequentata, & eam pluries habui de facto, & per egregios Docto. vidi committi non paruos errores: ideo, vt ipsam materiam plenè, & ordinatè habeas, prosequar infrascriptas quæstiones.

74 ¶ † Primò quæro principaliter, quæ sint personæ quæ gaudēt priuilegio, vt non possint vocari in ius sine venia. ¶ Sol. Dic, quòd sunt parentes vtriusq; sexus, & vsque in infinitū: quia à filijs & descēdentibus suis non possunt in ius vocari sine venia, vt l. 4. §. Prætor ait. & §. parentes. ff. de in ius uoc. ¶ Quod tamen dixi in infinitum, non habet locū in adoptiuis,

nis, vt statim dicam. & hoc procedit etiã, si filij fuerint in seruitute suscepti, vt d.l.4.§.parentes etiam. ¶ Item procedit non solum in parentibus naturalibus & legitimis: sed etiam in naturalibus tantum: vnde filij naturales non possunt parentes uocare in ius sine venia, vt l.parentes naturales.ff.de in ius vocan. ¶ Sed filij spurij non tenentur tali edicto, quia sine venia possunt vocare parentes matrimoniales: sed matrem vocare non possunt, si sint vulgò quæsiti, vt l.4.§.fin.cum l.seq.ff.de in ius vocan. ¶ Et assignatur ratio differentię: quia mater semper est certa, vt in l. quia semper. eo.titu. ¶ Quod tamen dixi de matre, est verum, secundum Baldum, nisi filius esset natus ex coitu, qui de iure ciuili posset accusari, vt no. Instit. ad Orfic.§. nouissimè. & C.ad Senatusconsul. Orfic. in l.si qua illustris. ¶ Quòd autem dixi de filijs legitimis, intellige, si sint in potestate, siue emancipati: intelligendo tamen, quãdo essent in potestate in casibus, in quibus possunt agere contra patrẽ: quia regulariter non possunt, vt hoc probatur in l.3.C.de in ius vocan. iuncta l.vix certis.ff. de iud. ¶ Et quamuis filius sit ab alio adoptatus: tamen non potest parentes naturales in ius vocare sine uenia, vt l.adopt. in fi.ff.de in ius uocan. ¶ Nec etiam patrem adoptiuum potest filius quamdiu in eius est potestate, sine uenia in ius uocare, vt in d.l. adoptiuum. in prin. nisi filius ageret occasione castrensis peculij, vt ibi in tex.

¶ Aduerte tamen: quia quod dixi de parentibus adoptiuis, intelligitur solum, quo ad primum gradum, vnde ad parentes adoptiui patris tale priuilegium non extenditur, & ideo sine uenia uocari in ius possunt, vt l.patris adoptiui.ff.de in ius uocan. Et ratio est: quia talibus filius adoptiuus non agnascitur: de quo ibi uide per Glo. ¶ Insuper etiam & pater spiritualis videtur gaudere prædicto priuilegio: vnde filius leuatus de sacro fonte nõ potest uocare in ius leuantem sine uenia, argu. c.1.de cogna. spiri. lib.6. secundum Ang. in l.generaliter.ff.de in ius uoc. Sed dicit Ioan. Petrucius ibi, quòd ille tex. modum facit: nec uidetur seruandus, quod dicit Angel. quia non continetur uerbis edicti: nec per aliam legem ponitur dicta similitudo.

¶ Dicit tamen, cogitandum esse. ¶ Sed mihi placet opinio Angeli, per tex. in d.l.generaliter, quia talibus debetur reuerentia. Item quia uidetur ęquiparari spiritualis cognatio & naturalis, in cap.quoniam, §.porro. supra, ut lite non contesta. & no. in Authen.de nupt.§.fin.& in cap.inter corporalia, supra de transla. prælat. & in l.cum qui. C.de natur. libe. traditur per Petr. in l.nec quicquam. §.ubi decretum.ff.de offic. proconsul. ¶ Et quod dixi de leuante in baptismo, idem dicendum arbitror de tenente confirmandum, per not. in c.quamuis. de cogna.spiri.lib.6. In iudicijs tamẽ spiritualibus, in quibus non attenditur patria potestas, non videtur venia necessaria: de quo tamẽ infra subijciam. ¶ Item patroni & patronæ, & liberi, & parentes patronorum & patronarũ à libertis sine venia in ius vocari non possunt, vt l.4.§.prætor ait.ff.de in ius voc. ¶ Et non solum ipsi, qui ex seruitute manumiserunt: sed etiam is, qui detexit collusionem, quam seruus vel libertus cũ domino suo, vel uero patrono faceret, vt ingenuus iudicaretur, patronus illius efficitur, & non potest sine venia in ius vocari, vt l.adoptiuum. §.patronum.ff.de in ius voc. ¶ Item si quis actione præiudiciali absque collusione pronuncietur libertus, quamuis fortè non esset: non potest patronum pronunciatum in ius uocare sine uenia, vt dicto §.patronum. nam talis sententia facit ius quo ad omnes, vt l.ingenuum.ff.de statu homin.& ff.de regu.iur. in l.ingenuum, & l.res iudicata. ¶ Item & ille, qui iurauit aliquem suum libertum esse, nõ potest à tali liberto vocari in ius sine venia, vt dicto §. patronum. facit l.si duo patroni.in princip.ff.de iureiuran. quia quo ad hoc priuilegium, qui iurauit, habetur pro vero patrono: licet secus sit quo ad successionem. ff.de iure patron. in l.si iurauero. de quo dic, vt ibi. ¶ Sed si per contrarium iudicatum esset contra patronum pro liberto, quòd liber esset, vel ipse iurasset deferente patrono se liberum esse, poterit ipsum aliàs patronum in ius vocare sine uenia, vt in dicto §.patronum. ¶ Ego tamen arbitror, quòd hoc etiam limitandum sit: nisi per collusionem iuramentum delatum sit: nam tunc detegenti collusionem deberetur iste honor. argum. eius, quod dixi supra per §.patronum. ¶ Similiter etiam verus patronus, qui compulit libertum iurare, ne vxorem ducat, vel libertam ne nubat: potest sine venia in ius vocari, vt d.§.patronũ.ver. sed & si. quod procedit, si modo tales non sint steriles: secus, si essent steriles, vt dicit ibi Glo.per l.adigere. §.quamuis. ff. de iure patron. ¶ Item procedit, si modo patronus ad hoc compulit in perpetuum: secus si ad tempus, vt l.penult.ff. qui, & à quib. secundum glos. in dicto versicu. sed & si. ¶ Sed ego reperio, quòd Oldra. voluit, quòd idem esset si compulisset iurare, etiam ad tempus: & mihi placet: quia ille vers. sed & si. loquitur simpliciter. facit etiam l.intestato. l.& si libertus. ff. de suis, & legit. ¶ Nec obstat d.l.penul. quia loquitur in casu inducto speciali fauore liberorum. ¶ Quod tamen intelligerem, nisi iuramentum ex aliqua iusta causa referretur ad paruum tempus, & ita potest saluari dictum glo. faciunt quæ dixi supra eod. articu. q.24. vers.quartò exigitur, & vers.sequen. ¶ Aduertendum tamen est, quòd in prædicto casu, culpa patris compellentis sic iurare non nocet filio ignaro & innocẽti, etiam viuo patre: bene pater, qui coegit abiurare nuptias, potest in ius vocari sine venia, & filius non potest, secundum sententiam Iuliani, approbatam per Vlpianum: licet Celsus contrariũ voluerit, vt l. adoptiuum. §.fin. secus autem, si filius fuisset conscius, vt ibi dicit Glo. & probatur ibi à contrario sensu, dum dicit tex. Innocen. facit l.qui contra. ff. de iure patro. & sequuntur Docto. ¶ Et similiter filius patroni amittit dictum priuilegium, si de crimine capitali libertus patronum accusauit, vel seruitutem petijt, vt l.sed si hac.§.si autem liberi.ff.de in ius voc. quod procedit, si accusator sit maior 25. annis, & sit tale delictum, ex quo veniet imponenda pœna exilij, vel mortis, & accusationẽ ad finem perduxerit.ff.de iure patro. in l.cum patronum.& C.de bon.liber.in l.qui cum maior.in prin. & per totam illam legem, & l.seruitutem petijsse. eo.tit. in quibus iuribus vide limitationes & declarationes dictæ conclusionis. ¶ Sed minor excusaretur, & satis est, quòd à princ. institutæ accusationis

fuisset minor: licet interea fuisset effectus maior, vt ibi traditur. ¶ Et qualiter exigitur quòd calumniosè illud egerit, vide in d.l.qui cum maior. in fi. & l. idemque.eo.tit. & idem etiam est in patrono taliter accusante libertum proprium, per l.eum.ff.de iure patr. ¶ Alij vero tenent contrarium, & ad illam legem respondent, quòd loquitur de liberto patris, qui dicitur suus: hoc est, de filio accusante libertum à patre manumissum: qui etiam dicitur libertus filij, ff.de verb.signif. in l.licet inter gesta.§.patronos. ¶ Sed Azo tenet primam opinionem, vt tradit glo. in d.§.si autem liberi. & in d.l.eum. quæ ponũt prædictas opiniones, sed concludere videntur, quòd secus sit in manumittente, per l.si filius.§.erit.ff.de fideicom.liber. ¶ Et hanc opinionem etiam tenet gl. 3.l.2.C.si quid in frau.patro. & Cy.in l.fi.C.de bo.libe. in 2.q.& idem etiam tenet Bar. ibi per d.§.erit. ¶ Insuper etiam prædictum priuilegium habet patronus, qui ex causa fideicommissi manumittit: sed illud habet post manumissionem, sed ante manumissionem potest sine venia conueniri, etiam si cõueniatur vt manumittat, vt in l.is quoque.ff.de in ius voca. ¶ Similiter etiam priuilegium prædictum habet is qui seruum emit ea cõditione, vt certo tempore manumitteret, quia licet emptor constituto tẽpore non manumittat: tamen seruus venit ad libertatem ex constitutione Diuorũ Marci & Commodi: & sic efficitur libertus illius, vt l.2.& 3.C.si manci.ita fuc.alien.vt manumittatur.& ideo non potest ille emptor, qui effectus est patronus suus, in ius vocari sine venia, vt d.l.sed si hac. in princ.ff.de in ius voca. ¶ Secus si aliquis nummis ipsius serui emisset eum, data sibi fide vt eum manumitteret, quia si fidem fregit, potest sine venia in ius vocari, vt d.l.sed si hac. Et ratio diuersitatis inter præcedentẽ casum & istum, assignatur ibi per glo. quia in præcedenti casu, emptor emit nummis proprijs, & fidem fregit venditori: hic vero emit nummis ipsiusmet serui, quos potuit habere conniuentibus oculis ipsius domini, vt l.4.in prin.ff.de manumiss. sicut in simili dicam de monacho respectu Abbatis, in tit.de regula. ¶ Item fregit fidem ipsi seruo. Et si vendita fuerit ancilla ea conditione, quòd si prostituta fuerit, libera fiet: & demum si prostituta per emptorem, & sic sit effecta libera, solũmodo venditorem nõ poterit sine venia in ius vocare: sed si ipsemet venditor, ad quem postea peruenit ancilla, eam prostituit, nõ consequetur dictum priuilegium: licet ex prostitutione sit effecta libera, vt d.l.sed si hac.§.1.ff.de in ius vocan. ¶ Quod ultimum est clarum, quando reemisset cum eodem pacto, ne prostitueret. & ita intelligitnr Bal. ¶ Sed Ang. & Ioan. Petrucius intelligunt etiam si reemisset nullo pacto adiecto, quod mihi magis placet, & ita iudicio meo, intellexit glo. in d.§.1. ¶ Et sic aduerte, quod inter primum intellectum Bal. & secundum Ang. longa est differẽtia, quia secũdum primum intellectum, illa efficeretur liberta secundi venditoris: sed secundum primum intellectum, nullius efficeretur liberta. & sic quemlibet posset uocare in ius sine uenia, vt dicit ibi glo. ¶ Sed ego arbitror, quòd etiam secundum primum intellectum, attentari etiam possit, vt nullius fiat liberta: quia illa expressio pacti, ne prostituatur, tacitè inerat. & ideo nõ videtur operari, vt in l.cũ quid. ff.si cert.petat. cum sua materia, quod notabis, quia Doct.etiam Moder.non aduertunt.

¶ Aduerte, quia mirum est, quòd cum in eo casu, quo uendita est ancilla, pacto ne prostituatur: si per emptorem prostituitur, & sic fiat liberta, efficitur liberta uenditoris. ¶ Nec potest assignari alia ratio, nisi quia ipsius beneficio consequitur libertatem: & tamen eo casu quo uendita est, vt certo tempore manumittatur, & non manumittitur: propter quod efficitur liberta, ut supra dixi, tamen sit liberta emptoris, & non uenditoris, cuius beneficio consecuta sit libertatem eo maximè, quia uerisimile est, quòd emptor minori precio emeret propter prædictam conditionem adiectam de manumittendo, argum.l.fundi partem.ff.de contrah.emptio.& quod no.in cap.cum Ioannes. infra de fide instrum. & in materia paucitatis precij, in c.ad nostram.de empt. & uenditio. unde uideretur, quòd potius uenditoris, cuius beneficio consequitur libertatem, quàm emptoris fieret liberta. unde uellem scire, cur hoc tam uariè. ¶ Sed pro nunc, quia de nouo hæc uenerunt in mentem: posset fortè dici, quòd quando est prostituta, duo cõcurrunt: conditio adiecta per uenditorem, & delictum ipsius emptoris prostituentis, sed in alio casu, nullum delictum est ipsius emptoris: maxime, quia forte non curauit manumittere ex eo, quia ex iuris dispositione efficiebatur libera. cogitabis. ¶ Est insuper notandum: quia in his casibus, in quibus dixi patronum gaudere dicto beneficio: illud habet locum, etiam si patronus uel libertus sint capite diminuti, ut l.sed si hac.§.patronum.ff.de in ius uocan. ¶ Quod procedit in minima capitis diminutione, quam quis incurrit per emancipationem, uel per arrogationem, secus si maximam, ut per damnationem in metallum, uel mediam, ut per deportationem incurreret capitis diminutionem, ut dicit ibi glo.& est text. in d.l.sed si hac.§.sed & si per pœnam.ff.de in ius uocan. ¶ Deportato ergo patrono, aut in metallum damnato, nõ debetur hæc reuerentia. Et idem dicit ibi Bal. in bannito. & mihi placet: quia bannitus à sua ciuitate perdit omnia, quæ transeunt in hæredem extraneum, ut traditur in l.1.C.de bon.libe. tenet dom. Nellus in prima parte secundi temporis, quæst.32. sed hoc priuilegium transit ad hæredem patroni, etiam extraneum, ut l.2. C.de in ius uocan. & statim dicam. igitur, &c. ¶ Tales ergo patroni in metallum damnati, & deportati seu banniti possunt à libertis in ius uocari sine uenia: nisi fuerint restituti, ut d.§.sed & si per pœnam. facit l.fin.& ibi traditur. C.de senten. pass. & resti. ¶ Quod etiam intellige secundum ea, quæ dicit dom. Nellus in tract. bann. in tertia parte principali, quæstio.2.cum pluribus sequent. Nec per impetrationem aureorum anulorum, factam per libertum à Principe, amittit patronus aut patrona priuilegium hoc, ne conueniatur sine venia. secus si libertus esset per Principem natalibus restitutus, vt l.sed si hac. §.patronum.ff.de in ius vocan. ¶ Vniuersitas etiam, quæ seruum manumisit, tale priuilegium consequitur. ¶ Quod procedit, quando conuenitur vniuersitas, sed talis libertus posset absque venia singulos de vniuersitate in ius vocare, vt lege, sed si hac.§.qui manumittitur.ff.de in ius vocan.12.quęst.secunda,

in

in §. qui manumittitur. ¶ Et no. ꝙ sicut patroni à libertis non possunt in ius vocari sine venia: ita nec ipsius patroni parentes & liberi vocari possunt, vt d. l. sed si hac. §. liberos. Quod procedit non solùm in parentibus naturalibus ipsius patroni: sed etiam in adoptiuis. ¶ Sed tādiu durat priuilegium, quādiu durat adoptio, vt dic. l. sed si hac. §. parentes. & quamuis filius patroni datus sit in adoptionem alterius, tamen gaudet dicto priuilegio: & nō solùm ipse filius patroni, sed etiam nepos genitus ex ipso filio etiā in adoptiua familia, vt d. l. sed si hac. §. si filius. ¶ Sed nepoti nato ex filio emancipato talis honor non debetur, vt ibi. ¶ Insuper etiam notabis, quod potest contingere, ꝙ duæ personæ sibi adinuicem reciprocæ debeant hanc reuerentiam: vtputa, si liberta ex patrono genuerit filium: ipsa. n. hūc filiū non potest vocare in ius, quia est filius patroni sui, & per contrarium ipse propter maternam reuerentiam non potest illā sine venia vocare in ius, vt est tex. in d. l. sed si hac. §. liberta. ¶ Et prædicta reuerentia debetur non solùm ab ipsis libertis, sed etiam à filijs libertorum, vt l. 2. C. de in ius voc. etiā si nati sint post manumissionem, vt no. glo. & Cyn. in d. l. 2. hoc tamen procedit viuente patre liberto: secus eo mortuo, vt l. 3. C. de liber. & eorum lib. secundum Bar. & Docto. in d. l. 2. Non ergo debetur talis reuerentia ad hæredem liberti. & idem tenet Paul. de Cast. in d. l. 2. Sed hoc priuilegium ex parte personæ priuilegiatæ bene transit ad quēcunq; hęredem patroni, etiam extraneum. vnde hæres patroni, etiam extraneus non potest in ius vocari à liberto sine venia, vt d. l. 2. C. de in ius vocan. & ratio differentiæ inter hæredem debētis honorem, & hæredem illius, cui honor debetur est, quia primo casu, ex parte debentis est onus, & ideò non transit, sed ex parte eius, cui debetur est honor. & ideo tanquā fauor extenditur, vt not. glos. & clarius Bart. & sequuntur Doctor. in d. l. 2. C. de in ius voc. & sicut patronus non potest in ius vocari à liberto sine venia: ita nec vxor patroni, sed maritus patronæ potest sine venia vocari, vt l. 1. C. de in ius voc. ¶ Et ratio differentiæ sit, secundum glo. & Bald. ibi: quia vxor coruscat radijs mariti, & non econtra, vt l. fœminæ. ff. de senato. & l. mulieres. C. de digni. lib. 12. & l. mulieres. C. de iur. lib. 10. ¶ Non solum autem personæ superius nominatæ consequūtur dictum priuilegium, sed generaliter omnes, quibus reuerentia præscribenda est, vt l. generaliter. ff. de in ius vocando. ¶ Et aduertendum est, quòd sub ista generalitate, secundum glo. & Doct. plures personæ comprehenduntur.

¶ Primò socer respectu generi, vt not. glo. ibi, & sequuntur communiter Doctores, per l. quia parentes. ff. solu. matrimon.

¶ Secundò magister, respectu discipuli, vt not. glo. in d. l. generaliter. quod verum dicit Bart. respectu citationis realis: quia punitur discipulus faciēs capi magistrum, vt in l. medicos. C. de profes. & medi. lib. 11. Ad quod vide, quod latè dixi supra, arti. 5. quæstio. 17. fallen. 12. Sed verbaliter potest citari à discipulo sine venia. Sed tu aduerte, quia licet Doctor. transeant cum Barto. tamen prædicta exceptio non videtur mihi congrua: quia sequeretur ex ea, quòd petita venia discipulus posset facere capi magistrum, quod est falsum. ¶ Vnde concludo, quod omnis ille, qui ad petitionem alicuius non potest realiter citari, secundum ea, quæ latius dixi in dicta quæstio. 17. in fallentijs ibi positis, quæ tendunt ad hoc, non potest etiam petere veniam facere capitalem. ¶ Quantum uerò ad id quod dicit Bartolus de citatione verbali, magis æqua videtur mihi opinio glos.

¶ Tertiò Papa etiā & Imperator, non possunt citari sine venia, secundum Ang. in d. l. generaliter. & sequitur Io. Pe. ibi. arg. l. Imperialis. C. de nup.

¶ Quartò Episcopus, ac etiam Rector parochianus, in quibus dicit præfatus dom. Io. tutius esse seruare prædictam reuerentiam, quod mihi videtur satis æquum: licet communiter non seruetur.

¶ Quintò debetur talis honor ciuitati, respectu ciuis sui, secundum Ang. in d. l. generaliter. arg. l. 1. §. per hanc actionem. ff. de rei vend. & pro quo facit glos. in verbo, iussionem. in l. bene à Zenone. C. de quadr. præscrip. licet illa glo. loquatur in fisco. Bald. tamen in d. l. sed si hac. §. qui manumittitur. ff. de in ius voca. tenet, quòd ciuitas posset vocari in ius à ciue sine venia: quia si libertus ciuitatis non potest vocare ciuitatem ea ratione, quia libertus est ciuitatis: ergo ingenuus non tenetur petere hanc veniam. ¶ Circa quod Ioan. Petruc. dicit cogitandum. videtur tamen potius inclinare in primā sententiam, quæ etiam mihi magis placet: quia patria in honore & obligatione præfertur parentibus, vt l. veluti. ff. de iust. & iure. Ergo sicut parentibus debetur iste honor: ita & fortius patriæ. facit l. aduocati. C. de aduo. diuer. iud. Et ad argumentum Bal. arbitror posse responderi, quòd procedit in liberto Vniuersitatis, in quo concurrat solum causa manumissionis, & non qualitas ciuitatis. ¶ Secus in fisco, qui non potest citari sine venia, vt dicit glos. in d. l. bene à Zenone. & statim dixi.

¶ Septimò in domino, respectu serui, & hoc in casibus, in quibus seruus contra dominum potest esse in iudicio, de quibus in l. lis nulla. ff. de iudi. vnde seruus in illis casibus non potest vocare dominum in ius sine venia, secundum Ang. in d. l. generaliter, & sequuntur Mod.

¶ Octauò in Abbate, respectu monachi sui, secundum præfatos Doctores, & idem tenet Specu. in titu. de actore. §. 1. ver. item excipitur contra actorem, quòd est monachus. vbi concludit, quòd monachus debet accusare Abbatem, petita venia à Principe, per d. l. generaliter. ff. de in ius voca. & l. 1. & 3. C. eodem titu. refert tamen aliam opinio. in contrarium. ¶ Angel. verò in d. l. sed si hac. §. qui manumittitur. dicit, quòd quando monachus haberet causam capitalem cum Abbate, quod tunc non debet hanc reuerentiam Abbati: sicut nec libertus patrono, tunc debet. Sed dicit Ioann. Petr. quòd ratio videtur dissimilis.

¶ Nonò in domino, respectu vasalli, à quo non potest sine venia in ius vocari. hoc tenet gl. & Bal. in c. 1. de mili. vasal. qui contu. est, in vsib. feu. & per Bal. in c. 1. §. fin. de feud. alie. & sequitur Ioan. Petr. in d. l. generaliter.

¶ Decimò similiter dicendum est & fortius, in domino respectu sui hominis ligij, secundum Ioā. Pet. in d. l. generaliter. ad quod vide glos. in verbo,

ligius. in clem. pastoralis. de re iudi. & per Specu. in titu. de feud. §. quoniam de homagijs. ver. & ex hoc declaratur.

¶ Vndecimò in nouerca, respectu priuigni, quæ non debet in ius vocari absque venia, ad exemplũ matris. ¶ Sed tu dic, quòd istud est ex eo, quia sicut filius non potest vocare patrẽ sine venia: ita nec eius vxorem, quæ gaudet priuilegio mariti, vt supra dixi in versic. Et sicut patronus, per l. 2. C. de in ius voc. & facit c. 1. infra de coniug. lepro. & l. 1. de vxo. mili. Sed tamen vitrico nõ debetur à priuigno hæc reuerentia. Et ratio colligitur ex his, quæ dixi in d. versi. Et sicut patronus. ¶ Quod tamen dixi de nouerca, videtur intelligendũ, donec duret matrimoniũ, sed matrimonio soluto, ex quo nouerca remansit vidua, tex. in l. de his. C. de fur. probat. quòd non requiratur veniæ petitio.

¶ Quoniam ideo venia exigitur, vt iudex examinando petitionem, non admittat actionem famosam, vt statim dicam in versi. secundo quæro. Sed in d. l. de his, permittitur agi furti contra nouercã per pupillũ, vel eius tutorem, & sic actione famosa, quę tamen actio non datur contra matrẽ, vt l. quamuis. C. de fur. & sic clara est differentia inter matrem & nouercam, vt etiam dicit Odofre. in d. l. de his. pro qua decisione etiam facit, quia soluto matrimonio, soluta est affinitas, & sic non est consideranda, vt l. cui eorum. §. affinitatis. ff. de postu. & Instit. de nup. §. affinitatis. pro qua etiam differentia facit, quod traditur in l. 4. C. de inoffi. testam. Nec obstat, quod vidua habeat priuilegium viri, donec alteri nubat, vt in l. filij. §. vidua. ff. ad municip. & in c. de vxore. infra de sepul. Ad quod vide, quæ latius dixi in rubrica, de foro compe. versi. 66. quia illa iura loquuntur quo ad alium effectum, qui non cessat ratione viduitatis. ¶ Sed contra prædicta opponitur ista venia nihil aliud esse, nisi iussus, & licentia iudicis, vt statim dicam in versi. tertio quæro: sed nulla citatio facienda est de quocunque, etiam non priuilegiato sine iussu, seu licentia iudicis, vt l. neminem. C. de exhib. reis, & latius dixi supra in 6. princip. artic. ergo personæ supra nominatæ non videntur habere aliquod priuilegium. ¶ Sol. Dic, quòd citatio de alijs personis non priuilegiatis potest committi, nulla alia adhibita causæ cognitione: sed contra patronum, & alias personas priuilegiatas, non debet committi, nisi causa cognita, vt dicam in versi. septimo quæro, ita dicit Pau. de Cast. in l. 1. C. de in ius voc. ¶ Sed aduerte, quia licet verũ sit, quòd non debeat adhiberi in citatione aliorũ illa causæ cognitio, quę adhiberi debet respectu dictarum personarum priuilegiatarum: tamen vtique requiritur aliqua causę cognitio, vt dixi sup. eo. art. in 2. q. princ.

75 ¶ † Sed circa prædicta nunc quæro, Vtrũ prædictus honor supradictis personis debeatur, siue suo, siue alieno nomine in iudicio interueniãt, & vtrum debentes hanc reuerentiam, illam debeãt siue suo, siue alieno nomine agant. ¶ Sol. Quæstio est aliqualiter intricata: tamen in ea principaliter distingue duo membra.

¶ Primum membrum est, respectu personarum, quibus debetur reuerentia.

¶ Secundum est, respectu personarũ debentium hanc reuerentiam.

¶ Circa primum membrum subdistingue, quòd aut loquimur in persona priuilegiata, quæ debet in iudicio interuenire per se, aut in ea, pro qua alius debet interuenire: si loquimur in persona priuilegiata, quæ per se interuentura est in iudicio: distingue tres casus.

¶ Primus casus est, quando principaliter vocata interuenit per se, & pro se.

¶ Secundus, quando vocatur, sed pro alio.

¶ Tertius, quando alius est vocatus in ius, & persona priuilegiata comparet non citata.

¶ Primo casu, decisio est clara, vt patet ex superioribus.

¶ Secundo casu dic, quòd gaudet prædicto priuilegio, per tex. in l. sed si hac. §. semper. ff. de in ius vocan. quia si rectè ponderetur edictũ pretoris, & iura ipsum declarantia, solummodo ponderatur, an persona patroni vocetur in iudicio, quocunque nomine ventura sit in iudicio: vnde siue interueniat vt tutor, siue vt procurator, siue vt defensor, ex quo principaliter vocatur, gaudet dicto priuilegio, per illũ §.

¶ Tertio verò casu, quando alius non priuilegiatus vocatur in iudicio, & pro vocato comparet persona priuilegiata ad defendendum illum, prout potest etiam quilibet extraneus, vt in l. rectè defendi. ff. de iudi. & de procurator. in l. exigendi. hoc casu, non videtur necessaria venia, ex quo agens non citauit patronum, vel aliam similem personam: licet patronus compareat, contra quem libertus postea instat & litigat. arg. l. libertus à patrono. ff. de in ius vocan. Vnde licet tex. in d. §. semper. velit, quòd talis honor debeatur illi, qui venit defensorio nomine: non tamen debet intelligi de defensore, qui non solet ipse primo citari, sed venire ad defendendũ aliũ citatum sine mandato: sed de patrono defensore, qui principaliter citabatur vt defensor. & ideo debetur sibi talis honor.

¶ Si verò alius vult venire in iudició pro persona priuilegiata: & sic sumus in alio casu primi membri: subdistingue, quod aut est talis patronus, qui non potest pro se esse in iudicio, qualis est vniuersitas: & hoc casu, actor vel sindicus ipsius vniuersitatis, debet cum venia citari, vt d. l. sed si hac. §. qui manumittitur, & etiam voluit glo. fi. in d. §. semper. ver. tu dic. ¶ Aut est talis patronus, qui per seipsum aliquando potest esse in iudicio, sed fortè nunc nõ potest: vel potest per se, vel per alium esse in iudicio, & tunc, aut iste alius, qui pro persona priuilegiata est interuenturus in iudicio, vt tutor, vel curator, patroni vel similes: & potest citari sine venia, vt d. §. semper. in fi. Aut est procurator, & non potest citari sine uenia, ut dicit ibi glo. ¶ Et ratio differentiæ potest esse, quia tutoribus, & alijs legalibus administratoribus, magis est fundatum ius in eis, & personis eorum à principio iudicij, quod in terminis nostris attenditur, quàm fundetur in ipsis procuratoribus, ut l. neque tutores. C. de procu. unde attenduntur personæ eorum, scilicet administratorum & nõ patronorum dominorũ: sed in procuratoribus, nõ est ita: quia fundatur principaliter iudiciũ in personis dominorum. Et hæc procedũt quo ad primum membrũ ex parte personarum priuilegiatarũ. ¶ Circa secũdum membrum ex parte debentium talem honorem distingue, ꝙ aut talis est futurus per se, & pro

pro se: & decisio est clara, quia debet petere veniã, vt patet ex superioribus. Aut est interuenturus in iudicio per se, sed tamen pro alio, & non tenetur, vt in l. quæsitum. ff. de in ius voc. & per gl. in d. l. sed si hac. §. semper, eo. ti. ¶ Et ex prædictis apparet, ꝙ magis consideratur persona priuilegiata, cui debetur reuerentia, quam persona debens reuerentiam. ¶ Et ratio assignatur per glo. in verbo, interueniat. in d. §. semper, quia ex parte personæ priuilegiatæ est fauor, & ideo latè interpretandus: sed ex parte debentis, est odium seu onus, & ideo strictè interpretandum, vt in regula, odia. de reg. iu. lib. 6. & dixi supra in ver. Et prædicta reuerentia. ¶ Aut ipse non libertus, vel similis, sed alius nomine liberti venit citare patronum, vel similem. Et tunc subdistingue, quòd aut est libertus vel similis, qui nunquam potest esse in iudicio per se, sed tantum per alium, & hoc casu videretur dicendum, quòd necessaria sit veniæ petitio ratione per cõtrarium: ad id, quod supra dixi per §. qui manumittitur, ne in talibus prętoris edictum posset fieri delusorium. Et hoc procedit, si termini essent passibiles, sed in liberto non possunt contingere: quia Vniuersitas non potest esse liberta, sed posset casus contingere in Vniuersitate volente citare Papam, Imperatorem, vel ciuitatem, seu Regem, cui subesset, quo casu videtur requiri venia, vt supra dixi. Et sic illo casu videtur, ꝙ interueniẽs nomine Vniuersitatis debeat petere veniam, secundum Ioan. Pet. & mihi placet. ¶ Aut põt esse in iudicio, & per se & per illum, & tunc, aut ille alius venit vt tutor, vel similis, qui nomine liberti vult conuenire patronum, & passus est aliqualiter dubius: videtur enim dicendum per ea, quæ dixi supra ex parte patroni, quòd venia non requiritur, sed tamen æquius esse videtur tenere contrarium, ne per hunc modum patronus posit infamari contra prætoris intentionem, vnde fortè tutius est dicere, ꝙ debeat peti venia, secundum Ioan. Pet. ¶ Qui tamen dicit in hoc cogitandum, quia Doct. non tangunt. ¶ Si verò interueniat alius, vt procurator liberti vel similis, dicendum, quòd sine dubiò debeat petere veniam, quia debet considerari persona liberti mandantis, & quia aliàs hoc edictum esset delusorium, quia libertus vel similis, semper ageret per procuratorem. ¶ Insuper quæro circa prædicta, quid si dubitatur, cui sit petenda venia, vel non. Vtrum pendente hac disputatione sit venia petenda? Sol. Dic, quòd non. ita no. Ioan. Pet. in l. sed si hac. §. prætor ait. ff. de in ius vocan. & satis placet. quia si dubitatur, an propter aliquam causam venia sit petenda: puta, an iniuria sit grauissima, qua patronus afficit libertum, vel quid simile, secundum quod infra dicam: poterit libertus in hoc iudicio esse, non petita venia.

76 ¶ † Secundò quæro, quare exigatur dicta venia? ¶ Sol. Tex. est in d. §. prætor ait. ff. de in ius voc. vbi Prætor iubet, quòd sine permissu suo prędictæ personæ non vocentur in ius venia non impetrata, ne fortè famosa intentetur actio, quæ pudorem sigillet prædictarum personarum. ¶ Ad quod vide, quod statim dicam in 4. q.

77 ¶ † Tertio quæro, a quo sit petenda dicta venia, vtrum a patre, vel a iudice? ¶ Sol. Tex. in d. l. 4. §. prætor ait. ff. de in ius voc. probat, quòd sit petenda a iudice. ibi dum dicit, sine permissu meo, & ad idẽ l. generaliter. eo. tit. ibi, sine iussu prætoris. Et sic patet, quòd non est petenda a persona contra quam agitur, sed a iudice, vt dictis iuribus. Et hoc etiam probatur: quia in hac petitione veniæ non exigitur partis citatio, vt statim dicam in ver. septimo quęro. ¶ Et aduerte, quia quidam voluerunt, quòd a solo prætore sit petenda, per iura præalleg. ¶ Sol. Cyn. in l. 1. C. de in ius vocan. dicit, quòd cum hoc sit iurisdictionis, quilibet magistratus potest illam concedere, per l. ea, quæ. in princ. & §. 1. ff. ad municip. ¶ Et hanc opin. tenet Spec. in tit. de dolo & contu. §. restat. vers. item si hodie. licet Specu. habeatur ibi corruptè, vt dicit Ioann. Andr. & bene mihi placet dicta opinio: quia nomen Prætoris positum in dictis iuribus, positum est generaliter pro quolibet iudice, sicut & aliàs nomen præsidis, vt l. 1. de offic. præsid. & sequitur Io. And. ibi in add. pro quo allego tex. in l. 1. C. de in ius voc. vbi textus non loquitur de prætore, sed de præside.

78 ¶ † Quartò quæro, qualiter venia sit petenda? ¶ Sol. Ex his, quæ superius dicta sunt, & quæ infra subijciam, arbitror quòd hec sit conueniens forma: pars enim, quę agere intendit, formabit petitionem suam, & illam porriget coram iudice, & in fine petitionis dicet, & quia non est conueniens propter reuerentiam, quam debeo B. patri meo, vel A. patrono, & sic de singulis, quòd contra ipsum agam uenia non impetrata, idcircò peto per vos, & officium uestrum, ueniam mihi concedi, & impartiri.

¶ Quintò quæro, Vtrum uenia sit petenda, tam per eum, quàm per actorem, & quando, & quibus casibus? ¶ Sol. Dic, ꝙ peti debet per illum, qui vult uocare prædictas personas priuilegiatas per uiam agendi, non per uiam excipiendi, uel se defendendi. quare licet conuentus faciat citari actorem pro causa expedienda, vel prosequenda: licet actor esset aliàs persona priuilegiata, non propterea est petenda uenia. tex. est in l. libertus a patrono. ff. de in ius uoc. Nam ille, qui originaliter est reus, non uidetur propriè agere, ideo non debet petere ueniam, sicut in simili dicimus de petente reuocare tenutam, qui non dicitur agere, ut l. de pupillo. §. qui remissionem. & l. in prouinciali. §. seruo. ff. de oper. no. nun. ¶ Aduerte tamen, quia prędicta uidentur procedere in his, quæ non habent inclusum ius agendi, hoc voluit Bar. secundum quasdam lecturas in l. libertus a patrono. ff. de in ius vocan. Vbi voluit, ꝙ tunc necessaria sit petitio veniæ, quod tamen videtur procedere, nisi esset talis exceptio, quæ ex æquitate includat petitionẽ: quia tunc licet habeat inclusam petitionem, tamen non videtur exigi petitio veniæ. ¶ Et ponitur exemplum in exceptione compensationis. aliàs autem, si exceptio habet inclusum ius agendi, requiritur petitio veniæ, vt dixi. facit l. quoniam Alexandrum. C. de adul.

79 ¶ † Sed tamen communis opi. Doct. est, ꝙ etiam in compensatione exigatur venia, ex quo habet inclusum ius agendi, propter quòd non permittitur excommunicatis aut bannitis. de quo in c. cum inter. infra de except. & in l. fin. C. de eden. ita residet Iacob. Pet. in d. l. libertus. ¶ Sed tu dic, vt statim dicam. ¶ Vtrum autem filius patrem, vel libertus patronum, & sic de similibus, possint reconuenire

non

non petita venia. ¶ Glo. in l. libertus a patrono. sentit, q sic, & cum ea simpliciter transeunt Doctores.

80 ¶ †In contrarium videtur, quia si defensio, quæ habet inclusum ius agendi, non permittit sine venia, vt supra dixi, fortius in reconuentione. Nec obstat titulus, quod quisque iuris &c. quia patronus conueniendo libertum sine venia, non facit ius vanum aut iniquum. ¶ Nec obstat l. sed si hac. §. sui autem liberi. & quod ibi no. etiam in gl. ff. de in ius voc. quia illud procedit in casibus specialibus.

¶ Sed circa hoc dicit Ioann. Pet. in d. l. libertus a patrono. aduertendum esse ad id, quod dixi de cōpensatione & reconuentione: quia si illa compensatio est connexa de eadem materia cum conuentione, secundum ea, quæ habentur in l. 2. & fi. C. de compensa. ¶ Et in reconuentione, quæ esset similiter de re connexa, quæ dicitur tūc habere virtutem exceptionis, & sic tunc procul dubio debet determinari vna cum petitione, quòd hoc casu non est necessaria veniæ petitio. ¶ Sed tu vide de prædictis q. an quis dicatur tunc agere vel defendere, quæ latissimè dixi in c. sacris. infra de sent. excomm. in 19. principali art. in 5. quæst. princ. in secundo membro principali, in 6. q. & ver. sequentibus quæstionibus. vbi latè tractaui de petitione reuocationis tenutæ restitutionis attentatorum, restitutionis in integrū, restitutionis spoliationis, restitutionis vxoris, restitutionis sententiæ nullæ. & ibi etiam dixi in 14. q. dicti secundi membri, quid si intentatur condictio ex l. diffamari. C. de inge. manum. & ex l. Titia. ff. de accus. quæ tangitur per Moder. & maximè Io. Pet. in d. l. libertus a patrono. Vbi primò arguit, quod non sit necessaria petitio veniæ: quia libertus intentans dictam condictionem, non intendit agere, sed esse reus, ergo non videtur necessaria petitio veniȩ, per d. l. libertus a patrono. ¶ Sed in contrarium videtur veritas, quia in ipsa prima disputatione, quòd detur terminus patrono ad agendum, ipse libertus est actor, & prius prouocans, & ideo habent locum verba edicti Prętoris prohibentis, ne sine venia &c. Nec obstat d. l. libertus a patrono. quia ibi patronus fuit prius prouocans, & hæc opinio mihi placet, pro qua vide quod notat dom. Nellus in tractatu bannitorum, in secunda parte secundi temporis. q. 79. & quod latius dixi in d. q. 14. in cap. sacris. & de reconuentione, vide quod ibi dixi, q. 16. & supra de mut. peti. in c. 2. in 10. prin. art. maximè in 9. q. & de exceptione compensationis, an illam opponens dicatur agere, & qualiter, dixi in d. cap. sacris. in 19. principali articulo, in 5. quæst. principali. in tertio membro. versic. secundò dubitatur circa prædicta, vtrum excommunicatus possit opponere exceptiones compensationis.

81 ¶ †Sexto quæro, quo tpe sit petenda hæc venia? ¶ Sol. Dic, quòd requiritur in citatione fienda, ita vt non fiat citatio venia non impetrata. Quando ergo vult citari facere libertus patronum, vel similem, debet impetrare veniam, & prius non procedere ad citationem. Sed tamē per solam libelli oblationem sine venia absque citatione non incidit libertus vel similis in pœnam, seu libellus detur principi, seu prætori, seu iudici. Et ratio: quia iudicium incipit a citatione, non a libello, vt no. glo. Bar. Bal. & Docto. in l. 1. & in rub. ff. de in ius voc. & in rub. C. de in ius voc. Nam citatio, & non libellus dicitur de processu. de quo tamen latius dicam, infra in articulo trigesimo primo.

82 ¶ †Septimo quæro, quid agere & considerare debeat iudex, seu quam cognitionem adhibere in venia concedenda. ¶ Sol. Dic, q debeat animaduertere ad petitionem, & illum diligenter examinare, si contineret causam seu actionem famosam, vel sigillantem pudorem parentis, patroni, &c. debet illam reijcere, nisi ageretur propter grauissimā iniuriam illatam per illum, cui debetur reuerentia, illi, qui reuerentiam debet, vt in l. sed si hac. §. prætor. ff. de in ius voc. ¶ Et nota, q in tali causæ cognitione non requiritur citatio conuenti. ¶ Ad quod vide, quod latè dixi supra in 7. prin. art. ver. quintus casus est in his, quæ præambula, &c.

83 ¶ † Octauò quæro, qualiter & quibus verbis talis venia sit concedenda? Sol. Arbitror satis esse, q iudex admittat talem petitionem: quia eo ipso q admittit, & committit citationem, videtur concedere dictam veniam. argum. d. l. sed si hac. §. prætor. Quod procedit indubitanter, quando pars veniam petit, & iudex petitionem admisit, & mandauit citari: quia ista venia non exigitur a patre & patrono, & similibus, sed a iudice, vt supra dixi in vers. tertiò quæro. ¶ Et ideo admittendo petitionem, videtur veniam concedere: quia qui vult consequens &c. vt in l. ad legatum. & l. ad rem mobilem. ff. de procurator. sicut in simili dicimus, quòd per processum ad vlteriora videtur reijcere iudex exceptiones declinatorias, vt latius dicam in tit. de excep. & etiam fortè tangam in ti. de ord. cogn. Quid autem si pars non impetrauit veniam, sed expresit se filium vel libertum &c. Dic, vt dicam in sequenti quæstione. Et si fortè iudex admisit petitionem cum clausula, si & in quantum &c. tunc penderet validitas processus vt arbitror, ex qualitate & substantia petitionis: quia si contineret causam, per quam non esset admittenda, non valeret processus. de quo tamen dic, vt dicam in sequenti quæstione. Sed si illam non contineret, valeret processus. pro qua conclusione faciunt, quæ dicuntur de dicta clausula, si & in quantum, in l. si ambitiosa. ff. de decre. ab ord. fac. & ibi per Bar. & etiam per Bar. Bal. & Ioann. de Imo. in l. si quando. ff. de lega. 1. & per Bart. in l. edita. C. de eden. & Io. de Imo. in l. Iudex postea. ff. de re iud. ¶ Ad quod vide quod dixi de dicta clausula, in d. c. 2. supra de libel. obla. artic. 20. ¶ Sufficit ergo admisio petitionis, & concesio citationis. Item sufficit sola licentia procedendi, etiam absque eo, quòd specificè concedatur venia. ¶ Sed tamen iudex formaliter posset sic dicere. Qui dominus iudex visa dicta petitione, & ipsa diligenter examinata, & visa petitione veniæ, concessit B. D. filio vel liberto &c. veniam per eum petitam, omni meliori modo &c. Vel concesit scientiam citandi vel procedendi super prædicta petitione, omni meliori modo, &c.

84 ¶ †Nono quæro, Vtrum teneat processus gestus venia non impetrata. ¶ Sol. Gulielm. in l. fi. C. de in ius voc. tenet, quòd valeat: quia petitio veniæ non est de substantia iudicij, quod patet: quia patronus potest remittere, vt l. quamuis. ff. de in ius vocan. quod non esset, si esset de substantialibus iudicij, vt l.

vt l.prolatam.C.de senten. Ad quod vide quod dixi in c.1.sup.de libel.obla.artic.5.& de lit.contesta.c.3.articulo 3.& quod dicam in tit. de ordi. cogni. Et idem tenet Bart.in d.l.fin.& Guliel. Iaco.& Cy. in d.l.quamuis. quod intelligit ibi Bart. si patronus comparuit, & prosecutus est, vt uoluit tex.ibi dum dicit,debuit enim à principio opponere:aliàs videtur consentire. secus si processus esset factus contra contumacem,vel inuitum,vel si patronus non compareat,vt d.l.quamuis.in fi.& ff.ne quis eum,qui in ius voc. per totum. facit l.cum uero.§.subuentum. ff.de fideicommiss. libe.& l.1.§.hæc uerba.ff.ne uis fiat ei. ¶ Item, quia iniuria non fit in volentem, vt in l.1.§.adeo.ff.de iniur.¶ Vult ergo Bar.quòd non comparente patrono citato, processus sit nullus.& idem de similibus personis citatis non impetrata venia. ¶ Vnde cautus parens,socer, vel similis,cui reuerentia debetur, sine venia citatus, non comparebit: & sic processus erit nullus,sicut in simili,quando quis citatur à non suo iudice. Quod placet Baldo, si modo in citatorio exprimatur qualitas, propter quam appareat, quòd non debeat sine venia comparere. secus si non exprimatur, quia tunc deberet comparere, secundum no.per Inno.& Doct. in cap.præterea. infra eod.& in l.ex quacunque.& ibi per Bartolum, maximè in repetitione.ff.de in ius vocan. vt eant.

¶ Sed tu aduerte,secundum Petru. quia ista qualitas inter parentes & filios, patronum & libertum, semper intelligitur esse nota citanti & citato, vt l.octaui.ff.vnde cogna.& in l.de tutela.C.de in integr. resti.mino. vnde licet talis qualitas non exprimatur in citatorio,tamen videtur, quòd teneatur comparere,vt dicit Ioan.Petru. sed tamen Bal.debuit considerare dictum suum quantum ad formam processus, quantum ad ipsum iudicem respectu sentētiæ, vel ignorantiæ: siue vt processus reddatur nullus, quando iudex ex petitione sciuit illam qualitatem: aliàs secus,& sic dictum Bal. fortè videtur verum, quo ad hoc, vt citatus teneatur, vel non teneatur comparere: sed si non compareat eo casu, quo deberet, quia qualitas non erat expressa:vtrum ualeat processus, videtur esse dubium, quamuis uideatur posse mulctari propter iudicis contemptum, per titulum, si quis ius dicen. non obtemp.& l.si quis ex aliena.ff.de iudic. ex quo illa qualitas non erat nota iudici: sed quantum ad libertum vocantem, & patronum vocatum, vel similem, an teneat processus, cum vocans & vocatus sciat qualitatē. Videtur fortè, quòd non teneat in fauorem illius uocantis, vt sentit Barto. licet simpliciter loquatur sine prædicta distinctione Bal.& quòd non teneat processus pro citante, videntur facere uerba edicti prohibitoria,de quibus in d.l.4.§.1.ff.de in ius vocan. vbi textus dicit, ne quis vocet,&c.& sic resistet uocanti,& ideo actus videtur reddi nullus, per notata in l.non dubium.C.de legib.& in l.cum lex.ff.de fideiusso. 10.distinc.c.uides.cum simi.& ideo etiam si prædicta qualitas non sit expressa quantum ad utilitatem uocantis, cui est nota dicta qualitas, processus non videtur tenere:cum prohibeatur uocare,non impetrata uenia: sed tamen ubi qualitas aliàs nō nota iudici exprimeretur in citatorio: quia hoc casu, citatio habet defectum formæ & erroris expressi,secūdum ea,quæ habentur in l.1.C.quando prouoc.nō est necesse.& in l.1.C.de erro.calcu.& in l.cùm prolatis.ff.de re iud.clarum est, quòd processus non valebit. facit quod no.in l.quæsitum.ff.de re iud. Ad quod vide, quod dixi supra in 5. principali articu. quæst.21.& quod dicam infra in 31.artic.¶ Paulus tamen de Castro in l.1.C.de in ius voc. simpliciter voluit,quòd si in petitione non apparebat de qualitate petendæ veniæ, & processum fuit, quòd processus non valet. ¶ Aduerte tamen: quia de iure communi, cum patrono vel simili non comparente,non proceditur ad litis contestationem, cum sit actus ambarum partium, & sine qua sententia non valeret,vt l.prolatam. C.de sent.& vt dixi in d.c.1. de lit.contesta. in tertio articulo.& ideò tunc non esset disputandum de validitate processus,sed deueniendum esset ad remedia prodita contra contumacem, de quibus dicetur inf. in titulo, de dolo & contum. Sed eo casu, quo procedi posset lite non contestata, vel in casibus specialibus de iure communi, vel ex forma statutorum, hoc casu, vel non procedetur contra patronum venia non petita, vel si procedetur,non valebit processus propter prætoris prohibitionem. ¶ Vnde videtur concludēdum, quòd quando qualitas requirens venię impetrationem esset expressa, sine dubio processus non valeret,sed quando nō esset expressa est maius dubium propter authoritatem Bal.& considera,quòd quando filius facit citari patrem,semper videtur contingere,quòd exprimatur dicta qualitas,quamuis hoc non ita contingat in alijs personis: sed si citatus nō impetrata venia compareat,& non opponat de venia non petita, tenebit processus: quia licet verba edicti dicant, ne quis vocet sine permissu meo, tamen intelliguntur,si citatus comparens opponit,vt voluit Bar.in l.1.§.sublata.ff.ad Treb.& per Doct. in l.nam & postea.ff.de iureiur.& mihi placet.

¶ Faciunt notata per Iacob.Butr.& Bal. in l.vbi pactum. C.de transact. quia prædicta verba non tollunt actionem ipso iure, sed tribuunt ius dilatorię,vt notat Bald.in l.secunda. C.de hæred.institu. traditur in capitulo,sedes.& ibi per dominum Antonium,supra de rescriptis.& per Bartolum in lege omnes.C.de fund.patrimo.libro vndecimo.& in l.cum lex. in fi.ff. de fideiuss.& per Baldum in quæstio.quæ incipit,Statuto cauetur.& in alijs plerisq; locis,de quibus latius dicam in titulo, de except.& est bonus textus in l. ait prætor.§. permittitur. versiculo,auditurum non esse.ff.de minori.& latè no. Angelus in l.4.ff.pro emptore,in lectura Paduana. facit etiam,quia vocatus sine venia potest esse contentus,& consentire,vt d.l.quamuis.de quo dicam in 19.q. ¶ Sed si citatio comparet & opponit,processus non tenet,secundum Bald. ¶ Dicit Ioannes Petrucius,quod aut iudex constito de oppositione non petitæ veniæ pronunciauit, exprese,vel tacitè procedendo ad vlteriora, & patronus vel similis nō appellauit,prout potuit,secundum no.in c.ex parte.& in cap.dilecto.& in c.cum cessante. de appell. & per Specu.de excep.§.viso.ver.propositis:& in ti. de appell.§.qualiter.ver. Item ꝙ faciat.& tunc valebit processus, nec poterit amplius vnquā contradicere.faciunt no.per Bar.in d.l.ex quacūq;.ff.si quis in ius voc.non ierit. Est ergo tunc necessaria appell.

¶ †Decimo

85 ¶ † Decimo quæro, quæ sit pœna non petentis veniam, eo casu quo est petenda. ¶ Sol. Dic, quòd pœna est quinquaginta aureorum, vt l. pen. ff. de in ius voc. & Inst. de pęna teme. litigan. §. fi. Et licet ille tex. dicat de quingentis solidis, tamen aureus & solidus pro eodem ponuntur, vt no. etiam dictis iuribus simul iunctis, & no. glo. 1. 10. quæst. 3. in c. 1. & Goffre. in capit. finali. de iud. Ioann. And. in addit. Specu. in tit. de instru. edi. §. porrò. versic. fin. Et intellige de aureis, ex quibus septagintaduo faciunt libram auri, vt l. quoties. C. de susceptoribus & archarijs, lib. 10. Et quid si talis non posset soluere hanc pœnam, dic vt statim dicam in 18. q.

86 ¶ † Vndecimo quæro, in quibus causis prædicta pœna committatur. ¶ Sol. Ex quo causa veniæ potendę fuit ne intentetur actio famosa, vt dixi supra, in vers. 2. quæro. & in vers. 7. quæro. uidetur dicendum, quòd si in veritate petitio non cōtinet actionem famosam, quòd non debeat habere locum pęna prædicta, ar. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patr. & c. cum cessante. infra de appell. ¶ Sed tamen hoc non obstante, ego arbitror contrarium: quia iura simpliciter volunt, quòd prędictę personę non possunt vocare in ius sine venia, nec distinguitur quo ad ipsum vocantem, an iudicium fuerit famosum vel non, sed hanc cognitionem dimittunt iudici, qui habet veniam impartiri, vt dixi in d. q. 3. & 7. vnde arbitror, quòd pœna committatur, etiam si intentetur iudicium nō famosum, vel quòd non sigillet pudorem patris, patroni, vel similis. ¶ Sed dubitari posset, quid in causis spiritualibus & dependentibus ab ipsis, an filius posit agere contra patrem non petita venia, dubium facit c. si annum. de iud. lib. 6. vbi in talibus causis, filius videtur habere integram personam: quia in eis non attēditur patria potestas, vt ibi. ¶ Sed tamen ego arbitror idē esse: quia causa veniæ non est patria potestas, sed reuerentia paterna, vel similis, quæ non cessat propter causam spiritualem, vnde etiam emancipatus debet hanc reuerentiam, vt dixi in prima quæstione, & tangam in quæstione sequ. Sed si daretur casus, in quo talis reuerentia cessaret, tunc bene arbitror, quòd non esset necessaria petitio venię per ea, quæ dicam in q. 19. ¶ Et prædicta notabis, quia non tanguntur per Doct.

¶ Duodecimo quæro, quis teneatur ad dictam pœnam, & cui debeat applicari, & sic quis posit ad illam agere? ¶ Sol. Quò ad primum, tex. in l. pen. ff. de in ius voc. vult, quòd teneatur, qui contra edictum prætoris fecit, quare omnes personæ specificè contentæ in edicto prætoris, & in ipsius edicti declaratione, & inclusæ in l. generaliter. ff. de in ius vocan. de quibus latè dictum fuit in quæstio. istius 26. prin. quæstione, tenentur dicto edicto, & ad dictam pœnam, sed aliæ personæ expresiè vel tacitè non annotatæ in d. edicto, non tenentur ad pęnam prædictam, quamuis fortè non posint in ius vocari ab his, qui eas vocauerunt secundum ea, quæ latius dixi de personis, quæ non posunt in ius vocari, supra in 5. princ. art. q. 17. in 18. fallentijs ibi positis, & in pluribus quæst. seq. Et hoc tenuerunt glo. Bar. & Docto. in l. fin. ff. de in ius vocan. & Specu. in titu. de dolo & contuma. §. restat. versicu. sed & vocans. ¶ Sed circa prædicta quæro de notabili quæstione. Pone, filius in potestate constitutus vocauit patrem in ius, non impetrata venia, vtrùm incidat in pęnā? ¶ Sol. Docto. specificè non tangunt, sed Spec. videtur sentire, quòd non, per ea, quæ statim dicam, in vers. 16. quæro, in tractatu de positionibus fiēdis per actorem, ad suam intētionem, inter quas Spec. dicit, ꝙ pater ponat ꝙ emancipauerit filium, quasi censeat, ꝙ non emancipatus non incidat in pęnam. ¶ Ego verò arbitror distinguēdum, quòd aut filius agit contra patrem in casibus, in quibus potest agere secundum ea, quæ dicuntur in l. lis nulla. ff. de iu. Et hoc casu incidit in pœnam. ¶ Aut loquimur in casibus, in quibus filius non potest esse in iudicio contra patrē, & tunc est maius dubium per ea, quæ superius dixi: quia ex quo iste reperitur prohibitus ex alia causa agere contra patrem, si agit, non incidit in pœnam: sed tamen contrarium arbitror, eo quòd iste facit contra duplicem prohibitionem, Primò, quia est causa, quam non potest intentare contra patrem. Secundò, quia adest reuerentia paterna, propter quam debet peti venia, quæ ratio semper vrget. facit quod dixi supra in versic. primò quæro. ibi, Et si filius &c.

87 ¶ † Aduertendum tamen, quòd licet citans contra edictum prætoris non impetrata venia incidat in pœnam, tamen ad prædictam pœnam non tenetur ipsius hæres, vt est tex. in l. penul. ff. de in ius voc. quod intellige, nisi lis debito tempore fuerit contestata contra defunctum, vt l. 1. C. ex delict. defunct. & ibi vide de materia. ¶ Quò ad secundum, cui applicari debeat dicta pœna, & quis ad illā agere posit. dic, ꝙ debet applicari vocato in ius sine venia, & non fisco, vt est tex. in l. fi. ff. de in ius voc. & iste potest ad dictam pęnam agere, vt ibi, & in l. 2. C. de in ius vocan. Et sic patet, ꝙ prædicta actio non est popularis, vt d. l. fi. & in l. si libertus. eo. ti. & ibi habes, ꝙ quamuis filius sit in potestate, si tamen vocatus sit a liberto sine venia, & pater sit absens, potest filius agere contra libertum ad dictam pœnam. & ad idem tex. in l. si longius. ff. de iud.

88 ¶ † Tertiodecimò quæro, intra quātum tempus posit peti pœna prædicta. ¶ Sol. Dic, quia actio est honoraria, hoc est, a prætore introducta, tali actioni præscribitur anno, vt d. l. pen. ff. de in ius vocan. facit Inst. de perpe. & tempo. act. §. 1. & l. in honorarijs. ff. de actio. & oblig.

¶ Quartodecimò quæro, qua actione petatur dicta pœna. ¶ Sol. Dic, quòd actione in factum. ita tenet Specu. vt patebit ex his, quæ dicam in sequenti q. faciunt no. in l. si quis id quod. ff. de iurisd. om. iu. & ibi tenet idem Io. Pet. qui etiam idem tenet in l. penul. ff. de in ius vocan.

¶ Quintodecimò quæro, qualiter ad dictam pœnam formetur libellus. ¶ Sol. Spec. in tit. de dolo & cont. §. restat. ver. sed & vocans. sic format libellum, Coram vobis, &c. Ego N. filius &c. ago cōtra A. &c. qui me patrem vel patronum &c. vocauit in ius sine venia à prætore, Potestate, vel iudice impetrata. in qua vocatione lis fuit contestata, quare peto ipsum puniri seu cōdemnari in 500. aureis. & ad hoc propono actionem in factum ex edicto de in ius vocan. per l. 2. C. de in ius voc. & l. pen. ff. eodem tit. & Inst. de act. §. pœnales. secundum Spec. ibi. Sed aduerte: quia non est necessarium illud nomen actionis.

nis.ad quod vide, quod latè dixi in cap.2. supra de libel.obla.in 12. prin.art.q.11. ¶ Et vtrùm sit subiungere necessarium, quòd si non potest soluere in re, luat in corpus, dicam infra statim in 18.q.

¶ Decimosextò quæro, quæ & quales debeāt fieri positiones tam ex parte actoris ad fundandā intentionē suam, quàm ex parte rei ad defensionem faciendam. ¶ Sol. Quo ad positiones actoris, Spe. dicit eas sic formandas. ¶ Pono, quòd sum pater tuus, vel patronus, vel similis &c. vt l.4.§.1.& l.adoptiuum. ff. de in ius voc. Item pono, quòd es filius meus, vel libertus, &c. Item, quòd te emancipaui: aliàs non posses patrem conuenire: etiam petita uenia, vt l.fin. C.de in ius voc. & l.his nulla.ff.de iudi. ¶ Item quòd fuisti conquestus iudici de me. Item quòd misit pro me. Item, quòd dedisti contra me libellum reclamationis, vt in c.1.de libel.obla. Item, quòd hoc fecisti venia non petita. Itē, quòd in prædicta causa fuisti litem contestatus. ¶ Reus vero sic facit positiones. ¶ Pono, quòd feci te coram iudice vocari, & impetraui veniam. Item, quòd solum dedi libellum. Item, quòd dedisti ante litem contestatam, & sic pœna non fuit cum effectu commissa, vt dicam in 19.quæst. ita dicit Spec. in titu. de dolo & contum.§.restat.versi.sed & vocans. ¶ Tu vero pro instructione formandarum positionum vide, quæ latissimè dicam in tit. de confes. in materia positionum. ¶ Sed specialius quantum ad materiam nostram, considera diligenter, vt ex parte actoris concludas respectu qualitatis personæ suę, & formæ impetrationis veniæ nō seruatæ, & actorum celebratorum in iudicio, & aliorum quæ necessariò concludant ad pœnam imponendam, secundum ea, quæ superius dicta sunt: Ex parte vero rei etiam consideranda est qualitas personæ suæ, & personæ agentis, & impetratæ veniæ, & pœnitentiæ debito tempore factæ, & aliorum, quæ concludunt ad excusationem pœnæ, secundū ea, quæ superius dicta sunt, & maximè etiam secundum ea, quæ statim dicentur in quæst.19. ¶ Vnum tamen singulariter pondera ex his, quæ dicit Spec. per quæ videtur, quod si filius sit in potestate, & agit contra patrem, nō incidat in pœnam. ¶ Ad quod uide quod dixi supra in versi.duodecimò quæro.

89 ¶ † Decimoseptimò quæro, quis iudex possit hanc pœnam imponere.

¶ Sol. Dic, quod aut loquimur de pœna quinquaginta aureorum, & illam potest imponere quilibet iudex: etiam habens simplicem iurisdictionē, & sic defensor ciuitatis potest illam imponere: petitur enim iure actionis, & sic deseruit iudicis officio mercenario. ¶ Aut loquimur de pœna corporali, quæ venit imponenda in defectum pecuniariæ, de qua in sequenti quæst. & illam imponit præfectus, vt l.fin.ff.de in ius voc. quia talis pœna venit imponenda iudicis officio nobili, & sic potius iure imperij, quàm simplicis iurisdictionis, secundum Bal. in d.l.fi. Et ad eam imponendam requiritur, quòd iudex habeat imperium, & gladij potestatē, ad quod vide quod latè traditur per Bar.in l. Imperium.ff.de iurisdic.omn.iudi.& quod dixi in c.ad liberandam. de Iudæis, q.4.

90 ¶ † Decimooctauò quæro, quid si conuentus ad pęnam pecuniariam non potest illam soluere, quid agendū. ¶ Sol. Dic, quod debet castigari, & sic luere in corpus, vt d.l.fin.ff.de in ius vocan. Et dicit Ang.in l.pen.eo.tit.quod talis castigatio debet esse leuis, & modica.tex. tamen nihil de hoc dicit, sed simpliciter loquitur.& sic videtur esse arbitraria, vt l.hodie. ff.de pœn. & l.nemo martyres. C.de sacrosan.Eccl. & quod dixi in c. super his. infra de accusa. & in c. de causis, supra de offic.dele.& quod traditur.ff.de crimi.stel. & in titu.de extraordi.crimi. per totum. ¶ Videtur tamen, quod debeat esse leuis: quia quęlibet minima pœna corporalis est maior qualibet pecuniaria, vt l.in seruorum.§.fin. ff.de pœnis. & in hoc esset diligenter consideranda qualitas personę, per l.2.C.vt nemo priua. ¶ Et ex prædictis apparet, quòd venire contra præfatum edictum prętoris de non vocando in ius sine venia, non dicitur esse leuis abusio: quia si esset leuis, in defectum pecuniariæ non imponeretur pœna corporalis, vt singulariter notat Bald.in l.quicunque. C.de seruis fugit. & Ioannes Petr.in d.l.fi.& in l.si quis id quod.ff.de iurisdict.omn.iudi. ¶ Et aduerte, quia post solutam pœnam corporalem, videlicet post castigationem, quis cōsequitur plenam liberationem: adeò, quòd licet postea peruenerit ad pinguiorem fortunam, non tenetur ad pecuniariam pœnam, vt voluit singulariter glo.in c.sicut dignum.infra de homici. & in regula, peccatum.de reg.iur.lib.6. tenet Ioan.de Imo.in c.Odoardus.infra de solu. dixi in c.ad liberandam.infra de Iudæis.q.2.

91 ¶ † Et nota quòd Bal.in d.l.fi.quærit, cuius sit electio in dicta alternatiua solutionis quinquaginta aureorum, vel luendi in corpus. Et arguit pro vtraque parte, allegando glo.in l.ꝙ si minor.§.si seruus. ff.de mino. Sed ipse Bald. ineptè & malè loquitur: quia tex.ille non ponit pęnam alternatiuè: quo casu, locus esset disputationi, cuius esset electio. de qua materia latè dixi in c.sicut Iudęi, inf.de Iudęis. prosequendo 4.membra.

¶ Primum, quando verba diriguntur ad partem.

¶ Secundum, quando ad iudicem.

¶ Tertium, quando sumus in dubio.

¶ Quartum, quando respectu unius pęnæ, verba diriguntur ad partem, sed respectu alterius, diriguntur ad iudicem, vide omnino ibi. ¶ Sed in d.l. fi.pœna illa corporalis non ponitur alternatiuè, sed subiunctiuè, si puniendus inopia dignoscitur laborare, & ideo non est locus electioni. vnde non posset ille, qui esset soluendo, velle subire castigationem, vt euitaret pecuniariam pœnam.

¶ Primò, quia vt dixi, l.illa non loquitur alternatiuè.

¶ Secundo, quia tenderet in præiudicium eius, cui debeat applicari.

¶ Tertio, quia cum non sit dominus membrorū suorum.l.liber homo.ff.ad l. Aquil. non videtur, ꝙ illam possit eligere, nisi aliud etiam iure colligatur. ¶ Ad hoc ergo, vt talis pœna corporalis possit subrogari in locum pecuniariæ, cum sit subsidiaria, debet constare illum non posse soluere pecuniariam. ¶ Et sic videtur, quòd per iudicem debeat fieri inquisitio de bonis illius, per nuncios referentes non reperire bona quibus possit solui pęna pecuniaria, sicut aliàs in probatione negatiuæ dicimus, vt tradit Bar.in l.in illa.ff. de verb.obli.dixi latè post Inn. in c.

in c.super his,infra de accus.Sed magis proximè ad casum nostrum, vide per Ioann.Andr. in c.2. infra de sol.& per Bald.& latius per Saly.in auth.sed hodie.C.de actio.& obli.& per Bar.& Io.de Imo. in l. decem, C. de verb. oblig. traditur etiam in l.magis puto. §.ne tamen. ff.de reb.eo. Et an sint necessarij duo nuncij, vel sufficiat vnus nuncius. vide in l.satis notum. C.in qui. cau.pig.taci.contra.

92 ¶ †Et prædicta notabis ad statutum, quod imponeret pœnam corporalem eo casu, quo non posset solui pecuniaria. ¶ Et aduerte, quia hoc casu relaxaretur fideiussoribus. ita no. singulariter Bart.in l. item liberatur. ff. quibus mod. pign. vel hypo. sol. quia satis dicitur soluendo esse, qui dat fideiussores idoneos. secus si statutum diceret,quod debeat soluere intra decem dies: & si non soluet, castigetur, seu luat in corpus: quia tunc non relaxaretur fideiussoribus: sed ad euitandum carcerem esset necessarium depositum,secundum aliquos. Sed alij volunt, quod etiam non sufficit depositum. de quo per Bar.& Io.de Imo.in l.2.ff.de publ.iud. sed omitto, quia non est materia nostra. sed vide, quæ latè dixi in cap.veniens.infra de accusa.in secundo membro prin.4.& 6.q.& per Io.Pet.in d.l.fi.ff. de in ius voc. ¶ Est ergo conclusio, quo ad terminos nostros, quod non est in electione debentis soluere, si vellet luere in corpus.quod videtur verum,secundum aliquos, nisi statutum diceret, soluat centum intra decem dies,& si non poterit soluere, luat in corpus: quia hoc casu,si non soluit intra terminum,videtur non potuisse: quia quælibet etiam minima pœna corporalis est maior,quàm quælibet pecuniaria, vt supra dixi. vnde ex quo statutum posuit terminum, videtur considerasse, quòd ille non potuerit soluere,ex quo non soluit intra terminum,& sic per hāc viam non soluens quodammodo videtur posse eligere pœnam corporalem. sed hoc non obstante, idem videtur dicendum: quia posset contingere, quòd haberet bona sufficientia, & tamen non posset soluere intra terminum eo, quia intra illum terminum non reperit emptorem,vel alias, si haberet nomina debitorum, quæ non posset intra illum terminum exigere. & sic etiam hoc casu videtur necessaria inquisitio per iudicem,vt alia bona vel nomina intra terminum subhastentur, vt videatur, an posit soluere, & tunc si non reperitur pecunia necessaria ad solutionem,luet corpus: sed si hoc non fieret,licet laberetur terminus, nō propterea iudex imponeret pœnam corporalem,ex quo sibi non cōstat quod non potuerit soluere, cum ex eo solo, quòd non soluerit,non constet, nisi fortè pęna corporalis esset multum grauis: puta, mortis,vel mutilationis pedis,manus, vel linguæ: quia tunc uidetur quędam violenta præsumptio,quòd ex quo nō soluit, non potuerit soluere: ex qua violenta præsumptione absque alia inquisitione potentiæ soluendi,videtur iudex posse condemnare ad pœnā corporalem arg. c.afferte. infra de præsump. faciunt not.per Bal.in l.sciant cuncti.C.de prob.& per Dy.in tract. de quæstio.secus si pœna corporalis esset leuis,vt fastigatio, uel similis,quam sæpenumero homines uilis conditionis potius vellent pati,quàm soluere pęnam pecuniariam,etiam paruam,vt docet experientia,secundum Io.Petru.in d.l.fin. quæ opinio videtur mihi satis iusta, & rationabilis. faciunt ad prædicta,no.per Bar.in d.l.item liberatur.ff.quibus mod. pig.vel hyp.sol. ¶ Et nota prædicta, quia quotidiana & singularia sunt.¶ Et ad prædictam materiam, an & quando qui non potest luere in ære, debeat luere in corpus: & an iudex vel pars posit eligere, & quid si esset transactum tempus soluendi. vide quæ latisimè dixi in d.c.ad liberādam.inf.de Iudę. ubi habes multa singularia, & quod dixi in c.qualiter.infra de accus.in 14.prin.articu.quæst.15.vers. Item quæro,quid si statutum. Et quæ dixi in d.c.sicut Iudæi.inf.de Iudæ.¶ Sed quęro iuxta prædicta, vtrum sit necesse, quod in libello petatur quod inquantum non posit soluere pœnam pecuniariam luat in corpus. ¶ Sol. Cyn.in l.si non conuicij. C. de iniur.q.16.in simili tenet,quòd non est necesse, quod petatur in libello: quia venit incidenter iudicis officio,& idem tenet Bal.in l.fi. ff.de in ius voc. ¶ Ego arbitror, quòd aut est talis iudex, qui potest imponere vtranque pœnam, & tunc potest quis in eodem libello petere quinquaginta, & si nō posset soluere, potest petere per officiū iudicis, quòd luat in corpus. secus si iudex coram quo petitur nō posset imponere pœnam corporalem,vt dixi in præcedenti quæstio. & vide ad hanc materiam quæ dixi in c.2.supra de libel.obla.art.12.q.16.versic.quinta regula est.

93 ¶ † Decimononò quæro, quibus ex causis prædicta pœna cesset. ¶ Sol. Dic,quòd cessat varijs & plurimis ex causis.

¶ Primò,si vocatus non venerit, vt l.quamuis.ff. de in ius uocan.& ratio est, quia uocatus nō potest se fundare super vocatione in qua fuit contumax, vt no.singulariter Bar.in l.sepulchri.ff.de sepul.vio. & in l.vbi cœptum. ff.de iudi. ¶ Et secundò facit: quia sicut circunducitur citatio quādo citatus non comparet, vt in l.& post edictum. §.circunducto.ff. de iudi. ita quando vocatus non comparet ad utilitatem vocati.

¶ Tertia ratio est, quia vbi persona priuilegiata citata non comparet, processus est nullus: vnde satis est sibi, & ideo pœna alia non incurritur, cum annullatio actus dicatur pœna,vt in l.nemo martyres.C.de sacros.eccles.& ibi per Bal.& per eum in l. non dubium.C.de legi.& per Io.And. in c.dispendia. de rescrip.lib.6.& per Dom.meum in c.cognoscentes. supra de const.& per Glo.in Clem.1.de rescrip.& ibi dixi.

¶ Secundò cessat prædicta pœna, si persona priuilegiata non inuita, sed volens vocata sit. tex.est in dicta l. quamuis, quoniam volenti non fit iniuria: nec infertur dolus vel metus, vt l.cum donationis. C.de transac.

¶ Tertiò cessat pœna prædicta,si vocans sine uenia pœniteat,& actionem amittat, vt d.l.quamuis. Debet ergo esse pœnitentia, nō vt renunciet instantiæ: sed vt cadat à lite: quia si solùm teneatur renūciare instātiæ parum prodesset patrono,ex quo posset iterum inchoare. debet ergo actionem remittere,secundum l.postquam liti.C.de pac. ¶ Et ista est communis opi. licet quidam dicant, quod amittat solùm instantiam.

94 ¶ †Sed circa hūc casum dubitatur,vsque ad quātum tempus admittatur pœnitentia. ¶ Sol. Glo.& Doct.

Doct. sunt varij. Et quoniam in simili materia ego tractaui plenè de hac pœnitentia in c. si diligenti. supra de fo.comp. vbi etiam tractant gl. & Do. ideo instituerã hic omittere & remittere ad ibi dicta. ¶ Verum, quia Ioan. Pet. quò ad articulum nostrũ plenius tractat in d.l. quamuis. vbi etiam plura dicit facientia ad materiam per me tractatam in d.c. si diligenti. idem hic, quare formaliter referam. Et sic ex his, quę ibi dixi in gl. super verbo, perdant. & ex his, quæ dicam hic, habebis plenè tractatam hanc materiam. Dic ergo secundum gl. in d.l. quamuis. & in l. in criminali. C. de iurisd. om. iu. ꝙ hæc pœnitentia locum habet vsq; ad sententiam. & idem tenet Cy. in d.l. in criminali. & etiam Bar. ibi, sed extensius & firmius in l. amplius non peti. ff. rem rat. habe. per l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inoffi. testam. & l. qui cum maior. §. accusasse. & l. in seruitute. §. petijsse. ff. de bo. lib. & in l. alia causa. C. de his qui. vt indig. ¶ Nec obst. secundum Bar. l. 1. C. de plus peti. quia ibi interuenit duplex dolus. & ideò ibi solum admittitur pœnitentia vsq; ad litem contest. Sed ipsemet Bar. in d. l. quamuis. in quibusdam lecturis videtur variare, & tenere, ꝙ in casu d. l. quamuis. & similib. licitũ sit pęnitere vsq; ad li. cont. & non vltra. ¶ Sed fortè lecturæ suæ sunt mendosæ, cum in l. amplius non peti. plenè & firmiter affirmet, quòd licitum sit pœnitere vsque ad sententiam. ¶ Sed in contrarium, ꝙ solum licitum sit vsq; ad litem cont. est glo. in cap. si diligenti. in terminis illius c. & l. in criminali. & hoc tenent ibi Io. And. & Dom. Ant. ¶ Mouentur: quia vbi mora committitur ante litẽ contestatam, terminus purgandi moram solum durat vsque ad contestationem. secus vbi committeretur mora post contest. quia tunc durat vsque ad sententiam, vt in l. si maior. C. de transact. sic ergo in simili dicendum est in pœna, ꝙ si illa committatur ante litem contestatam, prout est in casu nostro, in quo per solam vocationem quis illam videtur incurrere, vt in l. libertus a patrono, & in l. pen. iuncta l. 4. §. prætor ait. ff. de in ius voc. ergo pœnitentia nõ durat, nisi vsque ad contesta. vt habetur in l. si insulam. ff. de verb. obl. in materia purgationis moræ, de qua etiam traditur in l. & si post tres. ff. si quis caut. & per Io. de Imo. in c. potuit. infra de lo. Bal. etiam in d.l. in criminali. sequitur hanc opi. per prædictã rationem, & respondet ad leges allegatas in contrarium per Bar. ꝙ loquuntur in materia, in qua leges considerarunt effectum iudicij, prout potest videri in d. §. meminisse. vbi considerauerunt ne subuertatur effectus testamenti, & ideo pœnitentia habet tunc locum vsq; ad sententiam. quia l. videtur esse contenta, ꝙ ille finaliter non insistat vt sententietur contra testamentum. & sic in alijs similibus iuribus supra alleg. per Bar. videlicet in §. accusasse. & in §. petijsse. sed in casu nostro, & in casu d.l. in crimina. pœna committetur propter vexationem, quæ habuit effectum a princ. per dictam vocationem. nam in l. in criminali. habuit effectum eo ipso quòd reus vocatus fuit in foro vetito, & sic in casu nostro eo ipso, quòd non adhibita reuerentia vocauit in ius sine venia. ¶ Sed Io. de Imo. in d.c. si diligenti. dicit ꝙ equior esset illa sententia, quę in pęnis est mitior. vnde dicit, ꝙ vsque ad sententiam potest pęnitere, dicit tamen quòd propter autoritatem glo. & Ioan. And. quòd Canonistæ tenuerunt, quòd in foro Ecclesiastico admittatur pęna solum vsq; ad li. conte. Legistæ verò, ꝙ vsq; ad sententiam. vnde minimè sunt mutãda, & c. vt l. minimè. ff. de leg. facit gl. in c. 2. de arbit. lib. 11. Sed Ioa. Pet. in d.l. quamuis. dicit, quòd licet in foro Ecclesiastico non videatur insistendum, propter prædictas autoritates, tamen in terris Imperij videtur maximum dubium, quia contra glo. iuris ciuilis. & contra Cyn. & Bartol. fortisimè obstat quod dixi supra, secundum Bald. ¶ Et si teneres opin. gl. de qua in d.l. quamuis. quòd dum tex. dicit actionem remittat. quòd intelligatur de instantia, non posset stare aliquo modo prædicta opi. quòd solum vsq; ad contestationem litis admitteretur pœnitentia eo quod ante litis contestationem non dicitur adhuc esse instantia, vt l. properandum. C. de iud. dixi in c. penul. sup. de iud. 8. princ. artic. ergo non posset remitti instantia, quæ non est, vt l. decem. ff. de verbo. oblig. & per consequens de necessitate intelligeretur admittendam esse pœnitentiam vsque ad sententiam, prout voluerunt glo. & Bar. ¶ Sed veritas est, quòd debet remitti actio, & non instantia, vt supra dixi in vers. 3. cessat. & infra subijciam. Sed pro Bar. bene facit, quia in pęnis legalibus, mitius agitur, quàm in pœnis hominis, vt l. Celsus. ff. de arbi. & sic largius consequitur pęnitentia. & sic non obstat l. maior. quia illa loquitur in pœna hominis. Item pro Bar. facit, quia prædicta pęna est legalis, & ipsa l. concedit hanc pęnitentiam, vt dicit gl. in d.l. quamuis. quam pęnitentiam & remissionem, si lex ipsa non concederet, non diceremus habere locum post pęnam incursam, quam vocans iam incurrerat per solam citationem factam sine venia contra prætoris prohibitionem, quod est notandum ad statuta imponentia pęnam propter aliquod factum, quia ipsa incursa, seu commissa, non est locus pęnitentiæ, nisi statutum aliter prouideat. faciunt no. in l. 3. §. quod autem. ff. quod quisque iuris, & quod ibi traditur in glo.

¶ Item pro opin. Barto. facit, quia ex quo libertus vel similis, si vult pęnitere, necessitatur remittere actionem, vt dixi, non est inconueniens quòd ista pęnitentia duret vsque ad sententiam, ex quo per remissionem actionis patrono satis plenè subueniatur. ¶ Aduerte tamen, quia ista actio non cadit in consideratione terminorum d. l. in criminali. C. de iurisdictione omnium iudic. Et profectò argumenta prædicta satis sunt persuasiua: sed leges allegetæ per Bar. pro sua opin. magis astringere videntur. ¶ Sed contra prædictam opin. facit, quia iniquum videtur in casu nostro, & etiam terminis d.l. in criminali. in quibus iura abhorrent principium vocationis propter irreuerentiam, & anfractionem, siue vexationem, quòd permittitur pęnitentia vsque ad vltimum terminum, quo potest fieri vocatio, & sic vsque ad sententiam, delicto quasi consummato & continuato. vnde non videtur aliqua æquitas, quòd talis purgatio admittatur vsque ad sententiam ratione prædicta, quæ ratio cessat in iuribus allegatis per Bart. quia licet in illis quis videtur accusasse, etiam a principio non expectato fine iudicij eo ipso, quòd nome rei receptum est inter reos, vt ff. de publicis iudic. in l. is, qui reus.

& C. qui accusare non poss. in l. neganda. tamē hoc non obstante admittitur pœnitentia vsque ad sententiam, vt in dicto §. accusasse. & in d. §. petijsse. tamen adhuc dicebat Bald. responderi posse, quòd in illis legibus non consideratur accusatio, vexatio, vocatio propter se principaliter: sed propter finem, quem finem cum pars non expectet, sed pœniteat, parcitur pœnitenti, & sic propter istam rationem videtur dicendum, quod in casu l. in criminali. solùm admittatur pœnitentia usque ad contestationem litis.

¶ Quod etiam adiuuatur per l. 1. C. de plus petit. vbi dicitur, quòd usque ad litis contestationem parcitur pœnitenti, & non vltra. de quo in cap. 1. infra de plus petitio. ¶ Nec videtur obstare responsio Bart. ex eo, quòd ibi sit duplex dolus: quia sicut in terminis nostris requiritur ad commissionem pœnæ, seu sufficit vocare in ius sine venia: ita etiam in d. l. in criminali, & in cap. si diligenti. & sic non obstat quòd ibi uideatur esse duplex dolus: quia etiā in terminis prædictis videtur esse duplex dolus, & in c. si diligenti, & in l. in criminali. vnde sicut in d. cap. 1. non admittitur pœnitentia, nisi vsque ad litis contestationem commissa iam pœna: sic etiam dicendum in d. l. in criminali, & etiam in terminis nostris, cum istæ leges non exprimant, nec declarent vsque ad quod tempus admittatur dicta pœnitentia. & quamuis in terminis nostris uideatur, quòd non solùm consideretur reuerentia contra quam fieri dicitur ab ipso principio propter citationem, sed etiam videatur considerari effectus & finis, ne patronus aut similis damnetur actione famosa, propter quam rationem videatur dicendum, quòd locus esset pœnitentiæ usque ad sententiam, per d. §. meminisse, & §. accusasse, & §. petijsse. tamen ex quo est duplex ratio, & quælibet est æquè principalis. videtur, quòd vna sufficiat ad impediendam pœnitentiam post litis contestat. uidelicet, ipsa reuerentia cōtra quam dicitur esse commissum propter primam uexationem, & vocationem, & commissus est effectus pœnæ. vnde solum admittetur pœnitentia ante litis contestationem. Et sic attenta hac ratione, quæ sufficit, secundum no. Insti. de nupt. in §. affinitatis, & in l. liberorum. §. notantur. ff. de his, qui no. infa. de quo dixi in c. cum cessante. inf. de appel. meritò non videtur admittenda pœnitentia vsque ad vltimum finē vexationis. Quantum uerò ad prædictam l. in criminali. opinio Canonistarum uidetur esse magis aperta, quia ibi vna tantum subest ratio, ne quis vexetur coram vetito tribunali, & sic in puncto iuris opinio Canonistarum uidetur potius seruanda, etiam in foro seculari, secundum Ioan. Petru. qui tamen dicit cogitandum esse. Et profectò quæstio est satis ambigua & disputabilis. ¶ Et coniunge prædicta ad ea, quæ dixi in d. cap. si diligenti. ¶ Sed aduerte: quia contra prædicta ego fortiter oppono: quia supra in præcedenti uer. pro secunda excusatione à pœna, ego dixi quod si persona priuilegiata volens & non inuita, fuit vocata, quod pœna esset, vt supra statim dixi, quod hic ut vocans non incidat in pœnam, necessaria est pœnitentia ante litis contestationem, secundum opi. Canonistarum, vel ante sententiam, secundum aliam opinionem, sed hoc non videtur necessarium: quia si vocatus contestatur litem, igitur uoluntariè contestatur, & sic uidetur consentire, & tenet processus, secundum ea, quæ dixi sup. in ver. 9. quomodo igitur frustra videtur tractari de pœnitentia ante litis contest. ad fugiendam pœnam: quia aut vocans pœnitebit ante litis contesta. & res est clara: aut lis contestabitur, & sic contestabitur cum uolente, & pęna cessare debet. ¶ Sol. Licet Docto. non tangāt: tamen arbitror responderi posse multipliciter. ¶ Primò, quòd dubitatio procedit, quando uocatus contradicit vocationi, & si iudex cōpellet eum ad contestandam litem, poterit ipsam contestari, cū hac protestatione & sub hac forma, videlicet: Qui B. volens parere mādato iudicis, non intendens aliquo modo renunciare iuri sibi quæsito ex uocatione facta per prædictum A. dictus A. dictam lit. contestatus est, &c. ¶ Vel potest dici secundò, quod ex quo vocans sine uenia incidit in pœnam, secūdum ea, quæ superius dicta sunt, sequitur quod ius quæsitum sibi non amittit per talem li. contest. dummodo appareat, quod ante nō fuit uoluntariè vocatus, eo quod in prima comparitione contradixit citationi propter non impetratam veniam, sed à prędicta pœna bene excusatur actor, si pęnitet. Est igitur in facultate actoris se exonerare à dicta pęna, & satis est personæ vocatæ, quod vocans cadit à lite vna cū pœnitentia, vt supra dixi. Et ita vidi in libro meo quādam apostillam Dy. qui fortius dicit, ꝙ licet vocatus non opponat: tamen potest petere pęnam. al leg. l. exceptiones, C. de excep. quod est notandum. ¶ Quartò cessat prædicta pœna, quocunque casu prædicta reuerentia fuerit amissa, seu perdita per patronum vel similem: puta, per maximam vel mediam capitis diminutionē, vel per deportationem, vel damnationē in metallum, aut propter bannum. licet enim per deportationem, & bannum non perdantur ea, quæ sunt iuris gentium: sed solùm ea, quæ sunt de iure ciuili, vt l. 1. C. de hæred. instit. & secundum ea, quæ latè traduntur per dom. Nellum in tractatu bannitorum, in 2. parte primi temporis, quasi per totum: tamen perditur honor & reuerentia propter reatum, vt l. sed si hac. §. sed & si pęnam. ff. de in ius voc. ¶ Nec obstat quòd hæc reuerentia sit quasi de iure naturali, vt l. 2. C. de in ius voc. quia licet sit quasi de iure naturali: tamen pęnæ appositio est de iure ciuili. ¶ Item non debetur dicta reuerentia, si patronus vel similis grauissima iniuria effecit libertum vel similem, vt d. l. sed si hac. §. patronum. dixi supra in versic. primò quæro. ¶ Et idem dicendum est, quocunque casu talis reuerentia amittatur, ut dixi in prædicta 1. quæstio.

¶ Sextò cessat dicta pęna respectu liberti, si per rescriptū Principis libertus sit restitutus natalibus: per quam restitutionē Princeps facit eū ingenuum, ut d. §. patronum. in fi. secus si per rescriptum solùm esset concessum ius aureorum anulorum, vt dixi supra, in 1. q. istius 26. q. princ. ¶ Nec Princeps per rescriptum suum remittit pęnam iam incursam applicādam parti, vt l. 2. in fi. C. de in ius voc. ¶ Est tamen notandum, quod filius libertus vel similis non possunt se excusare à prędicta pęna propter rusticitatē. ¶ Et ratio est, quia naturali ratione, prædictis personis honor & reuerentia debetur, à qua naturali ratione rusticitas non excusat: licet enim excuset ab

ignorantia

ignorantia iuris positiui, vt l.2. ff. si quis in ius voc. non ier. duntamen non sit notum, vt l.2. C. de inter dic. mat. secundum Cyn. tamen non excusat à iure naturali, vt d.l.2. & in d.l.1. ¶ Vide per Glo. & Bal. notabilem limitationem in casibus, in quibus rusticitas excusatur, illud procedit, nisi actus fuerit clam celebratus. quod perpetuo notabis. ¶ Ad quod vide, quæ dicam in titu. de dolo & contum. in materia doli. Item non excusatur in iure positiuo tēden te ad formam actus, & rigorem iudiciorum, vt l.ambiguitatem, & l.fi. C. de testamentis. dicam in tit. de ordi. cogni.

95 ¶ † Vigesimoseptimo quæro principaliter, qualiter iudex debeat citare per literas, & citationem cōmittere, & contra quem agere debeat is, cui committitur, & quid agendum sit si is, cui committitur nolit adimplere mandatum. ¶ Sol. Dic, vt latius dicam inf. in 24. prin. art.

96 ¶ † Vigesimooctauo principaliter quæro, quid iuris si Papa mandat alicui sub hac forma, Moneas talē, quod intra quindecim dies restituat tale quid B. alioquin cites eum, quod intra tres menses per se, vel procuratorem compareat coram nobis. Ille verò mandato recepto procedit, & dicit, moneo te vt restituas intra quindecim dies tale quid B. alioquin ex tunc te cito, quod uenias ad sedem Apostolicam, an ualeat talis citatio. ¶ Sol. Innocent. pronunciauit, talem citationē non ualere. ad quod vide quod dicam inf. in 24. prin. art. q.6.

97 ¶ † Vigesimonono principaliter quæro, qualiter nūcius debeat citare iuxta formam commissionis, & citationem referre. ¶ Sol. Dic, vt dixi sup. articu. 13. q.1. Et in eod. art. in 2. q. uide, cui debeat fieri dicta relatio. & ibi in 3. quæst. vide, qualiter debeat referre.

98 ¶ † Trigesimò principaliter quæro, quid si iudex committit nuncio, ut nominatim citet aliquos, qualiter dicatur satisfecisse mandato. ¶ Sol. Clarum est satisfecisse, si personaliter citat, sed si citaret ad domum, maius est dubium. tamen Bald. tenet idem in l.si quando. C. de inoffic. testamen. in pen. q. argum. l.unum ex familia. §. 1. ff. de lega. 2. ¶ Item quia hic habemus effectum, ad quem fit nominatim citatio: quia deducitur ad notitiam certæ personæ: ergo habito effectu, non curamus de modo. argu. l.cum seruus. ff. de verborum oblig. Et ad hoc, quando dicatur, quid nominatim fieri, uide Glos. in uerbo, nominatim. in c.2. supra de offic. ordin. & per Inno. in c.licet ex quadam. de testibus, & quod traditur in c.quid agendum. §. 2. de procura. lib. 6. & in c.cum & plantare. infra de exces. prælat. & ibi tetigi, & per Legistas in l.quid si nominatim, ff. de liber. & posthum.

99 ¶ † Trigesimoprimo principaliter quæro, quid si citatio non sit facta legitimè, seu sub debita forma: vtrum arctet citatum. ¶ Sol. Dic, vt latius dicam inf. in 31. prin. artic. ¶ Et ex his Deo duce, est expeditus 20. articulus.

SVMMARIVM.

1 Literæ executoriales cum clausula, & si senserit se grauatum, quid operentur.

2 Causa qualibet, qualiter sit incipienda.

ARTICVLVS XXI.

1 Vigesimoprimo principali articulo † specialiter tractāda est materia literarum executoriarum, quæ quotidie committuntur, quæ dicuntur habere vim simplicis citationis. ¶ Circa quem articulum, Ang. in l.de pupillo. §. meminisse. ff. de ope. no. nunc. post Glo. 3. ibi positam dicit, quod curia Romana introduxit originaliter hanc formam, quę tamen habuit originem ex Glo. in c. ex parte quo. infra de verborum signific. quæ, Glos. forte non est alibi, ex qua sumitur practica, quam etiam obseruat nostra curia Senensis. ¶ Præcipit enim iudex citato, ut soluat tantum, vel tale quid faciat intra tantum tempus, & si senserit se grauatum, compareat intra tantum terminum recepturus iustitiæ complementum. ¶ Vel præcipit Potestas aut maior officialis in ciuitate existens alicui officiali in Comitatu, quòd cogat & compellat realiter & personaliter A. ad soluendum, vel tale quid faciendum, aut ad implendum, B. intra talem terminum, & si senserit se grauatum, cōpareat coram eo intra tantum terminum recepturus iustitiæ complementum. Et istis casibus, si ipse citatus, vel cui fit hoc præceptum compareat, fortè se defensurum tale præceptum, & talis litera executoria resoluitur in vim simplicis citationis. de quo Ang. remittit ad no. in Spe. de cita. §. iam de citatione. versic. si igitur, sed corruptè allegat. & fortè voluit allegare in titu. de sen. prola. §. 2. ver. sed nunquid. allegat etiam no. per Guli. de Cun. in l.quoties. ff. de in diem addic. sed ipsius Guli. lectura cōmuniter non habetur semper illo tit. idem tamen tenet Io. de Imo. in d. §. meminisse, & legitur & no. in l.ca quidem. C. si manci. ita fue. alic. ¶ Et idem tenet Ang. in l.nonnunquā, ff. de iudic. vbi dicit, quòd de iure ciuili non habetur alibi, nisi in d. §. meminisse. & Bald. in l.ad peremptorium. in fi. ff. de iudi. per d. §. meminisse. quod tamen dicit procedere, nisi citatio esset nulla ipso iure: quia tunc non potest iustificari. argum. l.quædam mulier. ff. famil. ercisc. & ff. de testa. tut. l.iure nostro. quod contingere dicitur, quando fuit factum dictum præceptum executorium absque iustificatione. hoc est, si senserit se grauatum: quia tunc tale præceptum esset nullum, per l.1. & quod ibi not. Bar. C. de except. rei iud. quia tunc diceretur emanatum absque causæ cognitione. Et ideo nullum, & ex abrupto in materia in qua non potest incipi à præcepto, vt l.interlocutio. & l.programma. C. com min. vel epist. facit quod tradit Bar. in l.filiusfamil. §. diui. ff. de leg. 1. † Nam in qualibet causa debet incipi à petitio. cōdemnatio. siue sit in ordinaria, per modum, vt dixi in cap. 1. de libel. obla. art. 5. Siue in summarijs, per modum positum in Clemen. sępe, de verbor. sign. ¶ Et uide quod dixi in 20. princ. artic. q.2. & in 7. princ. artic. ver. 20. secundus casus, tetigi de ordi. cogni. c.2. art. 19. versicu. & ex prædictis infertur, quòd si iudex. 2

SVMMARIVM.

1 Citatio generalis, quotuplex sit, & quotupliciter fieri dicatur.

2 Citare generaliter, quis possit.

ARTICVLVS XXII.

VIGESIMOSECVNDO principali articulo, tractandum est de citatione generali.

¶ Circa quem articulum pro ipsius clariori decisione, prosequar infrascriptas quæst.

1 ¶ † Primò igitur principaliter quæro, quotuplex, seu quotupliciter dicatur fieri citatio generalis. ¶ SOLV. Dic, quod potest dupliciter considerari. vno modo, respectu omnium agendorum in tota causa, & quo ad omnia acta celebranda, & de hac latissimè dictum fuit in 20. princip. articu. in 16. quæstio. princip. ¶ Quandoque verò accipitur citatio generalis, respectu personarum & factorum, seu negotiorum, & de hoc tractandum est in hoc articulo.

2 ¶ † Secundò principaliter quæro, quis possit generaliter citare. ¶ SOL. Dicendum arbitror, quod quilibet iudex ordinarius potest citare generaliter in casibus, in quibus permissa est generalis citatio: dummodo præfatus iudex habeat iurisdictionem in dictis causis, de quibus dicam statim in 4. quæst. ¶ Delegatus verò non posset citare, nisi specificatos in literis: vel alios comprehensos sub clausula, Et quidam alij, ad quod vide quod dixi in 5. princ. art. 31. quæst. princip. per decem quæstiones: sed maximè in quæst. 3. ¶ Et hoc verum, nisi aliter appareat ex forma literarum, secundum quam potestas & iurisdictio tribuitur, vt in c. cum dilecta. de rescript. cum similibus.

3 ¶ † Tertiò principaliter quæro, quis possit uel debeat citari generaliter. ¶ SOL. Dic, quod persona incerta, contra quam non dirigitur principaliter petitio, potest generaliter citari. ¶ Persona verò certa, contra quam principaliter dirigitur petitio, debet specialiter citari: siue sit vna, siue etiam sint plures, hoc uoluit Inno. in c. in nostra. de proc. & ibi Ioan. de Imo. & Doct. in c. exhibita. supra de iud. & ibi tetigi super glo. 1.

¶ Et vide etiam quod dixi supra in 5. prin. artic. quæst. 1. traditur per Legistas in authen. si omnes. C. si ut se ab hæred. absti. & probatur in iuribus statim allegandis in sequenti quæstione. Nec obstat, quod talis citatio non uideatur valere eo, quod videatur incerta, & citatio incerta non tenet, secundum ea, quæ not. in l. eum quem temere. ff. de iudi. & dixi supra artic. 20. q. 9. quia illud procedit, quando ex natura rei vel causæ seu petitionis, scitur persona, quæ est citanda, & est tunc citanda ipsa certa persona: sed tamen citatur sub aliqua dubitatione vel ambiguitate, seu generalitate, secundum ea, quę dixi in d. quæst. 9. sed nos loquimur respectu petitionis, quæ non dirigitur contra certam personam, & propter ignorantiam citandorum, quorum fortè posset interesse, per ea, quæ dicentur in sequen. quæstionibus.

4 ¶ † Quartò principaliter quæro, in quib. casibus & causis possit fieri generalis citatio. ¶ SOL. Dic, quòd talis citatio fieri pôt, & procedit in facto generali, vt in Auth. de hæred. & fal. §. si verò adsunt. & C. de remis. pig. in l. si eo tempore, & ibi per Bar. & Bald. & in authen. si omnes. C. si vt se ab hæred. absti. & ibi per Barto. Bald. & Docto. ff. si cui plus, quam per leg. Falc. l. 1. §. cum dicitur. & l. hoc autē. §. 1. ff. quib. ex cau. in poss. eatur. si ergo factum est generale, sufficit generalis citatio & generale edictum, vt dictis iuribus, & in cap. habuit. de maior. & obed. & ibi per Innoc. & in c. cum in tua. & in c. 2. & ibi per Io. And. & Docto. inf. qui matrim. accus. poss. vbi patet, quòd si tempore matrimonij contrahendi fiunt generalia edicta, quod quicunque scit aliquod impedimentum debeat prodire in publicum intra certum terminum, vnde postea nō audietur. Et ad idem in c. quia diuersitatem. inf. de conces. præben. & per Inno. in c. si constiterit. infra de accusat.

¶ De consanguineis igitur, adhærentibus, & amicis, & quorum posset interesse, fit & sufficit citatio generalis, vt no. in d. l. hoc autem. §. 1. ff. quib. ex cau. in posses. ea. tenet Bal. in l. nam ita diuus. ff. de adop. no. Dom. meus in cap. fi. infra de vita & honest. cle. cum ergo imminet casus, in quo non agitur contra certā personam, vt potest etiam figurari exēplum; quando imminet confectio inuentarij, vel venditio fundi, qui potest esse alij obligatus: tunc enim satis est facere proclama, & citationem generalem, quòd qui sua putauerit interesse debeat comparere, & hoc casu scientes citationem, & non comparentes, faciunt sibi præiudicium, & sic vendito illo fundo, non potest talis allegare hypothecam, quam non comparendo videtur remisisse, vt d. l. si eo tempore. C. de remis. pig. ¶ Et si aliqui sunt absentes à loco, & nescitur vbi sint, fit etiam dicta citatio generalis, vt latè dixi in cap. ex tuæ. infra de cleri. non residen. in septimo princip. articu. quæstio. 2. & 3. ¶ Et ibi etiam tradunt Ioan. Andr. Dom. Anton. Dom. meus, & Iuan. de Imo. & etiam no. Io. Andr. in addi. Specu. in titu. de cler. non residen. Et idem etiam si ignorantur, quorum interest, aut interesse posset, vt d. dicta authen. si omnes, & ibi per Barto. & Docto. tangit etiam Hostien. in cap. ad nostram. 2. infra de iureiuran. tetigi in Clem. 1. de iudi. & vide quod dixi in c. inter. infra de purg. cano. in 10. prin. art. ver. secundò quæro. traditur etiam per Ange. in repet. l. si vacantia. C. de bo. vacan. lib. 10. ibi, data reclamandi copia. & Pet. de Ancha. & do. Dom. in c. fin. de elect. lib. 6. & Dom. meus in c. penul. de re iudic. secus si ageretur de facto speciali, seu contra certam personam: tunc requireretur citatio specialis illius, contra quem dirigitur petitio, & cuius principaliter interest, vt l. nam ita diuus. ff. de adop. & in cap. causam, infra de dolo & contum. & in l. 1. §. denunciari. ff. de ven. inspi. de quo latè dixi sup. in 5. articu. quæst. 1. vbi vide. Et uide omnino, quod dixi in d. 5. art. q. 6.

5 ¶ † Quintò quæro principaliter, qualiter prædicta citatio generalis fieri debeat. ¶ SOL. Dic, quod debeat fieri de omnibus incertis, quę sua putauerit interesse: aut qui vellent interesse seu opponere, vel quid simile facere, vt patet ex iuribus allegatis in præced. q. & potest fieri sub certo termino, videlicet, quod intra terminum debeant comparere, & etiam solet apponi comminatio, quòd post illum

lum terminum non audientur. Potest etiam fieri sine termino. ad quod tamen vide quod dixi supra 19.prin.art. q.6. Et ad hoc etiam vide quod dixi in c.ex tuæ.inf.de cle.non resi.in 7.princ.art.in secundo membro.q.5.

¶ Et aduerte: quia huiusmodi citatio generalis debet fieri cum solennitate trinæ citationis: nec sufficit una cum termino peremptorio, vt no.Io.And. in d.c.ex tuæ.de cle.non resid.& gl.in verbo, tertio. in Clem.1. de vita & hone.cle. & per tex. & glo.in c.constitutionem.§. statuimus. de senten.excomm. lib.6.Et vide omnino quod dixi in d.cap.ex tuæ. in 7. prin.artic.in secundo membro.q.3.Tangit etiam Io.de Imo. in c.nostra. supra de procur. Et ita communiter hoc seruatur in citationibus eorum, qui vellet opponere, aut aliquid petere ab officialibus, qui stant ad syndicatum,& de materia peremptorij latius dicemus, infra in 27. princ. articu. & fieri potest ista citatio per proclamata, & bannimenta, & per affixionem citationis & literarum citatoriarum in varijs locis, secundum quod in simili dicetur in 23. princip. articu. ubi tractabimus de citatione per edicta.

6 ¶ † Sextò principaliter quæro, quis sit prædictæ generalis citationis effectus. ¶ Sol. Dic, quòd licet talis citatio non arctet aliquem ad comparendum, nisi quatenus voluerit. ad quod vide quod dicam in 23.princ.art. q.11. ¶ Sed solùm causatiuè arctentur citati ad comparendum si volunt, quòd sibi nõ præiudicetur: quoniam hæc citatio, licèt sit generalis, tamen præiudicat omnibus, quos citatio verisimiliter apprehendit, de quorum præiudicio agebatur, non comparuerunt, nec se opposuerunt, vt in d.l.si eo tempore.C.de remis.pig. & quod traditur in iuribus allegatis, supra in 4.quæst. istius articuli, ignorantes tamen non ligat.argum.l.fi.ff.de decur. & l.genero.ff.de his, qui no.infa.& l.ex maleficijs.§. 1.ff.de actio.& oblig. C.de re mi. l.si seruus.lib.12. no.Compo.in c.statuimus, de elect. in prin. glo.tenet Oldr. consi.230. quod incipit, Credo de iure. ¶ Et vide quod dixi supra in 5.princ. art. q.1.& uide etiam, quæ dicam in seq.artic.quæst.11. & artic. 27. q.11. ¶ Et ex his Deo duce, est expeditus. 22. princ. articulus. Sequitur nunc 23. princ. articulus ex ordine.

SUMMARIUM.

1 *Edictum quid sit, & quotupliciter accipiatur.*
2 *Citare per edicta, quis possit.*
3 *Citatio per edicta, quibus fieri possit.*
4 *Citatio per edictum, quomodo, quando, & in quibus casibus fieri possit.*
5 *Citatio per edicta, quam cognitionem requirat.*
6 *Citatio per edicta, quo tempore fieri possit.*
7 *Citatio per edicta, in quo loco, vel ex quo fieri possit.*
8 *Edictum peremptorium, per quod citantur volentes se opponere confirmationi electi, an possit fieri per existentem extra territorium.*
9 *Citatio per edictum, qualiter, & sub qua forma fiat.*
10 *Edictum citatorium, in quo loco, & vbi possit affigi.*
11 *Edictum citatorium, quanto tempore stare possit vel debet affixum.*
12 *Citatio per edictum, cuius sit efficaciæ.*
13 *In termino citationis comparens, si absentiam alleget, quid erit agendum.*
14 *In termino citationis comparens, si postea se absentet, qualiter erit citandus.*
15 *Edictum citatorium tollens vel corrumpens, qua pœna teneatur.*
16 *Edictum citatorium corrumpens, an quandoque, vel quibusdam casibus veniat excusandus.*
17 *Pœna edictum citatorium corrumpenti taxata, cui sit applicanda.*
18 *Ad pęnam corrumpenti edictum citatorium taxatam exigendam, qua actione sit agendum.*
19 *Libellus qualiter in actione pœnæ citatorium edictum corrumpenti debitæ, sit formandus.*
20 *Condemnatio ad pœnam edictum citatorium corrumpenti debitam, à quo iudice fieri possit vel debeat.*
21 *Edictum citatorium corrumpens si sit pauper, & non possit soluere pœnam statutam, qualiter sit puniendus.*

ARTICVLVS XXIII.

VIGESIMOTERTIO principali articulo tractãdum est specialiter de citatione per edicta. Pro cuius materiæ clariori doctrina, prosequar infrascriptas quæstiones.

1 ¶ † Primò igitur principaliter quæro, quid sit edictum, & quotupliciter accipiatur. ¶ Sol. Dic, quòd edictum multipliciter accipitur. quandoque sumitur pro præcepto Regum vel Imperatorum, vt patet in Euangelio Luc. cap.2. ibi dum dicitur, Exijt edictum à Cæsare Augusto,&c. & hoc modo propriè sumitur. ¶ Quandoque sumitur pro præcepto quod continetur in lege inferioris, vt in c.vt circa. de elect. lib.6.

¶ Quandoque etiam inferiores iudices apponũt edicta, vt in c.1.de supplen. negl. præla. secundum Archid.Io.And.& dom.Dominicum, in d.c.vt circa, in §.edicto. ¶ Tu verò dic ex plurimis hincinde collectis, quod edictum multipliciter accipitur.

¶ Quandoque latissimè, & tunc sumitur pro qualibet lege generali, siue illa sit ciuilis, siue prætoria, vt tangit glo.1. in l.1. ff. solu. matrimo. & ibi etiam Ioan.de Imo. & ad idem d.cap.vt circa. & l.1.& 2. & in l.digna vox. C.de legi. & in c.1. de suppl.negl. prælat.lib.6.

¶ Propriè tamen sumitur pro constitutione, quam Princeps vel Rex statuit, vt dixi supra. & est tex. iuncta glo.2. distinct. cap.constitutio. & vt habetur in illo versicu. Edicunt reges, indicit festa sacerdos. ¶ Et hoc modo non sumitur in terminis nostris.

¶ Quandoque verò sumitur latè, vt comprehendat omnẽ legem prętoriã: sed non ciuilem, vt Inst. de iure natu.gen.& ciui.§.prætoria quoque edicta. & ff.de ædil.edic.in rubro & nigro.& in l.1.ff.de dolo.& l.1.ff.de mino. cum sim. & hoc modo sumendo, comprehenditur etiam interdictum, vt l.1.ff.de ope.no.nunc.iuncta l.Prætor.eo.tit. Et probatur in l.1.& 2.& fin.ff.ne vis fiat ei, & isto modo non sumitur in terminis & materia nostra.

¶ Quandoque verò sumitur strictè pro lege prętoria, differente ab interdicto, & tunc est species distincta ab interdicto: quia sicut adoptio conti-

net adoptatos in specie, & arrogatio, vt l. 1. & 2. ff. de adopt. ita & edictũ in genere, continet edictum in specie, & etiam interdictum, & isto modo etiam non accipitur in materia nostra. Et hoc casu, quid differat edictum in specie, ab interdicto, non est materia nostra, vide per gl. Bar. Io. de Imo. & Docto. in d. l. 1. ff. de ope. noui nunc.

¶ Quandoque verò sumitur edictum pro præcepto, quòd faciunt iudices iurisdictionem habẽtes, & isto modo sumitur in materia nostra. quo casu, quandoque accipitur latè pro quolibet præcepto iudicis, vt l. 1. in fi. ff. de offi. assess. quãdoque pro qualibet citatione, vt l. edictum, & l. ad peremptorium. ff. de iudic. 24. q. 3. c. de illicita. facit Clem. 1. in fi. de iudic. & de hoc edicto tractatur generaliter in tota hac materia citationis per omnes articulos suos. Et de edicto peremptorio specialiter tractabitur in 27. princ. artic.

Quandoque verò accipitur edictũ pro quadam citatione speciali, quæ fit cum certis solennitatibus per affixionem in albo, aut in valuis, vel parietibus à quibusdam iudicibus duntaxat, & in quibusdam casibus, secundum quod tractatur in Cle. 1. de iud. & ad instar edictorum, quæ per Prętores in albo ponebantur, vt in d. Cle. 1. & in l. si quis id quod. ff. de iurisd. omn. iud.

¶ Et de ista specie edicti tractandum est in terminis nostris, & in hoc articulo.

2 ¶ † Secundò quæro principaliter, quis possit citare per edicta. ¶ Sol. Bar. in extrauagan. ad reprimendum. in glo. super verbo, per edictum. dicit, quòd iste modus citandi competit solùm ordinarijs, & delegatis à Principe: alijs non, vt in authen. qui semel. C. quomodo & quando iud. & in corpore vnde sumitur. tenet Ang. in l. ad peremptorium. ff. de iudic.

¶ Aduerte tamen, quia quod dixi de delegato à Principe procedit in alia citatione per edictum, quàm per edictum in albo propositum: quia talem non potest facere, cũ non habeat album. facit quod no. in l. si quis id quod. ff. de iurisdic. omn. iudi. iunctis notatis in simili, in l. illicitas. §. qui vniuersas. ff. de offic. præsid. ¶ Et ad hanc quæstionẽ vide quod dixi supra, in quarto princip articu. q. 4. vbi etiam tetigi de arbitris, & de consulibus mercantiæ.

3 ¶ † Tertiò quæro principaliter, quis possit citari per edicta. ¶ Sol. Dic, quòd quilibet, dummodo sit citatus, in quo dicta citatio fieri possit. hoc colligitur ex tex. in Clem. 1. de iud. ibi dum tex. dicit, de quibuscunque personis, ac vndecunque, &c. vnde cuiuscunque sint status, vel præeminentiæ, ecclesiasticæ vel secularis, etiam si Regali vel Imperiali præfulgeant dignitate, possunt citari per edicta, vt in d. clem. 1. iuncta glo. super verbo, quibuscunque personis.

¶ Et hæc procedunt respectu citationis per edictum in casibus specialibus, de quibus loquimur, & de quibus in quæstione sequenti: sed quandoq; fit citatio per edictum extra casus nostros, secundũ quod dixi supra, in 1. quęst. per quam citari possunt vniuersitas & personæ incertæ. ad quod vide quod dixi in 22. principali articulo, maximè in 3. quæst. ¶ Et potest etiam quandoque certa persona citari per edictum & proclama, si persona nõ inuenitur, & non habet domum, secundum Bald. in l. fi. C. de iure domi. impet. dicam infra, art. 25.

4 ¶ † Quartò quæro principaliter, quomodo, quando, & in quibus casibus possit fieri hæc citatio per edictum. ¶ Sol. Dic, quod de iure ciuili talis citatio videtur permissa, non solùm in crimine lęsę maiestatis, secundum quod habetur in extrauagan. ad reprimendum, in verbo, per edictum. sed etiam in alijs quibuscunque causi, per authen. qui semel. C. quomodo & quando iud. & in corpore vnde sumitur. Nec de iure ciuili videntur requiri qualitates, quæ requiruntur de iure canonico, ita demum videtur permitti huiusmodi citatio, quando quis impedit, vel procurat per se, vel per alios citationẽ ad se peruenire: vel quando domicilium, seu locus habitationis citandi non potest tutè seu securè adiri, vt est tex. in d. clem. 1. de iud.

¶ Sed Bar. in dicta extrauagan. ad reprimẽdum, in gl. super verbo, per edictum. dicit, quòd prouisio dictæ clementinæ, maximè in secundo casu alternatiuæ, fuit multum æqua. ¶ Et subdit, quòd putat, quòd iudices seculares in foro suo debeant obseruare & practicare secundum illam clementinam, tam in crimine læsæ maiestatis, quàm in alijs quibuscunque casibus. Quoniam in dicta extrauaganti committuntur tres modi citandi, videlicet per nuncium, vel per epistolam, vel per edictum, & sic committuntur alternatiuè. vnde iudicis arbitrio videtur hoc relictum: sed in his, quæ arbitrio iudicis committuntur, iudex debet seruare æquitatem, vt in Authen. iusiurand. quod pręsta. ab his, §. 1. & per Ioann. Andr. in cap. 1. supra, de constitu. ¶ Quare si aliquis potest citari per nuncium, vel literas, non videtur æquum, quòd citetur per edictum. & si iudex tunc citaret per edictum, posset pars appellare, & per iudicem appellationis posset irritari processus.

¶ Et subdit, quòd illud quod cõtinetur in dicta clementina, scilicet, quando impeditur ne citatio perueniat ad citandum, vel non posse ad eum tutè accedi, sæpe accidit, scilicet, quando citatur aliqua communitas, vel aliquis dominus, vel ciuis potens, vt sunt multi ciues Perusini. arg. c. statutum. §. cum verò eiusdem. de rescrip. lib. 6.

¶ Item, quando locus in quo est persona citanda, est terribilis: non enim tutè mittitur tunc etiam nuncius ad locum iniquũ, vt l. sciendum. ff. de lega. & in l. de ætate. ff. ad Trebel. pro quo etiam allego notabile dictum Io. And. in c. non min us. infra, de immun. eccle. quod refert & sequitur Bal. in c. 1. de mili. vasal. qui contum. est, in vsibus feudorum. vbi dicit, quòd si citandus est tyrannus, vel aliquis horribilis, citanti potest remitti peremptorium. de quo latius dicam, inf. in 27. principali articulo, & debet iudex adhibere circa hoc aliquam cognitionem, vt dicam in sequenti quæstione. ¶ Et idem tenet Io. de Imo. in l. qui ante calendas. ff. de verbo. obligat. & in clem. 1. de iud. & ibi dixi. Sed ipsemet Ioann. de Imo. in l. 4. §. Prætor ait. ff. de damno infec. dicit, quòd fortè non est verum, quod dicit Bar. quia si iudex ciuilis facit citationem per edictum, illam facit iure sibi permittente, etiam si faciat extra casus in dicta clementina annotatos, & ideo non videtur partem grauare. argum. l. iniuriarum. §. 1. ff. de iniur.

iniur. & l. Gracchus. C. de adult. Quod dictum satis de rigore posset sustineri. Sed tamē dictum Bar. est æquius. Et ex dictis Barto. singulariter infertur, quòd quando de iure ciuili est aliquid iudicis arbitrio commissum, de iure canonico exprimitur quid certum: quòd tunc ciuilis iudex debet sequi illud certum. & idem dicerem, si dubium esset de iure ciuili, propter varias Doctor. opiniones. de iure canonico statutum esset quid certum, quoniam tunc etiam in foro seculari, & in terris imperij esset seruandum ius canonicum. & hoc idem voluit Ioan. de Imo. in d. Clem. 1. & in l. à diuo Pio. in princ. & in l. quidam consulebat. ff. de re iudi. tradit etiam Dominus meus in cap. per venerabilem. infra, qui filij sint legit. & in c. cum tempore, supra de arbi. & do. Domin. sentit, licèt non ita clarè, in c. 1. de arbit. lib. 6. dixi in Clem. 2. de testibus. & in c. fraternitatis. infra, de testib. in 10. principali articulo, & in c. 1. infra, de oper. noui nuncia. & vide notabilem limitationem, quam dedi post domi. Anton. in c. licet ex suscepto. supra, de foro compe. in ver. sextus casus.

¶ Et nota, quòd ad hoc vt posit fieri dicta citatio per edicta, non videtur requiri vtrunque: scilicet, quòd impediatur citatio, & quòd domicilium possit tutè adiri: sed sufficit alterum tantū, & hoc propter alternatiuam, vel quorum, positam in d. clem. 1. Ad cuius veritatē sufficit alteram partem esse veram, & ita notat ibi glo. Sed dicit ibi Ioan. de Imo. quòd satis sibi videtur absurdum, quòd si persona est extra domicilium, & tutè potest citari: sed tutè non posit adiri domicilium, quòd posit fieri hæc citatio adeo præiudicialis. vnde refert ipse prædictā alternatiuam ad diuersos casus, videlicet, vt prima pars alternatiuæ habeat locum, vt citatio realis fieri posit, vbi alia requireretur citatio personalis: Secunda vero pars alternatiuę locum habeat, vbi aliàs posset sufficere citatio ad domum. & ita dicit ipse sentire glo. ibi super verbo, vel quorum. ¶ Sed contra hoc facit secundum eum, quia vtroque casu fingitur personaliter citatus, & ideo dicit tutius esse tenere primum.

¶ Ego vero arbitror, vt ibi dixi, quòd iste nō fuerit intellectus glo. nec etiam tex. imo dum text. dicit, vel domicilia non posint tute adiri, debeat intelligi, quòd dato, quòd etiā alius, quàm citandus, dederit hanc causam, quòd non posit tutè adiri: & ipse esset in illo loco, haberet locum citatio per edictum. sed si ipse esset alibi, & sui copiam faceret: licet eius domicilium non posset tutè adiri: tamen citandus esset, vbi copiam sui faceret, secundum ea, quæ dixi supra, artic. 17. q. 2. versi. circa sextam speciem, & versi. circa septimam. ¶ Sed aduerte: quia circa id, quod dixi, quòd quando citatus impedit citationem ad se venire, ꝙ potest citari per edictum: dubitari potest, quid iuris si fortè iudex scribit alteri iudici, sub quo citandus degit, seu habitat, quòd debeat illum citare, secundum quod dicam in 24. princip. articu. Ille vero iudex rescribit, quòd non vult ei nunciare, vtrum hoc sit imputādum reo ita, vt sit locus prædictæ citationi. ¶ Sol. Bart. in dicta extrauag. ad reprimendum. in verbo, per edictum. tenet, quòd non: quia per eum factum non est, arg. l. 1. §. fin. ff. quod vi aut clam. sed secundum hoc, iudex nō posset expedire processum, vnde dicit Bart. quod talis habetur pro legitimè citato. licet enim ipse non impedierit citationē de se fieri: tamen defensor suus, hoc est superior suus impediuit. Quod videtur sufficere, vt in Clem. causam. de elect. ibi, verum, si per appellatum vel suorū metu, &c. Vel dic, quòd propter negligentiam illius superioris poterit ipsemet iudex citare per nuncium, vel per edictum, sicut si esset in suo territorio, argum. l. 2. C. vbi rem actio. & l. nullus. & quod ibi not. C. de iudi. & hæc opinio plus placet Bar.

¶ Sed tu aduerte: quia si daretur posibilitas citandi per nuncium, aut per epistolam, non deberet fieri citatio per edictum, vt supra dixi: cogitabis. si tamen cōtingeret, quod citandus aliquo modo procurasset per se, vel alium, quo minus iudex, cui scribitur non citaret, decisio est clara: quod esset locus citationi per edictum, per tex. apertum in d. clem. 1.

¶ Et prædicta procedunt, nisi Papa vel Princeps cōmitteret causam ad impetrationem alicuius, quod constito auditori vel alij, cui committit de narratis faciat citationem per edictum, secundum formam clem. 1. de iudi. quia tunc valebit citatio, licet simus extra casus d. cle. quia Papa sæpisimè formam nouam, vel antiquam mandat seruari: prout erat ante restrictionem factam per dictam Clemētinam, vel preter, vel contra ius ex sua voluntate tantum illam iustificet, & illa ius facit. 2. q. 1. in primis. & quod ibi nota. in fi. 1. glo. de restit. spolia. c. Pisanis. de rescrip. cap. super literis. & cap. cum dilecta. de offic. deleg. cap. venerabili. cum similib. Nam quod principi placuit, &c. Instit. de iure natu. §. sed quod principi. & hoc potest esse in causis non deuolutis ad curiam, quas committit in curia. facit c. in causis. de re iudi. etiam si commissa sit causa sine clausula, Non obstat, quod causa prædicta non sit deuoluta ad curiā. vide hoc latè per Gasparem Calderinum, aliàs Ioannem Calderinum, consilio, quod incipit, Nuper Sanctisimus in Christo pater ac Dominus noster, Dominus Bonifacius.

5 ¶ † Quintò principaliter quæro, quid agere debeat iudex, & quam cognitionem adhibere ante, quàm citet. ¶ Sol. Dic, quòd debet ad sui informationem examinare & cognoscere, vtrum absint dictæ qualitatęs, propter quas sit locus citationi per edicta. argumento l. de ætate. ff. ad Trebell. secundum Bart. in dicta extrauagan. in glo. super verbo, per edictum, & mihi placet, & in hac examinatione nulla est alia necessaria partis citatio per ea, quæ infra dicam.

6 ¶ † Sexto principaliter quæro, quo tempore fieri posit dicta citatio. ¶ Sol. Tex. in d. Clem. 1. de iudi. vult, quòd posit fieri non solum diebus solennibus, in quibus Romani Pontifices processus generales facere consueuerunt: qui sunt dies Iouis septimanæ sanctæ Ascensionis, & Dedicationis consecrationis Basilicarum Petri & Pauli, secundum glo. in d. Clementi. 1. & Paulum Zenzeli. & Zabarellam ibi, sed etiam extra illos dies: & sic possunt fieri huiusmodi citationes omnibus diebus, dummodo conueniant qualitates requisitæ, de quibus supra dixi in quæst. 4.

7 ¶ † Septimò principaliter quæro, in quo loco, seu ex quo loco hæc citatio per edictū fieri debeat. ¶ Sol. Bar. in dicta glo. in verbo, per edictum, non videtur

videtur quantum ad hoc facere differentiam inter hanc citationem, & citationem per nuncium, vel per literas, & sic videretur sufficere remissio ad ea, quæ dixi supra, in 17. & 18. principalibus articulis. ¶ Sed tu aduerte, quia ego arbitror, quòd quãtum ad decisionem quæstionis nostrę, tria loca sunt considerãda.

Primum, respectu loci exercendi iurisdictioné.

Secundum, respectu loci affixionis edicti.

Tertium, respectu loci, ex quo quis sit citandus.

¶ Quo ad primum, concludendũ arbitror, quòd debet fieri in loco, in quo quis potest exercere iurisdictionem, ad quod vide remissiones, quas dedi supra, in 17. princ. art. q. 9.

¶ Quo ad secundum dic, vt statim latius dicam in 9. quæst. ¶ Quantum vero ad tertium, ex quo loco fieri possit hæc citatio: dicit tex. in d. Clem. 1. de iudi. quòd possit fieri vndecunque, & sic tam in loco, in quo est iudex: & infra illam diœcesim, vel etiã extra prouinciam, & vltra duas dietas, quando fieret per Papam vel Imperatorem, vt colligitur ex illa glo. super verbo, vndecunque, & sic videntur transire Doct. ¶ Ego vero arbitror, quod non sit fienda hæc differentia respectu Papæ vel Imperatoris: etiam quo ad locum extra prouinciam: quia satis esse arbitror, q̃ sit iudex ordinarius, qui possit hanc citationem facere: ipse enim datis qualitatibus requisitis, potest mandare citationem per edictum fieri: & ipsum edictum affigi facere in domo consueta, secundum quod dicam in 9. quæst. & illa citatio afficit omnes vbicunque existentes, secundum quod statim dicam, in 11. quæst.

8 ¶ † Sed circa prædictam quęstionem, vtrum missio edicti peremptoriæ, per quod generaliter citantur volentes se opponere confirmationi electi, possit fieri per existentem extra territorium suum.

¶ Sol. Istam quæstionem ponit Gaspar de Caldecons. 2. super rubr. de elect. Et ibi ponuntur allegationes pro & contra. Non tamen decidit, & quòd non possit sine licentia iudicis territorij, allegat 8. q. 3. c. nullum. vacua quidem & inania erant omnia, quæ gesserit. & facit quod no. glo. in c. vt litigantes. de offi. ordi. lib. 6. & Clem. quamuis. §. volumus. & quod ibi no. de foro compe. vbi dicitur, quod non valet processus licentia non petita. ergo cum actus edicti & confirmationis sint actus iudiciales, & contentiosæ iurisdictionis, quando fit inter partes contradicentes, non valet. imo posito, quòd nulla pars contradicat actus commissionis edicti est iudicialis: etiam si nullus comparuit. Nam edictum est citatio, cuius commissio est actus iurisdictionis. & habet vim interlocutoriæ, vt no. Ioan. And. in nouella de foro compe. c. Romani, in verbo, citatus, lib. 6. sed interlocutoria est de processu iudiciali. de probat. c. quoniam contra. ergo fieri non poterit extra territorium. ¶ In contrarium facit: quia est voluntariæ iurisdictionis. quod patet, quia illa dicuntur contentiosæ iurisdictionis, quæ redduntur in inuitum, vt no. in l. 2. de offic. proconsul. Ea vero, quæ sunt volũtariæ iurisdictionis, possunt fieri extra suũ territorium: etiam non petita licentia alicuius, vt l. 2. de offic. proconsul. & l. emancipati. de adopt. & in l. fin. ff. de iurisdic. omn. iudi. & supra, de offi. leg. cap. nouit. lib. 6.

¶ Nec obstat, quod edictum est citatio, & quod habeat vim interlocutoriæ. & sic sit de processu: quia ridiculum est dicere, quòd omnis interlocutoria sit de cõtentiosa iurisdictione: si materia de qua agitur non sit de contentiosa iurisdictione. nã quis dubitat, quod in voluntaria iurisdictione fertur interlocutoria, & diffinitiua, vt l. 1. de offi. proconsul. & in superioribus iuribus probatur. non tamen per hoc sequitur eos esse de contentiosa iurisdictione: aliàs esset cõtradictionem implicare, quod esset voluntariæ iurisdictionis & contentiosæ, ita remanet ibi, & aliter non deciditur. ¶ Pro ista vltima opin. facit, quia ista missio edicti non videtur actus iudicialis: quia prima citatio, quæ fit in princip. iudicij, dicitur tantum iudicialis, & non iudicialis, vt no. glo. 2. in Clem. 1. de iudi. Et sic ex quo non est iudicialis, videtur quod fieri possit extra territorium. Item citationes, quæ fiunt in princip. iudicij, non requirũt causæ cognitionem: & possunt fieri etiam ab eo, qui non haberet iurisdictionem, no. Innoc. de rescrip. cum contingat. de offic. deleg. prudentiam. de accusat. licet. si ergo non requiritur causæ cognitio, neque iudex sedeat, vt dicit Innoc. poterit ergo fieri extra territorium, argum. eorum, quæ no. de offi. lega. cap. nouit. ¶ Nec obstat si dicatur, quod etiam prima citatio inducit perpetuationem iurisdictionis, de offi. deleg. c. gratum. & sic videtur iurisdictionem exercere: quia respondeo, per hoc necessario non concluditur, quod non possit fieri extra. nam subdelegans causam, dicitur vti iurisdictione, vt no. glo. magna, de offi. deleg. cap. iudex. lib. 6. & glo. in cap. si à subdelegato. & tamen potest fieri subdelegatio, vel delegatio per existentem extra territorium, vt no. glo. de offi. leg. c. nouit. non enim sequitur, istud est iurisdictionis, igitur nõ potest fieri extra territorium: quia si non est contentiosæ iurisdictionis, poterit fieri. & ista pars satis posset sustentari, duntamen effectus citationis trahat ad locum intra suum territorium.

9 ¶ † Octauò principaliter quæro, qualiter fieri debeat hæc citatio per edictum. ¶ Sol. Dic, quod ante omnia iudex debet examinare, an sit locus citationi fiendæ per edictum, secundum ea, quæ superius dicta sunt. Et dicit Spec. in titu. de citat. §. sequitur. versi. & nota. secundum Vber. quod quando aliquis de alio conquerebatur, quòd prætor in muro, vel pariete dealbato, faciebat scribi tale edictum, videlicet: Talis compareat tali die ad respondendum tali, in tali quæstione, per not. in l. si quis id quod, in prin. ff. de iurisdic. omn. iudi. & traditur etiam per Spec. in tit. de dolo & contum. §. restat. in prin. ¶ Vnde si hodie in casibus, in quibus permittitur dicta citatio per affixionem in valuis, ianuis, columnis, vel alio loco publico, &c. fieret sub forma prædicta, clarior forma esset ista.

Forma citationis per edictum.

¶ A. iudex ad petitionem B. citat C. in tali causa & quæstione, vt compareat vsque ad talẽ diem: seu intra triginta dies responsurus prædicto B. Et est vtile, q̃ in fine citationis addatur comminatio, quòd post terminum procedetur contra eum, secundum quod iuris fuerit, ad quod vide quod dixi supra,

supra, art. 20. q. 14. & dicetur infra, in materia dilationum. & sic patet, quòd talis citatio debet habere terminum, & debet esse terminus peremptorius triginta dierum, per tex. in auth. qui semel. C. quomo. & quando iud. ad materiam terminorum vide remissiones, quas dedi. supra, art. 20. q. 10. ¶ Sed aduerte: quia licet tex. in dicta auth. qui semel. loquatur de triginta diebus, tamen Bar. in extrauagan. ad reprimẽdum. in gl. super verbo, per edictum. quem fui secutus in clem. 1. de iud. dicit, quòd terminus in tali edicto debet esse congruus ita, quod possit venire in notitiam citati. & etiam vt possit postea ad locum citationis comparere, vt dicta clem. 1. de iud. ne aliàs edictum contineat impossibile, vt l. 2. §. si quis ita. ff. de eo, quod cer. loco. & ar. l. si mihi & tibi. §. si quis seruos. ff. de leg. 1. & in regula, impossibilium, de regu. iur. in criminalibus verò debet dari dilatio longior, secundum formam l. 2. C. de exhib. reis. dicit tamen Bar. quòd in casu extrauagan. ad reprimendum. vbi proceditur absq; figura iudicij, non esset necessaria solẽnitas iuris positiui: & idem dicendum arbitror in omnibus alijs casibus, in quibus procederetur absque figura iudicij, de quibus dicam in tit. de ordin. cogn. ¶ Debet ergo in citatione per edictum condecens terminus assignari, considerata locorum distantia, personarum qualitate, & causæ grauitate, vt in d. clem. 1. iuncta l. 2. C. de exhib. reis. de quo latius dicetur in materia dilationum. ¶ Sed hic cadit notabile dubium, qualiter poterit iudex habens cõgruũ terminum assignare. ¶ Sol. Dicit Bar. in d. gl. super verbo, per edictum. quòd poterit scire & se informare inquirendo secundum quod traditur in authen. ei qui. C. de bo. auth. iudi. possi. ibi dum tex. dicit, inquirat iudex. ¶ Sed tunc insurgit dubium, quomodo potest hoc inquirere, cùm testes hoc ignorent, nec possunt certum deponere existentes hic de eo, qui citandus est ex loco maxime longinquo, maximè cum ille potuerit interea discedere de illo loco. ¶ Sol. Dicit Bar. in dicto loco, quòd nihilominus poterit informari secundũ formam. §. si verò. in Auth. de exhib. & intro. reis. vbi tex. dicit, examinet iudex, vt potuerit in qua terra abijsse dicitur. vnde ponderandum, est illud verbum, abijsse dicitur. propter ꝙ datur intelligi, quòd sufficit, quòd iudex hoc sciat per famam, vel vulgi opinionem. ¶ Ex quo infertur, ꝙ hanc informationem & examinationem poterit facere sine aliqua citatione, & sine figura iudicij. ¶ Sed tu aduerte: quia licet aliàs fuerim hoc secutus in d. clem. 1. de iud. nunc tamen videtur, quòd hæc quæstio non possit procedere, nisi in terminis extrauag. ad reprimendum, vel similibus. sed in terminis d. clem. 1. non videtur posse procedere: quia loquuntur, quando citandus impedit ne citatio ad eum possit peruenire, vt supra dixi: vel quando ipsius domicilium non potest tutè adiri. ex quibus videtur cõcludi, quod locus apparet certus, vnde dic, quòd si locus est certus res est clara, si verò dubius procedunt dictæ quæst. Sed tunc quæro, quid si iudex committeret dictam examinationem, an teneat citatio. & videtur quod non, cum ipse prętermittat ea, quæ sunt de substantialibus ipsius actus.

¶ Subdit tamen Bart. in præallegato loco, quòd communis practica obseruat, quod habeatur respectus ad locum solitæ habitationis, per no. in l. 1. §. 1. ff. de libe. agnos. & in c. cum causam, infra, de dolo & contum. & in l. 4. §. Prætor. ff. de dam. infec. & in clem. causam. de elect. & quod dixi supra art. 17. q. 2. ver. circa septimam speciem. ¶ Et aduerte, quia licet de iure ciuili videatur sufficere sola propositio edicti in loco solito, vt dicam in sequ. quæst. tamen de iure canonico, debet prius legendo literas seu edictum in aliquo publico loco citari, & postea debet edictum citatorium affigi in loco solito, vt colligitur ex d. clem. 1. & tenet Bart. in d. extrauag. ad reprimendum. in gl. super verbo, publicè.

10 ¶ † Nonò principaliter quæro, vbi seu in quo loco prædictũ edictũ citatorium debeat affigi, seu apponi? & quid agere debeat iudex ante affixionem. ¶ Sol. tex. in d. clem. 1. de iud. dicit, quod fieri debet ad instar edictorum in albo prætoris. & vt dicit ibi glo. album prætoris erat locus dealbatus, in quo scribebantur edicta, vt in Auth. de litig. §. omnem. collat. 8. & ff. de iurisdict. om. iud. l. si quis id quod. quæ tamen lex loquitur de loco, in quo scribebantur edicta generalia. ad quod vide quod statim dicam in 11. q. 1. ver. Primò quæro. facit etiam ff. de albo scriben. l. 1. & 2. quæ tamẽ leges loquuntur de loco dealbato, in quo scribebantur nomina decurionum: sed ad instar talium locorum, etiam in simili loco scribuntur istæ citationes per edicta, & si tu diceres, quomodo possunt tot edicta, & tot citationes poni in eodem loco? Dic, quod locus erat satis amplus & latus, & vnum ponebatur post aliud & finito termino citationis, illud delebatur, & aliud ponebatur, vt traditur in dictis iuribus, & per gl. & Doc. in auth. qui semel. C. quomo. & quando iud. & per Io. And. post Spec. in add. Spec. in tit. de citat. §. sequitur. ver. Et no. secundum Vber. Et vide Specu. in titu. de dolo & contum. §. restat. in princ. traditur etiam in Authen. de litig. §. omnem. Et sic etiam in illis locis dealbatis scribebantur dictæ citationes. Hodie verò huiusmodi edicta citatoria affiguntur, vel in valuis seu Ianuis palatij, vt dicit tex. in d. clemen. 1. ibi, Ianuis clausis affigere, aut in columnis palatij, vel in alio certo loco deputato, secundum Bar. & Doc. in d. auth. qui semel. vel in foribus maioris ecclesiæ, vel in loco nundinarum: vel alibi, vbi moris est publica præconia fieri, vt etiam traditur in dicta extrauag. ad reprimendum. facit tex. in secunda consti. Codicis, circa finem. ibi dum tex. dicit, edictis more propositis. secundum Bar. in dicta extrauagan. ad reprimendum, in verbo, publicè. & debet proponi seu affigi huiusmodi edictum, in loco iurisdictionis: quia extra locum iurisdictionis non proponitur edictum, sed debet fieri notificatio per nuncium, vel per literas, seu epistolas, vt dicit Oldr. consil. 44. quod incipit, quæritur, vtrum citatio.

¶ Et nota, quod licet mandatum sit per audientiam, citationem per edictum in tribus locis publicatum, quod licet solum fuerit publicatum in duobus locis, sufficit: quia satis videtur esse obseruata forma iuris. ita dicunt domini de Rota decisio centesima octuagesima quinta. in nouis. quod est singulare, sed non procedit sine dubitatione.

11 ¶ † Decimo principaliter quæro, quanto tempore prædictum edictum debeat stare affixum. ¶ Sol.

¶ Sol. Dicunt Doct. in d.cle.1. quod ex eo, quod certum tempus non statuitur, relinquitur arbitrio iudicis, & idem dicit Bar.in d.extrauagan.ad reprimendum, in verbo, publicè propositum, per l.1.ff. de iure delibe. facit c.cupientes, 2.responso. & c.fi. de elect.li.6. videtur tamen sufficere, quòd in actis apparet scriptum, quòd edictum fuit publicè affixum in tali loco. Nec est necesse, quòd scribatur, quod tanto tempore steterit affixum: quia ex quo semel fuit affixum, cum eius ablatio seu corruptio sit delictum, vt dicam in seq. quæst. per l.si quis id quod.ff.de iurisdict.omn.iudi. ideo præsumitur durare affixum. esset tamen bona cautela, si quis fecerit, de hoc fieri scripturam, vt dicit Bar. in dicta extrauag.ad reprimendum.in glo.super verbo, publicè propositum, dixi in dicta clem. 1.

12 ¶ † Vndecimò principaliter quæro, quis sit effectus istius citationis per edictum. ¶ Sol. Dic, quòd effectus est, vt citatus teneatur comparere intra terminum sibi statutum, etiam si sit extra territorium: quia talis citatio afficit etiam existentes extra territorium, vt dixi supra, quæst.7. & adeo arctatur citatus comparere intra terminum, quòd post lapsum termini reputatur contumax, & perinde est ac si esset personaliter citatus, vt d.clemen.1.de iudi. vnde glo.ibi super verbo, personaliter. dicit, quòd iste reputatur verus contumax, non tamen manifestus, per not.in cap.venerabilibus.§.secus. de senten. excommun. lib.6.

¶ Ex quo potest dubitari, vtrum talis admittatur ad appellandum, ad quod vide quod latè dixi in clemen.1. de dolo & contum. & quod dicam infra, in tit. de dolo & contu. in materia contumaciæ. ¶ Et nota quod quamuis sit præsumptio, quòd talis citatio peruenerit in notitiam citati, tamē talis præsumptio non est iuris & de iure: sed iuris tantum, quoniam si esset iuris & de iure, contra eam non admitteretur probatio, vt in l.non est verisimile.ff.quod me.cau. & in auth. sed iam necesse. C.de dona.ante nup. de quo dicam in tit. de præsump. & ita tenent Guliel. dom. Anto.& Ioan.de Imo. in d.clem. 1. de iudi.& ibi dixi. ¶ Nec obst.quod tradit Ioan. And. in c.dilectus, & in cap.cum inter. infra de excep.vbi vult, quòd citatus per publicum edictum generale non arctatur ad comparendū plus quàm velit: quia illud dictum non loquitur in terminis nostris. hic enim loquimur, quādo citatur persona certa & specifica, vt patet ex his, quæ dixi supra. illud vero procedit, quando citatur persona incerta, vel quæ sua putauerit interesse, vel se opponere voluerit, secundum ea, quæ dixi sup. artic.20.q.13. quo casu, licet non arctetur ad comparendum, & sic nō reputetur contumax: tamen talis citatio præiudicat sibi, vt dicam inf.in 31.art.& vide, quæ dixi sup.art.20.q.6.

13 ¶ † Sed quæro circa prædicta, pone quòd intra terminum statutum, de quo dixi, q.8. aliquis comparet, & dicit citatum abesse petens sibi dari terminum vt eum inueniat, & ei denunciet: an sit audiendus. ¶ Sol. Bar.in d.extrauag. ad reprimendum, in glo.super verbo, per edictum. dicit, quòd cum iste sit excusator, & veniat ad allegandas causas absentiæ, admittendus est, faciendo fidem de absentia: quo facto, si petit terminum, vt eum inueniat, & ei denunciet: audiendus est, vt C.vbi de cri.agi opor. auth.qua in prouincia. secundum Bart. ¶ Sed tunc quæro, quid si iste reuertens in termino dicit se diligenter pro illo perquisiuisse, & non potuisse inuenire vbi esset. ¶ Sol. Dic, quòd iudex procedet tanquam contra contumacem: quia post illam dilationem auditur si venerit, vel mittat legitimè: aliàs secus, vt d.auth. qua in prouincia, secundum Bart.in d.loco.& idem tenui in d.cle.1. de iudi.

14 † Sed vlterius quæro circa prædicta, quid si in ipso termino citatus comparet, & postea se absentat: qualiter citabitur. ¶ Sol. Dic, quòd talis citatio per edictū fuit facta simpliciter, quod compareat responsurus tali, super tali negotio: hoc casu comparendo, dicitur satisfecisse primo termino: & eadem citatione iterū solenniter est citandus, sicut in prima, secundū Bar. in d.extrauag.in glo.super verbo, per edictum, & in gl.super verbo, de crimine. ¶ Quod intelligo, si termini essent habiles requirentes citationes fieri per edictum, secundum ea, quæ superius dicta sunt, aut prima citatio fuit facta magis extensè, videlicet, vt veniat responsurus super tali negotio, & ad procedendum in causa prædicta, vt iuris fuerit vsque ad finem, & tunc veniendo nō dicitur satisfecisse termino: nisi stet vsque ad finem, ad quod vide quod latè dixi de citato ad totam causam, supra artic.20. q. 16. maximè in ver.circa 4.q. ¶ Est etiam & alius effectus: quia tale edictum debet stare, nec debet corrumpi, tolli, aut deleri, vt in l.si quis id quod.ff.de iurisdic.omn.iudi. ¶ Verum circa hunc effectum plures oriuntur quæstiones.

15 ¶ † Primò igitur quæro, qua pęna teneatur corrūpens vel tollens tale edictū citatoriū. ¶ Sol. Tex. in d.l.si quis id quod.ff.de iurisdi. omn. iud. dicit, q datur in eum iudicium quingentorum aureorū: & hanc amplecti debemus, secūdum Cy. quem sequitur Bal.ibi, nam semper iudex debet amplecti minorem pęnam, non solū in pęnis, sed etiā in quibuscunque condemnationibus, vt est glo. singularissima in l.si.ff.de præto.stipu. ego tamen in pluribus libris satis antiquis reperio tex. dicentem de quingentis aureis. & ita summat Bar.& sequuntur cōmuniter Moder. sed Spe.in tit. de dolo & contu.§. restat. in prin. tenet, quod esset pœna quingentorum aureorum, quod appareat ex serie libelli formati ibi per eum: & patebit ex his, quæ statim dicam in 6.q.

¶ Et aduerte, quia licet ille tex. videatur loqui de alijs edictis generalibus, quæ scribebantur in albo Prætoris, per tex. ibi dum dicit, iurisdictionis perpetuæ, & dixi supra, quæst.9. tamen glo.1. ibi in fi. intelligit, quòd de æquitate, eadem pœna puniantur corrumpentes edicta citationum posita in albo.

¶ Bar. vero ibi videtur primò hoc idem velle dicens, quòd illa lex habet locum, etiam quando citationes positæ in albo destruerentur: sed tamen immediatè subdit, quòd illa lex est intelligenda quando destrueretur edictum Prætoris, quod propositum esset perpetuò. secus si esset propositū ad tempus, vt est citatio: quia tunc propter finitam causam non interest alicuius si destruatur. & ideo destruens non tenetur dicta pęna.

¶ Bald. vero in d.l.si quis. tenet glo. prædictam dicens, quod talis non est extensio magistralis, sed quæ fit per aliam legem: & ideo habet locum pęna prædicta. Subdit tamen, quod Iaco. de Are. dicit, quòd

quòd prædicta opinio repugnat dictæ legi. Sed tu aduerte, quia Spec. in tit. de dolo & contu. §. restat in prin. tenet primam opi. gl. dicit enim, quòd Prætores habebant in curijs locum quendam dealbatum, in quo scribebant citationes & statuta, & quod si quis talem locum dealbatum corrumpebat, tenebatur pœna 500. aureorum.

¶ Ego vero arbitror distinguendum esse, quod aut quis corrumpit seu surripit schedulam, quam forte nuncius, qui citare debebat, habebat in manibus, & tunc non habeat locum pœna prædicta, & idem dicendum si forte dimisit ad ostium priuatum illius citandi, quam quis corrumpit vel surripit, ne forte veniat in notitiam citati, & hoc casu, procedat opinio Iac. de Are. sed tamen talis teneretur pœna fal. secundum Iac. no. gl. in verbo, quingentorum. in d. l. si quis id quod, per l. hodie. ff. de fal. Et in hanc sententiam inclinat Ioan. Pet. in d. l. si quis id quod. Aut nos loquimur de corrumpente seu surripiente scripturas existentes in archiuo publico, & talis tenetur pœna prædicta d. l. si quis id quod. si modò sint publicæ pro publica vtilitate confectæ: sed si non essent publicæ & pro publica vtilitate ibi existentes, non teneretur dicta pœna, secundum Ioan. Pet. licet glo. ibi aliud sentiat: sed tenetur pœna fal. & ista opi. videtur satis sustentabilis. ¶ Aut nos loquimur in edictis citatorijs descriptis in albo, vel in loco publico deputato ad prædictas citationes, & hoc casu, est maius dubium. ¶ Glo. Spe. & Bald. tenent, quod pœna locum habeat. Bar. contra. Forte potest distingui, quòd aut quis corrupit dictum edictum ante, vel dum proponeretur, vel post, quàm propositum est: sed adhuc pendet terminus in edicto citatorio descriptus: & tunc satis æquum quòd pœna prædictæ l. si quis id quod. locum habeat. & ita procedat gl. 1. ibi. ¶ Aut sumus post terminum finitum, ita quod illud edictum citatorium debebat deleri adeò, quod amplius non interest: & hoc casu non habeat locum pœna. & sic procedat opi. Bar. facit quod dixi supra, q. 9. vbi dixi, quòd finito termino citationis, illud edictum debebat deleri.

¶ Secundò quæro, quis teneatur ad prædictam pœnam. ¶ Sol. Dic, quod tenetur, qui corrupit dictum edictum, vt d. l. si quis id quod. siue suis manibus corruperit, siue alij corrumpendum mandauit, & corruptum fuerit, vt ibi in ver. Item & qui suis, si modo mandans dolo malo mandauerit, licet faciẽs dolo malo non corrupit: quia tunc teneretur mandans, & non mandatarius. & ratio est, quia corruptio edicti, quæ denotat simplex factum, est facta in se, licet corrumpens non fuerit in dolo: vnde mandans, qui fuit in dolo, tenetur. ¶ Item tenetur tam masculus, quàm fœmina. quod patet, quia prædict. lex loquitur per verbum, si quis. quod est verbum repræsentans verbum commune, videlicet homo. & sic ex proprio significato complectitur tam masculum, quàm fœminam, vt in l. 1. & ibi Part. & in l. hominis. ff. de verb. sign. voluit Bal. in d. l. si quis id quod & per eum, & Doct. in l. quicunque. C. de seruis fugi. & 17. q. 4. c. si quis suadente. & ad hoc vide, quæ latè dixi in clemen. 1. de elec. & si plures corruperint, vel mandauerint corrumpi, vel deleri, quilibet tenetur in solidum, nec solutione vnius, alius liberatur, vt d. l. si quis id quod. in fi. iuncta l. sequenti, saluo eo, quod statim dicetur de familia & seruis alicuius. ¶ Item tenentur non solum patres famil. sed etiam filijfamilias, vt d. l. si quis id quod. ¶ Insuper etiam tenentur non solum liberi: sed & serui, pro quibus eorum domini pro singulis tenentur ad singulas pœnas, dummodò ipsi suis manibus corruperint, aut sustulerint, secus si mandauerint vel consuluerint edictum seu album corrumpi: quia tunc dominus pro sua familia & seruis tenetur ad vnam pœnam duntaxat, vt est tex. in l. si familia. ff. de iurisdict. om. iud. & quomodo hoc procedat, quòd domini pro pluribus seruis simul in hoc delinquentibus teneantur pro singulis ad singulas pœnas si hoc fecerint, & si mandauerint, vel consuluerint, teneantur pro vno duntaxat, vide per Doct. & maximè & latè per Bald. in d. l. si familia. sed latissimè tractaui prædictam materiam in c. 1. infra, de pœnis. vbi omnino vide maximè quo ad terminos nostros in 5. prin. ¶ Vtrum autem rusticus teneatur dicta pœna, dicam in sequ. quæstio.

16 ¶ † Tertiò quæro, quando & quibus casibus quis teneatur pœna prædicta, & in quibus excuset. ¶ Sol. arbitror consideranda tria membra. Primũ, respectu rei. Secundum, respectu qualitatis facti. Tertium, respectu qualitatis existentis in agente.

¶ Quo ad primum dicendum, quòd prædicta pœna committitur, siue fuerit corruptum seu sublatum ante, quàm proponeretur, si modò parabatur proponi, forte erat descriptum in aliqua tabula, vel membrana, seu papyro, & parabatur affigi muro. ¶ Insuper etiam locum habet, si factum est dum proponeretur, vel postquàm propositum est, vt d. l. si quis. ver. quòd si dum proponeretur.

¶ Quò ad secundum membrum respectu qualitatis facti, dicendum est, quòd tenetur non solum, qui corrupit, sed etiam, qui manibus suis tollit, licet non corruperit, vt d. l. si quis. ver. hoc verò edicto. ¶ Quò ad tertium membrum, respectu qualitatis existentis in agente, dic quòd requiritur, quòd dolo malo corruperit vel sustulerit. vnde si per imprudentiam aliquis hoc fecerit, non tenetur, vt ibi. & sic rusticitas videtur excusari a dicta pœna: quia licet non excusetur ab his, quæ sunt de iure naturali, in quibus non requiritur dolus, vt l. 2. C. de in ius voc. & dixi supra, art. 20. q. 26. ver. 12. quæro. tamen secus est in terminis nostris. nec mirum, quia cum requiratur dolus ad pœnam incurrendam (vt dixi) sequitur, quòd quælibet ignorantia, etiam iuris naturalis, vel quasi, excusat a pœna, secundum Ange. quinimò quicunque error, etiam bestialis & crassus excusat a vero dolo, qui est in animo, vt l. Fulcinius. ff. quibus ex caus. in possess. eatur. Quoniam talis error & bestialitas facit abesse animum dolosum, qui pro substantia rei exigebatur, vt in l. si per errorem. ff. de iurisd. om. iud. quod perpetuò notabis: quia etiam ad alias materias plurimas potest hoc adaptari: puta, ad materiam turbatæ possessionis, vel similem requirentem animum dolosum, vt l. 1. §. fi. ff. si quis ius dicen. non obtempe. & ibi per gl. & Doct. & prædicta sunt intelligenda de rusticis, qui non essent sagaces & malitiosi. argum. gl. singularis in l. athletæ. §. de rusticis. ff. de excusa. tuto. ¶ Et idem dicendum est vbicunque daretur talis personę simplicitas, propter quam præsumeretur dolus deesse.

¶ Et vbi

¶ Et vbi ad substantiam delicti requiritur dolus, etiam latissima culpa nō punitur pœna illius delicti, sed etiam leuissima culpa: aliàs puniatur etiam criminaliter: sed mitius, vt per Bart. in l. aut facta. ff. de pœnis. & in l. 1. ff. ad leg. Corn. de sica. & per Bal. in l. data opera. C. qui accus. non poss. ¶ Et quod traditur in l. quos reperi. C. si aduersus liber. & C. si aduersus delic. per totum, & in cap. cum voluntate. & quod ibi dixi. infra, de sent. excom.

¶ Et aduerte, quia est intellectus prædictorum, quod propter rusticitatem vel similem simplicitatē non præsumatur quis in dolo. vnde dolum allegās, illum probare debet: quod est mirabile, licet aliàs in genere malefactorum præsumatur dolus, vt in c. 1. infra, de præsump. & ibi latius dicam. Sed in alijs personis, etiam quo ad terminos nostros, præsumeretur dolus. & ideo necessarium esset probare aliquam qualitatē, propter quam excusaretur. & hoc singulariter colligitur in titu. de dolo & contu. §. restat. in prin. ¶ Item ex prædictis infertur, quòd quis excusatur, si per iussum Prætoris corrupit, aut sustulit, vt in tex. d. l. si quis id quod.

17 ¶ † Quartò quæro, cui applicari debeat dicta pœna. ¶ Sol. Dic, quòd debeat applicari actori. arg. l. 3. ff. de sepul. viol. hoc est ei, qui agit ad prædictam pœnam. & ita contingit in alijs popularibus actionibus, in l. 1. ff. de popul. actio. & in l. eū qui. §. in popularibus. ff. de iureiur.

¶ Aduerte tamen, quia prædicta locum habent in corrumpente edictū perpetuæ iurisdictionis causa positum: sed cum in materia nostra loquamur de corrumpente edictum citatorium, posito, quòd illa pœna locum habeat, de quo dictum fuit in prima quæstione, fortè dici posset, quòd non admittetur nisi ille, ad cuius petitionem fuit propositum edictum citatorium, vel saltem ipse alijs præfertur. arg. no. per glo. & Bar. in l. 1. ff. de popu. actio. facit quod traditur in l. 1. §. si ad plures. ff. de sepul. viol. & quod traditur in l. si plures. ff. de accu.

18 ¶ † Quintò quæro, qua actione agatur ad prædictam pœnam. ¶ Sol. Dic, quod datur actio in factum, & quamuis tex. in d. l. si quis id quod. non dicat de aliqua actione, tamen intelligitur de actione in factum. ¶ Procedit enim hoc ex natura popularis iudicij ex edicto Prætoris. videlicet, quòd detur actio in factū, vt dicūt Doct. in d. l. si quis id quod. sed Spec. dicit, quòd detur vtilis actio in factum, vt patebit ex his, quæ statim dicam in q. seq.

19 ¶ † Sextò quæro, qualiter formetur libellus ad pœnam istam petendam. ¶ Sol. Dic, quòd forma libelli potest colligi ex his quæ tradit Spec. in tit. de dolo & contum. §. restat. in princ. & Goff. in tractatu libellorum. in titu. de edicto, de albo corrupto. sub hac forma, videlicet, Coram vobis, &c. conqueror ego B. de A. qui edictum citatorium, ad petitionem meam mandato vestro affixum ianuæ, muro, vel columnis, &c. secundum quod casus acciderit, corrupit, abrasit, deleuit, vel sustulit, &c. quare peto eum puniri in quinquaginta aureis, secūdum vnam literam, vel in quingentis aureis, secundum aliam literam: & ad hoc propono vtilem actionem in factum subrogatam in locum edicti de albo corrupto. ¶ Sed aduerte, in quantū exprimitur nomen actionis, non videtur necessarium, ad quod vide quod dixi supra, artic. 20. q. 26. ver. 25. quæro. ¶ Et ex prædictis, & ex his, quæ superius dicta sunt, potes etiam colligere, qualiter formandi sunt articuli tam ex parte actoris, quam rei.

20 ¶ † Septimò quæro, coram quo iudice agatur, seu quis iudex possit condemnare ad dictam pœnam. ¶ Sol. Dicit Io. Petru. in d. l. si quis id quod, cum ad prædictam pęnam agatur actione in factū, vt dixi, quæstione quinta, & sic officio iudicis mercenario, sequitur quòd agi potest coram quolibet iudice habēte simplicem iurisdictionem. ¶ Et hoc idem sensit Bart. in l. imperium. ff. de iurisdict. omn. iudi. ¶ Sed tu dic, quòd hoc procedit respectu pœnæ pecuniariæ: sed respectu pęnæ corporalis, quæ succedit in locum nō solutæ pęnæ pecuniariæ illam non possit imponere, nisi iudex habens imperium, & gladij potestatem. Ad quod vide, quod dixi supra, art. 20. q. 27. quæro.

21 ¶ † Octauò quæro, quid iuris si corrumpens, vel similis conuentus ad pœnam pecuniariam non potest illam soluere, quia est pauper. ¶ Sol. Dic, quod debet luere in corpus. & hāc quæstionem latius examinaui secundum ea, quæ latius dixi, supra articulo 20. q. 26. versi. 18. quæ omnia omnino vide.

¶ Et ex prædictis, Deo duce, est expeditus vigesimustertius principalis articulus.

SVMMARIVM.

1 *Citatio per literas, an & quando fieri possit.*
2 *Citatio per literas, per quem fieri possit, & cui.*
3 *Citatio per literas, qualiter fieri debeat: & sub qua forma.*
4 *Commissio citationis per literas clericis faciendę, qualiter sit formanda.*
5 *Laicus, sub qua forma possit clericos per literas citare.*
6 *Ordinarius, qua forma possit alteri ordinario scribere in materia citationis.*
7 *Citatio per literas, qua forma sit à delegatis facienda: siue sunt vnus, siue plures.*
8 *Literæ citatoriæ, qualiter sunt sigillandæ.*
9 *Literæ citatorię sunt per nuncium necessariū deferendę.*
10 *Citatus si neget literas sibi præsentatas, quid erit agendum.*
11 *Citans per literas, qualiter se habere debeat.*
12 *Literæ citatoriæ sub qua forma præsentandæ sunt.*
13 *Iudex, cui literæ citatoriæ mittuntur, qualiter se debeat habere.*
14 *Iudice, cui literæ citatoriæ committuntur, parere recusante, quid sit agendum.*
15 *Effectus citationis per literas, qui sit.*

ARTICVLVS XXIIII.

Vigesimoqvarto principali articulo tractandum est de citatione per literas. ¶ Et aduerte, quia hic non tractamus de literis, quæ reducuntur ad viā simplicis citationis, quia de illis dixi sup. artic. 21. pro istius ergo articuli clariori doctrina, prosequar infrascriptas quæstiones.

1 ¶ † Primò igitur quæro, an citatio per literas fieri possit. ¶ Sol. Dic, quod sic, supra de offi. deleg. c. prudentiam. circa principium. ibi dum tex. dicit, literatoriè destinatum, &c. vt in c. ex literis. eo. tit. & 18. distin.

distin.c.si Episcopus.4.q.5.c.quisquis. & 5.q.2.cap. vocatio. & q.3. si ægrotans. supra de tempo.ordi.c. nec Episcopi.C.quomodo & quando iud. in l.consentaneum.Spec.eo.titu.§.iam de citatione.versi.1. & apparebit ex infra dicendis. ¶ Quandoque etiã talis citatio est necessaria, vt si citatur persona illius, qui debet citari per literas, & nõ sufficit citatio per nuncium.no.Glo.sing.& Bar.ibi in l.pen. C.de digni.lib.12.dixi,sup.art.12.q.1.vers.4.limitatur.

Secundò quæro, qualiter fieri possit.¶ Sol. Dic, quòd ordinarij duob.modis citant per literas. nam quandoque dirigunt literas eis,quos vocant. Quandoque vero dirigunt literas alij, committendo illi, quòd debeat aliquem citare. ¶ Primus modus seruatur in clericis,& in his,qui sciũt scribere.¶ Secundus in his, qui literas ignorant: nec scirent legere literas citatorias, vt l.1.§.præsides.ff.de requi.reis. sed tamen si fieret econtra, non ideo minus citatio teneret, vt inf.in c.fin.in fi.de dolo & contum. vbi clericus citatur per alium. ¶ Et etiam laico quandoque literæ citatoriæ destinantur, vt in c.accedens.el 2.supra vt lite non contest.licet tutius sit citationem fieri per alium, ne citatus citationem occultet, vt dicit Spec.eo.tit.§.iam de citatione. versi. 1. igitur de citationibus. Sed tamen tunc quam cautelam ad hoc debeat adhibere pars, ad cuius petitionem fieret citatio, & quam etiam debet iudex adhibere, dicam. inf.in 8.q.& in 6.

2 ¶ † Tertiò quæro, quis possit citare per literas. ¶ Sol. Dic, quod tam ordinarius superior, quàm etiam pedaneus, & etiam delegatus. ad quod vide quod dixi, supra in 4.prin. art.q.5. ¶ Et de delegato, tenet etiam Specu.eo.tit.§.iam de citatione. ver. quod autem.& probatur in cap.pastoralis.in princ. de off.deleg.& vide quod statim dicam in 5.q.Item eam facere potest assessor, vt l.1.in fi.ff.de offi.assess. & adde hæc ad ea, quæ dixi supra in 4.princ. artic. quæstio.5.

¶ Quartò quæro, quis possit citari per literas. ¶ Sol. Dic, quòd omnis ille, qui potest citari personaliter, & ad domum, & per nuncium, potest etiam citari per literas, dummodo conueniant qualitates propter quas aliàs citari possit. de quibus dixi art.7. Quoniam ista citatio per literas non videtur alterare qualitatem citandi.

3 ¶ † Quintò quæro, qualiter fiat ista citatio per literas. ¶ Sol. Dic, quod aut iudex citat per se, secundum primam speciem citationis per literas, de qua dixi supra in q.2.& talis citatio, & quæcũque fit per literas, debet continere nomen iudicis citantis, & nomen citati, & eius, ad cuius petitionem citatur, & causam seu rem super qua, ita quod reddatur certus de prædictis is, qui citatur, secundum ea, quæ latius dicta sunt, supra in 20.prin.art.in varijs quæstionibus, maximè. q.9.10.11.12. & alijs pluribus q.illius artic.quæ sunt coniungendæ ad intellectum q. nostræ, quæ quæstio nostra est regulanda in plurimis, secundum ea, quæ ibi dicta sunt.

Forma citationis per literas.

¶ B.talis diuina miseratione Archiepiscopus Ecclesiæ talis dilecto in Christo, A. &c. Salutem in Domino, querelam B.clerici, &c. recepimus, quòd cum Ecclesiam sancti M.idem B.clericus ex nostra collatione diutius possedisset, tu prædictum B.absque rationabili causa pro tuo libito voluntatis, post appellationem ad nos interpositam temere spoliasti, eiusdem Ecclesiæ possessorem: atque illi sic de facto incumbis. Quare tibi districtè mãdamus, quatenus si est ita, intra spatium 8.dierũ post receptionem præsentium, præfatam Ecclesiam cum fructib. medij temporis eius restituere non postponas: alioqui si de iure confidis, tali die quam tibi pro peremptorio termino assignamus per te, vel procuratorẽ idoneum sufficienter instructum, ad causam coram nobis in tali loco compareas, eidem clerico de iustitia responsurus: sciturus, quòd si in prædicto termino comparere neglexeris, nos in dicto negotio quãtum de iure poterimus, procedemus: quod si terminus præstitutus in diem inciderit feriatam, sequenti die non feriata, qua tibi peremptoriam assignamus, studeas comparere. In cuius testimonium præsentes literas sigilli nostri munimine fecimus communiri, secundum Spec.eod.tit.§.iam de citatione. ver.1.igitur de citatione. Et probatur prædicta forma in c.cum ex literis, in fi.de restit.in integ. & in c. fi.de dolo & contum. Et sic etiam sub simili forma, secundum varias contingentias, formabis alias citationes, secundum prædictam primam speciem.¶ Si verò loquimur secundum secundam speciem, vide licet, quando scribitur alicui, quòd citet aliquem: litera commissionis secundum Vbertum de bona Guida, debet similiter continere quis citat, & eius cognomen, & quem citat, & super quo, & ad quam diem, & ad cuius instantiam, & ꝙ per se vel legitimum responsalem, & idoneum ad causam sufficienter instructum compareat, cum peremptorio, &c. Et quod ipsum cõmittentem de citatione per eum facta per suas literas, aut per publicũ instrumentum super hoc confectum certiorem faciat, seu reddat, & clarè, non obscurè, secundum Spe. & Io. And.in addit.eo.ti.§.iam de cita.versi.2.facit tex.in cap.cum causam, & in c.fin.inf.de dolo & contu. & in c.tum ex literis.ad fi.sup.de rest.in integ. & C.qui accusa. non poss.l.qui crimen.& ff.de no.ope.nunc. in l.de pupillo. §.qui opus.

Forma commissionis citationis per literas facta clericis.

4 ¶ † B.talis, &c. Querelam B.clerici accepimus. Et iunge reliqua de quibus, supra vsque ibi, mandamus quatenus dictum A.clericum monere & inducere curetis, quod si est ita, eidem B.præfatam Ecclesiam restituere nõ moretur: alioquin peremptoriè iniũgatis eidem, quòd tali die coram nobis, &c. vt dictum est, supra in præsenti forma, vt hæc probantur in ti.de offi.deleg.c.ex literis. ¶ Aduerte tamen: quia posset etiam simul iungi vtraque forma, videlicet, vt ipse citet & etiã per alium citari faciat. Retenta enim præsenti forma vsque ibi, Quantum de iure poterimus, procedemus, iũgatur alia forma, videlicet: Et nihilominus nos damus tali literis nostris in mandatũ, vt ipse ad te eundem terminũ auctoritate nostra iuxta præmissam formã peremptoriè citare procuret. Et si non poterit inueniri, faciat vt citationis edictum per se vel aliũ apud Eccl.tuam

publicè pro ponatur. Et hæc vlt. forma & clausula colligitur ex c.fi.inf.de dolo & contuma. tradit Specula.eod.titu.§.iam de citatione.versi.si vero alteri. Et satis hæc omnia colliguntur ex his, quæ superius dicta sunt, maximè in 4.princ.artic. & in q.5.6.7. & etiam art.20.Et videbimus in art.27.

¶ Sed si citatio committatur laico: dic, quod illa erit forma: videlicet.

5 ¶ † B.talis,&c.Salutem,&c. Sua nobis A.lachrimosam quæstionem monstrauit,quod licet M. eius vir secum matrimonium contraxerit per verba de præsenti, & carnis copulam,ac per annos plures eidem velut vxori, coniugali affectione adhæserit: nunc tamē Dei timore postposito, à suo consortio abiecit eandem: nec erubescit cuidam C. superinductæ publicè adhærere.Quare discretioni tuæ pręsentium auctoritate mandamus, quatenus si est ita præfatum M. ex parte nostra monere ac inducere procures, vt C.muliere superinducta,vel cui adhæret penitus dimissa, præfatam A. vxorem suam recipiat, & eam maritali affectione pertractes: alioquin auctoritate nostra iniungas eidem, vt tali die per se vel procuratorem idoneum peremptoriè cōpareat coram nobis: alioquin contra ipsum procedere curabimus quantum postulauerit ordo iuris. Quod si terminus, &c. vt hæc probantur infra de spon.c.ex parte,& c.veniens,& supra de offi.ordin. c.significauit.

¶ Vel dicat sic: Quod si non fecerit, tu auctoritate nostra fretus eum & superinductam excōmunicationis vinculo studeas innodare: faciens eos tanquam excommunicatos ab omnibus vestræ diecesis arctius euitari,secundum Aegidium & Spe.& Io.And.in addi.eo.ti.§.iam de citatione.vers.porrò si committatur.

¶ De forma autem citationis, quā auditor mandaret fieri per literas suas vltra 2. diætas, vide quod dixi sup.in 20.prin.art.q.4.

6 ¶ † Porro si ordinarius scribit alteri ordinario nō subdito pro citatione facienda de aliquo,in territorio illius præcipiet: quia par in parem non habet imperium, sed rogabit, vt per nuncium curiæ suæ faciat illum citari, quatenus à die citationis per eum factæ debeat coram eo intra tantum tempus, quod pro termino peremptorio assignetur, comparere, vel in alia proximiori die sequenti nō feriata, si forte dies illa fuerit feriata, responsurus tali super tali causa,re,vel negotio,recepturus iustitiæ complementum: alioquin,&c.cum comminatione de procedendo, non obstante contumacia sua, prout ordo iuris dictarit,& rogare illum,ꝙ de citatione per eum facta,& de die factæ citationis eum per suas literas,aut per publicum instrumentum placeat reddere certiorem. ¶ Et adde quæ dixi artic.5. q.15.& vide remissiones,quas dedi arti.17.quæst.9.Et quia ista citatio committitur extra territorium,posset fieri cōmissio de citatione ad totam causam. ad quod vide quod dixi,artic.20. quæst.6. ¶ Similiter etiam literæ delegatorum,quibus citant, debent prædicta continere, & quia delegatus non habet fundatam iurisdictionem à iure communi,sed illam recipit ex delegatione: meritò debet interserere tenorem cōmissionis, vt reus qui citatur, sciat quis sit, & qua auctoritate citat, secundum Spe.eo.tit. §.iam de citatione.versi. cæterum literæ. Ad quod uide quod dixi artic.10.q.6. ¶ Sed contra prædicta oppono: quia cum vna tantum citatio facta fuerit,nō debuit fieri peremptoria, secundum ea, quæ dicam in 27. prin.art.quare si uelis hanc vitare obiectionem, poteris concipere sub forma,de qua supra dictum est, vsque ad illa verba, compareat coram uobis, & si tunc non uenerit, ueniat tali die, quod si nec tunc venire curauerit, veniat tali die, quam tunc peremptorium assignamus,& multi vtuntur hac forma,vt probatur de testi. cog.c.2. & frequentatur talis forma in his,quorum pœniten.de facili haberi non potest. Ad quod uide quod dicam inf.art.31.¶ Caueretamen debet is, qui sub hac forma citat, vt intra vnam & alteram diem sint competentia interualla: nisi facti necessitas aliud suadeat, vt dicam infra in 27.princ.artic.

7 ¶ † Et no. circa prædicta, quod quando citatio fieret à delegatis, considerari debet, an sit vnus delegatus vel plures. Si est vnus,citabit per literas sub hac forma, videlicet: Dominus Iohan.prior Ecclesiæ sancti M. ciuitatis,& diœcesis Senensis,à Domino nostro Papa delegatus in causa vertente inter Do.Pet.Archidiaconum Senens.& Dom.Simo.de Prato, Abbatem sancti Andreæ diœcesis Senens. tibi B. Archidiacono salutem in Domino nostro Iesu Christo, mandatum Apostolicum, vel literas Apostolicas nos recepisse noueritis in hac forma, videlicet:Calixtus Episcopus seruus seruorum, &c. veniens ad pręsentiam nostram P. Archidiaconus Senensis,nobis significare curauit, quod Dominus Simon,&c. super nonnullis pecuniarum,frumenti, & rerum quātitatibus iniuriatur eidem. Quo circa mandamus,quatenus si est ita, partibus uocatis causam audias, & causam fine canonico decidas: faciēs quod decreueris per cēsuram Ecclesiasticam,appellatione remota,firmiter obseruari. Testes autē,&c. Datum Romæ,&c. Et sic ponatur totus tenor cōmissionis.Et subdatur: Volentes igitur,vt decet,mādatis Apostolicis obedire, vobis auctoritate qua in hac parte fungimur præcipiendo mādamus,quatenus pręfatum Do. Simonem ex parte nostra citare curetis,vt corā vobis in nostra residētia sancti Martini,&c. per se vel procuratorem suum repræsentet: quē terminum sibi pro duob. edictis, & tertio peremptorio propter viarum distantiā,vt partium parcamus laboribus & expēsis,assignamus. Vel quem terminum pro omnib. terminis sibi peremptorium assignetis.Respōsurus de præfato P.Archidiacono, alioquin secundum formā mandati nobis traditam in causa ipsa in quātum de iure poterimus,procedemus: eiusdem absentia non obstante,ꝙ si idem terminus in diem inciderit feriatam,&c.& iniunge,ꝙ sæpius dictum est. Diem aūt vestræ citationis per vestras literas, vt per publicum instru. placeat intimare. Vel sic: In signum aūt citationis factę,sigilli uestri impressionem præsentib. apponatis. in cuius rei testimonium &c.vt sup. Quidam autē ad cautelam inserunt etiam formam & tenorem libelli: ne reus alterius valeat petere inducias deliberatorias,vt probatur.5.q.2.c.si Primates,& no.per Gl.2. in c.1.inf. eod. & ibi per Ioan.¶ Aduerte tamen: quia Io. de Deo in lib.iudicum, par.1. Rubr.3.improbat, ꝙ libellus ponatur in citatione,maximè per delegatum sub

sub quo lis non est contest. inf. de appel. cap. significante. Dicit enim, quod talis iudex reddit se suspectum, & quod tales non debent esse iudices, 3. q. 5. in c. quia suspecti, & subdit, quod esset locus appellationi, sed dicit Io. And. quòd Io. de Deo multum subtilizauit, & quòd est tenendum contrarium, ꝙ nec recusari nec appellari possit, secundũ quod no. Io. Andr. in c. 1. in Glo. 2. inf. eod. ¶ Et no. quod tenor commissionis debet inseri in prima citatione: sed in secunda non est necesse, secundum Spec. eo. titu. §. iam de cita. versi. viso de citatione. Et ad prædictam materiam, an & quãdo in citatione debeat inseri forma libelli, & tenor rescripti, vide quod latius dixi supra in 20. princ. art. q. 6. ¶ Quòd autem delegatus debeat se præmittere in salutatione, probatur, quia repræsentat personam Domini Papæ 94. distinc. c. 1. & vt ipse Papa honorandus est, quo ad illam causam, 93. distinct. c. fin. & sup. de offi. deleg. cap. sanè. In ipsa enim delegata causa est maior quolibet ordinario. sup. de offi. deleg. cap. studuisti. ¶ Si verò sunt plures delegati subdistingue, ꝙ aut sunt diuersæ dignitates: quia unus est Archiepiscopus, & alij Episcopi, & sic de singulis, & ille, qui est maioris dignitatis, debet in salutatione præmitti. Si vero sunt eiusdẽ dignitatis, attendendæ sunt qualitates, quæ reddunt aliquem maiorem & honorabiliorem, vt ordinis maioritas, vel prioritas in ordine, vel respectu personæ prouenientis seu conferentis. insuper & temporis, & ætatis, secundum ea, quæ traduntur in c. 1. & in c. statuimus, & in c. per tuas. sup. de maio. & obe. & ibi dixi, & in l. 2. ff. de albo scrib. 47. dist. c. sit rector. C. de offi. mag. offi. l. nemo. & in l. 1. C. de cõsul. lib. 12. Dignior enim semper est præponendus, & vitiũ est præposterare prçponendum. 74. distinc. c. Episcoporum, & c. fin. C. de testib. in l. præposteri. Grauiter enim, vt inquit Philosophus in primo Oeconomicæ, fert unusquisque honore suo priuari.

8 ¶ † Et no. quòd iudex ipse prædictas literas debet publico sigillo, vel proprio sigillare, vt in l. si publicanus. §. 1. ff. de publicanis. & C. de episcopis & cler. in l. si qua per calumniam. & no. in ca. post cessionem. inf. de prob. nemo potest cum alieno sigillo sigillare: imò neque cum suo, ad alium tamen effectum deputato, vt inf. de appel. c. significauit. Potest tamen anulo sigillare, vel fortius cum suo: licet ad alium effectum deputato: si modo proprium ad hoc non habet, & dummodo de alieno, vel tali sigillo mentionem faciat, vt l. ad testiũ. §. 2. ff. de testa. No. Spec. eo. ti. §. iam de cita. ver. literis. tradit etiam Bar. in extrauag. ad reprimendum. in Glo. super verbo, per literas. subdit tamen ibi Bar. quod tutius putat, quòd tales literæ publicentur manu notarij. Et ita multi obseruant, secundum Bart. de quo vide latius per Spe. in d. ver. literis, & de materia per Doct. in d. c. significauit, & inf. de re iud. c. cum inter. & in l. si vnus. de testa. 73. distin. c. in nomine. 97. distin. c. nobilissimus. & per Spe. in ti. de instru. edit. §. instrumentum. ver. item quod sigillo. & de procu. §. ratione quoque formæ. vers. 3. & aliquid per Pau. in Cle. statutum. de elect.

¶ Ego vero latissimè dicam de materia sigilli, & sigillationis, in titu. de fide instrumen. ubi melius conuenit.

9 ¶ † Et aduerte: quia licet fiant literæ, tamẽ est necessarius nuncius, qui illas portet, sed in hoc differt ab eo, qui solus mittitur sine literis: quia quando solus mittitur debet esse talis, ꝙ citatus debeat credere eum nuncium. Ad quod vide quod dixi supra in 10. prin. artic. & in 12. Sed in terminis nostris satis est, quod credat vel credere debeat literas esse ipsius iudicis, secundum Barto. in d. Glo. super verbo, Per literas.

10 ¶ † Sed quæro circa prædicta, quid si fortè citatus vellet negare literas sibi præsentatas. ¶ Sol. Dicit Bar. in d. verbo, Per literas, quòd iudex in hoc stabit relationi ipsius nuncij, ex quo reus cognouit se citatũ à iudice per literas, & an ipse qui literas portat, videatur esse nũcius illius iudicis, euidens est signum, ꝙ sic, ex quo illas literas portat. arg. l. sanctũ. ff. de rerum diuis. & C. de don. l. 1. & ff. de leg. 1. in l. seruũ filij. §. cum, qui chirographũ, secundum Bar. Facit quòd latè dixi in Clem. 1. de procu. Vtrum autem ipsamet pars possit portare, dixi sup. in 8. princ. artic. quæst. 4.

¶ Qualiter autem debeat fieri citatio per literas executorias, quæ tamen reducuntur ad um simplicis citationis, dixi sup. art. 21.

11 ¶ † Sextò principaliter quæro, quid agere debeat pars, ad cuius petitionem emanat citatio per literas. Sol. Dic, ꝙ sigillatis literis actor debet eas statim recipere, & in actis redigi facere ad cautelã: deinde debet referre ad eum, qui debet facere citationem: vel portare ipsi, qui per literas prædictas citatur, in quarum delatione, & præsentatione debet esse cautus, ne sigillum cadat, frangatur, vel destruatur, & vt præsente notario eas porrigat ei cui cõmittitur citatio fienda, vel etiã ipso citato, cum illi scribitur sub forma præscripta, de qua præsentatione habeat testes, vel publicum instrumentum. C. de ana. except. in l. ut perfectius & inf. de probat. in cap. quoniam contra.

Forma præsentationis literarum citatoriarum.

12 ¶ † In nomine Domini, &c. Anno, &c. Pateat omnibus euidenter, qualiter B. prçsentauit & dedit G. quandam literam apertam in præsentia mei notarij & testium infrascriptorum, ex parte Reuerendissimi in Christo patris, & Domini Dom. A. &c. sigillatam vero & integro sigillo, in cuius circuitu erant tales literç, & inf. circulum tale signum, supplicans instanter eidem, vt citare deberet M. iuxta formam sibi traditam. ¶ Tenor autem prædictæ literç erat huiusmodi: videlicet, B. talis, &c. diuina, &c. Tali salutem, &c. Et sic toto tenore dictarum literarum inserto, notarius in fi. subiungat: Acta fuerunt hæc tali die & loco, præsentibus talibus, &c. Et ego Lucas talis, &c. tali auctoritate notarius prçsentationi dictarũ literarum interfui, & ad præsentatoris instantiam infrascripta redegi & publicaui, & meo signo signaui, secundum Spe. eo. ti. §. iam de cita. ver. sed præmissis opponitur. Facit etiam quod tradit idem Spec. in tit. de rescripti præsentatio. §. primo. Et similiter etiã, quando ipsa pars præsentat literas, vel præsentare facit ei, qui citatur, debet testes adhibere, uel publicum facere confici instrumentum de dicta præsentatione, & hoc est magis cautum,

ne fortè citatus posśit postea negare se fuisse citatū. Ad quod vide quod etiam facit, quod notat idem Spec. eo. ti. §. iam de citatione. vers. vnde primò discutiendum est.

13 ¶ † Septimò principaliter quæro, quid agere debeat iudex, cui scribitur.

¶ Sol. Dic, quod debet seruare formam cōmissionis sibi factæ, vt in cap. venerabili. supra de offic. delega. in l. diligenter. ff. mandati. & in c. cum dilecta, supra de rescript. cum similiter. Et ideo si Papa mandat alicui sub hac forma, videlicet: Moneas talem, quòd intra quindecim dies restituat tale beneficium B. aliàs cites eum, vt intra tres menses per se, vel per procuratorem compareat coram nobis; & ille receptis literis dicat: Moneo te vt intra quindecim dies restituas beneficium ipsi B. alioquin ex nunc te cito, quod compareas coram Papa, quod talis citatio non valet, quia nō est seruata forma mandati: quia post factum præceptum debuit expectare per quindecim dies, & postea citare, secundum formam rescripti. Facit quod no. Gl. penult. in Clemen. attendentes, de statu monaco. & per Io. And. in c. commissa. in princ. de elect. lib. 6. & de offic. delega. c. cum plures. lib. 6. & per Specul. in titu. de remissionibus. §. videndum. versic. hoc etiam notandum, & in tit. de citatione. §. contra citationem. versicu. sed pone.

¶ Et prædicta adde ad ea, quæ dixi sup. artic. 28. vers. formaui quæstionem prædictam, & remisi ad hic dicenda, quia melius hic conueniebat.

¶ Et nota, quod debet ipse citator receptis & prælectis literis, si citandus aliàs est eius subditus, eum ad suam aduocare præsentiam: Si vero non est ipsius subditus, vel est magna persona, ipse debet ad eum accedere, & præsente notario vel testibus idoneis, per quos posśit probari citatio, si necesse fuerit, legat præfatas literas coram illo, & postea citet illum, iuxta traditam sibi formam, vt superius dixi; de qua citatione faciat fieri publicū instrumentum sub hac forma, videlicet.

¶ In nomine Domini, &c. H. talis diuina gratia, &c. Vel, Petru. Archidiaconus, &c. Vel, B. Præpositus, &c. requisitus per literas Reuerendi in Christo patris & Domini, Domini G. auditoris, vt deberet citare, seu citari facere N. &c. ipsum A. ex parte eiusdem citauit, & præcepit eidem peremptoriè, vt tali die & loco comparere debeat, &c. Et qui, vt dixi, in ipsa citatione debet se conformare mandato sibi facto, & sic facere fieri secundum instrumentum publicum. Ad quod faciunt, quæ traduntur per Specu. eo. tit. §. iam de cita. ver. porrò citator. & §. contra citationem. vers. item no. quod quando.

14 ¶ † Octauò principaliter quæro, quid debet facere iudex, qui mandat citationem fieri per literas, si iudex, cui cōmittitur, non vult parere. ¶ Sol. Dic quod aut iste, qui committit, non est illius superior, & nihil potest attentare contra eum, per l. fi. ff. de iurisdic. omn. iud. & c. 2. de constit. lib. 6. Si uero sit illius superior, vt puta, quia sit auditor Apostolicus: mandatum suum ita poterit aggrauare. ¶ B. Episcopus, &c. Domini nostri cameræ Apostolicæ auditor, &c. Meminimus nos, vobis nostris literis dedisse in mandatis, vt A. clericum, &c. ex parte nostra peremptoriè citaretis, vt tali die, & loco super tali causa, &c. Quod quidem, prout nobis relatum est, facere contemptibiliter non curastis. quocirca uobis sub pęna excommunicationis districtè præcipiendo mandamus, quatenus eundem ex parte nostra citare curetis, iuxta priorem continentiam literarum: quod si fortè contemptum superadhibueritis contemptui, & mandatum nostrum, imò verius Apostolicum contempseritis, contemptum huiusmodi ad pęnam duriorem, & ad alia, sicut magis videbimus expedire, procedemus, secundum Specul. eod. titu. §. fin. versicu. si vero is, cui. ¶ Et si talis inobediens fuerit, poterit procedi contra eum ad remedia, quæ sunt prodita contra contumacem. de quibus latè uidebimus, infra in titu. de dolo & contumacia.

15 ¶ † Nonò principaliter quæro, quis sit istius citationis effectus.

¶ Sol. Dic, vt videbimus, infra in 31. prin. artic. vbi tractabimus de effectibus citationis. ¶ Et uide ad materiam istius articuli, quod dixi supra in 17. princip. articu. quæstio. 2. versic. 5. circa tertiam speciem. ¶ Et ex his Deo duce, expeditus est 24. princip. articulus.

¶ Postremo, de quibusdam literis, quæ habent vim citationis, dixi supra art. 21.

SVMMARIVM.

1 *Citatio, an posśit fieri per præconem.*
2 *Citari quis possit, & quando.*
3 *Præco, quis esse posśit.*
4 *Citatio, vbi fieri possit.*
5 *Citatio præconia, qualiter fieri debeat.*
6 *Præco, qualiter referre debeat.*
7 *Præcone, & notario differentibus in relatione, cui credendum.*
8 *Citationis præconiæ effectus, qui sint & quot.*

ARTICVLVS XXV.

Vigesimoqvinto principali articulo tractandum de citatione præconia. Pro cuius articuli clariori doctrina, prosequar infrascriptas quæstiones.

1 ¶ † Primò igitur quęro, an talis citatio fieri possit. ¶ Sol. Dic, quòd sic, vt in authen. qui semel. C. quomodo & quando iud. & in authen. qua in prouincia. C. vbi de crim. agi oportet. & in l. fi. §. deferre. & in c. cum parati. inf. de appel. & apparebit ex inf. dicendis. ¶ Secundò, quis posśit citare per præconē. ¶ Sol. Dic, vt dixi sup. art. 4. q. 5.

2 ¶ † Tertiò, quis posśit citari, & quādo. ¶ Sol. Videtur dicendum, quod hæc citatio sufficit ad citandum reum. C. ubi de crim. agi oportet. authentica, qua in prouincia, & C. de fer. l. fi. nō tamen videtur sufficere ad citandum actorem: imò specialiter ad eum mittendus est nuncius. in Auth. de litigiosis. §. omnem verò. ¶ In contrarium tamen facit: quia non debet actori licere, &c. ff. de regu. iur. in regula, Non debet actori, & in cap. 2. supra de mutu. peti. Sed dic, quòd hoc ideo est: quia frequenter citatur per nuncium, vnde ad conuincendam eius malitiam, sufficit citatio per præconem. actor autem

raro

rarò citatur: sed alium facit citari, & ideo per nuncium, & non per præconem est citandus. ita concludit Spe. eo. tit. §. sequitur videre. versi. sit quoque citatio. & pro prædicta opinione allegat Barto. etiam not. in auth. qui semel. C. quomodo & quando iud. Sed ipse Bart. dicit, quòd ratio posita in dicta auth. qui semel. quæ est, quòd vox præconis paucis innotescit, est cõmunis ad actorem & ad reum. vnde putat Bart. dictum Spec. esse verum eo casu, quo reus debet esse in loco, vt statim dicam. vnde Bart. circa hanc materiam distinguit, quòd aut est citanda certa persona, de cuius interesse constat: aut ignoratur quis sit ille, cuius interest. ¶ Primo casu psona certa est citanda nominatim. ff. de ven. inspi. in l. 1. §. pen. secundum formam & modum, de quibus diximus supra, maximè articulo 20. q. 11. ¶ Aduerte tamen, quia si aliquis fuisset primò citatus nominatim, & compareret: & citatio illa fuisset facta vt compareret reuersurus super tali negotio: tunc comparendo diceretur satisfecisse primo termino, & ideo si iterum citandus esset, deberet similiter citari secunda vice, sicut in prima. Sed si esset facta citatio magis extensè, dicendo quòd ueniat responsurus super tali negotio, & ad procedendum in causa prædicta vt iuris fuerit vsque ad finem: quòd tunc veniendo non diceretur satisfecisse termino, nisi steterit vsque ad finem.

¶ Est tamen hoc intelligendum ciuiliter, vt stet horis debitis, non autem semper. Et ideo tunc sufficit citatio per præconem missum per ciuitatem proclamantem, quòd talis iudex facit citari talem super tali negotio, &c. vnde tunc, aut iste reperitur præsens esse in ciuitate, & non comparet: & tale proclama arctat eum, vt l. si eo tempore. ff. de distra. pign. Aut non erat præsens: & ex eo, quòd se absentauit à ciuitate factus est contumax, virtute primæ citationis: cuius uigore debebat morari in ciuitate, seu loco iudicij. Et ideo ex quo incertum est vbi sit, admittitur talis citatio. Sicut enim admittitur citatio per præconem, quando persona, quæ citatur, est incerta: ita quando locus est incertus. Similiter etiam admittitur, si locus est certus: & ille, qui est in loco, non permittit aditum ad eum: bene potest fieri citatio præconia. Ad quod vide quod dixi, artic. 17. q. 2. versi. circa quartam speciem. & versi. circa sextam speciem. Nec obstat prædictis C. de bon. author. iudi. pos. authen. et qui. & in corpore vnde sumitur, quia ibi promisit & iurauit de iudicio sisti, magis respectu partis, vt ei committatur obligatio ad interesse, vt l. 2. in fi. ff. si quis caut. quàm respectu iudicis, vt scilicet dicatur contumax, si ibi non est. ideo debet solenniter citari facta inquisitione, vbi esse dicatur. Consuluit tamen Bart. ad fugiendum dubium, quòd reo comparente in prima citatione in casibus, in quibus non est locus detentioni, quod sibi dicat iudex vt eligat certum locum habitationis in ciuitate, vbi sit citandus: sicut potest sibi eligere domicilium, vt in l. nihil. ff. ad municip. Quidam tamen ipsi comparenti ex longinquo præcipiunt, quòd singulis diebus & horis, quibus ius redditur, compareat coram iudice. Ad quod vide quod dixi supra in 20. prin. artic. q. 6. in 3. membro. Secundo verò casu, quando est incertus ille, cuius interest: tunc sufficit citatio per præconem, vt in l. si eo tempore. ff. de remis. pign. Talis tamen citatio non præiudicat, nisi præsentibus, vt ibi patet. Facit, quod no. per Ioan. And. in c. fin. supra, de maior. & obed. secũdum Bar. in extrauag. ad reprimendum. in glo. super verbo, Per edicta. sed dicit ibi Fran. de Alberg. quod ad hoc, vt afficiat etiam absentes, debebit citatio fieri per edictum. de qua dixi supra, in 23. prin. artic. q. 11. & subdit Bar. in dicto loco, hanc citationem per præconem etiã fieri, & vt plurimum, vbi est citanda multitudo. Est igitur cõclusio, quod quando persona est certa, & scitur vbi sit: non debet fieri citatio per præconem, nisi impediat aditũ. Si vero est certa, & ignoratur vbi sit: vel est incerta, seu si debet citari multitudo: permittitur citatio per præconem. hoc etiam uoluit Barto. consi. 88. quod incipit, in quæstione vertente. & consi. 162. quod incipit, quidam magister. & Bal. in l. fin. C. de iure dom. impetrando. Faciũt etiam no. in l. hoc autem. §. defendi. ff. quib. ex cau. in poss. eatur. Et no. quod prædicta citatio per præconem semper fieri potest, quando est citanda multitudo: etiam si sint personæ certæ talis multitudinis, vt sentit Bart. in extrauag. ad reprimendum. super verbo, Citatis. & tenet Fran. de Alberg. in addi. ad dictam extrauag. super verbo, per edictum, in fi.

3 ¶ † Quartò principaliter quæro, quis possit esse præco. ¶ Sol. Dicendum arbitror, quod potest esse omnis ille, qui potest esse nuncius, & ideo vide quod dixi sup. in 10. prin. art. q. 1.

4 ¶ † Quintò principaliter quæro, in quo loco fieri debeat talis citatio. ¶ Sol. Dic, quod debet fieri in locis publicis & consuetis, facit text. in secunda constitutio. Codicis, circa fin. ibi dum tex. dicit, edictis ex tenore propositis, glo. vero dicit, quod fieri debet in vico ciuitatis, vt l. si finita. §. Iulianus. in glo. magna. ff. de dam. infec. tenet Bal. in cap. 1. de milite vasal. qui contum. est, in vsib. feudo. ¶ Ego arbitror distinguendum, quod aut citatur certa persona in casu, in quo potest citari per præconem: & tunc debet fieri præconizatio in vico illius, seu in loco, in quo solitus est habitare. notat glo. & post eam Bald. in authen. qui semel. C. quomodo & quando iudex. vbi dicit, quod præco debet citare in vicinia citandi, quod sentiunt uicini & amici, vt l. 4. §. toties. & in l. si finita. §. Iulianus. ff. de damno infec. Et etiam fieri potest in loco iudicij, & ante parochiam ipsius citandi. Facit, quod no. Ioan. Andr. & post eum dominus Domin. in capit. Romana. §. contrahentes. de foro compet. lib. 6. & quod not. in cap. fin. de dolo & contum. & in cap. fin. de eo, qui mit. in posses. iunctis his, quæ dixi supra in 23. principali articu. quæst. 9. sed si multitudo & incertæ personæ essent citandæ: tunc deberet fieri per loca publica: & etiam vtile esset, quod in loco iudicij fieret: quia tamen communiter statuta prouident, aut consuetudines, illa seruanda sunt, vt dixi supra, articulo 5. quæst. 15. in fi. & similiter etiam consuetudo, per textum in d. 2. constitu. Codicis. ibi, Edictis ex tenore propositis.

5 ¶ † Sextò quæro, qualiter hæc citatio præconia fieri debeat. ¶ Sol. Dic, quod præco in præconizando & referendo, debet seruare formã sibi commissam. ¶ Ad quod vide, quod supra dixi, in 13. princip. artic. & quod dixi in præcedenti artic. q. 7.

Et debet præconizari alta voce, ita ut quilibet de astantibus valeat audire, argum. tex. & quod ibi no. Bald. in l. diffamari. C. de inge. manu. & claris, & apertis verbis, ita quòd intelligatur. ff. de instito. in l. sed & si. §. 1. & ar. cap. fin. infra de homic. quod est contra quandam nostram consuetudinem, quæ habet, vt tales præcones loquantur adeo planè & submisse, vt vix ipsi seipsos intelligant: quia vix mouent labia. quod seruatur in repudiatione hæreditatis, quæ fit per filios, ad occultandum dedecus filiorum.

6 ¶ † Septimò principaliter quæro, qualiter præco debeat referre. ¶ Sol. Dicit Bart. in extrauag. ad reprimen. in verbo, Publicè, quod sufficit, quòd præco referat præconizasse per ciuitatem in locis publicis & consuetis: nec est necesse, quòd exprimat loca: quia talia loca consueuerunt esse notoria, & sic expresio non est necessaria. ff. de contrah. empt. in l. cum seruo. §. fin. & ita obseruat consuetudo, secundum Barto. ¶ Sed tu dic, quòd istud procedit, quando iuxta formam consuetam committeretur præconizatio. sed si aliqua qualitas noui loci adijceretur propter aliquam causam, conueniens esset, vt de illo loco fieret mentio, & potest etiam regulare hanc relationem, secundum ea, quę dixi supra in 13. prin. art. q. 3.

7 ¶ † Octauò principaliter quæro, quid si præco dicat se retulisse vno modo, & notarius dicat, quòd nil senserit, quod retulit alio modo, cui potius sit credendum.

¶ Sol. Dic, vt dixi sup. in 16. prin. ar. in 1. mẽbro,

8 ¶ † Nonò principaliter quæro, qui sint istius citationis effectus. ¶ Sol. Dic, quòd sunt plures.

¶ Primò, quia talis citatio præiudicat citatis, quod intellige de præsentibus, & non de absentibus, secundum Bart. in extrauag. ad reprimendum. in verbo, per edicta. & aliquid tetigi sup. eo. artic. q. 4. ver. secundò vero casu. licet secus sit in citatione per edicta, vt dixi supra in 23. princ. artic. q. 7. ¶ Sed tu aduerte: quia Roff. Beneuentanus in libellis iuris Ciuilis, in rubrica, si quis ius dicenti non obtemp. §. itẽ illud quæritur. dicit, quòd si aliquis diceret, quod erat extra ciuitatem, quando bannum fuit missum, quòd audiret eum, & excusaretur à pęna. C. de contrahen. stipu. in l. optimam, & in eo casu dicit considerandum, quod dicit l. fin. ff. de decret. ab ord. fac. & auth. qua in prouincia. C. vbi de crim. agi opor. in quantum volunt, quod sufficiat, quod aliquis sit voce præconia citatus, verum intelligit, quãdo pręco mittitur per totam ciuitatem, & tunc nullum creditur excusari à banno: quod intellige de præsentibus. Ita etiam refert & sequitur Archidiaconus 16. distin. c. quod dicitur. ¶ Et no. quòd potius dicitur contemni citatio: quæ fit per præconem, quàm illa, quæ fit per campanam, vt no. in Clem. grauis. de sent. excom. & in Cle. 2. de pęn.

¶ Postremò dic, quod etiam sunt plures alij effectus, qui possunt colligi ex his, quæ dicam inf. in 21. princ. artic.

SVMMARIVM.

1 *Campanæ sonus, quot & quas habeat repræsentationes.*

ARTICVLVS XXVI.

Vigesimosexto principali articulo tractandum est de citatione per campanam.

1 ¶ † Circa quem articulum dic, quod sonus campanæ plures habet repræsentationes, vt tradit Io. And. in c. 1. de offi. custo. quem sequitur Bal. in l. 1. C. de edicto diui Adr. tollen. quibus etiam aliqua addam. Aliquando enim est signum congregandi capitulum seu uniuersitatem. Quandoque est signum eundi ad bellum. Interdum vero horarum. Nonnũquam factæ electionis. Quandoque obitus. Aliquando gaudij. Interdum currendi ad ignem, & illum extinguendi: seu etiam comperiendi, vt in hac ciuitate. Aliquando intrandi ad consilium. Plerunque leuandi corpus Christi. Quandoque custodiæ. Quandoque Aduentus hostium, vt fuga arripiatur, vel vt arma sumantur. Quandoque denotat diuisionem diei à nocte, prout etiam fit in hac ciuitate, pro duplicatione pęnarum delictorum commissorum de nocte. Interdum etiam est signum ad conuocandum populum ad audiendum diuina. facit quod habetur Numeri, cap. 10. Quandoque est signum, vt quis recordetur prandere, prout est Florentiæ. Nonnunquam verò est signũ iudicij, vt vidi seruari in aliquibus locis, in quibus campana sonat certa hora, & ille sonus habetur pro citatione eorum, qui causas ibi habent. Et sic secundum varias regiones, varias habet significationes, & ista vocantur signa muta, vt tradit Vegetius in libro, de re militari. Vnde potest fieri citatio ad iudicium per sonum campanæ, vt no. in authen. qui semel. C. quomodo & quando iudex, & quis posit facere, vide supra in 4. prin. art. q. 7. & aliquid artic. 17. q. 2. ver.

¶ Circa sextam speciem. Et ut dixi: quia illud est signum mutum, per quod aliquis citatur, is demum intelligitur citatus ad illud, ad quod dispositum est, forma statuti, vel consuetudine, pro significato ipsius soni.

SVMMARIVM.

1 *Citatio peremptoria, quæ sit, & vnde dicatur.*
2 *Citatio peremptoria, quotuplex sit.*
3 *Citatio peremptoria, ad quem finem fuerit inuenta.*
4 *Index, quis posit peremptoriè citare.*
5 *Citatio peremptoria, ad cuius instãtiam fieri debeat.*
6 *Citatio peremptoria, quibus exigatur casibus.*
7 *Citatio peremptoria, in principio causæ requiritur.*
8 *Citatio peremptoria in causis processum solennem requirentibus, requiritur.*
9 *Citatio trina requiritur in persona incerta.*
10 *Citatio peremptoria requiritur, vbi decretum primum interponitur.*
11 *Citatio requiritur peremptoria in qualibet interlocutoria.*
12 *Citatio peremptoria exigitur, quando bona annotantur.*
13 *Citatio peremptoria, in quibus requiratur casibus, & num. seq. vsque ad numerum 26. inclusiuè.*
27 *Citatio vnica iuris, vim peremptoria habet.*
28 *Citatio vnica, quando vim peremptorij habere dicatur.*

ARTICVLVS XXVII.

VIGESIMOSEPTIMO principali articulo tractandum est, quot citationes requirantur, & sic tractandum est hic de citatione peremptoria. qui articulus est satis intricatus, & imperfectè traditus per Docto. Vnde pro ipsius clariori doctrina, prosequar infrascriptas q.

1 ¶ † Primò igitur principaliter quæro, quid sit citatio peremptoria, & vnde dicatur.

¶ Sol. Dic, quod peremptoria dicitur eo, quod causam seu disceptationem extinguat. 24. quæst. 3. c. de illicita. ff. de iud. in l. & tertium, secundum Specul. eo. ti. §. viso. in prin. Sed dicit ibi Io. And. in additio. quod verbum Extinguat, positum in d. c. de illicita. melius staret, si diceret, perimeret, prout dicit d. l. & tertium. quæ dicit, quod peremptorium inde nomen sumpsit, quod perimeret disceptationem, hoc est, vltra non pateretur aduersarium tergiuersari. vnde si aliquis fuerit peremptoriè citatus, vt veniat ad opponendum, &c. post talem terminum non uidetur audiendus, vt no. glo. super verbo, Peremptorio. in c. fin. de electio. lib. 6. dicam infra, quæst. 11. vnde dicit Io. And. secundum vtramque literam, tam dicti Canonis, de illicita. quàm dictę l. & tertium, quod peremptorium appellatur eo, quod extinguat & perimat ius opponendi post illud. aliàs frustra appellaretur peremptorium, si non perimeret, sicut nec rectè tugurium, si non tegeret, vt l. tugurium. ff. de verbo. signific. & verba debent aliquid operari, vt in cap. si Papa. §. 1. de priuil. lib. 6. & ibi concor. Nec enim debent inutilia & frustratoria membranas occupare. 19. distinc. cap. 1. vnde peremptoria dicitur, quia perimit, vt dixi, & probatur in cap. coram. supra de restitut. in integrum. vbi dicitur, quod post peremptorium non admittitur quis de iure communi, sed solùm de æquitate, per uiā restitutionis in integrum: vel ex benignitate. ¶ Ad quod vide, quod etiā dicam inf. quæst. 9. & latius q. 11. ver. tertius effectus. Vnde quidam voluerunt, quod terminus peremptorius dicatur esse quædam interlocutoria, à qua cum non fuerit appellatum, transit in rem iudicatam. Et idem etiam in effectu voluit Bald. in l. tres denunciationes. C. quomodo & quando iudex. vbi dicit, quod dicitur, quia perimit disceptationem & tergiuersationem, & moram aduersarij punit, & processum contra eum aperit, & in sui præiudicium habetur pro præsente, vt in authen. qua in prouincia. C. ubi de crimi. agi opor. Et idem etiam no. Bald. in l. ad peremptorium. ff. de iud.

¶ Et aduerte: quia propter hoc dicimus, quod comminatio habet vim peremptorij: quoniam omne verbum per quod appareret, quod iudex non intendit vlterius expectare, habet vim comminationis, & est loco peremptorij, vt in l. si apparitor. C. de cohor. libro duodecimo. & ibi per Bartolum. Ad quod vide, quod latius dicam de comminatione, infra in 7. quæstio. ¶ Et no. secundum Ia. Bald. in tracta. de primo & secundo decreto, quod prima citatio ante peremptorium vocatur conuentionalis: quia in ea dicitur, venias tali die coram tali. Secunda vero vocatur monitoria: quia iudex dicit, vade & moneas, quod veniat. Tertia dicitur peremptoria ex eo, quia nisi venerit, procedit iudex condemnando, vel absoluendo, vel remorando, vel silentium imponendo, vel quid simile faciendo, secundum Specula. eod. titu. §. viso. ver. & nota quod primo. Item no. quod quandoque peremptorium dicitur breuiloquium, vel compendiosum peremptorium: quādo unus citatur vna citatione pro tribus, vt infra subijciam in 7. quæst. Et in dubio citatio trina intelligitur peremptoria: etiam si non sit expressum verbum, peremptorium, vt dicam infra in 7. quæstio.

2 ¶ † Secundò principaliter quæro, quotuplex sit citatio peremptoria? ¶ Sol. Dic, q alia est peremptoria expressa, alia tacita. De prima loquitur l. & post edictum. ff. de iudi. De secunda loquitur l. tres denunciationes. C. quomodo & quando iudex, vel aliter, aliqua est distincta & distributiua per debita interualla: Alia breuiloqua, bramosa, seu conglutinata, vt videbimus in d. q. 8.

3 ¶ † Tertiò quæro, Quare inuenta fuerit citatio peremptoria? ¶ Sol. Dicit Oldr. consi. 198. quod ius non requirit tres citationes propter numerum, qui sit de esse, seu substantia peremptorij, sed ne iudices repentinè ad decisionem negocij procedant, & vt iudicibus sęuientibus quædam freni temperies imposita uideatur. ff. de dam. infec. in l. si finita. §. si fortè. C. de custod. & exhib. reorum. in l. si quis.

Et

Et ideò licet ad peremptorium proponendum tres dicantur præcedere dilationes. ff. de iudicijs. l. ad peremptorium. cum simil. tamen potest vnum pro omnibus proponi. ff. de iudi. in l. nonnunquam. & in nullo iustitia læditur, si tantum tempus contineat vnica, quantum trina citatio. ff. de verb. signi. in l. ter enixa. & no. in d. l. nonnunquam. de quo dicam infra in 7. quæst. Item fuit inuenta hæc citatio peremptoria, vt sequerentur effectus, de quibus dicam infra, quæst. 11.

4 ¶ † Quartò principaliter quæro, Quis iudex possit peremptorium interponere, seu citare peremptoriè? Sol. Dic, quòd quilibet iudex potest, tam ordinarius, quàm delegatus etiam ab inferiore à Principe. infra de re iudic. cap. cum Bartholdus. in parte decisa. & supra de off. deleg. c. ex literis. & in c. consuluit. tenet gl. 24. q. 3. c. de illicita. quæ tamen allegat, quod quidam tenuerunt, quòd hoc posset solum ordinarius, vel delegatus à Principe, per tex. in Auth. de litigiosis. §. omnem. & C. de iud. l. sancimus, in fi. & infra de app. c. cum sit Romana. & idem etiam tenet Specu. eo. tit. §. viso. ver. quilibet autem iudex. & Ang. in l. ad peremptorium. ff. de iudicijs. Quinimò etiam delegatus, vt causam audiat, & instructam transmittat, potest citare peremptoriè ad sententiam audiendam in remissione causæ, vt est tex. in c. cum olim. & ibi no. dom. Anton. & D. M. & Ioann. de Imo. infra de testi. Et quamuis ibi delegatus videatur hoc fecisse ex mandato Domini Papæ, tamen idem concludunt Doct. si Papa nihil dixisset de citatione peremptoria, vt dicit Dominus meus in d. cap. cum olim. & ista fuit no. Inno. in c. fi. infra de accus. in gl. 2. & latius ibi per Ioann. Andr. super verbo, assignantes. quia eo ipso, quòd committitur sibi aliquis articulus, videtur ei cõmissum, quòd partes ad priorem iudicem remittat, ne causa remaneat sine termino: quia iudex à quo appellatur, præfigit talem terminum peremptorium. infra de appell. c. personas. fortius ergo debet posse ille, à quo non est appellatum, ita etiam dicit Spec. in tit. de remissio. §. videndum. post prin. Hoc etiam probatur, quia monitionẽ quæ dicitur habere vim peremptorij, vt statim dicam in 7. q. potest facere quilibet iudex, tã ordinarius, quàm delegatus, & etiam pedaneus. quinimò etiam arbitrator, si modò habet admixtam aliquam iurisdictionem, vt no. gl. in l. 2. C. quomodo & quando iud. & Bal. ibi, qui dicit hoc esse no. dignum. Reliqua verò ad materiam illius quæstionis, vide supra in 4. prin. ar. in quantum possint huic materiæ conuenire.

5 ¶ † Quintò quæro principaliter, ad cuius instantiam debeat fieri hæc citatio peremptoria. ¶ Sol. Dic, quòd iudex non debet talem citationem facere ex officio, sed ad instantiam partis. tex. est in l. ad peremptorium. ff. de iud. & ibi no. Bar. Bald. Tradit etiam Bar. in l. si finita. §. Iulianus. ff. de dam. infec. & probatur in auth. qui semel. C. quomodo & qñ iudex. & no. Bal. in l. consentaneum. eo. ti. vbi dicit, quòd alia citatio non arctat citatum. Idem etiam tenet Ang. in l. ad peremptorium. prope finẽ. ff. de iud. & sic quando quis citatur ad sententiam, vel ad alium actum exigẽtem peremptoriam, debet inferi peremptorium ad partis petitionem, vt dicit Bar. in l. 2. C. quomodo & quando iudex, ad petitionem talis fecit citari. gl. est melior, quæ fit alibi in l. sancimus. in verbo pro contumacia. C. ad Trebel. secundum Ang. in d. l. ad peremptorium. faciunt quæ dixi supra in 6. principali articulo. Et hæc procedunt, quando ageretur de priuata vtilitate: Sed si de publica, posset iudex ex officio facere talem citationẽ peremptoriam. Faciunt quæ dixi in dicto 6. princ. articulo, vbi vide.

6 ¶ † Sextò principaliter quæro, Quando & quibus casibus exigatur citatio peremptoria, vel quando plures exigantur citationes, & quando sufficiat vna, ita quòd illa habeatur pro peremptoria? Sol. Ista quæstio est aliqualiter intricata, & ordine causæ magis difficilis. Sed pro clariori doctrina, prosequar infrascriptas quæstiones.

¶ Circa primam questionem procedam per enumerationem casuum: dic ergo, quòd citatio peremptoria requiritur in casibus infrascriptis.

7 ¶ † Primò, in principio causæ requiruntur plures citationes: seu requiritur citatio peremptoria, vt no. glo. 2. in c. 1. infra eod. & idem etiam tenent ibi Host. Ioan. And. & Moderniores, dicentes, quòd citatio prima, quæ fit ad causam, debet continere tres citationes separatas, cum termino decem dierum pro qualibet, vel debeat fieri vnica peremptoria, habens tantum temporis, quantum ille terminus. faciunt no. per Inn. in c. ad petitionem. infra de acc. & idem etiam probatur in l. de vnoquoque. §. 1. & ibi no. Ioa. de Imo. ff. de re iud. & in l. contumacia. §. 1. eo. tit. tenet Io. An. in c. consuluit. supra de offi. deleg. & Bar. in l. consentaneum. C. quomodo & quãdo iudex, & in l. si finita. §. Iulianus. & ibi etiam per Ioa. de Imo. ff. de dam. infec. Citatio igitur prima expectatoria, quæ fit in principio iudicij, debet esse trina seu peremptoria, per iura præallegata. ¶ Sufficit ergo peremptoria compendiosa, dummodò habeat debita tempora, & interualla: quia licet sit facta compendiosè sub vna conglutinatione trinæ citationis, tamen habet vim & effectum trium citationum distinctarum, vt traditur in d. l. tres denunciationes. C. quomodo & quando iudex. & in d. l. contumacia, & in l. nonnunquam. ff. de iud. & 24. quæst. 3. de illicita. tenet Dom. meus in cap. fi. infra eo. super gl. 1. & ibi etiam hoc tenent dom. Ant. & Io. de Imo. licet illa glo. videatur aliud tenere, & malè. posset tamen saluari, quòd maximè quando fit citatio de longinquo ad totam causam, potest fieri trium citationum conglutinatio, seu commixtio, propter difficultatem reiterandarum citationum. Ad quod vide, quæ latè dixi supra art. 20. quæst. 16. maximè in versi. tertiò quæro. Et idem quod voluit illa gl. tenuit etiam Spec. eod. ti. §. viso. ver. item peremptorium mitti non debet. vbi dicit, quòd peremptorium mitti non debet in prima citatione, hoc est, quòd non debent conglutinari tres citationes. sed dic de hoc vt statim dicam in 8. q. principali: quia sufficit regulariter vnica peremptoria, cum termino distincto congruenti. facit, quod dixi supra eo. art. q. 3. ¶ Sed contra prædicta opponitur: videtur enim quòd in ipsa citatione, nec etiã ante litem contestatam requiratur citatio peremptoria: quia peremptoria citatio non videtur fuisse instituta, nisi pro sententia diffinitiua: sed talis sententia regulariter non fertur, nisi lite contestata, vt in au-

in auth. qui semel. C. quomodo & quando iudex, & supra, vt lite non contest. per totum. igitur, &c.

¶ Sol. Dic, quòd hoc non est verum. Et in contrarium est tex. in c. 1. supra vt lite non contest. & 24. q. 2. c. de illicita. & C. quomodo & quando iudex. l. consentaneum. ibi dum tex. dicit, etiam si lis cœpta, &c. & d. auth. qui semel. & supra de restitu. in integr. c. tum ex literis. in fi. & sic negatur assumptũ formatum pro contrario, ita tenet Spec. eodem tit. §. viso. versicu. sed nunquid. & hoc tenet glo. in d. l. consentaneum. sed Iac. Butr. tenet contrarium ex eo, quia tunc non videtur agi de graui præiudicio, vnde dicit, quòd consuetudo approbat, quòd non exigatur citatio peremptoria, sed dicit ibi Bal. quòd quantum ad possessionem transferendam. Iac. But. dicit contra casum l. præsenti. §. quòd si hæc. C. de his, qui ad eccl. confug. & ideo gl. prædicta est vera, secundum Bald. & dictum Iac. But. potest habere locum in primo decreto tediali, per quod non perditur possessio, de quo remittit Bal. ad ea, quæ traduntur in l. si finita. §. Iulianus. ff. de dam. infec. & quamuis quidam tenerent, quòd l. tres denunciationes. C. quomodo & quando iudex, & similes leges habeant locum, quando debet ferri diffinitiua, non autem quando debet ferri interlocutoria: tamen Iac. Butr. quem sequitur Bal. ibi, reprobat dictam opinionem, per d. l. consentaneum, nam & plures interlocutoriæ exigunt citationem peremptoriam, vt absolutio ab obseruatione iudicij, bonorum annotatio, & similes, de quibus statim subijciam. vnde licet quidam dicāt, ꝙ solennitas perẽptorij non habet locum in citationibus, quæ fiunt a principio ante comparitionem aduersarij, neque in iudicijs deliberatorijs, tamen gl. in d. l. consentaneum. & in d. l. præsenti. §. quòd si hæc. & in d. l. si finita. §. Iulianus, tenent, quòd sit necessaria, etiam in citationibus, quę fiunt in principio, & ante comparitionem aduersarij, vt supra dixi. & dixit Ange. in d. l. ad peremptorium. ff. de iud. quod putat hoc verum, si citari faciens vult adipisci possessionem bonorum, vel satisfieri sibi de damnis & sumptibus. hæc enim omnia sunt grauis præiudicij, & ideo exigitur peremptorium, sicut in diffinitiua, secundum Angelum in d. l. ad peremptorium. & Ioa. And. in mercu. præsumitur, de re. iur. lib. 6. Nec etiam obstat prædicta l. senatus. §. diuus. ff. de iure fisci, vbi solum dicitur, quòd quis est citandus, & non dicitur ibi, quòd ter vel peremptoriè: quia debet intelligi, prout alia iura disponunt, videlicet, de trina, vel peremptoria citatione. Et eodem modo potest responderi ad l. inter accusatorem. ff. de accus. & ad similia iura, secundum Bal. in d. l. tres denunciationes. facit quod dixi supra, art. 20. q. 25. & prædicta procedunt non solum in causis ciuilibus, sed etiam in criminalibus, & fortius, ut statim subijciam. & non solum in causis priuatis, sed etiam in fiscalibus, vt l. 2. §. diuus. ff. de iu. fis. tenet Bald. in d. l. tres denunciationes. C. quomodo & quando iudex.

8 ¶ † Secundò requiritur citatio peremptoria generaliter, in omnibus causis, quæ requirunt solennem processum, & non perfunctorium, vel arbitralem, & in quibus seruatur iudiciorum strepitus, & conflictus, & figura iudicij, secundum Bald. in d. l. tres denunciationes. prope fi. & etiam in causis, in quibus non est necessaria litis contestatio ad diffinitiuam, quamuis textus in d. l. ad peremptorium, & alia iura superius allegata, communiter videantur loqui de litis contest. hoc tenet Inn. in c. 1. supra vt lite non contest. & sequitur Angelus in l. ad peremptorium. ff. de iud. dummodò non sint causæ, in quibus possit procedi summariè & de plano, sine figura & strepitu iudicij, in quibus non exigitur peremptoria citatio, vt in clem. sæpe. de verb. sig. secundum Ange. & statim subijciam.

9 ¶ † Tertiò requiritur trina citatio, vbi citatur persona incerta, nec videtur sufficere vna citatio cum peremptorio, secundum aliquos, sed dic vt dicam infra, eo. art. q. 7.

10 ¶ † Quartò requiritur etiam in interponendo primo decreto. hoc tenet gl. in l. præsenti. C. de his qui ad eccle. confug. de quo latè per Bar. & per Moderniores, maximè per Io. de Imo. in d. l. si finita. §. Iulianus. ff. de dam. infec. Ad quod vide, quæ latius dicam in materia primi decreti, in tit. de eo, qui mittitur in possess. causa rei seruandæ.

¶ Aduerte tamen, quia si fieret missio in veram possessionem, tunc indubitanter exigeretur citatio peremptoria, secundum Inn. & Doct. in c. ad petitionem. infra de accusationib. no. Bald. in cap. 1. de mili. vasallo, qui contu. est, in vsibus feudorum. & Ange. in d. l. ad peremptorium.

11 ¶ † Quintò requiritur citatio peremptoria ad quamlibet interlocutoriam, si sit grauis præiudicij: siue lis sit contestata, siue non, & siue pars comparuerit, siue non, vt d. l. ad peremptorium.

12 ¶ † Sextò requiritur in annotatione bonorum, secundum l. 1. §. præsides. ff. de requ. reis. & l. 1. & l. quicunque. C. eo. ti. ita voluit Bald. in d. c. 1. de mil. vas. qui contu. est, & Ang. in d. l. ad peremptorium. Quid autem sit ista annotatio, & quādo, & qualiter fiat, traditur in dictis iuribus. Et ego plenè dixi in c. de accus. in 11. prin art. q. 74.

13 ¶ † Septimò, requiritur in absolutoria ab obseruatione iudicij, & ab instantia, secundum Bal. in d. l. tres denunciationes, tenet Ang. in d. l. ad peremptorium. Ad quod vide, quod latius dixi in c. pen. supra de iud. in 19. prin. art.

14 ¶ † Octauò requiritur ad litis contestationem, & probationum exclusionem, secundum Io. And. in c. consuluit. supra de offi. deleg. faciunt, quæ dixi supra in versic. 1.

15 ¶ † Nonò exigitur ad sententiæ diffinitiuæ prolationem. vnde lata sententia parte absente non citata peremptoriè, est nulla, vt in l. 1. §. item cum ex edicto. ff. quæ sent. sine appel. rescind. & 24. quæst. 3. c. de illicita. & C. quomodo & quando iudex. in l. ea quæ 11. q. 3. c. eorum. supra, de const. c. ecclesia. tenet expressè Io. And. in c. consuluit. supra de offi. delega. & Bar. in l. si finita. §. Iulianus. ff. de damno infec. & Spec. eo. ti. §. viso. ver. quid si lata. & versic. aliàs autem regulare est, & gl. in d. cap. de illicita. & Ang. in dicta l. ad peremptorium. & Bal. in d. l. tres denunciationes. Nec sufficit citare ad sententiam, nisi dicatur peremptoriè, secundum quosdam. pro quibus facit clemen. sæpe. de verbo. signi. in verbo, Sententiam. iuncta gl. Alij dicunt, quod sufficit citatio peremptoria, & sic trina, licet non adijciatur verbum, Peremptoriè, per nota. in d. l. ea, quæ. & in auth.

auth. qui semel. C. quomodo & quando iudex. & in d.l.ad peremptoriũ, cum l.sequenti. & C.vbi in rem actio. l.2.& ff.de requir. reis. l.1. secundum Spec.eo.tit.§.viso.ver.aliàs autem regula est. ¶ Nec obstat authen.cessante.supra,quomodo & quando iudex,quia potest dupliciter responderi. ¶ Primò, quòd ibi constabat citatum nolle venire: de quo dicam infra in versic.30. secundum Spec. in d.§.viso. ver. quid si lata. Secundò potest responderi, quòd ibi fuit facta monitio, quæ habet vim peremptorij, vt no.glo.5.in cap.consuluit. supra de offi.deleg.de quo dicam infra eodem articulo, in 7.quæst.principali. ¶ Et ad materiam illam sententiæ diffinitiuæ, qualiter requiratur citatio,dicam etiam infra,in tit. de re iudic.

16 ¶ † Decimò exigitur vbicunque venit imponendum perpetuum silentium, vt in l.diffamari. C.de inge. manum. ibi dum dicit tex. Vnum atque alterum. ¶ Sed aduerte,quia videtur sufficere vna, per c.licet in beato. infra de accusationibus, vel saltem videtur sufficere duplex: sed dic de hoc, vt clarius dixi d.c.licet. in sexta oppositione.

17 ¶ † Vndecimò requiritur peremptoria generaliter quandocunque agitur de his, quæ sunt grauis præiudicij, vt in c.quoniam frequenter.§.porro.supra,vt lite non contestata. Et ibi tetigi in 6.notabili, & probatur infra de dolo & contum. in c.prout. & c.dilecti. Item probatur per ea, quæ superius dicta sunt, & maximè in versi.quinto. secus, si esset leuis præiudicij,secundum Ang.in d.l.ad peremptorium. & aliquid supra tactum fuit. sed latius apparebit ex pluribus infra subijciendis: in quibus vna sufficit citatio, licet non peremptoria.

18 ¶ † Duodecimò requiritur in causa criminali, quia in illa tractatur de graui præiudicio, vt latius dixi sup.in 20. principali art.q.25.

19 ¶ † Tertiodecimò in citatione iudicis,vbi agitur de generando præiudicio ipsi iudici.ff.de iudi. in l. & post. no.Bal.in l.nam ita diuus.de adoptio.

20 ¶ † Quartodecimò requiritur peremptoria citatio ad conuincendam negligentiam superioris in aliquo actu. hoc tenet Dominus meus in cap.cum causis.supra de offi.deleg. & sic potest intelligi c.1. de supplen. neglig. præla. dixi in c.prudentiam. supra de offi.deleg.in 6.princip.artic.q.4.

21 ¶ † Quintodecimò exigitur in requisitione, quam vellent facere delegati de collega suo absente. & hoc, vt possint procedere, hoc uoluit glo. in d.c.cum causam.de offi.deleg. & sequitur Hosti. facit 24.q.3.c.de illicita. Sed contrarium tenet Arch. in cap.si contra. de offi.deleg.lib.6. vbi dicit, quòd sufficit vna requisitio: pro quo facit, quod no.glo. 18. dist.c.Episcopus.2. quæ notabiliter dicit, quod ad actum extraiudicialem, sufficit vnica requisitio. dom.Anton. pro concordantia dictæ opinionis dicit, quòd prima opinio procedit in actu iudiciali, vel quasi iudiciali: & ideo in casu præmisso, cũ prædicta requisitio sit quasi iudicialis: quia fit ad hoc, vt ipsi delegati possint iudicialiter procedere. ideo requiritur trina citatio, vel peremptoria.

¶ Quædam vero requisitio est extraiudicialis, & sufficit vna. & ita procedat secunda opin.& dictum Innoc.in c.cum nobis olim. supra de elect. & quod not.in cap.ego N. de iureiur. & idem tenuit domi. Anton.in antiquis recollectis, vt dicit dom.Domi. in d.c.si contra vnum. vbi refert,quòd cum hoc ab eo reportasset in scholis, ipse opposuit contra eum de no.per eum in verbo, requisiuerunt. in clem.1. de hæret.vbi glo.in terminis nostris cõcludit,quòd sufficiat vnica requisitio,& sequuntur Pau.& Zabarel.ibi,& idem etiam tenet Zabarel.in d.c.cum causa.& c.consuluit.sup.de offi.deleg. allegat in simili, 65.distin.c.fi.& 10.q.2.c.hoc ius.& ff.de euict. in l. si rem.§.fi.& in l.si edictum.§.si præsente.

¶ Et subdit dom.Dom.quod postea do.Anton. mutauit opin. per illam glo. in d. clem.1. Nam & ibi æqualis requirit æqualem,vt procedatur iudicialiter, & tamen sufficit vnica requisitio:quinimò ibi ille citatur in iudicio, quod plus est: & etiã citatur, qui non necessitatur comparere: sed citatur vt compareat si velit: & sufficit vnica citatio, vt dixi, facit etiam quod statim dicam in ver.seq.

¶ Et idem tenet Domi. meus in d.c.cum causa, per d.c.si episcopus.18.distinct. & per d.clem.1.de hæret.& idem ego tenui in d.c.prudentiam.de offi. deleg.in 6.principali articulo, q.4.& tenet Bal.in l. nam ita diuus.ff.de adopt.

22 ¶ † Sextodecimò requiritur ad imponendum pœnam conferenti beneficium ecclesiasticum indigno,secundum Hosti.in c.graue.infra de præb. sed Zabarel. per illum text. dicit, quòd sufficit duplex monitio. Tu vero dic, vt latius dixi in d.c.graue.q. 30.& aliquid tangam in 7.q.5.

23 ¶ † Decimoseptimò requiritur ad imponẽdam pœnam priuationis beneficij propter non residentiam in beneficio: quando fit citatio de clerico beneficiato absente, qui ignoratur,vbi sit,per tex.in c. ex tuæ. infra de cler.non resid.& c.causam.& c.fin. infra de dolo & contum. & videtur, quod exigatur distincta trina citatio,ita quòd non sufficiat vnica cum peremptoria. sed tamen Zabarel. tenet contrarium,quòd sufficiat vnica conglutinata cum peremptorio.

¶ Et aduerte, quia cum hæc quæstio orta fuisset de facto in ciuitate Bononien.Ioan.Cald.defendebat quòd sufficeret vnica peremptoria: sed Ioannes Andreas, eius pater adoptiuus, defendebat contrarium.Sed tu vide de hoc,quod latissimè dixi in d.c. ex tuę.in 7.princip.artic.in secundo membro prin. in 3.quæst.princ.& etiam vide ad hoc,quod dicam statim in 7.quæst.princ.istius articuli.

24 ¶ † Decimooctauò requiritur in omnibus casibus, in quibus pœna venit imponenda, & an tunc exigatur trina citatio distinctè, vel sufficiat breuiloqua & conglutinata, dicam statim in 7. quæstio. principali.

25 ¶ † Decimononò requiritur ad sententiam excommunicationis proferendam,vt in c.constitutionẽ.de sent.excom.lib.6.& ibi per Arch. Gargsiam, & Io. And. & prædictam etiam opinionem tenuerunt Tanc. Gofr. Beruch.Inno.& Hosti.in c.sacro. de sent.excom.& probatur in c.1.de mil.vas. qui cõtu.est.& in c.contingit.el 2. infra de sent.excom. & ista est communis opin. Alij tamen tenent contrariam opin. de quo traditur per Archi.12.q.2.& per Henricum Boich.in d.c.sacro. Sed tu vide,quod dixi in cap.perpendimus. infra de sent. excom. in 10. princ.artic.q.8.

¶ † Vige-

26 ¶† Vigesimò requiritur hæc trina vel peremptoria citatio, quando inferior mandat alicui, quòd comparere debeat coram superiore, hoc tenet Io. And. in c. fi. infra de accusa. & tenet Bal. in cap. 1. de mili. vasal. qui contumax est. & Speculator in titulo, de remissio. §. 2. in prin. & §. videndum. post prin. tenet quòd sufficiat vnica citatio & vnus terminus, & talis intelligatur peremptorius. Sed tu vide ad hoc, quod dixi supra, eodem articulo, in 4. q. principali.

¶ Et est aduertendum circa prædicta, quòd in multis ex prædictis casibus, in quibus aliàs exigeretur citatio peremptoria, sufficit vna: si causa summaria, & agitanda de plano, & sine figura iudicij, &c. vt in clemen. sæpe. de verbo. signifi. vel si sit citandus tyrannus, vel quia ipse citandus impedit, ne possit peremptoriè citari, vel ex prima citatione apparet vera & manifesta ipsius contumacia, & sic de similibus, de quibus apparebit ex infra dicendis.

¶ Circa secundam quæstionem istius sextæ quæstionis principalis, videlicet, in quibus casibus vnica citatio habeat vim peremptoriç, prosequor etiam casuum enumerationem.

27 ¶† In primis igitur dicendum est, quòd citatio legalis seu iuris, licet sit vnica, habet vim peremptorij, vt in c. 1. de elect. libro sexto, & ibi per Innoc. & no. gl. in verbo, Prædictum tempus, in clemen. causam. de electio. & ibi dixi. facit l. fi. ff. de decret. ab ordi. facien. & notat glo. fin. in fi. in clem. vnica. de dolo & contu. & ibi dixi. tenet Bal. in l. nam ita diuus. ff. de adopt. no. Bal. in c. 1. quo tempore miles inuestituram. & in l. ea quæ. C. quomodo & quñ iudex, faciunt quæ dicam in materia dilationum legalium, quando tractabo de ipsius dilatione. Et tenet dominus Ant. de Butr. in c. quoniam. §. si vero. super gl. magna. supra, vt lite non contest.

28 ¶† Item & secundò, ratione veræ & manifestæ contumaciæ, etiam quandoque vna citatio dicitur peremptoria, seu habere vim peremptorij. Exemplum: Si ex prima citatione potest cōstare citatum nolle comparere, vt quia dixit: Nolo venire, vel nūquam veniam, vel quid simile, quo casu non videtur vlterius citandus, secundum gl. in l. fi. ff. de rest. in integ. & 24. q. 1. c. de illicita. & idē tenet ibi Arch. facit l. contumacia. ff. de re iud. & l. cōtinuus. §. cum ita. ff. de verb. obl. tenet gl. in l. tres denunciationes. C. quomodo & quando iudex. & no. in c. cōsuluit. de offi. deleg. tradit Inno. in c. ad petitionem. infra de accusa. & in c. ex literis. infra de excess. Prælat. & Spec. in tit. de cita. §. viso. versi. fi. & Ang. referendo Innoc. in l. ad peremptorium. ff. de iud. & Gul. de Cunio in l. Fulcinius. in fi. ff. quibus ex causis in possideatur. Guido de Suz. in l. diuus. ff. de restitu. in integrum. Hostien. in c. fi. infra de dolo & contum. & in sum. in tit. de contumacia. §. secundo. ver. item hæc debet. & dom. Anton. & D. M. in c. 1. supra de iud. Bar. in l. ex consensu. in fi. ff. de appel. licet dom. Anton. in clemen. 1. de dolo & contu. vt ibi refert Ioan. de Imo. dicat, quòd Bar. teneat contrarium, sed non est verum, & pro hac opinione allego bonum tex. in dicto capitulo, quoniam. & pro ea facit concludens ratio: nam citatio trina requiritur, vbi contumacia nō est manifesta, sed vbi est manifesta, non requiritur alia citatio, vt probatur. in d. clem. 1. de dolo & contum. & in c. eum, qui. eo. tit. lib. 6. sed ex eo quod citatus dicit, Nolo venire, vel similia verba, sua contumacia est manifesta, vt supra dictum est, & probatur in l. consentaneum. C. quomodo & quando iudex, & no. gl. in d. l. tres denunciationes. igitur non est iterato citandus ad contumaciam præsumendam, aut ad malitiam conuincēdam, cum per ipsius verba constet de intentione sua, iuxta illud: Nam loquela tua manifestum te facit. & alibi apud Cassiodorum dicitur: Nullum est magis mentis testimonium, quàm qualitas inspecta verborum. Et est ita notitia a priori, vt dicit Bal. in d. l. tres denunciationes, & in l. ad cognoscendos. C. de inge. manu. per vocem enim & verba dicuntur cognosci rerum quidditates, idest, substantiæ, qualitates, accidentia, & circumstantiæ a proximis, & remotis, & generalem mentem loquentis, vt dicit ibi Bal. Verba enim, vt inquit Philosophus, sunt notæ passionum animæ, & ad idem 22. q. 2. c. is autem. & in l. Labeo. ff. de supell. lega. ¶ Et hanc etiā opinionem tenet Bal. in l. 3. C. qui accusa. non poss. vbi dicit, quòd etiam procedit in causa criminali: sed contrariam opinionem tenet Io. And. in addi. Specul. in titu. de contumacia. §. 2. versic. sed nota. & fuit opinio Io. de Deo, & alterius antiqui Doct. vocati Io. de Cauo. vt refert Io. And. in c. venerabilibus. §. secus. de sent. excomm. lib. 6. pro quibus facit: quia licet dixerit se nolle venire in prima citatione, non tamen quòd nolit venire in secunda, vel tertia. Potest enim mutare propositū, facit c. licet, de procuratorib. lib. 6. & sentit gl. antepen. in d. c. eum qui. & sequitur Ioann. Andr. in d. additioni. Et hanc tenuit Cyn. post Pet. in auth. qui semel. C. quomodo & quando iudex. quia contumax in prima citatione potest se emendare: quia non est verisimile, quod velit perseuerare in malo proposito: nec præsumitur quis obstinatus, & per consequens poterit comparere in secunda & tertia citatione, cum sciat illud ius sibi durare. Bal. verò in d. l. tres denunciationes. dicit, quòd dom. Bar. de Prato disputauit hanc quæst. & tenuit hanc secundam opinionem. facit l. contumacia. §. 1. ff. de re iud. vbi contemnens debet citari ter, & tunc non est vlterius citandus. Item facit, quia non præsumitur quis voluisse renunciare secundæ & tertiæ citationi, licet renunciauerit primæ. arg. l. si domus. ff. de serui. vrb. prædio. & quia debemus interpretari in benigniorem partem, quod tamen dicit procedere, nisi hæc verba dixisset in iudicio. Sed Bal. in d. l. tres denunciationes, tenet primam opin. per c. 1. quòd non sit vlterius citandus, per capitulum secundum, de dolo & contumacia. lib. 6. & quia animi perseuerantia præsumitur durare. ff. de proba. in l. cum tacitam. & C. de testam. in l. sancimus. facit clem. 1. de renunc.

¶ Ego verò eo tempore, quo incepi legere Ius Canonicum, legendo clem. 1. de dolo & cont. latius distinxi, quæ distinctio etiam nunc placet, quare circa hanc materiam facio tria membra principalia.

29 ¶† Circa primum membrum, quando dixit, non volo venire: dico, quòd est iterato citandus: quia hoc verbum, non volo, non denotat prçcisam resistentiam & contemptum, vt no. Vincen. & sequitur Innoc. in c. prudentiam. §. 6. de offi. delega. & sequitur etiam ibi Dom. meus. traditur per Doc. in c. finem. infra de dolo & contum. & Bald. in c. 1. de mili.

de mili. vasal. qui contumax est. ¶ Verbum enim, Non volo, denotat simplicem & præsentialem resistentiam, quasi velit facere, sed non nunc immediatè, quod tamen limito, nisi citatus vlterius processerit dicendo, Non volo venire nunc, nec etiam in futurum: nam tunc non est iteratò de necessitate citandus, cum ex illis verbis suis, quæ sunt notæ passionis animæ, vt supra dixi, appareat, quòd ipse nullo modo intendit comparere, facit dicta clementina prima, de dolo & contum. & dict. cap. eum, qui. de dolo & contum. lib. 6. nam si appellans ab interlocutoria, & sic recedens a iudice non est amplius citandus eo, quòd tacitè protestari videtur de non comparendo amplius coram eo, multo fortius si hoc clarè expresit. Prædicta tamen limitarem, quando de prædictis verbis liqueret iudici iudicialiter, vt quia prædicta verba protulit in iudicio: vel apparet de hoc in iudicio per propriam cõfessionem, vel per testium probationem, vel per relationem nuncij, intelligendo tamen de nuncio, prout dixi supra, articu. 16. & etiam in 14. & in 12. secus, si non liqueret iudicialiter, licet pars vellet probare ex post facto, postquam processit nõ facta alia citatione ex eo, quia citatus dixerit prædicta verba: quia processus factus per talem iudicem, nõ factis debitis citationibus, non tenet: nisi præcesserit notitia iudicialis, propter quam fundata esset intentio iudicis super potentia procedendi contra prædictum citatum, qui protulit prædicta verba, eo vlterius non citato. Ad quod facit, quod tradit Bart. in l. multum interest. ff. de cond. & demon. & quod in simili no. Innoc. in c. cum contingat. supra de off. deleg. & in c. auditis. supra de procurat. & est bonus tex. in l. hoc autem. §. 1. ff. quibus ex caus. in poss. eatur. & ibi no. Bar. vbi probatur, quòd processus factus contra contumacem non tenet, nisi de contumacia liqueat iudici, quamuis esset verus contumax, & idem tenet Bal. in simili, in l. 2. C. quomodo & quando iudex. in fi. q. & in l. properandum. §. si quidem. C. de iud. ¶ Ad quod vide, quæ dicam in tit. de dolo & contumacia.

30 ¶ † Circa secundum membrum principale, quã dixit, Nolo venire, est maius dubium, quia verbum Nolo, denotat præcisam resistentiam & contemptum, vt tradunt Doct. in c. prudentiam. §. 6. de off. deleg. & in alijs iuribus in præcedenti membro allegatis, & probat gl. in verbo, Noluerit, in cap. 2. de sponsa. ¶ Vnde subdistingue, ꝙ aut iste fuit citatus ad totam causam, aut ad vnum articulum. primo casu, quando fuit citatus ad totam causam, ꝙ quando fieri posit tetigi in clemen. 1. de foro comp. in gl. super verbo, Præsumatur, sed plenius supra, art. 20. q. 16. & hoc casu, nõ erit iterato citandus. arg. d. cle. 1. de do. & contu. & d. c. eum qui. inducendo, vt supra induxi. ¶ Et quia præsumimus citatum velle perseuerare in dicta voluntate, donec eum pœnituerit. Quod tamen limito, dummodò de dicta citatione cõstet iudicialiter. Secundo vero casu, quando fuit citatus ad vnum articulum, dico, quòd siue esset talis articulus, qui requirat peremptorium, & essemus in prima vel secũda dilatione, vel sit talis articulus, qui non requirat peremptoriam citationem, tamen respectu aliorum actuum, vel respectu secundi vel tertij termini peremptorij, est iteratò citandus: quia licet quis sit contumax in vno art. non concluditur in alio contumax, vt dixi in d. clem. 1. de fo. compe. in gl. super verbo, præsumat. ¶ Aduerte tamẽ, quia quando dixit, Nolo venire, subdistinguo, quòd aut dixit tantum, Nolo comparere nunc: aut dixit, Nolo comparere nunc, nec vnquam in futurum, aut simpliciter dixit, Nolo comparere. ¶ Primo casu, non est dubium, ꝙ est iterato citandus: quia iudex non est certus, an citatus velit comparere in secunda citatione, vel saltem in tertia, vel ad alium actum, imò fortius cum dixit, Nolo nunc comparere, videtur includere, ꝙ intendit in futurum comparere. argum. c. nonne. infra de præsump. & l. cum Prætor. ff. de iud. arguendo de personis ad tẽpus. ¶ Secundo verò casu, non est iterato citandus, si constat iudici iudicialiter, vt dixi: quòd 2. & 3. citatio fit, ad concludendam malitiam & intentionem suam, vnde cum in prima citatione appareat de intentione, non est opus ire per coniecturas. ar. l. continuus. §. cum ita. ff. de ver. obl. ¶ Tertio verò casu, quando simpliciter dixit, Nolo venire, intelligerem secundum benigniorem partem, prout vtilius est proferenti. ar. l. si quis intentione. ff. de iud. & vt nõ sonet in delictum, aut in minus delictum. arg. l. meritò. ff. pro socio. & l. quintus. ff. de do. inter vi. & vx. & isto modo potest seruari opinio Io. An. posita in d. add. facit ad prædicta, quod in simili dicimus in l. qui se patris. C. vnde liberi. vtrum per verbum, Nolo adire, inducatur repudiatio hæreditatis.

¶ Et prædicta satis fuerunt de mente d. An. in clemen. 1. de dolo & cont. & Io. de Imo. in l. si finita. §. Iulianus. ff. de dam. infec. ¶ Nec obst. prædicta vltimo casu, quod ponit Bal. in l. ea quæ. C. quomodo & quando iudex, circa principium. vbi vult, ꝙ si citatus dixit: Nolo venire, quod licet hoc verbum, Nolo, sit temporis præsentis: tamen quia infinitatur per verbum venire, quod sequitur, videtur perinde ac si diceret, Non veniam in futurum: quia respondeo, quòd dicitur infinitare ipsam primam citationem vsq; in finem primæ dilationis, non autem intelligitur infinitare secũdam & tertiam dilationem. ¶ Quod facit pro his, quæ dixi in primo membro.

31 ¶ † Circa tertium membrum principale, quando dixit, Non credo venire, quid dicendum sit. satis clara patet decisio ex prædictis: quia ille est iteratò citandus, etiam si dixisset, Non credo venire nunc, nec in futurum: quoniam ista declaratio seu prolatio, nedum quod non ponat præcisum contemptum, non ponit etiam simplicem, ad quod vide no. per glo. & Bal. in l. pe. ff. ex quibus. ca. ma. & adde prædictis quod notabiliter ponit Bald. in l. 2. C. quomodo & quãdo iudex. in fi. quæst. videlicet, quòd si citatus in prima citatione statim ascendit equum, & vadit vltra mare, sed melius dixisset, descendit nauem, quòd talis non est vlterius citandus: quia manifestè testatur se non compariturum. Subdit tamen, quòd hoc debet constare iudici antequam pronunciet contra talem cõtumacem, per l. hoc autem. §. 1. ff. quibus ex causis in poss. eatur. & per Bar. in l. multũ. ff. de cond. & dem. & supra dixi. ¶ Quod dictum est valde singulare in se: posset tamen morderi: quia potuit esse, quòd ipse reliquerit procuratorem, qui comparebit in 2. vel 3. citatione peremptoria, & sic videtur iteratò citandus.

¶ † Item

32 ¶ † Item tertiò ille, qui appellat ab interlocutoria, non videtur vlterius citandus, quoniam etiã iste videtur verus contumax, vt in c.2. de dolo & contu. lib.6. & ideo non admittitur ad appellandum à diffinitiua, secundum aliquos, de quo dixi in clem. de dolo & contu. Nam cum per talem appellationem appellans videatur protestari in iudicio nolle de cætero comparere, prima fronte est manifestus contumax: vnde non est vlterius citandus, tenet Ang. in l. ad peremptorium. ff. de iud. allegat no. per Innoc. in c. ad petitionem. infra de accus. & in c.2. de dolo & contu. lib.6. Quod tamen videtur intelligendũ, donec durat lis super ipsa appellatione: sed si appellans succubuit in ipsa appellatione, vt amplius non prosequatur: videtur quòd debeat citari, sicut si renunciasset expressè, vt d. c.2. ff. de dolo & contum. lib.6. facit l. si quis libellos. C. de appell. secundum Ioan. de Imo. in l. qui Romæ. §. Seiæ. ff. de verb. obli. quod tamen dicit procedere, nisi succubuerit: quia deserta sit appellatio, per no. per Ioan. And. in c. directę. & in c. personas. infra de appell. & vtrumque dictum est valde singulare: nec memini alibi legisse. & pro primo dicto facit tex. in d. §. Seiæ. quia creditor ibi fuit in mora eo ipso, quòd litigare cœpit. vnde finito litigio, finita est mora. arg. l. Titia Seiæ. §. vsuras. ff. de leg. 2. Ideo debitor debet ibi offerre. ¶ Et prædicta adde ad ea, quæ dixi supra, in 5. prin. artic. q.30.

33 ¶ † Item quartò, vnica citatio dicitur peremptoria eo ipso, quòd quis impedit ne possit peremptoriè citari, vt in cap. quoniam frequenter. §. porro. supra vt li. non conte. & ibi Dom. meus, & per Domi. meum in c.1. supra de iu. ¶ Aduerte tamen, quia glo. in d. §. porro. dicit, quòd sufficit, quòd contra talem proponatur edictum ad domicilium, vel ad ecclesiam, ad quod vide, quod dixi in d. §. porro. in glo. super ver. fine, & vide quod dixi in c. ex tunc. infra de cler. non resid. in 7. prin. art. q.3.

34 ¶ † Item quintò citatio, quæ fit à principio ante comparitionem vel deliberatoriã, habet vim peremptorij: licet sit vnica, not. per Innoc. in c. ad petitionem. de accu. & sequitur Ang. in l. ad peremptoriũ. ff. de iud. & similiter dilatio, quæ datur ante iudiciũ ad cõponendas sarcinulas: licet sit vnica, habet vim peremptoriæ: quia non est præiudicialis ad causam, vt l.1. C. de requi. reis.

35 ¶ † Item sextò, in medijs causæ quęlibet citatio, etiam unica videtur peremptoria, vnde non requiritur trina distinctio, seu expressa, vel breuiloqua cum peremptorio. no. Ioan. And. in c. consuluit. supra de offi. deleg. & Bar. in l. consentaneum. C. quomodo & quando iudex. & in l. si finita. §. Iulianus. de dam. infec. & Io. de Imo. in l. de vnoquoque. §.1. ff. de re iud. Nam post litis ingressum quælibet citatio intelligitur peremptoria, tenet Spe. in tit. de citatio. §. viso. ver. Item peremptorium potest bis in fine. ¶ Et apparebit etiam ex ver. seq.

36 ¶ † Item septimò, citatio seu dilatio probatoria semper intelligitur peremptoria, vt no. in l.1. C. de dilatio. & ibi Bar. Pau. de Cast. & Doct. & no. in l. fi. ff. de fer. no. Do. meus in c.1. infra eod. ad quod vide, quo dicam infra in materia dilatio. in ver.

¶ Idem etiam tenet Bart. l. si finita. §. Iulianus. ff. de dam. infec. & Ioan. Aud. in d. c. consuluit. Bal. tamen in l. in pecuniarijs. de fer. dicit, quòd licet dilatio probatoria data præsenti, in ciuili sit peremptoria: tamen secus est in criminali, in qua debet labi numerus dilationum, & ad illum ver. facit, quod dicam in seq. ver.

37 ¶ † Item octauò, citatio quæ fit ad producẽdos testes, seu ad videndum eorum iuramenta: licet sit vnica, habet vim peremptorij, vt tradit Inn. in c. ad petitionem. & Bar. in d. §. Iulianus. & Ioan. And. in d. c. consuluit. & Ang. in d. l. ad peremptorium. faciunt quæ dixi in duobus præced. ver. ¶ Et ideo est, quia non datur secunda, nisi probato impedimẽto. ff. de fer. l. fi. inf. de testi. in causis. Et quod in talibus sufficiat vnica citatio, & habeat vim peremptorij, et si non exprimatur, probatur secundum Aegi. infra de test. c. in nomine Domini. & c. significauit. tenet Io. And. in d. c. consuluit. in prin. & in fi. apostillæ.

38 ¶ † Item nonò, omnis citatio est peremptoria illi, qui facit citari aduersarium: quia citatus ad eundem terminum est monitus à iure: ergo peremptoriè per ea, quæ dixi supra in hac quæstione. ver.1. ¶ Item, quia intelligitur facta monitio præsenti, facit auth. cessante. C. quomodo & quando iudex. & quia iste consensit termino, per legem, qui Romæ. §. Augerius. ff. de verb. oblig.

39 ¶ † Item decimò, vna sola monitio facta præsenti, habet vim peremptorij, vt l.2. C. quomo. & quando iud. & no. glo. in c. consuluit. de offi. deleg. & statim latius dicam in 7. q. prin. istius articuli.

40 ¶ † Item vndecimò regulariter in his, quæ leuis præiudicij sunt, vna citatio habet vim peremptorij, no. Ang. in d. l. ad peremptorium. ff. de iudi. faciunt quæ dixi in præcedentibus casibus, tetigi sup. in pręcedenti quæst. versi. vndecimò requiritur.

41 ¶ † Item duodecimò regulariter in omnibus causis, in quibus proceditur summariè de plano, sine strepitu & figura iudicij, sufficit una citatio absque peremptorio, vt in clem. sæpe. de verbo. signific. no. Ange. in d. l. ad peremptorium. dixi in c. quoniam. §. porro. in glo. super verbo, siue. supra, vt lite non contestata.

42 ¶ † Item decimotertiò, in cõdemnatione expensarum sufficit una citatio, secundum aliquos. Quinimo secundum alios, videtur posse fieri nulla præcedenti ad id citatione. sed tu dic, vt latius dixi in c. calumniam. inf. de pęn. in 9. princ. art. q.14.

43 ¶ † Item decimoquartò, ratione qualitatis personæ quandoque sufficit una citatio: & habetur pro peremptoria, etiam si tres citationes distinctę requirerentur: vt puta, si est citandus tyrannus, qui sit terribilis citanti, vt no. Ioan. And. in c. non minus. infra de immu. eccle. & Bal. in cap.1. de mili. vasal. qui contu. est. tetigi supra artic.24. & remisi. faciunt no. per Ioan. And. in verbo, constiterit. in c. pro humani. de homi. lib.6.

¶ Et vide quod dixi supra, vt li. non contest. in c. quoniam frequenter. in prin. in 4. prin. art. fallentia tertia. ver. Et aduerte, quia non solum.

44 ¶ † Item decimoquintò, si dantur articuli post conclusionem in causa, & citatur pars ad dicendum contra: quia ista citatio videtur fieri ad dicendum causam, quare non debeant admitti: & conclusio in causa reuocari: ideo ad discutiendum postea de articulis sint admittendi in se, prout sunt neces-

saria est alia citatio, secundum dominos de Rota, decis. 462.

45 ¶ † Item decimosextò in citatione partis, videlicet, quando promisisti te præsentare coram iudice ad omnem meam requisitionem, requiro te vt compareas cras: certè sufficit vna citatio, vt no. Bal. in l. fi. ff. de eo per quem factum erit. tradit Bal. in l. nam ita diuus. ff. de adopt.

46 ¶ † Item decimoseptimò, ad interrumpendam præscriptionem, quę scilicet sit apta interrumpi per citationem, sufficit vna: nec est necessarium, quòd sit peremptoria, no. Bal. in l. & post edictum. in fi. ff. de iudi. vbi dicit, quòd sufficit unica executorum iussio, per l. vt perfectius. C. de anna. excep. Sed de materia latius dicam in titu. de præscrip. in materia interruptionis præscriptionis.

47 ¶ † Item decimooctauò, ad intimandum sufficit vnica citatio. no. Bal. in l. 3. C. qui accu. non poss. q. 8. per l. 2. §. 1. ff. de libe. agnosc. dixi in c. prudentiam. supra de offi. delega. in 6. principali articulo, quæst. 4.

48 ¶ † Item decimononò, ad exhortandum sufficit vnica citatio, vt in clem. 1. iuncta glo. de hæret. traditur in cap. cum causa. de offi. deleg. no. Bal. in l. 3. C. qui accu. non poss. q. 8. dixi in d. c. prudentiam. in 6. art. q. 4. facit, quod dixi supra in q. præcedenti. vers. decimoquintò requiritur, & quod dicam in tribus versiculis seq.

49 ¶ † Item vigesimò, secundum aliquos in citatione collegæ. sed dic ut in præcedenti versiculo, decimoquintò requiritur.

50 ¶ † Item vigesimoprimò, vbi arbitri citant alium arbitrum, vt ueniat ad laudandum. non enim exigitur citatio peremptoria, vt tradit Bal. in l. ad peremptorium. ff. de iu. per no. per Ioan. And. in clem. 1. de hæret.

51 ¶ † Item vigesimosecundò, si citatur quis, si sua putauerit interesse: sufficit enim una citatio, per l. si ca. C. si mancip. fuerit alie. iuncta glo. & auth. si omnes. C. si vt se ab hære. absti. dixi in d. c. prudentiam. in 6. artic. q. 4.

52 ¶ † Item vigesimotertiò, in citatione seu qualibet interpellatione extraiudiciali: in qua vna citatio sufficit, & habet vim peremptorij, exemplum: requiruntur canonici, vt vadant, seu veniant ad eligendũ, non requiritur trina citatio, nec vna peremptoria, vt in c. cum nobis olim. supra de elect. & ibi per Inno. tradit Ang. in l. ad peremptorium. ff. de iudi. de quo tamen uide in l. qui Romæ. §. cohæredes. ff. de verb. oblig. & per glo. in c. cupientes. §. quod si per uiginti. in glo. super verbo, proposita. de elect. li. 6. Vnde unica videtur sufficere protestatio ad interrumpendam currentem temporis pręscriptionẽ. infra de appel. c. si iustus metus, & supra de offi. ord. c. pastoralis. C. de anna. præscri. in l. vt perfectius. & vnica debiti oblatio currentes impedit vsuras. C. de vsur. l. si pro te. & vnica solennis depositio, impedit illas, quæ iam currere cœperunt, vt l. acceptam. C. de vsu. ¶ Sed aduerte, quia in contrariũ facit, quoniam apostoli sunt instanter petendi. C. de libel. remiss. l. una. & palliũ & literæ dimissoriæ. 100. dist. c. prisca. 71. dist. c. episcopus. & quia quis debet esse solicitus. C. de temp. appel. in l. cum anterioribus. §. in his. quæ solicitudo non solum vnũ, sed plures actus videtur comprehendere: cum inquietudinẽ quandam & solertiam significet, vt in clem. 1. §. quia igitur. de iureiur. & Apostolus ad Romanos: solicitudine non pigri. Et Prouerbiorum sexto dicitur: Vade ad formicam piger, & considera vias eius. ¶ Et quòd non sufficiat vna interpellatio, sed requiratur multiplex, facit tex. in l. qui Romæ. §. cohæredes. ff. de verb. oblig. vbi tex. dicit sæpius. & in ea. l. §. Seia. vbi textus dicit, si non cessat. & ad idem tex. in l. si mandato Titij. §. ille. ff. mandati. & in l. Aemilius. in princ. ff. de mino. & in l. si conuenerit. ff. de pigno. actio. vbi textus expresè requirit, quòd fiat trina denunciatio debitori vt soluat, ad hoc, vt creditor, qui conuenit de pignore nõ distrahendo, possit illud distrahere. ¶ Sol. Dicendum est, quòd regulariter citatio seu interpellatio extraiudicialis nõ requiritur trina: sed sufficit unica. hoc tenet glo. in verbo, proposita. in d. c. cupientes. §. quod si per viginti. & ibi d. Do. post Doct. & glo. super verbo, instantia. in l. mora. ff. de vsu. & ibi per Bar. & tex. in l. Titia Seiæ. §. vsuras. ff. de leg. 2. & in l. 3. §. 1. ff. quod vi aut clam. & in l. cum procurator. §. 1. de ope. noui nun. faciunt etiam iura allegata supra in prin. istius versi. & tenet Pau. de Cast. & Moder. in d. l. si conuenerit. la 1. de pign. acti. dicit tamen glo. in d. §. quod si per viginti. quod utile est, quòd reiteretur protestatio vel interpellatio. & hoc ego semper consulerem, ad omnem tollendam dubitationem, & ad fortificandum magis ius ipsius protestantis.

¶ Non ob. l. qui Romæ. §. cohæredes. quia vt dicit Bar. ibi denotatur facti contingentia. ¶ Nec ob. §. Seia. quia ibi nulla præcesserat interpellatio: sed solum creditor fuit in mora: eo ipso, quòd cœpit litigare: vnde finito, litigio finita est mora. argu. d. §. vsuras. & ideo debitor debet offerre. ¶ Prædicta tamen regula fallit, vbi ius aliter disponit, prout est in casu d. l. si conuenerit. ff. de pigno. actio. secundum Barto. in d. §. Seia. & no. Bal. in l. de pupillo. §. si quis ipsi Prætori. & ibi Ioan. de Imo. ff. de ope. no. nunc. ¶ Et sic ex prædictis patet, quòd in protestationibus seu interpellationibus, sufficit una: nec est necessarium dicere, & peremptoriè: cum quælibet huiusmodi interpellatio sit perẽptoria: sicut diximus in dilationibus, quæ dantur ad probandum, vt dixi supra in versi. Item 7. & sequenti. tamen dicit Bart. in d. §. vsuras. & ex prædictis infert ibi Bart. ad quæstionem de facto, quòd si statutum dicit, quòd instantia pereat quinque mensibus: nisi per actorem non steterit, quòd si actor interpellauit semel iudicem, quòd proferret sententiam: satis est vt perpetuò videatur stare per iudicem, vt d. §. vsuras. ¶ Nec habet actor singulis diebus interpellare iudicem, facit l. malè agitur. C. de pręscrip. lon. temp. idem etiã tenet Bar. in l. mora. in prin. ff. de vsuris. ¶ Et prædictam opin. quòd regulariter in huiusmodi actibus extraiudicialibus nõ requiratur nisi vnica protestatio, vel interpellatio, tradit Bal. in d. l. 3. C. qui accu. non poss. q. 8. ¶ Nec obst. prædictis l. de pupillo. §. si quis ipsi Prætori. ff. de ope. no. nun. vbi exigitur duplex protestatio, quia vt dicit ibi Bar. in tertia oppo. quandoque quis protestatur, quod non stat per eũ: & hoc casu, si quidem stat per delictũ vel cõtrouersiam aduersarij: sufficit vna protestatio. Nec requirũtur plures, nisi prima fuerit remissa, vt d. §. vsuras.

&

& d.l.mora. in princip. & d.l.3.§.1.ff. quod vi aut clam. aut stat per casum vel dignitatē aduersarij, & sic sine delicto suo: & tunc, aut protestatio fit ad conseruandū ius protestantis,& sufficit semel fieri, vt C.de non nu.pec.in l.si intra.& C.de anna.exce. l.vt perfectius.aut quis protestatur id, per quod intendat aliquid iuris de nouo acquirere,& hoc casu, finito impedimento aduersarij, iterum debeo protestari, aliàs prima protestatio nihil operatur. casus est in d.§. si quis ipsi Prætori. ¶ Et per prædicta infert Bar.ibi, ꝙ si contra emptorem mouebatur lis, & ipse non potuerit protestari venditori,quia ignorabat vbi esset,quòd debet primo protestari, quòd per eum non stat quominus denunciet,& tamen si postea venditor reuertatur, tenetur denunciare, aliàs prima denunciatio nil valeret,& videtur ab illa recessum,quod est memoriæ commendandum, secundum Bar.in d.§.si quis ipsi.

53 ¶ †Et ex prædictis etiam infertur,ꝙ ad constituēdum hæredem in mora, & ad hoc vt post annum hæres non adimplens voluntatem defuncti, priuetur hæreditate,sufficit vnica monitio, ita no.glo.in Auth.de hæred.& fal.§.si quis autem non implens. quod tamen procedit, vt dixi in præcedenti lectione,quam legi in c.si hæredes.de testam.quò ad effectum, vt postea priuetur per lapsum anni. ¶ Sed si monitio deberet fieri ad finem & effectum, vt hæres non adimplens priuaretur,ēt ante lapsum anni, tunc requiritur bina monitio, vt in Auth.vt liceat matri & auię.§.si quis in sua.& in Authen.de Eccl. titulis.§.si autem.& in Auth.de sanct.Epis.§.presbyteros,& transumptiuè in auth.licet.C.de Episco.& clericis,traditur in authen.hoc amplius.C.de fideicommissis, & per quosdam modernos in lege, in quartam.ff.ad l. Falcidiam.

54 ¶ †Septimò principaliter quęro,qualiter,seu sub qua forma debeat fieri citatio peremptoria. ¶ Sol. Dic,quod potest fieri dupliciter, vno modo distinctè per debita temporis interualla,puta: Citatur A. quod intra 10. dies, quos iudex assignat sibi primo termino,debeat comparere,&c. Deinde finito tempore primæ citationis, facit secundam citationem cum simili interuallo,& demum eo finito citatur & tertio cum eo tempore,quo finito ille, ad cuius petitionem emanauit citatio, impetrat peremptoriū, vt l.ad peremptorium, cum duabus sequ.ff.de iud. Fit igitur tribus edictis distinctis.

¶ Et prima citatio vocatur conuentionalis.

¶ Secunda, monitoria.

¶ Tertia, peremptoria, vt supra dixi eod.ar.q.1.

¶ Secunda forma est peremptorij, quæ dicitur breuiloqua,seu compendiosa,in qua conglutinantur prædicti tres termini, & sic sub ea forma potest in prima citatione peremptorium transmitti quando causa suggerit,vt traditur 24.q.3.c.de illicita. & per gl.in c.1.infra eo.& per gl.5.q.2. in sum.& no. in c.reprehensibilis, infra de appel. & ibi D.M.no. Inn.in c.ad petitionem.inf. de accus.& per gl.4.q.5. c.1.& per Bal.in l.2. C.quomodo & qn̄ iudex.facit bonus tex. & quod ibi no. gl.super verbo, vna pro omnibus.in c.constitutionem.de sent.excom.lib.6. ex qua possumus colligere formam istius citationis, videlicet, Citamus te, vt infra 30. dierum spatium debeas comparere, quorum decem primi sint pro prima citatione,decem secundi pro secunda citatione, & decē tertij pro tertia & perēptoria citatione.

¶ Vel etiam si citaui sub illa forma, Citamus te vt compareas vsq; ad talem diem pro primo & secundo & tertio termino peremptorio, & illa conglutinatio maximè fit qn̄ citatio fit de longinquo, facit cap.veniens.infra de accusationi. & ibi dixi in verbo notabiliter,traditur per D.Ant. in c. consuluit, de offic.delega. & no. in cap. tum ex literis. de restitutio. in integrum. & per Cyn. in l. fina. C.de requirend.reis. tradit etiam Feder.consi.66. & Bal. in cap.1.de milite vasallo,qui contum.est.& Dominus Dominicus in c.ab eo.de appellatio.lib.6.tetigi in cap.qualiter.el secondo.infra de accusatio.artic. 14.quæst.90.dixi supra art.20.quæst.16. & hoc maximè procedit, si iudex dixit cum comminatione, scilicet,aliàs ex tunc procedemus, &c. vt no.glo.in clem.1.de exceptio.& statim subiiciam. Regulariter ergo peremptoria citatio dicitur, vel si est distincta tribus edictis, vel etiam vna pro omnibus, vt l. consentaneum.& in l.tres denunciationes.C.quomodo & quando iudex. & in dicto cap. de illicita. ibi dum textus loquitur alternatiuè, vel vno secundum Aegi.in Rubr.94.facit etiam in cap.inter cęteros.cum similibus. supra de rescriptis. ¶ Et hæc est veritas, quicquid quidam somniauerit, secundum Specul.in tit.de citatio.§.viso.versiculo, Item peremptorium potest bis. ¶ Et dicit ibi Ioan.And. in additio. quòd hoc de somnio putat dictum propter illos, qui dicunt peremptorium ante li.contestationem mitti non posse. de quo dixi supra eodem articulo, quæstione 6. versiculo 1. ibi, Sed contra prædicta opin.& ista est communis opinio, vt dicit Io.And. in d.versi.& idem voluerunt Ange.& Bal.in l.nonnunquam.ff.de iudicijs.

¶ Et aduerte: quia non solum per tres distinctas citationes fit citatio peremptoria, & tres citationes simul cōglutinatas,seu comminatas: sed etiam per vnam comminationem,secūdum aliquos.pro quo facit quod no.in cap.tum ex literis.in fine.supra de restitutione in integrum. & in c. cum dilecti. infra de dolo & contu. facit c. causam quæ. de rescriptis. sed gl. in d. c.causam. dicit, ꝙ semper poni debeat in termino verbum peremptorium,per iura prædicta, & tunc post terminum peremptorium iudex debet comminari. ff. de iu. in l. in peremptoria. & idem etiam videtur tenere ibi Compostle. Alij vero dicunt,ꝙ cum iudex peremptoriè citat, debet comminari,quòd si is,qui citatur non comparuerit,procedet in causa quantum de iure poterit & debebit, vt l.si apparitor. C. de cohorta. lib.12. dicit tamen Aegid.in Rubr.4.in princ. quòd hæc comminatio non est de substantia citationis peremptoriæ, per l. ad peremptorium.ff.de iud.& d.cap.tum ex literis, & cap.cum dilecti.& de maiori.& obe.cap.humilis. tenet Specu. in titulo de citatione.§. viso versicu. item iudex.& ver.sed iurare.& hanc opi.tenet Inn. & Dominus meus in c. causam quæ. de rescrip.vbi dicit,quòd non credit hanc clausulam comminatoriam habere vim peremptorij, sed potest post peremptorium,refert tamen alios tenere cōtrarium,& hanc contrariam sententiam tenendo primam opi. tenet Bal. qui simpliciter dicit, quòd si iudex facit citari aliquē dicat,alioquin procedetur ad cōdena-

toriam, ꝙ ista verba operantur citationem peremptoriam, per d.l. si apparitor. & idem tenet Ang. in repeti. l. hæc stipulatio. ff. si cui plus quam per l. fal. in 2. art. per no. in l. tres denunciationes. C. quomodo & quando iudex, & idem tenet Ang. in l. in peremptorio. ff. de iud. per illum tex. dicens, ꝙ hoc procedit quando fit comminatio de ferendo sententiam, & quòd tunc non est necesse quòd adijciatur verbum, vel peremptoriè, per gl. in d.l. si apparitor. secus si non comminaretur se laturum sententiam, sed comminaretur se processurũ ad vlteriora quantum ipse poterit, quia tunc non habet vim peremptorij, & idem tenet Bald. in d.l. ad peremptorium. ¶ Bar. verò in l. si finita, §. Iulia. ff. de dam. infe. facit differentiã, vtrum iudex dicat in comminatione, Alioquin procedemus contra te ad cognitionem & pronunciationem iustitia mediante, & nõ habet vim peremptoriæ comminationis. ¶ Sed si dixit, Citamus te vna citatione pro oĩbus, processuri ẽt vsq; ad sententiam, & tunc clarum est, ꝙ habet uim peremptorij, & idem tenet Host. in c. consuluit. sup. de offi. dele. & D. Ant. c. causam. de rescr. & Dom. de Rota decis. 237. ¶ Nec obst. l. in peremptorio. ff. de iud. vbi dicitur ꝙ in peremptorijs, iudex comminatẽ se processurum ad cognitionem & decisionẽ: quia respõdetur, ꝙ ibi non imponit necessitatem iudici vt apponat illam clausulam. apponitur enim ad cautelam, cum exprimitur peremptorium: quia peremptorium habet vim trinæ citationis. vel potest responderi, ꝙ tex. in d.l. in peremptorio. non dicit ꝙ illa causa debeat exprimi, sed potius declarat quid importet peremptorium. Nam dicendo peremptoriè, nil aliud importat, nisi comminationem parti factam de procedendo ad cognitionem & decisionem quantum de iure fieri poterit. Si ergo significatum importat peremptorium, debemus dicere ꝙ dicta verba explicitè prolata, quando iudex comminatur se processurum &c. habeât vim peremptorij: quia non interest, quid ex æquipollentibus fiat. c. licet ex quadã. de testi. & l. certum. ff. si cer. pe. secundum Dñm meum in c. causam quæ, de rescriptis. & ista practica & forma videtur mihi magis secura.

55 ¶ † Est etiã notandum circa prędicta, ꝙ monitio quam facit iudex præsenti, habet vim peremptorij: nec requirit aliam citationem, vt traditur per glo. & Doct. in c. consuluit. supra de offi. dele. & probatur in lege secunda, & ibi no. Bal. C. quomodo & quando iud. no. d. Dom. & Ioann. Andr. in c. si capituli. de concess. præben. lib. 6. & Innocẽ. in c. ad petitionem. infra de accu. Ange. in d.l. ad peremptorium. ff. de iud. Bal. in l. & post edictum. ff. de iud. & l. fi. ff. de ferijs. Dominus meus in c. 1. supra de mu. petit. & in c. Ecclesia. de constit. in gl. super verbo, nulla. & vide quòd dixi in c. graue. infra de præben. q. 30. ¶ Aduerte tamen, quia Bald. in d.l. 2. C. quomodo & quando iudex, dicit hoc procedere propter præsentiam iudicis & partis monitę apud acta. nam pręsentia & autoritas iudicis causat mandatum, & est maioris autoritatis, quod fit propriè, quàm quod fit per imaginem, & idem videtur si nuncius præsente iudice, & sibi hoc mandante citet partem præsentem apud acta. argu. ff. de verb. obl. in l. si procuratori præsenti. & subdit, quòd putat hoc verissimũ & notandum, nec ego memini alibi legisse. facit: quia qui non obtemperat iudici apud acta, est in maxima contumacia, & vbi maxima contumacia est, ibi & peremptoria, vt & subdit Bal. ibi in quadam apostillatione. ¶ Et no. quòd ubi ius simpliciter exigit monitionem, videtur sufficere vnica monitio, maximè si fiat in fauorem Ecclesiæ, vt in cap. nominis, infra de immun. Ecclesiæ, iunctis his, quæ ibi tractat Ioann. And.

56 ¶ † Insuper notandum est, ꝙ tres distinctæ citationes inducunt peremptorium, absq; eo, quòd in tertia adijciatur verbum, peremptoriè. no. gl. 5. q. 2. c. 1. & Inn. in c. ad petitionem. de accus. sed quando conglutinantur, videtur ꝙ addendum sit verbum, peremptoriè, per no. per gl. antepen. in c. constitutionem. de senten. excom. lib. 6. no. etiam Bald. in l. consentaneum. C. quomodo & quando iudex, per illum tex. dicens, quòd quando ponitur vnum edictum pro tribus, debet adijci aduerbium, peremptoriè. aliter talis summaria citatio non videtur habere vim peremptorij, vt ibi innuit tex. Subdit tamen Bald. ꝙ Bar. in l. si finita. §. Iulianus. ff. de dam. infec. videtur dicere, ꝙ idem si sit dictum, vno pro omnibus, vel vno pro tribus, sicut si diceretur peremptoriè, & finaliter potius Bal. videtur inclinare, ꝙ idem sit dicere, pro tribus, quòd peremptoriè, per nota. in l. tres denunciationes. C. quomodo & quando iud. & in l. contumacia. §. 1. ff. de regul. iur. ¶ Ego arbitror, quòd tutum sit ad fugiendum dubitationem propter opiniones, quòd apponatur verbum, peremptoriè. dicit tamen Bal. in l. tres denunciationes, quòd quando peremptorium exprimitur, vel vbi iudex comminatur, est verum peremptorium: sed quando non exprimitur, est peremptorium. ¶ Item est aduertendum, quòd licet supra dixerim, quòd sufficere videtur cõglutinatum, & breuiloquum peremptorium, sicut distinctum per tres distinctas dilationes & citationes, hoc procedit regulariter, sed tamen hæc regula fallit in pluribus casibus.

57 ¶ † Primò fallit, vbicunque agitur ad pœnam incurrendam, & ius exigit trinam monitionem. gl. est singularis in verbo, tertio moniti. in cle. 1. de vita & hon. cle. quam sequitur Ioann. de Imo. in l. si finita. §. Iulianus. ff. de dam. infec. & idem tenet Io. And. in c. ex tuæ. infra de cler. nõ resi. & vide quod ibi dixi. ¶ Et tenet etiam Ioann. And. in addit. Specu. super Rubrica de cler. non resi. & Dominus Antonius in cap. quoniam. §. porro. supra vt lite non contest. & in cap. 1. eodem, & vide Bar. ad prædicta in l. inter accusatorem. ff. de publ. iud. qui dicit quòd in causa criminali requiruntur tres citationes, de quo dixi art. 20. quæst. 25. Idem etiam tenet Dominus meus in c. fi. de vita & hone. cler. & Lauren. Zenze. Ioan. de Ligna. Zabar. & Ioa. de Imo. in d. clem. 1. de vita & hone. cler. licet Stephan. contra. & allegat Zenze. gl. in c. 1. de mili. vasal. qui contu. est. vbi etiam vide per Bal. tenet etiam Dominus meus in c. contingit, el 2. infra de sent. excom. Et vide quod dixi in cap. perpendimus. infra de senten. excomm. in 10. prin. articulo, quæst. 8.

¶ Secundò fallit, quando lex vel statutum requireret quòd quis sæpius citetur. hoc tenet Bar. in lege, si conuenerit. la 1. ff. de pigno. actio.

¶ Tertiò fallit, si statutum requireret peremptorium:

rium: quia tunc non sufficeret vna pro omnibus. vide quod not. glo. in clem. constitutionem. de sent. excom. lib. 6. & per Bal. in c. 1. quo tempo. mi. inuesti. & per no. in l. non sunt liberi. ff. de statu. ho. sed deberet seruari ad vnguē. sed tu vide ad hoc quod dixi supra in 20. princip. artic. quæst. 3. ¶ Postremò nota, quòd si circa mittendum peremptorium esset etiam data alia forma à statuto vel lege, videlicet quòd debeat præcedere aliqua citatio sub aliqua forma: illa etiam seruanda esset ad validitatem ipsius peremptorij. Ad quod uide quod dixi in d. 20. princip. artic. q. 3.

58 ¶ † Octauò principaliter quæro, quantum interuallum, seu quot dierum spatium debeat continere edictum peremptorium, seu citatio peremptoria.

¶ Sol. Iura maximè Canonica vario modo loquũtur. tex. enim, quinta quæst. secunda, cap. præsenti. vult, quòd primò dentur 7. dies. Secundò, alij 7. Tertiò, duo dies. Quartò, alij duo. Et vltimò adhuc vna dies. Et hoc quando fit citatio ex loco, vbi est iudex, vel ex loco vicino.

¶ Si verò fiet ex alia ciuitate vel loco, non tamen multum remoto: datur mensis ad veniendum: & si allegatur iustum impedimentum, datur secundus: & etiam ex causa, datur tertius mensis. 4. quæst. 5. cap. si quis. aliàs, quisquis. iuncto cap. si ægrotans. 5. quæst. 3. tradit Specu. in titu. de dilatione. §. nunc de interstitijs.

¶ Sed secundum leges aduertendum est, quòd olim secundum iura Digestorum per legem, ad peremptorium, iuncta l. per interuallum. ff. de iudi. disponebatur, quòd quodlibet interuallum non deberet esse minus decem dierum: quod videtur procedere quando peremptorium fit distinctè, si vero fiat breuiloque, seu compendiosè: etiam videtur, quòd debeat continere tantum terminum, quantum quodlibet trium edictorum per se poneretur, vt dicit glo. in c. 1. infra eodem. & glo. in l. nonnunquam. ff. de iudi. & glo. in c. constitutionem. de senten. excom. lib. 6. ¶ Et hoc olim procedebat de iure Digestorum in causa ciuili: sed in causa criminali videbantur sufficere tres dies pro qualibet citatione. nec hoc uidebatur absurdum, quia causæ criminales desiderant celeritatem. argu. ff. de adulterijs. l. in crimine. & de hoc videtur tex. in l. intra accusatorem. ff. de publ. iudi.

¶ Sed secundũ iura nouissima Authenticorum, quodlibet edictum debet continere 30. dies tantum, vt in auth. qui semel. C. quomodo & quando iudex. & in corpore vnde sumitur, in Authen. de litigiosis. §. omnem. & aliter facta non tenet. Nec citatus cogitur respondere si comparet. ¶ Et aduerte: quia glo. in d. auth. qui semel. dicit, quòd talis numerus, qui est statutus pro forma, non potest augeri nec minui, facit quod no. glo. in auth. assumitur. C. de litis contest. sed glo. in d. §. omnem. tenet contrarium, quòd posset augeri & minui tam de iure, quàm de consuetudine, de quo statim dicam.

¶ Et aduerte circa prædicta, quia lex, inter accusatorem, habet varios intellectus. ¶ Nam glo. ibi dicit, quod etiam ter in die potest fieri citatio, & dicit ibi Ang. quod hoc est bene notandum: quia non est alibi, pro quo allegat. l. ter enixa. ff. de verb. signi. & idem Ang. in l. nonnunquam. ff. de iudi. Sed Ioan. de Imo. in d. l. inter accusatorem. dicit, quòd talis intellectus non videtur esse æquus neque bonus: & maximè quando trina citatio fieret vno contextu, iuxta no. in l. 3. ff. de pign. actio.

¶ Sed Iac. de Are. d. l. inter accusatorem, dicit, ꝙ sensus illius tex. est, quod debeat ter citari: & quælibet citatio debeat habere terminum trium dierũ. & hanc opinionem sequitur ibi Bar. & sic tres citationes in criminalibus haberent vim peremptorij sicut in ciuilibus, secundum not. in d. l. tres denunciationes. vnde ex prædictis nunc insurgit dubitatio ex eo, quia vt supra dixi de iure Auth. videtur esse immutatum, vt requirãtur 30. dies. vtrum istos 30. dies debeat iudex seruare, etiã in criminalibus. Ioan. antiquus Glossator iuris ciuilis tenet, quòd sic. & idem glo. in l. qui crimine. C. qui accusa. non poss. & in l. si accusatoribus. C. de accusa. & idem tenet Bart. & ad hoc etiam allegat Spec. tex. in Auth. de exhiben. reis. §. 1. & C. de pę̃n. l. sic vendicari. & allegabat Azo. idem tenentem, argumento l. properandum. §. 1. C. de iudi. Illud tradit Spec. in titu. de citatione, in d. §. nunc de interstitijs. Nec obstat quòd legum correctio sit uitanda, vt l. præcipimus. C. de appellatio. quia respondeo, quòd hæc correctio est passiua, quæ fit ex vi regulæ antiquæ. l. absentem. §. 1. ff. de pę̃n. vbi dicitur, quòd in criminalibus proceditur secundum morem priuatorum iudiciorum. & ideo licita est hæc extensio & correctio, per nota. in l. si quis seruo. C. de furt. & in l. quod uero. ff. de legi. Sed aduerte, quia Bar. in d. l. qui crimine. dicit, quòd licet sibi placeat, quòd hodie debeant dari pro qualibet citatione 30. dies, etiam in criminalibus, vt dicunt prædictæ glo. non tamen placet sibi opinio Iac. de Are. quia in ciuilibus erat terminus 10. dierum, vt d. l. ad peremptorium. & d. l. per interuallum. nec hoc intelligitur alteratum in criminali, per d. l. inter accusatorem. sed quòd solummodo ibi narratur factum, prout ibi dixit Ioan. non autem quod fieri debuit.

¶ Sed dicit Ioan. de Imo. ibi, quod opinio Iac. de Are. videtur bona: quia aliàs derisorium esset dicere, quòd iureconsultus in illa l. secundum prædictam opinio. Barto. decideret casum, de quo nulla poterat esse dubitatio: vnde est verisimile, quòd aliquo casu poterat procedi ad sentẽtiam, secundum formam citationis prædictæ cum interuallo trium dierum, prout ibi videtur esse casus: maximè prout ibi habetur in textu dicto. ¶ Nec obstat, quod in ciuilibus secundum prædicta iura erat terminus 10. dierum pro qualibet citatione, vt dixi, non autem trium tantummodo: quia potest responderi, quòd aliud erat in criminali causa in qua instantia erat breuior, quàm in ciuili: quia durat solummodo per biennium, vt l. 1. & secunda, C. vt intra certum terminum, & in ciuili, per triennium, vt l. properandum. C. de iudic. dixi latius in cap. penul. supra de iudic.

¶ Et quia etiam in causis criminalibus plures dabantur dilationes: quia reo dabantur tres, & actori duo. in ciuilibus vero vna tantum concedebatur, vt l. fin. ff. de fer. & ideo illa iura Digestorum fortè voluerunt facere hanc differentiam inter causas criminales & ciuiles, vt minus spatium esset in criminali, quàm ciuili concedendum.

¶ Item aduerte, quòd presuppofita opinio. Iaco. de Are. quam etiam fequitur Bartol. non videtur quod hodie fit facta mutatio in criminalibus, quo ad numerum 30. dierū, per dictam auth. qui femel. & in corpore vnde fumitur, quia regula l. abfentē. §. 1. non habebat locum in numero dierū ipfarum citationum.

59 ¶ † Et ideo, cum fimus in correctiuis, non debet fieri extenfio, & iftud dicit Ioan. de Imo. quod credit effe verum: fed quia communis opinio Glo. & Doct. eft in contrarium, illa feruaretur in practica. ¶ Infuper etiam aduertendum eft, quod Spec. in d. §. nunc de interftitijs. in tit. de citatione, dicit, quòd quicquid dicatur in canonibus & legibus fuperius allegatis de iftis interftitijs & numero dierū, & quātitate dilationum: tamen generalis Ecclefiæ & caufarum confuetudo: tam in criminalibus, quam in ciuilibus non feruat iura prædicta: quia omnes induciæ à iure ftatutæ funt arbitrariæ: non quod iudex pofsit eas denegare: fed confideratis locorū diftantijs, & perfonarū, temporis, viarum, & negotij qualitatibus, poteft iuxta arbitrium fuum, cum viderit hoc expedire, illas moderare & prorogare, vt infra de re iudi. c. quod ad confultationem, & infra de appell. c. perfonas. & c. cum fit Romana. & c. oblatæ. 3. q. 2. c. fi epifcopus, & q. 3. c. de inducijs. ff. de iudi. in l. nonnunquam, & fupra de reftit. in integ. in c. cum ex literis. in fi. ¶ Ad quod vide quod latius dicam in c. 2. inf. eo. art. 10. Et eft tex. in terminis noftris. 5. q. 3. c. fi ægrotans. vbi dicit intra fpatium duorum vel trium menfium, vel eo amplius, vt caufa dictabit, tenet Spe. in d. §. de interftitijs. Sed tu vide tex. magis apertum in citatione peremptoria, in d. l. non nunquam. ff. de iudi. vbi tex. dicit, hoc autem æftimare oportet eum, qui ius dicit: quafi cōditionem caufæ vel perfonæ vel temporis, & ita ordinem edictorum, vel compendium moderari, & idem tenet Archi. poft Bar. Brixien. 5. q. 2. in c. præfenti. vbi dicit quòd quicquid de citatione dicatur ibi, & in c. 1. ead. caufa, & quæft. hodie induciæ citatoriæ arbitrio iudicis relinquuntur, per d. c. fi ægrotans. & per no. in c. dilectus. fupra de procur. ifta etiam fuit opi. Glo. in Auth. de litigio. §. omnem. & Inno. & Ioan. And. in cap. præterea. infra eod. Bal. in l. confentaneum. C. quomodo & quando iudex. & in d. l. nonnunquam. vbi dicit, quòd quotidie feruatur, quòd in vna dilatione dantur tres dies, quorum vnus pro primo, fecundus pro fecundo, & tertius pro tertio termino peremptorio, & Ang. etiam ibi dicit de fex diebus. & plus dicit ibi Ang. quod quādo fit vnūm edictum pro omnibus, non neceffarium, quòd habeat tempora omnium edictorum: imo caufa fuadente ita poffunt alterari in vno termino ficut in tribus: & maximè fecundum locorum confuetudinem, vt eft Boñ. vt dicit glo. Inftit. de verb. oblig. §. iudicis. Apparet igitur ex prædictis, quòd hoc tempus eft arbitrarium, ad quod etiam vide quæ latius dicam, infra in materia dilationis. ¶ Sed tamen talem moderationem & prorogationem non debet facere, nifi ex caufa, vt dicit Glo. in c. 1. infra eod. & debet exprimere caufam moderationis in citatione, vt pars non habeat materiam appellandi, vt ibi. ¶ Quod procedit, fecundum Domi. meum, vbi de confuetudine feruantur dilationes iuris, nam tunc non debet fine caufa ab illis recedere: & fi recederet, effet iufta caufa appellandi, ex quo non appareret de caufa receffus, per not. per Innoc. in c. 2. infra eo. fed vbi de confue. fori non feruarentur dictæ dilationes, fed arbitrio iudicis communiter præfigerentur: tunc non oporteret exprimere caufam moderationis. ¶ Et vide Innoc. in c. ad petitionem. de accufa. qui dicit, quòd iudex prudenter facit fi inferit iuftam caufam moderationis: & quod cautius etiā agit, fi fuper moderatione interloquitur, licet alia pars fit abfens: quæ tamen ad hoc eft citanda, vt fic non pofsit vlterius de tali moderatione querelari, etiam fi fit contra ius litigatorum. arg. cap. quod ad confultationem. infra de re iudi.

¶ Si verò non inferatur caufa moderationis, aut nulla erit fententia, fecundum quofdam, vel ad minus iuftè poterit appellari, fi nulla caufa moderationis fubeft, & fequitur Dominus meus in cap. 1. infra eodem. fed Hug. Bart. latius ibi diftinguit, quòd aut caufa moderationis feu afsignationis exprimitur, aut non. primo cafu, aut eft rationabilis, aut non. fi rationabilis, aut vera, aut falfa. fi vera, aut iudex iuftè ad arbitrium boni viri & difcreti iudicis moderauit peremptorium, afsignando competentem dilationem: & tunc non eft caufa fufficiens ad appellandum, cum iudex ex caufa pofsit moderare peremptorium, vt dictum eft: aut malè moderatus eft, & tūc fufficiens eft caufa ad appellandum, vt d. l. 1. infra eodem: fi caufa moderationis eft falfa, tunc poteft appellari: & fimiliter etiam poteft appellari fi caufa afsignationis non eft rationabilis. aut caufa afsignationis feu abbreuiationis non exprimitur, & non poteft appellari, ut diftinguit Hug. poft Inno. & Hofti.

¶ Sed hoc vltimum membrum non videtur mihi verum: quia ftant ifta fimul, quòd caufa non exprimatur, & tamen non fubfit: propterea iniufta eft moderatio: & ideo poteft appellari, facit quod tradit Innoc. in cap. ad petitionem. infra de accufatio. vbi dicit, quòd cum prædictæ dilationes fint à iure determinatæ, fi iudex eas moderatur, & pars appellat: tenebitur appellatus probare iuftam affuiffe caufam moderationis.

¶ Sed vbi dilationes effent arbitrariæ, præfumitur iufta moderatio: nifi probetur contrarium, fecundum Innoc. & fequitur Dominus meus in c. 1. infra eodem, quod eft notandum. Quare cum hodie de communi confuetudine & ftylo, dilationes iuris nō feruentur, fed arbitrio iudicis præfigantur: fequitur, quòd appellans tenebitur probare iniuftitiam moderationis. & dic, quòd poterit hoc probare allegando longam abfentiam, feu diftantiam viarum, vel qualitatem caufæ, vt quia fit ardua, & habuerit modicum tempus ad deliberandum: fic de fimilibus. fed pars aduerfa volens probare inftantiā moderationis, probabit feu allegabit paruitatē caufæ, vel quia res erat tempore peritura, vel aliam fimilem caufam, ex quibus omnibus iudex ad quem poterit arbitrari, vtrum ille iudex habuerit, vel non habuerit iuftam moderationis caufam. arg. c. 1. infra eodem. & prædicta funt bene notanda, fecundum Dom. meum, quia quotidie funt in practica.

¶ Et ad prædicta videbis omnino, quæ latius dicam in tit. de dila. vbi magis latius tractabo, quia ibi melius

melius conuenit. ¶ Et prædicta procedunt in citationibus & peremptorio iudiciali.

¶ Quid autem in denunciationibus, seu interpellationibus extraiudicialibus, an in casibus, in quib. plures requiruntur, de quo dixi sup. eo. art. q. 6. ver. Item 23. an possint fieri eodem instanti: puta dicendo, solue, solue, solue, vel quid simile. Gl. in l. si conuenerit. la prima. ff. de pig. act. tenet quòd non. & bene dicit, secundum Bar. quia non uidetur sæpius denunciare, sed sepius loqui. arg. l. Meuius. §. cum, qui. ff. de leg. 2. ¶ Quòd autem dies in hoc casu debeat esse inter vnam & aliam interpellationem. dicit Gl. ibi, quòd ad minus vna dies, & sic in tribus diebus poterit fieri. arg. l. inter accusatorem. ff. de publ. iud. & sequitur Bart. in d. l. si conuenerit. vbi dicit hoc esse menti tenendum.

60 ¶ † Nonò principaliter quæro: quoties possit mitti peremptorium, & an reiterari, vel post ipsum completum aliqua citatio fieri. ¶ Sol. Text. in l. & post edictum. ff. de iudic. uidetur uelle, quod iudex debet post peremptorium mittere vnum edictum. Spec. verò in ti. de cita. §. viso. versi. Item peremptorium. dicit, quòd peremptorium potest mitti ter, & quater ad malitiam conuincendam, vel de gratia si iudici uisum fuerit expedire, non tamen cogitur, vt infra de dolo & contum. c. prout, & c. cum olim, & in d. l. & post edictum, & l. nonnunquam. ff. de iudi. & inc. consuluit. supra de offi. delega. & licet tex. in d. l. & post edictum, loquatur per verbum deber, non tamen importat necessitatem, sed facultatem, & potentiam, vt ibi dicitur, & no. Glo. 24. q. 3. c. de illicita. vnde iudex non necessitatur, sed potest facere gratiam, si vult, vt d. c. consuluit. & dicit Glo. in d. l. & post edictum, quòd iudex potest & quartam quintam citationem reiterare, subdens quod etiam quarta non est necessaria, sed solum procedit ex vrbanitate & benignitate, considerato quòd tres citationes habeant vim peremptorij, vt in l. tres denunciationes. C. quomodo & quando iudex. & dixi supra eod. art. q. 7. & hoc tenent Ang. & Bal. & Doct. in d. l. & post edictum. vbi Bal. dicit, quod iudex, secundum quod dicunt Canonistæ, potest expectare contumacem, si vult, & non cõfestim fulminare sententiam. facit Insti. de verbo. obl. §. in diem. & tenet Innocen. in cap. ad petitionem. de accus. & eo ipso, quod iudex distulit, uidetur ex sua benignitate id facere, & valet sententia postea lata in termino expectationis.

¶ Et hanc quæstionem dicit Bald. sic habuisse de facto. quod tamen intellige, si in die sequenti pronunciauit, vt in d. cap. consuluit, & ibi dixi, secus si ad vlteriorem diem distulisset, vt ibi dixi, & vide quod statim dixi in 11. quæst. in secundo effectu. ¶ Et prædicta procedunt, si modo iudex, qui fecit citari peremptoriè, agat in officio, sed si iudex factis quibusdam citationibus moritur uel impeditur: licèt successor non teneatur illas reiterare, sed posset computare in numero dilationis: tamen si prius verum numerum compleuerit, secundus iterum potest & debet unum edictum proponere. ff. de iudic. in l. & post edictum, & ibi no. tenet Spec. in ti. de citationi. §. sequitur, versic. item nota, quòd si iudex. & fuit no. Hostien. cap. licet. de accusatio. tenet Archidiaconus 24. quæstio. 4. cap. de illicita. & in 3. quæstio. 9. in cap. caueant. per prædictam l. & post edictum, & leg. Neratius. ff. de re iudica. & quod dixi post Dominum meum, in d. cap. licet, infra de accusationi.

¶ Quid autem si post factas tales citationes iudex qui iudicaturus erat: alteri delegauit, vtrum sit necessaria noua citatio, vide quod dixi articulo. 7. versicu. duodecimo procedit. ¶ Item prædicta procedunt, quando iudex vigore citationis peremptoriæ absque alia citatione uellet procedere ad pœnam contumaciæ, respicientem ipsum processum in quo est commissa contumacia, vt puta, dare possessionem ex primo vel secundo decreto, vel proferre sententiam, & tunc non requiritur post peremptorium alia noua citatio de necessitate: licet de benignitate fieri possit, vt dixi, & sic procedat dictum Barto. in l. si finita. §. Iulianus. ff. de damno infecto. & in l. consentaneum. C. quomodo & quando iudex. vbi dicit, quod si iudex citat partem peremptoriè, vel tribus edictis, seu vnica citatione cũ comminatione procedendi ad vlteriora, non requiritur noua citatio, quo minus posset procedere ad missionem in possessionem, &c. Aut quærimus de pœna contumaciæ, quæ venit imponenda extrinsecus, & non respicit ipsum processum, puta mulctare & condemnare in pœna pecuniaria, vel remouere ab aliquo officio, vel quid simile, & tunc etiam post peremptoriũ requiritur alia citatio ad fin. condemnandi, vt l. desertorem, & ibi per Barto. ff. de re mili. & sequitur Domi. meus in c. 1. supra de iud. pro quo allegat quod no. in l. aut qui aliter. ff. quod ui aut clam, & quod in simili not. Innocen. in dicto cap. consuluit. de offic. delega. Nec mirum: quia aduersus condemnationem posset citato competere aliqua defensio, & hoc casu procedit quod Bart. in l. 2. ff. si quis ius dic. non obtemp. vbi dicit, quod ad mulctam imponendam requiritur alia citatio post peremptorium.

61 ¶ † Decimò quæro principaliter, vtrum in casibus, in quibus requiritur peremptorium, si omittatur, & pars non opponeret, valeat actus. ¶ Sol. Gl. in cap. cum causa, de offic. delega. dicit, quòd licet fiat citatio absque peremptorio: tamen tenet processus: ex quo citatus comparet, & hoc no. glo. 24. quæstio. 3. c. de illicita. & Io. An. in additio. Specu. in titu. de senten. §. vt autem. ver. & nota in maiori additione. vbi dicit quod Guido de Suza. in sum. in titu. de sententijs, dicit quòd præsentia sine expresso consensu vel dissensu sufficit: licet non emanauerit peremptorium, quod fiebat ad præsentiam habendam vel absentis malitiam conuincendam. induci iura de tacito consensu, sed sufficiat regula, qui tacite. de regu. iur. lib. 6. facit quod no. Specu. in titu. de lib. concept. §. sequitur, ad finem. ¶ Subdit tamen Ioan. And. quòd ad dubium tollendum iam seruari fecit, quòd iudex citari fecit partes, licet præsentes, peremptorie ad sententiam audiendam. ¶ Et ad prædicta vide, quæ latius dixi supra in 5. princ. artic. q. 16.

¶ Vndecimò principaliter quæro de effectibus peremptorij. ¶ Sol. Dic, quòd habet plures effectus.

62 ¶ † Primus est inductiuus, vt per illum possit peruenire ad ea, quę sunt grauis preiudicij & ad sententiam

tiam & ad alios actus, ad quos non potest perueniri non præcedente peremptorio. de quibus dictum fuit supra eodem artic. q. 6. facit etiam quod dicam in sequenti effectu.

63 ¶ †Secundus effectus est aperitionis. nam si talis causa in qua non obstante contumacia ipsius peremptoriè citati, possit procedi contra eum, tunc peremptoria citatio aperit potestatem procedendi, etiam absente parte, quæ in sui præiudicium habetur pro præsente, vt in authen. qua in prouincia. C. vbi de crimi. agi oportet. tenet Bald. in l. tres denunciationes, C. quomodo & quando iud. dixi supra, q. 1. huius art.

¶ Aduerte tamen: quia licet in die peremptorij possit iudex (si velit) procedere ad id, super quo absens citatus erat, nulla alia citatione vel expectatione facta, tamen æquitate suadente debet in diem alteram expectare & iterū citare si eius iurisdictio duret. quæ æquitas seruari deberet a quolibet probo viro, vt dicit Egi. rub. 96. & probatur infra, de dolo & contu. c. cum dilecti. in ver. expectantibus igitur. & 45. dist. c. licet. supra, de off. dele. c. consuluit. & in l. & post edictum. ff. de iu. Si verò expiret, expectet vsque ad horam congruam, ita quòd ante noctis tenebras possit perficere, quod incumbit, vt ibi no. Host. ver. in sum. in ti. de contumacia, dicit, quòd post peremptorium non tenetur citare absentem, & supra tetigi in nona quæstione. Specu. verò dicit, quòd si citatus ad certum & specialem articulum, puta, ad videndum iurare testes, & huiusmodi non venerit, nihilominus ad publicationem attestationum, & ad sententiam, & ad alios articulos, est iterum citandus, vt infra, de test. cap. cum olim. & d. c. consuluit. ibi, perficere quod incumbit, & de re iud. cap. cum olim. secus secundum quosdam, si non fuerit citatus ad certum articulum solum: sed ad vnum articulum & generaliter ad procedēdum in causa: quia tunc ad omnia, & etiam ad sententiam potest procedi ipso post peremptorium semel contumace absque citatione, per l. properandum. C. de iud. & infra, de dolo & contu. c. fi. dumtamen iudex in peremptorio fuerit comminatus se cogniturum & pronunciaturum illius contumacia non obstante, vt d. l. & post edictum. de quo etiam per Inno. & Io. And. in d. c. consuluit. & per Io. And. in c. eum, qui. de dolo & contu. lib. 6.

¶ Dicit tamen Io. And. quòd hoc ita simpliciter intellectum, nimis sonat in absurdum: quia summa esset iniquitas, si iudices sic citando, vt dictum est, ex vnica tantum contumacia ipsis partibus tam graue præiudicium & dispendium inferrent, vt sic principale simul cum appellationis remedio illis deperiret. Nam secundum hoc, contumacia in non veniendo, quæ faceret valere sententiam, pariter tolleret beneficium appellandi, procedunt igitur prædicta in casu dicti cap. fi. de dolo & contu. quando iudicium agitatur in loco remoto a diœcesi citati, puta in curia si ibi sit citatio hominis peremptoria: vel etiam si fieret citatio iuris, vt in cap. 1. & in c. cupientes. de elect. lib. 6. & quod no. in cap. quamuis. de offi. ord lib. 6. nam hoc casu, quia difficillimum esset citationes reiterare, pro singulis actibus potest fieri citatio specialiter ad certos actus, & etiam ad totam causam, vt dixi supra, art. 20. q. 16. & tunc locus erit opi. prædictę, vt ad examinationem causæ & ipsius diffinitionem procedatur. ¶ Si verò veniat pars vel procurator ad singulos actus citabuntur, etiam si in vno fuisset contumax. Et vide quod circa hoc tradit Io. And. in add. Specu. ibi §. viso. ver. item licet in die. ¶ Sed tu dic, ut aliter & aliter. & latius dixi supra, in 20. art. princ. in 16. q. principali, diuidendo materiam in quatuor quæstiones, & maximè in 2. & 3. q.

¶ Et aduerte: quia eo casu, quo iudex post peremptorium posset procedere ad sententiam, uel ad similem actum ad quem quis peremptorie citatus est, licet de benignitate posset iudex, si velit, expectare in diem sequentem, tamen pro illo actu met expediendo in die sequenti, non videtur necessaria noua citatio rei vel actoris, quando iudex hora statuta ad illum actum sedisset, vt dixi in d. c. consuluit. de off. deleg. ¶ Respectu enim comparentis, si dicit se velle expectare in diem sequentem, alia citatio non est necessaria, nec etiam respectu absentis, quoniam ipse scit, vel scire debet, quòd vel ipsa die citationis ferenda est sententia, vel saltem sequenti. vnde si non comparuit illa die, saltem de sequenti deberet comparere.

64 ¶ †Tertius principalis effectus est extinctiuus & perimitiuus. Extinguit enim & perimit disceptationem, 24. q. 3. c. de illicita. ad quod vide, quod dixi supra, eo. art. q. 1. adeò, quòd si citatus non comparet, & comminatio sit facta de non audiendo postea talem peremptoriè citatum, non auditur postea, siue loquamur in ciuili, secundum ea quæ traduntur in l. diffamari. C. de inge. ma. quæ lex habet locum etiam in causa ciuili, vt no. glo. in l. sed & si Prętorem. §. sed & si dum decreto. ff. ex qui. cau. ma. licet gl. videatur sentire cōtrarium in l. Papinianus. §. 1. ff. de inoff. test. Ad quod vide quod dixi in c. 1. de collu. deteg. in primo membro, post gl. fi. siue etiam loquamur in causa criminali, vt l. Titia. ff. de accu. Et siue causa sit prophana, vt dictis iuribus, siue spirituali, in capitu. fi. de elect. lib. 6. dummodo sit talis in qua sententia transire possit in rem iudicatam, vt dictis iuribus. aliàs secus, secundum ea, quæ no. de matrimonio carnali: in quo sententia lata non transit in rem iudicatam, vt in c. lator. & c. consanguinei. infra, de re iud. quod tamen qualiter intelligatur, & quando, & ad quos referatur talis peremptoria exclusio. dicendum est, ut latius traditur per Doct. in c. cum in tua. Sed in spirituali sententia transit in rem iudicatam, ut no. Io. And. post Inno. in c. cum olim. super uerbo, canonici. ante finem. infra, de dolo & contum. & in d. c. fi. de elect. lib. 6. vbi etiam dicit Ioan. And. in regula, mora. de regu. iu. lib. 6. in mercu. quod peremptorium illius c. fi. extinguit, seu perimit ius opponendi post illud. aliàs frustra peremptoria uocaretur, ex quo viam opponendi non præcluderet, & sic nil perimeret, ut dixi supra, quæst. 1. Sicut enim ille, qui post accusationem inchoatam desistit, non auditur repetens reum, ut in c. licet. infra, de accu. & in l. qui destitit. ff. ad Turpil. & C. eo. l. quamuis. & similiter, qui a princ. negat se uelle accusare, ut l. si maritus. §. si legauerit. ff. de adul. ita etiam nō ueniens intra terminum per iudicem statutum, uidetur negare se uelle accusare. C. qui accus. non poss. in l. si eo. facit quod

no. ff.

no.ff.de neg.gest.in l.si ego.in fi.pen.gl.& sic sequitur, q post terminum non debet audiri. facit, ff.ad Turpil.in l.ab accusatione.§.destitisse. Et maximè hoc procedit in his, in quib. obiectus, seu oppositio, statum & famã hominis deturpat, seu infamat: in quibus lapsus temporis per iudicẽ statuti præcludit viã accusanti, vt l.diffamari.C.de inge.ma.& nõ solum in his: sed etiam in illis, quæ ius & interesse proprium concernunt: talis ipsius termini peremptorij præcludit viam agendi, vt dictis iuribus.facit l.4. ff.de bon. autho. iudi.pos. ¶ Nec ob.l.mancipiorum. ff.de op. lega. vbi post terminum datum à iudice re integra potest optare: quia potest responderi, quòd ibi non fuit præfixus, nec expressus terminus peremptorius, sic dicitur in cap.fin. de electio. lib.6.

¶ Et eodem modo potest responderi ad c.si tibi absenti, de præben.& dig.lib.6. vbi post terminum datum à iudice, re integra licet consentire. ¶ Vel potest responderi ad vtrunque contrarium, quod in vtroque casu, qui neglexerat optando, postea vel consentiendo veniebat ad ius suũ vel sibi debitum, sed in terminis c.si. opponens non ad rem familiarem, sed ad alterius læsionem, vel repulsionem intẽdebat, & hæc sunt valde disparia.ar.l.sepulchri violati.in fi.ff.de sepul.vio. ¶ Nec ob.quod no.in cap. cum in tua.in glos.fin.qui ma. accu. pos. quia illud procedit in matrimonio carnali, in quo etiam sententia non transit in rem iudicatam, vt supra dixi. Item potest dici, quòd ibi non emanauit peremptorium, sed simplex bannum duntaxat. Quidã etiam dicũt, q prius dicta procedunt in peremptorio assignato certæ personæ: secus est in generali edicto, de quo in d.c.cum in tua. Sed communiter reperitur per no. in l.si eo tempore. C.de remis.pig. & in auth.si omnes.C.si vt se ab hæredi.absti. & in l.fi.ff. vbi pupil.edu.debet.& ff.quib.ex cau.in poss.eatur. in l.ergo, & in l.hoc autem.§.1.& quod ibi nota.facit etiam: quia d.c.fi.de elect.lib.6.æquiparat peremptorium generale & speciale, vt tantum ualeat generale quo ad genus suum, quãtum speciale quo ad speciem suam. facit quod no.glo.in c.2.supra de offi.ord.& vide quod dixi supra, art.22.quæst.6. & artic.23.q.11.¶ Aduerte tamen: quia quod dixi circa intellectum cap.fi. procedit in illo, qui post peremptorium se opponeret electo, ne confirmetur: quia repellitur, vt diximus, saluo tamen iudicis officio, vt ibi no.sed post confirmationem nõ auditur, etiam si vellet prosequi suum interesse: puta, contemptum, vel ius quod prætendebat in beneficio, ad quod facta est confirmatio: quamuis agens de nullitate possit audiri secundum ea, quæ tractat Io. Andr.in regula, mora. de regu.iur. lib.6. in mercu.

¶ Et prædicta ponit Io.An.singulariter in additio. Specu.in titu. de cita. §. viso. in princ. & pro prædictis facit: quia non parens peremptorio, videtur iudicẽ contemnere, & pœna contemnentis est, vt Prętor possit illi suam iurisdictionem denegare. ff. ex qui.cau.ma.in l.sed si per Prætorem.§.sed & si dum decreto.& quod ibi no.in prima glo.facit de appel. in c.cum parati, secundum Io.An.in d.addi.de quo dicam latius in tit.de dolo & contu. faciunt etiam, quæ dixi supra eo.articu.q.1. quæ sunt coniungenda cum his dictis. ¶ Et prædicta longè fortius & sine dubitatione procedunt in termino peremptorio præfixo à lege vel statuto: post quẽ terminum non debet audiri, nisi probato iusto impedimento. C.de adul. in l.ob commissa. & ff.de dec. ab or. fac. l.fin.no. Inno.& post eum Dom.meus in dicto cap.cum in tua. & Iaco. de Are. in l.facta. §.si quis bonorum. ff.ad Trebel.& Bald. in d.l.diffamari.C. de inge. ma.

¶ Sed in termino quamuis peremptorio pręfixo ab homine, videtur distinguendum, quòd aut post peremptorium secuta est sententia silentij impositiua, & non debet amplius audiri: etiam re integra, nisi per appel. vt in l.Titia, & quod ibi no. ff.de accus.& in d.l.diffamari, & in c.conquerente, & quod ibi no.de offi.ordi.secundum Innoc.Ioan.An.Do. Anto.& Dom.meum in d.c.cum in tua. & Bald.in d.l.diffamari. aut non est sequuta sententia silentij impositiua, & tũc aut res est integra, & videtur posse audiri: aut non est integra, & tunc secus secundum Do.in d.c.cum in tua.

¶ Sed aduerte, quia excepto casu d.cap.cum in tua.quando, scilicet, sententia non transiret in rem iudicatam, vt supra dixi, quo casu comminatio nõ operaretur, saltem re integra, vt tenet Dom.Anto. in d.c. cum in tua.in alijs casibus, quando opponeretur terminus peremptorius cum comminatione, quòd postea non audietur. Arbitror, quod talis postea non audietur: licet nulla esset lata sententia silentij impositiua, & hoc etiam voluit Bal.in l.obseruare.§.proficisci. ff.de offic.procons. & lega. in 3.q. vbi dicit, quòd si tale tempus apponitur iuri proponendo, quod elapso illo tempore proponi non potest per l.scire oportet.§.consequens. ff.de excus.tu. & si statutum determinat certum tempus ad querelandum contra syndicandos, querela postea proposita, est ipso iure nulla: hoc est, non debet admitti, & ibi etiam vide per Bal in 4.q. utrũ post illud tempus ille, qui stetit in syndicatu, possit conueniri in patria, seu proprio domicilio, nõ obstante illo temporis lapsu: super quo ego bis consului vnum consilium quod incipit, Dom.Mastinus de Burgo, & aliud incipit, Do.Vrbanus de Luca, & vide Bar. in l.dare.ff.ad leg.Iul.repe.& Do.meum post Cal.in c. pe. de iud. quasi in fi.

65 ¶ † Et aduerte: quia terminus peremptorius iuris, qualis est cap.cupientes.de electio.lib.6.est præiudicatiuus non solùm in casu prin.sed etiam in casu appel.quia cum sit sententia iuris, potest ab ea appellari, vt l.si qua pœna.ff.de verbo.signif.facit sup. de elect.c.ne pro defectu. nam cum leges instituuntur: tunc contradicendum est, cum autem fuerint editæ, illis est obediendum.4.dist.§.in istis. & §.seq. Sed si loquimur in termino hominis, licet sit peremptorius quo ad causam principalem: nõ tamen ob. in causa appellationis: vnde non obstante tali termino peremptorio in causa principali, in causa appel.non oppositum, opponere potero, & oppositum non probatum probare potero. C.de tempo. appel.in l.per hanc, & infra de fi.instrum. cap.cum Ioan. talis enim terminus obstat solummodo in ea instantia iudicij, in qua assignatus est, & nõ in alia, vt d.l.per hanc. quia talis terminus non est interlocutoria, sed potius quædam comminatio ad illam tamen instantiam se extendens. ff.de iudic. in l.in perem-

peremptorio, secundum Arch. 24. quæst. 3. c. de illicita. ¶ Sed tu quo ad hoc ultimum dictum Arch. vide quod in contrarium dixi supra eod. artic. q. 8. vbi dixi, quod est quædam interlocutoria, à qua potest appellari, vt in c. 1. inf. eo. & si non fuerit appellatum, transit in rem iudi. & vide quod dixi, supra eo. artic. q. 1.

¶ Sed potest concordari, quòd ipsa termini statuitio est quædã interlocutoria respectu eius, quod in se continet, & ita procedat, quod statim dixi, sed respectu eius, quod est futurum ad exclusionẽ propter lapsum tẽporis, est quædam comminatio quo ad illam instantiam, & ita procedat dictum Archi. quæ etiam comminatio potest dici interlocutoria: sed non extendit uires ad instantiam causæ appellationis, vt dixi.

¶ Et ad prædicta vide omnino quæ dixi in c. fin. de dilatio. art. 22. q. 3.

66 ¶ † Quartus principalis effectus est contumaciæ inductiuus, in quantum taliter citatus non comparet, adeo vt sine peremptorio non videatur quis censendus contumax, secundum Egid. rubrica 94. quod intelligit Vin. esse verum, ante litis ingressum, ar. d. c. de illicita. 24. quæst. 3. & c. consuluit, sup. de offi. delega. ad quod vide quod dixi supra eod. arti. q. 6. in prin. & in ver. Item 6. in medijs causis, & talis contumacia uidetur vera etiam si solummodo non venerit: quamuis dixerit se nolle venire, & ideo talis contumax non auditur appellans, vt in l. & post edictum. §. sciendum. ff. de iudi. Sed si non esset verus contumax, audiretur appellans, vt traditur in c. 2. de dolo & contuma. lib. 6. & in Clem. 1. de dolo & contum. ¶ Sed tu aduerte, quia tex. in d. §. sciendum. expresse sentit, quòd ista consequentia nõ est necessaria: neque concludens fuit citatus peremptoriè, & non comparuit: ergo est verus cõtumax: ita vt non audiatur appellans, vt patet ex illo tex. dum dicit, Si modo vere per contumaciam defuit, si minus auditur.

¶ Vnde tu de hac materia, quis dicatur verus, & quis manifestus, & quis præsumptus, apparẽter, vel existenter, aut fictè dicatur contumax, vide quæ dixi in Cle. 1. de dolo & contum. & latius dicam, inf. de dolo & contu. in art. concedenti.

67 ¶ † Sed quæro, quid si reo sunt assignati pro termino duodecim dies, quorum quatuor primi sunt pro primo, quatuor secundi pro secũdo, & quatuor tertij pro tertio peremptorio termino, & reus in primo termino comparuit, actor verò nõ comparuit: vtrum actor debeat restituere expensas prius quàm audiatur? ¶ Sol. Dic, q; sic, per c. 1. de dolo & contuma. lib. 6. quia in alternatiuis ipsius citati est electio. argum. l. plerunque. ff. de iure do. & C. de condictio. indeb. l. si quis, secundum Specula. in titu. de citatione. §. viso. versic. quid si in primo. & sequitur ibi Ioan. Andr. in additio. Dicit tamen, quòd dicta electio alternatiue non est libera per ea, quæ statim dicam. Sed pone, retentis dictis terminis factæ citationis, quod reus comparuit in primo & secundo termino: sed non in tertio: actor verò in primo & secundo termino non comparuit, sed solùm comparuit in tertio: quis dicatur cõtumax? vtrum reus, ita vt possit procedi contra eum ad missionẽ in possessionem? & videtur quod non, propter alternatiuam, de qua statim dixi, & ff. de contrahen. empt. in l. si in emptione. §. penult. & ff. de eo, quod certo loco. in lege, non utique. in prin. In contrarium facit, quia vltima mora nocet. ff. de arbi. in l. Celsus. §. idem agit. & ff. de periculo & commo. rei vendi. in l. illud, & in l. si per emptorem. in fi. ff. de acti. emp. Et hanc opinionem tenet Specu. in tit. de citatione. §. viso. versic. quid si in primo. & idem tenuit Guido de Suza. in l. sancimus. C. de iudi. & istam opinio. tenuit Iac. de Are. in l. Prætor. ff. de ope. no. nunc. & sequitur Bal. in l. qui ante Cal. ff. de verborum obli. dicens pro dicta opi. videri casum in authen. ei qui. C. de temp. appel. vbi vltima mora consideratur ad expensarum condemnationem faciendam. ¶ Nec ob. l. & post edictum. §. circunducto. ff. de iudic. per quam mouetur Bart. ad contrariam opin. vt statim dicam: quia ibi, secundum Bal. in edicto citationis erat vnus solus terminus assignatus: ideo totũ edictum circunducitur: sed in terminis nostris assignati sunt plures termini, vnde tot videntur edicta, quot sunt termini, arg. l. tres denunciationes. C. quomodo & quando iud. & l. pluribus. §. 1. ff. de verborum obliga. & ideo comparens in vno, non grauatur in alio. Barto. verò in l. qui ante Calend. tenet contrariam opinionem. Mouetur: quia taliter citatus, intelligitur conditionaliter citatus: vt si non compareat in primo termino, compareat in secundo, & si non in secũdo, compareat in tertio, & sic euanescit conditio citationis in casu prædicto, quando reus in primo vel secundo termino comparuit: & quia econtra, si reus non compareret in primo termino, nec in secundo, condemnatur in expensis: licet postea compareat in tertio, vt l. sancimus. C. de iudi. & in authen. qui semel. C. quomodo & quãdo iudex. no. gl. ord. in c. querelam. de procu. & glo. 74. distin. c. honoratus. & glo. 24. q. fin. c. de illicita. & glo. 4. q. 5. in summa. & in c. quoniam contra. inf. de probat. sic ergo econtra actor debet dici contumax, si non compareat in primo & secundo termino, vt seruetur æqualitas in iudicijs, & circunduci debet edictum seu citatio, vt d. §. circumducto.

¶ Nec est bona responsio, quam dat Bald. ad illum §. quia cum illa l. & post edictum. continuetur ad ll. præcedentes, in quibus Iurisconsultus fuit locutus, etiam quando peremptorium mittitur secundum formam prædictæ quæstionis, cum temporis distributione. igitur ille §. debet referri ad illum casum. argumen. l. talis scriptura. ff. de lega. 1. ¶ Vnde responsio Bal. de vno termino non est bona. ¶ Et vide Io. de Imo. in Cle. 2. de appellationi. in gl. super verbo, Dictum terminum, qui refert, & sequitur prædictam opinionem Bartoli, de qua in dicta l. qui ante Calendas.

¶ Nec obstat authent. ei qui. per quam mouetur Bal. quia, vt dicit Io. de Imo. in d. l. qui ante Calend. & sequitur posita in illa l. parum facit ex eo quia ibi non loquitur de termino citationis: sed dicit quòd si appellator non prosequitur appellationem in vltimo mense, potest appellatus ipsam prosequi, & si ipsam prosequatur absente appellãte, nihilominus absens condemnabitur in expensis, & sic ille tex. nõ facit pro opinio. Bal. Et eandem opinionem tenuit Petrus de Anchar. in d. l. qui ante calend. per c. 1. de dolo & contuma. dicens non esse deueniendum ad aliam

aliam citationem, nisi refectis expensis, & ista fuit originalis opinio Ioannis Andreæ in addit. Specu. in titu. de citationi. §. viso. versicu. quid si in primo. vbi dicit, quòd secundus terminus & tertius censetur conditionalis, si non venerit in primo, &c. vt dixit Bart. per c. 2. de testi. cogendis, & per c. de dolo & contumacia, lib. 6. Et hãc etiam opinio. tenet Ludou. Ponta. in dicta l. qui ante calend. pro qua dicit esse tex. singularem à nemine ad hoc ponderatum in l. ex consensu. §. eum qui. ff. de appel. ibi enim dicitur, quòd si reo datus fuerit terminus peremptorius secundum causam ordinis illius, qui debet intelligi, vt ibi supplet glos. in verbo, ordinis, scilicet, de quo habetur in l. tres denunciationes, & in l. ea quæ. C. quomodo & quando iudex. & in l. ad peremptoriũ. ff. de iud. qui est, quod dentur circa idem tres termini, quod si reus respondens per se vel per alium defensus, ante finem dictorum edictorũ comparuerit, & sic in eorum aliquo censetur d. dilationem rupisse, &c. Videtur ergo ibi casus ꝙ in quocunque ex terminis datis reus comparuerit euanescat seu rumpatur dilatio vna cum alijs eius sequentibus. vnde si iam inualidata est, non potest ipsius prætextu reus amplius contumaciã incurrere: cum iura velint quòd inualida citatio non cõstituat non comparentem contumacem, vt statim subijciam. Et hæc est ipsa veritas, secundum Ponta. Nec obstat argumentum supra factum pro alia opin. quòd vltima mora debet nocere: quia istud est verum, si mora cõmitteretur, sed in terminis prædictis, cum secunda seu tertia citatio sit concepta per dictum §. circumducto. meritò non potest dici committi mora. Et eandem opinionem tenet Ang. in d. l. qui ante calendas.

¶ Aduerte tamen, quia prædicta procedunt secundum Bart. si modo comparens in primis terminis recedat licentiatus. si enim recederet absque iudicis licentia, cum iudex forte intenderet expectare actorem de benignitate vsq; in fi. termini, quod facere potest (vt supra dixi) tunc reus contumaciam non euaderet, per no. per Inno. in c. calumniam. de præb. & sic sentit, quòd quamuis citatus compareat, si tamen illicentiatus recedat, censetur contumax, secundum Bart. in d. l. qui ante cal. & in l. si finita. §. Iulianus. ff. de dam. infec. & in l. consentaneum. C. quomodo & quando iu. tenet etiam Innoc. in cap. consuluit. supra de offi. deleg. & Specu. in ti. de contuma. §. 1. ver. item is, qui. & Bal. in l. nam ita diuus. ad fin. ff. de adop. & Ange. in d. l. & post edictum. ff. de iud. & Dom. Ant. in c. 1. supra de iudi. Ad quod vide quod latius dicam inf. in 3 1. princip. articu. & sentit Io. de Imo. in l. qui ante calen. in quantum in prædicta quæstione supra formata distinguit, quod aut constat de mente iudicis, quòd voluit illum licentiare pro tota citatione, quando dedit sibi licentiam: cum non debeat illicentiatus recedere (vt dixi) & tunc vera sit opinio Bart. & sequacium. Aut constat, quòd solum pro isto termino uoluit eum licentiare, & tunc uera sit opi. Iaco. de Are. & sequacium. facit quod no. Io. An. in c. dilecti. el secondo, de rescript. Aut sumus in dubio, quia fuit simpliciter licentiatus, & tũc potest fortè dici, quod solum videatur licentiasse ab illo termino illius citationis, & non ab alio. arg. no. per Io. Andr. in d. c. dilectus.

Et quia verba iudicis non important, nisi quatenus necessario inferunt, in l. Iulianus verum debitorem. ff. de condi. inde. & in l. 1. C. si plu. vna sent. Et quia in dubio debet præsumi, quòd iudex eligat partem, per quam lites abbreuientur, quàm quòd protelentur: cum hoc sibi ex officio incumbat, vt in c. fi. inf. de dolo & contum. & in l. properandum. §. 1. C. de iudi. facit l. 3. ff. de mili. testa.

68 ¶ † Et aduerte: quia dicit Barto. quòd si citatus non venit, nec in primo, nec in secundo, nec in tertio termino, quòd talis non propterea est in omnibus expensis condemnandus, & ista fuit originalis conclusio Vber. de Bobio in tract. cita. & idem tenuit Guido de Suza. in l. sancimus. C. de iud. quia in primo & secundo termino videtur auctoritate iuris remanere, vt supra dixi, & quia cum vna aut alia res promittitur, debitoris est electio, vt in regula in alternatiuis, cum sua materia, de regu. iur. lib. 6. & supra dixi. facit etiã, supra de re. in inte. cap. ex literis, & inf. de dolo & contu. c. 1. & cap. cum dilecti. in fi. ¶ Spec. verò tenet contrarium, per d. l. sancimus, & per c. reprehensibilis. §. sin autem. inf. de appel. & supra de procu. c. 2. Ita dicit Specu. in ti. de cita. §. viso. ver. sed quid si tres & dicit ibi Ioan. An. in additio. quod pro hoc facit c. 2. inf. de testi. cogen. licet possit responderi, vt ibi scribit Io. An. post Vin. ¶ Egi. verò remittit se ad no. in c. 2. de procu. ad quod cap. eius se remittit Io. An. in d. addit. Distinguit tamen vtrobique Io. An. quòd aut loquimur de expensis citationis, quæ quandoque est vnica, & sufficit vni parere: aut loquimur de præceptis executorum, qui quãdoque iubent aliquid fieri intra tres terminos, in quibus nisi aliud exprimatur, post vltimum terminum quis incidit in pœnam: aut loquimur in præceptis de veniendo seu comparendo, & constat, ꝙ interest partis, quæ in ipso primo termino venit, aduersarium suum tunc venisse, & huiusmodi interesse ex quo aduersarius non venit habebitur ratio: licet etiam forte veniret in vltimo termino: vna tamẽ citatio remanebit gratuita: videlicet illa, in qua citatus comparet. Nec obstat regula, in alternatiuis, quia loquitur quando duo sub alternatione debentur, vbi debitor soluendo quod voluerit liberatur, vt ibi & in c. 1. inf. de plus petit. sed in præmissis terminis iudex mandat sub coniunctione copulatiua, & ad veritatem copulatiuæ oportet vtrãque partem esse veram, vt no. in cap. inter cæteras. supra de rescript. & in l. si is, qui ducẽta. §. vtrum. ff. de reb. dub. vnde nisi venerit ad omnes terminos, debet condemnari: quia dolo non caret, qui magistratui non obtemperat. ff. de regu. iur. in l. non potest dolo, & quia semper interest actoris reum in quolibet termino venisse, ex quo etiam ipse actor in quolibet termino comparuit. facit quod tradit Specu. in titu. de contum. §. nunc dicamus. versic. sed pone, & sic residet Io. An. in d. addi. Facit quod dicam in ti. de dolo & contum. videtur ergo concludendum, quòd si vna fuit citatio, licet cum distributione pro primo, secundo, & tertio termino, &c. quod tunc, cum vnica sit citatio, & vnica per consequẽs expensa: sufficit citatum comparere in vltimo termino: secus quãdo separatim tres citationes factæ fuissent, & sic pro qualibet separata fuisset expensa: quia tũc tenebitur pro expensa citationis peremptoriæ: si in

illa non comparuit, & hoc modò intelligitur glo. antepen. in c. 2. supra de procura. & sequitur ibi Io. de Imo. ¶ Quid autem, si aliqua prædictarũ trium citationum incidit in diem feriatam, & uocatus illa die dilationis feriata se præsentat, an videatur iudici paruisse, & alias dilationes consumpsisse? Dicam inf. art. 31.

¶ Postremò, ex prædicta citatione peremptoria oriuntur etiam plures alij effectus, de quibus dicam inf. in 31. princ. artic.

69 ¶ † Aduerte tamen: quia prædicti effectus vendicant sibi locum, quando peremptoria citatio legitimè emanauerit: sed si vna dictarum citationum esset nulla, sententia lata in absentem non valeret, vt l. si accusationibus. C. de accus. per quam l. hoc tenet Bald. in l. tres denunciationes. C. quomodo & quando iudex. & idem pari ratione dicendum est de alijs actibus iudicialibus, requirentibus citationem peremptoriam, vt non valeant, etiam si vna sola ex tribus denunciationibus ad peremptoriũ non fuerit legitimè facta: inualida enim citatio non cõparentem non constituit in contumacia, ut l. ex qua cunque. ff. si quis in ius vocan. non ierit, & l. si fine. §. si seruus, & in l. si filius. ff. de interrog. actio. ¶ Et ex his (Deo duce) expeditus est 27. principalis articulus.

SVMMARIVM.

1 *Citationes plures in eadem schedula fieri possunt.*

ARTICVLVS XXVIII.

VIGESIMOOCTAVO principali articulo, tractandum est, vtrũ plures citationes eadem schedula vel litera posśint fieri.

1 ¶ † Circa quem articulum videtur dicendum, quòd sic. textus uidetur esse apertus in cap. 1. infra de testi. cog. & ibi no. glo. 3. & sentit glo. in verbo, Post dationem. in Clem. sæpe. de verborum signif. dicens, quòd ad plures actus potest fieri conglutinatio in eadem citationis schedula. faciunt etiam, quæ dixi in artic. præced. & supra in 20. princ. artic. quæst. 16. vers. circa secundam q. in fi. & vide quod dicam in materia dilatio. in c. 2. de dilatio. artic. 11. q. 2. & art. 22. ver.

SVMMARIVM.

1 *Citationem factam fuisse, quis probare debeat.*

ARTICVLVS XXIX.

VIGESIMONONO principali articulo tractandum est, quis teneatur probare citationem factam.

1 ¶ † Circa quem dicendum arbitror, quod ei incumbit probatio, qui ad fundandam intentionem suam illam deducit, siue sit actor, siue reus, vt in l. ei, qui. ff. de probatio. & in l. pe. §. decem. ff. ne quis eũ, qui in ius vocan. vi exi. & ibi per Ang. & in l. ei qui. C. de proba. & in l. habebat. ff. de instito. Negatiua enim ista, se non fuisse citatum, non uidetur probabilis, vt l. 2. ff. de proba. Hoc tamen verum est, quòd asserenti incumbit probatio: nisi præsumptio vel quid simile sit pro ipso actore, vel reo asserente deducente, & citationem ad intentionem suam, per quam transferatur onus probandi in aduersarium, vt infra de præsumpt. cap. quia verisimile, & inf. de restitu. spol. cap. solicitè. supra de renunc. cap. super hoc. 100. distin. c. contra morem. & ff. de proba. in l. quinquaginta, & l. cum de indebito. cum infinitis similibus: de qua materia latius dicemus in titu. de probat. Et maximè hoc procedit, quia non præsumitur quis citatus, nisi probetur: eo, quia facta nõ præsumuntur. supra de offic. delega. cap. cum in iure. de consecra. distinc. 2. cap. Salonitanæ. C. de non nume. pecu. in l. asseueratio. ff. de capti. in l. in bello. §. factæ. & in nostra materia citationis no. glo. in verbo, Vocatos. in cap. quod sicut. supra de electio. & probatur 3. quæstio. 5. cap. quisque, & 82. distinct. cap. proposuisti. Sed aduerte: quia in contrarium videtur facere clausula, quæ vult, quòd omnia præsumuntur solenniter acta, vt in l. 1. C. de fide instru. & iure hastæ fisca. & in l. sciendum. ff. de verborum obligat. ¶ Sed Bald. soluit hoc contrarium in rubrica. ff. de in ius vocan. licet quidam habeant in l. 1. dicente, quòd licet quandoque solennitas contractus præsumatur, vt dicta l. sciendum, tamen solennitas processus nunquam præsumitur, nisi probetur: quia præsumptio legis, sciendum, non habet locum in iudicijs, secundum Innocen. in cap. innotuit, supra de eo, qui fur. ordin. suscepit. vnde dicit Bald. in d. rubrica, quod ueritas est, quòd citatio nũquam præsumitur, nisi probetur, secundum Guli. de Cu. ibi tenet Iaco. de Are. in l. si quis exhæredatus, in fi. ff. de inju. testa. & vide, quæ dicam art. seq. ¶ Aduerte tamen: quia quod dixi negatiuam prædictam non esse probabilem, vt dicunt quidam, hoc non est simpliciter verum: quia videtur posse probari per inspectionem actorum: quia cum debeat scribi per notarium apud acta, vt in cap. quoniam contra. infra de probatio. concludi videtur probatum esse citationem non esse factam eo ipso, quod quis producit acta, & non apparet citationem ibi descriptam, vt traditur in dicto cap. quoniam, & in cap. 1. supra de li. contest. & in cap. sæpe. de restit. spol. & ibi per Doct. & statim dicam in seq. arti. sed latius in tit. de proba. in materia probationis negatiuæ.

¶ Item posito, quòd appareret scriptum apud acta citationem fuisse factam: si tamen esset coarctata loco & tempore, posset indirectè probari per nota. in cap. ex tenore. inf. de test. & in l. optimam, C. de contrahen. & commit. stip. dicam latius in tit. de probatio.

SVMMARIVM.

1 *Citatio, qualiter probari possit, quòd ad petitionem partis emanauerit.*
2 *Commissio citationis, qualiter per iudicem facta probetur.*
3 *Citatio facta per nuncium, qualiter probetur.*
4 *Relatio nuncij facta, quomodo probetur.*
5 *Excusśio personæ, qualiter facta probetur.*
6 *Nuncio, an potius credatur, quàm notario.*

ARTI-

ARTICVLVS XXX.

TRIGESIMO principali articulo tractandū est, qualiter citatio probetur. Pro cuius articuli expeditione prosequar infrascriptas quæstiones.

1 ¶ † Primò igitur quæro, quomodo & qualiter probetur, quòd ad petitionem partis emanauerit.

¶ Sol. Dic, quòd probatur per acta descripta: quia cùm de his, quæ in iudicio agūtur, debeat fieri scriptura, vt in c. quoniam contra, supra de probat. & no. Sal. in l. contractus. C. de fi. instru. meritò per ipsa acta, & scripturā poterit fieri probatio, nisi fortè causa sit breuis, quo casu nō est necessaria scriptura, vt in auth. breuiores. C. de sent. ex breu. recit. sed in aliis causis non breuibus, cùm in his exigatur scriptura, vt dixi, poterit fieri probatio per ipsa acta, & per scripturam: vnde quidam voluerunt, quòd nō possit fieri probatio per testes. & hoc sensit Bart. in l. fin. C. de edic. diui Adr. toll. vbi dicit, ꝙ requiritur publica scriptura: remittit tamen se ad no. per eum in l. ne in arbitris. C. de arbit. & istud indubitatum est de actis iudicialibus exigentibus scripturam, ꝙ non possunt probari per testes, prout est libellus, dicta testium, quorum requiritur publicatio, appellatio in scriptis, & similia. ¶ Ad quod vide, quod dixi in c. 1. supra de lit. contest. artic. 8. q. 31. & tetigi remittendo in c. fi. supra vt li. non contest. in 9. prin. art. in prin. Acta ergo ad sui substantiam exigentia scripturam nō possunt probari per testes, videlicet, quòd celebrata fuerint, si tunc scriptura non interuenit, quia frustratoria esset probatio per testes, ex quo non releuaret. ¶ Sed si tunc diceretur interuenisse scriptura, probatio per testes valeret.

¶ Ad quod vide, quod traditur latè per Bald. in l. gesta. C. de re iudic. & in l. is apud quē. C. de eden. & per Sal. notabiliter in l. emancipatione. C. de proba. & sic per hunc modum posset fieri probatio per testes, videlicet ad probandum, quòd tunc interuenit scriptura. Similiter etiam si acta non requirerēt de solēnitate, & substantia scripturam, probari possunt per testes. ¶ Ad quod vide glos. in l. si prætor. §. Marcellus. ff. de iud. tenet glo. in l. quoniam. C. de hæret. & no. in c. dilecti, infra de accusat. & in l. quoties. ff. de proba. & in c. sicut nobis, de re iudic. & ibi traditur per Dom. meū, & per Cyn. in l. 2. & l. emancipatum, & l. fin. C. de prob. & per Bal. in l. si quis ex argentariis. §. prohibet. ff. de edē. & probatur in c. sacro, infra de sent. excom. & ibi not. Tradit etiā Bar. in l. ne in arbitris. C. de arb. & cons. 266. quod incipit, Quia vertitur, & per Dom. de Ro. decis. 407. & per Doct. in c. Albericus, supra de testi. de qua materia latè dicam in tit. de prob. vel in tit. de fi. instru. Si igitur partis postulatio, iudicis commissio, nuncij citatio, & ipsius citationis relatio, apparet in actis, probatur per ipsa acta. Si verò non apparet, præsumitur nō facta: & ista negatiua probatur per inspectionem factorum: nam eo ipso, quòd producūtur acta, & non apparet, probatur nō facta, vt no. Doct. in c. sæpe, de rest. spol. & in c. quoniam contra, infra de probat. & est bonus tex. & ibi no. Dom. meus, & D. Ant. in c. 1. supra de lit. conte. & ibi dixi in 7. not. & est istud regulare in omnibus casibus, in quibus consueuit fieri scriptura, ꝙ negatiua dicitur probata eo ipso, ꝙ non apparet scriptura. no. similiter Innoc. in c. super his, de accusat. facit tex. in l. fin. C. de reb. cred. & est bonus tex. in c. cum olim Abbas. de offi. del. & in l. nullus. C. de omni agro deser. lib. 11. & in l. matriculam. & quod ibi no. Bart. C. de agen. in rebus. lib. 12. de qua materia latius dicam in ti. de probat. in materia probationis negatiuæ. Sed cùm velit probare per testes, quòd tam partis petitio, quàm commissio, citatio, & relatio factæ fuissent, admitteretur, per ea, quæ superius dicta sunt.

¶ Vtrum autem per iudicis assertionem possit probari. vide quod dicam in sequen. quæstio.

¶ Et aduerte, quia licet in actis appareat, quòd commissio citationis fuerit facta per iudicem, & relatio per nuncium: non tamen præsumitur, quòd ad partis instantiam facta fuerit. ¶ Ad quod vide, quod statim dicam de commissione iudicis, in sequenti quæstione.

2 ¶ † Secundò quæro, qualiter probetur, ꝙ facta fuit commissio per iudicem. ¶ Sol. Dic, quòd probari potest per inspectionem actorum, & per testes. Ad quod vide, quod dixi in præsenti quæstio. in prin. ¶ Sed quæro circa prædicta, quid si in actis apparet citationem fuisse factam, sed non apparet de iudicis commissione: Vtrum talis commissio præsumatur? ¶ Sol. Gui. de Suza. in l. ad peremptorium. ff. de iudic. tenet, quòd sic, per l. sciendum. ff. de verb. oblig. & ita allegat dom. Ant. in cap. 1. de iudic. facit Instit. de inut. stipul. §. si scriptum. & de fideiuss. §. fin. Bart. vero in dicta l. sciendum. vt refert dom. Anton. in dicto cap. 1. tenet contrarium. ¶ Sed aduerte, quia quædam lect. Bar. hoc non habent. Idem tamen tenet Bar. in l. 1. ff. de offi. præfec. vrb. & sequitur Ludo. Ponta. in d. l. sciendum, per l. quæcunque. §. fin. ff. de publicia. & idem tenet Cyn. in l. 1. C. de exhib. reis. Bal. etiam sequitur in rubr. ff. de in ius vocā. licet quidam habeant in l. 1. & hoc per tex. in l. neminem. C. de exhiben. reis. quod dicit procedere, etiam si nuncius dicat hoc fecisse ex commissione iudicis, quia super hoc non credetur sibi de iure, per not. in c. cum parati. infra de appel. licet in quibusdam locis credatur ex consuetudine, secundum Bald. & pro ista opinione faciunt, quæ dicam in sequenti quæstione. & idem tenet Dominus meus in cap. 1. supra de iudic. nisi nuncius esset bonæ famæ, & agatur de modico præiudicio, quia tunc præsumitur commissio, arg. cap. 1. de cleri. pereg. & quod traditur in cap. ea noscitur. infra de his, quæ fiunt à præl. & in c. ad audientiam, de rescript. & in c. cum dilectus. ff. de consuet. & prædicto modo potest intelligi, quod no. Bal. in l. si quādo. C. de testib. vbi dicit, quòd potest fieri sine commissione, quando non requirit causæ cognitionem. Ad quod vide quod dixi in artic. 11.

¶ Vtrum autem per iudicis assertionem possit probari, vide quod traditur in c. quoniam contra, infra de probat. Et ego dicam in illo tit.

3 ¶ † Tertiò principaliter quæro, qualiter probetur, quod facta fuerit citatio per nuncium.

¶ Sol. Dic, quòd probari potest per acta, & testes. Ad quod vide, quod dixi supra in quæst. 1. in princ. & maximè si nuncius sit mortuus, antequam referat, & per instr. no. Bald. in l. consentaneum. C. quo. & quan. iud. versic. quid si nuncius.

¶ Sed ego quæro circa hoc, pone, quòd apparet actum fore celebratum, qui ad sui substantiam exigit citationem, an præsumatur citatio celebrata.

¶ Sol. Doctores in cap. Albericus, infra de testi. formant hanc quæstionem respectu publicationis attestationum, ad quam faciendam exigitur citatio partis, vt dixi supra in 7. quæst.

¶ Vtrum si appareat publicationem factam, præsumatur, quòd pars fuerit citata? & Innoc. ibi refert duas opiniones.

¶ Prima, quòd præsumi debent omnia solenniter facta, vt l. 1. & l. optimam. C. de contrahen. & committ. stipul.

¶ Secunda opinio est quorundã, qui voluerunt, quòd si in publicatione contineatur eos vocatos: tunc præsumatur: aliàs secus, vt dicta l. optimam. Hostiensis verò distinguit inter tempus, & tempora: nã si publicatio fuerit facta ita de recenti, quòd vtens ea potest de facili solenniter probare, sibi incumbit onus probandi, nisi exprimatur in publicatione, quòd solennitas fuerit seruata. Si verò factum est ita antiquũ, vt impossibilis reddatur probatio: tunc enim præsumuntur solenniter acta, vt l. si arbiter. ff. de probat. ¶ Sed Dominus meus in d. cap. Albericus. dicit se sine dubio arbitrari, quòd prædicti omnes non bene dicant: dicit enim, quantumcunque in publicatione dicatur, quòd pars fuit citata, nõ statur istis verbis enunciatiuis, quia quando aliquid enunciatur in instrumento, quòd non potuit interuenire tempore confectionis instrumenti, verba enunciatiua non faciunt fidem, vt in authen. si quis in aliquo documento. C. de edendo. & ibi Bart. not. Innocent. in capit. quoniam contra. de probationibus. Item mouetur, quia solennitas extincta non præsumitur, etiam si tempus longissimum sit præteritum, nisi alia præsumptio adsit, vt l. quicunque. ff. de publicia. & no. in capit. peruenit, de emptio. & vendit. potuit enim quis facere clam publicare instrumentum, & illud potuit postea semper retinere in arca: & sic non est, quod parti imputare possit, si non contradixit. Ad quod facit, quod in simili quæstio. no. Bartol. in l. Theopompus. ff. de dote prælegata. & quod tradit Dominus meus in cap. 2. & in cap. tuis, de testib. & glo. notab. iuncto tex. in l. vnica. C. de fide instrumentor. & iure hastæ fisca. lib. 10. Nec obstat prędicta l. optimam, quia loquitur, quando aliquid denunciatur inter partes: tunc enim in præiudicium partis, verba enunciatiua probant, ex quo est de substantia actus, qui enũciatur à partibus, potest induci, sed in casu nostro non apparet, quòd altera pars fuerit præsens. Vnde secus videretur dicendum, si appareret, quòd pars fuisset præsens, quia tunc tractu temporis pręsumeretur citatio facta, ex quo fuit præsens publicationi, & non contradixit.

¶ Ad quod etiam faciunt not. per Domi. meum in c. quoniam contra, infra de proba. & per Inno. in c. innotuit, infra de eo, qui fur. ord. rece. Nec obstat prædictis ratio impossibilitatis, quam facit Hostiē. quia debuit pars de requisitione facere confici instrumentum, prout dicitur in c. significauit, infra de testib. & tenere illud sicut exemplatum, iuxta glos. notab. in c. cum in iure, de offic. deleg. vel seruare in publicationem, secundum ea, quæ traduntur per Dominum meum in d. cap. quoniam. de quo ego latius dicam in tit. de fide instrum. in materia publicationis, seu exemplationis instrumentorum.

¶ Et hęc opinio videtur mihi verior, vide tamen ad hoc, quę dicuntur de sententia, quę etiam ad sui essentiam requirit citationem, vtrum ad illam præsumatur quis fuisse citatus, de quo per Doc. in c. tenor, infra de re iud. & per Innoc. & Dom. Anton. in c. cum in iure, supra de offic. deleg. & in c. bonę, de elect. & per Compost. in c. in præsentia, de renunc. & per Gul. de Cu. in l. 2. ff. de in ius voc. & art. 2. q. 6. c. quisquis. super glo. fin. & per Specul. in ti. de senten. §. vt autem. & ibi per Io. And. in addit. quæ incipit, Scias. & per Paul. in clem. 2. de re iudic. & per dom. Ant. in c. 1. supra de iudic. & per glos. & Doct. in d. c. quoniam contra. & ibi latissimè per Dominum meum, & per Bald. in l. fin. C. de sent. ex breu. recit. & l. 1. C. ne liceat in vna, ead. cau. tertio prouoca. & per Feder. de Sen. consil. 115. & per Dominos de Rota, decis. 277. & 288. & per Bart. Bald. Ioan. de Imo. & Pontan. in l. sciendum. ff. de verb. obligat. & per Bart. Bal. & Doctor. in d. auth. si quis in aliquo. C. de eden. & per Bartholo. de Salyc. & Modern. in l. 1. C. de vsur. & in l. 1. C. de contrahen. & commit. stipul. & per Ioan. de Imo. in l. acta. ff. de re iudic. vbi dicit, quòd si in sententia continentur hæc verba, absente reo peremptoriè citato, quòd licet de iuris subtilitate nõ probetur peremptorium, si de eo aliter non apparet in actis, tamen de consuetudine videtur tenẽdum contrarium: quod verum dicit ibi Angelus, si tempore sententiæ potuit citari, vel est dubium: secus si est clarum, non potuisse citari, quia dicta verba enunciatiua nõ inducunt id, quod verè tunc nõ potuit interuenire, vt dicto cap. quoniam contra. & no. glo. in d. l. 1. C. de fi. instrument. & iure hastæ fisca. lib. 10. sed vide latius in locis pręallegat. & potissimè per Dominum meum in dicto cap. quoniam contra. Et ego latius dicam in tit. de re iudicata.

¶ Et aduerte circa hanc quæstionem, quòd comparens in termino præsumitur citatus, ideo non videtur necessaria probatio, quia non præsumitur fortuitò comparere, vt dixi supra in quinto principali articulo, quæst. 16. in fine. Et nota etiam, quòd culpa citati habetur pro citatione, vt no. Bald. in l. nam ita diuus. ff. de adopt.

4 ¶ †Quartò quæro, qualiter probetur, quòd facta fuit relatio per nunciũ. ¶ Sol. Dic, quòd per acta, & per testes, vt dixi supra, quęstio. 1. & si oritur contentio inter nuncium, qui dicit se retulisse, & notarium, qui asserit contrarium, dicam statim in 6. q.

5 ¶ † Quintò quæro, quia quandoque ad hoc, vt possit fieri citatio ad domum, requiritur excussio personæ, qualiter illa probetur facta. ¶ Sol. Dic, vt dixi supra, art. 17. versi. est igitur conclusio, quasi in fine. vbi vide.

6 ¶ †Sextò quęro, si oritur quęstio inter nuncium, & partem, vel nucium, & notarium, de commissione, citatione, & relatione, quia pars asserit vnum, & nuncius contrarium, vel nuncius vnum, & notarius contrarium, vide quæ latè dicta fuerunt supra, in 12. principali articulo, & in 16. princip. articulo.

¶ Et ex his est expeditus 30. articulus principalis.

SVM-

SVMMARIVM.

ARTICVLVS XXXI.

TRIGESIMOPRIMO principali artic. tractandũ est, quis sit citationis effectus, & quando, & qualiter, & in quantum afficiat citatum, & hic tractabimus ét materiã comparitionis, & tractabimus etiã de citato impedito & de eximente citatum. ¶ Circa quem articulũ in primis dic, ꝙ citationis sunt multi effectus.

1 ¶ † Primus effectus est: quia citatio est iudicare cognitionis principium, ac iudicij fundamentum, vt Instit. de poen. te. litigan. §. fi. & in c. quoniam contra. inf. de probat. & in glo. in verbo, Citationes, & Dom. meus super ea. & no. in rubr. ff. de in ius voc. no. etiam glo. in verbo, Citationes. in Cle. 1. de iud. tetigi supra artic. 1. & dicit Dom. meus in d. c. quoniam contra. quod propter hoc omnia, quae fiunt in praeiudicium absentium sine citatione, sunt irrita. 3. quaest. 9. c. omnium, & c. caueant. nec valet sententia lata, etiam in fauorem absentis: si non est citatus, vt est glo. notabilis in l. ea quae. C. quomodo & quando iudex. facit l. furioso, & quod ibi no. ff. de iud. vbicunque enim exigitur citatio, si illa omittatur, processus est nullus, vt no. Dom. meus in cap. quoniam. §. porro. sup. vt lite non contesta. & Io. de Imo. in c. cum speciali. inf. de appel. & vide quae latius dixi in 7. princ. artic. in prin. & sic uidetur, ꝙ citatio dicatur de processu, vt no. glo. in verbo, Circa formam. in c. prudentiam. §. 1. de offi. delega. per illum tex. & per c. pastorale. §. 1. eo. ti. & per c. quoniã contra. vbi etiam no. Do. meus, & tenent Docto. & Io. de Imo. in d. c. prudentiam. & Barto. in rub. ff. de in ius voc. per no. in cap. 1. & 2. de iud. lib. 6. & per Dominum meum in c. conquestus. de fer. dicit tamen Bald. in l. 2. C. de sacrosanct. eccles. quod hoc erit verum, quatenus concernit commissionem iudicis: sed quatenus concernit nuncium, est quaedam executio facti, & adde id quod dixi supra articulo 1.

¶ Et aduerte: quia talis citatio dicitur actus ante iudicialis, vt no. gl. 2. in Cle. 2. de iud. Inno. Io. And. in d. cap. quoniam contra. Pau. de Cast. in rubr. C. de in ius voc. & quia habet annexum praeceptum, vt infra subijciam, potest dici sententia interlocutoria, vt in cap. exposuit. infra eod. no. Innocen. in c. praeterea. infra eo. & Paul. de Leaza. in Clem. constitutione. de elect. in verbo, super his. & no. in cap. consuluit. de officio delega. no. Ioan. in cap. Romana. §. contrahentes. de foro comp. lib. 6. in verbo, citari, & glo. in l. cum clericis. C. de Episcopis & clericis, & in l. praesenti. C. de his, qui ad eccles. confug. glo. & Bartol. in l. penulti. C. de dignita. lib. duodecimo, tex. & glo. in l. fin. C. de procurato. & glos. in l. penult. C. de priuileg. eorum, qui in sacro palatio. lib. duodecimo.

2 ¶ † Secundus effectus est, iurisdictionis praeuentiuus, vt no. glo. 2. in Clem. 1. de iudi. & no. in cap. proposuisti. supra de foro compet. de quo dic, vt latissimè scripsi in quarto principali articulo, in secunda quaestione principali, & sex quaestionibus seq. & in alijs plurimis quaestionibus. & ibi uide, qualis debeat esse citatio, & an sufficiat verbalis, & an exigatur, quòd transiuerit in notitiam citati. vide latius ibi.

3 ¶ † Tertius effectus, est iurisdictionis perpetuatiuus, vt in c. gratum, & in c. relatum. supra de offic. delega. & ibi dixi. no. glo. 2. in d. Clem. 1. de iud. & traditur in l. & quia. ff. de iurisd. om. iud. & ibi Bart. & Bal. & per Archidiaconum, 2. quaestio. 6. non ita. no. Paul. de Castro, in l. rescripto. C. de in ius voc. ¶ Aliquid tetigi in d. c. proposuisti. in quarto princip. articu. q. 4.

4 ¶ † Quartus effectus, est litis pendentiae inductiuus, de quo latius dicemus infra in titu. vt lite pendente.

5 ¶ † Quintus effectus, est ad comparendum astrictiuus. Fit enim citatio ad effectum, vt citatus compareat per se, vel per legitimum responsalem, & ad hoc, vt possit se defendere, vt in Clemen. pastoralis. de re iud. & in l. nam ita diuus. ff. de adopt. ne scilicet possit absenti praeiudicium generari, secundum ea, quae latè diximus, supra articulo 7. & ideo de praesenti non videtur necessaria citatio, secundum ea, quae latius dicta sunt supra in 5. princ. artic. quaest. 16. Citatus enim ex quacũque causa citetur, tenetur comparere, vt in l. ex quacunque. ff. si quis in

in ius vocatus non ierit. & in cap. super literis. supra de rescript. & in c. si diligenti. de foro compe. & ibi Dom. meus, in c. 1. de iudic. & toties tenetur comparere, quoties citatur. vnde licet semel citatus comparuerit, & sic illi citationi satisfecerit, si iterum citatur, & non compareat, dicitur latitare, vt no. Bal. in c. 1. de mili. vasal. qui contum. est. & no. in l. Fulcinius. §. quod autem. ff. quibus ex causis in poss. eatur, & ibi.

6 ¶ † Et aduerte: quia licet quis citetur ad plures actus, vel ad petitionem plurium, tamen potest vnica comparitione & vnico verbo omnibus satisfacere: nam sicut unico verbo potest quis cum pluribus litem contestari: ita & per unam comparitionem euadere contumaciam multorum, ad quorum petitionem fuit citatus coram iudice, secundum Bar. & Io. de Imo. in l. si finita. §. Iulianus. Ang. & Io. de Im. in l. duo. ff. de duob. reis, & ibi scripsi, dum legerem illum titu. facit l. accipientis. ff. de authoritate tuto. & d. l. duo. vbi licet fiat interrogatio per uerbum pluralis numeri in constitutione duorum reorum, non tamen vitiatur, si fiat responsio per verbum singularis numeri: talis enim comparitio potest attribui vniformiter omnibus: quinimò & si determinabilia essent difformia, & actus esset communis ad omnia determinabilia, videretur per ipsum actum communem illis omnibus satisfacere, vt dixi in d. l. duo. & no. in l. nam hoc iure. ff. de vulg. & pupil. & per glo. & Io. de Imo. in l. si cum dotem. ff. solu. matrimon. facit l. 1. in fi. cum l. sequen. ff. de offic. proconsu. & leg. vnde vt ibi scripsi, aliàs accepi à fide dignis, quod Rex Ladislaus, Rex Apuliæ unico verbo fecit octingentos milites Neapoli, dicendo illis omnibus, qui ad id congregati erant: Estote milites: & Serenissimus Imperator Sigismundus, dum Ferrariæ legerem, vnico uerbo ibi fecit vigintiquinque legum Doctores dicendo: Estote Doctores. ¶ Sed tales uocantur Doctores bullarij. ¶ Si tamen aliquis fuit citatus, vt veniret ad respondendum libello, & ad omnes & singulos actus successiuè vsque ad diffinitiuam: licet in vno actu comparuerit, debet tamen citari ad actus subsequentes, secũdum Federicum, consilio 116. Ad quod vide, quod dixi, articu. 20. quæstio. 16. & maximè in quarto membro, & articulo 27. quæst. 11. versicu. 25. effectus, & quod dixi in c. qualiter, & quando. el secondo, inf. de accu. artic. 11. q. 80. ¶ Quid autem si iudex citat tribus citationibus distributiuis, & reus comparet in prima vel secunda, & non actor, sed in tertia comparet actor, & non reus, vide quod dixi supra in 27. princip. articu. quæstio. 11. versicu. 4. principalis effectus, ibi; Sed pone retentis. ¶ Et aduerte: quia requiritur, quòd citatus compareat, non solum intra terminum sibi statutum, sed etiam post terminum, quod tamen qualiter intelligendum sit, vide sup. eo. 19. prin. art. q. 5.

7 ¶ † Sed circa prædicta quæro, quid si aliquis eodem tempore citatur coram duobus iudicibus, nec potest coram vtroque comparere: quid agere debet. & intellige, quòd quilibet habeat iurisdictionem & potestatem citandi. ¶ Sol. Bart. in l. contra pupillum. §. qui ad maius. ff. de re iudic. & in l. si quis seruus. §. fi. ff. de custod. & exhib. reorum. distinguit. Sed tu latius quàm ipse, distingue, quòd aut quis citatur pro duabus causis, aut pro eadem causa.

¶ Primo casu, aut causa alia emergit suo facto post primam citationem, & tunc imputet sibi: quia in vtraque tenetur respondere, vt l. sed & si quis. §. illud. ff. si quis cautio. aut vtraque causa emerserat ante, & tunc, aut citatur coram eodem iudice, aut coram diuersis. Primo casu, tenetur respondere in vtraque causa, vt l. qui de crimine. C. de accus. quoniam eodem puncto potest omnibus satisfacere, vt l. accipientis. ff. de auth. tuto. secundum Ange. in d. §. simili. facit quod dixi supra in versi. & aduerte: quia licet quis, &c. ¶ Secundo verò casu subdistingue, quòd aut vnum auditorium est maius altero, & tunc debet accedere & obedire maiori, vt in l. cõtra pupillum. §. qui ad maius. ff. de re iud. secundum Barto. ibi, & in d. l. si quis seruus. §. fi. est enim regulare, quòd quando à duobus emanant duo præcepta, digniori est obediendum, vt no. Archid. in cap. per hoc. de hæreticis. lib. 6. & vide quod dixi supra in 5. princ. articu. q. 17. fall. 8. Quod tamen limitat Io. de Imo. in d. §. qui ad maius. si modo iudex maior habeat immediatam iurisdictionem in citatione: secus si mediatam, & non immediatam. Exemplum in citato coram Episcopo ab ipso Episcopo, & in citato ab Archiepiscopo, nam tunc tenetur citatus cõparere corã Episcopo, vbi esset casus specialis, in quo Archiepiscopus haberet immediatã iurisdictionem in ipsum citatum: aut auditoria & tribunalia sunt æqualia, & tunc subdistingue, quòd aut vna causa est tempore peritura, & alia non, & tunc debet comparere in causa, quæ maiori indiget celeritate, vt d. l. si quis seruum. §. fi. aut nulla causa est tẽpore peritura, & subdistingue, quòd aut vna causa est maior & grauior altera, & ad illam tenetur respõdere, vt l. contumacia. ff. de re iudic. facit l. per minorem. ff. de iudi. & quod dicam infra in tit. de ordine cogn. Aut causæ sunt æquales, & tunc aut prædictę duæ citationes non fuerunt factæ eodem tempore, sed successiuo vna post aliam, & debet comparere coram primo, vt d. l. si quis seruus. §. fi. & in l. quique litigandi. in princ. ff. de in ius vocan. si verò simul & eodem tempore factæ fuerunt: tunc potest citatus ratificare, cui vult, & coram illo debebit comparere, quem eliget. argu. l. si quis in graui, §. si plures. ff. ad Syllan. quod tamen intellige, non vt penitus derelinquatur alia causa, sed vt pendente necessitate primæ citationis, non respondeat alteri, sed cessante necessitate respondeat in alia, vt no. glo. in d. l. si quis seruus. §. fi. ff. de custod. & exhib. reorum. & in l. qui de crimine. C. de custod. & exhib. reo. ¶ Aduerte tamen: quia vt ego arbitror, si alterutra causa esset talis conditionis, quòd posset cõparere per se, & procuratorem, quòd tunc videtur, quòd debeat comparere, & possit eligere, vt coram altero compareat per se, & coram alio per procuratorem: sed si vna esset talis, in qua teneretur per se comparere, in alia posset constituere procuratorem, non esset locus electioni: sed deberet coram altero per se comparere, & coram alio per procuratorem, vt voluit Ioannes Andr. quem sequuntur Docto. in cap. cum parati. de appella. & in cap. fin. de rescriptis. in glo. super verbo, comparuerint. Ad quod etiam vide quod inf. subijciam in 9. quæstio. istius

effectus

effectus quinti: quia ista declaratio seu limitatio dependet ab his, quæ ibi dicam: sed si coram neutro compareret, potest mulctari per vtrumque, secundum Ange. in d.§. qui ad maius. allegat l.3.§.1.ff. ad Sylla. & quod no. gl. in l. ciues. C. de incolis. lib. 10. & sequitur Io. de Imo. in d.§. qui ad maius. & hæc procedunt in duobus ordinarijs. ¶ Si verò erunt duo delegati, & ab eodem vnus ad vnam causam specialem, alius ad vniuersitatem causarum, & ambo eodem tempore citent eundem: dic, quòd comparebit coram delegato deputato ad dictam causam specialem, secundum Ang. in d.§. qui ad maius. arg. l. vxorem. §. fœlicissimo. ff. de leg. 3. sed dicit Io. de Imo. in d.§. qui ad maius. quòd fortè dici potest, quòd sit locus ratificationi: quia delegatus ad vniuersitatem causarum respectu causæ expressæ in citatione, habetur pro delegato speciali. argum. cap. pastoralis. §. fin. & quod ibi no. supra de rescript. & in c. ex tuæ. cum ibi notatis, supra de filijs presbyt. quod mihi satis placet, & cum hac distinctione potes coniungere aliqua, quæ dixi in cap. pen. de foro compe. ar. 5. q. 7.

8 ¶ † Secundo verò principali casu, quando pro eadem causa quis citatur coram duobus, quid agendum sit, collige ex his, quæ dixi in cap. proposuisti. supra de foro compet. in 4. princip. articu. quæstio. 7. & quæ ibi dicam cum superiori distinctione coniunge ad decisionem istius casus. ¶ Sed hic aduertendum est: quia ex quo diximus, quòd inter alios effectus citationis est comparitio: ideo institui nunc per ordinem aliqua de ipsa comparitione tractare. quare pro ipsius materiæ clariori doctrina prosequar sequentes quæstiones, quæ incipiunt, Primo &c.

9 ¶ † Primò igitur quæro, qualiter reus debeat cōparere. ¶ Sol. Dic, vt supra dixi, ꝙ reus tenetur cōparere per se, vel per legitimum procuratorem: ad hunc enim effectum fit citatio, vt dixi in princ. huius quinti effectus: nec debet iudicem contemnere: ne contra eum tanquā contra contemptum, seu contra contumacem procedi possit, secundum quod statim subijciam, in 9. quęstio. sed debet se humiliter & alacri fronte præsentare, eo modo, quo traditur de actore per Speculatorem in tit. de compet. iudi. aditione. §. viso, & in loco ad quem citatus est, vel maiorum, seu soliti tribunalis. ¶ Ad quod vide quæ late dixi supra in 17. principali articulo, per textum, & maximè quæstio. 1. q. 8. nec debet in veniendo difficultatem iungere. 13. q. 2. cap. quàm præposterum. nec iudicem contra se exasperare. 50. dist. cap. si quis præposterat. ¶ Debet quoque esse cautus, vt non sit dolosus vel subterfugiens. nam contra tales iura præsumunt, & iudices prouocant. 11. quæstio. 1. cap. Christianus. 3. quæst. 9. cap. decernimus. de præsumpt. cap. nullus. de rescript. cap. ex tenore. de testi. cap. constitutus. tradit Specu. in tit. de comparitione. Et potest, vt dixi, comparere non solùm per se, sed etiam per nuncium, & per procuratorem, etiam si sit citatus à Papa per illa verba, vt citatus se debeat præsentare, vt est textus in c. cum parati. infra de appellat. & ibi no. Dom. Anton. & Io. de Imo. facit cap. Episco. 18. dist. etiam si citetur, vt se conspectui iudicis præsentet. c. pen. de postul. præl. & ibi Do. meus, & per eum in c. pen. de iu. cal.

¶ Sed dicit Do. meus in d. c. cū parati, ꝙ secundum propriam significationē dicti verbi, se præsentare, dicitur se præsentare, qui sui præsentiā exhibet corporalem, quod patet ex etym. vocabuli, allegat no. per gl. in Cle. dudū. de sepul. super verbo, Pręsentare & quod legitur & no. in c. ea noscitur, de his quę fiunt à præla. quod dicit bene notandum pro statutis, & alijs dispositionibus præsentiam alicuius ad certum actum requirentibus.

¶ Nec obstat tex. in d. c. cum parati, quia ille tex. potest induci pro hac opinione, eo quia Papa ibi expressit, vt ille præsentaret coram Papa per se, vel per nuncium, vel per procuratorem: secus ergo si non expressisset. sed vt dixi in d. c. cum parati, in notabilibus, dictum Dom. mei placet in interpretatione statutorum, in quibus verba sunt intelligenda strictè & propriè, sed in materia nostra, in qua citato conceditur facultas regulariter, vt possit per se, & per procuratorem comparere, vt l. 1. ff. de procu. videtur esse satisfactum citationi, si compareat per procuratorem, & probatur optimè in cap. pe. supra de iura. cal. quod etiam satis videtur sensisse D. M. facit quod no. in l. 2. ff. sol. matr. & per Bal. in l. 1. C. qui admitti ad bon. poss. & in c. personas, & ibi dixi. inf. de appellat. ¶ Quod tamen limita, nisi qualitas causæ exigeret personalem præsentiam. facit quod habetur in c. exposuit. inf. eo. & ibi Dom. meus, super c. 2. dicēs, quod ubi exigitur præsentia alicuius, non potest actus expediri per procuratorem: quia ille dicitur præsens, qui se exhibet conspectui, vt no. gl. in Clem. dudum, de sepul. de quo tamen dic, vt supra dixi, & quod dixi supra in 20. prin. artic. q. 15. & vide, quod dicam inf. q. 9. & quando aliquis promisit aliquem præsentare, quid importet, vide quod latè dixi in c. qualiter & quando. el secondo, infra de accu. in 11. princ. art. q. 91. & an & quando dom. vel procurator possit aut debeat citari, dixi latè sup. in 5. prin. art. q. 4. & si citatus est impeditus, vt non possit per se personaliter comparere, an excusetur si potuit mittere procuratorem, & non misit, dicam statim in q. 10. ¶ Quid autem si in citatione dictum sit, vt personaliter compareat, vide quod dixi sup. eo. art. 20. q. 15.

10 ¶ † Qualiter autem si Vniuersitas citata sit, debeat comparere, distinguendum arbitror. Aut tractatur de præiudicio Vniuersitatis in communi, & tunc debet comparere eorum syndicus, vel maiores, seu rectores ipsius Vniuersitatis: quia ipsi debēt citari, vt dixi, art. 5. q. 23. Aut agitur de singulari pręiudicio singularium de Vniuersitate, & arbitror, ꝙ singuli possint & debeant comparere: sicut etiā singulariter debent citari, quando tractatur de singulari præiudicio singularium. Ad quod vide, quod dixi in d. q. 24. & vide etiam quæ dixi in c. dilectus. el secondo, de simo. & in cap. cum dilecto. inf. de excess. Prælato.

11 ¶ † Secundò principaliter quęro, quo tempore, seu qua hora citatus debeat comparere. ¶ Sol. Dicendum arbitror, quòd aut in citatione apponitur certum tempus, & certa hora, & illa seruanda est. Aut non apponitur certa hora: sed apponitur certa dies, & debet comparere hora congrua, & iudice sedente pro tribunali: ita videatur promptus ad ostendendum suam innocentiam, & ad faciendum suas

suas defensiones, & hanc comparitionem suam debet facere redigi in actis, de quo statim dicam in sequenti quæst. Non autem debet comparere nimis tardè aut tempestiuè, vt quidam faciunt, comparentes, vel nimis tardè, vel nimis tempestiuè, & hoc, vt actor expensas illius diei amittat, & tempus inutiliter labatur, vt in c. fi. de iudicijs, & per Spec. in ti. de comparitione. vbi subdit, quòd congruam horam vocat de mane vsque ad vesperas, vt in Auth. de iudicibus. §. sedebunt, & de offi. deleg. c. consuluit, & ibi per Io. Andr. in glo. super verbo, hoc collige, & ad prædicta vide, quæ latè dixi, art. 19. q. 6. & 7. & artic. 20. q. 10.

12 ¶ † Tertiò principaliter quæro, qualiter & qua forma debeat scribi ipsa comparitio. ¶ Sol. Dic, q scribetur sub hac forma: Die 12. Decemb. 1455. de mane vel de sero, hora solita causarum, comparuit A. occasione citationis de eo factæ ad petitionem B. in tali causa. &c. Expedit enim scribere diē & horā, & hoc, vt appareat & probari posit ipsum debita hora comparuisse. facit quod dicam in quinta quæstione.

13 ¶ † Quartò quæro principaliter, quid agere debeat reus cōparens, vel eius procurator. ¶ Sol. Dic, quòd debet hilariter & humiliter se præsentare, ut supra dixi in princ. secundum Spec. in dicto titu. de comparitione. sed dicit ibi Io. Andr. in additio. super rubrica, quòd quamuis alia, quæ Specul. scribit de comparitione nō sint difficilia: tamen hæc duo vidētur satis difficilia: quòd reus licet superbus humiliter, & licet melancolicus hilariter coram iudice compareat, sed primum iudicio meo longè facilius est: saltem simulatione, quàm secundum: quoniam melancolici, quando conantur se ostendere hilares plorant, aut subsannant: non autem respondent, & debet esse cautus volens comparere, vt antequā compareat, consulat aduocatum: exponendo sibi citationem de eo factam, & de eius causa, vt sic recipiat instructionem, & consilium, quid agere debeat: ne fortè ab actore vel procuratore illius, aut iudice aliquo modo circumueniatur. ¶ Et secundum Bonaguidam de Are. sub rubrica, qualiter citatus loqui debeat, quem sequitur Specu. in titu. de comparitione, debet comparens non incontinenti iudici consentire, sed protestando dicere, Domine vocatus à tali venio, tanquam ad dominum & amicum, auditurus, quod vobis placet: & quare me vocastis, non tamen vestrum iudicium subeundo. & dicit Bonaguida, quòd etiā est bona cautela, quod ducat secum suum notarium ad scribendum prædicta, & quæ respondere intendit. ¶ Sed tu vide ad prædicta, quæ dicam de recusatione, in titu. de appellatio. & recusa. quamuis, iudicio meo, ordo istorum titulorum fuisset aliter seruandus. ¶ Item comparens debet demum etiam protestari, quòd compareat coram iudice, saluis omnib. exceptionibus, tam declinatorijs quàm dilatorijs, ac etiam peremptorijs, sibi competentibus, & competituris. infra eod. cap. fin. ¶ Insuper si sit delegatus coram quo comparet, petat fieri sibi copiam suæ iurisdictionis, vt in cap. cum in iure. supra de offic. delega. qui sibi fieri debet cum die & consule, vt tradit Specu. in ti. de instru. edi. §. videndum. ver. exhibendo, de quo ego latius dicam in ti. de fide instrum. & nisi fiat, appellet secundum formam traditam per Specu. in ti. de appellat. §. 1. in sexta forma. ¶ Si verò copiam fecerit commissionis, tunc conetur illam impugnare si potest, secundum ea, quæ traduntur per Specu. in titu. de iudi. delega. §. pen. & fin. de quo ego latius dicam in titu. de rescriptis. & petat terminum pro aduocato quærendo, si secum non duxit: quæ si iudex neget: appellare debet, vt traditur per Specula. in tit. de appel. d. §. 1. in 6. forma. ¶ Si verò concesserit, compareat in termino sibi præfixo, & libellum sibi porrigi petat. 3. quæst. 3. cap. operatur. & supra de lib. obl. cap. 1. ¶ Quod nisi fiat, appellet: nisi sit talis casus, in quo libellus non sit offerendus, de quo dixi in cap. primo, de libelli obl. in 5. prin. artic. ¶ Si verò reus compareat per procuratorem, debet ipse procurator in termino se iudici præsentare, vt dixi, q. 2. & debet ostendere iudici mandatum suū, & non occultare, vt in c. sæpe. in prin. inf. de appel. & illud ad cautelam suam facere in actis redigi. ¶ Poterit autem notarius in hac forma scribere, videlicet: Die tali, & hora tali.

14 ¶ † Forma præsentationis procuratorij per procuratorem qualiter fieri debet per notariū scribentem eam in actis.

¶ N. procurator A. se coram tali iudice ordinario vel delegato præsentauit in causa, quam habet cum B. & mandatum procuratorium eidem iudici obtulit talis continentiæ, videlicet, In nomine Domini, &c. ponatur totus tenor mandati, & similiter agendum est, si comparet syndicus nomine Vniuersitatis, & vtatur ipse procurator verbis conuenientibus, secundum ea, quæ diximus de ipso principali.

¶ Quintò principaliter quæro, quid agere debeat reus per se, post comparitionem, & quid cum aduocato, & qualiter non debet illicentiatus recedere. ¶ Sol. v. Vide ea, quæ dixi in quæstione præcedenti.

¶ Et aduerte: quia debet expectari donec iudex sedet pro tribunali, & si actor non comparet, debet ipsius contumaciam accusare, & quando hoc fieri posit, & an super tali contumacia iudex debeat pronunciare, dicam infra in titu. de dolo & contuma. in materia contumaciæ, articulo. ¶ Item aduerte: quia etiam his peractis, non debet illicentiatus recedere, vt in cap. 1. sup. de iudicijs, vndecima, quæstione 3. cap. certum, & in l. quæsitum. ff. de re iudi. & ibi Ioan. de Imo. aliàs enim si sine iudicis licentia recederet, censeretur contumax: quia non dicitur venisse, qui non stetit, vt l. scire oportet. §. sufficit. ff. de excusatio. tuto. & in d. cap. 1. de iudicijs. tradit Barto. in l. si finita. §. Iulianus. ff. de damno infecto. & Bald. in l. nam ita diuus. ff. de adoptio. & Ange. in l. & post edictum. ff. de iudicijs. Quod intellige, quando aduersarius stetit coram iudice, & non discessit sine licentia: vnde licet comparuerit, ex quo tamen sine licentia discessit, condemnatur aduersario in expensis: secus si aduersarius non comparuisset, vel etiam si comparuisset, & discessisset sine licentia: quia tunc non diceretur contumax, per l. & post edictum. §. circumducto. ff. de iudicijs, & sic neuter ab altero posset sumptus petere, saluo nisi quis comparuisset: tunc eo, quia fuisset tūc impeditus, & cessante impedimento, comparuisset:

set: nam tunc poterit petere, quòd aduersarius qui comparuerit, & sine licentia recesserit, condemnetur in expensis, ita singulariter voluit Inno. in cap. calumniam. infra de pęn. & in c. consuluit. supra de offic. delega. & Specu. in tit. de contum. §. 1. in prin. & ideò cautus debet esse comparens, qui vult recedere, quòd semper petat licentiam a iudice, & obtineat, & sic faciat scribi in actis, quòd licentiatus recesserit, vt dicunt Ange. & Ioa. de Imo. in d. l. quæsitum. ff. de re iud.

15 ¶ † Licentiam autem obtentam faciat scribi hac forma;

¶ A. ad petitionem B. citatus intra statutum terminum, & hora congrua comparens, & se tali iudici offerens, diu vel sufficienter in iudicio expectatus, aduersario minimè comparente, vel nihil aduersus eum dicente, fuit a iudice licentiatus. ¶ Expedit autem hic ita scribi: quia si postea aduersarius veniat, dicens illum licẽtiatum recessisse: oporteret eum de licentia dicere, aliàs reputaretur contumax, vt in c. 1. supra de iud. & 11. quæst. 3. c. certũ. secundum Spec. in titulo de comparitione. ver. hęc quoque no. & infra subijciam, & idem no. Bar. & post eum Ioan. de Imo. in l. si finita. §. Iulianus. ff. de dam. infec. faciunt etiam no. per gl. in verbo, comparere. & per dom. Dominicũ in c. cupientes. §. quod si per viginti. de electio. lib. 6. & quod habetur in l. si quis decurio, C. de decurio. lib. 10. & in l. properandum. §. primo. C. de iud. ¶ Et prædicta debet obseruare non solum reus, sed etiam actor, vt tradit Spec. in tit. de contumacia. §. 1. in principio. faciunt etiam no. in capitu. 1. de dolo & contumacia, lib. 6. ¶ Non ergo vr̃ sufficere accusare contumaciam nõ comparentis, nisi comparens licentiatus recedat. ¶ Fortè tamen respectu actoris posset hoc temperari, quòd non sufficiat actorem accusasse contumaciam rei, si non appareat, quòd licentiatus recessit: Nisi fortè sequẽti die se præsentasset coram iudice, & iterato contumaciam rei accusasset, quia ideò actori nocet, si non petit licentiam: quia forte iudex voluisset expectare in diem sequentem, vt d. c. consuluit, supra de offic. delega. secundum Inno. & Doct. videtur tamen, quòd licet illicentiatus recedat, si sequenti die compareret, videtur sufficere: quia cessare videtur ratio prædicta, & quamuis quis sit personaliter citatus, non tamen habet necesse personaliter persistere, vsq; in finem causæ, sed satis est, quòd compareat, & ex causa licentietur, & sufficientem constituat responsalem, vt in c. cum essent contra. de simo. facit l. 1. §. vsus. ff. de procurato. Sed non valet, vt dixi, illicentiatus recedere, vel minus idoneum procuratorem derelinquere, vt in c. constitutus. supra, de procur. secundum Io. And. in d. c. cùm essent. de simo. tetigi supra, art. 20. quæst. 15. fallentia 8. ver. vtrum autem.

¶ Sed aduerte: quia circa istum articulum, quando & qualiter, debeat comparens licentiatus recedere, d. Ant. in d. c. 1. supra de iudicijs, tractat latius. ¶ Sed vt dicit Lud. Ponta. in l. qui ante Calendas. ff. de verb. oblig. d. Ant. adeò confusus loquitur, vt vix videatur seipsum intellexisse, & quia passus est pulcher & notabilis, Ludo. post Innoc. dicit fore consideranda quatuor membra.

16 ¶ † Primum, quando reus citatus comparuit in termino sibi præfixo, sed non reperit iudicem in loco tribunalis.

¶ Et hoc casu, si recedat illicentiatus non incurrit contumaciam: quia non tenetur ipsum iudicem alibi quęrere, quàm in loco tribunalis, vt ff. quando appellatum sit. l. 1. §. adeundi. & ff. de damno infec. in l. 4. §. hoc autem iudicium. ver. postulare. & 2. q. 6. biduum. ad quorum iurium declarationem, vide gl. in verbo, proposita. in c. cupientes. de elec. lib. 6. ¶ Quandoque verò & secundo membro, citatus comparet in termino sibi præfixo, sed reperit iudicem infirmum vel aliter impeditum, & hoc casu, si recedat illicentiatus, censetur contumax, quoniam expectare debet, vtrum iudex velit sibi præfigere terminum ad comparendum alia die, argumentum optimum in l. & si qua. §. 1. ff. de arbitris.

¶ Interdum verò & tertio membro, citatus comparet, & iudicem reperit mortuum, & hoc casu potest absq; timore illicentiatus recedere, quia etiam si non comparuisset, non propterea contumaciam incurreret, vt est casus notabilis in l. arbiter intra certum. ff. de arbitris. & no. glo. in c. fi. infra de dolo & contumacia.

¶ Aliquãdo verò quarto membro, citatus comparet, & iudicem reperit in tribunali, & hoc casu, licet comparuerit, si tamen illicentiatus recedit, contumaciam incurrit, per tex. in d. c. certum. 11. q. 3. & in d. l. si quis decurio. C. de decurio. lib. 10. & probatur in c. si postquam. de elect. lib. 6. 28. dist. in c. si quis autem. & ff. de excus. tu. l. scire oportet. §. sufficit. Quod maximè verum est, si ad illum actum sit præfixus terminus, qui poterat per ipsum iudicẽ, etiam altera parte absente, explicari, vt probatur in dicto capitulo, si postquam. & no. glo. in uerbo, comparere. iuncta glo. præcedenti, in verbo, opponente, in dicto cap. cupientes. §. quod si per viginti. ¶ Quod tamẽ limita, nisi quis compareat respectu citationis inualidæ: quia tunc absque metu contumaciæ potest illicentiatus recedere, secundum Bal. in l. nam ita diuus. circa finem. ff. de adoptio. argumento l. quamuis. ff. de in ius vocan. & melius videtur probari in l. si filius. §. si seruus. ff. de verborum obligationibus. & in l. ex quacunque. ad finem. ff. si quis in ius voc. non ierit. facit etiam, quod infra subijciam de citatione inualida.

17 ¶ † Sed circa prędicta dubitari potest, pone q̃ aliquis comparuit, & illicentiatus recessit, nec in præfixo termino comparuit aduersarius, sed tamen ipse aduersarius die sequẽti, seu post terminum comparuit, vtrum ipse qui recessit illicentiatus, debeat cõdemnari aduersario in expensis? ¶ Sol. Dic, quòd aut comparens post terminum ostendit iustum impedimentum, & necessariam causam probat, propter quam non potuit intra præfixum terminum cõparere. Et hoc casu, cum ipse excusetur, si postea comparuit eo, quòd Prætor propter superueniens impedimentum differt diem iudicij in alium diem, vt l. secunda. §. si quis in iudicio. ff. si quis cautionibus, & tunc ille qui illicentiatus recessit, condemnari debet huic, licet post terminum comparenti in expensis, quod est singulare. ¶ Et hoc probatur: quia iudex pręfigens terminum ad comparendum, duo videtur mandasse. ¶ Primum, quòd compareat. ¶ Secundum, quòd intra terminum compareat,

reat, vt l. Celsus. ff. de arbitris. & infra de dolo & contuma. c. cum dilecti. vnde licet iste non paruerit secundo præcepto propter iustum impedimentum: tamen ex quo paruit primo præcepto, satisfecisse videtur, vt d. l. 2. §. si quis in iudicio. & in c. venerabilibus. de senten. excommu. lib. 6. ¶ Aut citatus, qui intra præfixum terminum non comparuit, nec habuit iustum impedimentum: sed tamen postea comparuit, & hoc casu videtur esse maius dubiũ, vtrum ille, qui illicentiatus recessit, debeat condemnari sibi in expensis. ¶ Et prima fronte videtur dicendũ, quòd non. ¶ Sed quòd vtriusque contumacia adinuicem compensetur, videlicet contumacia eius, qui illicentiatus recessit, & istius, qui licet post terminum comparuerit, tamen non comparuit intra præfixum terminum: nec habet aliquã legitimam excusationis causam. facit l. fin. §. sed si stipulatur. el secondo. ff. de eo per quem fact. erit. & quod no. in l. si duo. ff. de dolo. & in cap. intelleximus. & quod ibi dixi, infra de adulte. cum simi. ¶ In contrarium tamen est veritas, secundum Ludo. Pontan. quia licet ille comparuerit post terminum: tamen comparendo purgauit primam contumaciam, vt l. diuus. ff. de in integ. restit. sed primus, qui illicentiatus recessit: semper fingitur fuisse contumax, cum non dicatur comparuisse, ex quo illicentiatus recessit, per supradicta. Et quia ille qui illicentiatus recessit, fuit vltimò morosus, & vltima mora nocet. Et per consequens puniri debet, per illud. ff. de pericu. & commo. rei vend. & in l. si per emptorem. ff. de actio. empti. & hoc videtur sentire Innoc. in d. c. calumniam. de pœn. & sequitur Ludo. Ponta. in d. l. qui ante calendas. ff. de verbo. oblig. quod est ualde singulare, sed non procedit sine dubitatione. ¶ Ad quod vide, quod dixi supra in 27. princ. art. q. 11.

18 ¶ † Sextò principaliter quæro, quid agere debeat aduocatus comparentis. ¶ Sol. Dic, quòd ipse debet in termino prædicto venire, & surgens dicere debet: quia iudicium ex tribus constat personis, scilicet iudicis, actoris, & rei. 4. quæst. 4. cap. 1. de verbo. signific. c. forus. ¶ Idcirco de his tribus ante omnia videndum est, ne iudicium delusorium videatur. supra de iudicijs. c. causam quæ. secundum Spec. in tit. de comparitione. versi. cæterum. ¶ Sed tu vide, quod latius dixi supra in tit. de postu.

19 ¶ † Septimò principaliter quæro, vtrum actor teneatur comparere. ¶ Sol. Dic, quòd sicut reus in termino præfixo tenetur comparere: sic etiam & actor: aliàs autem reputatur contumax: & tenetur reo comparenti, & ipsius contumaciam accusanti: & cum licentia recedenti, ad expensas, & ad damna, & interesse, vt in l. eum, quem temerè. ff. de iudicijs. & in c. 1. de dolo & contum. lib. 6. & 3. quæst. 3. in c. spatium. de quo latius dicemus in titu. de dolo & contum. in materia contumaciæ. ¶ Et ipso actore non comparente, instante reo circumducitur edictum, de quo dicam infra, artic. 33.

20 ¶ † Octauò principaliter quæro, quid agere debeat actor comparens. ¶ Sol. Dic, quod debet in iudicio persistere, & videre, vtrum reus compareat: & si reus non comparuerit, debet actor illius contumaciam accusare, vel etiam si comparuerit, & illicentiatus recesserit, similiter potest ipsius contumaciam accusare, per ea, quæ dixi supra, q. 5. Et ipse actor debet diligenter instare: & negocium suum sollicitare: quoniam instantia, seu solicitudo, mater est omnium virtutum in suo opere. 83. distinc. c. nihil. tradit Spec. in titu. de comparitione. Quoniam reorum est fuga, & actorum fugare, vt l. inter stipulantem. §. 1. ff. de verbo. obliga. ¶ Si vero actor non comparet per se, sed per procuratorem: debet procurator suus de mandato suo fidem facere: & illud scribi seu redigi facere apud acta, ad cautelam, secũdum quod de reo dixi supra, quæst. 4. ¶ Et si simili ter reus comparet per procuratorẽ, debet actor seu ipsius procurator illius copiam petere, cum termino competenti ad opponendum. ¶ Et no. quod sicut reus non debet illicentiatus recedere, vt dixi supra, q. 5. ita etiam nec actor, vt ibi dixi. ¶ Et de exceptionibus opponendis per actorem contra personam rei, vel eius procuratorem, vel econtra, de opponendis per reum contra actorem, seu eius procuratorem: tam declinatorijs, quàm peremptorijs, ac etiam dilatorijs, tractabitur suis in locis, videlicet in tit. de exceptionib. & in tit. de procur.

21 ¶ † Nonò principaliter quæro, de pœna rei non comparentis. ¶ Sol. Dic, quòd actore instante proceditur contra reum ad primum decretum, vel ad alias pœnas, & ad alia remedia statuta, & prodita cõtra contumacem. quæ autem sint pęnæ statutæ, & quæ remedia prodita contra cõtumacem, dicam latius in tit. de do. & contu. in materia contumaciæ.

22 ¶ † Decimò principaliter quæro, propter quas causas reus excusetur à contumacia, & ipsius pęna, si non comparuit. ¶ Sol. Dic, vt latius dicam in tit. de dolo & contuma. vbi etiam tractabo de excusatione actoris.

23 ¶ † Vndecimò principaliter quæro, qualiter reus post transactum terminum admittatur, si in termino præfixo non comparuit. ¶ Sol. Dic, quòd ista quæstio incidit in aliam quęstionem, videlicet, qualiter reus possit purgare contumaciam. ¶ Et quia hæc quæstio & ipsius materia etiã principaliter pertinet ad titu. de contum. ideo ibi plenè videbimus, & qualiter reus purgata contumacia, vel aliàs veniens, ad causam admitti debeat, distinguendum arbitror, quòd aut propter contumaciam non potuit in causa procedi: sed processum fuit ad primũ decretum, vel ad similia remedia, de quibus dicemus in titu. de contumacia. ¶ Et tunc refectis expensis, & purgata contumacia, & facta restitutione ad audiẽtiam, si fortè sibi fuit denegata vel impartita absolutio ab excommunicatione, si fortè propter contumaciam fuit excommunicatus, admittitur in eo statu, in quo erat causa prædicta ante ipsius contumaciam. ¶ Sed si fit processum contra eum, non obstante contumacia, puta ad aliquos actus, ad quos poterat procedi, vel quia lis erat contestata, vel quia erat causa, in qua poterat procedi li. non contest. secundum quod latè dixi in c. quoniam frequenter. in princ. supra, vt lite non contest. in quarto princip. articu. in fallentijs. ¶ Vnde reus hoc casu ueniens, admittitur in eo statu, in quo inueniet causam: vnde si sit lis contestata, vel iuratum de calumnia, seu de ueritate, vel testes producti, vel etiam conclusum solum, admittetur ad sequentia: non ad præcedentia, vnde non audietur, si fortè vellet libellum sibi offerri, vel declinatorias, recusatorias,

torias,

torias, vel dilatorias exceptiones proponere, aut quod fiat lit. contest. argu. capituli, inter monasterium. de re iudicata. Cum enim tunc absens pro præsente habeatur, vt in c. per tuas. de appella. & in c. veritatis. de dolo & contu. & in c. eum, qui. de eo, qui mitti. in possess. lib. 6. & ratio: quia processus contra eum habitus tenuit, ac si præsens fuisset. ¶ Sed si ipse fuisset præsens, & esset processum vsq; ad talem actum: non posset exceptiones, a quibus iam esset exclusus, opponere, ergo &c. Ita dicit Specu. in titu. de comparitione, vers. attendas. ¶ Et vide quod traditur per eum, in titu. de appell. §. qualiter autem. ver. sed pone. & seq.

24 ¶ † Duodecimo principaliter quæro, ad quid teneatur actor, qui debito tempore non comparuit, & qualiter postea admittatur. ¶ Sol. tex. in cap. 1. de dolo & contu. lib. 6. dicit, quòd debet condemnari reus in expensis, & ad aliam citationem minimè admittetur, nisi sufficienter cauerit, quòd in termino sufficienter debeat comparere, de qua materia dicendum est, vt ibi. & ego latius tractabo in titu. de contumacia.

25 ¶ † Decimotertio principaliter quæro, quis tenetur probare comparitionem factam, vel nō factam. ¶ Sol. Dic, quòd ille, qui dicit citatum comparuisse, vel non comparuisse, & super hoc fundat intentionem suam, debet illud probare, vt l. 2. ff. de prob. & ff. ne quis eum, qui in ius vocan. vi eximat. l. pen. §. decem. & probabitur præsumptiuè per inspectionem ipsorum actorum, in quibus alia acta continentur, vt no. in l. 3. C. de errore aduoc. & in l. Titiæ textores. ff. de leg. 1. ¶ Vel verè: quia scriptura dicit, quòd comparuit vel non comparuit, vel quod sua contumacia fuit accusata in termino. C. de iudicijs in l. properandum. §. 1. & supra de elect. cap. bonæ memoriæ Maguntinus. & ff. de itin. actuque priua. l. prima. §. primo, & infra de accusa. cap. super his, & ibi per Inno. tenet per Iacob. de Are. in l. hi, qui ad ciuilia. C. de appel.

¶ Poterit etiam probari comparitio per testes. & ad prædicta vide omnino, quæ dixi supra in 29. principali artic. & etiam in trigesimo principali articulo per omnes quæstiones ibi positas, quarum decisio infert ad quæstionem nostram. Et ex his expedita est materia comparitionis, & quintus principalis effectus. ¶ Et aduerte, quòd sicut is, qui facit aliquē citari quādo opus est citatione, videtur bonæ fidei, & si non faceret citari, videretur esse malæ fidei, vt no. Bal. in l. creditor. ff. de distra. pig. facit l. necessario. ff. de in diem addict. & l. si tamen quibusdam. ff. de legatis secundo. ita & pari ratione comparens, vbi comparitione opus est, videtur confidere de iuribus suis, si iudicium legitimè assumat, sed eo ipso, quòd non comparet, videtur de suo iure diffidere, vt l. ea quidem. C. qui accus. non possunt, & contra eum præsumitur fraus & malitia, vt no. Bal. in l. nam ita diuus. ff. de adop.

26 ¶ † Sextus principalis effectus est, quòd si citatus non compareat, est ipsius contumaciæ inductiuus, ad quod vide quod dixi supra in vigesimoseptimo principali articulo, quæstione vndecima. ver. quartus effectus, & quod latius dicam in tit. de dolo & contum. & ibi videbimus, an & quando, & per quā speciem citationis non comparens dicatur verus, fictus, præsumptus, velatus vel manifestus contumax, & ad quid procedi possit contra talem contumacē. ¶ Et ibi etiam dicetur, quid si citata sit vniuersitas secundum formam, de qua dixi articulo vigesimo, q. 20. & non compareat, dicatur verè vel fictè contumax, de quo Bar. in extrauagan. ad reprimen. super verbo, citata, & traditur in l. non potest dolo carere. ff. de regu. iu.

27 ¶ † Septimus effectus est, vt reus comparens teneatur iudicium suscipere, saluis tamen exceptionibus suis, vt dictum est, & an & quando cōparens habeat ius reuocādi domum, dixi latissime in c. fi. supra, de foro compe. super glo. fi.

28 ¶ † Octauus effectus est: quia comparente reo ad ipsius petitionem tenetur actor vsque ad finem iudicium perducere, secundum ea, quæ traduntur in auth. qui semel. C. quomodo & quando iudex, de cuius auth. intellectu dixi supra, de libelli oblatione, in cap. fin. Et vide quod dicam statim in 32. princ. articulo.

29 ¶ † Nonus effectus est potestatis iudicis suspensiuus: interea enim iudex non debet procedere. citatione enim & dilatione pendente, iudicis officiū conquiescit, vt l. siue pars. C. eo. tit. Item citatus acquirit ius, vt pendente termino præfixo ad comparendum per ipsum tempus expectari debeat, in c. cum inter diuersas. supra de electionibus, & quod ibi nota. Notat Ioannes de Imola in capit. fin. infra de his, quæ fi. a Prælat. vnde etiam si citatus sit aliquis ratione sui interesse, si quod fortè diceretur habere, secundum ea, quæ dixi articulo quinto, quæstione vndecima, debet expectari toto tempore præfixo ad comparendum. ¶ Quod tamen limitat Pet. de Anchara. in d. cap. fi. Nisi superueniret notitia, quòd ille non haberet ius in eo, ad quod citatus esset. argu. no. in cap. pastoralis. de his, quæ fiunt a Præla. ¶ Sed Zabarella in dicto capitulo finali dicit, quòd communiter tenetur, quòd cum quis vocat non vocandum, non tenetur expectare, nec illum comparentem admittere, de quo in dicto c. cum inter vniuersas, vbi Doct. communiter concludunt, quod licet quis sit citatus, si tamen non erat citandus, non tenetur citans illum expectare, quamuis possit vocatus, si comparet, agere ad interesse & damna, quæ passus est propter talem citationē, arg. l. si præceden. ff. mandati. & idem tenet Io. de Imo. in l. liber homo. §. decem. in fi. ff. de verborum obligationibus.

30 ¶ † Insuper etiam est suspēsiuus potestatis ipsius citantis, vt non possit alterare actum, ad quem quis est citatus, & si iudex illum alteraret, non valet, vt no. singulariter Bar. in l. aut qui aliter. §. 1. ff. quod vi aut clam. quod est singulare. ¶ Et ratio est in promptu: quia si ille actus aliter agitur, vel in qualitate, vel in substantia, quā fuerit dictum in citatione, nō valet: quia videtur celebratus parte non citata, per illum. §. primum. ¶ Aduerte tamen: quia licet quis sit citatus ad vnum articulum, tamen comparens potest super alio conueniri, & si respondet, tenet processus. tex. est in cap. pastoralis. in princ. infra, de cau. posses. & proprieta. & ibi per Ioa. And. & in c. fi. de electio. lib. 6. & in c. bonæ. el primo. supra de elect. ¶ Sed tu vide ad hoc, quæ latius dixi in quinto prin. art. q. 16.

¶ † De-

31 ¶ † Decimus effectus, est præscriptionis longissimi temporis interruptiuus, vt l. sicut. & l. cum notissimi. C. de præscript. triginta vel 40. annor. do. Ang. in repet. l. 2. C. de iudicijs. col. 2. ¶ Nec ad húc effectum inducendum exigitur citatio peremptoria, vt dixi supra, artic. 27. quæst. 6. ver. item septimo. ¶ Aduerte tamen, quia prædictus effectus procedit, quando citatio emanaret à suo iudice: sed si fieret à iudice non suo, seu incompetenti, non interrumperet præscriptionem, per not. in l. penul. C. ne de statu defunc. & per ea, quæ traduntur in c. vt debitus. infra, de appellationibus, facit quod no. glo. & Bal. in l. 1. ff. de ferijs. ¶ Et hoc verum, si certum sit quod iudex non habeat iurisdictionem: sed si esset dubium, videretur facta interruptio. argumento notatorum in l. ex quacunque. ff. si quis in ius voca. non ierit, quia tunc arctat citatum, vt ibi, aliàs non. C. si mancip. ita fue. alie. in l. ea quidem. facit etiam, quia sententia non sui iudicis, non priuat quem possessione, secundum ea, quę traduntur in c. in literis. infra de restitu. spolia. & in l. iustè possidet. ff. de acquir. possess. & in c. cum nostris, infra de conce. præben. Quod intellige, nisi comparuerit, & prorogata sit iurisdictio, secundum ea, quæ latè dixi in c. significasti, de foro competen. virtute cuius prorogationis esset facta interruptio, & non virtute ipsius citationis, & ad prædicta vide, quæ dixi de litis contestatio. facta coram iudice non competenti, vtrum interrumpat pręscriptionem, in c. 1. supra de lit. contest. in quinto princip. articulo, & latius de materia dicam infra in tit. de præscriptio. ¶ Et ad materiam istius articuli circa citationis effectum, de effectu citationis ad domum, vide quod dixi, artic. 17. q. 2. & de effectu generalis citationis, vide art. 22. quæst. 3. ¶ Et de effectu citationis per edicta, vide ar. 23. q. 11. ¶ Et de effectu citationis per literas, vide ar. 24. q. 9. ¶ Et vide de præconia, articulo 25. quæstione 9. ¶ Et de quatuor effectibus citationis peremptorię, vide articulo 28. quæstio. 11. ¶ Est tamen aduertendum, quòd prædicti effectus videntur procedere, si modo citatio sit legitimè facta: secus si sit nulla, vel temeraria, quia tunc non arctat citatum, vt no. hic Ioan. And. in rubr. & no. in c. bonæ. el 2. supra, de elect. tetigi supra, in 20. princip. artic. q. 3. Imò temerariè citans, seu citari faciens, debet condemnari in expensis, vt in l. eum, quem temere. ff. de iudicijs, & dicitur temeraria citatio, etiam si citetur quis ad locum suæ iurisdictionis: & in forma legitima, si modo locus ille non sit tutus: & si hoc notorium sit: non tenet excommunicatio, nec alia pœna inflicta citato tanquam contumaci. Ad quod vide, quod tradit Spe. in tit. de citat. §. contra citationem. versi. quid si citatus. excusatur enim propter locum non tutum, vt latius dicam in tit. de dolo & contu. in materia excusationis à contumacia.

32 ¶ † Et vide quod dixi supra, articulo 18. ver. Aduerte tamen, quia licet citatio sit temeraria, & non arctauerit citatum, si tamen citatus comparet, & respondet, videtur renunciare iuri suo, vt no. Bal. in l. 2. ff. de ferijs, per l. sed & si susceperit. ff. de iudicijs. facit quod dixi in fine pręcedentis effectus, & quod dixi supra, in 5. princip. artic. quæst. 16. ¶ Postremò pro complemento istius articuli, secundum ea, quæ sunt præmissa in princ. istius articuli, esset tractanda materia eximentis vocatum in ius, & an, & quãdo & qualiter, & quam pœnam eximens incurrat, de qua materia & ipsius quæstionibus, latius tractabimus statim, in 34. princ. artic.

ARTICVLVS XXXII.

Trigesimosecundo principali articulo, in quo tractandum est de citato, eodem tempore coram duobus, non est vlterius insistendum: quoniam eius materia expedita fuit supra in proximo præcedenti articulo, versi. quintus effectus, & in cap. penul. de foro compe. in quinto princip. artic. quæst. 2.

SVMMARIVM.

1 *Citatio, an & quando tollatur.*
2 *Eremodicium, quid sit.*
3 *Negotium liquidari potest actore absente.*

ARTICVLVS XXXIII.

Trigesimotertio principali articulo tra
1 ctandũ est, † an & quãdo citatio tollatur, seu circunducatur. circa quem articulum aduertendũ est, quod olim iure Digestorum, licet reo absente, quando liquebat vel liquere poterat de causa, contraheretur eremodicium: quia poterat ferri sententia, non obstante absentia rei peremptoriè tamen citati, vt l. & post edictum. in princ. ff. de iudi. tamen actore absente non contrahebatur eremodicium, nec poterat negotium liquidari, nec ad diffinitiuam sentẽtiam perueniri, vt d. l. & post edictũ. §. 1. ibi, dum tex. dicit, neque de causa cognoscetur, neque secundũ præsentem pronunciabitur.

2 ¶ † Et vt intelligas tu Canonista, dic, quod eremodicium est desertio iudicij per partem, qua tamẽ non obstante, potest procedi ad diffinitionem, vt l. properandum. §. sin autem reus, & seq. C. de iudic. & not. ff. de in integ. restit. in l. diuus. & in Authen. vt omnes obed. iudic. prouinc. §. si verò neminem, col. 5. & ff. de minor. in l. ait prætor. §. fin. vnde olim, vt dixi, actore absente circumducebatur edictum peremptorium: nec causa agebatur, neque secundum præsentem pronunciabatur: sed demum per l. properandum. fuit inductum, quod si præsente actore fuerat negotium liquidatum, non obstante ipsius absentia, poterat perueniri ad sentẽtiam diffinitiuam, sed eo absente, non poterat negotium liquidari, vt traditur in d. l. properandum.

3 ¶ † Sed postea per nouissimum ius Authenticorum fuit inductum, quod etiam actore absente, posset negotium liquidari, vt in authent. qui semel. C. quo. & quan. iud. & in corpore vnde sumitur, de cuius auth. intellectu dixi supra de lib. oblat. c. si. art. ¶ Et hodie etiã secundum ius Canonicũ, si actor, ad cuius petitionẽ reus fuit citatus, non comparuit in termino statuto, & reus cõparuit, actor vlterius non auditur, volens facere iterũ citari reum, nisi sufficiẽter caueat, quòd in termino debeat sufficiẽter comparere, vt est tex. in c. 1. de dolo, & contu. lib. 6. de cuius intellectu latè dicam in tit. de contum.

SVMMARIVM.

1 *Edictum Prætorium quale, & quare in materia citationis fuerit positum.*
2 *Actio ex edicto Prætorum, contra quem detur.*
3 *Fœmina venit hominis appellatione.*
4 *Actione ex edicto Prætorum, qui teneantur. & tribus num. seqq.*
8 *Actio ex edicto Prætorum, cui detur.*
9 *Actio ex edicto Prætorum, quare detur: vt competat, quæ requirantur.*
10 *Eximere, & eripere, in quo differant.*
11 *Occultans, an teneatur sicut eximens.*
12 *Eximens aliquem vi, per quæ excusetur, & num. seq. vsque ad 24.*
25 *Actio, quæ competat ex edicto, nec quis eum, qui in ius vocatus est, vi eximat.*
26 *Actio ex edicto, ne quis eum, qui &c. ad quãtum contra eximentem detur.*
27 *Probatio, quæ contra eximentem requiratur.*
28 *Exemptus existens in dolo, actione conuenitur restitutoria.*
29 *Hærede agente, quæ requiratur probatio.*
30 *Taxatio iudicis iuramentum præcedere debet.*
31 *Extrahens aliquem de carcere, qua sit afficiendus pœna.*
32 *Eximens ad mortem damnatum, pœna tenetur capitali.*
33 *Interficiens captum in manibus familiæ, qua plectatur pœna.*
34 *Eximens, an possit condemnari ob iniuriam.*
35 *Actio ex edicto Prætorum, quando competat: & quanto tempore duret.*
36 *Libellus in actione ex edicto Prætorum, qualiter formetur.*
37 *Actor, quales positiones, & quales reus debeat formare.*

ARTICVLVS XXXIIII.

TRIGESIMOQVARTO principali articulo tractandum est de eo, qui exemit vocatũ ad iudicium, vel per quem factũ est, quo minus citatus in iudicio sistat.

¶ Pro cuius articuli clariori doctrina, prosequar infrascriptas quæstiones.

1 ¶ † Primò igitur quæro, quale fuerit edictũ Prętorum in hac materia. ¶ SOL. Quamuis prędictum edictum non habeamus integrum: tamen satis colligi potest ex rubro & nigro. ff. ne quis eum, qui in ius voca. vi eximat. vnde Bar. ibi super rubr. dicit, ꝙ verba edicti erant ista: Prætor ait, ne quis eum, qui in ius vocatus est, vi eximat: neve faciat dolo malo, quo magis eximeretur, & in eum, qui aduersus prædicta fecerit, quantum per actorem in litem iurabitur, iudicium dabo. hæc fuerunt verisimiliter verba edicti, vt colligitur ex d. rubr. & l. 1. & seqq.

2 ¶ † Secundò principaliter quæro, quis tenetur ex prædicto edicto: seu cõtra quem detur actio ex eo. ¶ SOL. Dicendum arbitror quod etiam verbis edicti tenetur, qui vi exemit: quę quidem verba recipiunt plures declarationes.

3 ¶ † Prima declaratio est, quòd cum prædictum edictum loquatur per verbũ quis, videlicet, ne quis eum, &c. & sic per relationẽ præsentans terminum communem, qui terminus est homo, & sic ne quis, scilicet, homo meritò comprehenditur, & edicti pœna tenetur, tam masculus, quàm fœmina vi eximens, &c. & ad hoc bonus tex. in l. 1. ff. de verb. signifi. & 17. q. 4. in c. si quis suadente. dixi in c. peruenit. inf. de sent. excom. art. 9. q. 1.

4 ¶ † Secunda declaratio est, quòd non solum tenetur vnus, si solus eximit: sed etiam tenentur plures, si plures eximant, ad quod uide quod statim dicam in 5. q. princ.

5 ¶ † Tertia declaratio est, quòd tenetur non solum liber homo: sed etiam seruus, vt est tex. in l. 1. §. 1. ff. ne quis eum, &c. ¶ Si enim seruus vi exemit ipsius nomine, noxale iudiciũ aduersus dominum datur, nisi sciente domino id fecerit: quia tunc & sine noxæ deditione, dominus iudicium suscipiet, vt d. §. 1. de quo dicam in 5. q.

6 ¶ † Quarta declaratio est: quia dicto edicto tenetur non solum, qui per se vi exemit: sed etiã ille, qui per alium exemit, seu præsens seu absens fuit, vt l. si per alium. ff. ne quis eũ. facit l. 1. in prin. ff. de eo per quem fac. erit. licet ergo edictum loqueretur in personam dicens, quis eum, &c. tamen ex interpretatione iureconsulti, tenetur etiam eximi faciens, propter eandem æquitatem, facit l. hæc verba. ff. de adult. vnde qui mandat eximi, tenetur sicut faciẽs, vt l. si quis id quod. ff. de iurisd. om. iud. de quo per Bart. in l. sed si vnius. §. si seruus. ff. de iniur. ¶ Et an dicatur verè vel fictè per ipsum facere, dic vt dixi in c. vt famę. inf. de sent. excom. ¶ Et ad materiam vide, quæ latissimè dixi in c. ad audientiam. de homi. articu. 6. q. 42. & multis sequentibus, & maximè q. 68. & pluribus sequentibus. ¶ Nec exigitur præsentia mandatoris, vt d. l. si per alium, & ibi per Bar. exigitur tamẽ, quod dolo malo id mandetur, ita quòd non subsit aliqua iusta causa, & l. 4. §. prætor. ff. ne quis eum, dicam inf. in 4. q.

7 ¶ † Quinta declaratio est, quòd ipse solus eximens per se, vel per alium, tenetur: sed ipsius hæres non tenetur, vt est tex. in l. pen. §. fin. ff. ne quis eum. Quod ego arbitror limitandum, si modo cõtra defunctum non fuit lis contestata. secus si contra ipsum iam fuisset lis contestata, per tex. in l. 1. C. ne ex delictis defuncto.

8 ¶ † Tertiò principaliter quæro, cui detur hæc actio: seu quis agere posit ex hoc edicto. SOL. Dic, quòd datur actori, vt est tex. in l. si per alium. §. 1. ff. ne quis eum, ibi dum tex. dicit, ab actione extimata, & eadem l. §. hoc iudicium. vbi tex. vult quod cõpetat actio in factum, & sic continet priuatam uindictam. Et quantum ab actore res fuerit examinata, de qua cõtrouersia est, vt l. pen. §. 1. ff. ne quis eũ, & dicam inf. q. 5. ¶ Sed quæro circa prædicta, vtrũ talis eximens cõdemnari posit à iudice propter iniuriam, quæ videtur facta iudici in eximendo citatum ab eo. ¶ SOL. Dic de hoc, vt dicam in seq. q.

9 ¶ † Quartò principaliter quæro, propter quid, seu ex qua causa detur hęc actio, & quæ requirãtur ad hoc, vt competat actio ex hoc edicto, & propter quas causas eximens excusetur. ¶ SOL. Dic, quod hæc actio competit aduersus eximentẽ, qui exemit eum, qui realiter cita[illegible] seu personaliter ducebatur. Hoc enim dene[illegible] m eximere. vnde non potest

potest cadere in citatione verbali, sed quando quis per familiam ducebatur, & aliquis eximit eum de manu familiæ, vt dicit Bar. in rubri. ne quis eum. ¶ Et sufficit, quòd quis eximatur vi, licet dolus malus cesset, vt l.3.§.fi.ff.eo. ¶ Quod intelligit glo. ibi, quantum ad ipsum exemptum: quia non est necesse, quod fiat exemptio, vt necessitatur exempto: sed quantum ad vocantem, necesse est dolum committi, vt scilicet sibi necessitatur, vt l.4.§.fi.ff.ne quis eum. vnde necessarius est dolus malus, quò ad vocantem: quia talis vis sine aliquo dolo non videtur posse stari. arg.l.1.ff.quod me.cau.& l.2.§.doli. ff. vi bo.rap. in quibus dicitur, ꝙ in vi semper inest dolus. vnde siue facit dolo malo, vt noceret vocanti & non vocato, siue etiam vtrique, locum habet edictum: vnde ex aliqua parte requiritur dolus in eximente. alias enim iniquum esset vocantem in litem iurare, vt dicam in 5.q.princ.per tex.in l.in actionibus, 2.responso.ff.de in litem iurando.& sequuntur Doctores in d.l.4.§.fi. Nec videatur tibi absurdum, quòd respectu vnius posit committi dolus, & non respectu alterius: quia & sic videmus aliàs contingere, ꝙ quis aduersus vnum habeat bonam fidem, & aduersus alium malam fidem, vt in l.indebiti §. si nummi.ff.de cond.inde.& ibi gl. & per Bar.in l.naturaliter. ff.de vsucap.

10 ¶ †Et aduerte, quia Prætor vsus est verbo, eximẽdi, & non eripiendi, eo quod verbum eximendi, est magis generale. Eripere.n.est de manibus auferre ꝑ raptum: sed eximere, est quoquo modo auferre, vt puta, si quis non rapuit quẽ, sed trahendo ipsum de itinere, seu morã in ipso itinere faciendo, effecit vt citatus in ius nõ veniret ad hoc, vt actiones quæ fortè temporales erant, vt redhibitoria vel similis dies transiret, vel res tempore amitteretur: puta, quia interim conuentus rei vendicatione vsucepit: nam & talis videtur exemisse, quãuis corpus nõ exemerit.& similiter etiam si eo loco retinuerit, scilicet, vbi erat quando vocabatur, & per vim, licet ipsum non abduxerit, nam & iste tenetur, vt in l.sed eximendi. in princ.iuncta gl.ff.eo. & quamuis Ang.exponat auferre de manibus, hoc est de potestate, tamen secũdum moderniores, melior videtur expositio, de manibus, hoc est de quolibet membro corporis, vt aliàs dicitur.ff.de acq.poss.l.1.in prin.

11 ¶ †Nota tamen, quòd si aliquis occultaret, & nõ eximeret, non teneretur pœna istius edicti, ita no. Bal.in l. fi.C.de ope.lib.per l.pen.§.1.ff.eo. Nec ob. l.quoties.C.de exact.tribu. & l.3. C.de offi. assesso. quia speciale est in casibus illarum legum, quòd occultantes debitores teneantur pro ipsis soluere debitum, ad quod ipsi tenebantur. Est etiam speciale in occultante libertum alienum, vt teneatur loco illius ad operum præstationem. Item si aliquis solum dissligauit, seu dissoluit, & non exemit, non videtur teneri, ad quod vide quod tradit Bal.in l.eleganter. §. idem Labeo. ff. de dolo. licet quædam lecturæ hoc non contineant. Quid autem de eo, qui extrahit de carcere, vel eripit damnatum ad mortem, statim dicam, q.5. Item aduerte, quia eximens excusatur a pena prædicti edicti ex plurimis causis.

12 ¶ †Primò, si iudex, qui illum citari realiter faciebat, non habebat potestatem faciendi realem citationem: & ideo, qui eximit captum ad petitionem pedanei iudicis, vel eius, qui non habebat ius personaliter capiendi, non incidit in tale edictum, nec in pœnam ipsius, vt l.3. ff. ne quis eum, qui in ius voc. & ibi tenent Bar.& Doct. & dicit ibi gl. quòd hoc est propter vtilitatem officij, & sequitur Bald. quia debet esse aliqua differentia inter contemnentem maiorem iudicem & minorem, nec debet esse pœna vniformis. ¶ Sed Iaco. Butr. dicebat ꝙ ratio est, quia iste non dicitur vocare, sed requirere, sed trussa est, secundum Bal.& bene. ¶ Ego arbitror, quòd ratio est illa, quia respectu huiusmodi capturæ talis iudex erat penitus incompetens, attentando realem citationem sibi prohibitam, & ideo iustè potuit sibi resisti, vt no. Bar.in l.prohibitum C.de iure fisci, lib.10. ¶ Qui autem sint iudices, qui possint realiter citare, videbimus latè, supra eodem, in 4. princ.art.q.2.

13 ¶ †Secundò excusatur, si citatur ad tribunal, ad quod citari non potest, puta, a non iudice suo, ar. eorum, quæ statim dicta sunt.

14 ¶ †Tertiò excusatur, si emptus citabatur ad locum vbi non poterat conueniri, quia tunc non dicitur rectè citari, vt in l.vir bonus. ff. iudic. sol. no. Bald.in l.1.ff.ne quis eum. vide quod dixi supra art. 18. quæst.5.

15 ¶ † Quartò excusatur, si eximit citatum ad locum non tutum vel turpem, ad quod vide quod dixi, art. 18.q.3. & 4.

16 ¶ †Quintò excusatur, vt arbitror, quando eximeret realiter citatum in his casibus, in quibus realis citatio non permittitur, ad quod vide quod dixi, arti. 20. quæst.24.

17 ¶ † Sextò excusatur, si eximeret eum, cui qualitercunque ius esset ibi non conueniri, vt l.2.in fi. ff. ne quis eum.

18 ¶ † Septimò excusatur, si citatio non emanauit sub debita forma, aut emanauit omisso debito iuris ordine: quia cum talis citatio sic arctet citatum, eximens non tenetur, secundum Bald. l. 1. ff. ne quis eum, quod dicit bene notandum, propter citationes non ritè emanantes.

19 ¶ †Octauò excusatur, si citaretur persona, quæ haberet ius reuocandi domum, per tex.in l. 2. in fi. ff.ne quis eum.& ibi Doct. & de materia istius iuris reuocandi domum, latißimè dixi in c. fi. sup. de fo. comp. super gl. fi.

20 ¶ †Nonò excusatur, qui exemit seruũ: cùm nõ posset in ius vocari, vt l.3.ff.ne quis eum. quod intelligendum arbitror in casibus, in quibus seruus non potest esse in iudicio, vt l.vix certis.ff.de iud.

21 ¶ †Decimò excusatur, si eximeret aliam quamcunque personam, quæ non posset realiter citari ex priuilegio personæ. exemplum in parentibus, patronis, cæterisque personis, quæ sine venia vocari non possunt, ut l.1.in fi. cum l.seq. ff.de in ius uoc. quia licet uterque contra edictum faciat, & libertus, qui patronum uocat, & ille qui patronũ ui eximit: deteriore tamen loco est libertus, qui in simili delicto petit, si partes sustinet, vt l.2.ff.ne quis eum. quæ autem sint istæ personæ, quæ habent istud priuilegium, latè dixi, art.20.q. 26.

¶ Et sic patet ex prædictis, quòd ui eximens non solum excusatur, quando quis non potest trahi ipso iure, vt quia tractus: nullo modo sit iurisdictionis

ctionis

ctionis suæ, vel saltem obstante hominis oppositione, vel propter defectum status, vt in seruo, vt patet ex his, quæ superius dicta sunt, sed etiam excusatur, quando non potest trahi ope exceptionis, vt in parente, patrono, &c.

22 ¶ † Vndecimò excusatur, si exemptus nón obstãte exceptione comparuit: quia tunc cessat pœna: quia verba cum effectu sunt accipienda, vt l. pen. §. docere. ff. ne quis eum. facit lex 1. §. hæc verba. ff. quod quisque iuris, canonizata de pœniten. distin. 1. hæc verba.

¶ Duodecimò excusatur quis si eripuit illum, qui non tenebatur ire: sed tamen propria voluntate ibat, hoc sentit glo. in l. 4. §. fi. ff. ne quis eum, per l. 1. in fi. eod. titu. & idem tenet Ioan. Petru. in l. ex hoc edicto. ff. de eo per quem fac. erit. & in l. 3. §. Prætor ait. ff. ne quis eum.

23 ¶ † Tertiodecimò excusatur, si exemit eum, qui non vocabatur ad iudicium a iudice, sed solum ex conuentione partium, vt puta, si partes conuenerint fortè de sistendo in iudicio, & veniens ad iudicium vi fuit exemptus: quia eximens non tenetur ex hoc edicto ex eo, quia in hoc edicto videtur considerari iudicis authoritas, & puniri contemptus iudicis, vt patet ex verbis edicti, licet secus videatur in illo edicto, de eo per quem factum erit.

¶ Ad quod vide quæ statim dicam, articulo 34. quæst. 2. ver. 9. declaratio. ¶ Et ideo ego arbitror, quod si aliquis debitorem suum fugientem personaliter cepit, vel ex facto, secundum ea, quæ dixi supra, in 4. princ. art. quæst. 2. & captus vi eripiatur: eximens non tenetur ex hoc edicto, sed solum tenetur ex illo edicto, per quem factum erit, si modo vigore conuentionis ducebatur. Sed si alio iure ducebatur, puta quia fugiebat, tenetur de dolo, aut actione in factum. cogitabis tamen: quia Docto. non tangunt. ¶ Est tamen aduertendum circa prædicta, quòd licet per calumniam quis vocaretur: tamen eximens teneretur pœna istius edicti, vt in l. 4. §. item si quis. ff. ne quis eum. & ibi tenent Doct. Nec obstant l. 1. & 2. eodem titulo: quia, vt ibi dicit glo. & bene, hoc casu actor non deliquit in vocando: sed calumniando, quasi dicat, non fit compensatio doli ad dolum, cum cadant circa diuersa, secundum aliquos.

¶ Sed tu dic secundum Bar. quòd quando quis habet priuilegium, ne posit ipso iure ad ius vocari: vel ope exceptionis, & tunc si vocatur, peccatur in vocando: & ideo, qui vi eximit non peccat, vt in cõtrario, & in casibus superioribus. Quandoque quis non habet ius ne vocetur, sed habet ius ne exigatur, & tunc si vocatur, bene potest vocari, & valet vocatio, licet etiam vocetur pro debito soluto, seu pro indebito, sed tamen actor dicitur calumniosè procedere, & ideo, qui vi eximit, tenetur, vt d. §. item si quis, secundum Bart. & sequitur Bal.

¶ Vel potest dici secundum Bald. quòd aut quis non vocatur ritè, & eximens non tenetur: quia hoc non respicit ius partis, & procedit contrarium: aut non vocatur rectè, & sic delinquitur contra ius partis, & habet locum pœna. allegat in simi. ff. ad Turp. l. 1. §. accusationem. ¶ Nec obstat, quòd hoc casu non videtur posse dari talis actio, nec iurari, quia si calumniatur, nõ videtur dari interesse in actore, quia responderi potest per ea, quæ statim dicam in seq. quæst.

24 ¶ † Quartodecimò excusatur, quando l. permittete id faceret. l. cuiuscunque, in fi. C. ad l. Iul. maie. & l. lege Iulia. C. ad l. Iuliam, de vi. tenet Bal. in l. ad dictos. C. de Episc. audi. facit quod no. Innoc. in c. si quando. de offic. deleg. Bar. in l. prohib. C. de iure fisci. lib. 10. Bal. in l. quisquis. C. quomodo appel. nõ recip. Pontan. in repe. l. 1. C. de hæred. inst. q. 6. ibi. §. 6. sic arguitur, quotiescunque, col. 22. facit l. Gracchus. C. de adult. cum si.

25 ¶ † Quinto quæro, quæ actio competat ex hoc edicto. ¶ Sol. Dic, quod datur actio in factum, vt l. pen. §. in eum. ff. ne quis eum. ¶ Et ideo appellatur actio in factum, quia non habet aliud nomen, quia ista est natura, ꝙ ita appelletur, quando ex edicto Prætoris datur, prout datur ista, quasi in factum, intelligatur, vbi in subsidium alia non datur, & datur ex facto, secundum verba edicti, sed quando actio non descendit ex edicto Prætoris, sed ex alia l. & nõ est nominata, tunc datur condictio ex l. vt C. & ff. de condi. ex lege, vel præscriptis verbis, vt l. quoties. ff. de præscriptis verbis.

¶ Aduerte tamen, quia si seruus alienus vi exemisset, si quidem domino iubente, vel mandante, aut sciente, nec prohibente, cum posset prohibere, teneretur dominus prædicta actione, ac si ipse exemisset, sed si seruus exemisset domino ignorante, dominus teneretur noxaliter duntaxat, vt l. 1. §. 1. ff. ne quis eum, & sic teneretur, vel quanti actor in litem iurauerit: vel si maluerit, poterit dare seruum pro noxa, ad quod vide quæ latius dixi in c. si bos. infra de iniurijs. in 6. prin. art.

26 ¶ † Sexto quæro, ad quid, seu in quantum detur actio prædicta, & an si plures exemerunt, quilibet teneatur, & qualiter. ¶ Sol. secundum Pontanum in repet. l. 1. C. de hære. insti. colum. 41. ver. item qua pœna puniatur. per l. consequens. C. de exact. trib. lib. 10. & l. si per alium. ff. ne quis eum. ¶ Sed tu distingue, quod aut loquimur de eo, qui ducebatur pro debito ciuili, aut pro crimine. ¶ Primo casu, tex. in d. l. pen. §. in eum. ff. ne quis eum. dicit quod in hunc qui vi eximit, in factum iudicium datur, in quo iudicio non id cõtinetur, quod in veritate est: sed quanti ea res est, ab actore æstimata, de qua controuersia est, & sic tenetur ad pœnam, quę est, quanti actor in litem iurauerit. Et dicit ibi glo. quod non continetur interesse commune vel particulare, sed quanti actor in litem iurauerit, quasi velit dicere, quod in hac pœna non venit interesse commune seu singulare, scilicet, probandum secundum veritatem per testes, vel per similem probationis speciem, sed tamen ille, qui iurauit, debet iurando considerare ipsum interesse commune vel singulare. ¶ Et aduerte, quia licet in actionibus stricti iuris non iuretur in litem, vt not. in l. in actionibus. in prin. & §. planè. ff. de in litem iuran. tamen in hac actione, quæ est stricti iuris, speciale est, quòd iuretur in litem, propter rigorem iudicij conseruandum, & contemptam iudicis maiestatem, vt dicit glo. ibi, licet in hoc casu non concurrat dolus cum difficultate probandi. quo casu, verum est quod etiam, licet non concurrat difficultas probandi cum dolo aduersarij, secundum ea, quæ habentur in c. fi.

ſupra, quod metus cauſa, & in l.ſi quando.C.vnde vi. tamen occaſione prædicta, defertur prædictum iuramentum. ¶ Sed quæro circa hoc, vtrum in hoc iuramento deducatur illud, quod debitor in veritate debebat. ¶ Sol. Glo.in d.§.in eum.recitat opin. ¶ Quidam enim diſtinguunt, ꝙ aut ius quod actor habebat cōtra reum ſublatum eſt tempore, vel alio modo,& tūc venit id, quod in veritate debebatur: aut non,& tunc non uenit,arg.l.ſi quis ſtipulatus.in fi.ff.de verb.oblig. ¶ Sed Glo.in d.§.in eum.concludit,quòd indiſtinctè veniat: ſaltem,quia actoris intereſt plures habere eiuſdem rei debitores, vt l.3.ff. de libe.lega.ſecundum Azo. ¶ Sed Iaco. But.dicit, quòd iſtud debetur tanquam mera pœna, per l. fi. eod.titu.& Bart.& Doct. communiter intelligunt, quòd iſta actio datur quanti ea res eſt ab actore ęſtimata: & iſtud totū ſit pęna, ſicut in ſimili, in actione furti uenit duplum vel quadruplum eius, quod res eſt,vt id totum ſit pœna: & res furtiua nihilominus debeatur: ſic & in terminis noſtris, quāti ea res eſt,hæc æſtimatio rei debetur nomine pœnæ: & nihilominus debetur res: & ſic in hac condemnatione habetur reſpectus ad rem, vt ſecundum eam fiat æſtimatio,& impoſitio pęnæ: non autem vt ad eam fiat condemnatio:& ſic vnius ſolutio liberat alium. Et ſic tenent omnes Doct.ſecundum Bar. quæ verba ſunt aliqualiter obſcura. ¶ Bald. vero in l.ſi per alium.ff.ne quis eum. dicit quod opin. Iac. Butr.videtur verior, quàm opin. Glo. quia licet iſta pœna menſuretur ad intereſſe,non propterea eſt intereſſe, allegat in ſimili.ff.de publiciana.in l.hoc edicto. vbi ſunt duo exempla eiuſdem quātitatis, & vnum eſt mera pœna, alterum non. ¶ Item, quia ſumunt hic originem in perſonis diuerſorum, & diuerſo iure: vnde hic fit deuolutio, non transfuſio. vnde dicit Bal. quòd non credit, quod forma iuramenti ſit pro quanto nollet actor reum exemptum: ſed pro quanto debeo nolle, vt potius cōſideretur ueritas, quàm fictio.

¶ Subdit tamen, quòd multum in contrarium facit litera in exemplo de calumniatore,vbi nulla fuit condemnatio. Item facit contra literam dum dicit non habere relationem ad veritatem principalis debiti, vbi debitum nō ſubſiſtit: ſed bene habetur relatio ad veritatem intereſſe ipſius exempti. de qua veritate ſtandum eſt ſuo ſacramento. ¶ Subdit tamen Bal.quod Iaco.But. in modo iurandi inhæret Glo.quòd iuratur non tantum eſſe: ſed pro quanto actor voluiſſet quòd ille non eſſet exemptus.Pet.vero voluit,quòd eſſet pro mēſura debiti petiti,quod reprobat Bal.per no.in Auth. de exhib. reis.§.ſi vero vnde uerior videtur opin. ꝙ iuretur ſub forma affectionis, quàm veritatis: quia tunc repugnarent literæ in eo,quod dicit de calumniatore: niſi ponas quòd poſsit dici intereſſe calumniatoris,eo quia habebat actiones paratas: & de ſua calumnia non poterat liquere, exemplum habetur.ff.de fur.in l.quidam tabularum. & ff.de eden. in l.argentarius.in fi. ſecundum Bal. cuius verba etiam ſunt ſatis obſcura. ¶ Dicit etiam Bal.in d.l.ſi per aliū.in prin.quod circa intelligentiam prædictorum, duæ ſunt opi. circa quantitatem petendam: & duæ aliæ circa modū probandi. ¶ Vna opin. eſt, quòd ueniat quantitas quanti intereſt non eſſe exemptum, in qua quantitate quandoque includitur debitum principale, ſi per exceptionem erat ſublatum ius ipſius. ¶ Alia opinio eſt, quod ueniat omne intereſſe exemptionis & cauſę:& hoc circa quantitatem petendam ab eximente. ¶ Sed circa modum probandi.

27 ¶ † Prima opinio eſt, quòd probatio fiat per iuramentum in litem taxandum: non ad veritatē,ſed iuxta affectionē, quam agens habere poteſt ad rem petitam. Secunda opi.eſt,quòd non ſit neceſſarium iuramentum loco probationis: ſed ſufficiant narrata & petita in ipſo libello, vt in illis eximens cōdemnetur,ſecundum Pet. ¶ Sed dicit Bal.quòd non credit,quòd Pet.velit excludere iuramentū calumniæ, per l.theſaurus.ff.de exhiben. Bal. dicit ſe credere, quod ſit magis conſona rationi illa opinio, ꝙ non veniat niſi intereſſe emergens ex ipſa exemptione, arg. no.in l. 1. & fi.ff.ſi quis ius dicen. non obtemp. ¶ Item credit, quòd ſaltem ſit neceſſariū ſacramentum ad probandum, vt in l.ſi quando. C.vnde vi.& Inſtit.de verb.oblig.§. 1.& ff. quod vi aut clam.l.ſemper.§.in hoc interdicto.vnde Bal.in hac materia nō firmauit pedes: ſicut & frequenter motus ſui fuit facere in omnibus materijs ambiguis.

¶ Ego vero arbitror dicendum, quòd actor poſſit iurare,quanti ſua intereſſe: non ſolum in veritate, hoc eſt reſpectu principalis debiti: ſed ſi quod aliud poſſet cōtingere intereſſe extra principale debitum,& in quantum æſtimauerit per iuramētum, & propter hoc eſt pęna, ſed quo ad principale debitum,non ſit pœna,ſed verum intereſſe,vnde ſolum in eo, quod eſt vltra principale debitum, eſt pœna. Pone exemplum, principale debitum erat certum, pro quo quis erat conuentus, & fuit exemptus: ſed ex eo, quia fuit exemptus, actor eſt paſſus damnū, non ſolum reſpectu principalis debiti:ſed etiam aliquo reſpectu,fortè quia ſi fuiſſet carceribus mancipatus, ſatisfeciſſet mihi: & ex eo, quod fuit exemptus non ſatisfecit. vnde interea propter non ſatisfeciſſe contingit, ꝙ aliquod debitum meum quod potuiſſem ſoluere cum pecunia mihi ſoluta à capto exempto,ego incidi in pęnam,vel in vſuris:aut amiſi certum lucrum, vel aliud ſuperuenit mihi intereſſe: certè hoc eſt intereſſe vltra debitum principale à me extimandum per iuramētum: & propter hoc poteſt dici vera pœna. vnde dico, quòd ad pœnam incurrendam, quæ verè ſit pœna,exigitur aliquod intereſſe ipſius actoris extrinſecum à principali debito: quod non continetur in eo, quod eſt in veritate: hoc eſt in eo, quod in veritate debetur: quoniam reſpectu principalis debiti non videtur poſſe dici pęna, pro quo facit quod no.glo.iuncto tex. in l.ex quacunque.§.1.ff.ſi quis in ius voca. non ierit. vbi traditur,quod licet in pœna conuentionali,aut in mulcta non attendatur intereſſe: tamen in pœna iudiciali conſideratur, an interſit actoris ad inquirendam pœnam. & iſtud intereſſe etiam reſpectu actoris dicitur pœna, quia petitur extra omne debitum principale.Et ſic intelligo ſimilitudinem exempli Bar.de pœna furti & re furtiua. ¶ Et ex prædictis ſequuntur iſtæ concluſiones.

¶ Prima concluſio, quòd reſpectu illius pœnæ quæ eſt extra veritatem principalis debiti, ſi plures fuerint eximentes,omnes tenentur inſolidum: nec ſolutione unius, alius liberatur, vt l.penult.§.hoc

iudi-

iudicium.ff.ne quis eum. quia totum est pœna tam ex parte eximentis, quàm actoris. Intelligo autem pœnam ex eo, quia vt dixi, illud petitur extra omne debitum principale. facit.ff.ad legem Aqu.in l.item Mela.§.si plures,& l.si quis id quod.§.fi.cum l.seq.ff. de iurisd.omn.iud.

¶ Secunda conclusio, quòd propter solutionem talis pœnæ longè minus exigitur debitor a principali debito, vt l.penul.§.fin.ff.eo.sed respectu debiti principalis, solutione vnius, alius liberaretur, per ea, quæ dicam in 35.articulo quæst. 5. Et posset etiam figurari exemplum respectu actoris calumniosi. ¶ Pone, quòd Titius erat creditor Sempronij in veritate: sed adhuc non venerat dies, & sic non poterat facere illum citari, seu non poterat conuenire, per c.primum, infra de plus peti.& tamen dubitabat forte de eo, ne aufugeret: vnde pro alio calumnioso debito, fecit eum capi: ea intentione motus, vt dum in carceribus ageret, & de calumnioso disputaretur, cederet dies veri debiti: & faceret illum recommendari: certè si iste fuit exemptus, poterit iurare in litem quanti sua interest respectu istius interesse. Ita sensit Iac.de Rauen. & Marti.Sil.vt refert Iaco.But. Instit.de actio.§.pœna. Et sequitur Bart.in l.4. §. itē si quis.ff. ne quis eum. Ad quod vide, quæ tradit Bar.in quæst.quæ incipit, Lapus fuit captus. licet secus sit, si esset peccatum in forma citationis: quia tunc secundum Bar. non posset captus recommendari, pro quibus facit quod tradit Bald.in l.1. C.de errore calculi. vbi dicit, quòd maior est defectus formæ, quàm materiæ. Ange.vero dicit, quòd cum in hoc casu actor calumniosus habeat iurare de suo interesse, vlterius non quæritur de debito per ipsum eximentem. vnde notat, quòd eximens aliquem de manibus familiæ, non potest obijcere actori de non debito. ¶ Et sic habes ex prædictis, quomodo possit calumniatoris interesse probari: vnde hoc casu, si præfatus debitor aufugit, potest iurare quanti sua interest respectu sui interesse consistentis in non facta recommendatione, quam potuisset facere: & etiam respectu solutionis & consecutionis debiti, quæ fortè fuisset secuta, & quia propter factam exemptionem non fuit secuta, actor non solum damnificatus est respectu principalis debiti, quod non potest amodo consequi propter fugam illius: sed etiam fortè respectu interesse, quod incurrit ratione pęnæ incursæ, vel vsurarum, vel similis interesse, de quo supra dixi. ¶ Sed hoc casu vel simili, si committeret etiam interesse respectu principalis debiti, & quòd est in veritate: tunc respectu ipsius principalis debiti solutione facta per vnum ex pluribus eximentibus, tam principalis debitor, quam alij eximentes liberarentur, quia ista non est pœna. facit l.1.§.si plures.ff.de eo per quē fac.erit. & ff.de cond. furtiua.l.si pro fure.§. furti. sed respectu alterius extrinseci interesse, secus est: quia id totum est vera pœna, vt dixi. ¶ Et profectò, iudicio meo, est satis mirabile, quòd cum in rei veritate talis pęna habeat originem ab interesse, quòd solutione vnius alij nō liberentur. Sed hoc ideo esse arbitror: quia legislator voluit, quòd esset mera pœna, ex quo est penitus extrinseca a principali debito sortis. Et hoc forte propter rigorem iudicij conseruandam, & contemptam Prætoris maiestatem. ¶ Et est aduertendum, quòd respectu principalis debiti, potest esse interesse ipsius actoris, eo quòd reus fuit liberatus vsucapione, quo casu etiam arbitror, quòd si plures fuissent, qui vi exemissent, vnius solutione omnes liberarentur: quia licet respectu eximentis sit pęna, tamen respectu actoris est verum interesse. Cogitabis tamen, quia Doct. non tangunt.

28 ¶ † Et no. quòd hoc casu, ꝙ licet indubitanter agi posśit contra eximentem, tamen si fuisset in dolo: quia se eximi fecisset, posset agi restitutoria contra eum, sed si non fuisset in dolo: tūc posset solum agi restitutoria in subsidium, si eximens non esset soluēdo, secundum gl. in l.sed eximendi.ff.de eo per quē fac.erit. & sequuntur Docto. ¶ Et prædicta procedunt, quantum ad actorem principalem.

29 ¶ † Quantum vero ad eius hæredem, videtur requiri verum interesse, per tex.in l.pen.§.fi.ff.eodem. vbi tex. vult quòd hæredibus ita demum detur hæc actio, si eorum intersit: vnde hæc est differentia inter actorem defunctum, & eius hæredem: quia actori datur hæc actio si non intersit, vt patet: quia datur etiam calumnianti, vt supra dixi: secus est in hærede. Et ratio differentiæ est, secundum glo. quia hæc actio solum continet vindictam: & ideo non datur hæredi, vt in actione iniuriarum, nisi probet sua interesse, & tunc datur, quia interest: non inquantum solum interest, sed in quantum solum iurauerit, sicut in actione furti, quæ datur si interest: non tamen ad interesse: sed ad duplum vel quadruplum, vt Insti.de fur. §. furti, secundum gl.in d.§.fi. & sequuntur Bar.& Bal.& Doct. quia in pœnis consideratur, an intersit, non in quantum intersit, & sic patet, quòd tam in defuncto, quam in hærede, videtur necessarium, secundum Bar. & Ange. quòd intersit, & tamen tex.in d.l.pen. §.fi. circa interesse, videtur denotare quandam differentiam inter defunctum & hæredem. vnde dicit ibi Ioa.Petr. quòd fortè dici potest, quòd etiam in defuncto requiritur interesse, vt dixi, sed quòd intersit, & quantum intersit, probatur per proprium iuramentum, nisi constet de non interesse ipsius, sed in hærede debet probare per testes, vel alias legitimas probationes quòd eius intersit, & probato hoc, quòd intersit, probabitur per proprium iuramētum, quod tamen relinquit cogitandum, quæ consideratio videtur mihi satis iuri consona, sicut in simili dicimus in c. fin.ff. quod metus causa.& in l.si quando C. vnde vi. cum similibus, vbi amisśio rerū probari debet per legitimas probationes: sed valor & quantitas per proprium iuramentum. Et ratio differentiæ in terminis nostris, iudicio meo, potest asśignari: quia ipsi defuncto clarius potuit petere, quod sua interesset ex citatione facta ad petitionem ipsius, & sic ex suo facto proprio, & ideo ēt quo adhoc admittitur iuramentum: sed ipsi hæredi, cum non sit de facto suo, non potest esse ita notum, & ideo non debet deferri sibi iuramentum, an interfuerit, ex quo loquimur de facto alieno, sicut in simili dicimus de iuramento necessario, quod defertur in defectum probationis: quia tale iuramentum non defertur alicui circa factum alienum, quod esset notum ipsi iuranti, vt traditur in l.admonendi. ff.de iureiurando. de quo latè dixi in c.fi. infra de iureiurando, sed facta legitima probatione, quod intersit: quia tūc ex tali pro-

probatione interesse potest informari de quantitate interesse: admittitur probatio per proprium iuramentum circa quantitatem ipsius interesse. Et prædicta notabis, quia nouissima sunt. Et ex prædictis patet reprobatam opinio. Pet. de Bellapertica, qui voluit, quòd æstimatio rerum debeat fieri per veras probationes, quam opinionem reprobant Bart. & Doct. quia si probaretur per alios, & non per iuramentum actoris: tunc diceretur fieri probatio seu æstimatio per alium, & non per actorem: cuius contrarium volunt leges superius allegatæ, quod etiam patet secundum Bar. per ea, quæ diximus de actore calumniatore, qui verum interesse nullo modo posset probare: nisi staretur eius iuramento, secundum Bar. Et vide ad prædictam materiam, quæ dixi in c. fi. de rescrip. super glo. prin. versi. 3. quæst.

30 ¶ † Sed quæro circa prædicta, vtrum iudex debeat præmittere taxationem, & mediante taxatione refrenare tale iuramentum. ¶ Sol. Ioan. Petru. in d. l. pen. §. in eum. ff. ne quis eum. sentit quòd sic, per l. 1. §. fi. ff. si quis ius dicenti non obtempe. dicit tamen cogitandum, quia Doct. nó tangunt. ¶ Ego arbitror hoc verum: quoniam regulare est, quod libet iuramentum in litem debeat præcedere taxatio, vt traditur in c. fi. supra quod metus causa, & in l. si quando. C. vnde vi, & in l. in actionibus. ff. de in litem iuran. Et quia aliàs esset minus periculosum nulla præcedēte taxatione deferre tale iuramētum, & posset de facili dari materia deierandi, contra no. in c. clericos. infra de cohab. cler. & mulie. Et prædicta procedunt, quando liber homo exemisset vocatum in ius. Sed si seruus alicuius exemisset: distingue, quòd aut hoc fecit Domino iubente, mandante, vel sciente & non prohibente, cum posset: & tenetur perinde ac si ipsemet exemisset: aut seruus exemit Domino ignorante, & tunc tenetur noxaliter duntaxat, ut l. 1. §. 1. ff. ne quis eum. & sic tenebitur, vel quanti actor in litem iurauerit, vel dare seruum pro noxa. Ad quod vide, quæ latius dixi in c. si vos. inf. de iniur. in 6. princip. artic.

31 ¶ † Sed quæro vlterius circa prædicta, quid iuris in eo, qui non exemit de manu familiæ, sed extraxit de carcere. ¶ Sol. Bart. in l. penul. §. fin. ff. ne quis eum. dicit, quod facit litem suam, & tenetur de toto debito, non solum personæ priuatæ: sed & fisco, per l. quoties. C. de exac. tribu. lib. 10. & ibi per Bar. sed si eximeret carceratum pro maleficio condemnatum, vel condemnandum, eo quòd esset confessus crimen, dicit Bar. in l. 4. ff. ad leg. Iuliam maiestatis, quòd incidit in crimen læsæ maiestatis. Si vero eripit aliquem non condemnatum vel confessum, casus est specialis, quòd debet puniri ad mortem. l. fi. C. de malefi. & mathe.

¶ Sed aduerte, quia Bal. in l. addictos. C. de epis. audien. dicit, quòd eximens tenetur, ac si fideiussisset pro eo in omnem causam, per l. fin. C. de ope. liber. & C. de exact. tribu. l. 3. & ibi per Andream de Barulo. Si vero aliquis iret ad carceres vt liberaret detētum, tenetur l. Iulia maiestatis, vt d. l. 4. ff. ad leg. Iul. maiesta. secundum Nicolaum Trifoli. & ita resi det Bal. ¶ Sed hoc vltimum potes intelligere, vt statim dixi. Primum vero dictum debet declarari secūdum ea, quæ superius dicta sunt.

32 ¶ † Item aduerte, quia si aliquis de manibus familiæ eximit damnatum ad mortem, eximens tenetur pœna capitali, casus est sing. in l. 4. in fi. ff. ad leg. Iuliam maiest. ibi dum dicit, Quoniam confessum, tenet Ludo. Ponta. in repet. l. 1. C. de hæred. instit. colum. 41. versi. item adde, quòd si de manibus familiæ. Et idem dicas de iudice, qui euasit illum, qui mori debebat, secundum Bal. in l. si per alium. ff. ne quis eum, & sequitur Ponta. in dicto loco. ¶ In alijs autē casibus, qualiter debeat puniri, traditur in Authen. vt omnes obediant iud. prouin. §. eripiant.

33 ¶ † Quid autem in eo qui non eripit: sed interficit reum captum à familia: qualiter puniatur, posito quòd alias potuerit interfici, quia bannitus. Iaco. de Are. disputauit, Dyn. & Bart. tangunt in l. in laqueum. ff. de acquir. rerum domi. & Bart. in l. eiusdem. §. transfugas. ff. ad legem Corneliam de sicar. tradit etiam Bal. in d. l. fin. C. de malefi. & mathe. & in l. addictos. C. de episc. audi. & latissimè per Dominum Nellum in tractatu bannitorum, in secunda parte secundi temporis, quęst. 28. 31. & 32. & per Ange. de Aret. in tract. maleficiorum, in verbo fama publica.

34 ¶ † Vlterius etiam quæro circa prædicta, vtrum talis eximens possit cōdemnari à iudice propter iniuriam, quæ videtur facta ipsi iudici in eximendo. ¶ Sol. Bart. sentit, quod sic, si citatio fuit legitima. ¶ Sed dubium est, quid iuris si exemptus non debebat vocari. & Barto. in l. 4. §. item si quis. ff. ne quis eum, dicit se dubitare. Subdit tamen, quòd lex semper videtur punire eos, qui vi eximunt illos, qui vocari debuerunt, vel qui erant criminosi, vel suspecti de crimine, vt l. fin. C. de malefi. & mathe. & in l. 1. C. de his, qui latro. & in Authen. vt omnes obedi. iudi. §. aduocat. col. 6. Ang. vero dicit, quòd vbi est defectus in competentia iudicis, ita quòd possit resisti officiali, secundum ea, quæ traduntur in l. prohibitum. C. de iure fisci, lib. 10. tunc talis eximens non puniatur aliqua pœna, quod sequitur Ioannes Petrucius in l. 3. §. quod prætor. ff. ne quis eū. per l. deuotum. C. de methatis. lib. 12. quia etiam amici possunt occurrere. facit Glo. in cap. dilecto. de senten. excommun. lib. 6. Et idem dicendum in omnibus casibus, in quibus licitè potest resisti, de quibus in l. plerique. ff. de in ius vocan. Nec etiam debet puniri, qui non permisit ire: quia locus erat periculosus per quem ibat, argum. l. 4. §. prætor. cum princ. l. seq. ff. ne quis eum.

35 ¶ † Septimò principaliter quæro, quando hæc actio incipiat competere, & quāto tempore duret. ¶ Sol. Dic quod incipit competere eo ipso, quòd ille exemit, & durat anno: quia cum sit prætoria & pœnalis, est annalis, vt l. penult. §. in eum. ff. ne quis eum. quia prætores erant annales, vt l. in honorarijs. ff. de actio. & oblig.

36 ¶ † Octauò principaliter quæro, qualiter formetur libellus.

¶ Sol. Roffre. in hoc titulo, Rubrica 119. sic format. ¶ Coram vobis, &c. Ego B. conqueror de A. qui M. à me vocatum in iudicium vi, vel dolo malo exemit: vnde quanti in litem iurauero, in tantū condemnari peto. Vel aliter cōclude sic: Vnde meum interesse singulare peto, quod æstimo mille florenos, & ad hoc propono actionē in factū ex illo edicto, Ne quis eum, qui in ius vocat. vi eximat. Et quia

ita

ita rectè concipiatur libellus, colligitur ex l. prima, secunda, & tertia, & penultima. ff. eodem, secundum Roffre. Sed videtur, quòd libellus non sit bene conceptus, cum dicit, Peto eum condemnari quanti in litem iurauerit, vel peto meum singulare interesse, quia tale interesse non videtur posse peti, cum non sit in obligatione. Sed responde, quòd imo sic bene concipitur. Ille enim delinquendo tenetur mihi ex maleficio, & sic ad singulare interesse obligatur, ex quo in hoc edicto iuratur in litem, vt l. pen. ff. ne quis eum. & in l. 1. ff. de in litem iuran.

¶ Ego arbitror, quòd melior sit forma prima, quam secunda, per ea, quæ dixi supra, q. 6. prin. Sed aptior videtur esse hæc forma, videlicet.

¶ Coram vobis, &c. conqueror ego B. de A. qui M. a me vocatum in ius realiter, vi exemit, quare cõsiderato interesse communi & singulari, peto ipsum condemnari quanti, præmissa a vobis taxatione in litem, iurauero, &c. Nec est necesse quòd proponatur nomen actionis, per ea, quæ dixi in cap. 2. de libelli oblatione. art. 12. q. 11. Et prædicta forma satis colligitur ex his, quæ superius dicta sunt, maximè in 6. q. princ.

37 ¶ † Nonò principaliter quæro, quales positiones actor debeat formare ad intentionem suam consequendam, & quales reus ad defensionem. ¶ Sol. Quo ad actorem potest colligi practica ex forma libelli, & ex his quæ superius dicta sunt, vt puta: In primis, pone qualiter B. fecit vocari M. ad iudicium. Item, quòd fecit ipsum citari coram tali iudice. Item, quòd in tali causa. Item, quod citabatur realiter. Item, quòd dum personaliter duceretur A. vi exemit ipsum M. de manu familiæ. Item, quòd præfatus iudex habuit potestatem citandi illum realiter. Item, quòd præfatus M. potuit in dicta causa realiter citare. Item, occasione talis exceptionis M. præscripsit contra me, vel quod actionem, quam habebam contra eum, amisi præscriptione, vel quòd sim in tantum damnificatus. Quæ quidem positiones colligũtur ex his, quæ superius dicta sunt. Reus vero ad suam defensionem faciet positiones, quæ colligi possunt ex illis casibus & causis, in quibus, & propter quas accusatur reus a tali exemptione, de quibus dixi supra, quæstione quarta, super quibus eximens secundum varias contingentias potest aliter fundare defensionem suam. Et ex his, Deo duce, expeditus est trigesimusquartus principalis articulus.

SVMMARIVM.

1 *Edictum, ne quis eum qui. in quibus differat ab edicto, de eo per quem factum erit. & trib. nu. seqq.*
5 *Edictum, de eo per quem factum erit, cui & contra quem detur. & octo, num. seqq.*
14 *Actio ex edicto, de eo per quem factum erit, cui detur.*
15 *Actio quæ oriatur ex edicto, de eo per quem factum erit.*
16 *Actio ex edicto, de eo per quem, &c. in quantum detur.*
17 *Præscriptio fauorabilis non interrumpitur.*
18 *Actio quæ datur ex clausula, si qua mihi iusta causa, an sit vtilis vel directa.*
19 *Reus à tertio impeditus, contra eum agere potest.*
20 *Remedium edicti, de eo, per quem factum erit, est subsidiarium.*
21 *Actor consequutus interesse ab impediente, an possit ab impedito pœnam, & interesse per stipulationem promissum exigere.*
22 *Dominus quando teneatur pro impedimento facto a seruo.*
23 *Actio ex edicto, de eo per quem factum erit, quando competere incipiat, & quanto tempore duret.*
24 *Libellus in actione ex edicto, de eo per quem factum erit, qualiter formetur.*
25 *Positiones tam rei, quam actoris, qualiter formentur in edicto de eo per quem factum erit.*

ARTICVLVS XXXV.

TRIGESIMOQVINTO & vltimo articulo videndum restat de eo per quem factum est, quo minus quis ad iudicium citatus sistat in isto iudicio, quia non solum eximens tenetur, sed etiam ille, per quem factum est quo minus quis sistat, pro cuius articuli clariori doctrina prosequar infrascriptas quæstiones.

¶ Primo igitur principaliter quæro, in quo differat istud edictum ab edicto præcedenti, ne quis eum, &c.

¶ Sol. Glos. in Rubr. ff. de eo per quem factum erit, ponit quatuor differentias.

1 ¶ † Prima, quia illud solum habet locum, quando vi factum est, quo minus quis sistat, vt l. 1. & 3. in prin. ff. ne quis eum. Ad quod vide quod dixi supra in præcedenti articulo, quæst. 4. Sed istud edictum habet locum etiam sine vi, vt statim dicam in 2. q. princip.

2 ¶ † Secunda differentia est, quia illud edictum solum consulit & prouidet vocanti ad ius, & sic actori, vt dixi in præcedenti articulo, quæstione 3. Hoc autem edictum prouidet non solum actori vocanti: sed etiam reo vocato, vt l. 1. §. si reus. & l. finali, in principio, & §. sed & si stipulatur. ff. de eo, per quem factum erit. dicam statim in 3. quæstione principali.

3 ¶ † Tertia differentia est, quia in illo agitur ad id, quod interest, hoc est, quanti actor in litem iurauerit, vt l. pen. §. 1. ff. ne vis fiat ei. dixi in præcedenti art. q. 6. In isto vero agitur ad interesse duntaxat, ut statim dicam in 4. q. princ.

4 ¶ † Quarta differentia est, quia illud habet locum ante satisdationem, hoc vero post satisdationem, vt patet ex ordine titulorum positorum in compilatione Digestorũ, quia inter titulum, Ne quis eum, &c. & titulum, De eo, per quem factum erit, interponitur titulus, qui satisd. cog. Sed hæc differentia reprobatur a Bar. & communiter a Doc. quia hoc edictũ habet locum, etiam ante satisdationẽ, vt l. fi. in prin. ff. de eo, per quem factum erit. facit quod dicam inf. q. 5. Et idem sentit Roffr. in libellis suis, in hoc ti. Rubrica 120. ¶ Sed potest aliqualiter defensari prædicta differentia glo. a communiter accidentibus: quia hoc edictum principaliter intendit tractare de impedimento, quo minus sistatur in iudicio, illud vero ne vocatus in ius vi eximatur, & sic quasi in principio, & sic ante satisdationẽ præstitã, hoc vero quasi post satisdationẽ præstitam, & sic in compila-

tione digestorum, vt dixi, est intermedius titulus: scilicet, qui satisd.cog. inter istos duos titulos, & ita videtur fuisse de mente glo. in d. Rubrica, ponentis dictam quartam differentiam. ¶ Sed quamuis hoc edictum hoc intenderet, non tamen negat quò minus possit habere locum ante satisdationem. inconueniens enim esset, quod si sine vi per aliquem factum esset, quominus in iudicio sistat, nó esset prouisum damnificato, quia huic non prouidebatur per titu. Ne quis eum, &c. quare dicit Bal. in Rubr. ff. de eo, per quem factum erit. ¶ Et ex prædictis etiam apparet, quod isti tituli se habent vt excedentes & excessi, & aliquid requiritur in vno, quod non requiritur in altero, nec actiones sunt pares. ¶ Posset etiam dari quinta differentia, vltra gl. videlicet, quod hoc edictum habet locum etiam in eo, qui fuit impeditus, qui ex sola conuentione habita cum aduersario desistendo in iudicio, absque iudicis facto, ad iudicium veniebat: illud verò videtur habere locum solum in vocato iudicis autoritate, ad quod vide quod statim dicam in secunda questione principali, versi. 9. declaratio.

5 ¶ † Secundò quæro principaliter, quis teneatur hoc edicto, & contra quem detur, & ex qua causa, & propter quid detur.

¶ Sol. Dic, quod ille tenetur, per quem factum est quo minus quis sistat in iudicio, vt in rubro & nigro. ff. de eo, per quem factum erit. hæc tamen conclusio recipit aliquas declarationes.

6 ¶ † Prima declaratio est, quia ex quo edictum hoc loquitur per relatiuum, quem, quod refert terminum communem: sequitur, quòd tam masculus, quam fœmina comprehenditur, ad quod vide quod dixi in præcedenti art. q. 2.

7 ¶ † Secunda declaratio est, quòd tenetur non solum vnus, si per vnum solum sit factum, ex quo minus in iudicio sistatur, sed etiam pluries tenetur si per plureis factum est, vt l. 1. §. si pluries. ff. de eo per quem factum est. solutione tamen vnius omnes liberantur, vt ibi. Et gl. ibi assignat rationem: quia licet ex parte soluentis sit pœna, tamen ex parte recipientis est interesse, secus si ex vtraque parte esset pœna, per ea, quæ dixi art. 33. q. 5. Et hoc procedit, vbi actio quæ ab initio non fuisset pœnalis, ex post facto non esset effecta pœnalis, alias secus, per l. si cum exceptione. §. fi. cum l. seq. ff. quod met. cau. Et ad materiam vide, quæ traduntur in l. Item Mela. §. si plures. ff. ad l. Aquil. & per Bar. in l. aufertur. §. fin. ff. de iure fisci. & per Bal. in l. 1. C. si plures vna sententia, & quod latius dixi in l. 3. in princ. ff. de duobus reis, in 7. prin. art. q. 7.

¶ Quid aūt si vnus liberaretur alio modo, quam soluendo, an patrocinentur alij, vide no. in l. item si res. ff. de alie. iudi. causa mut. fac. & quod traditur in l. fi. C. de his, qui a non do. manu. & in l. si seruus. ff. vi bo. rap. ¶ Vtrum autem ille, qui soluit, possit repetere ab illo, quem liberat, dicam statim in q. 5.

8 ¶ † Tertia declaratio est, quod hoc edicto tenetur non solum homo liber, sed etiam seruus per quem factum est, quo minus quis sistat, & pro eo Dominus suus tenetur noxaliter, quod intellige secundum ea, quæ statim dicam in 5. q.

9 ¶ † Quarta declaratio est, quòd tenetur hoc edicto non solum, qui perfecit quo minus quis sistat: sed etiam, qui per alium fecit, intelligendo tamen secundum quod statim dicam in sequenti declaratione.

10 ¶ † Quinta declaratio est, quò ad hoc vt quis teneatur, exigitur dolus malus, & sic vt dolo malo impediat, & faciat quo minus quis sistat, vt l. 1. in prin. ff. de eo, per quem factum erit. Dolo autem malo non tantum is fecisse putatur, qui suis manibus, vel qui per se retinuit, sed etiam si dolo malo alios rogauit, vt eum aliquo loco detinerent: vel ad alium locum adducerent, ne in iudicio sistat, vt d. l. 1. §. 1. Verba enim edicti loquuntur in rem, hoc est, ita vniuersaliter, quod comprehendunt etiam fieri facientem. Dicunt enim, per quem factum erit quò minus in iudicio sistat: hoc est, si aliquid factum erit, propter quod iste effectus sequatur, & sic comprehenditur verbis edicti, secundum Bar. in d. l. 1. Ad quod omnino vide, quæ dixi in c. vt famæ, infra de senten. excomm. in 4. prin. art. in sexta conclusione. ¶ Et aduerte: quia in eo, qui rogatus ab alio retinuit, vel abduxit, non exigitur dolus malus: satis. n. est quod dolo malo fecerit, qui rogauerit, licet ille, qui retinuit vel abduxit, ignoraret quid committeret, vt d. l. 1. §. 1. ff. de eo, per quem factum erit. facit l. si quis id quod. §. dolo. ff. de iurisd. om. iu. Nec distinguimus, vtrum ille, qui fecerit, solum hoc fecerit vigore mandati, an vero etiam esset aliàs facturus, ex quo tale mandatum statim inducit delictum, vt l. 1. §. 1. persuadere. ff. de seruo corrupto. ¶ Aliqui tamen volunt, quod ex quo exigitur facti consummatio, non tenetur mādans, nisi mandatarius erat alias facturus. ¶ Et de materia vide Iac. But. & Bal. in d. l. 1. & etiam Bar. & per eum in l. non solum. §. Proculus. & §. mandato. ff. de iniur. ¶ Et ex prædictis ét infertur, quòd si aliquis venienti ad iudicium dolo malo denunciauit aliquid triste, propter quod si verum fuisset, veniens non habebat necesse ad iudicium venire, per no. in l. 2. in fi. ff. de in ius vocan. ¶ Ad quod vide quę dixi supra ar. 5. q. 17. fall. 9. 10. & 11. vnde si talis denunciatus non venit propter talem tristē nuncium, nūcians tenetur hoc edicto. Et Ros. in Rubr. 120. circa hoc exemplificat, quando aliquis nunciauit mortem patris, vel filij, aut amasiæ ipsius nūciati, quam super anima diligebat. Nec obstat, quòd uideatur potius imputandum nunciato, eo quòd fuit nimis credulus: quia licet ipse fortè fuerit in culpa: quia credidit, quod credere non debebat, tamen nunciator fuit in dolo, & dolus pręponderat culpę, ut in l. si obstetrix. in fi. & l. qui foueas. §. hoc tamē. & l. si putator. ff. ad l. Aqu. Et idem ego arbitror, si denūciasset aliquid lætitiæ, uel iubilationis, uel quid simile propter quod fuisset secutus idem effectus, secundum quod possunt exempla colligi ex his, quæ dixi, art. 5. q. 17. in pluribus fallentijs: quia eadem est ratio contrariorum, 32. dist. hospitiolum. cum simil.

11 ¶ † Sexta declaratio est, quòd hoc edicto tenetur non solum tertius, qui dolo malo fecit quo minus reus in iudicio sisteret, sed etiam si fecit, quo minus actor in iudicio sisteret. ¶ Ad quod tamen vide quod statim dicam in 3. & 4. q.

12 ¶ † Septima declaratio est, quòd hoc edicto tenetur, non solum ille, per quem factum est, sed etiam ipsius hæres, si modo ad eum peruenit, vt l. 1. §. fin. ff. de

ff. de eo per quem factum erit. Qualiter autem hoc contingere posset, quòd ex hoc facto aliquid ad hęredem peruenisse dicatur. Respondeo, pone, quòd rem meã posśides: & interea dum vsucapis, aliquis instituit te hæredem: & rogat te, vt eandem tradas B. post aditam hæreditatem conuenio te rei vendicatione B. legatarius ad hoc vt posśit rem habere: ad hoc vt compleatur vsucapio dolo facit, ne hæres in iudicio sistat, sicque completa est vsuscapio, & legatarius rem sibi legatam habet, & moritur: & res ipsa ad hæredem venit: agitur ergo contra hæredẽ legatarij, quia propter maleficium defuncti, habet quod aliàs non haberet, secundum Azonem. Vel potest breuius figurari exemplũ. Si aliquis exemit seu impediuit per pretium, quod pretium ad hæredem peruenit: vel tertiò, quando fideiussor debito rem impediuit: & sic liberatio ad eum & hæredem fideiussoris peruenit. ff. de dolo. l. in hæredem. & l. itaque. & ff. quod metus causa. in l. illud. secundum glo. in d. l. 1. in fi. & sequuntur Doct. Exigitur ergo ad hoc, vt hæres teneatur, quòd aliquid ad ipsum peruenerit. Nec obstat l. si quis missum. §. actore. ff. de dam. infec. quia & ibi ad hæredem videtur peruenisse: cum posśit offerendo cautionem euitare actionem, secundum glo. in d. l. 1. in fi. & sequuntur Doct.

13 ¶ † Octaua declaratio est, quòd non solum tenetur hoc edicto, vbi factum seu citatio iudicis interuenit: sed vbi factũ iudicis non interuenit: sed partes adinuicem conueniunt de sistentia in iudicio, & de eundo ad iudicem: licet in contrarium faciat, quia titulus, Ne quis eum, &c. non videtur habere locum hoc casu per ea, quæ dixi articulo præcedenti, quæst. 4. versi. 13. excusatur. vnde videtur, quòd similiter illud edictum non habeat locum eadem ratione, quia istud edictum videtur considerare & iudicis authoritatem & contemptum: nisi fortè diceres, quòd cum hoc edictum non faciat mentionem, quòd esset uocatus in ius: sed solum loquatur de sistentia in iudicio, vt patet ex ipsa rubrica, de eo, per quem factum erit, ex l. fin. in princ. eo. titu. Ideo videtur habere locum etiã in casu prædicto: & maximè quia impediens mitius punitur ex hoc edicto, quam vi eximẽs ex illo edicto: cum ex hoc edicto, quis teneatur ad interesse: quo soluto, sæpe liberantur, vt supra dixi. ¶ Ex illo vero ad interesse, quanti in litem iuratum fuerit. vnde cum sit pœna, ceteri non liberantur, vt dixi articulo præcedenti, q. 6. Et in hanc partem inclinat Ioan. Petru. in l. fi. in princ. ff. de eo, per quem factum erit. Cogitabis, quia Doct. non tangunt. Et sic secundum hoc habes aliam quintam differentiam inter hoc edictum, & illud, de quo dixi supra, q. 1.

14 ¶ † Tertiò principaliter quæro, cui detur, seu quis agere posśit ex hoc edicto. ¶ Sol. Dic, quòd datur stipulatori, seu illi ad cuius petitionem impeditus sisti debebat: siue sit reus, siue sit actor, vt colligitur ex l. 1. ff. de eo, per quem factum erit, maximè in §. si reus. in l. fin. §. sed & si per stipulationem, eod. titu. vbi tex. notabiliter vult, quòd si stipulator dolo Titij, & promissor dolo Mæuij impeditus fuerit quo minus in iudicio sistatur: vterque aduersus eum, cuius dolo impeditur fuerit, actionẽ in factũ experiri potest. Quinimò arbitror, quòd si dolo tertij reus fuit impeditus, licet nullam pręstitisset satisdationem: nihilo minus agere posśit contra impedientem, si fortè eius intersit: puta, quia eum mulctauit in aliquo, in quo non mulctasset, si fuisset, secundum Gof. in libellis.

¶ Sed tunc quæro, quid si propter impedimentum reus compleuit præscriptionem, quam non cõpleuisset, & sic fecit hoc lucrum facto impedientis: sed tamen in aliquo mulctatus est à iudice, an poterit agere ad id, in quo mulctatus est.

¶ Ego arbitror quòd non, si minus esset in damno mulctæ, quam in lucro præscriptionis. secus si plus esset in damno mulctæ: quia tunc arbitror agi posse ad illud plus: cũ hoc casu intersit in eo quod plus est. Et hæc actio detur ad interesse duntaxat, vt dicam in 5. quæstione. Cogitabis, quia Doctores non tangunt.

¶ Et aduerte, quia si dolo actoris reus fuit impeditus, vtrum agere posśit ex hoc edicto: & ad quid, statim dicam in 4. quæst.

¶ Si vero stipulator dolo promissoris, & promissor dolo stipulatoris impeditus fuerit quo minus ad iudicium ueniret: nemini eorum succurritur per hoc edictum. compensat enim Prætor dolum hinc inde adinuicem cõmissum, vt l. fi. §. pen. ff. de eo per quem factum erit. ¶ Et no. quòd non solum stipulator, seu ille ad cuius petitionem impeditus sisti debebat, agere potest, sed etiam ipsius hęres, vt est tex. in l. 1. §. pen. ff. eod.

15 ¶ † Quartò principaliter quæro, quæ actio oriatur ex hoc edicto. ¶ Sol. Dic quòd oritur actio in factũ, tex. est in l. fi. in prin. & §. sed & si stipulator. ff. de eo, per quem factum erit. Et vide quod dixi articulo præcedenti, q. 5.

16 ¶ † Quintò principaliter quæro, ad quid, seu in quantum detur hæc actio. ¶ Sol. Distinguenda arbitror principaliter duo membra.

¶ Primum membrũ erit de homine libero, per quem factum erit &c.

¶ Secundum, de seruo.

¶ Circa primum membrum de homine libero, dic quod contra eum datur actio ex hoc edictio ad interesse, vt l. 1. in princ. & §. si plures. ff. de eo, per quẽ fac. erit. Tenetur enim ille per quẽ factum est, in quãtum actoris interest illum sisti, vt l. 3. in prin. ff. de eo per quem factum erit. Vnde in ipso iudicio venit, si quid actor seu stipulator ob ipsam rẽ perdidit: veluti si reus interea per pręscriptionẽ rei petitæ dominium acquisiuit, aut actione liberatus est. Sed contra prædicta opponitur: videtur enim ꝙ ex quo citatio emanauit, seu facta est misśio executoris, seu nuncij, interrupta sit pręscriptio, per l. cũ notisśimi, in prin. C. de præscrip. 30. anno. & l. constitutionib. ff. de actio. & oblig. ¶ Sol. Glo. in prin. ff. de eo, per quem factum erit, & in iuribus in contrarium allegatis, multum se inuoluit: sed pro veritate solutionis præmittendum est, secundũ Bar. quòd quædam est præscriptio merè odiosa: quæ currit negligentia non petentis, qualis est præscriptio 30. vel 40. anno. Et ista sola citatione interrumpitur. ¶ Et ratio est: quia per citationem cessat negligentia, quæ est causa illius præscriptionis, vt l. cum notisśimi.

17 ¶ † Quædam est præscriptio merè fauorabilis, qualis est vsucapio triennij: & ista non interrumpitur:

tur etiam per litis contestationem, quia litis contestatio non tollit fauorem rei, vt l. si post acceptam. ff. de rei vendic. ¶ Quædam est præscriptio mixta, qualis est præscriptio decem, vel viginti annorum, & in illa eligitur media via, vt non interrumpatur per solam citationem, sed per litis contestationem, vt l. motæ litis. C. de rei vendicatio. & l. 2. §. penult. ff. pro empt. ¶ Quædam verò est præscriptio, quæ currit sui natura, vt redhibitoria, quanti minoris, & similis, & ista interrumpitur litis contestatione, vel libello principi oblato. C. quando libello principi datus. l. 1. & 2. ¶ Ad quod vide, quæ latissimè dicã in tit. de præscript. ¶ Et ex prædictis nunc sequitur, quòd id, quod dictum est de præscriptione interrumpenda, procedebat olim simpliciter eo, quòd nulla præscriptio interrumpebatur per solam citationem, quoniam tempore Digestorum non erant conditæ præscriptiones longissimi temporis triginta, vel quadraginta annorum, vt l. qui occidit. §. 1. ff. ad legem Aquil. & l. non solum. aliàs incipit, Iulianus. ff. ex quib. cau. maior. & in Authen. vt Ecclesia Romana gaudeat centum annorum. §. 1.

¶ Nec obst. l. constitutionibus. ff. de actio. & oblig. quia debet intelligi, quòd ibi lis fuit contestata.

¶ Item ibi non dicitur, quòd interrumpatur præscriptio, sed quòd actio efficitur transitoria ad hæredes, secundum Bart. in l. 3. in princip. ff. de eo per quem fac. erit, & sequuntur ibi Bal. & Doct.

¶ Et sic ex prædictis sequitur, quòd in casibus, in quibus hodie ad interrumpendam præscriptionem sufficeret sola citatio, non haberet locũ, quod statim dixi, quòd in hoc iudicio venit interesse ratione præscriptionis, vel amissionis actionis, ratione impedimenti: & ad materiam istam vide, quod latius dicam in tit. de præscript.

¶ Et prædicta procedunt, si is per quem factum est, quo minus quis in iudicio sistat, sit soluendo, ita quod possit satisfacere de isto interesse amissæ, seu perditæ rei, vel actionis per præscriptionem, secus si non fuerit soluendo: quia tunc ęquum est aduersus illum reum principalem competere restitutoriã actionem, ne propter dolum alienum reus lucrum faciat, & actor damno afficiatur, vt est tex. notab. in l. 2. in 2. respon. ff. de eo, per quem fac. erit. facit l. planè. §. 1. ff. de legat. 1. & l. 2. ff. de instit. licet enim quis possit lucrari ex dolo tertij, tamen hoc non toleratur cum damno aduersarij, secundum Bal. in d. l. 3. in princ.

¶ Et vide, quod no. in l. præsens. C. si vend. pig. & dicunt Doctor. quòd est regulare in omni casu, quòd semper fit restitutio in pristinũ statum, quando qui principaliter tenetur, non est soluendo, ne aliquis lucretur, & alius damnificetur sine causa, & ex facto tertij, qui non sit soluendo.

18 ¶ † Et aduerte, quia ista actio, quæ restituitur ex illa clausula generali, si qua mihi iusta causa, &c. de quo per totum tit. Digest. & Cod. ex quib. cau. ma. est vtilis secundum aliquos, vel secundum alios est directa, quia ipso iure non fuit amissa, argumẽ. l. obligationum ferè. §. placet. ff. de actio. & obligat. secundum glo. super verbo, actionẽ. in l. 3. 2. respon. ff. de eo, per quẽ fac. erit. ¶ Sed Bart. ibi dicit, quòd diuersis respectibus vtraq; opinio est vera. aut enim prædicta actio erat ex tẽpore ipso iure amissa, prout contingit in vsucapione triennij, per quam vsucapiens acquirit dominium directum: & tunc restituitur sola vtilis, & est vtilis datiua: aut prima non erat ipso iure sublata, sed contra eam erat exceptio parata: & tunc per restitutionem tollitur obstaculum exceptionis, & competit prima actio directa, secundum Bart. quia illa nunquam fuit mortua, vt l. fin. C. ex quib. cau. ma. & l. cum mota. C. de transa.

¶ Et aduerte etiam, quia quæ dixi de restitutione, videntur procedere, quando non erat præstita satisdatio de iudicio sisti, secus si esset præstita: quia tunc teneretur fideiussor pręstitus de iudicio sisti, vnde non fieret talis restitutio, secundum Ioã. Pet. Et sic sequitur, quod malè dicit glo. in rub. ff. de eo, per quem factum erit. in quãtum voluit, quod hoc edictum solum haberet locum post præstitam satisdationẽ. ¶ Ad quod vide, quod dixi supra eodem artic. quæst. 1. in 4. differentia. ¶ Quod tamen ego arbitror verũ, si modo fideiussor sit acceptus, quanti interesset actoris stetisse in iudicio, secus si satisdatio fuisset præstita in minus, quam esset interesse, per tex. in l. fin. ff. de eo, per quem factum erit. intelligendo tamen secundum ea, quæ statim dicam.

¶ Item & secundo arbitror limitandum, si modo fideiussor sit soluendo, secus fortè si non esset soluendo, nec posset aliquid imputari actori: quia tũc eadem remanet ratio restitutionis faciendę, de qua supra dictũ fuit. ¶ Item aduerte, quia si dolo actoris reus stetit, reo non datur actio ex hoc edicto, cũ possit esse contentus exceptione, eo quod si conueniatur actione ex stipulatu ad pœnã ex eo, quod reus ad iudicium non venit, poterit excipere de dolo ipsius actoris, & per ipsam exceptionem se defendere, vt l. 1. §. si reus. ff. de eo, per quem factum erit. facit l. 1. §. si debitori. ff. vt in poss. leg.

¶ Et ratio est, secundum Angel. quod cum ista ratio sit subsidiaria, sufficit esse consultum reo per aliam viam, videlicet per exceptionem, quę est perpetua, vt statim dicam in versic. sexta quæstio. Et ista fuit originalis opinio Odof. quam sequitur Bal. in d. §. si reus. pro qua etiam facit, quia vbi sufficit exceptio, non est propria actio. facit l. si contendat. ff. de fideiuss.

19 ¶ † Si vero reus fuit à tertio impeditus, poterit agere contra impedientem in eo interesse, in quo damnificatus est, puta ad pœnam promissam stipulatori: & quod consequetur ab ipso impediente, præstabit ipsi stipulatori, tex. est iuncta gl. in l. 1. §. si reus. versic. atque arbiter. ff. de eo, per quem fac. erit. ¶ Est tamen aduertendum, quòd si actor fuit stipulatus à fideiussore minus, quàm esset à reo petiturus, quòd si reus dolo tertij fuit impeditus, quo minus in iudicio veniret, poterit stipulator ab illo tertio consequi centum, quoniam tanti sua interfuisse videtur, quoniam si reus in iudicium venisset, tantum ab eo consecuturus fuisset, vel ab ipsius hærede, vt l. fin. in fi. ff. de eo, per quem fac. erit. Sed nũc contra id, quod supra dixi de restitutione actionis, opponitur. videtur enim, quod licet actio tempore expirauerit, tamen non debeat restitui: quia licet reus videatur liberatus tempore, tamẽ ex quo actor habet actionem ex stipulatu contra reum, satis videtur sibi consultum: quia hanc actionem ex stipulatu, ex quo interposita est stipulatio, videtur habere,

bere, licet sit impeditus facto tertij, vt l.2. in fi. ff. si quis cautio. & in l.fi.ff.si quis in ius voc.non ier. vnde videtur sua interesse respectu tertij, secundum glos. in l.fin.ff.de eo, per quem factum erit. Quod fortificat Bal. ibi, quia sicut si reus non esset liberatus, non interesset respectu ipsius debiti, ita etiam si alia actio sit subrogata in locum primæ, quę sit eiusdem efficaciæ: quia ad hoc respondet glos. in d.l.fi. in fi. quòd licet reus teneatur, tamen ille tertius impediens tenetur, & quilibet ex sua causa tenetur, licet diuersa. Et interest mea plures eiusdem rei habere debitores, vt l.si quis decedens.§.fi. ff.de liber. causa. ¶ Sed dicit Bald. quòd ista responsio non est formalis ad contrarium: vnde soluit ipse post Iaco. Butr. quòd si actio nunquam fuisset perempta, nũquam interfuisset actoris: sed cùm fuit perempta, cœpit interesse, & pariter in eodem instanti cœperunt teneri reus, & delinquens: & ideo cum debitum rei non pręcedat nunc in origine ipsum debitum delinquentis, non potest debitum delinquentis excludi à debitore, quod est subtile, secundum Bald. & istud idem vult Barto. in effectu in d.§. licet loquatur aliqualiter obscurè cõtra consuetudinem suam: intendit enim, quòd ex quo istæ duæ actiones eodem instanti tẽporis nascantur, potest dici, q̃ vna inueniat aliam natam: & ideo ambæ dantur.

20 ¶ † Sed aduerte, quia in contrarium facit, quia si remedium istius edicti est subsidiarium, vt voluit Ange. in l.1.§. si reus. ff. de eo per quem factum erit. & est de mente Bart. in l.fi. in fi. eod. tit. ergo non vĩ cõcurrere cum alio remedio ordinario, licet vtrunque remediũ eodem tempore in esse producatur, sicut dicimus in actione de dolo ex deposito, mandato, vel simili contractu, quando ratione doli nasceretur actio de dolo, & etiam nasceretur actio ex eo contractu eodẽ instanti: quia licet vtraque actio videatur posse oriri, ex quo dolus est commissus, tamen quia actio de dolo est subsidiaria, non nascitur, nec competit.

¶ Sol. Secundum Ioan. Pet. in dicta l.fin. dicendum est, quòd tunc tales actiones nascerẽtur ex eadem matre, fonte, & radice: & ideo sufficit, quòd nascatur vna, & non alia, quæ est subsidiaria: sed quantum sunt diuersi fontes, & radices, & diuersæ causæ: non est ratio, quare quælibet prægnans non debeat suũ parere effectum, & sic suam actionẽ: & ideo cùm in terminis nostris eodem pariant cum tempore, scilicet cùm nõ sistitur in iudicio propter impedimentum, non tamen tempore impedimenti præstiti: sed eo tempore, quo non sistitur, vt promissum est, vt no. in l.pen. §. docere. ff. ne quis eum, qui in ius vocã. vi exi. in casu nostro concurrunt in origine: sed non in effectu exactionis, vt no. glo. in d.§.fin. & bene, licet Ang. dicat contrarium, & malè: quia cum debetur ad interesse, facta satisfactione per vnum, desinit interesse alterius, cùm concurrant satisfactiones eodem instanti, sicut de natiuitatibus dictum est. Solutione igitur per vnum facta alius liberatur, quia vterque tenetur ad interesse, licet vnus ex stipulatione de iudicio sisti, & alius ratione impedimenti, secundum glos. in d.§.fin. & sequitur Bar. ibi. facit, quod statim dicam.

21 ¶ † Sed quæro, retentis terminis illius §.fin. in d. l. fin. quid si actor stipulatus nomine pœnæ quinquaginta, & interesse sit in centum, & actor sit consecutus interesse vigore huius edicti ab ipso impediente, vtrum poterit petere quinquaginta vigore stipulationis. ¶ Sol. Prędicta gl.fi. in d.§. arguit pro, & cõtra, & finaliter determinat, q̃ potest, quia vnus tenetur ad interesse, alius verò conuenitur ad pœnam: & sic vnius solutio non liberat alium, & sic ex illa glo. duo colliguntur: primò, quòd quando duo, vel plures tenentur ad vnum interesse, licet ex diuersis causis, solutione vnius liberantur omnes: sed quando vnus tenetur ad interesse, alius verò conuenitur ad pœnam, solutio vnius non liberat alium. Et dicit ibi Bart. quòd vtrunque potest esse verum, per not. in l.si quis dolo.§.1. ff. de reg. iu. sed tñ quantum ad terminos nostros vltimum dictum non est verum: quia in omni eo, quod soluerit, fideiussor, seu promissor haberet regressum contra principalem, & principalis agere posset contra impedientem ex hoc edicto: & sic deueniretur ad id, pp quod cõtingeret, quòd ipsemet impediẽs solueret bis idem, quod esset cum non debet, argu. l. qui seruum.§.1. de interroga. actio. secundum Iacob. de Are. & Iacob. Butrig. quos sequitur Bart. in d.§.fin. & idem tenent Ang. & Mod. & Bald. licet ipse satis cõfusè loquiť: & sic patet ex prædictis, quod actoris dicitur interesse indubitanter, si pœnam fuit stipulatus, vel si non fuit stipulatus, potest petere interesse, quia cõtra eum interea præscriptum est, vbi aliàs non fuisset præscriptum: sed si nec fuit stipulatus, nec fuit præscripta actio, non videtur edictũ locum habere, quia licet reus nõ steterit illa die: tamen nihil, vel modicum videtur interesse, quia ex quo salua est actio, poterit alia die vocari: vnde propter modicum interesse iudex non debet audire causam contra impedientem, sicut nec audit causam minoris volẽtis restitui propter modicam summam. ff. de in integ. rest. in l. scio. Sed potest responderi, & dici, quòd immo licet actio sit salua actori, quia non est illi præscriptum, nec etiam fuerit aliquam pœnam stipulatus: tamẽ potest interesse, puta secundum Gof. quia erat cerdo, vel alius artifex, sicut sunt hic infiniti: vnde oportuit eum ire, & stare tota die ad curiam: & ita amisit, quod lucratus fuisset ex operis suis, fortè 20. vel 30. solidos in die, quia non sine magno incommodo à nostris negotiis abuocamur, vt l. si quis ex signatoribus. ff. quemadmodum testam. aper. Item quia actor fortè conduxit aduocatum, qui locauit sibi operas suas diurnas: & sic oportuit fortè dare illi vnum ducatum pro quolibet die: & sic patet, quòd licet actio sit salua, tamen potest sua interesse. Nec obstat, quòd interesse sit modicum, &c. quia respondeo, quòd etiam minimæ causæ audiuntur, vt in Authent. de mand. princ. §. sit tibi. & in auth. nisi breuiores. C. de sent. ex breuic. recit. & in c. de appellationibus. infra de appellat. Nec obst. l. scio. allegata in contrarium, quia ibi ideo nõ datur restitutio propter modicam summam: quia fieret præiudicium maiori, si rescinderetur, quod actum est: sicut in simili dicimus in l. per minorem. ff. de iudi. & an & quando de minimis sit curandum, vide quod latius dixi in d. cap. de appellationibus. ¶ Et ex prædictis est expeditum primum membrum principale, quando quis fuit impeditus per liberum hominem.

¶ † Circa

22 ¶ † Circa secundum verò membrum, quando fuit impeditus per seruum, dic, quòd dominus tenetur noxaliter, vt l. 1. §. serui nomine. ff. de eo, per quem factum erit. hoc est, tenetur ad verum interesse, vel ad dandum seruum pro noxa. ¶ Et si dominus nollet dare seruum pro noxa, repelletur exceptione, si ageret ad pœnam, vel interesse propter non factam sistentiam, si fuisset actor, secundũ Bal. in l. si actoris. ff. de eo, per quem fact. erit. & statim dicam. ¶ Et prædicta procedunt, nisi domino mandante, aut sciente, & aut prohibente, ne quis esset impeditus per seruum, quia tunc dominus tenetur ad verum interesse, ac si ipse exemisset, nec posset dare seruum pro noxa, vt dixi in præceden. art. q. 6. ¶ Et si seruus impeditus fuit seruus actoris, & actor fuit Seius, nõ potest impeditus agere ex hoc edicto: sed est tutus exceptione, vt arbitror, per ea, quę dixi supra in vers. aduerte tñ, quia si dolo actoris, &c. Sed si actor dominus serui fuit ignarus, reus impeditus facto serui actoris tenetur ipsi actori domino serui impedientis ad illud plus interesse ipsius actoris, quod est vltra valorem serui, compẽsato ipsi domino ipsius serui valore: si modo seruus remaneret penes ipsum dominum, quia non daretur pro noxa: sed si seruus per dominum daretur pro noxa ipsi reo, reus teneretur ad totum interesse, per tex. & quod ibi loquitur, & notatur in d. l. si actoris seruus. quod tamen est dupliciter limitandum.

¶ Primò, quando ipse actor dominus fuit ignarus, vel si sciuit, non potuit prohibere: secus si sciuit, & potuit prohibere, & non prohibuit, per ea, quæ statim dixi.

¶ Secundò limitatur, si modo reus fuit in culpa credendi ipsi seruo: secus si in nulla fuit culpa: sed fortè ignorante domino violenter impeditus est ab ipso seruo: quia tunc non loquitur tex. d. l. actoris. & ideo reus tunc non videtur teneri ad aliquid ipsi actori domino. ¶ Nam tunc nõ teneretur aliter, nõ ipsam actionem quam habet contra impedientem cedere, & cedendo liberaretur, per l. quod debetur. ff. de pecul. iunc. l. 2. §. fin. ff. si quis caut.

¶ Sed ipsam actionem in casu nostro non posset cedere domino contra seruum suum, merito non tenetur reus vltra valorem serui, argu. d. l. si actoris. secundum Ioan. Pet. ibi.

23 ¶ † Sextò principaliter quæro, quãdo hæc actio incipiat competere, & quanto tempore duret.

¶ Sol. Dicendum arbitror, quòd incipit competere eo ipso, quòd ratione impedimẽti interest, seu pœna est commissa propter non sistentiam, per l. 1 in prin. & §. si plures. & l. 3. ff. de eo, per quem factũ erit. & solum durat anno: quia prætoria est, vt l. 1. §. pen. eo. tit. sed exceptio, quæ oritur ex hoc impedimento, est perpetua, per l. purè. §. fi. ff. de doli excep. & l. licet. C. de excep.

24 ¶ † Septimò principaliter quæro, qualiter formetur libellus. Sol. Dic, quòd potest ita formari. Coram, &c. conqueror ego B. de A. quia cum fecissem citari M. in ius, ipsum M. citatum venientem ad iudicium impediuit, quominus ad iudicium ueniret, & mihi in iure meo responderet, propter quod mea interest in centũ: quare peto ipsum A. condemnari ad centum: & ad hoc propono actionem in factum ex edicto, de eo, per quem factum erit, secundum Gof. in libellis suis Rubrica, 120. ¶ Et per similem modum potest reus impeditus formare libellum ratione sui interesse contra impedientem, vt hęc probãtur ex his, quæ superius dicta sunt. Et ad id quod dixi de expressione nominis actionis, qualiter hoc non est necessarium, vide quod dixi in præcedenti artic. q. 8. Et dicit Goff. quòd si exprimatur, seu specificetur quantitas interesse in libello, bene est: si vero nõ specificetur, satis est quòd postea declaretur, & probetur in processu, ad quod uide quod latius dixi, supra de libel. oblat. in cap. 2. in 12. princip. articu. quæstio. 5. princ. in 4. membro princ. versicu. sextò infertur.

25 ¶ † Octauò principaliter quæro, qualiter formẽtur positiones, tam ex parte actoris ad fundandam intentionem suam, quam ex parte rei ad defensionem suam. ¶ Sol. Dic, quòd formandæ sunt secundum varietatem rei gestæ, iunctis his, quæ superius dicta sunt. ¶ Ex quibus potest demonstrare interesse agentis, & similiter reus formare debet suas positiones secundum uarios modos defensionis, qui ex superioribus colligi possunt. Et ex his, Deo duce, hæc materia citationis & uocationis in ius ita plenè à nobis fuit ex varijs locis euocata & extricata, & debito ordine ad doctrinã redacta, vt quilibet alias mediocris ingenij discipulus, in ea materia inspectis his, quę superius declarata & demonstrata sunt, plus quam doctissimus Magister de facili posiit euadere. Et si ad arrogantiã, quæ à me penitus aliena est, non imputaretur, auderem dicere, quòd mediocris discipulus cum superioribus Commentarijs, etiam excellentissimos & clarissimos Doctores, qui ipsis Commentarijs carerẽt, in ea materia excederet. Sed ne arrogantia notari valeam, hoc omitto.

Finis Commentariorum ad Tit. de Dilationibus.

EIVSDEM MARIANI SOCINI

DOCTISSIMA COMMENTARIA, iam diu exoptata, ac nunc recens in lucem edita.

AD TITVLVM

De causa possessionis, & proprietatis.

SVMMARIVM.

1 *Causæ decidi debent secundum leges etiam coram iudice ecclesiastico.*
2 *Obtinens in possessorio, potest statim conuentus in petitorio succumbere.*
3 *Proprietas pro dominio capitur.*
4 *Causa possessionis, & proprietatis connexitatem habent, & quam.*
5 *Princeps non potest parte non vocata, & absente, causam diffinire.*
6 *Posse non dicimur, quod de iure, seu de ordinaria potestate non possumus.*
7 *Momentum simpliciter prolatum non importat possessionem, quamuis plura habeat significata.*
8 *Verba, nullius sint momenti, quid importent.*
9 *Possessio, quid sit.*
10 *Rei appellatio generalis est.*
11 *Verbum, habeat, quid importet.*
12 *Possidere, quando quis non dicatur, licet animo, & corpore insistat rei.*
13 *Possessionis diffinitio ex Bar. perpenditur. & num. 38.*
14 *Ius insistendi, & ius possidendi, differunt.*
15 *Apprehensio ficta potest esse possessionis productiua.*
16 *Possessio an sit ius, vel factum, seu iuris, vel facti. & num. 20.*
17 *Argumentum de contractibus ad possessiones, est validum.*
18 *Possessio tripliciter considerari potest, & num. 25.*
19 *Casus genitiuus est aptus denotare causam efficiētem.*
21 *Facta quod non sint facta, nec etiam Deus facere potest.*
22 *Lex potest fingere præteritum non esse præteritum.*
23 *Possessionem acquirendi modus potest esse facti, & iuris diuersis respectibus.*
24 *Effectus iuris potius considerandus est, quàm factum ipsum.*
26 *Possessio vnde dicatur.*
27 *Vendens omnes possessiones suas, an mobiles vendidisse dicatur.*
28 *Possessionis appellatione venit tam naturalis, quàm ciuilis. & num. 29.*
30 *Statutum loquens de fruente, & possidente rem, verificatur etiam in possidente ciuiliter.*
31 *Verba, possidet ex conducto, quid importent.*
32 *Tenere, detinere, & possidere, in quo differant.*
33 *Proprietas aliquando capitur pro possessione, & possessio pro proprietate.*
34 *Possessionis species quot sint.*
35 *Diuersitas qualitatum, & accidentium non diuersificat speciem.*
36 *Homo vt rationalis, differt à brutis, vt mortalis ab Angelis.*
37 *Qualitate perempta, substantia stare non potest.*
39 *Possessio naturalis, & corporalis, differunt.*
40 *Possessio duplex.*
41 *§. qui ad nundinas. materia vti difficilis discutitur.*
42 *Rem secundum suam naturam, non prout accidere potest, iudicare debemus.*
43 *Possessio propria, impropria, impropriissima. & numero 64.*
44 *Possessio, vel quasi, quando, & quo tempore esse cœperit.*
45 *Naturali iure nulla erat hominum distinctio.*
46 *Detentatio qualis, & quo iure fuerit introducta.*
47 *Rerum incorporalium quasi possessio, quo iure fuerit introducta.*
48 *Possessio naturalis, quæ dicatur, & qualiter describatur. & num. 50.*
49 *Possidere quis dicatur sine titulo.*
51 *Emphyteuta, vel feudatarius, quam possessionem habere dicatur. & num. 58.*
52 *Verbum, naturalis, relatum ad rationem, vel hominem, intelligitur de iure gentium.*
53 *Detentatio quandoque venit appellatione naturalis possessionis.*
54 *Possessio corporalis quæ dicatur, & qualiter describatur.*
55 *Possessor naturalis non vsucapit, nec præscribit.*
56 *Possessio ciuilis quid sit, & qualiter describatur.*
57 *Possessio ciuilis producit ciuiles effectus, respectu vsucapionis, & præscriptionis.*
59 *Detentatio quid sit, & qualiter differat à possessione. Et ad quid prosit. nu. 60. Et an sit iuris, vel facti, numero 61.*
62 *Seruus, cuius iuris capax sit.*
63 *Coloni, commodatarij, & similes meram detentationem habent.*
65 *Possessorium omne habet petitorium, & econtra.*
66 *Census debitus in signum subiectionis est præstatio realis.*
67 *Possessor verus, & interpretatiuus, quis sit.*
68 *Possessio colorata, & incolorata, quæ dicatur. & numero 70.*
69 *Promotus ad episcopatum, eiusq; possessionem adeptus, lapso tempore de consecrandis episcopis, ipso iure priuatur prioribus beneficijs. & num. 71.*
72 *Factum contra ius, non valet.*
73 *Possessio libera, & pacifica, quæ dicatur.*
74 *Promoueri se non faciens in tempore ad ordines, quos beneficium requirit, pœnam priuationis incurrit.*
75 *Possessionem pacificam, vt quis habere dicatur, quid sufficiat.*
76 *Possessio plena quæ dicatur.*
77 *Possessio vacua, seu vacans, quæ dicatur.*
78 *Vēditor dicitur tradere possessionem vacuam, quamuis aliquam debeat seruitutem realem.*
79 *Possessio an dicatur vacare per mortem omnium de collegio, alijs non subrogatis.*
80 *Possessio iusta, quæ dicatur, & quæ bonæ fidei.*
81 *Auctoritas iudicis facit quandoque valere actum, qui aliàs non valeret.*
82 *Decretum ad ipsius validitatem requirit aptitudinem & rectitudinem.*

Missus

CAP. PRIMVM.

VSCEPTIS. Doct. non summant, sed pro summario ponũt casum, ꝙ forte actor præsens petebat reũ absentem condemnari tã in causa possessionis quã proprietatis, aut quòd Papa causam posses. cõmitteret vni, & causam proprietatis alteri. Papa non respondet, vt habetur in tex. secundum Host. vel dic, secundum Abba. ꝙ actor primo petijt vtrumq; iudicium possessionis, & proprietatis, committi diuersis iudicibus, & cum ab hoc esset repulsus, secundo loco petijt vt saltem ipse Papa pronuntiaret parte absente, a quo etiam iterato repellitur, & repulsionis causa assignatur, & potest sic summari. Causa possess. & proprietatis sub eodé iudice terminari debet, nec contra absentem pronuntiandum est. hoc dicit. Diuiditur in duas partes, sicut duo ponit dicta, secunda ibi, neć nos. Et in tex. ibi, legali, dic vt habetur in l. nulli. C. de iudi.

1 ¶ Primo no. † quòd etiam coram iudice ecclesiastico causæ debent decidi secundum leges, ad idem 10. dist. c. fi. quod procedit, si modo non contradicant canonibus, de qua materia vide quæ latè dixi in cap. 1. 2. quæst. de oper. no. nunc. in tex. ibi, momenti, dic quòd causa posses. dicitur momentanea, quod intellige aptitudine.

2 ¶ Secundo no. ibi, tantum, † licèt quis obtineat in possessorio, potest statim conuentus petitorio succumbere, quia possessionem restituere tenetur, vt l. qui restituere. ff. de rei vendic. ad quod vide quæ latius dixi supra in Rubrica, tract. 2. articu. 14. Quandoque vero momentum aliter accipitur, & aliud significat, vt statim dicam in gl. 1.

¶ Tertio nota ibi, quam proprietatis, quòd pro-
3 prietas pro dominio † capitur: tantum enim est dicere causa proprietatis, quãtum causa dominij, quæ tunc dicitur versari quando discutitur cuius sit res, de qua quæritur. ad quod vide quod dixi supra in Rubrica, tract. 1. articu. 2. vbi plenè tractaui de ver. proprietatis.

4 ¶ Quarto no. † quòd licet causæ posses. & proprietatis sint diuersæ, vt l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acqui. posses. tamen, quia vtraque tendit ad idem subiectum respectu eiusdem rei, ideo dicuntur habere connexitatem, & similiter etiam dicuntur habere connexitatem ratione facilioris decisionis. & hinc est, quòd debent coram eodem iudice tractari, nam iudex, qui de possessione cognouit, facilius de proprietate cognoscere poterit, quia ista est regula, quòd causæ connexitatem habentes, eodem tempore tractandę sunt, & ne causæ continentia diuidatur, debent coram eodem iudice tractari, vt hic, & l. nulli, C. de iud. dixi latissimè in c. fi. sup. de mut. petit. art. 11. per totũ. sed quo ad causam possessionis, & proprietatis dixi ibidem, fallentia septima, & latissimè dicam in c. fi. infra eo.

5 ¶ Quinto no. † ꝙ etiam Papa, seu princeps parte absente, non vocata, non potest causam diffinire, & pro hoc facit, quia in tex. nostro negatiua præponitur ver. possumus, & sic inducit necessitatem, vt no. glo. in regula prima, de regu. iur. lib. 6. & glo. in ver. nõ potest. in c. literas, de rest. spo. & l. nemo potest. ff. de leg. 1. & l. non potest. ff. de furtis, & l. solemus. §. latrũculator. ff. de iud. & in l. de his, & ibi per Bar. ff. de transa. quod tamen procedit, secundum Ioan. Andr. de ordinaria potestate, secus de absoluta, quod non placet Zabar. qui dicit, quòd etiam de absoluta potestate non potest procedere, parte non citata, sed Dom. meus hic aliter distinguit. tu verò dic, vt latissimè dixi supra de dila. in Rubrica, art. 7. in prin. & vers. 31. in his, quæ sunt in potestate, & in d. articu. 7. latè examinaui, in quibus casibus possit

procedi

procedi absque citatione, quoniam ad materiam illius tituli pertinebat.

6 ¶Tertio no.† quòd non dicimur posse, quod de iure non possumus, seu quod non possumus de ordinaria potestate, faciunt quæ statim dixi in proximo no. neque illud possumus, quod per potentiam extraordinariam possumus, tradit Innoc. in c. pastoralis. infra eodem, facit tex. in l. apud Iulianum. §. fin. ff. de lega. 1. dixi in præcedenti lectione, in voce, in cap. si pro debilitate. supra de offi. deleg. & similiter non dicimur posse, quod similiter de iure non possumus. 22. q. 2. c. faciat homo. 27. q. 2. c. Agathosa, & quod de iure naturali non possumus. infra de despon. in pub. c. impuberes, & c. a nobis, & quod ex qualitate officij non possumus. supra de maioritate, & obed. c. cum inferior, & quod ex merito non possumus. 3. q. 7. §. tria. versi. cuius vita, &c. & quod ex potentia diuinę voluntatis fieri potest, non dicimur posse. de pęni. dist. 2. cap. charitas, & quod honestè non possumus, vt l. filius. ff. de condit. insti. & l. nepos Proculo. ff. de verb. signifi. tradit gl. in clem. sæpe, de verbo. signi. & quod non possumus commodè, vt in d. c. si pro debilitate. in c. sciscitatus, supra de præscr. 32. dist. c. ab exordio. Insti. de actio. §. pœnales, & plura ex prædictis vide per glo. Innocen. & Ioan. And. in d. c. sciscitatus.

¶Gl. prima quęrit de significato verbi momēti, posito in tex. & soluit exponendo, & assignat rationem, & subiungit vnum incidenter in ea. ibi, idest possessionis. Dic, quòd glo. bene exponit, eo quòd tex. non simpliciter loquitur per verbum momenti,
7 sed dicit, momenti causam: nam † momentum simpliciter prolatum non significat possessionem, quāuis plura habeat significata, quoniam quandoque significat modicam partem temporis, seu horæ, & dicit hic Ioan. And. quòd momentum est vna pars diei de noningētis sexaginta partibus, quod patet, quia hora est xxiiij. pars diei: punctus verò est quarta pars horæ: momentum vero est decima pars puncti, & sic est quadragesima pars horæ, sed numerus xxiiij. horarum multiplicatus per xl. constituit numerum noningentorum sexaginta, & isto modo potest intelligi l. 3. §. minorem. ff. de mino. & sic de momento horę loquitur tex. 46. dist. cap. omnes. vel accipitur ibi momentum horæ, hoc est pro vna hora. Quandoque vero accipitur pro vna die, vt in l. omnes. 1. C. de ferijs. no. gl. in l. sicut in annos. §. item Papinianus. ff. quibus mo. pi. ami. Quandoque vero accipitur pro tempore, quo actus cui adiungitur corroboratur, vt no. glo. in l. 2. C. quæ sit lon. consu. & sic cum lex loquitur de momento consuetudinis, accipitur momentum pro decennio, vt ibi. quandoque verò sumitur pro vigore vel efficacia. 11. dist. c. consuetudinis. supra de offic. leg. c. fi. & de offi. ord. cap. ordinarij, in fi. lib. 6. Quare hæc verba,
8 †nullius sit momenti, important vt id cui adiunguntur, non faciat inditium, etiam modicum, vt no. Dominus meus in c. 2. infra de testi. ac etiam ad prædicta vide quæ dixi supra in Rubrica, in 3. prin. tract. arti. 5. in 3. requisito. Quandoque accipitur pro extremitate vitæ, vnde dixit Ioan. de Imo. in l. 2. §. si dubitetur. ff. quemadmodum test. aper. quòd vltimum momentum non potest quis scire, quia licet mors sit certa, hora tamen est incerta, quando. vnde in Euangelio, Estote parati, quia nescitis, neque diem, neque horam.

¶In ea. ibi, quia parum duratura est apud possessorem, intellige aptitudine, quoniā actu potest durare magno tempore, quia fortè priuatus possessione in possessorio nolet agere petitorio, & etiā quia agēs petitorio fortè succumbet. facit quod no. in c. sæpe, infra de resti. spol. & in l. is, qui petitorio. ff. de rei vend. vnde dicitur causa momentanea, vt hic, & in l. vnica. C. si de momentanea posses. & in l. momentaneæ. C. qui legi. perso. & ideo dicitur momentanea aptitudine, non actu, vt dixi, quia possibile est quòd parum durabit, sicut etiam l. Aquilia aptitudine dicitur pœnalis, Insti. de noxa. §. is autem.

¶In ea. gl. in fi. Dic de hoc, vt traditur in iuribus in glo. allegatis, & vide quod traditur in c. cum ad sedem, inf. de rest. spo. dicā in ti. de app. vbi conuenit.

¶Glo. secunda sentit contrarium, ꝙ causa poss. & proprietatis non debeat sub eodem iudice cognosci, cum possessio nihil habeat commune cum proprietate. glo. soluit, & postea declarat literam, deinde in fine opponit, & pro solutione remittit.

¶In gl. ibi, quia continentia causæ. dic, quòd ista est ratio rationis, quare sub eodem iudice debeant tractari: nam principalis ratio est, quia habent connexitatem, de qua dixi in quarto notabili.

¶In ea. ibi, idest coram eodem iudice, glo. ideo ita exponit, quia in antiqua litera ante hanc compilationem non dicebatur sub vno, eodemque iudice, sed dicebatur sub vno iudice. sed cum in tex. nostro dicatur, sub eodem iudice, ista expositio non est necessaria.

¶In fi. glo. dic ad contrarium, vt latè dixi in d. c. fi. supra de iudi. in glo. 2. & quod tetigi in cap. fi. de mutuis petit. in 12. princ. artic. ver. 7. fall. & vide quę dicam in c. fi. infra eo. in 7. prin. tract. vbi tractabitur materia petitorij, & possessorij.

¶Glo. fin. potest expediri per quæstionem, quid intendat tex. in fi. dum dicit, nec nos contra inauditam partem aliquid possumus diffinire, & respondet ponendo triplicem intellectum, potest etiam recitari per contrarium. dicit hic in tex. non potest Papa diffinire de c. prout. infra de dolo & contum. & de l. consentaneum. C. quomodo & quando iud. glo. soluit tribus modis. Primò, ꝙ iste tex. procedit, quando lis non erat contestata. Secundò ꝙ procedit quando lis erat contestata, sed non liquebat de causa. Tertiò gl. soluit, & clare loquitur.

¶In fi. glo. dic, quòd duæ primæ solutiones sunt veræ in se, sed vltima solutio magis conuenit literæ. Expeditis tex. & glo. superest nunc, vt postquam in Rubrica proprietatis materiam per quinque principales tractatus plenissimè examinauimus, vt secūdum ordinem in Rubrica traditum descendamus ad sextum principalem tractatum, in quo venit examinanda materia posses. quæ materia est valde difficilis, subtilis ac valde diffusa, sed eam tibi plenè, & quantum fieri potest, clarissimam tradam seruando ordinem articulorum in Rubrica positorum ad hunc sextum tractatum pertinentiam.

¶Primo igitur articulo tractandum est, quid sit possessio, vnde dicatur, & quid veniat ipsius appellatione, & quid quasi possessio, sed hoc vltimum per remissionem.

9 ¶Quo ad primum, quid sit possessio. †gl. I. in l. I. ff. de acqu. poss. recitat plures diffinitiones antiquorum. Io. enim antiquus glossator, sic diffinit, quòd possessio est ius quoddam rem retinendi sibi. Hæc diffinitio, secundum Bar. non est bona, quia dicit ꝙ est ius, nam possessio videtur esse facti, vt l. I. §. I. & §. si uir. ff. de acqu. poss. & l. denique, & l. sciendum. ff. quibus ex causis maiores, & l. in bello. §. item. ff. de cap. & postli. reuer. quod an sit verum, infra examinabo. Item & secundò obst. diffinitioni Io. in quantum ponit verbum rem, quia malè ponitur, quoniã
10 rei † appellatio generalis est, vt l. rei. ff. de verb. sign. & tam corporales, quam incorporales res continet, Inst. de rebus corp. & incorp. in Rubrica, & per totum, & in l. 5. ff. si certum pet. Quare dom. Azo discipulus Ioannis, in primis annis diffiniuit, ꝙ possessio est ius quoddam, quo quis rem corporalem vere vel interpretatiuè, & seu ius retinendi rem corporalem quã vere, vel interpretatiuè habet. sed prædicta diffinitio similiter peccat in eo quod dicit ꝙ est ius,
11 vt supra dixi. Item in quantum dicit, habeat, †quod verbum pertinet etiam ad eum qui non possidet, vt l. stipulatio ista. §. habere. ff. de verb. obl. facit etiam l. habere ff. de verb. sign. & quod tradit Ioann. And. in regula, quod alicui suo. de reg. iur. lib. 6. in mercu. vnde Azo procedente postea tempore, aliam dedit diffinitionem, quam prosequitur glo. in l. I. in prin. ff. de acquir. posses. dicens, quòd possessio est corporalis rei retentio, corporis & animi, iuris adminiculo concurrente, quam etiam diffinitionem sequitur Archid. 3. q. 2. c. audiuimus. Ideo autem dixit corporalis, quia incorporalia non possidentur, vt statim dixi. ideo autem dixit, detentio, quia naturaliter tenetur ab eo qui insistit ipsi rei, vnde possessio appellata est, quasi pedum positio, vt statim dicam. ideo autem dixit, corporis & animi, quia aliter non acquiritur nisi corpore, & animo interueniente, per ea quæ dicam infra eodem c. 2. art. 27. Ideo autem dixit, iuris adminiculo concurrente, quia possessio quandoque plurimum iuris habet, de quo infra subijciam. Sed prædictis videtur obstare quod dicimus furem & emptorem possidere, vt in l. rem quæ nobis. ff. de acqu. poss. & tamen non videntur iuris adminiculo possidere. Sed potes respondere, quòd possident iure pertinente, non tamen approbante talem acquisitionem possessionis, vt dicam ĵ. ar. 22. & sic hoc casu possessio dr̃ habere plus facti quam iuris, secundùm Host. in sum. §. I. & ideo dixit de iuris adminiculo, quia si iuris adminiculum ob-
12 uiet, vel non adsit, nõ dicitur quis † possidere, quãuis corpore, & animo insistat rei, quod aliquando contingit propter rem, quandoque propter causam: propter rem, quia sacra, vel similis, de quo dicam infra eod. artic. 24. propter causam verò, quia alius possideat naturaliter, vel ciuiliter illud, quod ego eodem iure possidere volo, cum duo eodem genere possidendi possidere non possunt, vt dicam in 26. artic. Dyn. vero in l. I. in princ. ff. de acq. poss. dicit, quòd Ioan. diffinit possessionem, prout est in esse producta, & Azo, prout in esse producitur: quia verum est, quòd quando sumus in actu producendi, possessio non est ius, sed factum, & requiritur corpus, & animus: sed quia melius est diffinire, prout possessio est in esse producta, sicut videmus in obligatione, quę est iuris vinculum, &c. Instit. de oblig. in princ. cum ergo possess. diffiniatur, prout in esse producta, tenenda est opi. Ioan. secundum Dyn. Sed aduerte, quia licet prædicta obiectio tollitur, tamen contra diffinitionem Ioan. adhuc remanent aliæ obiectiones, de quibus supra. Vnde Petrus de Bella pertica in d. l. I. in prin. dicit, quod possessio est ius quæsitum ex corporali rei apprehensione corpore, & animo iuris adminiculo concurrente: & subdit, quod si vellemus cogitare descriptionem possessio. possemus eam diffinire magistraliter per suos effectus, videlicet, possessio est, cuius effectus sunt tales, de quibus effectibus latè dicam in c. pastoralis, infra eo. artic. 41. Bart. vero pro clariori intellectu, antequam veniat ad suam diffinitionem, examinat quæstionem illam, vtrum possessio sit ius. & concludit, quod sit iuris, de quo ego post diffinitionem aliorum infra latius tractabo. Deinde Bart. transit ad diffinitionem Iacobi de Rauenna, qui diffinit, quod possessio est ius quæsitum ex corporali apprehensione, &c. & ista fuit diffinitio Petri, vt supra. Iac. vero de Are. diffinit, quod possessio est ius insistendi rei proueniẽs ex vera, vel interpretatiua apprehensione, cum affectu possidẽdæ rei non prohibitæ possideri vacantis, vel à possessore traditæ animo possessionis transferendę, tradit Cyn. in l. licet. C. de acq. poss. & Bar. in dicta l. I. Sed prædicta diffinitio non videtur placere Barto. mouetur, quia Philosophi, qui diffiniunt hominẽ, dicunt, quod est animal rationale mortale, & non dicunt vnde veniat. Sic ergo, cum quæritur quid sit possessio, debemus illã diffinire, nõ autem quærere vnde veniat, sicut faciunt Iureconsulti, obligationem, tutelam, testamentum, &c. nam diffiniunt ponentes quid vnumquodque sit, non vnde veniat.
13 Et ideo Bart. in dicta l. I. dicit, quod possessio † potest diffiniri in genere, & in specie. In genere autẽ sic diffinit, dicens, quod possessio est ius insistendi rei non prohibitæ possideri: ius autem ad differentiam possess. asininæ, seu detentationis asininæ, quæ est facti, vt infra subiiciam. Item dicit ius, ad differentiam ipsius rei, quæ appellatur quandoque possessio, vt l. interdum. ff. de verbor. signif. & in l. 2. C. de probat. Insistendi autem dicit ad differentiam dominij, quod est ius disponendi, vel vendicandi, vt l. in rem. ff. de rei vend. & in l. si quis vi. §. differentia. ff. de acq. poss. ad quod vide, quæ dixi in rub. artic. I. verbum vero insistendi, posuit ad differẽtiam vsusfructus, per l. I. ff. de vsufru. illa autem verba, rei nõ prohibitæ, &c. dixit ad differentiam rerum, quę possideri non possunt, quales sunt sacræ, & similes, vt l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verbor. obliga. & l. qui vniuersas. ff. de acq. poss. de quo dicam infra eod. cap. 2. artic. 24. Sed prędicta diffinitio Bar. non placet Ang. in d. l. I. in quantum Bar. dixit, quòd est ius insistendi rei nõ prohibitæ, &c. quia secundum Ang. etiam detentatio est ius insistendi rei nõ prohibitæ possideri, vt l. si finita. §. si quis metu. de dam. infec. & sic vult Ang. quòd etiam detentatio sit ius, & non factum, de quo dicam in 7. artic. & ideo dicit Ang. quod Bart. malè reprehendit Dyn. in quãtum dicit Dyn. quod ex naturali nunquam procedit dominij acquisitio. Ludo. Pontan. in d. l. I. dicit etiam, quod ista diffinitio Bar. non est bona. Primò pro-

propter verbum, ius. Secundò, propter verbũ, rei, & similiter dicit de diffinitione Angeli, quam statim dicam. Dicit tamen, quod ad oppositionem Angeli, quia non est verum simpliciter, quod detẽtatio sit ius, vt voluit Ang. vt apparebit ex his, quę dicam infra, artic. 7. Item, quia posito, quod ius sit, Bart. intellexit, prout ipse se ipsum declarat, de iure insistendi, quod conuenit possessioni, non autem de iure posidendi, quod conuenit detentationi,
14 quę duo † sunt diuersa, cum primum causet interdictum recuperatiuum, secundum non, vt patet ex l. 1. ff. de vi, & vi arm. & l. si plures. ff. vti posid. & in l. Aquilius. ff. de donatio. & ibi per glo. Item contra diffinitionẽ Bar. secundum Ioan. de Imo. facit, quia diffinitio Bart. videtur conuenire etiam vsufructui, quia licet sit ius vtendi fruendi, vt l. 1. ff. de vsufruc. multo fortius est ius insistendi, & ideo diffinitio Bar. simpliciter sumpta non placet Io. de Imo. propter quod dicit; quod tutior videtur diffinitio Angeli, de quo statim dicam. Sed ad hoc potest respõderi, secundum Ponta. quia Bart. intellexit de iure insistendi, quod conuenit nudæ possessioni posidentis, non autem de eo, quod conuenit vsufructuario, vt Bart. declarat in expositione verborum suæ diffinitionis. subdit tamen, quod contra diffinitionem Bart. obstat, quia dicit ius, cum possessio in genere sit facti, secundum Ponta. Secundò obstat, quia Bar. simpliciter dixit in diffinitione rei, nõ adiiciendo, corporalis: quare, cum verbum, res, sit generale, vt l. 1. ff. si cer. pet. comprehendit etiam incorporales, quæ tamen non posidentur, sed quasi posidentur, vt supra dixi. Angel. vero sic diffinit, quod possessio est ius insistendi rei non prohibitæ posideri, aptum natum ad acquisitionem veri dominij, & omnium, quæ sequuntur ex eo. & hæc diffinitio est optima, secundum Ang. ex eo, quia per illa verba, ad acquisitionem veri dominij, tollitur cõtrarium, quod factum fuit contra diffinitionem Bart. cum ius detinendi nõ sit aptum ad acquisitionem veri dominij, vt patet, quia non causat vsucapionem, quæ sine possessione non procedit, vt l. sine possessione. ff. de acq. poss. Item & secundo, quia per prædictam diffinitionem comprehenditur naturalis, & ciuilis possessio, quia naturalis est sufficiẽs ad acquisitionem dominij nemine ciuiliter posidente, allegat not. per Dyn. in reg. sine possessione, de reg. iur. lib. 6. & sic sequitur secundũ Ang. quod Bar. malè reprehẽdit Dyn. dum dicit Dy. tenere, ꝙ ex naturali nunquam procedit acquisitio dominij. Sed dicit Pontan. quod ista diffinitio non est bona: primò, propter verbum, ius: secundò, propter verbum, rei, vt etiam ipse dixit contra diffinitionẽ Bar. Sed tu ab his duobus cõtrariis vtranque diffinitionem defendere potes; primò, quia non est verum quod possessio quam diffinimus, sit factum, & non ius: ad quod vide, quod statim dicam. Ad secundum potest responderi, quia patet ex vtraque diffinitione, quod est ius insistendi rei non prohibitæ posideri. qua re, cum dicunt non prohibitæ posideri, tollitur obstaculũ de rebus corporalibus, quæ non possunt posideri, & solum possunt quasi posideri, neque est præsumendum, Bart. posuisse prædicta verba, nisi propter res sacras, incorporales, & similes, cum ipsemet Bar. reprehenderit diffinitionem Ioann. eo quia sua diffinitio comprehenderet etiam res incorporales, quæ non posidentur.

¶ Præterea secundum Ponta. prędicta diffinitio Angeli non videtur bona, quia cum intendat diffinire possessionẽ in genere, non comprehendit tertiam speciem possessionis, videlicet corporalis, de qua infra dicam, artic. 5. quia ex illis verbis, aptum natum ad acquisitionem dominij, non comprehenditur corporalis possessio: quia. cum illa procedat ex mala fide, non causat vsucapionem: & sic nõ est apta ad quærendum directum dominium, vt in regula, possessor malefidei. de regul. iur. lib. 6. Ioan. de Imo. in d. l. 1. de acq. poss. dicit, quòd possessio in genere potest sic diffiniri, videlicet, quòd est ius insistendi rei non prohibitæ posideri, aptum natum producere interdictũ, quod pro recuperanda possessione dari consueuit. quæ diffinitio est bona, secundum eum: quia in quantum dicit simplex ius, excludit contrarium factum supra contra Barto. de vsufructu. In quãtum vero dicit, ad causandum interdictum, tollit aliud cõtrarium factum per Ang. contra diffinitionem Bar. de detentatione. Ponta. vero reprobat prædictã diffinitionem. primò, quia præsupponit duo repugnantia, in quantum dicit, quòd sit simplex ius insistendi: & in quantum postea subdit, quod tale ius causet interdictum, cum clarissimum sit, nullum ius insistendi, sed veram tantum possessionem ciuilem, aut naturalem causare interdictum recuperandæ, vt l. prima. §. deiicitur. ff. de vi, & vi arm. & in d. §. creditores. de quo latius dicam infra in tit. de restit. spol.

¶ Secundò mouetur, quia dicta diffinitio non est generalis, vt ipse præsupponit, sed est illa simpliciter diffinitio, quam Barto. tradit ad possessionem corporalem, de qua dicam infra artic. 6. qua re potius debet dici specialis, quàm generalis.

¶ Tertiò mouetur, quia prædicta diffinitio non exprimit productiua & essentialia ipsius possessionis, quam omnis diffinitio facere debet, vt l. stipulationum aliæ. §. stipulatio. ff. de verbo. oblig. & l. 1. ff. de nouat. quod patet, quia dicta diffinitio solum exprimit, quòd dicta possessio producit interdictũ recuperatorium, sed de vsucapione & dominij acquisitione nihil dicit, imò potius negare videtur, ar. l. cum prætor. ff. de iudic. & l. maritus. C. de procur. Quare Pontanus refert hic aliam diffinitionẽ, quam dicit facere quendam nouellum Doctorem & solennem, qui sic dicit. Possessio est naturalis rei appræhensio non prohibitæ posideri cum animo posidendi facta. quæ diffinitio similiter est falsa, secundum Ponta. inquantũ dicit, naturalis, cum non
15 tantum naturalis, sed etiam ficta appręhensio † possit esse possessionis productiua, vt l. quod meo. §. si venditorem. ff. de acquir. posses. & l. quisquis. C. de donat. de quo latius dicam infra eo. c. cum ecclesia Sutrina. ar. 29. potest etiam impugnari prædicta diffinitio vltra Ponta. per ea quæ dicam infra ad impugnationem diffinitionis Pontani. vnde Ponta. ponit suam diffinitionem: dicit, quòd pos. est in re corporali nõ prohibita po sideri, vera vel ficta insistentia, animo insistendi. & hæc videtur optima, secundum eum, & tollit omnia contraria superius facta, & prædictorum verborum expositio colligi potest ex his, quæ dicta sunt, & ideo dicit, vera vel ficta, ad

tollendum contrarium de d. §. si uenditorem. & l. quisquis. & aliorum iurium loquẽtium de ficta possessione. Sed prædicta diffinitio non placet mihi, quia nos diffinimus posses. iam causatam & in esse productam, quo ad causandum suos effectus ab ea productos, quæ possessio est ius, & non factum, vt dicam statim, sicut dicimus, quòd actio est ius, & deinde subijcitur effectus, videlicet persequendi in iudicio, quod sibi debetur, vt Insti. de actio. §. 1.

¶ Preterea ex articulis plenius supra formatis sua destruitur diffinitio, cum ipse reprobet diffinitionẽ Ioan. de Imo. per tertiam rationem eo, quòd diffinitio Imo. non exprimit effectus, qui à possessione in genere produci possunt. Sed Pontanus in diffi. sua nullum ponit effectum. Quare ego arbitror aliter diffiniendam seu describendam possessionem in genere: sed antequam ad diffinitionem condescen-
16 dam, intendo examinare, vtrum † possessio sit ius, vel factum, seu iuris, vel facti. Circa quem articulũ, Iac. de Are. in d. l. 1. in prin. ff. de acqui. posses. dicit, quod est ius, per l. peregre. in prin. eo. tit. & idem tenent Petr. de Bellapertica, & Iacobus de Rauenna dicentes, quod posito quòd nulla lex hoc exprimeret, tamen dici debet, quòd pos. est ius, quia ex facto ius oritur, & contractus sunt facti, vt l. consilio. in fi. ff. de cura. fur. quare sicut ex cõtractu resultat obligatio, quæ est iuris, vt Insti. de obli. in prin. & ex stipulatione oritur actio, vt l. licet. §. ea obligatio. ff. de procura. quæ tamen actio est ius, ita ex apprehensione rei resultat possessio, quæ est iuris, & bene dicunt, secundum Barto. qui etiam allegat l. nemo. C. de acqui. posses. & tex. in l. non ideo. C. de lib. causa. & l. si possessio. ff. de acqui. posses. & sic concludit Bart. quòd possessio est iuris. Sed aduerte, quia dominus Anton. in cap. cum nostris. infra de conces. præb. dicit, quòd aut simpliciter consideramus possessionem, & illa habet plurimũ facti, quia in acquirendo requiritur animus & corpus: si non consideremus possessionem per respectum ad diuersos modos acquirendi, tunc procedit distinctio gl. de qua ibi. quidam vero modernus Doct. quem sequitur Ponta. in d. l. 1. ff. de acqui. posses. tenet quòd possessio sit facti, quod probat pluribus medijs. primo per tex. in l. 1. §. adipiscimur. ff. de acqui. posses. ibi dum text. dicit, incipere posidere posse pupillum aiunt, tanquàm rem facti, non iuris esse. secundo per tex. in d. l. 1. §. si vir vxori. ibi, quoniam res facti infirmari iure ciuili non potest. Nec obstat responsio Doctorum dicentium, quòd ibi cõsideratur possessio, prout est in fieri, videlicet, respectu apprehẽsionis, quæ est facti, non autem est in facto esse, & iam causata, quia tunc est iuris, per iura pro prima opin. allegata: quia imo iura prædicta cõsiderant possessionẽ, prout est in facto esse, & maximè per §. si vir vxori. vbi tex. præsupponit virũ rei per se donatæ uxori possessionem amisisse. ergo presupponit vxori quęsitum fuisse, per l. nec utilem. ff. ex quib. cau. maio.

¶ Tertiò mouetur, quia tex. quem dicit pro hac parte clarum, in l. 1. §. Sceuola. ff. si quis testa. lib. esse iussus fuerit. ibi, quia possessionem hæreditas non habet, quia facti, & per l. possessio quoque. ff. de acquir. posses.

17 ¶ Quartò mouetur arguendo † de contractibus ad possessiones, quod ualidum est, vt l. quamuis falsus. ff. de acqui. posses. & per Cy. in l. 1. C. eo. sed respectu contractuum habemus triplicem considerationem. Primò prout contractus est in fieri, & hoc est facti, vt de se patet, facit l. stipulationum aliæ. §. stipulatio. ff. de verb. oblig. Secundò prout est in facto esse, & hoc similiter est facti, vt l. consilio. in fi. ff. de cura. fur. Tertiò effectum, qui resultat ex cõtractu perfecto, qualis est obligatio & actio, vt l. licet. §. ea obligatio. ff. de procura. & hoc modo possessio est iuris, ar. Insti. de obli. in prin. ibi, iuris uin-
18 culum, &c. eodem igitur modo possessionem † tripliciter considerare debemus. Primò prout est in fieri, & hæc est facti, quia apprehensio est facti, vt d. §. adipiscimur. Secundò consideratur prout est in facto esse, tam respectu apprehensionis, vt dictum est, quàm respectu animi: quia animus similiter est facti, vt l. bonæfidei emptor. §. 1. ff. de acquir. rerum domin. & ibi glo. super ver. posidere. & l. pro hærede. in princ. ff. de acqui. hæred. Tertiò effectum, qui ex possessione resultat, & hic est iuris, cum resultet dominij acquisitio, & multa alia quæ iuris sunt, vt l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iure. & per hunc modum quod Iaco. de Rauen. & Bar. induxerunt pro se, retorquetur contra eos. Quarto mouetur considerando primo prin. & essentialia formalia seu productiua possessionis, quæ sunt apprehensio, & animus, vt dicam infra eo. cap. cum ecclesia, artic. 27. quæ duo sunt facti, vt statim dictum est. Secundò considerat principium materiale, videlicet, ipsam materiam, quæ apprẽhendi potest, quæ similiter est facti, vt de se patet. vnde concludit, quòd cum in possessione nihil interueniat quod sit iuris, sed solummodo facti, sequitur quòd possessio dicetur totaliter facti, licèt ex ea resultet iuris effectus, vt dictum est, secundum præfatum Doct. qui etiam addit aliam vltimam rationem, scilicet, quia vsucapio, quæ est inducta à iure ciuili, vt l. 1. in prin. ff. de vsuc. cum sim. est facti, vt l. 3. ff. de vsucap. ergo fortius debet esse facti ipsa possessio, quæ in genere præsumpta inducta est a iure gentium. sed dicit Pontan. quòd hoc argumentum non concludit, quia falsum est quòd vsucapio sit facti, sed iuris, vt dicit tex. in d. l. bonæfidei. §. 1. ff. de acqui. rerum domi. ibi, ius, id est, vsucapionem, & firmat glo. in d. §. adipiscimur. Ad iura vero allegata per Bart. respondet, & primo ad l. peregre. & ad l. non ideo. dum dicunt, ius possessio-
19 nis, &c. quia debemus considerare casum † illum genitiuũ, possessionis: qui est aptus denotare causam efficientem, vt plenè traditur in rubrica, ff. de noui oper. nunc. & l. locum, in prin. ff. de reli. & sump. fune. & sic regitur à verbo illo ex natura causæ efficiẽtis, & sic tex. prædicti debent exponi, ius possessionis retinet, id est, illud ius, quod ex possessione causatur. Ad l. nemo, C. de acqui. posses. dum tex. dicit, aliam quæ in iure, &c. respondet, quòd hoc non dicit, vt denotet possessionem esse iuris, sed vult denotare possessionem, quæ animo retinetur iuris ciuilis auctoritate inductũ esse. Ad l. possessio quoque. ff. de acqui. posses. respondet, quòd licet tex. dicat plurimum à iure possessio mutuetur, quòd debet exponi, quòd in pluribus iuribus habet ministerium, vt patet ex notatis in l. 1. in glo. 1. in fi. ff. de acqui. posses. & in l. 1. C. eo. & clarius per Innoc. in c. cum nostris. de conce. præb. Præterea non sequitur, possessio

ssio est iuris, ergo possessio est ius, vt clare probatur in l. iuris gentium. §. 1. ff. de pactis. licet enim ibi dicatur quòd contractus sint iuris gentium, non tamen sequitur quòd sint ius, quia imo sunt facti, vt d. l. cõsilio. Subdit tamen Ponta. quòd si volumus tenere opin. Ioan. quòd duplex sit possessio, quæ videtur esse communis opin. de qua dicam infra, artic. 2. vera est opin. præfati Doct. in possessione naturali, cum in ea verificentur omnes rationes prædictæ, sed in possessione ciuili procedat opin. Barto. quia ipsa est ius, non factum: quod tamen procedit, quando esset producta in esse. & de hoc dicit esse tex. clarum in l. possessionum pupillus. ff. de acqui. posses. Secũdò probat: quia, si non esset iuris, hæreditas iacens non repręsentaret, quo ad hanc ciuilem, personam defuncti, cum tamen repręsentet, vt l. hæreditas. ff. de acqui. rerum domi. sed clarum est in possessione ciuili quod repręsentat personam defuncti, vt probatur in l. ceptam. ff. de vsuca. quia non posset perficere vsucapionem, si non repręsentaret, vt ibi. & clarum est, quòd sine ciuili vsucapio non procedit, vt l. 1. §. per seruum, qui in fuga. ff. de acquir. posses. de quo latius dicam in c. penultimo, infra eo. ar. 41. & sic residet Ponta. Tu etiam vide pro prædicta opin. tex. iuris canonici, qui videtur velle, quòd possessio sit facti & non iuris, vel plus habeat facti quàm iuris, vt in d. cap. cum nostris, ibi, quia talis possessio plus habet facti quam iuris, loquitur tamen ille tex. de possessione iniusta, & non colorata, de qua infra in nono principali articulo.

20 ¶ Ego verò in hoc articulo, vtrum † possessio sit ius vel factum, pro concordia iurium & prædictarum opinionũ, sic distinguerem, quòd aut nos quærimus de possessione, quę acquiritur ex aliquo actu corporeo, aut de possessione quę acquirit̃ sine proprio actu corporeo. Primo casu, aut quærimus de ipso simplici & naturali actu apprehendẽdi, aut de simplici actu insistendi, aut de effectu prouenientę ex ipsa acquisitione, & insistentia rei, aut de retẽtione possessionis, & ipsius effectu. Primo casu non est dubium quòd apprehensio rei seu ingressus est facti, vt de se manifestum est, & isto modo potest intelligi tex. in d. l. 1. §. adipiscimur. ff. de acquir. possess. in quãtum tex. ibi dicit, incipere possidere, & sic denotat actum acquisitionis, & ad idem. §. si vir vxori. quia dum tex. ibi dicit, quoniam res facti, intelligitur de ipso actu apprehendendi, propter illa verba ibi posita, cedat possessionem, quia res facti, & ideo non potest facere ius ciuile quòd non sit factum, vt ibi, & ad idem, l. in bello. §. factæ. ff. de captiuis, & in l. verum est. ff. de reg. iur. quinimo dici-
21 mus quòd hoc solo priuatur Deus, † quia nõ potest facere quòd facta nõ sint facta. vnde Aristoteles 6. Ethicor. post prin. dicit, vt factum autem ne factum sit, fieri nõ potest. Itaque rectè Agathon ibi, Deus hoc solo priuatur, infecta facere quæcunque sunt facta. & est bonus tex. 32. quæst. 5. cap. si Paulus. vbi Hieronymus inquit, Audacter dicam, cũ Deus omnia possit, non potest suscitare virginem post ruinam, & ibi per glo. super verbo, suscitare. Audiui tamen præstantissimum virũ sacræ Theologiæ magistrum de Spoleto, tenentem contrariam conclusionẽ, quod nihil esset præteritum, sed omnia erant
22 præsentia Deo. potest tamen lex † fingere, præteritum non esse præteritum, vt in clem. prima, de immun. eccles. & ibi per glo. & Pau. & in l. patre furioso. ff. de his, qui sunt sui, vel alie. iur. & ff. de capt. & postlim. reuer. quasi per totum. latè per Barto. in repetitio. l. si is, qui pro emptore. ff. de vsucapio. & eodem modo potest responderi ad omnia alia iura, quæ innuunt possessionem esse facti: intelligi enim debent, vel de ipsa actuali possessione, vel de ipsa simplici insistentia in re, quas clarũ est esse facti. & sic potes intelligere l. 1. §. Scæuola. ff. si quis testa. lib. esse ius. fuer. & l. stipulatio ista. §. hæc quoque. ff. de verbor. oblig. & alia similia iura. Aduerte tamen, quia glos. in d. c. cum nostris. vult, quod talis possessio dicatur habere plurimum facti, & parum iuris, quia & iuris aliquid habet, quoniam videtur & animus esse necessarius, vt l. licet. C. de acquir. possess. & sic licet dicat Ponta. quòd animus est facti, hoc est verum in se: sed tamen quia quoad acquisitionem possessionis requiritur, hoc videtur esse iuris, vt d. l. licet. dicit tamen Zab. in dicto cap. cum nostris. quod etiam videtur habere aliquid iuris: quia oportet, quod ille, qui vult sibi acquirere, sit capax possessionis, & per consequens, quod nõ sit seruus, vel monachus, qui non possunt sibi acquirere, infra de priuileg. cap. cum olim. 2. de quo dicemus in capit. 2. infra eo. artic. 22. Item & secundò secundum Zab. dicitur habere aliquid iuris: quia exigitur, ꝙ per modos à iure proditos acquiratur possessio, de quibus in l. 3. in princ. ff. de acquiren. possess. & cap. olim. 1. infra de restit. spoliat. dicam in cap. cum ecclesia Sutrina, artic. 27. & 29. Si vero nos quęrimus de effectu proueniente ex ipsa apprehensione, & insistentia, & iste est iuris: nam vel est iuris gẽtium, vel ciuilis. iuris gentium, intelligendo illam auctoritatem, quodcunque calcauerit pes tuus, de quo dicam in dicto articulo 27. Ad quod tamen vide, quod dicam infra eod. artic. 3. vnde potentia insistendi quæsita ex apprehensione est ius. Similiter etiam alij effectus causati ex ipsa acquisitione, vt fructuum, & interdictorum, vsucapionis, & dominij, de quibus dicam infra eo. cap. penult. artic. 41. sunt iuris ciuilis. Sed respectu acquisitionis iuris, quod ex persona alterius intrãtis, seu possessionem apprehendentis sine facto meo, vt puta per seruum, filiũ, aut procuratorẽ, talis possessio dicitur habere plus iuris, secundum Hostien. in summa, eod. tit. §. 1. versic. iuris adminiculo, per dictam l. 1. §. item acquirimus. & l. si me in vacuã, & l. possessio quoque. ff. de acquir. possess. & ideo meritò voluit Bar. quod non solum possessio, prout est in esse producta, sit iuris, sed etiam quãdoque, prout in esse producitur: licet
23 enim modus † acquirendi nobis possessionem per nos ipsos sit facti, tamen modus acquirendi nobis per alios, est iuris. ita dicit Bart. in d. §. adipiscimur. hoc etiam voluit glo. super verbo, plus habet. in dicto cap. cum nostris. quæ dicit, quòd talis possessio habet plurimum iuris, & minimum facti, quia per seruum acquiritur etiã ignorãti, & currit etiam vsucapio, vt l. 2. in fi. ff. pro soluto. licet per procuratorem non acquiratur vsucapio, nec incipiat vsucapere, nisi dominus sciat, & ratificet tacitè, vel expressè: ad quod vide, quæ dicam infra eo. cap. 2. art. 22. & cap. penult. artic. 41. Sed tu dic, quòd licet dispositio, per quam nobis per alios quæri potest possessio,

sio, sit iuris, tamen ipsa apprehensio, quę fit per actū corporeum illius, est facti, in quantum est actus corporalis; vnde plurimum iuris, & aliquid facti habere intelligitur. Illa verò, quæ acquiritur ex aliquo actu sine apprehensione corporali, vt puta per clausulam constituti, vel per retentionem vsusfructus, vel quid simile, de quo latè dicam in cap. cum ecclesia Sutrina. infra eod. artic. 29. talis possessio dicitur habere plurimum iuris. similiter etiam, si ex dispositione statuti, vel consuetudinis absque alia aliqua apprehensione possessio mihi acquireretur, illa etiam dicitur habere plurimum iuris. Sed Bald. dicit in l. 1. C. si plures vna sententia, quòd talis possessio, de qua dicam in dicto artic. habet iuris totalitatem; sed posses dicere, quòd hoc non videtur verum, quia licet nō procedat corporalis rei apprehensio, tamen ipsa descendit ex contractu, vel ex aliquo actu, vel facto præcedenti, qui actus est facti, vt l. consilio, in fi. ff. de cur. furio. sicut dixi per viam constituti, & retentionem vsusfructus: sic etiam potest figurari exemplum in possessione, de qua in cap. quia contingit, infra de dolo, & contuma. & l. quamuis. ff. de bonis aucto. iudic. poss. nam ibi plurimum operatur iuris dispositio, quia efficitur quis possessor post annū, licet corporaliter non apprehenderit possessionem: sed nec tunc dicitur iuris totalitatem habere, quia etiam habet aliquid facti, quia requiritur, quod missus fuerit in possessionem per iudicem: post quem iussum, si impeditur apprehendere, ex iuris dispositione possessionē acquirit, & hoc etiam tenet Zabar. in cap. cum nostris, infra de cōcess. præben. Si verò nos loquimur de possessione, respectu retentionis, quæ solo animo fit, tunc tam respectu ciuilis, quàm naturalis possessionis, sed maximè ciuilis, secundum quod dicemus in cap. cum super, infra eod. artic. 24. indubitanter talis effectus retentionis est iuris. Si verò consideremus possessionem per respectum ad proprietatem, tunc possessio, in quātum habet secum concursum ad proprietatem, dicitur habere plurimum iuris: vbi verò est sine proprietate per respectum ad proprietatem, dicitur habere plurimum facti, secundum dom. Anton. in dicto cap. cum nostris. & sequitur Ioan. de Imo. qui dicit dicto modo intelligendum illum tex. nam possessio præposituræ ibi non habebat secum proprietatem concurrentem tituli validi, quia sine iusta causa erat concessa: ideo dicitur ibi, quod habebat plurimum facti, secus si habuisset cōcursum proprietatis, quia tunc habuisset plurimum iuris, & non fuisset ille coactus ad renunciandum. Redeundo nunc ad propositum, cum iura & nos etiam potius debea-
24 mus † considerare iuris effectum, quam ipsum factum, vt l. prima. ff. quod quisque iur. & in l. quod Labeo. ff. de Carbon. edicto. de pœnit. distinctio. 1. capit. hæc autem verba. vnde carens effectu, carere debet etiam nomine, vt l. à nullo. C. de feriis. & sic etiam dicimus, quod nō nocet discrepantia in verbis, si est concordia in effectu, vt in cap. dudum, de conuers. coniug. & in cap. cum olim, de priuilegiis, & cap. nihil obstat. de verborum significatio. Ad quod etiam facit, quod tradit Bal. in Rubrica. C. de contrahen. emptio. vbi dicit, quòd nullum verbum debet esse in dispositione sine aliqua operatione, & effectu. ad quod bonus tex. in l. ex conuentione. ff. de pact. & Bar. & Bald. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verborum obligatio. & Bal. in l. lecta. ff. si certum peta. & in Rubrica, supra de rescript. sequitur clara conclusio, quòd illi, qui dixerunt, quod possessio est ius, melius, & aptius diffinierunt.

¶ Vnde redeundo nunc ad diffinitionem, seu descriptionem meam, dico, quòd possessio potest
25 sic describi videlicet, Quòd † possessio est simplex ius insistendi rei non prohibitæ possideri per veram vel fictam apprehensionem, aptam quandoque producere interdictum possessorium, quandoque acquisitionem dominij, & omnium quæ sequuntur ex ea. Quandoq; ad custodiam & obseruationem, quod ius cum possidente creatur & finitur, & hæc diffinitio procedit in genere, comprehendens omnes possessionis species. Quare autem dixerim, quādoque ad custodiam & obseruationem, vide quæ dicam infra eo. ar. 7. quare autem adiunxerim, quòd cum possidente creatur & finitur, dic quòd hoc est ex eo quòd possessio amissa per aliquem & alteri acquisita, non est illa eadem, vt dicit Bar. in l. si in rem alienam. ff. de pign. actio. ista tamen fuit nota Iac. de Are. quem refert & sequitur Io. And. in add. Spe. in tit. de oblig. §. 1. vers. item pone, Titius. quæsita ergo alteri non est eadem, etiam si sit quæsita ei, qui repręsentat personam defuncti, etiam si esset hæres suus, vt l. cum hæredes. ff. de acquir. pos. & l. cum miles. ff. ex quibus causis ma. ad quod vide quæ dicam in c. cum ecclesia Sutrina. art. 27. & in c. penul. ar. 41. qualiter autem describatur possessio naturalis in specie, dicam in 4. art. & qualiter corporalis in specie, dicam in 5. ar. & qualiter ciuilis in specie, dicā in 6. ar.

¶ Expedita diffinitione, quæro, vnde dicatur pos-
26 sessio. † ¶ Sol. Dic quòd per allusionem vocabuli dicitur, quasi pedum positio, quia naturaliter tenetur ab eo, qui ei insistit, vt l. 1. in prin. ff. de acqu. pos. & quia dixi quòd dicitur quasi pedum positio, videtur quòd res mobilis non dicatur quasi proprie possideri, ita no. gl. in d. l. 1. & ideo Bar. dicit in l. 1. in fi. ff. vtrobi, quòd est hæc causa, quando pro rebus mobilibus non datur interdictum vti possid. sed interdictum vtrobi, quia res mobiles, pro quibus datur interdictum vtrobi, proprie non possidentur. de quibus duobus interdictis dicam in ti. seq.

¶ Et prędicta faciunt ad decisionem quęstionis.
27 Quidam vendidit omnes † possessiones suas, vtrum videatur vēdidisse mobiles, de quo dicam infra eo. cap. 2. ar. 24. Item infertur ex prædictis, quòd rerum incorporalium non est proprie possessio, quia non possunt pedibus calcari, sed dicitur quasi possessio, ad quod vide quæ dicam infra eo. cap. 2. ar. 22. Item opp. quòd possessio non potest esse sine vera persona, vt patet ex se. tradit Bald. in l. fin. C. de edic. diui Adr. tol. & ideo quod inanimatum est, non potest possideri, vt l. 1. §. Sceuola. ff. si quis test. lib. es. iuss. fuerit. Sed aduerte, quia in contrarium facit: nā licet ecclesia, vel capitulum ecclesiæ non sit persona vera, tamen videtur possidere, ad quod vide quod dicam
28 infra eo. c. 2. art. 22. ¶ Et nota, ꝙ possessionis † appellatione venit tam naturalis quam ciuilis, de quibus duabus dicam, art. 4. & 5. & similiter etiam venit detentatio facti, vt l. 1. in prin. & ibi Bar. & §. item acquiritur, & l. quod seruus. ff. de acq. pos. sed nuda deten-

detentatio, vt in l. stipulatio ista. §. hæc quoque. ff. de verb. obl. vide quod dicam infra, ar. 6. & sic quandoque possessio pro detentatione accipitur, vt l. qui legatorum, §. filium. ff. de vsuca. pro hærede.

29 ¶ Sed tñ circa prędicta quæro, quid veniat † appellatione possessionis simpliciter prolatæ. ¶ Sol. Bal. in l. 1. C. communia de vsuc. dicit, quòd aut verbum possessio profertur a lege, & intelligitur de possessione ciuili, quia verba legis sunt ciuiliter intelligenda, & quia ciuilis trahit ad se naturalem consecutiuè, intelligendo tamen de naturali non principaliter, ff. de acq. pos. l. clam possidere. §. fi. ad quod facit, quod no. gl. 1. in l. 3. §. ex contrario. ff. de acq. pos. vbi vult, quòd etiam possidens ciuiliter dicatur rem tenere, facit quod no. in d. l. 3. §. furiosus. & ideo statu-
30 tum † loquens de fruente & possidente rē, verificatur etiam in ciuiliter possidente, & sic etiam videtur se habere communis vsus loquendi, qui etiam in statutis debet seruari, vt l. librorum. §. quòd tamen. ff. de leg. 3. & in l. cum de lanionis. §. asinam. ff. de fun. instru. secundum Ioan. de Imo. in d. §. ex contrario. vel dic secundum Bald. quòd intelligi debet secundum subiectam materiam, vt no. in d. §. ex cōtrario. Aut verbum possessio profertur ab homine, & Bal. subdistinguit, quòd aut præcedit contractus vel causa, vnde surgit plena possessio, & intelligitur de plena possessione, vt l. ratio, in princ. ff. de actio. emp. Aut non pręcedit talis contractus vel causa, verbi causa dicit quis, trado tibi possessionem talis fundi, & tunc intelligitur de vera possessione, & sic tam de naturali, quam de ciuili, vt l. si duo. in fi. ff. vti pos. Cum ergo dicimus, talis possidet ex conducto,
31 † per istam adiectionem, ex conducto, verbum possidet ponitur pro retinet, si est simplex colonus, secus si est perpetuus emphyteuta, vel feudatarius, quia intelligitur possidere naturaliter, quę naturalis potest appellari etiam vtilis ciuilis, cum retineatur animo, & idē in vsufructuario, & vsuario, licèt vsuarius possideat quodam taxato modo, prout natura vsus requirit, vt l. fi. ff. vti possi. secundū Bal. in d. l. 1.

¶ Item no. quòd differentia est inter tenere, seu
32 detinere, † & possidere, quoniam detentatio solum sonat in factum, & ad factum proprie refertur, vt in l. qui vniuersas. §. 1. ff. de acq. pos. possessio vero ad ius, secundum Bal. in l. 1. C. de seru. fug.

¶ Vlterius ēt nota, ꝙ aliud est possidere, aliud esse in possessione, vt in l. si quis ante. ff. de acq. pos. facit quod statim dixi, & vide quod dicam infra eodē cap. penultimo, art. 41. Item dicitur quis etiam possidere quandoque ratione alicuius commoditatis, quia gaudet tali possidente, & hoc respectu uxor dicitur possidere res mariti, ut l. assiduis. C. qui pot. in pig. ha. uide quod no. Bal. in d. l. 1. C. de seru. fug. & etiam dicitur possidere ille a quo res potest euinci, antequam euincatur, licet euictio sit parata, ut l. sciendum. §. si fundum. ff. qui satisd. cog. & ibi glo. & etiam qui dolo desijt possidere, pro possessione habetur, ut l. parem, & l. qui dolo. ff. de reg. iu. & in reg. pro possessore, de regu. iur. lib. 6. & aduerte, quòd licèt possessio dicatur separatam naturam habere a proprietate, ut l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acq. pos. & in l. permisceri, eo. ti. & l. 1. §. huius interdicti. ff. uti pos. & l. 1. & 2. ff. pro emptore, ad quod uide, quod dicam infra eodem, c. penultimo, ar. 41.

33 tamen proprietas † quandoque pro possessione accipitur, & possessio pro proprietate, vt l. possessiones. C. de probat. & in c. possessiones. infra de rebus eccles. non alien. gl. 16. q. 2. c. uisis, & q. 3. c. uolumus, & Inn. in c. cum aliquibus. infra de re iud. exponens possessio, idest proprietas, tradit Bar. in d. l. naturaliter, in §. 1. & est bonus tex. in c. quoniam. §. quod si super, supra ut lite non contest. & in c. ad nostram. el 1. infra de iure iur. & bonus tex. in l. interdum. ff. de uerb. sign. ubi tex. dicit, interdum proprietatem quoque uerbum possessionis significat, sicut in eo, qui possessiones suas legasse dicitur, & ad idem tex. in l. si de ui. ff. de iudic. C. de fideiu. mino. l. fi. & de dona. inter uirum & uxo. l. siquidem. & C. si pignus pig. datum sit. l. 1. & in l. 2. C. de bonis uac. lib. 10. & uide glo. in l. fin. C. si quis alteri, uel sibi, quæ dicit, ꝙ possessor latè dicitur dominus, & in l. si cum militaribus. C. de test. mi. & in l. in initio. C. de pactis inter empt. & vend. & per Inno. & Ioan. And. in d. c. cum aliquibus. & l. 3. C. ne vxor pro marito. & in l. 1. C. vbi in rem actio. & l. si controuersia. C. de euic. & in l. 1. §. Sceuola. ff. si quis testa. lib. es. ius. fue. & l. si aqua. C. de seruit. & aqua. Quandoque etiam econtra, dominium pro possessione accipitur, vt l. quotiēs. C. de rei vend. & quandoque pro vsucapione accipitur, vt l. 2. §. fi. ff. pro empto. & quandoque ponitur pro hærede, vt l. in rebus. C. de iure dot. super ver. possidere. Item aduerte, quia possessio quandoque appellatur momentum, vt hic in tex. & quare sic appelletur, dixi supra in glo. 1. & finitur & creatur simul cum possidente, ideo amissa & alteri quæsita non est illa eadem, de quo dicam latius in c. penul. art. 41. tetigi supra in diffinitione, quam dedi.

¶ Secundo principali articulo tractandum est,
34 quot sint possessionis species, † qui articulus similiter est subtilis & difficilis. circa quem aduertendū, quod tex. in l. 3. §. genera. ff. de acquir. possess. dicit, quod genera possessionū tot sunt, quot sunt & causæ acquirendi eius, quod nostrum nō sit, veluti pro emptore, pro donato, pro dote, pro hærede, pro noxæ dedito, pro suo. & sicut in his, quæ terra, mari, vel ab hostibus capiuntur, vel quę ipsi. de quibus acquirendi modis latè dixi supra in rubr. tractatu 1. artic. 5. q. 2. & subdit tex. in d. §. genera. licèt vnum sit genus possidendi, tamen species infinitæ sunt. Cæterum, vt clarius intelligas hūc articulum distingue, quod aut nos quęrimus de speciebus distinctis per qualitates, & hoc casu dicēdum est, quod quot sunt modi acquirendi pos. tot sunt species, vt in d. §. sicut si diceremus, hominū quidam sunt albi, quidam nigri, quidam magni, quidam parui, istæ tamē differētiæ & species sunt impropriæ, quia qualitatū
35 & accidentiū diuersitas † non facit differentiam in specie, seu diuersam speciem, facit glo. singularis Inst. de iure perso. in fi. dicuntur tamen diuersæ species secundum Legistas, quia qualitas apud Legistas est quicquid inducit alteratione, siue sit locus, siue sit tempus, siue quodque accidens, vt l. aut facta. ff. de pęnis. & in l. de quibus, per Bal. col. 24. de legi. si quid vero esset, quod in substantia differentiam faceret, illa est quæ propriè diuersam speciem facit, vt no. Dy. in rub. sine. de reg. iur. lib. 6. vnde ho
36 mo † eo quod rationalis, differt, à brutis, & quia mortalis, differt ab angelis, vt traditur per glo. in d. §. fi.

d.§.fi.Instit.de iure perso.& in l.fin.§.quotiens.ff.de publi.& Bart.in l.1.in princ. ff.de actio.& oblig.& in l.1.in princ.& in l.3.§.genera.ff.de acquir.possess. & ibi per Io. de Imo. vnde quandocunque iura ponunt diuersas species ratione qualitatis, verbum, species, accipitur impropriè: & ideo in terminis nostris, quandocunque fit mentio, quòd possessionis plures sunt species, si tales differũt in qualitate, qualis est possessio bonæ, vel malæ fidei, quæ dicuntur species, secundum Paulum Iureconsultum in dicto §.genera. illæ dicuntur impropriæ: sed si differunt in substantia, tales propriè dicuntur species, prout est possessio naturalis, & ciuilis, vt voluit glo. super verbo, Nerua filius ait, in l.1.in princ.ff.de acq. poss. quamuis Azo voluerit vnicam esse possessionem, in qua ius versatur; sed magis placet dicta opinio, quam voluit Ioan.glossator iuris ciuilis: & Albericus, & Vgo, antiqui glossatores, licet quandoque videantur variasse, & voluit Hostien.in summa, eodem tit.§.penult.versic.penult.& tenet glo.in l.si vt certo.§.si duobus vehiculum.ff.commo. tales enim sunt differentiæ substantiales, & substantificæ, ciuilis videlicet, & naturalis possessionis, vt traditur in dicta l.1.& videmus in cap.penult.infra eod.art.39. seu 41. & aliquid infra, art.4.& 5. & prædicta etiam est communis opi.& ad prędicta vide glos.& Doct. in l.licet. C.de acquir.poss.& pro prædicta opinione videtur text.in l.2. §.quod vulgo. ff.pro hærede. quæ lex non est alibi, secundum Ang. vt refert Ioã. de Imo. Sed tu dic, quòd hoc dictum primitus fuit Dy.eo quòd tex.ille loquitur per nomen, & nõ per aduerbium, dum dicit, non solum ciuilis, sed etiam naturalis. per aduerbium verò, scilicet ciuiliter, & naturaliter, loquitur tex.in l.1.§.deiicitur.ff.de vi, & vi arma. & hoc magis placet, licet aliqui ad §.quod vulgò. conentur respõdere, quod illa parum faciat, dicentes, quod ibi accipitur naturalis pro detentatione, non pro possessione, quod sequitur Petr.in l.1.in princ.ff.de acquir.poss. Sed dicit Ioã.de Imo. ibi, quod hoc procedit secundum vnum intellectũ, sed secundum alium intellectum, ibi est casus pro ista opin.tu etiam vide alium tex. qui quod per aduerbium appellauit, postea appellat per nomen.iste est text.in l.3.§.deiicitur. ff.de vi, & vi armata. vbi tex. dicit, siue ciuiliter, siue naturaliter possideat. nam & naturalis possessio, & pro suo, &c. & ad idẽ tex.in l.3.§.fin.ff.ad exhiben.ibi tamen tex.loquitur per aduerbiũ ciuiliter, & naturaliter, & in l.3.§.Nerua.ff.de acq.poss.ibi, naturalem possessionem nancisci posse. & sic innuit ille tex.quem possidere, & nihilominus dicit, posse naturalem possessionẽ adipisci. & hanc opinionem tenet etiam Bal.in dicta l. licet. qui dicit, quòd hoc probatur de necessitate viua. nam si fructuarius, & emphyteuticarius naturalem duntaxat habent possessionem, vt l.naturaliter. ff. de acq. poss. ergo cum dominus etiam possideat, si diceremus ipsum habere etiam naturalem, sequeretur, quod duo naturaliter possiderẽt, quod est impossibile, vt l.si vt certo. §. si duobus. ff.commoda. vbi glo.sensit. hoc ar.dicam latius infra eod. cap.2.art.26. ergo necesse est dicere, quod directus dominus habeat ciuilem: & sic istæ duæ possessiones, naturalis scilicet, & ciuilis, sint species distinctę, sicut sunt duæ obligationes specie differentes, de quibus loquitur dictus §.quod vulgo.& alia iura superius allegata.

¶ Aduerte tamen, quia Iac. Butr. nisus est concordare vtranque opinionem, Io.scilicet & Azo.distinguendo, quòd aut ciuilis, & naturalis possessio sunt penes vnum, & tunc est vna poss. in substantia, videlicet naturalis, quæ tamen habet approbationem ciuilis, & naturalis, & sic ciuilis habet se per modum qualitatis pedisequæ ad naturalem, & ita loquitur Azo. sic in simili, obligatio ciuilis, & naturalis habent se per modum qualitatis ad naturalem. facit Instit.de oblig. in princ. Nec obst.si opp. si est vna in substantia: ergo perdita naturali, intelligeretur amissa ciuilis, si se habent per modum
37 qualitatis, quia qualitate † perempta substantia stare non potest, vt not.in l.Pomponius.§.auersiones. ff.de acq. poss. & in l.eius qui in prouincia. ff.si certum pet.no.glo.magna, in fi. ff.de probatio. sed istud est falsum, quia licet quis perdat naturalem per ingressum alterius, tamen quandoque retinet ciuilem, vt l.clam possidere. §.qui ad nũdinas.ff.de acquir. possessio. quia respondetur, quod dum istæ possessiones sunt simul iunctæ, habent se per modum qualitatis, sed immediatè, cum naturalis separatur à ciuili, ciuilis transfertur in substantiam separatam: ideo non mirum, si illa non perditur. secus si fieret occupatio vtriusque, deposito tamen animo possidendi per expulsum. facit l.peregrè. §.quibus. ff.de acquir. poss. Aut poss. est apud duos, & tunc, ne aliquid absurditatis resultet, & sic ne duo insolidum naturaliter possidere videantur, duplex est possessio, vna naturalis, altera ciuilis, & hoc modo procedat opin. Io. Sed aduerte, quia iste articulus est adeo dubius, vt sæpius dixerit Petr. de Bellapertica, Doctor subtilissimus, se in eo certam non tradere doctrinam. ad quod uide quæ dicam infra artic.4. Quicquid sit, mihi videtur quòd possessionis species sint naturalis & ciuilis. sed vtrum hæ sint species substantiales differentes in substantia, an verò accidẽtales, in hoc est difficultas, propter ea que superius dicta sunt, sed ex his quæ superius dicta sunt, & quæ dicam infra, articu.4.& 6. videtur dici posse, quòd quandoque videntur species accidentales, quandoque substantiales, cogitabis. Est tamen aduertendum, quòd glo. super ver. maxime, in l.1.§.furiosus.ff.de acquir.possess. vult, quòd triplex sit possessio, naturalis, ciuilis, & detentatio. & dicit ibi Ioan. de Imo. quòd detentatio in genere sumpta comprehendit sub se naturalem & ciuilem possessionem, & sic potest dici detineri quod possidetur naturaliter vel ciuiliter. & subdit, quòd detentatio quandoque sumitur vt species distincta, qualis est illa quam habet colonus, allegat quod in simili habetur in l.1.& 2.ff.de adop. sed melius facit quod in simili habetur de mero & misto imperio, & iurisdictione in genere & in specie, in l.imperiũ, ff.de iurisdict.omn.iudi. & ibi per Bar. insuper Bar. in d.l.1.in princ.ff.de acquir. possess. dicit, quòd alia est poss.ciuilis, alia naturalis, alia corporalis, quæ potest dici naturalis propter actum naturalem, & sic vult, quòd tres sint species. Sed Bal. reprobat in l.licet.C.eodem. dic vt dicam infra, artic.5. Bart. vero figurat exemplum, quando quis intrat possessionẽ eius, qui iuit ad nundinas, vel aliter se absentat, per

l.id quod,in fi.ff.de acqui.posses. tradit Bar.in l.3.§. ex contrario, ff.de acquir. possess. vbi glo. appellat hanc pos. corporalem. facit l.debitor. §.fin.ff.de pigno.actio.& l.quod seruus. & l.cum hæredes.§.1.ff. de acqui.posses.& adde quod dicam infra, articu.5.
38 vult ergo Bar.† quòd possessionis tres sint species, ciuilis, naturalis, & corporalis, eo quòd tres habent diuersos substantiales effectus. Ciuilis est, quæ retinetur animo, licet acquiratur corpore, & in hoc nõ differt ab alijs, habet tamen diuersos effectus. nam in rebus mobilibus habet effectum acquirendi directum dominium per vsucapionem, in rebus vero immobilibus habet effectum acquirendi vtile dominium, quod contrariatur directo, ad quod vide quæ dixi supra in rubrica, tract.1. articu.5. q.2. versi.28.per vsucapionem & præscriptionem. Item habet effectum acquirendorum fructuum, vt no. in d.§.ex contrario. ad quod vide quæ dicam infra eo.c.penult. artic.41. Secunda species est naturalis, quam habet ille qui recognoscit alium in possessorem ciuilem, prout est vsufructuarius, qui habet naturalem, & recognoscit proprietarium in possessorem ciuilem. Item emphiteuticarius, feudatarius, & similes, qui habent tantum naturalem, & recognoscunt directum dominum in possessorem ciuilem, & ista habet alios diuersos effectus, quia nõ sufficit ad acquisitionem directi dominij, nec etiã vtilis, quod contrarietur directo, & illi præferatur, vel ipsum occidat, sed habet effectum acquirendi vtile dominium, quod se compatiatur cum directo, videlicet, si possideat vt emphiteuta vel feudatarius. Item habet effectum acquirendi ius vsusfructus si possidet vt vsufructuarius, & ad intellectum prædictorum verborum vide quæ dixi in rubrica tract.1. artic.1.& tract.3.artic.3. versi.quintò competit Publiciana, & vide etiam quæ dicam infra eo. c.penult. artic.41. Tertia vero species est corporalis, quam Bar. dicit esse naturalem, differt tamen ab
39 ea, † quia habens naturalem recognoscit alium in possessorem ciuilem, vt statim dixi. corporalis vero non recognoscit alium in possessorem ciuilem: nam ingressus possessionem absentis acquirit corporalem, quam absens non habebat, sed non acquirit ciuilem, quia per absentiam non uacat; nec etiã naturalem nisi prout insistit in ipsa re, quia non recognocit alium in possessorem ciuilem, & ista non est sufficiens ad acquisitionem dominij, sed solum ad retentionem rei, & ad faciendum competere interdictum vnde vi, & etiam vti pos. vt dicit glo. in l.1.in princ.ff.de acquir.posses. ad quod uide quod dicam infra eo. c.penult. artic.41. & de materia dictorum interdictorum latè dicam infra in tit.de restit.spol. Sed Bal.in l.licet.C.de acqui. posses. dicit, quòd illud quod dicit Bar. de possessione corporali, est falsum, quia omnes leges quas Bar.allegat pro corporali possessione, loquuntur de simplici detentatione. hæc autem differunt inter se, vt l.si quis autem.ff.de acqui.posses. similiter etiam Pau.de Cast. in d.l.1.in princ.ff.de acqui.posses.dicit, ꝙ salua pace Barto. isti diuersi effectus non diuersificant effectum, nec faciunt diuersitatem, sed proueniunt ex diuersis effectibus, quos habent possessiones. vna tamen dicitur substantia naturalis possessionis, quã habet fructuarius, emphiteuta, vel similis, & illa quã habet ingressus, quia retinetur corpore & animo, nec est verum quòd naturalis possessio, quam habet fructuarius vel emphiteuta in ipsa re, sit illa per quam acquiritur vsusfructus vel vtile dominium, quia possessio non facit acquiri dominium vel ius, quod non possidetur, sed illud quod possidetur: naturalis autem possessio est circa ius vsusfructus, vel ius vtilis dominij, quia talia iura non possidet, res autem ipsa quæ naturaliter possidetur, non acquiritur per præscriptionem: sed acquiritur ipsum ius vtendi fruendi & vtilis dominij, quod acquiritur non ex possessione naturali, sed ex quasi possessione ciuili & naturali, quæ habetur in ipso iure quod præscribitur, vt est glo.ordin.in l.ait prætor. §.item ei qui.ff.ex quibus cau. maio. vnde concludit Paulus, quòd istam rationem non considerauit Barto. subtiliter, & sic dicit standum communi opinioni, quod duæ sint tantum possessionis spe-
40 cies, † videlicet ciuilis, quæ fuit inducta de iure ciuili, sicut etiam vtile dominium, licèt directum fuerit inductum de iure gentium, vt l.ex hoc iure.ff.de iusti. & iure. Alia est possessio naturalis, quæ fuit introducta à iure gentium, vt dicam in sequenti articulo. & quod sint duæ diuersæ species possessionis substantificæ, probatur inconuincibiliter secundum Paulum, per tex. in l.clam possidere. §.qui ad nundinas.ff.de acq.pos. qui vult, quod absens retineat possessionem animo, & ingrediens acquirat possessionẽ corpore: nec potest dici, quod si ille acquirit, alius perdat, quia non perdit nisi quando, postquam reuersus est, non fuit admissus, vt ibi traditur, & vt dicit glo.magna, in fi. in d.l.1. in princ. ff.de acq.pos. cum ergo duo reperiantur insolidum eãdem rem possidere, necesse est dicere, quod sunt duæ species pos. si esset vna, impossibile esset secundum naturam, quod esset penes duo in solidum, de quo dicam infra eo.c.2.ar.26. Ista sunt verba Pauli. Sed tu aduerte, quia materia intellectus illius §.qui ad nundinas. est difficilis, & tex.ille varios habet intellectus, & iudicio meo per verba Pauli, si bene põderentur, videtur probari opin. Bart. quia si absens non priuatur sua possessione naturali, donec reuersus non admittatur, vel reuersus timet se posse repelli: ergo ingressus possessio.absentis non acquisiuit possessio. & tamen clarum est, quòd insistit rei: ergo possidet, cum possessio sit pedum positio, vt dictum est: & ista non potest esse naturalis, vt dixi, quia duo eodem genere possidendi possidere non possunt: ergo istam corporalem, & non naturalem poss.appellabimus. & ad prædicta facit tex.in l.si id quod. §.fi.ff.de acq.posses. licet tex.ille intelligatur, quod retinet ciuilem. Vel saltem posset habere locum dictum Bar.de corporali poss. quando absens non habebat ciuilem, sed naturalem tantum, eo quod erat feudatarius, vel similis, qui non habet nisi naturalem, vt supra dixi, quam etiã absentes animo retinent, cum talis animus retinendi non possit operari in retentione ciuilis, vt traditur in l.1.in princ.ff.de acquir.poss. quare cum hoc casu ingressus poss.non acquirat naturalem, quam absens retinet, & duo non possunt in solidum possidere, vt dictum est, dicetur iste ingressus habere corporalẽ. cogitabis, quia nouissima sunt: & ad declarationẽ prædictorum vide, quæ dicam infra eod.c.2.art.27.

& in

& in cap.penult.artic.42. Sed Ioan.de Imo.in l.1.in prin.ff.de acquir.poss.dicit securè tenendum,quòd ista possessio corporalis nõ differt specie ab ipsa naturali possessione,sed potius secundum plus,& minus, quia naturalis habet effectum retentionis, & recuperationis,licet habeat se etiam ad plus quo ad ciuiles effectus,respectu iuris separati à vero dominio: sed tñ istud, q; se habeat secundũ plus, vel minus, non inducit differentiam in specie, vt patet in possessione, quàm habent fructuarius,feudatarius, emphyteuta, & similes : quoniam sicut talis possessio est apta nata ad acquisitionẽ fructuum,sic etiam ista corporalis est apta nata ad acquisitionem iuris separati à dominio, videlicet fructuum, quamuis talem effectum non semper operetur, quando scilicet abest mala fides : simile etiam est in ciuili,quia licet sit apta nata producere ciuiles effectus ad acquisitionem dominij, tamẽ quandoque impeditur propter malam fidem, concludens, quod ciuilis,& naturalis se habent vt excedentia, & excessa,nõ autem secundum plus, & minus : & ideo bene differũt specie. & subdit Ioan.de Imo. quòd ita tenebat Domin. Franc.de Ramponibus Doctor suus, quæ verba sunt valde ambigua, nec ego percipere possum,quod ea,quæ habent se secundum plus,& minus, non dicantur se habere vt excedentia & excessa. & quamuis ex accidenti bona,& mala fides possit varios inducere effectus,tamen nos debemus iu-
42 dicare rem † secundum suam naturam, & non, vt accidere potest, vt l.qui habet. ff. de tute. & sic habes ex prædictis duas species possessionis, videlicet naturalem, & ciuilem, & quod Bart.addit tertiam, videlicet corporalem,licet aliqui contra.

43 ¶ Sed prosequẽdo alias species, † dic,quod quędam est possessio propria,quędam impropria,quędam impropriissima.ad quorum declarationem vide, quæ dicam infra, artic.8. Item secundum Azo. quædam est possessio naturalis naturaliter,quędam possessio naturalis ciuiliter, de quo per glo.& Ioan. de Imo.in l.clam possidere.§.qui ad nundinas.ff.de acq.pos. ad quod vide,quæ dicam infra eod.cap.2. artic. 26. Insuper etiam quædam est possessio ciuilissima,videlicet,quando statutum, vel consuetudo transferunt pos.sine apprehensione, de qua non fit mentio nisi in vno loco, videlicet in capit.ex parte, de consuet. secundum Bal.in l.fin. C.de sacrosanc. eccles.versic.iuxta prædicta quæro. Sed tu vide ad idem tex.in cap.contingit, infra de dolo, & contu. & l.quamuis.ff. de bonis aucto.iudic.pos.quos allegaui supra in primo articulo,in ver.ego vero in hoc articulo, vtrum pos.sit ius, &c. & vide etiam omnino,quæ dixi supra in Rubr.tract.1.art.5.quæstio.2. ver.18.modo sine traditione. ¶ Vlterius etiã quædam dicitur possessio colorata,quędam incolorata, seu non colorata , de quo dicam infra eod. artic.9. Item, quędam dicitur libera, seu pacifica pos. quædam non libera,seu non pacifica,de quo infra, articulo 10. Insuper quædam dicitur plena pos.de qua artic.11. quædam vacua, de qua artic. 12. quædam iusta, & bonæ fidei, de qua artic.13. quædam iniusta,seu vitiosa,vel malæ fidei, de qua artic.14. quædam violenta,de qua artic.15.quędam clandestina, de qua artic.16. quædam precaria, de qua artic.17. quædam longa,de qua artic.18. quędã breuis,momentanea,seu angusta, de qua art.19.quædam continua,quædam discontinua,de quibus dicã, art.20. prædictæ tamen non sunt propriè species , per ea , quę dixi supra,& sic expeditus est primus articulus.

¶ Tertio principali articulo tractandũ est,quan-
44 do & quo tẽpore cœperit † esse possessio,vel quasi. Circa quem artic.primò tractabo de vera possessio. rerum corporalium : Secundò de quasi possessio. Quo ad primũ Host.hic vult,q; possessio cœperit à iure naturali , hoc est gentium, non à iure naturali communi omnib. animantibus,quia animalia irrationabilia, quæ non habent affectum, non possunt possidere. ad quod vide, quod dicam infra eo.c.2. artic.22. & 23. sed per approbationem dici potest, quod processerit à iure ciuili , & iuris ciuilis auctoritate sit introducta, per l.2.in prin.& §.his legibus. & §.cum postea Appius Claudius. ff.de orig.iur. sicut in simili dicimus de actione prętoria,quę auctoritate, & iuris ciuilis extẽsione dicitur prætoria.ff.de noxal.l.electio.§.si is quem. Sed aduerte, quia tex. in l.1.in prin.ff.de acq.pos.videtur velle, quod processerit à iure gẽtium,& hoc tenet ibi glo.2.in prin. & etiam glos.3. Sed dicit ibi Bart. si hoc est verum: ergo videtur , quod omnes diffinitiones superius datæ per Bar.in primo articulo, & etiam diffinitiones, quas infra dabo,art.4.5.& 6. non possunt procedere, eo quod propter ciuiles effectus, & non iuris gentium, fiũt distinctiones prædictæ, & diuisiones , vt dixi supra in præcedenti secundo articulo , & similiter etiam singulares diffinitiones. Sed Bar. respondet,quod possessio simpliciter sumpta videtur inducta à iure gentium,vt in d.l.1.& ibi glo.sed possessio.distincta per species,vt supra,fuit introducta à iure ciuili: vnde hoc modo etiam naturalis distincta per ius ciuile à ciuili potest dici ciuilis,vt no. glo.super ver.ciuiliter,in l.quod seruus.ff.de acqui. pos.facit,quod in simili dicimus,quod de iure naturali liberi, & legitimi nascebantur, & nulla erat ho-
45 minum distinctio, † sed postea à iure ciuili sunt distincti in plures species , vt patet Instit. de iure person.in fi. & tit.sequen. & in tit.quib.mod.nat.effic. legit.in Authent.& secundum prędictam theoricã debet intelligi prædicta glo. super ver. ciuiliter, in d.l.quod seruus. quę in fine dicit,quod etiam naturali pos.est de iure ciuili,quia intelligi debet approbatione, & distinctione . & ad prædicta vide , quæ dixi supra in Rubr.tract.1.artic.4.

¶ Aduerte tamen, quia quidam dixerunt,quod possessio naturalis ideo sic appellatur , quia à iure naturali, ciuilis verò, quia à iure ciuili fuerit inuenta,quod non placet Iac.de Rauen.in l.1.in princip. ff.de acq.pos. quia cum ciuilis sit , quæ animo retinetur,non est verisimile,secundum eum, quod ius gentium,quod introduxit pos.voluerit eam esse sine effectu , & quod perderetur eo ipso , quod quis esset extra conspectum rei. Sed dicit Io.de Imo.in dicta l.1.in prin. quod fortè posset saluari prædicta opi.quia fortè effectus ciuilis fuit de iure gentium, & sic loquatur Iac.de Rauẽ.sed nomen specificum ciuile fuit à iure ciuili,sicut distinctio specierũ poss. vt supra dixi , & probatur in l.3. §.genera.ff. de acq. pos.& in l.2.§.quod vulgo.ff.pro hærede. Sed Iaco. de Are.quem refert Bal.in l.1. C.de acq.poss.dicit, quod acquisitio pos. processit secũdum naturalem

equitatem, & ob hanc causam meritò ampliatur, vt etiam per alium acquiratur ignoranti, ad quod vide, quod dicam infra eod. cap. 2. art. 22.

46 ¶ Detentatio † verò in genere sumpta, prout cōprehendit sub se etiam pos. naturalem, & ciuilem, vt no. glo. super ver. maximè, in l. 1. §. furiosus. ff. de acq. poss. videtur fuisse de iure gentium, sicut ipsa pos. sed in quantum est species distincta à pos. videtur, quod eius distinctio intelligatur esse de iure ciuili, sicut distinctio possessionum, quod est primū, secundum Io. de Imo. quando per actum iudicialē acquireretur pos. per primum decretum. & hęc procedunt quo ad primum membrum, quo ad posses. rerum corporalium.

¶ Quo ad secundum membrū de quasi pos. rerū
47 incorporalium, † vtrum à iure gentium fuerit introducta. Bar. in d. l. 1. in prin. dicit, quod sic. alleg. Instit. de vsu, & habitat. §. fin. considerato, quod ibi præcedit tit. de seruitu. subdit tamen, quod credit, quod distinctio istius quasi pos. sit de iure ciuili, & ibi etiam quærit de detentatione, an fuerit cognita de iure gentium. & dicit, quod sic, prout est illa, quam habet colonus, cum contractus locationis sit de iure gentium, vt l. ex hoc iure. ff. de iustit. & iu. secus in illa, quam habet missus in pos. ex primo decreto, quam credit esse de iure ciuili, quod mihi satis placet. Et ex his sit expeditus tertius articulus.

¶ Circa quartū principalem articulum, tractan-
48 dum est, quæ dicatur naturalis † possessio, & qualiter describatur. Circa quem dic, quod glo. in l. 1. in princ. ff. de acquiren. possessio. dicit, quod naturalis dicitur ad differentiam ciuilis. & dicit Azo, quod naturalis est illa quam habet ille, qui est in re, vel in conspectu rei, verbi gratia, ego sum in fundo meo, & sic possideo naturaliter: deinde exeo, si exiens illum conspicio, adhuc naturaliter possideo: & posito etiam, quod non sim in conspectu fundi, quia eum non video, si tamen non sit difficilis ipsius apprehensio, adhuc possideo naturaliter: & sic videtur dicendum secundum Pet. quod naturalis possessio sit, quam habet existens in fundo, vel ipsius conspectu, aut quod facilis sit eius apprehensio, licet non sit in conspectu, ad quorum verborum intellectum vide, quod dixi infra eo. cap. cum super, artic. 35. & in cap. pastoralis, artic. 36. Sed aduerte, quia Petrus in l. 1. §. deiicitur. ff. de vi, & vi arma. dicit, quod ista verba, ciuiliter, & naturaliter, sunt incerta, non habentia certam expositionem, & quod quamuis sæpius dixerit, tamen nunquam multum affirmauit, quod ciuiliter possidet, qui possidet pro suo tanquam dominus: naturaliter verò, qui non possidet pro suo, sed tanquam non dominus, ad quod inducebat dictum §. deiicitur. quia ibi primò dicitur ciuiliter, & naturaliter, & in locum exemplificat possessionem pro suo: vnde dicit Pet. ego credo, quod dispositio istorū verborum, ciuiliter, & naturaliter, sit ista, videlicet ciuiliter, idest iustè: naturaliter, idest iniustè: & propter hoc infert, quod non credit, quod ciuiliter, & naturaliter sint differentiæ specificæ, & essentiales possessionis, licet dicendum sit alias esse differentias, quas dicit se ignorare, sed quod istæ non sunt differentiæ: & alicubi dicitur, naturaliter possidet, idest detinet, vt l. 1. ff. pro hærede. sed ille tex. nihil facit, fortè voluit allegare l. 2. §. quod vulgo, eod. tit. de quo dixi supra, artic. 2. Vnde dicit Petrus, quod pro suo, hoc est, ciuiliter possidere, est quando scit se habere titulum, quia pro suo est titulus, naturaliter non possidet, quia non habet titulum verum. mouetur exemplo tex. in dicto §. deiicitur. videlicet quando maritus
49 donauit † vxori, constante matrimonio, quo casu vxor non habet titulum, quia contractus est ipso iure nullus, & tamen possidet, vt l. 1. §. si vir vxori. ff. de acq. pos. & ideo cōpetit sibi interdictum, vnde vi, vt d. §. deiicitur. Quare concludit, quod possidere naturaliter sit iniustè, & sine titulo, ciuiliter verò sit iustè possidere. Tu dic, quod ista fuit expositio quā facit glo. in l. duo. ff. de precario. & Dyn. in l. si duo, in princ. ff. vti possid. ad quod vide, quod dicam infra eod. artic. 13. quia, vt ibi dicemus, non sequitur, est naturalis possessio: ergo est iniusta, vt ibi exemplificabo. & in contrarium facit diffinitio Bart. ad possessionem naturalem.

50 ¶ Qualiter aūt diffiniatur, seu describatur † possessio naturalis, dicit Bar. in d. l. 1. in prin. ff. de acq. pos. quod est ius insistendi rei non prohibitæ possideri, aptum ciuiles producere effectus respectu alicuius iuris à dominio separatum, etiā respectu naturalium accessionum. Quare dicit ipse, ꝙ licet vsufructuarius possideat naturaliter, & recognoscat proprietarium in possessorem ciuiliter, vt l. naturaliter. ff. de acq. pos. & traditur per Cyn. in l. certum. C. de rei vendic. tamen præscribit vsumfructum, vt l. fin. C. de præscrip. lon. temp. Similiter etiam feudatarius, qui naturaliter possidet, præscribit ius feudi, vt l. competit. C. de præscriptio. triginta, vel quadraginta ann. & idem dicendum est de omnibus, qui habet vtile dominium, vt emphyteuta, & similes, de quibus dixi supra in Rubr. in 4. princ. tract. artic. 1. & 2. nam isti omnes habent naturalem possessionem. facit l. 1. §. quod ait. ff. de superfi. sed non præscribunt verum dominium, quia fatentur, & recognoscunt dominum: & ex prædictis reprobatur opin. Cy. qui dixit, quod sola ciuilis erat apta ad vsucapionem, non autem naturalis, de quo per Bar. in l. 3. §. econtrario. ff. de acq. pos. sed fortè, vt arbitror, Cy. intellexit, quod potestas præscribendi ex ista naturali, cum sit ex iure ciuili, & hoc respectu dicatur habere plurimum iuris, ad quod vide supra, in principali primo articulo, non dicatur procedere nisi à ciuili pos. cogitabis. & vide, quæ dicam infra eod. artic. 41. Item talis naturalis pos. est apta producere ciuiles effectus, respectu naturalium accessionum, quia naturalis facit fructus suos, & naturalis accessio est effectus dominij, vt in authen. nisi. C. de bonis mater. & no. in l. indebiti. ff. de condic. indeb. vbi dicitur, quod condictio indebiti naturalis est.

51 ¶ Ex quibus infero, quod † talis possessio naturalis, quæ est penes emphyteuticarium, vel feudatarium, potest appellari vtilis ciuilis, vt voluit Bart. in l. 1. C. commu. de vsucap. & placet mihi propter ciuiles effectus. Nec obst. si diceres, quod immo videtur, quod fructuarius non possideat, per l. certè. §. is qui. ff. de preca. vbi tex. dicit, nam & fructuarius, & colonus, & inquilinus sunt in prædio, & tamen non possident. & ad idem text. in l. acquiritur. §. fin. ff. de acquir. rerum domin. vbi tex. dicit, non possidet, sed vtrobique dicit glo. non possidet, scilicet

ciui-

ciuiliter, possidet tamẽ naturaliter. & vide ad hoc, quod latius dicam infra eo.cap.pastoralis, artic.36. & prædicta faciunt contra opinionem Petri, de qua statim dixi: quia ex quo habens naturalem, potest præscribere, sequitur, quod talis possessio non est iniusta, quia si esset iniusta, non præscriberet, vt in cap.fin.infra de præscript. & in regu.possessor malæ fidei.de reg.iur.lib.6. nisi diceres, quod etiam de iure ciuili procedit præscriptio cũ mala fide. Sed ista ratio non est bona, respectu præscriptionis longi temporis: quare dic, quod Petrus, vt arbitror, loquitur de possessione, quæ licet in se sit iniusta, hoc est sine titulo, tamen retinetur cum bona fide. vel dic, vt dicam infra in 23. principali articulo. nam facit pro Petro iudicio meo, text. in l.quod seruus. ff.de acquir.poss.ibi, dum dicit, quoniam is, qui in tua potestate est ignoranti tibi non corporalẽ possessionem, sed iustã potest acquirere. & sic ille tex. videtur vocare possessionem corporalem iniustam, nisi diceres, quod diuersa est species corporalis possessionis à naturali, secundum Bart. & statim videbimus in sequenti articulo.

¶ Item aduerte, quia dicitur naturalis, hoc est iuris gentium, quia carentes sensu non possident, vt dicam infra eod.cap.2.artic. 22. nam cum verbum,
52 naturalis, † refertur ad rationem, vel ad hominem, intelligitur de iure gentium, vt no.glo.Bar.& Ioan. de Imo.in l.1.in prin.ff.de acquir.poss. per l.omnes populi. ff.de iust.& iu.ibi, quod naturalis ratio, &c. & in l.cum amplius.§.is natura debet.ff.de reg.iuris. & in l.Stichum. §.naturalis. cum ibi not.ff.de solut. & nota etiam, quod appellatione naturalis quãdo-
53 que venit detentatio, † vt l.2. §.quod vulgo. ff.pro hærede. & supra dixi, & probatur in l.non solũ.§.1. ff. de vsucap. & in l.communi diuidundo. §.neque colonus.ff.communia prædiorum. & vide quod dixi, artic.1.& 2. & an talis naturalis possessio detur in iuribus incorporalibus, dicam infra eod. 21. artic. Et ex his sit expeditus quartus articulus.

Quinto principali articulo tractandum est, quę
54 dicatur † poss. corporalis, & qualiter describatur. Circa quem articulum, Bar.in l.1.in prin.ff.de acq. poss.dicit, quod ista corporalis possessio potest dici naturalis per actum naturalem, per d.l.1. & per l. si id quod.§.fin. sed quod gratia euidentioris locutionis eam appellat corporalem, quam sic describit, videlicet, quod est ius insistendi rei non prohibitæ possideri, retentionis, & recuperationis producens effectum. Exemplum, quidam iuit ad nundinas, ego intraui fundum suum, quo fit, vt possideam naturaliter, & ipse ciuiliter: & ego qui habeo natura-
55 lem, † nec vsucapio, nec præscribo, vt per Dyn.in reg.sine possessione. de reg.iur.lib.6. & per Bart.in l.3.§.ex contrario. ff.de acq.poss. Dicam infra eod. cap.penult. artic.41. Item non facio fructus meos, quia nullus sic possidens naturaliter, vel corporaliter facit fructus suos, vt per Bar.in d.§.ex contrario. nec etiam talis possessio vsucapiendi causam præstat, sed solum detinendi, scilicet contra extraneũ, contra quem posset intentare interdictum, vti possidetis, vt l.1.in fi.ff. vti possid.& etiam interdictum, vnde vi, contra expulsorem, vt l.1.§.si vi.& §.deiicitur.ff.de vi, & vi arma. & l.clam possidere. §.qui ad nundinas.ff.de acq.pos. secundum Bart.& ad intellectum prædictorum, & d.§.qui ad nundinas. vide quæ dixi supra in secundo principali articulo.

Sexto principali articulo tractãdum est, quid sit,
56 seu qualiter describatur pos. ciuilis. † Circa quem art. Azo in l.1.ff.de acquirẽ.poss.& in summa dicit, quod ciuilis possessio est, quam habet existẽs extra rem, & rei conspectum, seu præsentiam, verbi gratia, ego sum in fundo meo, & possideo, si ex eo fundum animo retinendæ possessionis, possideo ciuiliter, quia possessio ciuilis solo animo retinetur, vt l.licet. C.de acq.pos. & subdit, quod talem possessionem ciuilem habet dominus, hoc est, secundum Petrum, quod dominus, idest qui possidet tãquam dominus, seu domini cogitatione habet ciuilem, licet nõ sit dominus, quia possidet pro suo. facit l.1. §.deiicitur.ff.de vi, & vi arma. Qualiter autem describatur poss.ciuilis. Petrus in dicta l.1.in princ.dicit, quod est ius quæsitum ex corporalis rei detentatione, corpore, & animo, iuris adminiculo cõcurrente, quam habet ille, qui possidet rem tanquam suam. Quidam verò dixerunt, quod est quædam imaginaria qualitas, per quã animo pos.retinemus: ad quod videnda sunt, quæ dicam infra eod.c.cum super, artic.35. & cap.pastoralis, artic.33. Bart.verò in d.l.1.in princ.dicit, quod est ius insistendi rei nõ prohibitæ possideri, aptum producere ciuiles effectus, respectu dominij veri, & priora verba dictæ diffinitionis declara per ea, quæ dixi supra, artic.1. Illa verò verba, quæ sequuntur, aptũ producere ciuiles effectus, respectu dominij veri, ponuntur, quia
57 † ciuilis producit ciuiles effectus, respectu vsucapionis, & præscriptionis, vt l.1.§.per seruum quem in fuga.ff.de acq.pos.& l.qui fundum, in prin.ff.pro emptore. Item producit actum acquisitionis fructuum, vt traditur per Dyn.in reg.sine possessione, in fi.de reg.iu.lib.6.& per Bar.in l.per fundum.§.ex contrario.ff.de acq.pos. & etiã ad intellectum prædictorum verborum, vide quæ dicam infra eo.c.2. artic.41.& id quod dixi, respectu dominij veri, indubitanter procedit quo ad vsucapionem, per quã quæratur directum dominium, vt dixi supra in rubrica, tract.2.quæst.2. versic.28. per vsucapionem. sed non videtur procedere respectu vsucapionis, per quam nõ directum, sed vtile dominium acquiritur, vt dixi in dicto versi.Sed dicit Bar.quod ideo dixit, veri dominij, quia tale dominium, licet vtile sit, tamen opponitur, & cõtradicit directo: secus
58 in dominio † vtili, quod quæritur ex naturali poss. ab emphyteuta, feudatario, & similibus, quia illud non cõtrariatur directo, immo emphyteuticarius, & similes, quibus competit tale vtile dominium recognoscunt alios in dominos directos, sicut recognoscunt eos in ciuiles possessores, vt dixi supra in tertio principali articulo, & supra in Rubr.in quarto principali trac. vbi tractaui de isto vtili dominio. & nota, quòd omnis possessio, quæ quæritur, aut retinetur sola iuris ciuilis auctoritate, non interueniente actu corporeo ordinato ad acquisitionem, vel retentionem, illa possessio dicitur ciuilis, secundum Bal. & Ang.in l.licet. C.de acq. poss. ad quod vide, quę dixi supra, art.2.& statutum, quod simpliciter loquitur, vendicat sibi locũ in ciuili. ad quod vide quę dixi supra, art.1.ver.sed quid veniat.& vtrũ sit dare quasi poss.ciuilem, dic vt dicã infra, art.26.

¶ Septimo

¶ Septimo principali articulo tractandũ est, quę dicatur detentatio, & qualiter describatur, & quæ
59 differentia sit inter detetationem, & † possessionẽ. Circa quem articulum aduerte, quod hic loquimur de detentatione sumpta in specie, non de detentatione sumpta in genere, quæ comprehendit sub se naturalem, & ciuilem possessionem, vt dixi supra, artic.2.versic.sed aduerte, quia glo.& artic.3.versic. detentatio autem,&c. ista ergo detentatio in specie sumpta sic describitur, secundum Ang.in l.prima, in princ.ff.de acquir.possess.quod est ius quoddam insistendi rei, factum ad custodiam, & rei obseruationem, & quãdoque ad acquisitionem fructuum, & vsus, secundum additionem Pontani. prima pars diffinitionis probatur in l.cum legati.ff.ex qui.caus. in poss.eat. & in l.si finita.§.si quis metu. ff.de dam. infec.& in l.3.§.fi.ff.de acq.poss. Secunda verò pars probatur per l.Fulcinius.§.fi. ff.quib.ex cau.in poss. eat.secundum vnum intellectum, iuncta l.si seruus. §.locaui.ff.de furt. Sed dicit Ioan. de Imo.in d.l.1. quod istud videtur procedere in detentatione, quę habetur auctoritate iudicis, vel quæ habetur etiam extra iudicium, per personam iuris capacem, secus si non esset iuris capax, vt l.stipulatio ista non licere. §.hęc quoque.ff.de verborum obligatio.Item si haberetur illicitè talis detentatio, vt puta si alio possidente tertius ingreditur,& sic incipit detinere, quia talis detentatio esset penitus meri facti, nullum habens iuris effectum, secundum Ioan.de Imo.

¶ Sed aduerte, quia Pontanus in d.l.1. in princ. dicit, quod dicta diffinitio Ang. non est bona. primo, in quãtum dicit, ius insistendi, quia immo detentatio non est semper iuris, sed aliquando facti, vt dixi, & etiam statim latius subiiciam. Item, quia
60 est defectiua, quia talis detentatio † quandoque etiam prodest nõ solum ad acquisitionem fructuũ, sed etiam vsus, qui prouenit ex detentatione rei cõmodatæ, vt in l.in commodato.§.sicut.ff.commod. cum similib. & ideo dum Angelus dixit, ad acquisitionem fructuũ, addit Ponta. & quandoque vsus, & supra addidi.

¶ Sed aduerte, quia dubitatio remanet, vtrũ de-
61 tentatio † sit iuris, vel facti. Ange.in prædicta diffinitione vult, quod sit iuris, licet detinere sit meri facti. nam & colonus, & qui detinet ex primo decreto, habet ius insistendi rei, vt l.si duo.§.creditores. cum ibi not.per glo.ff.vti possid.& quod no.in l.Aquilius. ff.de donat. facit etiam, pro Ange.l.2. in princ. ff.de vsucap. pro hærede. & hoc etiam voluit Dyn. & post eum Cy.in l.licet. C.de acq.poss. in quantum intellexerunt diffinitionem Ioann. de qua supra dixi, in primo artic.etiam grossam, seu im propriam naturalem possessionem diffinire. & sic etiam detentationem, quam habet etiam colonus, per l.communi diuidundo. ff. commu.diuidundo. Nec obst.si diceres, quod cum seruus posit detinere, vt d.l.stipulatio ista.§.hæc quoque.& in l.quod seruus. ff.de acq. poss. ergo videtur, quod detentatio non posit dici ius, sed potius quędam custodia, vt l.legatorum. ff.ex quib.caus. in poss.eat. quia eorum, quæ sunt iuris, seruus non est capax, vt l.quod attinet.ff.de reg.iur. quia respondetur, quod immo
62 † seruus est capax eorum, quæ sunt iuris gentium primitiui, quia illorum respectu status serui non est mutatus, & annihilatus, vt l. si id quod. ff.de condict.indeb.

¶ Sed contra prædictam opinionem Angeli obstat, secundum Ioan. de Imo.l.illa verba, arbitratu. ff.de verbor.signif. vbi patet, quòd quando fit mentio simpliciter de iure, debemus intelligere de iure, quod non cadit in seruo; & sic videtur, quod detentatio non debet appellari ius, quia si sic esset, non caderet in seruo. Sed ad hoc posset de facili responderi, quod tex.in d.l.illa verba, dum dicit, ius significant, intelligi debet de iure ciuili: & ideo non cadat in seruum. vnde subdit Ioan. de Imo. pro concordia dici posse, quod si est detentatio acquisita iudicis auctoritate, illa sit ius, vt est illa, quæ datur ex primo decreto, quia est ius insistendi in re, vt apertè probatur in l.2.ff.de vsucap.pro legato. & in l.is cui, in prin.ff.vt in poss.leg. & de ista propriè loquitur d.l.si finita. §.si metu. & ista non procedit in seruo, qui nõ potest esse in iudicio, vt l.seruus. C.de iudic.& in l.vix certis ex causis.ff.de iudic. Quædam verò est detẽtatio, quæ habetur per actum extraiudicialem, & illa potest dici facti, & cadere in seruo.
63 Exemplum in detentatione coloni, † depositarij, commodatarij, & similium, qui meram habent detentationem, vt l.non solum.§.quod vulgo.ad fin. ff.de vsucap. & d.l.communi diuidundo. §. neque. ff.comm.diuidũ.& l.videamus.§.possessionem.ff.de vsur. & l.certè. §.is qui. ff.de precar.& hoc casu, aut detentatio acquiritur per personam liberam, & iuris capacem, & dicetur esse ius. facit l.in commodato.§.sicut.ff.commod. & d.l.si seruus. §.locaui.ff.de furt.licet Guil.de Cun.in l.licet. C.de acq.posses.videatur voluisse cõtrarium. Aut acquiritur per personam iuris incapacem, qualis est seruus, vt dixi: & tunc detentatio est facti, vt voluit Bart.in dicta l.1. per d.§.hæc quoque. Sed Ludo.Ponta.in dicta l.1. dicit, quod licet primum membrum de detentatione ex primo decreto, & secundum de detentatione serui sint vera, tamen in quantum Ioan.de Imo.dicit, quod detentatio coloni, inquilini, & commodatarij, sit ius, hoc non procedit; primò per l.si id quod.§.1.ff.de acquir.possess. & l.1.§.quod seruus. ff.de vi, & vi arm.vbi parificantur, & puniuntur detentationes omnium istorũ, scilicet tam serui, quàm coloni, & aliorum: si ergo detentatio serui est facti, ergo & coloni, quæ cum illa parificatur. Item quod sit facti, probatur manifestè, quia in ea producenda nihil interuenit, quod sit iuris: quod patet, quia pro principio interuenit contractus locationis, commodati, vel depositi, qui est facti, vt l.consilio, in fi.ff.de cura.furio. & supra dixi, artic.1. Deinde fit traditio, seu apprehensio rei, quę similiter est facti, vt de se patet. Fatetur tamen Pontanus, quod licet detẽtatio sit factum, tamen ex ea prouenit iuris effectus, scilicet iudicis officium pro recuperanda tali re, quam quis detinet, vt l.de vsu. ff.de variis, & extraord.cogn.& in l.Aquilius, cum ibi not.ff.de donat. mihi videtur, quod ar.Pontani non procedat, quia seruus, colonus, depositarius, & similes in pluribus disconueniunt, vt traditur per Doc.in d.l.si id quod.§.1. dicam infra eod.cap.cum super, artic.35. Item diffinitio Angeli procedit quo ad causandos effectus diffinitionis, qui non causantur nisi à iure: ad quod vide, quæ dixi supra, in primo articulo, &

& ex prædictis, & ex his, quæ dicta sunt in præcedentibus articulis, potes colligere, quæ differentia sit inter detentationem propriè, & impropriè sumptam, & possessioné naturalem, ciuilem, & corporalem. ad quod etiam vide, quæ dixi supra, articu. 1. versic. & ipsius appellatione venit tam ciuilis, &c. & artic. 2. versic. sed aduerte, quia glo. super ver. maximè, &c. & artic. 3. versic. detentatio. Et ex his sit expeditus septimus principalis articulus.

¶ Octauo principali articulo tractandũ est, quæ dicatur possessio vera, & propria, & quę impropria,
64 seu improprior, vel impropriissima. † Circa quem dicit, quod gl. super ver. ius, in l. regulariter. ff. de petit. hęr. dicit, q̃ possessio propria est in rebus corporalibus, quia in illis corpore incumbitur. Impropria verò est in rebus incorporalibus, quales sunt seruitutes, qm̃ iura incorporalia non possidentur, sed quasi possidentur: & ideo nõ verè, & propriè possidentur, ad quod vide, quod dicam infra artic. 21. Aduerte tamen, quia licet libellans pro iuribus incorporalibus concludat ad possessionem, cum deberet cõcludere ad quasi possessionem, tamen procedit libellus, vt in cap. fin. supra de iudic. & ibi dixi in secundo notabili. Dixi etiam in cap. fin. supra de libel. oblat. artic. 33. versic. tertiò infertur, & sequen. tradunt Bart. & Bald. in l. 1. C. de vsufruc. Possessio verò magis impropria, seu improprior, est in personalibus actionibus actiuis, hoc est respectu actoris. Impropriissima verò est in personalibus actionibus, hoc est respectu rei, per l. quod si in diem. ibi, veluti iuris possessor est. & l. item videndum. §. si quis cum. ibi, neque iuris, velut possessor. ff. de peti. hæred. nec mirum, quia personalibus actionibus non incumbitur corpore, sed sunt iura abstracta ab omni corpore. Nec obstat ad id, quod dixi, quod corporales propriè possidentur, quod dixi supra, articulo primo. vbi dixi, quod res mobiles propriè non possidẽtur: quia potest responderi, quod ideo non videntur propriè possideri, quia possessio dicitur pedum positio, quod propriè non videtur referri ad rem mobilem, vt ibi dixi. & vide, quæ dicam in cap. 2. infra eod. articu. 27. & sequen. & hoc respectu posses fortè dicere, quòd quædam est possessio propriissima. & ista est rerum immobilium: quædam propria, & ista est rerum mobilium, quæ cum sint corporales, incumbitur corpore, & demũ impropria in possessione, & impropriissima, vt supra dixi. Sed Petrus de Bellapertica, vt refert Cyn. in additionibus ad dictam l. regulariter. dicit, quod non reperitur nisi possessio propria in rebus corporalibus, & impropria in rebus incorporalibus, in quibus etiam reperitur petitorium, & possessoriũ: sed in nominibus debitorum non reperitur petitorium: ergo nec possessorium, vt l. fin. ff. quor. bon.
65 quia omne possessorium † habet petitorium, & econtra, vt l. edicto, in fi. C. de edicto diui Adr. toll. & in l. nec vllam. §. fin. ff. de petit. hæred. ad quod vide, quæ dicam infra eod. c. fin. in septimo principali tractatu petitorij, & possessorij, art. 1. & idem tenet Cyn. in l. si certis annis. C. de pact. & l. 2. C. de seru. & aqua. & ideo reprehendunt, c. querelam. supra de elect. vbi dicitur, quod si non soluitur census, habet locum possessoriũ recuperandæ, dicentes, quod pro personali præstatione non datur possessorium.
66 Sed ipsi malè reprehendunt, quia census † debitus in signum subiectionis est præstatio realis, vt l. litibus. C. de agrico. & censit. lib. 10. quia est quædam seruitus, vt in cap. cum olim. secundum Bal. in d. l. regulariter. & tenet etiam Bald. in l. sciendum. §. si fundus. ff. qui satisd. cogan. vbi dicit, quod ille, qui habet actionem, non dicitur possidere, per l. fin. ff. quor. bonor. & per not. per Cyn. in d. l. si certis annis. quod est verum, nisi appareret competere iure seruitutis, vel quasi, vt dictu capit. querelam. & per id, quod traditur in dicta l. regulariter. & ad prædicta vide, quæ latius dicam infra tit. de restit. spoliat. quod si per modum præstationis personalis census peteretur, vt puta ab emphyteuta, seu liuellario, & simil. tunc esset vera opinio Petri, & Cy. secundum Bald. in dicta l. regulariter. qui remittit ad not. per Guil. & Cyn. in l. sciendum, in prin. ff. qui satisd cogan. & ibi ego reperio quosdam moderniores, qui dicunt, quod quo id materiam illius legis, & tituli,
67 quod † quidam est verus, & interpretatiuus possessor, cui non repugnat lex, vel interpretatio, prout est ille, qui in vero possidet, & ius habet directi, vel vtilis dominij. Quidam verò est possessor nec verus, nec interpretatiuus, vt colonus, inquilinus, & similes, qui non possident, sed solum habent detentationem, vt dixi artic. præced. & infra eo. cap. cum super, artic. 36. quidam verò est verus, & non interpretatiuus possessor, vt creditor respectu pignoris, & vsufructuarius, qui possident, vt d. l. sciẽdum. §. creditor. quidam verò est possessor interpretatiuus, & non verus, & talis est vxor in re dotali. sentit Bal. in dicta l. sciendum. §. si fundus. & idem in eo, qui habet solam proprietatem, & nullo modo possidet. Sed hoc exemplum, si nullo modo possidet, non videtur posse procedere, nisi dicas, quod quasi possidet ius petendi rem, & qualis possessor ex prędictis releuet conuentũ ab onere satisdandi, dicam infra eod. cap. penult. artic. 41. Item arbitror posse appellari veram possessio. ad differentiam fictæ, vt vera dicatur, quæ per actum verum corporalem: ficta verò, quæ per actum fictũ acquiritur. de qua materia dicam infra, c. cum ecclesia Sutrina, art. 29.

¶ Nono articulo principali tractandum est, quæ
68 dicatur possessio colorata, † & quæ incolorata, seu non colorata. Circa quem articulum leges, & iuris ciuilis interpretes parum loquuntur, sed Canonistæ, maximè in materia beneficiali, plenè tractãt. Nam Ioan. Calder. in cap. cum nostris, infra de concessio. præben. & Dominus meus post eum tradidit duas regulas. Prima est, quòd vbicunque defectus non est in conferente, nec inducitur priuatio ipso iure per sententiam iuris, vel hominis, talis possessio dicitur colorata. Secunda est, quod vbicunque conferens conferendi potestatem non habebat, vel si habebat, per sententiam iuris, vel hominis priuatus est ipso iure, talis possessio dicitur incolorata. Tu verò dic post Ioan. de Imo. in dicto cap. cum nostris. quibusdam additis, quod ille dicitur incoloratè possidere, qui præter superioris auctoritatem est ingressus possessionem, vt in cap. quia diuersitatem, infra de concessio. præben. nam talis absque aliquo titulo possidet. Idem etiam dicendum est, si titulum habuit, sed per sententiam iuris, vel hominis priuatus est, & de sententia iuris patet exemplum,

plum, vt quia recipit secundum beneficium curatum, vel secundam dignitatem, aut beneficium incompatibile cum primo, vt in cap. de multa, de præben. & in cap. licet episcopus, de præben. lib. 6.
69 vel vbi quis est promotus † ad episcopatum, & adeptus est ipsius possess. & lapsum est tempus de consecrandis episcopis, quia tunc ipso iure priuatur prioribus beneficiis, vt in capit. cum in cunctis. §. 1. supra de elect. & idem dicit Ioan. Cald. vbicunque deficit potestas in conferente: quia licet per talem collatio, & inuestitura facta fuerit, non tamen dicetur possessio colorata, per id, quod habetur in cap. illa. ne sede vacã. & sequitur Lapus de Cast. alleg. 3. vbi etiam dicit, quod idem est, quando esset facta ab ordinario collatore, cuius propter inhibitionẽ, vel decreti appositionem in literis manus ligatę forent, de quo plenè per glo. in cap. si soli. in secunda parte glo. magnæ, de concess. pręb. lib. 6. nam etiam hoc casu non dicetur possessio colorata, quod est valde notandum. Quinimo etiam si accedat confirmatio Papę in forma communi de beneficio collato à non habente potestatem conferendi, non coloratur possessio, vt in cap. 2. infra ne sede vacan. & ibi Dominus meus. & idem not. in cap. literas. de concess. pręben. per illum tex.

70 ¶ Colorata † autem possessio dicitur, quæ habetur ex titulo concesso ab illo, qui potuit conferre, quamuis propter recipientis defectum, aut aliam similem causam, titulus fuerit minus iustus, vt d. c. cum nostris. ibi enim episcopus habuit titulum ab episcopo, & canonicis, qui habebant potestatẽ conferendi, non tamen tenuit collatio propter defectũ potestatis conferendi, sed propter ipsius recipiẽtis defectum, qui cum episcopatu præposituram obtinere non poterat. & idem dicendum, si electio facta ab alio sit confirmata per superiorem, quia licet sit inualida, dicetur iste coloratus possessor, ex quo confirmatus est per habentem potestatem, dummodo electio per habentes potestatem celebrata fuerit, licet fortè fuerit inualida, secundum Hostiens. in summa, in tit. de concess. præben. §. 2. post princ. aliàs secus, vt statim dixi: & plus etiam videtur velle Host. in dicto loco, & Ioan. And. in cap. inter dilectos. infra de excessib. prælat. super glo. quod licet electio fuerit facta per non habentes potestatem, si tamen confirmatio sit facta per habentem potestatem, & scientibus illis, ad quos verè spectabat electio, & non contradicentibus, coloratus dicetur possessor, ex quo defectus est solum ex parte recipientis, & non ex defectu potestatis concedentis. & ita debent limitari, quæ statim dixi, secundum Dominum meum. ¶ Sed aduerte, quia Zab. in d. cap. cum nostris. opponit, quod in casu illius cap. possessio non debet dici colorata, cũ ibi dicatur, quod illa plus iuris, quàm facti habeat. Sed respondet Zabar. quod per hoc non tollitur, quo minus fuerit colorata, per ea, quæ in sequenti contrario dicam.

71 ¶ Opp. enim & secundò Zabar. quia si † episcopus ante adeptum episcopatum alia habebat beneficia, eadem perdit, decurso sibi tempore de consecrandis episcopis, vt in cap. cum in cunctis, de electio. ergo longè minus videtur, quod talia beneficia de nouo acquirere possit, argum. cap. quemadmodum, infra de iureiurando. & sic videtur, quod assumptio facta de illo episcopo ad præposituram, de qua in dicto cap. cum nostris. cum fuerit contra
72 ius celebrata, non videtur esse colorata, quia † factum contra ius non valet. 10. distin. cap. vides. & in l. non dubium. C. de legib. facit etiam pro hoc, quia episcopus non debet eligi, sed postulari, vt in c. fin. de postul. prela. Tu posses soluere hoc contrarium, secundum Ioan. de Imo. per ea, quæ supra dixi, quia licet collatio fuerit inualida, tamen quia fuit celebrata ab habente potestatem cõferendi, dici potest colorata. sed Zabar. pro solutione contrarij dicit, inuestigandum esse, qualiter intelligi debeat litera, dum dicit, quòd talis possessio plus habet facti, quàm iuris, de quorum verborum intellectu vide, quæ dixi supra, artic. 1. Subdit enim Zabar. quod si exponantur, prout in glo. ibi, in ver. possessio, tũc ratio posita in litera non faceret ad propositum, immo faceret contra, & obstaret contrarium supra formatum: si verò exponatur, prout ibi exponit Inn. videlicet, quod dicatur habere plus facti, quàm iuris, ex eo quia prætendebatur causa, propter quam possessio poterat esse iusta, vt quia dicebatur, quod de speciali gratia Papæ, vel ex alia iusta causa præpositura concessa fuerat: & tunc ratio tex. bene facit ad id, ad quod inducitur, & dicetur tunc habere plus facti, quàm iuris, eo quod magis in facto, quàm in iure consistebat, vtrum scilicet talis possessio esset iniusta, quia de hoc non fuerat discussum, & quia in facto possibile erat, quod iusta esset, eo quod fortè per Papam dispensatum esset, vel quia fortè ex consuetudine ecclesiæ illam poterat obtinere. facit quod no. glos. 1. 8. distinct. cap. frustra. & ob hãc causam potest dici possessio colorata, secundum Zabar. & sic bene consonat talis expositio literæ, in quantum vult, quod episcopus nõ cogatur statim resignare, sed mandatum discuti, an iusta, vel iniusta fuerit, & sic per prædicta videtur velle Zab. quod tunc possessio dicitur colorata, quando prætenditur aliqua causa, propter quam possessor dicit se possidere, sed vbi talis causa non prætenditur, tunc diceretur incolorata: & sic in duobus curatis dignitatibus, aut incõpatibilibus diceretur possessio colorata, quãdo allegaretur ex dispensatione summi Pontificis illa possideri, vel ex alia causa, & per prædictas rationes, & iura potes inferre ad decisionem possessionis aliarum rerum, an & quando possit dici colorata. ad quod vide omnino, quæ dicam infra, artic. 13. & artic. 14.

¶ Decimo principali artic. tractandum est, quæ
73 possessio dicatur libera, seu pacifica. † Circa primũ dic, quod libera possessio dicitur illa, quæ nulli debet seruitutem, & idem videtur importare, quod optima, maximaque. vide, quod statim dicam, artic. 12. & ideo, si res est alij obligata, potest agi, vt antequam tendatur, libera tradatur: & similiter etiam postquam tradita est, potest agi, vt liberetur, vt l. ex prædiis. C. de euictio. nec dicitur libera possessio, quæ est alteri obnoxia, & obligata, & super qua potest quis ab alio inquietari, secundum Bart. in l. Mæuius. §. in fundo. ff. de legat. 2. & l. vim facit. ff. de vi, & vi arma. facit etiam tex. & quod ibi not. Dominus meus, in cap. fin. infra de restit. spoliat. & quod dicimus de verbo, liberè, in cap. cum plures, de offic. deleg. & in cap. cum virum, de regu. & cap.

licet episcopus, de præben.lib.6. & ad prædicta vide, quæ latè dixi in c.fi.de ord.cogn.art.40.q.2.

¶ Circa secundum de possessione pacifica, dicēdum arbitror, quod de pacifica possess. potest quæri ad multiplicem effectum; primò, respectu beneficij ecclesiastici, quantum ad finem, vt quis teneatur promoueri ad ordines, quod requirit illud beneficium, & non sufficit habere pacificam possess. exercitij curæ, licet possideat minorem partem bonorum beneficij, & si non facit se promoueri, pœ-
74 nam † priuationis incurrit, secundum glos. in verbo, pacificam. & Ioan. And. & dom. Domin. in cap. commissa, de electio. lib.6. tenent Archid. & Guil. in cap. licet canon, de electio. lib.6. facit 23. distinct. cap. in nomine Domini. quod procedit non solum in beneficiis curatis, sed in quibuscūque beneficiis per se, aut per annexionem requirētibus ordinem, siue ordinem requirant de iure, siue de consuetudine, aut ex forma statuti, quia respectu talis ordinis requisiti, cuius iam consecutus est liberū exercitium, dicitur liberā possessionem adeptus, quamuis non nisi minorem partem bonorum acceperit, secundum Paul. in clem. vt hi qui, de ęta. & qualita. & sequitur dom. Domin. in dicto capit. commissa. Non obst. cap. si tibi concesso, de pręben. lib.6. quia licet ille tex. dicat primum beneficium non vacare, non tamen erat, cui collatum est secundum beneficium incompatibile nō teneri promoueri. Quandoque vero quæritur de pacifica poss. beneficij ad finem, vt possidens beneficium per adeptionem secūdi beneficij incompatibilis cum primo, priuetur primo beneficio ipso iure, & hoc casu licet habeat pacificam possessionem exercitij curæ, si tamen fructuum, vel maioris partis bonorum possessionē nō sit assecutus, non vacat primum beneficium, vt no. per glo. in cap. si tibi concesso, de præbē. lib.6. tenet Archid. in dicto cap. commissa. & ita debet intelligi tex. in capit. cum in cunctis. §. cum verò, supra de electio. vbi ponderatur, si habet liberum, & quietum ius administrandi bona ad illam ecclesiam spectantia; vnde secus esset, si traderetur super administratione, & sic loquitur cap. si qui. 92. distinctio. & sequuntur Ioan. Andr. & dom. Domin. in dicto cap. commissa. Ceterum respectu ipsius possidentis arbitror, quod ille dicatur pacificè possidere, cui nulla lis, seu amissio iudicialiter, vel extraiudicialiter mouetur, ita quod nullo modo in sua possessio. inquietatur. facit cap. fin. in fi. infra ne præla. vi. suas. & cap. olim. infra de dolo, & contuma. tenet Pau. in clem. gratiæ, de rescript. vbi dicit, quod ille dicitur pacificè possidere, qui sine controuersia iudiciali, vel extraiudiciali rem possidet, dixi in dicta clemē. gratiæ, in glos. super verbo, pacificè. mota verò lite nō dicitur quis pacificè possidere, vt no. glo. in verbo, antea. & ibi dixi, in clem. 1. de sequest. possessio. & fruc. quod tamen procedit, quando lis, & quæstio moueretur super pos. sed si moueretur super titulo, & iure. Do. de Ro. deci. 54. quarta, in antiquis, diceret, quòd vbi aliquis est in poss. licet moueatur lis super beneficio, videtur tamen pacificam possessionem habere, quia ad hoc, quod quis dicatur pa-
75 cificam habere possessionem: † sufficit, quod actu, vel de facto possideat, licet sibi super iure controuersia moueatur, vt not. Innoc. in capit. constitutis. super glo. 2. infra de appellat. argu. cap. licet. super verbo, pacificam. de præben. lib.6. ad quod facit l. sciendum. §. si fundum. ff. qui satisd. cogā. quia licet super iure, & in iudicio cōtrouersia, seu lis moueatur, tamen super possessio. qua fruitur, moueri non videtur. & est ratio, quia ex quo potest vti possess. de facto, non videtur lis sibi moueri, vt l. vim facit. ff. de vi, & vi arma. ad quod etiam allego, quia nihil commune habet proprietas cum poss. & sic ex vno nō arguitur ad reliquum, vt l. naturaliter. §. nihil cōmune. ff. de acquir. possess. & ideo cautela est, quando recipias promissionem defensionis, vt recipias promissionem, quod ille promittat dare pacificam possessionem non solum respectu possessionis, sed etiam iuris, & defendere tam in proprietate, quàm in possessione.

¶ Vndecimo principali articulo tractādum est,
76 quæ dicatur plena † possessio, & quis dicatur plenè possidere. Circa quod dicendum est, quod ille dicitur plenè possidere, qui possidet naturaliter, & ciuiliter: hoc enim denotat verbum plenum, quod de sui natura adiectione non indiget. 96. dist. cap. 1. in princ. 26. distin. cap. 1. ad quod vide, quæ dixi supra in Rubr. tract. 1. artic. 1. Alber. de Rosa. voluit, quòd pro plena possess. ciuilis, & non naturalis intelligeretur, ita dicit in l. raptores. C. de epis. & cler. refert Ang. in l. Iulianus. §. idem Iulianus. 2. ff. de rei vendic. subdens, quod de hoc habetur in auth. hoc ius porrectum. C. de sacrosanct. ecclesi. & in l. si ancillam. C. de act. emp. & vide, quod pleno iure possidere ecclesiam dicitur ille, qui tam in temporalibus, quàm in spiritualibus consecutus est possessionem. vide glo. in cap. conquestus, de foro compet. & Dominum meum in c. 3. de restit. in integr. & vide quæ dicam in sequen. artic.

¶ Duodecimo articulo tractandū est, quæ dica-
77 tur possessio vacua, seu vacans. † Circa quem artic. prosequar duas quæstiones; prima, an sit differentia inter vacuam, & vacantem possess. secunda, quę dicatur possessio vacans, seu vacua.

¶ Quo ad primam quidam, vt refert glo. 2. in fi. in l. fin. C. vnde vi. inter quos fuit Gofrec. videntur sentire, quod vacua posses. dicatur illa, quæ à nullo, nec corpore, nec animo retinetur: vacans verò dicatur possessio hæreditatis vacantis: sed prædicta glo. 2. in princ. tenet, quod non sit differentia inter vacuam, & vacantem possessionem, quod probat, quia possessionem, quam prædicta l. fi. appellat vacuam, tex. Instit. de vsu. §. quod autem. appellat vacantem, & prædictæ opin. videtur accedere Gofredus in tract. libellorum, super tit. de restit. spoliat. & etiam Specul. in tit. de restit. spoliat. §. 1. versic. item septimum, & versic. octauum. & Ioan. An. in addit. in d. vers. octauum, & mihi magis placet.

¶ Quo ad secūdam quæst. quæ dicatur possessio vacua, &c. tex. in l. 2. §. 1. ff. de contrahen. emp. dicit, quod vacua poss. emptori tradita non intelligitur, si alius in causa legatorū, fideiue commissorum causa seruandorum, in possessione est, aut creditores bona possideant, & idem dicendum, si uenter in possessione sit, quare licet omnes prædicti nō possideant, sed solum sint in posses. non tamen dicitur per venditorem vacua tradita poss. & ideo glo. in l. non idcirco. C. de fide instrum. dicit, quod poss. dicitur

citur vacans, seu vacua, quando alius non possidet, nec est in possessione, per l. 2. §. 1. & l. 3. ff. de contrahen. emptio.

¶ Sed aduerte, quia glo. latius examinat hunc art. in l. fi. C. vnde vi. vbi dicit, quod Vgolinus de porta Rauennata, Doctor Bononiensis, dixit illam vacuā esse possessionē, quæ licet animo retineatur, tamen non possidetur corpore. Quare si me absente, & solo animo fundum possidente, tu illius possessionem intrasti, & ego suspicans posse repelli non accessi, & hoc modo perdidi ciuilem possessio. quam animo retinebam, competit mihi remedium d. l. fi. C. vnde vi. quod datur contra occupantem possessionem vacantem. & idem tenuit Placen. glossator antiquus. Sed Ioan. glossator antiquus dicit, vacantem possessionem esse, quæ nec animo, nec corpore retinetur. glos. in dicta l. fina. finaliter concludit, quod vacua, seu vacans possessio dicitur, quæ à nemine possidetur animo, vel corpore, quod euenire potest, si sit relicta per longum tempus, vel propter obliuionem, quæ lōgo tem pore causatur. ff. de vsucap. l. furtum. vel propter absentiam, vel negligentiam domini. Instit. de vsu. §. quod autem. Vel quia aliquis sit priuatus propter inūdationem, vt l. Pomponius. ff. de acquirē. possessio. vel quia aliquis possessorem eiecit de posses. sed tamen illam non intrauit. ff. de vsucapio. in l. non solum. §. si dominus. & ad prædicta facit tex. Insti. de vsucap. §. quod vulgo. 2. Sed mihi in hoc articulo videtur sic dicēdum, quod aut nos quærimus de vacua possessione per respectum ad ipsam rem, & hoc casu requiritur, quod nullus possideat naturaliter, vel ciuiliter, nec etiam sit in possessione, & sic quod nullus etiam detineat, aliàs possessio non dicitur vacua, ita procedat l. fin. C. vnde vi. Aut nos quærimus de vacua posses. per respectum ad illum, qui ex natura contractus tenetur ad tradendum possessionem vacantem: & hoc casu requiritur, quod possessio sit vacua hoc modo, videlicet, quod is, qui tradit possess. possideat plenè, naturaliter, & ciuiliter, & sic, vt possit transferre in emptorem vacuam possessionem, ita quod nullus alius possideat, vel sit in possessione, etiam si esset detentor, vt puta, quia sit in posses. ex primo decreto causa custodiæ, & isto modo procedat l. 2. §. 1. cum l. sequen. ff. de contrahen. empt. & vide casum singularem in l. fistulas. §. 1. ff. de contrahen. emptio. vbi pupillus discedendo à fundo uendito per patrem suum, ei qui postea tutor decretus est, emptore possessionem intrante, dicitur possessionem uacuam tradere. quod intelligo, si nullus alius erat in possessione, nec possidebat, per d. l. 2. §. 1.

¶ Aduerte tamen, quia licēt res tradita debeat alteri seruitutem, non tamen propter hoc dicitur
78 non uacua, vnde venditor † vacuam dicitur tradere possessionem, quamuis aliquam debeat seruitutem realem, hoc singulariter voluit Bart. in l. 2. §. 1. ff. de acti. emp. per l. quod ad seruitutes. ff. de euict. & l. seruo legato. §. si fundus. & ibi Bart. eo. tit. tenet etiam Ioan. de Imo. in c. cum Io. infra de fide instru. Nota tamen, quòd licet in dicto casu dicatur tradi vacua possessio, non tamen dicitur tradita libera, & ideo pro maiori cautela notarij apponunt in instrumento, quòd venditor promisit tradere rem liberam, vacuam & ab omnibus expeditam: nam si solum doceret vacuam, venditor nō teneretur de euictione ratione seruitutis alteri debitæ, secundum Bar. & Ioan. de Imo. in dictis locis.

¶ Sed quæro circa prædicta, vtrum per mortem
79 omnium de collegio, alijs non subrogatis † possessio dicatur vacare. Sol. Bart. in l. 1. §. fi. ff. de acqui. posses. dicit, quòd sic, si loquimur in collegio seculari, per l. sicut. ff. quod cuiusque vniuer. nom. secus videtur esse in collegio ecclesiastico, quia ipsa ecclesia possidet. C. de sacrosan. eccle. in l. iubemus, in fi. & expressius in l. raptores. §. sin autem diaconissa. C. de episc. & cler. de quo dic vt dicam infra eo. c. 2. ar. 22. & c. pastoralis. art. 36. Similiter etiam per mortem possessoris iacente hæreditate possessio dicitur vacare, quia hæreditas non possidet, vt l. 1. §. Sceuola. ff. si quis test. liber es. ius. iue. quod intelligo, nisi ab alio fuerit occupata. vide quod dicam inf. eo. c. 2. art. 22. Sed per mortē prælati pos. non dicitur vacua, quia ecclesia possidet, & ideo successori, qui nunquam possidet, datur interdictū recuperandæ. facit quod no. in c. cum super. infra eo. & per Inno. in c. penult. infra de insti. & per Spec. in tit. de peti. & pos. §. 1. ver. sed pone, vacante. & vide quod dicā in materia interdicti recuperandæ, infra in titu. de restit. spol.

¶ Decimotertiò principali articulo tractandum
80 est, quæ dicatur pos. iusta, & quæ bonæ fidei. † circa quæ in primis vide quæ infra dicam in sequen. 14. princ. artic. in princ. Item præmitte pro intellectu istius articuli, verba vbi tex. in c. ius dictum. inf. de verb. signi. qui dicit, quòd ius dictum est a iure possidendo. hoc enim iure possidetur quod iuste, hoc vero iuste quod bene. ista fuit sententia Isidori in libro 5. Ethimolog. cap. 2. & reassumuntur per Augustinum, 14. q. 4. c. quid dicam. in fi. & intelliguntur prædicta de iure, quod competit priuato in aliqua re. nam idem Isidorus in dicto libro 5. c. 24. in prin. vbi loquitur de hæreditatibus, sic dicit. Res in nostro iure consistunt. iura autem sunt quæ à nobis iuste possidentur, nec aliena sunt. Res autem dicta est, à rectè habendo: ius à iuste possidendo. hoc enim iustè possidetur, quod iuste: hoc iure, quod bene. & quocunque modo non contra Deum, nec contra iura, res temporales acquirantur, iuste possidentur, vt ff. de acqui. rerum domi. per totum. Instit. de rerum diui. per totū. Spiritualia vero nunquam sine iudicis vel prælati superioris ecclesiastici auctoritate iuste possidētur, quinimo qui aliter occupat & qui tradit, sacrilegus reputatur, in cap. causam. in fi. infra de verb. signifi. & infra subijciam in proximo artic.

¶ Concluditur ergo iusta pos. quę iustè tenetur. Vnde qui auctore prætore possidet, iuste dicitur possidere, vt l. iustè possidet. ff. de acqui. posses. mul
81 tum enim operatur iudicis auctoritas, † quæ etiam quandoque facit valere actum qui alias nō teneret, vt l. 1. ff. quod falso tutore. & iudicis auctoritate excusatur quis ab infamia, qui alias non excusaretur, vt l. furti. §. iussu. ff. de infami. igitur iudice auctore possidens, dicitur iustè possidere. quod verum, si possidet seruato iuris ordine, vt l. meminerint. C. vnde vi. & l. non putauit. §. non quæ vis. ff. de contra tabulas. Quare satis esse videtur, quòd iuris ordo sit seruatus, licēt contra iustitiā iudex agat. Hoc ta-

tamen procedit in sententia diffinitiua, in qua defectus iuris etiam expertè agentis non operatur, vt possidens auctore prætore nō possideat iustè, dummodo iuris ordo sit seruatus, per l.cum putarem.ff. famil. ercisc. l.posthumus. §. si quis ex his. ff.de inoffi.testam. & est mirabile; quod licèt ille cui facta est restitutio iudicis auctoritate, sit malæfidei: tamē eius possessio dicitur iusta, vt singulariter dicit Bar. in l.Pomponius.§.si iussu.ff.de acquir. possess. versi. tertio paratu. per l.& generaliter.ff.de noxa. & idē etiam tenet Bart. in l.si finita.§.si de vectigalibus.ff. de dam. infec. Prædicta tamen procedunt, vt dixi, in sententia diffinitiua, secus est in decreto, quia ad
82 ipsius validitatem † non solum aptitudo, sed etiam rectitudo requiritur, alias propter iniustitiam agentis uitiatur, vt l.cum vero.§.subuentum.ff.de fideicommiss.liber. & l.1.§.hæc uerba.ff.ne uis fiat ei.& l. magis puto.§.penul.ff.de rebus eorum. & l.3. §.puberi.ff.de Carbo. edicto. & ratio differentiæ inter sententiam & decretum est, quia decretum imploratur officio iudicis, vt plenè no.in l.si finita.§.Iulianus.ff.de dam.infec.qui iudex ante oculos æquitatem habere debet, vt l.quod si Ephesi.ff.de eo, quod certo loco, & l.vbicunque. ff.de inter. actio. sed sententia profertur virtute actionis intentatæ, licèt etiam imploretur officium iudicis pro excommunicatione, ideo est maioris efficaciæ, facit quod habetur in l.Pomponius.§.si iussu.ff.de acquir. possess.& Insti. de offi.iudi.§.fi. Item facit, quia sententia diffinitiua fertur cum maiori solennitate, quia cum solennitate legis.l.1.& 2. C.de senten.ex periculo recitan. quæ solennitas non requiritur in sententia decreti: quam ob causam sententia est maioris potentiæ quàm decretum, secundum Bal.in l.iuste possidet.ff.de acqui. possess. & sequitur ibi Ioan. de Imo.

¶ Aduerte tamen, quia quod dixi, quòd non solum inrititudo, de qua non est dubium, sed etiam inrectitudo & iniustitia annullat dictum, procedit si modo sit iniustitia ex parte agentis, vt d.§.subuētum.sed si iniustitia sit ex parte conuenti, vel ratione rei in qua facta est missio, decretū est ualidum,
83 licèt sit iniustum, & missus in possessionem † rite vigore dicti decreti iuste dicitur possidere & præscribit, vt d.l.iuste. quare si verus creditor Titij mittitur in possessionem rerum Sempronij tanquam essent Titij, valet decretum, licèt Sempronius docto de iure suo restituatur, vt l.à Diuo Pio.§.si super rebus.ff.de re iudi. secundum Bart.in d.l.iustè.& isto modo debet intelligi glo.ibi, quæ dicit, quod ad validitatem decreti iudicis sufficit rititudo, licèt non sit iuste interpositum & prædicta procedunt si modo talis sit iudex competens saltem virtute prorogationis, alias non teneat, nec sentētia, nec decretum, vt l.1.& 2.C.si a non compe.iudi.& competeret restitutio, vt in c.2.& fi.supra de ordi.cogn. ad quod vide quæ dicam in materia restitu. spoliatorum, in materia recuperandæ, & quæ dicam in materia primi & secundi decreti, in titu. de eo qui mittitur in pos. causa rei ser. & quod dicam infra eo. in c.cum ecclesia.artic. 31.& 32.

¶ Item no.quòd illud quod dixi, quòd iuste possidet, qui auctore prætore possidet, procedit, siue quis sit missus in pos. per nuntium auctoritate iudicis, siue ipsemet ingressus fuerit possessionem iudicis auctoritate, qui fecit eum executorem in rem suam, vt traditur in d.l.iuste. Item prædicta procedunt, quando erat talis possessio, super qua concedenda prætor se iustè fundabat, secus si erat posses-
84 sio violenter occupata, † quia talis possessio etiam Principis rescripto confirmari non potest. quare si aliquis fuit ingressus violenter aliena castra, rescriptum à Principe impetratum super confirmatione non tenet, per l.si qua. C.de fundis & saltibus rei dominicæ, lib.undecimo, & l.auctoritate. C.vnde vi. & l.fin. C.si per vim vel alio modo. quod intellige secundum quòd ibi traditur, & vt traditur per Bal. in l.quæ ex relationibus. C.de leg. in princ. & sequitur D.Pon.in d.l.iustè. vide quod dicam in c. cum ecclesia Sutrina. inf.eo.art.32. & 33. Vlterius no.quod si præcedēte titulo reperior in pos. posses-
85 sio mea pręsumitur iusta, † quia videor illā habere ex præcedenti titulo, vt l.si a te.ff.si seruitus ven. & traditur in l.quædam mulier. ff.de rei ven. ad quod vide quæ dicam in c.pastoralis. infra eo.artic.38. & ideo pos.ciuilem, quæ habetur ex titulo, iura appellant iustam, naturalem vero iniustam, eo quòd vt plurimum, quod solum naturaliter occupatur iniustè occupatur, vt no.per glo.in l.si duo. ff.de preca. & in l.si duo.ff.vti pos.& ibi per Dy. & probatur in l.3.§.econtrario.ff.de acqui.possess. & ibi no. per Io. de Imo. Aduerte tamen, quia non sequitur, est naturalis, ergo iniusta, quia possessio naturalis quam habet feudatarius, emphyteuticarius & similes, est iusta. vnde quando dicimus, quòd est iniusta, arbitror intelligendum de pos.corporali, vel de naturali quæsita per occupationem alienæ rei. ad quod vide quæ dixi supra, art.4.& quod dicam in seq. artic.

¶ Postremò circa hoc primum membrum, quòd pos. dicitur iusta ad differentiam iniustæ & vitiosæ, de qua infra, seq.art.14.sicut & bonæ fidei possessio de qua statim dicam, dicitur ad differentiam malæfidei.

¶ Quo ad secundum membrum, quis dicatur
86 possessor bonæfidei. † tex. notabilis 34. q.2. cap.si virgo, dicit, quòd quis bona fide possidere tamdiu rectissimè dicitur, quamdiu se possidere ignorat alienum. Cum vero sciret, nec ab aliena possessione recesserit, tunc à malæfidei possessor prohibetur, tunc iuste iniustus vocabatur, ad idem tex. in l. bonæfidei.ff.de verb. signifi. qui dicit, quòd bonæfidei emptor videtur esse qui ignorat eam rem alienam esse, aut qui putauit eum qui vendidit ius vendendi habere, puta procuratorem, aut tutorem. tradit glo.pen.infra de pręscrip.& Inno.in c.quoniam frequenter.in finali colum.super uer. principali.supra vt lite non contest. vbi etiam dicit, quòd bonæfidei possessor dicitur, qui possidet iudicis auctoritate, & idem sentit in c.consultationibus. infra de iure patro. no.glo.penult. infra de offi. ordi. sed tu dic quantum ad hoc quod dicit de iudicis auctoritate, intellige & declara, vt dixi supra in præcedenti membro. Item dicitur bonæfidei possessor, si ex alia iusta causa possidet, vt no.glo. in c.de quarta, de præscrip. nec sequitur, hic non possidet cogitatione domini, ergo non est iustus, vel bonæfidei possessor, vt l.si seruus depositus.§.1. ff. de noxalibus. Item, qui credit tradentem dominum, & [illegible]

iuste

iustè recipere, bonæfidei possessor dicitur, vt l.3.ff. pro suo. vel qui cogitatione domini possidet, vt l. apud antiquos. C. de fur. & l. item ueniunt. §. cos. ff. de petit. hæred. quod in idem reincidit, secundum Ange. in d.l.3. & similiter qui rem alienam vendit etiam scienter dicitur etiam bonæfidei possessor, si modo habet causam à iudice iustè alienante, vt l. at si quis. §. 1. ff. de relig. & sump. fun. vbi est textus no
87 tabilis. Et no. circa prædicta, quòd omnis † possessor præsumitur bonæfidei, nisi probetur malæfidei per coniecturas, vel inditia, vt l. penult. C. de euic. & l. super seruis. C. qui mi. non pos. no. glo. fin. in c. sanctorum. infra de præscrip. & Bart. in l. Celsus. ff. de vsuca. Quidam tamen uoluerũt, quòd hoc procedat, si possessor habet titulum, ad quod vide supra eo. artic. ver. & si præcedente. sed tamen idem arbitror, si non ostendatur titulus, pro quo etiam facit, quia quilibet præsumitur bonus, vt in l. meritò. ff. pro socio. & in cap. 1. de scru. & quia regulariter non compellitur quis suæ possessionis titulum
88 ostendere, † de quo dicam in c. pastoralis. infra eo. artic. 41. prædicta tamen procedunt si non apparet antiquior possessor, secundum Barto. in l. fin. C. vnde vi. Item procedunt, si modo possessio nõ sit contra ius, per regulam, qui contra scru. de reg. iur. lib. 6. quod qualiter intelligatur, aliquid dicam in seq. art. & infra eo. c. penult. art. 41. & in tit. de præscrip.

¶ Vtrum autem erronea conscientia inducat bo
89 nam † fidem. Bald. in l. 4. C. de vsuc. pro emptore, dicit quòd sic, si errat in facto: secus si in iure, ad quod uide quæ dixi supra in rubrica in tract. 3. art. 5. versi. 4. principaliter requiritur. quæst. 1. quod tamen intellige, nisi super iure sint uariæ opin. famosissimorum Doctorum, quia talis error æquiparatur errori facti, secundum Ioan. And. in c. 1. supra de postu. præla. & per dom. Ant. in c. cum dilectus. de consuet.

¶ Prædicta tamen intelligenda sunt secundum quod singulariter tradit Bart. in l. sed si lege. §. scire. ff. de peti. hæred. & prout dicam in seq. artic. Item procedunt, nisi tale ius habeat obseruantiam in cõtrarium, ad quod uide quod dicam in seq. artic. & alia plurima ad materiam bonæfidei, dicam in tit. de præscrip.

90 ¶ Et no. quòd illa † possessio, quæ est iniusta à principio non potest ex post facto mutari, nisi extrinseca causa superueniente, vt l. clam possidere, & l. si de eo. §. seruum tuum. ff. de acquir. possess. sicut enim non potest quis mutare causam possidendi, vt l. 3. §. illud. ff. de acqui. possess. de quo latius dicam infra eo. tit. cap. penul. art. 42. ita nec mutare potest qualitatem possidendi. & hinc est, quòd quo ad qualitatem possidendi inspicimus originem, & nõ progressum. & ex hoc descẽdit sentẽtia Legistę, de qua in l. iustè. §. si possessionis. ff. de vsuca. & l. unica. C. de vsuca. trans. qui volunt quòd superuenientia malæfidei non impediat cursum præscriptionis. sed Canonistæ volunt contrarium in c. fi. infra de præscrip. & in reg. possessor malæfidei. de regu. iur. de quo dicam in tit. de præscrip. Et ex prædictis infer-
91 tur, quòd possessio clandestina † non efficitur violenta, licèt ille qui clam possidet, dominum postea venientem non admiserit, vt l. sequitur. §. penult. ff. de acqu. possess. & ibi per Ioan. de Imo. Aduerte tamen, quia illud quod dicitur, quòd consideratur initium, procedit quo ad personas nostras, & quantũ ad antecessores nostros, vt l. 3. §. scio. ff. de mino.

¶ Decimoquartò principali articulo tractãdum est, quæ dicatur possessio iniusta seu vitiosa, & qui dicatur iniustè & mala fide possidere, & quæ dica-
92 tur possessio affecta vitio reali. † Circa quem articulum in primis facias regulam, quòd ad considerandum qualitatem iustæ vel iniustæ, seu vitiosæ possessionis, aut bonæ vel malæfidei, inspiciendum est animus ipsius possidentis, non coloni, vel alterius. & ideo si colonus clam intrat domino possidente, non dicitur clam possidere. l. 1. §. si tibi fundum. ibi, non enim opinio tua, sed mea tenenda est, & l. vnde. §. item sciẽdum. ff. de itin. actuque priua. & in l. si mancipium. ff. de ędil. edic. Secundo aduerte, quia
93 quæ possessio iniusta, † seu uitiosa dicatur, potest sumi doctrina ex his quę dicta sunt in proximo pręcedenti artic. quoniam omnis ille qui propria auctoritate, nullo præcedente titulo, & sine possessoris aut iudicis licentia ingreditur possessionem, dicitur iniustè & malafide possidere. quicunque enim occupat quod scit alienum esse, dicitur iniustus & malæfidei possessor, Instit. de vsucap. §. quod autem. & ita potest intelligi quod tradit Guliel. de Cun. in l. 2. C. de seruit. vnde dicit quòd malæfidei possessor efficitur quis sola detentatione, quando non possidet cum titulo. quod intelligo occupando rẽ, quam debet verisimiliter scire ad alium pertinere, secus si verisimiliter crederet illam ad neminem pertinere: omnis enim qui scit, aut scire debet rem ad se non pertinere, dicitur malæ fidei possessor, vt l. item veniũt. §. cum antequam. ibi, item eos, qui bona fide inuasissent, cum scirent ad se nõ pertinere. & §. petitum. 1. & 2. ff. de petit. hæred. ibi, in ver. quid ego si scit. & si aliquis probatur antiquior possessor, præsumitur, quod sequens possessio sit iniusta, vt dixi in artic. præcedẽ. & probatur in cap. licet causam, de proba. no. Cyn. & Iac. Butrig. in l. 1. C. vti posiid. tenet Bart. consi. 80. quod incipit, in quęstione domini Cioli. & cons. 96. quod incipit, Mathiolus.

¶ Item si à precario possidente precarium reuocetur, possessio illa, quę prius erat iusta, donec habuit animũ domini, reuocato tali animo, efficitur iniusta, secundum Bart. in l. Pomponius. §. cũ quis. & §. si is, qui precario. ff. de acqui. poss. & vide quod infra subiiciam, & quod dicam de precaria possessione, infra eod. artic. 17. Sed aduerte, quod etiam
94 potest dici quandoque iniustus possessor, † qui auctore pętore possidet, secũdum ea, quæ dixi supra in prox. pręced. artic. in prin. Item dicitur possessor iniustus, & malę fidei, etiam si cũ titulo possideat, quod procedit, quando titulus est contra iura, quia qui cõtra iura mercatur, pręsumitur bonam fidem non habere, vt in regula, quicontra iura. de reg. iu. lib. 6. no. Innoc. in cap. 2. de restit. in integ. & in cap. dudum, de deci. & similiter qui nimis celeriter, non obseruata debita iuris forma, possessionem appręhendit: talis enim dicitur iniustus possessor, quia iure resistente intenditur. no. dom. Anton. in repet. cap. fin. infra eod. col. 36. versic. si verò. tradit etiam Dominus meus in cap. cum ecclesia, infra eo. vnde subdit, quod in seruitutibus præscribendis, quia quælibet

95 quelibet † res de iure gentium est libera, vt l. aquã. C. de seruit. non præsumitur bona fides, allegat no. per Bart. in l. 1. ff. de itin. actuque priu. & remittit ad not. per se in cap. si diligenti, infra de præscript. sed tu vide contra, in Rubr. tract. 5. artic. 10. & idem dicendum in beneficiis ecclesiasticis, quæ secundum canonicã institutionem obtineri non possunt, vt in c. 1. de reg. iur. lib. 6. vnde talium beneficiorum pos-
96 sessio absque legitimo titulo dicitur iniusta. † no. glo. fin. in clem. vnica, eod. tit. & glo. fin. in cap. contingit, infra de dolo, & contuma. Innoc. & Doct. in cap. in literis, de restit. spoliat. & facit cap. 1. de præscriptio. lib. 6.

¶ Aduerte tamen, quia id quod dixi, quod qui contra iura mercatur, præsumitur non habere bonam fidem, procedit, vt tetigi in præcedenti articulo, nisi super tali iure sint variæ Doctorum excellentium opin. facit etiam, quod leg. & no. in cap. ne innitaris, de constit. & in l. 1. & 2. C. de pœna iudic. qui malè iudi. & per Bal. in cap. 1. §. iudices, de pace tenen. & per Bart. in quæstione, quæ incipit, à sententia iudicis, qui per imprudẽtiam. nam tunc licet erretur in vero intellectu, tamen tanquam bonæ fidei possessor videtur præscribere, & hoc modo toleratur error in iure, vt no. Dominus meus in cap. penult. de donat. super glo. in verbo, præscriptione. & est bonus tex. in cap. cum dilectus, de consuet. facit etiam, quia variæ excellentium Doct. opin. hinc inde dubitationes inducunt, vt est tex. iuncta glo. in ver. dubitet, in cap. quia sæpe, de præbẽ. lib. 6. & no. Io. de Imo. & dom. Domin. in cap. cum in illis, eod. tit. & lib. & no. in cap. quoniam frequenter. supra vt
97 lite non contest. dubietas verò super † iure ęquiparatur dubietati super facto, secundum Bar. in l. pen. §. ad crimen. ff. de publ. iudic. col. fi. facit l. cum prolatis. ff. de re iudic. & l. non possunt. ff. de legibus. & l. cum de nouo. C. de legibus. & quod no. in prima constitutione Codic. §. quibus. & per glo. & Ioann. And. in cap. 1. de postul. prælat. lib. 6. & in cap. solet, de senten. excomm. eo. lib. Item procedit, quod supra dixi, nisi talia iura essent obfuscata per aliquam obseruantiam in contrarium. facit c. cum dilectus, de consuet. & quod supra tetigi in præceden. artic. no. Dominus meus in cap. de quarta, infra de præscriptio. super glo. fin. facit etiam, quod ipse not. in cap. penult. de donat. tenet Ioan. de Imo. in clem. 1. de rebus ecclesi. non alien. in glo. super ver. pecunia, & Innoc. in cap. 2. supra de restit. in integ. & Dominus meus in cap. dilecto, infra de pręben. in vlt. not. per l. quemadmodum. C. de agric. & censit. lib. 11. & per not. in l. iubemus. C. de sacrosan. eccles. facit etiam, quod not. in cap. cum venerabilis, de consue. 4. distinct. cap. denique. tetigi in cap. cum in ecclesiasticæ, infra de simo. in primo no. & in clem. statutum, de elect. tradit Pontan. in l. 1. §. si quis simpliciter. ff. de verborum obligat.

¶ Aduerte tamẽ, quia prædicta videntur intelligenda, secundum quod singulariter tradit Bart. in l. sed si lege. §. scire. ff. de petit. hæred. vbi dicit, quod
98 error † iuris nõ causat bonam fidem, sed operatur, vt non dicatur adesse mala fides, & ideo cũ ad vsucapionem exigatur titulus, vel iustus error, aut bona fides, vt l. Celsus. ff. de vsucap. merito errãs in iure non vsucapit, quia non est iustus error, vt l. nunquam, in princ. & in l. si fur. §. 1. & ibi glo. ff. de vsucap. sed prodest quo ad fructuum acquisitionem, vt dicit glo. in dicto §. 1. & Dyn. in regula, possessor malæ fidei, de reg. iur. lib. 6. & ratio est, quia quo ad
99 fructuum acquisitionem † non requiritur titulus; sed sufficit, quod absit mala fides, quæ dicitur abesse, vbi est error iuris, vt dicto §. scire. quod tamen procedit, vbi ius assistit, & non resistit. Exemplum, testamentum non solenne non valet, quia ius non assistit, vel in admittendo agnatum remotiorem ad successionem, quia lex sibi non assistit, sed tamen non resistit: his enim casibus, qui in tali iure errat, non præsumitur malæ fidei, vt dicto §. scire. nec etiam bonæ fidei, vt in dicto c. qui contra iura mercatur. Est enim quoddam medium inter bonam, & malam fidem, vt l. 1. & ibi glo. C. de acquir. poss. & l. 3. §. fi. ff. de acq. poss. & ibi glo. Bart. Io. de Imo. & Pōta. facit l. potest pluribus, eo. ti. & l. 2. ff. pro soc. & per Bar. & Doct. in l. naturaliter. ff. de vsuca. & quod no. in l. manifestissimi. §. sinautem nescius. C. de fur. & l. fin. ff. de condi. indeb. nam malę fidei possessor dicitur, qui scit rem alienam esse, non qui dubitat, vt l. penul. C. de euic. Secus si ius resisteret, quia tũc pręsumitur, vt dixi, habere malam fidem, nõ solum quo ad vsucapionem, sed etiam quo ad fructuum acquisitionem, vt dicit Bart. no. Dom. meus in d. c. dilecto. & in cap. si diligenti. de foro compe. col. 6. Sed aduerte, quia Bart. videtur velle, quòd error iuris non prosit ad vsucapionem, & tamen supra videtur velle contrarium, vnde intellige quod statim dixi, secundum Bart. quando error iuris non esset iustè & legitimè causatus propter varias excellentium Doct. opi. alias secus, & ex prędictis sequitur, quòd
100 ille qui emit † non interuenientibus solennitatibus, à iure requisitis, dicitur malæ fidei possessor, vt no. glo. in l. quod in libellum. C. de fide instrum. & iure hastę fiscalis, lib. 10. & ibi Ang. in repe. illius legis, in fi. quęstione. vnde emens a pupillo, vel ecclesia, sine solennitatibus requisitis, pręsumitur esse in mala fide, nisi aliquo modo sit admistus error facti, ad quod uide quod traditur per glo. Cyn. & Doct. in l. 3. C. de aucto. præstan. & l. 2. §. si à pupillo. ff. de vsuca. pro empt. & l. fin. C. de vsuc. Sed pone, quòd
101 aliquis † scit quòd potest peti restitutio aduersus contractum, factum per eum cum ecclesia, vel minore, vtrum dicatur habere iustum titulum, & bonam fidem. Sol. Dom. Ant. in c. Apostolicæ. de donat. dicit se alias dubitasse. & videtur quòd sic, quia talis habet iustum titulum, licet rescindibilem beneficio restitutionis. subdit tamen, quòd non audet hoc ponere pro constanti, quia contra hoc est vna lex, de qua dicit se non bene recordari. sed Ioan. de Imo. in d. c. apostolicæ, dicit quòd satis probatur, talem non esse bonæ fidei, per id quod habetur in l. in causæ. 1. §. interdum. cum l. sequen. ff. de minor. vbi videtur hoc apertè probari. nam ibi distinguitur, an quis sciuerit peti posse restitutionem, vel non. sed tu uide, quia in contrarium fortiter facit, quoniam deceptio in quantitate pretij, aut per similem modum non causat malam fidem, quamuis etiam sit casus propter quem ex tali deceptione detur restitutio in integrũ, vt est tex. notabilis, vbi hoc no. Ioan. de Imo. in c. 1. infra de resti. in integ. in vltimo notabili. Circa quod potes distinguere pro concordia

dia ex mente Ioan. de Imo. in d. c. 1. quòd aut deceptio fuit re ipsa, non ex proposito, seu dolo, & tunc non intelligatur possessor iniustus, nec malæ fidei, aut fuit ex dolo & ex proposito, & hoc casu dicatur possessor malæ fidei ratione doli.

102 ¶ Sed quæro circa prædicta, † vtrum sola denuntiatio, vel libelli oblatio, aut litis contes. faciat malæ fidei possessorē. & quid de fama in loco, quod res sit alterius. Sol. Pro decisione prædictorum quo ad materiam præscriptionis, vide quæ dicam infra in tit. de præscrip. Quantum vero ad materiam acquisitionis fructuum, vide quæ dicam in c. grauis. infra de resti. spol. Et no. quod stant ista simul, quod possessio dicatur iusta, quia ex iusto titulo, & tamē possessor dicatur malę fidei propter dolum, vel malam fidem quam habet, & adde quæ dixi supra in proximo præcedenti articulo, in fi.

103 ¶ Postremò, quia quotidie dicimus, quòd † vitiū reale afficit ipsam rem, & transit ad quemlibet successorem, secus est in quasi reali, vel personali.

¶ Quæro, quæ dicantur uitia realia, & quæ quasi realia, & quæ personalia. Quo ad primum, glo. in l. uitia, C. de acquir. posses. & in l. Pomponius. §. cum quis. ff. de acquir. posses. dicit, quod furtum afficit rem uitio reali, & idem dicit de vi expulsiua vel ablatiua, & idem tenet glo. in l. quod ipsis. ff. de regu. iur. & in l. bonę fidei. §. quod ipsis. ff. de acq. rerum domi. & Instit. de vsucap. §. furtiuæ. & §. meminisse. Similiter etiam res data præsidi contra legē Iuliam repetundarū, afficitur uitio reali, vt no. gl. prædictę. Ad illud tamen, quod dixi de vi expulsiua, vide, quod traditur in l. sequitur. §. si tu vi. ff. de vsucapio. & ex prædictis sequitur, quod si aliquis iniustè vendidit rem alienam mobilem, etiam si sit creditor, propter quam venditionem cōmitteretur furtum, esset vitium reale, secus si rem immobilē, vel quando per venditionem rei mobilis nō committeretur furtum, secundum Bart. in d. §. cum quis. per no. in l. 1. C. si de ven. pign. & no. glo. in d. l. vitia. Sed per vim compulsiuam res nō afficitur vitio reali, sed dicitur vitium merè personale; sed glo. Bar. & Doct. in dicto §. cum quis. & glo. in dicta l. vitia. & in dicta l. quod ipsis. per l. si vi. C. quod metus causa.

¶ Quid autem de possessione precaria, & clandestina, vtrum dicantur affecta vitio reali. glo. in d. l. vitia, & in dicta l. Pomponius. §. cum quis. & l. 1. C. de acquir. possess. referunt Rogerium, quod dicantur affectæ vitio reali. quam opinionem secuti sunt Vltramontani, per d. §. cum quis. propter copulatiuam ibi positam, quæ copulat rem vi, clam, & precario possessam. ad quod etiam facit d. l. Pomponius. §. ex facto. facit l. 1. in fi. C. de seruit. vbi ad eūdem effectū deducit rem, vi, clam, vel precario possessam. Sed virtus, & natura copulatiuæ est copulare vniformiter, & cum eadem qualitate, & natura de copulatis trahere ad naturam alterius. quare cū violentia ablatiua, vel expulsiua afficiat rem vitio reali: ergo, &c. & quod dicta sit natura copulatiuę,

104 † probatur in l. fi. §. cui dulcia. ff. de vino, tritico, & oleo leg. & l. Seiæ. §. Caio. ff. de fundo instruc. & instrum. leg. & l. quamuis. C. de impub. & aliis substit. facit etiam pro prædicta opinione, l. 1. §. 1. ff. quod vi, aut clam. & l. eum qui fugitiuum. ff. ad leg. Flauiam, de plagiar.

¶ Sed tu aduerte, quia quo ad possessionem clandestinam, gl. in d. l. vitia. dicit, quod non est vitium reale, & idem glo. & Doct. in d. l. Pomponius. §. 1. & glo. in dicta l. sequitur. §. 1. ff. de vsucap. & glo. in dicta l. quod ipsis, & in l. cum quærebatur. C. vnde vi. & Instit. de vsucap. §. qui autem. & quod dictum est de clandestina, dicēdum est de quasi violenta possessione, videlicet quando quis occupat vacuam possessionem, deinde venientem dominum non vult admittere, vt d. l. sequitur. §. penult. & ibi Bart. & per eundem in dicta l. Pomponius. §. 1. & idem tenent Cyn. & Bald. in dicta l. vitia. vbi dicit Bald. quod clandestinitas est vitium personale, & nō reale, per l. furtum. §. fin. cum l. sequen. ff. de vsucap. & ideo tali clandestino potest opponi exceptio dominij, vt est casus singularis, qui non est alibi, secundum Bald. in l. si de eo. §. fin. cum l. seq. ff. de acquir. possess. secus in violento possessore, contra quem agitur interdicto, vnde vi, qui non potest opponere exceptionem defectus proprietatis, vt l. si quis ad se fundum. C. ad leg. Iul. de vi. ad quod vide, quod latius dicam infra, in tit. de restit. spoliat.

105 ¶ Quantum verò ad possessionem † precariam, glo. in dicta l. 1. & d. §. cum quis. dicit, quod est iusta possessio, quia cum domini voluntate procedit, quod est verum, quamdiu durat domini voluntas, sed ea reuocata finit causa, quæ illam iustam reddebat, & ideo potest dici iniusta vitio quasi violentiæ, cum retineatur contra domini voluntatem, vt l. fi. 2. respon. ff. de precar. traditur in dicta l. Pomponius. §. cum quis, & dicta l. prima, & d. l. vitia. C. de acquir. possess. & per Bart. consil. 137. quod incipit, Reuerendo viro domino Butio. & ita est possibile intellexisse Rogerium, secundum Dyn. & Barto. in dicto §. cum quis. & Dy. & Cy. in d. l. 1. C. de acqui. possess. quod tamen procedit, secundum Bar. si ille, qui naturaliter precario possidet, nolens rem restituere, priuat dominum sua ciuili possessione, & illam trahit ad se, vt l. clam possidere. §. qui ad nundinas. ff. de acquirē. possess. quia tunc talis violentia afficeret rem vitio reali: sed si concedens rem precario tam ciuilem, quàm naturalem possessionem transtulisset in recipientem, quod fieri potest, vt d. l. Pomponius. §. si is qui precario. ff. de acquirē. poss. tunc si nollet restituere, non esset vitium reale, sed personale. facit, quod statim dixi de possessio. quasi violēta, & quia talis possessio est similis possessioni creditoris, vt d. §. si is qui precario. & ideo distinguendum, vt dixi de creditore vendente rem inuito domino, vtrum incidat in furtum, quia tunc, si in vitij furtum incideret, afficeretur vitio reali, per ea, quæ supra dixi in princ. & hæc de primo mēbro

¶ Quo ad secundum membrum, quæ dicantur

106 vitia † quasi realia, dic, quod si res sacra, religiosa, vel liber homo, aut seruus fugitiuus possideatur, talis possessio dicitur affecta vitio quasi reali. Instit. de vsucap. §. sed aliquando. & idem si res pupilli, fisci, aut dotalis, vel ecclesiæ alienetur contra legis prohibitionem, secundum gl. in d. l. quod ipsis. ff. de reg. iur. tradit Bart. in d. §. cum quis. & probatur in l. bonæ fidei. ff. de acq. rer. domin. & in l. cum vir. ff. de acquir. poss. & vide aliqua, quæ dixi de vitio reali, & personali, in tit. sacris, infra de sent. excō. in 19. principali artic. in secundo membro princip. 20. quæst.

¶ Quo

¶ Quo ad tertium, quæ dicantur vitia persona-
107 lia, † non est materia nostra, aliquid supra habui-
sti incidenter, videbimus in tit. de dolo, & contu. &
quomodo varios pariant effectus, vitia realia, quasi
realia, & personalia, potes videre in iuribus præall.
dicam latè infra, in tit. de præscrip.

¶ Decimoquinto principali articulo tractādum
108 est, quæ dicatur possessio violenta, † & qui dican-
tur violenter posidere. Circa quem articulum di-
cendum arbitror, quod qualitercunque quis occu-
pet poss. alterius per vim expulsiuā, vel compulsiuā,
possessio sua dicitur violenta, quamuis hæc inter se
differant, quia pro expulsiua, vel ablatiua competit
interdictum, vnde vi, vt ff. de vi, & vi ar. per totum.
& C. vnde vi, per totum. pro compulsiua verò com
petit edictum diui Marci, & actio, quod metus cau
sa, vt l. extat. ff. quod met. cau. Item differunt, quia
primo casu afficitur res vitio reali, secūdo verò casu
vitio personali, vt dixi in præcedēti articulo. & quia
de materia prædicta latius tractabimus in tit. de re-
stitut. spoliat. in materia interdictorum, vbi melius
conuenit, ideo hic omitto.

¶ Decimosexto principali articulo tractandum
est, quæ dicatur possessio clandestina, & qui dican-
109 tur clādestinè posidere. † Circa quem dic, quod
clam posidere dicitur, qui furtiuè ingressus est in
possessionem, ignorante eo, quem de iure, seu de
facto sibi facturum controuersiam suspicabatur, &
ne faceret timebat. facit l. furtum. ff. arborum furt.
cæsar. & l. prohibere. §. fin. cum l. sequen. ff. quod vi,
aut clam. Qui verò sciēte, aut volente eo, ad quem
ea res pertinet, aut aliqua ratione possessionem bo-
na fide nanciscitur, non dicitur clam posidere, vt
dicta l. clam. & sic si aliquis ad nundinas, vel ad aliū
locum proficiscitur, & alius possessionem illius oc-
cupat, clam dicitur posidere, vt l. clam posidere.
§. fin. ff. de acq. poss. Et aduerte, quia per ingressum,
quem quis facit in alterius possessionem, ipsius na-
turalis possessio, quam adeptus est, dicitur clande-
stina, & si reuertentem non admittit, talis posesio
naturalis, & ciuilis, quam acquirit, non admittendo
redeuntem, efficitur violenta, vt dicta l. clam posi-
dere. §. fin. cum l. seq. secundum Dyn. Iaco. de Are.
Oldr. Bar. & Doct. ibi, per l. sequitur. §. si tu vi à me.
ff. de vsucap. licet glo. aliud voluerit in l. non solum.
§. si dominus. ff. de vsucapio. per illum tex. ad quem
Bart. post Doct. respondet, quòd ibi non fuit com-
missa violētia, traditur etiam in l. 3. §. si quis autem.
ff. de vi, & vi arm. facit quod not. in l. seruus, in prin.
ff. de acquir. possess.

¶ Aduerte tamen, quia fortè posset attentari, ꝙ
illa poss. quam quis est ingressus alio absente, non
sit naturalis, sed corporalis. ad quod vide, quę dixi
supra, artic. 1. 2. & 5. Et nota, quod pro pluribus,
& diuersis modis, ac diuersis respectibus aliquid di
110 citur clam fieri. † Primo modo clam actum face-
re dicitur, qui taliter facit, quod ad notitiam eius,
cuius interest, peruenire nō potest. no. Bart. in l. 2.
C. de his, qui ex publ. ratiocin. lib. 10. tenet Ludou.
Pontan. in dicta l. clam posidere, in prin. Secundo
modo dicitur quis clam actum celebrare, quando
facit, non requisito eo, qui potest aliquo modo cō-
tradicere, secundum Bart. in repet. l. alio. ff. de alim.
& cib. leg. versic. quæro, an hæres, per dictam l. clam
posidere. Tertio modo dicitur clam fieri, si in illo
actu faciēdo requiritur superioris auctoritas, & illa
non interuenit, sed sine ea actus expeditur. no. glo.
in dicta l. 2. & Bar. & Pontan. in d. l. clam posidere.
Quarto dicitur etiam clam fieri actus, qui fit coram
duobus, vel tribus duntaxat, si ille actus sit talis, qui
publicè fieri consueuit, vt no. Bart. in dicta l. 2. per
l. fin. ad fin. ff. de ritu nupt. tenet Pontan. in d. l. clam
posidere. facit bonus tex. de pœnit. dist. 1. §. hæc au
tem sacramenta. tenet Inno. quem sequuntur Doc.
in cap. 1. infra de clandest. despon. & est bonus tex.
iunctis his, quæ ibi dicunt Host. Io. Andr. & Doct.
in cap. veniens, de sponsal.

¶ Et aduerte, quia si sciens seruū esse tuum, illum
emero ab alio, & cum clā eum posidere cœpissem,
postea de hoc te certiorem fecerim, nō ideo magis
clam posidere desino, vt in l. si de eo. §. penul. ff. de
acquir. poss. secus si à principio emisem bona fide,
credens illum esse venditoris, & demum cognoscēs
alienum esse illum celarem, vt à me peteretur, non
propterea dici debeo clandestinus posesor. no. Io.
de Imo. in dicta l. si de eo. §. penult. quia ad conside-
randum hanc clandestinitatem inspicitur initium,
vt dicta l. clam posidere, in princ. & d. §. penult. &
vtrobique per Doctor. ad quod vide, quod dixi su-
pra, artic. 13.

¶ Decimoseptimo principali articulo tractandū
est, quæ dicatur possessio precaria, & qui dicantur
111 precario posidere. † Circa quem dicendum est,
quod precaria possessio dicitur illa, quæ ex mera
liberalitate ad vtendum conceditur, à sola conce-
dentis voluntate dependens, vt l. 1. & 2. ff. de preca.
& in cap. fin. infra de precar. & talis poss. est iusta, do
nec concedentis voluntas perdurat: sed ea reuoca-
ta efficitur iniusta, vt dixi supra, artic. 14. in fi. & ideo
datur interdictum restitutorium, vt l. 2. ff. de preca.
& de materia latius dicam in tit. de restit. spoliat. in
materia interdicti precarij. residuum vero ad mate-
riam contractus precarij, seu precariæ, tractabitur
infra in tit. de precar.

¶ Decimooctauo principali articulo tractādum
112 est, quæ dicatur poss. longa. † Circa quem dicen-
dum, quod dicitur decem, & quādoque viginti an-
norum, decē inter pręsentes, & viginti annorum in-
ter absentes, vt l. 1. & fin. & per totum tit. C. de prę-
scrip. Instit. de vsucap. §. 1. glos. pen. in cap. pen. infra
de loca. ad quod vide glo. fin. in clem. 1. de reb. eccl.
non alien. & quod tetigi supra in Rubr. in 4. princ.
tract. artic. 1. versic. quo ad vltimum. & illud est re-
gulare. quandoque tamen dicitur longa possessio
etiam illa, quam quis tenuit per annum, vt est tex.
& Bald. in cap. 1. §. si inter. alias est cap. de consuetu-
dine rec. feudi, vbi ad inducendam præsumptionē
pro vasallo sufficit annalis posesio. & tamē tex. ibi
talem posessionem longam appellat. & conclude,
quod ratione subiectæ materiæ aliter, & aliter acci-
pitur hæc dictio, longum, & quādoque arbitrio iu-
dicis moderandum. ad quod vide glo. fi. in clem. fi.
de reb. eccles. non alien.

¶ Decimonono principali articulo tractandum
est, quæ dicatur breuis, momentanea, seu angusta
113 possessio. † Circa quem dicendum, quod breuis
dicitur ad differentiam longæ posessionis. Vnde
omnis posesio, quæ non est longa, regulariter di-

citur

citur esse breuis. facit quod no. glo. in ver. modicũ, in cap. 2. de rebus eccles. non alienan. lib. 6. & glo. in clemen. fin. de rebus eccles. non alienã. & ideo poss. biennij vocatur breuis, & angusta, vt l. 1. in princip. C. de vsuc. transfor. Quandoque verò dicitur anni vnius, vt tradit glo. in verbo, breuiori. in cap. 1. de vita, & honest. cleric. lib. 6. & in cap. quid per nouale, infra de verborum signif. & ibi per Io. And. Quandoque verò dicitur sex mensium, & vnius anni, & 18. mensium, dicitur tempus angustum. 3. quæst. 3. c. de induciis. Item quandoque dicitur breue tempus quatuor mensium. C. de vsur. rei iudic. l. eos. ff. de iudic. in l. si debitori. Quandoque duorum mensium, vt l. 2. C. de secun. nup. Quandoque triginta dierum. ff. de itin. actuque priua. l. 1. §. 1. & l. in contractibus. C. de non num. pec. & ibi gl. tradit etiam glo. in c. præterea, supra de ęta. & qual. Quandoque decem dierum. ff. de constitu. pecu. l. promissor. §. 1. Quandoque verò ad paucos dies refertur, traditur in cap. cum Bertholdus, infra de re iudic. & ibi per glo. & Hostien. Quandoque etiam breue tempus dicitur spatium vnius diei. C. de testamẽ. cum antiquitas. & l. hac consultissima. & postremò, & quandoque consideratur arbitrio iudicis. no. glo. in ver. celeri. in cap. fi. de loca. & glos. in verbo, modicum. in cap. 2. de rebus eor. lib. 6. & glo. fin. in clem. fin. de rebus eccles. non alien.

¶ Momentanea autem possessio dicitur, quando paruo tempore permansit, seu quando est paruo tempore duratura, vt dixi supra in primo notabili, & in glo. prima.

¶ Vigesimo principali articulo tractandum est, quæ possessio dicatur continua, & quæ discõtinua. Circa quem dic, quod possessio dicitur continua.
114 quæ nõn est interrupta, † seu interuallata, hoc est, quæ nullo tempore intermedio alium possessorem admisit, nec per alium casum, aut modum, per quẽ possessio amittatur, de quo in cap. penult. infra eo. artic. 42. non est interrupta, seu intermediata, aliàs autem si aliquis aliquo tempore possideret, deinde poss. amitteret, & illã demum reacquireret, non cõtinua, sed discontinua diceretur. ad quod videnda sunt, quæ latius dicam de probanda poss. continua, seu discontinuata, in cap. pastoralis. infra eo. art. 38. & aliqua tractabimus in tit. de præscript.

¶ Vigesimoprimo principali articulo tractandũ est, quid sit quasi possessio, seu quasi possidere. Circa quem articulum dic, quod quasi possessio di
115 citur † ad differentiam veræ possessionis: nam vera, & impropria possessio consistit in rebus corporalibus. ad quod vide, quod dixi supra, art. 7. quasi vero possessio consistit in iuribus incorporalibus, quæ propriè, & verè non possidentur, secundum Innoc. & Host. & Ioan. Andr. hic. & est tex. in cap. cum ecclesia Sutrina. supra eod. & ibi glo. & in l. sequitur. §. si viam. ff. de vsucap. & l. seruus. §. incorporales. ff. de acquir. rerum domi. & in l. si ędes. §. libertis. ff. de seruit. rustic. prædiorum. & l. 1. §. incorporales. ff. de rerum diuis. tex. & glo. super ver. quasi possessionem, in cap. conquestus. supra de fo. competẽ. & ibi tetigi, remittendo ad hic dicenda. & assignat ibi glo. rationem, quia possessio dicta est quasi pedum positio, vt l. 1. ff. de acquiren. possess. dixi supra, art. 1. sed incorporalia pedibus calcari nõ possunt. no. etiam in cap. querelam. supra de elect. & ibi per glo. super verbo, possessione. & in cap. præsentium, de testib. lib. 6. & in cap. Abbate, de re iudi. eod. lib. & per do. Anton. in repet. cap. fin. infra eo. & adde, quod dixi supra, artic. 8. In iuribus ergo incorporalibus non est dare veram possessionem, sed quandã intellectualem, seu interpretatiuã, vel impropriam possessionem, quæ appellatur quasi possessio, vt dixi. & quandoque etiam intellectualis appellatur, vt probatur in l. si ędes meæ seruiant, in fi. ff. de seruit. vrbanorum prædiorum. Quandoque dicitur veluti poss. id est quasi poss. vt l. quotiens, in fi. ff. de seru. ibi, interdum veluti possessoria. tradit dom. Anton. in repet. cap. fin. infra eod. versic. venio ad primum. quod dicit esse notandum pro statutis, in quibus dicta verba reperirentur.

¶ Sed quæro pro intellectu prædictorum, & in-
116 ferius dicendorum, quod sit subiectum † quasi possessionis. ¶ Sol. Secundum aliquos, quos hic referunt Innoc. & Ioan. Andr. dicendum est, quod subiectũ quasi possessionis est ipsum ius, quod quis habet, & ideo iura episcopalia quasi possident episcopi ratione sui iuris episcopalis, quod ipse habet. ius verò eligendi quasi possident canonici. Ius verò iudicandi quasi possident domini, vel rectores, aut officiales. & idem in similibus dicendum est. & sic sequitur, quod ratione iuris, quod quis habet, dicitur quasi possidere: quod probatur, quia si hęc iura non haberentur, non essent, & si non essent, non possent quasi possideri: quia, cum possessio sit accidens in re, non potest stare sine subiecto: subiectum verò ipsius non potest esse ius corporale, ad quam tale ius applicaretur, quia tunc nõ esset quasi possessio, sed vera possessio: & sic videtur necessariũ dicere, quod ipsum ius, quod competit alicui, sit subiectũ ipsius quasi possessionis. & ista fuit opi. Azo. quam refert Goffr. in libellis, in tit. de confess. & negatoria, vbi refert hanc quęstionem fuisse Bononiæ de eo, qui spoliatus fuerat iure colligendi pedagium, quam refert Specul. in tit. de restit. spoliat. §. nunc dicamus. versic. item in multis aliis materiis. & Bar. in l. 3. §. vnde vi. ff. de vi, & vi arma. vbi refert, quod causa fuit commissa Abbati sancti Stephani de Bononia, qui pronunciauit contra opinionem Azo. & ratio decisionis potest assignari duplex; prima, quia secundum opinionem Azonis permisceretur possessio cum proprietate: si ratione iuris, quod quis habet, diceret habere quasi possessionẽ, contra l. permisceri. ff. de acquiren. possessio. Secundò, quia si vera esset opinio prædicta, quòd non esset quasi poss. sine iure, sequeretur, quod in iuribus incorporalibus non procederet præscriptio, quod est falsum, & contra c. inter dilectos, de fide instru. & infra de prescript. cap. in multis. dicit tamen do. Anton. quod prædicta opinio potest procedere in iuribus personalibus, vt sentit Innoc. in cap. in literis, infra de restit. spoliat. in prima glo. magna, in fi. vbi dicit, quod licet quis dicatur quasi possidere actionem, tamen talis quasi possessio non competit nisi illi, cui alias competit de iure actio, quia aliter non agit suo nomine, & si alieno nomine agit, non quasi possidet. Sed tu dic, quod prædicta dicitur quasi possessio impropriissima, nec potest appellari quasi possessio, vt dixi supra, artic. 8. ad quod

tamen

tamen vide not. quod dicam infra eod. cap. 2. artic. 23. & 25. Vel potest saluari opinio Azo. in iuribus realibus, in quibus ius commune resistit possessori, nisi ex causa iusta, vt in quasi possessione liberi hominis, in quo non datur quasi possessio, nisi actualiter, & extrinsecè causa intercedat, non tamen exigitur vera validitas causæ, vel iuris, vt infra de restit. spoliat. c. ex conquestione, & c. ex parte M. & quod ibi no. facit l. 2. §. quædam. ff. de interdic. si verò ius non resisteret quasi possessioni, talis quasi possessio posset haberi etiam sine iuris concursu. Alij verò dicunt, quod subiectum ipsius quasi possess. est ipsum exercitium iuris: & ideo exercitium, seu vsus, vel actus eligendi est, quasi posses. iuris eligendi: & similiter exercitium, & vsus iuris præsentandi est quasi possessio ipsius iuris præsentandi. & eodem modo exercitium, & vsus iuris iudicandi, est quasi possessio iuris iudicandi, quare cum dicitur: ego sum in quasi possessione iuris eligendi, vel præsentandi, &c. debet intelligi, & exponi, idest exercitij, & actus eligendi ratione iuris. Quidam verò voluerũt & tertio, quod quis potest habere quasi possessionem alicuius iuris, licet ipse non habeat illud ius, quia licet ipse illud ius non habeat, tamen alius potest habere: & posito etiam, quod nullus alius habeat, tamen in genere, & aptitudine, & in rerum natura posset aliquid habere: & sic saltem habitu est aptum haberi, secundum Innoc. Hostiẽ. & Ioan. Andr. hic. sed prædicta opinio non placet dom. Anton. in repet. cap. fin. infra eo. col. 4. versic. tertia est opinio. mouetur, quia quasi possessio in iuribus est penes ipsum vsum iuris, quia talis vsus pro traditione habetur, vt l. quotiens. 1. ff. de seruit. Præterea si consideraremus ius in habitu, cum ipse habitus sit continuus: ergo quasi possessio esset cõtinua: sed consequens est falsum, per l. seruitutes. la finale. ff. de seruit. ergo, &c.

¶ Aduerte, quia iste articulus est subtilis, & valde difficilis, in quo Doct. satis obscurè loquuntur, quamuis pro posse eorum intentionem declarauerim. & pro prædicta vltima opinione videtur facere tex. in l. qui fundum. ff. quemadm. seruit. amit. ibi, si ita in suo aditu possessus in ius, scilicet seruitutis non deperit: & tamen ibi loquitur de seruitute itineris, quæ habet causam diffinitiuam. Bart. verò in dicta l. 3. §. vnde quæritur. ff. de vi, & vi arma. dicit, quod in rebus incorporalibus quasi possessio non est aliud, quàm vsus quidam tanquam habentis ius cum patientia aduersarij, vt l. quotiens. 1. ff. de seru. & l. 3. §. donec. ff. de vsufruc. & l. 1. in fi. ff. de seruit. rustic. prædior. quia nihil prohibet, quod ego vtar fundo tuo tanquam habens ius, licet illud non habeam. Idem tamen Bart. clarius loquitur in l. ait prætor. §. 1. ff. ex quib. caus. maior. nam cum tex. ibi dicat, vel vsusfructus quasi possessionem amisit, opponit Bart. quod vsufructuarius possidet rem verè naturaliter, vt l. naturaliter. ff. de acquir. poss. ergo ille tex. d. §. 1. qui dicit de quasi possessione, non videtur bene dicere. Sed Bartol. respondet, quod in vsufructuario debemus duo considerare, primo rẽ corporalem, cuius habet vsumfructum, & illam verè, & naturaliter possidet, vt dicta l. naturaliter. Item debemus cõsiderare ipsum ius vsusfructus, & istud ius quasi possidetur ciuiliter, cum vera possessio in eo non cadat, cum sit incorporale, vt supra dixi: & ita intelligitur text. in dicta l. ait prætor. §. 1. iuncta glo. dum dicit, quod ius vsusfructus quasi possidetur. facit l. si plures. §. 1. ff. de vi, & vi arm. & l. fin. ff. vti possid. facit etiam l. 3. §. si inter riuales. ff. de aqua quotid. & ęsti. & quod no. in l. naturaliter, in princ. ff. de acquir. possessio. nec est verum, quod dicatur quasi possidere ius dominij, quia sic permisceretur quasi possessio cum proprietate, contra l. naturaliter. §. nihil commune, & l. permisceri. ff. de acq. poss. Est enim aduertendum, secundum Bartol. quod in corporalibus nihil aliud est, quàm aduersarij patientia, vt l. quotiens. ff. de furtis. & ideo ad habendum quasi possessionẽ, requiritur, quod dominus sciat quem vti, vt l. 2. C. de seruit. vnde concludit Bart. quod quantum ad extraneum non potest quis dici quasi possessor iuris, quia eius patientia non tribuit quasi possessionem, cum illam non possit concedere, sed separata est huiusmodi quasi possessio, & vsusfructus, vt d. l. permisceri. sed respectu domini potest dari quasi possessio iuris, ita dicit debere intelligi d. l. ait prætor. §. 1. facit l. arboribus. §. vsufructuarius, & sequen. ff. de vsufruc. & idem per illam glo. dicit Bart. in d. l. naturaliter, in prin. vbi dicit, ꝙ talis quasi possessio nihil aliud est, quàm patientia: quare agendo contra dominum potest dici quasi possessor vsusfructus, seu ipsius iuris fruendi, &c. ciuiliter, & naturaliter, vt d. l. ait prætor. §. 1. & l. si is plures. §. deiectum. ff. de vi, & vi ar. Sed cõtra alium non dominum non potest dicere nisi de possessione rei, quam rem solum naturaliter possidet, & idẽ in cæteris seruitutibus, vt sentit gl. parua, super ver. vti, in l. sicuti. §. Aristo. ff. si seru. ven. Vnde alius nõ potest me turbare in quasi possessione iuris, quod est bene notandum, secundum Bart. & sic pro turbatione, quam alius faceret, non potest agere interdicto, vti possidetis. sed hoc non placet Bal. in d. l. naturaliter, in princip. quia secundum eum, si alius vellet vti re tanquam vsufructuarius, turbat vsufructuariũ in sua quasi possessione vsusfructus, negando ipsum possidere, & se esse vsufructuarium, ideo debet competere contra eum interdictum, vti possidetis. allegat infra de probatio. licet. & l. fina. ff. vti posid. & eandem opinionem tenet Bald. in d. l. ait prætor. §. 1. vbi dicit, quod non solum respectu domini, sed etiam respectu omniũ dicitur quasi possidere, quia omnes tenentur sinere eum vti, & ideo respectu omnium hæc interpretatiua quasi possessio dicitur haberi: sed posset saluari opinio Bart. dicendo, quòd in dictis iuribus competit interdictũ, vti possidetis, ratione naturalis possessionis, quam habet iure vsusfructus, secundum Ioan. de Imo. in dicta l. naturaliter. qui dicit, quòd fortè de iure satis potest defendi opinio Bal. quia licet quis habeat quasi possessionem vsusfructus per patientiam domini, tamen pur verum est dicere, quod ipse est in quasi possessione ipsius iuris, ideo debet sibi opitulari contra quemcunque, sicut dicimus de possessione, quę habetur per traditionem ab vno factam, quæ prodest quo ad alios. Sed prædicta opi. mihi placet; ad cuius declarationem aduerte, ꝙ quandoque quis acquisiuit seruitutem, vel aliud ius corporale, à domino ex aliquo titulo habili ad transferendum dominium, & huic datur confessoria directa

recta ratione dominij illius iuris, vt latè dixi supra in Rubr. tract. 5. artic. 4. Item datur quasi interdictum, seu vtile interdictum ratione quasi possessionis, vt latè dicam infra de restit. spoliat. in materia interdicti recuperandæ, & tuendæ possessionis; si verò tale ius recepi à quasi domino, respectu illius iuris, datur mihi pro tali iure publiciana, vt dixi supra in Rubrica, tract. 3. artic. 4. versic. 2. Vel datur mihi vtilis confessoria ad exemplum publicianæ, vt dixi in dicto 5. tract. artic. 4. prope princip. & etiam hoc casu competit interdictum, vt dixi pro quasi possessione. si verò recepi ab habēte vtile dominium, datur mihi vtilis confessoria, vt dixi supra, in Rubrica. Si verò tali seruitute, vel iure incorporali vtor bona fide, & per turbationem alterius non possum vti, datur mihi solummodo interdictum ratione illius quasi poss. ad quod tamen vide, quod dicam infra de restit. spoliator. in materia interdicti tuendæ, vel recuperandæ possess. Et ex prædictis patet, quod ius, hoc est dominium, vel quasi vtile dominium ipsius seruitutis, & iuris incorporalis distinguitur à quasi possessione illius iuris. facit quod no. Petrus in l. 1. ff. de acquir. poss. vbi formaliter dicit; satis credo, quod quis rem, in qua habet vsumfructum, naturaliter possideat, dixi supra, artic. 4. Suum verò vsumfructum possidet ciuiliter, & naturaliter, quia quemadmodū est ponere veram pos-
117 sessionem † ciuilem, & naturalem in rebus corporalibus, ita etiam possumus ponere verā quasi possessionem ciuilem, & naturalem in seruitutibus, allegat glo. in l. 1. §. 1. ff. ex quibus causis maio. & illam glo. etiam allegat Cyn. in l. 1. C. vti possid. vbi dicit, quod non est alia glo. in mundo. Sed Bart. in l. naturaliter, in prin. ff. de acquir. poss. allegat aliam glo. in l. si plures. §. deiectum. ff. de vi, & vi arma. sed ego non habeo illam glo. Item allegat glo. super verbo, possessionem. in l. fi. ff. vti possid. intelligēdo, quod cum glo. ibi dicit, possidet suum vsumfructum, intelligamus scilicet naturaliter, & ciuiliter. illa tamen glo. loquitur de possessione rei corporalis, in qua quis habet vsumfructum: sed tamen communis
118 opinio est, quod etiam vsufructuarius, † respectu ipsius iuris dicatur habere ciuilem, & naturalē possessionem, licet glo. in princ. in l. naturaliter. §. nihil commune, aliud senserit. idem voluit Bart. in l. 1. in princ. ff. de acquir. poss. versic. quæro, quid de quasi possessione. vbi cōcludit, quod etiam in quasi possessione rerum corporalium sit dare ciuilem, & naturalem possessionē: vnde illa quasi possessio, quæ parit vsucapionem, est ciuilis: Illa verò, quæ parit retentionis effectum est naturalis: nam illa est possessio ciuilis, quæ parit obligationem, & vsucapionem, vt l. 1. & 2. ff. de vsucapio. & l. 1. §. Aristo. ff. de aqua quotid. & æsti. & l. 1. in fi. de aqua pluuia arcen. & fundus ipse, cui præstatur seruitus realis, dicitur præscribere, vt est tex. not. in l. qui aliena. §. fin. ff. de negot. gest. ad quod vide, quod dixi supra, in Rubr. in 5. tract. artic. 8. iuncto artic. 11. & ideo, quia fundus præscribit, si non habet causam continuam, nō præscribit nisi tanto tempore, de quo memoria nō existit in cōtrariū, ex quo fundus non habet animū continuandæ poss. secundum Bart. in l. 1. in princ. ff. de acquir. pos. versic. quæro, quid de quasi possess. Aduerte, quia ista videtur res mirabilis, quod qui non habet animum præscribat, cum sine possessione præscriptio non procedat, vt l. sine possessione. ff. de vsucap. sed fortè dici potest, quod quasi possidet mediante exercitio, & vsu domini fundi. dicam infra, in tit. de præscrip.

¶ Sed redeundo ad verba Bart. dicit ipse, quod illa quasi possessio, quæ parit effectum retentionis, est naturalis, seu corporalis, quia nullus animus requiritur, vt l. qui fundum. ff. quemadm. seru. amitt. & l. 1. §. fuit quæsitum. ff. de aqua quotid. & æsti. & ratio est, quia tales seruitutes reales debentur fundo, & retinentur à fundo: & ideo sufficit, quod aqua per se fluat: & sic sequitur, quod quasi possessio iurium, & rerum incorporalium distinguitur inter quasi possessionē ciuilem, & naturalem, secundum Bart. sed Iac. de Rauen. in l. 1. in princ. ff. de acq. pos. & Guil. in l. licet. C. de acquir. possess. dicunt proba-
119 biliter posse substineri, quod vsufructuarius † nō possideat ipsam rem, per l. 1. §. penult. ff. de acquir. poss. & per l. acquiritur. §. fin. ff. de acquir. rer. domi. & Instit. per quas person. nob. acquir. §. sed bonæ fidei, & l. certè. §. is qui. ff. de precar. non obstat secundum eos, l. 3. §. vnde vi. ff. de vi, & vi arma. vbi datur interdictum fructuario vnde vi, quia dicunt illud procedere non ex eo, quia possideat ipsam rem, sed quasi possidet ipsum vsumfructum, vt supra dixi: sed vt dixi, cōmunis opinio est in contrarium, pro qua facit, quia in d. §. vnde vi. simpliciter dicitur, quod datur interdictum, vnde vi: ergo intelligitur de directo, argum. l. 1. §. qui in perpetuum. ff. si ager vectig. vel emphyt. petatur. sed secundum Iaco. & Guil. deberet dari solum vtile, sicut datur pro quasi possessione iurium incorporalium, vt l. penultima. ff. de seruitutibus.

¶ Sed aduerte, quia idem arbitror respectu annuæ, vel menstruæ præstationis census, qui præstatur in signum subiectionis, vel fidelitatis, quā quasi pos. Bal. appellat incorporalissimam. tetigi supra, artic. 1. ver. & aduerte, quia possessio incorporalissima, & etiam artic. 2. prope finem, quia respectu iuris potest agi confessoria, vel negatoria, vel publiciana, aut quasi vtili rei vendicatione, sed respectu quasi possessionis illius iuris potest intētare interdictum, vt dixi supra. tradit Dominus meus in c. querelam, suprà de elect. in glo. super verbo, per multa tempora. & Bald. in l. 2. C. de seruit. versic. & no. quod in cap. bonæ, col. 9. & vide quod dicam infra eod. in tit. de restitu. spoliat. in materia recuperandæ quasi poss. & etiam ad declarationem prædictorum vide, quæ dicam infra eod. cap. 2. artic. 23. & 25.

¶ His igitur sic discussis, & examinatis poteris melius intelligere diffinitionem quasi possessionis.
120 Vnde quæro, qualiter diffiniatur quasi † possessio.

¶ Sol. Dicit Ang. in l. 1. ff. de acq. pos. quod quasi possessio est quædam potentia deducendi in exercitiū ipsa iura quasi possessa, quæ aderant quasi corporibus. & hanc diffinitionem dicit colligi ex verbis Inno. hic positis, de quibus dixi supra. & ideo dixit de corporibus, quia quādoque seruitutes adhærent ipsis rebus, vt l. 2. ff. de seruit. & sequitur Io. de Imo. in dicta l. 1. ff. de acq. posses. mihi verò non placet prædicta diffinitio: quare ego sic describo, quod quasi possessio est ius quæsitum in rebus incorporalibus, quo mediante quis iuris sibi debiti vel

vel quasi, seu vtiliter debiti, vel alio modo acquisiti exercitium, seu vsum habet ex patientia, seu absque impedimento alterius, aptum quandoque ad producendum interdictum quasi possessorium, & ad acquisitionem ipsius iuris, & omnium, quę sequũtur ex tali iure, quod cũ quasi possessione creatur, & finitur. Verbum, ius, declara per ea, quæ dixi supra, art. 1. & quod dixi de rebus incorporalibus, ponitur ad differentiam corporalium, quoniam illa possidentur verè, non autem quasi possidentur, vt dixi supra, art. 8. Verba autem, quę sequuntur, quo mediante quis iuris sibi debiti, &c. dixi ad denotãdum, quod quasi possessio non solum operatur, quando est constituta ex aliquo titulo à vero dominio, vel quasi, seu vtili dominio, sed etiam quando est quæsita ex solo vsu, & exercitio cum bona fide, per ea, quæ supra dixi. Deinde subiunxi, ex patientia absque patientia alterius, & non dixi solius domini, vt comprehenderem non solum opinionem Bart. sed etiam Bal. qui voluit, vt supra dixi, non impedire talem quasi possidentem vti quasi possessione sua. Deinde subiunxi, aptum quandoque ad producendum interdictum quasi possessorium, per ea, quæ supra dixi, quod pro turbatione facta in tali quasi poss. competit interdictum tuendæ, & etiam quandoque recuperandæ quasi possessionis. de quo latè dicam de restitutio. spoliator. in materia interdicti, vti possidetis. Quare autem subiunxerim reliqua verba, collige ex his, quæ dixi supra, in primo articulo, in mea diffinitione, quam ibi posui.

SVMMARIVM.

1 *Iudex laborare debet quantum potest, vt parcatur laboribus partium.*
2 *Iudex supplet ex officio ad vtilitatem priuatorum.*
3 *Commixtio ius conseruans, & partibus proficiens admittitur.*
4 *Allegationes iuris etiam post conclusionem in causa fieri possunt.*
5 *Possessorium licet habeat priuilegium, vt expediatur ante petitorium, hoc tamen non est de substantia ordinis iudiciarij.*
6 *Allegare ius ciuile, quando licitum sit in foro ecclesiastico ad decisionem causarum.*
7 *Possessorij, & petitorij causa, an debeat simul cumulari.*
8 *Possidere, & possessionem quærere, an quis per se possit, vel per alios, & per quos.*
9 *Permissus quilibet intelligitur, qui non est expressè prohibitus.*
10 *Possessio non transit in hæredem, nisi per eum apprehendatur, cum sit facti.*
11 *Hæreditas quomodo possidere dicatur.*
12 *Statutum puniens furem, an extendatur ad expilatorem hæreditatis.*
13 *Capitulum an vacante ecclesia dicatur possidere.*
14 *Prælatus nouus, licet nunquam possederit, tamen agere potest possessorio recuperandæ.*
15 *Vniuersitas secularis an vinctib. illis de vniuersitate dicatur res ad vniuersitatem pertinẽtes possidere.*
16 *Furiosus, & mente captus nec possidere, nec per se possessionem quærere possunt.*
17 *Infans an & quo casu possidendi animũ habere possit.*
18 *Pupillus proximus pubertati, an sine tutore possessionem quærere possit. & per quem, & quomodo, numero 19.*
19 *Dormiens an possessionem acquirere posit pro se, vel pro alio, num. 20.*
21 *Ignorans possessionem per se non acquirit, licet adeptam retineat.*
22 *Errans non acquirit possessionem, & quare.*
23 *Possessio rei furtiuæ nobis per seruum non quæritur.*
24 *Animus incongruè adhibitus circa possessionis acquisitionem, reducitur ad congruitatem.*
25 *Possessus ab alio non potest possidere.*
26 *Possidere non possunt, qui in hostium potestate sunt.*
27 *Monachus nec vestem suo nomine possidere dicitur.*
28 *Possidere quilibet potest, qui non est expressè prohibitus.*
29 *Interdictum recuperandæ, non competit nisi possessori.*
30 *Possessionem acquirere, & possidere, an per alios valeamus.*
31 *Possessio regulariter nobis acquiritur, sicut dominiũ, cum ciuiliter, & naturaliter possidemus.*
32 *Equus currens ad brauium, qui, deiecto ragatio, primus ad metam peruenit, debet habere brauiũ.*
33 *Procuratorem inhabilem, an quis constituere possit cum potestate substituendi.*
34 *Seruus potest præiudicare domino in quærendis.*
35 *Possessionis acquisitio non fit per seruum, qui non possidetur.*
36 *Seruus communis, cui acquirat.*
37 *Seruus putatiuus bona fide possessus an domino acquirat.*
38 *Seruus vsufructuatus, cui acquirat.*
39 *Seruus vsuarij, an & quomodo acquirat domino. Quid in seruo hæreditario. num. 40. 42. 43.*
41 *Asinus intumescit, si per comparem se videt apprehendi.*
44 *Possessio an per seruum fugitiuum domino quæratur.*
45 *Decennium inter præsentes sufficit in præscribenda libertate.*
46 *Furtum regulare, & irregulare.*
47 *Possessio, an per seruum alienum nobis quæri possit.*
48 *Possessio, an per monachum monasterio quæratur.*
49 *Monachus ęquiparatur seruo, vel filio, prout vtilius est monasterio.*
50 *Possessio, an per filiumfamil. patri quæratur. nu. 52.*
51 *Filiusfamil. olim & hodie, cui quærebat.*
53 *Possessio, an per procuratorem nostrum nobis quæri possit. Et quid si sit falsus procurator, numero 54. & 55.*
56 *Ignoranti non acquiritur vsucapiendi conditio.*
57 *Dominium acquiritur per procuratorem, domino etiam ignoranti.*
58 *Nuncius, an acquirat possessionem mittenti.*
59 *Possessio, an per negotiorum gestorem domino quæratur. An per tutores pupillis. 60. An per prælatum ecclesiæ. 61. An per Tirannum ciuitati. 62.*
63 *Possidere quis possit, & per quos possidere possimus.*
64 *Possideri, quæ res possint.*
65 *Donans, legans, vel vendens possessionẽ rerum suarum, an intelligatur solum de immobilibus, vel etiam de mobilibus.*
66 *Res sacræ & religiosæ, nec à sciente, nec ab ignorante possideri possunt.*

Homo

67 *Homo liber ab ignorante possideri potest.*
68 *Iudex secularis non cognoscit etiam incidenter de causa spirituali.*
69 *Locus incertus ratione loci, & quotæ possideri non potest.*
70 *Pars certa sumi potest pro diuiso, & pro indiuiso.*
71 *Incertitudo loci quando noceat, & quando non.*
72 *Rem ab alio possessam, an & quomodo possidere possimus.*
73 *Res quæ quasi possideri possint.*
74 *Præstationes personales multiplices sunt.*
75 *Possessorium ratione vsus datur in iuribus habentibus causam discontinuam.*
76 *Possessio vera datur in iuribus, quæ dantur in personam, vel ad rem, si habent in se dominium, vel eius partem.*
77 *Vsusfructus est aptus cadere in pati propter nudam proprietatem in alio residentem, qui tenetur pati vti frui.*
78 *Canonicus an habeat quasi possessionem iuris canonicalis.*
79 *Libertatem quis potest in se sibiipsi quasi possidere.*
80 *Rem eandem an plures possidere possint, vel quasi. & num. 81. vbi declaratur. §. ex contrario. l. 3. de acq. poss. & num. 82. & 86.*
83 *Emphyteuta, & feudatarius non ciuiliter, sed naturaliter possident.*
84 *Possessio ciuilis potest esse penes vsufructuarium, respectu iuris sui vsusfructus.*
85 *Possessio, & animus possidendi differunt.*
87 *Impossibile secundum naturam non potest per fictionem induci.*
88 *Rei duo credendi constitui possunt etiam in obligatione, qua re contrahitur.*
89 *Prohibito vno, id etiam censetur prohibitum, per quod peruenitur ad illud.*
90 *Possessio sola ciuilis absque naturali causat fructuum acquisitionem. & num. 92.*
91 *Possidendi animum, an quis per decennium amisisse in dubio videatur.*
93 *Possidere duo in solidum non possunt ciuiliter. nu. 97.*
94 *Possidere naturaliter eandem rem in solidum, an plures possint.*
95 *Portio incerta ratione loci, & quota, non potest possideri.*
96 *Possessio naturalis, cuius naturæ sit.*
98 *Possessio rei corporalis, & possessio iurium, an differant.*
99 *Possessiones possunt esse penes plures in solidum.*
100 *Quasi possessio an possit haberi à duobus, vel pluribus in solidum respectu eiusdem rei.*
101 *Iurisdictio an possit esse penes plures in solidum, & eius quasi possessio quomodo habeatur. num. 102.*
103 *Pedagium percipiendi ius, an pluribus competere possit.*
104 *Detentatio, an penes plures insolidum esse possit.*
105 *Possidere, an quis eandem rem ex pluribus causis possit. vbi ponitur regula affirmatiua, cum declarationibus. num. 106. & limitationibus. num. 107.*
108 *Subiunctiuum potest accipi in præteritum, & in futurum.*
109 *Acquisitio dominij, & possessionis, in quo conueniāt.*
110 *Possidere an vnus possit eandem rem naturaliter, & ciuiliter.*

CAP. II.

AD VLTIMVM. Si petitorio, & possessorio simul est actum, potest iudex prius terminare possessorium. h.d. vel sic & melius, secundum Dominum meum. Si actum est possessorio, & petitorio, potest iudex receptis probationib. super vtroque, prius discutere probationes super possessorio, & illud terminare. communis diuisio. secunda ibi, nos autem. & in tex. ibi, de poss. dic, vel quasi possessione, de qua simul cum proprietate agi potest, vt in duobus capitulis sequen. de quo latè dicam in cap. fina. infra eod. in materia petitorij, & possessorij.

1 ¶ Primò nota ibi, cupientes, quòd iudex † debet laborare quātum potest, vt parcatur laboribus partium. ad idem cap. vt litigantes, de offic. ordi. lib. 6. & cap. vt debitus, de appellat. & cap. finem. infra de dolo, & contum.

2 ¶ Nota secundò casum, in quo iudex † supplet ex officio ad vtilitatem personarum priuatarum: quia, vt parcatur laboribus, & expensis, potest procedere super possessorio, & petitorio, & suspenso petitorio audire attestationes super possessione, deinde prius audiet, quæ verba duplicem recipiunt intellectum. Primus est, quod quamuis testes fuerint recepti super petitorio, & possessorio, tamen prius fuerunt publicati super possessorio: & sic exponunt verbū, videant, audiant, idest publicent, vel secundū alios exponitur verbū, audiant, idest examinent, quia publicatis attestationibus super petitorio, & possessorio prius examinantur attestationes super possessorio. Inno. vero dicit, quod licet prius audiant super possessorio, tamen incontinenti postea audient, & examinabunt attestationes super petitorio, de quo tangitur hic in glo. fina. Vel secundum Innoc. dic, audiant, idest approbent attestationes, & secūdum eas procedant; sed qualiter hoc intelligendum sit, remittit ad dicenda in cap. pastoralis, infra eod. ad quod etiam se remittit glo. fin. circa medium. ego dicam in cap. fi. in septimo principali tract. maximè in quarto, & quinto principali artic. & etiam in 14. & 15. & ibi videbimus, an possit iudex à princ. admittere probationes tantum super possessorio, & procedere super eo vsque ad decisionem.

¶ Tertiò nota ibi, commistim, quòd admittitur
3 commistio † ius conseruans, & partibus proficiēs, secus si ius peruerteret, aut partibus noceret, quia illa non admitteretur, vt in capit. exhibita. infra de iudic. secundum Ioan. Andr. hic. & sic patet, quòd mixtura bonorum optima est. 12. dist. cap. nouit, in fi. tradit Hostien. in cap. cum oporteat. infra de accusat. fallit secundum aliquos, vt ibi dixi, in Biricocolis Senensibus.

¶ Quartò no. ibi, allegationes pariter, & testes, quod quandoque allegationes accipiuntur pro informationibus facti. vel expone allegationes, id est instrumenta, vt differant à sequenti: accipitur ergo hic allegatio pro probatione. ad quod facit, C. de aduoc. diu. iudic. l. laudabile. & C. de iudic. auth. iubemus. & ibi per Alber. de Rosa. & C. de erro. aduoc. in l. & si ex falsis allegationibus. regulariter ta-
4 mē ponuntur pro allegatione iuris, quæ fieri † possunt etiam post conclusionem in causa, vt infra de

fide instrum. c. cum dilectus. secundum Zabar. hic. & ad idem l. minor autem magistratus. ff. de minor. & C. de iud. in l. rem non nouam. §. patroni. Quandoque verò sumitur pro allegatione iuris, & facti, supra de postul. prælat. c. bonæ. 1. versic. nos autem. Interdum verò sumitur pro exceptione dilatoria, peremptoria, seu declaratoria. C. de iu. & fac. ignor. l. 1. & ibi not. & ff. de mino. l. minor vigintiquinque annis omissam. & ff. de iudic. in l. si quis ex aliena. & no. in Authen. vt cum de appell. cog. §. sed hoc præsenti. & supra de elect. c. dudum, versic. cum autem.

5 ¶ Quintò nota, quòd † possessorium habet priuilegium, vt expediatur ante petitorium. hoc tamē non est de substantia ordinis iudiciarij, vt traditur per glo. antepenult. & Doct. in cap. cum dilecta. supra de rescrip. & 2. quęst. 1. in summa, & per Specul. in tit. de pe. & poss. §. 1. versic. quid si primo. Dicam latè in cap. fin. infra eod. in 7. principali tract. artic. 4. 5. 13. 14. & 15.

¶ Sextò nota ex fine, quòd licitum est etiam in foro ecclesiastico ad decisionem causarum allegare

6 ius † ciuile. & hoc procedit, vel in defectum canonum, vt dicit glo. 10. distin. cap. si in adiutorium. vel vbi leges canonibus concordarent. & no. in c. cum à nobis. & ibi dixi, infra de testib. & dixi in c. 1. & 2. infra de oper. no. nunciat.

¶ Glo. prima quærit de intellectu tex. & soluit, & assignat rationem.

¶ In eadem glo. ibi, si simpliciter. dic, vt dicam in cap. fin. infra eod.

¶ In eadem glo. in fi. dic de hac materia, vt latè dixi in c. 2. supra de mut. petit. in vltimo princ. art.

¶ Glo. fin. in princ. declarat literam, & allegat leges ad id, quod dicit tex. quod est in iure ciuili expressum. Deinde glo. nostra opponit de cap. proximo, & de cap. cum dilectus. infra eod. in quibus proceditur tam super possessione, quam super proprietate, & vna sententia post aliam terminari debet. glo. hoc examinat aliqualiter, & se inuoluit; sed in effectu vult, ꝙ de iure maximè canonico possunt simul accumulari, vt in contrariis. & hanc opinionem tenuit Mar. antiquus glossator. sed Ioan. antiquus glossator, & eius sequaces tenuerunt contra-

7 rium, videlicet, quòd † non possint simul accumulari, sed quod plus de necessitate discuti, & terminari debebat quasi possessoria, per l. ordinarij. C. de rei vendic. & l. incerti. C. de interdic. & de materia remittit glo. ad cap. pastoralis, infra eod. & in effectu mens istius glo. est, quòd iudices habent duplicem viam procedendi: si enim actum est simul possessorio, & petitorio, possunt vtranque causam vna sententia terminare, sed in ordine debet præcedere possessorium, vt in cap. cum dilectus, infra eod. Sed incontinenti pronunciabitur super petitorio. Sed dicit Dominus meus, quòd iste intellectus applaudet literæ, quæ apertè innuit possessoriū prius examinandum, & terminandum. Item, quia iste tex. nihil de nouo induceret, quod non est dicendum, maximè cum faciat mentionem de iure ciuili, videlicet de legibus, in princ. glo. alleg. in quibus prius discutitur, & terminatur possessoriū. & ideo glo. fortè trāsit ad aliū intellectum, ꝙ quamuis possit vtrunque vna sententia terminare, tamē possunt eligere nouam viam, dando prærogatiuam possessorio, vt scilicet super vtraque causa procedant mixtim vsque ad examinationem testium: sed postea, si iudex viderit expedire, potest discutere probationes super possessorio, & super eo tantum pronunciare, qua pronunciatione facta poterit examinare petitorium, & consequenter super illo pronunciare. & iste intellectus magis placet Do. meo. tu verò de prædictis dic, vt latè dicam in cap. fin. infra eod. in 7. princ. tract. art. 4. 5. 13. 14. & 15.

¶ Expeditis glo. iuxta præmissum ordinem in Rubrica, assumo vigesimumsecundū principalem

8 articulū, in quo tractandū est, an quis possit † per se possidere, & possessionem quærere, aut per alios, & per quos. quo ad primum trado regulam, quod quilibet potest per se regulariter possidere, nisi aliquod subsit impedimentum, per quod possidere prohibeatur: vnde istud edictum de possidendo facio prohibitorium, vt quilibet intelligatur permissus possidere, qui non reperitur prohibitus, sicut in simili dicimus in procuratoribus, quòd quilibet potest esse procurator, qui non reperit expressè prohibitus, vt in l. mutus. ff. de procur. & in materia sponsalium, vt in c. cum apud. infra de sponsal. & in materia postulationis aduocatorū, & potestatis cōficiendi testm̄, & accusandi, in quib. quilibet intelli-

9 gitᷓ esse permissus, † qui nō est expressè prohibitus.

¶ Hæc tamen regula recipit plures limitationes.

¶ Primò limitatur, si modo sit talis res, quę possit possideri aliàs. quæ autem sint res, quę possideri possint, & quæ non, dicam infra, artic. 24. & ratio, quia agentia, seu actus actiuorum non agunt, nisi in patiēte bene disposito, vt l. pater Seuerinam. §. conditionem. ff. de condit. & demonstr. & in l. fideicommissa. §. si seruo. ff. de lega. 3. & in cap. ei cui, de præben. lib. 6.

¶ Secundo limitatur, si modo sit talis, quæ habet animum intellectu, & possit habere animum, & affectionem ad possessionem, alias secus, vt probatur in iuribus supra alleg. Ex qua limitatione primo infertur, quod res inanimata non potest possidere. Vnde hæreditas iacens, quæ est res inanimata, non possidet, vt in l. 1. §. Scæuola. ff. si quis te. li. es. iuss. fuerit, & in cap. in præsentia. in glo. 3. de probatio. tradit Innocen. & Ioan. Andr. & Doct. in c. cum super. infra eodem. & Ioan. And. in add. Specul. in titu. de teste. §. nunc videndum, in magna additione. ver. interdum etiam in articulis. Vnde dicimus, quod pos-

10 sessio, quæ est facti, † nūquam fuit hæreditatis, ideo in hæredem non transit, nisi per hæredem apprehēdatur, vt l. cum hæredes. ff. de acquiren. poss. etiam si sit suus hæres, vt traditur in l. cum miles. ff. ex quibus causis maio. & ibi Barto. Bald. & Doct. licet alij dicant secus esse in suo hærede, vt ibi traditur per glo. magnam. sed communis opinio est in contrarium, de quo dicam infra articu. 27. hæreditas igitur non possidet. Nec obstat, quod hæreditas substineat iure defuncti, vt l. mortuo. ff. de fideiuss. & l. cęptam. ff. de vsuc. & Insti. de stip. seruorum. in princip. quia illud procedit in his, quæ iuris sunt, & quæ non requirūt operam, & factum personæ, licet possessio requirit operam, & factum personæ, vt dic. §. Scæuola. tradit Bartol. in l. si is, qui pro emptore. ver. 2. ad hanc

11 partem. col. 19. ff. de vsucap. Aduerte † tamen, quia verum est, quod hæreditas non possidet. s. propriè.

tamen

tamen impropriissimè dicitur possidere, vt dicit gl. super ver. idem extimandum. in l. si de eo.§.1.ff. de acqui.poss. vnde hæreditas inceptam vsucapionem complet, vt d.l.cum miles.& prædicta l.cęptam. Alij verò dicunt, quod licet hæreditas non sit in vera, & plenaria possessione, tamen dicitur qualiquali possessione possidere, vt dicit tex.in l.gerit. ff.de acqui. pos.& ibi Bart.& Io.de Imo.& ét Lud.Pont.qui dicit, qualiquali ficta possessione possidere, & prædicta inducit ibi Ponta.ad quæstionem de facto, quã
12 dicit fuisse Perusiæ, vtrum † statutum puniens furẽ extendatur ad expilatorem seu spoliatorem rerum hæreditariarum. Circa quam quæstionem quidam dicebant quod nõ, arguendo, à diuersitate titulorũ, cum sit diuersus titulus de furtis à titu. de crimine expilatæ hæreditatis.& per l.rem hęreditariam.ff.de furtis.& à diffinitione, quia furtum est contrectatio rei alienæ inuito domino, vt l.1.ff.de furtis.sed hæreditate iacente non est dare dominum inuitum. ergo &c.mouentur etiã per glo.in l.si te.C.de his, qui not.infam.quidam vero tenebant contrarium, moti auctoritate Bal. qui hoc expressè dicit in l.de his. C.de fur. vbi pro hac parte decidit hanc quęstionẽ, per gl. ibi positam, & ad idem allegabatur prædicta l.gerit. quia cum apud hæreditatem sit aliqualis possessio, ergo illa qualisqualis possessio dicitur sibi subtrahi, & sic debet puniri pœna statuti loquentis de furto, & ita dicit Pontan. fuisse obtentum propter prædictam auctoritatem D. Bal. licet in contrarium de iure fortè sit veritas, per rationes primo loco allegatas.& quia glo.d.l.de his. dicit crimen expilatæ hæreditatis impropriè appellari furtum, & sic non vendicat sibi locum in statutis. Nec obstat tex. d.l.gerit.quia licet sit qualisqualis possessio: tamen cum casus expilatæ hæreditatis sit remissus ab actu, debet remanere in dispositione iuris communis. & sic non dicetur furtum, sed expilatio.ad quod etiam facit, quod tradit idem Bal.in l.transigere.C.de trãsact. mihi etiam non placet dicta decisio per rationes prædictas. nam cum prædicta possessio dicatur impropriissima, secundum glo.vel impropria, vt ét voluit Bart. in d.l.1.§.Scæuola.ff.si quis test.lib. esse iuss.fuerit. meritò non habet locum in statutis, vt l. quicquid astringendæ.ff.de verbo.obliga. cum alijs vulgatis.& quia etiã allegatur qualisqualis ficta possessio, vt dixit Pontan.& tradit Bart.in l.si is, qui pro emptore.ff.de vsucap. meritò non habet locum in statutis, vt l.3.§.hæc verba.ff.de nego.gest. cum sim. item, quia contra prædictam decisionem est glo.in l.omnia ferè iura. ff.de reg.iur. per l.hæreditariæ.ff. de furt.& ita in materia alias consului in quæstione facti, in ciuitate Camerini. nec placet illa ratio, q̃d ideo non cõmittitur furtum, quia non est dominus quo inuito posset furtum committi, quia si aliquis solummodo sit detentor, contra eum ét committitur furtum, vt d.l.si hęreditariæ, licet non possideat, & quia hæreditate adita ante apprehensam possessionem per hæredis negligentiam non committitur furtum, vt l.2.§.1. ff. de crimine expi. hæ. & tamen clarum est, dominum immediatè ab habita hæreditate transiuisse in hæredem, vt l. cum hæredes.ff.de acquiren. poss. per d.l.omnia ferè iura. & l. omnis hæreditas.ff.de regu.iur.dixi latè in rubrica, in 1.tra cta.art.5.q.2.ver.23.per hæreditatis aditionem. vnde illa est vera ratio, secundum Ang.quia donec hę reditas iacet, cũ nullius sit possessio, aut detentatio, impossibile est furtum committi, cum nullus inueniatur quo inuito res cõtrectetur, & sic patet quod statutum prædictum non vendicat sibi locum in subtrahente rem hæreditariam, iacente hæreditate.

¶ Secundo ex prædicta limitatione videtur inferendum, quòd dignitas, seu vniuersitas, capitulum, seu collegium, vacante ecclesia prælato, vel vniuer-
13 sitate suo rectore, nõ dicatur † possidere: quia nullum habent intellectum, nec animum, aut affectionem possidendi. Sed Doct.hoc non admittunt, sed dicũt illam possidere, sed pro clara decisione distingue duo membra. primum de vniuersitate & collegio ecclesiastico, secundum de vniuersitate & collegio seculari.

¶ Circa primum membrum dic, quòd vniuersitas seu capitulum ecclesiæ, etiam mortuo prælato, vel rectore dicitur rem ecclesiæ possidere, quia proprie non dicitur vniuersitas iacere, ex quo suus dominus, qui est Christus non moritur, sed solummodo mortuus est administrator, & ideo nunquã perdit possessionem, secundum Innocent. Ioan. Andr. D.Anton. D.meum, Ioan.de Imo. & Zabar.in c. cũ super.infra eod.& clarius tenet Ioan. And. in addi. Spec.in titulo de teste.§.nunc videndum.in magna additione.vers. Interdum etiam in articulis, & fuit opinio Oldra.consilio 172. possidet ergo Christus, vel vniuersitas ecclesiastica, hoc est congregatio fidelium, vt voluit Bart.in l.1.in fi.ff. de acquir. poss. alleg.Innocent.in c.cum super electione, de restitu. spol.sed male ibi, & vbique allegauit, quia debet allegare infra eodem, & huic opinioni dicit Bart. esse standum, allegat etiam Specul. in titulo de petit. & poss.§.1.versi.sed pone, vacante. & idem etiam Bar. in l.cum hæredes.§.item quæro.ff.de acquiren. poss. vbi dicit, quòd non est intelligendum, quòd ecclesia possideat per parietes, sed per collegium seu vniuersitatem fidelium. gl. tamen in l.sicut.§.fi.ff.quod cuiusq; vniuersitatis. dicit, quòd quidam archiepiscopus vocatus Moyses ipsos parietes possidere dixit, etiam durante collegio ecclesiæ: quod glo.dicit esse durissimum, & contra tex. in l.1.§. Scęuola.ff.si quis te. lib.esse ius.fuerit. subdit tamen, q̃ pro opin. Moysis potest allegari, quòd plerunque ecclesia ponitur pro ipso loco, qui parietibus circundatur, & consecratur, & quia alias ecclesia dicitur ius habere, & possidere, & vendicare posse. C.de sacrosan.eccl. in l.iubemus.§.si quando igitur, & §.scientes. & sic videtur, quod talis locus videatur possidere etiã durante collegio, & possit vendicatio fieri per prælatos seu administratores vniuersitatis, sicut etiã quilibet priuatus dicitur per procuratorem & colonum possidere, vt infra subiungam. sed Barto. in d.l.1.in fine reprobat hoc, per not. in d.c.cum super.inf.eo. & etiam Bald.in d.l.1.in fi.& Bar. sequuntur Innoc. & si tu diceres, quod in possidendo requiritur animus, Bald. dicit, fateor, sed hic est animus possidendi interpretatiuè, quia ex quo ecclesia semper viuit, intellectualiter loquendo. ergo semper possidet, & subdit, quod opinio præfati Moysis non procedit si de opere manu facto intellexit: sed si de spirituali, & vera ecclesia intellexit, verum dicit quantum ad
14 ciuilem possessionem, & hinc est, quod licet † nouus

uus prælatus nunquam possederit, tamen agere potest possessorio recuperandæ, vt traditur in d.c.cum super. & in cap. penult. de institu. tetigi in cap. de multa.infra de præbend.in 3.quęstione primæ quæstionis principalis,dicam latius,infra de restitu.spol. in materia interdicti recuperandæ. nam prælatus absque alia apprehensione acquirit possessionem, vt dictis iuribus, licet secus sit in hærede, vt supra dixi,& prędicta procedunt non solum si collegium vel vniuersitas illius ecclesiæ sit in esse, sed etiam si sit destructum, vt traditur in dictis iuribus, & per rationem superius allegatam: quia Christus, & intellectualis ecclesia,& fidelium vniuersitas intelligitur posside re,& vide ad prędicta omnino, quæ dixi supra in rubrica,in 1.tractatu, in 6.principali articulo, & hoc quo ad primum membrum de vniuersitate ecclesiastica.

¶ Circa secundum membrum de collegio & vniuersitate seculari,est dicendum, quod licet viuenti-
15 bus illis de vniuersitate ipsa vniuersitas † dicatur posside re res ad vniuersitatem pertinentes, vt l. 1. §. fin.& l.sequen.ff. de acquiren. poss. quia potest per se,& per alium possessionem acquirere,vt ibi.quidā tamen dicunt, quod vniuersitas non possidet propriè,vt d.§.fin.in princ.sed impropriè, vt l.sed hoc iure.ff.de acquiren.poss. sed prædicta opin. non videtur placere glo. Bartol. vero ibi dicit,quod dicta opin.potest habere locum, & bonum intellectum, per ea quæ statim dicam. Alij vero dicunt,quod ipsa vniuersitas non possidet,sed rectores, quibus administratio vniuersitatis commissa est, ar.l.municipibus.ff.de cond.& demonstr. & d.l.1.§.fina. cum l. sequenti.& pro prędicta opin.facit,quia vniuersitas non est persona vera, sed ficta, & repręsentata, vt l. mortuo.ff.de fideiuss. Nec obstat, quod hæreditas non potest possidere,vt d.§.Scæuola. & supra dixi: quia secundum Barto.vniuersitas,seu ipsius vniuersitatis homines possident,vt d.l.sed hoc iure,& l.tigni.§.municipes.ff.ad exhibendum. & licet sit persona repręsentata,verum est, sed repręsentat personas viuentium,ideo potest possidere,sicut vsumfructum habere,ut l.vsusfructus.ff.de stipu. seruorum. sed hæreditas repręsentat personam mortui,vt l.Labeo.§.fina.ff.de vsuc.& d.l. mortuo. & hoc fortè voluerūt dicere,quod uniuersitas possidet impropriè, ut supra dixi, quia non est propria persona, sed repręsentata. Alia vero opinio, quod officialis possideat,nō est uera,quia si esset uera, sequeretur quod quilibet nouus officialis seu rector deberet de nouo acquirere possess.quod esset absurdum,& quod mortuo officiali uacaret possessio, per l.cum hæredes.ff.de acquiren.poss. quod similiter est falsum.ergo uniuersitatis homines, si nomine uniuersitatis sunt usi,dicitur possidere uniuersitas. tenent Guil. de Cunio, & Bald.in d.l.sicut.ff.quod cuiusq; uniuer.nom.& uide quod dixi supra in rubrica,tracta. 1.art.13.versic.9.& sequen.& uide quæ dixi in cap. dilecta,infra de excess.præla.quæst.19.& hæc procedunt,quando uniuersitas secularis habet homines, & non esset destructa. Si uero uniuersitas secularis sit destructa,quia omnes sunt mortui,licet iura collegij sint firma,ut l.mortuo.ff.de fideiuss. & l.hæreditas.in princ. ff.de petit. hæred.tamen possessio dicitur vacare,secundum glo. Bald. & Doctor. in d.l. sicut,in fi.ff.quod cuiusq; vniuer. tenet etiam Bart. in l.3.in fi.ff.de acq.poss.

¶ Tertio infertur, quod furiosus & mētecaptus,quia affectionem tenēdi non habent,nec possidere, nec
16 per se possessionem quærere possunt, † vt l. 1.§.adipiscimur.ff.de acquiren.poss. facit d.l.1.§. cęterum. quinimo etiam si tales possessionem ingrediantur auctoritate tutoris, illam non quærūt, sed bene per curatores, & proprios seruos possessionem quęrere possunt, vt d.l.1.§.adipiscimur. ff.de acquirēda pos. & ibi Bartol. ad acquirendam enim possessionem requiritur animus, & affectus, vt l.quemadmodum. ff.de acquiren. pos. & l.licet.C.eo. eadem etiam dicenda sunt de infante in tali ætate constituto, vt ad nullam rē possidēdam habeāt animum seu effectū. quoniam talis non nisi per tutorem,& proprios seruos possessionem acquirere potest.Secus si esset in-
17 fans,† talis ætatis quod ad aliquam rem affectionē & possidendi animum habere posset.potes figurare exemplum in iocalibus & pomis, in quibus pueri delectari solent,& in auiculis,& catulis, quos per affectionem amplexantur. nam talium rerum per se possunt possessionem acquirere, vt l.quamuis.§.infans.ff. de acquiren.possess.tradit Barto.in d.§.adipiscimur. facit, quia talis infans etiam stipulando absque tutoris auctoritate sibi acquirit. l.cū stipulatur sibi rem pupilli saluam fore.ff.rem pupilli saluam fore. l.seruum pupilli. Sed illarum rerum, ad quas infantis affectus non est ordinatus, non potest nisi per tutorem,aut proprium seruum pos. acquirere, vt l.3.& ibi Cyn. Bald.& Doct.C.de acquiren.pos. Nec obstat si diceres,quod si infans non potest acquirere, quia acquirendi animum seu affectum nō habet.ergo nec per tutorē sibi quæri potest. ad quā sententiam,propter rationem prædictam, plerique Iureconsulti moti fuerunt, vt d.l.3.quia ad hoc multipliciter respondet glos.in d.l.3.Sed illa est vera solutio, & ratio, secundum Mar. Ioan.Butri. Cyn. & Bald.in d.l.3. quod defectus infantis suppletur per auctoritatem tutoris,quę repręsentat pupillū,quod infantium fauore receptum fuit, cum de acquisitione & pupilli commodo tractetur.sed in his,in quib. potest habere affectū,ipse potest acquirere pos.quia talis acquisitio commoditatem seu vtilitatem,& nō damnum sibi affert, quare commoditatis causa inductum est, vt infans tutore auctore possit sibi per se,& per solum tutorem,& proprium seruum possessionem acquirere, vt traditur in dicta l.3. & si esset
18 pupillus, † & haberet plenum intellectum, vt quia esset proximus pubertati, non est dubium quod ad acquirendum pos. nulla tutoris requiritur auctoritas. Insti.de inuti.stipu.§.furiosus, & sequen. Secus si haberet aliquem intellectum, sed non plenum, quia tūc tutoris auctoritate acquirere potest,vt d.l. quamuis,& ibi per glo. Bar. & Ioan. de Imo. & ista est differentia inter furiosū,& infantem, qui fari potest,hoc est, qui habet aliquem intellectū,licet non plenum,ad quod vide tex.& glo. in l. in negocijs.ff. de reg.iur. sed si infans nullum habet intellectum, tunc infantis & furiosi idem est ius, secundum Bar. Ioann. de Imo. & Doctor. in d. §.adipiscimur. & in dicto §. infans.

19 ¶ Et aduerte: quia pupillus † seu infans potest acquirere possessionem non solum per seruum proprium

prium puberem, sed etiam per seruum impuberem, si tutore auctore iusserit eum ire in poss. intellige tamen, si modo impubes habeat intellectum, per ea quę supra dixi, & prædicta etiam procedunt, etiam si tutoris auctoritate seruus pupilli violenter occupauit possessionem, secundum aliquos, per l. is, qui in puteum. §. si tutoris. ff. quod vi, aut clam. & l. meminerint. C. vnde vi, & l. si vi. ff. de vi, & vi ar. Alij vero tenent, quod non quæratur pupillo, quasi perperã sit data tutoris auctoritas, per l. 2. §. 1. ff. de auct. præstan. & prædictam opinio. tenent Iacob. de Rauen. Rayne. & Ioan. de Imo. in d. §. pupillus. Non obstat d. §. si tutoris, quia ibi res erat penes pupillum, & sic pupillus habuerat ratum. ad l. vero, si ui. & l. meminerint, quod ibi possessio erat penes pupillũ, secundum Ioan. de Imo. & ista communiter approbatur.

20 ¶ Quarto infertur, ꝙ dormiens † non potest acquirere pos. nec pro se, nec pro alio, si forte seruus esset, & in manu ipsius dormiẽtis poneret rem suã, vt domino pos. acquireret, tex. est in l. 1. §. furiosus. ff. de acqui. pos. & ibi Doct.

21 ¶ Quinto infertur, ꝙ ignorans seu nescius, † per se possessionem non acquirit, licet adeptã retineat, vt d. §. adipiscimur. & l. 3. §. Neratius. ff. de acquiren. pos. Non obst. l. Titius hæredem. ff. de act. empti. quia loquitur quando ignoranti, non per se, sed per alium, puta seruum, pos. quæreretur, ad quod vide quod statim dicam in ver. sequen. & quod etiam subijciam in 2. membro principali, ver. tertio limitatur, quando seruus.

22 ¶ Sexto infertur, quod errans † nõ acquirit poss. propter animum deficientem: quia errans non cõsentit, vt l. si per errorem. ff. de iur. omni. iud. & ideo in tali possessione vnius fundi, credens illum mihi traditum, illius possessionẽ non acquiro, quia quærendi animum non habeo, sed quæsitum retinendi. hoc tenet glo. in l. 3. in princ. ff. de acq. pos. sed Bart. tenet contrarium in d. l. 3. in princ. mouetur: quia illud quod quis facit ad operãdum, operatur ad inducendum, ut l. 2. C. communia vtriusque iudic. & l. posthumus. §. fi. ff. de iniusto test. & ff. de bonorum pos. secundum tabulas, in l. qui liberis. §. qui testamento. Secundo mouetur, quia tex. non requirit, ꝙ quis habeat animum acquirendi pos. de nouo, sed possidendi simpliciter, ut d. l. 3. in princip. ibi, dum text. dicit, mente & cogitatione, vt totum fundum velit possidere, non dicit acquirere, ad idem l. 1. §. adipiscimur. ibi, affectionem tenendi, & non dicit acquirendi, sed iste qui putabat se tunc possessionẽ habere, habeat etiam affectionem tenendi & possidendi. ergo &c. Tertio mouetur per l. quod vulgo.

23 ff. pro emp. nam certum est, quod rei furtiuæ † per seruum possessio nobis non quæritur, imò si seruus meus tradit mihi rem quam subripuit, & ego illam recepi, credens me per prius illius rei possessionem per seruum acquisiuisse; tamen ex die qua recipio incipio possidere. ergo concluditur quod animus possidendi ẽt quo ad possessionis acquisitionẽ operatur, vt l. qui ob pecuniã. & l. seruus. & l. ꝙ vulgo. ff. pro emp. & ad idem etiam alleg. l. sequitur. §. de illo, & §. item Labeo. ff. de vsuca. & ita residet Barto. sed Paulus de Castro dicit, quod contra opinio. Barto. videtur tex. & quod ibi not. glo. quæ communiter ibi approbatur, in l. is, qui putat. ff. de acquiren. hær. facit etiam tex. in l. e contrario. eodem titu. ibi enim probatur, quod si filius qui patri successit, quæsitũ sibi cum administratione accepit, & sic non nouiter acquisiuit, per l. in suis. ff. de liber. & posthum. & l. si post mortem. ff. de legat. 1. & l. 1. §. sunt qui in potestate. ff. si quis omissa causa testamenti. hæreditatem adeat tanquam hęres voluntarius, & sic animo nouiter quærendi, non autem tanquam necessarius, & sic animo iam quæsitum retinendi, aditio est nulla. Sic ergo idem debemus dicere in casu nostro, cum cõtrariorum eadem sit disciplina. ff. de his, qui sunt sui, vel alie. iur. l. 1. cum si. Sed ad hoc respondet Pontan. quod aut dicta glo. quæ est in d. l. is, qui putat, est falsa per ea, quæ supra dixi, secundum Barto. vel ideo ibi aditio est nulla, quia erratur circa causam acquisitionis, qui error aditionem vitiat, & pro opinione Barto. allegat glos. in l. sed & si nolit, continuata ad l. clam possidere. §. fi. ff. de acquiren. possess. vbi animus adhibitus tempore incongruo ad aditionem possessionis, puta quia alius tunc ciuiliter possidebat tempore congruo, videlicet quo quis desinit ciuiliter possidere, acquiritur talis possessio etiam ignorãti, vt ibi dicit. ita ergo in casu nostro, animus

24 incongruè † adhibitus circa possessionis acquisitionem reducitur ad cõgruitatẽ, maximè quia ad hoc vt quis possideat, nõ requiritur quod intret animo nouiter acquirendi, sed animo tenendi, per text. in d. l. 1. §. adipiscimur. ff. de acquiren. poss. ibi, quia affectionem tenendi, secundum Pontan. & hanc opi. tenet Ioan. de Imo. in d. l. 3. in princ. & ad l. 3. §. subtilius. ff. de cond. ob causam. alleg. ibi in gl. quæ dicit, quod si trado tibi rem aliquam tanquam tuam, quæ sit mea, & sic erro, non transfertur in te dominium, licet habeas animum habẽdi dominium ipsius rei: quia respõdetur, quòd ex quo ego sum dominus, & solum intẽdo tibi restituere rem tanquam tuam, seu quam arbitror tuam, & non meam, si ego sum dominus, non intendo abdicare à me dominium illius rei; sed clarum est, quòd sine voluntate mea non debet dominium meum à me recedere, vt in l. id quod nostrum. ff. de reg. iur. ergo, &c. Sed in terminis nostris possessio erat vacãs, & apprehendens habebat animum possidendi; ideo non mirum, si acquirat possessionem, per d. l. seruus. & alia iura superius allegata, secundum Ioan. de Imo. Sed tu vide ad prædicta, quæ latè dixi supra in Rubr. in primo tract. artic. 1. quæst. 2. versic. 20. dominium nobis quæritur ex titulo. & in versic. decimatertia declaratio.

¶ Tertiò limitatur, si modo non sit ab alio possessus, quia ab alio possessus non potest possidere,

25 † vt in l. cum hæredes. §. 1. & l. qui vniuersas. §. 1. ff. de acquiren. possess.

¶ Et ex prædictis primò infertur, quòd seruus, cum possideatur à domino, nõ potest possidere, vt l. stipulatio ista. §. hi quoque. & §. hæc quoque. ff. de verbor. obligat. Nec obst. tex. in l. quod seruus. ff. de acq. possess. quia dum text. ibi dicit, possidet, exponitur, id est debet, vt ibi per glos. & Bart. quamuis tamen seruus non possit possidere, tamen conniuẽtibus oculis domini detinere potest. facit l. 4. ff. de manum. & l. possessio. §. qui in aliena. & ibi not. per Ioan. de Imo. & Doct. ff. de acquir. possess. & hoc facit ad not. per glo. in l. Lucius. §. tres hæredes. ff. ad Trebell.

Trebell. vbi tangit, vtrum testator possit interdicere Abbati, ne in relicto facto monacho ab ipso testatore, possit molestiam inferre, de quo ibi per Bart. Ang. & Ioan. de Imo.

¶ Secundò infertur, quòd qui in hostiũ potesta-
26 te sunt, non possunt possidere, † quia effecti sunt serui hostium: quamuis enim quodam iure singulari rerum suarum iura conseruent, tamen possessionem amittunt, cum ipsi ab alio possideantur, vt est tex. in l. cum hæredes. §. 1. ff. de acquiren. possess. quid autem iuris sit in his, qui dati sunt in obsides, collige ex his, quæ dixi supra in Rubr. tract. 1. art. 5. quæst. 5. versic. nono per monachos, & religiosos. in fi. ibi, sed quæro iuxta prædicta.

¶ Tertiò infertur, quòd monachus, ex quo à suo monasterio possidetur, non potest possidere, vnde
27 nec vestem suo nomine possidere dicitur. † no. Io. Andr. in cap. ex parte, de accusat. & Spec. in titu. de actio. §. 1. vers. item excipitur contra actorem, quòd est monachus. & gl. 12. quæst. 2. non dicatis. & idem dicendum arbitror de canonico regulari, & quolibet religioso, qui tria substantialia regulæ profiteatur. Quinimmo etiam de conuerso ad ecclesiam regularem. facit, quod no. glo. in l. fin. ff. de acquiré. possess. vbi glo. monachum, & conuersum æquiparat seruo. & quod no. Innocen. in cap. cum olim, de priuil. & no. Bart. in Rubr. aliàs in l. 1. ff. de stipu. ser.

¶ Sed aduerte, quia cõtra hoc facit, quia ex quo monachus, & conuersus est liber homo. l. liber homo. quod patet, quia succedit ex testamento, & ab intestato, vt l. Deo nobis. C. de epis. & cle. ergo non seruus, per l. si non seruus. C. comm. de success. ergo nõ videtur posse possidere, per ea, quæ dicam infra, artic. 24. quia respondet Barto. in d. l. cum hæredes. §. fin. quod licet ecclesia non possideat ipsum, tamẽ est in quasi possessione illius iuris monachationis, & cõuersionis, sicut dicimus in eo, qui est in quasi possessione patriæ potestatis, vt traditur in l. 1. §. sed per eum. ff. de acquir. possess. & ideo, quia monasterium est in quasi possessione illius iuris, meritò quicquid monachus, vel conuersus acquirit, ipsi monasterio quærit absque alia noua apprehensione. facit l. si adoptauero. ff. de preca. nec est necessarium, vt monasterium ratum habeat, quia etiam sibi ignoranti acquiritur, sicut domino per seruum, secundum Bald. in dicta l. cum hæredes. §. fin. & sequitur Ioan. de Imo. & vide, quod de ignorante infra subiiciam. & ad prædicta etiam vide supra in Rubr. tract. 1. art. 5. q. 5. vers. nono per monachum.

¶ Et sic ex prædictis sequitur, quod quilibet po-
28 test † possidere, qui non reperitur expressè prohibitus, quod procedit, etiam si sit incapax proprietatis, secundum Archid. in cap. 2. vt lite penden. lib. 6. tradit Ioan. And. & dom. Domin. in cap. 2. de restit. eod. lib. super glo. in verbo, præsumuntur. allegant 12. quæst. 1. cap. quia tua, & cap. sequen. vnde licet clerici, & beneficiati non sint domini ecclesiæ, seu beneficij, & quamuis bona ecclesiarum non proprio, sed ecclesiarum nomine possideant, tamen ecclesiast. dignitatem, seu beneficium quisque possidet nomine proprio; quod patet, quia post collationem, & prouisionem factam clerico de beneficio, vel dignitate, talis prouisus agere potest interdicto recuperandæ suo nomine proprio, vt in c. cum super. infra eod. & in cap. Pisanis. infra de resti. spol. & in cap. bonæ memoriæ, infra de appel. & fiet hoc casu restitutio beneficij, & dignitatis cũ omni causa: & sic omnes res ablatę cum beneficio restituuntur. ff. de vi, & vi arma. l. 1. §. si fundus. licet enim hoc
29 interdictum recuperandæ † non competat nisi possessori; & ipse clericus, licet prouisus, & confirmatus ipsas res non possideat, sed solum ecclesia, tamẽ ipsa bona accessoria ad ecclesiam tanquam ad rem principalem veniunt, etiam si ecclesia prędictarum rerum non dominium, sed custodiam tantum haberet, quia in tali interdicto veniunt etiam res depositæ, & pignoratæ, vt d. §. si fundus, & sequen. ad quod vide, quod latius infra de restit. spolia. in materia interdicti, vnde vi, dicam. vide, quod dixi in cap. 1. supra de libel. oblat. in 7. princ. artic. quæst. 2. & quod dixi supra in Rubr. in primo tract. in sexto principali articulo.

¶ Nota etiã, quòd ad hoc, quod quis possideat, non exigitur, ꝙ iustè, vel ꝙ iusto titulo possideat: nam & fures & raptores dicũtur possidere. ad quod vide infra, artic. 27. Et hæc procedunt quo ad primum membrum.

¶ Circa secundum, vtrum per alios possidere, &
30 possessionem acquirere † valeamus. Aduerte in primis, quia hic non tractamus, per quos possimus possessionem retinere, quia de hoc tractabimus infra eod. cap. cum super, artic. 35. sed tractamus hic, per quos possidere, & possessionem acquirere possimus. Circa quod dic, quod per nos ipsos, & istud est indubitatum. Item per illos, quos in potestate habemus, per quos non solum proprietas, de quibus dixi supra in Rubrica, in primo tract. artic. 5. in 5. quæst. princip. sed etiam possessio acquiritur nobis, vt est tex. in l. acquiritur. §. non solum. ff. de acq. rerum domin. cum ergo homines variis modis alterius potestati sint subiecti, & per omnes possideamus, qui nostro nomine possident, seu sunt in possessione, vt in cap. cum venissent, in fi. de restit. spol. & l. 3. §. genera. ff. de acquir. possess. & per Hostien. in summa, eod. tit. §. qualiter, in princip. vt puta per seruos, filios, monachos, procuratores, famulos, adscriptitios, colonos, hospites, amicos, vt dictis iuribus. & l. quod meo. alleg. & l. qui iure familiaritatis. ff. de acquiren. possess. & in iuribus inferius alleg. ideo vt de omnibus distinctè videamus, pro clariori doctrina prosequar infrascriptas quæstiones.

¶ Primò de seruis, deinde specialiter de aliis, prout infra apparebit. Circa seruos prosequar infrascriptas conclusiones. Primò, quid iuris in seruo proprio, & in solidum. Secundò, quid in seruo communi. Tertiò, quid de seruo putatiuo, & quem bona fide possidemus. Quartò, quid de seruo, in quo habemus vsumfructum. Quintò, quid de seruo, in quo vsum solummodo habemus. Sextò, quid de seruo hæreditario. Septimò, quid de seruo fugitiuo. Octauò, quid de seruo alieno.

¶ Circa primam quęstionẽ, distingue post Ang. in l. 1. §. hæc quæ de seruis. ff. de acquiren. possess. tria membra: quia aut nos possidemus ciuiliter, & naturaliter, aut ciuiliter tantum, aut nec ciuiliter, nec naturaliter: quartum verò membrum, quãdo possidemus naturaliter tantum. Angel. omisit, & dicit Io. de Imo. quòd fortè ideo omisit, quia nõ videtur

bene

bene in practica reperiri posse, & potissimè, attento quod eo ipso, quòd seruus occupatur ab alio per illum possidetur, & priuatur à priori possessore, vt dicta l. 1. §. per seruum, qui in fuga. dicam statim in septima quæstione.

¶ Circa primum membrum Angeli, cum possidemus ciuiliter, & naturaliter; clarum est, quòd re-
31 gulariter acquiritur nobis † possessio, sicut dominium, vt d. l. acquiritur, per totum. & maximè in §. non solum. vbi dicitur, non solum proprietas, sed etiam possessio acquiritur nobis per eos, quos in potestate habemus. De acquisitione verò proprietatis vide, quæ latè dixi in Rubrica, in primo tract. artic. 5. quæst. 5. quia cum possessio sit iuris, vt dixi supra eod. cap. 1. artic. 1. meritò non quæritur seruo, sed domino, vt d. l. 1. §. item acquirimus. ff. de acq. posseß. no. Bar. in l. possessio. §. 1. eo. tit. dixi in dicto primo articulo. Prædicta tamen regula recipit plures limitationes.

¶ Prima declaratio est, vt quæratur nobis non solum sciẽtibus, sed etiam ignorãtibus, vt l. si me in vacuam. §. fi. ff. de acq. poss. tradit Cyn. in l. 1. C. eo. & ideo etiam infanti, & furioso per seruum peculiarem quæritur possessio, & vsucapiendi conditio, vt d. §. item acquirimus. versic. igitur ex causa. Infans enim equiparatur furioso, vt l. si furioso. ff. si certum pet. sed ex causa non peculiari non videtur eis acquiri, nisi sola possessio, per ea, quæ statim dicam.

¶ Secunda declaratio est, quòd regula prædicta locum habet, vt quæratur nobis non solum volentibus, sed etiam inuitis, vt l. etiam inuitis. ff. de acq. rerum domin. facit l. seruus vetante. ff. de verborum obligat. & l. si quis seruum. §. 1. ff. de pact. & l. quemadmodum. ff. de iure dot. hoc tamen non procedit in quærenda hæreditate, quia ad illam adeundam, vel acquirendã requiritur iussus domini, vt l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acq. hær. no. glo. in d. l. inuitis. & glo. in d. l. acquiritur. §. 1. ff. de acq. rer. dom.

¶ Tertia declaratio est, quòd nobis acquiritur per seruum vtriusque sexus, & sic etiam per ancillam quis potest possessionem acquirere, vt l. 1. §. certum. versic. nam & per ancillam. ff. de acq. poss.

¶ Quarta declaratio est, quòd nobis quæritur per seruum, siue peculium habeat, & sic acquirat ex causa peculiari; siue non habeat, & sic quærat extra causam peculiarem, vt d. §. nõ solum. iuncto §. item acquirimus. Est tamen differentia, vtrum acquirat ex causa peculiari, vel extra: quia, si ex causa peculiari, tunc acquiritur nobis etiam ignorantibus non solum possessio, sed etiam vsucapiendi conditio, vt l. Labeo. ff. de vsucap. sed si ex causa non peculiari, licet possessio acquiratur nobis etiam ignorãtibus, non tamen acquiritur vsucapiendi conditio, vt l. peregrè. ff. de acquir. posseß. & ad id, quod dixi de vsucapione, vide quę dicam in cap. penult. artic. 41. Item prædicta regula recipit plures limitationes.

¶ Primò, quòd procedat siue seruus nostro nomine, siue sibi possideat, secus si possideret alij, vel alterius nomine, vt l. si me in vacuam. ff. de acquirẽ. posseß. Dicam infra, quæst. 8. & adde, quod statim dicam in quarta limitatione.

¶ Secundò limitatur, si modo possessio quæsita per seruum sit iusta, secus si sit iniusta, vt in l. quod seruus. ff. de acquir. poss. & d. l. 1. §. item acquirimus. ff. de acq. poss. no. glo. in d. l. acquiritur. §. nõ solum. ff. de acquiren. rerum domin. & Bartol. in d. l. quod seruus. & in l. si de eo. §. fi. ff. de acq. poss. dixi supra in Rubr. tract. 1. artic. 5. quæstio. 5. versic. 4. per seruos. Et aduerte, quia ex causa iusta seruus non nobis acquirit, siue sit peculiaris, siue non, secundum Bar. in dicto §. item acquirimus. ibi, dum tex. dicit peculiariter, exponit Bart. id est ex iusta causa, quod tamen dixi, quod seruus non acquirit domino possessionem, nisi ex iusta causa, procedit nisi acquisitionem possessionis factam per seruum ex iniusta causa dominus haberet ratam, quia tunc acquiritur domino, vt d. l. quod seruus. iunc. l. 1. §. sed & si cum aliquis. ff. de vi, & vi arm.

¶ Tertiò limitatur, quando seruus, vel ille, per quem volumus possessionem acquirere, habeat intellectum, & possidendi animum, aliàs secus; & ideo si furiosum seruum miseris, vt possideas, non videris possessionem apprehẽdisse, secus si seruum impuberem miseris, intellige dummodo intellectũ habeat ad illam possessionem nanciscendam, vt l. 1. §. cæterum. ff. de acq. poss. Et prædicta inducuntur
32 ibi per Bart. ad quæstionem de equo † currente ad brauium, qui deiecto ragatio prius peruenit ad brauium, prius debeat habere brauium. ad quod vide, quod latè dixi supra in Rubrica, in primo tract. artic. 5. quæst. 5. versic. 17. Insuper etiam prædicta inducit Bart. in dicto §. cæterum. ad decisionem quęstionis, vtrum quis possit constituere procurato-
33 rem † inhabilem, cum potestate substituendi, de qua materia etiam Bartol. in l. si is qui pro emptore. ff. de vsucap. & per Guil. de Cun. in l. qui in aliena. §. quanquam. ff. de negot. gest. & per Bart. & Ponta. in dicto §. item acquirimus. & per Cyn. & Bald. in l. quod quis. C. de procuratoribus. & per Bald. in l. institutio. ff. de condi. instit. per Ioan. And. in c. post cessionem, de probat. per glo. & Doct. in clem. pen. de procur. & ibi latè dixi.

¶ Quartò limitatur, si modo seruus intẽdat quęrere domino, secus si nolit quærere domino, sed alteri. tex. est not. in l. 1. §. hæc quæ de seruis. ff. de ac-
34 quiren. poss. tetigi in prima limitatio. quia † licet in quæsitis non possit seruus præiudicare domino, vt l. seruus. C. de pact. tamen secus est in quærendis, vt dicit ibi glo. & not. in l. fin. C. de acquir. poss. quod tamen procedit, nisi ille, qui tradidit, velit possessionem quæri domino, quia hoc casu licet seruus velit alteri quærere, tamen ipsius malignitas domino nocere non debet. ff. de donat. in l. si mihi donatum. & l. per seruum. §. fin. ff. de acquir. rerum domi. hoc tamen limitat Ang. in l. 1. §. per procuratorem. ff. de acquiren. posseß. quando intentio ipsius serui recipiẽtis erat latens: sed si seruus clarè explicauit, quòd non intendebat quærere domino, tunc non inspicitur tradentis intentio, quia nomine Domini nullum vr̃ præbere ministerium, quod tamẽ est necessarium ad acquirendum, vt d. §. per procuratorẽ. & sic intelligit Ang. d. §. hæc quæ de seruis. sed quãdo nemo tradit; tunc clarum est, quòd ipsius serui occupantis intentio inspicitur, secundum Ang. & sequitur Io. de Imo. in d. §. per procuratorem.

¶ Quintò limitatur prędicta regula, quando qđ seruus possidet, esset separabile ab ipso seruo: secus si esset quid inseparabile, vt puta, stipulatur seruus,

quòd sibi ire, & agere liceat: certè ista quasi possessio eundi, & agendi, sibi soli, & non domino acquiritur. Instit. de stipu. seruor. §. quod factum. ad quod vide, quod dixi supra in Rubr. art. 5. quæst. 5. versic. 4. per seruos. ibi, item prædicta procedunt, si modo quod seruus. & versicu. sequenti. ibi, aduerte ergo, &c.

¶ Sextò limitatur, si modo seruus pertineat ad me, secus si sit seruus hæreditarius, quia per seruum hæreditarium nõ possumus acquirere nobis, quòd sit eiusdem hæreditatis. tex. in l. 1. §. veteres. ff. de acquir. possess. ad quod vide, quod latius dicam infra, in 6. quæstio.

¶ Circa secundum membrum, quãdo dominus duntaxat possidet seruum ciuiliter, vt puta quia est in fuga, sed adhuc dominus illius possidendi animũ tenet. ad quod vide, quod statim dicam in 7. q.

¶ Circa tertium membrum, quando nec ciuiliter, nec naturaliter seruum possidemus, vt quia dominus dimisit animum possidẽdi, vel habuit illum pro derelicto, vel quia diu stetit in libertate, aut ab alio est occupatus, & tunc per talem seruum nõ ac-
35 quiritur mihi possessio, quia acquisitio † possessionis non fit per seruum qui non possidetur, vt l. 1. §. sed & per eum. ff. de acquir. poss. secundum Ang. in dicto §. veteres. qui tamen subdit, quòd per talem seruum bene potest quæri dominium, quasi dominium, & reliqua, & per consequens etiam potest acquiri vsucapiendi conditio, licet aliqui contra, & non bene, secundum Ange. per not. in dicta l. 1. §. per seruum, qui in fuga. & melius in d. §. sed & per eum. & sic intelligitur l. si cui. §. licet. ff. de liber. cau. secundum verum intellectum, vbi seruus à domino non possessus acquirit domino, quia intelligitur, quod acquirit reliqua, excepta possessio. & ita dicit glos. in dicto §. per seruum. videtur tamen mirum, secundum Ang. quod non acquiratur possessio, & tamen acquiratur vsucapiendi conditio, quæ sine possessione non consueuit procedere, vt in l. sine possessione. ff. de vsucap. Sed potest responderi, quòd sicut acquiritur domino dominium sine possessione, ita potest acquiri vsucapiendi cõditio: quia regula est, quòd vbi traditio facta à domino transfert dominium, sic facta à non domino transfert vsucapiendi conditionem, vt l. clauibus. ff. de contrahen. emptio. ad quæ vide, quæ latius dixi supra in Rubrica, in tertio princip. tract. artic. 1. in primo requisito, maximè in vers. 13. generaliter competit. Aduerte tamen, secundum Ang. quia licet acquiratur vsucapiendi conditio, nunquam tamen acquiritur nisi post scientiam domini, ex quo dominus non erat in possessione serui, per l. liber homo, in fi. ff. de acquir. rerum domin. & pro prædicta opin. Ioan. de Imo. in dicto §. hæc quæ de seruis. allegat l. seruus. ff. de public. Subdit tamen, quòd credit prædictam opinionem nõ esse veram, quia vsucapio sine possessione non procedit, vt dixi. Nec obstat d. l. si seruus. quia licet competat publiciana, illa potest quæri absque eo, quòd quæratur possessio aliqua, dummodo fiat traditio ipsius rei, vt sentit tex. in d. l. si seruus. iuncta glo. Tu verò dic, vt latè dixi supra in Rubr. in tertio principali artic. 5. in tertio requisito, per totum. & de intellectu dictæ l. si seruus. dixi plenè ibidem, fallentia 5.

¶ Aduerte tamen, quia dictum Angeli in casu, quo dominus haberet seruum pro derelicto, non potest procedere, etiam ex alia ratione, quia aut seruus est languens, & ipso iure efficitur liber. ad quod vide, quod latius dixi in Rubr. tract. 1. art. 15. Aut est sanus, & tunc liber efficitur, si sibi libertatem occupet, quod intellige prius, quàm ab alio occupetur, vt l. quod seruus. & ibi per glo. & Bart. ff. de stipul. dixi latius in dicto artic. 15. si ergo vtroque casu liber est: ergo est possibile, quod aliquid quæ- rat olim domino. sed posset saluari hoc casu opinio, si quæreret vt negotiorum gestor, per not. per glo. in dicto §. hæc quæ de seruis. pro quo est tex. in l. si me in vacuam. ff. de acquir. poss. & dicam infra, q. 8. Non obst. d. l. clauibus. quia debet intelligi, concurrentibus his, quæ necessariò sunt ad vsucapionem: tunc enim procedit vsucapio propter traditionem factam à non domino, quando per traditionem factam à domino transferretur dominium, aliàs secus, per d. l. sine possessione. secundum Io. de Imo.
36 ¶ Secundò quæro, quid in seruo † communi.
¶ Sol. Tex. in l. 1. §. per communem. ff. de acquir. poss. dicit, quòd per communem seruum, sicut per proprium acquirimus, & cuilibet dominorum in solidum potest possessionem acquirere, si seruus hoc agat, sicut in dominio acquirendo, ad quod allegatur glo. l. per seruum. §. sicut. ff. de acquir. rerum domin. Et intellige, quòd acquirit singulis in solidum hoc, quòd cuilibet in solidum acquirere potest, si hoc agat: non autem intelligas, quòd singuli in solidum possessionem acquirant, quia plures eandem rem in solidum possidere non possunt, vt dicam infra, artic. 26. ¶ Collige ergo duo, quòd per seruum communem acquiritur, vt per proprium. Item quòd possessio acquiritur per talem seruum, sicut & dominium, de qua dominij acquisitione fienda per seruum communem, vide, quæ latissimè dixi supra in Rubr. tracta. 1. articu. 5. quæst. 5. versic. cui per seruos. & iunge cum his, quę ibi dixi, ea quæ dixi in præceden. quæst. quia idem iuris est de parte quo ad partem, quod est de toto quo ad totum, vt l. quę de tota. ff. de rei vendic. & in cap. pastoralis. §. item cum totum. supra de offic. deleg. Et hic caderet illa quæst. quid si testator instituit hęredem Titium & Sempronium, & Titio prælegauit seruum, vtrum per istum seruum possit acquiri possessio rerum hæreditariarum. ad quod vide, quæ infra dicam 8. quæst.
37 ¶ Tertiò quæro, quid iuris de seruo † putatiuo, & quem bona fide possidemus. ¶ Sol. Dic, quòd aut loquimur de seruo, quem quis possidet tanquã suum, cum tamen sit alienus. & de hoc dic, vt dicam infra, quæst. 8. Aut loquimur de libero homine, quem possidet bona fide tanquam seruum, & per talem acquiritur possessio domino putatiuo, vt l. 1. §. sed & per eum. ff. de acq. poss. Et intellige, quòd quærit possessionem ex opera, & re ipsius possessoris, non autem extra operam, vel rem ipsius possessoris, vt dicit Bart. in l. Pomponius. §. liber homo. ff. de acq. pos. quod procedit, nisi ipse vellet quærere bonæ fidei possessori, sicut cuilibet extraneo, per l. si me in vacuam. ff. de acq. pos. dominium verò acquirit sibi, non bonæ fidei possessori: vnde detecta postea libertate, dominium sibi restitui debet, vt dicit

dicit Bart. in dicto §. liber homo. vnde si talis vellet acquirere possessori, tanquam procurator, vel negociorum gestor, posset illi & possessionem, & dominium acquirere, secundum Ang. in d. l. 1. §. hæc quæ de seruis. ff. de acq. poss. per d. l. si me in vacuā. §. fin. & l. possessio quoque. ff. de acq. poss. quod tamen intellige præcedente mandato, vel secuta ratihabitione, secundum quod dicam in quæstio. 8. ad prædicta vide, quæ dixi in Rubr. in primo tract. artic. 5. quæst. 5. versic. 8. acquiritur nobis per liberos. vbi plenissimè dixi tam per viam contractus, quàm vltimæ voluntatis.

¶ Quartò quæro, quid de seruo, in quo vsum-
38 fructum habemus: † ad quam materiam vide omnino, quæ latè dixi in dicto 5. artic. quæst. 5. versic. quintò acquiritur nobis per seruos nostros, &c. vbi plenissimè prosecutus fui quo ad proprietatē duo membra principalia. Primum, quando vnus solus esset fructuarius. Secundò, quando plures essent vsufructuarij. Quid autem iuris, si seruus, in quo habeo vsumfructum, instituatur hæres, dic vt statim dicam in 6. quæst.

¶ Quintò quæro, quid iuris de seruo, in quo so-
39 lum vsum † habemus. ¶ Sol. Ang. & post eum Ioan. de Imo. in dicto §. hæc quæ de seruis, recitat duas opiniones. Vna, quòd ex re nostra, & operis serui nobis acquiritur, sed extra rem nostram, & serui operas nobis non quæritur. Alij verò contra, de qua materia in l. acquiritur, in princ. ff. de acquir. rerum domin. & l. per seruum. ff. de vsu, & habitat. Sed Ang. defendit vtranque opinionem, dicens, ꝙ aut vsuarius locauit operas inuito seruo suo, & habet locum regula, quia hoc non potuit facere: secus si seruus locationi consentiret, quia tunc acquiritur vsuario vsque ad valorem eius, quod ipsi vsuario operatus esset. Sed dicit Ioan. de Imo. quòd ista opinio non est bona; quia non probatur iure: ergo, &c. vt l. illam. C. de collat. & remittit se ad d. l. per seruum, & ad l. plenum, eod. tit. de vsu, & habit. Sed tu vide omnino, quę melius, & latius dixi supra in Rubr. tract. 1. art. 5. quæst. 5. versic. acquiritur nobis per seruos, in quibus nudum vsum.

40 ¶ Sextò quæro, quid de seruo † hæreditario. ¶ Sol. Dic, quòd per seruum hæreditarium non possumus acquirere, quòd sit eiusdem hæreditatis. tex. est in l. 1. §. veteres. ff. de acq. poss. & quoniam ille tex. est aliqualiter obscurus, dic hunc esse casum illius §. videlicet testator instituit me hæredem, & decessit, in illa hæreditate est seruus, vtrum per talem seruum hæreditarium possim mihi acquirere res eiusdem hæreditatis. dicit Paulus Iurisconsultus: Veteres putauerunt, quòd per seruum hęreditarium non possim mihi acquirere res eiusdem hæreditatis: hæc est regula veterum. Deinde subiungit, vtrum regula dicti §. ad similes casus sit extendenda: verbi gratia, testator legauit mihi tres seruos, vel quidam vendidit, vel donauit mihi tres seruos, vtrum per vnum ex istis tribus donatis, vel legatis possit mihi acquiri possessio aliorum? Respondetur, quòd sic; & sic sequitur, quòd regula veterum, ad istos casus non est extendenda. Et pro prędicta regula videtur text. in l. 1. §. Scæuola. ff. si quis testa. lib. esse ius. fuerit. & quod dixi supra in princ. huius artic. versic. 2. limitatur.

¶ Sed quæro, quæ sit ratio prædictæ regulæ, & prędictæ diuersitatis, quòd per seruum hæreditariū res hæreditaria quæri non possit, & per istum seruū legatum donatum: & quomodo potest nobis quæri possessio aliorum. ¶ Sol. Dicit Ioan. glossator, quòd vrgens disputatio est: & hæc vrgens disputatio est illa, quam ponit glo. magna in dicto §. veteres. versic. tu dic, quòd hæreditarius, quia seruus hęreditarius ante aditam hæreditatem non quærit sibi, cum non sit suus, vt l. si me in vacuam. §. fin. ff. de acquir. possess. post aditam verò hæreditatem non est amplius hæreditarius, sed hæredis, vt l. cum hæredes. ff. de acquir. poss. licet quandoque impropriè hæreditarius appelletur, vt l. 1. §. item acquirimus, in fi. ff. de acq. poss. hoc enim nomen hereditarium dominium denotat. Instit. de hæred. qual. & differē. §. sui. ibi, quodammodo domini existimātur, & melius in §. item extraneus, in fi. eod. tit. ibi, pro hærede enim gerere, est pro domino gerere. & l. itē Mela. §. legis Aquiliæ. ff. ad leg. Aquil. Sed cum dico seruos legatos, donatos, vel venditos, per hæc nomina, vel participia, tituli designantur: nam licet legatarius sit factus dominus, adhuc seruus legatus appellatur legatus, & sic de cęteris.

¶ Alij verò dicunt, quòd hoc contingit ratione coæqualitatis, quia dedignantur res hęreditariç per comparem, hoc est per seruum pariter hęreditariū
41 quærit: nam asinus † intumescit, si per comparem se videt comprehendi. Sed hæc ratio non valet, secundum glo. Pet. Bar. & Doct. quia eadem ratione idem deberet esse in legatis, & contractibus. Quare tu melius dic, secundum Pet. & sentit glo. vt dixi: quia seruus hæreditarius denominatur a suo domino, vnde seruus hæreditarius est seruus hereditatis, sicut seruus Titianus dicitur ille, qui est seruus Titij: quandiu ergo iacet hæreditas, est seruus hæreditatis, & sic seruus hæreditatis, sed quàm primum hęreditas aditur, desinit esse hęreditas, & incipit habere nomen boni hæredis, cuius per prius non erant: & ideo, quandiu iacet hęreditas, seruus hæreditarius nihil potest acquirere hæredi, hoc verò non contingit in pluribus seruis legatis: nam si tres serui sunt legati, potest per vnum seruum legatum alius seruus acquiri hoc modo. Pone, testator legauit mihi tres seruos, ego apprehendi vnum, & sic habeo possessionem illius, & ille apprehendit alios, & per hunc modum illorum possessionem mihi acquirit: nam seruus legatus non à domino, sed à titulo denominatur. Vnde dicitur legatus, quia habitus à causa legati: nam legatum est causa, & titulus: causa verò, & factum semper durant. Et ideo concluditur, quòd per vnum seruum legatum alius potest acquiri, & licet acquisitus sit, tamen adhuc durat legatus, nam titulus semper durat; sed non bene dicitur, quòd seruus hęreditarius acquirat hęredi, quia quàm primum est acquisitus, immediatè desinit esse hæreditarius: in seruis verò donatis, vel emptis potest vnus quæri per alium, quia si tradidisti mihi vnum, & sic ille est effectus meus, per ipsum aliorum possessionem acquirere possum, vt d. §. veteres, & l. prædia. ff. de acq. poss.

¶ Et aduerte, quia gl. in d. §. veteres. videtur velle, ꝙ secus sit in seruis legatis, quia rei legatæ acquirit dn̄ium legatario sine alia apprehēsione, vt l. à Titio. ff. de

ff. de fur. & in l. cũ pater. §. surdo. ff. de leg. 2. Sed dicit Pet. in dicto §. veteres. quòd hoc non debet intelligi sub hac forma, videlicet, quòd si sunt plures serui legati, quòd per vnum acquiratur mihi possessio alterius, antequam apprehendatur; vnde possessio non acquiritur mihi, antequam eam apprehẽdam, sed antequam sit à me apprehensus, non potest acquirere mihi alterius possessionem, sed dominium acquiritur sine possessione: satis ergo est, quòd mihi sit acquisitum dominium serui ad hoc, vt possit mihi quærere possessionem, licet illius serui possessionem adhuc non acquisiuerim, dummodo, vt dixi, seruus ille sit meus.

42 ¶ Aduerte tamen, quia quod supra dixi, † quòd per seruum hæreditarium non possumus rerum ipsius hæreditatis possessionem acquirere, limitatur, vt procedat, si modo vellet mihi acquirere tanquã hæredi, secus si vellet mihi acquirere non tanquam seruus hæreditarius, sed tanquam negociorum gestor: quia tunc posset, vt arbitror, mihi acquirere, argumen. glo. in dicta l. 1. §. item acquirimus. & §. hæc quæ. ff. de acquir. poss. secundum Pontan. in dicto §. veteres. & d. §. hæc quæ de seruis. facit quod dicam in versi. tertio loco quæro, quid de filio. Nec obst. quod seruus à me non possideatur, quia licet seruus ab alio domino possideatur, tamen alteri, quàm domino tanquam negociorum gestor acquirere potest: quia licet in quæsitis seruus non possit præiudicare domino, tamen secus est in quærẽdis, vt l. seruus. C. de pact. & ibi glo. & l. fin. C. de acquir. poss. quantum verò ad acquisitionem dominij fiendam per seruum hæreditarium, vide quæ latè dixi supra in Rubrica, in primo tract. artic. 5. q. 5. vers. 4. per seruos nostros.

¶ Sed quæro circa prędicta de notabili, & subtili quęstione. Pone, quòd habeo vsumfructum in
43 seruo testatoris mei, † vtrum per eum acquiram hęreditatem. ¶ Sol. glo. in dicto §. veteres, in fi. tenet, quòd non, cum nec per seruum hæreditarium quæri possit. Subdit tamen, quòd secus est, si seruus instituatur, quia tunc per eum acquiritur. Sed dicit ibi Ioan. de Imo. quòd si glo. intellexit de proprio seruo hæredis, glo. est clara. Si verò intellexit, quod seruus, in quo habeo vsumfructum, sit institutus hæres à proprietario mei contemplatione, glo. non videtur procedere, quia vsufructuarius nõ potest iubere seruo vsufructuario, quod habeat hęreditatem, per l. aditio. §. 1. ff. de acquir. hæred. nisi sustineas glo. secundum Dyn. Bart. & Ioan. de Imo. quòd satis sit, quòd iussus domini vsufructuarij de facto præcedat, qui tandem instificabitur, & effectum consequetur, sequuta aditione, arg. l. mulier. §. penult. ff. de condit. instit. Sed dicit Ponta. quòd hoc non putat procedere: quia si constat, ꝙ seruus contemplatione vsufructuarij instituatur, licet ipse non possit iubere seruum adire, vt d. l. aditio. §. 1. tamen sibi competit remedium, vt adeat proprietarium, ex cuius iussu seruus ad acquirendam hęreditatem habilitetur, vt l. si quis mihi bona. §. 1. cũ ibi not. ff. de acquir. hæred. & si proprietarius nollet iubere etiam fortè à iudice compulsus, tunc fortè in locum ipsius succedet iudex, argumen. l. bonorum. C. qui admit. ad bonorum possess. & in l. si infanti. C. de iure deliber.

¶ Sed aduerte, quia reprehensio Pontani nõ est iusta: nam prędicti Doct. non loquuntur, quando extraneus haberet proprietatem. Sed tu ad prædicta vide omnino, quæ dixi supra in Rubrica, in primo tract. artic. 5. quæst. 5. versic. 5. acquiritur nobis non solum per seruos, &c. maximè ibi, Sed aduerte, quia prędicta regula negatiua. Subdit tamen Ioã. de Imo. in dicto §. veteres. quòd cum hodie videatur tacitè data libertas per institutionem factam de seruo à testatore proprietario, vt Instit. de hęred. instit. in princ. iuncto ver. proprius, prędicta glo. & dictum Doct. non videtur procedere, nisi in casu, in quo seruus vsufructuarij contemplatione institueretur, quo casu extraneus habet proprietatem. ad quod vide, quod no. in d. versic. proprius. & l. 1. & 2. C. de nec. seruis hære. instit. & in l. 1. §. si autem proprietarius. ff. commun. de manum.

¶ Septimò quęro, quid de seruo fugitiuo, vtrum
44 per eum possessio quæratur † domino.
¶ Sol. Tex. in l. per eum. §. 1. ff. de acquir. possess. dicit, quòd per seruum in fuga agentem, si neque ab alio possideatur, neque se liberum esse credat, possessio nobis acquiritur.

¶ Aduerte tamen, quia glo. & Doct. circa hunc passum plurimum variant. Sed tu dic, quòd quandiu dominus non amisit possessionem serui, quamuis seruus in fuga existat, si tamen adhuc non incępit ab alio possideri, vel se in libertatem non vendicauerit, seu se pro libero gesserit, per ipsum seruum dominium domino suo quæritur. Si verò ab alio sit possessus, vero domino possessio non quæritur, & hoc est expeditum. Si verò se solum pro libero gerat, seu liberum credat, vtrum possessio domino quæratur. glo. sunt variæ: nam glo. in l. si is qui. §. seruus. ff. de vsucap. dicit, quòd quatuor sunt necessaria. Primò, quòd gerat se pro libero, seu proclamet in libertatem, vt l. si cui. §. licet. ff. de liber. causa. Secundò, quòd diu se pro libero gesserit, per l. si seruus. ff. de acquir. poss. Tertiò, quòd bona fide se gesserit, vt l. igitur. §. 1. ff. de lib. cau. & l. fi. C. de pręscrip. lon. temp. Quartò, quod sit paratus liberale subire iudicium, vt d. §. seruus. Sed glo. in l. quod autem, ad fin. ff. de liber. cau. dicit, quod satis est, quod seruus bona fide sit in quasi poss. libertatis, quia statim dominus possessionem amittit, per d. l. igitur. Secus autem si mala fide, quia tũc requiritur, quod in libertate diu moratus fuerit, vt d. l. 3. §. seruus. & & hanc opinionem sequitur Inno. in cap. de seruorum. supra de ser. non ord. & Bart. in d. l. 1. §. per seruum, qui in fuga. ff. de acq. poss.

¶ Aduerte tamen, quia quod de bona fide dixi, videtur procedere, siue bona fides procedat ex iusta causa, siue etiam ex iniusta, dummodo aliqua iusta ratione moueatur, secundum glo. in l. quod autem. ff. de lib. cau. per l. liberis. §. fi. & l. quæritur. §. 1. eo. ti. & hoc casu non videtur requiri, quod diu se gesserit pro libero, sed solum tunc videtur requiri, ꝙ se gesserit pro libero, quando adesset mala fides. & hanc opinionem sequitur Inno. in dicto cap. de seruorum. quia aliàs sequeretur absurdum, secundum Innocen. nam cum in præscribenda libertate suffi-
45 ciat † decennium inter præsentes, per l. si fideicommissum. §. Aristo. ff. qui, & à qui. no. gl. in d. §. seruus. licet glo. aliud senserit in l. 3. C. de præscri. lon. tem.

quæ

quæ pro lib. nam in præscribenda libertate non requiritur titulus; sed sufficit bona fides, ideo indistincte requiruntur 20. anni. Sed dicit Ioan. de Imo. quod prędicta ratio non est bona, quia etiam in seruitutibus pręscribendis nõ requiritur titulus, vt l. si quis diuturno. ff si seruit. vend. & tamen sufficit decennium inter præsentes, vt l. penult. C. de seruit. ideo cum agamus de libertatis fauore, tenenda est alia opinio, secundum Ioan. de Imo. per no. in l. lege Iulia. ff. de manum. & l. prox. in fi. ff. de his, quæ in test. delen. & in cap. ex literis, infra de probat. & in c. si. infra de appell. cum si. Vnde infert, quòd non desineret quis possidere seruum, si non gereret bona fide se pro libero possidere, vel nisi diu, & sic per decennium esset moratus in quasi poss. libertatis, & sic semper exigeretur tempus viginti annorum ad præscriptionem, quia præscriptio contra dominum non prius incipit, quàm ipse dominus desierit possidere, vt singulariter dicit glo. in l. 1. ad fin. C. de ser. fugit. sed infra decennium non dicitur amittere possessionem, sed tantum post decennium per obliuionem, vt singulariter dicit glo. in d. l. 1. C. de ser. fugit. ergo, &c. Hoc tamen intellige, nisi sit per alium apprehensus, quia tunc licet, quando est per alium apprehensus infra decẽnium, dominus, licet amittat possessionem naturalem, tamen non amittit ciuilem, donec seruus gerat se pro libero: sed si postea esset apprehensus dominus, videtur etiam amittere ciuilem. Nec obstat, si diceres, quòd seruus fugiendo facit furtum sui, vt l. 1. C. de seruis fugit. ergo priuat dominũ possessione, quia per furtum acquiritur plenè possessio, vt dicam infra, artic. 28. & sic dominus omnem possessionem videtur amittere: quia respondeo, quod contrarium loqui-

46 tur in furto † regulari, in quo distinguitur res furata à fure: secus est in furto irregulari, quod committit seruus fugiendo, in quo non distinguitur fur à re subtracta, vt traditur in dicta l. 1. Sed si seruus non gereret se pro libero, sed fortè in alia prouincia gerit negocia domini, tunc etiam si per mille annos staret, dominus non amitteret possessionem, nisi inciperet ab alio possideri, vt d. l. 1. §. per seruum, qui in fuga. & ibi per Barto. ff. de acquir. poss. Sed concludendo quo ad materiam nostram dic, quod in casibus, in quibus serui fugitiui possessionem non amisimus, possumus per eum possidere, vel possessionem acquirere, aliás secus, quia possessio per seruum acquiritur domino ratione possessionis ipsius serui, non ratione dominij.

¶ Octauò quæro, quid de seruo alieno, vtrum

47 possessio † per seruum alienum possit nobis quæri.

¶ Sol. Dic, quod aut loquimur de seruo alieno, quẽ tamen bona fide possidemus, aut de seruo alieno quem non possidemus. Primo casu dic, quod si plenè à me possidetur, quæritur mihi possessio: si verò fortè possideo tantũ naturaliter, quid iuris sit, collige ex his, quæ dixi in præcedenti quæstione; & vide glo. & Cyn. in l. 1. C. de acquir. poss. & vide, quod latè dixi supra in Rub. in primo tract. artic. 5. vers. 6. acquiritur nobis dominium per seruos alienos. Secundo casu dic, quod ita demũ per seruum alienum acquiritur nobis possessio, si illam velit nobis acquirere tanquam procurator, pręcedente mãdato ad negocia, ad quæ constitui potest, vel tanquam negociorum gestor, sequuta nostra ratihabitione: nam dictis casibus potest nobis acquirere, siue à nemine possideatur, siue possideatur à domino, per l. si me in vacuam. ff. de acquir. poss. ad quod vide, quod dixi supra in prima quæst. versic. quartò limitatur. Secus si non ageret tanquam procurator, vel negociorum gestor, quia tunc quęrere non potest possessionem extraneo, vt l. nemo. §. 1. ff. de acquir. rerum domin. glo. Cyn. & Doct. in l. 1. C. de acq. poss. & per Docto. in d. l. si me in vacuam. §. fin. & ibi per Ioan. de Imo. & in l. communis seruus, eod. tit. & per glo. Imo. & Pontan. in l. 1. §. item acquirimus. ff. de acq. poss.

¶ Quid autem iuris sit de his, qui sunt in hostium potestate; & de obsidibus, vide, quod dixi supra in princ. huius artic. versic. infertur, quod qui in hostium potestate, &c.

¶ Secũdo loco principaliter quæritur, iuxta prædicta, quid de monacho, qui seruo ęquiparatur,

48 vtrum per eum possessio acquiratur † monasterio.

¶ Sol. Ad hoc in primis vide, quæ dixi supra in primo membro istius artic. versic. tertiò limitatur, quod monachus. & vide, quæ latissimè dixi in Rubrica, tracta. 1. artic. 5. quæst. 5. versic. nonò per monachos, & religiosos. Et conclude, quod per monachũ acquiritur possessio monasterio, per ea, quæ in dictis locis tradunt. tradit Barto. in l. possessio. §. qui in aliena. ff. de acqui. poss. & si monachus possidẽs ingreditur monasterium, illam possessionem acquirit sine noua apprehensione.

¶ Quid autem de putatiuo monacho, vtrum vero, aut putatiuo monasterio possessionem acquirat. Innocen. in cap. cum olim, infra de priuileg. & Pontan. in l. 1. §. 1. ff. de acquir. possess. distinguunt, quod aut quærit de re monasterij, à quo bona possidentur, & quærit monasterio, argum. l. 1. §. sed & per eum. ff. de acquir. poss. & l. 1. C. de rei vendicat. & l. acquiritur, & l. liber homo. ff. de acquirẽ. rerum domi. & quod dixi supra, versic. tertiò quæro, quid iuris de seruo putatiuo. Et nota, quòd acquiritur monasterio ratione monasticæ obedientiæ, secundum Bar. in d. l. 1. §. per seruum, qui in fuga. ff. de acquir. poss. Aut monachus quærit ex operis suis tantum, vel extra rem monasterij putatiui, & tunc quærit monasterio vero. ff. de vsu, & habitat. in l. per seruum. tenet Ioan. And. in addit. Specul. in Rubr. de statu mona. versic. pileus, & Bart. in l. quicquid. ff. de acq. pos. & quamuis glo. & Docto. frequenter videantur ęquiparare monachum seruo, tamen in hoc monachus potius filio, quàm seruo ęquiparatur. Et collige regulam, quòd ęquiparatur filio, vel ser-

49 uo, prout vtilius est monasterio, † tradit latè Lud. Pont. in l. is qui hæres. §. neque filius. & l. is potest. & l. seruus. ff. de acquiren. hæred. Et vide, quod tradit Dom. Anton. in cap. fin. de regul. Reliqua verò ad hanc materiam vide omnino supra in Rubr. in primo tract. artic. 5. quæst. 5. versi. nono per monachos. vbi vide etiam quid iuris in hęreditate, & quid de monacho expulso, & quid de monacho professo religionem in genere, & de quolibet religioso, & canonico regulari, & conuerso ad monasterium, & etiam de Abbate. & vide etiam, quæ dixi supra eo. art. versic. tertiò infertur, quod monachus.

¶ Tertio loco quæro, quid de filiofamil. vtrum

50 per ipsum quæratur possessio † patri. ¶ Sol. Dic, quod sicut per seruum acquiritur domino, ita per filium in potestate patris existentem acquiritur patri, vt in dicta l. 1. §. item acquirimus. ff. de acq. poss.

¶ Aduerte tamen, quia glo. ibi ponit duas differentias inter acquisitionem quam facit seruus, & acquisitionem filij. Prima est, quia filius acquirit patri in rebus peculiaribus, etiam si ab alio possideatur, per l. quicquid. ff. de acquir. poss. secus est in seruo, vt supra dixi, in versi. octauò quæro, quid de seruo. Secunda differentia est, quia pater acquirit sibi possessionem per filium verum, & non per putatiuum, vt l. per eum. ff. de acq. poss. secus est in seruo putatiuo, vt in l. 1. §. sed & per eum. ff. de acq. poss. & pro ratione remittit glo. ad l. iusto. ff. de vsucapio. vbi tex. vult, quod licet pater iusto errore ducatur, vt filium credat in sua esse potestate, cum non esset, puta quia non erat legitimè arrogatus, tunc etiam ex re patris putatiui non quærit ipsi patri, licet secus sit in homine libero, qui bona fide seruit. Et subdit tex. rationem, quod hoc euenit propter assiduam, & frequentem seruorum emptionem: nam frequenter per ignorantiam liberos homines emimus tanquam seruos, sed arrogationes non sic de facili frequentantur: arguit ergo ille tex. à communiter accidentibus, per l. nam ad ea. ff. de legib. Potest etiam alia ratio concludentior assignari, quia putatiuus seruus, ideo putatiuo domino seruit, quia ab eo possidetur, & respectu talis possessionis quærit domino putatiuo, vt l. si seruus, & l. liber homo, §. fin. ff. de acquir. rerum domin. vnde vero domino non quærit, ex quo verus dominus eum non possidet. ad quod faciunt, quæ dixi supra in materia serui, per octo quæstiones, maximè in tertia quæstione. sed in filio secus est, quia filius non quærit patri ratione possessionis, cum ipse non possideatur, vt d. §. acquirimus. ibi, nam & filius, &c. sed quærit ratione potestatis, vt d. l. quicquid. patria ergo potestas vera, & naturalis præfertur putatiuæ, & accidentali, vt l. profectitiæ. §. fina. ff. de iure dotium, & in l. qui hac. ff. de tute. quod tamen ego arbitror limitandum, si modo vellet quærere patri putatiuo, tanquam filius, secus si tanquam procurator, præcedente tamen mandato, vel vt negociorum gestor, secuta tamen ratihabitione. no. Io. de Imo. in l. per eum, in princ. ff. de acqui. poss. per l. si me in vacuam. ff. de acquiren. possess. faciunt, quæ dixi supra, versic. 8. quid de seruo.

¶ Item aduerte, quia etiam per seruum fugitiuũ acquiritur: quia, vt dixi, filius non acquirit patri ratione possessionis, sed ratione patriæ potestatis, tenet Bart. in l. 1. §. per seruum, qui in fuga. ff. de acq. poss. per not. in l. 1. §. per eum, & l. per eum, eod. tit. & per Ang. in d. §. item acquirimus.

¶ Insuper aduerte, quia prædicta procedunt, respectu peculij profectitij, in quo filius æquiparatur seruo, & in quo hodie nihil est immutatũ, per l. placet. ff. de acquir. hæred. Secus est in peculio castrensi, vel quasi, quibus non solum iure nouo, vt in l. cũ oportet. C. de bon. quæ lib. sed etiam iure veteri filij censebantur patresfamilias, & sic nõ parentibus, sed sibi quærebant, vt l. 2. ff. ad Maced. sed in peculio aduẽtitio, cum iura noua aliter disponãt, quàm antiqua, aliter dicendum est. olim enim quicquid

51 quærebat † filius, etiam per viam peculij aduentitij, quærebat patri, vt nec vno momento remaneret penes filium, vt d. l. placet. hodie verò filio proprietas, patri verò vsusfructus quæritur, vt C. de bonis, quæ lib. & C. de bonis mater. per totum. vnde hoc casu glo. super verbo, possunt. in l. possessio. §. 1. ff. de acquir. poss. dicit, quod naturalis possessio acquiritur patri ratione sui vsusfructus, per l. naturaliter. ff. de acq. poss. Sed filio quæritur possessio ciuilis, vt proprietario, per l. cum oportet. C. de bon. quæ lib. ad quod vide, quod dixi supra in articu. præceden. Et hoc procedit non solum in filio legitimo & naturali, & vero, sed etiam in filio arrogato, vt no. glo. in verbo, in alterius potestatem. in l. qui vniuersas. §. item quod mari. & Dyn. in l. possessio quoque. §. qui in aliena. ff. de acq. poss.

¶ Sed quæro, iuxta prædicta, de notabili quæstione. Pone, filius acquirit nudam possessionem,

52 vtrum talis possessio † acquiratur patri.

¶ Sol. Glo. in dicto §. qui in aliena. vult, quod si acquirat vsum, prout est seruitus personalis, talis seruitus inhærebit filio, & commoditas erit patris. Idem etiam dicit, si per filium acquiratur mera detentatio, per l. plenum. §. si vsus. & l. filio. ff. de vsu, & habit. secundum Ang. in dicto §. item acquirimus, & in dicto §. qui in aliena. Et sic videtur sentire Angel. quod ius possessionis erit penes filium, sed commoditas erit patris. Sed dicit Ioan. de Imo. in dicta l. qui in aliena. quòd hodie, quando est mera detentatio, ex quo non potest quæri hoc casu vsusfructus patri, videtur, quod sibi nullum ius quæratur; sed quod filius habeatur pro patrefamilias, vt voluit gl. in l. 3. §. filio. ff. commod. In mera autem possessione videtur dicendum, quòd si fuerit quæsita, iniustè, nihil quæratur patri, per l. quod seruus. ff. de acquir. poss. Si verò iustè, dicit Ioan. de Imo. quod non bene videt, quomodo mera possessio tũc acquiratur, quia tunc videtur trahere secum acquisitionẽ fructuum, per l. qui scit. §. fin. ff. de vsur. Subdit tamen, quod si talis casus reperiretur, in quo iustè quæri posset mera possessio, quæ non haberet effectum acquisitionis fructuum, quòd tunc patri nihil quæreretur, ex quo patri non potest quæri vsusfructus, nec eius commoditas, per ea, quæ habentur in d. §. si filio. quæ verba in rei veritate sunt multum ambigua. Si verò filiofamilias legatus, vel donatus esset vsusfructus, intellige contemplatione ipsius filij, ita quod sit peculium aduentitium, quod acquiritur patri, dicit Ang. in dicto §. qui in aliena. quod penes filium erit ius ipsius vsusfructus, sed penes patrem ipsius iuris commoditas, per l. plenum. §. quãquam, & l. filio. ff. de vsu, & habit. Sed dicit Ponta. quod miratur, quod Ang. non facit mentionem de glo. in auth. idem est. C. de bon. quæ lib. quæ tenet contrarium, mota, quia seruitus seruitutis esse non potest, vt l. 1. ff. de vsufr. lega. dixi supra in Rubrica, tract. 1. artic. 1. quæst. 5. versi. quartò fallit. & vide ad prædicta, quod tradit Ioan. And. in addit. Specul. in tit. de instrum. edit. §. fin. versic. petens. & Ponta. in l. si cum filius. ff. de donat. Sed tu dic, quod Ang. facit mentionem, dicens, quod illa glo. dum dicit, quod vsusfructus non acquiritur patri, intelligenda est, quod ius ipsius vsusfructus non quæritur patri, sed bene quæritur sibi commoditas ipsius iuris, vt di-

vt dictis iuribus. ita intelligit, quod no. in l. 3. §. si filio. ff. commod. per glo. dicentē, quòd licèt sola detentatio quæsita per filium non quæratur patri, tamen iuris commoditas bene quęritur, ar. d. §. quanquam, & d. l. filio.

¶ Ex quo sequitur, quod respectu ipsius commoditatis pater habet quodammodo quandam quasi possess. licet non respectu iuris vsusfructus, qui est penes filium. Et ad prædictam materiam vide omnino l. fi. & quod ibi traditur per Doct. maximè per Cyn. C. de vsufr. vbi concludit hanc materiam esse valde difficilem.

¶ Quarto loco quæritur, vtrum per procuratorē
53 nostrum possessio nobis quæri † posset.

¶ Sol. Dic, quod sic. tex. est in l. per procuratorē. C. de acquir. poss. & in l. 1. C. per quas perso. nobis acqui. & in l. 1. §. per procuratorem, & in l. possessio. §. & si possessio. ff. de acq. poss. & l. 1. C. de acq. poss. & talis possessio acquiritur domino, seu principali recta via, ita vt nec momento dicatur stare penes procuratorem, & factum procuratoris reputatur factum domini, vt no. glo. in l. quod meo. §. procurator. ff. de acq. poss. & in d. l. per procuratorem. tenet Pau. de Cast. in dicto §. & si possessio. Et hoc procedit non solum in procuratore speciali, sed etiam generali, secundum opinionem Ioan. antiqui glos. in d. l. 1. §. per procuratorē. licèt Rogerius, Mar. Pet. & Vltramontani tenuerint contrarium, quòd per procuratorem generalem quæri non possit, nisi sequuta ratihabitione. & hāc opinionem videtur sequi Innoc. in cap. accedens, infra de præbē. & sentit glo. in cap. si tibi absenti, de præben. lib. 6. Sed Ioan. vt dixi, cuius opin. videtur sequi glo. tenet contrarium. & pro hac opinione est tex. iuncta glo. in l. si rem. ff. de vsucapio. vbi hoc idem clarè tenet Bar. & Ioan. de Imo. & idem ēt tenet Bar. in l. qui mihi donatum. ff. de dona. & idem etiam tenet Ponta. in l. 1. §. item acquirimus. ff. de acq. pos. per illum tex. dum dicit, quia eis peculium habere permisimus. quia sicut ibi quæritur per seruum etiam ignoranti domino ex causa peculiari, eo quod dominus seruo peculium habere permisit, sic eadem ratione per procuratorem generalem quæri debet suo principali, ex quo generalem sibi concessit administrationem, & sic subtiliter illum tex. inducit quidam Doctor, vt dicit Potan. contra opinionem Mar. & Vltramontanorum.

¶ Et aduerte, quia procurator ad acquirendam mihi possessionem solum præstat nudum ministerium, & sic directò, & immediatè acquiritur possessio domino per actum procuratoris, non autem facit transitum in personam procuratoris, & postea domini, licet secus sit in acquisitione obligationis, vt not. Ioan. de Imo. post Doct. in l. quod meo. ff. de acq. poss. Et ad prædicta vide Bart. in l. si is qui pro emptore. ff. de vsucap. ver. venio ad secundum. cum fingit de vna persona ad aliam, &c. ibi, si procurator loquitur. col. 40. vbi dicit, ꝙ procurator semper pręstat nudum ministeriū, vt d. l. quod meo. §. procurator. & l. 1. C. de acq. poss. & per not. in l. ea, quæ ciuiliter. ff. de acquir. rerum domin. & ideo per procuratorem nomine meo acquirētem possessionem ego propriè, & verè possideo, nō secundum fictionem, vt d. l. quod meo, in princ. vbi tex. dicit: nam is possidet, cuius nomine possidetur. & sic loquitur propriè, & verè, & non per fictionem: quia si vellet loqui per fictionem, diceret, possidere videtur. & pro prædicta opin. est casus rotundus, secundum Bart. in l. certè. §. 1. ff. de precar.

¶ Item acquiritur nobis possessio per procurato-
54 rem, † non solum si sit verus procurator, sed etiam si sit falsus, per l. cum quis. §. 1. ff. de solut. quod tamē intellige, si modo aliàs fuit verus, sed postea effectus est falsus, quia reuocatus, & sic tempore quo recipiebat, erat falsus; sed tamen ignorabat reuocationem, vel si sciebat, ea intentione recepit, vt principali suo acquireretur. quare, prædictis concurrentibus, & concurrente fauore liberationis tradentis possessionem, ad quam tradendam tenebatur, talis possessio statim acquiritur domino.

¶ Et aduerte, quia ex prædictis sequitur, quòd acquiratur domino non solū scienti, sed etiam ignoranti, vt probatur in dicta l. 1. C. de acq. poss. & ratio est in promptu, quia si non acquireretur domino, possessio remaneret vacans, quia tradens amittit, & procurator non acquireret, cum hoc nō agat in animo. quare vtilius est, quòd quæratur domino, vt dicit tex. in d. l. 1. §. per procuratorem.

¶ Et prædicta procedunt, si vterque tam tradēs, quàm recipiens animo gerat, vt possessio quæratur domino, quia tunc & ciuilis, & naturalis possessio quæritur domino, vt voluit glo. in l. 1. C. de acquir. poss. & glo. magna, in fi. in l. qui mihi donatum. ff. de donat. Et si tu diceres, quomodo acquiritur ciuilis domino, si est ignorans? Respondeo, quia venit in consequentiam naturalis, aliàs prædictæ glo. non possent saluari, secūdum Bal. in d. l. 1. & idem etiam est, si solus procurator hoc solum gerat in animo. vt acquirat domino, licet tradens intendat, quòd quæratur procuratori: nam etiam hoc casu possessio acquiritur domino, quia tradens possessionem animo desiit possidere, & sic possessio remanet vacans, quam procurator potuit occupare, & acquirere cui vult, vt d. l. 1. §. hæc quæ de seruis. & §. per procuratorem. ff. de acq. poss. & ibi per Ioā. de Imo. & sic illam possessionem potuit acquirere domino. Bal. tamen in dicta l. 1. vult, quòd hoc casu solum ciuilis quæratur domino, per l. fin. C. si quis alteri, vel sibi. Et potest dici secundum eum, quòd sit casus d. l. 1. allegat etiā d. §. hæc quæ de seruis, & l. per seruum. ff. de acquir. rer. domin. Ego arbitror, quod ex quo procurator quærit ciuilem domino, quærit etiam sibi naturalem, quia si non quæreret sibi naturalem, non video quare possit quærere ciuilem, data domini ignorantia, quo casu ciuilis videtur venire in consequentiam naturalis, vt dixi supra, secundum Bald.

¶ Præterea ratio Cy. quare hæc possessio quæratur domino etiam ignoranti, concludit tam ad naturalem, quàm ad ciuilem: quia ex quo possessor tradit possessionem animo illam transferendi, possessio remanet vacans, vel fortè melius priuatur omni possessione, ex quo amittit animum possidendi: ergo procurator illam recipiens non potest acquirere suo principali. non sic est in dominio, quia illud non perditur animo. ad quod vide, quod traditur per Cyn. Bar. & Doct. in dicta l. 1. C. de acquir. poss. & quod dixi supra, in Rubr. tracta. 1. art. 5. q. 5.

versic. 12. & artic. 13. Idem etiam est, si tradens procuratori gerat in animo, vt quæratur domino, licet procurator gerit in animo, vt quæratur sibi, quia tunc quæritur etiam domino, secundum glo. Bar. & Doct. in dicta l. qui mihi donatum. & Bal. & Doct. in dicta l. 1. C. de acqui. poss. quod tamen ego arbitror procedere, si modo esset verus procurator: sed si esset falsus procurator, quamuis à principio fuisset verus, & tradẽs traderet ea intentione, vt acquiratur domino, & procurator reciperet eo animo, vt non domino, sed sibi acquireret, hoc casu non acquireret, sed furtum cõmitteret, per l. falsus. C. de furt. Si verò neuter gesserit in animo, quod acquiratur domino, sed solum, quod acquiratur procuratori: tunc non acquiritur domino, nisi traditione demum facta ipsi domino per procuratorem, vt in l. res ex mandato. ff. de acquiren. rerum domin. vbi est casus, secundum verum intellectum, secundum Bald. Si verò sumus in dubio, dic, quòd si procurator licitè poterat recipere pro se, sicut pro domino, potius pro se, quàm pro domino recepisse intelligitur. ff. de admin. tutor. l. Titium, & Mæuium. §. altero. Si verò non pro se, sed pro domino licitè recipere poterat, tunc nomine domini intelligitur recepisse, vt in l. ex morte. ff. quan. ex facto tutor. tenet Pau. de Cast. in l. 1. §. per procuratorem. ff. de acquir. poss. sed Bart. in dicta l. qui mihi donatum. dicit, quod tunc procurator procuratorio nomine possessionis traditionem intelligitur recepisse, quãdo immediatè post contractum procuratorio nomine celebratum sequuta est traditio, secus si ex interuallo, quia tunc sibi, non domino quærere intelligitur, per l. multum, in fi. C. si quis alteri, vel sibi. Sed dicit Ioan. de Imo. quòd hoc non videtur procedere sine scrupulo, eo quia traditio est accessoria ad contractum præambulum: ergo in dubio regulari videtur secũdum naturam sui principalis. ar. regulæ, accessorium. de reg. iur. lib. 6. Nec obstat prædicta l. multum. quia immo potius facit contra Bar. cum ibi non distinguatur, an incontinenti, vel ex interuallo, fiat traditio. Item, quia ibi loquitur, quando maritus in veritate volebat quærere vxori obligationem ex empto, quia dixerat; vendis vxori meæ, quod non poterat, cum non præcessisset mãdatum, vel si receperat, receperat officium procuratoris, & non nuncij, & ideo cum ibi contractus sit nullus, non potest dici traditio accessoria ad id, quod est nullum, secundum Ioan. de Imo. & vide etiam, quæ dixi supra de libel. oblat. cap. 1. art. 7. quæstio. 6. secundi membri, & remissiones, quas ibi dedi, & nõ solum ignoranti domino quæritur possessio per procuratorem, sed etiam quandoque er-
55 ranti, † vt l. si me in vacuam. §. sed si non mihi. ff. de acq. poss. quia satis est, quod alter eorum non erret, secundum Pau. de Cast. Et quæ sit ratio diuersitatis, quare dominium, & possessio quæratur nobis per procuratorem sine alia cessione, & non actio, vide, quæ dixi supra in Rubrica, in primo tract. artic. 5. quæst. 5. versic. 12. per procuratorem.

¶ Et aduerte, quia licet per procuratorem acquiratur possessio mihi etiam ignoranti, tamen mihi
56 ignoranti non acquiritur † vsucapiendi conditio, vt in dicta l. 1. C. de acq. poss. Et ratio est, secundum glo. quia in vsucapione requiritur bona fides, quam ignorans non dicitur habere. facit, quod no. in l. 3. §. fin. ff. commod. sed hæc ratio non concludit, quia etiam in acquirẽda possessione exigitur animus ad ipsam acquirendam, dicam infra, art. 26. & iste animus non potest esse in ignorante. Sed tu dic, quod, licet requiratur animus ad acquirendam possessionem, non tamen requiritur bona fides. Vnde satis est, quod in eo, vel in procuratore suo sit animus acquirendi. Secus est in bona fide, quia bona fides procuratoris non est bona fides domini, cui acquiritur, & ideo licet sibi acquiratur ex animo procuratoris, non tñ acquiritur bona fides ipsi principali, quæ in ipso exigitur ad potentiam præscribendi. Sed Raph. Cum. assignat aliam rationem, quia possessio est facti, sed vsucapio est iuris, quæ ratio non placet Pont. nec mihi, quia immo possessio est iuris, vt plenè dixi in cap. præced. art. 1.

57 ¶ Præterea, quia † dominium est iuris, vt l. ex hoc. ff. de iustit. & iu. dixi in Rubrica, tract. 1. artic. 1. & tamen per procuratorem acquiritur etiam domino ignoranti, vt l. 1. & l. per liberam. C. de acquirẽ. poss. dixi in Rubr. in primo tract. artic. 5. quæstio. 5. versic. 12. per procuratorem. Iac. de Are. dicit, quod ratio est, quia acquisitio possessionis procedit secundum naturalem æquitatem; & ideo ampliatur, vt etiam per procuratorem ignoranti quæratur. Sed vsucapio est inducta contra naturalem æquitatem, ideo restringitur, vt nõ acquiratur ignoranti. Item quia in acquirenda possessione minus: in vsucapione verò maius periculum vertitur, cũ in vsucapione agatur de priuando dominum dominio suo. Ideo non sic faciliter quæritur, quia in ea cautius est agẽdum, vt in cap. vbi periculum, de electio. lib. 6. & sequitur in dicta l. 1. C. de acquir. poss. & Io. de Imo. in l. possessio. §. & si possessio. ff. de acq. pos.

¶ Postremò aduerte, quia ad hoc, vt quæratur domino possessio per procuratorem, secundum ea, quæ superius dicta sunt, exigitur, quod procuratori sit facta vera traditio, seu apprehensio, secus si esset facta per actus fictos, vt puta per constitutum, aut alium similem actũ. ad quod vide, quod dicam latius in cap. cum ecclesia Sutrina. in 29. principali articulo, infra eod.

¶ Quinto loco quæritur, vtrum per nuncium à
58 me missum quæratur mihi † possessio.

¶ Sol. Bart. in repetit. l. si is, qui pro emptore. ff. de vsucap. col. 40. versic. venio ad secundum. cum fingit de vna persona, &c. dicit, quod ille, qui facit per nuncium, seu per ministrum, ipse propriè facit. casus est in l. 1. §. omnia. C. de vete. iure enucl. & l. pater, in fi. ff. de manumis. licet enim ipse actus manumittendi, qui fit ibi à filio, prout est facti, non possit esse factum patris, cum impossibile sit, quod factũ vnius sit factum alterius, quinimmo etiam factum eiusdem hominis diuerso tempore non est idem, vt l. si non sortem. ff. de condict. indeb. & in Auth. de instru. cau. & fide. §. 1. tamen ipsa manumissio, prout est iuris, idest ipsa datio libertatis fit à patre. sic & in eo qui vendit, vel aliter contrahit per nuncium, vt l. qui autem. §. fin. ff. de constit. pecun. & l. 1. in fi. ff. de contrahen. empt. & l. multum. C. si quis alteri, vel sibi. quare circa ea, quæ acquiruntur per actum naturalem, qualia sunt possessio, & dominium: idem est in procuratore, & nuncio, quia sicut nuncius

tius præstat nudum ministerium, ita & procurator; & ideo per eundem modum, per quem supradiximus, possess. nobis quæri per procuratorem, quæritur etiam per nuncium, vt l. quod meo. versic. procurator. ff. de acq. poss. & l. 1. C. eod. tit. & per not. in l. ea quę ciuiliter. ff. de acquir. rerum domin. quinimmo facilius videtur quæri per nuncium, quàm per procuratorem, maximè generalem, secundum Mar. & Pet. quia procurator concipit verba in persona domini, & ideo immediatè quæritur domino, vt l. qui autem. C. de constitut. pecun. & l. fin. ff. quod iussu. procurator verò concipit verba in persona domini, & ideo Mar. & Pet. voluerunt, quòd non posset quæri possessio, nisi sequuta ratihabitione, de quo latè per Cyn. & Docto. in l. 1. C. de acquir. poss. sed prædictam opinionem reprobaui in præced. quæst. & ad prædicta vide, quæ dixi in Rubrica, tract. 1. artic. 5. quęst. 6. Et prædictam opinionem de nuncio, quo ad acquirẽdam nobis possessionẽ, tenet etiam Bart. in l. certè. §. procurator. ff. de preca. & etiam tenet ibi glo. in secundo intellectu. & vide, quod tradit Bald. in tit. de notis feudorum. §. item in inuestitura. aliàs in §. item sciẽdum. Et ex prædictis reprobatur opinio Guil. de Cunio in l. ab emptione. ff. de pact. vbi dicit, quòd in tali acquisitione videtur interuenire quædam ficta traditio, sed non vera, vt dicam in cap. cum ecclesia Sutrina, artic. 29.

¶ Sexto loco quæritur, vtrum per negociorum
59 gestorem acquiratur mihi † possessio.

¶ Sol. Dic, quòd sic, secuta tamen ratihabitione, quia ante ratihabitionem lis non acquiritur, licet ipse non gesserit mihi acquirere, vt l. si ego. ff. de neg. gest. tradit Salic. in l. fin. C. si quis alteri, vel sibi, & glo. in l. 1. §. per procuratorem. ff. de acquir. possess. sed habendo ratum illam acquiro ex illo actu anteriori per gestorem celebrato, vt l. cõmunis seruus, in fi. ff. de acquir. poss. tenet Bart. in l. quod meo, in prin. eo. tit. & Pau. de Cast. in l. qui mihi donatum. ff. de donat. Et prædicta conclusio procedit, vt arbitror, etiam si sit coniuncta persona, quæ negociũ gessit, quia etiam dicto casu exigitur ratihabitio, argum. not. per Bart. in dicta l. qui mihi donatum. per not. in l. diem sponsaliorum. ff. depos. iuncta glo. & l. si fideiussor, in fi. ff. de neg. gest. Itẽ arbitror etiam, quod procedat, si sit pupillus, qui negocia gerat, per l. quamuis. 1. iuncta glo. ff. de acquiren. possessio. Et ex prædictis infertur, quod eadem dicenda sunt de institoribus, & exercitoribus, de quibus vide supra in Rubr. in 5. quæst.

¶ Septimo loco quæritur, vtrum per tutores, &
60 curatores possessio quæratur pupillis, † & adultis.

¶ Sol. Tex. est, quòd sic, in l. 1. §. per procuratorẽ. ff. de acquir. possess. ibi, quo ad acquisitionem possessionis ęquiparat tutorem, curatorem, & procuratorem; & ideo ad decisionem vide supra, quę dixi in versic. quarto loco quæritur. & quod dixi in Rubr. in d. quæst. 5.

¶ Octauo loco quæritur, vtrum per prælatum,
61 & rectorem ecclesię possessio † acquiratur ecclesię.

¶ Sol. Dic, quòd sic, cum & ipsi administratores sint, quinimmo & procuratores esse videntur, & etiam maius ius habere, quàm tutores, curatores, aut procuratores, vt traditur in c. præsenti, de of. or. & latè per Domeũ in repe. c. cum oẽs. infra de test.

¶ Quid autẽ de publicis officialibus, iudicibus, & tabellionibus, collige ex his, quæ dixi in dicta 5. quæst. versicu. 13. Nota tamen, quòd per tirannum
62 non quæritur possessio ciuitati, vel castro, † licet quæsita retineatur. facit, quod no. Bar. in l. qui fundum. ff. quemad. seru. amit.

¶ Quid autem de domino ciuitatis, & de vxore, & quid de rebus nostris animatis: omnia collige ex his, quæ dixi in dicta Rubrica, tracta. 1. artic. 5. q. 5. versic. 15. 16. & 17. Postremo pone, alicui relictus est vsusfructus; quęritur, vtrum per ipsum vsufructuarium acquirentem suam possessionem naturalem vsusfructus, acquiratur proprietario possessio vsusfructus. ¶ Sol. Bar. tenet, quod non, in l. si homo. ff. de vsucap. & ita intelligit ibi glo. nisi in casu l. quisquis. C. de donat. facit, quod not. glo. in l. 1. C. vnde vi. & an & quando quis possit per se propria auctoritate possessionem acquirere, dicam in cap. cum ecclesia Sutrina. infra eod. artic. 33. & in cap. pastoralis. artic. 36.

¶ Vigesimotertio principali articulo tractandum est, quis possit per se quasi possidere, & per
63 quos possimus quasi possidere. † Circa quem arbitror dicendũ, quòd omnes illi, quos supra diximus in pręcedenti articulo, posse possidere, etiã possunt quasi possidere, dummodo sint tales res, quæ possunt quasi possideri: & animus, & affectio quasi possidendi sit in talibus, qui possint quasi possidere. Similiter etiam arbitror, quòd per omnes illos, per quos dixi rerum corporalium possessionem nobis quæri posse, posse etiam pari ratione rerum incorporalium quasi possessionem acquiri: quia quo ad potestatem possidendi, & acquirendi possessionem, prædicta videtur procedere à pari cum potestate possidendi, & quasi possessionem acquirendi, nisi aliud reperiatur expressum. regulanda est igitur ista materia quasi possessionis quo ad hunc articulum, secundum ea, quæ dicta sunt in præcedenti articulo. & adde, quæ dixi supra in Rubrica, in 22. principali articulo. & quod dicam infra, in 25. principali articulo.

¶ Vigesimoquarto principali articulo tractandũ
64 est, quę res possint possideri. † Circa quem in primis trado hanc regulam, quòd omnes res corporales possideri possunt, vt l. 3. in prin. ff. de acq. poss. in princ. quæ regula procedit, siue sint immobiles, seu mobiles, aut se mouentes.

¶ Aduerte tamen, quia glos. in l. 1. in principio. ff. de acquiren. possessio. dicit, quòd res immobiles propriè possidentur, sed mobiles, & se mouentes possidentur impropriè, vide quod dixi in cap. præceden. artic. 1. Et ratio videtur esse, quasi propria possessio dicitur pedum positio, sed res mobiles pedibus non calcantur: ergo, &c. Sed Dyn. in d. l. 1. reprehendit illam glo. dicens, quòd etiam mobilia possidentur, & in eis naturalis, & ciuilis cadit possessio, per l. 1. §. per seruũ. & l. 3. §. Neratius. & §. Nerua filius. & l. rem quæ nobis. ff. de acquir. possessio. Mouetur etiam, quia tales res vsucapiuntur: ergo possidentur, quia sine possessione vsucapio non procedit, vt in l. sine possessione. ff. de vsucapionib. ergo possidentur, licet non ita propriè, sicut immobiles. sed Bart. in dicta l. prima, dicit, quòd eodem modo propriè possidentur, quia pro eis datur

interdictum, vtrobi, de quo dicam infra de restitutio. spoliatorum.

¶ Præterea d.l.1. dicit, quòd acquiritur possessio eorum, quæ cœlo, terra, marique nascuntur, & sic expressè loquitur de mobilibus, & se mouentibus, quod etiam tenet ibi glo. & Doct. Item ibi subiungitur, quòd naturaliter tenetur, quod verbum est generale ad omnē tenendi modum. ad idem d.l.1. §. furiosus. ibi, dum tex. dicit, in manu posuerit. sufficit ergo quocunque actu teneatur, secūdum Bart. in dicta l.1. in princ. & tenet Ioan. de Imo. ibi, tetigi aliquid in cap.1. supra eod. articu.1. versic. expedita diffinitione. & vide tex. in l. indebiti. §. sed & si nūmi. ff. de cond. indeb. qui probat, quod etiam nummi possideantur, & præscribi possint.

¶ Et prędicta faciunt ad decisionem questionis,
65 secundum Ioan. de Imo. de eo qui legat, † donat, vel vendit possessiones rerum suarum, vtrum intelligatur solum de immobilibus, an etiam de mobilibus, de quo vide per Bart. in l. vxorem. §. legauerat. ff. de legat.3. & per Dyn. in l. fin. C. de compensa. & per Guil. in l. licet. C. de acquir. poss. Nota tamen, quòd rei mobilis abiecta dicitur esse possessio, vt in l. si rem mobilem. ff. de acq. poss. Prædicta tamen regula sic declarata recipit plures declarationes.

¶ Primò limitatur, si modo sit species, ad quam possessio determinetur, aliàs secus; & ideo obligationis quantitatis non est possessio, quia illa est generis, vt no. glo. in l. indebiti. §. sed & si nummi. ff. de condict. indeb. & ibi Bar. & Pau. de Cast. quia cum genus in quodam imaginabili, & incorporali non cadat, meritò possessio in eo haberi non potest. Præterea videt quid incertum, & sic possideri non potest, vt statim subiiciam, & vide, quod dixi supra in cap. præced. artic.8.

¶ Secundò limitatur, si modo sint res nostris priuatis vsibus deputatę, aliàs secus; vnde res sacrę, &
66 religiosæ, † nec à sciente, nec ab ignorante possideri possunt, vt l. qui vniuersas. §.1. ff. de acqui. poss. tradit Azo in summa, eod. tit. Similiter etiam nec possideri possunt res publicis vsibus deputatæ, vt l.1. §. fin. ff. de acquir. poss. no. glo.2. in l.3. in princip. eod. tit. Item nec liber homo potest possideri, vt l. cum hęredes. §. fin. & ibi glo. & Bart. & in l. qui vniuersas. §.1. ff. de acq. poss. tenet glo.2. in l.3. in princ. ff. eo. etiam si sit filius, vt l.1. §. sed & per eum. & per Bart. in l. quicquid. ff. de acq. posses. no. etiam glo.1. in cap. ex transmissa, & in cap. ex parte M. in glo. magna, de restit. spoliato. & l. quęsitum. ff. de acquir. rerum domin. licèt pater dicatur esse in quasi possessione patriæ potestatis. facit, quod habetur in l.1. §. per hanc. ff. de rei vendic. Prædicta tamen limitatio procedit, si modo possidens ipsius liberi hominis conditionem sciat, secus si ipsam ignoret, quo-
67 niam ab ignorante liber homo possideri † potest, vt l.1. §. sed & per eum, & l. cum hæredes. §. fin. ff. de acquir. poss. & l. liber homo. ff. de acquir. rerum domin. nam & libertatem potest quis in se quasi possidere, dicam statim in vigesimoquinto principali articulo. & vide glo. in dicta l. cum hæredes. §. item quæro. quæ dicit, quòd ecclesia non possidet conuersum. & etiam ad prædicta vide, quæ dixi supra in 22. articulo. versicu. circa secundum membrum. ibi, tertiò quęro, quid de seruo putatiuo, & quod dixi in Rubrica, in primo tract. artic.6. versic. cæterum. circa res profanas. & hæc est differentia inter rem sacram, & liberum hominem, quia liber homo ab ignorante possideri potest, vt d. §. item quæro. Secus est in re sacra, vt supra dixi. tenet Hostien. in summa, eod. tit. §.1. versic. ideo ego dixi. vbi dicit,
68 quòd ista potuit esse ratio, quare iudex † secularis etiam incidenter non cognoscat de causa spirituali, de quo in cap. tuam, supra de ordi. cogn. & ratio differentiæ inter liberum hominem, & rem sacram est, quia in libero homine concurrit animus ipsius hominis possessi, qui seruit tanquam seruus, quæ ratio cessat in re sacra, & religiosa. tenet Azo in summa, de acquir. poss. & sequuntur Iac. de Rauen. & Angel. in dicta l. qui vniuersas. §. fin. ff. de acquir. possess. sed dicit Ioan. de Imo. quòd prædicta ratio concludit in re sacra inanimata, secus in re sacra animata, puta patrono, qui tanquam seruus possideretur; vnde hoc casu dicendum est, vt de libero homine, & hęc imaginatio mihi venerat in mentē, antequam viderem Io. de Imo.

¶ Tertiò limitatur, si modo res sit certa, secus si
69 incerta, quia † locus incertus ratione loci, & quotæ non potest possideri, vt puta, si in hac sis mente, vt quicquid tibi possidet, vel iuris habet, tu quoque velis possidere: secus si sit certus ratione loci, vel quotæ, vt hęc probantur in l.3. §. incertam. & ibi per Bart. & Doctor. & l. locus. ff. de acq. pos. quare si plures sint in fundo, qui ignorent quotam quisque partem possideat, nemo eorum possidere dicitur, vt l. si fur. §. fi. ff. de vsucap. & in l. emptor. ff. pro emptore. si verò locus esset certus, puta quia posset ad oculum demonstrari, videlicet decem pedes, aut decem brachia in tali angulo: nam licet demonstratio non faciat certam quotam, tamen possideri
70 potest: nam pars † certa potest sumi duobus modis, videlicet pro diuiso, & tunc potest ad oculum demonstrari. Item pro indiuiso, & sic non potest ad oculum demōstrari, vt l. Męuius. §. duobus. ff. de legat.2. & tamen diceretur quota certa, puta dimidia, tertia, vel quarta. & sic possideri potest.

¶ Non obst. si diceres, incerta pars potest vendicari, vt l. quæ de tota. §. incertæ. ff. de rei vendic. dixi supra in Rub. in 2. tract. art.4. ver. septimò notandū. sed quicquid vendicatur, possidetur. C. de alien. iu. mut. cau. fac. ergo incerta pars possidetur. nam dicit glo. in dicto §. incertam. quòd immo in dicta l. quæ de tota. §. incertæ. res illa possidebatur. & subdit, quòd in dicto articulo est fallacia, secundum accidens: quia licet vendicem incertam partem, non tamen sequitur, quòd ille, à quo vendico possideat partem incertam. facit, quod not. in l. venditor. §. si quis seruo. ff. de legat.2. pone hoc exemplum, vt dixi in dicto versicu. septimò notandum. Quicquid emisti, comedisti: carnes crudas emisti, ista est vera: ergo carnes crudas comedisti. Ista est falsa, quia propositio prima respiciebat substātiam, & tu facis consequentiam ad qualitatem, vnde cōuertis quid in quale: & sic non est bona consequentia, vt dicit Iac. de Are. per l.1. ff. de regula Catoniana. & vide simile exemplum, quod ponit Ioan. And. in regula, sine culpa. de regul. iur. lib.6. in mercur. sub hac forma: Hæc asina est tua: hęc est vera: hæc asina est mater: hæc vera, quia habet pullum: ergo est mater

ter

ter tua, non concludit, quia multa per se ipsa prędicantur, quæ non licet coniungere, secundum Ioan. And. ibi, in secunda quæstione. sed ista relinquenda sunt dialecticis.

¶ Et ex prædictis sequitur, quòd si Titius vendidit tibi omnem partem, quam habet in tali fundo, aliter non specificando, & dedit tibi licentiam apprehendendi possessionē propria auctoritate: & tu fuisti ingressus animo apprehendendi possessio. illius partis, quam venditor habebat, ignorabas tamen quotam partē ille haberet: si ille non habebat quotam, sed partem in aliquo certo loco, certè nullam acquiris possessionem, vt d.l.3.§.incertam. per quem tex. dicebat Bart. se de facto respondisse, si tu vendis mihi, ponamus, decem iugera terræ in tuo campo, seu fundo, qui est lōgè amplior, vel decem starios terrę more Senensi, cū hoc, ꝙ possim eligere in quacunque parte fundi velim hr̄e, & tu cōstituisti, te meo nomine possidere: si postea, antequā eligam, agam contra te rei vendicatione ad decem iugera, eo quod vendideris, & tradideris, constituendo te meo nomine possidere, ꝙ ineptè ago, quia non potuisti tradere, nec ego acquirere incertam partem, quia incerta erat ante electionem, quia decem iugera terræ non sunt pars quota illius fundi, quia quota distinguitur per nomina quotitatiua, puta tertia, quarta, &c. & non per nomina numeralia, decem, vel viginti, &c. & quia etiam antequam eligam, sunt incerta ratione loci, & sic ratione incertitudinis, non potui acquirere possessionem. Et aduerte, quia Pau. de Cast. consil. 186. quod incipit, Punctus qōnis, &c. Sempronius Senensis, &c. sequendo no. per Bart. in l.emptor.ff.pro emptore. concludit, quòd si ego trado tibi totum fundum, transferendo in te quicquid iuris habeo in illo, licet sit incertum, quātum iuris habeam: tamen, quia fundus fuit totus traditus, non nocet incertitudo,
71 quia † tunc nocet, quando est incertus ratione loci, & quotæ, vt supra dixi; sed quando totus traditus est, non est incertus ratione loci, sed quotę tantum: vnde non nocet, quominus acquiratur illa, quæ in veritate pertinet ad tradentem.

¶ Et aduerte, quia possidere potest quis res non solum distinctè, sed etiam concretè. Exemplum in fętu ancillę, quem vr̄ possidere, qui ancillā possidet. ad quod tn̄ vide, ꝙ dixi supra in Rub. in 3. trac. ar. 5. in tertio requisito. versic. quarta declaratio. & ibi vide, vtrum possidens domum, videatur possidere cementa: & quid iuris de corpore vniuersali, puta grege, vel armento. tex. & Ioan. de Imo. in l.rerum mixtura.ff.de vsucap. volunt, quòd singula corpora videntur possideri, non grex, seu armentum. vide, quod dixi in d.versic. quarta declaratio.

72 ¶ Postremò no. quòd rem † ab alio possessam possidere non possum, quod intellige eodem genere possidendi, sed diuerso respectu plures possunt eandem rem possidere. dicam inf. articu. 26. Quid autem de nuda proprietate, an possideri possit, collige ex his, quæ dicam inf. proximo artic.

¶ Vigesimoquintò princip. articulo tractandum
73 est, quæ res possint † quasi possideri. Circa quem dic quòd omnes res incorporales & per consequēs omnia iura dicuntur possideri, vt l.seruus. §. corporales. ff. de acquir. rerum domin. & in cap. conquestus. de foro compet. & ibi no. & cap. fin. de iudic.

¶ Aduerte tamen, quia cum quæritur, vtrum iura quasi possideantur. Cy. distinguit, quòd aut sunt iura corporalia, & rei inhærentia, & talia quasi possidentur, vt l.sicuti. §. Aristo, ff. si seru. ven. Aut sunt personalia, & talia non dicuntur quasi possideri, vt l.fi.ff.quorum bonorum, nisi improprijssimè, vt no. in l.regulariter.ff.de pet. hær. Vnde prestationes personales non dicuntur quasi possideri, sed reales pro quibus competit quasi confessoria, ad quod vide, quod dixi supra in rub. in 5. tract. artic. 6. tales enim quę ratione cuiusdam quasi seruitutis censentur, dicuntur quasi possideri, vt l.litibus, C. de agricol. & censi. lib. 11. & in c.querelam. supra de elect. licèt illud ius reale non sit in solo, sed stet per se, sicut est ius eligendi, & ius subiectionis, & obedientiæ, & iura quæ competunt ratione dignitatis, vel officij publici, vt l.de iure. ff. ad munic. inf. de iure patro. consultationibus, secundum Cyn. post Guil. in l.sciendum. ff. qui satisd. cog. vbi concludit, quod triplex est ius. & in isto non datur quasi possessio, sed res ipsa bene possidetur, vt d.l.sciendum. vers. diuersa. & ius dominij rei, & istud etiam nō dicitur possideri, sed ipsa res, vt l. 1. §. per seruum qui in fuga. ff. de acquir. poss. & l.arboribus. §. de illo, & sequenti. ff. de vsufr. quoddam verò est ius, quod dicitur in re, & hoc quasi possidetur, prout est ius vsusfructus, vt l. ait prætor. §. 2. ff. ex quibus cau. ma. & l.3. ff. si vsusfructus pet. secundum Cy. ¶ Sed prædictam materiam latius prosequitur Dom. Anton. in repet. c.fin. inf. eod. vbi distinguit, quòd quædam sunt præstatio-
74 nes † personales, quæ alteri iuri reali sunt annexæ, & istius debiti est dare quasi possessionē, vnde præstatio census ratione subiectionis quasi possidetur, vt d.c.fin. inf. eo. & d.cap. querelam. supra de elect. quia adnectitur iuri reali illius subiectionis, ergo sapit ipsius naturam, vt in c.quanto. de iudi. potest ēt figurari exemplum in præstatione fidelitatis respectu iuris vasallatici, quod est reale, vt in cap. fin. de consue. recti feudi, & in c. 1. qualiter feudum olim alienari poterat. & similiter in præstatione pensionis ratione iuris emphyteutici, vt no. glo. in l.2. C. de iure emphyt.

¶ Quædam vero sunt iura personalia, quæ alteri iuri reali separato non adnectuntur, sed transeunt in aliam speciem iuris realis distinctam ab obligatione personali, vt est ius decimæ, quod est possedibile, vt in c.ad decimas, de restitu. spol. lib. 6. & in c. 1. de præscrip. lib. 6. & ratio est, quia possessio reperit subiectum cui applicetur, videlicet vsum illius iuris separatum ab ipso iure personalis obligationis, & idem etiā est in præstatione ratione collectæ, quia illa obligatio personalis transit in ius realiter distinctum ab ea, nec est vis, vtrum detur vel non detur concursus veritatis ipsius iuris.

¶ Quædam verò sunt præstationes personales, quæ non sunt annexæ alicui iuri reali, nec etiam transeunt in aliquod ius distinctum ab obligatione personali. Exēplum si promitto dare tibi quolibet anno vnum par caponum, vel duas salmas boni tribiani, & in istis non creatur quasi possessio, licet detur quidam vsus aptus ad producendum possessorium, & obligationis substātiam, facit l. 1. in fi. cum l.sequen. ff. de aqua plu. arc. & l.hoc iure. §. ductus aquæ.

aquæ. ff. de aqua quotid. & æsti. Sicut enim in prædictis iuribus habẽtibus causam discontinuam, da-
75 tur possessorium † ratione vsus, secundum veram opinionem, de quo dicam infra de restit. spoliat. & aliquid fortè tangam in cap. fin. infra eod. in 7. princip. tract. in princ. eadem ratione iste vsus talis præstationis concedit ius agendi possessorio, vt reintegretur in statu, in quo erat ante vsum interruptum. Item inducit præsumptionem diuturnæ obligationis, secundum formam l. cum de in rem verso. ff. de vsur. & l. si certis annis. C. de pact. & cap. peruenit, infra de censi. & pro tali obseruatione vsus assuetæ præstationis competit ius agendi, vt in c. ad audientiam. infra de simon. & ibi dixi, & quod no. in cap. dilectus. infra de offic. ordin. & per glo. 84. distinct. cap. quisquis. & 2. quæst. 1. cap. nullus. & ibi Archid. dicam in tit. de restit. spoliat.

¶ Quædam verò sunt iura, quæ dantur in personam, vel ad rem: & si ista habent in se dominium,
76 vel eius partẽ, dabitur vera † possessio, vt in iure seruitutis alicuius serui, vt in l. 1. §. per eũ. & §. per seruum. ff. de acquir. possess. & l. adhuc. §. seruus, & seq. ff. de vsufr. & in l. 1. §. per seruum. ff. de vsu, & habit. vnde in iure adscriptitiatus, monachatus, clericatus, ciuilitatis, patriæ potestatis, & aliis similibus iuribus, quę in homine haberi possũt, vt l. 1. §. per hãc. & ibi per glo. ff. de rei vendic. quamuis ipsorum detur mera possessio, tamen iuris prædictorum est dare quasi possessionem, vt d. §. per hanc, & l. 1. §. Iulianus. ff. de lib. agnosc. infra qui filij sint legit. c. transmissam. & de probat. cap. per tuas. & in l. vt liberis. de lib. cau. infra de restit. spoliat. cap. ex conquestione, & cap. ex parte M. faciunt not. per Innoc. in c. 1. de seruis non ordin. eadem ratione iuris fraternitatis ad fratrẽ, & sororitatis ad sororem, est dare quasi possessionem, secundum glo. & Cyn. in l. non epistolis. C. de probat. & sequitur dom. Anton. in dicto cap. fin. infra eod. Et ad prædicta vide, quæ dixi supra in Rubr. in 2. tract. artic. 4. versic. 3.

¶ Quædã verò sunt iura, quæ debẽtur à re rei, vt seruitus viæ, seruitus itineris, & similes, & si tales habent causam continuam, vel quasi, datur quasi possessio: si verò nõ habent causam continuã, vel quasi datur solummodo quidam vsus, qui producit effectum possessorij, & præscriptionis, vt l. 1. §. interdictum. ff. de itin. actuque priuato. & l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quot. & æst. & l. 1. in fi. ff. de aqua plu. arc. & ad prædicta vide quæ dixi supra in rubr. tract. 1. artic. 6.

¶ Quædam verò sunt iura, quę debẽtur à re personæ, & istorum quædam cadunt in plenã proprietatem, vt est ius dominij ipsius rei, & in ijs nulla est quasi possessio iuris, quia ex toto omne ius confunditur in dominio, & etiam vera possessio, vt in l. vti frui. ff. si vsusfru. petatur. Sed si competit ius, quod non plenam continuam proprietatem, sed alterius exigat patientiam, à quo pati insurgit tale ius dicitur quasi possideri, vt l. quotiens. 1. ff. de seruit. & l. 3. §. dare. ff. de vsufru. ad quod vide quod dixi supra in rubr. tract. 5. artic. 8. versi. deinde subiunxi, & eadem sententia sententiari, &c.

¶ Quædam verò sunt iura quę cadunt in partem proprietatis & vsusfructus, & vsus. ff. de verborum obligatio. in l. qui vsumfructum. & ff. de vsufruc. in l. vsusfructus pars. & respectu talis iuris datur iure naturalis possessio, vt l. naturaliter, in princ. ff. de acq. poss. & l. 3. §. vnde vi. ff. de vi, & vi arm. & per gl. in cap. licet causam. infra de probatio. Sed remanet dubium, vtrum sit dare quasi possessionem, respectu iuris ipsius vsusfructus. & videtur dicendum, quòd non, quia aliàs possessio respectu rei non videtur vera, sed ficta, imaginaria, & frustratoria. Item, quia si respectu iuris vsusfructus daretur quasi possessio iuris ipsius, pari ratione videretur etiam dari quasi possessio, respectu iuris ipsius dominij, respectu iuris, vt dixi, quod est absurdum: nam vsufructuarius possidet rem naturaliter, non autem ius, vt dicit glos. in l. de pupillo. §. & belle. super ver. fecit. ff. de noui oper. nunciat. In contrarium facit, quia
77 vsusfructus † est aptus cadere in pati propter nudã proprietatem in alio residentem, qui tenetur pati, vti frui, à quo pati causatur ipsius iuris quædã quasi possessio, vt d. §. dare, & d. l. quotiens, in fi. & hoc tenet glos. in l. ait prætor. §. 1. ff. ex quibus caus. maior. & l. qui vsumfructum. ff. de vi, & vi arma. Bart. verò in l. naturaliter, in prin. ff. de acquir. poss. dicit, quòd vsufructuarius, habito respectu ad proprietarium, dicitur habere quasi possessionem vsusfructus, quoq ad tertium non, quia respectu domini rei vsufructuariæ habet pati, respectu verò tertij nullum habet ius in re. Item, quia si infinitè daretur quasi possessio iuris vsusfructus, sequeretur permixtio possessionis cum proprietate, contra l. permisceri ff. de acquir. poss. & l. sicuti. §. Aristo. ff. si seru. vend. tu vide quo ad prædictam opinionem, quod latius dixi in cap. præced. artic. 21. Sed prædicta opi. Bart. non placet dom. Anton. in cap. fin. infra eod. vbi recitat opin. Cyni & Guil. de quibus, & pluribus aliis dixi in dicto vigesimoprimo articulo. Deinde subiungit dom. Anto. quòd sibi placet opinio, quæ habet, quòd respectu iuris vsusfructus habetur quasi possessio, & habetur ex pati alterius, nec distinguitur quo ad patientiam proprietarij, sed etiam respectu cuiuslibet extranei, contra quem nõ patientem interdicta possessoria darentur, quod patet ex titulo, ff. de itine. actuque priua. de aqua quotid. & esti. de superficiebus, & similibus. ius enim, quod per tradentem transfertur, non restringitur tantum ad tradentem, sed etiam quo ad alios, quia quilibet extraneus tenetur pati istum iure suo vti, vt d. §. dare. & l. quotiens. tu dic, quòd hæc fuit opinio Bal. & declaratur latius, vt dixi 21. artic.

¶ Et ex prædictis deciduntur plures quęstiones, quas refert dom. Anton. in dicto cap. fin. Primò, vtrum canonicus habeat quasi possessionem iuris
78 canonicalis. † Circa quam Innocen. in cap. bonæ. 2. supra de postul. prelat. circa medium glo. magnę, refert quosdam dixisse, quòd non: deinde refert alios tenere contrarium. Dom. Ant. non solum examinat prædictam quæstionem de canonico, sed de aliis prælatis, & clericis beneficiatis, qui ad instar vsufructuarij videntur habere possessionem naturalem respectu rerum, & quasi possessionem respectu iuris tituli, cum dicantur vsufructuarij, de quo per glo. in cap. ex literis. infra de probat. & in cap. fin. infra de pecu. cle. & per glo. 12. quæst. 1. cap. duo sunt genera, infra de fideiuss. cap. peruenit. per Arch. 1. q. 1. c. 1. & per glo. in c. præsenti, de offic. ordi. lib. 6. quæ

tales

tales appellat vsufructuarios in vita. Et idem videtur concludi, posito, quòd dicantur vsuarij, vt voluit glo. in dicto cap. fin. & infra de testa. c. quia nos. & infra de rerum permut. cap. cum olim, & cap. fin. de pignor. & per Archid. 12. quæst. 4. in summa, per Dyn. in reg. prima, de reg. iur. lib. 6. per Innocent. in cap. conquerente. supra de offic. ordin. de qua materia per Dominum meum latè in repetit. cap. cum esses, de testamen. & tandem dom. Anto. pro declaratione dictarum quæstionum examinat, quod & quale ius habeant prælati, & rectores ecclesiarum in beneficiis, & rebus suorum beneficiorum, quam materiam latè tractaui supra in Rubr. in primo principali tract. artic. 6. Quare pro veritate prædictorum coniunge, quæ ibi dixi, coniunctis his, quę dixi supra: & his, quæ dixi in præced. cap. art. 21.

¶ Sed nota, quòd libertatem quis potest in se sibi
79 ipsi quasi † possidere. C. de præscrip. quæ pro libertate, vel contra, in rubro, & nigro. & l. 3. §. quod si seruus. ff. de acquir. poss. & l. liberis. §. fi. & l. igitur. §. 1. ff. de liber. cau. vide supra in præced. 24. art. ver. secundò limitatur. tenet Oldr. consil. 172. vbi etiam dicit, quòd obedientia, quæ dicit actum imperantis, dicitur quasi possideri.

¶ Vigesimosexto principali articulo tractãdum
80 est, vtrum plures eandem rem possint † possidere, vel quasi possidere. Circa quem pro ipsius clariori decisione, quia est valde subtilis, & difficilis, prosequar infrascriptas conclusiones.

¶ Prima, an plures eandem rem possint possidere, & qualiter.

¶ Secunda, vtrum plures eandem rem possint detinere, & qualiter.

¶ Tertia, vtrum plures possint eãdem rem quasi possidere, & qualiter.

¶ Quarta, vtrum quis possit pluribus ex causis eandem rem possidere, & qualiter.

¶ Circa primam quęstionem tex. in l. 3. §. ex contrario. ff. de acq. poss. dicit, quod plures non possunt
81 eandem rem possidere † ex vna causa, quia contra naturam est, quòd illud, quod ego teneo in manu, tu tenere videaris, nec in loco, in quo ego sto, aut sedeo, tu stare, aut sedere videaris: quia natura hoc non patitur. Sabinus tamen scripsit, quòd si ego concedo tibi rem precario, verbi gratia, tu rogas me, ꝙ concedam tibi librum meum, ego tibi precario concedo: certè tu possides precario, & etiam ego qui concessi possideo, & sic duo possidemus. & Sabini sententiam approbauit Trebatius. Subiungit tamen, quòd duo possunt possidere; vnus iustè, alius iniustè, & in hoc malè dixit. Sed ambo iustè, vel iniustè possidere non possunt, & in hoc bene dixit, secundum Labeo. quia in substantia, vel in esse possessionis non multum interest, an iustè, vel iniustè possideat: nec enim si vnus habet iustè, potest alter habere iniustè, vel econtra, quod etiam approbat Paulus Iureconsultus. & ad idem text. in l. duo. ff. de precar.

¶ Aduerte tamen, quia arbitror, quòd Trebatij sententia, dum dixit, quòd vnus possit iustè, alius iniustè eandem rem possidere, posset saluari, si Trebatius intellexisset de iusta, hoc est de ciuili: & de iniusta, hoc est de naturali. ad quod vide omnino, quod dixi in cap. præced. art. 1. versic. vlterius nota. & quòd ita Trebatius intellexerit, mihi persuadeo, quia Trebatius primò approbauit sententiam Sabini, quòd tam ille, qui precario dedit, quàm ille, qui precario accepit, eandem rem possunt possidere: & clarum est, quòd vnus possidet ciuiliter, scilicet precario concedens, recipiens verè, & naturaliter possidet, quod intellige, si modo dedit eo animo, vt retineat ciuilem, & transferat naturalem, secus si vtranque transferre voluisset, vt dicam in capit. sequen. artic. 29. Et ad declarationem sententię Trebatij facit, quod immediatè dixit, quòd duo iustè, hoc est ciuiliter, & duo iniustè, hoc est naturaliter eandem rem possidere non possunt.

82 ¶ Aduerte tamen, quia † circa intellectum d. §. ex contrario. differentia fuit inter glossatores antiquos, qui vario modo intellexerunt. prima opi. fuit Rogerij, & Placen. qui voluerunt quòd ille tex. dũ loquitur de possessione naturali, videlicet ꝙ eiusdẽ rei naturalis possessio penes duos insolidum esse non possit, mouentur per exempla tex. quia tex. dicit, contra naturam quippe est, vt cum ego aliquid teneo, tu tenere videaris. concludunt ergo, quòd poss. naturalis eiusdem rei, à duobus insolidum possideri non possit, secus verò sit in possessione ciuili, & ratio sit, quare ciuilis possit à pluribus insolidum haberi, quia cessat ratio quæ assignatur in naturali, quæ est quòd vbi ego sto vel sedeo, tu stare vel sedere non possis. quæ ratio cessat in ciuili, quia nõ solum vnus, sed plures possunt habere animũ eandem rem possidendi insolidum: ergo ciuilis possessio, quæ ab animo causatur, videtur possessio esse penes duos insolidum, & hanc etiam opinionem sentit glo. 1. in l. licet. C. de acquir. pos. & etiã Bald. quia dum glo. ibi dicit, cum duo non possint possidere insolidum, dicit ibi Bal. scilicet naturaliter, sed ciuiliter possunt, vt l. permisceri. & l. naturaliter. & l. possessio. ff. de acq. pos. & hanc dicit veram opi. & tenere Iacobum But. & omnes. sed Bal. in hoc errauit, vt apparebit ex inf. dicẽdis, nisi intelligatur prędicta opi. quando plures possiderent diuersis respęctibus, quod exemplificant Placen. & Rog. in debitore, & creditore, in vxore & marito, feudatario, emphyteuta, & domino. Volunt enim, quòd debitor, qui obligauit pignus, rem pignoratam possideat ciuiliter: & similiter etiam creditor illam possideat ciuiliter, & eodem modo, qui rem suam concedit in feudum, vel emphyteusim, & qui recipit illam ciuiliter possideat. sed Ioan. glos. & Doct. communiter reprobant prædictã opinionem: quoniam falsum est dicere, quòd prædictis casibus plures in solidum possideant, dicentes, quòd debitor nullo modo possidet pignus, vt l. 1. §. per seruum corporaliter. ff. de acq. poss. dicam latius infra eod. cap. cum super, artic. 36. nec vxor dotem possidet, vt l. Pomponius. §. in dote. ff. de acq. poss. dicam in dicto art. 36. & quia impossibile est, quòd emphyteuta, & feudatarius possideant ciuiliter, quia etiam hoc falsum esse ostenditur: quoniam si ambo ciuiliter possiderẽt, videlicet feudatarius, & dominus, emphyteuta, & dominus, & similes, quilibet faceret fructus suos, vt statim dicam; sed hoc est falsum:
83 emphyteuta † enim, & feudatarius non ciuiliter, sed naturaliter possident, vt dicit glo. in d. §. ex contrario. dixi supra eodem, artic. 4.

¶ Nec

¶Nec obstat arg. Rogerij, quod facit à cessante ratione, scilicet, quòd respectu possessionis naturalis, quod ego teneo, aut quo loco sto, vel sedeo, tu tenere, stare, aut sedere videaris, quæ ratio cessat in ciuili, vt dixit Rogerius: quia respondet Io. quòd etiam ciuilis videtur teneri animo; nec tex. dicit de naturali, vt tollat ciuilem: sed ideo §. ex contrario. exemplificat de naturali, vt per exemplum de naturali euidentius probet de ciuili, quia naturalis palpatur, ciuilis verò non, nisi per imaginationem habetur: vnde vult ille tex. ꝙ naturalis probet etiam de ciuili, cum non possit à pluribus in solidum haberi, quia non debet plus posse ciuilis, quàm naturalis; sed Ludo. Pontan. conatur defensare prædictam opinionem, dicens eam verissimam: mouetur primò, quia, vt dicit Bart. in dicto §. ex contrario. possessio naturalis potest esse penes vsuariũ, & vsufructuarium, & penes quemcunque in solidum respectu iuris sui, vt l. fin. ff. vti possid. & statim latius dicam. & sic patet, quòd diuerso respectu potest esse penes plures in solidum: ergo idem dicendum est in ciuili, scilicet, quòd illa, quæ est penes debitorem, dicatur esse respectu vsucapionis perficiendę, secundum l. pignori, & l. serui nomine. ff. de vsucap. Illa autem, quæ est penes creditorem, dicatur esse respectu iuris, quod habet in pignore, vt l. 1. §. per seruum corporaliter. ff. de acq. poss. facit etiam, quia videmus, quòd penes vsufructuarium potest esse
84 possessio ciuilis, † respectu iuris sui vsusfructus, vt traditur in l. 1. in princ. & ibi Pontan. ff. de acq. pos. & statim subiiciam. Similiter etiam penes proprietarium est possessio ciuilis eiusdem rei, respectu sui iuris; vnde ciuilis possessio debitoris nõ est eadem cum ciuili possessione creditoris, sed numero differt ab illa. quare cum tex. d. §. ex contrario. velit, quòd plures possessiones numero differentes possint esse penes plures in solidũ, vt l. & habet. §. eum qui. ff. de preca. meritò prædictę possessiones ciuiles numero differentes possunt esse penes plures in solidum, & hoc argumentum videtur mihi esse satis concludens per ea, quæ statim dicam.

¶Alia fuit opinio, quam refert glo. in dicto §. ex contrario. quæ fuit Vgo. quæ vult, quòd duo possunt ciuiliter in solidum possidere, nõ tamen in casibus supra exemplificatis per Roger. & Placen. sed in casibus, in quibus duo possunt ciuiliter, vel etiã naturaliter possidere. & sic intelligunt d. §. quod sic exemplificant. Ego sum in fundo meo, & sic possideo eum: pone, exeo fundum animo retinendæ possessionis, & sic habeo ciuilem: deinde alter ingreditur animo apprehendendæ possessionis, & sic acquirit possessionem naturalem, & similiter ciuilem: deinde ille exit fundum animo retinendę possessionis, existens extra fundum possidet ciuiliter: ergo duo eandem rem possunt ciuiliter possidere: nam ille, qui ingressus est possessionem, reperit illam vacuam, & sic videtur acquisiuisse naturalem, & ciuilem. sed Ioan. in dicto §. ex contrario. reprobat dictam opinionem: quia non est verum, quòd duo possint in solidum ciuiliter possidere, quia si vnus possidet ciuiliter, necesse est, vt alter non possideat ciuiliter; & si tu dicis, ciuilis possessio animo habetur: sed ille, qui ingreditur fundũ, habet animum possidẽdi: ergo habet possessionem ciuilem, siue sit in re, siue extra. Respondet glo. quòd hoc non est verum, quia possessio non acquiritur, non concurrente iuris adminiculo: sed ille, qui prius exiuit animo retinendæ possessionis, retinuit ciuilem possessionem animo: quare licet ingrediens habeat animũ acquirendæ possessionis, non tamen habebit ciuilem possessionem, quia ius hoc nõ patitur propter plura inconuenientia, & repugnantia, quæ ex hoc sequerentur, respectu vsucapionis, acquisitionis dominij, & fructuum, vt statim dicam. Cum ergo ius resistat, sequitur, quòd possessionem non habet iuris adminiculo, & per consequens nõ acquisiuit ciuilem, cum ciuilis non esset vacans, sed per alium teneretur: ergo iste secundus exiens, ciuilem possessionem, quam non acquisiuit, retinere non potest. facit etiam, quia licet plures possint habere animum possidendi: & hunc animum quilibet possit habere insolidum, non tamen sequitur:
85 ergo quilibet insolidum possidet, quia † aliud est possessio, & aliud est animus possidendi, quia possessio est iuris: animus verò est instrumentum, quo retinetur ciuilis: sicut aliud est possidere, quod est actus facti: & aliud possessio, quæ est iuris, & effectus illius actus, vt dixi supra eod. cap. 1. art. 1.

¶Alia fuit opin. Mar. qui voluit, quòd duo pos-
86 sent etiam naturaliter in solidum possidere. † Mouetur, quia etiam naturalis habetur per aspectum, vt l. 1. §. si iusserim, & l. quod meo. ff. de acquir. poss. Sed duo hoc in solidum agere possunt: ergo duo in solidum possunt naturaliter possidere: vnde voluit Mar. quòd si ego ingredior fundum, quòd illũ locum, in quo pedibus insisto, ego solus ciuiliter, & naturaliter possideam: residuum verò fundi, à quo tu discessisti animo retinendæ possessionis, quod nec à me, nec à te pedibus occupatur, sed aspectu comprehẽditur, quilibet nostrum possidet in solidum, & hoc contingit operante iuris ministerio. hæc opi. communiter reprobatur, quia contra text. d. §. ex contrario. Item, quia fictio non potest plus, quàm veritas: sed Mar. fatetur, quòd duo verè non possunt naturaliter possidere: ergo nec fictè hoc fieri potest: hoc probat tex. d. §. ex contrario. dum dicit, tu quoque id tenere videaris. quod verbum denotat fictionẽ: vnde est sensus literę, quòd nec verè, nec fictè plures possint eandem rem in so-
87 lidum possidere: quia, quod est impossibile, † secundum naturam, minimè potest per fictionem induci. Instit. de adopt. §. minorem. latè per Bar. in l. si is qui pro emptore. ff. de vsucap.

88 ¶Sed contra prædicta opponitur, duo † rei credendi, possunt constitui etiam in obligatione, quæ re contrahitur, vt l. eadem, in princ. ff. de duob. reis. & tamen ista obligatio non contrahitur, nisi re interueniente, & quatenus res interuenit, vt l. si tibi decem milia. ff. de pact. si ergo contrahitur cũ quolibet in solidum: ergo eadem res ad quemlibet in solidum peruenisse videtur, quod est impossibile. Vnde Docto. ad fugiendum contrarium in d. l. eadem. dicũt, quòd ad vnum peruenit verè, ad alium fictè: ergo penes vnum potest esse possessio verè, & penes alium fictè, cuius contrarium supra ostensum est. ¶Sol. Dicit Bar. in dicta l. eadem. quod immo potest res ad quemlibet peruenire, nõ tamen quod remaneat; sed primò ad vnum, & postea ab illo

illo recedere, & peruenire ad alium: sed non quòd quilibet possideat, vnus verè, alius fictè, vide latius ibi per Bart. & quod ego latius dixi in tract. de duobus reis. artic. 5. quæst. 1. & prædictam etiam opinionem sensit Iacob. de Rauen. dicens, quòd duo, nec verè, nec fictè possunt in solidum ciuiliter possidere. Mouetur, quia per ciuilem quis per iuris fictiones videtur esse in re: ideo sicut duo in eodem loco esse non possunt, ita non debent posse ciuiliter possidere, attenta dicta fictione; & hoc voluit verbum, videatur, positum in litera. & idem etiam voluit Raynerius, dicens, quòd sicut duo eandem rem nō possunt in solidum tenere, ita nec ciuiliter possidere. & pro prædicta opinione facit: quia, si diceremus, quòd duo possent in solidum ciuiliter possidere, sequeretur, vt supra dixi, repugnantia, & inconuenientia de acquisitione dominij, & fructuum in solidum, de quibus statim dicam. Quare aduerte secundum Petrum; quia si eo casu, quo dicimus, quòd duo possunt possidere ciuiliter, secundum opinionem, de qua supra intelligeremus, id est ciuiliter, & naturaliter, sicut quādoque Azo voluisse videtur: tunc dicendum esset, quòd duo possunt in solidum ciuiliter possidere. Azo enim voluit, quòd ille possideat naturaliter, qui possidet per naturalē visionem, vel per visum, dum est in conspectu rei: pone ergo, quòd ego possideo fundum meum, deinde exeo de illo, & ab ipsius conspectu, animo tamen retinendæ possessionis: ego non possideo per corporalem apprehensionem, & sic possideo ciuiliter: pone nunc, quòd alter ingreditur dictū fundum animo acquirendæ possessionis, & sic possidet naturaliter: deinde exit de fundo animo retinendæ possessionis, & peregrinatur ad sanctum Iacobum, ideo possidet animo, & non naturaliter, quia non est in fundo, nec in eius conspectu: ergo possidet ciuiliter: & sic duo reperiuntur possidere ciuiliter: sed Azo ad euadendum hoc contrariū dicit, quòd primus, qui exit de fundo, possidet ciuiliter, si alter ingreditur, possidet naturaliter, & si nō exit, adhuc possidet naturaliter. Nec obst. si diceres, ille possidet naturaliter, qui est in fundo, vel in ipsius cōspectu; sed ille non est in fundo, nec in ipsius conspectu: ergo non possidet naturaliter. Respondet Azo, quòd verum est, quòd secundum veritatem non possidet naturaliter, sed fingitur; & sic etiam secundum eum primus fingitur eodem modo ciuiliter possidere: quia secundum eum possessio ciuilis est possessio ficta, vel interpretatiua: & sic secundum Azo. duo possunt in solidum naturaliter possidere: sed vna naturalis est ficta, & quodammodo ciuilis.

¶ Sed aduerte, quia idem Azo in summa, in tit. de acquir. poss. ad impugnandam prędictam sententiam, & ostendendum, quòd duo non possunt in solidum ciuiliter possidere, probat hoc modo. si ali-
89 quid † est prohibitum, illud etiam intelligitur esse prohibitum, per quod peruenitur ad illud, vt l. oratio. ff. de spon. & in regula, cum quid vna, de reg. iu. lib. 6. Sed prohibitum est duos esse dn̄os eiusdē rei, vt l. si vt certo. §. si duobus. ff. commod. dixi supra in Rubr. tracta. 1. artic. 7. sed si duo, vel plures possent eandem rem ciuiliter in solidum possidere, sequeretur, quòd dominium posset acquiri duobus, vel pluribus in solidū, quia possessio ciuilis est illa, quæ concurrentibus aliis necessariis causat præscriptionem, & sic dominium, vt l. acquiritur, in fi. ff. de acq. poss. dicam latius infra cod. cap. penult. art. 41. & sic si plures eandem rem possent ciuiliter in solidum possidere, possent similiter in solidum dominium acquirere: sed consequens est falsum, per d. §. videndum. ergo & antecedens. Item mouetur, quia est impossibile, quòd fructus, quos ego facio meos, tu
90 eosdē facias tuos: sed sola ciuilis † possessio absque naturali causat fructuum acquisitionem, vt l. si fur. ff. de vsufruc. facit l. qui scit. §. in alieno. ff. de vsur. licet quandoque glo. variauerit, de quo latius dicam infra in dicto 41. artic. ergo plures possent in solidū eosdem fructus suos facere, quod est falsum, quia si me absentaui de fundo, & tu ingrederis mala fide, fructus percepti sunt mei, & possum eos à te vēdicare quousque extant, & si sunt consumpti, possum condicere, licet tu possideas naturaliter, quia possessio ciuilis efficacior est quantum ad dictos duos effectus, quàm naturalis, quæ sola non sufficit ad præscribendum, nec ad fructuum acquisitionē, præsupposito, quòd ciuilis possessio esset penes alium. concludit ergo Azo, quòd duo nec ciuiliter, nec naturaliter possunt in solidum possidere: sed vnus potest possidere ciuiliter, alter naturaliter, vt d. §. ex contrario. & in l. duo. ff. de precar. Sed Pet. de Bellapert. dicit, quòd prædicta argumenta Azo. non cōcludunt. Pone enim, dicit Petrus, quòd ego exeo de fundo animo retinendæ possessionis, & vado ad sanctum Iacobum: interea quidam bona fide emit dictum fundum, & missus est in poss. naturalem, iste emptor non videtur præscribere, quia non habet possessionem ciuilem, quæ est necessaria ad pręscriptionem: vnde per solam naturalem non præscribit, vt dixi. quare dicit Petrus, quòd litera d. §. ex contrario, videtur destruere omnes pręscriptiones, quia quilibet exit de fundo suo animo retinendæ possessionis, & sic possidet ciuiliter: ergo qui ingressus est, non potest in solidum possidere, cū duo in solidum possidere non possint, & sic pręscribere. Sed dicit Pet. ego do tibi remedium, quia quando ille, qui exiuit, neglexit venire ad fundum per magnum tempus, quod non est lege diffinitum, & ideo iudicis arbitrio relinquitur, quod dicatur magnum tempus: nam tunc videtur animum possidēdi deposuisse, & sic ex tunc acquirit ciuilem possessionem. Instit. de vsucap. §. quod autem. vnde præscriptio non incipit à tempore apprehensæ possessionis ab illo secundo; sed ab illo tempore, quo absens præsumitur deposuisse animum possidendi: & hæc consideratio posset esse magnæ vtilitatis. Ego vero dico quantum ad id, quod dixit Petrus de tempore longo, quòd in dubio per decennium videtur
91 amisisse animū † possidendi, per no. in l. si id quod. & l. clam possidere. §. qui ad nundinas. ff. de acquir. pos. & in l. licet. C. de acq. pos. ad quod vide, quod latius dicam in cap. penult. infra eo. artic. 42. & hoc verum, nisi aliæ circunstantiæ aliud suaderēt, vt ibi dicam, & propter hoc voluit Pet. quòd iudicis arbitrio relinqueretur.

¶ Sed quantum ad principale dubium, dicit Petrus posse concludi contrarium, videlicet, quòd præscriptio incipiat currere à tempore apprehensæ pos-

possessionis: quia licet verum sit, quòd absens animo retineat possessionem ciuilem, si tamen negligit per longum tempus venire ad fundum, præsumitur, quod ab initio non habuit animũ possidendi, & sic retrotrahitur. ad quod vide etiam per Dy. in regula, sine possessione, in fi. de regu. iur. lib. 6. & facit l. si filius. C. de pet. hær. tu dic, quod melius faciunt not. per Bart. in l. fin. C. vnde vi. & per Doct. in cap. si diligenti, infra de præscript. ad quod vide, quod latius dicam in dicto capit. penult. articu. 41. Idem etiam dicendũ est de fructibus: nam clarum
92 est, quod ciuilis † possessio cum bona fide est illa, quæ causat acquisitionem fructuum: si ergo ego exiens fundum meum, retineo solum ciuilem, eo quod tu emisti, & bona fide acquisiuisti possessionem, non videris facere fructus tuos, quia non habes possessionem ciuilem, quæ est causa acquisitionis fructuum. quare licet fructuarius, qui possidet tantum naturaliter, faciat fructus suos, tamen hoc non consequitur ratione suæ pos. naturalis, sed ratione sui iuris vsusfructus, vt latius dicam in dicto quadragesimoprimo articulo.

¶ Quarta fuit opinio Io. quã refert glo. in d. §. ex contrario. qui voluit q͂ duo non possint insolidum possidere ciuiliter aut naturaliter, neq; ciuiliter tm̃, aut naturaliter tantum, neque ambo iniustè, neque ambo iustè, nec vnus iustè, & alter iniustè, vt d. §. ex cõtrario, & l. si duo. ff. de preca. sed duo bene possunt in solidum possidere, vnus scilicet ciuiliter, & alter naturaliter, exemplum in proprietario, & vsufructuario, in domino & vasallo, & in domino & emphyteuta, & hanc opin. approbat glo. Nec obst. l. si duo. in prin. ff. vti pos. quia dicit Io. quòd tex. ille, dum loquitur de iusta possessione, intelligitur de ciuili, dum loquitur de iniusta, intelligitur de naturali, ad quod vide quod dixi supra in prin. istius artic. defendendo sententiam Trebatij, & hanc opin. sequitur Bar. in d. §. ex contrario.

¶ Et sic ex prędictis infertur, quòd duo in solidũ
93 ciuiliter possidere non possunt, † quia si cõtrarium diceremus sequerentur inconuenientia & absurditates respectu acquisitionis dominij, & fructuum.

¶ Sed contra prædictam conclusionem fortiter videtur obstare, quia vt supradixi, non debitor, sed creditor possidet pignus. pone ergo quòd pluribus eadem res simul pignoretur, dicit tex. quòd ęqualis est omnium conditio, vt in l. aliena. §. si pluribus. ff. de pigno. act. ergo videtur quòd vnusquisque vsucapiat, & sic dominiũ & fructus acquirat. ¶ Sol. Potes dicere, quòd licèt par sit omnium conditio, non tamẽ dicitur quilibet in solidum possidere propter absurditatem vsucapiendi & potestatem vendendi. Vnde si omnes venderent diuersis personis, quilibet transferret ciuilem possessionem, & sic vsucapiendi conditionem, & sic deueniretur ad illud inconueniens, quòd plures efficerentur domini in solidum, quod est impossibile, & etiam propter fructus, quos creditor facit suos, quamuis teneatur imputare in sortem, vt l. 1. 2. & 3. & fi. C. de pigno. act. & in c. 1. & 2. de vsuris.

¶ Et aduerte, quia differentia est, vtrum eãdem, vel eodem tempore obliget rem diuersis creditoribus, quia tunc cuilibet pro rata intelligitur res obligata, nisi aliud actum sit: An vero diuersis temporibus, quia tũc cuilibet in solidum intelligitur obligata, nisi aliter actum sit, & qualiter & pro qua parte prædicti creditores possint contra tertium possessorem agere, vel etiam inter se, vide text. in l. si duo pariter. aliàs in l. si fundus. §. si duo. & in l. si debitor. 1. ff. de pigno. quia non pertinet ad pręsentem inuestigationem.

¶ Sed quæro iuxta prædicta, vtrũ plures eandem
94 rẽ possint naturaliter in solidũ possidere. † Sol. Gl. in d. §. ex contrario. tenet quòd non, sed in contrarium fortiter obstat l. fin. in fi. ff. vti pos. vbi patet, q͂ vsufructuarius, & vsuarius possident eandem rem, & tamen clarum est quòd ipsi naturaliter possidẽt, ergo, &c. Vnde glo. in d. l. 1. & in d. §. ex contrario. pro solutione dicit, quòd verum est quòd vsufructuarius, & vsuarius naturaliter possident eandem rem, sed non in solidum, idem dicit glo. fi. in l. fi. C. vti pos. & sic secundum glo. quilibet possidet pro parte: sed Iac. de Are. dicit, quòd imo quilibet possidet in solidum diuerso iure. Bar. etiã in d. §. ex cõtrario. & d. l. fi. ff. vti pos. reprehendit opi. glo. moue-
95 tur, quia portio † incerta ratione loci & quotæ nõ potest possideri, vt l. 3. §. incertam. & l. locus. ff. de acquir. pos. dixi supra, artic. 24. vers. 3. limitatur. si ergo tu dicis vsufructuarium possidere pro parte indiuisa, apparebit quòd pars est incerta ratione loci, quia portio indiuisa non potest certo loco demonstrari, vt l. Męuius. §. duobus. ff. de leg. 2. & ff. de stip. seruorum. in l. seruus communis. Item est incerta ratione quotę, quoniam vsus qui debetur alteri, est incertus, vt l. vsus pars. ff. de vsu & habit. quia incertũ est quantum vsuario sufficiat hodie, & quantum cras. ergo pro parte indiuisa non potest possideri. vnde dicit Bar. q͂ quilibet in solidũ naturaliter possidet. Nec obstat l. 3. §. ex contrario. & quod supra dixi. quòd duo non possunt in solidum possidere, quia respondeo, quòd hoc est verum eadem specie possidendi. sed hic sunt diuersæ species, quia alia est possessio naturalis vsufructuarij, & alia rationalis vsuarij, sicut alia est naturalis emphyteutæ, & alia naturalis vsufructuarij, vel vsuarij, quoniam naturalis vnius est respectu vsus ipsius vsusfructus, naturalis verò alterius est respectu vsus ipsius vsus, & sic nulla est repugnãtia, quòd duo possint in solidum possidere, nam etiam hoc respectu usus vsucapit, respectu sui vsus vsusfructus, & facit fructus suos, alius vsucapit respectu sui vsus ipsius vsus sibi debiti, cuius vsus respectu facit fructus suos. Sed ista in effectu fuit opinio Petri in d. l. fi. ff. vti pos. qui subdit, quòd si vellemus dicere quòd ambo possideant ipsam rem naturaliter, quilibet dicetur possidere rẽ pro parte diuisa, ex eo quia facient sibi partes per concursum. Et aduerte, quia sic potest saluari opinio glo. quòd quilibet possideat pro parte, & quamuis locus fundi sit certus ratione confinium, non tamen est certus respectu possessionis quotæ, quæ nõ potest demonstrari ad oculum, vt dixi. ¶ Nec obstat quòd etiam mihi pars debita pro indiuiso non potest demonstrari ad oculum, & tamen potest responderi, quia respondeo quòd si per quotã vt mediam, tertiam vel quartam partem nõ dicitur incerta ratione quotæ, vt dixi supra, arti. 24. vers. tertio limitatur. duo ergo non possunt eandem rem naturaliter in solidum eodem genere possidere, & ideo si pos-

si possidens fundum vadit ad nundinas, & ipsius fundi duo sint ingressi possessionem, quamuis nulla insurgat repugnantia quo ad vsucapionem, nec quo ad fructus, tamen nō dicuntur insolidum possidere, per rationem dicti §. ex contrario, & per ea quæ superius dicta sunt. Item, possess. naturalis est
96 istius naturæ, † vt eo ipso quòd ille qui ciuiliter tantum possidere desinit aliter possidere, corporalis possessio trahit ad se illam ciuilem, vt l. clam possidere. §. qui ad nundinas. & l. 3. si quis nuntiet. ff. de acquir. poss. vnde si duo possiderent corporaliter in solidum eādem rem, illa ciuilis in solidum cuilibet applicaretur in solidum, & sic insurgerēt repugnantia, de quibus supra tam quo ad vsucapionem & dominium, quàm etiam quo ad fructuum acquisitionem, secundum Barto. in dicto §. ex contrario.

¶ Est tamen aduertendum, quòd quamuis duo non possunt eandem rem insolidum ciuiliter diuer
97 sis respectibus † possidere, tamen plures possunt eandem rem diuersis respectibus numero & specie eodem genere possidere, & nō solum duo, sed etiā plures, & ēt quinque, secundum Bart. Exemplum, dominus facit vasallum, vel emphyteutā, vel alium vtilem dominum, &c. Dominus possidet ciuiliter: emphyt. verò, vasallus, vel similis possidet naturaliter, vt dixi supra in præced. cap. artic. 4. Pone nunc, quòd iste emphyteuta facit vnum vsufructuarium, & vnum vsuarium in re emphyteutica, quod facere potest, vt l. 1. in princ. ff. quib. mod. vsusfr. amitt. & l. 1. in fi. ff. de superfi. & sic habes quatuor possidentes; vnum ciuiliter, & quatuor naturaliter, quia emphyteuta, vsufructuarius, & vsuarius possident naturaliter: directus verò dominus ciuiliter. sed pone, quòd omnes isti iuerunt ad nundinas, & sic retinent animo naturalē, vt l. 1. in prin. ff. de acq. poss. & traditur in l. clam possidere. §. fi. vnus intrat istam possessionem, & sic acquirit naturalem, & sic sunt quinque possessores in solidum, & quòd prædicti omnes emphyteuta, vsufructuarius, & vsuarius in solidum possideant, probatur in dicta l. fi. ff. vti possid. vbi patet, quòd alteri contra alterum impediēti vti suo iure competit interdictum, vti possid. ergo quilibet possidet, & necesse est dicere, quòd quilibet possidet in solidum respectu sui iuris, quod etiā patet, quia si quilibet istorum non haberet tale ius à vero domino, vel à vero emphyteuta: sed putatiuo, si tamen vteretur tanquam habens illud ius ipsum ius præscriberet, vt patet in eo qui possidet, vt vsufructuarius, qui pręscribit ipsum ius vsusfructus, vt l. si ego. §. fin. ff. de public. & l. fin. C. de præscrip. longi temp. & in eo, qui titulo putatiuo possidet, vt emphyteuta, vel feudatarius, vt l. si sponsus. §. si de vectigalibus. ff. de public. & in l. si finita. §. si de vectigalibus. ff. de dam. infec. si ergo quilibet præscribit suum ius in solidum; & cōstat, quòd nullus eorum habet ciuilem, sed naturalem; ergo quilibet possidet in solidum tantum naturaliter, & dicuntur plures naturales, non specie, sed induiduè; & si omnes isti de dicto fundo se absentarent, & vnus ingrederetur, ille similiter acquiret naturalem, vt dixi; & sic erant quatuor in solidum possidentes naturaliter, secundum Bart. Sed dicit Pau. de Cast. in dicto §. ex contrario. quòd ista videtur sibi magna absurditas; vnde dicit ipse, longa est differentia in-
98 ter possessionem † rei corporalis, in qua habentur ista iura, & possessionem ipsorum iurium: nam possessio rei nō est illa, quæ causet præscriptionem ipsorum iurium, sed est quasi possessio ipsorum iurium, & sic ipsa iura sunt diuersa, ita sunt diuersæ quasi poss. & quælibet quasi possessio sui iuris est penes quemlibet in solidum, non autem, quòd vna, & eadem sit penes plures, sic nec est vnum, & idem ius penes plures; sed vera possessio rei nō est penes quemlibet in solidum, sed est penes omnes pro parte ęquali, licet habeant iura inæqualia, quia non habent respectu directi dominij; nec est inconueniēs, quòd licet vnus habeat plus iuris, quàm alter, quòd ęqualiter possideant, sicut videmus in simili in l. si finita. §. cum autem plures. ff. de dam. infecto. quando plures sunt missi in poss. ex primo decreto; vnus pro maiori parte, alter pro minori parte; & in pluribus creditoribus, quibus datur res pignori, quia quilibet possidet eandem rem pro parte ęquali, & tamen cuilibet est obligata in solidum pro sua quantitate, vt l. alienam. §. 1. ff. de pig. actio. & supra dixi. Nec ob. l. fin. ff. vti poss. quia non probat, quòd quilibet possideat in solidum ex eo, quòd ibi detur interdictum, quoniā ita potest habere illud interdictū ille, qui possidet pro parte, sicut ille, qui possidet in solidum. & hanc dicit Paul. esse veritatem, secundum iudicium suum, & hæc est notabilis consideratio: sed arbitror, quòd idem senserit Bartol. nam voluit ipse, quod quasi possessio posset esse penes plures in solidum, vt statim dixi in 2. quæstione. Quare concludo circa prædicta exempla, ꝙ quamuis vera naturalis possessio rei possessæ non possit esse penes plures in solidum; sed, vt dicit Petrus in dicta l. fi. ff. vti poss. tales faciunt sibi partes per concursum, tamen quasi poss. naturalis, respectu iuris, quod quis habet in ipsa re, & respectu ipsius rei, potest esse penes plures in solidum ratione diuersitatis iuris, quod competit vnicuique, & hoc in quantum dicimus ipsum quasi possidere per insistentiam, respectu iuris sui; sed in quantum quilibet animo retinet quasi possessionem, respectu sui iuris, ex quo causatur ciuilis possessio, plures possunt in solidum possidere, quia vna quasi poss. vnius non est quasi poss. alterius, sed diuersa, sicut ius est diuersum; & sic sequitur, quòd non solum penes quinque, sed
99 etiā penes plures possunt esse possessiones † in solidum: nam dominus, qui concessit in emphyt. vel aliter ad vtile dominium, possidet rem ciuiliter animo; emphyteuta verò per insistentiam possidet rē naturaliter, & ratione sui iuris, in quantum in ipso iure insistit, possidet quasi naturaliter, in quantum verò quasi possessionem animo retinet quasi possidet ciuiliter, & si emphyteuta facit vnum vsufructuarium, & alium vsuarium, quilibet ipsorum, in quantum possidet ipsam rem, ratione sui iuris illam possidet naturaliter: in quantum verò retinet quasi poss. sui iuris, quasi possidet ciuiliter; & sic de vno vsuario, & pluribus vsuariis dicendum est: si verò omnes prædicti iuerunt ad nundinas, donec alius ingrediatur, quilibet retinet suam naturalem, & ciuilem; sed si alius ingrediatur, amittunt naturalem poss. retinet tamen quilibet suam ciuilem poss. vel quasi, vigore cuius vsucapio. & quasi dominium illius iuris acquirit, & similiter vni debentur fructus

tanquam vsufructuario, & alij tanquã vsuario eiusdem rei, & si plures essent vsuarij, idem esset respectu vsus cuiuslibet vsuarij, nec possessio rei respectu proprietatis impedit respectu vsusfructus, vel vsus, nec econtra, vt l. permisceri. ff. de acq. pos. & hæc videtur mihi veritas in hac difficili materia, licet Pet. in l. 1. in prin. in fi. sui comm. dicat, quòd si ego sum proprietarius, & tu fructuarius, & ambo simus extra fundum animo retinendæ possessionis, quòd tu fructuarius possides naturaliter extra fundum, & ego proprietarius ciuiliter, donec tertius ingrediatur: sed si tertius ingreditur fundum, dicit Petrus, quòd dormire potest in fundo, si vult, sed nullam habet poss. Mouetur, quia poss. non acquiritur, nisi quando est iuris adminiculo roborata; sed isto casu ius resistit: quia cum reperiat omnem poss. occupatam, & sic nullam vacantem, ius non patitur, quòd aliquam possessionem acquirat, cum plures eandem rem in solidum possidere non possint; ego dico, quòd cum possessio naturalis non possit esse penes duos in solidum eodem genere possidendi, quòd illi, qui exhibebunt, licèt plures sint, tamen omnes possident ciuiliter ratione sui iuris; sed iste, qui ingressus est possessionem, possidet naturaliter, per l. clam possidere. §. qui ad nũdinas. ff. de acq. pos. vel dicamus, secundum alios corporaliter, nisi fortè talis esset ingressus possessionẽ aliquo titulo, vt quia tertius eidem vendidisset, vel donasset, & in possess. immisisset, per ea, quæ supra dixi in opin. Petri post opin. Azo. Et nota, quod licet plures sint domini, vel socij habentes vnum seruum, licet seruus uno spiritu contineatur, tamen quilibet dicitur possidere seruum pro sua virili portione; sed si seruum manumitterent, quia ius patronatus est indiuiduum, quilibet in solidũ diceretur quasi possidere ipsum ius patronatus, vt l. 1. & ibi per Bal. C. de seruo com muni manu. Quis autem ex pluribus possessoribus, & quanto suo, vel alieno nomine dicatur possidere, dicam in cap. pastoralis. infra eod. artic. 36. & ibi videbimus de viro respectu vxoris, & econtra.

100 ¶ Secundò quæro, vtrum quasi pos. † possit haberi à duobus, vel pluribus in solidũ respectu eiusdem rei. ¶ SOL. Dic, quod sic: vnde quasi possessio seruitutis, viæ, itineris, actus, & similium seruitutum, potest haberi à pluribus, & respectu plurium prædiorum in solidum, vt l. 2. §. ex his. ff. de verbor. obligatio. & in l. via constitui. §. fin. ff. de seruit. rusti. prædiorum. quia illa quasi possessio est quasi patiẽtia, quæ in solidũ præstatur cuilibet, vt l. quotiẽs. 1. §. fin. ff. de seruit. & prædicta procedunt non solum in iuribus incorporalibus realibus habentibus causam discontinuam, sed etiam in iuribus incorporalibus habentibus causam continuam, quoniam talia iura possunt plures in solidum quasi possidere, vt est tex. in l. Lucio. ff. de aqua quotid. & esti. not. Bar. in l. fi. ff. vti possid. Quid autem de iuribus non realibus, quales sunt iurisdictiones, & iura percipiẽdi pedagia, seruitia, aut similia. Barto. in dicta l. fin.
101 ff. vti possid. dicit, quod iurisdictio † potest esse penes plures in solidum, sicut in tutoribus, vt l. inter tutores. ff. de admin. tutor. & l. 1. ff. de offic. procons. Item potest esse penes plures iurisdictio; vna alta, & magna; & alia bassa, & parua. Exemplum in Potestate huius ciuitatis Senensis, qui habet iurisdictionem vniuersalem in tota ciuitate, & territorio, & ad ipsum appellat à iudicibus, & officialibus inferioribus: Capitaneus verò habet iurisdictionem duntaxat in criminalibus, & in ciuilibus tantum respectu appellationum, quæ interponuntur à Potestate, & sic ex duobus habẽtibus iurisdictionem in ciuitate, vnus maiorem, alter minorem habet. Item potest esse iurisdictio apud plures in eadem ciuitate, & territorio diuersis respectibus. Exemplum, Potestas habet iurisdictionem generalem, vt dixi: Iudex verò, & sapientes pupillorum habent iurisdictionem inter pupillos, & viduas, respectu pupillorum, & viduarum: officiales verò mercantiæ inter mercatores occasione mercantiarum: camparius verò habet iurisdictionem in damnis datis. facit l. solemus. §. lati unculator. ff. de iudic. & l. 3. ff. de offic. præfec. vig. & l. 1. C. de emanc. lib.
102 Et istarum † iurisdictionum quasi possessio habetur hoc modo, videlicet per vsum iurisdictionis sciente, & patiente illo, ad quem spectat, aliàs non dicitur quis esse in quasi pos. vt l. 2. C. de seruitu. & talis quasi possessio iurisdictionis potest competere pluribus in solidum: vnde videmus, quòd in eadẽ ciuitate erũt duo, vel plures officiales habentes iurisdictionem in solidum, vt dixi, in quibus locus est præuentioni, vt latius dixi in cap. penult. supra de foro competen.

¶ Et prædicta procedunt in quasi possessione iu
103 risdictionis: In iure verò percipiẽdi † pedagium, Bar. in dicta l. fin. ff. vti possid. vult, quòd nõ possit pluribus cõpetere in solidũ, sicut perceptio vsusfructus non potest esse apud plures in solidum, sed bene posset contingere, quod vnus posset recipere pedagiũ de aliquibus rebus, & alius de aliis, seu vnus generaliter, alius verò de animalibus tantum, vel vnus regulariter omni tempore: alius verò tempore iubilei, vel indulgentiæ tantum, & sic de singulis, & qualiter in prædictis casibus quis possit agere, & obtinere in interdicto, vti possidetis, tradit Bart. in dicta l. fin. ff. vti possid. dicam infra de restit. spoliat. in materia interdicti, vti possidetis.

104 ¶ Tertiò quæro, vtrum † detentatio possit esse penes plures in solidum. ¶ SOL. Bar. in dicta l. 3. §. ex contrario. ff. de acquir. poss. in fi. quæstio. dicit, quòd quandoque detentatio accipitur pro corporali, & assidua insistentia in re, & ista nõ potest esse penes plures in solidum, per tex. in dicto §. ex contrario. quandoque verò detentatio accipitur pro custodia rei, vt l. cum legatorum. & l. si quis. ff. quib. ex cau. in pos. eat. facit, quod traditur in l. 3. §. fin. ff. de acq. pos. & ista detẽtatio quãdoque est apta producere effectum dominij, quia ex ea potest deueniri ad secundum decretum, & tunc non potest esse penes plures in solidũ, vt l. si finita. §. cum autem. ff. de dam. infec. sed faciunt sibi partes per concursum, vt d. §. cum autem. Quandoque verò nõ est apta producere effectum dominij, qualis est possessio ventris nomine, & qualis est detentatio duorum commodatariorum, qui habent custodiam, ideo apud duos potest esse in solidum, vt l. si vt certo. §. si duobus. ff. commod. secundum Bart.

¶ Quartò quæro, vtrum quis eandem rem possit
105 ex † pluribus causis possidere. ¶ SOL. Regula est, ꝙ sic, vt l. 3. §. ex pluribus. ff. de acq. poss. & l. non vt ex

vt ex pluribus.ff.de re.iur.licet secus sit in dominio, quod ex pluribus causis haberi non potest, vt dictis iuribus. dixi latè supra in Rubrica, in primo tracta. artic.5.quæst.5. Et ratio differentiæ est, quia possessio tendit semper ad acquisitionem dominij, vt l.1. in princ.ff.de acquir.poss. Sed nostra interest plures habere vias, seu causas, ex quibus dominium possit acquiri. Instit.de actio.§.sic itaque.& in l.2.§.variis. ff.de legat.2.& in l.2.ff.de lib.legat.quæ ratio cessat in dominio: quia eo ipso, quòd res ex vna causa est effecta nostra, non interest vt ex alia causa fiat, secundum Angel.

¶ Ex pluribus igitur causis potest quis eandem rem possidere, vt puta tit.pro emptore, quia emit, & tit.pro suo, qui generalis est: & ideo non excludit titulum generalem, vt d.§.ex pluribus.iuncta l.1. ff.pro suo. Item potest quis possidere eandem rem titulo pro emptore, quia emit, & titulo pro hærede, si emptoris factus est hæres, vnde dictus hæres dicitur possidere tam titulo hęreditario, quàm titulo pro emptore, quem habebat ille, cui successit, in quo titulo illius personam repręsentat, secus si emptor alicui legasset rem emptam, quia hoc casu legatarius non haberet nisi titulum pro legato, cum sit successor singularis, qui non repręsentat defunctũ, vt traditur in l.1.§.si hæres.ff.ad Trebell. licèt ergo poss. sit habita ex vna causa, potest tamen regulariter etiam ex alia haberi.

¶ Prædicta tamen regula recipit aliquas decla-
106 rationes.†

¶ Prima declaratio procedit, siue loquamur in possessione ciuili, vt probatur in dicto §.ex pluribus. qui loquitur in vsucapione, quæ ex sola ciuili possessione causatur, vt l.1.§.per seruum qui in fuga.ff.de acqui.poss. de quo tamen plenius dicam in cap.penult.infra eodem, artic.41.siue loquamur de possessione naturali, secundum Bart.& Pontan. in dicto §.ex pluribus. per no.in l.stipulatio ista.§.hoc quoque.ff.de verb.oblig. iunctis not.per Bal.in l.1. C.comm.de vsucap.

¶ Secunda declaratio est, quòd prædicta regula procedit non solum in possessione, sed etiam in detentatione, quia eadem res potest ex pluribus causis detineri, vt l.si ante.ff.de acq.poss. & ibi per Bart.& Doct. sed non potest ex vna causa possideri, & ex alia detineri, per ea, quæ supra dixi, & infra dicam.

107 ¶ Itẽ prędicta regula recipit plures†limitationes.

¶ Primò secundum aliquos, si modo loquamur in plurimis causis remotis, ex quibus eadem res potest possideri, secus si loquamur in causis proximis, quia ex plurimis causis proximis non potest possideri, prout est causa traditionis, vt no.glo.magna in dicto §.ex pluribus. ver.4.si res debita. Sed ex plurimis causis remotis non solum possessio, sed etiam dominium videtur haberi posse, secundũ aliquos, qui intelligũt tex.in dicto §.ex pluribus. dum dicit, quòd possessio potest haberi ex pluribus causis, intelligatur de remotis: sed dum subdit ille tex.quod dominium non potest haberi ex pluribus causis, intelligatur de proximis. Sed dicit ibi Pau.de Castro, quòd isti nesciuerunt quid dicere, & modicum sciuerunt; vnde dicit ibi Paulus, quod in vtroque casu ibi posito, dum dicit, quod possessio ex pluribus causis potest haberi: dominium verò non potest haberi, intelligi debet de pluribus causis remotis.

¶ Secundò limitatur, si modo tales causæ concurrentes sint adinuicem se compatientes, secus si sint contrariæ non bene adinuicem compatientes, vt l.2.in fi.ff.pro emptore.& ibi Dyn. vt puta, si res quam possidebam ex titulo emptoris habito à non domino fuerit deinde mihi donata à vero domino: nam hæc causa, ex qua mihi quæritur dominium cũ illa, ex qua non eram dominus, non compatitur: sicut enim quis nõ potest emere rem suam, vt l.suæ rei.ff.de contrahẽ.empt. sic non potest, quod suum est titulo pro emptore possidere. facit d.l.si quis ante. & quod no.gl. in l.clam possidere.§.qui ad nundinas.ff.de acq.pos. tenet Bar.in d.§.ex pluribus, & l.2.in fi.ff.pro empt.

¶ Tertiò limitatur, si modo ambæ causæ sint vtiles, secus si vna vtilis, & alia inutilis, vt l.cum res.C. de contrahen.empt. quare, si rem mihi donatam à domino, emam ab alio, titulus possessionis nõ potest sic multiplicari, quia secundus contractus est nullus, vt d.l.suæ rei. tenet Petr.in dicto §.ex pluribus. & sequuntur Doct. licet glo. ibi aliter respondeat ad d.l.cum res. & malè: cum ergo contractus sit nullus, non duplicatur titulus possessionis, quia per actum nullum non videtur quis velle recedere à præcedenti actu valido, vt l.si quis ante.ff.de acq. pos.& ibi Pau.& Doct.& in l.si iure.ff.de leg.3.

¶ Quartò limitatur, si modo ex nulla causa res sit vsucapta, secus si ex vna causa res sit vsucapta: vnde licet ante vsucapionem ex vna causa completa possit quis ex duabus causis possidere, secus tamen est post vsucapionem ex altera causa completam, vt l.sequitur.§.lana.ff.de vsucap.

¶ Sed pro clariori intellectu distingue, quod aut plures causę concurrunt eodem tempore ante completam vsucapionem; & procedit regula, quod ex pluribus causis potest quis eandem rem possidere, vt d.§.ex pluribus. & prędictæ causę retinentur etiã post completam vsucapionem, si modo ante completam vsucapionem concurrunt, & ex eis dicitur habita possessio, & acquisitum dominium, vt l.2.in fi.ff.pro suo. Et ratio, quare post completam vsucapionem, & sic post acquisitum dominium dicũtur durare, est, quod sicut lex à principio tolerauit plures causas in acquisitione possessionis, ita etiã vult tolerare ex post facto, secundum Ang.in dicto §.ex pluribus. facit tex.Instit.de lega.§.ex contrario.ver. quod si in diem. Aut duplicitas causæ superuenit post completam vsucapionem, & sic post acquisitũ dominium, & tunc possessio non potest ex duplici causa haberi, sed tantum ex prima, quæ erat ante acquisitum dominium, per quam dominium est acquisitum, vt d.l.cum res. sicut si vnam rem mihi acquisitam ex titulo habito à vero domino, postea ab alio non domino emerim, vt statim dixi in tertia limitatione. & ratio, quare hoc casu post completam vsucapionem non potest possideri ex duplici causa nouiter superueniente, est, quia cessat ratio, quare possessio ex pluribus causis haberi potest, de qua dixi in princ.istius quartæ quæstionis, quia tales causæ tendunt ad acquisitionem dominij: quare cum res fuerit effecta nostra, amplius non curatur causa alia, ex qua possideamus. Nec ob.si diceres, quod tex.in dicto §.ex pluribus. videtur contrariari, dum

dicit, & eũ qui vsuceperit pro emptore, & pro suo possidere. & sic videtur velle, quòd etiam post vsucapionẽ completam posśit ex alia causa possidere: quia tex. ille poteſt intelligi, vt sentit ibi glo. super verbo, vsuceperit, dum tex. dicit, vsuceperit, hoc est vsucapere inchoauerit, & clarius ibi tenet Dynus.

¶ Item poteſt secundo modo intelligi, secũdum Rayn. ꝙ verbum, vsuceperit, sonet in præteritum, & futurum, & sic Iureconsultus cum ministerio fue
108 rit vsus illo modo subiunctiui † modi, quod poteſt accipi in præteritum: & sic accipitur, quando à principio plures tituli concurrunt. Item poteſt accipi in futuro, quando ex post facto ante completã vsucapionem noua causa, seu nouus titulus superuenit, quæ causa durat etiam post completam vsucapionem, & hoc sensit gl. super dicto ver. vsuceperit, in quantum dicit, quòd poteſt denotare præteritum, vel futurum subiũctiui, per l. 1. §. 1. ff. pro suo. facit, quod no. glo. in verbo, commiserint, in cap. 2. de constitu. lib. 6. & glo. in verbo, elegerit. in cap. ad hæc. supra de rescrip. & quod no. Bart. in l. vt gradatim. §. sed si lege. ff. de muner. & honor.

¶ Et si tu diceres, quid est opus multiplicare istos titulos, & istas possesśionis causas, maximè vnam post aliam, cum secunda videatur superuacua, eo quòd si nõ concurrunt eodem tempore per primã citius peruenitur ad vsucapionem, & sic ad acquisitionem dominij, & sic alia videtur superuacua, & superflua, propter quod non videtur fienda tanta difficultas, ꝙ ex pluribus causis posśit haberi possesśio: ex quo, finita vsucapione, alia desinit, vt sensit glo. super verbo, possidere. in dicto §. ex pluribus. sicuti si rem tuam vsucapiens tibi succedam, quia statim, quòd tibi domino succedo, desino vsucapere, vt l. 2. §. fi. ff. pro empt. & sic illa glo. videtur velle, quòd secundus titulus extinguatur, postquam ex primo titulo acquisiui dominium, quia ex quo res est effecta mea, non possum illam acquirere virtute secundi tituli: nam res semel vsucapta non poteſt amplius vsucapi. Vnde circa quęstionem propositam, quare ergo post completam vsucapionem ex primo titulo dicitur ex vtraque causa possidere, cũ à modo secũda causa, seu secundus titulus videatur superfluus? Respondeo, vt supra dixi, quia ex quo semel lex tolerauit à principio, scilicet ante completam vsucapionem, quod ex vtraque causa possideret, tolerat etiam hoc, quod duret post completam vsucapionem, vt d. §. ex cõtrario. ver. quod si in diẽ. & ideo ante cõpletam tolerat, quia ius non est omnino perfectum, sed tẽdit ad acquisitionem dominij, quod est ius perfectum, & intereſt noſtra habere plures vias ad ipsum dominium acquirendum, quæ ratio cessat in dominio, quod est ius in se perfectum, vt supra dixi in principio istius quartę quęstionis. Poteſt etiam esse vtile saltem hodie, si fortè respectu primi tituli superueniret scientia, & mala fides, quòd res non fuisset illius, à quo habui ex aliquo titulo: & sic non procederet vsucapio ex illo titulo, vt in cap. fin. infra de præscrip. & in regula, possessor malæ fidei. de regul. iur. lib. 6. quamuis hoc non procederet de iure ciuili, per l. 1. §. illo procul dubio. C. de vsucapio. transf. secundum Io. de Imo. Nam, si emi rem ab vno non domino, possum emere etiam ab alio non domino, vel domino, aut ex titulo donationis, vel simili recipere, & valet secunda emptio, vel donatio, quia non est facta ex re mea, & possum ex vtraque causa vsucapere, & dominium acquirere, si nullus eorum erat dominus, quia ambæ causæ concurrunt tempore acquisitionis aptæ ad vsucapionem, licet illas acquisiuerim diuersis temporibus.

¶ Et aduerte, quia si bona fide tu emisti rem mobilem à B. & cœpisti vsucapere, sed non compleuisti vsucapionem, quia solum transiuerunt duo anni, & ipse B. mortuus est, & te reliquit hæredem, & sic incipis eandem rem titulo pro hærede possidere, & vsucapere, iuncto tamen titulo pro emptore, quòd si vsucapio postea compleatur per lapsum anni, qui deficiebat vsucapioni ex primo titulo, dubitatio insurgit, vtrum etiam vsucapiam titulo pro hęrede. Vna est opinio, quòd secundus titulus extinguatur, postquam res est vsucapta ex primo titulo. Alia est opinio in verbo, possidere. in ver. vel subtilius, quod ipse quartus pro hærede non annihilatur; sed finito primo anno, qui deficiebat ad vsucapionem ex primo titulo, habebo dominium non solum ex primo titulo pro emptore, sed etiam ex vtroque titulo. Nec obst. quod solus titulus per se nõ sufficit ad acquisitionem dominij per vsucapionem, nisi accedat possesśio legitimi temporis, quod legitimum tempus in dicto exemplo quo ad titulũ pro hærede non sufficit, cum possesśio pro hærede non durauerit, nisi anno: quia respondetur, quòd hoc procedit, quando cum titulo pro hærede non esset coniunctus primus titulus, cum quo abest lapsus temporis, seu possesśio legitimi temporis: vnde lapsus primi legitimi temporis ad vsucapionem, implet effectum vtriusque tituli. & facit, vt ex vtroque dicatur habere dominium. & pro hoc vult glo. præall. in d. ver. vel subtilius. & sequitur Pa. de Cast. & mihi placet, licet Bar. potius videatur inclinare in primam opinionem illius glo. de qua supra dixi.

¶ Et ex prædictis, & ex his, quæ dixi supra in Rubrica, in primo tract. arti. 5. quæst. 6. potes colligere,
109 in quibus conueniant acquisitio † dominij, & acquisitio possesśionis. In hoc enim cõueniunt, quia possesśio facta mea, non poteſt amplius fieri mea, sicut dominium. In hoc verò disconueniunt, quia ex pluribus causis separatis diuerso tempore cõcurrentibus dominium haberi nõ poteſt, prima remanente valida, intelligendo, vt plenius dixi supra in Rubrica, tract. 1. art. 5. quæst. 6. sed bene poteſt haberi possesśio ex pluribus causis separatis diuerso tempore concurrentibus, vt supra dixi. & ratio diuersitatis descendit ex his, quæ dixi supra in princ. istius quartæ quæstionis; & qualiter intelligatur illud, quod nihil habet commune possesśio cũ proprietate, latè traditur in l. naturaliter. §. nihil cõmune. ff. de acquir. poss. & etiam apparebit ex his, quæ dicam infra eod. c. fi. in 7. princ. tract. in 1. & 2. art.

¶ Quintò quæro, vtrum vnus posśit eãdem rem
110 naturaliter, & ciuiliter † possidere.

¶ Sol. Petr. in l. 1. in princ. ver. nunquid vnus poteſt. ff. de acq. poss. tenet, quod vnus non poteſt habere per se, aut per alium, nisi vnam possesśionem. Subdit tamen, quod hoc non poteſt probare, nisi persuadendo hoc modo, videlicet per considerationem petitorij, & possesśorij. Exemplum, possesśio

sessio naturalis, & possessorium ex ea descendens, respondet possessorio vsufructuarij: possessio verò ciuilis, & possessorium ex ea descendens, respondet petitorio proprietarij: sed vsusfructus, & proprietas in diuersis personis sunt diuersa iura, & sic potest vnus habere vsumfructum, & alius proprietatem, & tamen vnus, & idem homo possidens fundum pleno iure, non potest habere in eo proprietatem, & vsumfructum, quia vsusfructus est seruitus, & res sua nemini seruit. dixi supra in Rubr. tract. 1. artic. 1. habet ergo vnum ius duntaxat, sed verum, quod illud vnum ius habet tantum effectũ, & tantum operatur in persona vnius quãtum operantur vsusfructus, & proprietas separati, & positi in diuersis personis, vt l. vti frui. ff. si vsusfr. pet. Idem ergo dicendũ, secundũ Pet. in terminis nostris, quia si vnus possidet rem pleno iure, non habet nisi vnũ ius, & talis possessio est tantæ potentiæ, & tantum habet effectum in persona vnius quãtum effectum haberet in diuersis personis, secundum Petrum: & ideo potest transferre in alium possessionem naturalem, retenta sibi ciuili, vt puta faciendo illum feudatarium, emphyteutam, vsufructuarium, & vsuarium, &c. Item potest transferre ciuilem, retenta sibi naturali, puta faciendo illum directum dominũ, retinendo sibi rem in emphyteusim, vel ad vsumfructum, vel ad vsum. Item potest transferre vtranque, sed si non habet nisi naturalem, aut solam ciuilem, illam solam, quam habet, potest transferre, quia nemo plus iuris, &c. vt in regula, nemo plus iuris. ff. de reg. iur. & in l. traditio. ff. de acquiren. rerum domin. sic etiam est de alijs iuribus, quia qui habet plura iura, potest omnia transferre. Item vnum trãsferre, & aliud retinere potest, in l. si domus. ff. de seruit. rustic. prædiorum. Nec obst. si diceres, quia si nemo plus iuris potest in alterum transferre: ergo cum dixeris, quòd licet vnus possideat pleno iure, non habet nisi vnam possessionem, uidetur, quòd non possit nisi vnam transferre, & sic non debet posse transferre naturalem, retenta sibi ciuili, nec ciuilem, retenta sibi naturali, quia quod vnum est, non possunt esse duo, quia esset cõtradictio terminorum, & terminatorum, vt dixi supra in c. 1. art. 2. Item, si non habet nisi vnam, non videtur posse illam in duos transferre, faciendo vnum proprietarium, & alium vsufructuarium, vel similem: quia respondeo, quòd hoc descendit ex duplici effectu possessionis meæ, vigore cuius possum facere vnam possessionem ciuilem, & aliam naturalem: nã etiam dominus, qui in fundo suo non habet vsumfructũ, potest vsumfructum in alium trãsferre, vt in l. quod nostrum. ff. de vsufr. Et ex his est expeditus iste 26. artic. & hæc decretalis.

SVMMARIVM.

1 *Homines faciles sunt ad dissentiendum: variæ enim sunt voluntates.*
2 *Ecclesia cõnuentualis quæ dicatur, & vnde.*
3 *Iuris eligendi quasi possessio absque titulo, quomodo acquiratur.*
4 *Ius non est probabile, sed probatum.*
5 *Libelli contrarij actoris, & rei admittuntur super eodem facto.*
6 *Petitoriũ, & possess. ex vtraq; parte cumulari possũt.*
7 *Articuli variè appellantur.*
8 *Dictio, tantum, quid significet, & num. 9.*
10 *Agens possessorio recuperandæ, quid probare debeat.*
11 *Gesta immediatè, magis influunt, quàm mediatè.*
12 *Articulandi modus ad probandam quasi possessionem alicuius iuris.*
13 *Possidere hodie præsumitur ex eo, quod quis possedit in præteritum.*
14 *Electio facta aliquibus exclusis, & spoliatis, non est nulla ipso iure, sed annullanda.*
15 *Testium fidei tria detrahunt.*
16 *Negatiua tã expressa, quàm tacita est improbabilis, nisi sit coarctata loco, & tempore, num. 17. & 29.*
18 *Spoliare aliquem suo iure, quando quis dicatur.*
19 *Libellus est latissimè interpretandus quo ad vim comprehensiuam.*
20 *Argumentum à maiori ad minus, & à minori ad maius, qualiter formetur. Et quam vim habeat, numero 21.*
22 *Concessa omnia intelliguntur, quæ non reperiuntur expressè prohibita.*
23 *Consensus collegij non per singulos, sed collegialiter præstari debet.*
24 *Exceptio stimulationis competit reo stimulato contra actorem stimulantem.*
25 *Dictio, immediatè, quid importet.*
26 *Dominus olim, an hodie præsumatur dominus.*
27 *Electionis ad quasi possessionem, quæ sint necessaria.*
28 *Testes varij an sint repellendi, & quomodo.*
30 *Testes negatiuam probare satagentes non solum expressè, sed etiam tacitè, repelluntur.*
31 *Dictio, quodammodo, denotat improprietatem.*
32 *Dictio, quasi, denotat improprietatem.*
33 *Interdictum, vnde vi, directũ, pro quibus competat.*
34 *Lex non verbis, sed rebus debet esse imposita.*
35 *Electio est quasi fructus iuris eligendi.*
36 *Sententia debet esse conformis libello.*
37 *Actiones bonæ fidei, & stricti iuris, quæ sint.*
38 *Consuetudo ex quot actibus inducatur.*
39 *Præscriptio in incorporalibus contra ius commune non procedit, nisi adsit titulus.*
40 *Collegiati non possunt præiudicare successoribus sine debita solẽnitate, superioris auctoritate, & causa.*
41 *Præscriptio, quæ est contra ius, quid requirat.*
42 *Vsus solus absque alia causa, vel titulo sufficit ad inducendam consuetudinem.*
43 *Præscriptio an inducatur ex sola patientia absque titulo. & num. 44.*
45 *Seruitus non est à bonis, seu fundo separata.*
46 *Negligens id ad quod tenetur, eo ipso videtur tacitè permittere.*
47 *Præsumptio est pro facto antiquo.*
48 *Actus positiuus fortius operatur quam sola taciturnitas, & negligentia.*
49 *Vsurpatio, aut delictum non præsumitur in leuibus.*
50 *Possessio vera rerum corporalium, qualiter, & per quos actus acquiratur.*
51 *Rerum omnium, quæ occupanti conceduntur per apprehensionem possessionem acquirimus.*
52 *Possessio rerum ab alio possessarum, an per traditionem acquiratur.*
53 *Thesauri possessio, an sola inuentione absque apprehensione quæratur.*

CAP. III.

CVM ECCLESIA SVTRINA. Si spoliatus possessorio, & petitorio simul agens possessionem, & spoliationem probat; sed nõ dominium, seu proprietatem, obtinet in possessorio, sed succumbit in petitorio. hoc dicit. Diuiditur principaliter in duas partes. In prima ponitur facti, & processus narratio. in secunda diffinitio. secunda ibi, Nos igitur. Prima subdiuidit in quinque. Prima ponit petitionẽ actoris. Secunda reconuentionem actoris, ibi, vero. Tertia, modũ processus, ibi, partibus. Quarta allegationem actoris, ibi, pars canonicorum. Quinta, allegationes reorum ex parte clericorum. Secunda principaliter diuiditur in duas. Prima diffinit petitorium, secunda possessorium. secunda ibi, verum quoniam. Et in tex. ibi, sede Apostolica, quòd fortè ista ecclesia immediatè subiecta est Romano Põtifici, & tũc seruanda sunt tempora, de quibus in cap. cupientes. de elect. lib. 6.

¶ In tex. ibi, postulabant, supple & etiam postulabant se restitui ad pristinum ius eligẽdi, & sic intentabant possessorium, & petitorium, vt patet ex forma sententiæ, & sic erant actores.

¶ In tex. ibi, probatam. dicunt Goffr. & Hostien. quod probare hoc superfluum fuit, & de hoc infra ibi, varios, dic, id est contrarios. Et est primũ, quod allegatur contra canonicos: & secundum, quod allegatur dicitur ibi, aduersus: & tertium, quod allegatur contra canonicos est ibi, & quod negatiuum, secundum Hostien.

¶ Ibi, non solum, de quo actum est, dic, quod hoc olim nõ erat de tex. sed erat glo. Tancredi. nec fuisset necessarium, si isti clerici expressè intentassent petitorium.

¶ Ibi, ius eligendi. dic s. quo ad proprietatem.

¶ Ibi, præstiterit. dic. i. probauerit. s. reus.

¶ Ibi, faciendis. dic, per hoc patet, quòd isti clerici petierunt, quod canonici non eligerent sine ipsis, alioquin canonici non sic fuissent absoluti, nec ipsis clericis silentium impositum, cum tantum super petitis pronunciandum sit, vt in cap. licet Heli, de simo. & per id, quod traditur per Ioan. Andr. in cap. Abbate. infra de verb. signif.

¶ Primò nota ibi, conuenientes in vnum, quod canonici volentes deuenire ad prælati electionem debent in vnum conuenire, de quo in glo. 1.

¶ Secundò nota ibi, sicut moris. quod inuocatio spiritus sit, quæ fit pro electione celebrãda per declarationem hymni, Veni creator spiritus, vel per missam Spiritus sancti. de quo in cap. cum terra, de elect. non est de solennitate substantiali ipsius electionis, nec de iure communi, sed potius ex quadam consuetudine.

¶ Tertiò nota ibi, vnanimiter. quod commẽdabile est, & plurimum proficuum, quod ad electionem procedatur vnanimiter, secundum Innocent. & Ioan. And. hic, & in cap. innotuit. supra de elect.
1 licet rarò hoc fiat, quoniam homines † faciles sunt ad dissentiendum. 8. quæstio. 1. cap. non est nouum, & in l. item si vnus. §. principaliter. ff. de arbi. & quoniam variæ sunt hominum voluntates, vt l. quia poterat. ff. ad Trebellian. & quot homines, tot capita: quot verò capita, tot sententiæ, vt inquit Brutus ad Torquatum, & refert Cicero in lib. de finibus bonorum, & malorum. Vnanimiter autem fieri dicitur, quod fit nemine discrepante, vt in cap. bonæ, de postul. prælat. & in cap. tertio loco, de probatio. & in cap. dilectus. & ibi per Dom. Anton. supra de temp. ordin. & per Dominum meum, & Io. de Imo. in cap. ad aures. supra quod met. cau. & in cap. licet Tranensis. supra de offi. lega. quod paulo ante legimus in voce, & probatur ex etymologia vocabuli, quoniam vnanimes, idem est, quod vnius, & vnum non possunt esse plura, quoniam repugnaret contradictio terminorum, vt dicit Bald. in l. precibus. C. de impub. & aliis substit. Quid autem de verbo, concorditer. latè dixi in cap. 3. de re iudic.

¶ Quartò nota ibi, clerici conuentualium, quod non solum ecclesiæ regularium possunt dici conuentuales, sed etiam ecclesiæ seculares conuentuales: nec mirum, quia ab etymologia dicitur à con-
2 ueniendo, † seu coeundo in vnum, & sic ex eo, quia simul conueniunt. 15. dist. cap. 1. in fi. no. Archidia. 63. distinct. cap. vota. Conuentus enim, cętus, concilium, capitulum, fraternitas, & similia conuentus appellari possunt. dixi latè in cap. dilecta, de excess. prælat. in secunda quæstione principali. tex. & Dominus meus in cap. 1. infra de testi. vbi ponitur pro concilio. Ex consuetudine tamen conuentualis ecclesia appellatur illa, quæ est religiosorum, de quo in cap. scriptum, de elect. Capitulum verò appellatur secularium, vt ibi dicitur.

¶ Quinto nota ibi, consueuerint interesse, quod ex sola exercitatione eligẽdi acquiritur quasi poss.
3 iuris eligendi absque † aliquo titulo.

¶ Et aduerte, quia ex his verbis, iuncto vers. ibi, parte

parte clericorum.ibi,adfuisse, &c. colligitur, quod per clericos duo deducebantur, scilicet interesse,& vocis datio; & sic patet, quòd sola interessentia nõ concludit quasi possessionem iuris eligendi, quia hæc quandoque conceditur ex gratia,sed vocis dãdæ potestas non sic de facili conceditur, vt not. Innoc.in cap.bonæ,de postul.prælat. de quo in glo.3. & vide ad prædicta,quod latius dicam infra,art.28.

¶ Sextò nota ex prædictis, & ex tex. quòd licet electio episcopi de iure communi solum spectet ad canonicos ecclesiæ cathedralis, tamen hoc ius est præscriptibile per clericos extrinsecos à collegio. In contrarium tamen fortiter videtur obstare text. noster in ver. partibus. ibi, dum tex.dicit,quòd canonici allegabãt, quòd per testes eorum probatum esset, quod ad eos tantum spectabat, sed si de iure cõmuni ad eos tantum spectasset, non videtur hoc necessarium. ¶ Sol. Goffr. vt arbitror, timore huius contrarij, dicit, quòd ista probatio fuit superflua, quia de iure communi canonici fundatam habebant intentionem suam, vt in cap.1.supra de electio. & ideo non debebant admitti ad probandum

4 hoc,quia † ius non est probabile, sed probatum, infra de appell.sæpe.ff.de proba.l.ab ea parte. no.glo. in cap.1.de confess.lib.6. dicam latius in tit.de confess. in materia positionum. ego arbitror posse aliter solui, videlicet, quod isti voluerunt probando excludere intentionem aduersariorum, videlicet, quòd non fuissent admissi ad electionem,vel quòd non fuissent admissi, vel vocem dedissent, de quo in glo.super verbo,negatiuam.

¶ Et aduerte ad id, quod dixi, quod est præscriptibile, quia procedit, dummodo tanto tempore possideatur, ꝙ producatur ad tempus legitimum, de quo hic per Doct. vide,quia non est materia nostra, sed propriè pertinet ad tit.de elect. & ad tit.de præscrip.& ibi fortè videbimus.

¶ Septimò nota,quòd super eodem facto admit-

5 tuntur libelli † contrarij ex parte actoris,& rei,& super ambobus pronunciatur: nam canonici hic petierunt electionem à se factam cõfirmari, & clericis in futurum silentium imponi. Ex aduerso verò clerici petierunt electionem confirmari ratione quasi possessionis, & ius eligendi eis adiudicari. pro quo facit tex.in fi.ibi,actore non probante.

¶ Octauò nota ex prędictis,& ex tex. quod sicut pro parte actoris potest accumulari petitorium & possessorium, ita ex parte rei conuenti vtrunque in

6 reconueniendo potest accumulari: † nam canonici petebant electionem suam confirmari, & ipsis clericis super molestia silentium imponi, quod respicit tam petitorium,quàm possess. tuendę quasi possessionis. Ex aduerso verò clerici intentabant petitorium,quod patet ex illis verbis, cõsueuerunt,&c. nam cum consuetudo sit ius, per hoc videbantur petitorium intentasse, & per illa verba, quæ postea sequuntur, dum dicitur, eis renitentibus, & exclusis, videntur intentasse quasi possessorium. Dicit tamen Ioan. Andr. in hoc esse ponderandam conclusionem libelli, & quòd ita seruant aduocati. Sed tu dic de hac materia, vt latius dicam infra eodem, cap.fin.in 7.tract.artic.24.& quatuor seq.

¶ Nonò nota ibi, exclusis, vnum modum amittendi quasi possessionem iurium incorporalium, videlicet per exclusionem à loco, vbi quis debebat exercere actum vna cum aliis. ad quod vide, quod latius dicam in cap.penult. infra eod.art.42.

¶ Decimò nota ex prædictis, & ex tex. quod in retinenda quasi possessione iurium incorporalium non semper sufficit animus. ad quod vide,quod dicam infra eod.cap.cum super,art.34.

¶ Vndecimò nota ibi, intentionem, practicam

7 pro articulis tradendis in scriptis, † quos quandoque appellamus intentionem,vt hic,& cap.2.de ordi.cog.quãdoque verò assertionem,vt hic, & C.de temp.appel.in l.per hanc. Interdum articulos, vt in cap.1. supra de litis contesta. in cap.præsentium,de testi.lib.6.in cap.ex tenore, & cap.veniens. infra de testib. Aliquando verò appellantur epistola, vt in cap.fraternitatis,& in cap.per tuas,infra de testib.& in cap.cum Ioannes,de fide instrum.tradunt Ioann. Andr. & Zabar.in cap.1.de ordi.cogni. vide glo.in verbo, articulos.in clem.sæpe,de verb.signif.dicam latius infra de confess. in materia positionum,& articulorum.

¶ Duodecimò nota ibi,quòd ad eos tantum,de significatu dictionis, tantum. Est enim inclusiua

8 affirmatiuæ eius, cui annectitur, † & exclusiua, seu negatiua aliorum. Exemplum in tex.nostro. Canonici dicebant, quòd ius eligendi spectabat ad eos tantũ,& sic respectu canonicorum dictio,tantũ,ponit, & includit, respectu verò aliorũ negat: & ideo dicit Ioann. Andr. quòd sicut aliquando reperitur negatiua prægnans, vt ipse dicit in capit.super hoc, de renunciatio. sic etiam affirmatiua reperitur prægnans, quia negat alios, siue excludit. facit capit. requisisti. infra de testam. & cap.inter.infra de purg. cano.tex.& Ioan.And.super verbo,tantum. in cap. Romana.2.respon.de senten.excom.lib.6. & C.de sacrosan.eccles. in l.qui sub prætextu.& C. de episc. & cleric.l.si quis non dicam. C.de iure deliber. l.1. C.de suis,& legit.l.fin.C.de probat.l.rationes.& ibi Bart.tradit Bald.in repet. l.cum mulier.ff.sol.matri. col.25. no.etiam in l.iuris ordinem. C.de iurisdict. omn.iud. & quod traditur per Bart.in l.si cum dos, ff.rerum amot.

¶ Aduerte tamen, quia si dictionẽ tantum,præ-

9 cedit negatiua, † tunc includit non solum respectu termini cui adiungitur, sed etiã alterius, vt est text. in l.non tantum.ff.de appellat.& quandoque etiam prædicta dictio subintelligitur.ff.de publicia. l.cum sponsus.ff.de aqua plu. arcen. in l.super iter. ff.nau. caup.stab.l.furti. §.quod si. ff. de iniur. in l.lex Cornelia.§.domum.

¶ Decimotertiò nota ibi, vltimo, & immediatè

10 præfuerunt, quòd agens † possessorio recuperandæ, debet probare de sua deiectione possessionis tempore.ff.de vi,& vi arm.l.1. §.interdictum autem hoc. dicam latius infra in tit.de rest.spol. in materia interdicti, vnde vi.

11 ¶ Decimoquartò nota ex eisdem verbis, † quòd gesta immediatè magis influunt,quàm mediatè. facit ff.de excep.rei iud.l.cum de hoc. tradit Io.And. in rub. de sepult.

¶ Decimoquintò nota ibi,vocem habuisse, mo-

12 dum articulandi,†ad probandum quasi possess.alicuius iuris,debet etiam articulari exercitium,quod solum competit habenti illud ius: isti enim clerici fecerunt

fecerunt articulos, quod interfuerunt electioni triũ episcoporum, & vocem dederunt: actus enim vocis dandæ est ille, qui pertinet ad electionem.

¶ Decimosextò nota ex prædictis, & ex tex. arg. quòd ex eo, quod quis possedit in præteritum, præ-
13 sumitur hodie possidere, † de quo per Doct. in c. cum ad sedem, infra de restit. spoliat. & per Legistas in l. siue possidetis. C. de probat. dicam latè in cap. pastoralis, infra eod. art. 38.

¶ Decimoseptimò nota ibi, irritandã. quòd electio facta aliquibus exclusis, & spoliatis nõ est nulla
14 ipso iure, sed annullanda: † vnde venit irritanda, non solum quando aliqui contemnuntur, vt in c. quod sicut. supra de electio. sed etiam quando spoliantur, vt hic.

¶ Decimooctauò no. ex ver. nos igitur, tria quæ
15 detrahunt fidei testium, videlicet † variatio, & vacillatio, & quod negatiuam probare satagunt. de vacillatione, & variatione dic, vt traditur in l. qui varia, aliàs qui falsa. ff. de testib. infra de testib. cogen. cap. præterea. 3. quæst. 9. cap. nihilominus. sed vide, quæ latissimè dixi in cap. qualiter. 2. de accusat. in 9. princ. artic. quæst. 39.

¶ Decimononò nota, ꝙ sicut negatiua expressa
16 est improbabilis, † ita & tacita, quæ insurgit ex positione affirmatiua: nam testes pro parte canonicorum inducebantur ad probandum, quòd tantum ad eos, & sic tacitè, non ad clericos, electio pertinebat. Vnde testes, qui talem negatiuam conabantur probare, sunt suspecti de falso, vt hic per Innoc. & per Ang. in Auth. de hæred. & Falc. §. hinc nobis. per Bald. in l. actor. C. de probat. & Ioan. de Imo. in l. si ita stipulatus. §. Grisogonus. ff. de verbor.
17 oblig. quod tamen procedit, nisi † sit coarctata loco, & tempore, quia illa est probabilis, vt in c. cum olim. 1. & ibi not. infra de priuil. & in cap. cum olim Abbas. supra de offic. deleg. & in c. olim, de rescrip. & de materia per Doct. in cap. bonæ, de elect. & hic per glo. super verbo, negatiuam. de qua materia latius dicam in tit. de probat.

¶ Vigesimò nota ibi, contradicentibus, & exclusis, iunctis illis verbis, in quasi poss. reducentes, &c.
18 quod vbi plures habent exercere † eundem actum diuerso iure, si aliqui procedũt ad illum actum suo iure, non admissis aliis, qui debent alio iure interesse, videntur istos spoliare iure suo, & ideo sunt restituendi, vt hic.

¶ Quid autem si omnibus idem ius competeret, & aliqui aliis non vocatis actum exercerent, vtrum alios spoliare videãtur. Dominus meus hic remittit ad not. per Inno. in cap. querelam, de electio. & per Feder. consil. 27. ego dicam in tit. de restitutio. spoliat. vbi congruit.

¶ Vigesimoprimò nota ex illis verbis, in quasi possessione, quod incorporalia non dicuntur possideri, sed quasi possideri. de quo dixi latè in capit. præced. artic. 25.

¶ Vigesimosecundò nota ex ijsdem verbis, formam, & practicam ferendi sententiam, cum agitur possessorio pro iuribus incorporalibus: debet enim fieri restitutio ad quasi possess. quam spoliatus habebat ante controuersiam motam, de quo dicam infra, in tit. de restit. spoliat.

¶ Vigesimotertiò no. ibi, iure ciuili. quod etiam in decidendis causis in foro ecclesiastico possint iura ciuilia allegari.

¶ Vigesimoquartò nota ibi, non solum. de quo actum est, quod in iudicium videtur deductũ non solum id, de quo expressè actum est, sed etiam alia veniunt, de quibus expressè non est actũ: veniunt ergo, quæ in actione proposita includi possunt. ff. de iudic. in l. solemus. & hoc procedit, nisi nominatim actum est, vt non veniant: & iste est sensus istius literæ. de quo in gl. super verbo, venire in iudicium.

¶ Vigesimoquintò ex prædictis, & ex tex. nota,
19 quod † libellus est largissimi iuris, seu latissimè interpretandus quo ad vim comprehensiuam, quia comprehendit omnia, ad quæ potest adaptari ius deductum in iudicium, nisi illud expressè fuerit exceptum: extranea verò non comprehendit, vt in cap. examinata, de iudic. & in l. fin. C. de fideicom. libert. dixi latè in cap. fin. supra de libel. obla. art. 33.

¶ Vigesimosextò nota ex eisdem verbis, quod procedit argumentum à minori, de quo in glo. super verbo, argumentum. in c. cum in cunctis. supra
20 de elect. & procedit hoc modo, videlicet, † cum in iudicium veniant ea, de quibus nominatim non est actum, vt veniant, fortius hic debet venire petitorium, de quo aliquid fuit actum. sic etiam valet argumentum à maiori, in authen. multo magis. C. de sacrosanct. eccles. & cognoscitur, vtrum argumentum fiat à maiori, vel minori, quia à maiori fit negatiuè, seu destructiuè, hoc modo, si id, de quo magis videtur inesse, non inest: ergo nec id, de quo minus. vel hoc modo, si Imperator non potest expugnare castrum: ergo nec miles; vel si Aeacides non potest te superare in prælio: ergo nec Tersite. Argumentum verò à minori fit per contrarium affirmatiuè, & inductiuè hoc modo, si id, de quo minus videtur inesse, inest: ergo id de quo magis: vnde, si miles potest castrum expugnare: ergo & Imperator; & si Tersite in prælio potest te superare: ergo & Aeacides. & de materia vide in dictis iuribus, & in regula, non debet, cui plus. ff. de reg. iur. & in l. seruum filii. §. 1. ff. de leg. 1. 38. dist. cap. si in laicis. 32. quæst. 5. si Paulus. & in l. 1. C. de nego. gest. & ibi latè per Albe. de Rosa. & in l. qui indignus. ff. de senat. & l. 1. §. 1. ff. de his, quæ in test. delen.

21 ¶ Et prædicta † argum. à maiori, vel minori, plus operantur, & fortius concludunt, quàm à pari, vel à simili, secundum Alber. de Rosa. in l. de quibus. ff. de legib. quod de se est satis manifestum.

¶ Aduerte tamen, quia hic in tex. nostro potius videtur argui à constitutione legali, sicut supra de constit. cum M.

¶ Vigesimoseptimò nota, quòd omnia intelli-
22 guntur concessa, † quæ non reperiuntur expressè prohibita. facit l. statuas. ff. de religio. & sumpt. funer. & l. necnon. §. quod eis. ff. ex quib. caus. maior. & l. ab ea parte. ff. de probationibus. ad quod vide, quæ traduntur per glo. super verbo, non conuenitur, in cap. inter corporalia, supra de transla. prælat. & ibi per Doct.

¶ Vigesimooctauò nota ibi, actore non probante, id ad quod quotidie allegatur, in l. qui accusare. C. de eden. vbi tex. dicit, quod actore non probante, etiam si reus nihil præstitit, absoluendus est.

¶ Vltimò nota ex fine tex. de sententia perpetui silentij

silentij impositiua: imponitur enim actori, & non reo, vt dicit glo. super verbo, imponentes. in cap. penult. infra eodem.

¶ Glo. prima quærit, quare debentes eligere debeant in vnum conuenire, & soluit.

¶ In tex. ibi, sum in medio eorum. dic, vt habetur in Euang. Matth. cap. 18.

¶ In fine glo. vel dic melius, secundum Domi-
23 num meum, quod ratio est, quia actus † collegij, non per consensum singulariter, sed in communi præstitum expediri debet; vnde collegialiter præstari debet consensus, vt in cap. in Genesi, supra de electio. de quo Dominus meus remittit hic ad not. per eum, in cap. cum omnes, de constit. & per Bart. in l. omnes populi. ff. de iust. & iu. & bene facit, quia ista non est materia tituli nostri, vide per Bald. in l. non ambigitur. ff. de legib. per Archidia. 63. dist. c. 1. Ego plura tetigi de materia in cap. dilectus, infra de simo. & in cap. dilecta, de excess. prælat. sed fortè latius Deo duce videbimus in tit. de his, quæ fiunt à maio. parte capituli. quamuis glos. Innoc. Hostien. & Doct. & latius per Henricum Boich tractetur in cap. tua, infra de his, quæ fiunt à præl.

¶ Glo. secunda sentit contrarium, & soluit.

¶ In fine glo. dic, vel solue, secundum Hostien. quod contraria locum habent, cum principaliter intentatur possessorium: hic enim intētabatur per modum reconuentionis, & sic erant duæ mutuæ petitiones, supra tit. proxi. cap. cum dilectus, & c. fi. & ista solutio est bona. Nec obstat, si diceretur, ꝙ isti canonici exceptionis remedio repelli debebāt, donec facta esset restitutio, argum. d. cap. cum dilectus. quia potest ad hoc dupliciter responderi, secundum Innoc. Primò, quia isti noluerunt de hoc excipere. facit cap. 1. infra tit. prox. Vel secundò, & melius, quia posito, ꝙ excepissent, tamen per hoc non fuissent canonici repulsi à petenda confirma-
24 tione: & ratio est, quia † exceptio spoliationis competit reo stimulato, & ad iudicium vocato contra actorem stipulantem, vt in dicto cap. 2. sed canonici hic nō agebant contra clericos, sed petebant con firmationem electi, implorando iudicis officium, & in hoc multum instant Doct. Sed Domin. meus dicit, quòd verus intellectus huius cap. est, quòd canonici in prin. solummodo petierunt confirmationem; sed clerici contradixerunt, petendo eam cōfirmari, deducentes per modum causæ, & non principaliter possessorium, & petitorium, dum dicebant illam electionem confirmandam tanquam factam eis renitentibus, & exclusis, cum tamen consueuerint interesse, vt hoc clarè colligitur ex princip. sed partes postmodum incęperūt disputare super propriet. & possess. deductis per modum causæ. & sic quælibet partium videtur deduxisse, quicquid iure habebat in electione, vt apertè colligitur in tex. nostro, in versic. verum. si enim directè principaliter deduxissent possessorium, & petitorium. tex. in dicto ver. verum, non argueret, prout arguit, & sic debet intelligi glo. nostra, dum dicit, quod isti clerici egerūt petitorio, & possessorio. & propter hanc causam fuit hic pronunciatum super possessione, & iure eligendi, licet super principali petitione vtriusq; partis hoc non contineretur, cū principaliter solum intentaretur confirmandam, vel infirmandam esse electionem: & sic non est contra, quod not. in cap. licet Heli, de simon. & quod not. in cap. qualiter, & quando. 2. de accusatio. in quibus dicitur, quòd sententia debet esse conformis libello. Item tollitur contrarium de l. fin. C. de fideicomm. liber. in quantum dicit fatuum esse iudicem, qui pronunciat super non petitis: quia respōdetur, vt patet ex prædictis, quòd partes post petitionem confirmationis, & infirmationis electionis incęperūt litigare super possess. & petit. deductis per modum causæ, & plenam cognitionem adhibere, & plenas probationes producere; & ideo talis sententia videtur satis fuisse conformis libello, & petitioni ipsorum. Secus autem si summariè fuisset de hoc agitatum, & cognitum, arg. tex. & quod ibi traditur per glo. & Bar. in l. si iudex. ff. de his, qui sunt sui, vel ali. iu. & in l. 2. ff. de orig. iur. facit l. 2. C. ad legem Cornel. de fals. Item facit tex. noster, ibi, pars canonicorum, &c. & hunc intellectum etiam sensit Innoc. licet loquatur multum obscurè. Hostien. verò ad fugiendum dicta contraria, tenet, quod expresè fuerit actū possessorio, & petitorio. Sed dicit Dominus meus, quod non congruit literæ, nec haberet aliquam dubitationem, & frustra Papa argumentaretur, prout facit in versic. verum.

¶ Præterea prædictus intellectus continet diuinationem, & , vt dicit hic Ioan. de Imo. videtur contra tex. in dicto ver. verum. vbi Papa arguit per coniecturas, quod deductum fuerit petitorium, quod non debuissent facere, si illud principaliter fuit deductum, quia in incertis, non certis, locus est coniecturis. & ideo Inno. dixit, quòd non fuit expresè deductum principaliter, sed per modum causæ, super quo partes excipiendo, & replicando susceperunt disputationem, & super illo fuit lis contestata, & sententia lata: quam ob causam, si de nouo principaliter intentaretur, obstaret exceptio rei iudicatæ, secus si non fuisset lis contestata, sed summariè de hoc cognitum, prout etiam intellexit Dominus meus, & ita procedat l. si quis cum totum. §. si ancillam. ff. de excep. rei iudic. Sed dicit Io. de Imo. quod ista est diuinatio. Vnde dicit ipse, quod melior videtur opinio Ioan. de Lign. qui tenuit contrariam opinionem, per not. per Bart. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verborum obligatio. & ad iura allegata per Innoc. in contrarium respondet, quod in eis nō fuit plenariè cognitum: ideo non obstat in alio iudicio, argum. cap. veniens. 2. infra de testib. Subdit tamen Ioan. de Imo. quòd prædictæ opiniones possunt concordari distinctione, quia aut actor succūbit super deducto principaliter, non principaliter, sed per modum causæ, & succubuit ex eo, quia non probauit, & tunc procedat opinio Innoc. & dom. Anton. aut succubuit ex eo, quia reus probauit de iure suo, & tunc procedat opinio Ioan. de Lign. vt in simili voluit Bart. in d. l. sed si ante. ff. de excep. rei iudic. & ita potest intelligi tex. noster, quoniam hic constitit de iure ipsorum reorum, hoc est ipsorum canonicorum, qui sustinebant partem rei respectu iuris eligēdi, quod clerici ad se pertinere dicebant, vt innuit hæc litera. pro qua opinione facit, quod no. Bartol. in dicto §. si ancillam. & prædicta procedunt, quando fertur sententia pro reo super deducto per modum causæ: si verò ferretur cōtra reum.

Bart.

Bart. in l. fundum. ff. de exceptio. & in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verborum obligat. sentit, quod talis sententia non noceat reo, si postea deducatur principaliter in iudiciũ, quod prius fuit deductum solummodo per modum causæ. facit l. vendicantẽ. & quod ibi no. ff. de euic. & ratio sit, quia fauorabilior est causa rei, quàm actoris. Vnde dicit, quod sententia lata contra excipientem etiam in plenario iudicio non nocet, si postea agatur ad alium effectũ, secus si sententia proferretur pro reo excipiente, quia illa prodest postea in via agendi, si sit accessoria ad iudicium agitata per viã exceptionis, vt d. §. duo fratres. & vide latius per Bart. in d. l. sed si ante.

¶ Et ex prædictis habes, an & quãdo sit pronunciandum super deductis per modum causæ, & an & quando sententia super talibus lata præiudicium generet.

¶ Glo. tertia querit, vtrum fuerit necessarium capitulari, & probari prædictos clericos interfuisse electioni episcoporum, qui vltimo, & immediatè pręfuerunt huic ecclesiæ. & sentit, quod sic, per tex. nostrum, qui dicit, vltimò & immediatè præfuerunt. nam ad obtinendum restitutionem non sufficit, ꝙ aliquando fuerint in poss. seu quasi poss. licet secus sit in dominio, vt l. siue. C. de proba. & quia in præscriptionibus vltima tempora ponderantur.

¶ Item ponderandum est, quod tex. dicit imme-
25 diatè, † ad denotandum continuationem possessionis sine interruptione.

¶ In tex. ibi, siue possidentis. dic, hæc glo. non bene dicit, in quantum sentit differentiam esse inter dominium, & possess. volens, quòd olim dominus, hodie præsumatur dominus, sed olim possidens nõ præsumatur hodie possidere, ex quo quis ad sui cõmodũ allegat se nunc possidere, quia hoc non procedit sine magna dubitatione, de quo per Dominum meum, & Doct. in cap. cum ad sedem, de restitutio. spoliat. & per Bart. in l. Celsus. ff. de vsucapio. & de hoc ego latè dicam in cap. pastoralis, infra eo.
26 artic. 38. & vtrum olim † dominus, hodie pręsumatur dominus, vide, quod latè dixi supra, in primo trac. artic. 7. aliàs 8. maximè in ver. tertio modo probatur dominium. Fatetur tamen Dominus meus cautum esse, quod probetur possessio tempore spoliationis, & ita ad maiorem cautelam hic fuit articulatum, & probatum de possessione tempore spoliationis: vnde dicit Innoc. quod petens se restitui ad ius incorporale, debet probare se tunc possidere, quando fuit eiectus de sui quasi possess. argu. l. 1. §. interdictum. ff. de vi, & vi ar. de quo dicam infra, tit. de restit. spoliat. Et qualiter dicatur hoc probari, dicam in dicto artic. 38.

¶ In eadem glo. ibi, vult tempora spectãda. dic, idem tenet Specul. in tit. de probat. §. 1. ver. sed quęritur, qualiter. & glo. 16. quæst. 4. in cap. volumus.

¶ Sed aduerte, quia glo. non bene dicit, in quãtum vult, quòd ad probandam præscriptionem requiritur, quod probetur possessio in fine, quia satis est probare principium possessionis, & allegare possessionem de præsenti, sed non est materia nostra, vide latè per Bart. & Modern. in d. l. Celsus. dicam latè in tit. de præscrip. Et quantum ad terminos nostros satis videretur sufficere, quod isti clerici probarent, quod olim interfuerunt electionibus, & vocem dederunt, quia tunc præsumitur continuatio vsque in præsentem diem, nisi per partem aduersam interruptio probaretur. Fatetur tamen Do. meus melius esse capitulare, vt hic dicitur in tex.

¶ Glo. super verbo, vocemque habuisse: quærit, quia text. noster dicit, per istos clericos fuisse capitulatum se electioni interfuisse, & vocem dedisse, vtrum hæc duo sint necessaria ad quasi poss. & di-
27 cit, quòd sic, quasi non sufficit † sola interessentia.

¶ In fine glo. dic, Doctor. hic tractant, per quos actus acquiratur quasi possess. tu vide, quæ dixi in Rubrica, tract. 5. artic. 10. & quod latius dicam infra eod. artic. 28.

¶ Glo. super verbo, vacillasse. colligit, & allegat iura probantia. Deinde sentit contrarium, quod
28 propter varietatem testes † non sint repellendi, vt in cap. nihil, de verborum signif. vbi dicitur, quòd nihil obstat narrandi diuersitas, si testes in vnũ consonantes rei finem concordẽt. glo. videtur velle, & bene, quod quandoque testes vacillant, seu variant re, & verbis, & nocet, vt hic, & in cap. licet. infra de probat. quandoque verò variant verbis, sed non re, & tunc variatio non obstat, vt d. c. nihil.

¶ Et aduerte, quia iste articulus non pertinet ad titulum nostrum: ideo dic de eo, vt in iuribus hic alleg. & per glo. & Archid. 11. quæst. 3. cap. nihilominus. & per Specul. in tit. de inquisit. §. 1. vers. quid si vnus. & Ioan. And. in addit. §. iam de interrogatoriis. in additione, quæ incipit, incautè ponit. & in additione, quæ incipit, idem in quouis actu probãdo. & per Hostien. in summa, in tit. de testib. §. quæ varietates. & in cap. 1. de arbit. lib. 6. & ibi per dom. Domin. & per dom. Anto. in cap. licet ex quadam, & cap. veniens. infrà de testib. glo. in cap. periculose. infra de poen. glo. & Docto. in l. ob carmen. §. testes. ff. de testib. Bart. & Ioan. de Imo. in l. 1. §. si quis neget. ff. quemad. testam. aper. & traditur etiam in l. 1. C. de confess. & l. cum antiquitas. C. de testamen. & per Bald. in repet. l. de quibus. ff. de legib. & in repe. l. data opera. C. qui accusa. non poss. & in l. 2. C. de donat. ante nupt. & l. quicunque. C. de seruis fugit. & l. testium. C. de testib. & per Salic. in l. ea quidem. C. qui accusa. non poss. & per Innoc. Ioan. And. do. Anton. & Dominum meum in cap. qualiter. 2. infra de accusat. & ibi latissimè dixi in 9. princ. art. q. 39. sed si tempus dabitur, dicam plenius in tit. de testi. vbi conuenit.

¶ Glo. super verbo, negatiuam. quærit, qualiter testes canonicorum conarẽtur probare negatiuam, & est satis clara.

¶ In fine glo. dic, hoc exemplum nõ videtur bonum, quia loquitur de negatiua coarctata certo lo-
29 co, & tempore; & ideo poterat probari, † vt in capit. tertio loco, de probat. & traditur in cap. bonę. 2. de elect. quia de ponendo eo modo, quo dicit glo. sequitur, quòd testes interfuissent electionibus dictorum canonicorum, & nunquam viderunt clericos prædictos interfuisse, & vocem dedisse electioni simul cum canonicis, & sic esset coarctata loco, & tempore. Vnde Innoc. exemplificat, quod testes dicebant electionem tãtum ad canonicos pertinere, & sic implicabant negatiuam, videlicet, ꝙ non ad ipsos clericos, & sic ancipites periurium incurrere poterant, cum ad eos ex priuilegio spectare potuissent,

tuissent,

tuissent, & sic deponerent super facto alieno, quod poterat eis esse occultum, propter quod non erat eis fides adhibenda, argum. l. Marcellus. ff. rer. amot. & l. Iulianus. ff. de in lit. iur.

30 ¶ Ex quo infertur, quòd † testes non solum repelluntur, quando expressè satagunt probare negatiuam, sed etiam quando implicitè. facit cap. super hoc, de renunc. Dicit tamen hic Hostien. quòd testes taliter deponentes possunt excusari à periurio, interpretando eorum dictũ de iure communi, quo iure tantum ad canonicos, & non ad alios spectat electio episcopi, sed talis attestatio esset frustratoria, vt dixi in 6. notab.

¶ Sed aduerte, quia exemplum glo. posset saluari, quia tex. non dicit, quòd prædicti testes simpliciter satagerent probare negatiuam, sed dicit quodãmodo negatiuam, & sic non propriè negatiuam,
31 sed quodammodo, quæ dictio † denotat improprietatem, vt no. glo. Angel. & Imo. in l. si me in vacuam, in princ. ff. de acq. poss. ad quod bonus tex. in cap. dudum. 2. supra de elect. & ibi glo. super verbo, fortè, in fi. tradit Bar. in l. quod si vir, cum l. sequen. ff. sol. mat. & in l. si is, qui pro emptore. ff. de vsucap. Instit. per quas personas nob. acquir. §. sed sui. & l. in suis. ff. de liber. & posthu. & l. 1. §. sanctæ. ff. de rerum diuis. & Instit. eod. §. sanctæ. tetigi in clem. 1. vt lite penden. & ad prædicta facit, quod statim dicam de dictione, quasi. ¶ In glo. super ver. quasi poss. & de materia probationis negatiuæ, dicam latius in titu. de probat. vbi conuenit.

¶ Glo. super verbo, in trium episcoporum; primò colligit, deinde format quæstionem, & soluit, & sentit contrarium, & illud soluit.

¶ In eadem glo. ibi, nisi constet, quòd vi, clam, vel precario, dic, sed qualiter hoc constare possit, aliquid tetigi supra in Rubrica, tract. 5. articulo 10. post principium.

¶ In ead. ibi, mistam causam. dic, quia in illo interdicto non sufficit solum docere de possessione, sed etiam opus est probare de proprietate.

¶ In fi. glo. dic, de materia huius glo. infra, art. 28. & vide, quæ dixi supra, in Rubrica, in 5. princip. tracta. artic. 10.

¶ Glo. super verbo, quasi poss. sentit contrarium ad tex. in quantum dicit, quod Papa restituit clericos ad quasi possess. quoniam debebat restituere ad
32 veram poss. non ad quasi poss. cum dictio, † quasi, denotet improprietatem, vt in cap. prout, infra de dolo, & contum. & cap. parochianos. infra de deci. & l. item Mela. §. 1. 2. & 3. ff. ad leg. Aquil.

¶ S o l. Glos. fortè metu huius contrarij dicit, quod tex. ideo dicit quasi possess. quia incorporalia non possidentur, sed quasi possidẽtur. ad quod vide, quæ dixi supra eod. cap. 1. artic. 21. & in cap. præceden. artic. 25. Responde igitur directè ad contrarium, quod vera est restitutio, respectu restitutionis in se, sed respectu rei, super quo fit restitutio, in qua nõ cadit vera possessio, dicitur restitui ad quasi pos. Deinde glo. format contrarium ad tex. & nõ soluit. Vnde dic, quòd hoc contrarium non venit contra id, quod glo. statim dixit, sed contra tex. In quantũ vult, quòd fiat restitutio in rebus incorporalibus, quia hoc videtur esse contra tex. in dicto cap. reintegranda. allegatum in glo. pro contrario, vbi tex. dicit eum restituendũ, qui res ecclesiæ, vel proprias suas substantias perdidit. Et loquitur ille tex. de restitutione rerum corporalium. Vnde dicit Io. And. quòd quamuis ille tex. dicat rerum corporalium restitutionem fieri, nõ tamen negat, quod nõ debeat fieri pro rebus incorporalibus, cũ hoc alibi expressè concessum reperiatur, vt hic, & 2. quæst. 2. cap. nullus. ff. de seruit. l. penul. in fi. dicam latius infra de restit. spoliat. & sic transeunt Doctor. Sed contra hoc oppo. de l. 1. §. hoc interdictũ. & l. 3. §. vnde vi. ff. de vi, & vi ar. vbi tex. dicit, interdictum, vnde vi, competere solum pro rebus soli, & sic corporalibus. & ideo glo. ibi dicit, quod pro iuribus, & sic rebus incorporalibus non datur interdictum, vnde vi. Sed Bart. ibi dicit, quòd hoc verum, respectu directi in-
33 terdicti, † vnde vi, quod non competit nisi pro rebus corporalibus, secus in vtili. & idem tenet Inno. in cap. querelam. supra de electio. & mihi placet. dicam latius in tit. de restitut. spoliat. in materia interdicti, vnde vi.

¶ Glo. super verbo, reducentes. sentit contrariũ ad tex. quòd ista restitutio clericorum fuerit sine effectu, cum Papa ipsis clericis super electionibus faciendis silẽtium imposuerit, vt patet ex fi. tex. Glo. fatetur contrarium, dicens, quòd solo verbo fuit facta ista restitutio, & non re, cum constaret de proprietate: vnde ratione proprietatis, quæ absorbet possessionem, hæc restitutio non habuit effectum.
34 Sed contra hoc facit, quia lex, † non verbis, sed rebus debet esse imposita, vt in cap. commissa, de electio. lib. 6. & in l. quod Labeo. ff. de Carbon. edicto. & quia superuacuis remediis non est vtendum, vt l. diuus. §. hæc stipulatio. ff. vt lega. nom. cauea. & in cap. 2. infra de probatio. ¶ S o l. Huius fortè contrarij timore Tancr. & Hostien. dicunt, quod immo fuit facta restitutio, ex quo cassata fuit electio de episcopo, ipsis renitentibus, & exclusis. Laur. verò tenet glos. & idem Ioan. Calder. dicentes se non videre, quod propter illam cassationem restitutio facta nõ fuerit, cum cassata fuerit electio propter antiquam quasi possessionem clericorum, & hoc factum fuit sine aliqua restitutione, & sic volũt, quòd ad nullum possessionis, vel quasi poss. actum facta fuerit restitutio, & bene dicunt, secundum Dominum meum, qui dicit considerandum, quòd Papa prius cassauit electionẽ, & postea restituit clericos: ergo restitutio non operatur effectum cassationis, immo sine aliquali restitutione venit cassanda electio facta aliquibus renitentibus, & exclusis prosequentibus contemptum suum, vt in c. quod sicut, & cap. bonæ, supra de elect. Sed quia per hoc non videtur responderi ad cõtrarium supra formatum, quare facta fuerit restitutio, ex quo erat inutilis. Io. Calder. in cap. cum dilectus, prope fin. infra eod. dicit, quòd ista pronunciatio fit super possessorio, vt satisfiat iuri disponẽti, vt quod de qua re cognitum fuit, de ea pronunciatio fieri debeat, vt in cap. cum super, infra eod. & in l. de qua re. ff. de iudic. Item propter fructus, vt not. infra cap. prox. & infra de testib. cap. significauerunt. Sed tunc opponitur: videtur enim, quòd nullus fructus naturalis, aut industrialis debeatur; naturalis nõ, quia constat de proprietate alterius, & ideo quis non facit tales fructus suos contra dominum, quinimmo per dominum vendi-

vendicari possunt; industriales ēt non videntur deberi, quia ex quo constat aliquem esse dominum, potest dominus illos per iudicis officium petere, vt no. in cap. grauis. infra de restit. spol. & l. ex diuerso. ff. de rei vend. Insti. de offici. iudicis. in princip. cum igitur teneatur huiusmodi clandestinus possessor restituere tales fructus cum effectu, ergo illos petere non potest. obstat eñ illi exceptio, dolo facis, &c. & maxime, cum notoriè cōstet nunc de proprietate ex parte alterius. Sed aduerte, quia contrarium videtur adeo difficile, vt dicit Do. meus; quòd Do. Anton. in cap. pastoralis. infra eo. videtur illi acquiescere, licèt loquatur in alijs terminis. sed sequendo glos. infra c. proximo, quæ aperte vult quòd valeat hæc restitutio quo ad fructus medio tempore perceptos, quod etiam voluit gl. in cap. significauerūt. infra de testi. dicit Dom. meus, quòd cum propter dolum & violentiam istius spoliatoris non valuerit iste possessor fructibus vti, non debet talis dolus sibi nocere & alteri prodesse, cum tali casu cesset omnis ęquitas, & ideo cessare debeat iudicis officium. & pro hoc facit iste tex. nā electio est quasi fructus
35 iuris eligendi,† vt not. in cap. in literis. de rest. spol. & ideo hic cassatur, non obstante quòd nunc liqueret de proprietate partis aduersæ. ex quibus conclu dit, hanc restitutionem omnino esse inanem. facit quod not. in simili, in clem. quia regulares. de sup. negli. præla. & poterit etiam prodesse ipsis clericis, quia fortè nō contentabantur de episcopo electo. vnde cassata dicta electione, forte alius eliget, & hæc consideratio mihi placet.

¶ Glo. super ver. quicquid. in prin. all. cōcor. deinde opponit, quòd isti Canonici nō potuerunt deducere aliquid in iudicium, cum ipsi essent rei, & possiderent. glo. soluit & bene.

¶ In fi. gl. dic, de hac materia confessoriæ, & negatoriæ dixi latissimè in 5. principali tracta.

¶ Gl. super ver. id venire in iudiciū. opponit, quia tex. vult ꝙ omnia veniant in iudicio &c. sed contra,
36 quia sententia debet esse conformis libello,† seu petitioni, vt in c. qualiter. 2. de accus. quoniā fatuus est iudex, qui pronuntiat super non petitis, vt l. fin. C. de fideicomm. lib. ergo in iudicio non veniunt nisi expressa in libello. ¶ S o l. glo. dicit quòd tex. pōt intelligi dupliciter. primo in iudicio speciali, vt in vendicatione & simili. & sic regula text. nostri potest intelligi, quòd veniunt omnia, dummodo possint cōprehendi in libello, ita quòd sint proportionabilia naturę actionis in iudicium deductæ, quales sunt fructus, vsuræ, expensæ, & cætera huiusmodi, quia quātum ad prædicta libellus est latissimi iuris, & latissimè interpretandus. Secundo modo potest intelligi dicta regula in iudicijs generalibus, seu vniuersalibus, qualis est petitio hæreditatis, actio pro socio, de quibus dixi supra de libel. obl. cap. 2. artic. 12. in primo membro princip. quæst. 17. & 18. in his enim veniunt omnia quæ comprehenduntur sub genere seu vniuersitate, nisi specialiter excipiantur. Et prædicta procedunt in iudicijs bonæ fidei, secus in actionibus stricti iuris, in quibus non veniūt nisi illa de quibus actum est, vt veniant, vt l. eleganter.
37 ff. de dolo. cum simil. & quæ sint † actiones bonæ fidei, & quæ stricti iuris, vide tex. Insti. de acti. §. actionum. & per glo. in c. venerabilis. infra de except. in quibus iuribus videas de materia, quia nō pertinet ad titulum nostrum. & similiter de alia materia glo. nostræ in ver. ar. ex hoc loco, vide in iuribus allegatis in glo. & Doct. quia non est materia nostra.

¶ Glo. super ver. tertio. tractat, quot actus indu-
38 caut consuetudinem.† de qua materia dic, vt traditur in cap. fin. supra de consuetu. & per Bart. Bal. & Doct. in l. de quibus. ff. de ll. & per Cyn. & Doct. in l. 2. C. quæ sit longa consuetu.

¶ Glo. super ver. breuitatem tēporis, opponit cōtra text. in quantum præsupponit clericos potuisse præscribere, si peruenissent ad tempus legitimum, quia hoc non videtur posse procedere in præscribendo iure eligendi, cum tale ius non habeat causam continuam, sed discontinuam, & sic videtur requiri tempus duplicatum, seu cuius in contrarium memoria non existit, vt l. si sit constituta. ff. quemadmodum seruit. amit. glo. soluit quòd contrariū non procedit secūdum canones, per tex. nostrum, & in cap. de quarta. de præscrip. ¶ Deinde glo. in ver. sed contra videtur. opponit, videtur enim quod ex alio capite non debeat habere locum præscriptio, quoniam ad præscribendum exigitur bona fides, & iustus titulus, vt in c. si diligenti. & in cap. fi. de præscr. sed isti clerici nullum habebant titulum, ergo &c. glo. soluit dupliciter.

¶ In eadem gl. ibi, c. de quarta. & hic, pro hac solutione facit. quia cum pro ecclesia sit statutum tēpus satis longum, videlicet quadraginta ann. vt d. c. de quarta. interuenientibus his, de quibus in c. 1. de præscrip. lib. 6. meritò debet esse vniforme, arg. c. ad aures. & c. de quarta. de præscrip. Vel potest solui, & melius, quòd istud ius eligendi habet causam continuam saltem aptitudine. Vel verius posito, quòd haberet causam discontinuam, sufficit tempus legitimū, nec requiritur duplicatum, aut cuius in contrarium memoria non existat, quia contrarium procedit, quando seruitus debetur à re rei, quia res inanimata non habet animum, & ideo non continuatur possessio, cum non possit habere animum possidendi, sed quando debetur personæ, quia tunc adest animus continuans possessionē, vt traditur per Cy. in l. 2. C. de serui. & aqua. & per Bart. in l. iusto. §. nō mutat. ff. de vsucap. ad quod vide quæ dixi supra in rubr. tracta. 1. artic. 3. versi. 2. competit.

¶ In fi. gl. dic, ex ista gl. hēs duas solutiones ad cōtrarium. primo pro istis incorporalibus patientia habetur pro titulo, vt l. si ego. & l. quotiens. allegatis in glo. Secundò, quòd spetiale est, quòd in rebus incorporalibus non sit necesse allegare titulum, sed sufficiat quòd non vi, vel precario quasi possideat. Hæc so. videtur reincidere in idem cum pręcedenti, & non videtur posse procedere, per c. 1. de præsc. lib. 6. & per not. in cap. si diligenti. infra de præscri.
39 vbi patet, quòd etiam in istis incorporalibus † non procedit pręscriptio contra ius commune, nisi adsit titulus, quoniam etiam expressa concessio Canonicorum hic non sufficeret, vt in cap. constitutus. sup. de elect. quia esset quodammodo iura ipsius ecclesiæ sine debita solemnitate alienare, & ideo talis titulus habitus contra ius non sufficeret, etiam si expresè interuenisset, arg. no. in cap. dudum. infra de deci. & in c. 2. infra de his, quæ fiunt à præla. & licèt glo. hic remittat ad not. in c. si diligenti. tamen glo. ibi

ibi non respondet ad istum textum. ¶ Sed Ioann. Andre. hic ponit quatuor solutiones, quòd hodie istud c. sit correctum per illud c. 1. de præscrip. lib. 6. quæ solutio non placet Do. meo, tum quia euitanda est iurium correctio, vt in cap. cum expediat. de electi. lib. 6. tum quia d. cap. si diligenti. quasi idem vult quod d. cap. 1. & si corrigeretur iste tex. per illum, non fuisset hic insertus, vt supra in procœmio. ¶ Secundo soluit Io. An. q; debemus subaudire, q; isti clerici allegabant titulum, sed ista est diuinatio. & ideo non admittenda, vt not. gl. in l. filium quem habentem. C. famil. ercis. ¶ Tertia solutio est, quòd tunc est necessarius titulus, cum præscribitur ad excludendũ Canonicos, ne eligant, quia hoc esset cõtra ius commune; secus si præscriberetur cõtra eos, vt aliqui forinseci seu extranei cũ ipsis eligant, quia hoc nõ est contra ius commune, sed secundum, 63. distinct. obeuntibus. & ideo talis præscriptio procedit sine titulo, quæ solutio non placet Dom. meo, quia videtur esse contra tex. in c. cum dilectus. supra de consuetud. vbi expresse probatur iuri communi derogari, si aliqui extranei ius eligendi haberẽt cũ illis de capitulo: quanquam enim non sit contra ius commune, quòd capitulum admittat aliquos gratiosè ad eligendum, maximè religiosos causa consilij & vtilitatis ecclesiæ, quo casu loquũtur c. obeuntibus, & c. cum Vintonien. supra de elect. & hoc posset facere capitulum totiens, quotiens vacatio ecclesiæ contingeret, quia non tractatur de præiudicio ecclesiæ, aut futurorum Canonicorum, sed ipsorũ concedentium solum. est tamen contra ius commune, quòd aliquis ex debito necessitatis, aut iure speciali, inuito collegio, eligendi sibi ptãtem vendicet, vt d. c. cũ dilectus. Item esset contra ius cõe, inquantum prætenderent ius ex sola tacita concessione collegio ipsos admittendo, cum etiam expressè hoc concedere non posset, quia licèt gratiosè posset ius communicare, quotiens vacatio contingeret, nõ tamen potest hoc ius in perpetuum in alium transferre, cum sit quædam alienatio iuris ecclesiæ, & immutatio status, per quam successoribus præiudicetur,
40 & ideo non potest collegium † hoc facere sine debita solemnitate, & superioris auctorit. & ex causa, vt d. ca. constitutus. & quod ibi post glo. notant Compostel. Hosti. & Ioan. Andr. ¶ Quarta sol. est, quòd arg. a contrario, cessat quando ius expressum in contrarium reperitur, vt no. in c. publicato, sup. de elect. Ex quo enim hic non constabat de tempore legitimo ad præscribendum, non fuit instandum super titulo. quæ solutio secundum Dom. meum, in se est satis bona, sed quoad tex. nostrũ non procedit, quia argumentum à contrario sensu hic sumptum, non est contra ius. ¶ Est igitur animaduertẽdum, quòd tex. noster non facit mentionem de præscriptione quadraginta ann. quo casu procederet hæc solutio Ioan. Andr. sed dicit quòd non fuit peruentum ad præscriptionem legitimam propter temporis breuitatem: à contrario ergo, si ad legitimam præscrip. peruentum fuisset, procederet argumentum, à contrario sensu. debemus igitur cõsiderare, quòd illa dicitur legitima præscriptio, quæ habet qualitates à iure requisitas. de iure autem est, quòd præscriptio
41 † quæ est contra ius requirat tantum tempus, cuius memoria in contrarium non existat, si non probetur alius titulus, vt in c. 1. de præscrip. lib. 6. & not. in d. cap. si diligenti. infra de præscrip. & quia hic non erat tantum tempus, meritò non valuit præscriptio. & hęc solutio placet Dom. meo: quia dicit eam esse sine scrupulo. Sed aduerte, quia aliæ dantur solutiones hic, per Doct. ¶ Sexta igitur sol. colligitur ex dictis Host. dicẽtis, quòd hic allegabatur consuetu-
42 do, ad quam inducẽdam solus vsus † absq; alia causa vel titulo sufficiebat, quia talis vsus loco tituli vel causæ habetur per iura hic allegata. Nec obst. c. peruenit. infra de censi. super quo se fundat hic gl. quia loquitur quando allegatur cõsuetudo ad hoc, vt videatur acquisitus census, secus si allegatur vt videatur acquisitum ius seruitutis; & est ratio diuersitatis, secundum Host. quia homo sine causa non obligatur alicui. Insti. de obli. per totum, & in l. 2. §. circa. ff. de doli except. Sed res plerunque absque alia causa occupanti cõceduntur, cum hominum causa factæ sint. in l. in pecudum. ff. de vsuris. Insti. de rerũ diui. §. in pecudum. & ideo in ipsis facilius, quam in homine ius acquiritur. facit. ff. de ędil. edicto. l. iustissime. quare si nihil teneo, à te nõ obligor ad cẽsum nisi aliud probes, de quo in c. quanto. de censi. sed Dom. M. fatetur quòd vbi allegatur propriè consuetudo, non sit necessarius titulus, quia illa ex vsu tantum inducitur. Insti. de iure na. gen. & ciui. §. ex non scripto. & in cap. fin. supra de consuetu. vbi idẽ tenet Ioan. Andr. & probatur. 1. di. de conse. & in l. vendito. §. 1. ff. communia prædi. & per Bald. in l. de quibus. ff. de legib. sed in casu huius c. non est consuetudo, sed potius præscriptio, cum per eam detrahatur iuri certarum personarum, seu certi loci, & tendat in commodum certarũ personarum, seu certi collegij, vt no. in d. c. fi. supra de consuetu. & hoc casu, quando inducitur consuetudo, vt præscriptio, necessarius est titulus, vt est tex. notabilis, iuncta gl. in cap. 3. de consuetu. lib. 6. & vide ibi per Io. And. ¶ Septima solutio fuit aliquorum, quòd in illis iuribus in quibus transferendis potestas solum dependet à facultate aliquorum, tunc ex sola patientia
43 † absque titulo inducitur præscriptio, quia in talib. patientia habetur loco tituli, secus vbi non competit talis potestas, nam primo casu sufficit legitimum tempus. Secũdo vero casu exigitur tempus cuius in contrarium memoria non existit, vt in d. c. 1. de prescrip. lib. 6. & in c. ad decimas. de restit. spol. lib. 6. & hanc opin. tenuerunt hic, Paul. de Liazar. Ioan. de Lig. & Zaba. volentes, quòd cum Canonici possint facultatem eligendi alijs communicare, vt in c. cum Vintonien. supra de elect. meritò per patiẽtiam potest præscribi, quę solutio non placet Do. meo, quia licèt Canonici instante electionis tempore possint admittere, non tamen possunt ius eligendi in perpetuum in alios trãsferre, cum ista esset quædam quasi alienatio iuris eligendi, quæ non est penes Canonicos, vt in c. constitutus. alleg. in glo. ¶ Octauam sol. ponit hic Dom. Anto. concludens in effectu, quòd in ijs, quę sunt magni præiudicij, siue sint cõtra ius,
44 siue secundum ius, semper exigatur titulus, † nec sufficiat possessio vel quasi possessio cum patientia, quia in talibus patientia non est loco tituli, vt l. Celsus. ff. de vsucap. si vero essent leuis præiudicij, tunc ex patientia illius à quo habetur possessio iustificatur ipsa possessio vel quasi, licèt sit contra ius, quia

tollitur præsumptio iniustitiæ, & sic procedit præscriptio absq; titulo, vt hic, quia causa propter quã non præscribitur absque titulo in ijs, quæ sunt contra ius est, quia possessio præsumitur iniusta: secus vbi possessio iustificatur ex sola patientia, quæ iustificari videtur propter præiudicij paruitatẽ: & ideo infert, quòd si ageretur de præscribendo totum ius eligendi contra ius commune, non procederet præscriptio absque titulo, quia agitur de graui præiudicio, secundum Dom. Anto. quæ opinio in neutro membro placet Dom. meo: nam contra primũ mẽbrum apertè facit tex. in cap. 1. de præscrip. lib. 6. qui tex. indistinctè loquens dicit, quòd præscribenti rẽ ecclesiasticam sufficit bona fides, si sibi ius cõmune non obstat, vel præsumptio nõ sit contra eum. aliàs exigitur titulus, nec distinguit, an de magno vel paruo præiudicio agatur, & sic est contra secundũ mẽbrum suæ distinctionis. facit, quia vbi ius commune, vel præsumptio est in contrarium, præsumitur mala fides, & ideo non præscribit, quod procedit, siue paruum, siue magnum sit præiudicium. facit c. de appellationibus. infra de app. nec est verũ, quòd possessio iustificetur ex sola patientia Canonicorũ quo ad præscriptionem complendam, per tex. in d. c. 1. & d. c. ad decimas. vnde Do. meus concludit, tenendam esse quintam opin. quam supra posui. & ad prædictam materiam vide, quæ dixi supra in rubri. tracta. 5. art. 9. & artic. 10. versi. sed iuxta hæc quæro, qualiter probetur. & in 6. princ. art.

¶ Gl. pen. opponit, ꝙ hic nõ poterat habere locũ præscriptio, quia hic agebatur de quodam quasi iure seruitutis, quæ seruitus nec in bonis, nec extra bona alicuius esse dicitur, vt l. 1. ff. de vsufru. lega. ergo non videtur posse præscribi, cum non sit ius appropriabile. glo. non soluit.

¶ In fi. gl. Io. An. remittit ad no. in l. seruitutes. ff. de seruitu. quod tu dic, quòd non est in bonis, quia
45 non est à bonis separata: † quia si fundus tuus debet seruitutem fundo meo, seruitus non est sine fundo, & ideo verum est, quòd non est in bonis certo respectu, sed non vniformiter, vt no. in d. l. 1. Sed in bonis est, ex quo pro ea competit actio vel except. ff. de acquir. rerum domin. in l. vel in bonis. ita tenet glo. in d. l. 1. & tenent Do. Anton. & Do. meus hic, de quo latius supra in rubri. tract. 1. articu. 6. ¶ Gl. fi. allegat concord. & pro limitatione dictæ rubricæ, vide quæ traduntur per Innocent. in c. per tuas. infra de app. & ibi per Dom. meum, & in cap. consuluit. supra de offic. delega. & in l. properandum. §. fin aũt reus. C. de iudic. & etiam in iuribus in glo. allegatis, dicã latius in titulo de proba. vbi melius conuenit.

¶ Extra gl. oppono de cap. ad decimas. de rest. spo. lib. 6. vbi dicitur, quòd quando ius commune facit contra petentem restitutionem, & pro eo contra quem agitur non fit restitutio, nisi petens probet se legitimè fuisse adeptum possessionem, quia præsumitur illam vsurpasse. Sol. Ioan. And. hic, & in d. c. ad decimas, dicit, quòd hic isti clerici non petebant aliquid contra ius commune, nam tunc dicerentur petijsse contra ius commune, quando exclusis Canonicis eligere voluissent: sed si cum illis simul eligere volunt, non est contra, sed secundum ius, vel præter ius. sed hæc solu. non placet cõmuniter Doctor. quia est contra cap. cum dilectus. supra de cõsuetu. & supra eo. Pau. de Liaza. dicit, quòd hic fuit probatus titulus ex patientia Canonicorum, quæ patientia probatur eo ipso, quòd probatur clericos interfuisse, nisi ex aduerso probetur quòd vi, clam, vel precario quasi possederunt. Non obstat si diceretur, quòd etiam in d. cap. ad decimas. interuenit patientia. hæc sol. non placet Zabar. quia eo ipso, ꝙ
46 quis † negligit illud ad quod tenetur, videtur tacitè permittere, argum. c. non ne. infra de præsumpti. Sed de expresso ad tacitum valet argumen. quando idem resultat effectus, vt l. cum quid. ff. si cert. peta. 54. distin. c. si seruus sciente. & quia videmus, quòd prælatus tacẽdo præiudicat ecclesiæ patiendo rem præscribi, in c. de quarta, infra de præscript. Quare Zab. dicit, ꝙ quandoq; patientia vertitur circa id, quod quis potest expresśe, & tunc habetur pro tit. vt hic: nam Canonici possunt ius eligendi expresśe communicare alijs Canonicis, vt in c. cum Vinton. & cap. obeuntibus. supra de electio. Sed hæc sol. nõ placet Dom. meo, per ea, quæ supra dixi post eum, & quod legitur & no. in cap. constitutis. de electio. quia licèt Canonici possint extrinsecus admittere, tamen hoc possunt ex gratia, prout se offert vacatio, non tamen possunt constituere seruitutem, vt de cætero habeant vocem in electione, ut d. c. constitutis. Soluit ergo Dom. meus contrarium, ꝙ hic concurrebant tria, propter quæ tollebatur dicta præsumptio, & offuscabatur notorietas iuris, quæ erat contra clericos. ¶ Primo, diuturna & lõga possessio, per no. per Innocen. in c. 2. supra de restitu. in integr. & ad hunc effectum fortè fuit capitulatum, quòd clerici in trium episcoporum electione interfuerant.
47 præsumptio † enim est pro facto antiquo, vt in cap. illud, & ibi no. infra de præsumpt. sed melius facit. l. si filius. C. de petit. hæred. & l. qui in aliena. §. quòd si non adierit. ff. de acquiren. hæredit. & quod no. Ioan. Mo. Ioan. And. & D. Dominicus in c. 2. de præbend. lib. 6. vbi volunt, quòd quando aliquis contra, vel etiam præter ius potest esse capax alicuius iuris, vel rei, tunc ex possessione tanti temporis cuius in contrarium memoria non existit, præsumitur priuilegium & concessio principis, vt not. Dom. meus in c. peruenit. de censi. & Bart. in l. cum de in rem verso. ff. de vsu. optime facit l. 1. §. ductus aquæ. ff. de aqua quot. & æstiua. & ad hoc vide alia multa iura, & plures auctoritates, de quibus dixi in c. fina. supra de dila. articulo 22. q. 4. ver. sed effectus. ¶ Secundo concurrebat in terminis nostris actus positiuus Canonicorum, qui præsumitur, ex quo clerici cum ipsis Canonicis elegerunt. & quamuis Canonici tale ius in perpetuum concedere nõ possint, nõ tamen præsumitur à clericis vsurpatum, sed ꝙ ex aliqua legitima causa eos admiserint. fortius
48 enim operatur actus † positiuus quàm sola taciturnitas & negligentia, vt probatur in ca. ex ore. de ijs quæ fiunt à maio. par. cap. quia magis deprehenditur cõsensus, arg. no. in regula, is qui tacet. de reg. iur. lib. 6. & hoc facit pro so. Pauli. ¶ Tertio concurrit quòd hic non tractabatur de graui præiudicio.
49 vnde in ijs leuibus non præsumitur vsurpatio, † aut delictum, vt in c. etsi quæstiones. de sim. & sic infert Dom. meus ad intellectum d. c. ad decimas, quòd licèt contra petentẽ restitutionem obstet ius cõmune, tamen auditur probando aliquid, per quod tol-

latur præsumptio vsurpationis. & si tu diceres, quare hic fuit facta restitutio Canonicorũ, ex quo nũc constabat de defectu proprietatis ipsorum. respondet Dom. meus, quòd non fit, vt possideant, prout patet ex fine tex. nostri, vbi clericis in futurum perpetuum silentium imponitur: fit ergo restitutio, vt satisfiat iuri, quia de qua re Iudex, &c. vt l. de qua re. ff. de iudi. Item propter fructus, & etiam interesse ipsorum clericorum, vt supra ostensum fuit. Itẽ, quia non constabat possessionem euidenter iniustam, imò ex causis prædictis prima frõte præsumebatur iusta, quia in petitorio constitit de iure Canonicorum, præualuit sententia super petitione, vt d. cap. cũ dilectus. Postremò Doct. hic quærunt, quid si Canonici, ad quos pertinet ius eligendi, nõ essent in quasi poss. iuris eligendi, nec per se, nec per alios. clerici verò essent in quasi poss. licet ius in proprietate non habeant, & eligant, vtrum valeat electio. Item quærunt, an procedat iste libellus, Peto cassari hanc electionem, quia ad me pertinet ius eligendi. sed quia istæ quæstiones non pertinent ad materiã nostram, videte hic per eos. Item quærunt, vtrum ex actu postulationis acquiratur quasi possessio iuris eligendi, de quo dicam infra in 28. principali ar.

¶ Expeditis his, quæ pertinent ad intellectũ tex. & glo. iuxta præmissum ordinem in rubrica assumo 28. princi. ar. in quo tractandum est, qualiter & per
50 quos actus vera † possessio rerum corporalium acquiritur. Circa quem art. in primis dic, quòd possessio acquiritur corpore & animo, ita quòd nec per se animo, nec per se corpore acquiri potest, vt l. 3. in princip. ff. de acquiren. pos. vnde licèt solo animo possessio retineatur, vt dicam infra eodem, cap. cum super. arti. 31. tamen ad ipsam acquirendam non sufficit solus animus, & est aduertendum, quòd materia ista est subtilis, difficilis, & intricata, quare pro ipsius clariori doctrina prosequar infrascriptas conclusiones.

Primò prosequar generalem doctrinã respectu apprehensionis & actus corporei, & etiam aliquid respectu animi.

Secundò, vtrum per ingressum partis rei acquiratur possessio totius.

Tertiò, vtrum per acquisitionem possessionis matris acquiratur possessio fœtus, & quid de acquisitione possessionis lacus respectu piscium.

Quartò, vtrum per acquisitionem possessionis fundi acquiratur possessio thesauri.

Quintò, vtrum per acquisitionem possessionis domus acquiratur possessio cementorum.

Sextò, vtrum per acquisitionem rei habilis ad acquisitionem dominij acquiratur possessio.

Septimò, vtrum per solã electionem & confirmationẽ prælatus acquirat possessionẽ rerũ prælaturæ.

Octauò, vtrum si me sciente ponis aliquid in domum meam, acquiratur mihi possessio illius rei.

Nonò, vtrum per inuestituram acquiratur mihi possessio.

Decimò, vtrum per acquisitionem possessoris acquiratur mihi possessio rei possessæ.

Vndecimò, vtrum per acquisitionẽ vsusfructus acquiratur mihi possessio rei.

Duodecimò, vtrum per receptionem pignoris creditor acquirat possessionem.

Decimotertiò, vtrum per cõmodatum acquiratur possessio commodatario.

Decimoquartò, quid de precario.

Decimoquintò, quid de deposito.

Decimosextò, vtrum per sequestrum acquiratur possessio rei sequestratæ, & cui.

Decimoseptimò, vtrum per primum & secundũ decretum acquiratur pos.

Decimooctauò, vtrum per locationem vel fructuum pensionis, aut mercedis receptionem, acquiratur possessio.

Decimononò, vtrum per solam habitationem.

Vigesimò, vtrum per furtum & rapinam acquiratur possessio.

Vigesimoprimò, vtrum per sententiam iudicis absque actuali traditione acquiratur pos.

Vigesimosecundò, vtrum per solam confessionem acquiratur possessio.

Vigesimotertiò, vtrum & quomodo ad acquirendam pos. exigatur animus.

Vigesimoquartò, vtrum requiratur causa, & qualis. Et an ex inutili contractu acquiratur pos.

Vigesimoquintò, vtrum purè, sub conditione, vel in diem possessio quæri possit.

Vigesimosextò, quis dicatur possess. adeptus.

Vigesimoseptimò, qualiter acquiratur detentatio.

Vigesimooctauò, subijciam quasdam regulas facientes ad hanc materiam, & hoc per remissionem.

¶ Circa primam quæstionẽ dic, quòd omnium rerum, quæ occupanti conceduntur per apprehen-
51 sionem, possessionem † acquirimus, quare earũ rerum quæ in nullius bonis sunt, & tamen esse possunt, per apprehensionem seu occupationẽ animo acquirendæ possessionis factam possessionem acquirimus, vt l. 1. in prin. & ibi gl. & l. possideri. §. item feras. ff. de acquiren. poss. & l. 1. ff. de acquiren. re. domin. quæ autem sint ista, latissimè dixi supra in rub. in 1. tracta. arti. 5. quæstio. 2. vbi vide. & nota, quòd quamuis possessio dicatur pedum positio, vt l. 1. in princ. ff. de acquiren. pos. tamẽ possessio acquiritur non solum per pedum positionem, & sic per ingressum & occupationem, sed etiam per manuum apprehensionem, arg. l. 1. §. furiosus. de acquiren. pos. ibi dum tex. dicit, in manu ponat. & hoc etiam patere potest ex possessione omnium rerum mobiliũ, & se mouentium, quæ pedibus non calcantur, vt supra dixi in c. præceden. articu. 24. & in d. 1. tract. art. 5. q. 2. Sicut enim talium bonorum dominium non acquiritur nisi actualiter apprehendantur, & probatur in l. 1. in princ. ff. de acquiren. pos. ita nec possessio, ex qua sequitur dominij acquisitio. verum circa eas res, quæ à nemine possidentur, & occupanti cõceduntur, dubitatur, si sunt animatæ, & non sint manibus apprehensæ, sed fortè in laqueũ nostrum inciderunt, vel à nobis vulneratæ fuerunt: vtrum per hoc nobis possessio acquisita intelligatur, de quo dicendum vt l. in laqueũ. & l. naturaliter. §. illud. ff. de acquiren. rerum domin. & isto modo potest saluari glo. in d. l. 1. in princ. in quantum facit differentiam inter res animatas & non animatas, quamuis differentia non procedit quo ad effectũ acquirendi dominium & pos. quia vtrobique requiritur apprehẽsio, nec sufficit solus aspectus, sed in modo acquirẽdi fienda est differentia, vt ibi traditur. & idẽ etiam dicen-

dicendum est, si sint res, quæ in dominio alicuius fuerunt, sed sunt habitæ pro derelicto, quorum per apprehẽsionem quæritur possessio, vt d.l.1.in prin. & ibi glo. & l.3.§.Neratius.ff.de acquiren.pos. quod procedit, siue sint habitæ pro derelicto verè, siue ex vero, quia possessor se absentauit de fundo, & infra decennium non est reuersus, quo casu per obliuionem perdit etiam ciuilem, vel etiam si non ciuilem, sed solum naturalem amisit, nam tunc etiam talium rerum is non acquirit pos. nisi per occupationem seu ingressum, seu apprehensionem. vnde non sufficit solus aspectus, vt l.3.in princ.ff.de acquiren. possess. & in ijs rebus vacantibus & à nemine possessis sufficit sola occupatio seu apprehensio animo acquirẽdæ possessionis, quamuis nullius alterius ad transferendam possessionem animus interueniat:

52 sed si res essent ab alio possessæ, † vtrum per traditionẽ acquiratur possessio, distingue, quòd aut non concurrit animus tradentis ad transferendam poss. & requiratur vera apprehensio, seu occupatio, vt l. quod meo.§.fi.ff.de acquiren.pos. Aut animus possidentis concurrit, & hoc casu possessio potest quæri non solum per veram traditionem & apprehensionem, sed et per aspectum, & alios fictos modos, ex varijs sensibus corporis materia prouenientes, de quibus latè dicam in 29.princi arti. & aduertẽ circa prædicta, quia glo. in d.l.1.in prin. sentit, quòd sola inuentione absque apprehensione acquiratur pos-

53 sessio thesauri. † & idem sentit glo. Instit. de rerum diuisio.§.item lapilli, quod tamen reprobat Barto. in d.l.1.in princ. ver. quarto quæro. mouetur, quia inuenire est per apprehensionem, vt l.si Barsatorẽ. C.de fideius. facit quod no. Cyn. in l.licet. C. de acquiren. pos. & probatur in l.3.§.Neratius. eod. titu. vbi requiritur quòd sit motus de loco ad locum. ad quod vide quod dicam statim infra in 4.quæstione. & qualiter dominium thesauri acquiratur, dixi plene in rubrica, tracta.1.q.2.versic. quinto modo per apprehensionem thesauri. in 4.quæstio. & aduerte, quia tribus modis traditur & acquiritur vera poss.

54 † Primo proprio corpore tradentis, & acquirentis. Secundo, cum ille, qui est in pos. discedit, & alius ingreditur, vt l.fistulas.ff.de contrahen. empt. & l.permisceri.§.fundum.ff.de acquiren.pos. Tertio, cum datur licentia apprehẽdendi pos. & sequitur ingressus. nec mirum, quia est nuntius in rem, & fungitur vice & officio nuntij, vt in l.miles.§.iudicati.ff.de re iudi. facit l.qui absenti.ff.de acquiren.pos. ita tradit Bal. in cap.1.de consue.recti feu. in vsi.feu.

¶ Secundo quæro, vtrũ per apprehensionem par-

55 tis fundi, vel rei, acquiratur pos. † totius fundi, vel rei. Sol. Tex. in l.3.in prin.ff.de acquir.pos. dicit, quod qui fundum possidere vult, non est necesse, quòd omnes glebas circumambulet, sed sufficit quamlibet partem eius fundi introire, dũmodo totius fundi possidendi animum habeat. hoc tamẽ est verũ, si modo fundus ille vacans sit, & à nemine possideatur, quia tunc per ingressum anguli, acquiritur pos. totius: sicut qui aurem hominis tangit, totum hominem tetigisse videtur, vt in l.vulgaris.ff.de furt. canonizata de pœnit. dist.1.vulgaris. sic etiam bapti-

56 zato † capite, totus puer baptizatus intelligitur, secundum Inno. Ioan. Andr. & Docto. in cap. debitũ. de baptis. secus autem, si fundus ille non sit vacans, sed alius sit in pos. quia tunc, si ingrediens pos. non intret tanta potẽtia quòd possessorem inuitum expellere possit, nullam etiam partis, quã occupat, acquirit possessionẽ, licèt de facto sit in fundo: sed si cũ tanta potentia ingrediatur quòd possessorem expellere possit, distingue, quod aut possessor ignorat talem ingresũ, & adhuc retinet ciuilem, & naturalem pos. fundi, excepta illa duntaxat parte, quam alius occupauit: aut possessor scit illum ingressum, & hoc casu, siue dubitet se posse repelli, siue non dubitet, quia tamen dubitare debet, vtranque pos. naturalẽ, & ciuilem amittit, ac si foret expulsus, vt l. quod meo.§.fina.ff. de acquiren. pos. iuncto tex. in l.Seruius.ff.quod vi, aut clam. & gl. super verbo, suspicabatur. in l.clam possidere.ff.de acquirenda pos. nam cum de animo non possit constare, nisi per coniecturas, meritò cum alius cum magna vi est ingressus fundum præsumitur, quòd possidens deponat animum possidendi, & quòd suspicetur se posse repelli, vt l. si id quod.§.fina.ff.de acquiren.pos. hoc tamẽ videtur verum, secundum aliquos, si recedit de possessione, secus si non recedit, quia tunc solummodo partis ingressæ possessionem amittere videtur; & ad prędicta vide quæ dicam infra cap. placet. art.42.

¶ Aduerte tamen, quia in casibus, in quibus per ingressum partis fundi acquiritur possessio totius, intelligitur respectu fundi vniti, & connexi, secus alterius separati, secundum glo. super ver. quamlibet. & Docto. in l.3.in prin.ff.de acquir.pos. tenet Dyn. in cap.1.de regu.iur.lib.6.vbi vult, quod apprehensa possessione vnius rei beneficialis, nõ intelligitur apprehensa possessio rerum omniũ beneficij. Non obstat. l.restituta.ff.ad Trebell. quia ibi loquitur de

57 iure † hæreditario, quod acquiritur per acquisitionem vnius rei hæreditarię animo adeundi hęreditatem, quæ etiã solo animo adiri potest, vt l.gerit. & l. pro hęrede.ff.de acquiren.hæred. loquitur enim ille in restitutione vnius rei hereditariæ, per quã omnes res intelligũtur restitutæ, quia restitutio est meri iuris, nec per eam transfertur possessio, sed solum dominium, & quia in ea sufficit verbalis restitutio, vt d.l.restitutio. & l.facta.ff.ad Trebell. fortius ergo si fiat restitutio alicuius rei, quia illa dicitur fieri ex abundanti, & vide quod statim subijciam. ¶ No. tamen, quod id quod dixi, quod alterius fundi separati non intelligitur adepta possessio, intelligi debet nisi talis fundus separatus esset in conspectu, quia tunc ipsius & etiam aliorum qui essent in conspectu possessio acquireretur, si animus ad id se extenderet, ad quod tamen vide quæ dicam, infra art. 29. quod tamen ego intelligo si eadem est ratio acquisitionis possessionis aliorum fundorum propinquorum in conspectu existentium, quia vnus & idẽ præcessisset contractus omnium, & talis mihi & tradenti animus esset, vt omnium mihi possessio acquireretur, sed tunc acquisitio possessionis aliorum non inducitur per ingressum seu apprehensionem partis, sed ratione aspectus, & visus, vt dicam infra

58 articu.29. ¶ Vtrum autem ratione † partis possessæ præsumatur pro residuo, dic vt dicam in c.pastoralis. infra eodem, art.38. & prædicta faciunt ad decisionem quæstionis disputatæ per Iacob. de Beluis. de eo, qui emit castrum cum territorio, quod plura loca sub se continet, & intrauit, postquam castri vel

rei vnius, an sit necessarium quod intret in quemlibet fundum castri, ad hoc vt possessio aliorũ acquiratur, in qua quæstione tenet Iacob. quòd sufficit acquiri possess. castri, per l. Caius. §. 1. ff. de lega. 2. & l. prædia. & l. Titia testamento. ff. de lega. 3. & c. in literis. infra de restitu. spol. sed Bar. in d. l. 3. in prin. dicit, quòd prædicta quæstio pôt intelligi duobus modis, primo quando vendo castrum, hoc est locũ in quo ædificatum est castrum cum illis ædificijs, & quæritur vtrum si ingredior possessionem partis, totius pos. acquisiuisse videar. & concludit Bart. quòd sic, quia castrum est vnum totum, & illa diuisio fit causa commodioris, & ita procedit determinatio Iacobi, per d. l. Caius. §. 1. Aut quęritur vtrum agendo
59 † vnum actum iurisdictionalem, videar acquisiuisse quasi pos. totius iurisdictionis. & dicit ꝙ consentiente illo, qui antea quasi possidebat, tunc totius quasi possessionem acquisiuisse videor, per l. stillicidij. §. fina. ff. quemadmodum seruitu. amit. si vero ille non traderet & nollet consentire, Bar. remittit ad not. per Innoc. in c. in literis. & cap. ex parte. de resti. spol. & in cap. dilectus. de capel. mo. & ad not. per eũ in l. 1. §. si quis in hoc interdicto. ff. de iti. actuq; pri. vbi tex. iuncta glo. quam dicit non esse tradendam obliuioni, probat quòd probata quasi pos. vnius actus, tantum illius actus & non alium possessionem acquisiuisse videtur, si nullam aliam à quasi possidẽte concessionem obtineret, secus si ab illo obtineret qui ius concedendi haberet, quia tunc in omnibus actibus iurisdictionalibus pos. acquisiuisse videtur & eadem distinctione vtitur Bartol. circa potestatem concedendi pedagia. tu omnino vide ad pręd icta quæ latè dixi in cap. qualiter. 2. de accu. arti. 8. quæst. 32. dicit tamen Io. de Imo. in d. l. 3. in princ. ff. de acquiren. pos. quòd si tradens castrum illud possidebat, & omnes alias domos, & prædia eiusdem, tunc videtur procedere dictum Bart. si verò solum castrum possidebat, sed domus & prędia erãt particularium personarum, & ipse habebat quasi poss. iurisdictionis in territorio, tunc clarum quòd solum acquiritur possessio castri. sed de quasi pos. iurisdictionis concludit, vt supra dixi. Si vero possidebat castrum & alias res suas in territorio castri, tradens castrum cum pertinentijs, forte non videretur tradere alias res speciales ad ipsum pertinentes, sed solũ videretur intellexisse de iurisdictione territorij, vt sic illa oratio vniformiter intelligatur, arg. l. nam hoc iure. ff. de vulga. & pup. nisi constaret aliud esse de mente ex verisimilibus coniecturis, vt quia esset venditum castrum, & non esset datum tantum pretiũ, nisi essent inclusæ illę res, ar. l. semper in stipulationibus, cum ibi no. ff. de reg. iur. secundum Io. de Imo. tu vide ad hoc vltimum, quod singulariter notat Bald. in l. 1. C. qui testam. facere pos. versic. quæro, vtrum ille. facit l. 1. §. 1. & quod ibi not. glo. ff. de superfi. & quod tradit Bar. in l. patronus. §. Sempronio. ff. de lega. 3. & quod legitur & no. in l. cotem ferro. §. qui maximos. ff. de public. ad quod etiam vide omnino quod dixi in cap. 3. supra de dila. arti. 16. q. 22. in 2. membro principali. in quinto casu, & in 2. membro illius quinti casus, fallentia decima. ¶ Aduerte tamen, quia Andreas de Isernia voluit, quòd
60 licèt vassallus † ingrediat pos. vnius solius rei, intelligitur acquisiuisse pos. oium aliarum rerum eiusdẽ feudi, & ita dicit fuisse indicatum per maximos iurisperitos. Nec obstant iura quæ dicunt, quòd per acquisitionem possessionis vnius rei non intelligitur acquisita possessio aliarum distinctarum, quia illa locum habet in rebus singularibus, puta, duob. vel pluribus prædijs emptis, vel legatis, sed in vniuersalibus, vt hereditate, feudo, & similibus. si ego intro vnum fundum eo animo vt omnes alios habeã, sufficit ad acquirendam pos. omnium, per d. l. restituta. & quod ibi no. per glo. & d. l. pro herede. facit l. 3. ff. pro socio. decisio tamẽ est dubia per prędicta, vide etiam in l. Seia cum bonis. ff. de donatio. causa mort. & vide Guil. de Cunio in l. 1. ff. de offi. præfe. vrb. & etiam vide quæ dicam infra in 28. princ. arti. 2. in cap. pastoralis. infra eodem, articu. 38. ¶ Vtrum
61 autem vendito † castro, intelligatur venditum territorium vel iurisdictio, tradit Bal. in c. 1. de consue. recti feu. & in cap. 1. de capi. qui curiam ven. & in l. si plures. C. de condi. insert. colum. 2. & per Oldra. consi. 10. & consi. 122. & per Pontan. in l. 3. in prin. ff. de acquiren. pos. concluditur ergo quo ad materiam nostram, quòd ad veram acquisitionem possessionis requiritur actualis apprehensio, seu ingressus, vt supra dixi, & etiam infra subijciam, q. 22. in fi. & 23. in principio.

¶ Tertio quæro, vtrum per acquisitionẽ posses-
62 sionis † matris acquiratur pos. fetus existentis in vẽtre. Sol. dic vt dixi in cap. præcedenti. art. 24. prope finem. & quod dixi in rubr. tract. 3. articu. 5. in 3. requisito. versi. quarta declaratio.

¶ Vtrum autem per acquisitionem possessionis lacus intelligatur acquisita possessio piscium, in eo
63 existentium. † Ange. in l. 3. §. Nerua. ff. de acquiren. pos. dicit quòd non, quando lacus est valde grãdis. vnde dicit, quòd licèt Perusini possideant lacum, non tamen possident pisces in eo existentes, cũ propter ipsius magnitudinem ad libitum vagentur, & sic vidẽtur esse in naturali libertate, facit quod no. glo. in d. §. Nerua. & sequitur ibi Ioan. de Imo. secus ergo si lacus esset paruus, ad quod vide quæ dixi supra in rubrica, tracta. 1. artic. 5. quæstio. 2. versicu. 2. per venationem.

¶ Quarto quęro, vtrum per acquisitionẽ pos. fun
64 di acquiratur † possessio thesauri in fundo absconditi. Sol. dic quod inter iurecõsultos olim fuerunt varię opinion. Neratius enim & Proculus voluerũt, quòd si fundum possideo, & scio thesaurum, & habeo animum illum possidẽdi per pos. fundi videor illum possidere. Brut. vero & Marcellus putauerunt eum qui fundum possidere cœpit, thesaurum etiã cœpisse possidere, quamuis nescit in fundo esse. sed Paulus reprobat prædictas opin. dicens, quòd licèt quis possideat fundum, non tamen possidet thesaurum ibi existentem, siue sciat quòd ibi sit, siue ignoret: quin imo etiam postquam repertus est, nisi fuerit manibus apprehensus, & de loco motus, non acquiratur illius possessio, vt l. 3. §. Neratius. ff. de acq. pos. & hanc opin. Paul. etiam secutus fuit Sabi. Nec
65 obstat l. clauibus. † ff. de contrahen. emp. quę fortiter videtur facere pro opinione Bruti & Marcelli, vbi dicitur, quòd si mihi tradis claues in conspectu domus, quòd per receptionem clauium acquiro nõ solum possessionem domus, sed etiam rerum in ea existentium, licèt ignorem eas ibi esse. & quamuis glo.

glo.in l.1.in principio.ff.de acquiren.pos. intelligat illam legem, quando sciebam illas ibi esse, & vbi erant, tamen illud est diuinare. vnde potest aliter respondere, quia ibi interuenit actus corporalis, & animus trãsferendi, & acquirendi domum cum rebus in ea existentibus, quoniam dando claues domus, ipsius domus & rerum in ea existentium pos. tradere videtur, quoniam claues fiunt ad custodiam earũ rerum quę sunt in domo clausæ, meritò transfertur possessio rerũ, quæ erant apud tradentem. sed Sabinus voluit eum etiam qui scit & fundum possidet, nõ aliter thesaurum possidere, quàm si loco motus sit, eo quòd non sit in custodia mea. & ita etiam voluit Paul. in d.§.Neratius. in fine. vnde ponderandũ est, dum dicit, sub custodia nostra, sed res in domo existentes per traditionem clauium fiunt sub custodia nostra, & illa videtur mihi vera ratio. arbitror ẽt posse assignari aliam rationem, quòd sicut ille qui possidet domum, non dicitur possidere tigna & cementa domus, nisi sint à domo remota, vt dicam in sequen. quæstione, & tamen si sunt in domo dicitur illas possidere: quia non sunt de corpore integrali, vt statim dicã, ita & in fundo ac thesauro in eo existente, & prædicta notabis, quia non sunt à Docto. considerata, quòd inuenerim. & per prædicta patet meritò reprobatam opinio. Neratij & Proculi per Sabinum, qui voluit quod non sufficit scire quod ibi sit thesaurus, si adhuc est absconditus; quinimo & si non sit absconditus, sed discoopertus, nisi fuerit amotus de loco, non dicitur adhuc inuentus, nisi hęc interuenerint, per l.peregre.ff.de acquiren.pos. & l.si Barsatoram.C.de fideiuss. vbi non dicitur quis inuentus, nisi fuerit apprehensus. per quæ dicunt Doct. in d.l.si Barsatoram. & l.1. & d.l.3.§.Neratius.
66 ff.de acquiren.pos. quod stante † statuto, ꝙ inuentus cum armis soluat tantam pœnam, non dicitur inuentus, licèt sit visus cum armis, nisi per familiam sit apprehensus, & ad palatium ducatur, & sic etiam tradunt Cyn. & Doct. in d.l.si Barsatoram. & Ioan. de Imo. in dicto §.Neratius. qui tamen circa statutũ aliter dicit. sed quia non est materia nostra, vide ibi per eum. Nec obstat text. in §.item lapilli. Institu. de rerum diui. vbi tex. dicit, inuenerit. quia debet intelligi, & apprehenderit, quia etiam qui apprehendit, dicitur inuenire, licet glo. ibi, & in l.1.C. de thesau.lib. 10. & l.1.in princ.ff.de acquiren. pos. videantur velle ꝙ sola inuentione acquiritur thesaurus. & malè. ad quod vide supra in rubrica, tract. 1. artic. 5. q.2. ver. quinto modo per inuentionem. & ibi per octo quęstiones, in quibus tractaui materiam acquirendi thesauri, sed maximè ad terminos nostros vide ibidem in 4.q.

¶ Quinto quæro, vtrum per acq. possessionis do-
67 mus, † nauis, & similiũ, intelligatur acquisita pos. lapidum, tignorum, & reliquorum cementorum. Sol. dic quod non, vt l.qui vniuersas. in princ.ff. de acq. poss. vbi tex. dicit, qui vniuersas ædes possidet, singulas res quæ in ædificio sunt, non videtur possidere. Idem dici debet & de naue & armario. ad idem text. in l.eum, qui ædes. in princip.ff.de acquir.pos. vbi tex. dicit, eum qui ædes mercatus est, non puto aliud quàm ipsas ædes possidere, nam si singulas res intelligeret possidere, ipsas ædes non possideret. separatis enim corporibus, ex quibus ædes constant, vniuersitas ædium intelligi non potest. & sic patet ex dictis iuribus, quod corpus integrale possidetur, non autem possidentur singulæ res, ex quibus tale corpus cõstituitur, & hoc patet, quia diruta domo, dominus desinit possidere domum, & omnia quæ faciebant ipsum totum, seu ipsam domum, & ideo de nouo est apprehendenda possessio ipsarum rerum singularum, ex quibus domus consistebat, vt in d.l.eum qui ædes. & ibi Io. de Imo. & est mirabile, quod potest apprehendi pos. virtute primi titu. quo possidebatur domus, & ex illo titulo præscribi. facit etiam ad prædicta, l.si in rem.§.fin.ff.de rei vendi. & l.si alius.§.fi.cum l.sequenti.ff. quod vi, aut clã. & l.tigni.§.1.ff.ad exhi. & est optimus tex. in l.naue. ff.de euictio. facit etiam l.1.in prin.ff.de tigno iniuncto. intelligitur tamẽ quod supra dixi, quod singulæ res nõ possidentur. s. distinctæ singulariter, sed bene possidentur in concreto, secundum Ang. in d.l.qui vniuersas. quem sequuntur Io. de Imo. & Ponta. ibi, per l.quamuis.ff.si quis omis. cau. testa. & in l. nam origo.ff.quod vi, aut clam. vbi tex. singulariter dicit: Cæterum per se solæ tegulæ non possidentur, sed cum vniuersitate ædificij. & ad prædicta vide, quæ dixi supra, in rubrica, tracta. 3. artic. 4. vers. 7. competit publiciana, & tracta. 1. art. 5. q. 2. ver. 10. per ædificationem, in 2. membro. & quæ dixi supra in rubri. tract. 2. art. 4. versi. 8. conclusio. ibi, & aduerte, quia etiam. & adde ad ea quæ dixi supra, in c. pręcedenti. art. 24. in prin. vbi tetigi, quid de armento & grege.

¶ Sextò quæro, vtrum per acquisitionem dominij eo casu quo dominium quæritur ex solo titulo,
68 acquiratur † etiam possessio. Exemplum, hæres adeundo hæreditatem acquirit dominium. quęritur vtrum etiam acquirat poss. ¶ Sol. Dic, quòd non. tex. est in l.cum hæredes. in princ. & l.qui vniuersas. §. quod per colonum. ff.de acquir. poss. & in l.cum miles. in princ.ff.ex quibus cau. ma. & l.si ager.§.fin. ff.de rei vendi. & l. 1. §.Scæuola. ff.si quis te.lib. esse iussus. & ratio est, quia hæreditas non possidet res hæreditarias, vt d.§.Scęuola. dixi latè in c.præced. articu. 22. versicu. 2. limitatur. & ideo, cum hæreditas non possideat, non potest per hæredem possessio transferri, vt l.traditio. ff.de acquir. rer. dom. & in reg. nemo plus iuris. de reg. iu. cum sua materia.

¶ Hoc tamen videtur limitandum, si modo loquamur in extraneo: secus in seruo, hoc tenet glo. in d.l.cum hæredes. in prin. & glo. in l.in suis. de lib. & posthum. & Inst. de hær. qua. & differentia.§.sui. mouentur per l.2.§.filium.ff.de vsuca. pro hærede. Sed prædicta limitatio & opinio reprobatur ex plurib.

¶ Primò per legem, edicto.C.de edic. diui Adr. tol. vbi tam suis quàm extraneis competit beneficium ex diui Adr. edicto. sed illud edictum causat remedium adipiscendæ possessionis, ergo in suum hæredem non continuatur possessio, quia si hoc esset, illud remedium sibi non esset necessarium.

¶ Secundò probatur in l. de eo. §.fin. ff. ad exhi. vbi tex. loquens tam de suo quàm de extraneo hærede, dicit ipsum conueniri ad exhibendum, vel rei vendicatione, non ex pos. defuncti, sed ex poss. nouiter acquisita per ipsum, sed si pos. defuncti esset in eum cõtinuata, nemo negaret ipsum etiam ex poss. defuncti conueniri. ergo &c.

¶ Tertiò probatur, quia ex beneficio prætoris, à iure

iure ciuili approbato necessaria est immixtio in hæreditate respectu sui hæredis, Instit. de hær. qual. & differentia. §. sed his permittit pretor. facit quod no. in l. cum bonis, & l. necessarijs. ff. de acquir. hær. & l. 1. C. si vt se ab hæreditate absti. Sed si in suum hæredem continuatur possessio, talis immixtio non esset necessaria. ergo &c.

¶ Quartò probatur, quia in acquirenda poss. requiritur corpus & animus, vt supra dixi: sed ipsius defuncti animus ad hæredem non transmittitur, vt in l. 4. ff. locati. & in l. si sit. §. si uolet. ff. de lega. 1. & quod habetur in c. si gratiosè. de rescrip. li. 6. facit no. per Dy. & Io. An. in rub. cum quis in ius. de regu. iur. lib. 6. & sic patet, quod prædicta opin. & limitatio glo. non est bona. ¶ Non obstat d. l. 2. §. filium.
69 † de vsucap. allegata per glo. quia tex. ille non loquitur de continuatione poss. sed de continuatione tituli habiti per defunctum, qui dicitur cõtinuari in hæredem suum, adeo quòd in ipso non potest procedere vsucapio titu. pro hærede, sed tantum in extraneo, vt ibi, & in l. nihil. C. pro hærede. sit ergo cõ
70 clusio, quòd hæres † etiam suus per solam aditionem vel immixtionem in hæreditate absque apprehensione rerum hæreditariarum illatarum possessionem non acquirit. facit l. cum miles. in princ. ex quibus cau. ma. & vide quæ dixi in cap. præceden. articu. 22.

¶ Secundò limitatur prædicta regula, secundum aliquos, si modò loquamur in priuato, secus in ecclesia vel fisco, quorum fauore sicut in eos transit dominium vel quasi, ita & poss. & hoc tenet Archid. 16. quæstio 1. capit. moderamine. quæ limitatio non placet, quia etiam in ecclesiam vel fiscum ex
71 solo titulo nõ transfertur † possessio, nisi apprehendatur, vt in cap. statutum, & in c. cum secundum. de hæreti. lib. 6. & ibi no. & in cap. 2. supra de consuet. & l. cum duobus. 2. responso. & ibi glo. & Bar. ff. pro socio. & l. commissa. ff. de publi. & vecti. & per Bal. in l. fina. C. de sacrosan. eccle. & in l. si vacantia. C. de bonis vacant. lib. 10. & in cap. 1. in princip. quid sit inuestitura. ¶ Fallit tamen in casu l. 2. & memini legisse seu audiuisse ꝙ Salicetus in l. traditionibus. C. de pact. tenet, quod in vniuersalibus ex solo titu. transfertur poss. sed mihi non placet, per ea quæ supra dixi. faciunt etiam ea quæ dicam in seq. q.

¶ Septimò quæro, vtrũ per electionem & confirmationem prælati acquiratur poss. prælaturę absque
72 alia installatione. † Sol. Innocent. & Dom. Anton. tangunt in cap. sequen. sed latius Docto. in c. transmissam. de elect. & quod non sufficiat electio, & cõfirmatio, sed requiratur installatio seu vera inuestitura, facit cap. vt nostrum. de offi. Archi. vbi fit mentio de ista inductione in poss. ergo videtur necessaria ad administrandum, alias frustra à iure videntur inuenta, & ad idem facit tex. 23. dist. in c. in nomine domini. vbi dicitur, quod si Papa non potest installari in vrbe, potest administrare, ergo à cõtrario ad actum administrandi videtur necessaria installatio. & ad idem facit 13. dist. cap. si quis ordinatus. & seq. vnde propter hæc iura & alia quæ faciunt in contrariũ, duæ reperiuntur opiniones similiter contrariæ.

¶ Prima fuit, ꝙ ad hoc vt prælatus possit administrare, nõ sufficit confirmatio, institutio, seu prouisio, sed requiratur installatio, seu inductio in poss. hanc voluit Archi. in c. eum qui. de præben. lib. 6. vbi dicit, quòd si aliquis apprehenderet poss. prælaturæ propria auctoritate, amitteret ius quod in illa haberet, per illum tex. & hanc opi. etiam sensit Dy. in regula 1. de regu. iur. lib. 6. & Petrus de Anch. in regu. sine poss. de regu. iur. lib. 6. motus inter cætera, quia confirmatio habet vim sententiæ diffinitiuæ, vt no. in c. si. de elect. lib. 6. sed per sententiam diffi-
73 nitiuam † non est licitum parti auctoritate propria rem sibi per iudicem adiudicatã accipere, sed opus est quòd iudicis decreto in poss. mittatur, iuxta no. in c. in litteris. & in c. quærenti. sup. de offi. deleg. & in l. qui restituere. ff. de rei ven. & in c. cum nostris. & ibi per Innoc. inf. de concess. præben. & in l. non est singulis. ff. de regu. iur. ¶ Secundò mouetur per tex. in clem. 1. de foro compe. vbi speciale est in episcopo expulso à sede sua, vt possit administrare iuxta formam ibi traditam. ergo regulariter non existens in poss. prælaturę nõ potest administrare. exer
74 citium enim iurisdictionis, † sicut perceptio fructuum, depẽdet à possessione, vt in l. in bonę fidei. ff. de acquir. rerum dom. facit quod no. Innoc. in c. cum dilectus, de relig. domi. ad idem allegat simile
75 de tutore & curatore, quibus prælati † comparantur, vt in c. 2. de dona. & traditur in c. fi. inf. de pign. sed tales nec administrant, nec fructus, ante decretam à iudice possessionem recipiunt, vt l. 4. ff. de vsu fruc. & per no. in l. lex, quæ tutores. C. de adminis. tutorum.

¶ Secunda verò principalis opinio fuit Innocen. Host. Io. An. & est communis, in d. c. transmissam. vbi volunt quòd confirmatus ante adeptam aliam poss. potest administrare, & idem si sit institutus vel prouisus per superiorem de aliqua prælatura; cum huiusmodi actus habeant confirmationis effectum, & pro ista opi. facit tex. in d. c. transmissam. in quantum dicit, quòd ex quo ille acceperat confirmationem suæ electionis, poterat administrare, & iurisdictionem exercere, & idem probatur in c. nosti, & c. qualiter. & c. nihil. eod. titu. de elect. quæ iura ad potestatem administrandi nõ videntur requirere nisi confirmationem. Sed pro concordia prædictarum opinionum & iurium, Dom. meus in d. c. transmissam. facit certam distinctionem: mihi verò videtur pro breuiori doctrina, vt in primis ponamus regulam affirmatiuam, secundum prædictam communem opinionem, videlicet, quòd per electionem &
76 confirmationẽ apprehendatur † possessio installationis absque alia installatione, & sic electus, vt statim confirmatus est, possit administrare, & hoc voluit Oldr. consi. 146. Guil. in clem. 1. de iureiur. quæ regula procedit non solum in Episcopis, sed etiam in prælatis inferioribus, secundum Innoc. prouisis, vel institutis, cum eadem sit ratio in ipsis. prædicta tamen reg. recipit aliquas limitationes.

¶ Primò ergo limitatur, vt procedat de iure communi, & maximè si ius commune iuuatur consuetudine. quinimo voluerunt quidam, quos refert Innocen. in d. c. transmissam, quòd consuetudo possit operari quòd quis possit administrare etiam ante confirmationem. sed Innoc. & Host. sentiunt oppositum, moti, quia talis consuetudo posset tendere in maximam ecclesiæ pernitiem, quia posset contingere quòd indignus dilapidaret bona ecclesiæ, admini-

administrando ante approbationem factam per superiorem, contra c. 1. supra de consuet.

¶ Item mouentur, quia secũdum prædictam opinionem frangeretur bonum obedientiæ, & neruus ecclesiasticæ disciplinæ, contra c. cum inter. sup. de consue. & quòd talis consuetudo non valeat, optimè facit, quod legitur, & no. in c. cum venerabilis. sup. de consue. & in cap. auaritię. de electio. lib. 6. Et hoc in collegijs & prælaturis ecclesiasticis. In col
77 legijs vero & rectoribus secularibus † posset habere locum alia opinio, vt etiam ante cõfirmationem virtute cõsuetudinis electus possit administrare, vt etiam tenuit Bal. in auth. habita. C. ne filius pro pa. vbi dixit prædictam consuetudinem valere, & ita de facto practicatur in electo in rectore scholarium secundum Dom. meum. Secus si consuetudo habet vt exigatur installatio etiam post confirmationẽ ante quàm administret, quia hoc casu debet fieri installatio. dicit tamen Dom. meus, quòd si consuetudo solum habeat quòd fiat installatio, quòd ista talis consuetudo non est de substantia potestatis administrandi, sed potius de solennitate, sicut missa Spiritussancti in actu electionis: est enim de solennitate, sed non substantificat, vt no. in c. quia propter. de elect. & ita etiam videntur tenere Inno. Host. & Io. An. quòd installatio non sit de solennitate substantiali, moti per simile eorum quæ fiũt in iudicio, in quo plura sunt de ordine substantiali, vt libellus, litis contestatio, &c. pleraque vero sunt de solennitate non substantiali, vt traditur, 2. q. 1. in summa. & per Dom. meum in c. cum I. & A. inf. de re iudi. dixi latè supra de ord. cog.

¶ Secundò principaliter limitatur, si modo prælatura ad quam quis est electus & confirmatus, ita sit, quòd nullus est in possessione illius tãquàm prælatus, nam tunc procedit prædicta regula, pro qua faciunt iura pro communi opi. alle. & prædictum c. auaritiæ. & quia parum operaretur confirmatio, si de necessitate ad potestatẽ administrandi requireretur vera inuestitura, & hoc tenuerunt Domini de Rota, deci. 4. facit quod no. glo. in l. priuatorum. C. de iurisd. omn. iudi. secus verò est quando alius est in possessione prælaturæ, quamuis iniustæ, quia tũc non est licitum confirmato seu prouiso administrare, nisi prius inducatur legitimè in poss. quia secus
78 faciendo spoliaret possessorem † propria auctoritate, quod non licet, vt in c. eum qui. de præben. lib. 6. 16. quæst. 3. c. placuit, & quod no. in l. si quis in tã tam. C. vnde vi. & quod traditur per Docto. in cap. per venerabilem. qui filij sint leg. & isto modo potest procedere opi. Dyni & sequacium. de qua sup. dixi. Vnde licèt confirmatio habeat vim sententię, illud procedit in fauorem electi: aliàs autem nõ per omnia ęquiperatur sententiæ, quia sententia fertur inter litigantes, & quando actor petit rem ab alio possessore, vnde nõ potest tunc aduocare possessionem ab aduersario propria auctoritate, sed debet expectare missionem in poss. per habentem potestatem, vt d. c. eum qui. Sed quando vacat prælatura, ita quòd confirmatus non intendit alicui vim inferre, hoc casu, sicut liceret domino propria auctoritate intrare rem suam vacantem, & capere fructus, vt no. Innocen. in c. querelam. de elec. ita debet licere confirmato, cum habeat titulum, vt bona propria suę prælaturæ valeat administrare. ¶ Et sic ex prædictis patet, quòd non obstat quod supra dictũ
79 fuit de vsufructuario, quia vsufructuarius † non habet dominium, imo proprietarium recognoscit in dominum, & ideo non debet propria auct. poss. apprehendere, sed iste in titulo suo alium non recognoscit. ¶ Nec etiam ob. quod supra dictum est de tutore, quia maior est potestas prælati quàm tutoris, ad quod vide glo. 5. q. 3. c. fin. & quod traditur per Docto. in cap. præsenti. de offi. ordi. lib. 6. & per Do. meum latè in repet. c. cũ esses. inf. de testamẽtis.
¶ Non obst. c. in nomine domini. 23. distin. quia secundum Innoc. in quantum ibi à contrario colligitur, quòd Papa potest administrare antequàm intronizetur, & quatenus facit mentionem de illa intronizatione; habuit respectum ad cõsuetudinem: nam de iure secus est, vt patet in cap. licet. supra de elect. vbi probatur quòd eo ipso quòd quis est electus in Papam, consequitur plenam potestatem ad-
80 ministrandi. ¶ Non ob. etiam † c. si quis. 92. distin. quia non loquitur de potestate administrandi in ecclesia ad quã fuit deputatus, sed in ecclesia ad quã se transtulit. Item, quia ibi loquitur, quando non poterat habere pos. de facto, & eodem modo potest responderi ad clem. 1. de foro comp. procedit enim in casu speciali, quando aliquis est expulsus de diœcesi propria, & prędicta intellige respectu administrationis eorum quæ sunt iurisdictionis, nõ autem ordinis, quia talia confirmatus ante cõsecrationem non potest administrare, vt in c. transmissam. supra de elect. vbi vide. Item quod dixi de iurisdictione, quòd possit post cõfirmationem administrare, non videtur posse procedere respectu criminum exigẽtium depositionem. in hoc tamen varię sunt opin. de quibus traditur in d. c. transmissam.

¶ Octauò quæro, pone aliquis me sciẽte aliquid inducit & ponit in domum meam, vt in me transfe
81 rat possessionem, † vtrũ mihi possessio acquiratur.
¶ Sol. Dic, quòd sic, vt l. si ego. §. dotis. ff. de iu. dot. & probatur ĩ l. quod meo. §. penul. ff. de acquir. pos.

¶ Nonò quæro, vtrum per inuestituram transfe-
82 ratur poss. † ¶ Sol. Glo. super verbo inuestiri. in c. pro illorum. de præben. tenet quòd non. & idem tenet glo. in c. per tuas, in fi. de dona. contrarium verò tenet glo. in c. 2. supra de consue. glo. verò in c. auctoritate. inf. de insti. sentit, quòd quædam est inuestitura verbalis, & per hanc non acquiritur pos. quędam verò realis per corporalem immissionẽ, & per eam transfertur poss. idem etiam tenet glo. in c. ex ore. de ijs quæ fiunt à ma. parte cap. & glo. 21. q. 7. c. si quis deinceps. tu vero pro concor. glo. & Doct. dic latius, post Compost. in c. transmissam. & Dom. Ant. Zab. Io. de Imo. & Dom. meum in d. c. auctoritate. quibusdam additis, quod aut inuestitura fit nulla præcedente collatione, vt quia dicit prælatus fortè capiendo anulum vel biretum, inuestio te de tali beneficio, vel de tali feudo, & tunc talis inuestitura propriè idem est quod collatio, quia satis operatur, ex quo trãsfert. facit quod no. per Legist. in l. 1. in prin. ff. de acquir. poss. tradit Io. An. in d. cap. transmissam. & Io. de Imo. in d. c. ex ore. & ista appellatur inuestitura abusiua. immissio enim anuli vel bireti, vel traditio baculi & similia signa, non faciũt traditionem, sed sunt signa, sicut dicimus de arra,

quæ

83 quæ † est signum venditionis. Institu. de emptio. & vendi. in princ. & ideo non transfertur poss. secundum Innoc. in d. c. 2. supra de consue. & isto modo procedant glo. quæ volunt, quòd per inuestituram non transfertur possessio. facit secundum Innocen. l. si ex stipulatione. ff. de acquir. poss. sed melius facit l. prædia. eo. titu. tenet etiam Salic. in l. 1. C. de contrahen. empt. & l. traditionibus. C. de pact. & hinc
84 est, quòd † quandoque inuestire sumitur pro instituere, & econtra, & sic latè vnum pro alio sumitur, tradit Compost. in d. c. transmissam. facit c. pro illorum. inf. de præben. & c. proposuit. infra de concess. præben. & quod tradit Dyn. in reg. prima, de regu. iur. lib. 6. & Io. And. in addit. Spec. super rubr. de institu. mouetur, quia ista sunt eiusdē generis, & ideo faciliter functionem accipiunt, hoc est facile fungimur vno pro reliquo. facit. ff. si certum petat. l. 2. in princ. ibi, sed idem genus. nam si aliud genus, &c. facit etiam c. 1. de offi. leg. lib. 6. Aut prius præcesserat collatio vel institutio seu confirmatio, & subsequitur inuestitura per anulum, biretum, vel quid simile, & hoc casu subdistingue, quòd aut talis inuestitura fit in absentia rei, de qua quis inuestitur, & est quædam quasi confirmatio iuris præcedentis, ita vt quodammodo beneficium, vel illa res in suis manibus relinqui videatur, non tamen transfertur possessio, ad quam tradendam requiritur actus corporalis, vt supra dixi, & hoc etiam tenet Innoc. in c. in literis, de restit. spol. & in d. c. ex ore. & ita debet intelligi, quod ibi dicit Dom. Anton. qui dicit quòd per talem inuestituram non transfertur poss. nisi aliud habeat consuetudo, vt traditur in c. 2. de consuet. dicam inf. articu. 28. videtur tamen concessa facultas, vt taliter inuestitus possit propria auctoritate corporalem ingredi poss. secundum Docto. in d. c. auctoritate. & ad quod vide quod dicam inf. art. 33. Aut talis inuestitura fit in præsentia seu in conspectu beneficij, vel rei, & nullus alius est in poss. illius iuris, & tunc per inuestituram transfertur corporalis possessio, ar. l. quod meo. ff. de acquir. poss. & no. in c. 2. supra de consue. & in c. transmissam. supra de elect. tradit Dom. Anton. in repetitione c. in literis. de resti. spol. tenet Dom. meus in c. per tuas. inf. de donat. & Io. de Imo. in d. c. ex ore. & adde quæ de conspectu rei dicam infra articu. 29. sed si alius esset in poss. cum ista sit quodammodo ficta traditio poss. non potest priuare tertium sua possessione, vt no. voluit Compost. in d. c. transmissam. & sequitur Dom. meus ibi, & in cap. 1. supra de consue. dicam in d. 28. articu. facit. l. quod meo. §. si venditorem. ff. de acquir. poss. Quid autem si ille qui inuestiuit, dixit, dono & trado, dic vt dicam in d. art. 28.

¶ Decimò quæro, vtrum per acquisitionem possessoris seu possidentis aliquam rem illius rei, ab il-
85 lo possessæ † acquiratur poss. ¶ Sol. Dic quòd sic. tex. est no. in l. si adoptauero. ff. de preca. vbi est tex. quod in patrem adoptantem transit possessio adoptati, absque alia apprehēsione rei possessę: & ideo si possidens aliquā rem ingrediatur monasterium, res ab eo possessa simul cum eo acquiritur monasterio, etiam quo ad pos. licèt Dyn. in l. qui vniuersas. §. aut si is qui. ff. de acquir. pos. dubitauerit. sed præcedentem opin. tenet glo. in auth. si qua mulier. C. de sacrosan. eccl. & dicit Bar. in d. §. aut si is. quòd etiam est quædam glosa iuris Canonici, quæ idem tenet in decret. vbi est canonizata dicta auth. si qua mulier. sed nescit vbi sit. Tu dic quòd est 18. quæstio. vlt. si qua mulier. vbi glo. hoc idem tenet, per d. l. si adoptauero. acquiritur ergo pos. sine alia apprehensione rei pos. ¶ Nec obstat l. cum precario. ff. de preca. & l. cum hæredes. ff. de acq. pos. quia vt dicūt glo. & Petrus in d. l. si adoptauero. & Io. de Imo. in d. l. qui vniuersas. §. 1. possessio ibi fuit omnino extincta per mortem. sed in terminis nostris possidēs translatus in alterius potestatem viuit. & ideo cum ipse transferatur, translatus intelligitur cum omnibus iuribus suis, & per consequens pos. intelligitur translata. tenet Cyn. in d. auth. si qua mulier. in fi. quæstione. & licèt attribuat prædictam solu. Iaco. de Rauen. tamen fuit glos. in d. l. si adoptauero. & ideo dicit ibi Pet. quod non est verum quo ad hoc
86 vt † monachus habeatur pro mortuo, quia solummodo habetur pro mortuo quoad actus ciuiles. subdit tamen secundum illos, qui tenent contrarium, videlicet quòd habeatur pro mortuo, posito quòd esset pro mortuo. dicit Petrus quòd tunc daret interdictum quorum bonorum, vel condictionem ex l. fi. C. de edic. diui Adr. tol. sed præcedentem op. quod monasterium immediatè acquirat pos. quam habebat ingressus, tenent expresse Innocen. Host. Io. An. & Dom. An. in c. in præsentia. inf. de proba. & Zab. ibi, in §. ad hæc. quæst. 11. vbi dicit post Hostien. quod licèt ibi innuatur, quòd monasterium habeatur loco hæredis, & in Auth. de sanctis. episc. §. sed & hoc præsenti. est tamen differentia quantum ad hoc, inter monasterium & hæredem, & sequitur Dom. meus ibi, colum. penul. vers. nunc quęro, quo iure. Et similiter ex prædictis infertur, quòd ille, qui cum gereret se pro libero, & esset seruus, poss. acquisiuit, & reuocatur in seruitutē, vel se vendidit ad pretium participandum, secundum ea quę traduntur Insti. de iure perso. §. serui. per talem serui acquisitionem & eius poss. acquiratur poss. rei ab illo possessæ. & ad prædicta vide quæ dixi supra in c. præced. art. 22. in primo membro; ibi, tertiò limitatur, si modo non sit ab alio possessus. & ibi, tertiò infertur quòd monachus. in secundo membro.

¶ Vndecimò quæro, vtrum per acquisitionem
87 vsusfructus acquiratur poss. † & qualis. ¶ Sol. Dic, quòd acquiritur sibi naturalis, & penes dominium remanet ciuilis. quidam etiā volunt quòd per adeptionem vsusfructus acquiratur aliqua ciuilis, de quo traditur per Bar. & Io. de Imo. in l. naturaliter. in prin. ff. de acquir. poss. tu verò dic, vt latius dixi in c. 1. articu. 21. & sup. in præced. cap. articu. 25. versi. quædam sunt iura, quæ dantur in partem proprietatis. & intellige prædicta, quando esset tradita poss. rei vsufructuarię, aut ille qui retinuit sibi vsumfruc. eo tempore esset in pos. rei, aliàs non transiret. ad quod vide quæ dicam inf. artic. 28.

¶ Duodecimò quæro, vtrum per receptionē pi-
88 gnoris creditor † acquirat posses. rei pignoratæ. ¶ Sol. Dic quòd sic. nam per traditionem pignoris transfertur in creditorem naturalis & ciuilis, vt l. qui pignori. & l. 1. §. per seruum corporaliter, & l. si de eo. ff. de acquir. poss. & in l. cum notissimi. §. 1. C. de præscript. 30. vel 40. & l. cum & sortis. §. fin. ff. de pigno. act. & intellige, quòd acquiritur poss. creditori,

tori, si modo res pignorata vel hypothecata sit tradita seu assignata creditori, vt l. res pignoris. ff. de acquir. poss. & d. §. per seruū corporaliter. & in l. sciendum. §. creditor. ff. qui satisd. cog. secus arbitror, si solum esset pignus † conuentionale, per quod solum
89 acquiratur ius in re, vt l. 1. ff. de pigno. act. nam solo consensu non transfertur vera poss. in creditorem, sed requiritur vera traditio, vt dixi, per constitutum aut similem modum. de quo dicam latè inf. art. 28. ¶ Aduerte tamen, quia dubium de inuectis & illatis in domum conductam, quæ tacitè sunt obligata locatori pro pensione. circa quod dic, quod intelliguntur possideri per creditorem, quasi tradita ipsi creditori, & ideo pro eis habet locum actio pigno-
90 ratitia, † vt in l. solutum. §. solutam. ff. de pigno. act. secundum Azo. in summa, in titu. de pignoribus. Sed in contrariū fortiter obstat secundum Petrum, quia Saluianum interdictum quod datur pro dictis rebus inuectis & illatis, est adipiscendæ poss. Instit. de interdictis. §. adipiscendę. & est text. in l. 1. ff. de Salu. interdicto. secundum Petr. de Bellapertica, qui aliter non soluit contrarium, quod profecto est difficile, de quo Saluiano interdicto dicam inf. de rest. spol. cogitabis. Fortè dici posset, quod si me sciente fuerunt immissæ in domum meam, animo vt in me transferretur poss. tunc transferretur pos. & habeat locum opini. Azo. per ea, quæ dixi supra in 8. quæstione: aliàs locum habeat interdictum Saluianum. ¶ Est tamen animaduertendum, quòd creditor certo respectu intelligitur possidere, vt supra dixi, & infra latius dicam: & certo respectu de-
91 bitor † dicitur possidere, vt puta quoad vsucapionem. Vnde si aliquis titulo habili ad acquirēdum dominium acquisiuit rem à non domino, quātum ad cōplendam præscriptionem, nō creditor, sed debitor intelligitur possidere, vt d. l. qui pignori, & d. l. 1. §. per seruum. ff. de acquir. poss. quia creditor nō possidet tanquam dominus, nec animo acquirendi dominium, vnde creditor qui recognoscit debitorem in dominum, nunquam præscriberet, & quamuis debitor desierit possidere, & vtraque poss. scilicet naturalis & ciuilis sit translata in creditorem, & sic videretur vsucapio interpellata, cum in ea requiratur continuatio possessionis, vt l. naturaliter. ff. de vsuc. non tamē interpellatur quo ad vsucapionem, quia quo ad hūc effectum debitor semper fingitur possidere, quinimo etiam si debitor precario rogasset possessionē à creditore, non propterea interrumperetur pręscriptio, vt d. l. qui pignori. cum sequen. facit l. certè. §. fina. & l. si debitor. ff. de precario. ¶ Nec ob. quòd precaria pos. non sit iusta ad pręscribendum, vt l. quęcunque. §. 1. ff. de publi. quia respōdetur, quod cum in terminis nostris etiam absque eo quòd possessio precario à creditore rogaretur, debitor præscriberet: quia quo ad hoc fingitur ipse possidere, vt dixi, ergo multo fortius hoc casu debet pręscribere, cum ipse debitor nunc ratione precarij saltem sit consecutus naturalem pos. & ideo ex quo nunc plus habet, & plus iuris consecutus est, non debet esse deterioris conditionis quàm prius esset, & maximè, quia debitor hoc casu non prescribit ratione precarię pos. tum quia etiā prius quàm haberet precarium pręscribebat, tum etiam quia ex precario debitor nō suo, sed creditoris nomine possidet. itē quia talis precaria pos. est solummodo naturalis, quæ non sufficit ad præscribendū: nec ex ea cessat prima ficta possessio debitoris, eo quod superuenit noua possessio vera: quia licèt prima ficta sit, tamen est efficacior vera, ar. l. hæres à debitore. §. φ si hic seruus. ff. de fideiuss. sicut dicimus in simili,
92 quod ordinarium remedium † non facit cessare extraordinarium, quando per extraordinarium pinguius subuenitur, vt l. fi. C. si aduers. rem iudic. & in c. ex literis. & ibi Dom. me. inf. de restit. in integ. iuncto c. tenor. inf. de re iudi. & c. ex parte. sup. de rescr.
93 ¶ Nec etiam veritas † præfertur fictioni, quando fictio plus operatur quàm ueritas, vt in l. filio quem pater. ff. de lib. & posth. & in l. Gallus. §. si eius, eo. ti. tradit Barto. in l. 1. §. hoc autem. ff. ad Sillan. & Bald. in l. 1. C. de cura. fu. & idem etiam dicendum est si debitor rem tradat creditori in pignus conditionaliter, quia nec etiam hoc casu interrumpitur prescriptio, vt dicta l. res pignori. ff. de acquirenda possess. ¶ Nec obstat, quòd conductor nunquam præscribit, vt l. malè agitur. C. de præscr. 30. vel 40. an. quia verum est, quod tanquam conductor nunquā præscribit contra locatorem quem recognoscit in dominum, sed hic præscribit contra tertium, & nō tanquā colonus vel inquilinus: quia ex quo antequam conduceret, ex quadam ficta pos. præscriberet contra alium, vt dixi, merito talis præscriptio per conductorem à creditore impediri non debet, vt d. l. res pignori. Quare cōcludendum est, quod quantum ad vtilitatem pręscriptionis, & etiam fructuū, debitor dicitur possidere. & ideo si creditor ex ipsa re pignorata fructus recepit, vel ab ipso debitore qui conduxit, per c. 1. & 2. inf. de vsu. & l. 1. 2. & 3. & fi. C. de pign. act. & hoc casu extincto debito per fructuum receptionē, vel quia creditori sit aliàs satisfa-
94 ctum, tenetur creditor † corporalem pos. debitori restituere, vt l. debitor. §. fi. ff. de pigno. act. & finitur precarium & conductio, vt d. l. si debitor. vbi est tex. & sic suo proprio nomine totaliter incipit possidere. ¶ Item aduerte, quia glo. in d. l. qui pignori. dicit, quòd debitor & non creditor quo ad vitandum satisdationem dicitur possidere, per l. sciendum. §. creditor. ff. qui satisdare cogan. Idem glo. in l. 1. §. per seruū corporaliter. ff. de acquir. poss. quod limitat Iacob. de Rauen. & sequuntur Ange. Io. de Imo. & Ponta. nisi fundus esset pignoratus pro tanta pecunia quod non esset verisimile, debitorem pignus luiturū, per l. qui habebat. ff. de leg. 3. & l. legata. §. fi. & ibi Bar. ff. de supel. leg. & l. rem legatam. ff. de adim. lega. Bald. in l. voluntas. C. de fideicom. & per Docto. in l. fi. C. de reb. alie. non alie.
95 ¶ No. ergo ex prædictis, quod creditor † certis respectibus dicitur pignus sibi traditum possidere. Primò quo ad securitatem debiti sui, dicitur naturaliter & ciuiliter possidere. d. l. qui pignori. & d. §. per seruum. Secundò quo ad hoc vt conueniatur actione ad exhibendum. ff. de vsuca. l. serui nomine. in princ. Tertiò quo ad hoc vt conueniatur rei vendicatione, vt l. officium. de rei uendic. Quartò vt noxaliter teneatur. ff. de noxa. in l. si seruus depositus. §. 1. tenet glo. in d. l. si serui nomine. Quintò quo ad hoc ut conueniatur interdicto uti pos. licèt aliud sit in misso in possessionem causa rei seruandæ, vt l. si duo. ff. uti poss. dicam inf. in titu. de restit. spol.

spol.in interdicto vti poss.Sextò quo ad hoc vt poss. præcedentis possessoris. idest sui debitoris sibi adijciatur, vt d. l.serui nomine. in fi. Septimò quo ad hoc vt impediat acquiri alicuius rei possessionem ipsi debitori per rem pignoratam,nam si debitor pignorauit seruum,& illum tradidit creditori,talis seruus pignori traditus non acquirit pos. alicui, & sic nec debitori,nec creditori, vt d.l.1.§.per seruũ corporaliter. & l.per seruum.in princ. ff.de acquir. rer. domin. Et ratio est,quia licèt posideatur à creditore, tamen sibi non quærit ex operis suis, nec habet sibi operari, licet fructus per eum percepti computentur in sortem, vt supra: debitori autem non quærit pos.quia ab illo non posidetur, & dicit Bald.in d.l.cum notissimi. in princ. quòd quoad respicientes veros effectus prouenientes ex pos. simplici creditor, & non debitor, & ideo fructus colligit, tuetur,& in sortem computat: Sed quo ad quædam nõ creditor, sed debitor dicit posidere, videlicet quo ad vsuca. & quo ad euitandam satisdationem, vt supra dixi. vnde dicit Bal.in d.l.cum notissimi. quòd quantum ad effectus respicientes dominium, debi-
96 tor † & non creditor posidet. Vnde infert, quòd stante statuto quòd quis teneatur rem quam posidet,ad extimum dare,debitor,& non creditor tenetur illam ad extimum dare. ¶ Et prædicta procedunt in pignore conuentionali tradito creditori,secus est in pignore prętorio ex primo decreto,vt no. glo.in d.l.cũ notissimi. & Petrus in d.§.per seruum. De pignore autem prætorio loquitur c.cum aliquibus. de re iudic. secundum vnum intellectum.glo. notabilis in l.1. ff.de pigno. act. ponit plures differentias inter pignus prætorium & conuentionale. ¶ Si verò esset ex secundo decreto,tũc creditor posideret,& quæreret dominium, vt l.2. ff. si ex noxa. cau.aga. vel si esset pignus acceptum in causa iudi-
97 cati, † quo casu etiam incontinenti creditor posideret,vt C. si pignus in causa iudi.cap.sit.l.1.2. & 3. tangunt Bal.& Ang.in d. l. cum notissimi.in princ. aliquid tetigi in c.quoniam frequenter. sup. vt lite non contesta. in glo. fi. & de materia pignoris prætorij,latius dicam inf.c. prox.articu.32. & inf.de eo qui mit.in pos.in materia primi & secundi decreti, vbi etiam videbimus de misso in pos. in hypothecaria,de quo per Bar.& Io.de Imo.& Doct.in l.3. §.fi. ff.de acquir.poss.

¶ Decimotertiò quæro, vtrum per commodata-
98 rium acquiratur pos. ¶ Sol. Dic,quod non.† Tex. est in l.rei.ff.commo.qui tex.vult,quod rei commodatæ proprietatem & pos. retinemus, & sic nullum ius nisi sola facti detentatio & vsus rei transfertur in commodatarium. ex quo infert Paulus de Ca. ibi, quod stante statuto quod de omni cõtractu ex quo transfertur dominium,soluatur gabella, quod non soluetur de commodato, quia dominium & poss. sunt illa quæ consistunt in iure,quæ non transferuntur: detentatio verò seu vsus rei consistit in solo facto,& ideo cessant verba statuti. Bart. tamen in l.1. §.1.ff.commo.tenet contrarium.ar.glo.ibi positæ super verbo habitationem, quæ dicit, quod commodans dicitur donare vsum, & ideo dicit Barto. talis vsus donatus debet extimari, & gabella solui. Sed Pau.de Ca.ibi reprobat,quia statutum debet intelligi quando transfertur ius in re, vt dominium directum,vel vtile, vel ius seruitutis,vel pignoris, sed in commodato,licet donetur vsus,non tamẽ transfertur aliquod ius in re, & ista opinio videtur mihi magis æqua. quod tamen dixi,quod in commodatarium non transfertur pos.intellige,nisi commodatarius acquirat titulum, dominium, vel quasi ex titulo sequenti,ad quod vide quæ dixi supra in rubr. tract.1.art.5.q.2.versi.20. modo.& tract.3.art.5. in tertio requisito.declaratione 8.

¶ Decimoquartò quæro,quid de precario, vtrũ
99 transferatur poss. ¶ †Sol. Dic vt dicam inf.art.29. vbi dicam etiam de cõstituto. & de aliis modis, per quos fictè transfertur possesio.

¶ Decimoquintò quæro, vtrum per depositum
100 acquiratur depositario † poss. ¶ Sol. Dic quod non, tex. est in l.licet. §.rei. ff. deposi. quod tamen intellige, nisi loquamur in deposito facto apud sequestrum,de quo statim in vers.seq. Item quod dixi limitatur, nisi depositarius acquisiuerat titulum, per quem acquisiuerit dominium vel quasi, vt statim dixi in 11.quæst.in fi.

¶ Decimosextò quæro, vtrum per sequestrum
101 sequester † apud quem res sequestrata deponitur acquirat possess. ¶ Sol. In hac quæstione variæ reperiuntur opi glo. enim in cap.examinata. supra de iudi. tenet quod sequester non posideat,& sequitur ibi Dom. Ant.sed glo.Bal.& Docto.C.de prohibi.seq.pecu.aliter dicunt. traditur in l.interesse. ff.de acq. pos. Sed tu de hac materia dic, vt latè dicam in tit.de sequestra.pos.vbi melius conuenit.

¶ Decimoseptimò quæro,vtrum per primum &
102 secundum decretum acquiratur pos. † Sol. Aliquid tetigi sup.quæstio.10.in fi.& vide quod dicam inf.articu. 32.& aliquid, arti. 31. sed latius dicam in materia primi & secundi decreti. inf.de eo qui mit. in poss. cau. rei ser.

¶ Decimooctauò quæro, vtrum per responsio-
103 nem fructuum, seu pensionis, †vel per conductionem quam facit quis vt colonus alterius acquiratur poss. ¶ Sol. Dic quod sic, si colonus respondet illi tanquam domino,& possessori, secus si simpliciter conduceret ab alio non posidente, secundum Ang.in l.nemo. C.de acquir. pos.& ita pluries vidi allegatum Ang.ad hoc. sed tamen in lect. mea hoc non dicit. Bart. vero in l.quamuis. §. si conductor.ff.de acquir.poss. primo allegat, quòd mercedis perceptio inducat acquisitionem posessionis, per no. in l.qui vniuersas.§.per colonum. ff.de acq. poss. quod verum dicit Barto. nisi alius posideat, secus si alius posideret, vt d. §.si conductor. nam licet mihi soluatur pensio,per hoc tamen is qui posidet non priuatur posessione. dicit tamen Dyn.in d.§.si conductor.quod si colonus tradidit verè rem conductam, ita quòd dominum priuauit sua poss. quamuis pensionem vel fructus soluat ipsi domino,propter hoc non dicitur retinere pos.per l.Pomponius.ff.quemadmodum vsusfruct. amit. quæ est valde notabilis,ad hoc,secundum Dy.& Bar.& Io. de Imo.& Pau.de Cast. vide Specu. in titu.de præscript. versi.pone,colonus.in quarta parte.si tamen alius non doceret de pos.perceptio pensionis & fructuum probaret pos. Item licet non probet posses. contra tertium docentem de sua poss. vt d.l.Pomponius. tamen contra colonum probat pos. secundum

dum Io. de Imo. in d. §. si conductor. Quare ergo constat quòd tempore conductionis vel solutionis pensionis fructuum poss. non erat penes conductorem, vel soluentem, sed apud alium, non acquiritur, seu probatur poss. vt d. §. si conductor. Secus si hoc non constaret, vt d. §. per colonum. in fi. secundum vnum intellect. quem ibi ponit glo. fin. in fi. & no. Spe. in ti. de probat. §. 1. versi. penult. & ad prædicta adde quæ dicam inf. eo. c. pastoralis. artic. 38.

¶ Decimonono quæro, vtrum per solam habita
104 tionem quis dicatur possidere,† & pos. acquirere. ¶ Sol. Dic, quòd aut talis habitat tanquam conductor, & dic, vt dixi in præced. quæst. Aut tanquam commodatarius, & dic vt dixi, quæst. 11. aut tanquā depositarius, & dic vt dixi, q. 13. aut tanquam sequester, & dic vt dicam in titu. de seq. pos. Aut habitat tanquam receptus ad hospitium, quia tantum soluit quolibet die, mense, vel anno pro victu, & talis nullam acquirit pos. quin imo nec dicitur detinere domum, aut precario detinere, vt l. & habet. § hospites. & ibi Bar. ff. de precario. Ex quo infert Bart. quod si frater retinet sororem in domo, aut vir vxorem, vel mater filiam, seu econtra, tales nullam acquirunt pos. quia magis dicuntur detineri quàm detinere, & iure familiaritatis videntur ibi stare, per l. qui iure. ff. de acquir. pos. secundum Barto. & ideo si tales nollent exire domum, non potest cōtra eos agi interdicto de precario, sed possunt expelli, vel contra eos agi actione iniuriarum, secundum Petr. de Bellaper. in d. §. hospites. Similiter etiam per solam præstationem gratiosam, vel voluntariam, non acquiritur quasi pos. ad quod vide quæ dicam, inf. art. 22. & artic. 29.

¶ Vigesimò quæro, vtrum per furtum & rapinā
105 acquiratur pos. † Sol. Dic quòd sic, quoniam ad esse possessionis non refert, an quis iustè vel iniustè possideat, vt l. 3. §. ex contrario. ff. de acquir. pos. hinc est, quòd etiam prædo restituendus est, vt in c. in literis. inf. de resti. spol. dicam latè in illo titu. in ar. quis restitui possit. quod intellige, quando adsunt substantialia ad esse furti, vnde necessaria est contrectatio, nec sufficit solus animus furandi. facit l. si quis vxori. §. neque vero. ff. de furtis. no. Bar. in l. sequitur. §. item Labeo. ff. de vsuca. etiam si res sit penes ipsum, qui furandi animum habet, vtputa est depositarius, vel commodatarius, qui animo furandi inficiatur depositum, vel commodatum, quia nisi aliter contrectatio superueniat, nō acquiritur pos. nec sit furtum, vt l. 3. §. si rem. ff. de acquir. posses. Quid autem in seruo fugitiuo, vide quod dixi sup. eo. c. 2. artic. 23. vers. septimo quæro, quid de seruo fugitiuo.

¶ Vigesimoprimò quæro, vtrum per solam sententiam iudicis absque alia traditione quis acquirat posses. Sol. Dic vt dicam inf. eo. art. 31.

¶ Vigesimosecundò quæro, vtrum per solam cōfessionem aduersarij asserentis me possidere, acqui
106 ratur mihi possessio. † Sol. Dic quod non, quia non paratur sibi præiudicium in pos. per l. cum falsa. C. de iur. & fac. igno. quod videtur procedere si per errorem confiteor, 22. q. 2. c. in quibus. secus si ex certa scientia. ar. l. quod meo. ff. de acquir. posses. Tunc enim amittit pos. quæ solo animo perditur, vt l. qui vniuersas. §. item cum. ff. de acqui. possessione.

¶ Sed aduerte, quia licet statim talis amittat possessionem, nō tamen mihi statim acquiritur, vt l. licet. C. de acquir. pos. & ideo opus est apprehensione. faciunt quæ dicam inf. eo. cap. pen. arti. 42. in contrarium tamen facit, quia nominatio patris asserentis aliquem filium suum, acquirit illi quasi pos. filiatio-
107 nis,† vt l. Senatus. ff. de lib. agnosc. ad quod uide quod dicam inf. art. 29.

¶ Vigesimotertiò quæro, quia sup. in prin. dixi, quòd ad acquirendam pos. nō solum exigitur actus corporeus, sed etiam animus, vt l. 1. §. adipiscimur. vers. furiosus. ff. de acquir. pos. quia furiosus, mentecaptus, infans, vniuersitas, dignitas, &c. per se pos. acquirere non possunt, quia carent animo, ad quod vide quod latius dixi, sup. eo. c. 2. art. 22. ibi, secundo limitatur. & versi. tertio limitatur. & sequen. Vnde licèt solo animo pos. retineatur, vt dicam in c. cum super, inf. eod. tamen solo animo possessio non acquiritur, vt dixi. hoc tamen est regulare, & fallit in quibusdam casibus, in quibus actus corporeus non exigitur, quod tamen qualiter intelligatur, videbimus inf. artic. 29. ¶ Et aduerte, quia quædam poss. acquiritur nobis sine corpore & animo. Exemplum videtur posse poni in his quæ nobis per alluuionem acquiruntur, ad quod vide quæ latè dixi supra in rub. tract. 1. artic. 5. q. 2. versic. 3. per alluuionem. & alios fortè similes modos, posses colligere ex aliquibus casibus, quos epilogaui supra in rubr. tract. 1. artic. 5. q. 5. vers. 17. & latius in d. artic. 5. q. 2. & vide quæ dixi de rebus animatis anima irrationabili, puta ceruis & apris incidentibus in pedicam vel laqueum meum, aut auibus, seu piscibus in retia mea incidentibus, supra in rubrica, in tract. 1. artic. 5. q. 2. vers. 2. per venationem. Concluditur ergo, quod regula-
108 riter ad acquirendam poss. exigitur animus. † Ex quo infertur, quod cum ignorans seu nesciens acquirendæ pos. animum non habeat, illam acquirere non potest, ad quod vide, quod dixi sup. eod. artic. 22. vers. quinto infertur. similiter etiam errans in acquirenda pos. illam non acquirit, quia nō habet animum acquirendi, vt dixi in d. 22. art. vers. 6. infertur. quod tamen procedit, quando esset error in corpore, secus si esset error in nomine. vnde si intendo acquirere pos. fundi Corneliani, & intrauero fundum Sempronianum, ipsius fundi Semproniani pos. non acquiro. Sed si ipsius fundi Semproniani possessionem intendo intrare, quem arbitror appellari Sempronianum, cum tamen non Sempronianus, sed Cornelianus sit, ipsius pos. acquiro. tex. est in l. si me in vacuam. in prin. ff. de acquir. pos. facit l. si in nomine. C. de lega. Item ex prædictis infertur, quod si ego habeo solum animum retinendi poss. sed non retinendi insulam, non habeo, non videor illam acquirere, ex quo non habeo animum acquirendi, & vide ad prædicta quæ dixi supra eo. c. 2. art. 22. versi. sexto infertur.

¶ Vigesimoquarto quæro, vtrum ad acquiren-
109 dam pos. requiratur causa. † Sol. Dic, glo. in l. quod meo. in prin. ff. de acquir. pos. videtur velle quod sic & idem Iaco. de Are. ibi, dicens, quod sicut dominium non quæritur sine causa, vt l. nunquam nuda. ff. de acquir. rerum dom. ad quod vide quod dixi supra in rubr. tract. 1. art. 5. q. 6. ita nec pos. per tex. iuncta gl. in d. l. quod meo. Dy. tenet contrarium, quod

non requiratur causa, per l. 1. §. si vir. ff. de acq. poss. vbi patet quod etiã ex inutili contractu transfertur possessio, de quo statim dicam in seq. quæst. per l. si rem aliquam. ff. de acquir. pos. & quasi per totum illum titu. & quamuis Bar. conetur respondere ad d. §. si vir. dicens quod imo ibi præcessit causa habilis de iure gentium, licèt à iure ciuili sit reprobata: ta-
110 men talis solutio non est bona, quia † donatio inter virum & vxorem de qua ibi, est adeo reprobata, quod non producit aliquam obligationem naturalem, vt l. cum lex. ff. de fideiuss. quæ naturalis obligatio est de iure gentium, vt l. cum amplius. §. is natura debet. ff. de reg. iur. Quidam vero conantur saluare vtranque opin. distinguentes, quod aut loquimur in vera pos. & non requiritur causa, vt d. §. si vir. aut in ficta, & requiritur causa, vt d. l. quod meo. & istã opin. disputando tenuit Do. Argentinus, filius Domini Raineni de Forliuio, vt refert Pau. de Cast. in d. §. si vir. sed dicit Barto. quod hoc non est verum, per no. in d. l. si rem aliquam. & per no. per Cyn. in l. ad probationem. C. loca. Pro dicta tamen opin. facit differentia, quam statim subijciam de ficta traditione possessionis ex contractu simulato vel vero, vnde idem Bart. in d. l. quod meo. aliter nititur concordare prædictas opiniones, quod aut ille, qui aliũ possessorem constituit, est dominus, & tunc non facit alium possessorem, nisi præcedat causa habilis, & ita procedat glo. & opi. Iacobi, per tex. in l. ei à quo. ff. de vsuca. & per no. per Bar. in d. l. si rem aliquam. quia sicut non transfero in te dominium cõstituendo me tuo nomine possidere, non subsistente legitima causa, vt d. l. nunquam. ita nec etiam transfero pos. quoniam est sequela ad dominium: aut nõ erat dominus, & hoc casu si haberet pos. ciuilem & naturalem, potest illas transferre non præcedente causa habili, tam per veram, quàm per fictam traditionem, & hoc casu procedat opin. Dy. pro qua facit, quia etiam ex iniusta causa pos. acquiritur. ad quod facit quod dixi, sup. eod. q. 20. ad quod etiam vide quod dicam in c. seq. art. 34. & hoc idem tenent Io. de Imo. & Pau. de Cast. in d. l. quod meo. & Pau. de Cast. in d. §. si vir.

¶ Sed quæro circa prædicta, pone quod præcedit causa, sed illa est inutilis seu inualida, vtrum trãs-
111 feratur pos. † Sol. Dic, quod sic, vt statim dixi in opin. Dyni & sequacium, per d. §. si vir. & probatur in l. 1. §. fi. ff. de vsuca. pro dona. & in l. quod vxor. ff. de acquir. poss. vbi tex. dicit, quod vxor viro vel vir vxori donauerit pro possessore possidetur, vt l. nec vllam. §. 1. ff. de petitio. hæred. Nec ob. l. inter virum. 2. ff. de dona. inter virum & vxo. vbi tex. dicit, inter virum & vxorem nec possessionis vlla est donatio. quia procedit, quãdo vir solum voluit donare pos. quia tunc non transfertur pos. secus quando voluit simpliciter donare rem, quia tunc, licèt quo ad proprietatem non valeat donatio, tamen bene transfertur poss. vt d. §. si vir. cum sim. & probatur per simile, quia si vir donat vxori fructus seu vsumfructum fundi, donatio non tenet, vt l. pro oneribus. C. de iu. dot. & tamen si donat fundum quo ad proprietatem, vxor facit fructus suos, vt l. de fructibus. ff. de dona. inter virum & vxo. de quo tamen dicendum, vt ibi per glo. & l. fructus. ff. de vsuris. & d. l. pro oneribus. Vel potest solui, secundum Io. vt dicit glo. in d. l. inter virum, quòd illa lex dum dicit, nec possessionis ulla est donatio. intelligi debet, scilicet irreuocabilis seu rata & firma, quia de facili reuocatur, & sic etiam soluit glo. in l. si cum qui mihi. ff. de donat. inter vir. & vxo. ar. l. fin. §. sin autem. C. communia de lega. Item non ob. l. iubemus. in fi. C. de sacrosan. eccl. vbi ex inutili contractu non transfertur poss. quia potest responderi secũdum Bar. quod ibi ponitur possessio, sicut dicimus quotidie, ista est pulcra poss. ff. de verbo. sign. l. interdum. Vel melius ex inutili contractu transfertur poss. quando is qui possidet, est talis qui potest perdere, & transferre poss. alias secus: puta si est pupillus, vel ecclesia, vt l. pupillus. ff. de acquir. rerum dom. secundum Barto. in d. §. si vir.

¶ Aduerte tamen, quia si contractus rescinderetur eo, quia esset fictitius & simulatus, & ficta interuenisset possessionis translatio, puta per clausulam constituti, retentionem vsusfructus, vel similem modum, de quibus inf. in 29. prin. ar. nulla transfertur poss. vel dominium, ad quod vide quæ dixi supra in rubr. tract. 1. ar. 5. q. 2. versi. 10. dominiũ nobis quæritur. ibi, per constitutum. & hoc procedit, quando agitur de ficta translatione poss. secus si esset facta vera traditio possessionis: quia tunc, licèt cõtractus sit fictitius vel simulatus, tamen nõ impeditur poss. acquisitio. tenet Bald. in c. 1. §. callidis. de prohi. feu. alie. per Fede. & ita intelligo quod tradit Bart. in l. emptor. ff. de aqua plu. arcen. quia ad translationem poss. non requiritur causa, seu quod causa sit iusta, vt dixi. ¶ Et ex prædictis infertur no. quod si contractus fuit fictitius & simulatus, & sic pos. fuit fictè translata, quamuis postea purgetur vitium simulationis, vel fictionis, tamen ad acquirendam poss. necessaria esset noua traditio possessionis vera. secus si traditio fuisset facta fictè, quia sufficeret antiqua traditio, de conces. præben. c. postulastis, & c. postulasti. de cle. exc. mi. no. Archi. 1. q. 1. c. ordinationes. super gl. 1. facit etiam quod no. Spec. in ti. de primo & secũdo decreto. §. videndũ. vers. sed quę est ratio. ¶ Et no. quod licet causa non requiratur, tamẽ probata poss. hæredis eiusdem rei quam defunctus ex aliqua causa possidebat, pos. hæredis intelligitur esse ex eadem causa, & eodem modo quo defunctus possidebat ad hæredem peruenisse dicetur, vt l. 3. §. ex plurimis. ff. de acquir. poss. & ibi no. Io. de Imo. quia à primordio tituli, posterior formatur euẽtus, vt l. 1. C. de imponenda lucratiua descriptione. lib. 10. facit l. si filia. §. Neratius. ff. fam. ercis. & l. actione. §. morte. vers. sic ex re communi. ff. pro socio. & l. 2. C. de acquir. pos. Vtrum autem quis possit eandem rem ex pluribus causis possidere, vide quod dixi in c. præced. art. 26. q. fi.

112 ¶ Vigesimoquintò quæritur, vtrum † poss. possit quæri pure, & sub conditione, aut in diem. ¶ Sol. Dic, quod non solum potest quæri purè, sed etiam sub conditione, & in diem, & ipsius conditionis defectus, sub qua quæri debebat, acquisitionem impedit, vt l. qui absenti. §. 1. ff. de acq. poss. & vide, quod dixi sup. in rub. tract. 2. ar. 5. quęst. 8. vers. octauo impeditur.

¶ Vigesimosextò quæro, quis dicatur possessio-
113 nem adeptus. † Sol. Dic, quòd ille videtur proprie possess. adeptus, qui illam retinere potest. vnde

deijciens aliquem de poss. si non potest illam retinere, non videtur eam adeptus, vt l. non videt. ff. de acquir. poss. sentit glo. in l. quod meo. §. fin. ff. de acq. poss. facit, quia non dicitur aliquid ad aliquem peruenisse quod non stetit, vt in c. commissa, iuncta gl. de elect. lib. 6. & c. licet episcopus. de præben. lib. 6. tradit Pau. in cle. gratiæ. de rescr. & no. in l. si pro parte. §. versum. ff. de in rem verso. In contrarium facit l. cum sponsus. §. fi. ff. de publi. & quod dixi supra in rubr. tract. 3. artic. 5. in tertio requisito. versic. prima declaratio. & in l. cum prætor in hæredem. ff. de reg. iur. & quoniam iura in hoc articulo, quando quid
114 dicatur ad aliquem peruenisse, † seu vtrum censeatur fuisse quod non durauit, vario modo loquuntur, vt ipsam materiam quæ quotidie, & vario modo contingere potest, plenissimam habeas: Distingue post Henricum Boich in cap. nam & ego. inf. de regu. iur. plurimis additis, quòd aut illud quod fuit, nec durauit cōsideratur vt causa in relatione ad effectum, & tunc, licèt causa non duret post completum effectum, licèt cesset, non tamē cessat effectus. vnde dicit lex, quòd hæreditas quæ defertur agnatis post eam acquisitam, licèt desinat agnatio, non tamen propter hoc desinit effectus. ff. vnde lib. l. si. primo responso. & ar. ff. qui satisda. cog. l. sciendum. §. fi. & ff. de reb. dub. l. si cognatis. 1. responso. & est casus in l. 1. C. de pact. vbi pactum seu contractus innominatus, scilicet dationis sextantis ex parte filij testatoris rogati per testatorē restituere hæreditatem Licinio Frontoni si sine liberis decederet, & remissionis fideicommissi ipsius Licinij fuit completus, & ideo licèt causa propter quam pactum interuenit, scilicet timor filij timentis decedere sine liberis cessauerit, quia decessit cum liberis, non tamen cessat effectus, quia non retractatur pactum, & pro prædicta conclusione faciunt no. in c. causam quæ. 1. & quod ibi traditur per Innoc. Io. An. & Do. meum, inf. de testi. & per Dyn. Barto. & Ange. in l. cum lite mortua. ff. iudi. solui. & per Io. An. in addi. Specu. in titu. de in. delib. §. restat. vers. item si instantia. per Cyn. & Doct. in l. properandum. C. de iudi. in qui-
115 bus dicitur, quod effectus inductus † per litis contestat. quoad acta probatoria durat, licèt perempta instantia pereat litis contestatio, & alia acta ordinatoria, dixi latissimè post Docto. in c. penul. supra de iudi. art. 27. tertia conclusio. & prædicto modo procedit l. cum sponsus. §. fi. ff. de publi. vbi ad causandam publicianam sufficit quod possessio etiam momento fuerit acquisita. aut illud consideratur aliter, & tunc, aut certum tempus est expressum & limitatum, per quod debeat durare ad consequendum effectum, & tunc si tanto tempore non durauit, non censetur fuisse. Exemplum in vsucapione & prescriptione. ff. de vsuca. l. vsucapionibus. per totum. C. de vsuca. transfor. l. vnica. §. cum autem. inf. de præscr. c. de quarta, c. ad aures. c. auditis, & per totum, & infra de restit. in integ. per totum, & in c. 1. eod. tit. lib. 6. & in clemen. vnica. eod. titu. Item potes figurare exemplum in tacita professione, ad quam faciendam certum tempus est statutum. inf. de regu. c. statuimus, & per totum, & in c. is, qui. eo. ti. lib. 6. Aut certum tempus non est limitatum à iure, & tunc, aut per illud quod factum fuit ius est alteri incommutabiliter acquisitum, & tunc bene censetur fuisse quod non durauit, vt l. cum prætor in hæredem. ff. de reg. iur. vbi dicitur, quod cū prætor dat in hæredem actionē quatenus ad eum peruenit, sufficit quòd ad eum peruenerit ex dolo defuncti, quamuis momento durauerit. nam ex eo quòd ad eum peruenit statim est creditoribus hæreditarijs obligatus, & ad idem quod metus causa, in l. quod diximus. §. fi. & l. videamus. & ff. de acquir. hęred. l. quam diu. & ff. de bonorum poss. secundum tab. l. 1. §. semel autem. & de suc. edic. l. 1. §. qui semel. & de fidei commis. lib. l. quidam in testamento. & ff. de duob. reis. l. eandem. §. si quis. in fi. faciunt etiam no. per Zenze. in extrauagan. suscepti regiminis, Io. 22. super ver. transeant ipso iure. vbi dicit, quod vbi per commissionem ius est alteri quæsitum, mora purgari nō potest, facit etiam regula, quod semel placuit, de reg. iur. lib. 6. Aut per illud quod factum est, nō est ius alteri quæsitum, & tunc, aut quæritur in factis conditionis implendæ, & hoc casu semel legiti-
116 mè factum, † censetur factum, & consequitur effectum, licèt non duret factum, vt d. l. quidam in testamento. & C. quando dies le. ce. l. cum vxori. ff. de condit. & demonst. in l. legata. Aut in alijs factis: Et tunc, aut factum est ab initio necessarium & vtile respectu illius, qui factum illud nititur impugnare, & satis est quòd semel sit legitimè factum, licèt non duret factum, & ideo ille qui ab initio vtiliter gessit negocia alterius habet actionem negociorū gestorum, licèt negocia sic gesta perseuerantiæ effectum non consequantur. ff. de neg. gest. in l. sed an vltro. §. 1. & ff. de in rem verso. l. quod si seruus. §. & si seruum. & l. si seruus in rem. in prin. & ff. mandati. l. qui mutuam. §. fi. & de contrario iudi. tutelæ. l. 3. §. sufficit. & C. de nego. gestis. in l. si seruum. Aut non est ab initio necessariū vel vtile respectu illius, qui
117 nititur impugnare, & tunc non censetur † factū, nisi duret factū. ff. quod cuiusque vni. no. l. item eorum. §. quod si actor. & de in integ. restit. l. diuus. & ff. de mino. l. quod si minor. §. restitutio. & de petit. hæred. l. si possessor. §. bonæfidei. ff. de inoffi. testam. in l. nam etsi. §. hæredi. & de hæredit. vel acti. uendita. l. 2. §. peruenisse. & de in rem verso. l. si pro patre. & de ædi. edic. l. quid si fugitiuus. & ff. de ritu nupt. l. palam. & de diuor. l. diuortium. de leg. 3. l. qui concubinam. §. si hæres. de capti. & postli. reuer. l. nihil. C. de cura. fur. l. cum alijs. & de his quibus, vt indig. l. aliam. & l. penult. in fi. in Authen. de sanctis. epis. §. sed hoc præsenti. de pœnit. dist. 1. cap. diuortium. & hoc modo non videtur poss. adeptus ille, a quo potest auocari, vt l. non videtur. ff. de acquir. poss. & l. sequitur. §. tunc in potestatem. & §. si dominus. ff. de vsuca. & uide quod traditur in l. mulieris. §. fin. ff. de verbo. signif.

¶ Vigesimoseptimò quæro, qualiter acquira-
118 tur † detentatio. ¶ Sol. Dic per actualem rei apprehensionē, siue quis per talem apprehensionem adipiscatur poss. siue non. nam per acquisitionem possessionis dicitur quis etiam detinere, licèt plus iuris habet possessor & detentator, traditur per glo. & Bar. in l. 1. in princ. ff. de acquir. possess. Detentatio enim in genere sumpta naturalem & ciuilem poss. retinet, & ad materiam vide quæ latè dixi in cap. 1. supra eod. articu. 7. & sic declara hanc quæstionem, secundum ea quæ ibi dicuntur.

¶ Postremò circa hunc ar. collige etiam, quòd per priuationem & amissionem possessionis ipsius acquiritur pos. alteri, secundum ea quæ latius videbimus in cap. penult. inf. eod. articu. 42. Est enim re
119 gulare, quòd † corruptio vnius, generatio est alterius, secundum quod tradit Philosophus in libro de generatione & corruptione, & probatur Instit. quibus modis tollitur obligatio. §. præterea. in l. cū prætor. ff. de iudic. in c. nonne. inf. de præsump. in l. qui res. §. aream. ff. de solut. & l. quæsitum. §. idem respondit. ff. de fundo instruc. 25. dist. c. qualis. Item ad hanc acquirendam pos. vide quæ dicam inf. eo. ti. c. pastoralis. art. 28. quoniam ea quæ ibi dicentur, faciunt ad materiam nostram.

¶ Conclude igitur circa hanc materiam, quòd
120 ad acquirendam pos. exigitur actus corporeus † & animus, vt supra dixi, in princ. & q. 23. & in tantum requiritur actualis apprehensio & ingressus, quòd quamuis fiscus bonorum vacantium vel publicatorum proprietatem acquirat, absque apprehensione, non tamen acquirit posses. vt l. cum duobus. §. idem respondit. ff. pro socio. & l. fin. in fi. C. de sacrosanc. eccl. & l. fi. C. de bonis vacan. tenet Bald. in cap. 1. quid sit inue. & idem in ecclesia, quæ etiā sine actu corporali, licèt ex solo titulo dominium acquirat, non tamen acquirit pos. licèt quidam contrarium teneat, ad quod vide quæ latè dixi supra in rub. tracta. 3. artic. 5. vers. tertio fallit in ecclesia.

¶ Prædicta tamen procedunt respectu actus corporei, per quem verè vel etiam fictè transfertur pos. Sed quibus casibus fictè nobis pos. quæri possit, latè dicam inf. in 29. princ. artic.

¶ Vigesimooctauo princ. articu. tractandum est, per quos modos & actus, & quæ exigātur ad acqui-
121 sitionem quasi pos. † rerum incorporalium, quæ materia est valde difficilis & subtilis, vt ex inf. dicendis apparebit, & ideo ad ipsius clariorem doctrinam prosequar tria membra principalia.

¶ Primum, quæ requirantur ex parte volentis acquirere quasi possessionem.

¶ Secundum, quæ requirantur ex parte eius, qui vult acquirere quasi pos.

¶ Tertium, quæ requirantur ex parte materiæ.

¶ Et ad intellectum prædictorum membrorum, quia hic tractandum est de quasi poss. iurium & rerum incorporaliū, vide quomodo describatur quasi possessio, seu quid sit quasi poss. quæ latè dixi sup. eo. c. 1. art. 21. & in cap. præced. art. 25. vbi tractaui, quæ res possint quasi possideri.

¶ Quo ad primum membrum trado hanc doctrinam, quòd sicut ad acquirendam veram pos. rerū corporalium exigitur actus corporeus & animus acquirendi, secundum ea quæ latè tradita fuere in 28. princ. art. & in fi. illius ar. ita etiam ad acquirendam quasi pos. iurium exigitur actus corporalis & acquirendi animus, vt legitur, & no. in c. 2. supra de consue. tradit Innoc. Host. & Io. And. in c. in literis. de restit. spol. per l. 1. primo responso. & l. possideri.
122 primo responso. ff. de acquir. pos. & sicut vera † pos. rerum corporalium potest acquiri animo, & per actus corporeos verè & fictè, de veris diximus artic. præced. de fictis videbimus in 29. princip. articu. ita etiam quasi posses. rerum incorporalium, quia potest acquiri per actus veros corporales, de quibus hic tractandum, & similiter etiam per fictos, de quibus dicemus artic. 29.

¶ Aduerte tamen, quia quod dixi de veris actibus corporalibus, non est intelligendum de vera apprehensione, quæ fiat per traditionem: quia cum quasi posses. sit iurium incorporalium, in ipsis non cadit vera traditio, vt l. 3. ff. de vsufr. in c. cōquestus. de foro compe. & l. quotiens. ff. de seruit. dixi supra cap. 2. artic. 25. nec etiam in eis potest dari vera apprehensio, quia ius incorporale non est apprehendibile, cum sit incorporale, sed tamen necessarius est vsus iuris, qui fit per actum corporalem.

¶ Et est aduertendum, quod quandoque ista ac-
123 quisitio † quasi posses. fit per varios actus. primus versabitur circa acquisitionem quasi poss. alicuius seruitutis realis ad res corporales per actum corporeum apprehensionis, ad quam & in cuius finem ius est destinatum. Quidam verò sunt actus accessorij ad rem, in cuius finem ius est destinatum: quidam verò sunt actus omnino extranei seu separati à iure seu re principali, in cuius finem ius est destinatum.

¶ Quo ad primum casum, videlicet ad acquirendum quasi pos. alicuius seruitutis realis, requiritur quòd quis possideat fundum seu prædium vrbanū vel rusticum, cui seruitutem acquirere intendit,
124 aliàs † non potest acquiri quasi pos. iuris seu seruitutis ad prædium sine posses. prædij dominantis, vt l. 1. §. si tibi fundum. & ibi glo. ff. de itin. actuque priua. licèt gl. in d. l. 1. §. si is cuius. aliter dicat, & male, vt dixi supra eod. cap. 2. artic. 25. in fi.

¶ Item exigitur, ꝙ volens acquirere quasi pos. sit capax illius quasi poss. vt in c. causam. de præscr. ad quod vide quod dixi sup. c. præced. artic. 23. & articu. 25. & quod dicam infra in tertio membro principali. Vnde Iudæus in Christianam, aut impubes nō potest acquirere quasi posses. iuris maritalis, vt infra de diuor. c. gaudemus. & inf. de restitu. spol. cap. ex parte. nec hæreticus quasi pos. ecclesiarum spiritualium. 23. quæst. 7. cap. 1. & 2. & per glo. 8. distinct. quo iure. nec Iudæus quasi possessionem iurisdictionis in Christianos. 54. distin. cap. nulla. inf. de Iudæ. c. cum sit. aut iuris seruitutis, vt in cap. 1. & 2. inf. de Iudæ. & C. ne Iudæus Christi. man. in ru. &
125 nigro. nec inferior † à Papa quasi pos. summæ plenitudinis potestatis Papæ, quoniam illam habuit à Domino, cuius inferior est incapax. 21. dist. cap. in nouo, & c. sequenti. no. Innocen. in c. bonæ. 2. inf. de postula. prælato. in glo. in versicu. requiritur. ad finem, & no. glo. in cap. cum nobis. de præscriptio. nec etiam inferior potest acquirere quasi posses. libertatis in suum principem, illum nō recognoscendo in superiorem, vel nullum alium in superiorem recognoscendo. inf. de præscriptio. cum non liceat. & ibi de materia. & septima, quæst. 1. cap. in apibus. & inf. qui filij sint legitimi, cap. per venerabilem, & l. 2. C. ne quid in lo. sac. & l. comperit. C. de præscriptio. 30. vel 40. ann. ¶ Et ex dictis ibi decidi-
126 tur, an inferior † possit acquirere quasi pos. reseruatorum in priuilegium sedis Apostolicæ, vel principis, vt in c. quod ad translationem. sup. de offic. leg. & in c. sicut vnire. de exces. præla. Aut quasi pos. iuris creandi Doctores, notarios & similes, in cap. cum P. Tabellio. inf. de fide instrum. vel an inferior

ferior clericus posſit acquirere quaſi poſs. poteſtatis excõicandi. de quo in c. conquerente. ſupra de offi. ordin. vide quod dixi in c. 1. de ſen. exc. artic. 5. & in cap. 2. eod. ti. art. 6. Nec laicus poteſt acquirere quaſi poſſ. audiendi confeſsiones, ſecundum Dom. Ant. in repet. c. fin. inf. eo. col. 20. requiritur ergo, vt dixi, quòd volens acquirere quaſi poſ. alicuius iuris, ſit capax illius iuris.

127 ¶ Item exigitur aliquis vſus ſeruitutis † ex parte volentis ſeu intendentis talem quaſi poſs. acquirere. vt ire, agere, aquam ducere, ſtillicidium vel tignum immittere, protectum aut appenſum retinere, iuriſdictionem vel actum iuriſdictionalem exercere. eligere, præſentare, conferre, & cetera ſimilia, prout infra clarius apparebit. Nam per ſolam apprehenſionem fundi, non acquiritur quaſi poſ. ſeruitutis, niſi quis vtatur ſeruitute, & requiritur etiam quod talis ſit vſus iure ſeruitutis, vt ex inf. dicendis apparebit. quod procedit etiam ſi voluntas vel animus habentis prædium vicinum ſit conſtituere ibi ſeruitutem, vel per titulum conſtituat ibi ſeruitutẽ. pone etiam, quòd quis habeat duo prædia contigua, vel ædes contiguas, & vendit alterum prędium vel domum, & imponit aliquam ſeruitutem, vel prędio quod tradit, vel ſuper prædio quod ſibi remanet. arbitror enim quod quamuis tradat rem venditam, etiam animo creandæ ſeruitutis, quòd antequam emptor incipiat vti illa ſeruitute, quaſi poſs. ſeruitutis non dicitur ſibi acquiſita: quia ſicut per ſolum titulum abſque traditione non acquiritur ve
128 ra † poſs. rei, vt latè dixi ſupra, artic. 27. & colligitur ex ijs, quæ dixi ſupra in rubrica, tract. 3. artic. 3. in tertio requiſito, ita per ſolum titulum, per quẽ partes intendunt nouam creare ſeruitutem, non acquiritur quaſi poſs. ſeruitutis. ſecus ſi talis ſeruitus non crearetur de nouo, ſed eſſet iam creata, & in eſſe deducta, quia cum adhæreat fundo, per tranſlationem fundi, antequam quis incipiat vti illo iure, licet transferatur proprietas iuris, non tamen tranſfertur quaſi poſs. illius iuris, vt l. via conſtitui. §. 1. & l. cum fundo. ff. de ſeruit. ruſt. præd. & in l. cum fundus. ff. communia præd. ſecundum Dom. Anton. in cap. fin. inf. eo.

¶ Sed aduerte, quia poſſet attentari, quod antequam quis incipiat vti ſeruitute per ſolum titulum & rei traditionem non ſit acquiſita quaſi poſs. ſeruitutis ante ipſius ſeruitutis vſum, licèt ſeruitus per prius eſſet creata, ſed ſolum ſit quæſita proprietas, quoniam prædicta iura proxime allegata & ſimilia, dicunt quod ſeruitus non confunditur, ſed remanet, & ſequitur fundum dominantem, & debentem ſeruitutem, non autem quòd is qui de nouo acquiſiuit fundum, acquiſiuerit quaſi poſs. ſeruitutis. facit quod dicam inf. in verſ. ſecũdo deciditur quęſtio, & ibi dicta poſſent allegari pro vtraque opin. Sed fortè dici poſſet, quòd imo quaſi poſſeſ. ſeruitutis ſit quæſita, ex quo illa ſeruitus eſt iam annexa fundo, & debetur fundo, & iam illi fundo per præcedentem vſum eius, qui retinuit, fuit quæſita fundo. ſicut ergo, ſi fundum poſsideo per vnum colonum, & illum mutauero, ponendo alium, retineo poſs. per illum: ita & in noſtris terminis dicendum ſit, quòd ex quo ſeruitus & ipſius quaſi poſs. eſt acquiſita fundo abſque alio vſu noui domini intelligatur quæſita nouo domino, facit quod ſtatim dicam in d. verſ. ſecundo deciditur quæſt. cogitabis. Et ad prædicta uide omnino, quæ dixi ſupra eod. c. 1. artic. 21. ibi, ſed quæro pro intellectu. ergo &c. & ibi, aduerte, quia iſte art. &c. Et ex prædictis infertur deciſio ad plures quæſt.

¶ Primò deciditur quæſtio, pone quòd aliquis ingreditur poſſeſsionem ciuitatis habentis caſtrum ſubiectum ratione ſubiectionis vel iuriſdictionis.
129 vel † acquirit poſ. eccleſiæ habentis ſubiectas capellas, vtrum acquirat quaſi poſs. ſubiectionis abſque aliquo vſu ſubiectionis. deciditur enim, quod ſi per prius poſsidens ciuitatem vel eccleſiam erat in quaſi poſs. ſubiectionis caſtri, vel capellarum, ꝙ abſque alio particulari iuriſdictionis exercitio acquiritur quaſi poſ. ſubiectionis & iuriſdictionis, ſecus ſi quaſi poſs. nondum eſſet formata: quia licèt quis ingrediatur poſs. ciuitatis, vel eccleſiæ animo acquirendi quaſi poſs. ſubiectionis, vel iuriſdictionis, illam abſque ipſius vſu non acquirit, & ita ſingulariter tenuit Petr. de Bellaper. in repe. l. ſeruitutes. ff. de ſeruit. & Dom. Anton. in repe. cap. fin. inf. eod. verſic. per hoc concluditur, quod ſi aliquis. colum. 15.

¶ Secundò deciditur quęſtio, vtrum per traditionem prædij decimalis acquiratur quaſi poſs. iuris de
130 cimandi † in qua quæſtione Innoc. in c. in literis. inf. de reſtit. ſpol. ponit duas opin. nam in prima parte glo. magnæ dicit, quod acquiritur per l. 3. in prin. in ver. dare. ff. de vſufr. quinimo plus ſubdit, quod apprehenſa vna gleba fundi decimalis, acquiritur quaſi poſs. iuris decimalis totius fundi, dum tamen totus fundus cõtinuatus ſit, & nullus alius eiuſdem fundi partem poſsideat, vt d. ver. dare, iuncta l. 3. ff. de acquir. poſs. deinde Innoc. in d. glo. magna, verſ. illud autem, ponit contrariam op. cõcludens, quòd traditione fundi decimalis non quęritur quaſi poſ. iuris decimalis, etiam reſpectu partis, quia per hoc non datur vſus iuris decimalis etiam reſpectu partis, niſi vtatur iure decimali ipſam decimam colligendo, per l. ſeruus qui bona fide. §. incorporales. ff. de acquir. re. dom. & l. ratio. §. ſi inter. ff. de act. emp.

¶ Nec obſtat d. l. 3. in ver. dare: quia imo facit pro nam, dum tex. ibi dicit, dare autem, intelligitur ſi induxerit in fundum legatarium, eumve patiatur vti frui. illa dictio ve, exponitur pro &, & ſic probat, ꝙ ſola traditio nõ ſufficit, niſi interueniat vſus, vt probatur. ff. de publi. in l. ſi ego. §. 3. & ff. de vſucap. l. ſequitur. §. ſi viam. Item, quia aliud eſt in vſufructuario quam in decimario, vel habente aliam ſeruitu
131 tẽ, quia † vſufructuarius naturaliter poſsidet fundum, in quo habet vſumfructum. ff. de acquir. poſ. l. naturaliter. & l. Pomponius, §. 1. dixi ſup. eod. c. 2. ar. 22. decimarius vero nullo modo poſsidet fundũ, in quo decimæ colligendæ ſeruitutẽ habet, & hanc opi. ſequuntur Hoſt. Io. An. & Zab. in d. c. in literis. Sed Dom. Ant. in repe. c. fi. inf. eo. col. 15. verſ. ex ijs ſecundo deciditur quæſtio, nititur ſaluare vtrãque opin. per diſtinctionem, quia aut agitur de transferenda quaſi poſs. iuris decimalis iam formata, quia rector iam exiſtens in quaſi poſs. iuris ipſius decimæ animo transferendi hanc quaſi poſs. in alium inducit illum in fundum decimalem, & procedit prima opinio, per ea quæ ſuperius dixi. Sed ſi agere-

tur de creatione iuris decimalis, non acquireretur quasi poss. iuris decimalis, & sic procedit prima opi. vt etiam sensit Innoc. facit, quia sine actu vel exercitio illius iuris non creatur quasi poss. illius iuris, per tex. nostrum ibi, vocemque habuisse. & ibi, vocem habuerunt eligendi.

¶ Aduerte tamen, quia primum dictum non videtur procedere sine dubitatione, ex quo quasi possidens illud ius, non possidet fundum, per ea quæ supra dixi in prin.

132 ¶ Tertiò deciditur quæstio, vtrum inductus† in poss. castri, vel ciuitatis animo acquirendi quasi pos. iurisdictionis, acquirat quasi pos. iurisdictionis. quã quæstionem tangit Bart. in l. 3. in prin. ff. de acquir. poss. dicens, quod exigitur aliquod exercitium iurisdictionis sciente & patiente illo, cuius iurisdictioni præiudicatur, & vide quod dixi sup. eo. artic. 27. q. 2. Dom. Anto. in repe. c. fi. inf. eo. col. 16. versic. ex his deciditur, an ex inductione. dicit, quod dictum Bar. procedit, quando ingrediens ciuitatem, non ingrediretur in apparatu iurisdictionali. quo casu dicit distinguendum, vtrum ageretur de creanda iurisdictione, an de iam creata, transferenda, vt supra: secus si ingrederetur cum apparatu iurisdictionali, quia tunc acquireretur quasi poss. totius, etiam respectu iurisdictionis, per l. Publius. ff. de condi. & demonst. & l. 1. ff. de offi. præto. & l. 1. & l. obseruare. §. fin. ff. de offi. proconsu. & lega. si modo ingrederetur tanquam dominus, & iurisdictionem habens, quoniam per talem præeminentiã videtur aliquem actum iurisdictionis exercere, cum talia iurisdictioni annecti videantur. supra de offi. lega. c. volentes. & infra vt lite pen. c. 1. subdit tamen, quòd si ageretur de acquirenda iurisdictione totius prouinciæ, oporteret quòd ingrederetur ciuitatem, secundum Guil. de Cunio in d. l. 1.

¶ Quartò deciditur quæstio de inducto in poss.
133 corporis ecclesiæ animo acquirendi † quasi pos. iuris administrandi, vtrum hanc quasi poss. acquirat. Et videtur dicendum quod non, si agitur de creando tali iure, per superius dicta. contrariũ tenet Do. Ant. in d. c. fi. colum. 16. vers. ex his deciditur aliud dubium. mouetur, quia ingredi ecclesiam est cohærere administrationi ecclesiæ, vnde eo ipso quod superior illum indicat, incipit tangere aliquid de administratione ecclesiæ, & de iure administrandi, quod etiam consistit in tenere, & sic acquirit quasi poss. iuris administrandi. facit c. dilecto. de præben. & c. transmissam. sup. de elect. quod mihi placet, si præcessit titulus, & nullus alius sit in poss. ad quod vide, quæ dixi, sup. art. 27. q. 7. & q. 8.

¶ Quintò deciditur quæstio de illo qui induci-
134 tur † in pos. capituli, vel chori, vtrum acquirat quasi poss. vocis dandæ, & iuris eligendi. & per prædicta videtur dicendũ quòd non, vbi agitur de creando prædicto iure. in contrarium facit, quia actus capituli fit solum propter ius dandæ vocis, ideo tanquam illi cohærens uidetur acquiri quasi pos. iuris eligendi, sed nõ sic est in apprehensione fundi, quo ad decimam, cum talis acquisitio possessionis fundi possit fieri ad alium effectum, videlicet acquirendi dominium, vel quasi dominium. Sed Dom. Anto. in d. c. fin. vers. ex hoc apparet, quòd si aliquis, tenet quòd non acquiratur, quia per talem ingressum nihil tangit de iure eligendi. fatetur tamen quòd ex hoc est in quasi poss. capituli, & habet licentiã propria auctoritate exercendi iura capitularia. ego arbitror hoc procedere, si præcedit titulus, & sit installatus à superiore. Secus si aliquis fuisset præsens in capitulo tempore celebratæ electionis, & ad ipsum de iure non spectaret electio, quia tunc per vnicum actum præsentiæ non acquiritur quasi poss. iuris interessendi, sed per multiplicatos actus, videlicet triginta actus vel plures. Et quamuis essent triginta vel plures, si tamen non dedisset vocem, non acquireret quasi possess. iuris vocis dandæ, sed solummodo iuris interessendi, ad quod vide quæ latius, inf. subiungam.

¶ Sextò deciditur quæstio, quòd si superior poneret aliquem in poss. tribunalis in apparatu iurisdictionali, quòd per talem positionem acquireret
135 quis † quasi poss. iurisdictionis, secundum Dom. Anto. in d. repet. c. fin. inf. eo. vers. ex prędictis puto. per prædictum c. dilecto. ¶ Sed tu aduerte, quia in contrarium facit, quod no. Inno. in c. olim. 3. inf. de restit. spol. & Bal. in c. 2. de consue. recti feudi. vbi dicunt, quòd per processum factum contra penitus contumacem non acquirit quis quasi poss. iurisdictionis, quia per hoc non possidet iudex, nisi labia sua: quare oportet quod executio sit facta per capturam pignorum, vel descriptionem bonorũ, aut per similem modum. Et ratio est, quia iurisdictio requirit extremum, in quo aliquid agatur verè, & non abusiuè. ergo videtur quòd per solam sessionem in tribunali non acquirat quis quasi poss. iurisdictionis. Sol. Arbitror dici posse, quod aut non præcessit actus, per quem superior iudicem in apparatu iurisdictionali posuit in poss. tribunalis, & procedat dictum Innoc. & Bal. Aut præcessit, & procedat dictum Dom. Anto. Subdit etiam Dom. Ant. in dicto loco, quòd si aliquis poneretur in poss. loci, vbi colligitur passagium, quod per hoc nõ acquireretur quasi poss. iuris colligendi passagium, etiam si locus esset destinatus ad colligendum passagium, quia ingressus domus vel loci non tangit aliquid de iure colligendi passagium. Et per prædicta aperitur via ad decidendas alias quamplures quęstiones, secundum Dom. Ant.

¶ Septimò deciditur quæstio, vtrum prælatus vel
136 canonicus † per ingressum fundorum, castrorũ, villarum seu prædiorum ecclesiæ, dicatur acquisiuisse quasi pos. prælaturæ, vel iuris præbendalis. in qua quæstione Innoc. in c. in litteris. inf. de restit. spol. in glo. mag. fuit varius. quoniam in vers. item dicunt eum acquirere. refert quosdam tenere quod acquirat quasi poss. iuris prælaturæ & canonicalis, nõ simpliciter, sed solummodo quo ad ingressam & acquisitam specificam rei poss. refert etiam, alios simpliciter tenere talem non acquirere quasi possess. iuris prælaturæ, seu canonicalis, nec in totum, nec etiam quo ad possessioné tantum, ex quo non est in poss. vniuersalis iuris per aliquem actum ad vniuersalem poss. transferendam. Host. vero tenet, quod si domus vel fundus pertineat ad præbendam, quod ipsius ingressus animo & intentione acquirendi totũ, operatur vt quasi poss. acquiratur iuris vniuersalis, per l. 3. §. fi. ff. de acquir. poss. & l. gerit. ff. de acq. her. Sed Dom. Anto. in d. c. fi. dicit se credere, quòd si consue-

consuetudo sit vt illud sit signum traditæ possessionis, quòd tunc per ingressum fundi transfertur qua si possess. vniuersalis fundi, ar. c. 2. supra de consuet. & per no. in c. transmissam. supra de elect. facit c. in his. 11. dist. & quod dixi de inuestitura, & installatione, supra artic. 27. q. 7. & ita potest intelligi cap. dilecto. inf. de præben. Si vero de consuetudine nihil apparet, tunc solum intelligitur acquisita quasi poss. administrandi temporalia, & non spiritualia. Et ratio est, quia ex quo superiore sciente & patiente ingreditur fundum, tangit aliquid de administratione temporalium: ergo ratione cõtiguitatis eiusdem speciei, extẽditur quasi poss. ad aliam rem eiusdem speciei, dummodo constet de animo per causam, vt l. 3. §. 1. ff. de acquir. poss. Ad spiritualia verò nõ extenditur, licèt claudatur sub vniuersali genere iuris administrandi: quia species administrãdi, quæ tangitur, & est inferioris gradus, & habet se inferius ad ius administrandi spiritualia, quod est alterius speciei & superioris gradus, ad ipsum non extenditur, faciunt no. per Innoc. in c. dilectus. inf. de capel. mo. quæ decisio videtur mihi satis dubia, sed propter varias occupationes & intensos calores non fuit concessa facultas & tempus maturius cogitandi. Illud tamen clarum arbitror, quod prædicta decisio solum procedat, quando poss. esset uacans, secus si nõ esset vacans, sed ab alio possessa, ar. eorum quæ dixi supra de poss. non vacante. artic. 27. q. 2. & q. 7. pro prædicta tamen opin. facit opinio Andreæ de Isernia, de qua dixi in d. q. prope fin.

¶ Octauò deciditur dubium, quid si aliquis inducatur in poss. ecclesiæ, vel fundorum ecclesiæ, ratione iuris patronatus, an per hoc acquiratur quasi
137 poss. iuris patronatus? † & est aduertendum, quod ex iure patronatus plura iura consequuntur: quædam consistunt in honore, vt in præsentatione ad præbendas & ecclesias non collegiatas. inf. de inst. c. ex frequentibus. & c. fi. & de iure patro. c. illud. & c. ex insinuatione. 16. q. 7. c. decernimus, & in collegiatis ecclesijs seruatur quod traditur in c. à nobis. inf. de iure patro. & in c. sacrosancta. & c. Massana. supra de elect. Item consistit honor in reuerentia, quia patrono debetur processio, hoc est primus locus in processione, & in sessione, secundum Damasum in c. à nobis. §. fi. de iure patr. & 16. q. 7. cap. piæ mentis. & seq. Item & secundo consequitur onus. obligatur enim patronus tueri, defendere & administrare bona ecclesiastica. 16. quæstio. 7. cap. filijs. Item & tertio consequitur emolumẽtum, quoniam patronum ad inopiam vergentem ecclesia pro qualitate personæ & quantitate facultatum tenetur alere, vt d. c. à nobis fuit. & 16. q. 7. c. quicunque. & cap. filijs & nepotibus, & per totam illam quæstionem. Et prædicta omnia iura competunt etiam patrono laico, excepto iure administrandi. Redeundo igitur ad titulum quæstionis, dicit Dom. Anto. in d. repet. c. fi. eo. col. 18. vers. ex his deciditur aliud dubium, se putare, quod per apprehensionem possessionis ecclesiæ, & inductionem in possessionẽ acquiritur quasi poss. honorificentiæ & iuris administrandi, sed non iuris præsentandi, nisi tali iure aliter sit vsus, ar. eorũ quæ dixi sup. in vers. secundo deciditur. quod tamẽ limitat, nisi quasi poss. iuris præsentandi esset iam creata in patronũ illum, qui iuridice transfert ius patronatus in aliũ, quia illa quasi poss. bene transferretur, sciente & patiente patrono, si induceretur animo illam quasi poss. transferendi, vt l. si ædes. §. fi. ff. de serui. vr. prædi. & l. si ego. ff. de publi. sed tu regula & intellige prædictam secundum ea quæ dicta fuerunt in vers. quarto deciditur. & septimo deciditur. Et prædicta procedunt, nisi consuetudo aliter se haberet, per no. in cap. 2. supra de consuetud. Ad quod vide quæ de consuetudine dixi supra in 27. art. q. 7. & quod dixi in vers. præced.

¶ Nonò deciditur aliud dubium, quid si fundus
138 tradatur feudatario, & ipse † ingredit animo transferendi iuris vassallatici in dominum directum. credit enim Dom. Ant. quòd per talem ingressum dominus acquirat in feudatariũ, & feudatarius in dominum ius subiectionis, quia per talem ingressum tãgitur de iure vassallatico, & subiectionis, eo quod aliquid recipit à domino vt subiectus, & sic subiectio cohæret traditioni fundi. & eadem ratione per inductionem in poss. ecclesię subiectę, vel possessionum ipsius ecclesię acquiritur superiori & ipsi inducto quasi poss. iuris subiectionis, eo quod ingreditur illud, quod tangit & cohæret iuri subiectionis, secundum Dom. Ant.

¶ Decimò deciditur, quod sicut per acquisitionem possessionis rei corporalis acquiritur vera possessio eorum, quæ ille vere possidet, ita arbitror quasi possessio iurium, quæ ille quasi possidet. argu. eorum, quæ dicta sunt supra, maximè in princ. ex quo talis quasi possessio erat iam creata, iunctis his quę dixi sup. art. 27. q. 10.

¶ Sed nunc quæro ad intellectũ prædictorum,
139 qualiter probetur † quòd quis sit vsus iure seruitutis. ¶ Sol. Aduertendum est, secundum Bald. in repet. l. fin. C. de præsc. lon. temp. colum. 14. quod quædam sunt seruitutes negatiuæ, quædam affirmatiuæ. seruitutum vero affirmatiuarũ quædam sunt quæ inchoantur per modum facti, vt ire per fundum. habeo enim facultatem eundi per agrum alienum, nisi dominus prohibeat, vt l. per agrum. C. de seruit. & aq. & ibi per Petr. Cyn. & Docto. & in his seruitutibus non acquirit quasi poss. nisi iuerit triginta vicibus in anno, vt l. 1. §. hoc interdicto. ff. de itinere actuq; priua. nam cum iste sit actus differẽs generalis, inordinatus & vagus, quia ire per fundum alienum plerumque fit non iure seruitutis, sed ex amicitia, & gratia, vt l. si locus. §. fin. ff. quemad. seruit. amit. & l. diuus. ff. de seruit. rust. præd. & in l. vt pomum. ff. de seruit. meritò non intelligitur acquisita quasi poss. nisi per multiplicationẽ actuum, aut hoc ex verbis, vel alijs indicijs colligatur, secundum Innoc. quem sequitur Bald. in l. 2. C. de seruit. & aq. debent igitur actus esse tales, per quos meritò detur voluntas intelligi, quod videatur vsus iure seruitutis, & sic verbis & tactis, quia etiam facto datur
140 voluntas † intelligi. 11. q. 3. c. extimant. & ibi Archid. 22. q. 5. c. cautete. in l. reprehendenda. C. de institu. & substi. sub condi. fac. Instit. de re. diui. §. ceruos. & in l. si cum dotem. §. eo autem tempore. ff. soluto matrimo. & l. Procula. ff. de probat. & l. 1. §. sed & si quis. C. de lat. lib. tol. & vide glo. quæ ponit plura exempla in cap. cum super. supra de offic. deleg. Quædam verò sunt seruitutes quæ inchoantur per modum iuris, vt aquam duceret per fundum tuum,

quoniam

quoniam facultatem aquæ ex tuo fundo ducendæ non habeo nisi ex debito, & de hoc iure & similib. eo ipso quòd semel duxi domino sciente & patiente, subest quasi poss. seruitutis, vt l. 1. §. quod autem. ff. de aqua quotid. & æsti. Et ratio diuersitatis inter istum & præcedentem casum est, quia in præcedenti casu ire fieri potest per modum cuiusdam facultatis vel amicitiæ, vt dixi, quæ videtur mihi concedi nisi prohibear: & ideo cum in seruitute quærenda requiratur animus volentis acquirere, & sic vtendi iure seruitutis, & quod credat se vti iure suo, & ꝙ vtatur domino sciente & patiente, meritò exigitur quod iuerim triginta vicibus in anno, quia sic præsumitur animus meus: quia non est verisimile ꝙ tot vicibus hoc anno iuerim, nisi habuerim animũ vtẽdi iure seruitutis; & quoniam tot frequentibus vicibus fui vsus, præsumitur quod dominus permiserit me vti tanquam iure meo: sed in seruitute aquæ ducendæ non est constitutum quòd talis ductus permittatur, nisi ei qui ius habet hoc faciendi, & ideo ex vnico actu acquiritur quasi pos. illius seruitutis, eo quòd videor habere animum vtendi iure seruitutis, secundum Bar. in d. l. 1. §. hoc interdictum. & Bald. in d. repet. l. fin. colum. 24. vers. venio ad quæstiones. vtile tamen est, secundum Innoc. probare actuum frequentiam ad cõfirmandam præsumptionem animi, secundum Bald. in l. 1. C. de seruit. vers. secundo quales.

¶ Et ex prædictis infert ibi Bald. quòd si aliquis
141 interfuit † electioni alicuius episcopi vel abbatis, dicitur acquisiuisse quasi posses. iuris eligendi, quia nulli licet interesse electioni, nisi illis ad quos pertinet de iure vel consuetudine ius eligendi, per tex. nostrum, & glo. hic positam, super verbo, trium episcoporum. quare cum semel interfuerit electioni, præsumitur de animo suo, quòd illum habeat vtendi dicto iure suo proprio iure. & ideo ex vnico actu erit in quasi pos. ipsius iuris eligendi, per tex. in d. l. 1. §. quod autem. ff. de aq. quot. & æsti. Bart. verò in d. l. 1. §. hoc interdicto. ff. de itinere actuque priua. dicit, quòd si commune alicuius ciuitatis patitur te esse in consilio, quòd per hoc non es in quasi poss. illius iuris, nisi ex frequentia actuum multiplicatorũ ad minus vsque ad 30. per illum tex. sed si pateretur te esse de Prioribus, vel te proponere semel in consilio tanquam consiliarius, ex vnico actu illius iuris induceretur & acquireretur quasi poss. illius iuris. per d. §. quod autem. & ista opin. plus mihi placet. Ex qua infero, quòd in exemplo posito per Bal. requirebatur quòd ad minus fuisset præsens triginta vicibus. sed si dedisset vocem in electione episcopi, Abbatis vel alterius prælati, tunc per vnicum actum præsentiæ, & vocis datæ fuisset acquisita sibi quasi poss. iuris eligendi, quoniam per solam vnicam interessentiam non acquiritur quasi posses. eligendi, quia hoc solet quandoque concedi ex gratia, secundum Innoc. & Io. An. in c. bonæ. supra de postula. prælato. Secus si sit actus qui de facili gratiosè concedi non solet, qualis est actus vocis dandæ, vt ibi dicit Innoc. & Io. An. Dom. meus, & Docto. hic, per text. nostrum, dum dicit, consueuerunt interesse. iuncto tex. ibi, vocem. dixi supra in ver. 2. in 15. no. ¶ Nec obst. text. noster ibi, trium episcoporum, & sic videtur velle quòd requiratur saltem quòd ter elegerit: quia respondeo quòd ita contigerat de facto, sed non esset necessarium ad probandum iuris eligendi potestatem. ¶ Vel solue vt statim dicam. ¶ Et ex prædictis arbitror dicẽdum in alijs iuribus, quòd ex qualitate iuris quandoque requirãtur plures actus, quandoque sufficiat vnus, & ad prædicta vide quæ dixi supra in rubr. tracta. 5. art. 10. & vide quæ dixi sup. c. præced. art. 25.

¶ Ex quibus infero, quod per solam interessentiam non acquiritur quasi posses. iuris interessendi
142 † per vnicum actum, aut etiam per plures: nisi sint multiplicati triginta vicibus. quo casu diceret quæsita quasi poss. iuris interessendi, sed non eligendi, per ea quæ dicam in tertio membro. & tenet hic Dom. meus. nam pro aliquibus vicibus forte potuerunt interesse vt inuitati, quod forte potius est præsumendum. 24. dist. c. presbiteri. quia non est verisimile quod quis iactet iura sua, cap. super hoc. de renunc. & l. cum de indebito. ff. de proba. & ex gratiosa inuitatione ius non acquiritur. 63. distinc. cum Adrianus. quod tamen arbitror limitandum, nisi fortè aliud appareat, puta quia dum vellet interesse alij obstabant & volebant ipsum repellere, sed tandem ipse persistendo obtinuit.

¶ Secundò infertur, ꝙ quo ad acquirẽdam quasi
143 poss. iuris cõferendi, † pręsentandi, seu instituẽdi, sufficit quod quis semel cõtulerit, pręsentauerit, seu instituerit, vt etiam no. D. M. in c. cum olim. inf. eo. in quarto notabili. facit tex. in c. cũ de beneficio. de præben. lib. 6. ¶ Nec obstat tex. noster, qui videtur sentire in fi. quod non sufficiãt etiam tres actus. & ad idem tex. in l. fin. ff. de seruit. per quem saltem videtur requiri quadruplex actus, quia respõdetur quòd iura prædicta loquuntur quo ad præscribendam proprietatem, ad quam præscribendam requiritur tantum tempus quòd sit deuentum ad legitimam præscriptionem, vt hic, & d. l. fi. quæ loquitur de quadruplici actu. hoc est de quadruplici quinquennio, & sic de viginti annis. quoniam tãto tempore ibi præscribitur, & sentit glo. & clarius Dom. meus ibi in c. cum olim. inf. eod. Sed quantum ad quasi pos. iuris, non est hoc necesse, quia non est necesse ostendere de iure proprietatis vel quasi, quia nihil habet commune proprietas cum poss. vt l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. posses. facit quod no. Barto. in l. 1. §. in operis. ff. de noui operis nuncia. & quod traditur per Dom. meum, c. querelam. supra de electio. & per similem modum potest solui contrarium de c. 1. §. si vero vasallus. quid sit inue. in vsib. feu. vbi tex. vult quod ad obtinẽdum in iure feudali, vasallus tenetur probare quod duabus vel tribus vicibus domino sciente & patiente receperit debitos annuos redditus de camera, vel ca-
144 uena. est autem camera † locus in quo pecuniæ introitus retinentur, & inde distribuuntur, vt in c. si. quid sit inue. & in Authen. de defen. ciuita. §. pręterea. colla. 3. Cauena vero est locus, in quo frumentum & similes ciuitatis introitus collecti ponũtur, conseruantur, & inde distribuuntur, vt d. cap. fin. Et hanc nos Senenses appellamus canouam, quæ fit tempore carestiæ, ad quam pauperes concurrunt. potest enim ad d. §. si verò. responderi, vt supra dixi, quod ibi ideo requirit duplex aut triplex actus, quia non agitur de sola quasi poss. acquirenda, sed

de poss. admixta iure proprietatis, vt mihi videtur, quia Docto. non tangunt. Conclude igitur, quòd ad acquirendam quasi poss. alicuius iuris, satis est q quis probet talem actum, vel tot reiteratos actus, per quem vel quos videatur vsus iure suo, hoc esse iure seruitutis, & non ex amicitia, seu gratiosa concessione. & sic quandoque vnus sufficiet, quandoque plures requirentur, vt dixi. vnde dicit Do. Ant. hic, quod non potest dari certa doctrina, sed discreti iudicis arbitrio relinquitur. Sunt enim quidam actus, qui adeo sunt soliti exerceri ratione cuiusdã facultatis, & ratione cuiusdam concessionis gratiosæ, quod nedum 30. sed nec 100. sufficerẽt. & ideo dicit hic Innocen. & sequitur hic Dom. Ant. quod si episcopus esset hospitatus in domo alicuius militis, propter hoc non concluderetur quasi poss. pran
145 dendi vel hospitandi, quia † talia communiter ex gratia communiter fieri solent. facit l. 1. primo responso. ff. de flumi. & l. cum de lanionis. §. asinam. ff. de fun. instruc. tradit Dom. Ant. in c. 1. de præscrip. lib. 6. per præsentationem enim voluntariam & gratiosam non acquiritur ius, nec quasi possess. iuris, vt est tex. & glo. in l. solent. ff. de offi. proconsu. & in l. Seia. ff. de annuis lega. & l. litibus. C. de agric. & cen. lib. 11. tradit Bal. in l. cum de in rem verso. ff. de vsu. & vide quod dixi supra in rubrica in primo tracta. artic. 10. Secus si esset superior, qui iure debiti hoc exigere consueuit, vtputa si episcopus visitationis tempore in domo alicuius subiecti vel exempti plu ries fuit receptus & hospitatus, vel si aliud simile officium exerceret: quia tunc satis potest videri quasi poss. illius iuris acquisiuisse, vt in c. cum olim, & c. auditis. de præscrip. & c. sopitæ. & c. cum nuper. de censi. nisi recipiens in contrarium protestaretur q ex gratia reciperet, secundum Dom. Anto. hic. ad quod vide quod dicam inf. in 3. princip. membro. Prædicta tamen intellige, quando collatio, præsentatio, seu institutio, suum fuerũt consecutæ effectũ: aliàs, vt dicit Dom. meus exercens tales actus solum possideret labia sua, vel actum suum, & esset, vt est in vulgari nostro, de Signori de Sinigaglia, qui q præcipiunt per se exequuntur. & idem tenet Innoc. Dom. Anton. Zab. & Dom. meus, & Io. de Imo. hic & in c. 2. de restit. in integ. traditur etiam in c. quoniam. de iure patro. nec etiam est necessarium quòd credat vti iure suo, ita quòd requiratur bona fides, sed solum quòd credat vti iure seruitutis, secũdum Innocen. & sequuntur Do. Ant. & Do. meus, quod tamen procedit quo ad acquirendam quasi poss. & sic quo ad potentiam agendi possessorio recuperandæ, dummodo non constet in iudicio quòd sit prædo, vt dicam inf. de restit. spol. ad substantiam enim & validitatem possessionis, vel quasi, non requiritur quòd sit iusta, vt dixi supra in præceden. cap. articu. 26. q. 20. & q. 24. tenet Bal. in l. 2. C. de seruit.
146 in 3. q. vnde † agenti vtili interdicto vnde vi, pro incorporalibus, satis est probare quasi poss. licet iniustam. traditur per Dyn. in regula, qui ad agẽdum. de reg. iur. lib. 6. & per Cyn. in l. incerti. C. de interdic. & no. in l. si de vi. ff. de iudi. & 7. q. 1. cap. pontifices. & ibi per Archid. & per Innoc. in c. cum olim. de præscript. & per Bald. in d. l. 2. q. 11. facit quod dicam statim in 2. quæst. ¶ Prædicta tamen procedunt, vt dixi, quoad effectum quasi poss. secus est quo ad præscriptionem, & validitatem electionis, collectationis, præsentationis, seu institutionis, aut similis actus: nam, si est in mala fide, nõ pręscribit, vt in c. fi. inf. de præscrip. & in regula, possessor malę fidei. de reg. iur. lib. 6. Similiter etiam nec valent electio, collatio, & præsentatio, & similes actus: nam cum tales actus sint quasi fructus iuris eligendi, cõferendi, præsentandi, &c. meritò existens in mala fide non facit tales fructus suos, vt no. Innoc. in c. in literis. de restit. spol. & c. ex literis. & c. consultationibus. inf. de iure pat. & in c. 2. sup. de restit. in integ. tradit Dom. meus. hic, post Doct. Sicut ergo malæ
147 fidei † possessor non facit fructus suos, vt l. certum. C. de rei vend. & ibi latè per Docto. traditur etiam in c. cum ad sedem. de resti. spol. ita etiam nec in terminis prædictis tales fructus facit suos. & sicut non requiritur bona fides quo ad interdictum recuperandæ possessionis: ita etiam nec quo ad interdictũ retinendæ quasi poss. veluti interdicto vti quasi possidetis, si modo velit agere contra tertium eum turbantem, quia non est uis, vtrum crederet vti iure suo, & sic bona fide, sed quo ad illum, à quo habuit quasi pos. si vi, clam, vel precario possideret, succumbet in interdicto vti possidetis, secũdum Innocen. hic, & sequuntur Dom. Ant. & Dom. meus, hic, & isto modo debet intelligi glo. hic super ver. trium episcoporum. dum dicit, nisi constet quòd vi, clam vel precario possederit, ar. c. cum ad quorundam. de excess. præla. ad quod vide quod latius dicam in 2. membro. in 2. quæst. Secus si vellet agere interdicto de itinere actuque priuato, vel de aqua quot. & ęsti. quia tunc requiritur quòd credat vti iure suo, & sic requiritur bona fides, quæ poterit ex varijs coniecturis probari, vt traditur in l. 1. §. Aristo. ff. de aqua quot. & æsti. & per Bar. in l. 1. ff. de itine. actuq; priu. & ad prædicta vide quæ dixi supra in rubrica, tract. 5. artic. 10. & vide quæ statim dicam in 2. q. secundi membri principalis, & quæ etiam dicam in titu. de restit. spol. in materia prædictorum interdictorum, & quando quis dicatur in bona fide vel mala, vide etiam supra eo. c. 1 art. 14. & quid iuris si fuit admissus ad electionem & vocis dationem per maiorem aut minorem partem capituli, ad quã deuoluta erat eligendi potestas, vtrum per talem actum dicatur acquisiuisse quasi poss. iuris eligendi, vide quod statim dicam in 2. q. secundi membri princ.

¶ Vtrum autem per actus fictos acquiratur quasi poss. dicam inf. artic. 29.

¶ Circa secundum membrum, in quo venit examinandum, quæ requirãtur ad acquirendam quasi
148 pos. respectu eorum, † contra quos quis illam quęrere intendit, aduertendum, quòd iura vario modo loquuntur: aliqua enim exigunt scientiam, & patientiam, vt hic, & in c. olim. inf. eo. & in c. bonæ. 2. sup. de postu. præla. & in c. querelam. supra de elect. in c. auditis. inf. de præscript. & in l. si ego. §. 1. ff. de publi. & l. 3. §. 1. ff. de vsufr. & l. quotiens. ff. de seruit. & l. 1. in fi. & l. sicuti. §. Aristo. & l. fi. ff. si serui. vend. Quædam vero iura sentire videntur, quòd absque scientia & patientia alterius talis quasi posses. quæri possit, vt l. seruitutes, quæ in superficie, & l. si ædes. §. fin. ff. de seruit. vrb. præd. vnde Petrus in repet. l. seruitutes. ff. de seruit. & Cyn. post eum in l. 1. C. de seruit. nisi sunt prædicta iura per distinctionem reducere

ducere ad concordiam, distinguentes, quòd aut agitur de translatione quasi poss. iam formatæ, & non exigitur patientia habentis ius, seu illius, contra quē quis vult acquirere quasi poss. sed solummodo voluntas & consensus quasi possidentis illud ius, & sic loquuntur iura, secundo loco allegata similia. quare si habeo seruitutem viæ, itineris, vel similem, per fundum tuum ad fundum meum, transferendo fundum meum in alium, ipsam seruitutem iam formatam, in illum transfero, licet dominus fundi seruientis illā patiatur, seu ignoret illum ea vti. Aut agitur de creanda quasi poss. & exigitur scientia & patientia habentis ius, & sic illius, contra quem quis seruitutem acquirere intendit: quare si ago nouiter quęrere seruitutem viæ per fundum Titij, non acquiro quasi poss. nisi Titius sciat & patiatur, & sic procedunt iura primo loco alleg. Sed tu post Dom. Ant. ad clariorem demonstrationem istius artic. plenè expediendi, forma tres quæst.

¶ Prima, vtrum necessario exigatur patientia.

¶ Secunda, qualis patientia exigatur.

¶ Tertia, cuius patientia exigatur.

¶ Primò igitur quæro, vtrū ad acquirendam quasi
149 poss. exigatur patientia † aduersarij. ¶ Sol. Dic quòd in ijs in quibus non datur quasi possessio, sed vsus tantum: Exemplum, in seruitutibus habentibus causam discontinuam, pro quibus competit interdictum de itine. actuque priua. & in istis non requiritur scientia aduersarij, sed sufficit solus vsus ex parte intendentis quærere, absque patientia illius, contra quem quæritur, quia verba illius interdicti non requirunt quem quasi possidere, vel quasi possedisse, sed requirunt simplicem vsum facti: quoniam prætor dicit, quo itinere vsus es, & non dicit in cuius itineris quasi posses. es. sufficit ergo probare solum vsum, non vi, non clam, non precario habitum, vt no. per Bar. in l. 1. §. hoc interdictum. ff. de itin. actuque priua. Et hoc procedit secundum Bar. in quantum is, qui quasi possessionem acquirere intendit, ad alium effectum quàm ad ipsum vsum nō intendat: secus si intendat ad aliquid aliud vltra, vt puta ad præscriptionem: nam tunc aduersarij scientia requireretur, sine qua non posset haberi quasi possessio, & sine poss. vel quasi præscriptio non procedit, vt in l. fine poss. ff. de vsur. & in l. 2. C. de serui. de quo remittit Dom. An. ad ea, quæ traduntur in c. peruenit. inf. de cen. Si verò agatur de ijs iuribus, in quibus vltra vsum est dare quasi poss. putat Domin. Anto. standum esse distinctioni Petri & Cyni, de qua supra.

150 ¶ Secundò quæro, qualis patientia † exigatur ad acquirendam quasi poss. ¶ Sol. Pro clariori doctrina præmitte, quòd quædam est patientia gratiosa: quędam verò non gratiosa; & huiusmodi nō gratiosæ patientiæ quædam est voluntaria, quędam inuoluntaria. Circa gratiosam, an sufficiat. Innoc. in c. bonæ. 2. supra de postu. præla. disputat in glo. 3. & tenet quòd ex tali patientia nō acquiratur quasi poss. ipsius vsus iuris, nisi ab vtraque parte actum esset, vt quasi poss. quasi acquireret, & si canonici de gratia aliquem ad eligendum admittunt, talis non acquirit quasi poss. nisi ab vtraque parte agatur, vt illam habeat, quo casu non pro iure suo, sed precario dicetur possidere, vt l. si quando. ff. de acq. poss. Vnde putat Dom. Anto. quòd cum talis non possideat pro iure suo, non dicetur proprio, sed alieno nomine possidere, vt l. penult. & fin. ff. de itin. actuque priua. & per no. in l. fin. ff. quemad. seruit. amit. quod tamē procedit, vbi quis admittitur ad actum ad cuius validitatem non exigitur quasi poss. vtputa, si aliquis admittitur, non vt eligat, sed vt intersit electioni. si verò exigeretur quasi poss. vt quia volunt quòd det vocem, vel alium actum faciat ad electionis substātiam requisitum, & sic exigitur quòd quasi possideat. dicit Dom. Anto. quòd ex tali admissione acquiritur quasi posses. quæ tamen precario durat, quamdiu durat gratia, vt l. 1. ff. de precario. & in cap. 1. de procur. & quod ibi no. facit etiam l. 1. §. si tibi fundum. ff. de itine. actuque priua. & in dubio precaria intelligitur & præsumitur, secundum Innoc. in d. glo. quando est contra ius. Exemplum quòd extrinsecus à capitulo habeat vocem in illo, vt hic, & ideo hoc casu qui asserit se non precario possidere, probare tenet. ff. si seru. ven. l. si quis. quamuis secus sit in poss. rerum corporalium, quia illa non præsumitur precaria, nisi aliud appareat, secundum Innoc. & idem est in qualibet quasi poss. iurium incorporalium, vt in dubio præsumatur precaria, vt d. l. 1. §. hoc interdictum. & ibi glo. & Bar. ff. de itin. actuq; priu. & hoc cōmuniter tenent Doct. licèt Dyn. & post eum Cy. tenuerit contrarium in l. 1. C. de seruit. ad quod vide quod dixi sup. in rub. tract. 5. art. 10. vers. sed circa prædicta dubitatur. prędicta tamen putat Dom. Ant. esse vera, quando recens esset quasi poss. secus si antiqua, vt quia multoties quis est admissus, vt hic, & c. cum olim. inf. eo. & hoc voluit Innoc. in c. 2. supra de restit. in inte. in glo. super verbo monachos. prope fin. per no. in l. 4. §. si seruus. ff. de acq. pos. & quæ dicatur antiqua poss. iudicis arbitrio relinquit, ar. l. princ. ff. de iu. delib.

¶ Secundo verò casu, quando patientia non est gratiosa, est tamen voluntaria, vt quia patiens patitur vtentem vti, non de gratia, sed quasi ius habeat, & tunc oportet quod talis sit patientia quæ concludat patientem pati quòd ille vtatur iure suo, per l. 1. §. hoc interdictum. ff. de itin. actuq; priua. secundum Innoc. hic, & per l. fi. eo. ti. & idem tenet Innoc. in c. bonę. in verbo, requisitus. sup. de postu. præla.

¶ Sed circa hoc versatur dubium non paruum, quando hoc constare dicatur, s. patientem pati vten-
151 tem iure suo. † dicit Innoc. in d. c. bonæ. 2. quod multipliciter potest constare. quandoque per verba expressa, quando is qui vtitur iure seruitutis exprimit quòd intendit iure suo vti non ex gratia patientis, sed ex debito, & is contra quem vtitur nec verbo, nec facto contradicit. quandoque verò hoc declaratur ex qualitate exercitij, quando scilicet talis est actus, qui de facili non posset conuenire nisi habenti ius, & pro suo iure vti volenti, vtputa, si aliquis egit aliquid quod non conuenit nisi quasi possessori, vt quia interfuit electioni, scrutinio, vel compromisso, & vocem dedit, per c. dilecto. inf. de præben. & quod no. in cap. in Genesi. sup. de electio. Quandoque verò declaratur ex modo faciendi, vt quia ipso vtente illo iure ille, in cuius præiudicium fiebat contradicebat, ipse verò tali prohibitione nō obstante vsus est illo iure, nam tunc videtur vti iure suo, & acquirere sibi quasi poss. nisi aduersarius sibi proui-

prouideat, secundum no. in c. 1. sup. de rest. in inte. Quare concludit, quòd quãdo quis dicatur vti pro iure suo, hoc arbitrabitur bonus iudex ex qualitate actuum, ac etiã ex eorum multiplicatione, & ex modo petendi, & vtendi, & ex multis alijs modis, actibus, & qualitatibus seruitutum, ac iurium, de quibus agitur, & sic secundum varias causas, & qualitates, onus probandi ad alterutrum pertinere declarabit, secundum Innoc. in praall. c. bonę. 2. de postul. praela. in ver. requisitus, vsque ad vers. quod autem. vbi latius se declarat Innoc. IIII. secundum Innoc. qui concludit, quod quidam sunt actus, qui verisimiliter etiam vna vice non permitterentur nisi ius habenti, & sic non permitterentur ex gratia vel amicitia, & in talibus sufficit vnicus actus, secundum ea quæ dixi in præcedenti membro: & ideo quando quis talibus vtitur, suo iure vti videtur: & ideo si aliquis admitteretur vt interesset consilio dumtaxat, aut capitulo, non diceretur vti iure suo, nec quasi possidere iure suo ius interessendi, nisi admitteretur ad actum vocis dandæ, vt sup. dixi. & si forte fuit aliquis admissus vt interesset, & tandem scrutaretur vota in secreto, vt in plerisque scrutinijs nos Senenses obseruamus, ad nos perscrutandos eliguntur fratres, nam tales sic admissi non viderẽtur acquisiuisse quasi pos. illius iuris, nec vsi fuisse illo iure, quod etiam sensit Dom. Ant. in d. repe. c. fi. inf. eo.

¶ Et aduerte, quia quod dixi, quòd si canoni-
152 ci † vel similes admitterẽt aliquem vt interesset electioni, & vocem daret, quod talis acquireret quasi poss. & dicerẽtur vti iure suo, est limitandum, quando per totum capitulum seu maiorem partem tota potestate in capitulo existente quis admitteretur ad eligendum, secus si patiente maiori vel minori parte capituli, ad quam deuoluta esset potestas pro illa vice ille fuisset admissus, vt no. Io. An. in addi. Specul. in tit. de ijs quæ fi. à ma. par. ca. super rubr. quia licèt potentiæ capitulares sint penes hanc maiorem vel minorem pro illa vice quantum ad potentiam eligendi, non tamen quo ad præiudicandum alijs in futurum circa proprietatem, vel quasi poss. illius iuris, quia nemo dat quod non habet. 1. quæst. 7. Daibertum. & in l. traditio. ff. de acq. re. do. & inf. de iure patr. quod autem. & in regula, nemo plus iuris. de reg. iur. & sequuntur hic Do. Ant. & Do. meus, & mihi placet. Quidam verò sunt actus qui verisimiliter bis, ter & pluries ex quadã facultate vel amicitia conceduntur, sed pluries ac multis & reiteratis vicibus continuati nõ paterentur nisi ab eo qui ius haberet, de quibus supra dixi, & tales sic continuati, vt triginta vicibus vel pluribus concludunt vtentem vti pro iure suo, vt l. 1. §. hoc interdictum. ff. de itin. actuq; priua. & supra tetigi. Quidam verò sunt actus, qui nedum triginta vicibus, sed etiam pluries continuati paterentur per modum cuiusdam facultatis, amicitiæ, vel humilitatis, etiã ab eo qui ius non haberet. Exemplum in recepto ad prandium, vel ad habitationem, vt sup. dixi: talis enim receptus non acquireret quasi poss. illius iuris, nec suo iure vti dicerẽt, nisi aliter probaret, vel quia hoc ex debito petebat, ar. inf. de empt. & vend. c. 1. vel nisi ex alijs circunstantijs aliud præsumeremus, vtputa, si est talis qui ex debito hoc peterẽ consueuisset, vt sup. exemplificaui in episcopo visitante, quia talis diceretur vti iure suo, ar. c. cum ex officij. inf. de præscr. & inf. de censi. c. sopitæ. & c. nuper. & si. vt sup. dixi, ex qualitate actuũ ac etiam ex modo vel ex alijs circunstantijs aliter & aliter arbitrabitur bonus iudex, ac etiã in alterutrum probandi onus transferret, & ideo si de gratia cum protestatione quis admittatur, nisi ex aduerso quis in contrarium protestetur, non acquirit admissus quasi pos. quia non creditur tunc quòd patiens patiatur, & vtens vtatur pro iure suo, vt l. 1. §. si tibi fundum. ff. de itin. actuq; priua. & in c. cum olim. & in c. olim. inf. de restit. spol. & ideo vtilis est protestatio, &c.

153 ¶ Et ex prædictis patet, quod si subditi † vnius prælati ab alio prælato excommunicẽtur, & ipsi seruant sententias, quòd si hoc faciunt ex deuotione, aut timore, quia bonarum mentium est timere culpam, vbi non est. 5. dist. c. ad eius verò concubitum. vel ut tutiorem partem eligãt, ar. c. iuuenis. de spon. & ne rumpatur neruus ecclesiasticæ disciplinæ. 23. q. 1. c. excommunicatus. ex tali actu non acquiritur quasi poss. ar. eorum, quæ traduntur in l. pro hærede. ff. de acq. hær. & l. 1. de cond. ob causam. quia tales potius patiuntur, ut pareant Deo quàm ut pareant excommunicatori, uel ut credant excommunicãtem ius habere, ut dicit Inno. in d. c. olim. 3. inf. ti. prox. & si fortè alij eos uitarent tanquam excõicatos, non propterea acquireretur illi quasi poss. iuris excommunicandi, quia talem sententiam non seruant quasi à uero excõmunicatore latam, ut excommunicator quasi uti suo iure uideatur, sed tanquam iuri obedientes, ac timentes, propter canones qui mandant, excõicatos ab omnibus uitari debere. 13. q. 3. c. 1. & c. curæ. secundum Innoc. hic, & Do. Ant. in c. fi. inf. eo. col. 42. uers. ex ijs patet. & idem dicendum arbitror, si fortè ex eo quòd uia publica sit fracta uel periculosa, aut nimium cenosa, aut pons di-
154 rutus, permitto † te ire per fundum meũ, etiam si centum vel vlterioribus vicibus te permitterem, nõ diceris vti iure tuo, per d. l. 1. §. 1. & §. Iulianus. ff. de itin. actuq; priua. & sic etiam licet quidam pluries iuerint ad tuum molendinum, vel furnum venirẽt ad molendum vel coquendum panem, non acquiris quasi poss. vt tuo iure id factũ uideatur. & idem arbitror de alijs actibus, qui sunt merę facultatis. ad quod accedant no. in c. peruenit. inf. de censi. & in l. si certis annis. C. de pact.

¶ *Desiderantur hic multa, pro complemento huius lecturæ, quæ est imperfecta, vt constat ex dictis supra sub num. 142. & 145. Insuper etiam licèt scripserit super Rubr. huius titu. & super c. cum super. super c. pastoralis. super cap. pen. & vlt. vt videre licet in cap. 1. num. 34. & sub num. 65. & in hoc c. cum ecclesia Sutrina. sub num. 60. 107. 110. 119. & alibi in his cap. Necnon super titu. de restit. spol. vt dicit ipse sub hoc tit. in c. 1. sub num. 14. & in cap. cum ecclesia Sutrina. sub nume. 18. eius tamen scripta desiderantur, quæ in hac parte super II. Decretal. venirent imprimenda, quæ si ad nostras deuenerint manus, ea statim imprimi curabimus.*

REPE-

REPETITIO SOLENNIS, ET VTILIS, SVPER C. FRATERNITATIS, *De Testibus.*

SVMMARIVM.

FRATERNITATIS. In causa appellationis super nouis capitulis tantũ, testes noui & veteres produci possunt. h. d. Diuiditur in duas partes: quia primò ponitur bimembris consultatio. & secũdum membrum ponitur ibi, Et an testibus. secundo responso. ibi, tibi diximus. & responsionis declaratio ibi, receptis priùs, &c.

1 ¶ † No. primò, quòd renunciatio productionis testium facta in principali causa, non extenditur ad causam appellationis, & ideo noua capitula & noui testes possunt produci in causa appellationis. de quo effectu renunciationis dic, vt dicam in c. cum venissent. inf. eod.

¶ Secundò nota, quòd secundum latam significationẽ, omnia quæ post datum libellum in ea proponuntur, dicuntur emergere ad causam, & sic etiã incidentia dicuntur venire. de quo in cap. supra de ordin. cog. & in l. quòd iussi. ff. de re iudic. per Ioan. de Imo. dixi in cap. qualiter. el primo, inf. de accus. post glo. primam.

2 ¶ † Tertiò no. arg. pro & contra, quòd causa principalis & appellationis dicuntur diuersæ. facit iste text. pro: in quantum refert istas, vt diuersas, & in quantum licet renunciatio noceat in causa principali, non tamen nocet in causa appellationis. In contrarium facit, quia sicut in principali causa inde obstante publicatione poterunt testes produci super nouis capitulis, ita in causa appellationis. veritas est, quòd est eadem causa, vt in rubro & nigro, nec liceat in vna eademque causa, sed diuersæ sunt instantiæ, vt in l. properandum. C. de iudic. in cap. ex ratione. infra de appellatio. dixi in cap. veniens. infra de accusatio.

¶ No. quartò, vbi variatur instãtia de causa principali ad causam appellationis, possunt etiam ijdem testes de nouo produci super nouis capitulis, vel directo contrarijs, de quo inf.

¶ No. quintò, quòd vbi duplici interrogationi potest satisfieri per vnicam responsionem, non est separatim respondendum, sed sufficit vnica responsio ad idem, c. prudentia. de offic. delega. quod facit pro his qui habent consulere, vt licet plura sint proposita quæsita si ad duo vel plura sufficit vna responsio, vna responsione vtantur.

¶ Nota sextò, quòd idem testis potest in eadem causa contra eundem pluries produci: de quo hic in glo. secunda.

¶ No. septimò, quòd licèt testis productus iurauerit in causa principali, si iterũ producatur in causa appellationis, debet iterum iurare. quod dicit verum Io. de Imo. quando iurauit dicere veritatem super articulis, secus si super articulis & tota causa. de quo dicam inf. eo. c. tuis.

¶ No. octauò tex. pro illa regula, quòd in causa appellationis non oppositum opponam, & non probatum probabo.

¶ No. vltimò ex fine ibi, prius ab ipsis & c. quòd testis debet prius iurare, & postea deponere. quid autem si primò deponeret, & postea iuraret. dic vt dicam in cap. tuis. infra eod.

¶ In glo. prima. in fi. dic, quòd potest ponderari renunciatio quo ad hoc, vt non possint in causa principali

principali testes amplius produci. secus in causa appellationis, & de effectu renunciationis, & qualiter per eã excludatur potestas producẽdorum testium. dic vt dicam in c.cum venissent, inf.eo.¶ Glo.2.opponit & soluit.¶ In fi.dic, hæc solutio communiter reprobatur, & cõmuniter tenetur, quòd productus semel in testem potest repelli, si propter malum nõ verum tulit testimonium contra eundem, de quo articulo dic latius vt in iuribus hic in gl.allegatis, & vt dixi in d.c.meminimus, per Bar. in l.post legatũ. ff.de his quibus, vt indig. & per Spe.eo.ti.§.1.ver.itẽ quòd in alia. ¶ Glo.pen.in prin.sentit contrarium, quòd super nouis articulis non possint testes produci in causa appellationis, quia iudex appellationis non habet se impedire de nouis quæstionibus, cum habeat sententiare, bene vel malè appellatum. 2.q.6.in fi.Glo.huius timore dicit, quòd tex.non debet intelligi de nouis omnino, sed dependentibus. deinde glo.subdit, ꝙ etiam super talibus possunt produci testes in causa principali, publicatis attestationib. deinde gl.opponit ad tex. de eo quod sentit à contrario, quod super antiquis articulis in causa appellationis nõ possunt testes produci.& soluit.¶ In ea. ibi, de pendentibus ex veteribus, sentit ergo gl.ꝙ articuli possunt esse omnino noui. Item & alij noui, sed non omnino. de quibus dicam inf. in 2.artic. princ.& in quinto & septimo.¶ In ea.ibi, principali causa, dic de hoc, & de sequenti contrario, vt dicam in 10.artic.princ. ¶ Glo.fi.prosequitur formam iuramenti præstandi à teste. ¶ In fi. dic, habes igitur ex gl.quinque principalia capitula, super quibus testis debet iurare. Io. And.addit sextum, videlicet, ꝙ secretum tenebit dictum suũ vsque ad publicationem: sed tu dic de hoc vt dicam in c.tuis. inf.eod.

¶ Expeditis glossis quo ad literalem eorum intellectum, debes scire quod Io. Andr.quasi per modum repetitionis huius c.materiam solenniter est prosecutus, ex eo quod fuit primum cap. quod Paduæ legerit. vnde cum ampla dote voluit eam transmittere ad nuptias, vt dicit Cyn.in l.1.C.de sum.Trin. Et quoniam materia ista est quotidiana & vtilissima, & intricatè tradita per Doctores, ideo vt ipsam ordinatã & distinctam habeas, prosequar infrascriptos duodecim princ.artic.

¶ Primus erit, quid sit articulus, seu positio.

¶ Secundus, quot sint articulorum species, & quales.

¶ Tertius, quæ sit ratio quare prohibentur recipi testes super eisdem articulis, seu directò contrarijs, & quo iure fuerit introducta.

¶ Quartus, an sola publicatio sufficiat ad impediendum productionem testium super dictis artic. An etiam sufficiat didicisse testificata. Et qualiter quis dicatur testificata didicisse.

¶ Quintus, an super nouis omnino capitulis possint produci.

¶ Sextus, an possint produci super oĩno antiquis.

¶ Septimus, an super dependentibus vel similib.

¶ Octauus, an super directò contrarijs.

¶ Nonus, an super indirectè contrarijs.

¶ Decimus, vtrũ ea quæ dicta sunt de causa principali, quòd testes nõ possunt produci post publicationem vel didicita testificata, habeãt locum etiam in causa appellationis.

¶ Vndecimus versabitur circa examinationem casuum, in quibus specialiter testes possunt produci post publicationem, vbi aliàs regulariter post publicationem non possent.

¶ Duodecimus, quid agere debeant partes, si iudex admitteret articulos vel testes, qui non sint admittendi, secundum regulas prædictas.

3 ¶ † Circa primum dicendum est, quòd articulus multipliciter sumitur, vt traditur per Io. And. in c. præsentium.eo.ti.lib.6. in nouella. sed quantum ad propositum attinet, dicitur articulus pars intentionis actoris, quam actor probare intendit, de quo vide glo. super ver.articulis, in d.cap.præsentium. Et idem dicerem de reo, ad fundandam intentionem suam super exceptione. & vide etiam Io. And. in c. cum Christus. inf. de hæreticis. quandoque tamen potest comprehendere totam causam, vt probatur in c.1.de rescr.lib.6.

4 ¶ † Positio verò dicitur breuis formula verborum continens mentem proponentis ad veritatem eliciendam concepta, vt per glo. in c.1. de confess. lib.6.& ideo hæc duo videntur esse synonima, videtur tamen positio plus in se habere eo, ꝙ plures potest continere articulos, vt est tex. in c.præsentium. ibi, super quolibet articulo, super qualibet positione contento, & patet etiam ex prædicta descriptione positionis.¶ Item & capitulum quando synonymè accipitur pro articulo & positione, vt est tex.hic & in c.causam.& c.per tuas.inf.eo.& tũc dicitur capitulum, eo, ꝙ distinguit articulum ab articulo, vt dictis iuribus, sicut in simili dicimus, quando distinguit clausulã à clausula, vt in c.olim.inf.de verb.sig. vel materiam à materia, vt in c.inter alia.& c. quod in dubijs.inf.de sent.excõ.&c. & sic contingit regulariter in allegationib.decretalium.¶ Item articulus appellatur quandoque intentio, vel assertio, vt in c. ex parte.sup.eo.& 6.q.fi.c.actor.& per Spe. in ti.de teste.§. nunc videndum. in princ. circa secundum articulum principalem, videlicet quot sint species articulorum, licet iudicio meo, possent dici plures, quàm quinque, vt ex infra dicendis apparebit. tamen pro nunc dicamus, prout dicit Barto. in l.per hanc.C.de tempo.appel.& in auth. at qui semel.C. de probat.qui quinque. quidam enim dicũtur omnino noui: quidam omnino antiqui; quidam dependentes seu inclusi: quidam directè contrarij. ¶ Nonus articulus dicitur secũdum Bar. in d.l.qui nec respicit, nec coadiuuat propositam actionem, & idem de exceptione ex parte rei, quia omnis exceptio dicitur noua, & sic articulus super ea, qui vel quæ non respicit aliquo modo actionẽ propositam respectu alterius exceptionis, vel nouus dicitur ille, qui nec explicitè, nec implicitè comprehendebãt in prioribus ad necessitatem facti, seu probationem actionis: exemplum, petebam à te equum, & feci articulum de equo, nunc peto falconem vel decretũ, & super hoc articulum facio, & hoc ponit Spe.eo.ti. §.satis vtiliter.vers.illud aũt notandum. ¶ Ego verò arbitror dici posse, ꝙ aliquis articulus dicitur nouus omnino, tam respectu originalis facti, causę vel principij, vel substantiæ, seu rei petitæ, quã respectu qualitatis, seu modi agẽdi: ita ꝙ nullo modo ex aliqua prædictarũ considerationũ includebatur, vel dependebat ab alijs, vt in dicto exẽplo de equo & falcone.

¶ Item dici potest nouus articulus, nõ respectu originalis facti, sed respectu diuersæ qualitatis agendi: Et etiam effectus consequendi: nam debes scire, ꝙ omnis causa quæ agitur, vt dicit Bal. fundatur in tribus: iure, causa, & actione, vnde pôt esse articulus respectu nouæ rei quæ deducitur, & sic erit nouus hoc respectu, sed non respectu eiusdem facti, à quo vtrumque traxit originem. v.g. agebam condictione furtiua ad rem subtractã, & nunc facio articulos ad pœnam dupli: nam respectu rei quæ petitur, & qualitatis seu variati modi agendi, est nouus articulus: sed respectu eiusdẽ principij seu originis ex facto insurgentis, quo fuit furtum, non est omnino nouus.

¶ Est enim aduertendum, quòd ex contractu facto, vel delicto cõmisso, aut simili fonte oritur obligatio, ex obligatione verò oritur actio, vt l. licet. §. ea obligatio. ff. de procur. quare sicut ex eodem facto, contractu, vel delicto possunt oriri plures obligationes: ita ex ipsis diuersis obligationibus diuersæ oriuntur actiones.

¶ Exemplum: succidisti arbores: ego egi contra te de arboribus succisis, ex l. 12. tabularum, siue ex l. Aquilia, volo deducere postea articulos ad intentionem actionis, quod vi aut clam, quæ etiam ex eodem facto oritur. certè articulus dicitur nouus respectu qualitatis actionis. l. duobus. §. colonus. ff. de iureiu. sed nõ omnino respectu sui principij, & ideo ex tali respectu latè quodammodo potest appellare dependens. ¶ Idem exẽplum potest figurari, si pro succisis arboribus egi prius actione locati, & nunc volo formare articulos super accusatione arborum furtim cæsarum. l. si merces. ff. locati. vel si egi pro rebus per vim ablatis, vi bonorum raptorum, & postea volo deducere articulos ad intentionem furti manifesti, vt Insti. vi bono. rapto. in prin. ff. eo. l. 1. in prin. 14. q. 5. c. pœnale. & hoc vltimum uoluit Spec. eo. ti. §. satis vtiliter. ver. illud autem notandum. qui ẽt addit, quod etiam nouus articulus dicitur, quãdo quis super re litigiosa impetrat priuilegium, per c. si. supra vt lite pend. & c. causa. inf. eo. & secundũ istos modos non intelligitur tex. noster dum dicit, super nouis, vt dicam inf. in 5. prin. art. & breuiter conclude, quòd vbicunque ex varietate rei vel causæ, aut actione porrecta per actorem, non habet locũ exceptio rei iudicatæ ex artic. quem actor de nouo producit, talis articulus dicitur nouus & impertinens, vt etiam latius apparebit per exempla, quæ ponam in 5. artic. vbi etiam ponam exempla de reo.

5 ¶ † Secunda principalis species articulo:ũ est, ꝙ quidam articuli dicuntur antiqui, & isti dicuntur per contrarium ad nouos. vnde secundum Bar. cognitis nouis, datur cognitio istorum antiquorũ per contrarium. Insti. de his qui sunt sui vel alie. iur. in prin. vnde dicuntur antiqui, secundum Bar. & Do. meum, qui explicitè vel implicitè continebantur in primis ad necessitatem facti, seu probationis, sed mihi non placet. Si assumimus antiquum per contrarium ad nouũ, eo modo quo dictum fuit in præcedenti specie: nam per hunc modum omnino antiquum, de quo quærimus, dicerem illum articulum qui formaliter idem continet, quod primus productus in causa princ. vt puta, si fecissem articulum, ꝙ Titius possedit per annos 30. talem fundum, & super hoc eod. artic. ego vellem producere testes, publicatis attestationibus in eadem causa, vel in causa appellationis, sed si implicitè vel explicitè non in totum formaliter contineretur, sed in parte, vel adderetur, vel detraheretur, vel alio modo simili mutaretur: tũnc non potest dici omnino antiquus, sed iudicio meo potest dici mixtus & dependens, quia in eo quod aliquid additur vel detrahitur ab alio articulo iam producto, potest dici nouus. l. ius ciuile. de iust. & iu. & ibi per gl. & Doct. in quantum verò continet aliquid quod in antiquo continebatur, pôt dici antiquus. facit tex. in c. præterea. el 1. sup. de trans. ibi dum dicit, nouam vel maiorem percipiant. & in Clemen. 1. de supple. negli. Præla. ibi, nouas imponant, aut veteres augeant. & de his dicetur in sequen. specie.

6 ¶ † Tertia principalis species, ꝙ quidam articuli, non dicũtur omnino noui, nec omnino antiqui, sed sunt dependentes ab antiquis, vt hic dicit gl. super ver. nouis. vel quia sub antiquis inclusi sunt in totum, vel in parte, seu quia ex illis oriuntur. v.g. ex titulo oritur titularis traditio, ex traditione oritur possessio, & ex vtroque oritur bona fides, & ex prædictis oritur præscriptio, & ex præscriptione completa oritur dominium, vel effectus dominij: & inde nascitur rei vendicatio ad agendum, & rem petendam, vt no. in l. vendicatio. C. de pig. & possessori oritur exceptio præscriptionis. Si igitur ad probandam præscriptionẽ feci articulum præscriptionis, deinde volo facere articulum de titulo, aut continuata possessione, dicor articulum dependentem seu mixtum facere. similiter etiam secundum Bart. in d. l. per hanc. ex confectione testamenti oritur testamentũ, vt l. cum antiquitas. C. de test. & ex hoc originem trahit confirmatio per mortem testatoris, & ex cõfirmatione postea oritur hæreditatis aditio, vt no. in l. omnium. C. de testa. vnde si prius feci articulum antiquum, quòd sum hæres talis ex tali testamento, & publicatis attestationib. volo facere vnũ articulum, quòd testator mortuus est: dicitur articulus depẽdens, vel inclusus: tales enim articuli nõ dicuntur omnino noui, quia non differunt ab antiquis, re seu causa, actione aut persona: sed coadiuuant intentionem propositæ actionis, seu productorum articulorum, vel quo ad facti necessitatem, vel quo ad iuris probationem, & quid importent hæc verba, dicam inf. in 7. princ. artic. Item non dicuntur omnino antiqui: quia, vt dixi in præcedenti specie, aliquid additur vel detrahitur ab antiquis, ad coadiuuandum intentionem agentis, & sic quia expressè vel tacitè assumit de materia in primo articulo inclusa, adeo quòd exceptio rei iudicatæ referri potest ad vtrumque, vt clarius apparebit in dicto septimo artic.

7 ¶ † Quarta species articulorum est, quia quidam sunt directè contrarij, & isti assumunt naturam, vt verbum sonat: quia contrarij sunt ad priores. exemplum, Feci prius articulum, quod es legitimus: tu verò post publicationem vis facere articulum quòd non es legitimus: uel feci articulum quòd fuisti presens, tu verò vis facere quòd fuisti absens: vel feci articulum quòd contractus fuit sponte celebratus, vel quòd es furiosus, tu vis facere quòd contractus fuit gestus per metum, vel quòd es sanæ mentis.

¶ Quinta

¶ Quinta species est, quia quidam dicuntur indirectè contrarij, & isti sunt articuli qui non directè aut immediatè repugnant, sed discurrendo per media necessaria reducuntur ad contrarietatem, seu repugnantiam, exemplum: Si fecisti articulum, quod tali die Senis existens matrimoniũ contraxisti cum B. vel quòd Titius interfecit, aut vulnerauit P. ego verò facio articulum, quòd ea die tu & Titius fuistis Mediolani: nam impossibile est per medium discursum considerando distantiam, quod eadem die tu fueris Senis & Mediolani, vt hæc probantur in l. optimam. C. de contrahen. vel commit. stip. & in c. ex tenore. inf. eo.

¶ Vel secundum aliquos potest poni exemplum si dico me dominum vel possessorem talis rei in totum: tu verò articulas ꝙ tu es dominus, vel possessor eiusdẽ rei in totum: nam isti articuli sunt indirectè contrarij, quod ostenditur per discursum medij sumpti ex regula iuris, quæ vult ꝙ duo non possint insolidum possidere. l. 3. ex contrario. ff. de acq. poss. nec etiam essent domini insolidum, vt l. si vt certo. §. si duob. ff. commo. & idem si posuissem me possidere in totum, vel dominum in totum, & tu postea poneres te possidere, & te dominum esse in parte.

8 ¶ † Circa tertium principalem articulum, quæ fuerit ratio prohibitionis, quare testes non possunt produci post publicatas attestationes, debes scire, prout reperi in hac materia dixisse quendam notabilem Doctorem, cuius nomen ignoro, quòd vbi agitur de termino exclusiuo facultatis probandi, super quo disputatur, quòd prima facie omnis terminus excludens hanc facultatem, vt tendens ad recludendam viã veritatis lucidandæ, quæ magis est proxima Deo, dicitur odiosus, & odiosus debet esse cuilibet homini naturali & iusto: & quicunque sit talis terminus, dicitur procedere ex iure positiuo sic disponente, propter aliquam qualitatem ad bonum publicum & commune: non autem dicitur procedere à ratione naturali: quia præcludere viam ad aperiendam viam veritati, iniquum est, vt manifestè de se patet, & hinc est, quod quotidie dicimus, quòd non est angustanda probationis facultas, vt in extrauag. Bonifacij VIII. quæ incipit, debet. quare nec iure fforum, nec C. reperitur, quòd publicatio testium, de qua hic loquitur, esset adinuenta, & haberet præcludere viam productioni testium.

¶ Nec ob. l. repeti. ff. de quæst. & quod ibi no. per glo. & Docto. quia illa loquitur de repetitione eorundem testium, & sic etiã vno modo potest intelligi l. produci. ff. e. & vide ẽt quod traditur in l. fi. ff. eo. ¶ Nec etiam dici potest, quòd iure C. hoc fuerit inductum, per l. in offerendis. & l. eos. C. de appel. & per l. hanc. & l. ampliorem. C. de temp. appel. ex eo quòd cum hoc permittant in causa appellationis, vt producantur noui articuli, videantur prohibere in causa principali, quia non est verum quòd ea de causa permittant, sed illud dicunt, vt remoueant obstaculũ sententiæ latæ, quæ iustè videbatur lata quò ad iudicem, ex his quæ didicerat in princ. causa, quare cõcluditur, quòd primum ius de hac materia disponẽs, fuit ius Authenticorum, vt in Auth. eo. ti. §. quia verò. vnde sumpta est auth. at qui semel. C. de proba. vbi ẽt tex. non loquitur de publicationibus, vt inf. dicam in seq. art. sed solùm statuit quòd didicitis testificatis per se, vel per alium, non possunt testes produci super eisdem articulis, super quibus testes deposuerant. & ratio huius nouæ dispositionis fuit, quia cogitauit lex quòd pars videns se non probasse, timens succumbere, ad hoc, vt prouideat ne succumbat, ꝙ subornabit testes, vel corrumpet, vt contra veritatem deponãt. quæ quidem dispositio videtur fuisse rigorosa, vt propter vnam talem præsumptionem homines boni & iusti repellantur à lucidanda veritate, & proprio iure priuentur, sed fortè fuit hoc statutum propter prauam tunc, & cõem litigantium peruersam naturam, qui frequẽtissimè talibus subornationib. operã dabãt, propter quod non modicum publica lædebatur vtilitas, & sic videtur quòd solus timor subornationis & corruptionis fuerit causa huius noui iuris, hoc ẽt dicitur expressè in Cle. 2. eo. ti. ¶ Sed dicit hic Io. And. quòd si hæc solùm ratio esset vera, nullus admitteretur ad probandum, ẽt non publicatis attestationibus, nec didicitis: cum ẽt ante hanc scientiã vel publicationem possint testes subornari. in c. sicut, supra eod. & inf. eo. c. ex tenore. & in c. quia verisimile. inf. de pręsumpt. tñ hoc falsissimum est, quia admittitur quis nedum ad primam, sed ad secundam, tertiã, & quartam productionem, secundum ea quæ dixi sup. eo. c. in causis. Præterea, si prædicta ratio subornationis esset sola propter didicita testificata, vt d. §. quia verò. sequeretur quòd si testes producti nihil dixerũt super articulis, super quibus deposuerunt: ex eo ꝙ tunc pars non potest instrui ex dictis testium iam receptorum, & sic non possit alios testes subornare: deberet posse etiam super eisdem articulis alios testes de nouo producere. quod similiter est falsum. vnde dicit Io. And. quòd illa non fuit sola ratio, sed ẽt alia, videlicet vt detur aliquis terminus, ne in infinitum liceat testes producere. ex qua ratione cõcludi videtur, ꝙ licet post publicationẽ non detur per cunctatio, aut quòd quis testificata didicerit: tamẽ non erit sibi licitum vlterius testes producere super articulis antiquis, de quo dicam in sequenti 4. prin. artic. & sequitur Do. meus hic, & in c. series. inf. eo. vbi addit etiam aliam rationem, videlicet, vt sit litiũ finis, & quia cõsentiens publicationi tacitè videtur renuntiare productioni testium, cum sciat hunc esse terminũ exclusiuum: ego vero arbitror ꝙ illa fuerit potissima ratio subornationis, videlicet, & corruptionis timor, vt dicit tex. in d. Cle. 2. & subdam in seq. artic. ¶ Nec obst. primum argu. Io. An. quia nõ est tantus timor subornationis ante publicationem: cum sit spes probationis futuræ, quantus est post publicationem & scientiam testificatorum. facit l. qui cũ maior. §. si libertus. ff. de bo. liber. ¶ Nec ob. secũda ratio, quia finis imponitur, & per instantiam causæ eius peremptionem per sententiam, & ẽt per refrenationẽ multiplicatarum productionum, secundum quod dixi in c. in causis. sup. eo. ¶ Nec ob. tertia ratio Domini mei: quia istud est, de quo quærimus, videlicet vtrum publicatio sit terminus exclusiuus, & sic ratio D. M. esset eadem cũ dicto, & hęc faciunt etiam ad dicenda in quarto seq. artic.

9 ¶ † Circa quartum principalem articulum, an sola publicatio, vel sola testificatorum scientia, vel vtrumque præcludat viam productioni testium. aduertendum est, quòd iura canonica in hac materia,

vt primum ad excludendum hanc testium productionem, ponderant publicationem, vt in c. intimauit. in c. causam. in c. de testib. in c. cum venissent. & c. ex tenore. cum si. inf. eo. Et ita est communis locutio gl. & Doct. vtriusque iuris: sed in contrariũ sunt tex. in Auth. eo. ti. §. quia vero. qui solùm ponderare videtur, quod quis didicerit testificata, seu percunctatus fuerit per lecturam suam, aut aliam cognitionem & scientiam per se, vel alium habitum. facit c. constitutus. el 3. in gl. inf. eo. vbi glo. firmat quòd exigatur sciẽtia testificatorum, & ad idem quod traditur in c. veniens. & in c. cum in tua. & in c. vltra tertiam. & in c. constitutus. el primo. iuncta gl. inf. eod. exigit enim ibi gl. attestationes esse depositas penes eum, qui vult testes producere, & sic ex didicitis testificatis verè vel præsumptiuè excludatur à noua productione testium super eisdem articulis. ¶ Sed tu aduerte, vt intelligamus istum difficilem articulum, quod licet publicũ & publicatio sumatur multis modis, de quo per glo. & Io. de Imo. in rubr. & l. 1. ff. de publi. iudi. dixi in cap. veniens, inf. de accusa. Tamen quantum attinet ad materiam nostram testium potes dicere, secundum aliquos, excludendo, quòd primus casus minus est dubius, & quod quædam est publicatio dictorum, seu attestationũ, quæ fit à solis testibus, videlicet quia testis deposuit apertè extra iudicium, interrogatus aperuit parti ea quę in iudicio testificatus est, & hæc publicatio non impedit aliorum testium productiones, secũdum Docto. in c. vltra tertiam. inf. eod. quia non potest pars per vocem volatilem plenè instrui, vt dicatur subornationi locus. facit c. cum personæ. inf. eo. de priuil. Item quia possibile est, & de facili contingit, quòd testis ut parti complaceat, ei falsum referet. de hoc tamen latius infra in distinctione mea, secũdo membro principali, quando quis dicatur didicisse testificata, quædam est publicatio quæ habetur à parte tempore testimonij prolati per testes, vt quia erat præsens, dum testis deposuit, & idem dicendum est per rationem proximè assignatam. de quo dic vt dicam inf. in dicto secundo membro principali. quædam est publicatio quæ fit à notario, qui examinauit testes, ex eo quod pandit parti testificata, & idem quod in duobus præcedentibus casibus, secundum Docto. in cap. series. inf. eod. de quo dicam in dicto membro. ¶ Quædam est publicatio, quæ fit à partibus, & hæc potest esse duplex, quædam verbalis, vt quia dicunt partes probatum esse, vel nõ esse probatum. & idem, nisi aliter probetur percunctatio attestationum. quædam est publicatio inter partes deliberata, vt quia disputant inquirendo veritatem super dictis testium, & sic habetur scientia attestationum per disputationem, & talis excludit facultatem producẽdi testes. d. §. quia verò. in Auth. eo. ti. quædam est publicatio, quam facit iudex inter partes iudicialiter, quãdo citatis partibus iudex dicit, ꝙ vult publicare attestationes, & pro publicatis vult haberi, vt in c. ex tenore. inf. eo. & hæc publicatio attestationum ita describitur, quòd est attestationum secretè depositarum solennis & deliberata per iudicem partibus facta extensio: nam vt dixi in c. in nomine. sup. eo. testes debent recipi secretè. & qñ deuentum est quasi ad finem litis, ita ꝙ partes nolunt, seu nõ possunt alios testes producere, fit attestationum publicatio sub hac forma, Tali die ad partium instantiam talis iudex in causa vertente inter tales, attestationes ipsarum partium publicauit & aperuit, & pro publicatis, & apertis haberi voluit & mandauit, & commisit mihi notario causæ & c. vt copiã faciam vtrique parti eam petenti, vt dicit Spe. eo. titu. §. satis vtiliter, in vers. publicatio aũt. & prædictam publicationem notarius debet in actis scribere cum testium subscriptione. Et an talis publicatio sit de substantia ordinis iudicij, ita ꝙ eius omissio vitiet processum. vide in c. cum I. & A. inf. de re iudic. & per gl. & Doct. in l. prolatam. C. de senten.

¶ Et circa hanc publicationem, vtrum excludat potestatem producendorum testium, dic quod aut ista publicatio est indiscreta, quia dicunt partes, Domine Iudex nõ publicetis attestationes: quia adhuc volumus alios testes producere, iudex tamen indiscretè publicat, & talis publicatio non impedit nouam testium productionem. in c. series. inf. eo. secundum vnum intellectum. hoc etiam vult Io. An. in clem. 2. eo. ti. idem voluit Bar. in auth. at qui semel. C. de proba. quando publicatio esset facta die feriata. idem etiam dicit Bal. in l. iurisiurãdi. C. eo. quando talis publicatio non esset facta coram testibus, & intellige de alijs testibus, quàm de illis qui deposuerunt. & hanc sententiam, quod publicatio indiscretè facta, non noceat partibus, tenet etiam Pau. in d. Clem. 2. & etiam Io. de Imo. ibi, & hic. sed Gul. de monte Lauduno dicit in d. Cle. 2. quòd licet publicatio non sit ritè facta, si tamen pars didicit testificata, præcluditur sibi via producendorum testiũ: aliàs si non didicit, vera sit opi. pręcedens. ¶ Sed Zenzel. ibi dicit, quòd aut publicatio est facta ad instantiam producentis, & tũc est sibi præclusa uia propter prę sumptionẽ timoris periculi subornationis, licet non sit ritè facta, aliter autẽ, nec sibi, nec alteri parti nocebit. sed idem Zenzeli. postea dicit generalius, ꝙ licet publicatio non sit ritè facta: tamen præcluditur via nouæ testium productionis illi qui didicit testificata, etiamsi ad eius instantiam non fuerit facta publicatio, per dictum §. quia verò.

¶ Sed Io. de Lig. in d. Cle. indistinctè tenet, quòd talis publicatio non noceat partibus: ex eo, quia dicta Clem. secunda requirit expressè quòd testes sint rite publicati. Nec ob. timor subornationis propter didicisse testificata, quia non præsumitur quòd pars producat animo subornatiuo, ex quo publicatio nõ tenuit. Mouetur etiam, quia aliàs nihil operaretur verbum, rite, positum in d. Clem. 2. vel secundum eum potest dici quòd quando publicatio non est rite facta, poterit iterato fieri productio, non vt dicatur iteratò fieri examinatio, sed ad hoc vt suppleatur id, quod non est rite factum. arg. no. in c. 1. & c. fi. supra de sacramen. non iteran. Bertr. in d. Clemen. secunda voluit, quòd si pars contradicit publicationi, admittatur noua productio, si pars non didicit testificata: secus si tacuit, aut publicationi consensit. Io. de Fantu. ibi refert Io. de Ligna. quòd dũ legeret c. constituti. inf. eod. ita distinxit, quòd aliquãdo fit attestationum publicatio per iudicem solùm verbaliter: vt quia iudex pronuntiat quòd habeantur pro publicatis, & possunt de nouo produci, & si opponitur de publicatione, replicabitur, quòd non fuerit rite facta.

¶ Ali-

¶ Aliquando verò publicatio non fuit simpliciter verbalis, sed facta per recitationem attestationũ, & talis impedit vlteriorem productionem, licet nõ fuerit ritè facta, & fortè potuit moueri illa ratione: quia in primo casu non debet præstare impedimentum, quod de iure non sortitur effectũ. regula, non præstat. lib. 6. Sed in secundo casu, nõ solum habet obstare publicatio, sed attestationum scientia, vt in d. §. quia verò. quædam est publicatio discreta, solennis, & ritè facta, partibus præsentibus & consentientibus, & in hac est maximum dubium, nisi clarum esset quòd partes testificata didicerint: in quo casu omnes concordant, quòd præcludatur via producendorum testium: sed quando clarum esset, ꝙ partes non didicissent testificata, in hoc est maior & ardua dubitatio, & variæ sunt, & glo. & Docto. sententiæ. de varijs opin. glossatorum dixi supra in prin. illius quarti articuli. Doct. etiam hic sunt varij: Innoc. & Host. in c. vltra tertiam. inf. eod. distinguunt inter solennem publicationem à iudice factam, & hæc repellat, & viam præcludat; & non solennem, & in hoc concludunt, quòd necessarium sit, quòd partes didicerint testificata, & ideo cõsulunt, quòd quamprimum facta est talis publicatio, debeant partes abstinere à percũctatione attestationum: quod vltimum facit ad id quod dixi in præcedenti specie publicationis, & sic concludunt quod sola publicatio ritè facta, sit terminus exclusiuus nouæ productionis, & hoc sequitur hic Io. And. motus, quia sola ratio subornationis non fuit sola causa excludendi testes, quando etiam non didicitis testificatis, nec facta publicatione potuerit testes quos producit subornare, & sic nullus deberet admitti ad testium productionem propter suspicionẽ subornationis, quod est falsum. sed de hoc dic, vt dixi in præced. articu. concludit ergo quòd sola publicatio sit terminus exclusiuus. & hanc opinionem apertius firmat in c constitutus. el 3. inf. eod. & etiam eam sequitur in Clem. 2. eo. ti. & sentit in addi. Spec. eo. ti. §. satis vtiliter. versi. quid si sint publicatæ. & sequuntur hanc opinionem etiam Bar. & Bal. in d. authen. at qui semel. & Io. de Imo. hic, & Bal. Laudu. verò, & Zenze. in d. Clem. 2. tenent contrarium dicentes, quod licet publicatio sit solenniter facta, tamen si adhuc attestationes ostenderentur clausæ, admitteretur productio noua, & hoc etiam tenet Specu. in d. versi. quid si sint. licet referat Clemen. contrarium pronuntiasse. sed primam opin. tenet Zabar. in d. Clem. 2. quia ex quo publicatio est facta volentibus partibus, vel scientibus & non contradicentibus: hæc est quædam interlocutoria, quæ quo ad ipsas partes transit in rem iudicatam. in c. significauerunt, infra eod. & tacitè videntur partes renũtiasse productioni, per tex. nostrum, & c. de testibus. infra eod. quod dicit esse verum, nisi iudex ipsam interlocutoriam reuocaret, per l. quod iussit. de re iudic. & c. cum cessante. de appel. quod an possit facere, & qualiter, dicam inf. in 2. princ. artic. Dom. An. post multa hic concludit, quòd si certum est partes non didicisse testificata, & sic hoc possit probari, ꝙ ex sola publicatione nõ impeditur per alios testes producere, per tex. in d. §. quia verò. fatetur tamen quòd præsumptio est cõtra partem, quod didicerit testificata, ex quo publicatio facta est, & ita respondet ad iura quæ ponderant publicationem, videlicet, quod eam ponderant propter præsumptionem quæ insurgit, quod didicerit testificata. ¶ Do. meus hic tenet contrariam sententiam, & sic tenet opin. communem Innoc. Host. & Io. An. Mouetur, quia ex quo pars acquieuit publicationi, videtur tacitè renunciare productionibus fiendis, & sic licet non sit timor subornationis: ex quo certum est, quòd pars didicit testificata, tamen subest alia causa exclusa, videlicet, renunciationis tacitæ, argu. eorum quæ no. glo. in c. 1. de elect. lib. 6. de eo qui gerit actum, qui solet fieri post lit. contesta. vt habeatur pro lit. contesta. quo ad excludendas dilatorias. de quo in c. si duob. inf. de appel. & per Io. Andr. in c. cum M. supra de constit. dixi in d. Clem. 2. de causa poss. & proprie. facit etiam, secũdum eum, quia sola renunciatio expressa sine scientia testificatorum, inducit hanc prohibitionem, vt in c. de testibus. inf. eodem. ergo & tacita renunciatio quæ insurgit ex publicatione, debet hoc inducere, cum tacitum æquiparetur expresso. l. cum quid. si certum petatur.

¶ Item mouetur: quia iura canonica communiter ponunt publicationem pro termino exclusiuo productionis testium: nec solus timor subornationis fuit causa inductiua illius exclusionis, sed vt esset aliquis litium finis, vt dixi sup. in præced. articu. vnde non debebat pars consentire publicationi, si intendebat alios testes producere: fatetur tamen, ꝙ vbi superuenisset causa verisimiliter non cogitata tẽpore consensus præstiti in publicatione, quòd petendo nouam dilationem poterit admitti: sicut ex causa admitteretur post dilationem secundum no. in l. oratione. & l. fin. de ferijs. maximè cum non sit timendum de subornatione: ex quo certum est testificata non fuisse didicita. vide ergo quàm variæ sint Doctorum & Glossatorum sententiæ.

¶ Ego verò in hoc articulo sic arbitror distinguẽdum, vt ante omnia faciamus duo membra princip. Primum, quid tenendum sit de iure, quando sola fuit facta publicatio.

¶ Secundum, quid iuris quando sine publicatione partes didicerunt testificata.

¶ Quo ad primum membrum de publicatione adhuc facio duo membra. Primum, an sola publicatio excludat de iure ciuili.

¶ Secundum, quid tenendum sit de iure canonico. Quò ad primum, an de iure ciuili sola publicatio sit terminus exclusiuus: debes animaduertere, vt intelligas fundamentum, quod tenere intendo quòd de iure fforum, aut C. non reperitur iste terminus publicationis tanquam exclusiuus nouæ productionis: sed potius videbatur concedi potestas probandi, & producendi vsque ad sententiã: vel donec etiam renunciatum est expresse vel tacitè per transcursum dilationum concessarum ad probandum, aut testes producendum: nec distinguebatur, an esset nouum capitulum, vel noua exceptio, vel articulus participans de antiquo, vt probatur ex no. in l. peremptorias. C. sentent. resc indi non poss. & hoc clarum, quando non contingebat repetitio eorundem testium. dixi supra in præced. artic. & tangam inf. in 11. princ. artic. fallen. & quòd possint produci testes vsque ad sententiam, de iure ciuili, videtur etiã probari in l. fi. C. eo. ti. facit etiam l.

per hanc. C. de tempor. appel. vbi videtur hoc esse licitum in causa appellationis, quanto non minus in princip. intelligendo illam l. cum si. vt dixi in præcedenti artic.

¶ In hoc tamen, quod dixi de appellatione, venit latior examinatio. de qua dicam in 10. ar. prin.

¶ Vnde aduertendum est, quòd de iure ciuili tex. in d. §. quia verò. videtur solùm põderare, quòd quis didicerit testificata, & hunc rigorem induxit ius ciuile, vt præcluderet viã subornationi testium: quia visis attestationibus, partes prouocatæ videntes se deficere in eo quod probandum erat, subornabant testes ne succumberent. & sic text. in d. §. quia verò. ponderauit solam percunctationem ibi dum dicit, vt concluserint, & excepta fuerint testimonia. & ibi dum text. dicit, vtpote suspicione habita, ne fortè relictis quidem prioribus & dudum manifestis &c. verum Doctores interpretantes vsi sunt his verbis & terminis, publicatis attestationibus, vt patet in glo. in d. l. per hanc. & in cap. seq. cum multis similib. fuerunt ergo hæc prius verba magistralia: quibus fortè vsi fuerunt Doct. ex eo, quia publicatio ipsarum attestationum videtur esse signũ significans, quod partes didicerint testificata: quoniã antequam aperiantur, cũ testes secretè recipi debeant, non est præsumptio sciẽtiæ: sed per aperturam panduntur, & mandantur ad videndum testificata: non autem fuerunt vsi ex hoc: quia publicatio simpliciter debeat excludere, si testificata non sint didicita: & sic videtur concludendum, quod de iure ciuili sola publicatio non sufficit, si constat quod testificata non sint didicita, ne præcludatur via ad testes producendos. pro hac sententia faciunt ea quæ dixi supra in præced. artic. quilibet enim bonus vir ac iustus iudex conari debet, ne veritas occultetur: & cũcta rimari diligenter, vt iustitiam faciat. 20. q. 5. c. iudicantem. cum ipsius iudicium debeat regulari ad instar diuini iudicij: & sic adhærere veritati & naturali rationi. & in c. vnico. inf. de eccle. benefi. & in c. 1. de re iud. lib. 6. nam vt dicit Aristo. 1. Ethicorum, Vero omnia consonant. & ideo dicit tex. rerum veritas latere non potest. l. 1. C. si vt se ab hæred. absti. cum ergo non reperiatur aliquis tex. qui de iure ff. rum, aut C. velit quòd publicatio sit terminus exclusiuus: nec §. quia verò. in Authen. eo. tit. loquatur in publicatione, sed solùm quando datur scientia testificatorum: meritò tex. ille qui ponit scientiam testificatorum pro termino exclusiuo, non debet extendi ad publicationem solam: tum quia tex. ille est correctiuus: tum quia talis extensio fieret contra ius diuinum & naturale: & contra regulam generalem quæ vult, quod probationum copia non est angustanda, vt dixi supra in princ. huius articuli. & no. in l. quoniam. C. de hære. & sic potius ille tex. est restringendus, maximè cum etiam de iure ff. orum, & C. non reperiatur quòd publicatio, vel scientia testificatorum impediret nouam productionem aliorum testium: nec etiã reperiatur quod intra primam vel secundam, aut vlteriorem dilationem concessam nõ possent fieri plures productiones, quàm tres aut quatuor: imò contrarium reperitur. probatur in l. officium. ff. de rei vend. & in l. exceptionem. C. de proba. & in l. siquidem. C. de exceptio. in quibus dicitur quod reus probat postquàm actor probauit: sed an actor probauerit, non poterat videri, nisi viderẽtur testificata: ergo post publicationem attestationũ productarum per actorem, potest probari contrarium. Et quamuis gl. magna in d. §. quia verò. det plures solutiones: quarum vna est, quod illa iura loquuntur in probationibus fiendis per instrumenta: tamen ista est diuinatio, & contra illos tex. qui loquuntur indistinctè. Alia solutio, quòd loquuntur quando pars non didicit testificata, quæ solutio licet sit vera in se, vt infra dicam: tamen est contra illos tex. qui præsupponũt quòd reus cognouerit probationem actoris. Alia solut. est Iac. Are. Bar. & Cyni, quòd loquuntur quando fieret productio super nouo articulo. quæ solutio etiam non placet: quia tex. nihil dicunt de hoc, & loquuntur indefinitè: & propterea concludunt, quod admittatur reus ad probandum directè contrarium, quod hodie non est licitum. de quo dicam in 8. art. princ. Et si probatur directè contrarium, erat licitum reo post publicatas attestationes: ergo debebat esse licitum actori fortificare probationem suam, vt in regula, non debet licere. de reg. iur. lib. 6. & ideo melior videtur alia solutio, quam ponit alia glo. quod dicta iura corrigantur per §. quia verò. & sic cum ille tex. sit correctiuus, restringẽdus est, vt solum vendicet sibi locum quando didicita sunt testificata: maximè, quia ratio motiua illius constitutionis est timor subornationis: quæ cessat, quando partes nõ didicerant testificata. & hanc opin. sentit gl. vt sup. dixi in secunda solutione. & Bar. etiam in d. §. quia verò. videtur inclinare in hanc sentẽtiam, licet non loquatur multum clarè. pro qua facit c. veniens. & c. cum in tua. & c. constitutus. & c. cum venissent. & c. pe. inf. eo. & æquitas, ne quis propter paruum errorem excludatur à probatione veritatis.

¶ Nec ob. ratio Io. And. quòd debuit esse aliquis finis in producendis testibus, vt supra tetigi. ideò iura alijs remedijs in hoc prouiderunt videlicet, cursu dilationum, effrenatione multitudinis, testiũ productione, scientia testificatorum, renunciatione & peremptione instãtiæ. ¶ Quare vt hæc materia per conclusiones habeatur, subijcio istas conclusiones.

¶ Prima igitur sit hæc, testibus non ritè receptis, licet publicatio sit rite facta, & partes didicerint testificata: ipsi ijdẽ testes & alij recipi & produci possunt, etiam super eisdem articulis, & directò contrarijs. & hæc conclusio procedit tam de iure ciuili, quàm canonico. probatur autem hæc cõclusio per tex. à contrario sensu, in Clem. 2. eo. ti. Item probatur in d. §. quia verò. dum dicit, vt concluserint & excepta fuerint testimonia. & sic intelligit ille text. de testimonijs ritè receptis, quia propriè testis non dicitur receptus, si non rite, & sic sine debita forma receptus est, ar. c. quia propter, supra de elect. in c. maiores. de baptis. 1. q. 1. cap. retrahe. & in l. quoties. supra qui satisd. cog. cum si. & ideo non solum alij, sed etiam ipsi ijdem testes possunt produci: quia cum non valeat eorum depositio, nec sit quid imputetur parti: non debet pati damnum propter errorem vel culpam alterius, vt in regula, non debet alteri. ff. eo. ti. cum si. quando autem dicatur testis nõ ritè receptus, ponit glo. in ver. ritè, in dicta Clem. 2. duo exempla, videlicet, quia à non iudice recepti, vel lite non contest. tu potes etiam addere, quando depo-

depoſuerunt non iurati, vel non fuerunt diligenter interrogati, prout erant interrogandi, ſecundum interrogatoria vtriuſque partis, vel ſi alia ſolennitate omiſſa fuerunt recepti: quia hoc importat verbum rite, vt l. non putauit. §. non quæuis. ff. de contratab. & in l. 2. & ibi Bar. ff. de inoffi. teſtam. & per Bart. in l. lecta. ff. ſi cert. pet. tradit Dom. Anton. in c. cum ſecundum. ſupra de temp. ordi. & ratio, quare teſtes poſſunt iterum produci, poteſt etiam aſsignari: quia dicta teſtium non ritè receptorum non probant, vt in cap. in nomine. ſupra eo. ergo non debent præſtare impedimentum, &c. regula, non præſtat. lib. 6. quod limitat Zenzeli. in d. Clem. 2. niſi ad partis inſtantiam ſint publicati. quod non placet ibi Dom. Anto. argu. ſimpliciter ſumpto ex illa Cle. à contrario. facit c. cum cauſa. inf. eo. & ſequitur etiam Pau. ibi, qui tamen ponit aliam limitationem, quando receptio eſſet funditus nulla. ſecus ſi eſſet aliqua, licet ope exceptionis poſſet repelli & irritari: quia imputare debet ſibi pars quæ non excipit, vt in c. licet, ſupra de proba. idem reperio tenuiſſe Bar. in Auth. de teſtib. §. quia verò.

10 ¶ † Secunda concluſio ſit, licet teſtes fuerint, vel ſint ritè recepti: ſi tamen non ſunt ritè publicati, & pars quæ vult producere teſtes non didicit teſtificata: admittitur ad nouam productionem aliorum teſtium, etiam ſuper eiſdem articulis, & directo cõtrarijs. hæc concluſio probatur argumento à contrario ſenſu dictæ Clem. 2. tam in dicto quàm in ratione ibi aſsignata: nam dicit ibi tex. teſtibus rite receptis ac publicatis. & glo. & Docto. ſubintelligunt etiam rite publicatis. ergo à contrario: ſecus ſi non rite ſint publicati.

11 ¶ † Item quia tex. ibi aſsignat rationem propter timorem ſubornationis. quæ ratio ceſſat in caſu noſtro, & ſecundum iſtas duas concluſiones poteſt intelligi opi. Io. And. Bar. Pa. & Io. de Imo. & aliorum qui voluerunt, quòd publicatio non rite facta non impediat, & procedit hæc concluſio tam de iure ciuili quàm canonico: ſed maximè de iure ciuili, vt patebit ex his quæ dicentur in 7. & 9. concluſione: quando autem teſtes dicantur non ritè publicati, poſui varias opin. Doctorum.

12 ¶ † Tertia concluſio ſit, ſi teſtes ſint rite recepti: licet non ſint rite publicati: & licet pars non didicerit teſtificata, non admittitur regulariter ad productionem ſeu receptionẽ eorundem teſtium: ſi omiſſa ſolennitas publicationis non habet inficere receptionem. hæc concluſio probatur: quia ſicut non facta publicatione adhuc ijdem teſtes iam recepti, non poſſent regulariter repeti, ſecundum no. in l. repeti. ff. de quæſtion. & in l. produci. ff. eo. ita nec hoc caſu, cum paria ſint nõ eſſe factam publicationem, vel nulliter eſſe factam, & procedit hæc concluſio tã de iure ciuili quàm canonico. de iure ciuili, quia §. quia verò. ponderat receptionem, & quod pars didicerit teſtificata, non autem publicationem, vt ſæpius dictum eſt. de iure autem canonico attenditur etiam timor ſubornationis. vnde licet tex. dicat, receptis, & glo. & Doct. ſubaudiant ritè: tamen attenditur ratio poſtea ibi poſita de timore ſubornationis, vt dicam in ſeq. concluſione.

¶ Et ex prædicta concluſione infertur correlarium, quod quando publicatio non rite facta haberet inficere receptionem teſtium, & pars non didiciſſet teſtificata: poſſunt etiam ijdem teſtes de nouo produci. hoc correlarium probatur ex his quæ dixi ſupra, maximè in prima concluſione, argumento à fortiori, & ſic patet ꝙ procedit vtroque iure.

¶ Quarta concluſio ſit: licet publicatio teſtium vel atteſtationum non ſit rite facta: ſi tamen receptio fuit rite facta: pars quæ didicit teſtificata, regulariter nõ poteſt etiam alios teſtes producere ſuper eiſdem articulis, vel directo contrarijs: ſiue fuerit facta talis publicatio parte volente, ſiue ea inuita: dũmodo publicationis omiſſæ rectitudo, ſeu ſolennitas, teſtium receptionem non habeat inficere, & ſecundum hanc concluſionem poſſunt ſaluari opin. Zenzel. ſupra poſitæ: maximè ſecunda.

¶ Hæc concluſio probatur ex ratione dictæ Clemen. 2. & etiam dicti §. quia verò. in quibus ponderatur timor ſubornationis, ꝙ ſit cauſa, quare poſt didicita teſtificata teſtes non admittantur: nec ponderatur ibi ſola publicatio. Item probatur ratione: quia aut probatur, & certũ eſt quod prius percunctauerat teſtificata, & clarum eſt quod non poterat alios producere, vt d. §. quia verò. & d. authen. at qui ſemel. ergo non poteſt conqueri de publicatione non rite facta: aut iſte ante publicationem non percunctauerat, ſed percunctauit poſt. & tunc, aut eo volente facta fuit publicatio: & imputatur ſibi publicatio & percunctatio: aut eo inuito fuit facta, & imputari poteſt ſibi percunctatio: cũ nouerit quod illa eſſet cauſa propter quam præcluderetur poteſtas teſtium producendorum. nec obſtat quod tex. Clemen. 2. iuncta glo. ſuper ver. publicatis. requirat quòd publicatio ſit rite facta, & ſic à contrario. ſecus ſi non eſſet rite facta.

¶ Quia poteſt reſponderi, quod ad verbum, publicatis, nõ debet ſubaudiri vel repeti verbum, rite. ſed poſito quod deberet repeti: tamen argumentum à contrario ſenſu, ſumendum eſt ex tota oratione, non ex parte, hoc modo, videlicet, teſtibus rite receptis ac rite publicatis. ergo à contrario ſenſu, non rite receptis & publicatis poſſunt produci alij teſtes. præterea ratio legis quę eſt anima ipſius legis & ductrix, ponderat timorem ſubornationis propter didiciſſe teſtificata. ergo cùm in caſu noſtro adſit iſte timor, debet habere locum diſpoſitio, vt in iuribus vulgatis.

¶ Eſt tamen aduertendum circa prædicta, quod poſſet probabiliter dubitari, vtrum dicatur non ritè facta receptio, ſi aliquis vnam aut duas fecit productiones teſtium, & cum ad hoc non eſſent omnes examinati, iudex publicauit atteſtationes parte contradicente, an hoc caſu poſsit pars quæ didicit teſtificata, alios producere. & breuiter dicerem, ꝙ poteſt ex eo, quia tales teſtes non ſunt rite recepti, & ſic ſumus in terminis primæ concluſionis, quod etiam probatur hoc modo, ſi receptio & examinatio non ſunt rite factæ, poſſunt teſtes produci de nouo, non obſtante quod pars didicerit teſtificata, vt dixi in prima concluſione, ſed talis receptio fuit huiuſmodi: ergo talis productio fieri poteſt. minor probatur: quia idem iuris eſt de parte quo ad partem, quod eſt de toto quo ad totum. l. quæ de tota. ff. de rei vend. in c. prudentiam. §. 1. ſupra de offic. deleg. cum ſim. Sed ſi vnus teſtis non fuiſſet examinatus

natus super omnibus capitulis, & interrogatus, non dicitur fuisse rite receptus: ergo fortius quando in nulla parte fuit examinatus: nam si ratione partis omissæ quis dicitur non rite receptus, fortius si in toto omittatur, cum in toto & quælibet pars contineatur. l. si quis cum totum ff. de excep. rei iud. & in l. in toto. ff. de reg. iur. cum sim. nam à quo remouetur totum, remouetur & quælibet eius pars. facit l. si causa cognita. C. de transac. & quod no. in l. 1. in fi. ff. de suis & legi. per Bal. in l. reos. C. de accu. & in repet. l. cum mulier. ff. sol. matri. consequentia autẽ de se est manifesta. nec ob. tex. in §. quia verò. versic. illud. in Authen. eo. ti. & in d. authen. at qui semel. in quibus videtur sufficere, quòd quis didicerit testificata post primam productionem testium, & receptionem, ad hoc, vt excludatur à productione aliorum. ergo si recepti sunt omnes testes primo loco producti, licet non sint recepti & examinati secundo producti, non debent amplius alij produci, posito quod pars didicerit testificata: quia respondeo, quod ille tex. vult quod quis excludatur propter didicisse testificata: quando omnes testes producti in prima productione sunt examinati, si vna sola fuit facta productio. Item requirit examinationem & receptionem omnium testium secundo loco productorum. Sed si omnes adhuc non sunt recepti & examinati: dico quod si ipse per se percunctauerit testificata, non admittitur ad producendum alios: sed iam producti bene examinantur, nec hoc ibi negatur: licet non procedat sine dubio. & si diceres quarto etiam producti non debent examinari, cum sit timor subornationis. Respondeo quod postquã alij, quos produxit, sunt adhuc examinandi: nõ est tantus timor, quantus esset si omnes essent examinati: quia quando omnes sunt examinati, pars quæ didicit testificata, si videret se non probasse, induceret alios per corruptelam: sed si omnes examinati non sunt, potest confidere in reliquis, maximè quia postquam produxit, præsumptio est quod produxerit tanquam informatos & scientiã habentes de eo, de quo quæritur, sed in non productis, præsumptio est per contrarium. Et si diceres, quare ergo non impeditur saltem productio aliorũ, sicut in dicto vers. illud. & in auth. at qui semel? Respondeo, quia in illis iuribus ipse solùm percũctando attestationes, & sic fuit in culpa: & ideo est quod sibi imputetur. Et præterea ibi omnes testes fuit percunctatus: quia omnes deposuerant. quod patet ex tex. dum dicit, testificationes tractauerit, aut aduersario &c. vnde non erat aliqua species in reliquis qui non deposuerant, & ideo maior præsumptio est contra eũ, quod maiorem diligentiam ponet in subornando alios, sed quando adhuc nõ erant examinati omnes, erat spes in reliquis, & in hoc casu nostro cum iudex publicauerit, & non rite: non fuit pars sola in culpa, sed etiam iudex.

¶ Et ex prædictis possumus inferre aliam quintam conclusionem notabilem, quod licet facta prima aut secunda testium productione, & receptione omnium testium productorum, si pars attestationes percunctauerit, non admittitur ad tertiam productionem: si tamen pars percunctata fuerit ante omnium testium productorũ receptionem, saltem iam productorum, fieri poterit examinatio. hæc conclusio probatur ex his quæ dicta sunt supra. Item quia cum tex. in d. §. quia verò. & similes sint correctiui, vt supra ostensum est, & sic debeant strictè interpretari, sequitur quod cum loquantur quãdo pars testificationes tractauerit, debet intelligi de omnibus: quia indefinita æquipollet vniuersali, quod denotant verba ibi posita, si rectè ponderentur, maximè quia cum dicunt, vti testium alia productione non possunt, sentiunt quod testibus productis vti possunt: vt scilicet examinentur, & recipiantur. quinimò satis iuridicè videtur attentari posse quod in casu prædicto: videlicet, quãdo ante examinationem omnium testium iam productorum quis fortè fuerit percunctatus attestationes, possit etiam alios testes producere ratione prædicta, & quia non omnes iam productos percunctatus est, cum adhuc nõ sint examinati: & quia non est tantus timor subornationis, postquam alij adhuc restant examinandi: & quia dicta iura sunt correctiua, & sic ex prędictis potes inferre 6. conclus.

13 ¶ † Septima conclusio sit, facta testium receptione ritè, & publicatione ritè & solenniter, quando certum est partes didicisse testificata: non possunt testes regulariter produci super eisdem articulis, vel directo contrarijs, tam de iure ciuili quàm canonico. hæc conclusio probatur ex dicto §. quia verò. & in d. authen. at qui semel. & in Clemen. 2. eo. tit. ideo autem dixi, regulariter: quia multi sunt casus speciales, in quibus possunt testes recipi & produci, de quibus dicam in 11. art. princ.

14 ¶ † Octaua conclusio sit, rite facta testium receptione & publicatione, quando certum est partes non didicisse testificata: possunt testes de iure ciuili regulariter, nisi aliud obsistat, de nouo produci in causa principali: etiam super eisdem articulis, vel directò contrarijs. hæc conclusio probatur à cessante timore subornationis, & ex his quæ dicta sunt supra. nam cum supra probatum fuerit quod ius ciuile fforum, & C. non considerat publicationem, nec etiam quod pars didicerit testificata, nec etiam triplicatam aut quadruplicatam productionẽ iam factam, ad excludendas alias productiones: cũ prædictis non obstantibus si pars esset intra primam dilationem, vel aliam: iuridicè ante ius authenticorum poterant testes de nouo produci, & solùm iudex poterat effrenatam multitudinem moderari, vt in l. 1. ff. eod. ti. sequitur quod cum iure antiquorum non ponderetur publicatio, sed solum quãdo pars didicisset testificata: aut tres essent factæ productiones & receptiones, quod alia productio non concederetur, & per consequens tex. dictæ authenticæ sic exorbitans & correctiuus, non debet extendi ad casum nostrum, quando non sumus in quarta dilatione, & pars non didicit testificata, vnde poterunt alij testes de nouo produci: quamuis ijdem testes iam examinati non possint repeti, nisi secundum id quod traditur in l. produci. ff. eo. & dicetur in c. cum causam. el secor do, & in cap. constitutis, el terzo, inf. eo. & vt traditur in l. repeti. ff. de quæst. Et hæc conclusio, iudicio meo, indubitanter procedit de iure ciuili, licet communis opin. sit in contrarium quo ad causam principalem: sed de iure canonico maius est dubium, & talis dubitatio solùm descẽdit: quia iura canonica videntur ponderare publica-

blicationem tanquam terminum exclusiuum productionis testium, sicut ad eundem finem ponderant renunciationem, vt in c.causam,quę. el secondo,& in c.intimauit,& in c.de testibus. & in c.cum venissent,& in c.ex tenore.inf.eo.cum sim. Et ideo videtur quod facta publicatione non posint regulariter de iure canonico alij testes produci in causa principali: sicut nec possunt post renunciationem: maximè quia secundum rationes Domini mei, & Io.Andr.solus timor subornationis non consideratur ad impediendos testes,sed & aliæ sunt rationes, secundum quod supra dixi post eos. & hæc est communis sententia.

¶ Sed his non obstantibus, ego arbitror in casu prędicto idem etiam concludendum esse de iure canonico: Moueor, quia non data triplicitate productionum,ponderari videtur solus timor subornationis,vt in d.Clemen.2.eod.ti.facit tex.in c.constitutus.el primo,inf.eod.ti. in fi. vbi tex.dicit,attestationibus apud eum depositis sit contentus. & glo. dicit ibi, quia eo ipso quod testes fuerunt apud eũ depositi,non possunt alij produci:quia præsumitur didicisse testificata, & sic ponderat solam scientiam testificatorũ.facit inf.eo.c. vltra tertiam.& in c.cum in tua.in fi.inf.eo.Et hanc opinionem sensit gl.fi.in fi.in c.constitutus.el 3.inf.eo.

¶ Non obstant iura supra in contrarium allegata, quia respondeo quod illa procedunt in casu dubij,de quo dicetur in sequenti cõclusione. Sed nos ponimus rem certam, quãdo scilicet certum est partes,vel partem non didicisse testificata.quo casu fortius ex æquitate canonica debet admitti, quàm de rigore iuris ciuilis,vt veritas habeatur, & ne probationum facultas depereat, vt sæpius supra dictum est, maximè cum nullus reperiatur tex. loquens de publicatione, qui dicat quod licet pars non didicerit testificata,non admittatur,sed ideo iura canonica ponderauerunt publicationem: quia post publicationem præsumptio est,quod pars didicerit testificata: quam præsumptionem tollit incertitudo in contrarium.

¶ Ad quod faciunt argumenta & rationes, quas supra deduxi in princ.ad fundandas istas conclusiones, & quod statim dicam in rationibus sequentis decimæ conclusionis,per glo.in c.statutum. in ver. numerandum.de præb.lib.6.cum sim. & hæc opin. est iustior,æquior,& sanctior.intellexi tamen quod communiter seruatur contrarium. Ego tamen nunquam vidi seruari contrarium, quando pars probaret se non didicisse testificata: quicquid sit, tamen vbi non probaretur talis stylus & consuetudo: arbitror quod tam in foro seculari, quàm ecclesiastico, facta probatione quod pars non didicisset testificata: indubitanter admitterem eam ad alios testes producendos, nisi aliud obstaret quàm publicatio: & sic ex prædictis potest inferri hæc nona conclusio: videlicet.

¶ Quamuis dubium sit de iure canonico, vtrum ritè receptis & publicatis attestationibus,testes possint de nouo produci super eisdem articulis, vel directò contrarijs: quando certum est partes non didicisse testificata: tamen pars affirmatiua etiam de iure canonico videtur æquior. & hanc sequitur hic Dom. Anton.

15 ¶ † Decima conclusio sit. facta testium receptione & publicatione rite,quãdo dubium esset,vtrum pars didicerit testificata: æquum videtur esse,vt nisi aliud obsistat,possint de iure ciuili testes produci: etiam super eisdem articulis,vel directò contrarijs, delato prius iuramento parti volenti producere: quod nec per se, nec per alium didicerit testificata, & secundum formam c.vltra tertiam.inf.eo.

¶ Hæc conclusio probatur: quia licet post publicationem suspicio sit & præsumptio, quod pars didicerit testificata: tamẽ postquam sumus in dubio, talis suspicio tollitur prædicto iuramento.& aduerte: quia intelligo quod sumus in dubio, fortè quia pars quæ vult de nouo producere aliquid, probat per quod iudex inducitur in dubietatem,an pars didicerit testificata,sed tamen hoc non plenè probat, hoc dico: quia præsumptio magna est contra ipsam partem post publicationem quod didicerit testificata, vt docet experientia, sed quando nihil probaret in contrarium,videtur esse maius dubium,vnde poteris cogitare.articuli tamen & rationes satis adstringunt ad idem. vnde redeundo ad probationẽ conclusionis dico, quod prædicta conclusio probatur ex identitate rationis inductiuę iuramenti super cõcessione quartæ productionis,de qua in d.§.quia verò.& in authen.at qui semel,&c. vltra tertiam.infra eo. ibi enim propter tres iam concessas & admissas productiones, & quartæ productionis postulationem contra ipsum petentem,erat pręsumptio scientiæ testificatorum: sicut quarto in dictis iuribus ad purgandam talem suspicionem defertur iuramentum sub illa forma, quo delato, propter purgatam suspicionem admittitur quis ad quartã productionem, vt dixi in cap.causis. supra eod. ita debet hæc pars delato iuramento ad hanc productionem admitti.nec obstat si diceres,quòd cũ illa iura sint correctiua, non debent extendi ex identitate rationis: quia respondeo quod tunc non deberent extendi, quando eadem vel maior correctio induceretur: sed secus est in casu nostro, quando ex extensione, quam facimus, redimus ad ius cõmune antiquum, & ad ius naturale & diuinum,quo casu latissima sit interpretatio: quia res de facili reuertitur ad naturam suam. ad quod vide glo.sing.in ver.numerandum.in cap.statutum.de præben.lib.6.& quod tradit Feder.de Senis, consil.89. & quod no. in cap. 1. iuncto c.fin. de pactis.lib.6.& per glo.fin. in Clem. sæpe.de verbo.signif. ad quod etiam vide plura alia iura & authoritates quas allegaui in c.significasti.supra de foro compe.in 7.quæst.6.prin.arti.ver.tertio vero casu.

¶ Et ex prædictis rationibus rectè consideratis, videtur etiam concludendum esse, quod idem sit de iure canonico, ad quod faciunt etiam rationes assignatæ ad præcedentem nouam conclusionẽ de iure canonico: quamuis propter opiniones uideatur esse aliqualiter maior dubitatio: & sic ex prædictis patet,an sola publicatio excludat quem à potestate producendorum testium, tam de iure ciuili quàm canonico.

¶ Circa secundum membrum principale videlicet, an sola scientia testificatorum etiam ante publicationem excludat quem à potestate producendorum testium. Ioan.And.hic tenet quod sic.& in c.consti-

c.constitutus in præsentia. infra eo. & Barto.in d.§. quia verò. & in d.auth. at qui semel. & ita communiter hic & vbique tenent Docto.

¶ Ego verò arbitror in hoc dicendum, vt patet ex his quæ dixi in præcedentibus conclusionibus. Ex quibus patet quod non est simpliciter verum, quod licet quis didicerit testificata, non admittatur ad aliam productionem. pone enim quod testes non essent ritè recepti: vel quod omnes adhuc non essent recepti: vel quod non didicerint testificata omnium: nam his casibus concludendum est, vt supra dixi. Sed si iam producti in prima, vel secunda, aut tertia productione essent rite recepti, & probaretur quod pars didicerit testificata per se, vel alium, secundum formam c. vltra tertiam, inf. eo. & d.§.quia verò. etiam si non esset facta nisi vnica productio: ad aliam productionem non admitteretur, vt in dictis iuribus.

¶ Et est aduertendum circa prædicta, quod in casibus in quibus dixi, quod quis impeditur de nouo producere, si didicit testificata: impeditur quis nõ solùm si didicit testificata suorum testium, sed etiã si didicisset attestationes partis aduersæ, vt tenet Innocen.& Doctò. communiter in cap.pen. infra eo. & probatur in dicto §.quia verò. & tenet glo. in d. authen. at qui semel. licet quidam teneant contrarium, vt refert Innoc.in d.c.pen. sed plus placet præcedens opin. quam etiam fuit secutus in dicta Clemen.2.eo.tit.

16 ¶ † Sed circa prædicta quæro, qualiter quis probet quod non didicit testificata. ¶ Sol. Doctores hic communiter ponunt vnum modum: videlicet, quando attestationes reperiuntur adhuc sigillatæ: etiam si reperirētur penes partem: dummodo sint sigillatæ, vt dicto cap. constitutus. infra eodem. Et idem dicendum si probatur, quod publicatio fuit facta per iudicem solo verbo, non realiter: ita quod non fuerit data realis facultas partibus, vt attestationes percunctentur, vt traditur in dicta Clemen.secunda, vel si probatur quod pars quæ nunc voluit producere, fuit absens continuo: nec aliquem habebat procuratorem, vel aduocatum. Et idem etiã arbitrarer, si pars aduersa fateretur quod post publicationem semper attestationes fuerunt penes eam.

17 ¶ † Secundò quæro, qualiter dicatur quis didicisse testificata. ¶ Sol. Barto.in dicta authen.at qui semel. dicit quod probatur, probando quòd habuit librum attestationum penes se. pro quo est tex. in d. cap. constitutus. in fi. intelligendo tamen si sunt dissigillatæ, vt dixi, etiam si penes eum reperirentur fuisse depositæ iudicis authoritate. dicto c. constitutus. Item secundum Bart. probaretur eum subtraxisse: vel quid simile fecisse, vel si probaretur quòd audiuerit legi per notarium, quòd intellige in idiomate quod clarè possit intelligi per ipsam partem, & idem si per procuratorem, vel aduocatum. secus si transcursoriè legi audiuisset, vel esset persona simplex, rudis, aut agrestis: quia tunc non diceretur didicisse testificata, per tex.in dicto §.quia verò. dum tex. dicit, percunctatus fuerit &c. quod verbum etiam reperitur in cap.pen. infra eo. & importat diligentem perscrutationem: quoniam dictio, per, auget, & perfectionem significat. l. vrbana. §. pernoctare. ff.de verborum signific. in cap. significasti. supra de electio. & in cap. si constiterit. infra de accusatio.

¶ Ego verò in hoc articulo distinguo principaliter sex membra.

¶ Primum est, quãdo didicit testificata ex seipso.

¶ Secundum, quando didicit à testibus.

¶ Tertium, quando didicit testificata à notario.

¶ Quartum, quando didicit ab aduersario.

¶ Quintum, quando didicit testificata à iudice.

¶ Sextum, quando didicit testificata ab alio extraneo.

18 ¶ † Circa primum membrum, quãdo quis dicatur didicisse testificata ex seipso: aduerte, quia hoc potest contingere tribus modis. vno, quando ipse præsens fuit testium examinationi, & hoc casu, videtur dicendum quod satis dicatur didicisse testificata, vt amplius admitti non debeat ad nouam testium productionem super eisdem articulis, etiam ante publicationem: ita singulariter tenet glo. in versi.2.quæst.1.cap.in primis, per tex.nostrum. & in d.§.quia verò. & in d.authen. at qui semel. & etiam per not. hic.

¶ Sed Vincen. in c.series. infra eod. vt refert ibi Dom.meus in sexta lectura, videtur tenere contrarium. concludit enim quod ex eo quòd quis fuerit præsens in ipsa testium examinatione, non tamen excluditur à facultate producendorum. & hoc dictum etiam referunt Docto.in cap.in nostra. supra eod. & in cap. venerabilis. infra eod. vbi hoc idem sentit Dom.meus, & ita etiam hic reperio quosdam moderniores sentire: quia non potest pars sentire modico discursu, & solo volatili verbo percipere, & scire testificata.

¶ Ego arbitror dicendũ esse, quòd si pars est persona valde instructa & docta, & sit negotium quod percipiatur modico discursu: verbi gratia, si feci articulũ quod mutuaui tibi decem florenos: vel quid simile, & testis deponit verum esse: quia fuit præsens, vel nihil scire: nam cum hoc modico discursu percipiatur: satis intelligitur didicisse testificata, & hoc modo procedat opinio glo. in d.c.in primis. sed si non esset persona docta, aut res quæ modico discursu perciperetur: tunc vera sit secunda opin. quid enim si fuerunt examinati testes in latino sermone: & pars erat vulgaris: vel quid si in alio idiomate incognito ipsi parti fuerunt examinati? certè non intelligeretur didicisse testificata: cùm nec in præsentia ipsius dicatur aliud gestum, per tex. in l. coram. ff.de verborum signif. & in l.diem proferre. §.coram.ff.de arbi. & quod no. in l. 1.in princ. ff.de verborum obliga. vel quid si pars est rudis & agrestis: & negotium est tale quod non percipiatur modico discursu, vt plerunque contingit in multis, in quibus Docto. iterum atque iterum legentes dubitant? non est dubium quod non dicetur testificata didicisse.

¶ Secundo modo potest contingere, si pars legisset testificata existentia penes notarium: nam distinguerem quòd aut perfunctoriè legit: aut maturè percunctatus est. primo casu, si res est quæ modico discursu præcipiatur: didicisse intelligeretur. secus si esset negotium quod non perciperetur modico discursu: si verò præmaturè percunctatus esset legendo

gendo & præmeditando, & persona esset multum docta: tunc tanquam scientiam habens, excludetur à tali facultate producendorum testium.

¶ Tertio modo potest contingere ex eo quòd pars ipsa subtraxisset attestationes: vel aliàs penes se disigillatæ reperiuntur & apertæ: tunc enim præsumptiuè probatur attestationes didicisse, per text. in cap. constitutus. inf. eod. & est bonus tex. in l. non est ferendus. ff. de transactio. quod tamen videtur limitandum, secundum singularem limitationem Baldi, quam ponit in l. fin. ff. quemadmod. testa. ape. videlicet, si modò ipsæ originales attestationes reperiantur penes ipsum: vel copia ipsarum originalium data per notarium, qui examinauit: secus si pars habuisset copiam manu alterius notarij vel personæ: quia tunc propter hoc non excludetur à facultate producendorum testium, & ad hoc dicendum mouetur per illum text. qui vult, quod testamentum dicatur apertum, quando originale est apertum: secus si exemplatum. quod dictum sequitur etiam Ioan. de Imo.

¶ Sed tu aduerte: quia licet hoc dictum sit peregrinum: tamen videtur esse satis dubium, & semel vidi illud de facto. & allegabatur quod lex illa fin. non probabat ex eo, quia cum requireretur ad substantiam illius tituli apertum & publicatum esse testamentum, & aliud sit testamentum, & aliud copia vel exemplatum, vt in c. 1. inf. de fide instr. & quod no. in auth. si quis in aliquo. C. de eden. meritò non cõcludit ad casum nostrum, in quo non requiritur apertura vel publicatio: sed sufficit testificatorum scientia. Præterea Bald. sentit quod secus est si pars habuisset copiam à notario, qui examinauit. cuius tamen contrarium concludit illa l. fi. quo ad terminos publicationis testamenti. cogitabis.

¶ Item aduerte: quia quod supra dixi, quod ex eo quod pars subtraxerit, aut penes se habuerit attestationes: intelligatur sciuisse testificata, arbitror limitandum, nisi pars ipsa contrarium probaret, videlicet se non didicisse: poterit probare, probando quod eo ipso quod subtraxerit, immediatè deposuit penes alium: vel posuit in capsa, aut quid simile, & probaret per duos testes idoneos qui ab actu subtractionis vel receptionis semper fuerũt secum: qui etiam deponunt quod nunquam legit, & percunctata fuit ipsa pars attestationes, & quod non potuisset legere, aut percunctasse quo minus ipsi vidissent. ad quod facit quod supra dixi de attestationibus depositis penes partem sigillatis, & satis hoc natura etiam edocet.

¶ Ex predictis patet, quid tenendum sit de visione exẽpli dictorum testium, an per solam visionem exempli præcludatur via. in quo Bal. in l. fi. C. quemadmo. testa. ape. videtur sentire quod nõ, per illum tex. non tamen se firmat. intelligi enim debet & declarari secundum prædicta.

19 ¶ † Circa secundum membrum, quando non à se, sed ab ipsis testibus, qui deposuerunt, didicit testificata: an impediatur de nouo producere. glo. in d. §. quia verò. in Auth. eo. tit. videtur tenere quod sic, per illum tex. & idem videtur sentire Bart. ibi, & etiam in auth. at qui semel. C. de probat. & per tex. dum dicit, testificata tractauerit. & dum vult quod siue à se, siue ab alio, siue ab aduersario hoc sciuerit. Innocen. tamen in c. pen. inf. eod. Docto. etiam hoc communiter videntur tenere, quod licet pars hoc sciuerit à testibus: non tamen præcludatur via pro ductioni de nouo fiendæ: nam cum hoc non prohibeatur aliquo iure: ergo videtur permissum, vt l. 1. ff. eo. dixi in c. 1. supra eo. Item nec ratione timoris subornationis hoc debet prohiberi, cum ipsius subornationis timor cesset: quia per viuam vocem testis non potuit bene instrui. facit cap. cum personæ. de priuil. lib. 6. pro quo dicto ego etiam adduco: quia non videtur sufficere quod pars sine lectura mentaliter didicerit: sed requiri videtur quòd oculo corporali viderit & legerit, per præallegatam auth. at qui semel. qui tex. videntur requirere partẽ legisse, tractasse, & percunctasse: quæ omnia denotant actum naturalem facti: nõ mentalem, per tex. in l. 1. §. sed si lege. ff. de his quæ in test. delen. vbi traditur, quod licet ex his quæ præcedunt & sequuntur media, possunt intelligi mentaliter: tamen nisi visu corporali legi valeant, non debent legi. ad idem facit c. inter dilectos. de fide instr. & quod no. Inno. in c. P. & G. supra de offi. deleg. Item pro hac decisione allegat Host. rationem: quia potest esse quod testis refert falsum. in c. inquisitionis. §. fin. inf. de accusa. vel quia vult parti complacere: vel se ab ea subtrahere, vt quotidie docet experientia, vel quia non bene recordatur. Et ad text. qui videntur facere in contrarium: videlicet, ad §. quia verò. cum sim. respondet Innoc. quod loquuntur quando pars non solùm didicit testificata, sed etiam facultati producendorum testium renunciauit. hæc responsio mihi non placet: quia diuinat, & est contra illa iura, & ipsorum rationem.

¶ Sed aduerte: quia Bart. in d. §. quia vero. licet finaliter videatur tenere contrariam opin. Innoc. tamen in prin. videtur sequi prædictam opin. Innoc. Dom. Anton. hic tenet contra Bart. & idem Io. de Imo. in cap. series. in fi. infra eo. sed fortè posset concordari vtraque opinio isto modo, quod si testes, qui testificata retulerunt parti, sunt docti, & multum amici, & fideles, & veridici, & erat negotium quod non exigebat nouum discursum, vel quid simile: quod hoc casu vera sit opin. glo. & Bart. nam verisimile est quod pars inducetur ad nouam productionem, & ad subornationem. Nec ob. quod supra dixi de lege 1. §. fi. ff. de his quæ in testam. delen. quia non est verum, quod in casu nostro requiratur corporalis lectura, aut percunctatio ipsius partis, quod patet ex sola disputatione habita per partem cum aduersario, & per percunctationem aduocati vel procuratoris dicitur ipsa pars didicisse testificata: adeo quod excludatur à facultate producendorum testium, vt d. §. quia verò. Si verò esset negotium quod non perciperetur modico discursu, & testes non essent multum docti: tunc procedit opin. Innoc. Hostien. & Dom. Anton. Et intellige quod supra dixi, quando per scientiam talem habitam à testibus excludatur: quòd tunc excluditur, quando scientiam habuit ab omnibus testibus qui deposuerunt, & qui iam producti erant. secus si eam habuisset ab aliquibus, secundum ea quæ latius dixi in articulo publicationis, in quarta conclusione, in fi. & in conclusione quinta.

20 ¶ † Circa tertium membrum principale, quid tenendum

nendum sit, si pars didicit à notario, qui examinauit testes. Doct. in cap. series. infra eod. videntur velle quòd hoc non obstante admittantur ad nouam productionem, & etiam tenent hic quidam: ego tamen hoc intelligerem procedere, quando notarius persunctoriè, aut verbo volatili retulisset attestationes, & non esset multum doctus: vel esset talis qualitatis quod ei non deberet fides adhiberi: maximè si esset res quæ modico discursu non perciperetur, secus si nô persunctoriè, sed maturè & præmediatè facta esset relatio per notarium, & notarius esset fidelis, & talis cui pars deberet fidem adhibere, & maximè, si pars cum ipso notario disputationem assumpsisset: vel esset res, quæ modico discursu perciperetur.

21 ¶ † Circa quartum membrum principale, quando pars didicit ab aduersario: dicendum est, secundum quod colligitur ex textu dicti §. quia verò, & dictæ authenticæ, at qui semel. quòd aut pars verbaliter didicit ab aduersario: quia aduersarius dicit probatum esse, vel non probatum, & hoc casu, non impeditur in noua productione, aut inter partes assumitur disputatio deliberata, inquirendo meditatiuè & subtiliter perscrutando super dictis & attestationibus receptis: ita quod per ipsam disputationem habetur scientia testificatorum, & talis disputatio excludit à facultate aliorum testium producendorum. d. §. quia verò. ibi, aduersario faciente disputationem, &c.

¶ Circa quintum membrum principale, quando à iudice pars didicit testificata, an excludatur. dicendum arbitror quasi in omnibus, vt dixi in tertio mēbro de notario, nisi quod in iudice præsumptio est maioris scientiæ & doctrinæ, & sic quod melius cognoscat, an testes probent vel non probent, quare attendendæ sunt qualitates: an persunctoriè iudex loquutus fuerit, & an sit talis cui pars ratione amicitiæ suæ fidelitatis eiusdem iudicis, licet in hoc infidelitate vtatur, credatur. Item considerari debet, an referat quid testes dixerint: & an pars sit docta, si fortè est negotium quod non percipiatur modico discursu, an verò iudex simpliciter asseruerit & firmauerit testes probare, vel non probare: tam respectu testium productorum per ipsam partem, videlicet quod non probant, vt ipse alios producat, quàm productorum per partem aduersam, vt probent ad hoc, vt pars cui loquitur, probet. contrarium facit quod supra dixi in prin. istius articuli de scientia testificatorum. & quod statim subdam.

¶ Circa sextum & vltimum membrum, quando pars didicit ab extraneo, videtur mihi concludendum, quod non excludatur à noua testium productione, nisi aliud probetur: quia non est præsumptio quod extraneus magis sit informatus de attestationibus, quàm ipsæ partes principales: cum testes secretè recipi debeant, vt dixi in ca. secundo, supra eod. sed si probaretur quod extraneus, qui retulit parti probatum esse, vel non probatum, legisset attestationes: aut eas tractasset, vel percunctatus esset, vel subtraxisset: tunc ponderandum esset & aduertendum, qualis esset iste extraneus: an esset doctus, & talis qualitatis cui pars verisimiliter credere debeat, vtputa, si est aduocatus vel procurator suus, & tunc indubitanter excluderetur à noua productione, vt est tex. in d. §. quia verò. ibi dum tex. dicit, neque aliquis aduocatorum eius. & in d. authent. at qui semel. vbi textus dicit, vel aliquis aduocatorū eius, vel alius pro eo agens. facit etiam text. in cap. pen. infra eod. ibi, neque per alium & c. secus si esset talis, cui non deberet verisimiliter credere, vel non est multum doctus: vel dicit se simpliciter legisse attestationes: non autem percunctasse, vel legi audiuisse, vel se fuisse præsentem examinationi: nam tunc non excluderetur, quod clarè patet: quia propter talem præsentiam & persunctoriam lecturam, si non sit talis res quæ modico discursu percipiatur: pars ipsa principalis, quæ præsens fuit, vel persunctoriè legit, non excluditur, vt dixi supra in primo membro. Et in summa, in omnibus prædictis sex membris concludendum arbitror, quod qualitercunque plenè probetur quod pars, quę vult nouam facere testium productionem, verè didicerit testificata: vel per se, vel alium, excludetur à noua productione, propter timorem subornationis, & corruptionis testium, intelligendo tamen, declarando, & limitando secundum ea quæ dixi in articulo publicationis in prima, secunda, tertia, quarta, & quinta conclusionibus & similibus, secus si verè non probaretur, quod pars didicerit testificata: quia tunc nô excluditur. Et sic patet quod in hac materia plurimum versatur iudicantis arbitrium, sicuti regulare est in materia testium, quanta & quibus testibus sit fides adhibenda. l. 3. §. tu magis. ff. eod. & ideo requirit iudicem prudentem & bonum, non asinum plumbeum, aut iudicem pannosum: o vero Bu. di panno, o mazachane, prout sunt multi castra porcelle, qui vadunt quotidie pro assessoribus: nihil sciētiæ aut doctrinæ, & minus prudentiæ aut discretionis habentes. & quod peius est, non verentur ad magnificas ciuitates accedere: cum potius porcis, aut pecudibus legem dare deberent, quàm hominibus iura administrare. sit tamen prudens etiam pars, vel partis aduocatus, vel procurator, vt animaduertat ad ea quæ dicta sunt supra ad probandum scientiam testificatorum, vt faciat articulos aptos ad probandam qualitatem alterius partis, quam asserit didicisse, & testium, & notarij, & iudicis, & extranei à quibus asserit didicisse, & de eorum fidelitate & scientia, amicitia, & similibus qualitatibus, & qualiter disputationem assumpserit cum aduersario, & de qualitate ipsius rei, quod sit res quæ modico discursu percipiatur, & c. volens autem probare cōtrarium, contrario modo faciat positiones & artic.

¶ Insuper arbitror aduertendum circa prædicta, quod in casib. in quibus supra dixi, quod si pars verè sciuit testificata ab alio, excluditur à noua productione. nam fortè non esset inconueniens hoc limitare, si modo illud per partē aduersam dolosè fuisset suggestum ad hoc, vt pars aduersa præcluderet viam nouæ productioni. nam hoc casu, nō videtur quis excludendus à noua productione, ne dolus & fraus aduersario patrocinentur, vt in c. sedes. de rescript. cum sim.

¶ Insuper etiam ad declarationem prædictorum aduerte ad illud quod supra dixi, quod testificatorum scientia excludit à noua productione: non solùm respectu suorum testium, sed etiam respectu scientiæ testium aduersarij. quod etiam voluit Bar.

in

in d.§.quia verò.in Auth.eo.tit. Ex his, Deo duce, habes expeditum hunc quartum difficillimum, & intricatissimum articulum principalem.

¶ Circa quintum principalem articulum, an super nouis omnino articulis in casibus in quibus dixi supra publicationem, vel testificatorum sciētiam præcludere viam, possint testes produci non obstante tali publicatione & scientia. & dicendū est quod non: quia cum non debeat quis admitti ad probandum, quod probatum non releuat, vt in cap.cum contingat. de offic.delega. & in l.ad probationem. C.de proba. sequitur quod cum tales articuli omnino noui, non sunt ad causam pertinentes: iudex debet illos reijcere, vt no.in l.per hanc. C.de temp.appella.& est bonus tex. in cap.cum Ioannes. infra de fide instrumen. Excluditur ergo quis ab hac productione, non ex vi publicationis aut scientiæ: sed propter regulam prædictam: quia impertinentia non patrocinantur, neque actori, neque reo: imò non debet pati iudex vt ponantur in actis: quia nō possunt transire in vigorem iudicij. ff.de iureiuran. l.si duo patroni. & ff.de petitio. hæred.l.si quis libertatem.§.fi. & hoc tenēt hic communiter Doct. & procedit hæc conclusio, non solùm in omnino nouis respectu originalis facti primò deducti: aut respectu diuersæ rei petitæ & deductæ nūc: quàm prius deductum esset: sed etiam respectu variati modi agendi, vt si primò petebam equum ex causa emptionis: nunc peto ex causa donationis, vel alia simili, vel qualitercunque contingere posset, quod exceptio rei iudicatæ super primis articulis, non haberet obstare in casu nouorum articulorum: etiam si solam mutaret personam, secundum Dom. Ant. hic, vt quia quis dicebat se emisse equum à Titio, quem dicebat ad se pertinere, & postea dicit se emisse à Sempronio. quod exemplum Dom. Anton. potest procedere, quando exceptio rei iudicatæ respectu emptionis factæ Titio, non haberet obstare, respectu emptionis postea celebratæ à Sempronio deductæ postea in secundis articulis: vt puta, quia dictum equum petebam vt ad me spectantem: ex hac sola causa, quia emi à Titio. secus si simpliciter petijssem, tanquam simpliciter ad me spectantem: quia tunc tales articuli videntur admittendi, vt dicam in septimo articu. princ. Et generaliter in omnibus nouis articulis, prout appellaui nouos, secundum primā speciem articulorum. de quo diximus in primo casu secundi principalis articuli. dicendum quòd admittuntur, tanquam impertinentes. & hoc etiam tenent Barto. & Bald. in dicta l. per hanc. Et singulariter dicit Bal. ibi, quòd actor post lit.contesta.non potest prosequi qualitatem non intentatam in libello. nam cum litis contestatio fiat super edita actione, vt l.edita. C.de edendo. Et fiat ex voluntate vtriusque partis, scilicet actoris & rei: solus actor non potest alterare lit. contesta. Et procedunt prædicta non solùm respectu actoris, vt dictum est, sed etiam respectu rei conuenti. Exemplum, agebatur contra unum possessorio recuperandæ: ipse excepit quod sibi licitum fuit spoliare, & sic fecit articulum. deinde facit nouū articulum in quo dicit se dominum, & per hoc non teneri restituere. nam talis articulus non admittitur, quia non iuuat reum, vt in c.in literis. supra de restitut. spoliat. vel si primò à reo petebatur equus, & ipse opponit denuo pactum de non petendo super libro, vel falcone. vel si reus prius opposuit vnam exceptionem, & nunc opponit vnā nouam exceptionem, quæ ei de nouo superuenit, & est talis quæ de sui natura, licet de nouo superuenerit, non potest opponi. de quo vide latè per Barto.in l.1.ff.de exception. & per Bald. in d.l.per hanc. C.de tempo.appella. & sic ex prædictis habes expeditum quintum princip. artic.

¶ Circa sextum, an super antiquis articulis omnino possint testes de nouo produci post scientiam testificatorum, vel publicationem in casibus in quibus dixi publicationem vel scientiam præcludere viam, dicendum est, quod regulariter testes nō possunt produci super talibus articulis: siue loquamur de testibus iam productis & receptis: siue de alijs qui de nouo producerentur, & hæc est communis conclusio Doctorum hic, & in d.l.per hanc.& in d.§.quia verò. in Authen.eodem titu. & in dicta authent. at qui semel. C. de probat. in d. Clemen. 2. eod.titu.ideo autem dixi, regulariter, quia hoc fallit in pluribus casibus, de quibus dicam infra in 11. articu. princip.

¶ Circa septimum principalem articulum, an super dependentibus seu inclusis possint testes de nouo produci. difficultas est maxima, & materia subtilis, & difficilis: ideo bene attendenda, sed in ea difficultate pro clariori doctrina, post Dom.Anto. & Dom.meum, & Barto.in d.authent.& Ange. in d.§.quia verò. & etiam ex mente Ioan. Andr. hic distingue, quod quidam sunt articuli qui continentur in primis non expressè seu explicitè, sed de necessitate eorum quæ proponebantur, & hoc potest dupliciter contingere, vno modo quantum ad necessitatem probationis iuris & facti, alio modo quo ad necessitatem facti tantum: quidam verò sunt articuli, qui sub præcedentibus non continentur de necessitate: sed se habēt taliter quod possunt comprehendi & non comprehendi. quo ad primum, quando comprehenduntur ad necessitatem probationis iuris & facti, potest figurari exemplum, quando quis prius articulatur in præscriptione, quæ de necessitate requirit ad probationem iuris & facti, titulum & possessionem.l.siue poss. & l.Celsus. ff.de vsuca.& in l.nullo. ff.de rei vendic. nam si articulor quod præscripsi rem quam possedi per decem annos: seu quod præscripsi rem longo tempore: licet in articulo explicitè non fuerit facta mentio de titulo: tamen tacitè subintelligebatur quo ad factum, & necessitatē probandi: quia aliàs præscriptio longi temporis non procedit. facit quod tradit Innoc. in cap.dudum. supra de elect. & Arch. 10.quæst.3. c.quia cognouimus. vbi dicit, quod ex sola allegata præscriptione videtur includi titulus & bona fides, & hoc casu non admitteretur quis ad nouum articulum de titulo probandum per testes post publicationem, vel scientiam testificatorum: quia satis potest dici antiquus articulus. & hoc etiā tenent hic Innoc. & Ioan. Andr. & Docto. supra allegati. Et per prædicta etiam diceremus, quod si primò articulaui de præscriptione longi temporis, & etiā articulaui de titulo habito à Seio, quod si post publicationem vel scientiā testificatorum facio articulum, quod

quod emi à Mæuio: iste articulus non debet admitti, ex eo, quia in primo articulo præscriptionis continebatur titulus à quocunque habitus esset, & ideo iste articulus, tanquam inclusus sub antiquo ex necessitate probandi iuris & facti, non debet admitti. Et prædicta exempla procedunt tam in acto reagente, quàm in reo excipiēte de præscriptione. Et idem dicerem si articulaui prius de præscriptione: nunc volo articulare de possessione. Nam ad hoc, vt articulus non dicatur antiquus, sed potius nouus, ita quod possit de nouo admitti: necesse est quod nihil habeat de materia primi, quod ad ponendum substantiam primi articuli, supponeretur necessitati probandi, quod nunc ponitur in alijs articulis: nam articulus primus totam substantiā continens, cum sit indiuiduus, quamlibet eius partem supponit necessitati probandi, vnde per partem, quamuis minimam, deficientem ad probationem primi, quæ subijciebatur necessitati probandi ad integram substātiam primam, quæ pars esset minima, post publicatas attestationes & scientiam testificatorum deducitur de nouo in articulo, vel articulis, vt illam partem probet: non admittetur propter subornationis timorem. nec ob. quod super nouis articulis possunt testes produci, non obstante publicatione vel scientia testificatorum, & prædicti de titulo & possessione videantur esse noui: ex eo, quia si primò articulatum est de præscriptione longi temporis, & nunc articulor de positione, vel de titulo: si articulor de positione, ab eo detrahitur titulus qui includebatur in articulo primo de præscriptione, & si articulor solùm de titulo, detrahitur ab hoc nouo articulo articulus de possessione, qui includebatur sub primo articulo præscriptionis, & sic uidetur quòd debeat dici nouus articulus: & per consequens admittendus, per regulam quæ vult, quod quotiescunque aliquid additur ad antiquum, vel detrahitur ab antiquo, dicitur nouum, vt in l. ius ciuile. ff. de iust. & iure. nam hic non accipimus nouum articulum illo modo, sed accipimus nouū per respectum, quòd nil habeat ex materia primi, vel primorum articulorum, quòd supponatur necessitati probandi iuris & facti: ita ꝙ non possit pars instrui ex illis ad subornādos testes: aliàs autem si posset pars instrui propter aliquid quod includebatur in primis sub necessitate probandi iuris vel facti: dicitur potius antiquus quàm nouus.

¶ Fr aduerte: quia cum ministerio dixi de præscriptione longi temporis: quia si simpliciter articulatus essem de præscriptione longissimi temporis, deinde post publicatas attestationes, vel scientiam testificatorum articulassem de titulo: iste articulus esset nouus & impertinens ad priorem articulum, quia non supponitur necessitati probandi respectu primi: cum ad præscriptionem longissimi temporis non exigatur titulus, vt in l. malè agitur. C. de præscrip. longi temp. Et hoc intellige, quando similiter agebam ad rem mihi restituendam tanquam ad me pertinentem ex præscriptione longissimi temporis super qua petitione ex tali causa intentata prout intentata est, intelligitur esse lis contestata: secus si simpliciter egissem ad rem tāquam ad me pertinentem iure dominij vel quasi: nam si prius articulatus fuissem de præscriptione longissimi temporis, possum tamen postea articulari de ti. quia licet iste articulus sit impertinēs ad articulum priorem propter rationē præallegatam: tamen non est impertinens ad causam principaliter intētatam. facit quod dicam infra de articulis diuersis ad probandum titulum à diuersis, & pluribus habitum.

¶ Item aduerte: quia si prius simpliciter articulatus essem de præscriptione, nec dixissem longi tēporis, vel longissimi: tunc verò volo articulari de ti. maius est dubium: quia (vt dictum est) ad præscriptionem longi temporis inerat titulus: sed ad præscriptionem longissimi non erat necessarius, & sic non includebatur in primis: sed videtur dicendum quod talis articulus de tit. non admittatur, quia aut ipse agens intelligebat de præscriptione longi temporis, & tunc excludi debet, quia in tali articulo includebatur ti. per ea quæ supra dixi. aut de præscriptione longissimi temporis, & tunc videtur excludens ab articulo de titulo: quia videtur impertinēs per ea, quæ supra dixi, cogitabis.

¶ Arbitror tamen quod in hoc considerandum sit fundamentum petitionis intentatæ. nam si simpliciter actor egit ad rem, tanquam ad se pertinentem: prædicti articuli non videntur omnino excludendi ad inuicem. nam ille qui sic agit rei vendicatione, vel publiciana, videtꝰ omne ius reducere, per quod possit in dicta causa obtinere, & ideo licet prius articulatus esset de præscriptione longissimi temporis, vel de præscriptione simpliciter: potest postea articulari de titulo. nā articulus præscriptionis longissimæ non habet obstare: quia non includit titulum ad necessitatē probandi ipsius articuli. Item licet articulatus sit simpliciter de præscriptione, cuius talis articulus possit intelligi de præscript. longissimi temporis, sequitur quod iste nouus articulus de ti. non includebatur in antiquo de necessitate: secus si fuisset articulatus de pręscriptione longi temporis, per ea quæ supra dixi.

¶ Et in omnibus prædictis casibus qualitercunque sit factus articulus de præscriptione, siue longi temporis, siue longissimi, siue simpliciter: non possum postea articulari de possessione: quia iste articulus omnino includebatur sub quolibet dictorum articulorum præscriptionis: similiter etiam & per contrarium arbitror, si primum articulum feci de possessione, aut de titulo, quod si nunc volo articulari de præscriptione longi temporis, quod talis articulus dicatur antiquus, non nouus, & sic non debeat admitti. nam licet videatur nouus eo respectu, quia sit additio ad antiquum, nam vbi prius solùm articulatus fueram de solo titulo, vel de sola possessione, nūc articulor de vtroque. & sic videtur quod ratione istius adiunctionis seu addit. tamen debeat dici nouus per d. l. ius ciuile, cum simil. quia respondeo, vt supra dixi, quòd nouus non accipitur hic isto modo: sed secundum ea quæ supra dixi, vt nihil habeat de primo quod supponatur necessitati probandi iuris & facti. & ideo cum in prioribus articulis articulatus fuerim de possessione, aut de solo titulo, qui mihi probandus incumbebat ad intentionem meam: quia aliàs non fuissem admissus, vt supra dixi, & maximè in 5. princip. art. si nunc facio articulum de præscriptione longi temporis, quæ necessario includit possessionem & titulum:

sequitur

sequitur quod in hoc articulo cōtinetur antiquus, si supponebatur necessitati probandi, & pars potuit instrui ad subornandos testes, vt nunc deponentes super præscriptione longi temporis, deponunt super titulo vel possessione. titulus vel possessio in primis minime probati fuerunt. secus si nunc articularer de præscriptione longissimi temporis: & prius solùm fuissem articulatus de titulo, per ea quę supra dicta sunt.

¶ Secundò casu principali primi membri, de articulis qui comprehenduntur sub antiquis de necessitate facti, non tamen comprehenduntur de necessitate probationis, dicendum est, quod tales articuli dicuntur noui, & admittuntur post publicatas attestationes, & sciētiam testificatorum. exemplum, primus articulus continet quòd mutuaui tibi centum: vel vendidi tibi domum. de necessitate facti inest tempus: quia mutuum celebratum, vel venditio facta præsupponunt aliquod tempus quo celebratæ fuerunt: non tamen inest de necessitate probationis: quia mutuum & venditio possunt probari absque tempore, vt in l. testium. C. eo. & in Auth. de testibus. §. & licet dudum. Et ideo si post publicatas attestationes, vel scientiam testificatorum facio articulum de tempore: talis articulus est admittēdus tam in causa principali, quàm appellationis, vt probatur in c. ex tenore. inf. eo. secundum vnum intellectū. & sentit hic Host. Inno. Io. And. Do. Anto. & moderniores. & Bar. in d. l. per hanc. no. Io. de Imo. in c. cū causam. de testi. in 4. notabili. quod ego arbitror limitandū, si modo non intendo probare solum qualitatem temporis: ex eo quòd contractus deductus in primo articulo fuit probatus, repetitur in secundo, non animo probandi illud: sed animo probandi qualitatem temporis: vt puta, quia forte aduersarius produxit, vel probauit etiā titulum emptionis vel alium similem, & tu vis nunc articulari de tēpore, vt probes temporis anterioritatem. secus si cōtractus deductus in priori articulo non esset probatus: nam tunc adijciendo tempus, videtur adijcere solum ad hoc, vt videatur fecisse nouum articulum, & sic vt per quandam fraudem ipse probet contractum, qui nō fuit probatus in primis articulis: nam iste articulus non admittetur, iudicio meo, propter timorem subornationis.

¶ Et ex predictis ego facio vnam regulam, quòd quotiescunque illud quod deductum est in primis articulis, & quod supponebatur necessitati probandi iuris & facti: plene probatum est, si fiat nouus articulus, qui includebatur in primis sub dicta necessitate probandi, & aliqua qualitas additur ad istū nouum articulum, quod iste articulus semper est admittēdus, si non sit impertinens respectu additæ qualitatis. ratio est in promptu, quia cum sint probati priores articuli, cessat omnis subornationis suspicio.

¶ Et ex prædictis infertur ad decisionem huius quæstionis. Pone, Titius primò articulatus est, quod vendidit domum Sempronio: demum, quia publicatis testibus, vel habita scientia testificatorum opponitur, quòd ille Titius erat minor tempore venditionis. vnde ipse Titius nūc de nouo articulatur, quòd tēpore contractus celebratæ venditionis erat maior: certè iste articulus admitteretur.

¶ Et idem in simili materia.

¶ Quid si ad probandum ingressum religionis, fecit quis articulum quòd Titius ingressus est tale monasterium, & probauit deinde, quia publicatis attestationibus excipitur, quòd erat minor, & sic inhabilis ad professionem, fuit articulatum quòd tēpore talis ingressus, Titius erat maior. licet enim tales articuli videantur antiqui, tanquam inclusi sub antiquis ad necessitatem probationis, quia ad concludendum venditionem validam, & ingressum validum, & in vendente, & in ingrediente requiritur maior ætas. & sic secundus articulus ponens de legitimitate ætatis in aliquo participat de materia inclusa in primo articulo: tamen in contrarium est veritas, quia licet participet de natura primi, nō tamen participat de ea, prout supponitur necessitati probandi, sed tantum prout supposita de se. nam quilibet præsumitur habilis ætate ad actum exercendū, ex quo illum exercet, nisi de cōtrario constet, & sic dicenti eum inhabilem, incumbit onus probandi, vt in l. ab ea parte. ff. de probationibus. vel saltem ab ipso principio articulanti de ingressu, vel venditione non incumbebat onus probandi ætatem, nisi excipe̅retur de ætate illegitima, secundum quod hæc traduntur in c. in præsentia. supra de probationibus. facit etiam capitulum, cum Ioannes, sup. de fide instrumen.

¶ Ex quibus patet quòd probare validitatē contractus, vel religionis ingressum ex ætate legitima, non subijciebatur necessitati probandi quo ad effectum necessarium, & ideo tales articuli de legitima ætate non dicuntur antiqui, sed noui, & hoc voluerunt hic Inno. Io. An. & Doct. communiter. & adde etiam ea quæ dicam inf. in alijs exemplis ad declarationem prædictorum.

¶ Quidam verò & tertiò sunt articuli, qui non cōprehenduntur de necessitate sub prioribus articulis: poterant tamen comprehendi, & etiam nō comprehendi, vt sunt qualitates, quæ possunt adesse & abesse circa contractum, vt l. pacta cōuenta. de contrah. emp. & super istis potest fieri noua productio, vt in c. veniens. inf. eo. & latius apparebit ex exemplis inf. subijciendis.

¶ Et ex prædictis deciduntur multæ quæstiones.

¶ Prima. Pone: habebam rem tuā prius obligatam, quā postea obligasti alteri: deinde tertio loco obligasti iterum mihi, ex debito priori. Egi cōtra te actione hypothecaria, & pro tunc articulum feci de obligatione innouata. demum tu probasti illam rē prius tibi obligatam: quare ego volo facere articulum nouū de prima obligatione, secundum quam debeo obtinere. l. creditor. in prin. ff. qui potio. in pigno. habeantur. certè talis articulus admittitur tā in causa principali, quàm appellationis. & hoc tenent hic Doct. & Spec. eo. ti. §. satis vtiliter. vers. illud.

¶ Hoc tamen intellige, quādo egissem hypothecaria simpliciter nō exprimendo aliam causam, vel obligationem, sed vbi causam expressissem, & pro causa expressissem, tunc nō possum obtinere: nam lite cōtestata super tali petitione, ex tali vltima obligatione deducta, non possum postea me fundare ex alia causa, secundum notata in c. Abbate. de re iudica. lib. 6. & quod statim dicam in sequenti tertia quæstione.

¶ Secunda quæstio est huiusmodi: petebam à te

decimas, super quibus feci articulos concludentes, & illos probaui: sed tu publicatis attestationibus produxisti priuilegium quod te eximebat à solutione illarum decimarum: ego nunc volo facere articulum de præscriptione contra priuilegium: certè iste articulus, tanquam nouus admittetur. faciunt no. in c. accedentibus. inf. de priuil.

¶ Tertia quæst. deciditur. Pone: Vendicabam à Titio fundum, in qua vendicatione etiam fortè accumulaui publicianam, quod fieri potest, vt in cap. Abb. de re iudic. licet articulum feci de possessione mea longi temporis. Item quòd illam emi à B. deinde publicatis attestationibus, quia nõ probaui, emerim ab M. volo nũc probare in causa principali, vel appellationis, quod emi ab M. quæritur, an debeam admitti. Inno. & Host. hic dicunt, quod ad hunc nouum articulum non sum admittendus, quia vario. & sic vt contrarius repellendus, vt inf. de appel. c. sollicitudinem. Sed dicit Host. quod fortè secus tenendum est ex parte rei, qui non prohibetur vti contrarijs remedijs, vt in regula, nullus pluribus. de reg. iu. lib. 6. & sequitur hic Do. Ant.

¶ Sed Io. de Imo. dicit, quòd fortè dici potest, ꝙ hoc procedit quãdo causa ista, quia emi à B. fuit expressa in petitione: vt quia petitur tanquam empta à B. secus, vt dixi, si simpliciter peterem rem mihi restitui, tanquam spectantem ad me iure dominij, vel causæ. Nam licet in processu causæ fecerim articulum, quod emi ab M. possum præsertim in causa appellationis, per l. scio. ff. de appel. & probatur in d. c. Abb. nec sunt omnino cõtraria, quia possunt simul stare, quòd quis emerit à duobus: puta si prius emi à B. quia credebam suam: deinde emi ab M. quia intellexi ꝙ non erat illius B. sed ipsius M. secundum no. in l. 3. §. ex plurimis. ff. de acq. poss. Et hæc opi. mihi placet. facit quod supra dixi in 1. quæst.

¶ Et aduerte, quia istam opi. sensit gl. in l. per hãc. præalle. & sequitur hic Bald. per no. per Inno. in c. mulier. 1. de iureiur.

¶ Quarta quæstio deciditur, secundum Goffre. de tutore dato, qui se excusat ab isto onere tutelæ, dicens se gerere tres tutelas, super quibus articulos fecit, & quia non probauit de tribus publicatis attestationibus in causa principali vel appellationis, dicit se gerere vnam, ita cõfusam & negotiosam, adeò quòd haberi debet loco trium tutelarum, per l. si is qui tres. §. eum qui. ff. de excus. tu. certè talis admittetur ad istum articulum, per reg. supra alleg.

¶ Quinta quæstio dicitur. agebas contra me vt traderem tibi domum quam vendidi: ego excipio quòd non teneor tibi tradere, quia feci pactũ quod non tenerer eam tradere tibi, & super hoc feci articulum quem non probaui, vnde publicatis attestationibus volo facere articulum, quod cõtractus venditionis fuit conditionalis. certè talis articulus admittendus est tanquam nouus, secundum Io. And. & Doct. hic, & Spe. eo. ti. §. satis vtiliter. vers. illud autem. per c. cum Io. supra de fide instr. & idem dicendum in simili quæstione, si primò feci articulum, ꝙ die prima mẽsis Decembris, ann. M.CCCCXXXIII. in quo nũc sumus, vendidi tibi talem librum in hac ciuitate Senarum pro decem: post, publicatis attestationibus volo facere articulum, ꝙ liber quem vendidi die dicta, fuit venditus conditionaliter. Nam talis articulus dicetur nouus, & admittẽdus: licet quidam dicant quod non. moti ea ratione, quia hæc qualitas conditionis, in quantum ab initio interuenisset, potuit esse in substantia de per se à cõtractu, siue à substantia contractus: cum qualitas ipsius cõditionis in ipsa substãtia fuerit. quare si in secundo articulo pono substantiam contractus, repeto principalem partem, scilicet subiectum, imò repetere videor totum articulum.

¶ Sed in cõtrarium est veritas, secundum Doct. quia iste articulus dicetur nouus: dummodo pars substantiæ primi cõtractus repetatur in secundo articulo enunciatiuè & declaratiuè: nõ vt subijciatur necessitati probandæ ex eo, quia modo non volo probare nisi qualitatẽ conditionis, & sic debet hoc intelligi secundum illam regulam generalem, quam supra dedi, quando substantia primi erat probata, sed non qualitas, ex eo, quòd qualitas non fuerit adiecta.

¶ Sextò ex prædictis potest decidi quæstio. Pone mutuasti mihi centum, quæ repetis anno finito. ego dico terminum cõuentum fuisse biennij, & adhuc durare, & sic dilatoriam solutionem. si tu producis testes ad probandum quòd fuit conuentum de anno, vtrum publicatis attestationibus possum producere testes, ad probandum quod haberem terminũ ad soluendum ad biennium? quam quæstionẽ ponit Io. An. in addi. Spe. in ti. de excep. in prin. & decidit quòd non, si vellem probare quòd tũc fuit conuentum de biennio: Secus si vellem probare quòd prorogasti ante finem anni, vel de nouo concessisti. vide quod dixi inf. de except. c. 3. in prin.

¶ Septimò deciditur, Vtrum propositis & examinatis quibusdam exceptionibus peremptorijs, & examinatis & publicatis testibus, possit reus proponere, & probare nouam exceptionem peremptoriam. vide infra de except. cap. 4. ver. sed nunquid attestationes.

¶ Vltimò deciditur alia notabilis quæstio, quam refert hic Ioan. And. quæ contigit de facto in causa Boatini de Mantua. Opponebatur enim cõtra collationem excõicatio executoris, seu collatoris, qui præbendam contulit, succubuit opponens, quia nõ probauit illam excõmunicationem publicam, sicut requirebatur, vt probatur in c. ad probandum. inf. de re iudi. pars appellauit, & in causa appellationis format articulum super publicitate excõicationis: quæritur an debeat admitti Boatinus. refert fuisse sententiatum ꝙ non, quia iste articulus non est nouus, sed est idem cũ primo, quo ad necessitatẽ probationis: licet primus fuerit sufficiẽter propositus. faciunt quæ dixi sup. de articulo præscriptionis longi temporis, quæ excludit articulum de titulo. Sed hæc decisio non placet Io. And. ex quo qualitas publicitatis nõ fuit deducta in primo artic. facit quod in simili traditur de eo, qui posuit se fuisse electum, an postea admittatur ꝙ canonicè fuit electus? nam admittitur in c. veniens. inf. eo. licet ad illud c. posit responderi, quòd ibi in secũdo iudicio ad aliud agebatur. Item prima probatio fuit ibi facta in iudicio summario, & de ipsius intellectu clarius ibi dicetur.

¶ Ponit etiam Io. Andr. aliud exemplum de eo, qui articulatus est rem valere 20. & vltra. nam postea admittitur ad probandum deceptionem vltra dimi-

dimidiam iusti pretij. de quo in cap.cum causam. el secundo,inf.eod.

¶ Item ponit exéplum de eo, qui articulatus est, & probauit simpliciter iniuriam illatam,deinde publicatis attestationibus. deinde ad concludendum iurisdictionem conseruatoris, facit articulum quòd illa iniuria est notoria,vt no.in c.1.de off.deleg.li.6. Et subdit tandem singulariter Io. And. quòd malè facit iudex, quádocunque recipit articulos, vel probationé exceptionis, qui non releuant probantem, vt in terminis prædictarum quæstionum. facit etiá c.pia.de exceptio. lib.6. patet quòd iudex non debet admittere exceptionem in genere,nisi quęlibet species inclusa in genere concludat ad intétionem excipientis: ne excipiens vagetur cum aliena iactura, vt etiam notatur in c.vt qui duas. de electionib. lib.6.& in l.ait Prætor.ff.de iniurijs.faciunt etiá notata in l.Titiæ textores. ff.de leg. 1. & idem in prædicta quæstione Boatin tenet Dom. Ant.hic,quia articulus debet intelligi ruditer, vt proponitur. vnde si proponitur excommunicatio,non debet intelligi de excommunicatione publica, licet ad conclusionem necessariam agentis, vel excipientis, exigatur qualitas publicitatis ratione subiectæ materiæ ad inualidam collationem,& hoc probatur in ca.in præsentia,supra de probatio.vbi ille articulus,quòd ille erat minor annis,intelligitur ruditer & simpliciter, & sic non intelligitur quòd esset minor 14.licet subiecta materia ad probandam professionem inualidam hoc exigeret.

¶ Et ex prædictis ego infero, vt habeas declarationem prædictorum, & ne erres per breuissimas terminorum mutationes,ꝙ longa est differentia,articulum facere de præscriptione longi temporis,qui non admittit post se publicatis attestationibus articulum de titulo & possessione, & facere articulum de excommunicatione, qui admittit post se articulum de publicatione: nam primo casu, præscriptio longi temporis eo ipso ꝙ ponitur in esse, pariformiter & de necessitate ponitur titulus & possessio longinqui temporis, sine quibus non consistit præscriptio longi temporis, & ideo articulus de titulo vel possessione,qui postea fieret de necessitate,includebatur in priori: sed in excommunicatione non sic est,quia ad ipsius positionem non includitur de necessitate,quòd sit publica vel occulta.Item quòd sit maior vel minor.& ideo talis admittitur,si postea facit articulum de publicitate vel maioritate. Et ideo ex prædictis ego infero,quia si in hac materia collationis, articulus esset ita celebratus, valet. Item ponit ꝙ dicta collatio non tenuit, qua facta ab excommunicato, talis articulus videtur de necessitate includere de publicitate & maioritate, & ideo postea non admitteretur ad articulandum de publicitate vel maioritate, & isto modo, sententia quam refert Boatinus, de qua supra dixi, potest saluari, & circa hanc materiam vide etiam gl.fi.in Cle.fin.de appel. ex qua potes colligere alia exempla similia ad hanc nostrã materiam.¶ Sed circa prædicta quæro, quid si testes fuerunt solùm producti super articulis productis, & ipsi deponunt non solum super ipsis articulis,sed & super his quæ possunt pendere ex articulis productis,quæ tamen non sunt inclusa in ipsis articulis productis de necessitate iuris & facti. Exemplum, articulus dicit de venditione, vel simili contractu,& testes deponunt de conditione adiecta ad ipsum contractum, vtrum publicatis attestationib. possint produci alij testes ad probandum illam conditionem adiectam contractui,super qua testes deposuerunt,& eam fortè non probauerunt? & videtur ꝙ non, propter periculũ subornationis,per tex. in d.§.quia verò.in Cle.2.eo.ti.Inno.& Host. hic tenent contrarium: quia licet aliqui testes aliquid dixerint de conditione adiecta, nõ tamen fuerunt ad hoc inducti,nec potest imputari parti,quę illos produxit,quare non produxerit alios testes,qui probarẽt adiectam probationem. Nam cum pars nõ produxerit eos ad hoc, nec potuerit diuinare: sequitur ꝙ non debent sibi super hoc præiudicare. & hanc opin.sequitur hic Io.And.& sequitur Ang. in l.super hanc. C.de temp.ap.co. fi.& mihi placet. ¶ Ex quo infero idem de simılib. quæstionibus: puta si articulus est factus de sola positione,& testes deposuerunt etiam super titulo.Nam hoc non obstante, poterit postea articulum facere de tit. & idẽ in sim. ¶ Prædicta tamen limitat Do. Ant.nisi testes iurassent dicere veritatem extra articulum,quia tũc non admitteretur: Sed si nõ dicit verum,vt statim subijciam. Est tamen singulariter & diligenter aduertendum circa prædicta, ꝙ in casibus in quibus dixi supra, quòd articuli noui dependentes à primis, non tamen inclusi in primis, per necessitatem probationis iuris & facti priorum articulorum, qui tamen faciant ad causam,& sic nõ sint impertinentes: quòd tales etiam publicatis attestationibus sunt admittendi. est enim hoc limitandũ & restringendum,quando testes simpliciter fuerunt producti ad probandã intentioné contentam in articulis productis, secus si testes fuissent producti super articulis & tota causa. hoc enim casu, secundum Inno.& Host.de cætero recipi non debent super aliquo capitulo in petitione cõprehenso, quia cũ à principio fuerint producti, etiam super tota causa: ergo & fuerunt producti super istis nouis articulis,si faciunt ad causam, & hoc etiam sequitur hic Io.And.& etiam sequuntur Do. Anto.D.M.& Io.de Imo.& Bart.in d.l.per hanc, & Dom.meus in c.cum venissent. in fi.inf.eo. & adde quæ ibi dixi in fi.primi princ.membri,quinti principalis articuli.& hoc etiam mihi placet,quia aut iste articulus,qui de nouo producitur, continebatur in petitione, quia venit ad adiuuandam causam,& cõtenta in petitione, & non potest dici nouus, postquam testes fuerunt producti super tota causa, & super tota causa iurauerunt dicere veritatem:aut iste articulus nõ venit ad adiuuandam causam,& contẽta in petitione,& tanquã impertinens non est admittendus,secundum supradicta.¶ Et aduerte,quia plus voluit hic D. An.videlicet ꝙ si pars formauit aliquos articulos,&testes produxit,ꝙ si testes iurauerunt dicere veritatem, non solùm super articulis productis, sed & super tota causa, ꝙ nunc si testes deponant extra articulum,valet eorum testimonium, & ideo secundum eum dıdicitis testificatis non poterunt postea produci super nouis articulis nõ inclusis in antiquis articulis, sed inclusis in petitione & causa interpretata,quod dicit hic Ioan.de Imo.esse verum,quia si isti articuli,qui nunc producuntur,nõ comprehenduntur sub primis de neces-

sitate probationis iuris & facti, non est imputádum parti, si non diuinauit illud quod testes dixerunt extra articulos productos per eam, ex quo de necessitate non includebatur in articulis. facit quod not. Bar. in authen. at qui semel. C. de probat. & placet mihi hęc reprobatio, pro qua faciút quę statim dixi in præcedenti quæst. post Inno. & Io. Andr. intelligendo quòd pars simpliciter, & solùm produxit testes ad probandum articulos: secus si produxisset non solùm ad probandum articulos, sed etiam super tota causa, prout statim dixi, & ita posset procedere opin. Dom. Ant. Vnde concludo circa prædicta, quòd siue testes simpliciter fuerint producti super tota causa absque aliqua specialiũ articulorum expresione, & positione: siue aliqui articuli fuerint specificè producti: & petitum per partem, quòd testes producti examinarentur non solùm super articulis, sed etiam super tota causa: his enim duobus casibus pari ratione procedit hæc conclusio, quòd super nouis articulis non poterunt testes produci, publicatis attestationibus. & idem tenet Ang. in d. l. per hanc. C. de temp. appel. ver. adde vnum mirabile. ¶ Nec ob. secundum eum, si dicis quòd consuetudo mundi seruat contrarium in causa appellationis, eo quòd d. l. per hanc. voluit non probatum probari, quia dictum Innoc. Host. & sequacium, debet intelligi sanè, prout loquitur in causa appellationis, non possunt testes de nouo produci, etiam super nouis articulis, quando iurauerat dicere veritatem super tota causa. Et idem in causa principali, quòd publicato processu in causa principali, non possunt in causa principali produci etiam super nouis articulis, quando sic iurauerunt. Non autem intelligas, nec sensit Inno. quòd si testes in prima instantia iurauerũt dicere veritatem super toto, quòd in causa appellationis non possent ijdem repeti, & alij induci super nouis capitulis in causa appellationis: quia si ita sensisset, malè dixisset, & contra dictam consuetudinẽ, & d. l. per hãc, secundum Ang. Quæ limitatio videtur mihi satis dubia, quia eadem ratio, quæ prohibet testes de nouo produci publicatis attestationibus in causa principali, limitat etiã in causa appellationis, per ea quæ supra dixi. ¶ Sed vltra prædictam limitationem, & prædictam conclusionem, ego arbitror dupliciter limitandum.

¶ Primò si modò iudex qui examinauit diligenter, & interrogauit specificè non solùm super articulis specificè productis, sed etiam super tota causa: secus si solùm interrogasset & examinasset super articulis specificè productis, ita quòd appareret ex actis, quòd super reliquis contentis in petitione & tota causa, non fuissent examinati: quia tunc tales testes non videntur ritè recepti, prout sunt producti, & sic essemus in materia primæ conclusionis traditæ supra in 4. artic. princ.

¶ Secundò singulariter limito, quod prędicta cõclusio procedit respectu inclusorum in libello, & principali intentione: secus respectu non inclusorum, facientia tamen ad causam non principaliter, sed emergenter, seu incidenter: vt puta, respectu replicationis ad exceptionem. Exẽplum, petebam decimas, produxi testes super tota causa, vel super articulis specificatis, & tota causa: publicatis attestationibus, produxisti priuilegium exemptionis ad eneruandum intentionem meam: contra quòd priuilegium replico, quod est præscriptum, & volo facere articulum super præscriptione, certè talis articulus admitteretur, & testes reciperentur super ipso, tamen quia isti articuli non includebantur in petitione respectu principalis intentionis & causæ, & ideo testes super ipsis non intelliguntur esse recepti, licet fuerint producti super articulis & tota causa: neque etiam tales articuli sunt impertinentes, quia habita consideratione exceptionis oppositæ ad probatam intentionem petitionis, veniunt per viam replicationis ad subleuandam principalem intentionem ab opposita exceptione: ideo sunt admittendi maximè, quia quę de nouo emergunt, nouo indigent auxilio, in c. insinuante. supra de offic. delega. in l. de ætate. §. ex causa. ff. de interrog. actio. faciunt etiam ad hoc quædam dicta infra in sequ. duob. artic. ¶ Et ex prædictis infertur, quòd producere testes super articulis, & tota causa, respectu producentis, cõtinent & fauorem & odium. Fauorem continent, in quantum deponentes extra articulos pro producente ad adiuuandam intentionem ipsius producentis, probant illud etiam quod deponunt extra articulum, vbi si solùm producti essent super articulis, deponentes extra articulum, nó probarent. Odium autem continent, quia pars non poterit amplius testes producere super nouis articulis inclusis in petitione, licet nõ sint inclusi in articulis specificatis. Et prædicta notabis, quia nouissima sunt, & ab alijs non tacta, & quotidie in practica sunt. ¶ Et ex prædictis habes expeditum hunc septimum principalem, subtilem & difficilem articulum: In quo etiam illud aduertendum est, quòd in casibus in quibus dixi super articulis antiquis, vel inclusis in antiquis de necessitate probationis iuris & facti, testes non fore admittendos publicatis attestationibus, quòd ad hoc possint adaptari quasi omnes fallentiæ, de quibus dicam infra in 11. principali articulo.

22 ¶ † Circa octauum principalem articulum, in quo examinandũ est, an publicatis attestationibus, vel didicitis testificatis possint produci testes super articulis directò contrarijs, vel contradictorijs. de quibus exempla posui supra in secundo princ. art. & in quarta specie. & adde etiam exemplum quod statim subdam in seq. 9. artic. princ. Et in hoc articulo dicendum est, quòd super talibus articulis nõ possunt testes produci, neque in causa principali, neque in causa appellationis. & ista est communis opinio Doctorum hic & vbique, & iste est text. aptus pro ea in d. Clem. 2. eo. ti. licet glo. in d. authen. at qui semel. C. de proba. & in corpore, vnde sumitur, tenuerit contrarium, & malè. Et ratio, quare non admittantur, est: quoniam didicere testificata aduersarij est impedimentum, ne testes producantur super eisdem articulis, vt supra probatum fuit in quarto & septimo principalibus articulis, sed ad reprobationem priorum testium per articulos directè contrarios, de necessitate proponitur scientia testificatorum. igitur &c. Idem etiam tenent Bart. & Bal. in d. auth. at qui semel. & in d. l. per hanc.

23 ¶ † Hæc tamen communis conclusio limitatur per glo. in d. Cle. 2. nisi opponatur falsitas cum corruptione, vel quòd dolosè corrupti falsa dixerunt.

in c.licet. supra de probatio. facit l. nec exemplum. C. de falsis, & quod no.in l.diuus. ff. de re iudica. Licet enim non posim probare quòd dixerint falsum, nisi directè probem contrarium eorum, quæ deposuerunt. vnde est præsumptio subornationis, tamen cum adiungo illam qualitatem corruptionis, vel doli, tollit præsumptio subornationis. Guli. verò in d. Clemen.2.assignat etiam aliam rationem: videlicet, quia ante publicationem non potuit pars diuinare, quòd corrupti falsum dixerint. vnde cùm nunc apparuerit illa exceptio corruptionis, iustum videtur esse, vt posit pars illam obijcere, quia de nouo emergunt, &c. vt dixi in fi. præced. artic.

24 ¶ † Vel tertiò potest assignari ratio secundum Nico.de Matta. vt refert Bar. in d.authen. at qui semel. quòd sicut sentētia lata per corruptionem est ipso iure nulla, lege, venales. C. quando prouo. non est neces. ita & dictum testis per corruptionem falsum deponentis. l. 1. post principium. ff. de falsis. nec potest hoc consensu partium remitti, cum sit inductum propter publicam vtilitatem. de qua materia dic vt plenisimè dixi in d.c.2.de falsis. Quare cum non obstet sentētia, multo minus debet obstare publicatio: cum terminus sententiæ sit potentior in repellendo partem. An autem posit opponi falsitas sine corruptione, d.glo.in d. Clem. inf.eod.titu. sentit quòd non. Tu dic, vt latius traditur in cap. licet, supra de probatio. & per Dom. Anton. in c.venerabilis. inf. de except. & vide quod latè dixi in d. c. 2. inf. de falsis.

¶ Secundò limitatur prædicta communis conclusio, si pars vellet probare directè contrarium, vel per directam contrariam probationem reprobare testes probatorios partis aduersæ. secus quando vellet reprobare testes reprobatorios partis aduersæ, & confirmare suos testes, quia tunc licitum est producere testes super articulis directò contrarijs, secundum communem opinio. Exemplum, probaui per testes meos rem taliter se habere, sed testes mei reprobantur per alios testes productos per partem aduersam, ex eo, quia probat rem per contrarium se habere. nam publicatis attestationibus super istis reprobatorijs, potero producere alios testes reprobatorios ipsorum, qui confirmabunt intentionem meam probatam, & rem taliter se habere, vt dixi. Et ratio potest asignari, quia non potest parti aliquid imputari, si confisus de prima probatione nō produxit testes ante publicationem secundorum, etiam reprobatoriorum, quia debuit verisimiliter credere suos testes verum dixisse, donec cōtrarium appareat, & ideo ex quo contrarium apparet ex publicatione illorum testium, potest alios producere ad confirmationem priorum, & reprobationem reprobatoriorum. & hoc sentit glo. in d.c. ex tenore. inf.eo. & traditur in c.series. & in c.cum clamor. inf. eo. & est bonus tex. in c.cū in tua. secundum vnum intellectum, inf.eo. Et ad prædicta vide quæ dixi supra §. præterea. q. 4.

¶ Et per prędicta iura videtur probari, quod hoc procedat, etiam si vltima reprobatio veniat ad confirmationem primæ probationis summariè & semiplenè receptæ. & idem si veniat ad cōfirmationem & declarationem instrumenti, vt in c. cum Ioan. infra de fide instrum.

25 ¶ † Tertiò limitatur, quando vellem probare directè contrarium post publicatas attestationes, ex eo quòd ante publicationem nihil fuit, quod potuerit mihi imputari, quare non fecerim examinari testes. Exemplum in cap. series. inf.eod. secundum octauam lecturam, quam ibi posui, videlicet, quando ille qui instabat contra matrimonium, fecit articulum generalem, quòd erant consanguinei in gradu prohibito, & testes postea in depositionibus expresserunt, quòd erāt fratres, & sic in primo gradu. vnde publicatis attestationibus volens probare directè contrarium, debet admitti secundum ea quæ ibi dixi. ad quod faciunt ea quæ dicam in seq. artic. Et hæc procedunt, siue articulus sit directè contrarius in toto, siue in parte: quia eadem subest ratio: vt puta, si feci articulum, me esse dominum in totum: vel in totum posidere, & tu facis postea articulum, quòd sis dominus pro parte, vel pro parte posides eodem genere posidendi, secūdum quod dixi supra in secundo principali artic. in fi. Et ex his habes expeditum 8. princ. artic.

¶ Sed quæro circa prædicta, de quęstione, quam disputauit Nico. de Matta. & refert Io. And. in additio. Spec. eod. titu. §. 1. versicu. item quæri debet. ¶ Pone, actor produxit instrumentum confectum secundum scripturam, nunc sunt anni 20. contra illud reus probauit per testes iam publicatos notariū mortuum, iam sunt 22. Actor autem format duo capitula, scilicet, quòd notarius viuebat, iam sunt anni 21. & quòd testes rei erant minores 22. annis, reus verò format capitula, quòd notarius erat mortuus, iam sunt 24. anni, & quòd testes sui erant maiores 24. annis. quærebatur, an dictæ probationes, vel ipsarum aliquę essent admittendæ. Dubium facit illa publicatio attestationum. de qua quæstione Nico. soluit distinguendo in capitulo de morte & vita, quia si capitulum rei fuit super eo formatum, & de illo testes deposuerunt post publicatas attestationes super directò contrarijs: non licebit testes producere, vt dictum est. Si verò capitulum non erat de hoc, sed illa verba testium rei fuerunt ad aliud expressa: forsan in redditione causæ scientiæ poterit actor testes producere contra illos, quia nec nouit occulta, nec potuit diuinare, per capitulum, ex tenore. & quod ibi tradit Io. And. in c. series. eo. ti. & quod supra dixi.

¶ Sed dicit Io. And. in d. additio. aduerte: quia licet hoc dictum fatear in se verum, non videtur ꝙ huic casui adaptetur secundum membrum distinctionis. Nam reus reprobare volens instrumentum hoc casu, vt falsum: necesse habuit dicere, quòd mortuus erat tempore, quo dicebatur instrumentum confectum. Nec recepta fuisset probatio ipsius, dicentis simpliciter eum mortuum: quia impertinens, & non releuabat. procederet autem, si simpliciter dixisset instrumentum falsum sine specificatione, & fuisset admissus ad probandum, & testes pro causa scientię expresisent mortem notarij procedere, & sic putat intellexisse Nico.

¶ Nunc plus ad propositum de ætate testium, tenuit actorem admittendum ad probandum illum articulum, cum illud non sit deponere super articulis principaliter: sed est reprobare personas testiū, vt non idoneas: vel dicta ex personis, in quibus impossibile

possibile erat elidere sciētiam rei, de qua testantur, quòd impedimentū etiam per consensum partium tolli non potuit, cum deficiat substantia matrimonij, scilicet scientia, non quidem simpliciter, sed impossibile: per quod apparet ipsius nullitas, sicut cū in priuato deficit iurisdictio, & in pupillo. C. de iurisdict. omn. iud. l. priuatorum. ff. de iudi. l. cum prætor. propter quem defectum actus publicatus nullus est. quæ nullitas opponitur omni tempore. C. si à non competen. iudi. l. 1. in fi. sic & in testimonio, cuius subiectum est scientia, vt cap. cum causam, & hoc est verum, secundum Io. And. in addit.

26 ¶ † Nonò princip. articulo, in quo tractandum est, an super articulis indirectè contrarijs, seu indirectè contradictorijs, publicatis attestationibus, seu didicitis testificatis possint testes produci. Dicendū est quòd sic regulariter, & hoc voluit glo. in ver. indirectè. in princ. in d. Clem. 2. Et facit iste tex. à contrario sensu. ¶ Nam dum dicit, quòd super directè contrarijs non possunt produci, à contrario sentit, quòd secus est super contrarijs indirectè. Et exempla potes figurare secundum quod dixi supra in secundo princ. artic. in sexta specie. verbi gratia: Si dixi quòd contraxi matrimonium Senis cum B. & testes qui deposuerunt super hoc articulo, & ipsum probauerunt, interrogati de tempore dixerunt, quòd tali tempore cum ea contraxi. tu verò publicatis attestationibus, & visa expressione diei, vis articulari quòd ea die fui Parisijs. nam hoc casu licitum est, quia no. in c. ex tenore. infra eod. quando ante publicatinnem pars aduersa non potuit instrui super probatione indirectè contraria, quia articulus fuit generalis sine tempore vel sine loco: sed testes specialiter dixerunt de tempore & loco, meritò debet quis admitti ad probandum contrarium indirectè, per no. in d. c. ex tenore. & in l optimam. C. de contrahen. & commit. stipul.

¶ Aduerte tamen, quia Vin. in d. cap. ex tenore. videtur sentire, quòd publicatis attestationibus, sicut excluditur directa probatio contraria, ita excludatur indirecta: cum idem sit timor subornationis, per glo. no. 4. q. 3. item si quis testibus. sed non placet, si non affuit aliquid, quod possit parti aduersæ imputari: vt puta, quia in primis articulis fuissent specificati tempus & locus. quo casu non admitteretur quis ad indirectam probationem modo præallegato. & ratio est in promptu, quia pars aduersa videns in primis articulis expressum tempus & locum, potuit sibi immediatè prouidere ante publicationem, faciendo articulos, qualiter ego illa die fui Parisijs: quæ ratio cessat, quando tempus non esset expressum in primis articulis: vel etiam locus. nam hoc casu, nō est quod possit ab ipso principio parti imputari aduersæ, si non diuinauit de loco & tempore: & ideo si publicatis attestationibus appatet testes deposuisse de loco & tempore, debet pars aduersa admitti ad probandum indirectè contrarium. Et vide ad prædicta Io. An. in addit. Specul. titu. de teste. §. sæpe testes. vers. porrò. qui dicit quòd Vin. dictam opinionem multum pertinaciter conatus est defendere. & ibi particulariter respondet Io. And. ad omnia fundamenta ipsius. Opinio tñ Vin. valet ad ea quæ dixi in c. in nostra. inf. eo. in 1. artic. in 4. membro princip. vers. item aduerte.

¶ Aduerte tamen, quia quod statim dixi, quòd quando à principio fuerunt expressa tempus & locus, quòd publicatis attestationibus pars aduersa regulariter non admittitur ad probandum indirectè contrarium. Nam hoc limitatur, secundum Host. nisi pars aduersa fuisset protestata, quòd intēdebat probare contrarium, quasi sentiat quòd tunc admitteretur publicatis attestationibus, quia excluditur præsumptio & subornatio, quæ limitatio non placet Io. And. nec Domino meo in d. c. ex tenore. nec mihi, nisi forte talis protestatio fuisset conuentionalis, & sic vestita consensu vtriusque partis. nam cum hoc pendeat à iuris potestate, vel ab vtriusque partis voluntate, non sufficit alterius partis voluntas. Item facit, quia si valeret hæc protestatio, de facili deluderetur. d. Clem. 2. in eo quod sentit publicatis attestationibus super articulis directè contrarijs, nō admittitur quis ad probandum. Nam pars protestaretur semper ante publicatas attestationes de probando contrarium, & hoc sentit Bal. ibi. Et ad declarationem prædictorum adde quod singulariter tradit Bal. in d. l. per hanc. vbi dicit, quòd quando testes contradicentes probant contrariū per visum, seu aspectum eiusdem facti: isti sunt directè contrarij. sed quando testes vnius partis nō potuerunt videre illud quod testes alterius partis asserunt se vidisse, talis probatio contraria est indirecta. Exemplum: si ego depono, quòd hodie vidi te Senis, per rerum naturam sequitur quòd non es Parisijs: oculus tamen meus non videt te non esse Parisijs, quia ego non sum Parisijs. & ideo si alij testes dicunt, quòd ea die fuisti Parisijs, talis probatio est indirectè contraria, quia procedit argumentando per rationem intellectus. Sed si locus esset angustus, vel paruus, vt vehiculum, vel alia platea: certè si dicerem quòd Titius fuit captus in illa parte plateæ, quæ est ante palatium Dominorum, in qua non potest quis personaliter capi: Si tu velles probare dicendo quòd in alia parte plateæ Titius fuit captus: ista probatio est directè contraria, quia per visum eiusdem obiecti, isti testes sibi inuicem deponunt contrarium, & vide ad prædicta quod notabiliter ponit Cyn. post Dy. in l. 2. C. de erro. aduo. Et adde ad prædicta exēpla quæ colliguntur ex glo. super ver. fecisse. & ex his quæ ibi dixi in Clem. 1. de proba. ¶ Item aduerte quòd si producuntur testes ad reprobationem priorum testium contra personas, quòd hoc potest fieri, adhibita distinctione posita in auth. si dicatur. C. eo. Est enim nouus articulus, quando producuntur testes ad reprobationem priorum circa personas, simul & dicta: verbi gratia, Testes testificantur quòd Sempronius possedit fundum per 30. annos. ego ad reprobationem volo probare, quod testes non sunt ætatis 30. annorum, prout volebant arguere Iudæi, dum dixerunt: Nondum quinquaginta annos habes, & Abraham vidisti, vt in Euangelio penultimæ Dominicæ quadragesimæ: nam & per hunc modum testium personæ redduntur inhabiles, cum nō potuerunt videre & scire quod factum fuerit in triginta annos, & per consequens etiam eorum dictum redditur falsum. & hoc casu possunt testes de nouo produci, secundum Nico. Matta. & hoc etiam sequitur Barto. in d. authen. at qui semel. C. de probat.

¶ Item

¶ Item aduerte, quòd quãdo producuntur testes ad reprobandum attestationes priores, publicatis attestationibus, requiritur q reprobatorij excedãt numero, dignitate, vel alia simili qualitate. ad quod vide quod dixi inf. eo. ti. §. 32. in 1. articulo, in 4. membro princ. versi. item aduerte. Et ex his habes expeditum 9. articulum.

¶ Decimo princ. articulo, in quo venit tractandum, vtrum publicatis attestationibus, vel didicitis testificatis in vna instantia, licitum sit testes producere in alia instantia, prosequar quinque principalia membra.

¶ Primum erit, quid iuris sit variata instantia de causa principali, ad causam appellationis.

¶ Secundum, quid iuris si varietur de causa principali, ad causam nullitatis.

¶ Tertium, quid si varietur de causa principali, ad causam restitutionis in integrum.

¶ Quartum, quid si varietur de vna instantia & causa, ad aliam instantiam & causam, ita quòd vtraque sit principaliter intentata, quod potest contingere multis modis, vt ibi videbimus.

¶ Quintum, quid si varietur de instantia iudicis ad arbitrum, vel econtra.

27 ¶ † Circa primum, vtrũ variata instantia de causa principali ad causam appellationis possint testes produci super eisdem articulis, vel directè contrarijs, non obstante publicatione vel scientia testificatorum. videtur primò dicendum, quòd sic, per tex. in l. eos. §. 2. & lege, in offerendis. C. de appel. & per tex. in l. per hanc. C. de tempo. appel. & maximè per regulam traditam in dictis iuribus, quæ vult quòd in causa appellationis non probatum & non exceptum, probari & excipi possit.

¶ In contrarium fortiter obstat tex. in §. quia verò, in Authen. eo. ti. qui simpliciter prohibet, quod post publicatas attestationes, aut didicita testificata non possint testes produci. ergo indistinctè procedit, tam in causa principali, quàm in causa appellationis. maximè, quia idem viget timor subornationis in appellatione, qui viget in principali, & fortius: quare propter prædictorum iurium contrarietatem variæ in hoc articulo reperiuntur opin. quas refert glo. & post glo. Docto. in d. l. per hanc. & d. §. quia verò. & glo. in Clem. 2. eod. ti. & Io. Andr. hic, & Docto.

¶ Prima fuit opin. Alberici glossatoris antiqui, qui voluit quòd non admitteretur, per præallegatũ §. quia verò. & per rationem prædictam timoris subornationis vigentis etiam in causa appellationis. Et ad iura supra in contrarium allegata pro contraria opi. respondet, quòd corriguntur per iura noua.

¶ Secunda fuit opinio aliorum tenentium, quòd per testes non possint probari, sed per instrumenta. & ad iura contraria respondent, quòd procedunt, quando pars in causa principali non probasset per testes, sed per instrumenta.

¶ Tertij dicunt, quòd tam in causa principali, quàm appellationis super nouis articulis dependentibus à veteribus possint testes produci. & ita loquitur l. eos. cum similibus. Sed super articulis omnino veteribus, non possunt produci in causa appellationis.

¶ Quarta fuit opin. Accur. in d. l. per hanc. & §. quia verò. simpliciter voluit per d. l. eos. & per l. per hanc. quòd in causa appellationis possent testes produci, non obstante publicatione in causa principali, tam super nouis, quàm super veteribus: sed in causa principali, non sit hoc licitum. & ita loquitur §. quia verò. qui loquitur in eadem instantia, secundum gl. sed in causa appellationis variatur instãtia, secundum gl. in l. ita demum. C. de procu. & l. scio. ff. de appel. Et quo ad appellationem, quòd possint testes produci, eandem opin. tenuerunt Io. & Azo, quam etiã secundum Bar. secuti fuerunt vltramon. & communiter Legistę, qui mouentur ex eo, quod duplex est ratio, secundum eos, quare post aperturam testium non admittantur testes, videlicet timor subornationis, & identitas instantiæ, quia in alia instantia possunt recipi. l. fin. ff. eod. sed causa appellationis habet aliam instantiam à principali, vt supra dixi, igitur &c.

¶ Quinta fuit opi. Lau. Tanc. Vinc. Phi. Gof. & Inno. hic, quibus etiam videtur consentire Spec. eo. ti. §. satis vtiliter. qui volunt, quòd tam in causa principali, quàm in causa appellationis licitum sit testes producere super nouis articulis, vel dependentibus ab antiquis. & ita loquatur. l. eos. cum simil. sed super antiquis hoc non sit licitum, etiam in causa appellationis.

¶ Sexta fuit opin. Host. hic, qui voluit, quòd in causa appellationis possum probare nouos articulos, & per nouos, & per antiquos testes: sed articulos antiquos nõ possum probare per eosdem testes, sed per nouos, & est ratio, ne ipsi testes antiqui, qui iurauerũt plenam dicere veritatem, de periurio notentur. Subdit tamen Host. quod Canonistæ communiter tenent opin. sed quod secundum eorum opi. nihil erit speciale in causa appellationis, in qua tamen lex uidetur velle quandam specialitatem. d. l. per hanc. & d. l. eos.

¶ Septima fuit opi. glo. nostræ hic, quæ tenet per tex. nostrum, quod super antiquis articulis, ẽt in causa appellationis, si facta est publicatio in principali, non possint produci etiam noui testes. & hodie de iure cano. hæc opin. approbata est per tex. in Clem. 2. eod. ti. & per has decretales. dicit Barto. in d. l. per hãc. standum esse in hoc ipsarum declarationi & dispositioni, & concludit quòd in effectu non est differentia post publicatas attestationes inter causam principalem, & causam appellationis. & hanc opin. sequuntur hic ẽt moderniores. & dicit hic Ioan. de Imo. quòd hæc opi. seruari debet, nedum in foro ecclesiastico, sed etiam in foro Cæsaris, per ea quę no. in c. licet ex suscepto. sup. de foro compet. & in cap. per venerabilem. inf. qui filij sint legi. & in c. Raynutius. inf. de testa. Nam licet regulariter vbi ius ciuile discordat à iure canonico in materia indifferẽti, ius ciuile seruari debeat in foro Cæsaris, & canonicum in foro ecclesiastico, vel in terris ecclesiæ, vt in c. 2. de arbit. lib. 6. & no. in cap. 1. inf. de no. oper. nun. & no. in c. si duob. inf. de appel. tamen illud est verum, quando ius ciuile est certum, & in eo non sunt opiniones. secus quando essent opiniones, & postea facta esset decisio per ius canonicum. & ad hoc uide alias plures authoritates, quas posui in d. c. 1. & notabilem limitationem quam dedi post Dom. Ant. & Dom. meum, in d. c. licet. in 6. casu. Bal. verò in l. per

per hanc. C. de tempo. appel. dicit, quòd de iure ciuili, veritas est quòd in causa appellationis possunt testes produci, etiã super antiquis articulis. mouetur per illam l. dum dicit, Pleniorum subueniamus veritatis lumine. nam cum litera illa loquatur comparatiuè, sequitur quod ibi est participatio positiui. & ideo siue plene, siue semiplenè appareat in prima causa probatum: adhuc plenius vel verius probari potest. Nec ob. quòd propter didicita testificata prę sumptio sit timoris subornandorũ testium: quia ista præsumptio, secundum Bal. non est perpetua & infallibilis. nam fallit in pluribus casibus, de quibus dicam in 11. princ. artic. & quia ista præsumptio est imaginaria, & non necessaria: quia, vt docet experientia, testes solennes non possunt subornari. vnde cum noua dispositio d. §. quia verò. fundet se super fictione, & loquatur de eodẽ iudice, vel simili, non debet extendi ad iudicem appellationis.

28 ¶ † Itẽ, quia causa appellationis est diuersa à prima, non diuersitate materiæ, quia eadem est causa, & quæstionis fons, sed diuersitate iudicij, & materiæ nouiter superuenientis, videlicet iniquitatis sententiæ, quæ interdum potest examinari seorsum à principali, vt ff. de pęnis. in l. absentem. & ff. de arbi. in l. non distinguemus. §. cum quidam. facit l. pen. ff. iudic. sol. & ideo testes debent iterum iurare in causa appellationis: licet iurauerint in causa prin. vt no. hic. Præterea. §. quia verò. venit ad correctionem iuris antiqui, sed dispositio l. per hanc. quo ad causam appellationis non reperitur correcta. ergo &c. & sic cõcludit Bal. quòd hæc est veritas de iure ciuili, sed de iure canonico, dic vt in d. Cle. 2. eo. ti. vnde concludit quòd in foro Cæsaris debet stari primæ opi. & decisioni. l. per hanc, vt in causa appellationis possint testes produci super antiquis capitulis, sed in foro canonico, seruabitur decisio dictæ Cle. 2.

¶ Quidam verò distinguunt, an sit ab interlocutoria appell. & sic in instantia appellationis possint testes produci. & concludunt quod non, tam de iure ciuili, quàm canonico. An in instantia appellationis à diffinitiua, & procedat opi. Baldi.

¶ Ego verò in hoc articulo arbitror, quòd quo ad hanc materiam testium producendorum super eisdem articulis, vel directè contrarijs, nulla sit fienda differentia inter instãtiam principalem, & instantiam causæ appellationis. vnde concludo, quod in omnibus casibus in quibus dixi supra, quòd in causa princ. publicatis attestationibus, vel didicitis testificatis testes non possunt produci: idem in causa appellationis, siue sit appellatum ab interlocutoria, in qua minor est dubitatio. Et in qua indubitanter concludendum est, quòd tam de iure ciuili, quàm canonico non possunt testes produci, per ea quæ dicam in c. cum venisset. inf. eo. in secundo membro principali quinti principalis articuli. Siue loquamur in appellatione à diffinitiua, in qua in veritate, de iure canonico nulla est hodie dubitatio, per tex. in d. Cle. 2. eo. ti. sed de iure ciuili, est dubitatio propter tam varias authoritates, de quibus supra.

¶ In ea tamen ambiguitate arbitror, quòd veritas sit quam supra dixi: videlicet, quòd in omnibus casibus in quibus quis excluditur à potestate producendorum testium in instãtia principali, propter publicatas attestationes, vel scientiam testificatorum, excludatur etiam in instãtia appellationis.

¶ Moueor: quia tex. in §. illud. in Auth. eo. ti. formaliter dicit, non habebit omnino licentiam vllam vlterius vti testiũ productione, neque si diuina iussio præceperit. Vnde pondero in primis verbum, omnino, quod idem importat, quod aliquo modo, vt no. in c. 1. inf. de hære. & ibi dixi. simile in c. pertractando. inf. de iur. cal. & in c. qualiter. sup. de iud. Est enim omnino, dictio præcisa, & cum effectu totali intelligenda, secundum Archid. in c. 2. de pact. lib. 6. & denotat perpetuitatẽ prohibitionis, vt no. glo. in ver. omnino. in d. Clem. 1. de vi. & hon. cler. Item pondero verbum, vlla: quod est vniuersale, quando iungitur orationi negatiuę, prout hic, sicut dicimus de dictione, nullus, vt no. glo. in Cle. in plerisque, de elect. & in Clem. 1. in fi. de reb. eccl. alien. Item facit dum text. ille vult, ꝙ etiam non debeat quis admitti, si diuina iussio præceperit.

¶ Secundò principaliter moueor: quia ille tex. in d. §. illud. loquitur simpliciter & indistinctè, non autẽ loquitur, vtrum coram iudice principalis causæ, vel appellationis. ergo indistinctè intelligendus, vt in l. de pretio. de publi. cum sim.

¶ Tertiò moueor, quia eadem ratio prohibitionis, quæ habet locum cum instantia principali, habet etiam locum in instantia causæ appellationis, vt dicit text. in d. Clem. 2. vnde cum ratio legis sit anima ipsius legis, vt no. Bal. in l. 1. C. de interdi. & probatur in c. si quando. supra de rescrip. & in c. vbi periculum. de elect. lib. 6. & in Clem. 1. de elect. cũ si. Ideo vbi prædicta ratio vendicat sibi locum, debet etiam vendicare locum dispositio, vt in l. à Titio. ff. de verb. obl. & in l. illud. ff. ad l. Aquil. & in l. nam & Pedius. ff. de arb. cum sim.

¶ Nec ob. ꝙ iura exorbitantia, prout est §. quia verò. & §. illud. in Auth. eo. tit. & secundum ea quæ dixi supra, in 4. princ. artic. sint restringenda, & per consequens non extẽdenda ex identitate rationis, ad quod authoritates & remissiones quas dedi in c. at si clerici. §. 1. sup. de iud. quia respondeo, quòd illud procedit, quando ratio esset multum generalis, non expressa, vel plures possent reddi. secus si vna & expressa, vt in casu nostro. quo casu, etiã in exorbitantibus fit extensio: imò potius comprehensio, vt no. glo. in c. si postquam. de elect. lib. 6. & no. in c. 1. de temp. appel. lib. 6. & de rescrip. & no. Docto. in c. 2. de mu. peti. & no. in l. his solis. C. de reuo. dona. & est bonus text. in l. milites agrum. ff. de re mili. & vide alias authoritates, quas allegaui in c. at si clerici. supra de iu. ¶ Nec ob. l. eos. & l. in offerendis, C. de appel. & l. per hanc. C. de temp. ap. quia potest responderi, quòd illa iura corriguntur per d. §. illud. nec est hoc absurdum dicere, quia non est dubium quod §. quia verò. & §. illud. corrigant iura antiqua, secundum ea quæ latius dixi supra eo. in quarto princ. artic.

¶ Vel potest responderi, quòd illa iura loquuntur, quando quis vult producere testes super nouis articulis respicientibus actionem intentatam, & ita loquitur text. in d. l. per hanc. si rectè ponderetur. ibi dum dicitur, nouis etiam assertionibus. & tex. in d. l. in offerendis. dum dicit, nouas assertiones. & d. l. eos. dum dicit, quòd in iudicio omissum prosequatur, &c.

¶ Nec

¶Nec ob. quod tex. in d.l. per hanc. in fi. dum dicit, pleniori subueniatur veritatis lumine. loquatur comparatiuè, & sic intelligitur participatio positiui. vnde siue plenè, siue semiplenè appareat probatum in prima instantia, adhuc poterit plenius vel verius probari in instantia appellationis, quia respondeo quòd istud debet intelligi, dummodo aliud non obsistat, vt est in casu nostro. Nec ob. l. fi. C. eo. tit. quia vt dicit Bar. in l. per hanc. fateri potest, quòd in alia instantia possunt recipi parte nolente, & ita loquitur d.l. fi. non autem ea contradicente, prout loquitur quęstio nostra. Nec ob. quòd ad alium finē producuntur in prima instantia, & ad alium in instantia appellationis: ex eo, quod in prima producuntur, vt quis condemnetur vel absoluatur: sed in appellatione producuntur, vt sententia confirmetur. facit c. veniens. inf. eo. Nam respōdetur, quòd istud confirmare, vel infirmare in appellatione, est æquipollens ad condemnare vel absoluere in princ. no. in d.l. eos. C. de appel. & non refert quid ex ęquipollentibus fiat. in c. licet ex quo. inf. eo. & in c. petitio. supra de procura.

¶Nec ob. quòd appellatio rescindat omnia acta non probatoria vsque ad lit. contesta. vt in l. ita demum. C. de procura. & sic videtur rescindi conclusio & publicatio, vt dixi in c. cum venissent. inf. eo. in §. princ. artic. in secundo membro. Quia respondeo quòd rescindit quo ad effectus non consummatos: quorum ratio & effectus non durat post appellationem. secus quo ad effectus consummatos, quorum ratio durat in appellatione, prout est in casu nostro. videlicet, præsumpta scientia testificatorum, & timor subornationis. facit quod in simili dicimus de effectu lit. contest. quo ad perpetuandam actionem, qui durat etiam perempta instātia, vt l. 1. C. de præscr. lon. tempo. & hoc etiam patet, quia in causa princ. licet non facta sit publicatio: tamen si pars percunctata est, & didicit testificata, etiam de iure ciuili, non admittitur, vt sup. dixi in 4. art. prin.

¶Et sic ex prædictis concluditur, quòd in his casibus, in quibus licitum fuisset producere testes, publicatis attestationibus in causa princip. licitum erit etiam in causa appellationis: vtputa, si publicatio non sit ritè facta, vel pars non didicit testificata, secundum ea quæ dixi in 4. prin. artic.

¶Sed circa prædicta insurgit notabilis dubitatio, quid si in causa principali non fuit facta publicatio: vel si fuit facta, probatur quòd pars non fuit percunctata: vel non didicit testificata, vtrum possit in instantia appellationis testes producere super eisdem articulis, vel directò contrarijs. Pone enim quòd si facta fuit publicatio, fuit facta absente parte, & sic etiam absente parte lata sententia, à qua appellauit, & non est percunctata attestationes, vt dixi, vel non fuit facta publicatio. Hanc quæstionem reperio tactam per quendam Docto. cuius nomen ignoro, in qua quæstione, quam dicit de facto contigisse, allegat quod non possit testes producere ex eo, quia ex qualitate sentētiæ contra eum latæ mentaliter perpendit, quod testes sui non probauerunt. vel possumus etiam dicere, si vult contrarios testes producere, perpendit quod testes aduersarij probauerunt. Sed in contrarium idem Doctor allegat iura probantia, ac requirentia partem legisse & perlegisse, & percunctatam esse testificata: quæ omnia concludunt ad actum naturalem, non mentalem. facit l. 1. §. sed si legi. ff. de his quæ in testa. dele. vbi licet ex his quæ præcedunt, & sequuntur, media possint intelligi mentaliter, si tamē corporali visu non possunt conspici, non dicuntur posse legi. & ad hoc tex. in c. inter dilectos. inf. de fide instr. facit dictum Inno. in c. P. & G. sup. de offi. deleg. vbi dicit, ꝙ ad hoc vt sententia concludatur nulla, exigitur quòd vitium sit patens. Sed idem Doct. decidendo tenet contrariū, per tex. in §. quia vero. in Auth. eo. ti. vbi ex sola disputatione inter partes extrinsecus à visione corporali attestationum, & sic ex visione intellectuali, & per consequens ex sola intellectuali scientia, repellitur quis à productione: dum tamen illa intellectualis scientia sit talis, per quam pars potuerit ipsorum attestationes cognouisse, & ex ipsis instrui aut edoceri. ar. l. munerum. §. iuxta. ff. de mune. & hono. Vnde concludit ꝙ ipsum verè vel præsumptiuè didicisse testificata, est causa propter quam excluditur à facultate testium producendorum: quæ conclusio licet sit subtilis, tamen mihi non placet. licet enim iudex ita sententiauerit, tamen ipsius animus non semper ad vnam probationis speciem inclinatur. in c. causam, inf. de re iud. & in c. in nostra. inf. eo. & in l. ob carmen. §. fi. ff. eo. & ex varijs causis potest informare motū animi sui, vt dictis iuribus.

¶Quare dicerem, quòd prædicta opinio procedit, vel quando probaretur expresè quòd pars didicerit attestationes, vel quando esset facta publicatio, & ipse qui vult producere, non probaret se ignorasse testificata, sed si non esset facta publicatio, & aliter non probaretur didicisse testificata, licet iudex sententiando contra actorem super principali, vel contra reum videatur sententiasse: vel quia actor non probauit, & reus nihil probauit, seu non plenè probauit exceptionem suam: tamen quia, vt sup. dixi, iudex ex multis alijs potest motum animi sui informare, & varijs modis ad credulitatem induci.

¶Item, quia potest esse, quòd ipse iniustè sententiauit, vel per dolum, vel per ignorantiam: ideo nō placet prædicta opi. Sed posset procedere prædicta opin. solùm quando actor ad probandam intentionem suam, non produxisset nisi testes. nam tūc propter sententiam latam contra reum super principali negotio præsumptio est, quòd testes nō probant. & eodem modo videtur concludendum in reo.

¶Sed quamuis in hoc casu non videatur esse tanta dubitatio, postquam non sunt producti nisi testes: tamen aliæ rationes concludunt, quòd etiam hoc casu, prædicti Doctoris decisio non procedat. & secundum quod intellexi hanc opinionem non seruat curia: in qua secundum quod accepi, seruatur stylus quod testes in causa principali non publicantur, qua publicatione nō facta, indifferenter admittuntur testes in instantia appellationis. Et hæc opinio plus mihi placet, pro qua faciunt ea quæ dixi supra in 4. princ. artic. vbi dixi, quòd olim iure fforum & C. nouæ productioni non obstabat: etiam in causa principali, publicatio aut scientia testificatorum, cum iure nouissimo Auth. inductum fuerit, ꝙ nouę productioni super eisdem articulis &c. obstet vera scientia testificatorum, vel publicatio, vt etiam traditur in Clem. testibus. eo. tit. meritò propter talem

præsum-

præsumptionem quæ insurgit ex sententia iudicis, non debemus iura antiqua corrigere: maximè quia licet ante appellationem, vel postquã sententia transiuit in rem iudicatam, præsumatur pro sententia iudicis. l. Herennius. §. Caia. ff. de euictio. tamen secus est post appellationem interpositam, quæ rescindit vel suspendit illam præsumptionem, vt supra dixi, & sic ex prædictis habes expeditum primum mẽmbrum decimi princ. artic.

29 ¶ † Circa secundum membrum, quo quæritur vtrum variata instantia de principali causa ad nullitatem, possint produci testes super antiquis articulis, vel directò contrarijs. dicit præfatus Doctor ꝙ ad hoc declarandum oportet præmittere, quòd nullitas potest sumi dupliciter. Vno modo, propter defectum ordinis iudiciarij non concernentem merita causæ. secundo modo, ex defectu concernente merita causæ. Primo casu, potest figurari exẽplum si causa esset ordinaria, & omissa sit libelli oblatio, litis contestatio & aliæ similes solennitates, & super istis produci possunt testes, quia ista esset nouus articulus, & idem si vellem probare illum, qui protulit sententiam, non fuisse iudicem: nisi in alia principali causa super huiusmodi articulis essent producti & publicati testes. Secundo casu, quãdo loquimur circa merita causæ, aduertendum, quia cũ hoc multipliciter possit contingere, dicendum est, secundũ eum ꝙ si iudex ex deductis in causa principali sequutus est euidentem errorem: non procedit hoc casu dubium nostrum, quia ad hanc nullitatem cõcludendam debet error apparere ex tenore & inspectione ipsius sententiæ, non autem ex alia intrinseca probatione. Sed si nullitas surgeret ex meritis causæ, quia iudex est sequutus dicta falsorum & corruptorum testium, vel tantum falsorum, vbi sententia est lata contra absentem, & tunc super articulis directò contrarijs, ad antiquos admittuntur testes, quia non obstat sententia, vel publicatio, per tex. in c. licet causam. sup. de proba. de quo articulo, an scilicet tunc sententia reddatur nulla, vel sit necessaria restitutio, dic vt latè dixi in c. secundo, inf. de falsis, & hoc dictum est clarum in se, quia hoc casu nõ obstaret publicatio vel scientia testificatorum, etiam in ipsa causa princ. vt dicam in 12 artic. princip. fall. Si verò opponeretur de nullitate sententiæ ex eo, quia sententia est talis naturæ, quod non transit in rem iudicatam. Et hoc casu dicit aduertendum, quia si fit prosecutio per viam nullitatis, secundum practicam quam dat glo. in c. ex parte M. de restit. spol. licet aliæ plures sint etiam practicæ, vt ibi dicitur, & hoc casu non obstat publicatio, quia non obstat etiam sententia per c. series. & c. ex tenore. inf. eo. & c. iurauit. sup. de proba. iuncto c. constitutis. el 3. inf. eod. quorum iurium latiùs prosequitur materiam, & multa circa prædicta dicit confusè, quæ non pertinent ad materiam. quare dic de dicta materia, vt dixi in d. c. series. inf. eod. ¶ Quare omissis his quæ dicit idem Doctor, arbitror aduertendum quòd quæstio nostra principaliter potest considerari duobus modis. Vno modo, quando variatur instantia de causa nullitatis ad causam validam, & sic præsupponitur quòd primum iudicium, in quo attestationes fuerunt receptę, fuit nullum. vnde omisso tali iudicio, pars de nouo agit. Alio modo potest considerari, quando finito vno iudicio principaliter intẽtato, pars fortè, contra quam lata est sententia, prosequitur viam nullitatis duntaxat dicendo processum vel sententiam nullam.

¶ Primo casu, Domini de Rota in antiquis decisionibus Bertrandi decisione sexagesima concludunt, ꝙ licet testes in primo iudicio fuerint publicati, tamen possunt in hoc iudicio iterato produci super eisdem articulis, vel directò cõtrarijs: quia cum primum iudicium dicatur fuisse nullum, sequitur ꝙ non præstat impedimentum, vt in regula, non præstat. de reg. iur. lib. 6. & in l. ea quidem. C. si mancip. ita fue. alie. ¶ Nec obst. iura dicentia ꝙ publicatis attestationibus super eisdem articulis, vel directò contrarijs, non possunt testes produci propter timorem subornationis, vt d. §. quia verò. & in Clem. 2. eo. ti. cũ sim. quia procedunt, quando actus esset validus: secus autem qñ processus est nullus. ¶ Dicit tamen ibi Bertrandus, se audiuisse, quòd quandoque Rota contrarium tenuit ex eo, quia qualitercunque sit facta publicatio, maximè si sit facta ad petitionem partis, quæ non vult testes producere, si didicit testificata, debet excludi.

¶ Sed neutra prædictarũ opin. mihi placet. Nam hæc vltima reprobatur expressè ex his quæ dixi supra in 4. artic. princ. in prima cõclusione, & trib. seq. Nec etiam placet prima opinio, per ea quæ statim dicam. Vnde distinguerem, ꝙ aut loquimur in nullitate, quæ non solùm respicit reliquam partem processus, sed etiam ipsorum testium receptionem: vt puta, quia iudex, coram quo fuerit agitatus processus, funditus carebat iurisdictione: vel vt dicit, processus nullus ex defectu litis contestatæ, aut similis alterius solennitatis formaliter requisitæ: quæ non solùm habet inficere vel annullare acta ordinatoria sed etiam probatoria, & hoc casu, indubitanter dicerem ꝙ super eisdem articulis, vel directò contrarijs possunt testes produci. Moueor per regulam, non præstat. de reg. iur. lib. 6. Item moueor ex his quæ latè dixi sup. in 4. prin. artic. in primis quatuor conclusionibus, & primo correlario. Vnde fit conclusio, ꝙ qualitercunque testium receptio reddatur nulla, vel propter omissum ordinem in receptione, vel in examinatione, aut in publicatione, aut propter defectũ cuiuscunque alterius ordinis iudiciarij, ꝙ hoc casu, publicatio & scientia testificatorum, non obstant volenti producere etiam eosdem testes super antiquis articulis, vel directò contrarijs, & isto modo potest procedere prima opi. Bertrandi. Aut nullitas primi iudicij non est talis quæ habeat annullare attestationes: vt puta, quia ordo iudiciarius per omnia fuit seruatus vsque ad sententiam: sed in ipsa sententiæ prolatione fuit omissus: vnde sentẽtia redditur nulla, secundum ea quæ habentur in c. fin. de re iudi. lib. 6. vnde hoc casu nullitas sententiæ nõ habet inficere ipsas attestationes. & hoc casu maius est dubium. Descendere autem potest dubium, iudicio meo, ex quadam fallentia, seu casu speciali, quem ponit hic Io. Andr. & cõmuniter sequuntur Doct. dicẽs, quod perempta instantia super eisdem articulis, vel directè contrarijs, possunt testes de nouo produci, & tamen clarum est ꝙ attestationes & alia acta probatoria aliàs de se validæ & valida, non pereunt perempta instantia, secundum ea quæ latè

tradit

tradit Ioan. Andr. & post eum latius Dom. meus, & Docto. in c. causam, quæ. supra eod. per Cy. Bald. & Docto. in l. properandum. C. de iud. & per Bar. in l. cum lite mortua. ff. iud. solui.

¶ In contrarium tamen fortiter obstat c. cōstitutus in præsentia. inf. eod. vbi in simili dicimus, secundum vnum intellectum illius tex. in fi. quod si quis potest vti attestationibus iam receptis, non admittitur ad producendum eosdem testes: licet processus non sit publicatus: quia debet esse contentus testibus iam receptis. ita & in simili casu nostro, postquàm clarum est quod attestationes receptæ probant, & facta est publicatio, & didicita sunt testificata, & eadem est causa: licet eadem instantia, & inter easdem personas, cum subsit timor subornationis, non debet pars admitti ad producendum testes super eisdem articulis, vel directò contrarijs: sed debet esse contenta testibus iam receptis.

¶ Pro ista opinione facit optimè quod tradit Nicol. de Matta. & post eum Bald. in l. fi. C. eo. ti. vbi dicit, quod standum est attestationib. receptis in vno iudicio, si legitimè sint publicatæ in alia quacūque instantia, & coram quocūque iudice, inter easdem personas, & ad eundem effectum. argu. no. in l. gesta. C. de re iudic.

¶ Nec obstat illa l. fin. C. eo. in quantum videtur requirere consensum partium: quia illa loquitur de attestationibus receptis coram arbitris, in quibus diuersa est ratio, secundum ea quæ dicam inf. in quinto & vlt. membro princip. istius articuli. & isto modo potest intelligi & saluari secunda opin. quam supra retuli, secundum Bertran. Secundo casu, quando finito vno iudicio in alia instantia prosequeretur quis viam nullitatis, dicerem quod si testes in primo iudicio producti, fuerunt producti ad eundem finem, ad quem nunc producuntur in iudicio nullitatis: vtputa, quia fuit opposita declinatoria ob defectum iurisdictionis, & ad eam probandam fuerunt producti testes, qui non probauerunt. vnde pars quæ nunc de nullitate agit, fundat se super defectu iurisdictionis, & ad probandum hoc, producit testes super eisdem articulis. Nam hoc casu non arbitror admittendos, cum sit timor subornationis.

¶ Nec obst. si diceres quod si iudex ille primus subditus carebit iurisdictione, corruit processus ex toto, & per consequens attestationes: quia fateor. Et si diceres, quod per consequens, tanquam nullę, non præstant impedimentum, vt supra dixi in principio præcedentis casus. Respondeo quod in casu nostro non procedit argumētum: quia cum tu fueris nisus probare hoc per testes in primo iudicio productos, & non probaueris, & publicatæ sint attestationes, & sententia fuerit lata cōtra te ante quàm de hoc constet: cum præsumatur pro sententia & actibus ipsius iudicis, vt l. Herennius. §. Caia. ff. de euic. meritò non potes admitti ad probandum per testes. sed si vis probare nullitatem & iurisdictionis carentiam: oportet probare per alias probationes, vt hoc ostenso concludatur quod attestationes receptæ fuerunt nullæ. Si verò testes non fuerunt producti ad eundem finem, ad quem nunc producuntur: non video quomodo ad concludendum hanc nullitatem possunt examinari super antiquis articulis, vel directò contrarijs: quia aut nullitas allegatur ex defectu omisionis substantialis ordinis iudiciarij, & ita probatur ex inspectione actorum, quare attestationibus non est vtendum. Et si fortè diceretur, quod sententia fuit lata sine scriptis: licet in actis reperiatur scripta & immissa. & hoc pars vult probare per testes: iste est articulus nouus, & ideo quæstio nostra non procedit. & idem in similibus dicendum. Si verò diceretur de nullitate respectu eorum, quæ concernunt merita causæ. & hoc non potest contingere nisi altero de duobus modis: vel quia sententia est lata contra ius scriptum, & ad hoc probandum nō est necessaria positio, aut articulus: quia ius scriptum est probatum, non probandum, & ideo de eo non debet fieri nec admitti positio, vt in c. sopitæ. inf. de censi. & ibi Do. Anto. in l. ornamentorum, & ibi Bal. ff. de auro & arg. leg. ad quod vide quę latius dixi in c. 1. inf. de re iudic. & ibi dixi, secundum vnum intellectum. & hoc casu etiā non est necessarium quærere de probationibus per testes: cum debeat ex ipsis actis patere, vt ibi dixi. alio modo potest contingere, secundum ea quæ dixi supra in prin. secundum præfatum Doct. Si esset talis sententia quæ ratione pacti per partes non remissibilis non transiret in rem iudicatam. & quia esset iniusta, diceretur nulla, secundum vnū modum practicandi: quem quidam dicunt seruari posse in talibus sententijs, secundum ea quę traduntur in d. c. ex parte M. sup. de rest. spol. & hoc casu, si ad probandam hāc iniustitiam, per quam intendo ad nullitatē produceret testes super eisdem articulis, vel directo contrarijs, possem: quia hic est casus specialis in quo non obstat publicatio: etiā in ipsa causa principali. Neque etiam habet obstare sententia: neque lapsus fatalium, secundum ea quæ dixi in cap. series. inf. eod. & subdam pro speciali fallentia in 11. articulo princip. fallentiarum. Et per hæc habes expeditum hoc secundum membrum principale istius princip. artic.

30 ¶ † Circa tertium principale membrum, quando variatur instantia de causa principali ad restitutionem in integrum, est aduertendum quòd quædam est restitutio, quæ competit iure speciali, vt est illa quæ datur minori, vel ecclesiæ: quædam verò conceditur iure communi ex clausula generali, si qua iusta causa adesse videbitur. l. 1. & l. Prætor ait. & per totum. ff. ex quibus cau. maior. Quò ad primam speciem dic, quia aut petitur restitutio, quæ concludit solùm aduersus sententiam, & nō est dubium quod per hoc non est licitum testes producere publicatis attestationibus, & c. tum quia restitutio est stricti iuris, & sic non debet extendi ad alium casum: tum quia cum petatur restitutio solùm aduersus sententiam, non concluditur aduersus omissam probationem: vnde ex separatis non debet fieri illatio, vt in vulgatis. aut restitutio conceditur aduersus omissam probationem: & hoc casu, an publicatio vel scientia testificatorum obstet nouæ productioni testium, tangit Innocen. in cap. auditis. supra de restitut. in integrum. & Barto. in l. 1. §. nunciatio. ff. de ope. no. nuncia. & aliquid Innocen. in c. pen. infra eodem. Gul. & Docto. in Clemen. 2. eod. tit. & Pau. in Clemen. fin. de restit. in integr. & videtur primò dicendum, quod minor non restituatur.

Nam talis prohibitio fit propter dolum præsumptum, ne testes subornentur, vt sæpius dictum est: sed minor aduersus dolum vel calumniam præsumptam de futuro, non restituitur, l. auxilium. ff. de mi nor. ergo &c.

¶ Secundò probatur: quia per rescriptum, vel iussionem Principis non possunt amplius testes produci publicatis attestationibus, vel didicitis testificatis, in Authen. eo. tit. §. illud. ibi, nec si diuina iussio præcesserit. & ad idem tex. in authen. at qui semel. C. eo. ergo multominus potest restitui per edictum Prætoris de minoribus: qui Prætor inferior est Principe, & hanc opi. tenuit Dy. in d. l. 1. §. nunciatio. Sed Bart. ibi tenet contrarium. & Innocen. in d. c. auditis. & Doct. ibi. Bal. post Glo. in l. minor 25. annis omissam. ff. de mino. & Guli. de Cun. in l. si quis ex argentarijs. §. fin. ff. de edendo. Et dicit Innocen. in d. c. auditis. quod si in termino peremptorio nulli testes fuerunt producti, quod clarum est quòd poterit restitui. Sed si producti sunt aliqui, qui non probant, & velit minor alios producere, concludit Inno. quòd debebit restitui: adhibita tamen diligenti cognitione, & examinatione ꝙ fuerint læsi ex falsitate minoris ætatis, vel negligentia tutoris aut curatoris.

¶ Nec obstat respectu pupilli ꝙ sit timor de dolo seu subornatione tutoris: quia verisimiliter hic timor debet cessare, cum tutor non tractet de proprio commodo. l. videamus. §. fi. ff. de in lit. iur. & in l. edicto, in fi. ff. de iure fisci.

31 ¶ † Item: quia dolus tutoris non debet nocere pupillo, vt in l. apud Celsum. §. illa. ff. de doli exceptio. & per totum titu. ff. quando ex facto tutor. & ita dicit Guli. in d. l. si quis ex argentarijs. Nec obst. quòd minor nõ videatur circumscriptus: quia hoc contigisset etiam diligentissimo patrifamil. vnde non debet restitui, vt in l. fi. C. de restit. in integr. & l. verum. §. locupleti. ff. de minor. quia respondeo ꝙ imò hoc contigisset diligentissimo patrifamil. quia talis verisimiliter fuisset solicitus in producendo testes, qui scientiam & cognitionem habuissent, & probare potuissent.

¶ Item ista præsumptio, quod non præsumatur læsus, tollitur ex veritate habita in contrarium propter diligentem examinationem & cognitionem, quæ est adhibenda antequàm restituatur. vnde cum appareat oppositum, succumbit præsumptio veritati. in cap. cum inter. supra de elect. & quia in incertis nõ certis, locus est coniecturis. l. continuus. §. cum ita. ff. de verborum obligat. cum sim. & hoc idem tenet Specu. in titu. de restitu. in integr. §. fin. versic. quid si in causa. & est text. secundum vnum intellectum in d. l. minor. vbi probatur, quòd licet aduersus dolum verum minor non restituatur: tamen restituitur aduersus dolum præsumptum, si læsio euidenter apparet, & probatur etiam notabiliter in l. 1. §. accusationem, coniuncta l. qui destitit. ff. ad Turpillia. vbi etiam probatur quòd aduersus dolum præsumptum in futurum, minor restituitur adhibita diligenti cognitione. Nam licet desistens ab accusatione non possit accusare propter præsumptam calumniam: tamen si est minor, potest restitui vt accuset, si constet quod damnum patiatur.

¶ Nec obstat quod dictum fuit de iussione, vel rescripto Principis: quia respondeo quod non est bona consequentia, Non debet per rescriptum admitti, ergo nec per edictum prætoris: quia minor & ecclesia restituuntur aduersus contractum, sententiam, venditionem, transactionem, & similes actus, vt C. si aduersus contractum, & in titulis sequentibus, & tamen cõtra prædicta per rescriptum Principis non potest quis contrauenire, vt l. fin. C. senten. rescin. non posse. & in l. causas vel lites. C. de trans. Et si tu diceres, imò cõtra prædicta potest quis venire per rescriptum Principis, vt l. quoties. C. de precib. impe. offer. & in l. ratas. C. de rei vendi. Respondeo quod illud procedit, quando rescriptum emanauit ex certa scientia, & cum clausula, non obstante, vt in c. ex parte. sup. de offi. deleg. & in l. 2. §. si quid à principe. ff. ne quid in loco publ. & in Authent. de testa. imperfect. Et hoc etiam potest contingere in casu nostro, si princeps diceret, concedimus tibi, vt licet sint publicatæ attestationes, & didicita testificata, possis producere testes: non obstante dispositione de testibus in contrarium disponente. facit l. 1. ff. de constitut. Princip. In Ecclesia etiam dicendum est, quod debet restitui: tum quia negligentia Prælati non debet nocere ecclesiæ: nec dolus præsumptus. regula, delictum. de regul. iur. lib. 6.

¶ Item quia non est præsumendum personas ecclesiasticas calumniari velle. ar. no. in c. in nostra. supra de procur. & in c. 2. inf. de no. oper. nunc.

32 ¶ † Sed quæro iuxta prædicta de muliere & rustico, an admittantur post didicita testificata. Bart. in l. 1. §. nunciatio. ff. de no. ope. nuncia. concludit, quòd non, per l. fin. C. de iur. & fac. ignor. & quia speciale est in causa matrimoniali, ut infra dicam in vndecimo ar. fallentia 29. & tamen versatur causa ipsius mulieris in matrimonio. Item, quia in his quæ sunt inducta ad rigorem iuris conseruandum, prout est casus noster, non succurritur rusticis vel mulieribus, & hanc opinionem sequuntur communiter Docto.

¶ Secundo casu principali, cum loquitur de restitutione quæ conceditur etiam maioribus ex legitima causa, Innocen. in c. pe. inf. eod. tenet, quod ex iusta & legitima causa admittantur, non obstante publicatione, aut scientia testificatorum. Et potest configurari exemplum, secundum eum, si aliqui testes qui sciebant veritatem, erant tempore depositionum captiuati. & idem sentit Spec. in titu. de restitut. in integr. §. fin. versic. quid si in causa. & Inno. in c. seq. quod procedit maximè præstito iuramento à petente hanc examinationem, quod talem examinationem nõ petit per aliquam calumniam, aut dolum. ar. d. §. quia verò. & d. c. pe. infra eod. & hoc procedit si peteretur restitutio à maiore ex iusta causa propter omissam probationem: sed si peteretur propter iniquitatem sententiæ ex eo, quod diceretur sentẽtia lata per falsos testes, dic quod licet producere testes, secundum tamen limitationem & declarationem de qua latè per Doct. in c. licet causam. supra de proba. & in l. diuus. ff. de re iud. & quæ latius dixi in c. 2. infra de falsis.

33 ¶ † Sed circa prædicta quæro, vtrum restituto minore vel ecclesia, vel etiã maiore ex causa legiti-

ma,

ma, intelligatur etiam restituta pars aduersa, vt possit producere testes: licet didicerit testificata, & videtur quod sic, per ea quæ habentur in cap. 1. supra de in integ. restitu. & in l. 1. & 2. C. si aduer. transf. in quibus probatur, quod concessa restitutione minori, redintegrantur etiam omnia iura parti aduersæ.

¶ Sol. Barto. in d. §. nunciatio. quem sequuntur Doct. in d. c. auditis. & d. Clem. 2. eod. tit. distinguit, quod aut omisio probationis minoris fuit causa quare pars aduersa non priuilegiata omisit producere etiã testes: forte ex eo quia minor producebat paucos testes, iudex refrenauit numerum partis aduersæ: vel etiam quia maior videbat minorem deficere in sua probatione nõ curauit producere exceptionem directè contrariam, quæ sibi competebat, & testes ad probandum, & tunc audietur volens producere de nouo, per ea quæ no. in dictis iuribus, & sentit glo. fi. in d. c. auditis.

¶ Si verò minor hanc causam non præstitit, licet postea restituatur, ex hac restitutione maior non auditur, per l. etiam. §. ex causa. ff. de minori.

¶ Ex quibus infero quod si maior ante publicationem didicisset testificata, adeo quod mereretur excludi, secundum ea quæ fuerunt dicta, supra in principali artic. licet post publicationem minor vel ecclesia restitueretur: non tamen intelligeretur restituta pars aduersa.

¶ Nec obstat l. penult. C. de tempo. in integr. restit. vbi si datur dilatio vni parti, intelligitur data et alteri: licet illam petere non potuisset. Quia respondeo quod hic non datur noua dilatio: sed auditur perinde ac si esset inter primam dilationem ante publicationem.

¶ Nec obst. l. fin. C. de fructi. & lit. expen. & l. dies sabbati. C. de Iudæis. quia non potest aliquid imputari aduersario. hic secus. Et ad prædicta vide Spe. in tit. de dilatio. §. videndum. ver. in summa.

¶ Sed quæro de notabili quæstione. Quid si maior vna cum minore habeat causam communẽ contra alium: vtrum restituto minore post publicatas attestationes ad probandum iterum beneficiũ suũ, prosit maiori? Et videtur dicendum quod non, per l. denique. §. sed vtrum. ff. de minor. vbi text. dicit quod Prætoris intentio est subuenire minoribus, & non maioribus. Bald. ibi distinguit, quod aut negotium ipsorum non erat connexum, & non restituitur: aut connexum, & tunc prosit. allegat l. 1. C. de diuer. rescript. & l. 1. C. si vnus ex pluri. appell. & l. si cõmunem. ff. quemadmod. seruit. amit. secundum Francisc. Accur. & Cyn. in additionib.

34 ¶ † Item quæro iuxta prædicta, quæ sit practica probandæ lesionis, quę est necessaria, vt dictum est, ad hoc vt concedatur restitutio. Sol. Specul. in tit. de restit. in integrum. §. 1. versi. quid si in causa. dicit, quod probabitur isto modo: videlicet, quod isti noui testes producantur, & dicant in dicto suo, quod si fuissent producti ante publicationem testium, hoc idem dixissent, & tunc iudex examinatis eorum dictis cognoscet, an fuerit expediens minori ecclesiæ, vel maiori eos produxisse, & quod si viderit expedisse, restituet ad producendum. Et si diceres, nonne semel testificati sunt in causa ad probandam læsionem: ergo non debent amplius repeti. 4. quæst. 3. §. item in criminali. Respõdeo quòd in hac causa testificando non dicuntur testificari in eadem causa, quæ præcedens causa fuit restitutionis, & incidens: hæc verò principalis.

¶ Secunda practica est secundum Vbertum de Bobio, quòd electio detur parti contra quam producuntur, vel quòd approbet dicta istorum, prout fuerunt recepti in causa restitutionis, vel quod iterum iurent & deponant. argum. c. præsentata. infra eod. & l. fi. C. eo. tit.

¶ Vel tertiò potest dici, quòd probatur læsio eo ipso, quod producuntur noui testes, qui à principio non fuerunt producti. facit l. & si sine. §. item. ff. de minor. quod mihi placet: maximè si isti, qui nunc producuntur sunt digniores. nec est præsumptio quòd petatur restitutio calumniæ causa.

¶ Circa quartum membrum principale, quid iuris variata instantia de vna causa ad aliam: seu de vna instantia ad aliam instantiam: potest tradi regula, quòd vbicunque variatur instantia, quod exceptio rei iudicatæ in prima, non obstat in hac causa quæ nũc intentatur, vel quia varietur modus agendi: vel varientur personæ aut res: non obstat publicatio attestationum, vel scientia testificatorum, nisi fortè partes approbauerint attestationes iam receptas in alia instantia, vt probatur in cap. veniens, & c. præsentata. infra eo. & etiam sentit Barto. in l. per hanc. circa finem. C. de tempo. appel. per l. fin. C. eod. tit. Et idem si variatur instantia de semiplena, vel summaria cognitione ad plenam, vt d. c. veniẽs. & c. presentata. & c. cum in tua. inf. eod. secus vbi exceptio rei iudicatæ haberet obstare, vt dictis iuribus. Et ad prædicta faciunt optimè no. per Bart. in extrauag. ad reprimen. in ver. summarie, ver. quædam sunt emergẽtes. & l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verbo. oblig. in quinta oppo. & per Docto. in c. 1. de lit. contesta. lib. 6. de quibus latius dixi in c. 1. de lit. contesta. in septimo princ. articu. quæst. 7. vbi omnino videas. Et ad prædicta vide quæ dixi in c. fi. supra de offi. ordi. cog. artic. 32. quæst. 10. in secundo membro principali, vbi collegi ex dictis Bart. in extrauag. ad reprimẽdum, super ver. summariè, prope fin. ver. quædam sunt emergentes, quæ habent se &c. vbi vult Bar. quòd illud quod probatum est ante lit. contest. non dicitur probatum in eadem instantia quæ sequitur demum lite contest. & ideo testes producti ante lit. contest. possunt iterum produci super eisdem articulis, vel directo contrarijs post lit. contesta. quod sequitur Dom. Franc. de Albergotis de Aretio.

35 ¶ † Circa quintum & vltimum membrum principale, quando variatur instantia de iudice ad arbitrũ, distingue quod aut variatur de iudice ad arbitrum, vel ad arbitratorem, aut econtra. Primo casu, Bald. & Doct. in l. fi. C. eo. cõcludunt quod tales testes recepti in vero iudicio, fidem faciunt coram arbitro. nã si fidem faciunt coram superiori iudice, fortius & coram inferiori, & corã arbitro. Ex quo videtur inferendum quod publicatis attestationibus, aut didicitis testificatis coram iudice super eisdẽ articulis vel directò contrarijs, non debeant testes admitti.

¶ Ego arbitror quod istud sit expeditum quod fidem faciant inter easdem personas coram arbitro: sed an obstet publicatio, distinguerem quod aut quis vult producere nunc testes coram arbitro su-

super eisdem articulis &c. & non admittantur regulariter: sicut nec admitterentur coram alio iudice in eadem causa, & inter easdem personas: quia arbitraria sunt redacta ad instar iudiciorum, vt l. 1. ff. de arbit. aut quis vult producere corã arbitratore, aut alijs amicabilibus cõpositoribus. Et dicerem quòd ipsi arbitratores & similes, vigore compromissi & potestatis eis concessæ, possent examinare testes super eisdem articulis, vel directò contrarijs. arg. eorum, quæ dicuntur de potestate arbitratorum, in c. Quintauallis. inf. de iureiur. & per Bar. in §. arbitrorum. ff. pro socio.

¶ Secundò casu, quando econtra variatur instantia seu cognitio de arbitro, vel arbitratore ad iudicem, subdistingue quòd aut variatur de arbitro ad iudicem. & concludendum vt decidit tex. in l. fin. C. eod. iuncto c. præsentata. inf. eo. videlicet, quòd aut testes sunt mortui, & fidem faciunt in iudicio eorum depositiones, & per consequens videtur obstare publicatio. aut viuunt: & est in electione illius contra quem sunt producti, an tales attestationes publicatas coram arbitro velit nunc recipere coram iudice, an verò quod de nouo producantur. quæ omnia declara & limita, vt latius dicam in d. cap. præsentata. vbi principaliter conuenit. Si verò sunt recepti coram arbitratore, conclusio est secundum Nic. Mata. & Bal. in d. l. fin. quod cum tales attestationes non sint receptæ publica authoritate: nec ad eius similitudinem: non faciunt fidem iudici, etiam si testes sint mortui, & ideo indifferenter: non obstante publicatione, possunt testes de nouo recipi coram iudice. quod tamen limitat Bal. in d. l. fin. nisi ex pacto aliud partes conuenissent. de quo dicam in d. c. præsentata. & ex his habes expeditum decimum princ. artic.

¶ Vndecimo principali articulo, iuxta præmissum ordinem in principio, recitandi sunt casus speciales in quibus fallit dicta regula, quòd publicatis attestationibus non possunt recipi testes &c. vnde referendi sunt casus in quibus, non obstante publicatione aut sciẽtia testificatorum, possunt testes produci super eisdem articulis, vel directo contrarijs. Et Io. An. recitat tres. Pet. de Ancha. & Do. meus addunt quatuor. aliquos recitat Bart. in authen. at qui semel. C. de proba. Spec. eo. tit. recitat 21. Ego, vt arbitror, referam quinquaginta quatuor: sub cõpendio tamen: & maximè eos, qui ex superioribus iam examinatis colliguntur.

36 ¶ † Primus casus, quando testes non sunt ritè recepti: etiam si publicatio sit ritè facta, de quo latius, supra in quarto princ. artic. in prima conclus.

37 ¶ † Secundus casus huic proximus, & qui infertur ex præcedenti est, quando iudex omisit interrogare, vel non interrogauit secundum interrogatorium datum à partibus, vt probatur in cap. per tuas. infra eo. de quo ibi dicam. vide do. Dyn. consi. 28. quod incipit, visa denunciatione. Bal. in c. 1. §. osten do enim, quid sit inuestitura. & Bald. post antiquos in l. veluti. ff. edendo. & no. Spe. in ti. de teste. §. nunc videndum. ver. vlt. & Bart. in authen. at qui semel. C. de proba. & Pau. de Cast. in consi. 367.

38 ¶ † Tertius, si testes nõ sunt ritè publicati: licet ritè recepti, dummodo pars non didicerit testificata. de quo latius in 4. art. princ. in 2. conclusione.

39 ¶ † Quartus, si publicatio non ritè facta haberet inficere testium receptionem: licet pars didicerit testificata. de quo in dicto 4. art. in correlario, quod infertur ex tertia conclusione.

40 ¶ † Quintus, secundum aliquos, quando publicatio non ritè facta, licet receptio sit ritè facta, & pars non didicerit testificata, sed alij contra. de quo in dicto 4. artic. in quarta conclusione.

41 ¶ † Sextus, si sit facta publicatio antequam omnes testes sint recepti, licet pars didicerit testificata. nam testes iam producti possunt examinari, non obstante publicatione aut scientia testificatorum. sed an alij testes nõ producti possint produci & examinari, & latius de his vide in 4. artic. quarta & quinta conclusionibus.

42 ¶ † Septimus, si certum est quod pars non didicit testificata: licet receptio & publicatio sint ritè factæ, & hoc procedit de iure ciuili: licet communis conclusio sit in contrarium, & idem de iure Canonico, secundum opi. quam tenui post Do. Ant. licet alij contra. de quibus latius in dicto 4. artic. in 8. & 9. conclusionibus.

43 ¶ † Octauus, subsistente dubitatione, an publicatis attestationibus pars didicerit testificata, & pars probat aliquid, licet non plenè, quod inducit iudicem ad præsumendum quod non didicerit testificata, & iurat se non didicisse. nam admittitur de iure ciuili, non obstante publicatione ex quadam æquitate, quod dixi procedere etiam de iure canonico. de quo latius in dicto quarto articulo, in decima conclusione.

44 ¶ † Nonus, si produco testes de nouo, & articulos pariter qui includebantur sub antiquis de necessitate facti: non tamen de necessitate probationis. de quo dic vt latius dixi supra in septimo artic. principali, in secundo casu, & declara & limita vt ibi.

45 ¶ † Decimus, si produco testes super articulis qui possunt comprehendi sub antiquis: non tamen de necessitate. nam admittendi sunt. de quo latius in loco præallegato.

46 ¶ † Vndecimus, quando testes deposuerunt extra articulos, licet deposuerint super his quæ ad causam faciebant: nam hoc casu, non obstante publicatione aut scientia testificatorũ, possunt testes produci, super quibus iam illi priores deposuerunt. de quo in septimo artic. in quæst. fin.

47 ¶ † Duodecimus, quando producuntur testes super articulis directò contrarijs, allegando corruptionem & falsitatem priorum testium, vt dixi in 8. princ. artic. in prima limit.

48 ¶ † Decimustertius, quando producitur ad confirmandum quod prius probatum erat, & ad probandum directè contrarium eorum, quæ disposuerunt testes reprobatorij, & sic ad reprobandum testes reprobatorios. de quo in dicto 8. articu. in secunda limitatione.

49 ¶ † Decimusquartus, quando producuntur ad probandum directè contrarium, & nihil sit quod possit imputari parti, quare prius nõ produxerit ad probandum contrarium. de quo in d. 8. art. in tertia limit. facit etiam quod dicam inf. in vigesimo casu.

50 ¶ † Decimusquintus, quando producerentur ad probandum indirectè contrarium. de quo sup. in 9. princ. articu.

¶ Deci-

51 ¶ † Decimussextus, quãdo variata esset instantia de causa principali ad causam appellationis. & hoc de iure ciuili, secundum aliquos, quod tamen ego reprobaui. de quo dic vt dixi in 10. articu. princ. in primo membro. & declara vt ibi.

52 ¶ † Decimusseptimus, quando variatur instantia de iudicio nullo, ad iudicium validum principaliter intentatum, & ad effectum principalis intentionis: non vt pronuncietur primum iudicium nullum, secũdum Dominos de Rota. nam hoc casu, licet sint publicatæ attestationes, & didicita testificata iudicij nulla: possunt tamẽ testes produci super eisdem articulis, vel directò contrarijs in iudicio valido noviter intentato. limitando tamen, vt dixi in dicto 10. princ. artic. in 2. membro princ.

53 ¶ † Decimusoctauus, ratione priuilegij personæ, vt quia minor, respublica, & ecclesia: quando restituitur aduersus probationem omissam. de quo dixi in dicto decimo articulo, in tertio membro principali.

54 ¶ † Decimusnonus, qui hic est proximus, in maiore qui admittitur non obstante publicatione & c. propter restitutionem concessam minori aduersus omissam probationem. de quo in dicto 3. membro.

55 ¶ † Vigesimus, qui etiam est præcedentibus similis, in maiore qui similiter restitueretur ex clausula generali iustæ causæ aduersus probationẽ omissam. de quo in dicto tertio membro. & vide vltra ibi dicta, Io. de Imo. in c. in causis. supra eo. qui ponit exemplum, quando quis vellet producere testes quos ignorabat se posse producere, quod etiam sentit Bar. in d. auth. at qui semel.

56 ¶ † Vigesimusprimus, si peteretur restitutio ex eo, quod diceretur sententia lata per falsos testes in casu, in quo locus est restitutioni. ad quod vide remissiones quas dedi in dicto tertio membro decimi princ. articuli.

57 ¶ † Vigesimussecundus, quando Princeps per rescriptum suum concederet, vt etiam publicatis attestationibus, vel didicitis testificatis admitteretur, cum clausula, non obstante. de quo in dicto tertio membro decimi artic. & idem arbitror, si emanaret secunda iussio, per no. in Auth. de manda. Princ. §. deinde, collat. 3.

58 ¶ † Vigesimustertius, quãdo variatur instantia, vel causa; adeò quòd exceptio rei iudicatæ in prima causa, non obstat in ista. de quo latius in dicto decimo artic. in quarto membro prin.

59 ¶ † Vigesimusquartus, si primæ attestationes fuerunt receptæ & publicatio facta in iudicio summario. de quo in dicto tertio membro.

60 ¶ † Vigesimusquintus, si primæ attestationes sunt receptę coram iudice, & nunc controuersia deducta est ad arbitratorem. de quo in dicto decimo artic. in 5. membro remisi ad c. præsentata.

61 ¶ † Vigesimussextus, si priores attestationes fuerunt receptæ coram arbitro, & testes non sunt mortui, & pars aduersa non vult illas recipere. de quo in dicto quinto membro remisi ad dictum c. pręsentata. infra eod.

62 ¶ † Vigesimusseptimus, si attestationes fuerunt receptæ coram arbitratore. de quo similiter remisi ad c. præsentata. vbi etiam dicam, quid de attestationib. receptis coram amicabilibus cõpositoribus. nam testes tũc etiam super eisdem capitulis possunt postea in causa appellationis, vel recursus examinari, vt l. fi. C. de testi. & ibi Iac. But. Bar. & Docto. no. Bar. expresè, & Doct. in l. per hãc. C. de temp. app.

63 ¶ † Vigesimusoctauus, si attestationes fuerũt receptæ in instantia quæ perijt: nam perempta instantia propter ineptam petitionẽ, vel per lapsum triennij de iure ciuili, vt in cap. examinata. supra de iudic. & in l. properandum. §. 1. cum aut. C. de iudic. possunt, non obstante publicatione, testes produci, secundum Io. And. hic, Dom. Anto. & Do. meum, & Doct. communiter. quę fallentia mihi placet, vbi aliàs attestationes fuissent inualidæ, vt puta quia ipsa ineptitudo libelli haberet inficere & annullare attestationes: secus in eo quod volunt Doct. de peremptione instantiæ propter lapsum triennij: quia licet pereat instantia, non pereunt acta probatoria, secundum ea quæ tradit Dom. meus in c. causam. supra eo. ad quod vide quod dixi in 10. artic. principali, in fi. secundi principalis membri, vbi vide alias remisiones.

64 ¶ † Vigesimusnonus, in causa matrimoniali, vt in cap. series. supra eod. ad quod vide quæ ibi dixi post Docto.

65 ¶ † Trigesimus, quando procedit de voluntate ambarum partium. nam cum hęc prohibitio fuerit inducta in fauorem earum, possunt ipsæ renunciare. ar. c. ad Apostolicam. ins. de reg. & eorum quæ latius dixi in c. si diligenti. supra de foro compe.

66 ¶ † Trigesimusprimus, quãdo esset causa in qua nõ obstaret exceptio rei iudicatæ: quia tunc etiam non obstaret publicatio, vt in c. inter dilectos. ins. de fide instrum. & in l. cum quæritur. ff. de exceptio. rei iudic.

67 ¶ † Trigesimussecundus, quando attestationes non reperiuntur: quia paria sunt non esse, vel non apparere, vt est tex. expressus in c. fi. supra de proba. facit l. fi. C. de fide instru. & l. publicati. C. de testa. tenet Bar. in d. auth. at qui semel. & Spec. in d. §. satis vtiliter. ver. pen. & Bal. in l. veluti. ff. de edendo.

68 ¶ † Trigesimustertius, quando iudex vellet procedere ex officio suo, vt in c. clamor. infra eo. & ibi dicam: vbi asignabo rationem. ad quod vide Fed. consi. 255. & Io. An. in c. vt officium. de hæret. lib. 6. & Archi. eo. ti. & lib. c. per hoc. Et aduerte: quia sicut ad innocentiam accusati possunt produci testes hoc casu, non obstante publicatione. l. 1. §. fin. & in l. vnius. §. cogniturum. ff. de quæst. ita & ad offensam, ne eius reipublicæ lædatur, per l. 1. C. de aboli. & ita declarat Bar. de Saly. in repet. l. ea quidem. C. de accus. col. 44. Do. Hono. de Perusio consil. 28. quod incipit, visa denunciatione.

69 ¶ † Trigesimusquartus, si repetuntur ad declarationem eorum, quæ obscurè deposuerũt. de quo tamen dic, vt per glo. & Bar. in Authen. eod. tit. §. quia verò. Glos. magna in Authen. eod. tit. §. illud facit. ff. de quæst. l. repeti. & tradit Fede. dicto cons. 255. & quod etiam traditur, 4. quæstio. 3. §. 1. tangit Innoc. & ibi dicam, in cap. cum clamor. ad fin. infra eod. do. Dy. consi. 28. quod incipit, visa. vbi etiam idem tenet: si declaratio est ambigua quòd potest cogi ad declarandum.

¶ Domini de Rota in antiquis decisionibus dicunt quòd ad declarationem ambiguitatis non exa-

minantur ipsi: vel alij testes ad instantiam partis, sed solùm ex officio iudicis, per d.c. cum clamor. vide quod dixi supra eo.tit.§.trigesimo. versi.4. Ange.& Io.de Imo.in l.inter stipulantem.§.si Stichum. ff.de verb.obl.post Bar.& firmauit glo.in c.in præsentia. de probat. & Dom.Ant. ibi, in ver. oppono, quod verbum ambiguum, volentes quod iudex ad partis petitionem non potest repetere testem, vt declaret dictum suum, licet ex officio possit in quacunque parte interrogare.l.vbicunque. ff.de interro.act. de testi.c.cum clamor.sed ad petitionem partis non, vt dixit gl.d.c.cum clamor.& c.per tuas,& c.cum causam.& cap.præsentata.eod.tit.& in c.cum Ioan. de fide instrum.

70 ¶ † Trigesimusquintus, si producuntur super artic.directè contrario, quando articulus fuit confusè formatus, vt per gl.in c.iurabit.supra de proba. Inn. in c.ex tenore.inf.eo. & per do.Domin. 4. q.3.in c. testibus. ver.item si quis. & vide quod dixi supra in 8.princ. artic.

71 ¶ † Trigesimussextus, quando testes prius sunt recepti ad perpetuam rei memoriam, vt in c.significauit,& in c.Albericus. inf.eo. sed hic casus satis videtur cōprehendi sub 31. Nam cum nunc recipiantur ad alium finem, non obstat exceptio rei iudic.tenet Spec.in d.§.satis vtiliter. ver.18. & hoc idem tenet Nic. Ma.in authen. si quis ab aliquo.C.eo.licet Bal.ibi teneat contrarium. dicam fortè in d.c.Albericus.tenet Dom.Anto. hic, & habet locum tam in actore, quàm in reo, vt seruetur æqualitas, arg.tex. in l.petendæ. C.de tempo.in integ.resti.& l.1. C.de resti.quæ fi.in iudi.

72 ¶ † Trigesimusseptimus, quando produceretur super notorio, vt in c.dudum.sup.de elect.

73 ¶ †Trigesimusoctauus, quando vellem probare contrarium per euidentiam facti, coniunctis attestationibus ad tale factum, verbi gratia: Titius dixit Sempronium gladio interfectum, & nulla apparet percussio: vnde volo facere exhumari cadauer, & ostendi medicis, vt super hoc perhibeant testimonium. certè possum, quia nō timetur aliqua subornatio. ita dicit Bald. in l.si quis testibus. C. eod. in fin.qu.& ita dicit contigisse de facto. ad quod vide etiam Spec.in titu. de probatio. §. videndum. versi. hoc quoque.

74 ¶ † Trigesimusnonus, si esset tale quid quod variaretur ex tempore. verbi gratia, fecit Titius articulum quod magister Socinus Bencius medicus promisit liberare Sempronium de podagra, & eum liberauit: quare procuratorio nomine petebat mercedem promissam medico: Sempronius negabat se liberatum ex eo, quia dubitabat de recidiua. vnde factus fuit articulus, quod liberatus erat, & sic testes deposuerunt: vnde post publicationem apparēt tumefactiones in iuncturis: quare Sempronius de nouo vult producere testes ad probandū quod non erat liberatus. certè arbitror quod possit: quia videtur cessare timor subornationis. facit quod dixi in præcedenti casu, & quod dicam in seq.

75 ¶ † Quadragesimus, si plures testes non redarguerentur de mendacio per secundas cōtrarias attestationes, verbi gratia, in casu præcedenti si vellet Sempronius producere peritiores medicos, & magnæ dignitatis in testes. Nam cum primi deposuerint de pertinentibus ad conscientiam, & de consistentibus in ingenio, intellectu, & peritia, & isti secundi similiter deponant de prædictis, primi non redarguuntur de mendacio. facit quod dicimus de iuramento affectionis, quod potest sequi sententia. & ita semel consului in quadam causa Do. Ioannis Teutonici decretorum Doctoris, & idem videntur velle Doct. in c.proposuisti. supra de probat. in illa quęst.an sententia lata ad dictum peritorum veniat retractanda si producuntur postmodum peritiores affirmantes contrariū. & tenent quod sic, licet Do. meus ibi teneat contrarium. de quo dic vt ibi.

¶ Et ex prędictis infertur, quod idem est si primi fuerūt examinati de veritate, & isti nunc examinantur de credulitate.no.Dom.Ant.in c.at si clerici.de iudi.super glo. 1.col.5.vbi omnino vide.

76 ¶ † Quadragesimusprimus, quando cum testib. produceretur instrumentum publicum, vt in c.feries. & ibi Dom.Anton. inf.eodem, de quo dic vt ibi dixi.

77 ¶ † Quadragesimussecundus, quando testes cōcordant cum testibus, quos produxi ante publicationem. de quo etiam traditur ibi.

78 ¶ † Quadragesimustertius, si volo producere testes super primis articulis, ad probandum quòd testes producti super illis ita deposuerunt. h.d.Bal. in l.veluti.in fi.ff.de eden. sed istud potest dici nouum capitulum. & ideo non videtur esse propriè fallen.

79 ¶ † Quadragesimusquartus, in tertio qui comparet pro suo interesse: qui potest publicatis attestatiōnib. per principales producere testes super eisdem articulis, vel directò contrarijs, vt no.in c.constitutus in præsentia.eo.ti. Contra hoc tamen fortiter facit quod no. in c.2.vt lite pend. lib.6. vbi no. quod tertius comparens pro suo interesse, debet admitti in eo casu & statu illius causę, in quo tunc est causa. sed dic quod illud non intelligitur respectu huius qualitatis, sed respectu ordinis causæ in se. contrarium tamen in se, est difficile.

80 ¶ † Quadragesimusquintus, in causa criminali. hoc sentit Bar.in l.1.in fi.ff.de quæst.& Do.meus in cap. suborta. supra de re iudic. facit quod dixi supra in fallentia 53.

81 ¶ † Quadragesimussextus, in Papa, qui potest testes repetere etiam publicatis attestationibus.8.q.3. c.per principalem. & c.cuncta per mundum.hoc tenent Inno.Host.Io.And.& Do.Ant.in c.ad petitionem.inf.de accusat. & ibi in vlt.oppo. & idem arbitror in principe, quia Princeps solutus est legib. vt l.Princeps.ff.de legi. Nam omnia iura positiua degenerant in Principe, vt in c.in nostra. infra de sepul. facit quod dicam infra in casu.l.1.vbi dicam de consuetudine. facit etiam quod supra dixi in 22. fallentia. & idem tenendum de quolibet alio Principe inferiore, non recognoscente superiorem. facit quod no.Bar.in l.infamem.ff.de accusa. & quod dixi in c. cum te. inf.de re iudi.

82 ¶ † Quadragesimusseptimus, in causis beneficialibus, & maximè curatis, & etiam episcopatibus, in quibus quilibet iudex, & maximè Papa potest, etiam inuitis partibus & expressè cōtradicentibus, nouos testes producere & recipere: non obstante publicatione. & hoc propter periculum animarū: & ne quis per subreptionem ascendat. in cap.cum nobis.

nobis. & in c.cum dilectæ. supra de elect. & in cap. oblatæ.inf.de appel. Si enim hoc licet vbi agitur solùm de salute vnius, aut duarum animarum, vt in c. series. inf.eo.& in c.fin.de proba.fortius vbi imminet periculum tot animarum, vt in cap.quoniam.§. porro.sup.vt li.non contesta.& tenet Io.Andr.post Host.& do.Ant.in c.ad petitionem.inf.de accus.& ibi dixi in vlti.oppo.facit etiam quod no. Io. Andr. in c.cum venerabilis.& in c.cum inter, supra de consue.facit etiam quod dixi sup.in fall.29.

83 ¶ † Quadragesimusoctauus, si pars ante publicatione protestata fuit quòd intendebat testes producere, non obstante publicatione. hoc tenet gl. fi. in c. cum in tua. inf.eo.& glo.4.q.3. ver.item testib. per c.præsentium.inf.eo. Sed mihi non placet, vt dicam post Docto. in d.c.cum in tua. quia factum est contrarium protestationi, igitur &c.

84 ¶ † Quadragesimusnonus, si per alteram partem producerentur testes super suis articulis: nam possum petere quod interrogentur super meis: quia ex quo pars altera illos approbat, non videtur subesse timor subornationis. de quo dic, vt dixi in c. de testi. inf.eo.

85 ¶ † Quinquagesimus, si propter petendam in integrum restitutionem à minoribus, vel similib. personis, de quibus dixi sup.in fallentia 18.& tribus sequentibus. nam licet tales ad probandum læsionẽ, facerent examinari testes: possunt post probatam læsionem producere super eisdem articulis, vt obtineant in principali. ad quod vide Spec.in tit.de in integ. restit.§.fi.ver. quid si in causa. & ista fallentia est valde singularis, per quam habes quòd non solùm semel, sed etiam bis publicatis attestationibus, producuntur testes, non obstante publicatione super eisdem artic. & ad hoc vide quod dixi in 10.art. princ.in 3.membro princ. in fi.

86 ¶ † Quinquagesimusprimus, si consuetudo patriæ habeat, vt publicatis attestationib. possint produci.hoc tenet Bal.in l.per hanc. C.de temp. appel. & Do. Anto.& Io.de Imo.in c.series.inf.eo.qui dicunt quod hoc tenet Ioan.Andr. in addi.Specu.in titu.de except. §.dicto, ver.sed nunquid publicatis. Sed dicit Dom. me. in d.cap. series. & bene, quòd Ioan. Andr. hoc non dicit: sed quærit, an publicatis attestationibus licitum sit reo proponere & probare nouam exceptionem, & sic non loquitur de eisdem articulis, vel directò cõtrarijs. placet tamen Domino meo hoc dictum, pro quo facit quod tradit hic Ioan. Andr.

¶ Nec obstat si diceres, quòd illa consuetudo, tanquam nutritiua peccati, per quam induci possunt homines ad subornandum, non debet valere. in c.fi.supra de consuetud. quia respondeo, vt dicit Bald.in d.l.per hanc, quod ista præsumptio non est perpetua & infallibilis. quod patet ex fallentijs præcedentibus, in quibus hoc est licitum. Præterea, si hoc est licitum partibus, prout dixi supra in 30. fallentia, fortius legi non scriptæ, & sic consuetudini, argum.no.per glo. in rubr. C.de decurio. Præterea per hanc cõsuetudinem redimus ad ius antiquum C.& ff. nam potest esse quòd homines illius regionis sunt adeo boni, quod non timetur de subornatione, prout est in hac nostra ciuitate Senarum, in qua creditur priuatis scripturis mercatorum: etiam in priuatam vtilitatem, quæ tamen non est res pessimi exempli, vt in l. exemplo. C.de proba. & de filijs impuberibus, qui post parentes remanent.

87 ¶ † Quinquagesimussecundus, in muliere & rustico, secundum Guil.de Cu. vt refert Barto. in l.1. §.nunciatio.ff.de ope.no. nunc. sed non placet, dic vt dixi sup.eo.c.in 10.articu.in 3. membro prin.

88 ¶ † Quinquagesimustertius fallit, si pars nominaret testes iudici, & se absentaret: quia tunc iudex potest recipere testes, & illos examinare. ita dicit singulariter Bald.in l.ampliorem.in fi.princip.C.de appel.quasi sentiat, quod per talem absentiam esset timor subornationis. Sed mihi non placet: quia potuisset subornare ante discessum. Item, quia videns se nõ probauisse posset subornare per interpositam personam, & via fraudibus est amputanda.

89 ¶ † Quinquagesimusquartus & vltimus eorum casuum, quos hucusque viderim, & nunc meminerim, sit generalis in omnibus casibus, in quibus cessaret timor subornationis, verbi gratia, si causa non esset multum ardua, & producerẽtur Episcopi, Archiepiscopi, vel similes: in quibus non subesset timor subornationis.

¶ Et ex his habes compendiosè expeditum hũc vndecimum articulum, vnde sis prudens & cautus quòd quotiescunque vis celeriter videre hanc materiam, præsupponas regulam negatiuam, & deinde lege illas fallentias: & aduerte, an casus tuus contineatur in aliquo ex istis, pro quo tandem recurre ad remissiones supra traditas.

90 ¶ † Duodecimo & vltimo articulo principali examinandum superest, quid si iudex admitteret, seu reciperet testes post publicatas attestationes in casibus, in quibus non essent recipiendi: quia non continerentur in aliquibus ex fallentijs traditis in præcedenti articulo. Circa quem articulum dic, quòd si iudex recipit testes, tales testes probant: licet recipiat publicatis attestationibus super eisdem articulis, vel directò contrarijs. Hoc tenet hic Io. Andr. & clarius notat & tenet Dom. meus in c.cum contingat, supra de offic.delega.in glo. super ver.nihilominus. facit quod in simili dicimus de iudice, qui admittit exceptiones iniustitiæ contra petitam executionem sententiæ. Nam probata tali exceptione, & sic iniustitia, tenetur pronunciare super iniustitia de qua cognouit, vt voluit Innoc. in cap.cum dilecta. supra de rescript. & in c. cum Bertoldus. infra de re iudica. Nam de qua re cognouit Prætor &c. l.de qua re. ff. de iudic. & in c.cum super. supra de cau.poss.& propriet. & idem tenet Bart.in l.2. ff.de appella. recip. Et ideo debet esse cautus ille, contra quem producuntur, quòd opponat, & dicat iudicem non debere illos admittere: & si iudex admitteret, debet appellare: ne tacendo, & non appellando generetur sibi præiudicium, & ita tenet Barto. in d.l.2. in fi. Et licet ista sententia sit interlocutoria: tamen potest ab ea appellari, etiam de iure ciuili, vt dixi in c.super eo.el secondo. infra de appel. in 10.quæst. princ.

¶ Et per prędicta, Deo duce, est expedita hęc notabilis, difficilis, & quotidiana materia huius decretalis, fraternitatis, quæ inter condecretales huius tituli plusquam virilem, & fraternam habuit portionem.

TRACTATVS PRACTICABILIS ET QVOTIDIANVS,

De Oblationibus,

Vtilis & necessarius, tam Doctoribus, & Scholaribus vtriusque Iuris & censuræ, Causidicis, & Tabellionibus, quàm Ecclesiasticis personis, & alijs quibuscunque.



Integerrimo atque prudentissimo Fratri, & clarissimo Equiti, Domino Vrbano de Bello, dignissimo Orphanotropho pijssimi Xenodochij sacratissimæ Virginis Mariæ de la Schala de Sena, Patri & Domino suo præcolendiss.

Marianus Socinus Senensis, se plurimum commendat.

CVm superioribus diebus, integerrime frater & miles, nonnullas ad me in materia Oblationum abs te transmissas Quæstiones recepissem: super quibus, quid tenendum foret, consilio meo declarari cupiebas: Affectans tuo honestissimo desiderio morem gerere, maiorum nostrorum authoritates atque sententias, ea, qua potui diligentia perscrutatus sum. Cæterùm cum Oblationum materiam menti voluerem, atque animo volutarem, intelligeremq́ præter eas quas misisti circa materiam eandem plurimas quoque dubitabiles, obscuras, & difficiles Quæstiones suboriri posse: non potui non vehementer admirari, quòd maiores nostri in ea materia, quasi nihil scripserunt: atque idipsum plerisque in locis inconditè, ieiunè, atque incompositè tradiderunt. Quod eo maximè admiratione dignum esse censeo: nam & vtilis profectò res est: & materia, quæ quotidie in vsum atque in exercitationem cadit, quo fit, vt esset pleniùs attingenda, vt Paulus notabilissimus Iurisconsultus inquit. Animaduertens igitur quanta diligentia, quo studio, qua prudentia, quanta insuper pietate, misericordia, & charitate, commissæ tibi curæ & administrationi incumbas & præsis. Tua enim opera atque prouidentia esurientes pascuntur, sitientes potantur, peregrini & hospites colliguntur, nudi cooperiuntur, expositi nutriuntur, & bonis artibus instruuntur, puellæ nubunt, ægrotantes recipiuntur, & curantur, vinculis damnati visitantur, mortui sepeliuntur. Et cætera omnia quæcunque inueniri, dici, aut excogitari possunt pietatis, & misericordiæ opera, ardentissimo charitatis animo accuratissimè & absolutissimè exercentur. Diuina insuper officia catholicè & religiosissimè celebrantur. Animo etiam repetens, quanto honore, fide & affectione, quanto denique studio & amore, tu fratresq́ tui semper me fueritis prosecuti. Intelligensq́ ipsarum Oblationum non solum frequentiam: verùm etiam sanctissimos fructus: quandoquidem illis medijs corporalem prosperitatem, & diuitias seruamus & augemus: Diabolicas instigationes fugamus, supplicia vitamus; corda nostra diuina gratia illustramus. Et tandem à peccatis animas nostras absoluentes, ad vera felicitatis gaudia perducimur, vt latiùs atque vberiùs hæc postea differenda sunt. Institui animo, quo ad vires ingenij mei suppetunt, ipsius Gloriosissimæ Virginis Mariæ auxilio fretus, materiam ipsam tum copiosè, tum etiam dilucidè ac perspicuè & ordinatè pertractare. Quare religiosissime Vrbane, opusculum hoc, pro tua solita humanitate, iocundè suscipies. Quo tu, successoresq́ tui exortis iam ambiguitatibus finem imponere, futurisq́ oblationibus, ne vlla post hæc damna perniciosæ ambiguitates, ne etiam pernitiosæ hominum fallaciæ contingant, quam facillimè prouidere poteritis. Cæteri verò cum oblationum vberrimos fructus senserint, ad illas ardentissimè faciendas, vt mea fert sententia, inuitabuntur & impellentur. Vale.

PARTITIO, vt sæpius à nobis scriptum est, animum incitat, mentem præparat: memoriam reformat, & illustrem ac perspicuam totam reddit orationem. Per partes enim facilius in cognitionem totius adducimur. Vt ergo per partium distinctionem, oblationum materia inuentione facilior, & intellectu clarior fiat, Opusculum hoc principaliter distinguemus in viginti libellos, & libellum quemlibet in suas quæstiones diuidemus, prout ipsius materia patietur.

¶ In primo Libello continentur infrascriptæ quæstiones.

¶ Quid sit oblatio & eius diffinitio.

¶ Quid sit verbũ, oblatio, latè & strictè sumptũ.

¶ Quotupliciter potest fieri oblatio.

¶ De quibus oblationibus in præsenti Opusculo tractetur.

¶ Libellus secundus.

¶ Ponitur diuisio oblationum. Et eius species.

¶ Libellus tertius.

¶ Vtrum ad oblationes homines necessitentur: & ad quas.

¶ De oblationibus, quæ fiunt ad exteriorem actum latriæ.

¶ De oblationibus primitiarum, remissiuè.

¶ De oblationib. decimarũ breuiter, remissiuè.

¶ De oblationibus, quæ fiunt ad altare.

¶ De oblationibus, prout sunt actus charitatis & misericordiæ.

¶ De oblationibus, quę fiunt propter vsum & sustentationem Ecclesiæ, vel alicuius pij loci, vel ministrorum, vel aliarum personarum, non tamen extrema necessitate constitutarum.

¶ Libellus quartus.

¶ A quibus oblationes fieri possunt.

¶ Vtrùm oblationes factæ in peccato mortali, prosint eis.

¶ Vtrũ à minoribus recipiendę sunt oblationes.

¶ Libellus quintus.

¶ Pro quibus oblationes fieri possint, & ad quorum suffragium.

¶ Libellus sextus.

¶ De quibus rebus possint fieri oblationes. Et an de rebus alienis & iniustè acquisitis? & quot modis dicatur aliquid iniustè acquisitum, vbi videbis multas distinctiones & vtiles quæstiones.

¶ Libellus septimus.

¶ Quot modis possint fieri oblationes: videlicet, vno modo offerendo bona, absque persona. Secundo modo offerendo personam, & non bona. Tertio modo offerendo personam, & bona. Et primus modus subdiuiditur in 21. modos, vt ibi videbis. quos vide: quia singulares sunt & practicabiles.

¶ Libellus octauus.

¶ Quid veniat in oblatione ex proprio significato, quando quis offert omnia bona præsentia & futura, & omnes actiones præsentes & futuras.

¶ Quid si non dixit, omnia bona, sed simpliciter dixit, bona præsentia & futura.

¶ Quid si dicat, offero omnia bona.

¶ Quid si dixit, quòd offert bona simpliciter.

¶ Quid si dicit, quòd offert omnia bona mobilia & immobilia. Et an, & quando iura & actiones inter mobilia vel immobilia computentur.

¶ Quid si offert simpliciter bona mobilia & immobilia, & non dicit omnia.

¶ Quid si offert oĩa bona mobilia, quid veniat.

¶ Quid si dixit, quòd offert omnia bona immobilia.

¶ Quid si offert certa bona simpliciter, seu specialiter designata.

¶ Quid si dixit, quòd offert omnes res, pręsentes & futuras.

¶ Quid si dicat, quòd offert omnes res suas.

¶ Quid si non dicat, quòd offert omnes res, sed simpliciter dicit, offert res suas.

¶ Quid si dicat, offero omnes res mobiles & immobiles.

¶ Quid si dicat, res mobiles tantùm.

¶ Quid si dicat, res immobiles tantùm.

¶ Quid si offert omnia bona, & res futuras.

¶ Quid si offert omnia iura & actiones, præsentes & futuras.

¶ Quid si offerat omnia iura & actiones, vel omnia bona incorporalia, vel omnes res incorporales præsentes.

¶ Quid si offert omnes actiones præsentes.

¶ Quid si offert omnia iura futura, & actiones futuras.

¶ Quid si offert personam suam, & non bona.

¶ Quid si offert personam & bona.

¶ Libellus nonus.

¶ Qua forma, & quibus solennitatibus fieri debeant oblationes.

¶ Quo animo fieri debeant oblationes.

¶ Vtrùm oblatio possit fieri simplici verbo.

¶ Vtrùm oblatio possit fieri absenti.

¶ Vtrùm oblatio facta Ecclesiæ nullo medio interueniente valeat.

¶ Quæ solennitates requirantur, si oblationes fiant à minoribus.

¶ Vtrùm oblatio excedens quingentos aureos, indigeat insinuatione, & posito ꝙ non indigeat, an saltem scripturam exigat. Stante statuto requirente consensum consanguineorum in alienatione fienda per aliquem.

¶ An requiratur talis cõsensus in oblatione, quę fieret in piam causam.

¶ Libellus decimus.

¶ Vtrùm valeat oblatio omnium bonorum præsentium & futurorum, sub quibuscunque verbis facta: dummodo oblatio comprehendat omnia bona præsentia & futura, & omnia iura præsentia & futura.

¶ Quid si offert omnes res præsentes & futuras.

¶ Vtrùm in tali oblatione veniant omnia bona.

¶ Vtrùm valeat oblatio personæ facta Ecclesiæ seculari, aut hospitali, vel alteri pio loco absque bonis.

¶ Vtrùm valeat oblatio personæ & bonorum: & de viribus prædictæ oblationis.

¶ Libellus vndecimus.

¶ De viribus oblationum prædictarum quoad præiudicium creditorum habentium hypothecam expressam, vbi distinguitur.

¶ Quãdo quis obtulit duntaxat bona sua sine se.

¶ Quando obtulit se sine bonis.

¶ Quando obtulit se & bona.

¶ Libellus

¶ *Libellus duodecimus.*

¶ De viribus oblationum prædictarum quoad creditores ipsorum offerentium solùm habentes tacitam hypothecam in bonis offerentis.

¶ *Libellus decimustertius.*

¶ De viribus oblationum quoad præiudicium creditorum personalium.

¶ *Libellus decimusquartus.*

¶ De effectibus oblationum respectu præiudicij creditorum tunc non existentium: sed qui post perfectam obligationem superuenerunt.

¶ *Libellus decimusquintus.*

¶ De effectibus oblationum respectu præiudicij aliorum, qui non sunt creditores. Et primò respectu filiorum qui viuunt tempore factæ oblationis. Secundò respectu filiorũ, qui post perfectam oblationem suscepti sunt.

¶ *Libellus decimussextus.*

¶ De effectibus oblationum respectu vtilitatis ipsorum offerentium.

¶ *Libellus decimusseptimus.*

¶ De effectibus oblationũ respectu eorum, pro quibus fierent, & an alijs pro quibus fierent prosint: videlicet, tàm pro viuis, quàm etiam pro defunctis: vbi multas & singulares quæstio. inuenies & vtiles.

¶ *Libellus decimusoctauus.*

¶ De effectibus oblationum quantum ad virtutem acquisitiuam.

¶ Cui quærantur oblationes factæ imagini, vel statuæ prophanæ.

¶ Quid si offerens aliquid imagini religiosæ exprimat, cuius contemplatione faciat talem oblationem, seu cui velit eam quæri.

¶ Quid si cõsuetudo disponit, quod oblationes factæ imagini alicuius sancti, quærantur potius vni quàm alteri.

¶ Si est dubium, cui acquirantur dictæ oblationes, quando fiunt imagini vel statuæ, vt supra, re dubia existente: cui acquiri debent: An domino domus vel parietis, vbi depicta est imago, vel statua affixa: An Ecclesiæ nominis illius sancti: An Ecclesiæ cathedrali: An Episcopo: An Ecclesiæ parochiali.

¶ Cui quærantur oblationes factæ ad altare in capella alicuius Ecclesiæ: An Rectori illius Ecclesiæ, an capellano illius capellæ, vel altari.

¶ *Libellus decimusnonus.*

¶ Quid facere debeant, vel possint recipientes oblationes de ipsis oblationibus.

¶ Vtrùm oblatæ ad vnũ vsum, possint in alium transmutari.

¶ Vtrùm possint transmutari authoritate legati de latere.

¶ Vtrùm voluntate offerentis possit in alium vsum fieri commutatio.

¶ Qualiter succurratur contra nõ adimplentem modum adiectum rebus oblatis.

¶ *Libellus vigesimus.*

¶ Quales debent esse qui mittũtur pro oblationibus, & de pœna non mittentium dignos.

¶ Prædictas autem quæstiones cuiuslibet libelli reperies per modum tabulæ in processu præsentis operis, iuxta vnumquemque libellum positas, ad faciliorem tamen cognitionem cõtentorum in præsenti opere supra proximè repetitæ fuerunt, quam plurimas insuper alias in vnoquoque libello dubitationes, & quæstiones reperies, ac singularia dicta.

LIBELLVS PRIMVS.

¶ *Quid sit oblatio, & de eius diffinitione, seu descriptione.*

SVMMARIVM.

1 *Oblationum quot species.*
2 *Dictio, oblatio, quid significet.*
3 *Oblatio quæ fit Deo, quotuplex sit, & quot modis fieri possit, & num. seq.*
7 *Oblatio quid sit.*

QVONIAM Omnis nostra disputatio circa Oblationum materiam habenda est: institui in primis tractare, quid sit oblatio, & de ipsius oblationis quiditate ac significato. Est igi-
a tur [a] aduertendum, quòd Rayn. in sum. in titu. de parochijs. §. 2. Io. And. in c. quamuis. de deci. dicũt,
1 quòd oblationum tres sunt species. † Prima est alicuius rei donatio, Deo vel Ecclesiæ, inter viuos spõtè facta. Secunda est, alicuius rei donatio Deo vel Ecclesiæ sic causa mortis facta. Tertia est quotidiana & vsualis, quam faciunt fideles ad altare, vel ad manum Sacerdotis. Sed prædictæ descriptiones & diuisiones mihi non placent: ideo illas omittam. Et quamuis Doc. nostri in hac materia parum & fere nihil scribant, & textum admodum pauci reperiantur: tamen ego materiam ipsam latius examinabo.

¶ Primò pro ipsius igitur materiæ fundamento, atque faciliori cognitione præmittẽdum est, quòd oblatio potest propter varias causas fieri, vt ex infra dicendis clarius apparebit.

2 ¶ † Quid significet verbum, oblatio, strictè sumptum. Et in primis illud sciendum est, quòd oblationis verbum est satis generale: continens quemlibet actum, per quẽ aliquid alicui offertur. descendit ab offero, quare siue Deo, siue Ecclesiæ, siue pro loco, siue Reipub. siue alicui priuato aliquid offeratur, oblatio dicitur, vnde & ad constituendum aliquem in mora, vel ad moram ipsam purgandam, plerunque oblatione vtimur, secundum ea, quæ latius traduntur in l. acceptum. C. de vsur. & ibi per glo. & Barto. & Bald. in l. si creditrici. & l. si constat. eod. titu. & per Bald. in authent. dos data. C. de donat. ante nupt. & latè per Barto. & Docto. in l. stipulatus. ff. de verbor. obliga. verum quamuis verbum hoc ita latè sumptum cõprehendat quid oblatum est: propriè tamẽ & stricto sumpto vocabulo, oblatio respicere videtur, & ad illud solùm referri, quòd in cul-

ADDITIO.

a ¶ *Adde quòd oblationum quædam est spiritualis, vt corporis & sanguinis Christi: quædam temporalis, quæ fit ex rebus mundi. c. tribus, in fi. de consecr. dist. 2. sed sacramentalis, seu spiritualis omnem oblatio. præcedit. c. nihil ea. distin.*

a in cultũ Dei exhibetur. Propriè [a] ergo illud quod Deo seu Ecclesiæ offertur & Sacerdoti, tanquã medio inter Deum & populum, oblatio dicitur, vt legitur de Moyse, Deut.c.5.& probatur 10.q.1.c.quia Sacerdotes. & c.Sanctorum.& c.seq.& 16.q.1.c.statuimus.de consecr.dist. 1.c.omnis Christianus.

¶ Quotupliciter potest fieri oblatio. Et primo de oblatione quæ dicitur Sacrificium. Potest autem fieri talis oblatio Deo multipliciter.

3 ¶Primo, † vt aliquid exhibeatur in cultum diuinum in aliquod sacrum, quod inde fieri debeat
b cõstituendum, & talis oblatio ẽt sacrificium [b] dicitur, & ad actum latriæ exteriorem dicitur pertinere, sicut oratio, iuxta illud Psalmi: Dirigatur oratio mea sicut incẽsum in conspectu tuo, iuncta gl. quæ dicit, quòd talia sacrificia videntur offerri Domino in odorem suauitatis. Oblatio igitur modo prædicto est etiam sacrificium, vt habetur Exodi, cap.29. dum dicitur: Offerens totum arietem incensum super altare, oblatio est Domino, & odor suauissimus. Et idem etiam habetur Leuitici c.2.& de huiusmodi oblationibus non est intentionis meæ hic tractare, sed alias suo loco examinabimus.

¶ De alia specie oblationis, quæ fit in recognitionem dominici beneficij.

4 ¶Secundo modo † potest fieri oblatio, vt id quod offertur non consumatur in sacrificium: sed ad quandam oblationis speciem, quæ Deo exhibetur cũ quadam professione, vt habetur Deut.c.26. Et hæ oblationes de fructibus terræ primò percipiuntur, & Deo offeruntur in recognitionem dominici beneficij: quasi aliquis profiteatur se à Deo fructus terræ percipere, & ideo se ad aliquid de huiusmodi Deo exhibendũ, iuxta illud Paralip.1.c.vlt. Quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi, & de his in ti. de primitijs, latius tractabimus.

¶ De alia specie oblationis ad sustentationem ministrorum Dei.

5 ¶Tertio † modo potest fieri oblatio de necessitate ad sustẽtationem ministrorum Dei, quod ad decimas pertinet. Nam & decimæ dicuntur offerri, iuxta illud Exodi cap.22.ibi dum dicitur: Decimas & primitias non tardabis offerre Domino. Et de his latius dicemus in ti. de decimis.

¶ De alia oblationis specie, de qua hic tractatur principaliter.

6 ¶Qvarto † modo potest fieri oblatio, vt id ꝙ offertur, non consumatur in sacrificium, vel ad primitias, aut decimas, sed vt integrum maneat diuino cultui deputandum: vel quandoque in vsus ministrorum Ecclesię, vel alicuius pij loci exponendum, & huiusmodi oblatio non potest appellari sacrificium: quia ad ipsam quis non necessitatur, sicut ad sacrificium, quod fit in protestationem, seu recognitionem diuinæ subiectionis: nec est, aut appellari potest primitia: nec ad decimas ad quas quis videtur necessitari. Nam huiusmodi oblatio, secundum
c ipsius rationem hoc habet, ꝙ voluntariè [c] fit, iuxta Exo. cap.25. Ab homine qui offert vltroneus eas, scilicet oblationes accipietis. Potest tamen contingere, quòd aliqui ad oblationes teneantur varijs ex causis, vt inf. subijciam in libello 3. Ad huiusmodi igitur oblationes tractatus noster satis poterit adaptari. Nam quæ dicemus de oblationibus voluntarijs factis prædicto religiosissimo ac pijssimo cœnobio, seu hospitali sacratissimæ Virginis Mariæ de la Scala, de Sena, & cæteris pijs locis: satis commodè accommodari possunt ad prędictas oblationes, quę Ecclesijs, seu Sacerdotibus fierẽt, sub formis & modis, de quibus latius tractabimus circa hospitalia & cætera pia loca.

¶ De quibus oblationibus hic tractatur.

¶Est igitur intentionis nostræ tractare, non de oblationibus quæ fiunt in sacrificium, seu quæ fiunt vt diuino cultui perpetuo permaneant, seu de primitijs vel decimis: nec etiã de oblationibus quę mortis causa fiunt: quia de illis congruis locis tractabimus. Et hoc nisi in quantum præsens materia posset ad illas adaptari. Nec est etiã intentionis nostrę tractare, nisi incidenter, de oblatione quotidiana & vsuali, quam quotidie faciunt fideles ad altare, vel ad manus Sacerdotum, sed de oblationibus quæ fiunt Ecclesiæ, hospitali, vel alij pio loco, propter vsum & sustentationem Ecclesię, vel pij loci, & ministrorum, aut aliorum similium ipsius Ecclesiæ vel pij loci. posito ꝙ ipsius Ecclesiæ, loci pij, vel ministrorum nulla daretur necessitas vel indigentia.

7 ¶ † Et hoc modo oblatio, iudicio meo, ita describi potest, videlicet, quòd est translatio suiipsius, vel donatio alicuius rei alicui Ecclesiæ, vel pio loco sponte ad ipsius Ecclesiæ, vel pij loci vtilitatem celebratam. Et est notandum quod verba illa, translatio vel donatio, ponuntur vt genus: quia vt varijs locis explicauimus, omnis bona diffinitio constare debet ex genere & differentijs, & illud verbum, translatio, respicit personam: quia quis quandoque nõ solùm offert res, sed ẽt personam, vt inf. subijciam. Nec potest quis propriè donare se: quia quis nõ habet sui ipsius dominium, vt l.liber homo. ff.ad leg. Aquil. licet possit profiteri aliquam regulam approbatam, & abdicare à se velle & nolle. 12.q.1.c.non dicatis, & promittere tria substantialia regulæ, scilicet paupertatem, castitatem, & obedientiam. Aut etiam profiteri certam regulam & certum modum ad aliquos pios, & religiosos actus. Deinde subdit, suiipsius. Nam & quis potest seipsum offerre, etiam non profitendo tria substantialia regulæ, sed certi modi viuendi regulam & formam assumendo.

d ¶ Deinde sequitur verbum, Donatio, [d] quod ponitur in dicta descriptione, vt dixi: quia omnis donatio est doni donatio, vt in l.Senatus.§.donatio. ff.de

ADDITIONES.

a ¶ *Adde tex. in c.causam. & in c. cum inter. extra de verbo.sign. vbi probatur, quòd nomine oblationum comprehenditur quicquid datur Ecclesiæ, mobile vel immobile, in Ecclesia vel extra. Adde Innocen. in c. cum inter. extra, de verb. sign.*

b ¶ *Quomodo conueniant oblatio & sacrificium, & qualiter differant, vide S.Tho. 2.2.q.86.art.1.*

c ¶ *Facit, quòd oblationes discordantium Deus non recipit.c.oblationes.c.neque ad Caym.in 90. dist.neque etiam Ecclesia, vt ibi dicitur.*

d ¶ *Quòd oblatio non sit donatio, faciunt not. per Innocen. in cap.quod à te. de cler.coniug. sed vide Ange. in q. per eum disputata, quæ incipit, in refulgenti delitiarum.*

ff.de donatio. causa mort. Sed illa oblatio est doni donatio, ergo, &c. Deinde subiungit, Alius rei: quod nomen generale est, vt rem quamlibet significet, mobilem, &c. vt in l. 1. ff. si cert. peta. & in l. rei. ff. de verborum signific. Deinde subiunguntur illa verba, Alicui Ecclesiæ vel pio loco, ad differētiam donationis, quæ alteri fieret: quæ retinet proprium & simplex nomen donationis. Istam veram donationem: quia fit Ecclesiæ vel pio loco, propter pium vsum appellare libet oblationem: propter vsitatum verbum vulgare, maximè Senensium. Posset etiam vt arbitror, ita describi, quòd est actus exterior religionis, per quem fit translatio suiipsius, vel donatio alicuius rei alicui Ecclesiæ vel pio loco, spōte ad ipsius Ecclesiæ, vel pij loci vtilitatem celebratus. verbum autē, actus, ponitur vt genus: verbum verò, exterior religionis, ponitur ad differentiam interiorum. Et per ea, quæ dicit Beatus Thomas, secunda secundæ, quæst. 81. & 82. in prin. iuncta q. 86. Cætera verò verba declaranda sunt vt supra. Verùm, quia huiusmodi oblationes quandoque etiam fiunt propter necessitatem ipsius Ecclesiæ, vel pij loci, seu eorum qui stant in Ecclesia vel loco pio: aut illorum ad ipsam Ecclesiam vel locum pium recurrentium, prout propriè contingit in hospitali, xenodochio, & orphanotrophio nostro. Et tales oblationes, eleemosynarum naturam sapiunt: cum ad illas ex misericordia quis moueatur. Eleemosyna enim à Græco sumpta vocabulo, misericordiam, vel Dei mandatum ad charitatem exercendam significat, vt latius dixi de verbor. signif. cap. eleemosyna. Et secundum quod huiusmodi oblationes propter hanc indulgentiam, & necessitatem fiunt, iudicio meo, possunt ita describi. Quòd oblatio est actus charitatis, per quem quis transferendo se aut sua: aut se & sua, vel sua sine misericordia motus, spontè donat Ecclesiæ vel alicui pio loco. Et est aduertendum, quòd verbum, actus, ponitur in dicta descriptione, vt genus: Reliqua vero verba, quæ ponuntur in dicta descriptione, ponuntur ad differen-
a tiam aliorum actuum, vnde verbum, charitatis,[a] ponitur ad differentiam liberalitatis, ad quam quis donando principaliter intendit, & non ad subueniendum indigenti. Nam actus exteriores alicuius virtutis, qui possunt attribui electiuè vni & alteri virtuti, illi virtuti attribuūtur, ad quam pertinet id quod est principale motiuum ad agendum huiusmodi actus: nam in his moralibus actibus, prius ad intentionem agentis recurrendum est. Et hinc est, quod quotidie dicimus, quòd voluntas & propositum distinguunt maleficia, vt in c. cum voluntate. de sent. excom. & in l. diuus. ff. de sicarijs. & in l. qui iniuriæ. & in l. item apud Labeonem. §. si quis astrologus. ff. de iniur. & not. in c. 2. de sacrileg. cum simil. Si ergo distinguunt vitia: ergo & virtutes. Cum itaque talis oblatio fiat principaliter in casu prædicto, ad subueniendum necessitatem patienti: meritò videtur sapere eleemosynā, secundum ea, quę tradit Beatus Thomas, 2. 2. q. 32. art. 1. Sed eleemosyna, & sic oblatio, quę fit necessitatem patienti vt illi subueniatur:
b est actus charitatis[b] exterior, iuxta illud Ioan. c. 3. Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necessitatem patientem, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in illo? quasi dicat, non pōt manere. Si verò talis oblatio fieret principaliter animo satisfaciēdi obligationi, ad quā quis teneretur: fortè pro restitutione alicuius incerti, vel malè ablati, aut pro redimendo voto cōmutato, aut quid simile: tunc non esset actus charitatis, sed satisfactionis, iuxta illud Dan. 4. Peccata tua eleemosynis redime. iūcta reg. Nō dimittitur peccatum, nisi. de re. iu. lib. 6. & iuxta illud, Vota tua Dño redde. & talis satisfactio est potius actus iustitiæ quàm charitatis, vt patet ex diffinitione iuris. Si verò talis oblatio fieret, non vt subueniretur indigētis necessitati, nec vt satisfieret debito, sed solum vt sacrificium & holocaustum fieret Deo: tunc talis actus esset actus latrię, iuxta illud ad Hebræos c. vlt. Beneficentiæ & communionis nolite obliuisci: talibus enim hostijs promeretur Deus. Et talis potest
c dici actus latriæ,[c] intelligendo tamen secundum quod superius intellexi. Si verò offerēs solùm intenderet exercere liberalitatem, & nō subuenire Ecclesiæ vel loco pio, aut misericordiam exercere: non est dubium, quod talis erit actus liberalitatis, & esset simplex donatio, vt superius dixi. Verba autem illa, quæ sequuntur: Per quem quis transfert se aut sua &c. partim ponuntur ad denotandum effectus huiusmodi oblationū, & partim ad differentiam aliorū actuum. & ideo dicit, transfert: quia potest quis propter talem causam offerre se, vt personaliter insistat seruiēdo, & prouidendo necessitatibus ipsius loci & pauperum infirmorum, expositorum, & senum, ac similium, vt inferius apparebit. Verba autem illa quę sequuntur, Aut sua, aut se & sua, aut sua sine se, ponuntur ad denotandum varios modos, quibus possunt fieri huiusmodi oblationes, sicut latius dicam inf. eo. art. 7. Verbum autem illud, Misericordia motus, similiter ponitur ad differētiam simplicis & propriæ oblationis, & ad differentiam simplicis & propriæ donationis, quæ solùm fit ad finem exercendæ liberalitatis. in l. ita se. ff. de donatio. Ideo autem dixi, Spontè donat Ecclesiæ &c. vt differat ab ea donatione, quæ fieret ob aliquam necessitatem pręambuli contractus: vel propter aliquam remunerationem, quæ diceretur vel donatio, sub modo ob causam: vel contractus innominatus, &c.

¶ *Descriptio oblationis, quæ fit ob aliquam causam.*

¶ INSVPER quia oblationes quandoque fiunt, vt statim dicam, propter aliquam causam, vt aliquid offerenti

ADDITIONES.

a ¶ *Quid sit charitas, & quamplura de charitate, vide S. Thomam, 2. 2. q. 24. & 25. & an sit potior misericordia, 2. 2. q. 30. ar. 4. vide eundem. 2. dist. 38. ar. 2. vide glo. in Cle. 1. de sum. Tri. in glo. pe. tex. in cap. potest. §. charitas. de pæn. dist. 2.*

b ¶ *Vnde faciens eleemosynam non ex charitate, sed vt remoueat à se importunam petitionem, peccat venialiter. glo. est sing. in c. duæ sunt eleemosynæ. 45. dist. & an dare eleemosynam sit opus charitatis. Adde Car. in c. inter opera. de sponsalibus.*

c ¶ *Quid sit latria, vide glo. & Arch. in c. venerabiles imagines. de consecra. dist. 3. vbi etiam quid sit dulia. Lap. in c. si canonici. de offi. ordi. lib. 6. S. Thom. 2. 2. q. 8. artic. 1. & in 3. dist. 9. artic. 1.*

offerenti detur, vel fiat, de quibus intẽdo etiam tractare in quantum pertinet ad cognitionem, qualiter locus pius, cui fit talis oblatio, remaneat obligatus tali offerenti & creditoribus suis, & sic de ipsius oblationis viribus quoad istos effectus. Ideo talem oblationem sic arbitror describi posse, videlicet, quod est suiipsius translatio, aut alicuius rei ob causam facta donatio. Quare autem ita describatur, satis colligi potest per verba superius dicta.

LIBELLVS II.

¶ *Ponitur diuisio oblationum.*

SVMMARIVM.

1 *Oblationum species quæ sint, & quot.*

SECVNDO loco principali videndum est, quot sunt oblationũ species. Circa quod facilis potest colligi decisio ex his quæ superius dicta sunt in præced. articu. † Quoniam alia pertinet ad actum latriæ, & ad sacrificandum: quædam oblatio ad diuinum cultum pertinet in recognitionem diuinæ subiectionis. Quædam ad Ecclesiæ vel alicuius pij loci expeditiam. Quædam quotidiana & visualis ad altare, vel ad manũ sacerdotis. Quædam quæ sapit eleemosynam, & propter charitatem & misericordiam fit. Quædam quæ fit ob causam, vt aliquid recipiatur. Quædam quæ fit inter viuos. Quædam quæ fit propter mortem, & mortis causa. Possent etiam prædicta & alijs modis subdistingui, quos omitto. De ipsis enim latius ex infra dicendis apparebit. Et hæc sufficiant quoad secundum princ. artic.

LIBELLVS III.

¶ *Vtrum ad oblationes homines necessitentur, & ad quas.*

SVMMARIVM.

1 *Oblationes, an sint de præcepto.*
2 *Oblationes ad actum exteriorem latriæ pertinentes, an sint de præcepto.*
3 *Oblationes primitiarum, an sint de præcepto.*
4 *Oblationes decimarum, an sint necessariæ.*
5 *Oblationes quæ fiunt ad altare, an sint necessariæ.*
6 *Oblationes charitatiuæ, an sint necessariæ.*
7 *Oblationes ad vsum Ecclesiæ, an sint necessario dandæ.*

1 TERTIO principali libello videndum est, vtrum † ad obligationes quis necessitetur & sic, vtrum sint in præcepto? SOL. Ray. & Host. dicunt primam, de qua dixi sup. in prin. voluntariam esse: quia cum data est Deo, non quærimus amplius de secũda specie, quam ibi posuimus, non est dubium, secũdum eos, quod est debita, per no. 22. q. 2. c. nulli. & c. qui transtulerit. & 13. q. 2. c. oblationes. & duob. seq. Ego vero pro clariori istius art. doctrina prosequar infrascriptas quæst.

¶ Prima, de oblationibus, quæ fiunt ad exteriorem actum latriæ.

¶ Secunda, de oblationib. primitiarũ remissiuè.

¶ Tertia, de oblationibus decimarum breuiter & remissiuè.

¶ Quarta, de oblationibus, quæ fiunt ad altare.

¶ Quinta, de oblationibus, prout sunt actus charitatis & misericordiæ.

¶ Sexta, de oblationibus quæ fiũt propter vsum & sustentationem Ecclesiæ, vel alicuius pij loci, vel ministrorum, vel aliarum personarum: non tamen in extrema necessitate constitutarum.

¶ *De oblationibus, quæ pertinent ad exteriorem actum latriæ.*

2 Primo, iuxta præmissum ordinem quæro † de oblationibus, quæ pertinent ad exteriorem actum latriæ, & quæ fiunt in protectionem, seu recognitionem diuinæ potentiæ, & ista sunt sub præcepto, & ad eas omnes tenentur: licet aliter tenerentur, qui erãt sub lege veteri, & aliter qui sunt sub lege noua & aliter qui non sunt sub lege, vt dicit B. Tho. 2. 2. q. 85. art. 4. Nam in qualibet ætate, & apud quaslibet hominum nationes, semper huiusmodi oblationes ad sacrificium in obseruantia fuere. Est autem apud omnes, & videtur naturale esse, 1. dist. c. ius naturale. ergo cum talis oblatio videatur de iure naturali: per consequens videtur esse necessaria, per ea, quæ no. de iure natu. gen. & ciui. §. fi. Et ex his potest intelligi tex. 32. dist. c. præter. & 16. q. 1. c. statuimus. facit c. quamuis. de dec.

3 ¶ Secundo † quæro[a] de oblationibus primitiarum? ¶ SOL. Dic, quòd ad illas videtur quis obligatus, sicut ad decimas, de deci. c. quamuis. & 16. q. 1. decimæ. & Exo. c. 22. Decimas & primitias non tardabis offerre domino.

4 ¶ Tertio quæro † de oblationibus decimarum, an quis ad illas necessitetur? ¶ SOL. Dic quod tales similiter sunt in præcepto, vt dictis iuribus, & suis in locis latius dicemus.

5 ¶ Quarto[b] de † oblationibus quæ fiunt ad altare, vtrum ad illas homines necessitentur? SOL. Dic, quod ad tales omnis Christianus videtur necessitari, quoniam Dominus per Moysen dixit, Exo. 23. Deuter. c. 16. Ecclesiastes 20. non apparebis in conspectu meo vacuus, & in coll. sanctorum, & est tex. de consec. distin. 1. c. omnis c. tamen ibi intelligitur illud esse consilij: nisi sacerdos sit pauper, de quo ibi latè per Archi. & per Host. in summa in titu. de Paroch. §. secundo, ver. 3. sed[c] B. Thom. dicit, quod ille tex. potest intelligi de oblatione interiori. facit 14. quæst.

ADDITIONES.

a ¶ *Vide per Innoc. & Doct. in c. 1. de deci. est bona glo. 13. q. 1. c. 1. §. sed ita. vide S. Tho. 2. 2. q. 86. art. 4.*

b ¶ *Vide etiam Inno. & Io. Andr. in rubr. de proc. Car. Flo. in rub. de deci. Doct. in c. quamuis, eo. ti.*

c ¶ *Vide S. Thom. 2. 2. q. 32. art. 5. Car. in c. inter opera. de spon. adde, quòd maximè tenentur ad eleemosynam Episc. & cle. c. quia tua. 12. q. 1. Item pauper potest denunciare Ecclesiæ, & compellere ad faciendum eleemosynam. glo. in c. sicut hi. 47. dist. quia bona Ecclesiarum sunt alimenta pauperum. c. aurum. 12. quæst. 2. & c. gloria Episcopi. sed faciens coactè, perdit meritum. 23. quæst. 6. & quæ requirantur ad hoc, vt valeat eleemosyna, vide in c. non satis. in c. singulis. 86. dist.*

quæst. 5. cap. si quid inuenisti. text. iuncta gl. 3. q. 7. c. in grauibus. cum sim. vel de oblatione bonorum operum, vel quod est consilij, non præcepti, quòd tamen intelligatur, nisi Sacerdos esset in necessitate, vel secundum aliquos est consilij alijs diebus, quàm festiuis seu solennibus, sed festiuis & solennibus est necessitatis, secundum eos, quod etiam tenet Lapus allega. 58. Et est notandum, quòd tales oblationes possunt fieri accedendo ad altare, secundum Dom. meum, in cap. 1. de vita & honest. cler. quod mihi placet: quamuis Ioan. de Ligna. teneat contrarium.

6 ¶ Quinto quæro † de oblationibus, prout sunt actus charitatis & misericordiæ, per quas subuenitur indigentium necessitatibus, quæ pro priori vocabulo, Eleemosynæ appellantur, vt diximus libro primo. ¶ Sol. Dic, quòd ad tales oblationes seu largitiones, data superfluitate ex parte dantis, non solùm respectu suiipsius, sed etiã aliorum, quorum curã gerit, & extrema necessitate ex parte recipientis, tales oblationes seu largitiones sunt in præcepto. & ita intelligitur illud Ambro. in lib. de offi. & transumptiuè, 86. dist. c. pasce. nam dicitur ibi: Pasce fame morientem: quisquis enim pascendo hominem seruare poteris, si non paueris, fame occidisti. vnde pódero verbum, pasce, quod est imperatiui modi. & deinde quòd talis dicitur occidere, cui concord. de libe. agnosc. l. necare. verum inter præcepta Decalogi est, Non occides: ergo talis oblatio seu largitio, videtur esse sub præcepto, quòd etiam patet: quia aliqui propter talium omissionem, puniuntur pœna æterna, vt habetur Matthæi, c. 25. Item quia dilectio proximi est inter præceptum Decalogi, Dilige proximum tuum sicut teipsum, de pen. dist. 1. c. proximos. & ad dilectionem proximi pertinet, vt non solum velimus illi bonum, sed etiam operemur, iuxta illud: Non diligamus verbo, nec lingua, sed opere & veritate.

7 ¶ Sexto quæro † de oblationibus, quæ fiunt propter vsum & sustentationem Ecclesiæ, vel alicuius pij loci, vel ministrorum, vel aliarum personarum: non tamen in extrema necessitate constitutarum, & ad istas nemo compellitur, sed ab hominibus qui vltranei offerunt, recipiuntur, vt dixi supra. §. 1. Est tamen aduertendum, quòd hoc regulare est: potest tamen, vt dixit Beatus Thomas, & sequitur Ioan. Andr. in Rubr. de paroch. contingere, quòd aliquis ad oblationes teneatur duplici ratione. Primò quidem ex præcedenti conuentione: sicut cum alicui cõceditur aliquis fundus Ecclesiæ, vt certis temporibus certas faciat oblationes: hoc tamen naturam census vel emphyteusis habere videtur, secundum formam & qualitatem cõcessionis, secundum ea quæ latius diximus in titu. de emphyteu. & in titu. de censi. Secundo modo propter præcedentem deputationem, siue promissionem inter viuos: vel ab aliquo testatore factam de aliqua re mobili, vel immobili offerenda. Tertio modo, propter Ecclesiæ necessitatem: puta, si ministri Ecclesiæ non haberent vnde sustentarentur: sed hoc data extrema necessitate ad eleemosynam pertinere videtur, vt superius dixi. Quarto propter consuetudinem, tenetur enim fideles in aliquibus solennitatibus ad aliquas oblationes consuetas.

¶ In his tamen vltimis duobus casibus, remanet obligatio quodammodo voluntaria, scilicet quantum ad quantitatem vel speciem rei oblatæ. volunt tamen præfati Docto. quòd in casibus prædictis, parochiani nõ debent compellere per suspensionem officij vel Sacramentorum: sed implorare officium Episcopi, vel alterius superioris qui eos ad eas compellant, vt dicto cap. ad Apostolicam. Et prædicta etiam sensit Gof. in summa in titu. de parochi. aduerte: quia licet ex actibus meræ facultatis non inducatur consuetudo, vt tractatur in l. 1. & 2. C. quę sit lon. consue. maximè per Cyn. in l. si certis annis. C. de pact. de quo latius dixi in tracta. de consuet. a tamen fauore [a] Ecclesiæ inducitur consuetudo, & obligatur quis ex tali consuetudine, & ita potest intelligi cap. ad Apostolicam. de symo. dixi in cap. suam. eod. titu. facit cap. ex parte, de censi. & idem dicendum arbitror quò ad hospitalia, & alia pia loca: quoniam talia loca gaudent priuilegijs, quibus Ecclesiæ, cap. accedentibus. de priuileg. & ibi not. Ioan. Andr. in cap. 2. de restitu. in integr. Bald. in l. omnia. C. de Episco. & cleri. & in authen. hoc ius porrectum. C. de sacrosanc. ecclesi. dixi in cap. conquesti. de senten. excommun. Et hoc videtur procedere etiam si ad illud dandum seu offerendum non potest procedere titulus, vel pactum, vt in oblatione pecunię pro exequijs, vel benedictionibus nubentium, aut similibus casibus, vt d. c. ad Apostolicam. de symo. dixi in d. c. suam. eod. titu. quod est valde singulare, & accipe illud singulare, quando oblatio fieret ad alimenta præstanda, vel ad aliam piam causam seu refectionem viarum, vel pontium. nam si talis oblatio fieret nedum longo, seu longissimo tempore, & ex consuetudine communi: sed etiam per triennium, & ex voluntate minus solenni: necessitaretur quis ad illam faciendam. no. Glo. & Docto. in d. l. si certis annis, per l. 1. C. de fideic. & contingit hoc propter duplicem fauorem, scilicet alimentorum, vel alterius piæ causæ & testamenti.
b Sume [b] etiam aliud singulare in hac materia: quia si ciuitas est solita aliquid offerre alicui Eccles. non potest per statutum suum illud mutare. ita singulariter concludit Barto. in l. priuilegia. C. de sacrosan. eccles. & Dom. meus Abbas Siculus in c. abolendæ. de sepul.

ADDITIONES.

a ¶ *Adde Io. Fab. in §. panonum. Inst. de acti. vbi ponit q. nunquid parochianus possit cogere illos de parochia dare cereum, quando soliti fuerant dare. allegat Inno. in d. c. ad apostolicam.*

b ¶ *Vide Alexan. in l. non amplius. in §. 1. ff. de leg. 1. Doct. in c. fin. de reb. eccle. non alien.*

LIBELLVS IIII.

¶ *A quibus oblationes recipi possunt.*

SVMMARIVM.

1 *Oblationes à quibus recipi possint.*
2 *Oblationes, an prosint existētibus in peccato mortali.*
3 *Oblationes, an sint à minoribus recipiendæ.*

QVARTO

2 QVARTO principali loco tractandum est,† à quibus oblationes recipi possunt: & sic, vtrum ab hominibus indifferenter recipi possint. ¶ Sol. Hug. 99. dist. c. oblationes. voluit ꝙ nullus manifestus peccator admittitur ad oblationem, nisi in casibus à iure expressis, & quod illud quod dicitur in d. c. oblationes. ponatur exépli gratia. Et similiter dicendum sit de alijs casibus, qui reperiuntur in iure, scilicet quòd ponantur exempli causa. sed Glo. ibi tenet contrarium: quia cum hæc sit pœna, non debet extédi, nisi quatenus reperitur expressum: nam specialiter de quibusdam personis reperitur prohibitum, vt ibi. ergo in alijs stat regula. videamus ergo casus expressos. Primò ponitur in d. c. oblationes. & Glo. etiam numerat ibi alios casus. vnde secundus casus est in opprimente pauperem. Tertius, in sacrilego. & de his duobus. 12. q. 2. c. de viro. Quartus, de eo qui extraxit seruum ad Ecclesiam fugientem. 17. q. 4. c. miror. Quintus, in raptore, cap. super, eodem de rapto. Sextus, in vsurario manifesto. de vsur. c. in omnibus. Septimus, in excô-
a municato,[a] vt ibi no. de quo tamẽ dicendum vt latius dixi in tract. de sent. exc. 19. prin. art. 2. q. princ. & dubio 22. vbi etiã tetigi, quare possint recipi ab eis eleemosynæ, & non oblationes. de quo etiã per Inno. & Docto. in c. cum voluntate. de sent. excom.
b Octauus,[b] in meretrice, secundum Glo. in d. c. oblationes. quãuis de ea possit fieri eleemosyna. & subdit illa Glo. ꝙ quandoque pœnitentes prohibentur oblationes facere. de consecr. dist. 4. c. eos. sed tu aduerte: quia pro prima opin. Hug. videtur optimus tex. 13. q. 5. c. 2. vbi tex. dicit, Imo de impio oblatio est maculata: dona iniquorum non probat altissimus: nec respicit oblationes iniquorum. ergo cum tex. ille indistinctè loquatur, videtur côcludendum ꝙ à nullo existente in mortali peccato publico sint
c recipiendæ oblationes.[c] ego in hoc art. arbitror aliter distinguendum, ꝙ aut is qui vult offerre non solùm est in peccato manifesto: sed etiam id quod vult offerre est illicitè acquisitum. & hoc casu, an ab eo prohibeatur recipi oblatio ratione rei oblatæ, dicam statim in 5. prin. art. aut respectu rei quæ offertur, nulla est dubitatio quo minus sit iuste & legitimè acquisita, sed solùm remanet quæstio respectu personæ ipsius offerentis. & hoc casu, arbitror dicendum ꝙ aut loquimur in oblatione quæ fit ad actũ latriæ exteriorem, & sic ad sacrificium, & ista nullo modo facienda est, nedum à manifesto peccatore, sed nec ab occulto: quia sicut sacrificium est purissimum, ita sacrificans debet esse omnino mundus. & quamuis sacrificium non maculetur: tamen sacrificans peccat, ex quo nô accedit ad sacrificium mundus, vt tenetur. aut loquimur de alijs oblationibus quæ fiunt, vel in recognitionem Dominici beneficij, vel Dominici dominij: aut ad quas aliquo modo quis necessitatur, secundum ea quæ diximus supra in 3. princ. libello. & profectò nô video causam quare peccator etiam manifestus ad istas non teneatur. nam cum ad istas tales oblationes necessitetur, vt diximus in 3. prin. art. non debet quis à tali onere liberari propter propriam culpam, ne de malitia sua cômodum reportet, vt in c. sedes. & c. fi. de rescr. & melius ad propositũ, c. intelleximus. de iudi. quis enim dicit ꝙ manifestus homicida, aut côcubinarius non teneatur ad primitias, seu oblationes, tales ad quas aliàs de iure necessitatur, & ad quas quis de iure teneretur, & quas recipiens quodammodo suum recipere videtur? Certè nullus, iudicio meo, dummodo illas faciat de licitè acquisitis. nec enim hoc reperio prohibitũ, nec aliqua ratio suadet. vnde qñcunque Ecclesia suũ recipit, videtur facere posse: quamuis id recipiat à manifesto peccatore. facit quod no. Glo. in fi. in c. transmissa. de dec. exemplum in primitijs, decimis, & cæteris oblationibus quæ fiunt occasione necessitatis Ecclesię, seu ministrorum in extrema necessitate côstitutorum. Sed si loqueremur de oblationibus quæ fiunt ad altare, vel ad manum sacerdotis, vel Deo, vel Ecclesiæ, quas recipiendo Ecclesia non videtur suum recipere, prout sunt voluntariæ oblationes: vel ẽt si necessariæ sint, vt in oblationib. ad altare diebus festiuis, secundum aliquos, vt superius dixi in 3. prin. art. tales non videntur recipiẽdæ à publicis & manifestis peccatoribus: cum tales oblationes fiant in publico, nec Ecclesia videatur illius peccatum publicè probare. Sed si in occulto fierent ad gratiam facilius recuperãdam, propter necessitatem, fortè dici posset satis permissum fore, propter cessantem causam: quia non fiunt in publico. arg. c. cum cessante. de appel. vel possemus fortè distinguere, ꝙ aut est tale delictum, vel tale peccatum, vel causa, propter quod, vel quam talis peccator est extra Ecclesiam. Et hoc casu, Ecclesia indubitanter non debet recipere ab eo oblationes, quas Deo vel Ecclesiæ faceret, & non ab excôicatis, vel similibus non sunt recipiendæ. & ita potest intelligi c. miror. 17. q. 4. & c. de viro. 12. q. 2. Si propter talia ẽt manifesta peccata non sunt exclusi ab Ecclesia, dicerem ꝙ regulariter à talibus oblationes sunt recipiendæ: nisi aliquo iure specialiter reperirentur prohibiti, & ita procedunt iura contraria, & hęc procedunt in oblationibus propriè sumptis: quæ fiunt Deo, vel Ecclesiæ, & quas recipiendo Eccle-
d sia non dicitur suum recipere. in[d] alijs verò oblationibus

ADDITIONES.

a ¶ *Adde hoc idem voluisse Io. de Ana. in c. quia in omnibus. in 13. col. de vsur.*

b ¶ *Adde S. Tho. 2. 2. q. 86. ar. 2. do. Ant. de But. post Innoc. & Abb. in c. examinata. de deci. limita etiam hoc dictũ, vt solum procedat in meretrice publica, secus in non publica: puta, amasia: quia talis tenetur erogare inter pauperes, ꝙ habuit & extorsit quæstu luxuriæ. ita Cy. in l. cum te. C. de cond. ob turp. causam.*

c ¶ *Hæc dist. est de mente Inno. & post eum Abbat. in c. ex transmissa. de deci. sed secundum hanc, restringuntur eorum dicta: quæ tamen generaliter intelligit. & contrarium huius quod hic dicitur, tenuit do. Troilus Maluicius in tract. suo oblationum, in 2. dubio, in 2. col.*

d ¶ *Generaliter videtur dicendum, quòd qui in necessitate positi sunt possint à quocũque recipere oblationes, secundum Abb. in c. cũ voluntate, de sent. exc. licet glo. ibi intelligat solum habere locũ in prædicatorib. positis in necessitate. nã tempore necessitatis, omnia debẽt esse côia. §. 1. 42. di. c. sicut, vbi no. 47. dist. c. si quis per necessitatẽ. de fur. vnde tex. in c. quoniã multos. 11. q. 3. in- dist. vult, quòd tempore necessitatis ab excôicatis possint recipi necessaria. ergo opi. Ab. videtur probabilior.*

tionibus non proprijs, quæ fierent loco pio vel hospitali, per quas necessitatibus pauperum subueniẽdum est, arbitror ꝙ recipi possint à quibuscunque, etiam notorijs peccatoribus, dummodo de proprio fierent, secundum quod dicam in seq. art. sicut eleemosynæ: quia tales oblationes instar eleemosynarum habent, probatur 86. dist. c. non satis. de senten. excommu. c. cum voluntate. 26. distin. c. deinde. nisi tales essent excommunicati excõmunicatione maiori, à quibus non sunt recipiendæ, nisi in casu necessitatis: quamuis etiam necessitas nõ sit ita extrema, vt latè dixi in tractatu excommunicationis. 19. prin. art. 2. q. prin. 22. dubio.

¶ *Vtrum oblationes factæ ab existentibus in peccato mortali prosint eis.*

2 ¶ Sed circa † prædicta quæritur, vtrum oblationes factæ ab existentibus in peccato mortali, prosint eis. ¶ Sol. Dicendum est, vt latius declarabitur inf. libello 17.

¶ *Vtrum à minoribus recipiendæ sint oblationes.*

3 ¶ Item † quæritur, vtrum à minoribus recipiendæ sint oblationes. ¶ Sol. Dicẽdum arbitror ꝙ sic, maximè si sint puberes, nec sit eis interdicta administratio. quod tamen quãdo sit, & in quibus oblationibus procedat, & qualiter fieri debeat, latius dicetur inf. in 9. lib. princ.

LIBELLVS V.

¶ *Pro quibus oblationes fieri possint, & ad quorum suffragium.*

QVINTO principali loco videndum est, pro quibus oblationes fieri possint, & ad quorum suffragium. ¶ Sol. Dicendum arbitror, quòd possunt fieri tam pro viuis quàm pro defunctis, & tam pro nobis ipsis offerentibus, quàm pro alijs: siue fiant ex voluntate, nulla præcedente obligatione: siue fiant ex necessitate alicuius præcedentis obligationis. l. solutionem. ff. de sol. & Insti. qui. mo. tol. obl. in prin. Et adde quæ dicuntur, inf. eo. tit. libello 18. vbi videbimus, an possint fieri pro defunctis, beatis, an damnatis, an solummodo pro his qui sunt in purgatorio.

LIBELLVS VI.

¶ *De quibus rebus possint fieri oblationes.*

SVMMARIVM.

1 *Oblationes, an de omnibus rebus possint fieri.*

1 SEXTO principali loco videndum est, † vtrũ de omnibus rebus possint fieri oblationes. ¶ Sol. Dic quòd aut nos loquimur de ea specie oblationis quæ fit ad aliquod sacrum, de qua diximus supra in prin. Et dicendum est, quòd non de omnibus rebus sunt fiendæ: sed de proprijs & mundis: quia si hoc exigitur in oblationibus, quæ non in cultum diuinum ad aliquod sacrum fiunt, vt statim dicã: multo fortius exigitur in prædictis oblationibus. sacrificia enim debent esse immaculata. vnde dicitur Malachiæ, si offeretis cæcũ, claudum, vel languidum ad imolandum, nonne malum est? Quasi diceret, certè malum est. vnde redditur illicita talis oblatio respectu eius, ad quod offertur, scilicet ad sacrificium. Et idem si fieret oblatio ex contemptu. nam & propter hanc causam redderetur illicita. vnde ibidem subditur: non polluistis nomen meum in eo quod dicitis, mensa Domini contaminata est: quòd supponitur, contemptibile est, & non solùm prædictis duabus causis oblatio redditur illicita, si claudum, vel quid simile offertur: sed etiam ratione præcedentis voti, propter quod obligatur homo vt integrum reddat quod vouit: vnde ibidem subdit: maledictus homo qui habet in grege suo masculum, & votum faciẽs imolat Domino debile. aut loquimur de oblationib. quæ vel primitiæ vel decimæ appellantur: & istæ de quibus rebus fieri debeant, tradit Io. And. in Rub. de deci. & primi. & per Host. & alios summistas in d. titu. & Cyn. in l. cum te. C. de condi. ob turp. cau. & ego in illis titulis latè tractaui: aut loquimur de oblationibus proprijs, quas iura propriè & strictè appellant oblationes, quæ fiunt Deo, vel Ecclesiæ sacerdoti, tanquam medio inter populum & Dominum, vt diximus in prin. & talis oblatio non potest fieri nisi
a de iustè acquisitis & possessis,[a] vt 14. q. 5. c. 2. vbi dicitur, dona iniquorum non probat altissimus: nec respicit in oblationibus iniquorum. vnde Augustinus in libro de verbis Domini in monte: si deprædaueris aliquem inualidum, & de spolijs eius dares alicui iudici, si pro te iudicaret: tanta vis est iustitiæ, vt & tibi displiceret: non est talis Deus tuus, qualis non debes esse & tu. & ideo dicitur Eccles. cap. 33. Immolantis ex iniquo oblatio est maculata. & sic patet quòd de iniustè acquisitis & possessis, non potest fieri oblatio. & subdit etiam Augustinus in loco præallegato, & transumptiuè, 14. quæst. 5. cap. immolans. qui offert sacrificiũ de substantia pauperis, quasi qui victimat filium in conspectu patris. & idem, 1. quæst. 1. non est putanda. vbi tex. subdit, quantus autem dolor sit patris, perpendamus, si in eius conspectu filius victimetur. Et habetur Prouerb. 15. c. & dicto cap. non est putanda. Hostiæ impiorum abominabiles sunt, quæ offeruntur ex scelere. quicquid enim in Dei sacrificio ex scelere offertur, omnipotentis Dei non placat iracundiam: sed irritat, vt d. cap. non est putanda. aduerte tamen, quia non de omnibus licitè acquisitis & possessis licitum erat in veteri lege, in qua figura seruabitur quędam propter significationem, oblationes facere. vnde quædam animalia quæ reputabantur immunda, offerre nõ licebat, sed in noua lege. omnis creatura Dei reputatur munda, vt dicitur ad Timotheum, cap. 1. & ideo quantum est de se, de quolibet licitè possessio potest oblatio fieri: sed de substantia aliena non debet fieri oblatio.

ADDITIO.

a ¶ *Ex hoc colligitur limitatio ad illud quod dicitur, quod Deus non rem oblatã, sed voluntatẽ respicit. c. in grauib. 3. q. 7. c. odi. 34. q. 1. quia illud intelligitur, quando res quæ offertur non est aliena. ita etiam intelligatur c. quiescamus. 42. dist. in fi. & c. duæ. 45. dist. & de pæ. dist. 5. c. dolendus. post med. v. scriptum. 34. q. 5.*

tio. vnde dicitur Prouerb. cap. 3. honora Deum de substantia tua, seu de tuis iustis laboribus, vt d. cap. non est putanda. & in c. ex transmissa. de deci. nec obst. quod legitur in Exodo, c. 3. & 12. ꝙ filij Israel exituri de Aegypto à vicinis suis acceperūt mutuo vasa aurea & argentea, ex quibus postea ædificauerunt tabernaculum Domino, vt habetur 14. q. 5. §. ecōtra. & c. dixit Dominus ad Moysen. nam ad hoc respondetur, secundum Augus. in lib. quæstionum Exodi, & transumptiuè in d. cap. dixit Dominus ad Moysen, quòd ex illa authoritate non debet quis sumere exemplum ad spoliandum eo modo proximum: quoniā Deus illud iussit, qui nouerat quid quemque pati oporteat: nec Israelitę furtum fecerunt, sed Deo iubente ministerium præbuerunt. a

a Est tamen aduertendum, quòd per accidēs contingere potest, ꝙ de aliquo iustè possesso oblatio fieri non potest, secundum B. Thom. secunda secundæ 86. art. 3. vt puta, si vergat in detrimentum alterius. exemplum, si filius aliquid offerat Deo id, vnde debet patrē nutrire: quòd Dominus improbat, Matt. c. 15. vel propter scandalum, vel propter contemptum, vel propter aliquid huiusmodi. Et ex prædictis etiam sequitur, quòd secundum iura humana, meretrix, licet turpiter faciat, eo quòd meretrix est: non tamen turpiter facit recipiendo aliquid, & sic licitè possidet. l. idemque. §. quatenus. ff. de cōdict. ob tur. causam, & tamen de eo non licet facere oblationem, iuxta illud Deut. c. 23. vbi dicitur: quomodo offeres mercedem prostibuli in domo Domini Dei tui. & Isaias, nō accipias mercedem meretricis. quod etiā hodie prohibetur in noua lege propter scandalum euitandū. sicut enim in veteri lege prohibetur oblatio de mercede prostibuli propter immunditiam, in noua lege prohibetur propter scandalum: ne videatur Ecclesia fouere peccata, si de lucro peccati oblationes recipiat, & propter Sacramētorum reuerentiam. Et aduerte: quia licet in veteri lege prohiberentur offerri animalia immunda, vt cæcus, claudus, &c. vt supra dixi, tamen talia poterant vendi & eorum pretia poterant offerri, iuxta illud Leuitici, c. vlt. Si immundum animal redimet, qui obtulerit. quædam tamen animalia, vt canes, neque ipsa per se offerri, neque vendi, & pretium ipsorum offerri poterat, vt habetur Deute. c. 13. vbi pretiū canis prohibetur offerri in domo Dei. & tamen clarum est, quod pretium canis iustè venditur, & iustè possidetur, sed hoc de cane prohibitum erat in veteri lege, secundum B. Tho. vt etiam pretium offerri non posset: tum quia idolatrę canibus vtebantur in sacrificijs idolorum, tum quia canes rapacitatem significant, de qua non potest oblatio fieri, vt supra explicatum extitit. hæc tamen prohibitio cessat in noua lege, secundū B. Tho. secunda secundæ quæst. 86. aut loquimur de oblationibus quæ fiunt in vsum ministrorum Ecclesiæ: vel vt ipsis prouideatur, vel propter ipsorum vel Ecclesiæ necessitatem, vel alterius pij loci, aut pauperum, vel ibidem degentium infirmorum, aut expositorum, & tales oblationes quæ sapiunt quodammodo eleemosynas, possunt fieri de omnibus licitè acquisitis & possessis, quamuis sint animalia immunda, vel etiam aliàs in veteri l. prohibita vti, & pretium offerri in domo Dei, vt supra diximus. de his autem quæ illicitè sunt acquisita, distinguendum est, quòd tripliciter potest esse aliquid iniustè quæsitum. vno modo, per talem actum, aut per tale medium, propter quod ab eo qui acquisiuit iustè retineri nō potest, sicut contingit in furto, rapina, & huiusmodi talibus, & de his non potest fieri oblatio, seu eleemosyna. 1. q. 1. non est putanda. ibi, vbi tex. dicit, non est putanda eleemosyna, si pauperibus dispensetur, quod ex illicitis rebus acquiritur: quia qui hac intentione malè accepit, vt bene dispenset: grauatur potius, quam iuuetur. vnde etiam certum est, quia & si monasteria, vel xenodochia, vel aliquid aliud, &c. & Augustinus in homilia, & trāsumptiuè, 14. q. 5. c. forte, singulariter dicit, fortè aliquis cogitat & dicit, multi sunt Christiani diuites, auari, cupidi, nō habeo peccatum si suum illis abstulero, & pauperibus dedero. vnde enim illi nihil boni agunt, mercedem habere potero. sed huiusmodi cogitatio diaboli calliditate suggeritur. nam si totum tribuat quod abstulerit: addit potius peccatum quam minuat. & idem etiam colligitur 14. q. 5. c. eleemosyna. & c. denique, & c. scriptum. nam illicitè acquisita nō sunt in bonis nostris, vt ff. pro soc. l. cùm duabus. §. fi. vnde dicit Aug. in libro de Verbis Domini in monte. de iustis laboribus facite eleemosynas. non enim corrupturi estis iudicem Christum, vt non uos audiat cum pauperibus, quibus tollitis. nolite uelle eleemosynas facere de fœnore & vsuris. & subdit: fidelibus dico, quibus corpus Christi erogamus. quandocunq; ergo aliquid est illicitè acquisitum, vt furtis, rapinis, calumnijs, inuasionibus, oppressionib. aut alio simili modo, propter quē is qui abstulerit ad restitutionem teneatur: prout etiam de rebus inuentis dicitur, dummodo non sint habitę pro derelictis, 14. q. 5. si quid inuenisti. restituēdum est Dño cuius erat: uel à quo ablatum fuit, potius tale reddendum est quā in oblationes seu eleemosynas erogandum. exemplo Zachei publicani, vt habetur Lucæ c. 12. & tradit B. Augustinus ad Macedonium, & transumptiuè 14. q. 5. c. non sani. in fi.

ADDITIO.

a *¶ Dic quòd sunt tres casus, in quibus etiā de proprijs non licet facere oblationes. primus est, quando talis oblatio esset in praiudicium alterius: facit quòd pater non debet exhæredare filium, vt Deum instituat hæredem. c. quicunque. 17. q. 4. glo. in l. si quis ad declinandam. C. de Epis. & cle. glo. in l. Papi. §. si imperator ff. de inoff. test. glos. in c. 1. in verbo, trebellianica. circa fi. de test. lib. 6. Ang. in Aut. quom. opor. Epis. in §. sed neque. facit, quia primò subueniendum est suis quam alienis. 86. dist. vbi gl. & glo. in c. 1. 30. dist. facit gl. in c. quiescamus. 42. distin. Secundus casus est, vbi propter tales oblationes oriretur scandalum, c. nihil cum scandalo. vbi do. Ant. de præsc. facit glo. in c. si Papa. 40. dist. gl. in c. per prin. 9. q. 3. faciunt no. per Inno. in c. quanto. de transla. præl. in c. cum olim, de rest. spol. & no. per Cal. in c. si quando, de rescrip. & per Abb. in c. cùm teneamur. de præbend. Tertius est casus, vbi per tales oblationes oriretur contemptus superioris. c. 2. de maio. & obed. vbi glo. facit c. absit, 11. q. 3. glos. 1. in §. 1. 4. q. 3. glo. in c. sacerdotes, el 1. 7. q. 1. glo. fin. in c. de libellis. 20. dist. glo. in c. homo Christianus, 40. distinct.*

in fi. nec obst. quod habetur Lucæ, c. 16. dum dicit, Facite vobis amicos de mammona iniquitatis. vnde cum mammona significet diuitias, videtur sequi quòd de diuitijs iniquè acquisitis potest quis spirituales amicos facere, oblationes faciendo, & eleemosynas largiendo. nam ad hoc respondetur, secũdum Augustinum in libro dicto de verbis Domini. vbi sic inquit: quidam malè intelligendo rapiũt res alienas, & aliquid inde pauperibus largiuntur, & putant se facere quod præceptum est. sed in-
a tellectus iste corrigendus est: [a] omnes diuitiæ, iniquitates dicuntur, vt dicitur in libro de quæstionibus Euangelij: quia sunt diuitiæ iniquę iniquis, qui in eis spem constituunt. vel dicuntur iniquæ, secundum Ambrosium, quia varijs diuitiarum illecebris hominum tentant affectus: vel quia in pluribus prędecessoribus, quibus succeditur in patrimonio, aliquis reperitur qui iniuste vsurpauit aliena, quamuis tu nescias, secundum Basil. vel iniquitates dicuntur omnes diuitiæ: hoc est, inæqualitatis: quia nõ ęqualiter sunt omnibus distributæ: cum alij superabundent, & alij egeant. vnde non accipitur ibi mammona iniquitatis, hoc est, iniustè acquisitũ, ita vt Domino restituendum sit. vel potest responderi, secundum Gratianum, 14. quæst. 5. §. sed hoc multipliciter. quòd intelligi potest de mammona iniquitatis, secundum secundam speciem, aut tertiam speciem illicitè acquisitorum, vt statim subijciam. Nec obstat, ꝙ maiora animalia sunt magis euitanda, quàm minora, vt de se patet, & ex tex. 13. distin. c. duo mala. & alijs plerisque iuribus: sed minus peccatum detẽtio rei alienæ quàm homicidium, quod aliquis incurrit, nisi fame morienti subueniat. 86. dist. c. pasce. vnde videtur ꝙ aliquis posit huiusmodi oblationes, & eleemosynas facere de male acquisitis: quia ad hoc respondetur, quòd in casu prædicto, ratione talis necessitatis in quo ille cõstitutus est, omnia illi sunt communia: adeo quòd licitè potest de alieno accipere, si non inueniat quis velit sibi dare, nec dicitur furtum, aut rapinam committere, vt in c. si quis propter necessitatẽ. de fur. vbi latè scripsi. Et eadem ratione tertius qui iniquè bona acquisiuit, potest hoc casu de talibus malè acquisitis huiusmodi oblationes & eleemosynas facere: quinimò & ab alio accipere, & idem extremam necessitatem patienti prouidere. Secundo modo dicitur aliquid illicitè acquisitum eo, quòd ille qui licitè acquisiuit non potest illud retinere, nec tamen debetur ei à quo acquisiuit, eo quòd contra iustitiam acceperit, & alter contra iustitiam dederit, ita quòd ex parte vtriusque, dantis & recipientis, turpitudo versetur, sicut contingit in symonia, in qua dans & accipiens contra iustitiam, vnde non debet fieri restitutio ei qui dedit, sed debet in eleemosynas elargiri, secundum B. Thomam, 2. 2. quæst. 32. ar. 6. quod ego intelligo, quando talis symonia non fuit commissa in iniuriam alicuius certæ Ecclesiæ: quia tunc illud receptum applicari debet Ecclesiæ, in cuius iniuriam symonia fuit commissa, vt in c. de hoc. de symon. & ibi dixi. potest hoc etiam intelligi de quibusdam alijs acquisitis turpiter, & turpiter datis: quæ turpiter data, non sunt restituenda, secundum ea quę traduntur in l. 1. 2. & 3. ff. de condic. ob turp. causam. Et isto modo potest intelligi quod dicit Aug. 14. q. 5. c. qui habetis. vbi dicit: qui habetis aliquid de malo, facite inde bonum: qui non habetis de malo, nolite acquirere de malo, prout etiã intelligit Gratianus, 14. q. 5. §. sed hoc multipliciter. Et ex prædictis ego infero, quòd de incertis licitè possum facere oblationes, postquam nescitur quis sit, cui sint restituendæ. vtrum tamẽ ad hoc requiratur voluntas Episcopi, dicam inf. eod. lib. 3. modo potest dici aliquid illicitè acquisitum non ex eo quòd ipsa acquisitio sit illicita: sed quia illud ex quo acquiritur, est illicitum, sicut patet de eo quod mulier acquirit per meretricium, quod propriè vocatur turpe lucrum. nam licet mulier meretricando turpiter agat, & cõtra legem, non tamen turpiter, aut contra legem agit, vt superius explicaui. & de hoc potest fieri eleemosyna, & etiam oblatio: dummodo non fiat in Ecclesia Dei, aut ad altare, secundum quòd superius est explicatum.

ADDITIO.

a ¶ *Diuitiæ faciunt tria mala, vt no. S. Thom. secunda secundæ. 180. 188. ar. 2. facit c. Socrates, 12. q. 2. & an habere diuitias sit de se malum, vide tex. & glo. in c. hoc autem scripsimus. 30. dist. glo. in c. clericus. 12. dist. cap. 1. 14. q. 1.*

LIBELLVS VII.

¶ *Quot modis possint fieri oblationes.*

SEPTIMO principali articulo examinandum est, quot modis posit fieri oblatio. ¶ SOL. Dic quòd oblatio posit fieri principaliter tribus modis. vno modo, offerendo bona absque persona. Secundo modo, offerendo personam absque bonis. Tertio modo, offerendo personam & bona.

¶ Primus modus subdiuiditur in alios infrascriptos modos.

¶ Primo modo, offerendo omnia bona mobilia & immobilia, iura & actiones, præsentia & præsentes, futura & futuras.

¶ Secundo modo, offerendo bona præsentia & futura.

¶ Tertio modo, offerendo bona & præsentia & futura.

¶ Quartò, offerendo omnia bona.

¶ Quintò, offerendo bona simpliciter.

¶ Sextò, offerendo omnia bona mobilia, & immobilia.

¶ Septimò, offerendo simpliciter bona mobilia, & immobilia.

¶ Octauò, offerendo omnia bona mobilia.

¶ Nonò, offerendo omnia bona immobilia.

¶ Decimò, offerendo certa bona singulariter, seu specialiter designata.

¶ Vndecimò, offerendo omnes res præsentes & futuras.

¶ Duodecimò, offerendo omnes res.

¶ Decimotertiò, offerendo res suas.

¶ Decimoquartò, offerendo omnes res mobiles & immobiles.

¶ Decimoquintò, offerẽdo omnes res mobiles.

¶ Decimosextò, offerẽdo omnes res immobiles.

¶ Deci-

¶ Decimoseptimò, offerendo omnia bona & res futuras.

¶ Decimooctauò, offerendo omnia iura & actiones, præsentes & futuras.

¶ Decimononò, offerendo omnia iura & actiones: vel omnia bona incorporalia: vel omnes res incorporales præsentes.

¶ Vigesimò, offerendo oẽs actiones præsentes.

¶ Vigesimoprimò, offerendo omnia iura & actiones futuras.

¶ Secundus modus principalis de oblatione personæ absque rebus, aliter non distinguitur.

¶ Tertius modus principalis potest distingui, & combinari cum omnibus alijs modis distinctis supra in primo modo princ.

¶ Rursus etiam oblationes quãdoque fiunt simpliciter & gratis, nullo expresso modo, conditione, & causa. & quandoque etiam non gratis, sed vt per offerentem aliquid recipiatur. & de his omnibus modis, quid importent & ipsorum validitate & effectu, agendum est, & latißimè tractan. inferius in hoc opere.

LIBELLVS VIII.

SVMMARIVM.

1 *Oblatio omnium bonorum præsentium & futurorum, quid contineat.*
2 *Bona omnia, iura & actiones veniunt in oblatione facta de bonis omnibus*
3 *Oblatio facta de bonis præsentibus & futuris, quid contineat.*
4 *Oblatio omnium bonorum, quid contineat.*
5 *Oblatio bonorum, quid importet.*
6 *Oblatio omnium bonorum, & immobilium, quid contineat.*
7 *Annui reditus, quãdo in oblatione censeãtur venire.*
8 *Oblationes, qualiter, & quot modis fieri intelligantur, & num. seq.*
21 *Oblatione personæ, an veniant etiam bona.*
22 *Oblatio personæ & bonorum simul, quid contineat.*

OCTAVO loco princip. iuxta præmissum ordinem superest vt examinemus, quid veniat in oblationibus factis, secundum primum principalem modum, scilicet quando quis offert bona & non personam. quem articulum examinabimus per viginti unam quæstiones, in quas primum modum distinximus in præcedenti libel. prout apparebit inf. ex singularibus rubricis prædictarum quæstionum. Et deinde subijciemus duas alias quæstiones secundi & tertij princ. modi. Et sic erunt 23. quæst. princ.

1 ¶ Primò ergo quæro, † quid veniat in oblatio. prædicta ex proprio significato, quando quis offert omnia bona præsentia & futura, & actiones præsentes & futuras. ¶ Sol. Dic quòd ex proprio significato nihil remanet huic offerenti. Primò, quia omnes facultates nostræ consistunt sub prædictis vocabulis. nam præter bona sub dicta generalitate & specificatione comprehensa, non est dare alia bona. & si tu diceres, nonne reperiuntur animalia se mouentia, de quibus nihil videtur dictum. Respondeo quòd illa mobilia sunt. & ideo appellatione mobilium continentur, vt l. mouentium. ff. de verb. sign. ad quod accedant quæ latius dixi in titu. de verbo. signif. c. mobilia. Præterea verbum, omnia, vniuersa comprehendit, & nihil excludit, quod in immobilitate vel mobilitate consistat, vt in l. á proc. ff. man. cum alijs iuribus quæ alleg. in ti. de verb. sign. c. omnis. cum subiungantur deinde verba sequentia, præsentia & futura. & demum, iura & actiones præsentes & futuras, nihil remanet. nã omnia quæ nostra sunt, aut sunt futura nostra, aut corporalia, aut incorporalia, & incorporalia mobilia aut immobilia. incorporalia verò, aut sunt iura, aut actiones, vt Institu. de rebus corpor. & incorporalibus, per totum. vnde cum nihil in bonis nostris, aut his quæ futura sunt nostra, reperiri posit quòd sub prædicta forma non cõtineatur, sequitur quòd ex proprio significato, omnia quæ nostra sunt, & quæ futura sunt nostra, veniunt in tali oblatione, argumẽto sumpto à partibus sufficienter enumeratis, quod validum est, vt l. ex maleficijs. §. hæres. ff. de actio. & cum alijs iuribus quæ allego in tit. de alleg. & disputat. Et in prædictis ego infero, quod idem esset si oblatio fieret de omnibus bonis corporalibus & incorporalibus præsentibus & futuris.

2 ¶ Secundo quæro, † quid veniat in oblatione quam quis fecit de omnibus bonis præsentibus & futuris, ex proprio significato. ¶ Sol. Dic quòd veniunt similiter omnia bona, iura, & actiones, quæ veniunt in oblatio. de qua in præceden. quæstio. in princip. nam [a] bonorum appel. veniunt tam bona mobilia, quàm immobilia & iura, & actiones. nam omnia quæ prosunt beant, & naturaliter bona dicuntur quia beant, hoc est beatos faciunt: hoc est, quia prosunt. Beare enim, idem est quod prodesse, vt l. bonorum. la prima, ff. de verb. signif. & ff. de petitio. hæred. l. item veniunt. §. fi. & duabus seq. & no. in c. relatum. el 2. de testa. naturaliter enim bona dicuntur, quæ non afferunt incommodum, & intelliguntur ære alieno deducto, vt dicit glo. in l. bonorum. & probatur in l. subsignatum. §. bona. ff. de verborum signif. & ibi etiam no. glo. & probatur in l. mulier bona. ff. de iure do. & ad hoc videnda sunt, quæ latius dixi in titu. de verbor. signif. c. bona. offerendo ergo omnia præsentia & futura, videtur quis tam bona mobilia quam immobilia, & iura & actiones offerre: propter verbum, omnia, quod est vniuersale, propter proprium significatum verbi, bonorum simpliciter prolati, vt inf. subijciam. ad quod etiam facit l. bonorum. la 2. ff. de verb. signif. vbi tex. dicit, quòd bonorum appel. sicut hæreditas vniuersitatem quandam significat, & non singulas res demonstrat. vnde etiam seruitus dicitur esse in bonis nostris: licet secus esset, si facta esset mentio de mobilibus & immobilibus, vt statim dicam in 6. quæstio. Et est notandum quòd in bonis nostris computantur non solùm quæ dominij nostri sunt: sed

ADDITIO.

a ¶ *Vide Barto. in l. Quintus. ff. de auro & arg. leg. Io. And. in antiqua decretali, ad liberandam. de iu. super verbo, bona. Bart. in l. 1. ff. de bono. posses. in l. princeps bona. ff. de verbo. signific.*

sed si bona fide à nobis possideantur, vel si supersunt, vt l.bonorum.la 1.§.in bonis.ff.de verb.sign. & ibi subditur, quòd omnia quæ in actionibus, petitionibus, & prosecutionibus sunt, annumerantur in bonis nostris.

3 ¶ Tertio quæro, † quid si in oblatione, quá quis facit, non dicit, omnia bona: sed simpliciter dixit, bona præsentia & futura. ¶ Sol. Ego arbitror idem dicendum, vt dictum fuit in præced.q. per iura allegata ibidem, & per ea quæ dicam, & per ea quæ de natura indefinitę statim in 5.q.

4 ¶ Quarto quæro, † quid si offerens dicat, offero omnia bona. ¶ Sol. Dic, q in tali oblatione veniũt bona præsentia: siue sint mobilia, siue immobilia: siue iura, siue actiones: futura autem non veniunt.

¶ Prima pars conclusionis prædictæ, quòd contineat solùm præsentia, probatur in l.si ita.ff.de au.& argen.leg.& l.si tibi mandauero.§.is cuius.ff.mand. & in l.stipulatus sum. §.igitur. & l.cum stipulamur, & l.si à colono. & tractatur in l.stipulatio hoc modo.ff.de verb.obli.Bar.in d.l.si ita. & l.certa forma. C.de iu.fis. Bald.in l.etiam. C.ad leg.Falcid.ad hoc enim, vt futura veniant, cõcipienda sunt verba oblationis taliter, vt futura comprehendãt, vt l.si stipulatus fuerim. §.cum stipulamur. ff.de verbo.obliga. Et idem & in terminis tenet expresse Archidia.27. quæstio. 2. vt lex continentiæ, & in simili tenet glo. Bar.Bal.& Doct.in l.fi.C.quæ pi.ob.poss.Nec obst. ille tex. qui videtur velle futura: quia ibi agebatur de modico & paruo præiudicio: nec ex accessione bonorum futurorũ augmentabatur obligatio quãtitatis. Secus hic in obligatione in qua agitur de maximo præiudicio, secundum glo.& Doct.ibi. Idem tenet Do.meus in c.fin. de success.ab intest. & est cõmunis opin.& idem no.in l.fi.C.de pact. Et eo modo potest responderi ad l.1.in fi. & l.si quis societatem.ff.pro socio.vbi veniũt bona futura, quia etiam ibi tractabatur de modico præiudicio: quia tantũ quis poterat lucrari, quantum amittere, vt dicit Bar. in d.l.si ita.ff.de au.& arg.leg.

¶ Et prędicta procedunt, & fortius, si offerens expressit quòd solùm offerebat omnia bona præsentia. ad quod etiam vide quod no. in l.non ad ea. ff. de condi.& demonstr. prædicta tamen conclusio limitatur, nisi prædictæ oblationi essent adiecta alia verba, propter quæ aliud appareret: & significarẽt bona etiam futura: licet expresè nõ dixisset de futuris, vt l.tutoribus.ff.de testa.tuto. Secundo limitatur, nisi futura bona essent accessoria ad præsentiã donata: quia tunc talia veniunt, vt probatur in l.fi. §.fi.ff.de lib.leg.tenet Bar.in d.l.si ita.& probatur ex regula, accessorium.de reg.iur.lib.6.

¶ Secunda pars prædictæ conclusionis, quòd in dicta oblatione ex proprio significato veniunt iura & actiones præsentes, probatur ex his quę dicta fuerunt in præced.quæst.& ex his quæ dicam in seq.q. Et ex prædictis infertur, quòd multo minus veniũt futura, si solum de præsentibus sit facta expressa mentio. talis tamen expresio non multum operatur: quia expresio eorum quæ tacite insunt, nihil operatur, vt l.3. ff.de leg. 1. & l.cum quid. ff. si cert. petat. cum simil.

a 5 ¶ Quinto [a] quæro, † quid si offerens dicat quòd offert bona simpliciter. ¶ Sol. Dic, quòd in tali oblatione ex significato verborum, veniunt omnia bona mobilia & immobilia, iura, actiones, & petitiones. hoc enim importat verbum, bonorum, simpliciter prolatum, vt l.bonorum. la prima.ff.de verborum significa. & in alijs iuribus supra allegatis. Item, quia indefinita in materia indifferenti æquipollet vniuersali, vt l.si pluribus. de lega.2.& tractatur per gl.& Doct.notabiliter in c.vt circa.de elect. lib.6.cum cõcordantijs vtrobique, & cum alijs pluribus iuribus quæ allegaui in tit. de verb.sign. c.indefinita. in hac tamen oblatione non veniunt futura, per ea quæ dixi sup.in præced.quæst.

6 ¶ Sexto quæro, † quid si aliquis offerendo dicit, quòd offert omnia bona, & immobilia. ¶ Sol. Dic, quòd veniunt mobilia & immobilia bona duntaxat: vt verba demonstrant. iura [b] verò & actiones, seu nomina debitorum non veniunt: vnde verba vniuersaliter prolata qualificantur, & restringuntur per alia verba adiecta, mobilia & immobilia, argu. leg.ea tamen adiectio.ff.de leg.3.& l.cum de laniomis.§.pe.ff.de fun.instru.c.grauc.de offi.ordi. c.non erit.32.quæst.1. non ergo veniunt iura & actiones, & nomina debitorum: etiamsi adiunxerit verba illa, pręsentia & futura: quia talia etiam non sunt mobilia. facit quod habetur in l.3.& 4. ff.pro socio. & l.quis ergo casus. ff. de pecul. Et ideo non possunt dici propriè mobilia: quia non possunt moueri de loco ad locum: nec etiam propria immobilia: quia nõ circumscribuntur loco: quia incorporalia sunt: ff.de leg.3.§. Caius. C.de præscr. lon.temp. l.fin.sed sequuntur personam quocunque vadit. l.1.§.heres. ff. ad Trebel. facit quod no. in l.fideicommiss. ff.de iudi. & quod singulariter no. Bar. in l.2. C.quæ res pign.ob.pos. propriè ergo nomina debitorum, nec mobilia, nec immobilia censentur.tangit gl.in l.mouentium. ff.de verb.sign. & ibi Dyn.& Iac.de Are. & aliquid per Barto. & plenius per Barto. ff.de authen.tut.l.pen.vbi concludit quòd propriè nõ sunt mobilia, neque immobilia. sed quædam tertia species separata à prædictis. Et hoc etiam probatur in l.à diuo Pio.§.2.de re iudic.vbi disponitur quòd in executione sententiæ seruetur iste ordo, quòd primo loco fiat in mobilibus. Secundo, in immobilib. Tertiò, in nominibus debitorum, ad quod etiam facit quod no. in l.quam tuberonis. ff.de pecu. tenet Old.consi.219. quod incipit, factum tale est, Dom. Rex Franciæ. tenet Barto. consil.82. quod incipit, Lena mataxelli. & hoc etiam tenent Pe. Dom. me. & Io. de Imo. in c. nulli de rebus eccles. non alie.& & Io.de Imo.& dom. Domin.de sancto Gemin. in cap.2.de rebus eccles.non alie.lib.6. & recitatis pluribus opin.finaliter videtur residere Specu. in ti.de fruct.& inter.§.1.versi.sed pone, prælatus. & ibi per Ioan. Andr.in addi.& per Barto.& Cyn.in l.1.C.si aduer. transact. tractatur etiam in l.iubemus. C. de sacro-

ADDITIONES.

a ¶ *Vide Specu. in tit. de oblig. & sol.§.1. versi. omnia eorum bona.*

b ¶ *Vide Ioan. And. in c.2.de rebus eccl.non alie.no.l. si constante, §.fi.ff.sol.mat.in l.vxor.ff.de pec.le.in l.seruus.§.fin.ff.de leg.2. in l.1. §.an bona. ff.de iure fis. & in l.à diuo Pio.ff.de re iudica.*

sacrosanc.eccles.tradit etiam Bar.in l.centurio.ff.de vulg.& pup.& Bal.in l.1.§.cum aût. C.de rei vxor. act.& prædicta procedunt, maximè in terminis nostris: in quibus quærimus de dispositione hominis præiudiciali, & ideo non continentur, vt no. Bal.in c.1.§.sciendum est. de feu. cog. per d.l.Caius, & l. quam Tuberonis,& d.l.fi. C.de præsc.lon.temp. Et prædicta procedunt in nominibus debitorum, & alijs iuribus, quæ sunt indifferentia. secus si accederent, vel adhærerent rebus immobilibus, quia talia censerentur immobilia. facit l.si aliena.§.1.ff.de vsu cap.& quod no.gl.in c.2.de reb.eccle. nõ alien.lib.6.& quod no.in l.Iulianus.ff.de fun.dot.facit quod no. Bald. in l.hac edictali.§.illud. de secun.nupt. & quod no.in l.si quis inquilinos.de leg.& in l.quemadmodum. C.de agric. & censi.lib.11. ad quod videndum quæ latius dixi in tracta. de verbor.signif. cap.mobilium.

7 ¶ † Sed [a] iuxta prædicta dubitatur, vtrũ in obla-
a tione facta sub modo & forma prædictis, veniant annui reditus. Et videtur dicendum quòd sic, per text.in Cle.exiui.§.cumque annui reditus. de verb. signific. vbi textus dicit, cunque annui reditus inter immobilia computentur. Cyn. tenuit quòd annui reditus non computẽtur inter immobilia, in l.si certis annis.C.de pact.sed idem Cyn. in l.sciẽdum. C. qui satisd.cog.tenet contrarium. Et hanc vlt. opin. tenent Pet.de Ancha.& Io.de Imo. & Dom.me.in c.nonnulli.de reb.eccles.non alie. per tex. in d.cle. exiui.& per no.in l.iubemus.C.de sacros.eccl. & in Authen.de non alie.§.2.& tenet Io.de Imo.in Cle. 1.de reb.eccles.non alie. & Io.de Imo.in c.2. de rebus eccles.non alien.lib.6.sentit Bal.in l.1.C.de vsu fruc. in 2.no. & l.iubemus. C. de sacrosanc. eccles. Fede. de Senis, consi.14.quem sequitur Bal.in l.hac edictali.§.his illud.C.de secun.nup.vbi dicit, quòd aut annui redditus sunt perpetui, vel ad longum tẽpus, & computantur inter immobilia, facit c.querelam, de elect.secus si non debeantur ad longum tẽpus, per no.in l.fi. ff.quo.bon.& per no. Cyni in d.l. si certis annis. Sed idem Bald. in c.1.§.sciendum.de feu. cogn. in vsibus feudo. dicit quòd aut annuum debitum continet in se personale debitum, aut reale, vel mistum. Primo casu, non cõputatur inter immobilia: quia non continet aliquod petitorium vel possessorium, vt l.fin.ff.quo.bono.allegat etiam no. in c.peruenit.de censi. per Io.Andr.

¶ Secundo & tertio casu vult, quòd computentur inter immobilia, argu.no. in l.litibus & l.domini prædiorum.& l.si coloni.C.de agric.& censi.ego in hoc artic.ita dicendum arbitror, quòd aut nos cõsideramus intrinsecam & propriam naturam ipsorum annuorum debitorum. Et hoc casu, dico quòd non sunt iudicanda bona mobilia, vel immobilia: quia mobilia & immobilia propriè tangi & palpari possunt de loco ad locum, & tam ipsa quam immobilia circunscribuntur loco: quod non contingit in annuis redditibus. Præterea ad annuos redditus solum competit actio, & quod tali modo debetur, dicitur nomen debitoris. sed propriè actiones & nomina debitorum non reputãtur mobilia vel immobilia, vt supra ostensum fuit. ergo. Et ideo si sumus in materia indifferenti, in quo non sit necessarium tractare & applicare actiones, & annuos redditus ad materiam, de qua agitur annui redditus non venient. vnde in legato bonorum mobilium & immobilium, aut donatione, aut cõdemnatione, non venient annui redditus, & per consequens in huiusmodi oblationibus, non venient annui redditus. facit l.fi.ff. quo.leg. aut sumus in materia, in qua necessarium est tractare de nominibus debitorum, & annuis redditibus, vt applicentur ad aliquam speciem mobilium vel immobilium. Exemplum in alienatione fienda requirente à iure certas solennitates in rebus ecclesię & minorum. in hoc casu, aut loquimur de actionibus simpliciter non competentibus ad annuos redditus, & si tales competunt pro rebus mobilibus, iudicantur mobiles: Si verò competunt pro rebus immobilibus, iudicantur immobiles. & ita procedit quod no. Barto.in l.pupil.ff.de author. tuto. & consil. 134. quod incipit, Reuerendissime domine, & Pet.de Anch.& Io. de Imo.in d.c.nulli. cum alijs plurimis iuribus superius allegatis. aut loquimur de actionibus cõpetentibus ad annuos redditus. & hoc casu, aut sunt perpetui, vel ad longum tempus: aut ad modicum tempus.

¶ Primo casu, computantur inter immobilia, & ideo solennitates quæ recipiuntur in alienatione rerum ecclesiarum vel minorum, requiruntur etiam in dicta alienatione annuorum redditũum, vt l.iubemus, & in Auth. de non alien. §.secundo, consi. in l. hac edictali.§.is illud, quod intellige, etiã si contineret personale debitum: nam & pro locato competit actio personalis. vnde sicut sine debitis solennitatibus non est licitum locare in perpetuum, vel ad longum tempus, vt in Cle.1.de rebus eccles.nõ alie. ita nec debet licitum esse alienationem facere de dictis annuis redditibus, etiam personalibus, si sunt perpetui, vel ad longum tempus, licet Bal.contradicat in d.§.sciendum.

¶ Secundo casu, quando annui redditus debentur ad modicum tẽpus subdistinguerem, quòd an eadem ratio prohibitionis quæ est in rebus immobilibus, vendicat sibi locum in ipsis annuis redditibus: & tales annui redditus computarentur etiam inter immobilia. pro quo facit, quod voluit Bart.in tract.minoricarum, in 2.lib. dist.6.c.1.vbi concludit tex.in Clem. exiui.ver. cumque annui redditus. vendicat sibi locum, etiam si deberetur aliquid nocturnum vel diurnum.& in cap.secundo. ead.dist. subdit, quod idem si deberetur vsque ad certum tempus, cum hoc videatur statuto & regulæ ipsarum repugnare. & idem sentit Bald. in ratione sui, in authent.ingressi.C.de sacrosanct.eccles.col.11.versic. prima est ista relinquitur. facit etiam quod ibi est eadem ratio, vbi eadem iuris dispositio, vt l.illud. ff.ad leg. Aquil. cum alijs iuribus vulgatis. Si verò alia ratio cõcluderet magis in annuis debitis ad modicum tempus, quàm in bonis immobilibus: tunc tales annui redditus non computantur inter mobilia.

ADDITIO.

a ¶ *Vide etiam Specul. in titu. de restitu. spol. in §. nunc dicamus, & no. Ioan. An. in c. 2. de reb. eccle. non alien. Car. Flor. in Cle. de reb. eccle. non alie. in 9. q. cum duab. seq. Specu. in ti. de fru. & interesse. vers. octauo quæritur. & seq. vbi Io. And.*

bilia. & ita procedit quod consuluit Feder. de Senis consi. 14. & Bald. & dom. Domi. de sancto Gemin. vbi supra. est tamen aduertendum, quòd in prædicta oblatione non veniunt bona futura: siue mobilia, vel immobilia sint. Et quod superius dixi, habet locum, si offert omnia bona corporalia, vel omnes res corporales, ar. prædictorum.

8 ¶ Septimo quæro, † quid si offerens offert simpliciter bona mobilia & immobilia, & non dicit, omnia. ¶ Sol. Dicendum arbitror in hac quæstione, quod dixi in præced. quia non est differentia, an quis dicat quòd offert omnia bona mobilia & immobilia: an verò dicat simpliciter, bona mobilia & immobilia, per ea quæ dixi supra in 3. quæst. huius artic. & duabus seq.

9 ¶ Octauo quæro, † quid si offerens offert omnia bona mobilia, quid veniat in tali oblatione. ¶ Sol. Dic, quòd veniunt solùm mobilia, & se mouentia, per tex. in l. mouentium. ff. de verbor. signif. immobilia autem, & iura, & actiones non veniunt: nec etiam mobilia futura, per ea quæ superius dicta sunt: nam licet verbum, omnia, sit vniuersale, & verbum, bona, contineat mobilia & immobilia, iura, & actiones, vt dixi quarta & quinta quæstionibus,

a tamen [a] verba vniuersalia & indefinita restringuntur, & qualificantur, secundum naturam terminorum, quibus adiunguntur, vt no. l. 1. C. de sum. Tri. & l. omnes populi. ff. de iust. & iu. cum sim.

10 ¶ Nono quæro, † quid si offerens offerat omnia bona immobilia. ¶ Sol. Dic, quòd in oblatione veniunt solum bona immobilia, & illa quæ propriè immobilium appellatione continentur in materia indifferenti, per ea quæ superius dicta sunt: mobilia verò, & iura, & actiones non veniunt: quia ex separatis non fit illatio, vt l. duab. ff. de testa. tut. c. quod translationem. de offi. leg. cum sim.

11 ¶ Decimo quæro, † quid si offerens offert certa bona simpliciter, seu specialiter designata. Sol. Dic quòd solum bona expresse & specialiter designata, veniunt, alia non veniunt: quia, ut dixi, ex separatis non fit illatio. & hoc est manifestum.

12 ¶ Vndecimo quæro, † quid si offerens offert omnes res præsentes & futuras. ¶ Sol. Dic, quòd in tali oblatione veniunt bona mobilia & immobilia, iura & actiones, præsentes & futuræ: quia verbum, omnes, est vniuersale, vt superius dictum fuit, & verbum, res, est verbum generale comprehendens omnia prædicta, vt l. 1. ff. si cert. peta. & l. rei appellatione. ff. de verb. signif. nam appellatione rei, corporalia & incorporalia cötinentur, vt l. rei appellatione. ff. de verbo. signif. & Insti. de re. cor. in rub. ff. de exceptio. rei iud. l. si mater. §. eundem. & latius dixi in ti. de verb. sign. c. res.

13 ¶ Duodecimo quæro, † quid si offerens dicit, quod offert omnes res. ¶ Sol. Dic quod veniunt solum præsentes: siue sint corporales, & ideo actiones & petitiones veniunt. argu. eorum quæ dicta sunt in præced. quæst. sed futura veniunt, per ea quæ dixi sup. in 4. quæst.

14 ¶ Decimotertio quæro, † quid si offerens non dicit quòd offerat omnes res: sed simpliciter offert res suas. ¶ Sol. Dic, quòd ueniunt omnes res, & iura, & actiones præsentes: non futuræ, per ea quæ dicta fuerunt in duabus præcedentibus quæstionib. iunctis his quæ dixi in quinta & etiam quarta quæstionibus.

15 ¶ Decimoquarto quæro, † quid si offerens dicit in oblatione: offero omnes res mobiles & immobiles. ¶ Sol. Dic, quòd veniunt solùm res corporales. iura autem & actiones non veniunt. Item veniût solum res corporales præsentes, futuræ autem non veniunt, per ea quæ dixi sup. in 6. q. facit quod dicam inf. eod.

¶ Decimoquinto quæro, quid si offerens dicat res mobiles tantum. ¶ Sol. Dic, vt dixi in septima quæstione.

¶ Decimosexto quæro, quid si offerens offerat res immobiles tantum. ¶ Sol. Dic, vt dixi in octaua quæstione.

16 ¶ Decimoseptimo quæro, † quid si offerens offert omnia bona & res futuras. ¶ Sol. Dic quòd præsentes non veniunt: quia, vt superius dixi, ex separatis non fit illatio. Item quia expresio & inclusio futurorum, est exclusio præsentium, vt l. cû Prætor. ff. de iudi. l. maritus. C. de procur. cap. nonne. de præsumpt. cum sim.

17 ¶ Decimooctauo quæro, † quid si offerens offert omnia iura & actiones præsentes & futuras. ¶ Sol. Dic, quòd in tali oblatione non veniunt aliquæ res corporales: siue sint mobiles, vel se mouentes: siue immobiles: sed veniunt solùm iura quæcunque incorporalia, & nomina debitorum, quæ non sint accessoria ad res mobiles, vel immobiles. hoc probatur per tex. in l. à diuo Pio. §. in venditione. quasi in fi. & in §. sic quoque. ff. de re iudica. vbi hæc tria ponuntur, vt separata. vnde iura alicuius ponuntur pro tertia specie bonorum distincta, & separata à duabus speciebus, scilicet, mobilium & immobilium. hic enim nô agimus de eo iure quod distinguitur in ius naturale, gêtium, & ciuile, & per alias distinctiones: sed duntaxat de iuribus quæ sumuntur pro tertia specie bonorum cuiusque. offerens igitur iura & actiones, non intelligitur bona corporalia offerre: quia vt superius dictum est, ex separatis non fit illatio. Et idem dicendum est, si offerat omnia bona incorporalia, vel omnes res suas incorporales. arg. tex. Insti. de rebus corporalibus & incorpor. §. incorporales.

18 ¶ Decimonono, † quid si offerens offerat omnia iura & actiones, vel omnia bona incorporalia, vel omnes res incorporales præsentes. ¶ Sol. Dic, quod nulla veniunt bona corporalia, vel res mobiles, seu se mouentes, aut immobiles, per ea quæ dicta sunt in præced. quæst. sed veniunt solum iura, & res incorporales, & solùm præsentes: postquam de futuris nihil dictum fuit, per ea quæ dicta fuerunt supra in quarta quæst. & tribus seq. Et idem dicendum, si non fuit adiectum verbum illud, præsentes, per ea quæ ibi dicta fuerunt.

19 ¶ Vigesimo quæro, † quid si offerens offerat omnes actiones præsentes. ¶ Sol. Dic idem quod dictum fuit in præced. quæst. nam in tali oblatione nullæ

ADDITIO.

a ¶ *Adde no. per Bar. in l. 1. §. nunciatio. ff. de operis noui nunc. glo. in l. emancipati. ff. de adopt. c. dilecti. de senten. excommu. lib. 6.*

nullæ res corporales veniunt, eo quòd actio est ius prosequendi in iudicio quod sibi debetur, vt Instit. de actio. in princ. & in l. nihil aliud. ff. de act. & obl. veniunt ergo in tali oblatione solùm iura præsentia quibus mediantibus quis potest consequi in iudicio quod sibi debetur. & ideo si tali offerenti alia competerent iura, quibus mediantibus quis nõ posset consequi in iudicio quod sibi debetur: talia iura nõ venirent in huiusmodi oblatione. Exemplum potest figurari in iuribus existentib. in naturali obligatione duntaxat, & simil. Et ideo præcedens oblatio est maioris potentiæ, quàm sit facta per nomen solum actionis.

20 ¶ Vigesimoprimo quæro, † quid si offerens offert omnia iura futura, & actiones futuras. Sol. Dicendum est quòd præsentia vel præsentes nullo modo veniunt, per ea quæ dicta fuerunt in 17. quæst. nec veniunt aliquæ res corporales, præsentes vel futuræ, & idem dicendum esset si offerret omnia iura futura, vel offerret omnes actiones futuras, distinguendo inter iura & actiones, prout distinxi in præceden. quæst. Et per hæc sit expeditus iste art. quò ad primam sui partem, quando quis offert bona sua & non se, per quot modos possit fieri talis oblatio.

a ¶ Vigesimosecundo [a] quæro, † quid iuris quãdo
21 quis offert personam suam, & non bona. ¶ Sol. Dicendum est quòd in tali oblatione venit solùm persona: bona autem non veniunt, vt no. Archi. 17. q. 2. c. vt lex continentiæ. Nec obst. no. in authen. ingressi. C. de sacrosan. eccles. & in cap. 2. de sta. mo. & ibi per glo. & per cap. 2. de condi. appo. 12. quæst. 1. c. non dicatis. & per Bartolum in l. 2. ff. de ser. vrba. prædi. & aliquid per glo. & Barto. in l. si pater. ff. de adopt. & per Bald. in l. 1. §. ille proculdubio. C. de lati. liber. tol. In quibus omnibus cõcluditur quòd non potest quis offerre personam suam, & bona retinere. Quia respondetur quod prædicta iura & authoritates loquuntur in eo, qui offert se alicui religioni approbatæ, vt profiteatur tria substantialia regulæ. Sed nos non loquimur, cum quærimus de his

b in præsenti opere. Sed [b] de prædictis dicendum est, vt latius dixi in titu. de reg. sed loquimur de his qui se offerunt alicui ecclesiæ vel loco pio, vt non profiteantur tria substantialia regulæ, sed vt assumant quendam specialem modum viuendi, vt dicit glo. singu. in Clem. 1. de relig. do. & tex. & glo. in Clem. penul. de senten. excommu. & Doct. ibi. facit quod no. glo. & Archid. 27. quæst. 2. c. vt lex continentiæ, per quem tex. idem tenet Dom. meus in c. in præsentia. in fi. de probat. & hoc etiam tenet Bar. Bald. Pau. de Cast. & Docto. in authen. ingressi. C. de sacrosan. eccles. & ibi singulariter dicit Bald. in secunda opi. quod licet quis intret ecclesiam secularem, vel licet se offerat ecclesiæ seculari, vt perpetuo ibi stet: tamẽ potest retinere bona, per l. si quis presbyter. C. de episco. & cler. & authent. presbyteros. eod. tit. & sic infert quod oblati qui se offerunt alicui hospitali, vel alicui capellæ non perdunt bona, nisi expressẽ illa offerant. hoc etiam probatur per ea, quæ traduntur per Io. Andr. post Io. & Vincent. in c. dilecta. de maior. & obed. & per Ioan. Andr. Vincen. Hostien. & Docto. in c. non dubium. de senten. excommunic. Sit ergo conclusio, quod in huiusmodi oblatione non veniunt bona, nisi aliud habeat consuetudo vel statuta ipsius ecclesiæ, vel loci pij, cui quis offert se: quibus casibus oblatio sui intelligitur celebrata, secundum illam consuetudinem, vt l. quod si nolit. §. quia assidua. ff. de ædil. edi. & l. si fundus. §. in commissoria. ff. de lege commi. & l. si prius. §. rectè. ff. de aqua plu. arcen. & l. fin. C. de fide. & l. si quis reum. ff. de custod. reo. cum sim. & sic etiam secundum statutum loci, & fortius, argum. dictorum iurium, & no. per Barto. in l. 1. & l. vt iurisiurandi. §. liberi. ff. de oper. lib. & per Bald. in l. si liberti libertæque. de ope. liber. & no. in l. Imperatores. ff. de in diem adiec. & no. in l. cum beneficio. de præb. lib. 6. & c. si Papa. de priuil. cum simil. Et ex prædictis potest inferri ad quæst. de qua his diebus fui interrogatus vtrum notarius qui offert se nostro hospitali sanctæ Mariæ de la Scala, possit post oblationem conficere instrumenta.

c ¶ Et aduerte, [c] quia intelligo de instrumentis de quibus de nouo rogaretur: nam antiqua, de quibus iam est rogatus, non est dubium quod potest
d complere. [d] Cum talia instrumenta etiam notarius factus monachus, possit complere, vt no. Specul. in titu. de sta. mo. versic. 27. & sequitur Ioan. Andr. in glo. in versi. ad præmissa, in c. vt officium. de hæret. lib. 6. & sequuntur Doct. in c. sicut, ne cle. vel mon. & Barto. in l. locus. §. si penes. ff. de tab. exhiben. & l. seruus. ff. de testa. quod tamen limitat Ioan. de Lig. & bene in d. c. vt officium, vt possit complere instrumenta de licentia sui Prælati, aliàs non. nec obst. q̃ fuerit præuentus in rogatione: quia per professionem & ingressum mortificatus est: nec habet amodo velle vel nolle, vt latius diximus in titu. de regu. Item non intelligo quæstio. quando vellet conficere instrumẽtum de nouo in causa inquisitionis hæreticæ prauitatis, in qua monachus potest rogare instrumenta de nouo, vt d. c. inquisitionis. Procedit ergo quæst. quando talis oblatus de nouo rogaret contractus in alijs casibus, quàm specialibus, in quibus secundum communem opin. monachus de nouo non potest instrumenta conficere, vt probatur in d. c. vt officium. argum. à speciali. & in extrauag. bonæ

ADDITIONES.

a ¶ *Quid veniat appel. personæ, vide Ioan. An. in c. cum super. in c. nulla. de concessio. preben. vide Fely. in cap. in præsentia. de proba. aliquid per Iaso. in l. fin. in pen. col. C. de pact.*

b ¶ *Pro ista di. faciunt quæ ponit Paul. de Cast. in consil. 25. incip. visa quadam cõuersione. Lap. in alleg. 129. quæ incipit, primò quæritur, Aret. in c. non dicatis. 12. q. 1. in cap. solet. 42. q. 2. Imo. in Cle. eos. in princ. in pen. col. de reg. iur. in l. inter cætera. §. item quæri potest. vbi Bald. ff. de legat. 1. Petr. de Anchar. in reg. nemo potest, de reg. iur. in 6.*

c ¶ *Hoc intellige, si contra consuetudinẽ vel statutum, regulæ religionis non obstaret, quòd ea, quæ sunt regulæ, non possunt statuto vel consuetudine immutari. consulnit Fed. de Sen. in consi. 20. Bal. in l. cunctos populos. in 4. col. C. de sum. Trin. & fide cath. Imo. in auth. ingressi, in 2. col. C. de sacrosan. eccl.*

d ¶ *Vide Bar. in l. 1. §. huius studij. ff. de iust. & iu. in l. vniuersas. C. de dec. lib. 10. Bart. in consi. incip. filiusfa. notarius, Bal. in consi. 300. lib. 3.*

bonæ. quæ incipit, debent. de offic. ordin. & probatur. C. de sacrosanct. eccles. l. antepen. & C. de epis. & cler. l. placet. & c. sicut, ne cle. vel mo. 16. quæst. 1. §. nouarum. licet Ang. tenuerit contrariam sententiam in l. prætor. §. fi. ff. de edendo. de quo latius dixi in titu. de tabel. Sed redeundo ad quæst. nostram dico, quòd nisi aliud repugnet, quàm ipsa obligatio, & modus viuendi, seu specialis regula, seu constitutio regulæ dictorum oblatorum, quod possunt etiam noua instrumenta conficere, per ea quæ no. in d. l. vt lex continentiæ. & 17. q. 2. & per no. in d. c. sicut, & per alia iura quæ superius dicta sunt tam in hac quæst. quàm in præced. & vide etiã quæ dicam inf. lib. 11. q. 3.

22 ¶ Vigesimotertio † quæro, quid si offert personam & bona. ¶ Sol. Propriè dicendum est, vt dixi in quæst. præced. respectu verò bonorum dicendum est, vt dixi in 21. quęst. primi huius libelli. nam oblatio personæ potest coniungi cum oblatione generali omniũ bonorum, mobilium & immobilium iurium, & actionum, præsentium & futurorum, & cum oblatione bonorum præsentium duntaxat, & cum oblatione particulari aliquorum singularium bonorum, per modos & formas de quibus dictum est in præced. quæstionibus, qui omnes modi & formæ possunt coniungi cũ oblatione personæ, & eosdem recipiunt effectus, de quibus dictum est in prędictis quæstionibus.

LIBELLVS IX.

¶ *Qua forma, & quibus solennitatibus fieri debeant oblationes.*

SVMMARIVM.

1 *Oblationes quo animo fieri debeant.*
2 *Oblatio, an fieri possit simplici verbo.*
3 *Oblatio, an fieri possit absenti.*
4 *Oblatio verbis facta ecclesiæ nemine recipiente, an valeat.*
5 *Oblatio à minore facta, an valeat.*
6 *Oblatio excedens quingẽtos aureos, an sit insinuãda.*
7 *Oblatio excedens quingentos aureos facta ecclesiæ, an requirat scripturam.*
8 *Fœmina aut minor vigintiquinque annis, an possit ecclesiæ dominare sine consensu propinquorum.*

NONO principali loco examinandum est, quæ forma, & quæ solennitates requirantur in oblationibus. ¶ Sol. Pro istius articuli clariori & pleniori examinatione, prosequar infrascriptas quæstiones.

¶ Prima erit circa generalem doctrinam, quo animo fieri debeat.

¶ Secunda, vtrum oblatio possit fieri simplici verbo.

¶ Tertia, vtrum oblatio possit fieri absenti.

¶ Quarta, vtrum oblatio facta ecclesiæ verbis nullo medio interueniente, valeat.

¶ Quinta, quæ solennitas requiratũ si oblationes fiant à minoribus de reb. immobilibus, vel simili.

¶ Sexta, vtrum oblatio excedens quingentos aureos indigeat insinuatione.

¶ Septima, posito quòd non indigeat insinuatione, an saltem exigat scripturam.

¶ Octaua, vtrum stante statuto requirente consensum cõsanguineorum in alienatione fienda per aliquem, requiratur talis consensus in oblatione, quæ fieret in piam causam.

¶ Nono & vltimo subijcitur, quæ probatio requiratur ad probandum oblationem.

1 ¶ Quo ad primam quęstionem circa generalem doctrinam, † quo animo fieri debeant oblationes.[a] breuiter dicendum est quòd fieri debent bono & puro corde: quia Deus non respicit quantitatem oblatorum, sed cor offerentis, vt in tex. & gl. 3. quæst. 7. cap. in grauibus. 24. quæst. 1. c. odi. Respexit enim Deus ad Abel & ad munera eius. sed primò dicit ad Abel, quàm ad munera eius, intendens ad eius mentem, quam cognouit humilem & puram: ad Caym verò non respexit: neque ad munera eius, propter eius mentem. non enim considerandum est quantum quisque offert, sed qua mente & affectione offerat. vidua enim duobus quæ habuerat minutis largita, plus omnibus posuit. & ideo à Saluatore omnibus præfertur, & hæc habentur de pœn. distin. 5. c. primo, & d. c. in grauibus. vnde Persius poeta ad propositũ nostrum sic inquit: At vos Dicite Põtifices in sacro, quid facit aurum? Nempe hoc quod Veneri donatæ virgine puppæ. Quin damus id superis, de magna quod dare lance, Nõ possit magni Messale Lippa propago. Cõpositum ius, fasque sanctosque recessus Mentis & incoctum generoso pectus honesto. Hæc cedo vt admoueam templis & farre litabo. Puro igitur corde & pura mente oblationes fieri debent, non autem ad pompam, neque ex illicitè acquisitis, sed ea intentione, vt quis vel gratiam inueniat, vel redimat peccata sua, vt alios bonos effectus, maxime spirituales consequatur.

2 ¶ Quo ad secundam quæstionem, † vtrum oblatio possit fieri simplici verbo: videtur dicendum q̃ sic: quia oblatio videtur esse quædam species donationis: sed donatio hodie potest fieri simplici verbo, & nudo pacto, vt l. si quis argentum. C. de don. Institt. eodem. §. perficiuntur. & in cap. iudicante. de test. in contrarium facit: quia oblatio descendit ab offero, & sic potius sonat in factũ, quàm in pactum, vel verba. Primum dictũ non arbitror verum. nam & donatio sonat in factum, & probatur in l. Senatus. §. donatio. ff. de donatio. causa mor. & tamen potest fieri verbis nõ solum vestitis per stipulationem, sed nudo pacto, vt dictum est: ad quod tamen vide quæ dicam in 6. quæst.

3 ¶ Quo ad tertiam quæstionem, † vtrum oblatio possit fieri absenti. de donatione non est dubium, quòd fieri potest, vt l. absenti. ff. eod. dummodo fiat per aliquod medium, vt per nũcium, vel epistolam, vt ibi no. Barto. & est tex. in l. nec ambigi. & l. si aliquid. C. de dilat. & l. etiã per interpositam. ff. eo. tit. vnde

ADDITIO.

a ¶ *Quod Deus respiciat, facit tex. in c. neque ad Cain. 90. dist. glo. in c. in ciuitate, de vsu. facit. 15. quæst. 6. c. fin. 2. q. 5. consuluisti. 22. q. 5. qui periurare. glo. in l. 3. ff. de don. inter vir. & vxo.*

vnde ego idem arbitror in oblatione quæ fit Deo, vt sæpius dictum est, & probatur in dictis iuribus, & ex his quæ dicam in seq.q.

4 ¶Quò ad quartam quęstionem,† vtrum oblatio verbis facta ecclesiæ nemine pro illa recipiente, & nullo modo interueniente puta, nuncio vel epistola, valeat. Glos. sentit quòd non, in l.illud. C.de sacrosanct. eccles. vnde dicit ibi Paul. de Cast. quòd etiam si mille testes essent præsentes, non videtur sufficere, nisi aliquis reciperet nomine absentis. alij dicunt contrarium: quia cum talis oblatio fiat Deo, debet valere, quia Deus vbique est, quod reperi cõ
a sultum fuisse per dom. Pet. de Perus. sed [a] dicit Bal. in dicta l. illud. quod videtur donare Deo, mediate, & non immediate, & ideo cùm in tali medio sit defectus, non quæritur actio. alij dicũt quòd debet valere, vt votum, vt l. pactum. & l. de pollicitationibus. ff. de pollic. quod non placet Gul. nisi quando ad certum vsum fit votum. Bart. dicit ꝙ aut voluit, quis contrahere, & non valet: aut vouere, & valet. vnde dicunt communiter Doct. quòd in dubio inspicienda sunt verba, an sonent in contractum, vel in votum. & hoc mihi placet. vtrum autem pręsumatur, quòd alicui præsenti & recipienti pro ecclesia sit facta oblatio, quæ apparet facta verbis duntaxat: dico quòd sic, si sit facta per stipulationem, vel aliũ actum, per quem aliàs notarius qui scripsit, si aliud esset, committeret falsum: tunc præsentia præsumitur. facit, quod no. glo. in l. prima. C. de inut. stipul. & per no. in l. Titia. §. idem. ff. de verbo. oblig. & ibi per Ioan. de Imo. & Ange. & per Ioan. de Imo. in l. ijs verbis. ff. de duobus reis. & ibi dixi, aliàs secus. & ita procedat quod sentit glos. & Pau. in d.l. illud. C. de sacrosan. eccles. & vide quod traditur in præalleg. iuribus. & quod tradit Oldr. consi. 207. quod incipit, super eo quod quæritur, facit quod no. Bal. in l. qui habet. §. si pupillus. ff. de tute. & quod notat dom. Domi. post Ioan. de Imo. in cap. fin. §. 1. de iudi. lib. 6. vide quæ latius dixi de verborum signif. cap. præsens.

5 ¶Quò ad quintam quæstionem,† quid si huiusmodi oblationes fiant à minoribus, & de rebus immobilibus, aut mobilibus preciosioribus: quæ regulariter sine curatoris authoritate, & iudicis decreto alienari non possunt: vtrum requirantur solennitates, quæ requiruntur in alienatione rerum immobilium ipsorum minorum. de quibus late diximus in tit. de prædi. mino. Sol. Innoc. & Ioan. Andr. in c. in præsentia. in de probatio. in ver. minor annis. volunt quòd non exigatur authoritas curatoris, vel decretum iudicis: quando offerret ingrediendo mo-
b nasterium, per illum tex. [b] quod etiam tenent Cy. & Doct. in authen. ingressi. C. de sacrosanct. eccles. Secus videretur dicendum, secundùm Innocen. & Ioan. Andr. si alienaret in alias etiam pias causas. argumen. l. secundæ. §. voto. ff. de pollic. & sic secundum prædictam opinionem videtur inferendum quòd oblatio rei immobilis quæ fieret per minorẽ hospitali, vel alteri loco pio, nõ valet: si fiat sine decreto & curatoris authoritate: & alijs solennitatibus requisitis. Et prædictam opinionem sequitur Dom. meus in d. capitu. in præsentia. & assignat rationem diuersitatis: quia ingrediens monasterium fingitur mori tempore ingressus. 16. quæstio. prima, placuit, & in l. Deo nobis. C. de episcop. & clericis. sed tempore mortis potest pubes sine alia solennitate dispo nere de rebus suis, vt in l. qui ætate. ff. de testamen. & præsertim hoc potest ingrediens religionem eo, quòd habet liberam facultatem disponendi de rebus suis, vt in Auth. de monachis. §. illud. & 19. quęstio. vlt. si qua mulier. & capit. quia ingredientibus. quæ rationes cessãt in eo, qui vult alienare bona immobilia non intrando religionem: licet velit etiam alienare in pias causas, sed tu aduerte: quia prima ratio superius assignata, fuit Iac. in auth. ingressi. C. de sacrosan. eccle. & ibi etiam refert Cyn. sed Pet. vt ibi etiam refert Cyn. hæc ratio non placet: quia quòd minor possit moriendo bona sua transferre, accidit propter mortẽ naturalem, & sic ex necessitate, sed quando disponeret ingrediendo religionem: illud procedit ex voluntate. assignat ergo aliam rationẽ: videlicet, quia minor isto casu exercet id, quod exerceret quilibet diligens paterfa. sed tu potes dicere, quod prædicta ratio Iac. est bona, quia mors ciuilis in hoc æquiparatur naturali. l. Deo nobis. C. de epis. & cler. ad quod videnda sunt quæ latius dixi in tit. de verbo. signif.

¶Item aduerte, quia cõtra id quod dicunt Inn. & Ioan. And. & sequitur dom. meus, quod secus est si minor vellet alienare in alias pias causas. in cõtrarium fortiter facit, quod no. Bal. in l. generali. C. de
c sacrosanct. eccle. vbi dicit, quod [c] si statutum dicit, minor non possit facere testamentum sine consensu propinquorum: quòd nihilominus ad pias causas poterit testari sine consensu propinquorum, nam pia causa est priuilegiata, vnde contra illud priuilegium, quod respicit Deum, vel ecclesiam, non potest fieri statutum, & ideo subdit, quòd si statutum dicit, quòd minor non possit se obligare sine consensu propinquorum, quod poterit bona offerre ecclesiæ sine tali consensu. ad quod vide quod statim dicam in septima quæstione huius libelli. & idem videtur dicendum in oblationibus factis alicui hospitali, vel alicui pio loco, quia in talibus, ecclesia & pia loca dicuntur iudicari a pari, vt in Authent. de non alien. §. quia verò leonis. & per Paul. post Petr. in Clemen. quia contingit. de religio. do. & quod not. Ioannes Andr. in capitu. 2. de restitutio. in integ. libro sexto. & per Dominum meum, & Docto. in capit. nulli. de rebus eccles. non alie. & per Bald. in authen. hoc ius porrectum. C. de sacrosanct. eccle. no. Bal. in l. omnia. C. de

ADDITIONES.

a ¶*Vide de hoc dicto Bal. d. Alex. in l. stip. ista. §. si. ff. de verb. oblig. vtrum valeat donatio facta pauperibus nullo præsente, vel recipiente eorum nomine, vide Bal. in consi. 380. 2. lib.*

b ¶*Vide Spec. in tit. de sta. mo. in ver. 41. Lapum in alleg. 106. circa medium. Alber. & Moder. in d. authent. ingressi.*

c ¶*Adde pro hoc benefacere: quia licet priuilegium datum in vno, non extendatur ad alium, l. ius singulare. ff. de leg. 3. fallit fauore piæ causæ. glo. in l. illud. in verbo, alia causa. C. de sacrosanct. eccles. Bartol. in l. si constante. in 9. quæst. prima partis. ff. soluto matrimo. Alexan. in l. 1. ff. de iurisdict. omn. iudic.*

de episco.& cler.probatur ex his quæ dixi in c.conquesti.de senten.excommunic. & melius probatur in c.accedentibus. de priuil. Item pro prædicta opi. faciunt no.in materia relictorum ad pias causas, in l.1.C.de sacrosf.eccl.& in authen.similiter.C.ad leg. Falcid.& ibi no.& latè per Lud.Pont.

¶ Et sic ex prædictis patet, quòd decisio quæst. prædictæ nõ est sine magna dubitatione. Arbitror tamen si quis offert se & sua, licet per talem oblationem nõ faceret professionem propriam, sed solum alicuius modi viuendi: vt puta, quia offert se & sua ecclesiæ seculari: vel alicui pio loco, & hoc casu ualeat talis oblatio absque curatoris authoritate, & iudicis decreto. Sed quando offert solum res immobiles, quæstio est magis dubitabilis: si tamen offerret propter extremam necessitatem recipientis supra, conueniens est vt dicamus, neque curatoris authoritate, neque iudicis decreto exigi, propter ea quæ diximus supra, & in c.si quis propter necess. de fur.& si opp.quod necessitas non est illa quę faciat, vt sine decreto & cura. au. possit minor alienare, l. ob æs. & l.fin. C.de præ. mi.simile videmus in ecclesia: quæ licet subsit necesse, vel legitima causa alienandi: non tamen potest alienari res ecclesiæ regulariter prohibita, sine solennitatibus requisitis, vt traditur, 12.quæst.2. iustus. & c.fine exceptione.& cap.alienationes. licet enim necessaria causa incumbat, tamen fortè potius expedit minori aliam rem, quàm illam alienari: quia responderi potest, quòd nos loquimur quando vellet prouidere existenti in extrema necessitate, ita quòd non esset locus liberalitati, & hoc est planum, iudicio meo, per ea quæ dicta sunt supra, in dicto §. & d.c.si quis, quia propter talem necessitatem illud prædictum esset effectum commune: sed non data hac necessitate, res esset magis dubia: nisi talis actus oblationis qui susciperet omnimodam spiritualitatem, per quam ipso fingeretur maior, secundum not.in c.si annuum. de iudi.aliàs autem quod sola pia causa faceret valere oblationem factam per minorem sine solennitate, si erat res quæ sine solennitate non poterat alienari, decisio est satis dubia: propter maximam authoritatem Innoc.Ioan. And. & Dom.mei. Sed tamen prædicta opin. non probatur aliquo iure speciali: quia l.2.§.vota.ff.de polli.non probat.vnde solum videtur probari ex re iudic. generaliter prohibentibus alienari res minorum sine decreto, & iudicis author.& melius in l.1.§.sed nõnullos.ff.de tu.& ratio.distra. vbi non valet alienatio facta sine decreto: etiam ob alimenta præstanda matri, aut sorori: ibi tamen loquitur in pupillo, & non in maiore: inter quos est differentia. nam pupillus tutore authore, nõ potest donare mortis causa, & tamen minor potest donare causa mortis sine decreto.dicta l.1.& l.tam is.ff.de donat. causa mortis. facit etiam quod dicam in sequen. quæstio. quia ista non est propriè donatio, sed tamen in contrarium facit; quia qui spiritu Dei aguntur, non sunt sub lege, dicit Paul. ad Cor.2.& 19.quæst.2.cap.duę sunt.& Clemen.si. de hæret. Item quia maxima est ratio quæ pro religione facit. ff. de relig. & sumpt.fun. l.sunt personę. Item quia hæc interpretatio tendit in fauorem ecclesiæ. facit c.iuuenis. de spon. & quod dixi in cap. ad audientiam. de homi. & quia videtur exercere artem, quam exercet quilibet diligẽs paterfam.maximè quia talis concor. consilio perfectionis dato, iuxta illud: si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus.

¶ Ad quod etiam accedat: quia cum talis oblatio fiat Deo, per ea quæ dicta sunt in primo articu. etiam si fiat pio loco ob piam causam, iuxta illud Matth. & respondens Rex dicit illis: Amen dico vobis, quod fecistis vni ex his fratribus meis, mihi fecistis: vnde cum Deus sit ipsa veritas, de test.c.cum esses, non potest fallere, nec fallitur. de accu.c.petitionem. & ideo alio decreto & authoritate opus nõ est. Facit etiam, quia contractus factus cum Principe, obtineret vim legis, & ideo in eo non est necessaria alia solennitas.argum.l.Cæsar.ff.de public.& l. penul.C.de don. inter vir. & vxo. & Bal.in proœm. feu.& probatur in l.Princeps.ff.de legi. & quod ibi no. in cap.certificari. de sepul. Facit etiam in simili quod statim dicam: quia oblatio talis non indiget insinuatione. & ista vltima opin. videtur mihi verior: ad quã accedant quæ dicam statim in 7.quęst. Concluderem tamen ad omne dubium tollendum quòd ante factum, hospitale, vel alius locus pius reciperet oblationem cum solennitatibus requisitis.

a Arbitror [a] tamen illud satis clarum esse, quòd si minor intendens ingredi religionem offerret hospitali, vel alij loco pio res etiam immobiles, sine aliqua solennitate, quod valeret talis oblatio, per text. in Authen. de mona. §.illud quoque decernimus. vbi tex.formaliter dicit, illud quoque decernimus, eum qui in monasterium intrare voluerit, antequam in monasterium ingrediatur, licẽtiam habere suis vti, quo voluerit modo.

¶ Vnde pondero verbum, vti, quod significat non solùm dispositionem per viam vltimæ voluntatis, sed etiam inter viuos. Item pondero verbum, volueris, vt no. in l.verba. ff.de conditio.institu. & l.si ita legatum. ff. de lega.primo, & l.centesimus. §. penult. ff. de verborum obligat. l.4. ff. loca. Ad quod vide quæ latius dixi de verborum significat.

b cap. volo. Postremo [b] aduerte circa hanc quæstiõ. quia videtur quòd oblatio facta per minorem de immobili, etiam cum decreto, non teneat: quia oblatio est quædam donatio, vt diximus supra in artic.1. sed donatio immobilis facta per minorem, etiam cum decreto, non tenet, vt l.fin. §.cum autem. C.si maior fac. ergo, &c. Sed ad hoc responderi potest, quòd illa loquitur in donatione simplici & pura, quæ solum sapit liberalitatem, propter quam quis potius videtur dissipare & perdere quàm administrare, vt l.contra.§.fin.ff.de pact.& l. si filiusfamilias. ff. de donat. cum concord. ibi positis in glo. sed in terminis nostris non dicitur dissipator, qui Deo vel ecclesiæ, vel in piam causam offert, propter ea quæ superius dicta sunt, & supra eod. lib.1.

6 ¶ Quo ad sextam quęst.† vtrum oblatio, quæ excederet

ADDITIONES.

a ¶ *Hæc prædicta amplia etiam in prodigo, vt per Alb. in d.authen. ingressi.*

b ¶ *Hoc autem procedit in minore 25.an. dummodo sit maior 14. vide Ias. in d.auth. ingressi; in 2.col.*

cederet quingentos aureos indigeat insinuatione: & loquor de ea, quæ non fit ob causam de præterito, vel de præsenti, vel de futuro: quia nulli est dubiũ q non indigeat insinuatione, vt no. Bart. in l. Aquilius. ff. de donat. per l. fina. ad fi. & authen. ibi positam. C. de donat. ante nup. & l. fin. in princip. C. de iure do. & tradit Bartol. in l. Modestinus. ff. de donatio. sed Ioan. de Imo. in d. l. Aquilius. aliter dicit, quia ob causam de præterito remuneratiuam valet, sine insinuatione, ob causam de futuro onerosam donatario, etiam: vnde non loquor in his casibus, in quibus valeret donatio facta sine insinuatione: etiam si esset facta in priuatis, sed in casibus in qui-
a bus facta in priuatis non valeret: an [a] valeat facta ecclesiæ. ad quod videtur dicendum, quòd sic. & hãc opin. tenuit glo. in d. l. illud. & sentit glos. in l. pen. in fi. C. de donat. & Pileus quæstio. 123. & Io. And. in additio. Specu. in titu. de instrumen. edi. §. porrò. versicu. item nota, quòd donationes. vbi concludit post Pileum, donationem factam ecclesiæ vel religioso loco, valere: quamuis excedat quingentos aureos. mouentur: quia cum imperium & sacerdotiũ non differant: merito sicut donatio facta Imperatori vltra quingentos aureos tenet, vt in Authen. pig. ne fiant. §. fin. ita nec facta ecclesiæ: quia quæ paria sunt, paria iura desiderant, vt C. de constitu. pecu. l. fina. ff. de pecu. leg. in bonæ fidei. & l. quatenus. §. fina. Specu. etiam in d. versicu. item no. quòd donationes. tenet quòd valet donatio ad pios vsus, quãuis excedat quingentos aureos, per l. illud. C. de sacrosan. eccles. vbi etiam hoc tenet Barto. quę tamen l. videtur velle cõtrarium. vult enim quòd donatio ad pios vsus facta ecclesiæ vel pijs locis, vel miserabilibus personis, vel ciuitati vsque ad quingentos aureos, non indiget insinuatione, & sic patet quòd vltra quingentos aureos, indiget insinuatione. & hãc opinio. tenet ibi Bald. & fuit opin. Guil. secundum eum, & dicit quòd est ipsa veritas. & tenet etiam Pau. de Castro in l. illud quod pauperibus. nec ob. l. si quis pro redempt. C. de donatio. quia loquitur in redemptione captiuorum, de quibus est maius periculum quòd ibi non moriantur. argumen. l. sancimus. C. de sacrosanct. eccles. secus in his, quæ donantur ecclesijs, in quibus cessat ista ratio periculi. Et quia ecclesiæ solent abundare in bonis. Et hæc opinio magis placet. & ita videtur de mente dictæ l. si quis pro redemptione. C. de donatio. in fi. dum dicit, cœteris etiam donationibus, &c. secundum Pau. quidam tamen voluerunt, quòd donatio facta ecclesiæ valeat vsque ad octingentos, vt ecclesia sit priuilegiata in trecentis, sicut erat olim in d. l. illud. quod ita no. glos. ibi. sed Bald. reprobat ibi, & dicit quòd isti loquuntur sine lege, & sine ingenio. nec obst. secundum eum dicta l. illud, quia licet illud olim esset priuilegium, quòd donatio facta ecclesiæ, valeret vsque ad quingentos aureos: hodie est ius commune. & ideo non possumus excedere terminos priuilegij. Sed Hostien. in sum. in titu. de do-
b nat. §. quæ donatio. tenet primam opin. quòd [b] donatio facta ecclesiæ non indigeat insinuatione. & eandem opinio. tenet dom. meus in capit. relatum. el. primo, de testa. sed tu aduerte: quia licet in simplici donatione quæ solum fiat liberalitatis causa, vtraque opin. sit satis sustentabilis: tamen in oblatione, quæ non est simplex donatio, arbitror, quòd non sit necessaria insinuatio, per ea quæ dixi suprà in præceden. quæstio. maximè, quia talis oblatio fit principaliter Deo, vel propter Deum: vnde sicut donatio facta Principi non indiget insinuatione, vt in authen. item & à priuatis. C. de donatio. & in corpore vnde sumitur, in Authẽ. vt non fiant pignora. §. illud. collat. quinta, ita si fiat Deo. & hoc placet in qualibet oblatione cuicunque ecclesiæ facta, & loco pio. quamuis Bal. in d. authen. item & à priuatis. teneat hoc solum in donatione, quæ fieret ecclesiæ Romanæ: & maximè hoc dicendum est, quando quis offert se, & bona sua, per ea quæ dixi in præceden. quæstio. vel offerret ecclesiæ, vel in piam causam, ea intentione, vt fieret religiosus, per text. in Authen. de monachis. §. illud. & quod dixi in præceden. quæst.

7 ¶ Quò ad septimam quæstionem, † vtrum oblatio prædicta quæ fit ecclesiæ vel alicui loco pio, excedens quingentos aureos: licet non indigeat insinuatione, secundum quod dictum est in præceden. quæstione, an saltem exigat scripturam. Et videtur dicendum quòd sic: quia donatio quæ fit à priuato Principi, excedens quingentos aureos, licet valeat sine insinuatione; tamen exigere videtur scripturã, vt in Auth. vt non fiant pignora. §. illud. Et sic idem videtur dicendum in terminis nostris. Et hoc est tutius tenere, & prouidere sibi ante factum: maximè respectu oblationis, quæ non fieret actualiter: sed per stipulationem. quamuis post factum possent multa allegari in contrarium, quæ possunt colligi ex superioribus, & ex his etiam quæ statim dicam in sequen. quæst.

8 ¶ Quò ad octauam quæstionem † pone, ex forma statuti cauetur quòd fœmina, vel minor vigintiquinque annis non possit se obligare vel aliquem contractum, aut donationem facere sine consensu trium consanguineorum, vtrum oblatio facta ecclesię, vel hospitali, aut simili pio loco valeat sine dicto consensu, vel solennitate. Sol. ad hãc quæstionem possent allegari argumenta pro vtraque parte. de quibus dixi supra, in quinta quæstione. Bal. enim, vt ibi dixi in l. generali. C. de sacrosanct. eccle. per illum tex. tenet quòd valet oblatio sine tali consensu, vel solẽnitate: siue offerat se & sua: quia est actus spiritualis, super quo statutum non disponit, argu. in l. si ita quis. §. ea lege. ff. de verborum obligatio. neque etiam disponere potest, vt in l. priuilegia. C. de sacrosan. eccle. siue etiam offerat tantùm bona: quia talis oblatio est donatio ecclesiæ facta, aut simili loco in quo donationes ecclesiæ sunt priuilegiatæ: & ideo non valet statutum contra eorum priuilegiũ, vt in l. inter diuinum. C. de sacros. ecc. & sic Bald. sentit quòd in talibus oblationibus factis ecclesiæ non requiratur solennitas iuris positiui. & eandem sententiam tenet Pau. de Cast. in dic. l. generali. quam etiam sententiam tenet domi. meus in c.

ADDITIONES.

a ¶ *Vide no. per Pau. in consi. 132. & consi. 103. & per Abb. in consi. 102.*

b ¶ *Vide etiã Io. An. in c. fi. de sol. bene facit c. qui opes. 16. q. 4. vide ẽt Bal. in auth. item & à priuatis. C. de do.*

a in c.relatum. el primo, de testa. nã [a] talia oblata pro anima, non debent terminari secundum leges ciuiles, seu positiuas, sed secundum canones, sed statutũ est pars iuris ciuilis, vt l.omnes populi. ff. de iust. & iure: igitur, &c. Item mouetur, quia statutum laicorum aliquo modo impediẽs liberam facultatem donandi pro anima, non valet, vt in l. 1. C. de sacrosanct. eccles. facit etiam quod no. Io. Andr. in c. fin. de immu. eccles. lib. 6. vbi dicit, quòd non obstante statuto quo cauetur, quod bona immobilia nõ possint alienari in forenses, seu non suppositos iurisdictioni statuẽtium: poterit quis donare bona ecclesiæ. facit quod no. Bal. in authen. cassa. C. de sacrosanct. eccles. faciunt quæ dixi sup. in 4. & in 5. quęst. Postremò not. est circa prædicta, ꝙ licet huiusmodi oblationes sapiant actum spiritualem: tamẽ ad eas probandas requiritur plena probatio, nec sufficit vnus testis: imò exiguntur duo, sicut in prophanis, vt est tex. in c. fi. de succes. ab intesta. & probatur in c. licet vniuersis. de testi. ad quod accedunt quæ latius scripsimus in tracta. de testi. §. 4.

ADDITIO.

a ¶ *Hoc idem tenet Fede. de Senis, in consi. 20. Bald. in l. cunctos populos, in. 4. col. C. de sum. Trin. & fide cath. Ful. in authen. ingressi. C. de sacrosan. eccl.*

LIBELLVS X.

¶ *De viribus & validitate oblationum, & virtute comprehensiua, non respectu significati verbi, sed dispositorum à iure quo ad praiudicium ipsorum offerentium.*

SVMMARIVM.

1 *Oblatio omnium bonorum præsentium & futurorum, an valeat.*
2 *Oblatio omnium rerum præsentium & futurarum, an contineat iura & actiones.*
3 *Oblatio omnium rerum, an contineat omnia bona.*
4 *Oblatio personæ facta ecclesiæ, an valeat.*

DECIMO principali libello videndum est de viribus & validitate oblationum & virtute compræhensiua, non respectu significati verbi, sed dispositorũ à iure quo ad præiudicium ipsorum offerentium. Circa quem arti. prosequor infrascriptas quæst.

¶ Prima, vtrum valeat oblatio omniũ bonorum præsentium & futurorum, sub quibuscunque verbis facta: dummodo oblatio comprehendat omnia bona præsentia & futura, & omnia iura præsentia & futura.

¶ Secunda, quid si offerens offert omnes res præsentes & futuras.

¶ Tertia, vtrum in tali oblatione veniant omnia bona.

¶ Quarta, vtrũ valeat oblatio ꝑsonę facta ecclesię seculari aut hospitali, vel alteri pio loco absq; bonis.

¶ Quinta, vtrum valeat oblatio personæ & bonorum, & de viribus prædictæ oblationis.

1 ¶ Circa primã igitur quęstionem, † vtrum valeat oblatio omniũ bonorum pręsentium & futurorum sub quibuscunque verbis facta: dummodo oblatio comprehendat omnia bona præsentia & futura, & omnia iura præsentia & futura, secundum ea quæ latius explicauimus, sup. eo. libello 9. ¶ SOL. Quãuis in donatione omnium bonorum præsentium & futurorum facta priuato, sint variæ opi. vtrũ valeat, de quibus in l. fin. C. de pact. & l. stipulatio hoc modo concepta. de verb. obl. & per Do. Ange. in disputatione quę incipit, in refulgenti, &c. & per aliquos in l. pactum quod dotali. C. de colla. de qua materia latissimè dixi in rep. l. interdũ. ff. de do. inter virum & vxor. & in Cle. 1. de iureiu. & in tractatu, de don. tñ in oblatione facta ecclesiæ, seu loco religioso, vel
a pio, [a] solummodo reperio Ang. tenentem differentiã inter donationem vel oblationẽ non tenere, vt ipse concludit per multas rationes in disputatione sua, quæ incipit, in refulgenti. Sed contrariam sententiã tenuit Bar. in l. fi. C. de pac. & in auth. ingressi. C. de sacrosanc. eccl. & Bal. ibi, qui apertissimè tenet talem donationem valere. & idem tenet Bal. in auth. si qua mulier. C. de sacrosan. eccl. vbi est bonus tex. ad propositũ nostrũ. & probatur 19. q. fi. c. quia ingrediẽtib. & c. si qua. ad quod ẽt allego quod no. 12. q. 1. cap. dilectissimus. vbi probatur ꝙ in primitiua ecclesia, Christiani nihil proprij retinebãt. Nam secundum Iesu Christi redemptoris nostri consiliũ, Qui vult perfectus fieri debet omnia vendere & dare pauperibus. vnde conclusio sit secundum cõem omnium opin. quam ego semper fui secutus, quòd talis oblatio teneat, pro qua conclusione faciũt quę statim dicam in 3. q. quæ subijcitur, & prædicta procedunt, quando quis simpliciter offert omnia bona præsentia & futura, & iura, & actiones & nõ adijceret, post mortem, hoc acto, &c. Sed si adijceret illa verba, videlicet post mortem hoc acto ꝙ sit oblatio inter viuos. quo casu esset maius dubium, iudicio meo, per ea quæ dicam inf. eo. lib. 13. ver. Sed quæro iuxta prædicta, maximè quia hoc casu non possumus dicere quòd in tali oblatione generali non veniunt ea, quę pars verisimiliter non obtulisset in specie, secundum quod dicam inf. in 3. quæst.

¶ Nam ex quo vult oblationem valere post mortem, amodo nulla re indigebit, & ideo verisimiliter nullam rem videtur sibi reseruasse. & ideo videtur omnino auferre liberam testamenti factionẽ: quemadmodum hæreditas dari per actum inter viuos, ꝙ fieri non potest, vt dicam inf. 13. libello princ. in d. ver. Sed quæro iuxta prædicta. Multæ tamen rationes faciunt quòd debeat valere, si fiat ecclesiæ, de quibus supra & in præced. libello. q. 4. & 5.

2 ¶ Circa secundam † quæstionem quęro, quid si offerens offert omnes res præsentes & futuras, quo casu

ADDITIO.

a ¶ *Hanc eandem opin. tenet Ang. in consi. 181. incip. visis instrumentis prædictis, de eorum valore. & Lu. & Alex. in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. obl. Lud. in repe. auth. similiter. C. ad leg. Falcid. Pet. de Ancha. in consi. 119. contrariam opi. vltra alleg. hoc tenet Pau. quam multum cõmendat in c. fi. in 1. not. per illum tex. cum gl. de succes. ab intest. plenius in c. in præsentia. in 4. & 5. not. per illum tex. & glo. 1. & ibidem Bal. in pe. col. extra de probat.*

ctsu diximus in dictâ oblatione, ex proprio significato venire iura & actiones, vt diximus in libello 8. quæst. 11. ¶ Sol. Patet ex superioribus. nam vt superius diximus in prin. Qualitercunque verba concipiantur, ita quòd videantur comprehendi non solùm bona præsentia & futura, sed etiã iura & actiones futura, quæ dicta sunt superius in præcedenti quæstione, videntur vendicare sibi locum etiam in hac quæstione.

3 ¶ Circa tertiam quæstionem quæro,† vtrum tali oblatione veniant omnia bona. Aduerte: quia licet fortè prima fronte hæc quæstio videtur tibi ridicula: quia supra, in libello octauo, in princ. dixi talem oblationem comprehendere omnia bona, & omnia iura: tamen tu debes considerare, quòd ibi ego locutus fui quantum ad vim comprehensiuam respectu proprij significati verborum. Sed hic non quærimus de illa vi compræhensiua respectu significati verbi, sed respectu præsumptæ intentionis prę dicti offerentis. nã prima fronte videtur dicendum quòd in tali oblatione omnium bonorum quæ fit absque oblatione personæ, non veniunt ea quæ verisimiliter quis in specie non esset oblaturus, vt in l. obligatione generali. ff. de pig. vbi tex. dicit quòd in oblatione generali non veniunt ea, quæ quis non esset in specie oblaturus. si ergo in oblatione pignoris, in qua versatur modicum præiudicium, talia nõ veniunt: ergo multo minus in donatione, seu oblatione, in qua tractatur de maximo præiud. ar. l. fi. C. quæ res pig. ob. possunt. iũcta. l. si ita quis. ff. de auro & argen. leg. & his quæ dixi sup. in libello 8. versicu.
a quarto quæro, & c. & sic [a] non videntur venire vestes, nec talia necessaria ad victum, & si est Doctor, non venirent libri, & si artifex, non debent venire ministeria illius artis, vt traditur in d. l. oblig. generali. & melius in regula, in generali. de reg. iur. lib. 6. quæ loquitur per verbum, concessionis, & ibi per Ioannem Andr. & Dyn. facit etiam l. 1. C. quæ res pig. ob. possunt. facit etiam quod no. 16. quæstio. 1. c. frater noster. & de pœn. & remiss. c. si Episcopus. lib. 6. Item facit: quia verba generalia, seu generalis concessio restringenda est ad ciuilem modum: ne nimis perniciosa sit concedenti. ff. de seruit. l. si cui. ff. de testi. l. 1. & de testibus. cap. licet. el secondo, & c. significauerunt. Itẽ restringuntur ad ea quæ commodè fieri possunt. ff. de verb. signif. l. nepos Proculo. & hoc videtur satis æquum & iustum, & ista ratio
b concludit, [b] vt valeat facta donatio etiam priuato, omnium bonorum, & iurium præsentium & futurorum: nisi talis oblatio fieret post mortem hoc acto, vt valeret, vt actus inter viuos, per ea quæ dixi superius in fi. primæ quæstionis huius libelli, & hoc procedit, quando fieret oblatio bonorum: sed si fieret oblatio sui & bonorum, secus esset dicendum: quia ex quo trãsfert personam, fortius & bona quæcunque sunt accessoria ad personam. arg. l. in pecudum. ff. de vsu. & Insti. de re. diu. §. in pecudum. cum similibus, postquam sub tam generali & effuso sermone facta est oblatio omnium bonorũ, & iurium.

4 ¶ Circa quartam quæstionem quæro,† vtrum valeat oblatio personæ facta Ecclesiæ seculari, aut hospitali, vel alteri pio loco, absque bonis. ¶ Sol. Dicendum est quòd sic, & ad decisionem quæstionis & solutionis, vide quę latius dixi supra, libel. 8. q. 22. Et si quæreretur, ad quid teneretur iste oblatus. Respondeo quòd tenetur obseruare illum modum viuendi, de quo expresè conuenit, si non sit licitus. Si verò nihil expresè conuenit, tunc tenetur seruare illum modum viuendi quem alij similes oblati seruant: exercendo pietatis opera, aut similia, secundum consuetudinem illius loci, & hoc quando nihil esset expressum in ipsa oblatione, licet simpliciter quis obtulisset se assumendo habitum talium oblatorum, per no. 26. q. 2. c. vt lex continentiæ. & per ea quæ dixi in d. q. 22. & quia semper cõtractus in dubio intelligitur initus, secundum consuetudinem loci, & similium contractuũ, vt l. si fundus. §. in commissoria. ff. de lege commis. & l. quod si nolit. §. quia assidua. ff. de ædil. edi. & l. fi. C. de fideius. & l. si prius. §. rectè. ff. de aqua plu. arc. & l. si quis reum. ff. de cust. reo. & in regula, In obscuris. cum sua materia. de reg. iur. lib. 6. Et secundum subiectam materiam in c. super eo. de off. deleg. & in l. Imperatores. ff. de in diem addict. & c. sedes. de rescr. & l. fi. C. de senten. & interloc. omn. iud. Nec obstat, si diceres, quis non potest locare operas suas in perpetuum: quia induceretur quædam species seruitutis, vt no. in Glo. in l. antiquitas. C. de vsufruc. & probatur in l. post certi. & ibi Glo. C. de lib. cau. quia illud procedit quò ad hoc, vt præcisè cõpellatur seruire, sed causatiuè potest quis se obligare, vt dicit Bal. in d. l. antiquitas. de quo per Dyn. ibi in l. corruptionem. eo. tit. de quo latius dixi in ti. de locatione.

¶ Præterea in terminis nostris valet: quia nõ simpliciter obligat se ad perpetuas operas, sed trãsfert personam suam, vt secundum illam regulam & modum viuendi perpetuo viuat, & Deo personã & seruitia sua offerat, fieri põt, vt traditur in d. c. vt lex cõtinentiæ, & per ea quæ dixi dicta 22. q. Ad quod videnda sunt ẽt quæ latè dixi in c. peruenit. de sent. exc. in 2. mẽb. prin. & in prin. ar. ver. Quintò dubitatur. vbi latè tractatur, vtrũ tales oblati Ecclesijs secularib. gaudeãt priu. canonis, Si quis suadẽte. 17. q. 2.

¶ Circa quintam quęstionem, vtrum valeat oblatio personæ & bonorum, & de viribus prædictæ oblationis. ¶ Sol. Dicendum est quòd valet, vt patet ex superioribus. & de viribus talis oblationis ẽt satis colligi potest ex superioribus, quid tenendum sit. & ex his quæ dicta fuerunt in libello octauo.

ADDITIONES.

a *¶ Facit deci. An. Aret. in §. item Seruiana, Inst. de act. vbi vult quòd sub tacita hypotheca non veniant instru. sine quibus commode, &c.*

b *¶ Vide Bar. in l. cum duobus. §. idem respondit. ff. pro socio. Paul. de Cast. consi 99. incip. istæ donationes.*

LIBELLVS XI.

¶ De viribus oblationum prædictarum, quo ad præiudicium creditorum ipsorum offerentium.

SVMMARIVM.

1 *Offerens bona sua & non se, an creditoribus præiudicet.*
2 *Offerens se & non sua, qualiter creditorib. præiudicet.*
3 *Offerens se & sua, an præiudicet creditoribus.*

VNDECIMO loco principali tractandum est de viribus oblationum prædictarum quo ad præiudicium creditorum ipsorum offerentium, qui erant creditores tempore factæ oblationis: & habebant expressam bonorum hypothecam, vtrum per tales oblationes illis præiudicetur: & qualiter agere possint. ¶ SOL. Vt hæc materia clarius habeatur, prosequar tres princ. quæst.

¶ Prima, quando quis obtulit duntaxat bona sua sine se.

¶ Secunda, quando obtulit se sine bonis.

¶ Tertia, quando obtulit se & bona.

1 ¶ † Primò igitur quæro, quãdo quis obtulit bona duntaxat & non se, vtrum talis oblatio præiudicet creditoribus anterioribus habẽtibus expressam hypothecam. ¶ SOL. Dic, quòd qualitercunque quis obtulerit bona sua, dummodo talia bona sint obligata expressè creditoribus, clarum est quòd hospitale, vel similis locus, à creditoribus prædictis potest conueniri hypothecaria, facta [a] tamẽ discussione debitoris principalis: eo casu quo necessarium est discussionem facere, secundum formam l. persecutione. & authen. hoc ita si debitor. C. de pigno. & in Authen. de fideius. §. neque. Bona enim realiter obligata creditoribus à debitore alienata, transeunt cum onere suo, vt l. sicut. §. non. ff. qui. mo. pign. vel hypothe. sol. & in c. ex literis. de pigno. & l. 1. C. de preca. Nam res trãsit de persona in personam cum iuribus, conditionibus, libertatibus, oneribus, emolumentis, & cæteris qualitatibus suis, vt l. via consti tui. in §. quæcunque. ff. de serui. rust. prædio. & l. 2. §. fin. cum l. seq. ff. si ser. vend. & l. si Titio & Mæuio. §. Iulianus. ad fin. ff. de leg. 2. & l. si ab eo. ff. de vsufruc. leg. & l. 2. §. pro secundo. C. de caduc. tol. & l. Pomponius. §. cum quis. ff. de acquir. poss. & l. quę religiosis. ff. de rei vend. & in iuribus quæ statim allegabo in sequen. lib. vnde succedit regula, quòd qui prior est in tẽpore, potior est in iure, vt l. quatenus vtriusque ca. ff. de regu. iur. & in regula, qui prior. de regu. iur. lib. 6. cum sua materia. & l. si fundum. C. qui po. in pigno. habe. & l. potior. & l. creditor. & l. fi. eo. tit. Et hęc intellige, vbi de prioritate agentis contra Ecclesiam vel hospitale, aut similem locum appareret: aliàs secus: quia existente re dubia, potior esset conditio ipsius possidentis. l. si fundum. §. si fundus. ff. de pignor. Posset igitur creditor, cui prius fuisset obligata res quę postea fuit oblata, agere hypothecaria cõtra ipsam Ecclesiam, vel locum cui res oblata est: facta, vt dixi, excussione contra principalem debitorem: vel non facta excussione in casibus, in quibus non esset necessarium facere excussionem. de quibus latè diximus in tractatu excussionum. Et prædicta intellige, nisi res oblata esset effecta sacra: quia hoc casu, si esset res inanimata, vt vestis, vel quid simile: non posset intentari hypothecaria. quod probatur: quia maius ius habet dominus in re sua quàm creditor in re sibi obligata: quod patet ex potestate alienandi & distrahendi. Sed si res aliena offertur & efficiatur sacra: pro tali re dominus non potest agere rei vend. 14. q. fi. cap. comperimus. Quinimò etiam si aliquis locus offertur, vt fiat hospitale vel locus pius in vsus pauperum, & ita fuit authoritate Episcopi, si locus esset alienus non potest vendicari, vt in c. cum ad hæc. de relig. do. & ratio est, quia quod semel Deo dedicatum est, ad humanos vsus amplius redire non potest. 19. quæst. 3. cap. quæ semel. de consecr. dist. 1. cap. ligna. & cap. vestimenta. ff. de relig. & sumpt. fune. l. si quis sepulturã. §. 2. 12. quæst. 2. c. nulli licet. & in regula, quod semel Deo. de reg. iur. lib. 6. Ideo autem dixi de re inanimata: quia non per omnia idem quod est in re animata, vt puta, in seruo. nam si seruus oblatus non est offerentis, sed alienus: licet ordinetur vt religioni deputetur: tamen seruus remanet, & domino restituendus est: si ignorante domino fuit oblatus & ordinatus. 50. di. c. frequens, & c. seq. dummodo talis seruus non sit ordinatus in subdiaconum, uel diaconum: nam licet talis olim nihilominus redigeretur in seruitutem: tamen hodie non redigitur, vt in c. miramur, de ser. ordi. Si verò ordinaretur in presbyterum, si peculium habet, in eo mulctabitur. l. di. cap. ex antiquis. Si verò non habet, tenetur psallere Domino horis canonicis, vt dicit c. frequens. in fi. & si renuat, deponi debet, vt cap. nullus. de seruis non ord. & debet ei dominus procurare. Si non renuit, concedere debet necessaria ad vitam, arbitrio iudicis, si potest: si vero non potest, debet ordinator illi prouidere, qui minus cautè ordinauit. argum. 23. di. c. diaconi. Tradit Glo. 14. quæst. fi. cap. comperimus. & c. hoc. de relig. dom. & Hostien. in summa in titu. de ser. non ordi. §. qualiter seruus. Patet igitur ex prædictis, quòd si seruus oblatus ordinatus est ad ordines minores ignorante domino, repeti potest, sed intra annum à tempore ordinationis, secundum Hug. vel à tempore scientiæ, secundum Gofr. quem sequitur Hostien. ar. cap. licet. de suppl. negli. præl. & c. quia vniuersitatem. de conces. præben. & mihi placet per ea quæ dixi in ti. de pręsumpt. Restituitur ergo domino intra dictum tempus. 4. dist. c. nulli, in fi. & c. ex antiquis, in fi. & de seruis non ordin. c. de seruorum. Sed res inanimata si sit effecta sacra, vel effecta locus religiosus vel pius authoritate Episcopi, non restituitur domino. & ideo bona ratio assignatur per Glo. 14. quæst. fin. c. comperimus, & in c. ad hæc. de relig. do. quia cum seruus sit res animata, anima rationali delinquit, permittendo se ordinari, & ideo punitur in eo in quo deliquit: quia reuocatur in seruitutem, nisi promotus sit ad ordines sacros. simile. 7. quęst. 1. Episcopus in diœcesi. facit etiam in sim. l. Pomponius. in princ. ff. de acquir. poss. Si ergo res ordinata vel consecrata, proprio domino restituitur: longè minus res oblig. debet restitui creditori. Est tamen aduertendum, quòd si seruus alterius esset oblatus & ordinatus quòd licet qui scit, tamen talem ordinatum nõ possit illum repetere, cum talis offerens & ordinator qui sciuerunt, tenentur domino dare duos seruos æquiualentes. 54. distinc. cap. si seruus absente. Quinimò tenetur etiam præsentator si sciuit, vt ibi, & si sunt soluendo omnes, tenentur: si verò vnus solus

ADDITIO.

a *¶ Hæc declara secundum not. in l. fin. in princ. ff. si certum peta. & in l. decem. ff. de verborum obliga. & in §. item si quis in fraudem. Insti. de act. & practicam Papien. in forma libel. in act. hypothecæ. in gl. in ver. except. excussionis.*

solus sit soluendo, ille solus tenetur, vt traditur in d.c.si seruus absente. Si verò neuter soluendo sit: talis seruus tenetur psallere Domino, vt dictũ fuit. Sed in re inanimata quæ oblata sit sacra, vel ad talem vsum destinata, quòd restitui non possit. tex. in d.cap.comperimus. dicit quod non debet precium dari. Et hoc procedit, nisi talis res oblata fuisset alterius Ecclesiæ: quia tunc illi debet restitui, cum alia Ecclesia possit illam retinere ad sacros vsus. 12. quæst. 2.cap. Apostolicos. 17.quæstio.4.cap. quæst.
a no. Glo. in d.c.comperimus.[a] Et sic ex prædictis insurgit mihi notabile dubium respectu creditoris, si dominus ipsam rem alteri prius obligatam obtulit vt sacra fieret, vel est effecta sacra: Vtrum creditor possit agere saltem ad precium, sicut verus dominus potest agere ad precium rei effectæ sacræ, & si esset seruus obligatus, vt idem dicamus quod de seruo alieno oblato & ordinato, & intelligo, facta scilicet excusione, & principali debitore non existente soluendo. quod dubium à maioribus nostris nõ memini tactum. Et quamuis in hoc possent fieri argumenta plurima, quòd Ecclesia vel locus pius non teneatur ad precium pro satisfactione debiti, tã ex rigore, quàm ex æquitate: contrarium arbitror, ne creditor facto alieno damnificetur, per regulam, nõ debet alteri, iuncta regula, id quod nostrum. de reg. iur. & quia res debet transire cum oneribus & qualitatibus suis, vt supra dixi, & quia sicut domino restituitur precium ratione dominij, ita debet restitui creditori ratione crediti. Intelligo tamen quòd si res esset obligata pro minori quantitate, quàm valeret: teneatur Ecclesia vel locus pius solùm vsque ad solam quãtitatem crediti, & si pro maiori, quàm esset valor rei, solùm teneatur vsque ad verum valorem, & ad concurrentem quantitatem rei oblatę, vt infra dicam, & vtroque casu cautela est quòd Ecclesia vel locus pius faciat sibi cedi actionem, secundum ea quæ latè diximus in titu. de actionibus cessis & cessionarijs. Prædicta tamen procedunt, si modo res quæ offeruntur, nullo iure deberentur Ecclesiæ, secus si deberentur vt primitiæ, vel vt decimæ, vel etiam esset tanta necessitas, propter quam res quæ offertur est effecta communis, secundum ea quæ latius dicta sunt in primo & tertio libellis, & duobus sequen.

¶ Prędictis enim casibus Ecclesia, vel locus pius, tanquam suum recipiens, non posset molestari. Et prædicta procedunt, qualitercunque offerens offerat bona sua: siue offerat omnia bona præsentia & futura: siue omnia bona præsentia: siue certa bona, vel certas res particulariter designatas, secũdum omnes casus & modos de quibus diximus supra in libello.7. dũmodo illa bona seu res essent expressè obligatæ prioribus creditoribus, vel speciali, vel generali obligatione.

2 ¶ Secundò principaliter quæro,† quãdo quis obtulit se & non sua, qualiter præiudicetur creditoribus habentibus expressam hypothecam.

¶ Sol. Aduertendum est: quia vt superius dixi libello 8. quæst.22. talis qui se offert Ecclesiæ seculari, vel pio loco, non efficitur propriè religiosus: cum non profiteatur tria substantialia regulæ, vt ibi diximus. Vnde cum quęritur de viribus dictæ obligationis quo ad pręiudicium creditorum prędictorum offerentium, qui habent expressam hypothecam: Breuiter dicendum est, ꝙ aut ipsi creditores volunt agere hypothecaria, aut personali.

¶ Primo casu, non est dubium quòd Ecclesia vel pius locus non possunt conueniri, sed solùm potest conueniri vel ipse oblatus, vel alius qui possident bona obligata: & quia, vt superius est expressum, hęc actio datur contra possessorem. & hoc procedit tam respectu bonorum quæsitorum ante oblationem, quàm etiam postea, si modo talia bona quęrerentur oblato.

¶ Si verò ex forma vel constitutione regulari illius Ecclesię, vel loci, bona quærerentur Ecclesiæ vel loco pio, cum talia bona nunquam fuissent in bonis oblati, non venirent in hypotheca seu obligatione: quia solùm veniunt quę quæruntur ipsi oblato: licet postea quæsita sint, secundum formam l.fi.C.quæ res pign. ob.poss. Non est ergo dubium quòd hypothecaria non potest agi respectu bonorum quæsitorum Ecclesię vel loco pio. Sed in alio non agi possit, & qualiter quęrantur, ex infra dicendis apparebit.

¶ Secundo vero casu, quando vellent agere personali actione, dicendum est, vt statim dicemus, 13. libello.

3 ¶ Tertio principaliter† quęro, quando quis obtulit se & bona sua, vtrum talis oblatio pręiudicet creditoribus, qui tunc erant, habentibus expressam hypothecam. Dicendum est respectu bonorum, quemadmodum dictum fuit supra in prima quæstione huius libelli. Respectu verò personæ dicendum est, vt dixi in præced. quæst.

ADDITIO.

a ¶ *Quæ sit tacita hypotheca, & quę expressa. vide per Doct. in §.item Seruiana. Inst.de act. vbi latè per Ias. de hoc artic. quis præferatur, an habens tacitam, an expressam, & differentias ponit, vbi etiam Ange.*

LIBELLVS XII.

¶ *De viribus prædictarum oblationum quo ad creditores ipsorum offerentium solùm habentes tacitam hypothecam in bonis offerentis.*

DVODECIMO principali loco tractandum est de viribus prædictarum oblationum quo ad creditores ipsorum offerentium, qui erant creditores & habebant tacitam hypothecam in bonis ipsius offerentis: vtrum per tales oblationes præiudicetur ipsis creditoribus, vel non, & qualiter agere possint.

¶ Sol. Ad istius quæstionis decisionem aduertendum est, quod regula l.quoties vtriusque. ff. de regu.iur. & regula, qui prior est in tempore. de reg. iuris, lib.6. habet locum non solùm in hypotheca expressa, sed etiam in tacita hypotheca. vnde sicut habens expressam hypothecam anteriorem præfertur omnibus posterioribus creditoribus habẽtibus tacitam vel expressam hypothecam: etiam habens tacitam hypothecam anteriorem regulariter præfertur posterioribus creditoribus nõ solùm habentibus tacitam, sed etiam expressam, vt singu. not. Dyn.

Dyn. dicta regula, qui prior est in tempore, per legem primam. C. de rei vxo. actio. & ibi hoc ét sentit Gl. pro qua etenim opin. allego tex. in l. 1. C. de precario. Nam tex. ibi loquitur de tacita hypotheca, & tamen text. ibi dicit, quòd transit res in alium cum onere suæ obligationis. facit etiam lex, vsucapio. & l. res pignori. C. de remissio. & l. si debitor. C. de distractio. pignor. & l. 1. in fi. C. debitorem vendi. pigno. non debe. & l. debitorem. C. de pign. & l. si quidem. C. de don. inter virum & vxor. & l. si prędium. C. de euictio.

¶ In quibus omnibus simpliciter & distinctè dicitur, quod alienatio, vel distractio facta, de re alteri obligata non nocet creditori, sed transit cum onere suo.

¶ Cùm ergo prędicti tex. indistinctè loquantur de re alteri obligata: indistinctè sunt intelligendi, vt in l. de pretio. ff. de publ. 19. distin. c. si Romanorum. cum alijs iuribus vulgatis.

¶ Et sic ex prędictis concluditur, quòd regulariter habẽs anteriorem hypothecam, etiam tacitam: præfertur omnibus creditoribus posterioribus habentibus etiam expressam hypothecam: etiam si sit fiscus, vt d. l. 1. licet Glo. dubitauerit in fisco in l. si pignus. ff. qui potio. in pigno. habe. Sed Dy. in d. reg. Qui prior est tempore, tenet hoc: quia pro hoc est tex. expressus in d. l. 1. & ibi sentit Glo. in l. res quæ. §. 1. ff. de iure fisci.

¶ Ideo autem dixi regulariter: quia fallit in muliere, respectu etiam tacitæ hypothecæ posterioris, quam habet pro dote in bonis mariti, per quem pręfertur anterioribus creditorib. ex alia causa, quàm dotis: habentibus tamen solum tacitam hypothecam, vt est tex. in l. assiduis. C. qui potior. in pign. ha. Cùm igitur excepta tacita hypotheca pro dote, propter dotis priuilegium non sit differentia inter creditores habentes expressam, vel tacitam hypothecam quo ad prædictam materiã regulæ, Qui prior est in tempore. meritò in hoc nostro libello dicendum est in omnibus, & per omnia, prout dictũ fuit in præcedenti libello de creditoribus prioribus habentibus expressam hypothecam.

LIBELLVS XIII.

¶ *De viribus oblationum quo ad præiudicium creditorum personalium.*

SVMMARIVM.

1 *Offerens bona & non se, qualiter creditoribus anterioribus præiudicet, & qualiter eis subueniatur.*

2 *Oblatione facta sub nomine hæreditatis, qualiter creditoribus subueniatur.*

3 *Offerens se sine suis, an & qualiter præiudicet creditoribus suis.*

4 *Offerens se & sua, an præiudicet creditoribus personalibus.*

TErtiodecimo principali loco tractandum est de viribus oblationum prędictarum quo ad creditores anteriores personales duntaxat ipsorum offerẽtium, vtrum illis per huiusmodi oblationes pręiudicetur, & qualiter agere possint. qui ar. est magis difficilis, quàm sint duo præcedentes. Pro ipsius tamen artic. clariori declaratione, prosequar tria membra princ.

¶ Primum, quando quis obtulit bona & non se.

¶ Secundum, quando obtulit se & non bona.

¶ Tertium, quando obtulit se & bona.

1 ¶ Primum autem † membrum, quando obtulit bona sua & non se, prosequar secundum varios modos offerendi, secundum quod dixi supra, libello 8. Arbitror igitur dicẽdum, quòd aut iste obtulit omnia bona sua pręsentia & futura, iura & actiones pręsentes & futuras: vel sub alia quacunque forma, secundum quam veniunt non solùm præsentia, sed etiam futura, secũdum ea quæ latius explicauimus supra libello 8.

¶ Est tamen aduertendum, quòd cum bona alicuius intelligantur, deducto ære alieno, vt l. mulier bona. & l. si mulier. §. ex asse. ff. de iure do. & l. 2. §. illud. ff. de colla. bono. & l. Papinianus. §. quarta. ff. de inof. testam. & l. fin. §. vbi autem. C. de bo. quæ lib. & l. subsignatũ. §. bona. & l. Princeps bona. ff. de verb. signif. & l. 2. ff. de bon. poss. Ideo in prædictis casibus arbitror distinguendum, quòd aut ipsi creditores volunt conuenire hospitale actione personali, tanquam successorem, & non possunt: quoniã ille in quem fit vniuersalis translatio bonorum ex contractu, integro manente statu transferentis, non habetur loco hæredis, nec vt hæres conueniri potest, vt d. l. mulier bona. §. ex asse. & hoc expresè tenet Bal. in authen. ingressi. C. de sacrosan. eccles. & ibi etiam hoc idem videtur sentire Bart. & expresè tenet Io. Andr. post Io. de Lig. & sequitur do. Dom. de sancto Gem. in c. per exceptionẽ. de priuil. lib. 6. in fortioribus terminis, de quibus dicã in tertio casu, quando obtulit se & bona. Nec refragatur prædictæ conclusioni l. hæreditatem. ff. de dona. & l. 1. & 2. ff. de hæredit. vel actio. ven. In quibus probatur ꝙ ille in quem prouenerũt omnia bona, tenetur ad debita: quia illa iura loquuntur, qñ bona transferũtur sub nomine hæreditatis, quo casu cõtinentur actiones actiuæ & passiuæ: cum hæreditas sit nomen iuris, vt l. hæreditas. & l. nihil aliud. ff. de verbo. signif. Quod quando, & qualiter fieri posit, statim subijciam. Nec ob. l. 2. C. ad l. Iul. de vi. vbi probatur, ꝙ ille in quem translata sunt bona alicuius, tenetur creditoribus, ét personalibus: quia illa loquitur in casu quo mutatur status eius, & quo bona transferũtur, vt dicit Bal. in d. authen. ingresi. vel est speciale in fisco, secũdum quod no. Bal. in d. l. 2. Non ob. etiam l. Princeps bona. ff. de verbo. sign. quia illa vendicat sibi locum in dispositione Principis, qui habetur pro. l. vt l. pen. C. de don. inter vir. & vxo. & ita tenet Bal. in d. l. 3. C. ad leg. Iul. de vi. Non igitur possunt personales creditores hospitale, vel alium similem locum conuenire actione personali, in qua coercenda est persona, vt in c. quoniam. ad fi. & c. tuæ. vt li. a non contest. & l. 1. §. hæres. ff. ad Treb.[a] Actio enim perso-

---

ADDITIO.

a ¶ *Adde tex. not. in l. actionum genera, in prin. ff. de actio. & obl. facit glo. no. in l. 3. in prin. ff. pro socio. & l. Sticho. ff. de pe. glo. in l. si tertius. §. si quis prius. in verbo transibit. ff. de aqua plu. arc.*

personalis non sequitur fundum, seu bona, secundum personam. l. 1. C. de condi. indeb. l. fin. in fi. de contrahen. empt. C. de actio. & obl. l. cum instit. de fidei. hæred. §. si quis bona. Si ergo viuit qui obtulit, debet primo conueniri, & si non soluit, in contumaciam suam decernetur tenuta bonorum mobilium, si quam possideret: quibus deficientibus, concedetur tenuta bonorum immobilium: quibus nõ repertis, concedetur tenuta nominum debitorum, secundum formam l. à diuo Pio. §. si super rebus. ff. de re iud. & c. quoniam frequenter, §. fin. vt li. non contest. ex quo sequitur quod si hospitale occupasset omnia bona offerentis mittetur actor in possessionem istius actionis, quæ competit tali offerenti contra hospitale, vel similem locum: ex quo comprehendit omnia bona, non habita ratione ęris alieni, quoniam illa pars rerum, seu bonorum, quam ęs alienum absorberet, reperiretur esse penes hospitale, vltra vires oblationis, & sic sine causa. vnde repeti potest ex æquitate. l. si me & Titium. ff. si cert. peta. per condictionem quæ oritur ex illa. l. per regulam, locupletari. de regu. iur. lib. 6. & l. nam & natura. ff. de cond. indeb. vel per cõdictionem sine causa, vel per condictionem indebiti, vt in toto titulo. ff. de condi. sine causa. & de cõdi. indeb. Talis enim actio competens ipsi offerenti contra dictum hospitale. assignabitur dictis creditoribus in contumaciã rei non soluẽtis, & in defectum mobilium & immobilium, & tandem per ipsos creditores intentari poterit contra ipsum hospitale vel similem locũ, & idem arbitror dicendum mortuo ipso offerẽte: quia possent conuenire hæredes, vel si qui vellent pro hæredibus respondere. quibus contumacibus, similis ordo seruandus esset, de quo in præcedentibus.

¶ Aduertendum est ergo in modo agendi: ne fortè patefacti creditores in modo agendi, succumberent. & idem arbitror per omnia dicendum, si offerens offert omnia bona sua simpliciter. Si modo post oblationem prædictam alia bona non acquisiuisset, quæ ipse possideret: si ex quibus dictis creditoribus personalibus satisfieri posset: cum bona ẽt tunc intelligantur, deducto ære alieno, vt in iuribus supra alleg. Ideo autem dixi, nisi postea acquisiuisset: quia vt superius diximus, libello 8. quęst. 4. & 5. in tali oblatione non veniunt bona futura, & ideo si talis offerens post oblationem acquisiuisset alia bona: nulla fieret immisio contra ipsum contumacem. Si tamen talia bona postea quæsita non superessent, vel nulla postea acquisiuisset: esset agendum cõtra hospitale, prout superius est expressum: quia bona intelliguntur, deducto ære alieno, vt superius fuit ostensum. Et idem etiam dicendum est, si offerens obtulit omnia bona præsentia: quia expressio eorum quæ tacitè insunt, nihil operatur, vt l. 3. ff. de lega. 1. & superius diximus in dicto libello 8. q. 4. in fi. Nam & hoc casu intelliguntur bona, deducto ære alieno, vt superius est declaratum. Sit ergo conclusio, quòd in omnibus casibus in quibus oblatio fit sub tali conceptione verborum, quòd intelligatur facta, deducto ære alieno. seruanda est distinctio & forma prædicta.

2 ¶ Sed quæro † iuxta prædicta, quid si offerens fecerit oblationẽ non per verbum bonorum, sed per verbũ, hæreditatis, qualiter subueniatur creditorib.

¶ Sol. Hic aduertendum est, quod aut talis offerẽs fecit oblationem de omnib. bonis proprijs sub nomine hæreditatis propriæ, aut sub nomine hæreditatis alterius, quæ ad eum delata erat. Primo casu aduertendum est, ꝙ talis oblatio non videtur valere: quia hæreditas alicuius nõ potest per ipsum donari donatione inter viuos. l. hæreditas. C. de pactis conuen. vbi non valet pactum quando vice testamenti bona in aliquem trãsferuntur post mortem. Et per illum tex. dicit Bart. in l. fi. C. de pact. & l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verborum oblig. quem communiter omnes Doct. sequuntur, quod si quis donat hæreditatem, & sic per actum inter viuos: talis donatio nullius est valoris, vt l. cum donationis. C. de transac. quia hæreditas solo testamento conferri potest, vt l. hæreditatem. C. de codicil. Item probatur, quia speciale est in militibus, vt proprias hæreditates pactionibus conferre valeant. l. licet. C. de pact. de cuius l. intellectu plenè per Ioan. de Imo. in l. ille autem institutiones. ff. de hære. inst.

¶ Si ergo speciale est in militibus: ergo in contrarium est ius commune, vt l. 1. in fi. ff. ad municip. a cum alijs iuribus vulgatis. Accedat [a] etiam ad prædicta: quia ex quo per tale pactum, seu talem oblationem auferretur libera testamenti factio ei, qui remanet in seculo: merito non tenet, vt l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. oblig. & l. cũ duob. §. idem. ver. si societatem. ff. pro socio. Et hac ratione Doctores cõmuniter concludunt, quod faciens testamentum addit clausulam, ꝙ si contingat eum reuocare, ex tunc donat: quòd nõ valet, tradit Bar. in d. l. stipulatio hoc modo concepta. & Bal. in l. sancimus. C. de testam. & l. ex testamento. C. de fideiuss. & in c. 1. de feudo dato in vicem legis commissorię. Ad idem etiam facit quod tradit Io. de Imo. in d. l. stipulatio hoc modo concepta. vbi dicit, ꝙ si quis donat omnia bona post mortem hoc pacto, quod sit donatio inter viuos: quod non valebit, licet aliter nulla sit facta adiectio de futuris: quia ex quo dispositio est vniuersalis & collata in tempus mortis: videtur facta vice testamenti, per prααlleg. l. hęreditas. C. de pact. conuen. vbi noster casus. & hæc conclusio mihi placet, & ita aliàs ego consului. Vnde fit conclusio, quod nõ possunt bona offerri per viam hæreditatis, offerente remanente in seculo. Non obstant prædictis ea quæ dixi supra eodem, libello decimo, vbi conclusi valere donatĩonem omnium bonorum præsentium & futurorum, factam Ecclesię: quia respõdeo quod ibi voluit transferre bona per uiam contractus, quod est prohibitum, nec est repugnans actui qui geritur: hic verò vult transferre hæreditatem per viam contractus qui repugnat actui qui geritur, vt patet ex supradictis.

Secundo

ADDITIO.

a ¶ *Hæc ratio tolli potest per vnum, quòd etiam qui nihil habet, potest testari. l. si is qui soluendo non erat. ff. de hæred. inst. Item quia qui donat bona præsentia & futura, aliquid semper dicitur habere. l. obligatione generali, cum l. seq. ff. de pig. facit l. fi. C. de reuo. donat. per quæ fundamenta redditur dubia doct. Bart. in l. fi. C. de pact. quod donatio omnium bonorum inter viuos non valeat: quia tollit liberam testandi facultatem.*

Secundo casu, quando sub nomine hæreditatis alterius quis facit oblationẽ hæreditatis alterius, quæ ad eum peruenit. Dicendum est quòd aut isti sunt creditores ipsius offerentis proprij: & non est dubium quod hospitale nullo modo potest conueniri, vt de se manifestè patet. Aut sunt creditores illius hæreditatis, & non est dubium quod hospitale, cui oblata est talis hæreditas, tenetur illis satisfacere, vt in l. hæreditatem. ff. de do. hæreditas enim est nomen iuris, & continet in se actiones actiuas & passiuas, vt l. hæreditas. & lege, nihil aliud. ff. de verborum signif. nam eo ipso, quòd offertur hæreditas: tacitè videtur agi, quod donatarius satisfaciat creditoribus: quia vt dixi, hæreditas intelligitur cũ oneribus & emolumẽtis. facit, quod no. in l. si quis seruum. §. fi. cum l. seq. de leg. 2. Est tamen aduertendum, quòd si hospitale, vel alius locus pius, cui huiusmodi oblatio facta esset, nollet sponte ipsis creditoribus satisfacere: non possit hospitale vel alius locus pius conueniri, vt in l. 2. in l. fin. C. de hæred. vel act. vend. & l. 2. C. de pact. nec præcisè compelli ad soluendum ipsis creditoribus: etiam si expresè cõuenisset cum ipso hospitali de satisfaciẽdo ipsis creditoribus: cum hospitale teneatur ad factum, & sic succedit oblatio ad interesse, vt l. stipulationes non diuiduntur, §. Celsus. ff. de verbo. obliga. & l. si quis ab alio. in fi. de re iudi. vnde causatiuè cogetur hospitale, ne teneatur ad interesse, vel per actum præscriptis verbis, vt l. hæreditatem. in fi. ff. de donat. de cuius. l. intellectu ibi per gl. Bart. & Doct. vel etiam ex stipulatu, si stipulatio intercesit: vel etiam ad pœnam si pœna promissa est, si promissa non adimplea rentur, vt Instit. de verb. oblig. §. fin. [a] Est tamen aduertendum, quòd licet hospitale non posit conueniri, sed offerens. Si tamen hospitale conuentum spontè susciperet iudicium, tenetur vtilibus actionibus: nec posset amplius offerens conueniri: quia liberatur ope exceptionis, & hoc contingit vi taciti pacti, & iste est text. singularis in l. 2. C. de pactis. Notandum tamen, quòd si esset fiscus, qui offerret dictam hæreditatem hospitali: hospitale tunc deberet conueniri à creditoribus, vt l. 1. C. de hæredi. vel act. vend. Est etiam notandum, quòd si hospitale nollet soluere creditoribus, nec subire iudicium propter quod ipse offerens conueniretur, & cõdem natus solueret aliquid, etiam indebitè: illud repetere potest ab hospitali, vt l. 2. §. solet. ff. de hæred. vel act. vendi. quamuis fortè si scienter & spontè solueret, non posset repetere, vt ibi not. Et ad istam materiam videnda sunt quæ latius explicauimus in tit. de hęred. vel actio. vend. Sed quoniam superius diximus de oblatione facta sub tali cõceptu verborum, quod intelligitur, deducto ære alieno. Quęro nũc, quid si oblatio fuerit facta sub tali conceptione verborum, propter quam non intelligatur fieri, deducto ære alieno: puta si dixerit, Offero omnia mea bona mobilia & immobilia, quo casu non veniunt etiam futura: nec iura & actiones, vt supra diximus libello 8. q. 6. Vel etiã si dixerit: Offero omnia bona mobilia & immobilia, præsentia & futura, vt ibi dictum fuit. Et in prædictis casibus: quia non intelliguntur talia bona oblata esse, deducto ære alieno: arbitror aliter dicendum, quàm dixerim in superioribus. Distinguo igitur, quòd aut dictus offerens habet alia bona, vel iura, præter ea, quæ oblata sunt: quibus valet creditoribus satisfacere, aut non. Primo casu, dico Ecclesiam vel hospitale à creditoribus offerentis conueniri non posse aliquo modo: quoniam personalis actio non sequitur fundum, imò personam, vt supra dictum fuit. Et hoc tenent Doctores in authen. ingresi. C. de sacrosanct. eccl. & tenet glo. in casu fortiori, in l. si peculium. §. sed si dominus. ff. de pec. lega. Aut enim ipse offerens, vel eius hæres à creditoribus conuentus satisfaciet, & non est vlterius quærendum. Aut non: & tunc in contumaciam non soluentis concedetur tenuta bonorum & iurium, secundum formam traditam à iure superius expressam. Secundo verò casu, quando non haberet bona, aut alia iura, quibus offerens posset creditoribus satisfacere. Docto. etiam eo, quòd indistinctè loquuntur, quod Ecclesia vel hospitale non tenetur talibus creditoribus personalibus: videntur hoc casu idem cõcludere, quod in superiori casu proximo. Ego verò arbitror aliter dicendum fore videlicet, quòd aut ipsi creditores volunt conuenire hospitale, vel Ecclesiam, cui facta est oblatio, directa actione personali, & non possunt, quia vt sępius dictum est, personalis actio non sequitur fundum. Et hoc casu procedat conclusio Docto. in d. authen. ingresi. Aut ipsi creditores volunt intentare reuocatoriam, quia dicunt dicta bona alienata in fraudem. & isto casu subdistinguendum est, quod aut hospitale vel similis locus, talem obligationem
b recipit ex causa lucratiua, aut ex causa onerosa. [b] Primo casu tenetur satisfacere creditoribus vsque ad concurrentem rei valorem: quoniam talia bona præsumit lex fore alienata in fraudem creditorum. vnde fit reuocatio, seu tenetur hospitale: quatenus bona alienata sufficiunt, vt in l. si quis cum haberet. ff. de his, quæ in fraudem cred. & quasi per totum. & in lege, ignoti. C. de reuoc. his quæ in frau. cred. & quasi per totum. Est tamen aduertendum: quia posset circa prædicta dubitari. Quid si res oblata ex causa lucratiua esset effecta sacra: vtrum hospitale vel similis locus teneatur. & arbitror quòd nõ: nisi hospitale participasset de fraude, per ea, quę supra dicta fuerunt, lib. 11. Si vero hospitale vel similis locus, non ex causa lucratiua, sed ex causa onerosa oblationem recepit: Exemplum, si aliquid dedit in recompensationem rei oblatæ: vel promisit se daturum aliquid annuum, vt facere consueuit: subdistinguendum est, quod aut hospitale non participauit de fraude, licet alienans fuerit in fraudem, tamen quia dolus ipsius non debet hospitali nocere: non tenetur hospitale, vt in d. l. ignoti, & in d. §. hoc edictum. neque in dubio præsumitur hospitale de fraude participare, vt in iuribus supra allegatis, & in l. quo-

ADDITIONES.

a ¶ *Ad hanc materiam vide pulchrum consilium Pet. de Anchar. in consi. 5. quod incipit, pro parte N. viri Dom. Roberti Mauroceni Veneti. vbi quærit, an quando pauperes Christi instituti cedunt aut vendunt hæreditatem: emptor possit conueniri.*

b ¶ *Quæ sit ratio, quare quis teneatur reuocatoria ex causa lucratiua, & non ex causa onerosa. vide Doct. in §. item si quis in fraudem. circa glo. 1. Inst. de act.*

l.quoties.§.qui dolo. ff.de proba. Posset tamen hoc casu attentari, licet Docto. non tangant, quòd hoc procedit, si modo causa onerosa esset compensabilis & conformis oblationi celebratæ: secus si non esset compensabilis: vtputa, si pro magna oblatione aliquid paruum hospitale concederet, vel se daturum annuatim obligaret, argum. not.in authent. vnde si parens.C.de inoffic.testam. & l.si unquam. C.de reuo.dona. nam ex qualitate negotij,& ex circunstātijs præsumeretur in fraudem facta,& in fraudem recepta.faciunt no.in c.2.de pœn.lib.6.& in l. qui dolum.C.de probat.& in l.quoties. §.qui dolo. de probat.cum sim. Et prædicta omnia in prædictis casibus decisa & distincta,habent locum, & multo fortius si facta esset oblatio bonorum mobilium tātum, vel bonorum immobilium tantum, vel bonorum quorundam particulariter, vel singulariter designatorum, & vbicunque facta sit per verbum, bonorum, adiuncta tali qualitate, quod nō intelligantur, deducto ære alieno. Si verò oblationem facit per verbum, rerum: tunc si obtulit omnes res præsentes & futuras, veniunt iura & actiones, vt dictum fuit supra, lib.8.quæst.11. Si verò obtulit res simpliciter, non intelligitur nisi de præsentibus, dixi sup.
a lib.8. quæst.12. Ista [a] enim est regula, vt ibi dixi, q̄ vbicunque tractatur de translatione dominij, publicatione bonorum, vel eorū quæ sunt grauis præiudicij, nunquam veniunt bona futura, nec res postea acquisitæ, probatur in l.si tibi mandatum. §.is cuius.ff.man.& in c.fœlicis.de pœnis.li.6. Venirent tamen iura & actiones præsentes, seu præsentia, per dictam legem, rei appellatione. Si verò dixisset, res mobiles & immobiles, præsentes & futuras, non venirent iura & actiones,& idem si dixisset, res omnes mobiles & immobiles, quo casu nō venirent postea quæsitæ: nec venirent iura & actiones, vt no. Spec. in tit.de fruct.& interesse.§.1.vers.item quæritur.& in ti.de ces.actio. in §.1. versi.sed nunquid. & l.Caius.in prin.ff.de leg.2.& in l.quā Tuberonis.§.in peculio.ff.de pecu.& Bal.in c.sciendum.de feu.cog.in vsib.feu. vel si dixisset, res mobiles tantum: vel res omnes immobiles tantum: vel res quasdam particulariter designatas. Et in prędictis omnib. casibus, q̄n offerens locutus fuit per verbum, rerum, dicendum est, cum quæritur, an hospitale creditorib.teneatur in omnib. & per oīa, prout dictū fuit supra in oblationibus factis propter verbum, bonorū mobilium & immobilium: vel mobilium tm̄, vel immobilium tātum: vel bonorū particulariter designatorum. An sit locus Pauliana, seu reuocatoria, vel non sit locus, & qualiter, & in quantū, vt plenè superius explicaui.

3 ¶ Circa secūdum † principale membrum, quando quis offert se sine suis, quod fieri potest, vt latius diximus supra, lib.8. quæstio. 22. Dicendum arbitror, quòd hospitale, vel alius locus pius non tenetur de debitis contractis ante oblationem, sed debet ipse offerens, cum bona retinuerit, & velle & nolle non amiserit, vt traditur 27. quæst.2. c.vt lex continentiæ. tenetur ergo ipse satisfacere, vt ibi colligitur,& probatur ex no. per Io. Andr. in c.per exemptionem, de priuil.lib.6.& per no. Io.Andr.Innoc. in c.1. de obliga.ad ra. & in authen.causa quæ fit cum monacho. C.de sacrosanct. eccles. Et adde ad prædicta, quæ dicam in lib.seq.in 2. membro.

4 ¶ Circa tertium † membrum principale, quando obtulit se & sua, vtrum fiat præiudicium creditoribus personalibus, pro solutione arbitror coniungenda quæ dicta sunt in primo membro respectu bonorum, & in secundo membro, respectu personæ, & hoc indubitanter dicendum est, quod quando oblatio non esset facta vniuersaliter de omnib. bonis præsentibus & futuris, iuribus & actionibus, sed quando esset vniuersaliter facta oblatio, ita q̄ etiam iura & actiones etiam futura venirent in tali oblatione, quāuis fortè de iuris rigore dictum hospitale non posset conueniri, nisi eo modo & forma, de quibus supra dixi in primo membro: quia status istius oblati non est omnino mutatus, sicut si obtulisset se alicui regulæ approbatæ, in quo faceret professionem: tn̄ ex quadam ęquitate videtur hospitale vel talis cōueniri posse, vt vniuersalis successor: cum status talis oblati sit aliqualiter mutatus. faciūt no.per Bar.in auth.ingressi.C.de sacrosan.eccles.& no. in l.2. C.ad l.Iul.de vi pub. no. per Io.Andr.& d.Do.post Io.de Lig.i c.per exemptionē, de priuil.

ADDITIO.

a ¶ *Adde glo.in l.non ad ea.ff.de condi.& demonstr. quam dicit esse not.Ias.in l.fin.in princip.in pen.col.circa medium.ff.si cer. pet. adde l.quoties,in fi. & ibi glo. & Io.de Imo.ff.de nou. Bal. in l.fin. C.de contrah.empt. Bal. in l.1.C.de bon. quæ lib. Bal.in l.3.C.ad l.Falc.*

LIBELLVS XIIII.

¶ *De effectibus oblationum respectu præiudicij creditorum, qui superuenerunt post factam oblationem.*

SVMMARIVM.

1 *Hospitale non potest conueniri pro bonis, sine persona sibi oblatis.*

2 *Hospitale an possit conueniri pro persona sibi oblata, sine bonis.*

QVARTODECIMO principali artic. tractandum est de effectibus oblationis, respectu præiudicij creditorum, qui superuenerunt post factam oblationem. Circa quē articulum arbitror distinguenda tria membra.

¶ Primum, quando obtulit bona duntaxat.

¶ Secundum, quando obtulit se, & non bona.

¶ Tertium, quando obtulit se & bona.

1 ¶ Quo ad primū dicendum est,† q̄ hospitale nō pōt aliquo modo conueniri, non solū si essent creditores personales, sed ēt si haberent tacitā vel expressam hypothecam: quia cū bona oblata tēpore oblationis nulli essent obnoxia, transiuerunt sine aliquo onere: nec potuit offerens postea facto suo prędicare hospitali, per regulam, id quod nostrum,& regulam, non debet alteri. de reg. iur. & hoc est de se
a manifestum, quod [a] tamen fortè limitādum est, nisi præsu-

ADDITIO.

a ¶ *Adde gl.Io.Fab. & latè Nic.de Neapo. in §.item si quis in fraudem. Inst.de act.Bal.in auth. sed iā necesse. C.de don. ante nuptias. Sal.post Bal.in l.si quis post hoc. C.de bon.pos.Bal.in l.res quæ.C.de do.inter vir.& vxo.*

præsumatur facta oblatio ratione delicti cõmittendi, seu post delictum commissum: ne fortè bona publicarentur, secũdum tradita per Doct. in l. post contractum. ff. de donat. & secundum ibi tradita regulandus esset ille casus.

2 ¶ Quoad secundum membrum,† quando obtulit solùm se & non bona, dicendum est, ꝙ hospitale, Ecclesia, vel alius locus pius, cui facta est talis oblatio, non potest conueniri: si modo talis oblatus fecit contrarium nomine suo proprio ad propriam vtilitatem: nec bona sua aliquo modo deuenerunt ad ipsum hospitale, nec aliquid versum est in vtilitatem ipsius hospitalis: quia debitum non solùm oblati, sed nec Prælati obligat Ecclesiam. c. 1. de depos. 16. q. 6. c. si Episcopum. & in cap. non licet. & in reg. delictum personæ. de reg. iur. lib. 6. debet igitur ipse offerens conueniri, & ipse tenetur satisfacere. ideo autem dixi, si contractum fecit nomine proprio: quia secus si nomine hospitalis: habens a dicto hospitali mandatum, vel id fecit ratione alicuius officij, quod habet ab ipso loco: quia tunc vigore mandati vel officij posset obligare dictum hospitale, vt traditur per gl. in c. 1. de depos. Exemplum in hospitali nostro Sãctæ Mariæ de la Scala, in quo cõstituuntur Camerarius & Peregrinarius, quorum alter recipit deposita indigenarum: alter deposita peregrinorum: nam si tales recipiunt deposita iuxta officiũ eis deputatum, Ecclesia vel hospitale obligatur: aliàs secus, nisi aliquid fuerit creditum ipsi oblato de consensu Prælati, seu Rectoris & Capituli, quo casu Ecclesia teneretur, etiam si nihil lucri reciperet, secundum Dom. Anto. & Zabar. in d. c. 1. de depo. per illum tex. & per c. quod quibusdam. de fideiuss. Innoc. tamen in c. 1. videtur sentire contrarium dicens, quòd licet fiat depositum in præsentia Prælati & Capituli, non tenetur Ecclesia, nisi aliquod lucrum Ecclesia sit inde secuta. alleg. l. licet. §. si filius. ff. de pecu. quod dictum dicit Abb. sic nõ ponderatum à Doct. & quod videtur sibi satis not. nam quòd Ecclesia recipit aliquod lucrum, potest dici contractus initus gratia vtriusque: meritò Ecclesia obligari debet, sicut in alijs contractibus. Sed quando fit gratia deponentis: tunc non occurrit ratio, quare Ecclesia debeat teneri: saltem cũ sit perueniendum ad distinctionem rerum immobilium, vel mobilium pretiosarum ex contractu Prælati & Capituli, non inito ad vtilitatem Ecclesiæ, contra c. sine exceptione. 12. quæstio. 2. & contra rationem l. præses. C. de transact. & ad d. c. 1. de depos. potest responderi, quod ibi non compellebatur Ecclesia, sed Canonici, qui poterant compelli ex reditibus eorũ. d. c. 1. in fi. quod dictum est satis mirabile. Ex quo ego infero, quòd si contractus fieret gratia solius cõtrahentis cum Ecclesia, non videretur sufficere, ꝙ accesserit consensus Prælati & Capituli: nec videretur sufficere, quod per Capitulum & Prælatum aliquis esset constitutus officialis, seu procurator ad tales contractus, & sic licet aliquis esset deputatus procurator, vel officialis ad suscipienda deposita, prout fit in hospitali prædicto Sanctæ Mariæ: Ecclesia non obligaretur, si depositum solummodo fieret gratia deponentis tantum: cuius contrarium tenent communiter Docto. in d. c. 1. quod dictum videtur mihi magis æquum & rationabile: si talis officialis vel procurator sit factus cum solennitatibus opportunis. Redeundo igitur ad ipsos oblatos dicendum est, quòd Ecclesia vel hospitale, vel similis locus obligatur ex contractu ipsius oblati: altero ex his interueniente, vel quòd sit constitutus procurator, vel officialis ad illud: vel accesserit consensus Prælati & Capituli, vel fuerit versum in vtilitatẽ Ecclesiæ, seu hospitalis, & quatenus fuit versum in vtilitatem Ecclesiæ, vel hospitalis, vt traditur à Doct. in d. c. 1.

¶ Quoad tertium membrum, quando obtulit se & bona sua, satis clara potest colligi conclusio ex his quæ dicta fuerunt in duobus præcedentibus membris: nam respectu bonorum dicendum est, vt in primo membro: respectu personæ, dicendum est, vt in secundo membro.

LIBELLVS XV.

¶ *De effectibus oblationum respectu præiudicij aliorum, qui non sunt creditores.*

SVMMARIVM.

1 *Oblatio facta à patre, an præiudicet viuentibus filijs.*
2 *Filij non agent contra hospitale, cum pater omnia bona sua obtulit.*
3 *Oblatio, an præiudicet filijs futuris.*

QVINTODECIMO principali libello tractandum est de effectibus ipsarũ oblationum respectu præiudicij aliorum, qui non sunt veri creditores, sed possunt prætendere aliquod ius respectu rerum oblatarum. Exemplum in eo qui offert bona sua, & habet filios.

¶ Circa quem articulum potest primò dubitari, vtrum talis oblatio valeat in præiudicium filiorum. Et hanc materiã diuido principaliter in duo mẽbra.

¶ Primum erit respectu filiorum, qui viuunt tempore factæ oblationis.

¶ Secundum, de filijs qui post factam oblationem sunt suscepti.

1 ¶ Circa primum mẽbrum, quo quæritur, † vtrum oblatio facta per parentes habentes filios, præiudicet ipsis filijs viuentibus tẽpore oblationis. ¶ Sol. Si nos loqueremur de donatione, quæ fieret alicui priuato, vel in causam non piam, quæst. prædicta haberet solùm dubitationem inofficiosæ donationis. Verùm, quia nos loquimur in oblatione, quæ fit Deo vel Ecclesiæ, hospitali vel loco pio, aut in piam causam, oritur primo dubium, vtrum propter hanc qualitatem filius excludatur à querela inofficiosæ a donationis. In [a] quo dubio, omissis opin. sequendo communem opinionem, dico, quòd causa pia non

ADDITIO.

a ¶ *Intellige, quòd quoad legitimam tantum, magis fauetur filio, quàm piæ causæ, sed testamento condito, potius fauetur piæ causæ, quàm liberis. Ita dicit D. Alexan. in l. pactum quod dotali. in 4. col. C. de pact. & plenius in consi. 66. incip. viso testamento. in 3. col. in fi. in 2. volum. Refert & sequitur Do. Ias. l. 1. in 2. lectu. in 5. col. C. de sacrosan. eccles.*

non operatur, quòd filius sine causa possit exhæredari, & priuari sua legitima, secundum not. per Bartolum in l. 1. C. de sacrosanct. eccles. qui enim vult filium exhæredare, & Ecclesiam instituere, aliũ quærat quàm Aug. 17. q. 4. cap. quicunque. & pro hoc etiam facit tex. bon. in l. si quis ad declinandam. C. de episco. & cler. qui vult, quòd pietas filiorum excedat pietatem loci pij. faciunt etiam not. per Aegi. Host. Ioan. Andr. & Abb. Sicu. in c. fin. de post. vbi volunt, quòd quis sit magis obligatus coniunctis, maximè filijs, quàm Ecclesiæ: etiam si ab illa recipit beneficium. Ad quod faciunt, quæ dixi in Tractatu de postu. §. 3. Et pro prædicta conclusione facit optimus textus, 13. quæst. 2. cap. si quis irascitur. faciunt etiam no. per Bald. in authen. si qua mulier. C. de sacrosan. eccles. Et ad hoc etiam videnda sunt quæ latius dixi in titu. de exhæred. lib. Posita igitur hac conclusione, quod filius propter piam causam, non possit priuari legitima, quoad decisionem q. Si pater offert bona sua Ecclesiæ vel hospitali, aut alteri pio loco: An præiudicet filijs iam susceptis, & quando, & in quantum. distinguendum est, quòd aut pater obtulit omnia bona sua: aut partem bonorum. Primo casu, aut obtulit gratis, & sine aliqua remuneratione, vel onere: aut recipit oblationem ex aliqua causa onerosa. Primo casu, quando obtulit gratis, dicendum est, quòd filius potest agere querela inofficiosæ donationis, vsque ad reuocationem legitimæ. C. de inoffic. do. per tot. tit. & latè in l. 1. C. si quid in frau. pa. & tradunt Doctores, maximè Bald. in l. 1. C. de inoffic. do. vbi singul. dicit, quod hoc procedit, etiam si filij sint hęredes patris: quia ex quo istud reperitur inoff. factum, & sic quodammodo in fraudem: nõ potest obijci, quod sint hæredes eius, qui donauit, & sic contra factum defuncti non posse venire, per regulam l. cum à matre. C. de rei vendic. quia hoc est propria actio filij, quæ tendit ad rescindendam patris fraudem. facit l. 1. §. 1. ff. si quid in fraudem pa. Nec obstat filio iuramentum paternum: quoniam iuramẽtum ex parte iurantis, est personale, vt in c. veritatis. de dolo & contuma. nec etiam filius, quamuis hæres, incideret in pœnam per patrem commissam, si contra fieret, vt no. glo. in l. si patronum. §. si patronum. ff. si quid in fraud. pa. vbi vult, quod quãdo lex rescindit principalem alienationem, rescindit etiam pœnalem, quæ est accessoria argu. l. cum principalis. ff. de reg. iur. & sic idem in iuramento, quod est accessorium ad contractum, vt in l. fin. C. de non num. pecun. facit etiam: quia licet contractus nullus quandoque firmetur iuramento, vt in c. cum contingat. & ibi latissimè per Ioan. de Imola, de iureiur. & cap. quamuis, de pact. lib. 6. & c. licet mulieres. de iureiu. lib. 6.

a & per Bart. latè in l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. [a] nõ tamen firmat in pręiudicium tertij, vt no. dicto cap. quamuis. & probatur: quia res inter alios acta &c. cap. penult. de re iudic. & in rubr. & in C. res inter ali. act. facit quod no. in fi. §. filius autem. C. de bon. quæ lib. & tradit Ioan. de Imola, in dicto cap. cum contingat. de iureiur. Secundo casu, quando oblatio nõ fuit facta ex mera liberalitate, sed fortè quia Ecclesia vel hospitale in recompensationem dedit aliquam eius possessionem, ad vitam offerentis, longè fortè maioris valoris, quam id quod offertur, vt quotidie contingit, vel promittit dare aliquid annuum, donec offerens viuit, & hoc casu, si ex his fructibus, vel annuis reditibus, tantum superest, quòd sufficiat ad legitimam filiorum: res est clara. Si verò omnia dilapidasset, arbitror distinguendum, quòd aut id quod hospitale dedit offerenti in recõpensationem, erat æquiualens & correspondens bonis oblatis, & hoc casu, Ecclesia vel hospitale ad nihil tenetur. facit quod no. glo. in l. 1. C. de inofficio. do. & sentit Barto. post Dyn. in l. hæreditarium. ff. de bon. author. iudic. poss. nec potest dici, quòd non potuerit pater hæc facere, cum rei suæ, & c. vt l. in re mandata. C. man. nec est aliquid imputandum eccles. vel hospitali, ex quo dignam tribuit compensationem. facit l. nemo prædo. ff. de regu. iuris. videtur enim tantundem ab hospitali, vel Ecclesia abesse, quantum dedit in recompẽsationem. argum. l. planè. §. quod si rem emissem. & l. apud Iulia. §. si Titius, & l. non amplius. ff. de leg. 1. iuncta l. quia qui pretio. ff. de vsufru. Si verò quod traditur ab Ecclesia vel hospitali ipsi offerenti, non est æquiualens: arbitror aduertendum, vtrum quod traditum est ascendat ad legitimam filiorum, habita recta compensatione omnium hinc inde, & eorum quæ traduntur, & fructuum qui recipiuntur ex rebus oblatis, & hoc casu arbitror, hospitale vel similem locum non teneri, argu. eorum, quæ statim dicam in seq. casu. aliàs hospitale tenetur, arg. eorum, quæ superius dicta sunt.

2 ¶ Secundo † casu principali, quando non obtulit omnia bona, dicendum est, quòd filij nõ possunt agere contra hospitale, vel Ecclesiã ad reuocandum totum, sed possunt agere duntaxat ad supplementum, quatenus eis deficit ad legitimam, vt d. l. 1. C. de inoffic. donatio. & ibi glo. opti. & Doctores, & fuit sententia Baldi ibidem, & probatur in plurimis ll. huius tituli. Verùm, ne videar hic velle examinare titulum illum de inoffic. donatio. faciam finem. Et si quæ dubitationes circa materiam prædictam occurrent, recurrendum est ad illum titulum, & ad ea quæ latè dixi in eod.

¶ Sed circa prædicta, volo emittere not. q. Pone, pater monachauit aliquam filiam, & in ipsa monachatione aliqua obtulit super altare, quæ vulgares dotem appellant: deinde pater obtulit omnia bona sua hospitali, vel Ecclesiæ: An patre decedente monasterium ex persona filiæ monachatæ possit petere legitimam, & intellige, quòd dubium solùm faciat illud, quod oblatum est per patrem in ipsa monachatione: nec ex eo, quòd filia sit monachata, priuatur successione, aut legitima, vt plenè tractatur in authen. ingressi, & in authen. si qua mulier. & in corpore vnde sumitur. C. de sacrosanctis Eccles. imò quantum ad hoc efficitur melioris conditionis, vt in c. non liceat parentibus. 19. quæst. 3. in qua quæstione plura possent fieri argu. pro parte negatiua, concludentia, quòd talia oblata per patrem,

ADDITIO.

a ¶ *Vide Barto. in consil. suo incip. quæro, dicit statutum, quod minor. & de viribus iuramenti, vide pulchrè per Ias. §. item si quis postulante. in secunda colum. cum duabus sequen. Instit. de act.*

trem, non auferant potestatem tollendi legitimam: nec sint in legitimâ imputanda: nam cum istud pleno iure non efficiatur filij, sed monasterij: meritò non computatur in legitimam, vt l. cum scimus. §. repletionem. C. de inoffic. testam. sed omitto: quia Bartolus tenet contrariam sententiam in l. prima, §.
a si parens. ff. si quis à pa. fu. ma. vbi [a] concludit, quod quia in vulgari hoc datum simpliciter succedit loco dotis, vt etiam sentit idem Bart. in l. Titio centum. §. fin. ff. de conditio. & demonstrat. in fin. quæst. meritò videtur, quòd non possit reuocari oblatio occasione legitimæ. Et eandem sententiam sentit, consil. 65. quod incipit, Facta est, sed latius consil. 109. quod incipit, Narnensis, vbi latius loquitur dicens, quòd licet inter monachum & monasterium non contrahatur matrimonium: quia solus Abbas contrahit, vt in cap. quia propter. de electio. & sic datum pro muliere non possit dici dos: maximè, quia saperet symoniam, quæ est prohibita, ut in capit. non satis. de symonia, quamuis non sit vera dos: tamen sortitur naturam illius. & ideo sicut vera dos computatur in legitimam, vt l. quoniam nouella. C. de inofficioso testamen. ita etiam computabitur ista. & hanc etiam sententiam tenet Dom. Bartol. de Salyce. in dicta l. quoniam. Si tamen prædicta dos non sufficeret ad legitimam, posset agi ad supplementum legitimæ, vt d. l. 1. C. de inoffic. dona.

3 ¶ Circa secundum † membrum principale, quo quæritur, quid si tempore oblationis offerens non habebat filios, sed illos postea suscepit: vtrum filij
b postea nati possint illam reuocare. Materia [b] est satis ampla, & circa eam plures oriuntur no. quæstio. Conclusio est, quòd sic, per l. si vnquam. C. de reuoc. do. & est textus 17. quæstio. 4. cap. quicunque. sed non intendo materiam prædictam hic tractare: quia esset facere alium Tractatum. Sed pro decisione plurimarum quæstionũ, quæ circa materiam istam possunt occurrere, videnda sunt quæ latius dicuntur in l. si vnquam. C. de reuoc. dona. & quæ latius traduntur per Dom. Anto. de Prato vete. in repet. l. in quartam. ff. ad leg. Falc. & quæ latè dixi in tit. de reuoc. do.

¶ Vnum sufficit hic ponere ad cautelam hospitalis, vel similis loci recipientis huiusmodi oblationes, quod faciat, quòd offerens renunciet dispositioni d. l. si unquam. & d. c. quicunque. quod nullo modo intendit reuocare donat. maximè per susceptionem liberorum postea nascẽdorum: nec etiam propter aliquam quamcunque causam etiam maiorem causis expressis, argumento eorum quæ latè dixi in Clem. 2. de procura.

ADDITIONES.

a ¶ *Vide not. in l. si quando. C. de inoffic. testam. & Bal. in l. fin. in 13. colum. C. de dot. promiss. vbi vult, quòd pater teneatur dotare filiam volentem ingredi monasterium.*

b ¶ *Vide Rom. in consi. 25. incip. pro decisione eorum. & in consi. 166. vbi etiam ponit, an per iuramentum quis videatur renunciare beneficio dicta l. si vnquam. vide etiam Ioannem Andr. in additio. Specula. in titu. de donatio.*

LIBELLVS XVI.

¶ *De effectibus oblationum, respectu vtilitatis ipsorum offerentium.*

SVMMARIVM.

SExTODECIMO princ. loco tractandum est de effectibus oblationum, respectu vtilitatis ipsorum offerentium. Circa quam materiam tractabimus de vtilitate respectu offerentiũ, & eorum pro quibus offeruntur: siue sint sine peccato, siue in peccato. & tam respectu gratiæ diuinę, quàm alimentorum, & quid iuris, quando oblatio esset facta liberaliter, vel ex causa, & quid si offertur aut exponatur infans. Circa primum, dicendum arbitror, ꝙ oblationes ad ipsorum offerentium vtilitatem, secundum diuersas species earum, diuersos effectus operantur: nam si quidem oblatio fiat, vt id quod offertur, exhibeatur in cultum diuinum, quã oblationem ad sacrificium & holocaustum pertinere diximus, cum talis dicatur exercere actum latriæ per aliquid quod de rebus exterioribus Deo offertur, quam clarum est esse iustitiæ speciem: cõsequitur talis offerens tam vtilitatem quam pars consequi debet ex actu iustitię. satisfacit enim diuino pręcepto, si modo soli Deo, & non Dijs offeratur. Nã qui imolat Dijs occidetur, vt habetur Exodi c. 22. Satisfacit etiam legi naturæ. naturalis enim ratio dictat, quòd alicui subdatur propter defectus, quos in seipso sentit: in quibus ab aliquo superiore indiget adiuuari & dirigi, & iste est ille superior, qui apud omnes dicitur Deus. Nam sicut in rebus naturalibus, naturales inferiores subdũtur superioribus: ita etiam naturalis ratio dictat homini, secundum inclinationem naturalem, & ei, quod est sup. hominum subiectionem, & honorẽ exhibere secundum suum modum. Est autem conueniens modus homini, vt sensibilibus signis vtatur ad aliqua exprimenda: quia ex sensibilibus cognitionẽ accipit, & ideo ex naturali ratione procedit, ꝙ homo ex quibusdam sensibilibus rebus vtatur offerens eas Deo in signum debitæ subiectionis & honoris, secundum similitudinem eorum, qui dominis suis aliqua offerunt in recognitionem dominij.

¶ Si ergo tales oblationes fiũt ab his, qui sunt sine peccato: cum per eũ modum dicatur offerri Deo odor suauissimus: tales diuinam gratiã consequuntur, iuxta illud Psalmi: Sacrificium Deo spiritus cõtribulatus. Sed de his oblationibus satis, quia vt in principio diximus, nõ est intentionis nostræ de his tractare in hoc opere: nec etiã de effectibus earum oblationum, quas ad primitias & decimas in principio pertinere diximus: quia de his suis locis tractabimus. Si verò fiat oblatio ad finẽ, vt id quod offertur, diuino cultui deputetur: vel in vsus ministrorũ Ecclesiæ, aut similium locorum exponatur: nulla tamen subsistente necessitate, cõsequitur pręmium liberalitatis, quã exercet, & diuinam gratiam consequitur, si amore Dei illud agat, & si hoc agat in statu gra-

tu gratiæ, alios vberrimos fructus cõsequitur, vt ex inferioribus colligi potest. Si verò subsistente necessitate ecclesiæ vel ministrorũ ibi degentium fiãt: cum talis dicatur misericordia moueri, & per consequens charitatem exercere, cõsequitur effectus charitatis & misericordiæ, vnde in Euang. Matth. c. 5. dicitur: Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Et si tales oblationes fierent ex necessitate præambulæ obligationis & voti, vel per distributionem incertorum: offerens etiam vtilitatem liberationis consequeretur, quam consequitur etiam si tales oblationes faceret, non existens in statu gratiæ. Insuper si pro redimẽdis peccatis fierent per negligentiam commissis: liberationem seu remissionem illorum peccatorum quis consequeretur, iuxta illud Ezech. c. 7. vbi dicitur: De negligentia purga te cum paucis. & ibi dicit gl. quòd quamuis oblatio parua sit, multorum delictorum purgat negligentias. & subdit, quòd parua oblatio cum humili mente, & pura dilectione facta, non solum purgat peccata venialia, sed etiam mortalia. & idem tradit Beatus Thomas, 2. 2. quæst. 54. arti. 3. in 2. art. in sol. ipsius 2. art.

¶ Sed nunc circa prædicta quæro, quid si tales oblationes fiant ab his, qui sunt in peccato mortali, vtrum prosint eis. ¶ Sol. Dicẽdum arbitror, quòd oblationes quæ fiũt pro satisfactione obligationis, ad quam quis tenebatur, secũdum ea, quæ superius diximus, lib. 1. & 3. tales oblationes prosunt, sicut prodest beneficiato obligato ad dicẽdum horas canonicas, si illas dicat existens in peccato mortali, secundum ea, quæ traduntur per Abb. & Ioan. in c. quod quidam. de pœn. & remiss. & eorum, quæ no. ibi per glo. per no. de pœnit. dist. 3. c. pe. Reliquæ verò oblationes non videntur prodesse, etiam recepta postea vera pœnitentia. vnde datur versus in d. c. quod quidam. Viuere non possunt, quæ mortua nata fuerunt.

¶ Nam cum Deus nõ indigeat nostris operibus meritorijs, sed solùm ea agamus propter nos: merito quoad hominis vtilitatem Deus non acceptat opera nostra: nisi acceptet operãtem: vnde dicitur Genes. cap. 4. & de pœn. dist. 5. c. 1. in fi. Prius respexit Deus ad Abel. & deinde subiungitur: Et ad munera eius. Sed Deus nõ acceptat hominem existentem in peccato mortali: ergo opera existentia in peccato mortali, Deo non sunt accepta. Sicut dicit Apost. ad Corinth. 1. c. 13. Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas. Et si tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest &c. & ista est communis opin. glo. & Doct. in d. c. quod quidam. & Host. in summa in ti. de pœn. & re. §. & an factæ. ver. sed pone quòd aliquis. Consulo tamen, quòd licet quis existat in peccato, nõ abstineat ab huiusmodi oblationibus & cęteris bonis & pijs operibus: quia licet non prosint, quoad vitam æternam, tamen prosunt ad quinque.

¶ Primò, quia in tali homine, licet existat in peccato, faciente opera charitatis, Diabolus & Angelus malus non habet tantam potestatem, quantam aliàs haberet, sicut exemplificatur in Diabolo de Iudæo, qui se muniuit signo crucis, propter quod Dæmon non potuit illi nocere, & cum se præsentaret maiori suo, accusauit se in hæc verba: Inueni vas vacuum, sed signatum.

¶ Secundò valent, quoad satisfactionem bonorum operum, sicut dicitur de baptismo Io. qui non valuit ad remissionem peccatorum, sed ad satisfactionem, & præparationem aliorum, de consecr. dist. 4. c. non regenerabuntur.

¶ Tertiò ad minus supplicium subeundum, de pœn. dist. 3. c. si quis autem non habens charitatem. & ar. 89. dist. ad hæc Deus. de pœn. dist. 4. §. finis. de celeb. miss. cum Marthæ. 13. q. 2. c. tempus.

¶ Quartò ad corporalem prosperitatẽ & diuitias obtinendas. de pœn. distin. 3. c. cauendum est. & c. reuertimini. 16. q. 1. & c. 22. q. 2. si quælibet.

¶ Quintò ad hoc, vt dñs eum respiciat, & vt cor eius ad pœnitentiã citius illustret. de pœn. di. 5. vt falsus. in fi. nunquam tñ valent quoad vitã ęternã promerendam: quia qui sine charitate est, Deo placere non potest, vt dixi. Nec obst. prædictus quod superius dixi, ꝙ parua oblatio nõ solùm purgat peccata venialia, sed etiam mortalia, & sic videtur prodesse, etiam si fiat ab existente in peccato mortali: etiam quoad remissionem peccatorum: quia debes animaduertere, quod ibi dixi, ꝙ parua oblatio cum humili mente & pura dilectione. & sic sensit illa glo. ꝙ fiat ab eo, qui non sit in peccato mortali: quia tunc non diceretur fieri humili mẽte, & pura dilectione.

¶ Item ponderandum est, ꝙ illa gl. cum ministerio dicit, purgat. Non autem dicit, tollit, quare prodest ad purgationem, & sic pro satisfactione, præcedente pœnitentia. Hæc tamen omnia submitto correctioni & suppletioni Ecclesiæ & Theologorum.

1 ¶ Item quęro † circa prędicta, vtrum ecclesia vel hospitale, aut similis locus, cui facta est donatio, teneatur alimentare ipsum offerentem. Et est aduertendum, ꝙ ego nõ loquor de alimentatione respectu oblationis, ad quã hospitale vel similis locus teneretur ex sua institutione, vel regula, seu consuetudine: sed loquor, an teneatur tanquã donatarius alere ipsum offerẽtem, tanquã donatorem. Sol. In donatario propriè gl. in l. condemnatione. ff. de reg. iu. tenet, ꝙ donatarius nõ teneatur alimentare donatorem. gl. no. in l. fi. C. de do. tenet contrarium. & hoc etiam tenet Cy. qñ donatio consistit in magna quãtitate: aliàs tenet 1. opi. & hanc opi. sequitur D. M. Abb. Sicu. in c. fi. de do. pro qua allegat, quia ille qui donat magna, potest æquiparari patri: sed filius tenetur alere patrẽ, vt l. si quis à liberis. ff. de lib. agnos. igitur &c. Ego ẽt allego: quia clarum est, ꝙ donatio reuocatur, si donatarius inijcit manus in donato-
a rem, vt d. c. fi. sed [a] satis dicitur inijcere manus in donatorem, non præstans ei alimenta, vt l. necare. ff. de lib. agnosc. igitur &c. Et fortè propter hãc causam, quando necessitas esset magna, ita ꝙ esset locus l. necare. haberet locum secunda opinio: etiam si donatio esset in parua quãtitate, ita ꝙ posset reuocari donatio propter ingratitudinem, & hæc procedunt, quando quis faceret ex mera liberalitate: sed si aliquis fecerit oblationem non ex mera liberalitate: aut

ADDITIO.

a ¶ *Adde tex. in c. non satis. 86. dist. in c. pasce fame morientem. ea. dist. & in c. inter cætera. vbi gl. 22. q. 4.*

aut misericordia, sed aliquo recepto: nullum præmium consequitur quoad Deum, nisi quatenus maioris fuerit æstimationis, & præmij quod obtulit, quàm quod recepit.

2 ¶ Sed quæro, † iuxta prædicta, quid si offerens nõ fecit oblationem liberaliter, sed aliquo recepto: puta aliquo prædio vel annuo reditu, vel simili, & demum vendicatur, vel occupatur à creditoribus: vtrum hospitale teneatur præstare illud damnum, vel posit reuocare rem datam offerenti in recompensationem? ¶ Sol. Dic, quòd sic: quia ex quo offerens non obseruat fidem hospitali, pari ratione nec hospitale tenetur fidem illi seruare, vt l. cũ proponas. C. de pac. & not. in c. 3. & c. sicut M. de iureiu. Potest ergo tradita reuocare per condictionem ob causam, & hoc expresè tenet Bald. in l. 3. C. de donatio. ante nupt. faciunt no. in c. 3. de cler. coniug. & c. super eo. & c. statuimus. de reg. & in c. ex transmissa. de renun. cum sim. Et prædicta procedunt in oblationibus, quas quis facit pro se. Si autem quis facit oblationẽ pro alijs, maximè pro defunctis, vt consequatur aliquod præmium: dicam statim in 17. princ. lib. iuxta fin.

¶ Postremò circa hunc libellum placet subiungere, quòd si aliquis obtulit aliquem infantem vel puerum, qui propriè potius dicitur exponere, quã offerre, vt patet ex Rubr. C. de infanti. expos. quia licet hoc casu hospitale vel similis locus, vbi quis est expositus, videatur præstitisse alimenta pietatis causa, & ob hoc ab ipso exposito non posset repetere: tamen si aliquis repetit talem expositum tanquam suum: tenetur restituere alimenta, vt est tex. notabilis in l. 1. C. de infanti. expositis.

LIBELLVS XVII.

¶ *De effectibus oblationum respectu eorum, pro quibus fierent.*

SVMMARIVM.

1 *Oblationes factæ pro viuis, an prosint illis.*
2 *Oblationes factæ pro defunctis, quando eis prosint.*
3 *Oblationes & suffragia facta pro aliquibus defunctis, an illis solis prosit.*

DECIMOSEPTIMO loco principali superest, vt tractemus de effectibus oblationũ prædictarum respectu eorum, pro quibus fierent. Nam superius in quinto principali libello diximus, quod oblationes possunt fieri tam pro se, quàm pro alijs. vnde stat nunc quæstio, An si fiant pro alijs, prosint illis. Circa quam materiam arbitror distinguendum, quòd aut fiunt pro viuis, aut fiunt pro defunctis.

1 ¶ Primo casu, † Quando oblationes fiunt pro viuis, subdistinguendum est, quòd aut fiunt, vt aliquid detur alteri in recompensationem eius quod offertur: Et dicendum est, quod hospitale, Ecclesia, vel alius locus pius tenetur ad dandum illi alteri, quod huic offerenti promisit: maximè si verba sint concepta per eũ, qui potest illi alteri acquirere: vel sub tali forma verborum, per quam ex stipulatione alteri facta quæratur obligatio alteri, secundum ea, quę latè traduntur in l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verb.

a obl. & Inst. de inut. stip. §. alteri. vel etiam si [a] offerẽs stipularetur, vel pacisceretur aliquid dandum alteri loco pio, vel Ecclesiæ: quo casu valet stipulatio etiã alteri facta per verba directa, vt dicit Bal. in l. illud. C. de sacrosanct. eccle. & ita intelligit glo. quę alleg. pro singulari, 1. quæstio. 7. in c. quoties cordis oculus. licet quidam illam intelligant simpliciter, volentes, quod de iure Canonico posit quis alteri stipulari: sed non placet Abb. Sicu. in cap. si cautio. de fide instrum. Et hoc etiam sentit Inno. in c. constitutus. super glo. 1. de procurat. Si tamen talis offerens alteri priuato stipularetur nomine illius: satis esset, quod ille ratum haberet, & illi acquireretur, per no. per præfatum Abba. in d. c. si cautio. & in alijs multis iuribus, quæ omitto, cum hoc principaliter pertineat ad aliam materiam, & ideo sub breuibus pertranseo.

¶ Aut oblatio fit ecclesiæ vel hospitali, vel alteri pio loco, pro alio ad tollendam fortè aliquam dubitationem, quo ille tenebatur: vel ex voto, vel ex alia simili causa, vt talis obligatus ab illa liberetur. Et hoc casu ille consequitur effectum liberationis, per l. solutionem & iudicium. ff. de solut. iuncto princ. Instit. quib. mod. toll. oblatio. Aut talis oblatio fit simpliciter, & purè pro alio ad nihilum obligato, fortè ad augendam illius gratiam apud Deum, vel ad alium actum spiritualem, & hoc casu dicerem, quòd tantum prodest talis oblatio illi tertio, quantum prodesset ipsi offerenti: si pro seipso faceret, habita distinctione, an sit, vel non sit in statu gratiæ, secundum quod superius explicatum est in lib. præced.

2 ¶ Secundo † casu principali, quando oblatio fieret pro defunctis. Aduertendum est, quòd materia est satis difficilis, & est quęstio potius Theologis relinquenda, quàm à nobis pertractanda. Quamuis enim clarissimum sit, suffragia & oblationes pro mortuis factas salutares esse, vt habetur primo Machab. cap. duodecimo, vbi dicitur: Quòd vir fortissimus Iudas collatione facta de duodecim millibus drachmis argenti, in suffragijs defunctorum illos misit Hierosolymam &c. & est text. 13. quæst. 2. cap. animæ defunctorum, vbi textus dicit, quòd animæ defunctorum quatuor modis soluuntur. Aut oblationibus &c. Et probatur etiam in iuribus statim allegandis. Nec obstat 13. quæstio. 2. cap. in præsenti. vbi Hieronymus dicit, In præsenti seculo scimus, siue orationibus, siue eleemosynis, & sic orationibus posse nos adiuuari. Cum autem ante tribunal CHRISTI venerimus, nec Iob, nec Daniel, nec Noe, rogare posse pro quoquam, sed vnumquemque portare onus suum. Nam secundum Gratianum, 12. quæstio. 2. §. verum. ille textus Hieronymi loquitur de impœnitentibus. Mihi tamen legenti dictum textum videbatur aliter intelligi

ADDITIO.

a ¶ *Contrariam opin. visus est tenere Specu. & Io. An. in ti. de arbitro. §. sequitur. versic. sed pone, compromissum. & in tit. de loca. §. nunc aliqua. versic. 74. clarius Imo. in l. stipulatio ista. § si quis ita. ff. de verbor. obl. vbi videas Alex. qui defendit Bald.*

intelligi posse: videlicet, quod in ipso tempore mortis reciperet quis mercedem suam, sed tamen non negat Hieronymus, quòd interea post iudicium animæ, quod fit in tempore mortis, & tempus vltimæ resurrectionis, oblationes & cętera suffragia non prosint defunctis. Vel secundo modo potest intelligi textus Hieronymi, de vltimo iudicio proferẽdo à CHRISTO in vltima resurrectione. Sit ergo indubitata conclusio, quòd animabus defunctorum oblationes & suffragia prosunt. Sed quibus defunctis oblationes & similia suffragia prosint: & apud Canonistas, & Theologos variæ sunt opiniones. Quidam enim dicunt, quòd talia suffragia tantum prosunt in purgatorio existentibus, damnatis verò minimè prosunt. Moti primò, quia in inferno nulla est redemptio. Secundò, quia Ecclesia non orat, nisi pro fidelibus defunctis, quod videtur intelligendum de his, qui decesserũt cum vera pęnitentia. Tertiò, quia Ecclesia non orat pro ciuibus Babylonis, sed duntaxat pro suis, pro quibus solummodò Deum laudat, quando dicit, Sanctus, Sanctus, Sanctus, &c. quasi dicat, Sanctus pro eis qui regnant in celo: Sanctus pro his, qui in purgatorio purgantur: Et sanctus pro his, qui sunt in vita. Et sic in hoc mundo, propter quam causam etiam nonnulli dicunt, quòd Hostia sacrata super altare, diuiditur in tres partes, & sic secundum hanc opin. oblationes non prosint his, qui sunt in inferno, pro quibus est tex. Hieronymi in d. cap. in præsenti. Intelligendo tamen, vt suprà intellexit Gratia. Alij verò dicunt, quòd tales oblationes, & cœtera suffragia prosunt omnibus regeneratiuis: qui dum viuerent, meruerunt quòd possent eis talia prodesse post mortem, nulla facta distinctione vtrum decesserit in peccato mortali, vel non. & hæc opinio fundatur super tex. Beati Augustini in Enchiridio, & transumptiuè 13. qō. 2. cap. tempus. dicit enim ibi Augustinus. Negandum non est defunctorum animas merito suorum viuentium releuari: cùm pro illis sacrificium mediatum offertur: vel eleemosynæ fiunt in Ecclesia: sed eis prosunt, qui cum viuerent, hæc sibi (vt postea possint prodesse) meruerunt. Est enim quidam viuendi modus, nec tam bonus, vt nõ requirat ista post mortem: nec tam malus, vt ei ista post mortem non prosint.

¶ Est verò talis in bono, vt hoc non acquirat: & rursus talis in malo, vt nec ei valeat, cùm hæc vita transiuerit adiuuari. & post pauca subdit: Cùm sacrificium altaris siue quarumcunque eleemosynarũ ab hominibus proferuntur pro valde bonis actiones gratiarum sunt: pro non valde malis, & non valde bonis, propitiationes sunt: pro valde malis etiam si nulla sunt adiumenta mortuorum: tamen viuorũ consolationes sunt. Et sic secundum aliquos Augustinus videtur velle, quòd oblationes & similia suffragia, etiam prosunt his qui sunt in inferno.

a ¶ Theologi[a] verò dicũt: quamuis Augustinus in dicta authoritate quatuor genera defunctorum distinguere videatur: tria tamen solummodo distinxit. Mediocriter enim bonos, & mediocriter malos, pro eodem genere ponit. Quare dicunt, quod licet secunda opinio sit magis pia: tamen adheręt primę, eo quod magis vr̃ esse catholica. Et pro ista opinione facit tex. prædictus, dum dicit, pro non valde malis, & non valde bonis, & cętera. & sic hæc duo accipit pro vna specie. facit etiam tex. 13. quæst. 2. c. pro obeuntibus. vbi tex. vult, quod pro obeuntibus in peccato, non sit orandum: nec oblationes fieri debent. Et hoc etiam videtur expresè confirmari per glo. ad Thessalo. 4. c. vbi dicitur: Nolo vos ignorare fratres de dormientibus sicut & cęteri, qui spem nõ habent. vbi dicit glo. Id est, qui sine fide operantur per dilectionem, eiusque Sacramentis de corporibus exierunt, frustrà illis à suis huiusmodi pietatis impenduntur officia. Cuius dum hic essent pignore cauerunt, nõ misericordiam sibi thesaurizantes: sed iram. gl. vero in d. c. tempus. & glo. fin. in c. cum Marthæ. de celeb. mis. & communiter Doct. canonistæ tenent contrarium. volunt enim, quod Augustinus ponit quatuor genera defunctorum concludentes, quod mediocriter boni, sunt species distinctæ à mediocriter malis. Et dicit Hugo, quòd opinio Theologorum volentium mediocriter bonos, & mediocriter malos poni pro vna specie, parùm distat ab hęresi: cũ eundem ponat simul & semel bonũ & malũ esse, quod vr̃ impossibile: cum hæc sint incompatibilia, ar. c. maiores. de bapti. nã mediocriter bonus, bonus est; mediocriter malus, malus est.

b ¶ Item, quia in igne[b] purgatorio nullus est, nisi bonus, quia nullus est ibi, qui decesserit in mortali, & pro veniali nullus est malus, vnde dicit Hug. ꝙ Augustinus posuit quatuor genera defunctorũ. Primi sunt mediocriter mali, & hi damnantur & puniuntur, sed oblationibus & suffragijs ad tempus alleuiantur, vt mitius puniantur. Nec ob. quod in inferno nulla est redemptio, quia hoc est verũ, sed tamen per hoc non sequitur, quo minus possit esse pęnæ alleuiatio. Nã & in vita Beati Brandani legitur, quod in die Dominico quieuit Iudas: in die Lunæ redijt ad pœnas. Illa tamen authoritas non est authent. & etiam Iudas non fuit mediocriter, imò valde malus. Nec obst. quod secundum prædictam opinionem tot possent esse oblationes, orationes, & suffragia, quod tota pœna tolleretur, & sic etiam existentibus in inferno, aliqua erit redemptio: quia ad hoc respondetur secundum glo. in d. c. tempus. 13. quæst. 2. & in c. cum Marthæ. in glo. fi. de celeb. mis. nam quantacunque pars tollatur, puta secunda, vel tertia, aut quarta, centesima, seu millesima, non tollitur in eadem quantitate, sed in eadem proportione respectu eius quod remansit: vnde etiam si remansisset sola millesima, per oblationes & suffragia tolleretur millesima millesimæ, & sic de necessitate semper aliquid remaneret, & per consequens necessarium est, quod nulla sit redemptio in inferno. & quãuis minima pars remaneat, tamẽ vt dicit Chrysostomus, Grauissimæ sunt, cùm tales arceantur à conspe-

ADDITIONES.

a ¶ *Vide San. Thom. in 4. sententiarum, dist. 45. vide c. qualis. 25. d. cap. non æstimemus. cum seq. 13. q. 2. vide etiam eundem S. Thom. in 3. quæst. 25.*

b ¶ *Adde quòd in purgatorio non purgantur, nisi peccata venialia. c. aliàs. 22. dist. licet purgatorium post hanc vitam est idem locus cum inferno: & pœna eius excedat omnes temporales, vide S. Thom. in 3. distin. 20. artic. 1. & 21. art. 1. & in sum. contra Genti. c. 4. q. 114.*

conspectu Dei. vnde dicit Augustinus, quòd si mali possent, mallent potius in inferno Deum videre: & in pœnis, quàm pœnis soluti Deum non videre. Vel potest responderi secundum aliquos, quòd talis alleuatio non est quantitatiua, sed qualitatiua. Vel secundum alios, nulla est remissio: sed alienatio qualiscunque. Exemplum ponunt in homine famelico ferente onus grauissimum, cui si detur panis, & comedat, non per hoc deponit onus: sed illud facilius fert, & famis alleuiatur, seu tollitur. Ad quod facit illud, quod dicitur in Euangelio Lazari, Lucæ c. 16. Non ob. c. pro obeuntib. quia prædicta authoritas, & omnes similes, quæ videntur innuere, quod damnatis non sunt fienda suffragia: quia eis nō prosunt. intelligi debet de valde malis. & ita intelligi debet glo. ad Coloss. cap. 4. Sed Theologi, vt superius dixi, & Magister sententiarum, lib. 4. dist. 47. & Archid. in d. c. tempus. & Io. Cald. & Dom. meus post eum, in d. c. tempus. tenent contrarium concludentes, quòd damnatis in inferno non prosint. ad quod facit 25. dist. §. aliàs ea demum, vbi tex. dicit, quòd damnatus pro peccato mortali, pœna perpetua cruciabitur. Ad idem de pœnit. dist. 7. cap. fin. Præterea iura quæ dicunt, quòd pro decedentibus in peccato mortali, non est orandum: non distinguunt inter grauia & leuia. Item responsio dictæ glo. in fi. d. c. cum Marthæ. & in d. c. tempus. non videtur rationabilis: nam si secundum suffragium est tantum & tale, quantum fuit primum: ergo tantam quantitatem pęnæ debet tollere, quantam remouit primum. argu. c. innotuit. de elect. iunctis not. in l. quæ de tota. ff. de rei vend. Præterea, posita etiā prędicta opinione glo. pro vera: licet secundum suffragium, & alia non remouerent tantam pęnam, sed quantitatiuam respectu residui: tamen tot possent multiplicari suffragia, quod pęna quasi non sentiretur: quod videtur sonare in absurdum, cum condemnati in inferno, perpetuo igne cruciari debent, vt dictum est. vnde concludunt ipsi, quod mediocriter mali dicuntur illi, qui decesserunt cum multis venialibus, & sic sunt in purgatorio. Mediocriter boni dicuntur illi, qui decesserunt cum paucis venialibus. vnde suffragia pro mediocriter malis sunt propitiationes, scilicet, quia Deus propitiatur eis ad mitigationem pœnæ. Nam & in purgatorio est pœna tam grauis, quòd excellit omnem pœnam quam aliquis passus est in hac vita: quantumcunque etiam crudelissimum martyrium passus sit. de pęn. distin. 7. c. fin. Sed pro mediocriter bonis, oblationes & cætera suffragia sunt expiationes: quia cū decesserunt cum paucis venialibus, pęna expiatur, & purgatur ex huiusmodi suffragijs. Nec placet Archid. aliquo modo, quòd ijdē sunt mediocriter boni quod mediocriter mali: quia sequeretur absurdum: quòd idem esset bonus & malus, vt superius dixi. Apparet igitur circa hunc art. maiores nostros varia sensisse, quare possemus hic dicere cū Host. in summa, in tit. de pęnit. §. quibus. qui dicit, non est mihi copia tanti, vt diffiniam quid pręcisè tenendum sit. Cum & Innoc. Tertius hoc minimè voluerit diffinire, sed disputationi, & discretæ reliquerit inuestigationi, vt d. c. cum Marthę. in fi. Dicit tamen Host. quod celebrior & verior videtur Theologorum opin. cui etiam Hugo. in hoc annuere videtur, quòd qui impœnitens finitur, semper plenus iniquitate, semper sine charitate torquetur, vt d. c. fi. de pęn. dist. 7. vnde videtur cōcludendum, quod in tali defuncto opera charitatis minimè operentur. Nec obst. quod dicit August. in d. c. tempus. ad finem ibi, pro non valde malis, &c. nā quod ibi dicitur, intelligendum est de his, qui sunt in purgatorio: quia aut omnino liberantur, aut alleuiatur eorum pęna. Et subdit, quod hi, qui sunt in purgatorio, diuersis respectib. possunt dici boni & mali. Boni enim sunt, quia saluantur: Mali verò sunt: quia mala sustinent, & sustinebunt quousque à pęna purgatorij misericorditer liberentur. Sed fortè posset attentari, iudicio meo, quod Augustinus dum dicit de mediocriter bonis, & mediocriter malis, intellexit solummodo de his, qui sunt in purgatorio, qui existentes in hoc mūdo, peccata mortalia commiserunt. Sed tandem per pœnitentiam & cōfessionem liberati sunt à culpa, sed non sunt liberati à pœna. Et ideo necessariū est, vt malorum, seu erratorum suorum in purgatorio purgationem recipiant. Hi enim sunt mediocriter mali, propter peccata mortalia, quæ commiserunt, & sunt mediocriter boni: quia in via se in hac vita recognouerunt, & confessione ac pœnitentia culpam absterserunt. Vel possemus fortè dicere, quod mediocriter mali dicantur hi, de quibus statim dictum est: Mediocriter boni dicantur illi, qui decesserunt duntaxat cum venialibus peccatis. His igitur omnibus prosunt oblationes & suffragia. Sed valde malis, vel qui in infidelitate decesserunt, suffragia nō prosunt, nec his, qui licet fidem per baptismum acceperunt, decesserunt tamen in peccato mortali absque pęnitentia: ita quod in eis etiam culpa non est deleta. Et quamuis in his maior sit dubitatio: tamen opin. illa, quod non prosint, videtur esse magis communis & catholica: quamuis alia videatur magis pia, vt probatur 13. q. 2. d. c. pro obeuntibus, & d. c. tempus. Dicit tamen ibi Augustinus, quòd licet pro valde malis suffragia non sint illis adiumento: tamen viuorum consolationes sunt. Nec ob. id, quod legitur de Beato Gregorio, quòd cum quodam tempore ante Palatium Traiani Imperatoris quondam transiret, recordatus eius clemētiæ, amarissimè flere cępit, & tandem pro eo ante altare Sancti Petri flens, orauit dicens, donec dormiuit, & ei dormienti vox dicit Traianum precibus eius à pœnis infernalibus liberatum: sed de cætero caueret, ne pro aliquo infideli defuncto orare præsumeret. Sed sicut dicunt Magistri, Pius & misericors Dominus ex aliqua latenti causa animam ipsius reseruauerat extra profundum inferni, precibus Beati Greg. liberandam: nec sunt specialia trahenda ad consequentias: & si quis quæreret de causa, dici potest, quod nō potest reddi ratio de secretis diuinis. 23. quæst. 4. c. Nabuchodonosor. & c. de Tyris. de pœn. dist. 4. c. si ex bono. Ego etiam considero, quòd posito, quòd illis non valerent: tamen nobis, quoniam incognitum est, vtrum sint damnati: saltem faciētes oblationes & cætera suffragia, videntur sibiipsis facientibus prodesse quoad plura, de quibus dicam statim in seq. quæst. Sed pro valde bonis, oblationes, orationes, & similia suffragia non sunt faciēda. Pro talibus enim nō est specialiter orandum: quia iniuriam facit Martyri, qui orat pro Martyre, vt d. c. tem-

e.tempus. Sed in generali oratione, quę fit pro mortuis, intelligitur etiã laudari Deus, qui saluauit eos, & gratiarum actiones dicuntur esse: valent tamen huiusmodi suffragia quoad tres effectus.

¶ Primus est, vt sint gratiarum actiones, vt statim dixi. Refertur enim gratia Deo de merito illi defuncto collato.

¶ Secundus effectus est ad hoc, vt ille sanctus magis glorificetur in terris.

¶ Tertius, vt augmentetur gloria apud Deum, tenendo illam opinionem, quòd gloria Sanctorum posśit augmentari vsque ad diem iudicij, & hos tres effectus ponunt Doctores, maximè Dom. meus, in d.c. cum Marthæ.

3 ¶ † Sed circa prædicta quæritur, an oblationes & cætera similia suffragia, quæ fiunt pro aliquibus defunctis specialiter prosint illis solum, an vero omnibus. Pone enim, quod duo homines eiusdem meriti decesserint: vnus diues, pro quo multæ fiũt oblationes: alius pauper, de quo pauci vel nullus specialiter cogitat: Quis eorum primo exibit de purgatorio. ¶ Sol. Dicit Hugo. quod quamuis suffragia misericordiarum & Psalmorum, quæ communiter fiunt, pro omnibus prosint. de consecr. dist. 5. c. mediocriter. tamen oblationes, orationes, & ieiunia specialiter factę pro aliquo eidem prosunt, pro quo specialiter fiunt, & non aliter, & ideo talis citius exibit de purgatorio. Alij verò dicunt, quòd cum isti sint eiusdem meriti, eadem die exibunt: quia hæc opera charitatis sunt illis omnibus communia. vnde is, pro quo specialiter fit, non sentit plus alleuationis quã alius: quia charitas nihil agit perperam: non inflatur: non quærit quæ sua sunt: sed seipsam communiter omnibus participat, vt inquit Apostolus 1. ad Corinth. 13. capite. & habetur latè de pen. distinc. 2. per totum. Et hæc vltima opinio, vt dicit Hostiensis, verior est, & benignior. Quid enim deperit ei pro quo specialiter fiunt, si alij alleuiantur, sicut & ipse alleuiatur: dummodo de alleuiatione sua nihil diminuatur? certè nihil. Nec debet de hoc esse inuidia, nam inuidia opponitur gaudio, quod est interior actus charitatis. Si ergo in charitate fiũt huiusmodi suffragia, debent omnibus prodesse qui sunt in charitate, quo fit, vt diues non debeat citius exire, quàm pauper. & hæc opinio mihi placet. Limitatur tamen, vt etiam dixit Hostiensis, nisi fortè oblatio vel eleemosyna fieret pro eo, qui tenetur ad restitutionem alicuius quantitatis: quia hoc casu, citius ille pro quo fit restitutio, exibit & alleuiabitur, quàm alter. Alius enim pro quo non fit restitutio, non exibit: nec alleuiabitur ex huiusmodi restitutione: quia restitutio debet esse conformis obligationi. argu. regulæ, non remittitur peccatum. de regu. iur. lib. 6. vnde alij non prodest. & si pro alio nullus reperiretur aliquid offerre, pœna ipsius alleuiabitur ex alijs suffragijs: neque enim inconueniens est, quòd vna pœna commutetur in aliam, vt in cap. fin. de dolo & contum. c. 2. de male. l. fin. ff. de in ius vocan. & c. ad liberandum. de Iudę. & ibi latè scripsi super hoc.

¶ Sed circa prædicta oritur mihi dubium. Quid si oblationes fiant pro aliquo specialiter, qui sit valde malus: qui fortè credebatur decessisse in statu gratiæ, & decessit sine aliqua pœnitentia & contritione vera: quamuis apparenter pœnituisset, exemplo Ser Ciappelletti, de quo per Ioan. Boccatij, fabula prima. Iuxta etiam illud: Multa enim corpora mortuorum venerantur in hoc mundo, quorum animæ cruciantur in inferno. vtrum talia suffragia prosint alijs? ¶ Sol. Pium & fortè catholicum est dicere, quod sic, tum quia nullum bonum irremuneratum, vt no. in capit. ad liberandum. de Iudæ. Item quia huiusmodi suffragia prodessẽt alijs, si ille pro quo specialiter fiunt, non fuisset valde malus: licet pro isto specialiter fierent, vt superius diximus: ergo culpa ipsius non debet alijs nocere: maximè attenta pura intentione facientis suffragia. & hoc intelligerem, nisi in suffragio quod consisteret in restitutione eius, ad quod defunctus teneretur: quia quantum ad hoc, alijs non prodesset, per ea quæ diximus. Insuper etiam huiusmodi suffragia prosunt

a his, qui illa faciunt, per ea quæ statim subijciemus.[a] Est etiam aduertendum, quod non solum oblationes quę pro alijs fiunt, prosunt illis pro quibus fiũt: sed etiam prosunt his qui illas faciunt. Primò enim prosunt, vt filius defuncti vel hæres, qui pro defuncto talia facit, effugiat legis censuram: quoniam ad id faciendum quinque legibus videtur esse obnoxius. Prima est lex naturæ, secundum illud Matth. 7. Omnia quæcunque vultis, vt faciant vobis homines, &c. Ad idem. ff. de reg. iur. l. secũdum naturam. vnde Augustinus, 13. q. 2. c. nõ æstimemus. dicit, diligentius tamen facit quisque pro necessarijs suis, quo pro illo fiat similiter à suis. Secunda est lex Scripturæ. vnde Ecclesi. cap. 7. Mortuo non prohibeas gratiam. scilicet, orandi & benefaciendi pro ipso: nam ad hoc es astrictus. Tertia est lex amicitiæ. Ecclesiastes cap. 6. Si posśides amicum, in tentatione posside illum, qui est amicus, & omni tempore dilige. & ipsi clamant, Iob 19. cap. Miseremini mei: miseremini mei, saltem vos amici mei, &c. quasi diceret, quia mundus, & caro, & vitæ superbia, de quibus in vita cõsidebamus, & amicos nostros esse credebamus: deliquerunt, & deceperunt nos. Hinc ẽt Gregorius: Lex amicitiæ est, vt qui diligit in prosperitate, diligat in tribulatione. Quarta est lex iustitię. Nam hæreditas cum honore & onere suo transit, & nos nihil habemus nisi à mortuis. Quia iuxta vulgare prouerbium, totum fuit alterius: totum erit alterius: nec isti adhuc remanebunt.

¶ Ergo ferendus non est qui lucrum amplectitur, onus autem ei annexum contemnit. C. de cad. tol. l. 1. §. pro secundo. Et si non habes aliud à parentibus: tamen genuerunt te ad minus. ergo sicut dicitur Ecclesi. 7. Honora parentes tuos: quia non esses, nisi ipsi essent.

¶ Item omnes sumus fratres, & secundum carnem, & secundum spiritum. ergo vę soli. Et frater qui à fratre iuuatur, quasi ciuitas firma. & ad Eph. 5. Nemo vnquam carnem suam odio habuit, idest habere debuit. 14. quæst. 2. cap. non æstimemus. & l. fi. ff. de receptato. quod est, si non diligit & ei subueniat:

ADDITIO.

a ¶ *Adde quòd qui suffragia mortuorum nõ reddunt, fures sunt & sacrilegi, & sunt excommunicandi. cap. qui oblationes. 13. quæst. 2.*

niat: quia qui non est mecum, contra me est, vt l. cælicolarum. in fi. C. de Iudæ. Quinta lex est collatio Iudæ, quæ hoc diffinit. Cũ enim Iudas in bello strenuus prohibuisset suis, quod non intenderent spolijs: habita victoria, inuenti sunt quidam de suis mortui, qui contra prohibitionem suam spolijs intenderent. Ipse autem habita collatione cum sapientibus, vtrum pro talibus esset orandum, & diffinito quòd sic: quia esse poterat quòd inter flagella contriti essent ante, quàm Spiritus exhalarent: misit duodecim milia dragmas argenti, &c. sicut legitur 2. Machab. 12. Ex prædictis igitur habemus primò quinque leges, propter quas suffragia prosunt. Secundò valent ad orationem acquirendam, & quærendam sanctorum expectantium vitam. Nam verisimile est quòd animæ liberatæ orent pro illis, quorum suffragijs sunt adiutæ. Isa. 51. &c. Ibi erit gratiarum actio, & vox laudis. & Psal. Me expectant iusti donec retribuas mihi. scilicet id quod pro me orant, vt cum ipsis veniam. & Apocalipsis. Vindica Domine sanguinem nostrũ de his qui habitant in terra, id est, terris inhabitantes non curant de nobis. & sequitur, Sustinete modicum tempus donec impleatur numerus fratrum vestrorum.

¶ Tertiò valet ad vitandam confusionem querelæ paternę & amicorum, dicentium in die iudicij, conqueror de te quod etiam ea quæ præceperunt, vel debuerunt tibi præcipere non fecisti. vnde conqueritur pater de malo filio.

¶ Quartò ad bonum exemplum præbendum alijs, qui post te venient. dicto cap. non æstimemus. 13. quæstio. 2.

¶ Quintò ad laborandum pro te ipso. nam qui pro alio orat, pro seipso laborat.

¶ Sextò & vltimò, ad honorandum illũ pro quo specialiter fiunt suffragia: nam sicut dicitur, aliæ animæ suffragijs participantes ei pro quo fiunt nõ grauantur, & coram eo portari, siue repræsentari intelliguntur: sicut coram Domino ad mensam sedenti: sed postea proportionaliter diuidenti cibaria, vel enxenia aliqua deportanti, secundum Host. in d. §. quæ suffragia. in fi.

LIBELLVS XVIII.

¶ *De effectibus oblationum quantum ad virtutem acquisitiuam.*

SVMMARIVM.

1 *Oblationes factæ imagini, cui debeant applicari.*
2 *Oblationes factæ imagini profanæ, cui sint applicãdæ.*
3 *Oblationes factæ imagini alicuius Sancti, cui debeant applicari.*
4 *Oblationes factæ imagini existenti in aliqua domo, an pertineant domino domus.*
5 *Oblationes factę imagini, an spectẽt ad locũ imaginis.*
6 *Oblationes factæ alicui Sancto, an debeantur Ecclesiæ nomini ipsius dicatæ.*
7 *Oblationes quando debeantur Ecclesiæ cathedrali.*
8 *Oblationes quando debeantur Episcopo.*
9 *Oblationes quando debeantur Ecclesiæ parochiali.*
10 *Oblationes factæ ad altare capellæ alicuius Ecclesiæ, ad quem spectent.*

DECIMOOCTAVO principali loco tractandum est de effectibus oblationum, quantũ ad virtutem acquisitiuam. Circa quem articulum distinguendum arbitror quòd aut nos loquimur de vtilitate acquisitiua respectu fructus spiritualis, qui resultat ex ipsa oblatione, & talis fructus acquiritur, tam ipsis offerentibus, quã illis pro quibus fiunt oblationes, secundum ea quæ latius in superioribus libellis explicata sunt. Aut nos quærimus de effectu acquisitionis respectu ipsarum rerum oblatarum: Et hoc casu dicendum est quòd ipsæ res oblatæ quæruntur illi Ecclesiæ, vel illi hospitali, vel illis personis ad quarum vtilitatem vel necessitatem fiunt tales oblationes. Quod tamẽ dixi de personis, intelligendum est, si modo ipsis personis, rectoribus, vel administratoribus Ecclesiarum, vel aliquorum piorum locorum, ipsarum personarum contemplatione fierent dictæ oblationes: quia tũc acquireretur eis, vt superius extitit explicatum. Secus autem si fierent contemplatione Ecclesiæ: quia tunc non ipsis personis, sed Ecclesiæ, vel hospitali
a quærerentur. Ista [a] enim est regula, vt quicquid rectori, Prælato, vel administratori, aut alicui datur intuitu ipsius cui datur, acquiritur ipsi: si est habilis ad acquirendum. sed si intuitu Ecclesiæ, hospitalis, vel similis loci: acquiritur illi Ecclesiæ, loco, vel hospitali, vt in c. relatum. el primo, de testam. No. Glo. 12. quæst. 1. c. res. & 12. quæst. 5. c. fixum. faciunt no. in l. cũ aliquis. C. de dona. & l. annua. §. 1. ff. de annu. leg. & in l. socium qui in eo. ff. pro socio. & quod no. in l. sed si plures. §. in arrogato. ff. de vulga. & pupil. Quandocunque igitur sumus in casu certo, quòd si potius contemplatione Ecclesiæ seu loci pij sit donatum, seu oblatum, quam personæ: acquiritur Ecclesiæ vel loco pio, & ita econuerso. Sed quando sumus in dubio, licet Doct. in relictis & vltimis voluntatibus vario modo distinguant donationem: tamẽ glo. in versi. nec est. in c. requisiuisti. de testam. dicit, quòd intelligitur factum intuitu amicitiæ ipsius cui sit donatio, & sic videtur inferẽdum quod cũ oblatio sit donatio in dubio oblatum acquiratur personæ cui fit oblatio. Sed quicquid dicat illa glossa in donatione, de quo dicendum, vt latè diximus in ti. per quas personas nob. acquiritur. in oblationibus tamen in dubio, cum illæ fiant principaliter Deo, seu ecclesiæ, vel hospitali, aut simili loco, & principaliter fiant propter Deum & animam, & ipsam ecclesiam, seu locum, secũdum ea quæ latius dicta fuerunt in primo libello, concludendum est quod res oblatæ quæruntur ipsi ecclesiæ vel hospitali, aut loco pio, & hoc indubitanter quando fiunt Prælato & Orphanotropho, leprosario vel alteri administratori. Sed si fierent vni oblato vel econuerso, habendo respectum ad ipsius personam, vel propter consanguinitatem, vel amicitiam, vel ipsius indigentiam: tunc acquirerentur ipsi: nisi aliud haberet status ipsius regulæ. argum. iurium superius allegatorum, & quæ à nonnullis not. & traduntur, & eorum quæ traduntur, dicto cap. requisisti. de testa-

ADDITIO.

a ¶ *Vide aliquid per Ange. de Aret. in §. sacra. Insti. de rerum diui.*

testamen. Ad quæ etiam accedant quæ diximus in titu de legat.

1 ¶ † Sed circa prædicta quæro de quæstione notabili, quam sæpius vidi: videlicet, Cuidam imagini gloriosæ Virginis Mariæ fiunt oblationes: quare dubitatur, cui debeantur huiusmodi oblationes. Circa quam quæst. Doctores nostri vario modo loquuntur tam in commentarijs, quam in consilijs & disputationibus. Et prædictam quæstio. tangit Do. Anto. in cap. pastoralis. de his quæ fiunt à Prælat. & ibi per Dominum meum, & Io. de Imo. & per Do. Anto. & per Dominum meum in rub. de paro. tangit etiam Dom. Ant. in Cle. per literas. de præbend. Et latè hanc quæstionem disputauit Ang. in disputatione quæ incipit, in refulgenti. Consuluerunt et in prædicta materia Petr. de Peruſ. & Gaſ. de Cald. & plures alij. Ego vero pro clariori decisione & intellectu istius quæstionis dico, quòd sex possunt in talibus oblationibus dubitationes haberi, vtrù prædictæ oblationes ad eos pertineant. Primò, Dominus domus. Secundò, locus ipse. Tertiò, Ecclesia illius nominis, cuius est imago vel statua. Quartò, Ecclesia cathedralis. Quintò, Episcopus. Sextò, Ecclesia parochialis. Quorum omnium iura singulariter prosequar.

¶ Sed ante, quàm ad ipsorum examinationem condescendam: postquàm sumus in materia oblationum factarum alicui imagini vel statuæ,
2 † præmitto quòd quãdoque statua vel imago est prophana, vt quia est statua Herculis, Lupæ vel Leonis, aut similis hominis, vel animalis non religiosi. Et hoc casu dicendum est quod oblationes factæ acquiruntur domino illius imaginis, seu statuæ, & isto modo talis imaginis vel statuę potest esse vsusfructus, vt dicit tex. in l. statuæ & imaginis. ff. de vsufru. & ita potest ille tex. exemplificari, & ita exemplificat ibi glo. & hoc tenet Ang. in d. disputatione, quę decisio mihi placet, pro hoc alleg. tex. sing. in l. Caius. ff. de annu. leg. vbi quando aliquid relinquitur, vel donatur rei meæ, videtur mihi relictum vel donatum & ibi hoc no. Bart. quod ego arbitror procedere, siue res oblata sit, & remanet separata ab ipsa imagine. v.g. si lupæ offerretur corona, iocale, vel quid simile: siue res oblata fieret pars integralis subiectiua, vel prędicamẽtalis ipsius statuæ, vt puta, statuę leonis deficiebat pes, cauda, vel simile membrum: quod per offerentem fuit adiunctum, quod etiam dico procedere si pars adiuncta esset caput: aut esset longè maior pars, quã reliqua pars, cui talia membra offerrentur. Ex quo præsupponimus quòd istæ adiunctiones fiant ab aliquo intẽdente offerre, & sic donare. Nec obst. l. quicquid. ff. de acquir. rer. domin. & in l. rem. §. item quocunque. ff. de rei vendic. vbi tex. volunt, quòd quando huiusmodi coniunctiones partis ad partem statuæ, vel similis rei fiunt ferruminatione vel alio simili modo: potest agi ad exhibendum vt separentur, & partes ipsæ redire debent ad priores dominos: quia illi tex. loquuntur, quando ille qui coniunxit partem parti, non coniunxit animo offerendi vel donandi. quod tamen dixi, quod tales oblationes quæruntur domino statuæ: procedit; nisi consuetudo aliter haberet, per ea quæ inferius dicam. & idem dicerem, si voluntas offerentis declarata esset, quod non acquireretur domino statuæ, sed alteri: quia reipubl. vel simili: quia tũc domino ipsius statuæ non quæreretur, per ea quæ statim dicam.

¶ Quid si offerens aliquid imagini religiosæ exprimat, cuius contemplatione faciat talem oblationem: seu cui velit eam quæri.

¶ Secũdo loco rediens ad oblationes factas imagini religiosæ alicuius sancti.
3 † Præmitto etiã quod quando essemus in casu certo, cuius contemplatione offerens faceret talem oblationem: tũc res oblata illi quæreretur, cuius contemplatione facta esset oblatio, per ea quę in princ. illius lib. explicata sunt. quare si fieret contemplatione domini domus, in cuius pariete imago depicta est: eo quòd talis esset pauper: vel quia eas oblationes in certos vsus pios conuertebat, illius domini efficiuntur. nam rei suæ quilibet est moderator, & arbiter, vt in l. in re mandata. C. manda. In traditionibus enim rerum nostrarum possumus quam volumus adijcere conditionem: dummodo honestam, vt in l. in traditionibus. ff. de pact.

¶ Et ex hoc videtur posse inferri, quod si consuetudo erat nota offerẽti, quod dominus domus vel parietis, aut loci recipiebat tales oblationes, & conuertebat in necessitates suas, vel in alios certos vsus: quod cũ offerens videatur secundum hanc cõsuetudinem cum offerret, animũ habere, vt illi quærantur, per regulam, in obscuris, cũ sua materia, de reg. iu. lib. 6. & ex his quæ latius dixi in tit. de consuetudine: quia licet offerens expressè nõ exprimat quòd intendat rem oblatam quæri illi domino: nihilominus illi domino quæreretur. Sed contra hoc videtur fortiter obstare tex. 10. quæst. 1. cap. hanc consuetudinem. vbi talis consuetudo reprobatur. Sed potest responderi quod ille tex. loquitur in oblatis in Ecclesia: quæ etiam ex consuetudine non licet laicis occupare, sed nos loquimur de oblatis in loco profano, licet imagini religiosæ. vel posset dici ꝙ ille tex. loquitur, quando sine causa laici vellent recipere indifferẽter oblationes prędictas: secus quãdo in proprias necessitates, vel vt in aliquos pios vsus conuerterent. vel potest dici quòd in terminis nostris hoc non contingit, ratione consuetudinis: sed præsumptæ voluntatis offerentis. sicut enim offerẽs potuit offerre ea intentione declarata, vt fieret ipsius domini, vt statim dictum est: ita ipsius intentio videatur declarari per hanc consuetudinem, & per consequens ex intentione sua quæratur illi domino, & sic infertur quòd si daretur ignorantia offerentis, non posset dominus domus vel parietis ex sola consuetudine fundare intẽtionem suam, & ita procedat contrarium, vt voluntate offerentis informata, seu declarata cõsuetudine, hoc procedat, nisi diceretur quòd præsumptionem prædictam tollere videtur alia vrgentior præsumptio: quæ est in offerentem, quòd sciat talem consuetudinem non valere, per d. c. hanc cõsuetudinem. cum potius consuetudinis, quàm ignorantia iuris præsumatur, vt de se patet, & not. in cap. 1. de consti. lib. 6. quod admitterem, si talis offerens esset peritus in iure: vel esset alius casus in quo non esset tanta dubitatio, sicut est in terminis nostris, vt ex infra dicendis apparebit: maximè, quia & his nõ reperimus aliquid expressè dispositum in contrarium, & sic patet, quòd decisio

sio prædicta, quando voluntas offerentis non est aliter declarata, quàm per consuetudinem: non procedit sine dubitatione. Concludo tamen, quod qualitercunque potest apparere de voluntate offerentis, quod potius quæratur vni, quàm alteri, quòd ipsius voluntas seruabitur.

¶ Quid si cõsuetudo disponit, quòd oblationes factę imagini alicuius Sancti, quęrantur potius vni, quàm alteri.

¶ Tertiò præmittendum est ad declarationem dicendorum, quod quãuis dubium sit, quibus quęrantur prædictæ oblationes factę imagini Virginis, vel alterius Sancti, respectu prædictorum prætẽdentium ius: tamen si consuetudo præscripta esset quod potius vni ecclesiæ quam alteri quæreretur, vt puta potius ecclesiæ cathedrali, vel ecclesiæ nominis illius Sancti, quàm parochiali: vel potius Episcopo quàm ecclesiæ parochiali. hoc casu indubitãter seruanda esset consuetudo quæ in talibus valida est, vt est tex. expressus in c. cũ inter. de verb. sig. & hoc tenent ibi omnes Doct. facit c. fin. & quod ibi no. de paroch. indubitanter enim in talibus procedit præscriptio, vt c. ex transmissa. & c. de quarta. de præscript. facit tex. & quod no. ibi Do. meus, in c. 2. de sepul. & quod no. Host. in sum. de sepul. §. an licitũ. Host. Io. Andr. & Docto. in c. certificari. de repu. & quod dixi de consuetudine. & pręscr.

¶ Idem dicendum de priuil. per quod hoc concederetur. & hoc procedit, quando consuetudo esset, vt acquireretur Ecclesiæ, vel personæ ecclesiasticæ, quæ esset capax quasi possessionis iurium: sed si consuet. esset quòd quæreretur personæ prophanæ, vel loco prophano: dicẽdum est vt statim dixi. his igitur ita explicatis descẽdo ad examinationem singulorum sex prætẽdentium ius in dictis oblationibus, de quibus supra præmisimus: videlicet quis prædictorum re existẽte dubia, in dictis oblationibus iura vendicet potiora.

¶ Vtrum dictæ oblationes quærantur Domino domus, vel parietis, vbi depicta est imago Sancti, vel statua affixa.

4 ¶ Quo ad primum, videlicet † ad dominum domus, quem diximus posse in rebus taliter oblatis ius

a prętendere, dicendum, quòd pro ipso domino [a] facit l. in rem. §. si quis. ff. de rei vendi. & l. quicquid. ff. de acquir. re. do. & Inst. de rerum diui. §. ex diuerso. in quibus patet quòd adiunctum alicui rei, efficitur illius cuius est res, cui aliquid adiungitur: quare si paries & imago, vel statua sunt alicuius priuati: oblationes illi factę venire & effici debent ipsius, qui potest ipsum parietem remouere, & ipsam imaginem abradere, & statuam tollere, dummodo non faciat in contemptum diuinæ maiestatis. insuper & locũ ipsum vendere, & alienare, & in alium vsum transferre ad libitum voluntatis suæ: cum non sit locus sacer, nec religiosus. arg. no. per Inno. in c. inter dilectos. de donat. & c. ad hæc. de relig. dom. & quia ut dictũ est, rei suæ quilibet est moderator & arbiter. Et pro hac etiam parte facit tex. & quod no. Bar. in l. Caius. ff. de ann. leg. vbi Bart. dicit, arg. illius tex. quod quando aliquid relinquitur, vel donatur rei meæ: videtur mihi relictum vel donatum.

¶ Sed in contrarium fortiter ob. quia laicus non potest esse capax horum iurium: nec ipsorũ iurium quasi possessionem habere, etiam ex consuetudine, vt d. c. hanc consuetudinem. 19. quæst. 1. Item, quia huic laico nihil est oblatum, vel promissum, vel donatum: ergo non potest sibi quęri. C. de dona. l. nec ambigi. Item & tertiò, quia donatio facta imagini gloriosæ Virginis, vel alterius Sancti, videtur facta Virgini, seu illi Sancto cuius imago depicta est, & quæ ipsum repræsentat. quidquid enim actiuè fit & passiuè in repræsentãte, intelligitur factum in reprę sentato, vt C. de fideius. l. à tutoribus. C. de reb. cre. l. cum etiam. ff. de leg. 2. l. Prætor. §. mater. de leg. 3. l. fi. ff. de fideicom. lib. talis. & C. ne lib. sig. sal. in rub. & nigro. & in proprijs terminis de imaginibus & statuis optimè probatur. l. capitalium. §. ad statuas. ff. de poe. Et no. in l. fi. §. sanè. C. de his qui ad Eccle. cõsu. facit etiam quod no. C. de sta. & imaginib. in rub. & nig. & etiam quod no. ff. de acquir. rer. dom. l. statuas. quare cum non contemplatione ipsius domini domus, sed contemplatione illius Sancti tales oblationes fiant: meritò nõ quæruntur ipsi domino: quia quod alicui donatur, vel relinquitur contemplatione alterius, videtur donari vel relinqui illi, cuius cõtemplatione fit, secũdum ea quę no. in c. requisistis. de testam. & secundum ea quæ latius in princ. istius li. explicata sunt. Ad quod accedant quæ statim dicam in versi. quo ad tertium. & quia omne donatũ Ecclesiæ aut Deo: quia in Ecclesia & ipsius Dei imagine, Deus repræsentatur, & ideo Deo acquiritur: seu illi Sancto, vt ibi dicam. Quartò contra ipsum dominum facit, quia ea quæ sunt Deo oblata, non debent in vsus ac dominium laicorum amplius deputari. 12. quæst. 2. c. nulli. de consecr. dist. 1. c. ligna. & c. vestimenta. de foro compet. c. conquestus. facit l. si quis sepulchri. ff. de reli. & sump. fu. & quod traditur in reg. semel Deo, de reg. iur. lib. 6. Item probatur: quia non licet laicis tales oblationes custodire, aut accipere, nec in vsus suos conuertere, nec de ipsis quicquam dispensare. 10. quæst. 1. quia sacerdotes, & c. sanctorum. & c. hanc consuetudinem. facit etiam c. quamuis. de deci. & istam opinionem communiter tenent omnes Docto. quòd ad dominum parietis domus vel loci talis imaginis vel statuæ, huiusmodi oblationes nõ possint pertinere, quod mihi placet. Pro qua etiam accedant quæ dicam inf.

b in versic. quo ad 6. Arbitror [b] tamen hoc limitandum, nisi talis dominus esset persona ecclesiastica, vel locus ipse pertineret ad aliquam ecclesiam, vel locum religiosum: quia in casu prædicto, quamuis illa

ADDITIONES.

a ¶ *Facit in §. si quis autem. in Auth. de eccles. ti. col. 9. vbi concessum oratorio pertinet ad oratoriũ. facit quod no. Bal. in auth. hoc ius porrectum. in 2. col. versic. sed hoc quæro. C. de sacrosan. eccl. quòd relictum hospitali constituto auctoritate Episcopi, applicatur ipsi hospitali. facit quod voluit Abb. in c. dilectus. de offi. ordi. in c. 1. in notabili. de statu mon. quod si imago alicuius Sancti est in pariete monasterij, oblationes sunt monasterij.*

b ¶ *Et pro hoc facit quod dicit Abb. in c. pastoralis. in 1. col. de his quæ fiunt à Prælat. vult enim quod si celebranti in alterius Ecclesia fiunt oblationes, cedunt rectori dictæ Ecclesiæ. melius facit quod no. in c. 1. de sta. mo. in c. dilectus. de offic. ord. vt sup.*

illa Ecclesia non esset Ecclesia parochialis, tamen si accessisset consuetudo seu præscriptio, quòd tales oblationes pertinerent ad talem dominum: certè consuetudo esset seruanda, & tunc dominus illius loci qui est capax illius quasi possessionis, ratione cõsuetudinis præscriptę, in ipsis oblationibus haberet meliora iura, cum in talibus posit operari consuetudo, vt superius explicatum est. Sed si dominus domus esset persona prophana: tunc secus est, vt dictum est. Quod tamen procedit in casu dubio, sed in casu certo seruaremus certum, vt diximus in secundo præsupposito. Prædicta ergo cõmunis conclusio procedit in reb. oblatis separatis ab ipsa imagine, vel statua: quę non fierent pars subiectiua, vel integralis illius imaginis vel statuæ. Secus si fierent pars integralis ipsius: vtputa, deficiebat statuę brachium, pes, vel aliud membrum, & offerẽs, illud adiunxit: quia tunc alia taliter oblata fiunt domini illius statuæ, vel loci. arg. l. in rem. §. si quis rei. ff. de rei vendi. & ea quæ primo præsupposui.

¶ Vtrum prædictæ oblationes quærantur loco imaginis vel statuæ.

5 ¶ † Quo ad secundum, quem diximus prętendere ius in prædictis oblationibus, quem diximus esse locũ imaginis vel statuæ, potest figurari exemplum. Si imago esset depicta in aliquo oratorio: vel statua esset posita in aliqua capella de hospitali, vel in aliquo loco sacro, aut religioso. Quo casu, potest dubitari, an quærantur ipsi loco. & videtur dicendum quòd sic: quia relictum aut concessum alicui templo, est ipsius templi, vt in l. seruos ad custodiam, ff. de alim. & cib. leg. facit optimè tex. in Auth. de Ecclesiasticis tit. §. si quis [a] autem. vbi concessum oratorio, pertinet ad oratorium. Item facit quod not. C. de fur. l. si nondum rem tẽporalem. & ff. de re. diui. in l. in tantum. §. sacræ. & Insti. eod. §. sacræ. Faciunt etiam ea quę superius deduxi pro domino domus. Sed his non obstantibus, communis opi. est in contrarium, quod probatur expressè per tex. in cap. ex transmissa. de præscript. & per ea quæ dicam infra de Ecclesia parochiali, in ver. quo ad sextum. Hæc tamen opin. recipit duas limitationes, iudicio meo, videlicet nisi ex mente ipsius offerentis aliud appareret, vel consuetudo aliud haberet, per ea quæ superius explicata sunt.

¶ Vtrum prædictæ oblationes quærantur Ecclesiæ nomine illius Sancti.

6 ¶ Quo ad tertium, † quem supra diximus posse prætendere ius in dictis oblationibus, quem diximus esse Ecclesiam ędificatã sub nomine illius Sancti, cui fiunt oblationes. Exemplum potest figurari in oblationibus quæ fiunt imagini gloriosissimæ Virginis Mariæ apud cantum de Magalotis in nostra ciuitate Senarum, vtrum pertinere debeant ad Ecclesiam cathedralem, non tanquã cathedralem, sed tanquam ædificatam sub nomine gloriosissimę Virginis Mariæ: de quibus oblationibus olim fuit maxima disceptatio inter Episcopum & Ecclesiam parochialem sancti Martini, & ipsum dominũ domus in qua imago depicta est. [b] & pro dicta Ecclesia sub nomine Sancti illius imaginis ędificata, facit, quia vt sæpius dictum est, quando aliquid vouetur vel offertur huiusmodi imaginibus vel statuis, non consideramus ipsam picturam vel imaginem: sed reuerentiam illius Sancti, qui per talem imaginẽ repræsentatũ, vt est tex. de cõsec. dist. 2. c. pręlatũ. Hinc est ꝙ venerabiles imagines, Christiani nõ appellant Deos, neque illis seruiunt vt dijs: neque ab eis expectant futurum iudicium, sed ad memoriã & recordationem primitiuorum, venerantur. de consecra. distin. 3. c. venerabiles. Per signum enim talis imaginis signatũ repræsentatur. Et hinc est quòd signum Saluatoris non est licitum humi ponere, aut sculpere, vel pingere, vt in l. vnica. C. ne lice. sig. Sal. & ideo non licet crucem aut Sanctorum imagines, seu statuas in aggrauationem cessationis in terram prosternere, vt in c. si canonici. in fi. de offi. ord. lib. 6. cum ergo oblationes fiant per respectum illius Sancti repræsentati per illam imaginem: meritò videntur quæri Ecclesiæ ædificatæ sub nomine illius Sancti. facit tex. in Authen. de Eccle. ti. §. si quis autem. vbi tex. dicit quòd si aliquis vnum Sanctorum scripsit hæredem aut legatum reliquit, & non specialiter nominauit locum, in quo est venerabilis domus illius Sancti, seu in eodem loco seu ciuitate plura inueniantur oratoria illius Sancti, illi potius debetur domui quę pauperior est. si verò in ciuitate non est basilica illius Sancti, & inueniatur in territorio, illi debebitur. Si autem neque in territorio reperitur huiusmodi domus: tunc Ecclesiæ ciuitatis in qua testator domicilium habuit legatum debetur. & sic tex. præalle. videtur concludere quod debeatur ecclesiæ illius Sancti. Est tamen aduertendum, quod ille tex. loquitur quando non fuit expressus certus locus. Sed in terminis nostris, ponimus oblationes factas imagini vel statuæ, quæ de necessitate circunscribitur loco. Item facit pro prædicta opin. donatũ aut oblatum imagini repræsentanti, videtur donatum Sancto repræsentato per illam imaginem: ergo sicut donatum vel relictum seruo, vel filio alicuius contemplatione domini vel patris, efficitur domini vel patris, vt dictum est: ita in terminis nostris, oblatum imagini repræsentanti, cum videatur oblatum ipsi Sancto repræsentato, debet acquiri Ecclesiæ illius Sancti. ar. dicti §. si quis autem. in Authen. de eccles. tit. & pro hac parte consuluit Dom. Pet. de Peru. vt dicam in seq. casu. Sed his non obstantibus hæc opin. communiter reprobatur, & contra ipsam concludunt ar. & iura quæ statim subijciam pro

ADDITIONES.

a ¶ *Vide Petrum de Perus. in canonica sua. in §. venio ad 4. c. in 17. Cardin. & Mart. de Laude in l. si nondum. in fi. C. de fur. vbi declarant illum aliter, quam communiter intelligatur. vide not. ibi Ange. qui infert duo notabil. ex illo. §. 1. ꝙ licet regulariter ratione incertitudinis vitietur legatum, nõ inspiciendo quis sit pauperior. l. duo sunt Titij. ff. de testam. tu. fallit in legato ad pias causas per illum tex. secundum, quòd paria sunt dicere, Instituo sanctum Franciscum, & instituo Ecclesiam sancti Francisci.*

b ¶ *Facit etiã tex. in §. œconomos, in Auth. de sanct. Epis. vbi Ang. not. infert ad q. in terminis. facit gl. in l. lege Iulia peculatus. in prin. ff. ad l. Iul. pec. per quã. D. Ale. in apost. ad Bar. infert ad quæst. hanc in terminis, vide Io. And. & Inno. in c. cum super. de causa posses. & propriet. vide Ang. consi. 224. incip. in Dei nomine, &c.*

pro Ecclesia parochiali, in versi. quò ad vi. Arbitror tamen hanc communem reprobationem recipere duas limitationes, de quibus in præcedentibus: videlicet nisi de expressa intentione ipsius offerentis appareret quòd vellet esse ipsius Ecclesiæ. Vel nisi consuetudo præscripta esset quòd acquireretur dictæ Ecclesiæ: vel priuilegium super hoc esset concessum tali Ecclesiæ: vel nisi fortè talis imago esset depicta in ipsamet Ecclesia ipsius nominis, secundum aliquos, quod mihi non placet: quia oblationes simpliciter factæ in ipsa Ecclesia non parochiali, quæruntur Ecclesiæ parochiali, fortius oblationes factæ imagini depictæ vel statuæ existenti in Ecclesia eiusdem nominis, quæruntur Ecclesiæ parochiali.

¶ Vtrum dictæ oblationes quærantur Ecclesiæ cathedrali.

7 ¶ Quo ad quartum, † quem diximus posse [a] prętendere ius in dictis oblationibus, quem diximus esse in Ecclesiam cathedralem: Videtur primò dicendum, quòd ipsi Ecclesiæ cathedrali quæruntur, quæ dignior est, & propriè dicitur Ecclesia matrix. cap. venerabili. de verborum signific. Et quia videmus quòd quando sumus in dubio vbi quis debeat sepeliri, sepelitur apud Ecclesiam cathedralem, secundum ea quæ traduntur in Clem. dudum. §. verum. de sepul. & per Pau. & Host. & Innoc. in c. nos. eod. tit. maximè quando in ciuitate illa non esset alia Ecclesia ædificata sub nomine illius Sancti, cuius imagini oblatio facta est, & hoc potissimum quando Ecclesia cathedralis esset ædificata sub nomine illius Sancti. & ita consuluit Dom. Pet. de Peru. pro nostra Ecclesia cathedrali ædificata sub nomine gloriosissimæ Virginis Mariæ. Quæ oblationes sanctę imagini Virginis Mariæ apud Cassatum de Magalotijs, & alijs similibus imaginibus, debentur Ecclesię cathedrali. Sed hæc opi. mihi non placet per ea quę infra deducam pro Ecclesia parochiali, nisi aliud appareat de intentione offerentis, vel nisi talis Ecclesia præscripsisset ius percipiendi dictas oblationes: vel id haberet ex priuilegio, vt superius dictum est.

¶ Vtrum prædictæ oblationes quærantur Episcopo.

8 ¶ Quo ad quintum, † quem supra diximus posse [b] prætendere ius in dictis oblationibus, quem diximus esse Episcopum loci: Videtur dicendum ipsum Episcopum super dictis oblationibus posse ius prætendere, quia vt sæpius dictum est, oblationes factæ talibus imaginibus, videntur factæ Deo, & illis Sanctis, & ideo videtur quòd debeant per diœcesanum capi & administrari, & in sustentationem pauperum erogari: sicut cætera bona Ecclesiarum, vel aliorum templorum Dei. 12. q. 1. c. præcipimus. & c. res Eccles. & cap. nulli Episc. Simile videmus in bonis alicuius decedentis ab intestato: de quibus dubitatur, cui sint restituenda: quia ad Episcopi cōseruationem, & distributionem pertinent, vt in authen. omnes peregrini. C. communia de successionib. faciunt no. per Inno. in c. quia plerique. de immun. eccles. neque enim videtur negari posse dubita. exortam ad quæ tales obla. pertinere debeant: ergo cura & solicitudine Episco. talia bona videntur pauperibus eroganda. & quòd tales oblat. ad Episco. pertineant, no. colligit D. Ant. in Clem. per literas. de præb. Dicit etiam D. M. in rub. de paro. vidisse Io. An. in addi. Spec. allegantem pro Episco. sed ego nō memini legisse vbi hoc dicat: nec D. M. allegat: licet in rub. de paro. Io. An. in addi. Specu. aliqua dicat in materia oblationum: nō tamen alle. pro Episcopo quo ad propositū nostrū. Gas. Calde. consi. 15. sub ti. de paroc. vult quòd tales oblationes non pertineant ad Episcopum, & subdit quòd Episcopus de iure debet habere tertiam partem oblat. nisi contrariū habeat consuetudo, vel priuilegium, per no. 10. q. 1. c. de his. de offi. ord. c. conquerente. de censi. c. cum olim. Pet. de Perus. in prædicto consilio dicit, quod si tales oblationes acquirantur ecclesiæ cathedrali: tunc fieri debet ipsarum diuisio inter ecclesiam cathedralem, quę habebit medietatem, & Episcopum, qui habebit aliam medietatem, vt in cap. requisisti. de testa. vbi est casus, secundum eum, qui mihi placet, quando tales oblationes fierent tam intuitu Episcopi, quam ecclesiæ, & ita procedit opi. Host. ibi posita. Sed in oblationibus quæ fierent intuitu ecclesiæ duntaxat: debetur solummodo quarta. & ita procedat opin. Innoc. Vinc. & Dom. mei in d. c. requisisti. per no. 12. q. 2. cap. quatuor. & c. cōcesso. Si autem tales oblationes debentur ecclesiæ parochiali: tunc Episcopus ab ecclesia parochiali potest petere canonicā portionem, quæ de iure communi secundum eum, est quarta: licet ex consuetudine possit esse tertia, vel medietas. d. c. de his. & c. antiquos. 10. q. 1. 12. q. 2. c. vobis. & c. Vulteranæ. & c. concesso. & c. quatuor. Ego hunc art. canonicæ portionis, an & quanta Episcopo debeatur parochiali ecclesiæ, hæc omitto: quoniam de illa in tractatu canonicæ portionis latius explicabimus. Illud solùm adiungens, quòd ab ipsa ecclesiæ parochiali debetur canonica portio Episcopo, vt traditur in c. officij. & c. requisisti. de testa. & tradit Dom. me. in c. 2. de sepul. Sed quò ad materiam nostram conclusio sit, quod res oblatæ imagini vel statuæ, non debentur primo loco Episcopo, vt etiā patebit statim, nisi consuetudo, præscriptio, aut priuilegium aliud haberet, vel nisi appareret expressè quod contemplatione Episcopi, oblatio facta esset, per ea quæ superius sunt explicata.

9 ¶ Quo ad sextum, † quem diximus prætendere ius in dictis oblationibus, quem nos diximus esse ecclesiam parochialem, dicendum est, quòd communis cōclusio est Doct. ꝙ tales oblationes debentur dictæ ecclesiæ parochiali. hanc opi. tenet D. M. & Io. de Imo. in c. pastoralis. de his quæ fiunt à Pręl. Nam ecclesia parochialis fundat intētionem suam super omnibus obuentionibus spiritualibus, cōtingentibus infra parochiam suam, vt d. c. pastoralis, vt singu-

---

ADDITIONES.

a ¶ *Pro hac parte facit quod dicit Do. Lap. in alleg. 76. in vlti. col. vbi vult quòd si sit legatum Eccles. quæ non reperitur in diœcesi, debetur Ecclesiæ cath.*

b ¶ *Facit pro ista parte dictum Abb. in c. quamuis. de deci. vbi vult quòd Episcopus non potest domino domus, vbi est pictura quòd de oblationibus dispenset ad libitum. hanc partem videas plenè comprobatam per Maluitium in tracta. Oblationum, in 4. dubio, in 1. 2. & 3. colum.*

singularum ecclesiarũ prouētus: vnde dicit ibi Hostien. ꝙ omnes decimæ, & oblationes, quę fiũt intra
a parochiã, cedunt ecclesiæ parochiali. Ad [a] idem inducit Dom. meus c. ad audientiã, de eccl. ędi. per locum à speciali: nã si oblationes factæ capellæ, vel altari, cedunt parochiali ecclesiæ, & non capellano, vt ibi, & infra subiiciã in seq. q. fortius istæ oblationes factę imagini. & eãdē op. tenet Do. meus in c. 1. de succ. ab intest. & c. qm̃, de dec. & eandem sententiam sentit Gasp. Cald. cons. 15. sub rub. de paroch. Mouentur, quia sicut Episcopus in tota diœcesi sua fundat intētionem suã de iure communi super iuribus Episcopalibus, vt c. conquerente, de offi. ordi. ita rector parochialis ecclesiæ in parochia sua. c. ad decimas, de rest. spo. lib. 6. & hæc opi. plus mihi placet in casu dubij, & probatur expressè in ca. ex transmissa, de præscrip. Prædicta tñ procedunt, nisi consuetudo, præscriptio, vel priuilegium aliud haberet. Item prædictã communem opi. limita, vt procedat in his oblationibus, quæ sunt pars integralis, aut subiectiua ipsius imaginis, vel statuæ: sed sunt separatæ à dicta imagine, vel statua. Secus si fierent pars subiectiua, seu integralis ipsius imaginis, vel statuæ, per tex. in l. si rem. §. si quis rei. & in §. item quæcunque. iuncta glo. de rei vend. & in l. quicquid. ff. de acqui. rerum domin. iunctis his, quæ dixi supra in primo pręsupposito. Et sic ex prædictis, Deo duce, quęstio prædicta, quæ quotidiana potest esse, rationabiliter est declarata.

10 ¶ Vlterius † quęro, cui quęrantur oblationes factæ ad altare in capella alicuius ecclesię. Sol. Gasp. Cald. consuluit, quòd sint parochiani, per c. pastoralis. de his, quę fiunt à Prela. & c. ad audientiam, de eccles. ędif. & c. cum inter, de verb. sign. & idem tenēt D. Ant. & Dom. meus in d. c. pastoralis. No. etiã do. Dom. in c. ex transmissa, de præsumpt. vbi dicit, ꝙ debent esse rectoris, & non capellani instituti in illa capella, vel altari, Mouetur, quia matrici ecclesię debentur oblationes, quę fiunt ecclesiis, seu capellis, seu parochiæ, extra corpus ecclesię suę, fortius si fiant intra, licèt in altari, ad quod alius est institutus. Et hanc etiam opin. sentit Lap. alleg. 58. vbi circa materiam oblationũ, ad quas quis tenetur facere ad altare, & ad quas quis necessitatur diebus solennibus, quibus necessitatur audire integrã missam, & oblationem facere, secundum ea, quę diximus su
b pra, lib. 3. Quare, [b] cùm quilibet teneat ipsam missam audire in propria parochia, vt c. 2. de paroch. & per cõsequens in ea offerre. Ideo si alibi audiat missam, diebus solennibus offerat: non propterea excusatur quominus teneatur ecclesiæ parochiali. vnde tenetur vel mittere quod tenebatur offerre: vel alia vice duplam oblationem facere. Concludens etiam quòd si proprius rector parochianus licentiam dederit audiẽdi missam alibi, quod facere potest, vt no. in d. c. 2. Is tamen cui concessio facta est, non potest in preiudicium parochialis ecclesię alteri offerre. In ecclesia enim, in qua ex licentia audiat missam, non tenetur offerre: sed si vult potest: sed non in præiudicium ecclesię parochialis: nã talis licentia tanquam odiosa restringenda est, vt in regula, odia. de regu. iur. lib. sexto. vnde sicut dispensatio super absentia studiorum causa non includit perceptionem fructuum, nisi hoc expressè dicatur, vt in cap. tuæ. de cler. non residen. ita ut hic Nec debet ius vnius ecclesiæ dare alteri. 16. quæst. 1. cap. quicunque. quæ diligenter sunt notanda, cõmaximè, quia quotidie seruatur contrarium, propter ignorantiam & defectum scientiæ qui est in rectoribus parochialibus: sed saltem deberent ipsi operam dare, vt horum iurium parochialium notitiam haberent, & quod dixi de oblationibus factis ad altare, idem & in alijs oblationibus quæ debentur ecclesiæ parochiali à iure: nisi aliud exprimatur, vel nisi aliud habeat consuetudo, quæ hodie quodammodo est vniuersalis: quia factæ ecclesijs infra parochiam, communiter sunt rectoris illius ecclesiæ. quæ consuetudo ualet, vt dixi in præcedenti quæstione, vel nisi aliud habeat priuilegiũ, prout habent ecclesiæ regularium, quæ ex priuilegio quodammodo religionis, retinent omnes oblationes factas: etiam si fiant ad altare, vt est text. in cap. 1. de statu mon. & etiam in c. nimis. de excessib. Prælat. Item quod dixi, quod oblationes quæ fiunt in parochia, vel intra parochiam alicuius, etiam in
c missa, sunt parochiani: limitatur, [c] nisi Episco. fuerit ille, qui missam celebrauerit: quia tunc oblationes factæ sunt ipsius: etiam si dicat missam in ecclesia parochiali, & sibi offerantur à proprio parochiano. nam tota sua diœcesis intelligitur parochia sua, vt in cap. 1. & cap. super eo. de rapt. & de offic. Archipresbyteri. c. 2. 16. quæst. 3. c. licet in regulari. & ideo sua sunt: nam & omnia sub eius dispositione & dispensatione consistunt. 10. quæst. 1. cap. 1. 2. 3. & 4. hoc tenet Hostien. in titu. de paroch. §. in quibus. ver. quid ergo si Episcopus, & Archid. de consecrat. dist. 1. c. omnis. Subdit tamen Gas. in d. consilio, quòd hoc limitandum est, nisi aliud appareat per contrariam consuetudinem, quæ seruanda est. ad quod faciunt quæ superius dicta sunt. Item limitat, nisi Episcopus in vno loco nimis longam traheret moram, & nimis frequenter celebraret. argu. c. suggestum. de elect. & de verb. sign. c. quid per nouale. & prędicta etiam extendit Host. ad Archid. ꝙ mihi placet. Est etiam notandum, ꝙ similiter oblationes factæ in consecratione ecclesię, pertinent ad ipsum Episcopum. 18. q. 2. c. pen. & idem dicẽdum est de oblationibus factis in consecratione Episcopi, quia debent esse Episcopi, non assistentis, vt no. in c. & si quæstionem. de simo. Sed circa oblationes factas in missis, occurrit notabilis dubitatio. Pone quod statuto vel cõsuetudine pręscripta oblationes

ADDITIONES.

a ¶ *Ad idem adducitur per Abb. in cap. 1. in 3. not. de sta. re. in c. ex transmissa. in 1. no. de præscript. & hanc opin. tenet etiam Card. in Clemen. 1. in 6. de sup. neg. Præla. Abb. in c. dilectus, de offic. ord. vbi Mar. Lau. Io. An. in d. c. ad audientiam. & hanc opin. dicit esse communem Troilus Maluitius in tracta. oblationum. in 4. dubio, in 6. col.*

b ¶ *Vide S. Tho. secunda secundæ. q. 86. Host. in c. causa Carpensis. de verb. signif.*

c ¶ *Vide Doct. in c. 2. de dec. & in c. quamuis. vide cap. Eleuterius. 18. quæst. 2. adde Bar. Brixien. in suo dictionario. in verbo, oblatio. Imo. in clemen. si. in pen. colum. in vers. vlterius quæritur. de priuilegiis.*

tiones quæ fiunt die dominico, debent esse prælati & quæ fiunt in festo principali debent esse Episcopi. venit festum principale in die dominico, dubitatur nunc, cuius debent esse oblationes, quæ tunc fiunt. Io. de Lign. in c. fin. de feri. tangit quæstionē, & si rectè memini concludit pro Episcopo. eādem quæstionem tangit Guli. de Cun. in l. fi. de offi. proconsu. sed quid dicat, ad præsens non potui videre. Sed pro Prælato facit, quia quandocunque simul concurrunt, causa naturalis & accidentalis: consideratur naturalis, non accidentalis. l. 3. in princip. ff. de tute. Institu. de rerum diui. §. pauonum. & l. 1. C. de curat. furio. Sed in terminis nostris, dies dominicus est naturalis: dies festi est accidentalis. ergo cedunt Prælato, vt d. l. 3. in prin. Sed Bal. ibi format quæstionem hanc, & decidit post Cy. quòd tales oblationes debeant diuidi isto modo: videlicet, quòd oblationes quæ factæ fuerunt contemplatione diei dominici, cedant Prælato: aliæ cedant Episcopo. facit l. dies festos. C. de fer. Non obstant allegata in cōtrarium: quia loquuntur in re indiuidua: sed nos loquimur in re diuidua: quæ opin. videtur mihi iusta & rationabilis: nam quandocunque causa naturalis & accidentalis compatiuntur ad inuicem, vna non tollit aliam: sed simul stant, & concurrunt, vt in omnibus iuribus in quibus concurrit obligatio naturalis & ciuilis, ad quod facit c. pen. & gl. de offi. deleg. & quod ibi dixi. Sed dubium est in cognoscendo quæ obligationes dicantur fieri propter diē festum, & quæ propter diem dominicum, & maximè de oblationibus quæ fierēt à proprijs parochianis ad altare, ad quas tenentur, secundum ea quæ latius explicauimus lib. 3. & aliquid supra tetigimus. nam de oblationibus, quæ fierent ab alienis parochianis, non videtur esse dubitatio, quòd tales fieri videtur occasione festi, & similiter multæ sunt oblationes quæ apertam habent administrationem, quę fiunt ratione festiuitatis. Dubium ergo videtur remanere in oblationibus factis à Parochianis. Circa quod videtur mihi dicendum, quòd diuidi debeāt per medium, quod ostendo sic. In eadem die concurrūt duæ qualitates: quia dies dominicus, & dies festiuitatis: & vigore cuiuslibet parochiani tenentur offerre. Et est aduertendum, quòd ego arbitror quòd teneantur ad oblationem duplicatam: quia ista est regula, quia quādocunque aliquis debet habere aliquod præmium vigore alicuius qualitatis, & duæ similes qualitates concurrunt in aliquo, debet habere duplex præmium. vnde si statutum concedit Doctoribus collegium tantum pro Doctoribus, & tātum promotoribus: promotores qui sunt de collegio, debent habere vtrunque salarium, secūdum Doct.[a] in l. cum quæstio. C. de leg. per Bar. in l. si seruus communis. ff. de stipu. seruo. & l. Titia. §. qui marthæ. ff. de annu. leg. vbi Bar. per illum text. in simili dicit, quòd si testator legat suis fratribus cappam: & Priori Bibliam, quòd Prior debet habere Bibliam. quod etiam tenet Bart. & Io. de Imo. in d. l. doli. ff. de verb. obl. & Archid. 12. q. 5. c. quia I. Quare in terminis nostris ita videtur dicendum: nā cum istæ duæ qualitates eadem die cōcurrant: quę si cōcurrerent diuersis diebus, tenerentur parochiani duas oblationes facere. ita videtur dicendum, quòd pro eadē die ad duplicatas oblationes teneantur. Quare cum oblationes diei dominici deberent esse Prælati, & factæ die festiuitatis deberent esse Episcopi: per consequens diuidi debent inter Episcopū & Prælatum, pro æquali portione: nisi oblationes essent proportionatæ.

ADDITIO.

a ¶ *Vide Bart. in l. si consultatio. ff. de adopt. & per Io. An. in titu. de instrum. edi. §. nunc vero aliqua. in versi. sed an pauperes.*

LIBELLVS XIX.

¶ *Quid facere debeant vel possint, recipientes oblationes, de ipsis oblationibus.*

SVMMARIVM.

1 *Oblationes, cui sint applicandæ vsui.*
2 *Oblationes factæ ad vnum vsum, an possint commutari in alium.*
3 *Oblationes facta ad vnum vsum, an authoritate legati de latere, transmutari possint in alium.*
4 *Oblationes ad vnum vsum facta, an possint in alium transmutari cum offerentis voluntate.*
5 *Remedium quod detur aduersus modum rebus oblatis adiectum, non adimplendum.*

DECIMONONO prin. loco superest, vt examinemus † quid fieri debeat de oblationib. receptis. SOL. Dicendum arbitror, quòd aut offerēs nō expressit quid de re oblata fieri volebat, aut expressit. ¶ Primò casu, aut res oblata est prophana, aut sacra. Si[a] est prophana, tunc potest recipiens dispēsare illam rem ad libitum: dummodo dispenset in actus licitos & honestos, & sibi non interdictos: ex quo res oblata, est effecta sua, & rei suę, vt dictū est, quilibet est moderator & arbiter, vt l. in re mandata. C. manda. vnde posset dispēsare in equos, canes, & porcos, vt dicit glo. 10. q. 1. c. hanc consuetudinem. & ibi Hugo.[b] Si verò res oblata esset sacra, non posset recipiens vendere, aut illam alienare, vel ad prophanos vsus conuertere, vt no. glos. 10. quæst. 2. cap. hoc ius porrectum. & probatur expressè in regula, qui semel Deo. cum sua materia. de reg. iur. lib. 6.

¶ Vtrum oblata ad vnum vsum, possint in alium transmutari.

2 ¶ Secundo casu princ. † quādo offerens expressit quid fieri volebat de re oblata. Non dubium, quòd nō potest recipiens illam conuertere ad aliū vsum, quàm expressum. Nam vt superius explicatum fuit, potest quis in traditione rei suæ: ad quam tradendam vel dandam nō necessitabatur, adijcere conditionē quam vult: dummodo honestam & licitam; vt in l. traditionibus. ff. de pact. de sepul. c. de his. 18. q. 2. c. Eleuterius. & illa seruāda est, in Cle. 2. de reli. domi.

ADDITIONES.

a ¶ *Reprehenditur hæc opin. per Troilum Maluitium in tract. oblationum. in vlti. col. quarti dubij.*

b ¶ *Reprehenditur etiam hæc opin. in d. tract. oblat. in vltimis verbis.*

domi.& l.legem. C.de pact. & l.legẽ, C.locati.aliàs agi potest contra non seruantem, vt traditur in d.l. in traditionib. & dictis iuribus. Donata [a] enim uel relicta ad vnum vsum, non possunt regulariter in alium vsum, etiam pium conuerti, vt tenet glo. Lau. Zenze.& Doct. in d. Cle.2.de reli.dom.facit de con secra.dist.2.c.reuera.& quod no.in l.1.C.de rei vxo. actio. Neque enim debet disco operiri vnum altare vt aliud cooperiatur. de præb.c.cum causam. de fo. compe.c.ex tenore. C.qui potio. in pign.habe.l.a si duis.auth.nisi rogati.ad Treb.in Auth.quo.op.Epi. §.si verò nõ fecerint. quod procedit etiam si ad hęc accederet authoritas Episcopi, vel cuiuslibet alterius inferioris à sede Apostolica, vt d.Cle.secunda. Sed per sedem Apostolicam potest commutari in alium vsum, per tex.in d.Clem.quia cõtingit. Nam tex.ille loquitur per verbum, largitione. & sic comprehendit etiam oblata inter viuos, & relicta in vltima voluntate, vt dicit ibi gl. vnde non solum de legatis ad pias causas in certos pios vsus potest disponere, commutãdo in alium vsum: de quibus ẽt probatur in Cle.dudum.§.fi. de sepul. sed etiam de donatis inter viuos: quia ipse est insolidum gubernator vniuersalis ecclesiæ: cuius caput est ecclesia Romana.& ideo ad ipsum tanquam ad caput pertinet ad singula membra alimenta transfundere. 9.q.3.c. cuncta per mundum, & c.per principalem. facit de excess. prælat. Clemen. 1. §.præterea. sicut in simili de principe seculari dicimus.ff.de admin.re.ad ciui. perti.l.1.

¶ Vtrum possint transmutari authoritate legati de latere.

3 ¶ Sed circa prædicta dubitari potest,† vtrum saltem authoritate legati de latere possit fieri hæc cõmutatio. Sol. Glo.in d. Clemen.2.de relig.domi.in ver.apostolicæ tenet ꝙ non. Pro qua opin. videnda sunt quæ diximus in c.officij. de sent. excomm.23. dist.prin.art.4.q.prin.primo membro.vers.34. Lap. verò prædictam Clem.allegat in contrarium, quod not.idem Io. Andr.in c.si Abbatem.de elect. lib.6. & c.authoritate. de priuil.eod.lib. vbi dicit ꝙ aliud est dicere, sedis apostolicæ: aliud Romani Pontificis: quia appellatione sedis apostolicæ, comprehenditur legatus de latere, sed appellatione Romani Pontificis, non continetur. vnde cum tex.in d. Cle. 2. loquatur per verbum, apostolicæ sedis, per consequens videtur ꝙ legatus de latere possit hanc commutationem facere. Sed hoc non obstante dicit ꝙ legatus hoc non poterit, quia posse hanc commutationem facere dependet à plenitudine potestatis, qua caret legatus. de præben.per literas.& cap.dilectus. Nam hoc agitur de eo, contra quod nil aliud est disponere, quàm disponere contra legem, quod sibi principi licitum est: nam dispositiones testatoris factæ ad certum vsum, debent pro lege seruari. 13.q.2.c.vltima voluntas.in Authen. de nupt.§.disponat.& ideo nomine apostolicæ sedis, non comprehenditur legatus, sed solus Papa. Quod tamen dicit Pau. procedere, nisi hæres consentiret: quia tunc posset fieri non solum per legatum, sed etiam per Episcopum. allegat no. per Io. Andr. post Inno. in c. fin.de testam.

¶ Sed tu aduerte: quia licet Lap. loquatur, quando oblatio esset facta per viam vltimæ voluntatis. Quo casu, dico quòd etiam legatus de latere non posset commutare. Ad quod adduco tex. in l.legatum.ff.de administrat.rerum ad ciuit. pertinen. vbi text. vult quòd legatum factum per testatorem ad certum vsum, non potest in alium vsum conuerti citra Principis authoritatem: tamen idem ego arbitror, quando est facta inter viuos: quia tollere ius suum quæsitum, etiam per viam contractus, pertinet ad habẽtem supremam potestatem, vt traditur per Innoc.& Doct.in c. quæ in ecclesiarum. de con stitu.& nota. in l.quatenus. C.de preci. impe.offer. Hæc ergo commutatio non potest fieri sine authoritate sedis Aposto. vnde authoritate leg. non potest fieri, quia vt patet ex superioribus, istud est de reseruatis Principi. Nam etiam tollere partibus nõ consentientibus quod processit per viam contractus, esset legem tollere, vt l.legem. C. de pact. & l. legem. C.locati.& in l.traditionibus. ff.de pactis. & ideo legatus non potest, vt dictum est. facit text.& quod ibi no. glo. in ver. sede. in c.si postquam. de elect. lib.6.

¶ Vtrum voluntate offerentis possit in aliũ vsum fieri commutatio.

4 ¶ Arbitror tamen in hoc esse differentiam, † an per viam vltimæ voluntatis vel contractus, fiat oblatio in certum vsum pium, quia primo casu, etiam accedente voluntate hæredis, non põt per inferiorem fieri cõmutatio in alium vsum, licet contrarium voluerit Lap.& malè, secundum quod tenet Zaba. in Cle.2.de reli.dom. & Io.de Iero. ibi.& mihi placet, cum non agatur de voluntate hæredis, cui possit renunciare: sed de seruanda voluntate defuncti. facit quod no. Bar. in l.legatum. ff.de vsufru.lega. & l.legatum.ff.de admi.rerum ad ciuit.perti. Quod tamẽ multipliciter limitandum est. Primò, si modo tale relictũ in illum vsum, potest seruari ad illum vsum, & ad ipsum sufficit. Secus si de facto propter aliquod impedimentum non posset impleri in illum vsum: puta, reliquit quod certum oratorium leprosorum, vel hospitale ædificaretur in certo loco, ꝙ non potest ex aliqua causa sibi fieri, vel non sufficit pecunia relicta ad explendũ quod testator voluit. Nam hoc casu, de consensu partium, & authoritate non solum legati, sed ẽt Episcopi potest fieri hæc cõmutatio, vt no. Inno.c.nosquidem.de testa.no. Bar. in d.l.legatum.ff.de admi.rer.ad ciui.perti. facit in l. fi.ff.de ope.pub.tenet Io.de Lig.in d. Cle.2. de reli. dom.& in Cle.exiui.de verbor.signific. & per Bart. in tract.minoricarum. lib.2. distin.2. c.3. vnde non potest hæres propter hanc causam repetere relictũ: sed debet conuenire & cõsentire, vt in alium pium vsum & modum commutetur, vt d.l.legatam. Prædicta tamen procedunt, nisi testator adiecerit, ꝙ si legatum

ADDITIO.

a ¶ *Adde no. verbum, quod dixit Marti. de Lau. in addit. ad Io. And. in c. Episc. de præb. scilicet quòd licet voluptuosè viuentes de reditibus ecclesiæ peccent, & teneantur ad restitutionem, secundum Abb. ibi, & Ioan. de Lig. cle. gratiæ, de rescrip. illud procedit in fructib. beneficio. secus in oblationib. nam tenetur distribuere pauperibus, quando habet patrimonium vnde honestè viuere potest, per glo. in c. illi autem. 12. quæst. 1.*

legatum seu relictum nō posset adimpleri ad illum vsum, ad quem testator reliquit: ꝙ tunc reuertatur
a ad hæredem: quia tunc potest hæres repetere,[a] vt l. liberto. §. Lucius, & ibi no. Bar. post gl. ff. de annu. lega. & similiter sua voluntate posset tunc in alium vsum commutari, vt statim dicam. Secundò limitarem, si modo commutatio in alium vsum nō fieret perpetuo, sed temporaliter ex aliqua iusta causa, & pro hac limitatione allego tex. sing. in l. 1. C. de ex pen. ludo. lib. 11. vbi patet ꝙ relictum factum ciuitati ad certum vsum, non potest perpetuo deputari ad alium vsum sine licentia Principis, sed cum licentia præsidis potest temporaliter commutari. Ex causa igitur temporali potest commutari cum authoritate Episcopi & legati, maximè Cardinalis: cum tales æquiparētur Præfecto prætorio, vt no. gl. Bal. in l. 1. ff. de offi. præfec. Tertiò limitatur, si testator expressè disponit, quòd authoritate Episcopi, vel ex alterius voluntate: puta, hæredis vel alterius, possit commutari in alium vsum: nam etiam hoc casu, seruanda est voluntas defuncti, prout disposuit respectu modi implendi de relicto per eū facto: postquā testator voluit quòd authoritate inferioris, vel ex voluntate illius posset conuerti in alium vsum dummodo vsus esset honestus.

¶ Quartò limitatur, si propter non adimpletum modum, relictum redijsset ad hæredem: quia tunc voluntate sua posset fieri commutatio in aliū vsum: quàuis testator nihil dixisset, & ratio patet in promptu: quia rei suæ, vt dictum est, quilibet est moderator & arbiter. Et notabis diligenter prædictas nouas limitationes ad dictam Clemen. 2. de relig. do. Sed quando per viam contractus fuit facta oblatio in aliquē pium vsum, nō est dubium ꝙ non solùm authoritate Episcopi vel legati: sed ēt ex propria voluntate ipsius offerentis, potest fieri cōmutatio. arg. c. 1. de reg. iu. & regulæ, nihil tam naturale: ff. de reg. iur. & l. ab emptione. ff. de pact. Sed dubium maius mihi est, vtrum hoc casu ex voluntate hæredis contrahentis possit hæc cōmutatio fieri? videtur mihi attentari posse, quod sic, quia pacta & cōuentiones regulariter reales sunt, & ad hæredem transeunt, vt l. iurisgentium. §. pactorum. & l. tale pactū. ff. de pac. & ideo ꝙ potuit defunctus, potest ēt hæres, cui ex contractu defuncti quæsita est oblatio, sicut ipsi defuncto. quod etiam not. est ad limit. dictæ Clem.

5 ¶ Qualiter succurratur † contra non adimplentem modum adiectū rebus oblatis. Quid aūt si per recipientem relictum vel oblatum cōuertendum in certum vsum pium non adimpleatur modus adiectus: quibus remedijs agendū est, vt impleatur. Dicēdum vt traditur per Bar. in l. quibus diebus. §. Termilius. ff. de cond. & dem. & cuius authoritate & diligētia dicendū, vt traditur in d. Cle. 2. de rel. domi. & de vtroque latissimè dixi in tractatu de modis & causis adiectis in vltimis voluntatib. & cōtractibus.

ADDITIO.

a ¶ *Vide Bal. no. in l. ab eo. C. de fideicommissis. vbi posuit, quid si quis reliquerit legatum fratribus ad dicendum missas quotidianas, & dixerunt per decem annos, postea dimiserunt: an tale legatum possit commutari officio Episcopi in alium pium vsum.*

LIBELLVS XX.

¶ *Quales debeant esse qui mittuntur pro oblationibus: & de pœna non mittentium dignos.*

POSTERIORI LOCO, Quia sæpe contingit quòd non solùm ecclesiæ, hospitale, & loca pia accipiunt oblationes quæ sponte ad ipsorum loca ab offerentibus portantur: sed propter locorum piorum necessitatem, mittuntur aliqui quæstores qui prouincias & ciuitates circumeunt, quærendo, postulando, & recipiēdo oblationes & eleemosynas. Quare merito dubitari potest, quales debeant esse ipsi quæstores. In quo artic. breuiter dicendum est, ꝙ tales questores debent esse viri literati, & veri cōfratres ipsorum mittentium: ita ꝙ tanquam veri fratres illius loci, verum signū portent, vt est tex. expressus in c. tuarū. de priuil. Quod est notandum contra istos cerretanos, qui vadunt quærendo pro oblationibus & eleemosynis hospitalis sancti Antonij de Vienna, Sancti Spiritus de vrbe, Sanctæ Mariæ de Roncisualle: qui cum sint veri laici & vxorati: assumunt falsum habitum, & signum illius religionis, & vt plurimum sunt homines illiterati, & pleni mendacijs & collusionibus, & cerretanea facundia non solùm simplices muliercu las, sed etiam imprudentes homines plerunque decipiunt. Atque vt nos studijs liberalibus operam damus, ita & illi fallacijs & deceptiuæ facundiæ studia sectantur, & colunt, & ille apud eos digniori loco, præstantiori æstimatione habetur, qui dulcibus & mellifluis verbis aptius fallere didicit. Placet facundia, & vt talium locorum rectores viros literatos & facundos mittāt: qui suasionibus & veris argumentis, & rationibus catholicos viros ad oblationes prouocent: in medium deducentes loci indigentiā, atque necessitatem: in quam pios, necessarios, & misericordes vsus oblationes cōuertuntur. Quot quales, quātos, & quàm vberrimos, & animabus nostris saluberrimos fructus ex ipsis oblationibus offerentes recipiant: sicut ex superioribus à nobis explicatis facillimè deduci possunt. Intelligere enim eos oportet, quòd orator est vir bonus, dicendi peritus. Quare huiusmodi questores, neque mentiri, neque mendacium dicere debent. Bonus enim vir pręstare debet, ne mentiatur: prudens ne mendacium dicat. faciunt no. 22. q. 2. c. primum, & is autē. & c. animaduertendum. & c. is qui. Caueant ergo mittentes huiusmodi quæstores, ne alios quàm eiusdem loci fratres, laicos vel clericos falso eorum signo mittant: quoniam his à quibus ipsos missos esse constiterit, per totam illam prouinciā ad quam missi sunt, per Archiepiscopum debet quæsturæ officium interdici. Ipsi verò quæstores, quos etiam iura quandoque exhortatores appellant, si laici sunt, excommunicari: Si verò clerici, ab officio & beneficio suspendi debent, vt est text. in d. cap. tuarum. de priuilegijs.

¶ *Hæc ergo sunt integerrime atque pijssime Vrbane, quæ in præsentiarum in materia oblationum mihi Mariano Socino Senensi, literis mandare visum fuit.*

TRA-

TRACTATVS De Visitatione.

REVEREND O IN CHRISTO PATRI, ET DOMINO,

D. IO. DE AGBAZARIA DE SENIS, Dignissimo Episcopo Grosseti, D. suo praecolendiss.

MARIANVS SOCINVS se plurimum commendat.

SVMMARIVM.

1 *Visitatio quid sit.*
Visitatio quasi circuitio dicitur.
2 *Visitatio quotuplex sit: seu quot modis fieri possit.*
3 *Visitatio quando, & quare inuenta fuerit.*
4 *Visitationis officium quis exercere possit.*
Pontifex summus, an visitare possit.
5 *Visitandi potestas, an possit delegari.*
Visitatores electi in capitulis religiosorum, an visitare possint.
6 *Visitandi potestas, an possit quaeri praescriptione.*
7 *Papa an ex praecepto teneatur ad visitandum.*
Papa in pectore omnia iura putatur habere.
8 *Visitari qui possint à summo Pontifice.*
Romana ecclesia contra se non confert priuilegia.
9 *Loca quae ab Archidiacono visitari possint.*
10 *Ecclesiae seculares & capitula, an possint visitari.*
11 *Ecclesiae omnes visitari possunt.*
Correctio bona non fit per mulieres.
12 *Capellae visitari possunt.*
13 *Oratoria, an visitari possint.*
14 *Hospitalia & alia loca, an possint visitari.*
15 *Visitatio, an possit recusari.*
16 *Exempti, an possint ab Episcopo visitari.*
17 *Visitatio an possit remitti.*
18 *Visitatio, an cesseturt remissa p remissionẽ seruitiorũ.*
19 *Visitatio, an possit amitti praescriptione, vel consuetudine.*
20 *Visitatores non admittentes, quae sint actione conueniendi.*
21 *Visitatio quo tempore fieri possit.*
22 *Visitatio in quo loco fieri debeat.*
23 *Visitator quot equitaturas habere possit.*
24 *Remedium quod detur aduersus visitatorem subditos onerantem.*
25 *Visitator quid facere, & qualiter procedere debeat in visitatione.*
26 *Visitator ordinarius, quid respectu loci expediendae visitationis agere debeat.*
27 *Visitator, quid respectu temporis expediendae visitationis agere debeat.*
28 *Visitator, qualiter se habere debeat circa examinationem fiendam pro reformanda ecclesia.*
29 *Visitator, qualiter se habere debeat in correctione visitatorum.*
30 *Visitator, qualiter se habeat circa priuilegia, eleemosynas, & similia.*
31 *Visitator, quot diebus morari possit apud visitatos.*
32 *Visitati, qualiter se ad visitatores habere debeant.*
33 *Procurationum species quot sint.*
34 *Procurationem, quis petere possit.*
35 *Procuratio, à quibus debeatur.*
36 *Procuratio, de quibus rebus solui debeat.*
37 *Procuratio, quo iure debeatur.*
38 *Procuratio, qualis debeatur visitantibus.*
39 *Procuratio, in quo sit praestanda loco.*
40 *Procuratio, quanto tempore debeatur.*
41 *Procuratio, qualiter petatur & formetur.*
42 *Procuratio, qualiter per visitatorem sit recipienda.*
43 *Visitatus quibus remedijs ad procurationem soluendam compellatur.*
44 *Procuratio propter quas causas iustè possit denegari.*
45 *Ecclesia ratione priuilegij, an possit excusari à solutione procurationis.*
46 *Exemptio, an sit iusta causa procurationis denegãda.*
47 *Praescriptio, an excuset à procuratione praestanda.*
48 *Subditus non potest praescriptione se tueri, ne procurationem praelato visitandi soluere teneatur. & limitatur hoc, num. seq.*
56 *Consuetudo, an excuset à procuratione soluenda.*
57 *Compositio inita, an possit quem eximere à soluenda procuratione.*
58 *Praelatus quando procurationem possit subditis remittere, & nu. seq.*
62 *Commutatio, an excuset à solutione procurationis.*
63 *Res iudicata, an excuset à procuratione soluenda.*
64 *Paupertas, an excuset à procuratione praestanda.*
65 *Sterilitas, an sit iusta procurationis denegandae causa.*
66 *Procuratio, an possit denegari si praelatus sine necessitate visitet.*
67 *Procuratio, quando iustè denegari possit, & nu. seq.*
71 *Visitator debitam excedens procurationis quantitatem, qualiter puniatur.*
72 *Visitatio quoties, & quando fieri possit, & nu. seq.*
83 *Visitationis effectus qui sint.*

SI RECTE memoria teneo (Reuerende in Christo pater, & Domine; Domine mi praecolendissime) cum 3. Calend. Ianuarij tecum in coena fuissem: Coena iam confecta, partem noctis per varios sermones duximus, quibus tandem intellexi quanta cum charitate, ac paterno amore institueris, quàmprimum ecclesiam tuam repeteres, Dioecesim totam visitare, qua posses clericorum, atque populorum tuae curae commissorum, bellorum confratribus, & temporum calamitatibus diu oppressorum saluti consulere, & ecclesiarum reformationi prouidere. Et in ea visitatione pro posse, sacrorum canonum instituta seruare. Quo factum est, vt domum repetens, post completum somnum cogitare, & experientia repetere cepi, quantum Praelati, quibus visitandi munus incumbit: tum canonicas constitutiones peruertentes: non sequentes doctrinam apostoli, quoniam non quae Iesu Christi, sed quae sua sunt penitus quaerunt. Omnem eorum intentionem atque operationem, & officium ad auaritiam & Idolorum seruitutem conuertunt. Et contra sacrorum canonum praecepta, à recta via delirantes, acriter impudenterque committunt.

Quamobrem non vt tibi, qui sciẽtia, doctrina, prudentia, atque bonitate præfulges, & à quo auaritia est penitus aliena, sed vt aliorum, qui aut ignorantia ducuntur, aut malignitate tenẽtur occurramus: hoc Visitationis Opusculum, primum Senens. demum propter pestem ciuitatem nostram vexãtem, Scopeti, inter hos saxosos colles, vepres, & arbores, dulcisonasque philomelas lucubratum absoluimus: cuius doctrina, tua potissimum grauissima authoritate approbata, ignorantibus lumen claritatis aperietur. Peruersorum verò atque malignantium audacia: quam si fortè non subditorum charitas: nõ Dei timor: nõ canonum exhortationes, atque præcepta coercent: saltem grauissimarum pœnarum huiusmodi transgressoribus impositarum, huius doctrinæ cognitione meritò compescetur, fientq; hac præceptorum traditione eruditi, & quæ per eos in visitationis officio seruanda sint, intelligere poterunt: Deoque autore, si illius, atque ecclesiæ debitam vltionem effugere voluerint, obseruabunt. Peruersi verò atque malignantes, si hæc præcepta accuratè legerint: quid vt faciant exoro, impetroque. certo certius teneo, nisi in profundum malorum deuenerint, saltem pœnarum metu, ad rectam atq; legitimam visitationis viam declinabunt. Tu igitur, vt visitantes legitimæ visitationis doctrinam assumant, & visitati illius vberrimos atque salutiferos fructus consequantur: opusculum ipsum solita humanitate recipies, & receptum emẽdabis, vt tua amplissima opinione maiorem fidem & authoritatem nanciscatur. Vale. Cæterum, vt præsens visitationis materia per distinctionem clarior reddatur, ipsam in 13. distinguemus libellos.

¶ Primo ergo libro tractabimus, quid sit visitatio, & vnde dicatur. Et vtrum sit de lege diœcesana, vel de lege iurisdictionis. Secũdo, quotuplex sit visitatio, seu quot sint visitationis species. Tertio, quãdo huiusmodi visitatio fuerit introducta. Quarto, qui sint, ad quos visitationis officiũ pertineat. Quinto, vtrum omnes quibus visitandi officium competit, ad ipsam ex præcepto teneantur. Et hunc per tres principales quæst. prosequemur. Sexto, qui possint, vel debeant visitari: & hunc distinguemus in 15. quæst. principales. Septimo, quando, seu quo tempore fieri debeat visitatio. Octauo, quo in loco fieri debeat visitatio. Nono, qualiter, & cum quot personis, & equitaturis visitatio fieri possit: & hũc prosequemur per tres quæst. principales. Decimo, qualiter visitator in visitãdo versari debeat: & quid agere teneatur. Et hunc principaliter distinguemus in tria membra. Et primum membrum in 8. principales quæst. Vndecimo, qualiter visitati circa visitatorem versari debeant. Et ad quid teneantur. Et hunc distinguemus in 15. principales quæst. Duodecimo, quoties, & quãdo possit fieri visitatio. & hunc prosequemur per vnã regulam, & nouem fallentias. Posteriori libello tractabimus de visitationis effectu.

¶ Primo igitur libro, cùm de visitandi munere, quod prælatis ecclesiasticis incumbit, agendum sit, vt Ciceronis ac maiorum nostrorum præcepta seruemus, de quibus aliis in locis pluries demonstrauimus, tractandũ est, Quid sit visitatio, ne super ignoto procedamus. Est ergo aduertendum, quòd visitationis certa, ac recta diffinitio dari non potest, nisi distinguatur: quoniam terminus æquiuocus cum pluribus competat, secundùm distinctas rationes, vt philosopho in prædicamẽtis placuit, diffiniri nõ potest. Ex eo autem visitatio terminus æquiuocus esse dignoscitur, quòd multipliciter accipi potest, vt in l. quatenus, de regu. iur. & l. quatenus idem, de regul. iur. c. in præsentia, de proba. & c. illud, de præsumptio. Etenim dubiorum actuum, quorum ferè eadem videtur esse natura, vel promiscua, vel multa vicinitate coniũcta, vt in l. natura cauillationis. ff. de verb. sign. & in l. ea est natura. ff. de reg. iur. ex signis fit descriptio. sic testamentũ à codicillo per instit. & hæred. distinguitur. C. de testam. l. non codicillum. ff. de iure codicil. l. illud. §. tractari. Et donatio causa mortis a simplici donatione per signa dignoscitur. l. Seia. ff. de dona. cau. mor. Emphyteusis etiã contractus ab emptione, atque locatione signis distinguitur. Instit. de loca. §. adeo. Multipliciter autem accipi visitationem clarissimum est, vt in libro clarius demonstrabimus. Verùm, cùm non de qualibet visitatione, sed tantùm de ea, ad quam prælati ecclesiastici necessariò tenentur, agendum sit, quamuis nec maiores nostri illam diffinierint: eam tamen arbitror sic satis aptè diffiniri, aut posse describi.
1 † Est igitur visitatio, vt mihi videtur, munus, quod prælatus ecclesiæ, iurisdictionem habens in subditos, cum eorũdem visitatorum procuratione per se, vel delegatum, à se annis singulis semel, vel pluries necessariò pro subditorum salute, atque vtilitate, & ecclesiarum reformatione subire tenetur. Munus ponitur vt genus, quoniam vt aliis locis diximus: Omnis bona diffinitio ex genere, & differentiis constare debet. Reliqua verò verba ad alienarum visitationum differẽtiam in diffinitione ponuntur: verba enim illa, Prælatus ecclesiasticus, ponuntur ad differentiam aliarum visitationum, quas faciunt etiam hi, qui non sunt Prælati, de quibus secundo principali libro demonstrabimus. verba autem illa: Iurisdictionẽ habens in subditos, ponuntur ex eo, quia ad hoc, vt possit huiusmodi visitatio fieri, exigitur, quod prælatus, qui vult visitare, habeat iurisdictionem ordinariam, secundùm ea, quæ lib. 4. q. 10. demonstrabimus. Et ad differentiã aliarum visitationum, quæ fiunt absque iurisdictione ordinaria, vel delegata. Illa autẽ verba, quæ sequuntur: Cùm subditorum visitatorũ procuratione, ponuntur ad differentiam visitationũ, quæ fiunt etiam à prælatis non ex necessitate officij, sed ex voluntate, & charitate, absque aliquã procuratione, de quibus infra dicemus lib. seq. & lib. 11. Verba autem illa, vel delegatum, ex eo subiiciuntur, quoniam ex iustis causis potest quandoque huiusmodi visitatio delegari, vt latius explicabimus lib. 4. q. 12. Verba autem, quæ sequuntur: Semel, vel pluries, ponuntur propter ea, quæ diximus lib. 12. Verbũ autem, necessariò, adiungitur, quia huiusmodi visitatio est in præcepto, de quo diximus lib. 5. & etiam ponuntur ad differẽtiam aliarum visitationum, quæ ex voluntate, non ex necessitate fiunt, de quibus in seq. lib. tractabimus. Reliqua verba, Pro subditorum salute, atque vtilitate, & ecclesiarum reformatione, ponuntur ad denotandum visitationis effectus, de
2 quibus plenius tractabimus lib. 10. & lib. 13. † Dicitur autem visitatio quasi circuitio. Et visitator quasi

circuens.

circuens: Circuit enim prouinciam, dioecesim, vel locum iurisdictioni suae commissum, vt probatur 80. dist. c. non debere. iuncta glo. 1. Et est not. quòd quidam voluerunt hanc visitationem esse de lege iurisdictionis, quod innuere videtur tex. in c. cum venerabilis, de censi. ibidem tex. vult, quòd episcopus habeat visitationē ratione iurisdictionis suae. Nonnulli vero voluerunt, quòd sit de lege dioecesana, quod voluit Host. in sum. in tit. de offic. ord. §. quid pertinet. ver. lex vero dioecesana. Quae autem pertineat ad legem dioecesanam, & quae ad l. iurisf. & an haec diuersa sint, non est intentionis nostrae hic tractare. traditur per glo. & Doct. 10. q. 1. in summa. & in cap. conquerente, de offic. ordin. ego latius dixi in tract. de offic. ord. Sed pro nunc ad intentionem nostram arbitror vtranque opinionē sustentari posse. In quātum enim praelatus visitando inquirit, instituit, deponit, reformat, prouidet, corrigit, atque punit, ad iurisf. pertinere videtur. Inquantum vero à visitatis procurationem recipit: talis receptio de lege dioecesana appellari potest.

¶ Secundo principali lib. tractandum est, quotuplex sit, seu quotupliciter dicatur fieri visitatio.

¶ Circa quod dicēdum est, q̄ visitatio multipliciter fieri dicitur. Primo, quoniā Deus dicitur nos visitare in morte, iudicando nos, iuxta illud: Vbi te inuenero, ibi te iudicabo. & de hac visitatione dicitur in prima epistola Petri, cap. 5. Humiliamini sub potenti manu Dei, vt nos exaltet in tempore visitationis. Secundo modo Deus dicitur nos visitare, vt ab hostibus liberet. Vnde Iudi. c. 4. in fi. omnes orabant ad dominum, vt visitaret populum suum. Tertio modo dicitur nos visitare, temporale beneficiū conferendo. Genes. c. 20. Visitauit dominus Saram, sicut promisit, & impleuit, quae locutus est. Concepitque, & peperit filium. Quartò visitat, gratiam cōferendo. Eccles. cap. 33. Sicut parturiens cor tuum fantasias patietur, nisi ab altissimo emissa fuerit visitatio. Quintò visitat corripiendo. Hinc Psal. Visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum. & Iob cap. 10. Visitatio tua custodiuit spiritum meum. Sextò, visitauit nos Dominus Iesus Christus naturam nostram assumendo. vnde Psal. Visita nos Domine in salutari tuo. & Lucae cap. 2. Visitauit nos oriens ex alto, secundùm Archid. 13. quest. 2. §. item Ioseph, in prin. Septimò, dicitur quis aliū visitare gaudij causa. Sic sacratissima virgo Maria abiens in montana cū festinatione, visitauit Helisabet. Luc. cap. 1. Octauo, nonnunquam fit visitatio pro exhibitione operis misericordię, vnde ex misericordia nos visitamus carceratos, & infirmos. & de his non hic, sed suis locis est intentionis nostrae tractare. Nono sumitur pro ea visitatione, quā quisque praelatus, vel alius charitatiuae hospitalitatis causa, ecclesias, monasteria, hospitalaria, leprosaria, aut similia visitat loca. facit Clem. 2. versi. nos igitur, de censi. de qua etiam visitationis specie non pertinet principaliter ad indagationem nostram. Postremo quaedam est visitatio, quam Prelatus ex debito officij sui facere tenetur, de qua in hoc tractatu agendum est. & quae sit ista, satis supra lib. 1. demonstratum extitit. Est tamen aduertēdum, quod prelatus visitare intelligitur etiam super confirmandis pueris, aut consecrandis ecclesiis. accedat c. 1. de relig. domi. Siue etiam pro quocunque alio negotio, vel quod multos tangat, visitet. 10. q. 3. c. relatum. & c. nec numerus. & de simo. c. cum sit. 1. q. 1. placuit. secundùm Inno. in c. 1. de censi. lib. 6. Vel vt Host. & Ioan. Mona. ibi tradunt, Si pro salute animarum, vel pro cultu diuino amplificando, aut pro statu ecclesiae in melius reformādo, subditos visitet, vt d. c. placuit. secus secundùm Inno. si vadit pro causis expediendis: sicq; videtur concludendum hoc vltimo casu, procurationem minimè deberi. Cęterum pro reconciliatione ecclesiae, Archid. in d. c. 1. de censi. lib. 6. tenuit procurationē deberi, cuius tamen contrarium tenuit Vincen. in c. proposuisti, de consec. eccles. vel alta. quem refert idem Archid. de consec. dist. 1. c. ecclesiis. sed nunc omitto, quoniam procurationis materiam lib. 11. plenius demonstrauimus. Est & alia visitatio quam facit Papa per vniuersum orbem, id est ecclesiarū vniuersi orbis, singulo anno per Italiam, & singulo biennio vltra montes, & singulo triennio vltra mare per indirectum, quia cum ipse non possit personaliter accedere: ordinatum est, quod episcopi quarumlibet ecclesiarū veniant ad eum, vt sic intelligat statum ecclesiarum suarum, iuxta not. in c. ego N. de iureiur.

3 ¶ † Tertio libro tractandum est, quando huiusmodi visitatio fuerit inuenta. Circa quod satis clara responsio patet ex his, quae in praecedentibus libellis demonstrata sunt. Pro subditorum enim salute, & vtilitate, tam locorū, quàm clericorum, atque ecclesiarum, monasteriorum, reliquorumq; locorū visitandorum conseruatione, & reformatione, tam in capite, quàm membris fuit introducta, per no. in c. cum Apostolus, de cens. & cap. procurationes, de cens. & c. 1. de cens. lib. 6. maximè ibidem tex. dicit: Ne animarum profectus aliquatenus negligatur. facit 18. q. 2. c. visitandi. ad quod videnda sunt, quae latius lib. 10. q. 4. & q. 5. explicauimus. Nec mirum, quoniam in his, quae ad familiae gubernationē pertinent, vtilitatem maximam praesentia, ac domini visitatio praestat, vt est apud Philosophum, libro 1. Oeconomicae. vbi refert, quod interrogatus Pindarus, quae fruges maximè pinguefacerent equū. Oculus, inquit, domini. Quod autē sterquiliniū agrum plurimum pinguefaceret: vestigia, respondit, domini. Quibus etiam verbis clarè satis demōstratum est, quòd visitatio subditorum salutem, atque vtilitatem producit, vt ex superioribus, atque inferioribus clarissimè demonstratum apparet.

4 ¶ † Postquàm de causa productiua tractauimus hoc quarto libro examinandum est, Qui sint, qui visitationis officium valeant exercere. Pro cuius materiae clariori doctrina, infrascriptas examinabimus quaestiones. Primò de Roma. Pontific. Secundò, de legatis de latere. Tertiò, de legatis missis & natis. Quartò, de legatis & nuncijs Apostol. sedis. Quintò, de Patriarchis. Sextò, de Archiepiscopis. Septimò, de Episcopis. Octauò, de Archidiaconis, Decanis, & Archipresbyteris. Nonò, de Abbatibus. Decimò, de alijs inferioribus iurisdict. habentibus. Vndecimò, de capitulo sede vacante. Duodecimò, vtrū visitatio possit delegari. Tertiodecimò, de visitatoribus eligendis in generalibus capitulis religiosorum. Quartodecimò, vtrum visitandi potestas possit quaeri praescriptione & consuetudine.

Quintodecimò, de his quibus duplici iure visitandi potestas competit. ¶ Primò ergo quæritur de summo Pontifice, vtrũ posśit visitare, & ad visitandum sit obligatus. ¶ Sol. Dicendum est quòd sic. Etenim vicem Dei gerit in terris. de translat. prælat. inter corporalia. & c. quanto. & c. licet. & in c. vt no strum. §. porrò. vt eccle. benefic. 21. d. c. pro humani. de homic. lib. 6. 24. q. 1. c. quoniam. Et ab Iesu Christo humani generis Redemptore, dominici gregis curam, atque regendi potestatem acceperit, inquit enim, Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Matth. 16. Io. 13. & 19. d. c. ita dominus. 21. d. in nouo, & c. quamuis. in d. c. fideliore. 2. quæst. 7. Petrus. 9. quæst. 3. aliorum. 24. q. 1. rogamus, & c. si Petrus, & c. cũ beatissimus, & c. quia ex sola. & de consec. dist. 2. c. Si enim, inquit. & rursus, pasce oues meas. Io. c. fin. de elect. cap. significasti, & c. fundamẽta. de elect. li. 6. & Petro insuper & omnibus Apostolis præcepit: Ite, prædicate Euãgelium omni creaturæ. Matth. 7. Et quãuis omnibus Apostolis sic imperauerit, præcipiendo vt retia relaxarent: tamen soli Petro dixit, & successoribus suis, regere, pascere, prædicare, & retia in altum ducere. Quæ omnia ad visitationis officium pertinent, secundum ea quæ lib. 1. demonstrata fuerunt. & quæ plenius explicabimus, lib. 10. Meritò summus Pontifex ad visitationẽ tenetur. Nam & ipse Deus omnipotens inquit: Descendam & videbo, vtrum clamorem qui venit ad me, opere compleuerint. Genes. 14. 2. q. 1. c. Deus omnipotens. Cùm ergo clamor ad Summum Pontif. de gregis sui commissi erroribus peruenerit, descendere tenetur, & sic inquirere & prouidere, ne grex dominicus sibi commissus pereat. Verum quia continuo sedes Aposto. maximis curis & solicitudinibus exagitatur, secundum causarum & personarum, locorum qualitatem, ac grauissimorum negotiorũ varietatem: ea propter præter hos quos sedes Apostol. perpetuos ordinarios prælatos deputauit: plerunque etiam per legatos de latere, aliquando & per legatos missos, non nunquam per nuncios suos has visitationes adimplet, secundum ea quæ statim subijciemus. Vel intellige, vt sup. dictũ est in fi. 2. libri. Secundo quæro, vtrum legatus Cardinalis ex officio legationis à sede Apostol. sibi demandatæ, valeat visitare. Sol. Dicendum est quòd sic, per c. cũ Apostolus, de censi. possuntque huiusmodi visitationis officium, quamuis nihil sit eis de visitationis officio specialiter demandatum, vt seq. q. demonstrabimus. Tertiò quæro, vtrum visitationis officium, etiam omnes legati Apostolici, quamuis non sint de latere, sed missi: aut etiam nati, visitationem facere possint. Sol. Dicendum est quod sic, per c. cum instantia. & c. procurationes. de censi. Et ad visitationem tenentur: quoniam legatus dum legationis officio fungitur cleri, atque populi sibi commissi saluti atque ædificationi inuigilare tenetur. ar. l. 1. §. quies. ff. de offic. præfect. vig. Nam legatus fidelis, sanitas quãdoque appellatur. Prouer. cap. 13. Specul. in tit. de offic. le. §. super. ver. illud quoque. in prima parte. Quartò quæro, vtrum legati atque nũcij Apost. quibus à se. Apost. visitationis officium cõmittitur, visitare debeant. Sol. Dicendum est quòd sic, vt d. c. cum instantia, & c. prouocationes. de censi. & hoc etiam apparebit ex his quæ in sequen. li. q. 2. tractabimus. Quintò quæro, vtrum visitationis officium exercere possint Patriarchæ & Primates. Sol. Tex. est qui probat quòd sic, in cap. 2. & in cap. fœlicis. de censi. lib. 6. Sextò quæro, vtrũ Archiepiscopi visitare possint, & valeant. Sol. Dicendum est quòd sic, per d. cap. 2. & c. clericus. & in cap. cum Apostolus. & in c. cum super, de censi. Septimò quæro de Episcopis. Sol. Dicendum est quòd etiam ipsi ad visitationis officium tenentur, vt d. c. cum Apostolus, & c. procurationes. de censi. & c. si Episcopis. de offi. ordin. lib. 6. vt in iuribus superius alleg. & 10. q. 1. decernimus. Octauò quæro, an Archidiaconi, Decani, & Archipresbyteri visitare possint. Sol. Dicẽdum est quòd sic. Ad illos tamen potius ex consuet. præscripta, quàm ex iure cõmuni visitandi potestas pertinet, vt in c. 1. & in cap. mandamus. de offi. Archid. & in c. 1. 2. 3. de offic. Archipresbyt. & in c. cũ Apostolus. de censi. & d. cap. procurationes. Hostien. in summa de offic. Archid. §. pe. ver. patet. & ver. dices, quid facies miseri. Nonò quæro, vtrum Abb. possit visitare. Sol. Dicendum est quòd sic, vt tradit Hostien. in summa de censi. §. fin. ver. Item Abbatibus. remittens se ad no. per eum in summa, de sta. mon. & de visitatione probatur in cap. pe. de sta. mona. Decimò quæro generaliter de alijs prælatis inferioribus, vtrum possint visitationis officium exercere. Sol. Concludendum est generaliter, quòd quicunque prælatus iurisd. habens ordinariam: potest visitationis officium exercere, vt est tex. in c. 1. §. hanc autem. de cẽsi. lib. 6. vbi dum tex. dicit Episcopis, alijsque prælatis, ordinario iure suos subditos visitantibus, & no. ibi dom. Dominicus, vbi etiam exemplificat glo. de plebanis. debet tamen intelligi de plebanis iurisd. habentibus in subditos: quoniam iurisdictioni annexa est visitatio. tex. est in c. cum vener. de censi. & idem tenet Do. meus in c. cum Apostolus, & in cap. cum vener. & in c. sopitæ. de censibus. & est bonus tex. in c. in singulis. de statu reg. Est ergo cõcludendum, quòd ad quemlibet ordinarium pertineret visitare subditos & inferiores. arg. l. congruit. ff. de offic. præsi. & 10. quæst. 1. decernimus, & d. c. procurationes. tenet Oldra. cons. 204. si modò iurisd. habeat, vt dictum est. Est tamen aduertẽdum, quòd quandoque cõtingit, vt quis in certos nullam iurisdi. habeat, & tamen illos visitare possit. Exemplum patet quando Episcopus exemptos Apost. se. immediatè subiectos, authoritate Apost. visitat, per tex. in Clem. attendentes. §. primo, de statu mona. Vndecimo quæro de capitulo sed. vac. vtrum possit visitare diœcesim, sicut Episcopus. Et concludendum est quòd sic: quoniam capitulum sed. vac. succedit in iurisd. tam temporalium quàm spiritualium. per no. c. pe. & fin. de sup. neg. præla. tenet D. M. & ibi post eum in c. cum olim. de accus. Et sic sequitur quòd cùm visitatio sit annexa iurisdic. quòd potest visitare. dixi post D. M. in d. c. cum olim. & in cap. is qui. & in cap. cum olim. de maio. & obed. Sed latius prædictam quæstionẽ examinaui in materia inquisitionis, in c. qualiter & quando. secundo, de accus. in 6. princ. articu. q. 16. & seq. hoc tamen procedit, quando ipso iure ordinario competeret uisitandi potestas. secus si de iure speciali competeret. Exemplum, quando Episcopus exemptos sed. Apost. immediatè

mediatè subiectos authoritate Aposto. visitat, per tex. in Cle. attendentes. §. 1. de sta. mona. tenet Stepha. ibi, facit quod tradunt in ca. ad abolendam. de hære. & quod ibi dixi. & idem tenet Lap. dicens quòd Ioan. An. super hoc ab eo consultus in quæstione facti, idem sibi respondit. & tenet etiam Zab. in d. Cle. attendentes. & per eum in c. cùm olim. de ma. & obe. & est no. quod Primates, Archiepiscopi, Episcopi, & similes: & alij qui visitare possunt, & quibus delegandi vel subdelegandi potestas côuenit: non solùm per se, sed etiam per delegatos à se constitutos, pro parte vel in totum visitare possint, vt in c. 1. de censi. li. 6. Sed tunc per alios visitare possunt, quando commodè, vel absque difficultate per seipsos visitare non possunt, secundùm ea quæ in seq. q. latius demonstrabimus.

5 ¶ † Duodecimò quæro, vtrû huiusmodi visitandi potestas possit delegari. Sol. Dicendum est quod sic: dummodò ordinarius per se visitationem facere non possit. text. est iuncta glo. 2. in c. 1. de censi. lib. 6. & probatur in ca. inter cætera. de offic. ordin. 10. quæst. 1. c. Episcopum. & de offi. ordi. lib. 6. c. si Episcopus. & quamuis illi text. loquantur de Episcopis, tamen ex rationis identitate idem est in Archiepiscopis & cæteris prælatis ordinariam iurisd. habentibus, secundùm Inn. Ho. Io. An. Io. Mo. in d. c. 1. & gl. super verbo, impensæ. in c. 2. de censi. lib. 6. Hostien. in sum. in ti. de cē. §. si. ver. item Episcopus. & mihi placet, per d. c. 1. §. hanc autem. & quoniam diuersitatis ratio assignari non potest, quamuis Lap. & Zab. in Cle. si. §. 1. de sta. mo. simpliciter tenent, quod etiam cessante impedimento, ordinarij visitationem delegare possunt.

¶ Tertiodecimò quæro de visitantibus eligendis in generalibus capitulis religiosorû, que in singulis prouincijs de triennio in triennium celebrantur, secûdum dispositionem c. in singulis. de sta. mo. vtrû tales possint visitare. Sol. Dicendum est quod prędicti visitatores tenentur non solùm monachorum, sed etiam monialium monasteria secundùm præfixam eis formam, non tamen propria, sed vice Apo. se. visitare debent, vt d. c. in singulis. ver. ordinentur. & de eorum potestate videnda sunt quæ in 14. q. plenius explicauimus.

6 ¶ † Quartodecimò quæro, vtrum hæc visitandi potestas possit quæri præscriptione, seu consuetudine. Sol. Dicendû est quod sic. ad quod videnda sunt quæ li. 6. quæst. 14. ver. 4. q. & li. 11. q. 14. ver. 4. li. 3. tractata fuerunt. ¶ Quintodecimò quæro, vtrû visitandi potestas possit ex duplici officio alicui côpetere. Sol. Dicêdum est quod sic. Omnibus enim Archiepiscopis qui sunt legati nati, quales sunt Archiepiscopus Eboracen. Cantuarien. & sim. de quibus, c. 1. de offi. le. & c. 1. de app. visitandi potestas in prouincia duplici iure, legationis videlicet, ac metropolitano iure competit, vt in cap. cùm nuper. & ibi no. D. M. & Zab. de cēsi. & sic bis in anno poterit visitare. Quantum verò temporis interuallum inter vnam & reliquam visitationem interponere debeant, videnda sunt quæ lib. 7. explicata fuerunt.

¶ Tractauimus superiori libro, qui sint ad quos visitandi officium pertineat: nunc verò hoc quinto libro tractemus, vtrum ad visitandû omnes prædicti ex præcepto teneantur: adeò vt nô visitantes peccatum incurrant. Circa quam materiam prosequar tres quæstiones principales. Prima erit de Summo Pontifice. Secunda, de legatis de latere: & de legatis missis: & de legatis & nuncijs Apost. Tertia, de prælatis inferioribus.

7 ¶ † Primò ergo quæro de Summo Pontifice, vtrum ex præcepto teneatur ad visitandum: ita vt non visitans peccet. Sol. Dicendû est quod sic: quoniã redemptor noster cùm dixit Petro: Pasce oues meas: & rursus, duc retia in altum. Et Ite & prædicate euangelium omni creaturæ. de quibus authoritatibus in præcedêti libro tractauimus, locutus fuit per verbum imperatiui modi. Ergo etiam summus Pontifex ad prædictam visitationem faciendam ex debito officij videtur esse obligatus. 2. q. 1. c. si peccauerit. & ibi per Archi. Ad quod accedant quæ latè dixi in c. nouit. de iudi. in materia denunciationis euangelicæ. in 5. princ. ar. maximè in 2. q. Et quod de verbis imperatiuis not. in c. nostra. de coha. cle. & mu. & l. cùm pater. §. mando. ff. de leg. 2. & in alijs plerisque locis, secundùm quod à nobis latius in ti. de verbo. signif. monstratum fuit. verùm in contrarium facit, quoniam summus Pontifex solutus legibus esse videtur: quare pro concordia distinguendum arbitror, quod Aut nos loquimur de visitatione statuta à iure positiuo: vt certis temporibus fieri debeat, secundùm quod lib. 12. clarè tractauimus. & ad illã Papa non obligatur ex præcepto: eo, quod sit super omne ius positiuum. c. proposuit. de concess. præben. & c. cùm in nostra. de sepul. & c. 1. & 2. de conces. præben. lib. 6. & in c. 1. de consti. lib. 6. & ex se notissimum est, nec ligatur propria constitutione respectu iuris positiui: quinimò nec ligatur propria constitutione fundata super iure diuino: nisi quò ad mentem: sed quò ad verba & formam, ac etiam pœnas adiectas per suam constitutionem positiuam, non ligatur. dictum est singulare Io. An. in cap. significasti, de foro compet. quod sequuntur ibi Dom. meus, & Docto. & ego ibi secutus sum in 3. princip. ar. quæstio. 1. hinc est quod dicimus, quod Papa omnia iura in scrinio pectoris sui censetur habere. c. 1. de consti. lib. 6. quod vel ex eo dicitur: quia tales côstitutiones facere & abrogare, atque illis derogare possit, vt dictum est, vel etiam propter multitudinem doctissimorû virorum qui debent ei assistere, secundùm quod tradit D. M. in c. cùm ex literis. de restitut. in integ. Et sic sequitur, quòd quamuis ex mente & iuris diuini præcepto ad visitationē faciendam teneatur: non tamen quò ad formam, & quò ad pœnam à se per suam constitutionem positiuam introductam. Et potissimum, quoniam visitationem prædictam iure ordinario per prælatos inferiores in partem solicitudinis electos, certis temporibus & forma, pro iuris diuini mente adimplenda, fieri commisit. Aut nos loquimur de visitatione quæ descendit à præcepto iuris diuini, & eius mente, dum dicitur: Ite, prædicate. & Petro præcipuè dixit, Pasce oues meas; & duc retia in altum. & ad talem visitationē obligatur Papa ex præcepto, cui satisfecisse dicitur, ex quo ad illam debitis loco & tempore, ac forma expediendã innumerabiles prælatos præposuit. Arbitror tamen quòd si casu contingeret, quòd inferiores prælati, vel essent negligentes: vel propter impotentiam ipsorum

sorum prælatorum, & potentiam eorum qui se visitari nõ permitterent, & fama & clamore de excessibus talium subditorum siue clerici, siue seculares forẽt, ad summum Pontificem deueniret, quòd ad eam visitationem faciendam teneretur, vel per se, vel per legatum Apost. qui posset illam sub forma debita adimplere. Et si fortè id non iuuaret, satis dignum atque iustum arbitror, quòd etiã per potentiam brachij sui temporalis, ac ẽt inuocationem Imperatoris ac Regum, aliorumq; Christianitatis Principum, grauissimis pœnis indictis, ad recipiendam visitationem cogerentur, exemplo omnipotentis, cuius vicem gerit, vt diximus, qui Sodomitas atque Gomorritas grauissimè ac nefandissimè peccantes, visitatores ac Dei nuntios recipere nolentes incendit atque subuertit, vt habetur Gene. quòd si negligens etiã peccaret equidem mortaliter, vt arbitror: quoniam negligentia in prælato est peccatum mortale. no. glo. & Doct. in c. ea quæ. de offic. Archid. & Host. in c. inter cætera. de offi. ord. remittens ad no. in d. c. ea quæ. & ad c. fi. de offic. cust. etiã si sit Papa. 40. d. c. si Papa. & quasi per totam illam dist. & quod habetur Prouer. c. 30. Qui negligit vitam suã, mortificabitur. quæ conclusio etiam probatur ratione: quoniam negligẽtia prouenit ex quadam remissione: importat enim defectum debitæ solicitudinis. vnde opponitur solicitudini. quod etiam ex ipso nomine apparet. Nam secundum Isidorum lib. etymologiarum, negligens dicitur, quasi non eligens. Quarta, cum negligentia proueniat ex remissione voluntatis, per quam cõtingit, quòd ratio non solicitatur, vt præcipiat ea quæ debeat: vel eo modo quo debet: Siue illud remittatur ꝙ est ad necessitatẽ salutis: siue ex eo quod à charitate deficiat: mortaliter peccat, vt etiam tradit S. Thom. secunda secundæ, q. 54. artic. 3. Erit ergo his casibus peccatum mortale etiam in summo Ponti. si visitationem prædicti gregis sibi commissi facere, vel fieri facere nõ procurat. Ad quod etiam accedant quæ latè diximus in c. nouit. de iudi. maximè in 5. prin. art.

¶ Secundò quæro de legatis de latere, & alijs qui mittuntur à sede Apost. & de legatis & nuntijs eiusdem, vtrum ex præcepto visitare teneantur. Sol. Distinguendum arbitror, quòd aut loquimur in legato de latere, & legato misso: quos posse visitare superius demonstrauimus. & hic causam dicendam arbitror, quòd si quidem specialis commissio de visitatione sit facta, esset in præcepto, & peccarét si posset adimplere, & nollet: vel negligeret adimplere. c. 2. de maio. & obed. 11. q. 4. cap. si dominus, & c. requisisti. 14. q. 1. cap. quid præcipitur. Et idem dicendum de delegato & nuncio, cui ab Aposto. se. hoc commissum esset. Cæterum si specialiter visitatio non sit commissa, quamuis visitandi potestatem habeat, vt supra demonstratum fuit: tamen si non visitaret, arbitror ipsum non peccare: quoniam non reperio iure cautum, quod hoc casu visitatio sit in præcepto: nisi fortè propter infamiã & clamorem ad eum peruenientem: vel propter negligẽtiam ordinarij, aut aliam necessariam causam, visitandi necessitas subesset, quod si intelligerent, & non facerent, peccarent mortaliter, & ita intelligenda sunt quæ diximus sup. lib. 4. q. 2. & 3.

¶ Tertiò quæro de Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, & reliquis prælatis, qui ad visitationis officium ordinario iure tenentur, secundum quod supra demonstratum fuit, vtrum ad prædictam visitationem necessitentur, & non visitantes mortaliter peccent. Sol. Dicendum est quod sic, si quoties à sacris canonibus statutum est: non visitant, etiã quo ad monasteria monialium visitanda, secundum ea quæ diximus in proximo præced. cap. q. 9. & q. 13. Et hæc tenet gl. in verbo, debuerit. in Cle. attendentes. §. 1. de sta. mo. vbi dicit esse in præcepto. & sequũtur ibi Doct. & non solùm ordinarij statutis de iure temporibus: sed etiam quotiescunque intellexerint expedire, visitare tenentur, secundum ea quæ lib. 12. demonstrauimus. ad quod faciunt quæ diximus supra de summo Pontif. & quæ latius diximus in d. li. 12. facit etiam illud Prophe. Psal. 53. loquentis: Visita omnes gentes. tradit Old. consi. 222.

¶ Post tractatus completos, qui sunt, qui possint visitare, & an visitatio sit in præcepto, videamus qui possint, vel debeant visitari: hanc autem materiam expediemus per quæst. infrascriptas. Primò, qui possint vel debeant à summo Pontifice visitari. Secundo, qui possint vel debeant visitari à legatis. Tertiò, qui possint vel debeant visitari à delegatis. Quartò, qui à Patriarchis, vel Primatibus. Quintò, qui ab Archiepiscopis. Et his tractatis qualiter volens diœceses suffraganeorum visitare, debet incipere à sua, & illam plenè visitare, & assignatur triplex ratio. Et tractatur, quando dicetur plenè visitasse. Et circa prædicta etiam examinãtur quædam qq. Et quid si Archiepiscopus & Episcopus eodem tempore concurrant. Sextò, qui ab Episcopis. Septimò, qui possint vel debeant visitari ab inferioribus. Octauò, vtrum omnes ecclesiæ seculares, vel ecclesiarum capellæ possint visitari. Nonò, quid de regularibus. Decimò, quid de capellis. Vndecimò, quid de oratorijs. Duodecimò, quid de hospitalibus, leprosarijs, xenodochijs & alijs pijs locis. Tertiodecimò, vtrum tam laici, quàm clerici possint visitari. Quartodecimò, vtrũ sint aliquæ causæ propter quas possit declinari visitatio, & quæ sint illæ, per quatuor quæst. ostenditur. Quintodecimò, quid agendum sit contra eos qui non admittunt visitatores.

8 ¶ † Primò ergo quæro de visitatione summi Põtificis, qui possint vel debeãt ab eo visitari. Sol. Dic quòd potest visitare per se, & per suos legatos, delegatos, & nũcios, totam Christianitatem, & omnes prouincias, & diœceses: quoniam totus mundus respectu ipsius est vna diœcesis, 9. q. 3. c. per principalem, & c. cuncta per mundum. Ad quod accedant quæ diximus sup. lib. 4. in 1. q. ¶ Secundò quæro, quid de legatis. Sol. Dic quòd siue loquamur de legatis de latere, siue de legatis missis, quos posse visitare supra monstratum fuit, possint totam prouinciam vnam, vel plures eis decretas visitare: alias verò prouincias suæ legationi non commissas, visitare non possint, vt l. 1. & l. obseruare. & l. seq. ff. de offic. proconf. & lega. argu. l. pen. ff. de instit. & l. fin. ff. de iurisd. omn. iud. & c. 2. in fi. de constitu. lib. 6. Sed in prouincia, aut prouincijs sibi decretis, potest visitare tam populum, quàm clerum, & omnes Ecclesias & loca, quas & quæ potest Episcopus, seu alius ordinarius, prout diximus 1. q. 8. & tribus seq. Et potest totam prouinciam visitare. c. cũ nuper. de censi. & ibi

& ibi D.M. & etiam partem, si illam necessario duxerunt visitandam. neque enim quantum ad hoc arbitror locum habere cap. 1. de censib. lib. 6. in eo quod dicit plenè. Nec obst. text. in d. cap. 1. in fi. in quantum extendit constitutionem illam ad alios, quia ponderandum est quòd licet legatus dicatur habere ordinariam, siue sit delegatus de latere, siue missus, c. 2. de offi. leg. lib. 6. tamen non dicitur illam in suos subditos iure ordinario exercere, prout requirit d. c. 1. in fi. Vnde sicut Archiepiscopus potest totam, & partem diœces. suffraganeorum suorum visitare, vt d. c. 1. §. 1. & statim dicemus in 5. q. prin. ita & legatus. hoc tamen non arbitror procedere in legato nato: quia talis deberet seruare ordinem metropolitani, ex quo in suos subditos iure ordinario exercet iurisdictionem. sed aduertẽdum: quia post hanc opin. meam reperi Host. & Io. de Imo. in d. c. 1. formantes q. vtrum decretalis illa sit seruanda per legatum, & soluunt quod non, assignãtes triplicem rationem. Prima est, quia legatus gerit vicem Papæ. 93. dist. c. fin. & 94. c. 1. Secunda, quia maior est Episcopo. de offi. leg. sanè, & non includitur sub regula generali, de sent. excom. quia periculosum. & arg. c. sedes. de rescript. Tertiò, quia Rom. ecclesia cõtra se & suos priuilegiare non consueuit. c. cum instantia. de censi. & sequitur Io. An. Sed dicit ibi Io. de Imo. quod omnes istæ sunt satis generales, transit tamen cum prædicta opinione: sed dicit ibi d. Do. quòd fortè posset teneri contrarium, quia legatus etiam de latere, tenetur constitutionem obseruare: nec potest illam tollere, vt no. glo. in c. fi. de hæret. Et quod pro ista parte posset induci dictum c. 1. in fi. cum dicit, quod ille tex. seruetur ab vniuersis ordinario iure visitantibus, & vtitur verbis illis, etiam Episcopis. quæ dictio, etiam, est implicatiua & ampliatiua, non restrictiua, vt no. in cap. cum in illis, de præben. lib. 6. Sed his non obstantibus mihi videtur verior opinio secũda, quam per prius cogitaueram quo ad terminos quæstionis nostræ.

¶ Tertiò quæro in quos possint delegati & nũtij Apost. visitationem facere. ¶ Sol. Dicendum est, quòd dũtaxat loca, ecclesias, & personas visitare possunt, quæ in mandatis eorum continentur, quoniam diligenter sunt seruandi fines mandati, ut l. diligenter. ff. man. & in c. cũ dilecta. de rescr. & in c. venerabili. de offi. delega. faciunt no. per Io. An. in cap. 1. in fi. de censi. lib. 6. qui dicit, quòd illa decretalis non habet locum in delegatis, quoniam delegatus tenetur seruare formam commissæ delegationis & mandati.

¶ Quartò quæro, quæ loca, & quæ personæ à Primatibus, seu Patriarchis possint vel debeant visitari. Sol. Iura dicunt Patriarchas visitare, sed ad quæ loca, & quas personas eorum iurisd. extendatur, non inueni, neque memini me legisse. Arbitror ergo quòd respectu propriæ diœcesis, cuius est Episcopus, vnde etiam Episcopi quandoque appellantur, vt in c. inferior. 21. dist. in suprascriptis eam potestatem visitandi habebit, quam Episcopus, & sicut Episcopus ad illam tenetur, ita etiam Patriarcha. de quo dicemus, quæst. 6. Respectu verò prouinciarum suffraganeorum suorum, hoc est Archiepiscoporum, qui dicuntur suffraganei sui, vt habetur 99. distinc. cap. 1. arbitror, quòd eundem ordinem & formam debeat seruare. Primas in visitando prouincias suffraganeorum suorũ, & diœceses Episcoporum quarumcunque prouinciarum sibi subiectarum, quam seruare tenentur Archiepiscopi, respectu diœcesium suffraganeorum ipsius. Vnde primò debent propriam diœcesin visitare, secundum quod statim dicemus in q. seq. sicut enim se habent Episcopi ad Metropolitanos suos, ita se habent Metropolitani ad Primates, secundum quod hæc elici possunt. 99. distin. cap. 1. & per totum. & c. duo simul. de offic. ordi. Et prædicta conclusio probatur per tex. in c. 1. de censi. lib. 6. iuncto fine, cum præ. Et quot sint Patriarchæ, & qui maiores, & qui inferiores, tetigi post Io. Andr. in c. antiquo. de priuile. & de ipsorum potestate per Specula. in titu. de lega. §. sunt quoque sub re. de dispensatione, & latius dixi in titu. de offi. ordi. Quid autem si in visitando concurrerent Primas & Archiepiscopus, colligitur ex his, quæ diximus in seq. q. ver. sed quia supra diximus.

¶ Quintò quæro, quæ loca, & quæ personæ ab Archiepiscopis visitari possint & debeant. Sol. Dicendum est quòd potest totam prouinciam visitare. cap. sopitæ. de censi. vnde non solum suam, sed etiam suffraganeorum suorum diœceses visitare possunt & tenentur. Est tamen aduertendum, quòd in visitatione per eum fienda, tenentur hunc ordinem seruare. Volens enim prouinciã visitare, prius ecclesiæ suæ capitulum, atque ciuitatem & diœcesim propriam plenè visitare tenentur. Et nõ solùm, circa maiorum, sed etiam circa minorum Ecclesiarum, & non solùm clericorum, sed etiam circa populorum visitationem debet esse intentus. tex. in c. 1. in princ. de censi. lib. 6. Quod autem dixit, quod prius suam diœcesim tenetur visitare: procedit, nisi aliud habeat consuetudo specialis. ar. cap. 1. de offi. ord. lib. 6. Sed quæro circa prędicta, quare prius suã, quàm suffraganeorum suorum diœcesim visitare tenentur. Sol. Dicendum est quòd multiplex potest esse ratio. Prima, quia à capite edenda est ratio. ff. de eden. l. argentarius. Secunda, quia qui vult alios corrigere, prius se & suos corrigere tenetur. 3. q. 8. cap. iudicet. & de sta. regu. c. ea quæ. ver. si verò. Nec mirum, quia talis est actus exterior charitatis, vt tradit B. Thom. secunda secundæ, q. 28. dixi in c. nouit. de iudi. meritò secundum ordinem charitatis debet à se incipere. 23. q. 5. c. si non licet. l. si præses. C. de serui. & aqua. & c. 1. & fin. de postula. prælato. & ex prædictis infertur ratio, quare prius debeat capitulum suum totum visitare, quoniam capitulum facit vnum corpus cum illo. c. nouit. de his quæ fiunt à præl. meritò ergo ab ipso capitulo ex ordine charitatis debet prius inchoare. & tenet Ioan. An. in d. c. 1. in nouella. & non solùm suam cathedralem prius tenetur visitare ecclesiam: sed etiam matricem, si fortè ibi nõ est Ecclesia cathedralis. tenet Ioan. An. in d. cap. 1. in nouel. & sequuntur Docto. quoniam etiam cathedrales Ecclesiæ matrices dicuntur. cap. 1. de præscript. & cap. venerabili. de verborum signif. & dicitur ecclesia matrix, maior, & baptismalis: quia sicut mater generat: ita illa regenerat per baptismum, vt not. glos. in ver. matricem. Clemen. 1. de sententia excommun. sed quæro, an primò debeat visitare propriam ciuita. quàm diœcesim. Sol. Tex. in d. c. 1. in prin. videtur velle quòd sic, ex ordine literæ, cùm primò ponat ciuitatẽ, vt caput:

put: deinde subijciat diœcesim. sed Host. & Io. de Imo. dicit, quòd talis ordo est seruandus in prouincia quò ad Ecclesiam, ciuitatem, & diœcesim metropolitanam: Sed quò ad suffraganeos, si difficultas vel incommoditas sit in dicto ordine seruando, nō putant ordinem necessarium. & sequitur Io. An & residet d. Do. hic. item, quia diximus, quòd debet priùs suam diœcesim plenè visitare: quæro quando dicitur plenè visitasse. So. Dicendum est quòd tunc dicitur plenè visitasse suam diœcesim, quando nulla parochia remansit non visitata, dummodò commodè visitari possit, vt statim subijciemus, & visitationis causa subsit, qm̄ hic omnia ad boni viri arbitriū sunt redigenda, vt dicit gl. in verbo, plenè. in d. c. 1. de censi. li. 6. Et idem voluit ibi Imo. quòd hic omnia ad boni viri arbitrium essent redigenda. Vnde dixit Ho. non propterea diceretur non facta plena visitatio, ex eo quòd duę vel tres Ecclesiæ, vel partes remaneant visitandæ, alle. Archi. 7. q. 1. §. denique. Et subdit quòd inspiciēdus est mos regionis. ff. de ven. inspi. l. 1. §. pen. & sequitur Io. An. in d. c. 1. facit quod statim dicetur. & non solùm tenetur in propria diœcesi visitare ecclesias, & clericos, & omnes ministros deputatos in loco, ecclesia, vel diuino cultui mancipatos, sed etiam laicos. & sic visitatur quodcunque habēs beneficium Ecclesiasticum, & non curatum, vt d. c. 1. de censi. lib. 6. §. sanè. & vide quæ diximus, q. 8. & etiam laicos totius diœcesis, vt d. c. 1. in prin. Sed pone, Archiepiscopus nō seruat in visitando dictum ordinem, vtrum processus per eum gestus sit nullus. Sol. Io. Mo. in d. cap. 1. tenet quòd sic, quia est ordo substantialis. vnde reddit processum nullum, c. cum dilecta. de rescrip. C. de sent. & inter. omn. iudic. l. prolatam. & subdit quòd super nullitate vidit literas dari per cancellarium. Vbi no. ordo non esse substantialis: tamen à iure debitus, & peteretur seruari, si non seruaretur, possit appellari, alias si procederet, teneret processus. de restitu. spol. c. 1. & cap. 1. de app. faciunt quæ latè dixi in c. 1. de ordi. cog. Vlteriùs quæro, vtrum sufficiat synodum conuocare, & plenè inquirere. & videtur quòd sic, vt c. sicut olim. de accusa. & 16. d. c. quoniam. Sol. Dicēdum est contrariū, quia in tam breui tempore nō possit singulorum inquisitio fieri: tum quia ibi non veniunt omnes clerici & laici, qui etiā sunt visitandi, vt infra diximus, q. 18. tum quia subicijenda est res oculis. & quia personæ præsentia multum operatur. ff. fini. reg. l. si irruptione. & de offi. dele. c. fi. secundum glo. vers. plenè. d. ca. 1. Et idem tenuerunt ibi Inno. Io. Mo. Host. Archi. & d. Do. faciunt, quæ diximus infra eo. lib. q. 8. Aduertendum tamen, quia quæ de plena visitatione propriæ diœcesis dicta sunt, procedunt si Archiepiscopus commodè, & absque aliqua difficultate accedere ad vnamquamque poterit. Sed si cōmodè, vel absq; aliqua difficultate nō possit accedere: puta, propter niues, vel viarum discrimina, aut simile impedimētum, potest de pluribus locis ad vnum congruum locum clericos & laicos conuocare: ne etiam in ipsis laicis visitatio postponatur. tex. est in c. 1. secundo rñ. de censi. lib. 6. iuncta glo. in verbo, difficultate. facit c. ad audientiam. de eccle. ædi. & l. 2. §. si quis in iudi. ff. si quis cau. Ad quod videnda sunt quæ latissimè dixi in rub. de dila. ar. 18. q. 4.

Nec sufficit propriā ecclesiam reuocare, sed ire debet ad locum congruum, vt dicit text. in d. c. 1. qui text. ideo dicit, cōgruum: quia locus debet esse honestus & communis, & magis propinquus, iuxta possibilitatē. c. accepimus. de fide instru. & c. cum personæ. de priuil. & secūdum ea quæ latè dixi in rub. de dila. ar. 18. q. 4. 5. & 6. finita autē plenè visitatione propriæ diœcesis, licitum est Archiepiscopo per totam prouinciam, vel eius partem visitationis officium exercere, visitando non solùm ciuitatem & diœceses, sed etiam suffraganeos, & eorum subditos, & non solùm ecclesias cathedrales, sed etiam alias, & monasteria, & pia loca & cleros, & populos liberè visitare potest. tex. est in c. 1. §. deinde. de censib. lib. 6. Et respectu ecclesiarum visitandarum videnda sunt quæ diximus infra eo. lib. q. 8. & tribus se. Et de clero & populo diximus infra, eo. li. q. 12. quod procedit, etiam suffraganeis non negligentibus, secundùm glo. super verbo, prouinciam. d. ca. 1. & c. fi. eo. tit. quamuis Bernardus dixerit, quòd solùm suffraganeis negligētibus posset talē visitationem facere, & malè. Quamuis autem Archiepiscopus totam diœcesim suam plenè visitare teneatur, vt suprà demonstratum fuit: tamen non præcisè arctatur ad visitandam totam prouinciam, sed potest totam, & partem liberè visitare: ex quo tamen aliquam de ipsis diœcesibus visitare cœpit, nunquam postea, siue totam, siue partem eius visitauerit, reuertatur causa visitationis ad illam, priùs quàm omnes reliquæ ipsius prouinciæ diœceses in totum, vel in parte, quas securè visitare poterit: & si de nouo fuerint visitatæ, vt d. c. 1. §. ex quo. subdit tamē ibi tex. quòd si fortè eadem diœcesis, vel aliqua ibi ecclesia plus alijs indiguerit visitari, aliarū visitatione intermissa, ad eandem redire tenetur, si à loci diœcesano requisitus extiterit, vel de omniū, aut maioris partis Episcoporum eiusdem prouinciæ processerit consilio, & assensu, ad quos pronos exhibere debet, ne animarum profectus aliqualiter negligatur. Exigitur ergo ad hoc vt Archiepiscopus, postquā vnam diœcesim incœpit visitare, & ad aliam transiuit, ad hoc vt sine noua propriæ diœcesis visitatione possit redire ad diœcesim intermissam, q. à diœcesano sit requisitus: & faciat de eius consilio & assensu, quia non sufficit solum consilium, sed etiam assensus, per c. cùm olim. de arbitris, secundum Ioan. And. & ratio potest esse secundum glo. ibi super verbo, requisitus. quia per exitum videtur renuntiasse visitationi illius anni. facit c. quod ad consultationem. de re iudi. Et ideo redire non potest, nisi in altero prædictorum casuum. Si tamen Episcopus non requireret Archiepiscopum, & maior pars suffraganeorum consentiret ipsum redire, posset reuerti, & visitationem complere, etiam diœcesano contradicente, secundum glo. prædictam. facit 66. d. c. 1. & sequitur Host. Archi. & Io. An. in d. c. 1. Et no. quòd quamuis glo. prædicta assignet dictam rationem, quare non possit ex propria voluntate redire ad complendam visitationem quam intermisit, tamen etiam præter illam ratio duplex assignari potest. Prima, ne illa diœcesis grauetur: secunda, ne visitatio aliorum negligatur, secundum Fran. Vercel. quē seq. Io. An. in d. c. 1. in nouella. Et prædicta procedunt, quando Archiepiscopus visitans intermisit

intermisit complere visitationem ex propria voluntate. Secus si ex aliqua necessaria causa intermisit, quia tunc absque noua visitatione propriæ diœcesis, põt ad illam redire: ex quo iure permittente intermisit, secundum Host. & Io. An. in d. cap. 1. §. ex quo tamen. Et aduertendum est, quòd ex quo text. in d. c. 1. dicit, quòd ex quo totam suã prouinciam visitauit, potest totam vel partem prouinciæ liberè visitare. quod propter verbum, liberè, positum in tex. potest illam facere contradictione, præscriptione, vel appe. non obstantibus. c. cum ex officio, & c. accedentes. de præscr. & per c. fin. de censib. lib. 6. & ita tenet gl. in verbo, libere. in d. c. 1. Et ad prædictã materiam videnda sunt quæ inf. lib. 12. q. 8. latius explicabimus. Sed quia supra diximus, ꝙ Archiepisc. potest omnes diœceses suffraganeorum suorum uisitare, & in seq. 8. prin. q. diximus Episcopum posse etiam visitare diœcesim suam, & etiam sup. in præsenti. 5. q. prin. demonstratum fuit: Dubitari potest, quid si Archiepiscopus eodem tempore concurrit cum Episcopo in visitando, vtrum ambo sint admittendi. Sol. Inno. Host. Io. Mo. Abb. & Arch. dicũt quòd ambo admittentur, cum non reperiatur iure prohibitum. & si discordarent in sententia, teneret sentẽtia lata pro reo: nisi in causa fauorabili, secundum no. in c. ex literis. de proba. & ea quæ tradũtur in c. fin. de re iu. & sequuntur Io. & d. Do. in d. c. 1. in nouellis. Et idem arbitror dicendum si concurrerẽt Primas & Episcopus. Et si concurrerent Primas, Archiepiscopus, & Episcopus, quãuis omnes viderentur admittendi, per ea quæ supra diximus: tamen si in sententia discordarent, staretur maiori parti. 65. di. c. 1. & 2. ff. de reg. iur. l. duo ex tribus. & ff. de arb. l. si in tres. §. fi. & l. seq. & l. diem proferre. §. si plures. & ad prædicta etiam videnda sunt quę diximus lib. 11. q. 4. vbi demonstratum fuit, quid iuris si ecclesia non est sufficiens ambobus. Postremò no. ꝙ postquam Archiepiscopus semel omnes prouincias siuè diœceses uisitauerit, licitum est ei, prius tamen suorum suffraganeorum requisito cons. & ipsius diffinitione super hoc habita, coram ipsis quæ in scriptis redigenda est, vt alijs possit esse nota per eundẽ, potest prouinciarum visitationem reiterare, iuxta modum superius adnotatum: etiamsi non interueniat in hoc suffraganeorum assensus. Tenetur tamen illam prouidentiam adhibere, vt in posterioribus visitationibus illas ecclesias, eosq́; cleros & populos prius uisitet, quia non fuerant ab eo in temporibus prioribus visitati, nisi sit magis alijs visitationis officiũ opportunum. tex. est in d. c. 1. §. postquam. de censi. lib. 6. Et quantum ad hoc, an sit alijs visitationis officiũ opportunum, stabitur dicto Archiepiscopi, secundum Inno. Host. & Io. Mo. quasi velint, quòd q. super hoc ei referri non poterit, secũdum Io. An. Sed quæ ad intel. l. prædictorum. quando exigatur diffinitio Archiepiscopi. Sol. Dicit Host. ad hoc vt Archiepiscopus non sit negligens ad concilium congregandum: cum aliter suffraganeorum concilium die feriali haberi non possit, & sine hac diffinitione secundo visitare non potest. Item: quia propter hoc prouidetur Archiepiscopo, quia aliter vix, vel nunquam secũdum visitationem facere poterit, nisi concilium celebraret, secundum Io. An. d. c. 1. Tenetur enim Archiepiscopus prouinciale concilium annuatim facere. de accu. cap. sicut olim. & ideo dicit de concilio duntaxat: quia hoc casu non requiritur ꝙ concilium consentiat: quia siue concordent, siue discordent, ad Archiepiscopum in hoc pertinet diffinitio, & ipsius diffinitioni stabitur. c. cum olim, de arb. secundum gl. in verbo, concilio. in d. c. 1. Qualiter autem Archiepiscopus debeat diffinire, dicit glo. in ver. diffinitione. quod fiat sub hac forma: Diffinimus procedendum esse ad visitationẽ prouinciæ nostræ. & à tali diffinitione, cum sit super executione officij sui, non põt appellari, per c. irrefragabili. de off. ord. & idem tenẽt Inno. Host. Io. Imo. & Archi. qui etiam dicunt ꝙ nõ requiritur quòd hoc fiat causa cognita. & sequitur Io. An. in nouel. & D. M.

¶ Sextò princ. quæro, quæ loca, & quæ personæ ab Episcopis visitari possint & debeant. Sol. Dicendum est quòd Episcopus propriã dięcesim visitare tenetur. Et quãuis Archidiaconus, Decanus, Archipresbyter, vel similes in certa parte dięcesis iurisdictionẽ habeant, & visitare possint, secũdum ea quæ diximus in 4. princ. li. tñ Episcopus totam dięcesim visitare potest, & debet illum ordinẽ in visitãdo seruare. vnde primò capitulum suũ, & Ecclesiã suam, & ciuitatem, & demum dięcesim visitare tenetur, per tex. in d. c. 1. §. hanc aũt. de cens. lib. 6. Quid autẽ si Episcopus & Archidiaconus, aut similis, simul inuicẽ concurrant? dicendum, vt dixi in q. pręced.

9 ¶ † Septimò quæro, quæ loca possint visitari ab Archidiacono, Decano, Archipresbytero, & simil. quos sup. li. 4. q. 8. diximus visitandi potestatem habere. Sol. Dicendum est, quòd cum tales possint visitare virtute acquisitæ iurisdictionis in subditos, prout diximus in d. q. 8. & tribus seq. & q. 12. meritò concludendum quòd solùm loca & ecclesias, clerum & populum sibi subiectos visitare possunt. facit l. fi. ff. de iurisd. om. iud. & c. 2. in fi. de cõst. lib. 6. Et si episcopus & inferior in uisitatione concurrant dicendum vt patet ex his quæ diximus in præced. q. vers. Sed quia supra diximus.

10 ¶ † Octauò quæro, vtrum omnes ecclesiæ seculares, & ecclesiarum capitula possint uisitari. Sol. Dicendum est quod sic. & non solum ecclesiæ, sed ecclesiarum capitula. c. 1. §. deinde. de cens. li. 6. & siue ecclesiæ cathedrales sint, siue inferiores: & siue sint cũ cura, siue sine, per tex. in c. 1. in prin. de cens. li. 6. dum dicit, maiorum, sed etiam minorum ecclesiarum, & idem probatur in d. c. 1. §. sanè, secundum Pe. & Alb. Io. An. & d. Do. ibi, & siue sint ecclesiæ ciuitatis, siue dięcesis, vt in cap. venerabilis. de cens. & ibi D. M. refert tamẽ Host. in c. cum nuper, de cens. quosdam dicere, quos ipse videtur sequi, quòd visitari debent duntaxat opulentæ ecclesiæ: minutę vero ecclesiæ non sunt visitandæ regulariter: nisi duntaxat cũ audit aliquid sinistrum, & graue: quia nec possunt recipere Archiepiscopum vel Episcopum visitantes, secundum dispositionẽ c. cum Apostolis de cens. Sed Zab. in d. c. cũ nuper. tenet contrarium quia debet visitare plures tales ecclesias, & ab omnibus simul vnã tantummodo exigere procurationẽ, per c. procurationes. de cens. & c. felicis. de cens. li. 6. Ad ꝙ tñ videnda sunt quæ diximus in lib. 11. q. 8.

¶ Sed quæro, quid si duæ vel plures ecclesiæ sint inuicem vnitę, vtrum oẽs debeant visitari? Sol. Dicen-

cendum est ꝙ sic.& visitans vnã vel plures, quot pro curationes recipere debeat, vide quę diximus, li. 11.

11 ¶ † Nonò quæro, vtrum omnes ecclesiæ possint visitari. Sol. Dicendum est, ꝙ sic, vt est tex. in c. sopitæ.&c. venerabilis de censi.& in c. 1. de censi. lib. 6. §. deinde. ibi, monasteria & alia loca religiosa. Est tamen aduertendum, ꝙ si loquimur in monasterijs monialium, visitanda sunt per ordinarios, ea adhibita consideratione si sunt exempta, ita vt nulli alij nisi sedi Apost. subiecta esse noscantur, Apostolica authoritate: non exempta verò ordinaria authoritate per ordinarios sunt visitanda. Si verò sunt exempta: non tamen immediatè Apost. sedi, sed alijs inferiorib. subiecta: per ipsos inferiores visitãtur. tex. est in Cle. attendentes. §. 1. de sta. mo. Quare monasteria ordinis Camaldul. Cistercien. & similia exempta, non subiecta immediatè se. Apost. visitabit superior Prælatus illius ordinis, cui subsunt: si modo subsunt Abbati, vel Prælato masculo, sed si subessent Abbatissæ, Priorissæ seu monasterio monialiũ: cum maior prelata vel clausuram exire nõ debeat, vt in c. 1. de sta. mona. lib. 6. videtur ꝙ talia monasteria possit ordinarius visitare. Sed Archid. in d. c. vt refert gl. super ver. alia, in d. Cle. attendentes. de sta. mon. tenet ꝙ illa maior prelata per se visitare nõ possit: sed cum sit iustè impedita, visitabit per alium. 10. q. 1. Episcopum. facit c. inter. & c. si Episcopus. de offi. ord. lib. 6. Et secundum hoc cessabit officiũ ordinarij. & sic residet Io. And. in d. gl. Et idem tenẽt Paul. & Steph. sed Guliel. de monte Lau. tenet contrarium: quia vix bona correctio põt fieri per mulieres: quia hoc non est officium muliebre, & quia vna parum appretiat aliam, & quia frequenter sunt sociæ criminis. l. fœminæ. ff. de reg. iur. & c. dilectæ. de excess. præla. & de coll. deteg. per totum. propter quod videtur secundum eum, ꝙ talia monasteria alteri monasterio monialium subiecta, nõ debent per Abbatissam vel Priorissam visitari, sed Ioan. & Zab. ibi tenent primam opi. & dicit Zab. ꝙ dictæ rationes parum vrgent. Aduertendum ẽt id quod dicimus de monasterijs immediatè subiectis sedi Apo. non habet locum in monasterijs etiam sedi Apo. subiectis: quæ monasteria cõsueuerunt visitari per visitatores capitulorum prouincialium: sicut est monasterium Blatanen. & similia: quia talia ẽt visitabuntur per ordinarium: quia cum prouisio dictæ Cle. attendentes, sit specialis: vitiat generalem, de qua in c. in singulis. & c. seq. de sta. mon.

12 ¶ † Decimò quæro, quid de capellis, vtrum possint uisitari. Sol. Dic ꝙ sic, per ea quæ dixi. q. 8. per ea quæ infra dixi in seq. q. & per ea quæ dixi lib. 9. vers. quid autem de capellanis. vbi diximus, utrum capellani teneantur ad procurationem.

13 ¶ † Vndecimò quæro, quid de oratorijs & sim. locis. Sol. Tex. in c. fi. de censi. probat ꝙ non possint visitari: neque etiam grammaticę: licet ibi sint oratoria, dummodo priuata. tenet Io. An. ca. 1. de censib. lib. 6. Aduertendum tamẽ, quia dicit Inno. ꝙ si in oratorio institueretur sacerdos perpetuus: ꝙ tunc Episcopus posset oratorium uisitare. Refert tamen alios dicere contrarium. & fortè melius: quia quando locus est priuatus, non est capax intitulationis perpetuæ. D. M. in d. c. fin. dicit, quòd dictum Inno. potest saluari, quando oratorium esset cõstructum authoritate Episcopi: quia posset tunc publicè ibi celebrari, & sacerdos deputari. Et subdit, ꝙ credit, quòd posito, quòd proprius Episcopus non possit huiusmodi oratoria uisitare, vt d. c. fin. tamen possit ad illa accedere, vt uideat quõ se habeant, & si præter debitam formam constructa sint, & an honestè tractentur, secundum D. M. ad quod uidenda sunt quæ diximus in lib. 11. q. 5. ver. non solùm. faciunt etiam quæ diximus in seq. quæst.

14 ¶ † Duodecimò quęro, quid de hospitalibus, xenodochijs, & alijs sim. pijs locis: an visitari possint. Sol. Glo. super ver. loca. in c. 1. de cens. lib. 6. tenet ꝙ sic. Sed Fed. cõciuis noster, latius tractat cons. 46. & D. M. in c. sopitæ. de cens. post Fed. concludendo distinguit tres casus. Primus est, cum certum est hospitalia esse religiosa, ut puta, authoritate Episcopi fundata: hoc casu absque dubio uisitanda sunt. Et hoc modo põt intelligi d. gl. super uerbo, loca. Secũdus casus est, quando non constat quòd sint fundata authoritate Episcopi, sed habent signa religionis, & ibidem publicè celebratur: & idẽ: quia præsumptio est quòd sint religiosa, ut no. Archid. de consec. di. 1. c. nemo. tradit D. M. in c. patentibus, de priuil. & ibi dixi. Tertius casus magis dubitabilis, quando constat quòd sunt hospitalia priuata. & sentit Fede. ꝙ adhuc possunt uisitari, ex quo ad pios usus sunt deputata. loquitur tñ de hospitalibus infectorum, seu leprosorum. facit c. 2. de eccl. ædifi. Sed D. M. in hoc distinguit, ꝙ aut uiuit ille qui hospitale erexit, & non potest eo inuito uisitari, sicut nec domũ propriam alicuius priuati uisitare potest. Aut ille decessit, & uoluit hospitale remanere in suo statu, & tũc superior poterit illud uisitare. ar. opt. in Auth. de ecclesi. ti. §. si quis ędificationẽ. facit quod tradit. D. M. in c. inter dilectos. de don. quæ distinc. mihi placet.

¶ Tertiodecimo quæro, utrũ laici & clerici possint uisitari, & an laici simul cum clericis uisitari ualeant. Sol. Dicẽndum est quòd tam laici, quàm clerici debent uisitari, ut probatur in c. 1. de cens. lib. 6. & ibi tenent Doct. ibi dum tex. dicit, nec circa clericorum tantum, sed ẽt circa populorum uisitationẽ procures esse intentus. facit quod diximus lib. 10. q. 3. & 4. Sed aduertendum, quia Io. An. in c. fin. de cens. & post eum Zab. uidẽtur uelle ꝙ per Prælatos ecclesiasticos nõ debeant uisitari, nisi loca ecclesiastica, & familiæ ecclesiasticæ. Vnde infert, quod cũ mercenarij & similes, qui habitãt cũ personis ecclesiasticis, non censeantur de familia ecclesiarum. ca. peremptis, & c. fi. de priu. lib. 6. meritò non debent uisitari. ergo longe minus populi, & purè laici debent posse uisitari. & pro hoc etiã facit, quia si aliud diceremus, sequeretur quod Prælati ecclesiastici iurisdictionem in laicos usurpare uiderẽtur. quod fieri non debet. c. nouit. de iud. & d. c. quoniã. 96. d. c. cum ad uerum. Quare timore d. contrarij dixit Io. An. post Fran. Vercel. in d. c. 1. de cens. lib. 6. in nouel. quod in quantum tex. in d. c. 1. loquitur de populis uisitandis, intelligi debet respectu criminum ecclesiast. pro quibus corrigendis uisitando poterit etiã contra laicos inquirere, aliàs secus. Sed dicit ibi Io. de Imo. quòd imò poterit inquirere de omni crimine, cũ hoc fiat extraiudicialiter per modum fori pœnitentialis, & non per viam fori contentiosi, per no. in c. quatenus. & c. nos inter. de purg. cano. Sed

do.

do. Do. in c. 1. distinguit, quòd aut Prælatus ecclesias visitando vult inquirere contra laicos, ad finem imponendæ pœnæ pro crimine, & procedit dictū Fran. & Io. An. quòd ista via visitationis non sequitur naturam fori pœnitentialis omnino. quod probat tex. d. c. 1. §. notoria. ubi patet quòd imponit pœnam pro delicto, quam nō imponit forus pœnitentialis, qui non habet se precisè cōtra delicta, sed consultiuè, vt in cap. Matthæus. de symo. hoc etiam probat tex. in d. cap. 1. §. quòd si de aliquibus. vbi se reperit infamatum de crimine, denuntiat suo ordinario. Et sic procedit etiam quòd ex foro pœnitentia li posset ipse pœnitētiam imponere, vt patet in c. fi. de censi. lib. 6. ergo patet quòd via visitationis valde differt a via fori pœnitentialis. Aut vult visitando inquirere ad finem pœnitentiæ imponendæ, & ad hunc effectū potest visitare etiam laicos: & ita procedat opin. Io. de Imo. & sic loquuntur iura per eū alleg. facit tex. 10. q. 1. cap. placuit. vbi patet quòd de homicidio, & alijs peccatis mortalibus, Prælatus Eccle. se intromittit, etiam cōtra laicos. Aduertendum tamen dico, quòd quamuis laici per Prelatos ecclesiasticos visitari valeant, non tamen debet simul clerum & populū, sed separatim visitare, quoniam talīū iura separata sunt. 12. q. 1. c. duo. nec promiscuis actibus officia sunt turbanda. C. de testa. l. consulta. Sigillatim enim facta inquisitio melius, & accuratiùs procedit. de accus. c. inquisitionis. §. tertiæ. facit quod diximus lib. 10. q. 3. quod tamē procedit, nisi qualitas negotij aliud exposcat. arg. cap. 1. §. sanè, de censib. li. 6. & ibi hoc tenet gl. super verbo, populos.

15 ¶ † Quartodecimò quæro, vtrum possit recusari visitatio, & vtrum sint aliquæ causæ propter quas possit declinari visitatio. & pro clariori doctrina, prosequar infrascriptas quæstiones. Prima, vtrum per exemptionem subditi possint declinare visitationem. Secunda, vtrum visitatio specialiter remitti possit per illum ad quem pertinet ius visitandi. Tertia, vtrum per remissionem seruitiorum videatur remissa visitatio. Quarta, vtrum amitti possit præscriptione vel consuetudine.

16 ¶ † Primò igitur quæro, vtrum exempti virtute exemptionis possint effugere visitationem Episcopi, vel Archiepiscopi, vel similium, in quorum diœcesi & prouincia, & iurisdictione, monasteria sita sunt. Sol. Dicendū est, quòd si priuilegium exemptionis à summo Pontifice cōcessum expresè loquitur de visitatione: decisio est clara, quòd virtute talis priuilegij exemptus posset se excusare à visitatione. arg. c. cum instantia. de censibus. & c. cum personæ, de priuil. lib. 6. & eorum quæ infra subijciam. Si vero priuilegium nihil de visitatione exprimeret, distinguendum arbitror, quòd aut exemptio non est vniuersalis, & simplex, sed ad quosdam casus limitata, & in terminis suis duntaxat seruanda est, & ad limitandos terminos restringenda, non autem in præiudicium ordinarij extendenda. ar. l. 2. §. meritò. §. si quid à Principe. ff. ne quid in loco pub. & c. quamuis, de rescrip. lib. 6. Et quia limitata concessio limitatum parit effectum, vt in l. cancellauerat. ff. de his quæ in frau. cre. & c. licet. de deci. & l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de leg. 2. cum alijs vul. & quia ex separatis non fit illatio, cap. quod ad translationem, de offi. dele. & l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acqui. pos. c. statutum. c. constitutio. de ele lib. 6. & quia priuilegia sunt strictissimè interpretāda & restringenda. c. 1. & 2. de fil. presby. li. 6. de vsu pal. ca. ex tuarū. Si verò priuilegium exemptionis sit simpliciter & vniuersaliter concessum, arbitror, ꝙ ecclesiæ, monasteria, vel loca huiusmodi exemptionem habentia, visitari non possint. ar. c. cum personæ. de priuil. lib. 6. & no. in c. venerabili. & c. cum instantia. de censi. Idem etiam arbitror, si ecclesiæ, monasteria, vel loca aliqua essent exempta à iurisd. Prælati, alias sui, quoniam visitatio est annexa iurisdictioni, vt in c. 1. §. hanc autem. de censi. li. 6. vbi dum tex. dicit, Episcopis, alijsque priuatis ordinario iure &c. dixi supra art. 4. q. 12. & hoc etiam probatur ex his quæ dicam in seq. q. Predicta tamen arbitror limitanda quò ad visitationem ordinariorū: secus quò ad visitationem legatorū Apo. sed per ea que diximus in li. 11. q. 14. ver. 2. legitima causa. insuper prædicta procedunt ea adhibita moderatione, de qua diximus li. 6. q. 9. Sed iuxta materiam prædictæ q. quæro, Episcopus Atheniensis Abbatem & monasteria, idest Monachos sancti Martini diœcesis monuit, vt se pararent ad visitationē & procurationem: Abbas & monasterium se exemptos fore affirmant, atque id coram Episcopo, vel alio competenti iudice se incontinenti probaturos offerebāt. Cumque Abbas intelligeret Episcopum ad censuræ sentētiam fulminādam paratum, ad sed. Apost. ista causa inserta appellauit. Verùm ea non obstante, Episcopus in Abbatem excommunicationis, & in conuentum interdicti sententiam protulit. Vnde queritur, vtrum prædicta excommunicatio uiribus subsistat. Et præsupposita sententiæ nullitate, vtrum Episcopus sit puniēdus. Hanc quæst. tractat Innoc. in c. uenerabili. de censi. ad quam decidendam, latissimā & intricatissimā, & ualde obscuram fecit gl. Et quoniam plura hodie per eum dicta redduntur superflua, propter nouam decr. c. cum personæ. de priu. li. 6. ideo sequēdo D. M. paucis insistam. ex dictis ergo Inno. breuiter colliguntur tres casus. Primus, quando constabat Episcopum esse in quasi possessione iuris uisitandi. Secundus, quando cōstabat contrariū. Tertius, quādo de hoc dubitabatur. Primo casu, concludit excommunicationem validam esse, eò quòd in preiudicium sui iuris, nec exceptionem, nec probationes oblatas recipere, néc appellationem admittere tenebatur. Non enim vt iudex, sed vt pars pro suo iure conseruādo procedebat: quo fit, vt probationis oblatio nequaquam appellationem iustificaret, quāuis alias si vt iudex processisset, exceptionis legitime oppositæ oblata probatio app. iustificaret, vt in c. interposita, de appell. & in c. cum inter canones. de ele. Neque. n. in terminis quæst. nostræ tenebatur Episcopus causæ cognitionem assumere, sed extraiudicialiter potuit Prælatū sibi subditū, contra quem fundatā de iure communi intentionem habebat, eo modo extraiudicialiter admonere. Et hoc tutius est, secundum D. M. quāuis Ho. velit, ꝙ ex quo Abbatis cōtumacia erat manifesta, illum citare non tenebatur. Secundo verò casu cōcludit Inn. vera existente exemptione excommunicationem non valuisse, per no. in c. cum dilectus. de relig. dom. Subdit tamen quòd propter talem illegitimam excommunicationem, si mona-

sterium, vt præsupponitur, in sua situm erat diœcesi, nô venit puniendus, cum probabili errore duci potuit: quæ excusatio cessat, si monasteriũ extra diœcesim suam situm fuisset. ar. c. sacr. & eorum, quæ ibi dixi, de sententia excommunic.

¶ Tertio verò casu, excommunicationis & interdicti validitas ex futuro pendet euentu. etenim, si constabat monasterium exemptum, & Episcopũ in quasi possessione iuris visitandi minimè fuisse, non valebit sententia, alias secus. Quare consuluit Inn. quòd Episcopus, nõ vt iudex, sed vt pars pro huiusmodi & alijs similibus iuribus consequendis & defendendis debeat extraiudicialiter procedere, eo namque modo, nec probationes recipere, nec appellationem admittere tenebatur, sed temporali atque spirituali gladio iura sua consequi, atque defendere poterit. in c. dilecto. de sen. excom. lib. 6.

¶ Ad quod videnda sunt quæ latiùs diximus infra eo. li. q. 15. poterit tamen abnegare exemptionis priuilegium, recipere ac videre, non vt iudicet, sed vt exemptionis validitate certior fiat. Nam cùm de ipsius commodo & incommodo tractetur, in causa propria iudex esse nõ potest. C. ne quis in sua causa. in rub. & nigro. faciunt no. per D. M. in c. ad audientiam. de appel. & in c. super literis. de rescrip. Et hæc faciunt ad intellectum prælleg. c. cùm personæ. quod valet vbi Episcopus non procedit vt iudex: quamuis glo. aliud senserit. quoniam licet Episcopus iudex esse posit in causa ecclesiæ suæ, nõ tamẽ potest esse, quando eidem commodum venit applicandum. ar. not. in l. de iure. ff. ad muni. secundum D. M in d. ca. venerabili. Et ad hoc vltimum videnda sunt quæ late traduntur per Inno. in c. veniens. de verb. signif. & Henric. Bohic. in c. ex parte. el 1. eod. ti. Oldra. cons. 156. ca. si quis erga. 7. quæst. 1. c. sicut consultus. & quæ latè dixi in c. 2. de maledi.

17 ¶ † Secundò quæro, vtrum visitatio remitti possit per illum ad quem pertinet ius visitandi. Sol. Innoc. in c. cùm ex officij. tenet ꝙ non. sicut nec potest remitti correptio. quoniam visitatio & correptio consistunt in iure publico, ergo non potest remitti, aut illi renuntiari. ita tenet Inn. in c. cùm ex officij. de præscrip. alle. quod leg. & no. in c. si diligenti. de foro compe. & idem tenet ibi D. M. pro quo alle. c. cùm venerabilis. de censi. & l. legatus. ff. de offic. præsi. & adde quæ diximus infrà, li. 11. q. 3.

18 ¶ † Tertiò quæro, vtrum per remissionem seruitiorum videatur remissa visitatio. Sol. Dicẽdum ꝙ non, vt probatur in c. cùm vener. de censi. facit, quia non potest expresè remitti, vt diximus, & quia per talem remissionem non intelligitur remissa procuratio, vt dicam infra, lib. 11. q. 13. ver. 6. quæro.

19 ¶ † Quartò quæro, vtrum visitatio posit amitti præscriptione, seu consuetudine. Sol. Host. in sum. in ti. de offi. Archi. §. quod sit officium. ver. quare autem respectu præscriptionis. tenet quòd non possit præscribi. & ibi asignat rationem, quia contra visitationem non currit præscriptio. idem etiam tenet Dom. in cap. cùm ex officij. de præscrip. & probat ibi tex. dum dicit, Sicut visitatio non potest aliquo modo præscribi. Ego distinguerem, quòd aut quærimus, vtrum subditus contra superiorem possit præscribere, vt non posit visitari: & dicendum est quòd non: quia cùm visitatio fiat ad effectum correptionis & reformationis, meritò non potest præscribi per subditum cõtra superiorem. & ita procedit d. opi. Aut quærimus, vtrum valeat alius Prælatus contra aliũ præscribere visitationem: & dicendum est ꝙ sic, vt in c. irrefragabili. §. excessus, de offi. ordi. Nam visitatio est actus iurisdict. c. cùm venerabilis. de censi. & dixi suprà eod. li. 4. q. ergo potest præscribi, vt latè dixi in c. cùm contingat. de foro compet. Et istud potius dicitur quæri consuetudine, quàm præscriptione, quia consuetudo propria non acquirit de sui propria essentia alicui priuato, sed in publico. Sed quando per vsum longæuũ acquiritur ius priuato, secundum ea quæ latius tractauimus in cap. cum contingat. de foro compet. in 7. prin. art. in prin. vtrum aũt præscribens, seu consuetudine quærens iurisdictionem, seu visitandi potestatem contra subditos alterius, illam quærat per viam accumulatiuam, vel abdicatiuã. videnda sunt quæ traduntur in c. irrefragabili. §. excessus. & c. pastor. & ibi diximus. de offi. ord. & cap. auditis. de præscript. per Bal. in disputatione quæ incipit, Apuleius, & latiùs tractaui in ca. cæterùm. de judic. Et ad materiam prædictæ quæst. videnda sunt quæ diximus in 11. princ. lib. quæst. 13.

20 ¶ † Quintodecimò principaliter quæro, quid agendum sit cõtra eos qui nõ admittunt visitatores. Sol. satis clara colligitur ex his, quæ superius dicta sunt eodem lib. quæstio. 14. in 1. quæst. illius quæst. 14. ver. sed iuxta. Poterit enim tẽporalem aut spiritualẽ gladium contra tales exercere: nullam tamen assumendo causæ cognitionem, per ea quæ ibi tradita fuerunt. vnde potest in resistentes excommunicationis & interdicti sententiam ferre, per ea quæ traduntur per Inno. D. M. & Zabar. in c. venerabilis. de censi. Et est aduertendum, quòd ad hoc vt posit excommunicare, interdicere, aut aliam pœnam imponere, necessarium est, quòd Prælatus visitationi resistat: non autem sufficit quòd excipiat de exemptione, aut se exemptum alleget, si visitationi non resistit, & per talem allegationem non diceretur spoliare Episcopum: sed excipiens & allegans diceretur vti iure suo, quod facere potest: sed resistendo, videretur Episcopum spoliare, & sic posit temporalem & spiritualem gladium in tales impedientes exercere. Quinimmo posit etiam per violentiam intrare: & expellere resistentes, ex quo de iure communi fundatam habet intentionem in tales, per nõ. in c. olim causam. de restit. spolia. & c. dilecto. de sen. exc. li. 6. & hoc voluit Inn. in c. cum instantia. de censi. & c. 1. & ibi do. Ant. D. M. & Zab. de immu. eccle. sentit glo. se remittendo in verbo, franguntur, in clem. 2. de censi. & Pau. ibi, & Io. de Imo. & vide quæ diximus in lib. 11. q. 13.

21 ¶ † Septimo principali libro tractãdũ est, quãdo, seu quo tẽpore visitatio sit fienda. Circa quod dicendum est, ꝙ omni tẽpore quando ei cui onus visitandi incumbit, videbitur expedire, secundum Henri. Bohic. c. cũ Apost. de cens. ar. c. procurationes. eo. tit. Nam cum tempus non sit de iure determinatum, arbitrio iudicis relinquitur. l. 1. in fi. ff. de iure delibe. & c. de causis. in fi. de offic. deleg. & in l. in venditione. ff. de bo. auth. iud. poss. Nec ad visitationem faciendam exigitur quòd præcedat infamia, vt tradit Henr. Bohic. in c. mandamus. de off.

Archid.

Archid. licet ad inquisitionem ordinariam faciendam præambula infamia requiratur, secundum ea quæ latè dixi in c. qualiter. el 2. de accus. 9. prin. ar. verùm prædictis obstare videntur, quia cū occasione visitationis procuratio debeatur, secundum ea quæ latius diximus inf. li. 10. q. 7. ergo in fi. anni collectis iam fructib. fieri debet, secundum Vinc. in c. cum nuper. de cēsi. sed prædicta opi. reprobatur ibi per Do. Anto. dicentem, in optione Prælati esse, videre quandocūque voluerit visitare, & sequitur ibi D. M. per illum textum, dum dicit, contigerit visitare &c. & per dictum cap. procurationis. Subdit tamen D. M. quòd dictum Vin. potest assumi pro cōsilio, & satis placet. Sit ergo conclusio, ꝙ quādocunque poterit visitare, consultius tamē agere videtur, si collectis iam fructibus visitat, cum ex tempore ecclesia possit commodius procurare. Quam etiā ob causam arbitror maiores nostros principium studij 12. Cal. Nouem. & sic collectis iam fructib. inchoari statuisse. Prædicta tamen videntur limitanda secundum quod sentit glo. not. super verbo, annis singulis, in cle. fi. de sta. mon. dummodo debita tempora verisimilis correptionis & reformationis seruentur. vnde non videtur, ꝙ vna possit fieri visitatio in fi. vnius anni, & alia in princ. sequentis anni. arg. no. in c. in singulis. de statu mon. & ibidem tenent Zenzel. & Pau. in d. cle. fi. asignantes rationem, quia cessat causa visitationis, quæ est, vt malum corrigatur, inter primam autem & secundam visitationem, esset ita breue tempus, ꝙ illius medij temporis nihil esset corrigēdum. Item, quia inter primam & secundam visitationem non solùm annus, sed quasi biennium transiuisset, & sequitur ibi Io. de Imo. Et omnibus etiam diebus feriatis visitatio fieri potest, cū pertineat ad correptionem & eleemosynam spiritualem, & plerunque fiant pro pace & concordia inter clericos & religiosos, ac ēt laicos inducenda, per c. fin. de ferijs. 22. q. 5. c. decreui. & secundum ea quę latissimè dixi in c. licet, de feri. 8. prin. art. in 2. membro prin. q. 1. fal. 24. & 36. ac ēt in 4. membro princ. eiusdem q. fal. 2. & 4. Quamuis autem omnibus diebus visitatio fieri possit, tamen honestum est, quod si visitanda sint monasteria, quod visitator declinet ad illa 6. feria, vel sabbatho: vel his diebus quibus cibaria visitantium cōuenirent cibarijs regularium visitandorum: si tamen alia die declinarent, subditi superiore inuito, legem cibariorum minimè imponerent, secundum quod ostenditur in lib. 11. q. 6. ver. visitantibus. tenet gl. voluit cle. prima, de censi. ad quod vide quæ diximus lib. 11. q. 8.

22 ¶ † Expedito tract. de tempore, hoc lib. 8. occurrit, in quo loco fieri debeat visitatio. Circa quod dicendum est, quòd in proprio loco quem Prælatus vult visitare, visitatio fieri debeat, vt verbum sonat, & probatur in c. conquerente. de offi. ordin. ibi, ad eos visitandos accesseris. & in c. 1. de censi. lib. 6. ibi dum tex. dicit, & si commodè & absque difficultate accedere ad vnamquamque &c. vnde dicit gl. super vēr. accedere, quod ire tenētur. Nec sufficit ad suam ecclesiam conuocare. Vnde infert ibi Archi. quod si episcopus non solum alterius, sed ecclesiæ suæ capitulum ad suam cameram, vel ad aulam visitandi causa, vellet conuocare: hoc non posset eo quod prædictæ decretales exigunt quòd ad locum accedant. Et sentit glo. super verbo, plenè, in d. c. 1. de cens. lib. 6. dicens, quod nō sufficit synodum conuocare, quia ibi non veniunt omnes clerici & laici, qui sunt visitandi, vt diximus li. 5. Et quia res oculis subijcienda est: quoniam personæ præsentia multum operatur. ff. fin. reg. l. si irruptione. & c. fi. de offic. leg. & l. de minore. §. tormenta. & quod ibi traditur. ff. de q. & tenent ibi Io. Mo. Host. Archid. pro quibus etiam allego tex. 2. q. 1. c. Deus omnipotēs. dum dicit, descendam, & videbo &c. 86. d. c. si quidē, & qualiter. 2. de accus. & ibi latè dixi in 10. prin. ar. q. 2. & q. 10. eo. enim loco longè melius examinari poterunt, quæ examinanda occurrunt de elect. c. postquā 23. d. c. illud. 23. q. 1. c. paratus. & c. pudenda. facit ēt c. cum dilectus. de accu. & c. cū dilecta. de rescr. & quod no. in l. 2. C. vbi de cri. agi opor. & in l. 1. C. vbi tā ciuiles, quàm mili. & in Auth. de admini. §. insuper. ver. iubemus. & quod no. in c. quosdam. & c. quanto. de præsum. inquit enim Pindarus vt dicit Philosophus, ꝙ oculus domini, & vestigia equum & agrum maximè pinguefaciunt, secūdum ea quę diximus sup. lib. 3. & iuxta illud Nasonis poetæ: Segnius irritant animos demissa per aures, Quā quæ sunt oculis subdita fidelibus. Procedunt tamē prædicta, quando absque difficultate potest ad proprium locum accedere: sed si hoc non possit, conceditur tunc episcopo, vel alteri visitatori ad alium locum, dummodo congruum, visitationis causa cōuocare, vt d. c. 1. de censi. lib. 6. Dicitur autem non posse absque difficultate accedere, secūdum Host. quando locus visitandus ad procurationem episcopi non sufficit. Etenim loci paupertas iustam non accedendi ad locum causam præstat. Archid. verò hanc sententiam reprobat. nam licet Ecclesiæ sint pauperes, tamen contribuere tenentur, per c. cū instantia. & c. procurationes, de censi. & sic paupertas huiusmodi ad alium locum non videtur iustā conuocationis causam præbere. tenetur. n. si potest, ad locum accedere, & si ecclesia pauper est, nihil ab ea exiget vel recipiet. 1. q. 2. c. placuit. 10. q. 3. fauendū. Non ergo paupertas, sed alia difficultas excusat episcopum, si ad locum visitandum accedit. stante. n. paupertate, proprijs sumptibus accedere tenetur. facit c. statutū. §. prouisurus. de rescr. li. 6. ad hoc. n. episcopales reditus eidē sunt deputati, vt in c. cum ab omni. de vita & honest. cle. no. gl. ī c. cū Apostolus, de censi. cum concor. ꝙ no. Io. Vin. Goff. & Host. in c. cum instantia. & c. procurationes. de censi. & ad hanc materiam videnda sunt quæ de paupertate ecclesiarum diximus in lib. 11. q. 8. vtrum videlicet ad procurationē vel contributionē teneantur. Vnde gl. super verbo, difficultatis, aliter exēplificat, & melius, videlicet, qn̄ propter niues, vel glacies, aut simile impedimentū non potest accedere. de eccl. ædifi. c. ad audientiā. ff. si quis caut. l. 2. §. si quis in iudicio. per quē tex. probatur, ꝙ propter aeris intēperiem, aut pestem locum illum vexantem, non posset accedere, & propter hāc causam nudiustertius scripsi sapientibus studij Senensis, qui mihi præceperunt, vt ad legendum redirem, ꝙ non tenebar ire. ad quod accedant quæ latè scripsi in rub. de dila. Archid. 18. q. 5. Locus autem ad quē in casu necessitatis vel difficultatis potest episcopus visitādos vocare, dicitur congruus, si honestus & cōmunis sit, iuxta possibilita-

tatem de fide instrum.c.accipimus.de priui. cũ personæ,secundum glo.super verbo,congruum.c.1.de censi.li.6.& debet esse sufficiens ad omnes recipiendos,secundum Io. Andr. & do.Dom. ibi. Et vtrum ex causa poterit idem collegium visitare in diuersis locis. Inno.tenet quod sic,per tex.c.1. in princ. qui loquitur de pluribus locis. subdit tamen quòd honestius hoc esset fieri in vno loco.& sequitur d.Do: ibi.Ego arbitror quòd respectu loci ad quem necessarium sit quòd ad vnum congruum locum conuocet,per tex.illum qui dicit, ad vnum congruum locum.& sic loquitur in singu.Nec ob.tex.dum loquitur de pluribus locis, quia loquitur de loco à quo, non de loco ad quem. Ex prædictis infert Francis. Vercel.in d.primo,& sequuntur Io.And. & Dom. quòd locus visitationis non est de substantia: sicut nec locus electionis.de electio.c.bonæ. el primo,& in casu prædicto curare debet, vt quantum fieri potest, locum magis vicinum eligat. facit clemen.1. de foro compet.

¶ Post tractatum de loco,tractandum est, qualiter, & cum quot personis & equitaturis fieri debet visitatio,& quid agendum,si debitus numerus excediiur.& sic patet ꝙ hoc libro tres principales quæst. tractãdæ sunt. Prima,quot euectiones visitator possit secum ducere. Secunda, quot personas. Tertia, si visitator debitum & taxatũ modum excedit, quo remedio succurratur visitandis.

23 ¶ † Primò igitur quæro, quot euectiones, seu equitaturas visitator possit secum ducere. Sol. Archiepiscopi visitantes 40. vel 50. Et idem arbitror, & fortius de Patriarchis,licet in iure non reperiatur expresse dispositum, Episcopi 20. vel 30. Cardinales 25. euectionum numerum non debent excedere. Archidiaconi.5.vel 7. Decani verò ab episcopis constituti,duobus equis debent esse contenti,vt est text. in c.cum Apostolus. de censi. Et pro decanis intelligit glo.de Archipresbyteris ruralibus.facit c. si.de offi. Archipresby.& quantum ad episcopos ẽt constitutio noua corrigens,secundum gl. & d.c.inter cætera. 10.q.3. vbi episcopis conceditur, vt cum 40.euectionibus valeant visitare. vel potest dici, secundum Host.quòd ibi episcopi app.continetur archiepiscopus: nam etiã Papa appellatur episcopus, vt in prima decretali,& lib.6.& cle.Et sic concordat dispositiuè d.c.cũ Apostolus. Est tñ aduertendum, ꝙ ea quę de Cardinalibus dicta sunt,intelligi debẽt de Cardinalibus non episcopis. Cardinales tamen etiam nõ episcopi,cùm sint legati, hoc non seruãt. & dicit Host.quòd vtinam essent contenti de 30. & subdit,quòd quamuis Aegidius dicat,quòd ipsi, ẽt si legati sint,prædictum numerum seruare tenẽtur, tamen ipse hoc non credit,cum in d.c.cum Apostolus. nihil de legatis disponitur.vnde secundum Hostien.prædictus numerus debet intelligi taxatus,cũ visitant suam parochiam, in qua habent iurisdictionem,quasi episcopalem de iure.c.his quæ. de maio. & obed.in summa,quicquid de iure sit, Card. prædictum numerũ non seruant: sed libitum ducunt.

¶ Secundo casu, de numero personarum variæ sunt opiniones,quia tenet d.c.cum Apostolus.euectionum, non tamẽ personarum numerus exprimitur. Quidam dicunt, ꝙ quãtus euectionũ numerus exprimitur,tantus possit esse præter sessores,numerus personarum, & sic quælibet euectio vnum equitem & vnum peditem custodem habet. Absurdum enim esset ꝙ equitatores,& maximè Prelatorum socij,proprios equos custodire & gubernare tenerentur, & hunc intellectum stylus curiæ approbare videtur: quãdo enim nuntius Apo.se.prouideri mandatur, si de quatuor euectionibus exprimitur, de octo personis subiungitur. Sed hæc opi. nimium laxare videtur habenas, & grauare ecclesias. alij verò dicunt,quòd numero euectionum,quarta pars personarum iungenda est: quare si quis cum sex euectionibus mittitur, octo personas habebit. Si cum 12.16. si cum 23. euectionibus 32. personas ducere poterit. Sed aduerte,quia secundum Arithmeticæ doctrinam, isti ineptè ponunt exempla, quoniam duo sunt tertia, & non quarta pars de sex, & sic de singulis. vnde arbitror quòd velint dicere de quarta parte omnium personarum simul iunctarum. dicunt tamen quòd licet hæc opinio expresse videatur,per c.in singulis.de sta.mon.in princ.tamen numerum personarum nimis restringere videtur. vnde dicit Henri. Bohic. in c.cum ad quorundam. de excess.prælat.quòd hoc potius boni viri arbi. relinquendum est, qui diuersas locorum cõsuetudines, & personarum qualitates considerabit: cuius arbitrio quandoque plures,quandoque pauciores cõcedentur. In aliquibus enim regionibus quælibet euectio ad minus habet custodem, & hoc potissimum est necessarium,qñ vnus solus est eques,quia vel soli &c. de sta.mo. c. monachi, ecclesiastes. c.3. In alijs verò duę euectiones habẽt vnum custodem, & hoc æquum & sufficiens esse videtur in illis, qui plures ducunt euectiones. Et hęc consuetudo potius videtur consideranda,quia quasi vbique cõiter obseruatur. 4.d.c.erit autem lex.his ergo pensatis,arbitrabitur bonus iudex.ar.c.fi.de transac. verum quia omnia ad vnguem seruari non possunt: si numerus taxatus aut arbitratus in aliquo excedatur: puta, vno aut duobus, non est magna vis. ar. no.in prooemio decretalium,ad finem,secũdum Henri. qui tñ videtur residere, ꝙ excessus numeri personarum ad numerum euectionum potest esse in quarta parte, intelligendo,vt sup.dixi,& hoc de iure.per c.in singulis. vel ẽt ex generali consuetudine in tertia parte: hoc est, ꝙ duæ euectiones habeãt vnam personam equitem: Canes venaticos, falcones, ac accipitres, prælati visitãtes secum portare prohibentur. c.cum Apostolus.de cens.& in cle.2. de censib. Portantes autem incidunt in pœnam tit. de cle.vena.secundũ Lau.& sequitur Io.de Imo.in d.cle.2.Ego arbitror, quòd teneantur tanquam legis transgressores, ad quod videnda sunt no.per glo.& Docto.in c.generali. de elect.lib.6.

24 ¶ † Tertiò quæro,quid si visitator prædictum debitum & taxatum numerũ excedat: quo remedio subditis succurratur. Sol. Glo.in d.c.cum Apostolus. de censi.super verbo,contenti. dicit,ꝙ poterũt superfluum denegare.ar.l.1.§.Trebatius. ff.de aqua quo.& æsti. vbi si habens seruitutem deducẽdi certum numerum pecudum, ac fontem maiorem ducit, in superfluo prohibetur. Et si fortè superfluus numerus à permisso separari non potest, poterit visitator tali ex causa simpliciter prohiberi, secũdum Vinc.in c. cũ instantia.de cęnsi.per l.1.§.idem quæritur.

ritur. ff. de aqua quo. & aesti. & sequitur Io. An. qui intelligit de impotentia separationis quo ad factũ: ex eo quia praelatus visitans non cõsentit ꝙ pars aliqua admittatur, alia parte reiecta, & sequũtur Zab. & Doct. in d. §. cum Apost. Vnde tunc subditus poterit simpliciter numerum non admittere: consulerem tamen subdito ꝙ accersitis ad id testibus, & rogato notario, si facultas adesset, offerret se promptissimum & paratissimum visitatorem cum debito numero recepturum: Et protestaretur quòd per ipsum non stat, quò minus illum cum debito numero admittat, per ea quae statim subijciam. Sed quaero circa hoc, quid si Praelatus subditum praedicto casu recipere renuentem excommunicaret, vtrum talis excommunicatio teneret? Sol. Gl. in d. c. cum Apostolus, de censi. primo dicit, quòd fortè ex communi sententia tenebit, in cõtrarium tamen alleg. c. cũ ad quorundam. de exces. Praelato. vbi text. videtur esse in contrarium. Sed gl. pro solutione illius contrarij dicit, ꝙ ille tex. continet specialem indulgentiam. Inno. vero per illam decre. tenet talem excõicationis sententiam esse nullam. Subdit tamen securius esse, ꝙ subditus penes superiorem querelam deponat. Pe. verò ad omne dubium tollendum dicit appellandum esse. quod intelligendum est, ante excõicationem, secundum ea quae latè dixi in c. sacro. de sententia excom. Sed D. M. in c. cum Apostolus. pro concordia opi. distinguit, ꝙ aut Episc. excõicat subditum ex eo, quia non vult recipere vltra taxatũ euectionis numerum, & sententia est nulla, tanquã lata cõtra ius: expresso iuris errore, vt in c. per tuas. de sent. excom. & hoc casu potest saluari d. c. cum ad quorundam, & sic continebit ius, & non indulgentiã. Aut error non fuit expressus in sententia, vt puta, quia excõicauit subditum ex eo quod nolebat eum procurare, & tunc aut notorium erat excõmunicationem proferri, quia noluit recipere vltra statutum numerum, & credit D. M. etiam excommunicationem non valere, cum sit notoriè iniusta, per tex. cum glo. in cle. pastoralis. §. Pisana. de re iudi. & per no. per Inno. in c. fraternitati. de frigi. & c. 2. de dila. nisi aliud specialitatis esse dicamus in sent. exc. Quidam voluerunt dicere, vt Archid. in c. venerab. de sent. exc. lib. 6. ꝙ excommunicatio semper tenet, quantuncunque sit iniusta, & error sit in ea expressus. Sed plus placet primum D. M. per c. Romana. §. in vniuersitatem. de sen. exc. lib. 6. Aut non est notoriũ, & tenet sentẽtia, licet iniusta. & procedat alia opi. secũdum D. M. Sed miror de eo qui videtur ponere praedictam distinctionem, tanquam suam: quãdoquidem plurimi idem voluerũt, vt apparebit ex inf. dicendis. Distinguitur. n. quod aut sententia cõtinet in se errorem intolerabilem in ipsa sentẽtia expressum, vt quia dicit, excõmunico te, quia non vis mihi procurare cum centum equitaturis, & talis sententia non ligat. de offi. deleg. c. cum contingat. §. in eo vero casu. & de re iud. c. 1. de sent. exc. per tuas. §. nos igitur. & eo. tit. §. potest quoque. c. venerabilib. lib. 6. Et in hoc notoriũ est talem sententiã esse iniustam, vt de app. c. solicitudinem. §. si vero notorium, secũdum Vin. Inn. & Ho. in d. c. cũ ad quorundam. de exces. praela. qui sic intellexerunt dictam decretalem. Aut non continet errorem intolerabilem, vt quia Episcopus fert hoc modo sententiam: Excommunico te, quia procurationẽ mihi debitam denegas, supra de praesc. cũ ex officij. & tunc tenet sentẽtia, secundum Host. cum quo concordat Asten. li. 6. ti. de censi. ad fi. q. ver. quid si Episc. quod intelligendum est quod ipso iure tenet. & in effectu, vbi non excedit debitum numerum euectionum vel personarum, secũdum quod supra dictũ est. Si vero excedit, non tenet excõicatio ipso iure, & sic dicta decretalis continet ius, secundum Gof. ibi. & in sum. de sent. exc. ad fin. dicẽtem, quod in d. c. cũ ad quorundam. est casus specialis in quo non tenet sententia à suo iudice lata. Idem Inn. dicens, nos dicimus generale ius quod dicitur hic. s. in d. decretali, cũ ad quorundam, scilicet quod si subditus alicuius sit priuilegiatus in aliquo capitulo à Papa, quod si praelatus illius ecclesiae occasione illius capituli fert in eum sententiam excommun. quod non tenet, vt ibi, & de priuile. cũ capella. & c. quanto. Et idem d. Car. de sent. exc. c. praesenti. li. 6. ver. octauus, nonus, & ver. decimus. & Io. An. ibi, & Archi. 11. q. 3. c. 1. eadem ratione, quia aliàs esset resecanda tanquam nullius effectus, vt in procemio decret. Idem Phi. de offi. deleg. c. cum contingat. Et Asten. li. 7. de forma excõicandi, ver. 10. quãuis Ber. tenet contrariũ ibi, intelligẽs cum Ala. & Tanc. ibi, quod illa decretalis cõtineat indulgentiam, & idem sentiunt Tanc. & Gof. in d. c. cum Apostolus. ¶ Sed Host. scripsit in d. c. cũ ad quorundã. quod in illa decretali nil exprimitur, per quod aliquod priuilegiũ specialiter sit concessum: excepto verbo, concedimus. ibi posito, quod exponit, id est concessum esse ostendimus. vnde dicit Archid. in d. c. 1. quod si sit indulgentia iuris cõis, quę competit omnibus subditis. ar. op. in proęm. decret. iuxta fin. pro hoc ẽt facit expresse, quia nõ apparet cui, vel quibus Papa ibi loquatur. vnde dicebant ibi Ala. & Tan. cui Papa loquatur, nescimus: ideo quibus sit indultum priuilegium, ignoramus. intelligi ergo debet vt praedixi: licet sit tutius ad superiorem super hoc querelam deferre, vt intelligunt Tancr. Gof. & Vin. in d. c. cũ Apost. Et quod nõ teneat sententia excõic. tenet curia, secundum Ber. qui ita no. sup. de off. deleg. c. cũ contingat. prout no. Archi. in d. c. 1. gl. fi. 11. q. 3. Et Io. And. d. c. cũ ad quorundã. Et hoc põt intelligi, qñ excedit numerum euectionum. Si verò excederet numerum personarum, de quo non est expresse tractatũ in concilio generali, tunc põt dici quod excommunicatio propter hoc lata non teneret ipso iure: si excedat tertiã partem euectionum: aliàs tenet ipso iure, & est tenenda & tremenda, quousque per superiorem fuerit super hoc arbitratum, secundum ea quae superius dicta sunt. Et sic patet ex praedictis, quod visitandus põt procurationem denegare, quando numerum excedit, & non aliàs, secundum Innoc. d. c. cum ad quorundam, & sic etiam residet ibi Henri. Bohic.

¶ Decimo principali lib. tractandum est, qualiter visitator in visitando versari, & quid agere debeat, & quae per eum expedienda sunt, cum conuenerit ad locum visitandum. Et vt haec materia clarior reddatur, prosequar tria membra principalia.

¶ Primum, de ordinario.

¶ Secundum, de delegato.

¶ Tertium, de legato.

¶ Circa primum membrum de ordinario, prosequar

sequar infrascriptas quæstiones. Prima continebit generalem doctrinam. Secunda, quid agere debeat respectu loci expediendæ visitationis. Tertia, quid agere debeat respectu temporis expediendæ visitationis. Quarta, qualiter se debeat habere circa examinationem fiendam, pro reformanda ecclesia tam in capite, quam in membris. Quinta, qualiter se debeat habere in iurisdictione exercenda pro correctione & reformatione visitatorum, & contra impedientes visitationes. Sexta, qualiter se debeat habere circa priuilegia locorum visitatorum, & reliqua. Septima, qualiter se debeat habere circa tempus trahendæ moræ.

25 ¶ † Primò iuxta præmissum ordinem quæro de generali doctrina, quam visitator seruare debet in visitatione per eum. Sol. Visitator debet intendere, vt quærat quæ Iesu Christi, non quæ sua sunt, vt est tex. in c. cum apostolus. de censi. & in c. procurationes. eo. tit. vbi tex. dicit, quod non quærant quæ sua sunt, sed quę Iesu Christi. Prædicationi & exhortationi, correctioni & reformationi vacando, vt fructum referant qui non perit. Non ergo debent procurationibus aut lucro, seu ad propriam vtilitatem, vt sibi thesaurizent: sed saluti animarum, & morum profectui cultuique diuino ampliando, statuique ecclesiarum in melius reformando intendere, vt in cap. 1. de censib. lib. 6. cum tex. ibi dicit, caueat insuper ne ipse, vel quisquam suorum aliquod munus quodcunque sit, & qualitercunque offeratur, præsumat recipere, vt nō quæ sua sunt, sed quæ Iesu Christi quærere videatur, & intendere debet atque inuigilare prædicationi cleri & populi. c. procurationes. de censi. & c. 1. de censi. lib. 6. facit l. 1. §. quies. ff. de offic. præfec. vig. Nec debent venationibus aut similibus vacare. Io. An. in c. cum Apostolus. versi. venaticos. de cens. Mente enim repetere debet, quòd prælatus de omnibus sibi commissis rationem reddere tenetur: si non corrigat, moneat, & reformet: aliàs singula de manibus suis requirentur. de officio ordina. cap. irrefragabili. de offic. Archid. ca. 1. & cap. ad hæc.

¶ Et quoniam peccata hominum possunt dupliciter considerari: vno quidem modo, in quantū est nociuum ei qui peccat, alio modo, in quantum vergit in nocumentum aliorum, qui ex alicuius peccato vel excessu læduntur, vel scandalizantur, vel ēt in quantum est nocumentum boni communis, cuius iustitia per peccatum hominis perturbatur: ideo visitator duplici correptione vti debet: vna quidē quæ adhibet remedium peccato, in quantum est quoddam malum ipsius peccātis, & ista est propriè fraterna correctio, quæ ordinatur ad emendationē delinquentis. Remouere autē malum alicuius eiusdem rationis est, quod bonum alicuius procurare. Procurare autem bonum fratris, pertinet ad charitatem, 2. q. 1. c. si peccauerit. & c. nouit. de iud. Etenim est actus exterior charitatis. quod patet: quia corripere delinquentem, est quædam spiritualis eleemosyna. 45. dist. c. qui emendat. & c. tua. & c. inter opera. in fi. de sponsa. & habetur Io. c. 3. & 41. di. §. 1. & cap. quiescamus. Cùm ergo operamur bonum amico, vt de peccato ad pœnitentiam reducatur, hæc remotio magis pertinet ad charitatē, quàm remotio corporalis nutrimenti, vt egestatis & infirmitatis: tamen quia bonum veritatis magis est proximum & affine ipsi charitati, quàm bonum corporis exteriorum rerum: tum etiam quia respicit animā, quæ corpore longè præstantior est. c. solitæ. de maiorit. & obed. l. sancimus. C. de sacrosanc. eccle. c. Matth. de symo. & hoc respectu pertinet ad charitatem. In quantum verò fraterna correctio adhibet remediū peccato delinquentis, secūdum quod est in malum exemplum aliorum, qui ex tali exemplo læduntur & scandalizantur. 11. q. 3. c. præcipuè. 24. q. 3. c. resecandæ. & maximè in nocumentum communis boni, talis actus dicitur iustitiæ, ad quam pertinet conseruare rectitudinem in cōmune bonum vnius ad alterum. 12. q. 3. c. cum deuotissimam. 4. d. c. factæ. de sent. exc. c. vt famæ. Insti. de iust. & iure. §. vlti. per Phil. 5. ethicorum, & secundum hāc correctionem loquitur gl. super d. Euang. Matth. c. 18. in quantum gl. ibi dicit, quod si frater tuus peccat, corrigendus est ex zelo iustitiæ. Et sic quantū ad hunc effectum pertinet ad iustitiam. Scripsi latius in c. nouit. de iudi. 3. prin. ar. Cæterum, quoniam in omnibus actionibus nostris debemus diuinum auxilium inuocare. 23. d. c. in nomine. de testib. cap. in nomine. C. de offi. præfec. Augu. l. in nomine Domini. per ipsum enim omnes Reges regnant, vt in epistola, liquet. C. de sum. Trin. l. 2. C. de vete. iu. enuc. l. Deo nobis. C. de epis. & cle. præstat enim bonum initium, melius medium, & optimum finem, vt d. l. in nomine Domini. nam sine eo nullum ritè fundatur exordium, vt inquit Boe. 2. de phi. cōsolatione. & Apostolus ad Cor. c. 10. & transumptiuè. 26. q. 7. c. non obseruetis. in fi. sic inquit: Siue manducatis, siue bibitis, siue aliquid aliud facitis, in nomine Domini nostri Iesu Christi facite. & ad Colos. c. 2. & 3. actuū 8. & 17. & transumpt. 25. q. 5. c. non licet. omnia quęcunque facitis, in verbo, aut opere, in nomine Domini nostri Iesu Christi facite gratias agentes. Hinc Ambrosius super epistola prædicta. Omnis ratio supernæ scientiæ, vel æternæ in eo est, qui est caput earum, & author. transumptiuè. 37. di. §. sed econtra. omnia enim rectè & competenter geruntur, si principium sit decens, & amabile Deo. in Auth. quomodo oportet Episcopos. circa princip. vbi enim Christus non est fundamentum, nullum boni operis superest ædificium. ea propter nō solum consulo aut persuadeo, imò exoro, impero, & ex charitate astringo, vt intendentes visitationem facere, missam Spiritus sancti solenniter celebrari faciant. qua celebrata, hanc iudicio meo congruentem orationem ad Deum porrigant, sub hac forma. ¶ Omnipotens sempiterne Deus, cui licet omnia manifesta & nihil penitus sit occultum, & cui omnia corda & hominum intētiones sunt in aperto: ad nostrum tamen exemplum descendere, ac videre voluisti, vtrum clamorem qui ad te peruenerat opere compleuerint. Præsta quæsumus pro tua ineffabili clemētia & pietate, mihi indigno famulo iniunctæ mihi visitationis debitam, ac legitimam potentiam: illumina intellectum, labia aperias, linguam dirigas, atque omnes actus & cunctas operationes instrue, & confirma, vt hanc visitationem quam facere intendo, Spiritu sancto cooperante, & intercedente sanctissima atque intemerata Virgine Maria, atque omnibus Sanctis, vniuersorum tam clericorum, quàm laicorum

rum salutem omniumque ecclesiarum tuarum ac religiosorum piorumq; locorum conseruationem, augmentationem, & catholicæ fidei exaltationem, necnon ad tuam cedat laudem, & gloriam sempiternam, per Dominum. vel si fortè aliamaptiorem & visitationi magis conuenientem orationem haberet, aut adinueniret, illam faciat.

26 ¶ † Secundò quæro, quid agere debeat ordinarius visitator respectu loci expediendæ visitationis. SOL. Respectu locorum visitandorum, patet ex his quæ plenissimè diximus in 6. princip. lib.q.5. & 6. etenim Primas & Archiepiscopus propriam diœcesim, & in propria diœcesi primò capitulum suum, & ecclesiam suam, & ciuitatem, & demum diœcesim visitare teneatur: postea ad diœcesium suffraganeorum suorum visitationem accedere debet. Et sic episcopus, & quilibet alius ordinarius visitator prius à suo capitulo & ecclesia, & proprio loco visitationem tenetur inchoare, secũdum ea quæ latius diximus, lib.6.q.4.& q.6. Et ad ipsum locum accedere debet: non autem ex loco visitando, ad alium locum vocare potest, secundum ea quæ diximus sup. lib.8. In quo autem loco ipsius ecclesiæ visitandæ visitationem & examinationem tenere debeat: nõ memini legisse à iure fore dispositum. arbitror tamen, quod honestum & laudabile foret, quòd eo loco examinatio clericorum fieret, vbi ipsius Ecclesiæ actus capitulares expediuntur. ad quod faciunt not.in c.in Genesi.& c.bonæ. de elect.& quod traditur per glo.in c.cum omnes.de constit. & per Innoc.in c.eam te.de rescrip.& c.cum consuetudinis, de consuc.& c.1.de postul. præla. cum sim. Et si ecclesia capitulum non haberet, examinare poterit in ecclesia vel sacristia, & hæc quo ad examinationem, instructionem, correctionem, & reformationem morum ipsorum clericorum: quantum verò ad instructionem & correptionem morum populi & laicorum, conuocabit ad locum in quo verbum Dei solitum est prædicari. Et sic respectu personarum visitandarum, vnus certus locus loci videtur esse de substantia, secundum ea quæ supra diximus lib.8.in fi. Et hæc procedunt respectu personarum: respectu vero ipsius ecclesiæ, & capellarum ac domorum & aliorum bonorum ad ecclesiã pertinentium, arbitror quod teneatur rẽ ipsam oculis subijcere, per l.si irruptioni.ff.fin.regun. & per ea quæ supra latius diximus in 8.princ.li. Magna ergo cũ grauitate, veneratione, ac religione intrabit ecclesiam, & facta genuflexione, ac debita reuerentia, & oratione, quam supra diximus, in singulis ecclesijs repetita, oculos ac mentem in primis dirigat ad locum, in quo præcelsum & venerabile corporis Christi sacramentum cõseruatur atque reconditur, eo enim sacramento nihil maius. de consec. distin. 2. c.nihil. ¶ Inspicere ergo debet, vtrum locus sit nitidus, purus, & ornatus, & clausus. Clauibus enim eucharistia & sacrum Chrisma clausa custodiri debent. ca. de custo. eucha. Debet enim eucharistia omni, quo potest, ornatu decorari. In eo namque sacramento innouata sunt signa, & mirabilia immutata: in quo omne delectamentum, & omnis saporis suauitas: ipsaq; dulcedo Domini degustatur, in quo utique vitæ suffragium consequimur, & salutis, hoc est memoriale dulcissimũ, memoriale sacratissimum, memoriale salutiferum. Quare quantum possibile est, debet quilibet ecclesiæ rector locum ornatissimum, ac purissimum, & clauibus obseratum deputare. Etenim si domino tẽporali, aut spirituali Prælato ad domum cuiuspiam accedente, domus mundatur, pretiosiora ornamenta parantur, pulchior atque ornatior habitationis locus assignatur, luminaria magna cærea incenduntur, delectabilibus atque salutiferis odoribus suffumigatur, quanto magis locus in quo Iesu Christi Redemptoris nostri corpus reconditur, mundari ornarique, atque illuminari debet: in eo enim sacramento gratam Redemptoris nostri recensemus memoriam: in eo à malo retrahimur, & conseruamur in bono, & ad virtutum atque gratiarũ peruenimus incrementa. In eo profectò proficimus, ipsius corporali præsentia Saluatoris, de quo legitur, si quis comederit ex hoc pane, viuet in æternum. Est enim cibus qui plenè reficit, verè nutrit, summeque confortat: non corpus, sed cor: non carnem, sed animam: non ventrem, sed mentem, vt inquit tex.in cle.si dominum. de reliq. & vene.san. Sed proh dolor, ipse vidi nõnullos tali in loco, non dico custodientes, sed detinentes, ut maximè pudendum sit, dolendumque, non solùm de ipsis, verum etiam de ipsorum Prælatis: qui visitantes, non quæ Iesu Christi, sed quæ sua sunt quærere incedunt. Verùm considerare deberent, quod negligentia in prælato est peccatum mortale, vt voluit gl.in c.ea quæ.de offi. Archi. & Host. in c.inter cætera.de offi. ordi. Et habetur Prouer. 30. c.etiam si Papa. 40.distin. si Papa. & maximè in talibus, vt traditur per Bea. Tho. secunda secundæ, q.54.artic. 3.dixi in c.3.de accu.& in c.nos inter.de purg.cano. Non ergo negligat visitator prædicta, & alia necessariò sibi incumbentia: ne ab ipso ratio commissarum sibi ouium exigatur. Deinde locum reliquiarum conspicere debet, & demum baptismi, in quo regeneramur, & quo nullum sacramẽtum magis ad salutem animæ necessarium est. c.maiores. de bapt. de con.di.4.c.firmissimè. scripsi latè in c.si quis propter necessitatem. de fur. inquirat ergo diligenter, qualis sit, an clausus retineatur. Altaria insuper & capellas consideret: per totamque ecclesiam oculis discurrat, vtrum sit nitida, & munda, atque illud memoria teneat, quod apud gentiles Valerius Maximus lib. 1.& c.1.narrat, inquit enim: At Sulpitio inter sacrificandum, apex prolapsus eidem sacerdotium abstulit: occentus quoque soricis auditus in templo Fabio Maximo dictaturam C. Flaminio magistratum equitum deponendi causam præbuit. Posthumo quoque Licinio Pontifici maximo, virgo vestalis: quia quadam nocte parum diligẽs æterni ignis custos fuisset, digna visa est quod flagro corrigeretur. Si ergo apud infideles tales equidem leues culpæ & omissiones, tam graues pęnas luerunt: Si immũditia in priuatis domibus vituperabilis est, quanto magis in ecclesia & sanctuario Dei est detestabilis, & penitus abijcienda, & dignis pœnis vindicanda. Ad vasa deinde & vestimenta ecclesiastica oculos conuertat: vtrum sint munda, & an in loco mundo teneantur, prout teneri debent, vt in c. 2.de custo. euch. Etenim si in priuatis vestibus sordes damnabiles sunt, vt d.c.2. quanto magis in sacris vestibus sunt remouendæ, & vtrum sint nimis

fractæ

fractæ ac dilaniatæ, vidi ego nonnullos sacerdotes cum tam putridis & laceratis vestibus missam celebrantes, vt horrori ac despectui quodammodo omnibus fuerint audictibus. dicit enim canon, fractos vestibus non admittimus. 41.d. parsimoniam. si ergo visitator vestimenta talia sordida, lacerata, atque viu consumpta reperiret, igni comburat, & cineres in locum per quem iter non fiat, recondi faciat. de consecr. dist. 1. c. altaris, & c. seq. Non autem patiatur, vt nonnulli quandoque faciunt, qui ex casulis & cappis consumptis, faciunt fieri bursas, vel alia similia ad vsum mundanum ornamenta contra regulam, Semel Deo dedicatum. de re. iu. lib. 6. Et si quispiam fortè ecclesiæ paupertatem obijceret, respon. quod si culpa rectoris id euenit factum, faciet visitator illum priuare, secūdum ea quę statim dicam, q. 4. vel ab ecclesia fortè opulenta possessionem aliquam accipiat, & pauperi assignet, quod facere potest, vt in c. 1. de re. ec. non alie. secūdum ea quæ traduntur in c. pastoralis. de his quæ fi. à Præla. vel eandem alteri, vel aliam eidem ecclesiæ vniat. paupertas enim legitimam tribuit vnionis causam. 10. q. 3. c. unio. 16. q. 1. c. postquam. dixi in c. sicut vnire. de excess. præla. in ver. 3. causa. postremò ad domos ecclesiæ & possessiones possessionū, domos, vestigia, & oculos conuertat: quoniam spiritualia sine temporalibus diu subsistere non possunt. 1. q. 3. cap. si quis obiecerit. & hęc quo ad locorum & rerum ecclesiasticarum examinationem in visitatione fienda, dicta sufficiant.

27 ¶ † Tertiò princip. quæro, quid agere debeat ordinarius respectu temporis expediendæ visitationis. Sol. Dicendum est, quod cum visitator ad locū visitationis accesserit de sero, debet clericos conuocare, & visitationem expedire: de manè vero sequenti laicos conuocabit. c. cū Apostolus. de censi. lib. 6. tenet Archid. 10. q. 3. cauendum. dicens quod vna die debet esse cum clericis, & alia cum laicis.

28 ¶ † Quartò principaliter quęro, qualiter visitator se debeat habere circa examinationem fiēdam pro reformanda ecclesia tam in capite, quàm in membris, & qualiter se debeat habere cum populo visitato. Sol. Distinguo duo membra.

¶ Primum, de clericis & personis ecclesiasticis.

¶ Secundum, de laicis.

¶ Circa primum membrum de clericis, tex. in c. 1. §. sanè. de cens. lib. 6. dicit quod ordinarius visitator proposito verbo Dei, & sic prædicatione, quo fit vt debeat esse peritus ad hoc, vt sciat prædicare, facit c. cum in cunctis, de elect. & statim latius subijciam in 2. membro. Et arbitror quod salutare consilium sit, vt primo prædicationis, seu sermonis, quam supra feci, vel aliam similem porrigat orationem. Deinde proposito verbo Dei quęrat de vita, & conseruatione ministrantium in ecclesijs, & locis alijs diuino cultui deputatis, ac cæterorum quæ ad officium ipsum spectant absque coactione, & exactione qualibet iuramenti: ad ipsorum emendationem per salubria monita nunc leuia, nunc aspera iuxta datam sibi à Deo prudentiam diligenter intendens, vt d. §. hanc autem. vbi text. dicit, hanc autem visitandi formam non solum ab archiepiscopis, sed etiam ab vniuersis episcopis alijsque prælatis ordinario iure suos subiectos visitantibus plenè obseruari præcipimus. Ego verò plenius hanc materiam assumendo ex his quæ dixi in cap. qualiter, el 2. de accu. & per Specu. in ti. de inquisitione. §. 2. vers. vt autem. vsque in finem, primò prosequar examinationem fiēdam ab archiepiscopo, deinde per episcopum & alios Prælatos inferiores. Archiepiscopus ergo proposito verbo Dei, secundum quod superius diximus in visitatione, quam facit in diœcesibus suffraganeorum, incipiendo à capite hanc facit examinationem. Accersitis enim ad se Prælatis canonicis & clericis ecclesiæ cathedralis in cathedrali ecclesia, seu sacristia, vel capitulo, aut aula, vel camera palatij episcopalis ipsos charitatiuè admonebit, vt bene ac diligenter cōsiderent, vtrū sciant, nouerint, vel credant, an aliquid sit in prædicta ecclesia & diœcesi reformandum vel corrigendum tā in capite, quam in membris, & quod loqui debeant audacter, & solummodo Deum ac veritatem præ oculis habere, & secundum quod ab illis intellexerit pro reformatione, de correptione iuxta canonū disciplinam prouidebit. Et si forte nullus de episcopo publicè loqui auderet, illos deleget bonæ famæ & honestatis prælatos, canonicos & clericos, quos ad veritatem dicēdam, & ad examinationem magis aptos nouerit & intellexerit, & singulariter quemlibet ac sigillatim & secretò interrogabit, vtrū sciat, vel credat, vel fama sit, episcopum aliquam fecisse concessionem rerum spiritualium recepta pecunia, vel alia re temporali. 1. q. 2. quàm pio. de symo. cap. cum ecclesiæ. Vel utrum sciat, vel credat, vel fama sit, an aliquis dederit aliquid episcopo pro eo, quod est incontinens. Vel pro eo quod habet, vel habuit concubinam, vel sustinuerit cum delinquētem pro aliquo commodo temporali, de vita & honest. cler. de symo. c. nemo. Audiui aliàs in diœcesi Vulterana casum hunc euenisse, quod cum quidam rector ruralis satis diues quandam catellam, quamplurimū diligebat, mortuam in cęmiterio sepelisset, idq; episcopo denunciatum fuisset, quod rector intelligēs se ob eam causam ab episcopo citandum, cauta debitam pœnam volens præuentione euadere, acceptis 50. ducatis ad episcopum accessit: atque episcopo iam ipsum acerrimè & toruis oculis obiurganti fertur respondisse, ob eam causam ad eum venisse, vt catellæ piæ volūtati satisfaceret à laudata prius plurimum catella tanquam humani ingenij fuisset, subiunxit quod cum ad extremum vitæ suæ peruenisset, indubitatis atque notis ab ipsa signis eidem rectori iniunxit, vt pro anima sua quinquaginta ducatos episcopo daret: quibus vt voluntati illius satisfieret, episcopo datis laudatus ab illo recessit. factum profectò & nedum Prælatis, aut clericis, vel secularibus Christianis, sed omnibus etiam barbaris nationibus vituperandum atque detestandum. Sed vtinam ne grauiores fierent excessus. ad quod accedunt quæ diximus, lib. 10. q. 6. vers. ideo autem visitans. sed omittamus hæc: ad materiam nostram redeamus. Interrogabit insuper episcopum, vtrum sciat, vel credat, vel fama sit, quod episcopus aliquid receperit, vel aliquid habuerit per se, vel per alium tacite vel expresè: aut clericus aliquid dederit, aut promiserit per se, vel aliquam interpositam personam pro beneficio ecclesiastico obtinendo: vel vt ad beneficium ecclesiasticum eligeretur. ar. 1.

q. 1. c. reperiuntur, & cap. sunt nonnulli. de simon. c. ad hæc, c. sicut. de ætate & qualit. c. tuam. Item si episcopus negligens fuerit in monẽdo clericos suos super vita & honestate: & super diligentia in diuinis officijs, & alijs eis incũbentibus. Et quod delinquentes non puniuerit, vt d. c. vt clericorum. 12. di. c. de his. de censi. c. 1. §. sanè. lib. 6. De his ergo & similibus quæ ab episcopo fugienda, & per ipsum facienda incumbũt, iuxta datam sibi à Deo prouidentiam diligenter archiepiscopus inquirere, & interrogare tenetur. Et quamuis huiusmodi interrogationes & examinationes per archiepiscopum de ipso episcopo fieri possint in casu, vt dicunt Hostien. Ioan. Mon. & Archid. c. 1. de censi. lib. 6. decentius tamẽ est, vt episcopus primò terrogetur seorsum, & corrigatur, si quid fuerit corrigendum, cum sit alijs intellectum, de elect. c. cum in cunctis. de voto. c. magnæ. de accu. c. qualiter. 2. versi. & ideo. sequitur Io. Andr. in d. c. respectu vero aliorum Prælatorum, canonicorum, beneficiatorum, & clericorum atque populi, & laicorum visitatorum, & examinatorum qualiter archiepiscopus tam in diœcesibus suffraganeorum suorũ, quàm in propria se habere debeat, colligitur clarè ex his quæ statim diximus de examinatione Episcopi suam diœcesim visitantis. Episcopus vero visitans proprio verbo Dei, vt dictum est, interrogabit utrum aliquid sit reformandum tam in capite quàm in membris, & vtrum quis sciat, vel credat, vel fama sit aliquem clericum cuiuscunque status, vel ordinis concubinam habere, vel suis expensis in domo vel extra retinere, vel ad aliquam accedere, vel ad se venire facere, aut cum aliqua suspecta muliere consortium vel colloquium habere. de coha. cle. & mu. c. 1. 2. 3. 4. C. de epis. & cle. auth. episcopos. 32. d. c. presby. 81. dist. c. legitur.

¶ Item vtrum sciat, vel credat, vel fama sit, aleatorem esse, de vita & honest. cler. c. clerici. de exces. Præla. c. inter dilectos. vel blasphemum. c. 2. de male. cum sim. Vel vsurarium. 47. dist. c. non licet. & c. seq. de vsu. c. præterea. Vel coniuratorem seu conspiratorem. 11. q. 1. c. coniurationum. & c. seq. de re iudi. c. cum I. & A. de iudi. c. exhibita. Vel alienatorem rerum ecclesiasticarum. 12. q. 1. c. monemus. & tribus seq. de reb. eccle. non alie. cap. si quis presbyterum. Vel obligare, de pign. c. 1. & 2. de episco. & cle. l. sancimus. in princ. Vel male administrantem, aut res ecclesiasticas dilapidantem, vel consummantem, vel malè disponentem. 38. dist. c. de Syracusane. de simo. c. licet Hely. 3. q. 2. c. quia ea. de accus. c. fin. de offic. deleg. c. venerabilis. Item an sciat, vel credat, vel fama sit quod sacristá, thesaurarius, vel custos vasa vel vestimenta, & alias res vel ornamenta ecclesiæ: puta libros, vel alia diuino cultui dedicata bene saluauerit, & si aliqua de immobilibus, vel mobilibus diminuta sint, & per quem, & quare, & quando, & qualiter. de offi. sacri. c. 1. de offic. cust. c. 1. 25. dist. c. perlectis. 21. di. c. cleros. Item an sciat, vel credat, vel fama sit, quod officia diuina de die & de nocte horis competentibus solenniter celebranda omittantur. Et vtrum in singulis ecclesijs mos ecclesiæ diœcesanæ, vel metropolitanæ in diuinis seruetur officijs. de celebr. miss. c. 1. & c. dolentes. 12. distin. c. de his. de consecr. distin. 2. c. institutis. Et vtrum intersint exequijs mortuorum, & an ecclesias, eucharistiam, reliquias, sacrum fontem baptismi, cœmiteria, & alia huiusmodi nitidè & cautè retineat. de cust. eucha. c. 1. & 2. de reli. & ve. san. de celeb. miss. c. cum Marthæ. in ru. & c. sanè. Qualiter baptizent, vel pœnitentias iniungant, & vtrum ad huiusmodi facienda diligentes, vel negligẽtes sint. Et an aliqui propter negligentiam sine baptismo, vel pœnitentia decesserint. de baptis. c. 1. de consec. dist 4. c. de catechumenis. c. ne quid absit. de pœni. & rem. c. fin. 16. q. 6. c. si quis presbyter. & cap. seq. Item vtrum sciat, vel fama sit aliquem esse in ciuitate, vel diœcesi hæreticum, vel de hæresi suspectum, vel conuenticulas per tales fieri: vel an sciant domum, prædium, vel antrum, vel locum vbi conueniant. Vel vtrum sciat, vel fama sit aliquem esse receptatorem, vel fautorem, vel credentem defensorem aut laudatorem, vel vice eorum ministrantem eis, quo ad victum, vel vestitum & alia necessaria, de hære. c. excommunicamus. el primo. §. credentes. & ver. si aduersus. & c. seq. in princ. C. de sum. trin. l. 2. & 3. C. de episco. & cle. l. conuenticulas. 30. dist. si quis, & c. seq. C. de hære. l. cuncti. l. Arriani. & l. seq. & authen. credentes. 35. quæst. 6. c. episcopus in synodo, & chorum honestè & cum honestis vestibus intrent, & honestè stent, & an dormiant in dormitorio communi, & comedant in communi mensa. de vita & honest. cler. c. quoniam. cum suis concord. Et in summa inquirat de singulis, quæ ad honestam vitam clericorum pertinẽt: ad quod videnda quæ traduntur, ne cle. vel mo. c. 1. 24. dist. his ergo. cum sim. & per summistas in tit. de vita & hon. cler. Et si fuerint regulares seu monachi, visitator interrogare debet non solùm de his, quæ superius dicta sunt, in quantum ipsis adaptari possunt, sed etiam de his quæ ad eorum regulam pertinent secundum ea, quæ traduntur in titu. de reg. & de sta. mon. & per summistas in prædictis titulis. Et hæc seruanda sunt ab ordinarijs visitantibus monasteriá & loca monachorum. Visitatores verò deputati a capitulis generalibus, quæ in singulis prouincijs dé triennio in triennium celebrari debent, secundum ea quæ supra diximus in quinto princip. artic. ver. sunt alij ad quos visitandum studere debent corrigere, & reformare quæ correctionis & reformationis officio viderint indigere: ita quòd si rectorem loci ab administratione agnouerint penitus amouendum, denuncient Episcopo proprio, vt amoueré procuret: quod si non fecerit, visitatores hoc referant ad Apost. sedis examen, vt est tex. in c. in singulis. ver. ordinentur, de sta. mon. Vel latius per ipsos seruari debent quæ habentur in c. ea quę. de sta. mon. vbi tex. sic formaliter instruit. Porro cum uisitatores, secundum statutum generalis concilij ordinati à generali Abbatum cõsilio processerint ad visitationis officium exequendum, de statu monachorum, & obseruantijs regularibus diligenter inquirant, & tam in spiritualibus quàm in temporalibus corrigant & reforment, quę viderint corrigenda: ita tamen quod monachos delinquentes per Abbatem loci corrigi faciant, eisq; iniungi pœnitentiam salutarem, iuxta beati Benedicti regulam & Apostolica instituta. Ipsi etiam visitatores monachos, quos contumaces inuenerint & rebelles, iuxta modum culpæ vice sedis Apost. regulari censura

ſura percellant abſque perſonarum delectu nó parcendo rebellibus ob ſuam pertinaciam, vel potentiam amicorum. quoniam ouem morbidam eijciēt ab ouili, ne inficiat ſanas oues. Si verò Abbates iuxta viſitatorum mandata & inſtituta ſeipſis ſiue monachis inuenti fuerint negligentes, proclametur & corripiatur, & ita puniantur publicè in ca. generali quòd pœna eorum ſit alijs in exemplum. Quod ſi Abbas nó exemptus fuerit à viſitatoribus nimis negligens & remiſſus inuentus, id loci dioeceſano denuncietur ſine mora, & per illum detur ei fidelis, & prouidus coadiutor vſque ad ca. generale. Si autem dilapidator inuentus fuerit, vel alias merito admonendus per dioeceſanum, poſtquam hoc ſibi à viſitatoribus denunciatum fuerit, amoueatur abſque iudiciorum ſtrepitu, à regimine Abbatiæ ac monaſterio: prouideatur interim adminiſtrator idoneus, qui temporalium curam gerat, donec ipſi monaſterio fuerit de Abbate prouiſum. Quòd ſi forſitan epiſcopus hoc adimplere noluerit, vel neglexerit, viſitatores vel præſidentes in capitulo generali defectum epiſcopi Apoſt. ſe. non differant intimari, quę etiam in exemptos Abbates ſeruari pręcipiantur de poſitione ipſorum Apoſt. ſede reſeruata, ita ut Abbate qui amouendus videbitur interim per viſitatores, vel in capitulo præſidentes ab adminiſtratione ſuſpenſo, adminiſtrator idoneus monaſterio deputur. illorum autem exceſſus & alia, quæ viſa fuerint intimanda capitulo pręſidentes nobis denuncient per fideles nuncios & prudentes, quibus de cómuni contributione Abbatum iuxta cuiuſlibet facultatem ſufficienter miniſtrentur facultates & expenſæ. Sequentes autē viſitatores perquirant ipſorum viſitatorum veſtigia diligenter, & eorum negligentias & exceſſus referant ſequenti capitulo generali, vt iuxta culpam publicè debitam pœnam portent. Idem etiam de Abbatibus præſidentibus generali capitulo obſeruari præcipiatur, hæc formaliter continentur in d. cap. ea quæ. de ſtatu monachorum. quæ ideo hic formaliter inſerui eo, quod frequenter viſitatoribus Decretales non ſunt in promptu. Cæterùm de his ſatis, & ad inquiſitionem & examinationem quam ordinarius viſitator facere debet, reditum faciēdo, addendum eſt, quod ad viſitatorē pertinet examinare eccleſiarum rectores, maximè rurales & parochiales, & quibus cura animarum incumbit & cura diuinorum officiorum & ſciētia de miſſæ celebratione: de baptiſmo iniungēdo: ſi baptiſmalis eſt eccleſia. Item de pœnitentia, de extrema vnctione, qualiter dicatur diuinum officium, & de ſimilibus cognoui ego, & cognoſco presbyterū, qui plebanus fuit eccleſiæ baptiſmalis: qui nedum quod miſſam ſciret celebrare, aut prædicta ſibi incumbentia expedire, ſed vix primas literas, quas alphabetum vocamus, aut Pſalterium legere ſciebat, dedecus ſummū & intolerabile epiſcopi illius, qui talem ad ſacerdotalem ordinem ordinauit.

¶ Qui quidem epiſcopus ſi fas eſſet dicere, profectò ex hoc ſolo meruiſſet non ſolum deponi, ſed incabiari. Intelligat etiā viſitator quilibet maximam illam quæſtionem, quæ fuit inter illos tres rurales rectores, ex quibus duo ad contentionem venientes: quorum vnus in conſecratione euchariſtiæ fore dicendum affirmabat: hoc eſt corpus meus: eo quod ſi corpus meum diceretur, diſcordantia foret: alter verò afferebat ad prædictam incongruitatem tolerandam, hoc eſt corpum meum. Ad eam ergo quęſtionem decidendam communi conſenſu tertium ruralem rectorem, quem doctiorem reputabant, in arbitrum elegerunt: qui propoſita ſibi quæſtione, & allegationibus vtriuſque partis auditis interlocutus eſt, ſe ſemper in cauſæ quæſtione dubitaſſe, ob eamque cauſam in locum dictorum verborum dixiſſe ſemper vnum Pater noſter: quo fit, vt maximè dolendum verendumque ſit de tam craſſa ſupinaque ruditate.

¶ De prædictis autem & alijs quæ ad Prælatos, canonicos, parochiales, & clericos atque religioſos pertinent, ſicut viſitatoris diligentia atque prudentia viderit expedire, iuxta datam ſibi à Deo prouidentiam diligenter intendat: hęc autem non ſolum à clericis, ſed etiā à laicis inquirere debet. Et ſi quidem viſitator tales Prælatos canonicos reperiret bene agere & legitime viuere, gratias agat Deo. 10. quæſtio. 1. placuit. Si vero aliquod ſiniſtrum de aliquo ex clericis audiat eos inſtruat: nec debet res incognitas illis imputare. 86. diſtin. c. ſi quid verò. de ſymo. c. licet Hely. quia facilis eſt, qui de facili credit. 11. quæſt. 3. c. in cunctis. & no. l. ſicut. C. de fide inſtrum. Neque debet eſſe nimis credulus, vt traditur per Barto. & Ange. in l. 1. §. feciſſe. ff. de eo per quem fac. erit. credulitas enim quæ cauſatur ab eo, quod quis à leuibus & fortè paucis audiuit, damnabilis eſt, & facilis, & leuis, ac temeraria dicitur. no. glo. 2. in c. inquiſitione. de ſent. excommunic. Sed debet eſſe probabilis, quæ ex veris ſignis habeatur, & per quæ ſigna, & quos gradus quis ad probabilem credulitatem inducatur, latè dixi in repet. c. ſi. de iureiur. in 3. prin. artic. Nam cum in cæteris, tum vel maximè vt 1. officiorum, ſi rectè memini, Ciceronis ſententia declarat, ab his, qui iudicaturi ſunt, fugiendum eſt, ne incognita pro cognitis habeant, hiſque temere aſſentiant. Nec debet Prælatus in infamia ſubditorum. de accuſ. c. licet. 96. diſt. c. in ſcripturis. ſicut quidam faciunt, publicè dicentes populo, dum viſitant: Si quis aliquid ſciat de Prælato, rectore, aut clericis, dicat mihi: Et ego ſic faciam, & puniam. Nam vt plurimum laici clericis ſunt infeſti. 2. quæſt. 7. cap. laicos. Imò laicorum accuſatio in clericos audiri non debet. de accu. c. ſicut. & c. ſeq. vnde cum aliquibus de electis bonis, prudentibus, & honeſtis atque fide dignis iure de parochia inquirere debet. Nec debet paſſim recipere chartulas, quas frequēter ruſtici contra ſuos rectores clanculum offerunt. 11. quæſt. 1. ſacerdotibus. vidi ego & præſens fui, cum ad collectores quidam beneficiatus veniſſet, & ſe tanquam pauperem commendaſſet, interea ſocius illius, qui tanquam ſuus amicus cum illo venerat, clam ſchedulam in manibus vnius ex collectoribus poſuit, in qua amplas illius facultates narrabat, ſubiungendo nonnullos contractus illicitos atque fœneratitios præfatum beneficiatum feciſſe. Sed ſi viſitator fortè id probabiliter credit, debet ab illo qui hoc dicit, quærere, an talis ſit de illo exceſſu publicè diffamatus. Etſi reſpōdeat quòd non, ei imponat ſilentium. 2. quæſt. 1. c. ſi peccauerit. de iudic. nouit. Si verò dixerit quòd ſic, quærat qualiter ſcit. Si dicit quod audiuit, quærat

rat à quibus, & à quot. Nam propter dicta paucorum non debet dici infamatus. de accusat. cap. inquisitionis. ad finem. Quærat etiam, à quibus audiuit, vtrum à maleuolis, vel maledicis, vel incolis, vel vilibus, quo casu non procederetur contra talem, ad quam materiam videnda sunt quæ latissimè dixi in cap. qualiter. de accusatio. articu.9. 23. & pluribus sequentibus vsque ad 45. quæstio. huiusmodi autem inquisitio quæ fit per prælatum visitantem, vocatur præparatoria & non solennis, & ideo nulla in ea fit coactio, aut iuramenti exactio, quoniam regulariter talis visitator non habet iurisdictionem in puniendo, vt c.1. §.sanè. de censibus. lib.sexto. Quod procedit respectu Archiepiscopi visitantis in aliqua diœcesi, qui non potest in aliena diœcesi punire, nisi crimina notoria, vt dicto §.sanè. ibi,notoria. Si tamen archiepiscopus aut episcopus propriam diœcesim, aut alius quicunque Prælatus proprios subditos visitaret, in quos iurisdictionem, & visitandi ius haberet, arbitror quòd uisitator debeat, secundum hanc distinctionem hunc modum seruare, videlicet: aut enim talis uisitator facta diligenti inquisitione, & examinatione omnia ad clericos & personas uisitatas spectantia bene, honestè, ac legitimè acta intelligit, & gratias Deo agat, vt supra diximus, & talis uisitator laudabit & exhortabitur, vt procedant de virtute in virtutem. virtus enim laudata crescit. Si verò aliter inuenit. Aut delicta sunt notoria, aut non.

¶ Primo casu corrigere debet pœnam pro illis debitam infligendo, vt dicto cap. primo. §.sanè. ibi notoria. Et quid si dubium sit, vtrum etiam sint notoria, dicemus in 5.quæstio. Debita autem pœna dicetur, quæ est à canone instituta, nisi fortè ex causa fieret commutatio. Sunt autem legitimę commutationis causæ septem, de quibus latissimè dixi in c.licet, de pœnis. & de pluribus etiam causis aggrauantibus, & alleuiantibus traditur per Beatum Thomam, secunda secundæ, quæstio. 144. articu. 1. 2. 3. & 4.

¶ Secundo casu, quando delicta non sunt notoria subdistinguo: quòd aut orta est infamia, sed non tanta, per quam posſit perueniri ad solennem inquisitionem: Aut talis est orta infamia, per quam legitimè ad solennem inquisitionem deueniri potest.

¶ Primo casu arbitror quòd siue sit episcopus, siue Archiepiscopus etiam diœceses suffraganeorum visitans, siue alius quicunque ordinarius uisitator, quòd hunc modum seruare debeat, quia si penitus ignarum rectorem reperiat, illum priuabit. Si tamen ignarum non crassè, sed leui ignorantia reperiret, ipsum instruet, vel mandabit sibi quod ad magistrum per quem instruatur, accedat. Si verò de alijs excessibus infamatum inueniret, vocabit eum, & narrabit sibi quæ de ipso delata sunt, & acriter corriget subiungẽdo aliquam legitimam causam, propter quam sibi tunc circa pœnam infligendam gratiam faciat comminando, quòd diligenter animaduertat, ne aliàs tales excessus committat: quod si secus fecerit, acriter puniet, & ostendat ei quandam benignitatem, quæ potissimum in correctione adhibenda est, cum correctio ad actum exteriorem charitatis & iustitiæ pertineat secundum ea, quæ latè tradita sunt in cap.nouit. de iudi. in 3. princ. artic.

¶ Secundo verò casu quando infamia orta est talis, per quam legitimè ad solennem inquisitionem perueniri posſit & debeat. Si visitator sit archiepiscopus, vel alius qui visitet subditos mediatos & nõ immediatos, ordinarij immediatos ipsorum infirmatorum ut super his solenniter inquirant, denuntiabit, si uiderit expedire. text. est in d.c.1. §.sanè. ver. quòd si de aliquibus. de censib. lib. sexto. Et vtrum episcopus vel alius ordinarius, cui hoc denuntiatur, teneatur ad hanc denuntiationem inquirere, in seq.quæstio. plenius tractabimus. Si verò talis visitatus sit subditus immediatus visitatoris, quo ad correctionem & pœnam imponendam, illum ad se vocabit, dicens ei: Deus omnipotens, vt nos à præcipitandæ sententiæ prolatione compesceret, cum omnia subditorum mala essent sibi nota & manifesta, non tamen voluit audita indicare, nisi prius cognosceret quæ dicebantur. vnde ait, Descendam mittendo angelos, & videbo vtrum clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint, vt sciam scilicet tanquam iudex. secunda, quæstio. 1. Deus omnipotens. Cùm ergo omnis Christi actio nostra sit instructio. 22.quæst. 1. exemplum. de electio. cap. significasti. ipsum exemplum, quantum adest posſibilitas intendo imitari. licet ergo multa sinistra pluries, & à pluribus mihi sint fide dignis & idoneis personis nuntiata, quæ urgente conscientia vlterius nequeo dissimulare: ea tamen diuino ductus exemplo non ad plenum credo, nec me mouent ad condemnandum, nisi mihi prius de ipsis clara probatione constiterit. Quamuis enim ille villicus de quo in Euangelio legitur, fuisset apud Dominum diffamatus, quasi ipsius bona dissipasset, Lucæ 16. tamen illi accersito Dominus dixit, quid audio de te? Redde rationem uillicationis tuæ. iam enim non poteris villicare, probata scilicet villicatione, vt hęc omnia probantur dicto cap. Deus. & in cap.qualiter.secundo, de accusatio. de postula. Prælat. cap.1. in princip. 96. distinct. si quid uerò. de simonia. cap.licet Hely. de collu. deteg. cap.hic autem. & ideo super his volo inquirere veritatem. Et sic solennem faciat inquisitionem, vt tradit Specula.in titu. de inquisitione.§. nunc tractemus.versicu. hac ergo uia.ad quod videnda sunt, quæ latissimè dixi in dicto cap. qualiter. 2.de accusatio. 11. princ.artic.quæstio.11. & multis sequen. Et in prædicta inquisitione, quæ fit ad corrigendum & puniendum, exiget inquisitor iuramentum, vt uoluit Glo. super ver. coactis. cap.primo. §.sanè.de censibus,lib.sexto, & dixi latius in dicto cap.qualiter. Et sic ex prædictis patet latè expeditum primum membrum de visitatione clericorum, & personarum ecclesiasticarum, & locorum eorũdem. Expedita ergo examinatione & diligenti inquisitione clericorum, & laicorum ecclesiasticorum, quam visitator prima die sui aduentus de sero faciendam supra diximus, debet visitator populi visitationem facere, quam sic facere debet: Sequenti enim die de mane plebi, & populo vocato pędicabit verbum Dei, dicendo fidem, & articulos fidei, & uitia mortalia detestando tam in temporalibus, quàm in spiritualibus propter maximum illorum periculum,

& sic meritò illa fugiant, & ab illis abstineant. Et quod quisque sibi fieri nollet, non faciat alteri, & quòd resurrectionem expectent, & quod diem iudicij timeant. Et vt se continuè in bonis operibus exerceant. 10.quæst.1.c.placuit. Ioan.Andr. & Do. Domin.cap.1. §.deinde. de censibus. lib.6. Ego arbitror quod utilius esset, si expedita de sero clericorum visitatione superesset tempus, quod inquireret quæ in populo essent reformanda & corrigenda, vt statim dicam. Sin autem hoc de sero facere nõ posset, sequẽti die summo mane illud adimpleat: proposito enim verbo Dei, secundum quod supra diximus, Prælatus visitans à clericis, etiam laicis honestis, bonæ famę, catholicis & Dei timorosis, quos poterit, ad id vocatis inquirere debet de uita, conuersatione, & moribus laicorum, utrum diligenter, & congruis, & debitis horis & diebus veniant ad ecclesiam, & diuinis officijs intersint. de homicid.c.Ioannes. Et an semel confiteantur in anno, & eucharistiam sumant in Pascha. de pœn.& remis. ca.omnis. & de conse. dist.5. & si non.& c.frequentius. Et vtrũ sint aliqui incestuosa coniunctione matrimoniali coniuncti. 3.q.5.c.consanguineorum.& hodie tales si scienter contraxerunt, sunt excommunicati ipso iure. Cle.eos qui. de consangui.& affin. Vel vtrum sint aliqui occultas cõuenticulas celebrantes. de hære.l.cum ex iniuncto. C.de episco.& cler.l.conuenticulas. Vel qui nouum ordinem aut religionem inueniant, vel habitum nouæ religionis assumant. ca. fi.de reli.domi.& in cap.1.de relig.domi.lib.6. Et in hoc frequenter vidi Episcopos errare, qui talia corrigere, inquirere, & extirpare negligunt. quo fit, ut frequẽter ex talibus permaximi atque periculosi generentur errores. Insuper inquirat, si sint ibi aliqui scelerati vel adulteri. de offi.ord.c.1. vel blasphemi. cap.1.de malefi.vel hæretici, aut fautores hæreticorum &c. vt supra diximus de clericis. vel vsuras seu baratarias prauas exercentes, vel sacrilegi. de usur.c. quoniam.14.quæstio.4.c.quicunque.& per totum. Aut solennes ferias non seruantes. cap.fin.de fer.& per totum. Aut decimas & primitias soluere tardantes, vel denegantes. de decimis, per totum, & sic de similib. Et si aliqua delicta notoria inuenerint, quę ad ecclesiasticam duntaxat cognitionem pertineat, illa debitis pœnis vindicabit, secundum quod de clericis supra diximus. Et idem si sint misti fori, de quibus latè dixi in c.cum sit generale. de foro competen. in quibus locus est præuentioni, vt ibi tetigi. Sed latissimè dixi in c.proposuisti. de foro compet. Si verò sint delicta fori duntaxat secularis, arbitror quod nõ poterit se impedire, quamuis notoria sint: quia de talibus nec immediatam, nec mediatam habet iurisd. Quamuis enim Archiepiscopus visitans possit notoria delicta clericorum corrigere: tamen hoc potest ex eo: quia super illis potest notari ordinariorum negligẽtia, quam Archiepiscopus potest & tenetur supplere, vt dicit tex.in c.1.§.sanè.de constitu.lib.6. quod non contingit in terminis prædictis, eo quòd ad superiorem secularem pertinet supplere negligentiam secularis inferioris, & nõ ad ecclesiasticum: si modo superiorem secularem recognoscit. Secus si non recognoscat, secundũ ea quæ latè diximus in cap. licet ex suscepto. de foro competenti. Eo autem casu quo superiorem ecclesiasticum cognoscit, qui illius inferioris negligentiã supplere potest, idem arbitror quod debeat denunciare tam ordinario quàm superiori. Sed quomodo hoc faciet, cum posset exinde sequi mors, aut membri mutilatio, & sic talis incideret in irregularitatem, vt 50.dist.c.clericum.& c.de his clericis, & c.sicut dignum.& c.penul.de homicidio. vbi bene dixi in c.ad audientiam.de homi.in 7.prin.arti. Resp. quòd denunciabit sub protestatione, de qua in c.2. de pœnis.lib.6.& vt dixi in d.c.ad audientiam.in 6. artic.princ.in 4.membro, quæst.3. Si verò solum de talibus delictis laboret infamia, si sint delicta duntaxat ad forum ecclesiasticum pertinentia, illa denunciabit Prælato ordinario, ut per eam cõtra tales infamatos inquirat. Si verò sunt delicta misti fori: tunc si tales infamati sunt sibi immediatè subiecti: quia fortè est Episcopus, qui alienam visitat diœcesim, vel similia, tunc prælatis ordinarijs locorum, vt super his solenniter inquirant, denunciabit, si viderit expedire. Sed vtrum denunciabit etiam seculari potestati eijciendum, vt supra diximus. Et idem faciet si aliquem reperiret infamatum solum de crimine temporali seu seculari. Si uerò reperiret aliquem infamatum, sed infamia non est tanta, quod possit ex ea fieri solennis inquisitio: tunc formam quam sup. de clericis tradidimus, seruabit. facta autem huiusmodi examinatione & diligenti inquisitione, faciliter intelligere poterit, quæ sint quæ prædicanda ad populum, reprehendere, corrigere, & reformare debeat. Sermones enim, vt philosophus Cicero & Quintilianus in libris de oratoria instructione tradunt personis, rebus, tempori & loco sunt adaptandi. & ad idem tex.41.distin. c.sit rector. de offic.ordin.c.quoniam.in quibus dicitur, quòd prędicator debet se conformare intelligentiæ eorum, quibus prædicat. Vnde licet sit Archiepiscopus, vel Episcopus visitans, ad quem officium prædicandi principaliter pertinet. de offic. ordin. c.inter cætera. debet considerare, qualis sit: & si sit grossis aut rusticis prædicaturus, nõ debet ad pompam de his, quæ ad subtiles Theologiæ quæstiones pertinent, prædicare: Sed iuxta intelligentiã eorum secũdum habitam ex examinatione informationẽ reprehendere, corrigere, & detestari, & in bonum exhortari debebit. Et consideret diligenter, quòd in prædicatore potius vita quàm scientia sit attendenda: prædicator enim plus proficit exemplo boni operis, quàm doctrina. Vnde Seneca: Longum est ire per præcepta: breue & efficax per exẽpla. Et Greg. dicit: Cuius uita dispicitur, restat vt predicatio eius contemnatur. 3.quest.7. cap.porrò. 40.dist.c.multi. vbi bonus tex. Postremò consulo Prælatis uisitantibus, ut in qualibet ecclesia faciant confici duos libros in membranis, si fieri potest, cum ipsius Prælati & Notarij sui subscriptione, & sigillo suo authentico sigillatos. In quorum altero scribantur omnia bona immobilia ipsius ecclesiæ per loca, vocabula, & confines: & quantitatem per numerum stariorum, & perticarum, aut aliam mensuram, secũdum varias locorum consuetudines. Et deinde scribatur inuentarium rerum immobilium, & se mouentium. In altero verò scribantur omnia prædia decimata, & quantitas ad quam subditi tenentur. Et de anno in anno scribantur soluentes, vt sic eorum

rum qui soluerint, vel non soluerint, certitudo habeatur.

29. ¶ †Quintò quæro, qualiter visitator se debeat habere in iurisdictione exercenda pro reformatione, & correctione visitatorum, & contra impedientes visitationem. Sol. In primis dicendum est, quòd quilibet, cui visitandi potestas conceditur, etiam si visitet illos, qui non sunt sibi immediatè subiecti, quales sunt subditi suffraganeorum suorum, potest compellere visitatos: quia si non daretur sibi coactio, & clericus nollet visitari, frustratoria esset ipsius iurisdictio, & visitandi potestas. de offic. deleg. cap. ex literis. Vnde Archiepiscopus visitans etiam subditos suffraganeorum suorum, poterit compellere venire, & respondere. Et in his quæ visitationis officium respiciunt, obedire tenebuntur: quia cui committitur principale, committitur etiam accessorium, cap. de causis, & cap. prudentiam. de offi. delega. secundum Io. Andr. & Dom. Domin. in d. c. 1. de censi. lib. 6. & similiter potest visitator, etiam si sit Archiepiscopus, punire impedientes nuncios conuocantes visitatos secundum Ioan. Andr. in c. Romana, de poenit. lib. 6. Et idem arbitror dicendum contra omnes qualitercũque visitationem indebitè impedientes per eandem rationem, & per ea quæ statim dicta sunt. Quantũ verò ad iurisdictionem iudicialem simpliciter exercẽdam attinet, quidam volunt, vt Io. de Imo. in c. 1. de censi. lib. 6. quod talis visitator non possit procedere iudicialiter per viam fori contentiosi, sed extraiudicialiter per modum fori poenitentialis, per c. quatenus, & c. nos inter. de pur. cano. Et hoc etiam videtur probari per tex. in dicto c. 1. vbi præcipitur conuocatio populi simpliciter: cum tamen clarum sit iudicem ecclesiasticum non posse laicos punire per viam fori contentiosi, nisi delicta sint ecclesiastica. Sed de hoc dicendum, vt dixi sup. lib. 6. quæstio. 13. vbi diximus, quod potest poenam etiam imponere. Est ergo dicendum, quod si delicta sunt notoria, potest vel denunciare suo ordinario immediato, vt inquirat, vel ipse inquirere & punire, si est ordinarius immediatus, secundum quod supra dixi. Notoria verò delicta quæ examinatione non egent, vt d. c. 1. & c. quoniam. de filijs presbyt. & c. euidentia. de accus. potest etiam Archiepiscopus prouinciam visitans debita poena punire. optimè facit ca. 1. de poenis. li. 6. & per hunc modum ego intelligo quod tradit Hostien. in summa in titu. de offic. ordin. §. quid pertinet ad officium. ver. visitabit autem episcopus. vbi dicit, quod si viderit aliquos amouendos, ipsos debet amouere. de rescript. cap. cum dilectus filius. & quod ibi tradunt Docto. Si enim crimen amotione seu priuatione dignum, non esset notorium, sed sola laboraret infamia, seruanda essent, quæ dicta sunt in præcedenti q. Et si fortè dubium sit archiepiscopo, an crimina sint notoria, cum solùm in hoc videatur cognoscere, an sua sit iurisd. puniendi &c. Archid. vero in c. 1. dicit quod notorium ibi dicitur, cuius testis est populus. alle. 61. distin. c. in sacerdotibus. in fi. 25. quæst. 3. quod scripsi, in princ. & illius criminis populum testem esse. Et si crimen sit notum maiori parti tantum. alleg. enim 2. quæst. 1. c. de manifesta. & de coha. cle. & mu. c. vestra. Nam in notorio non requiritur alia probatio. Et in tali ordo iuris est iuris ordinem non seruare, secundum Hostien. & Io. An. in d. c. 1. dixi latè in d. c. in nostra. quæst. 24. Sed in criminibus non notorijs & de quibus sola laborat infamia, non potest Archiepiscopus, vt dixi, procedere etiam per viam solennis inquisitionis: sed denunciare debet ordinario, vt inquirat, & ad talem denunciationem archiepiscopi, vel similis tenebitur episcopus, vel similis inquirere. 2. quæst. 5. c. auditum. & c. omnibus. & si episcopus nollet inquirere, poterit tunc archiepiscopus eius negligentiam supplere. ar. 9. quæst. 3. c. cum simus, & c. seq. Alij dicunt quod propter eius negligentiam hæc cognitio ad archiepiscopum non deuoluitur: quia in canonibus non est hoc expressum secundum Inno. propter hoc allegat Archi. 10. q. 3. c. quia cognouimus. 18. di. c. hoc tantum. 25. q. 2. c. amputato. & quod no. in c. Romana. de sup. neglig. præla. super glo. quod hic tenet. Nec obst. si dicatur quod secundum hoc crimina remanebunt impunita, contra no. in c. vt famæ. de sent. excõ. & l. ita vulneratus. in fi. ff. ad l. Aquil. quia respondeo quòd archiepiscopus compellat episcopum quòd inquirat, & puniat: quod potest ratione pacti negligentiæ. 24. dist. c. quorundam. 12. d. c. de his. in fi. alle. etiam no. per Inno. & Host. de cle. non resi. c. ex tuæ. Nec obst. c. fin. de censi. lib. 6. quia non loquitur de correctione simpliciter, sed de visitatione, secundum Archid. quem refert & sequitur Io. Andr. in d. c. 1. de censi. lib. 6. Quamuis autem archiepiscopus visitans prouinciam non possit exercere iurisdictionem fori contentiosi, nisi puniendo crimina notoria, vt dictum est, vel propter impedientem visitationem: tamen potest confessionem subditorum suffraganeorum audire, ac absoluere confitentes, & ipsis poenitentias iniungere salutares, vt est tex. in cap. fin. de censi. lib. 6. sed quamuis hoc possit, non tamen tales ordinare, vt no. in c. cum nullus. primo responso. de temp. ord. lib. 6. secundum Io. An. in d. c. fi. de censi. lib. 6. & dicit Lap. Ab. ibi, quod etiam in talibus nõ potest dare literas commẽdatitias ad ordinem. Sed an possit cum talibus dispensare, traditur in c. ad extirpandas. de filijs presby. Est tamen aduertendum, quod ea quæ ab archiepiscopis & ordinarijs visitantibus secundum quod supra diximus, sunt seruanda saluis semper super hoc rationibus & approbatis religiosorum consuetudinibus, & regularibus institutis, vt dicit tex. in c. 1. in fi. de censi. lib. 6. vnde licet notoria ipsorum religiosorum crimina suo iure possit punire, quia notatur negligentia Abbatis uel episcopi, ut d. c. 1. §. notoria. 11. q. 1. ca. de persona. nisi cõsuetudo esset in contrarium. de excess. Præla. c. ita quorundam. tamen primo loco non corriget religiosos, quorum correctio primo loco pertinet ad Abbatẽ, de off. ord. c. quanto, secũdum Io. An. in d. c. 1. prope fin. Et subdit Io. An. quod tales religiosi sint corrigendi secundũ reg. cum misericordia tñ, unde non sunt passim more latronũ in grauem carcerem detrudendi secundum morẽ prauæ consuetudinis, quę quasi pro lege in quibusdam ecclesijs inoleuit. de reg. iu. c. ea quæ. in rub. hoc ut accepi, seruãt Cartusienses, qui in talib. sunt crudelissimi, indebitè deuiantes à pręcepto misericordiæ supradictæ. Et quã uis ad Abbatem spectet correctio, si tamẽ est nimis grauis, de consilio conuentus, idest capituli sui tẽpe

randa est. de appel. c. reprehensibilis. §. fi. de his quæ fiunt à præla. c. nouit. & c. ea noscitur. In visitationibus ergo religiosorum statuta, & consuetudines, & eorum correctiones si modo rationabiles & approbatæ sint, sunt seruandæ, secundum Ioan. And. eorum etiam priuilegia prout dicimus in seq. quæstio. sed latius tradidimus lib. 11. q. 6. ver. visitantibus autem monasteria.

30 ¶ † Sextò quæro, qualiter visitator se debeat habere circa reliqua, vt circa priuilegia, eleemosynas & simil. Sol. Dicendum est, quod non debet visitator priuilegia loci visitati, maximè religiosorum violare, vt in cap. 1. in fi. de censi. lib. 7. & in clemen. 2. de censi. Et quantum ad hoc dicit ibi Paul. quod priuilegia religionis sunt, quod intra monasterium per superuenientes nō comedantur carnes: ad quod videnda sunt quæ latius diximus lib. 11. quæstio. 6. vers. visitantibus autem monasteria. Et quamuis ipsi visitatores possint fragmēta, quæ de ipsorum episcoporum & suorum familiarium mensis colliguntur, per ipsorum episcoporum eleemosynarios ibi pauperibus erogare, vt vult tex. in clem. 2. pen. respon. de censi. panes tamen integros qui de mensa leuantur, vel capones integros, vel similes epulas intactas non potest præfatus eleemosynarius inuitis monachis pauperibus erogare, vt probatur à contrario sensu, d. clemen. 2. & voluit glo. ibi super verbo, fragmenta. & quamuis tex. loquitur de episcopis visitantibus, & monachis visitatis: tamen idem arbitror de alijs visitātibus ecclesijs visitatis propter rationis identitatem. Et quod dictum est de fragmentis, procedit siue talia fragmenta tollantur de mensa visitatoris, seu familiarium suorum, vt uoluit glo. ibi super verbo, familiarium. & sequuntur Docto. Item procedit siue procuratio fiat visitatori ex debito, siue gratuito: quia illa talia vtroque casu uidentur donata, vt dicit glo. super ver. colliguntur, in d. clemen. 2. & sequuntur Docto. Sed aduertendū: quia ista ratio videtur concludere quod etiam de integris possit fieri eleemosyna: cum illa uideantur donata. & si diceretur, videntur donata, quæ ab eis comeduntur, nō reliqua: tunc nec fragmenta viderentur posse erogari. Vnde dici potest, quod prædicta ratio non procedit, & quòd nō omnium quæ à maioribus & c. l. non omnium. ff. de legib. & quia sic placuit, & c. 6. quæstio. 1. scriptum. cum simil. Vel fortè dici potest, quòd quantum ad ea quæ integra sunt, res quodammodo dicitur integra: quo ad fracta secus. Vtrum autem de talibus fragmentis possit fieri eleemosyna per visitatotorem seu eius eleemosynarium, alibi quàm in monasterio? glos. pen. in d. clemen. 2. tenet quòd non inuitis monachis, sumpto argum. à contrario sensu, dum dicit ibidem. & sequuntur Docto. facit secundum Ioan. de Imo. in c. cum apostolica. de his quæ fiunt à Præla. ad quod etiam allego quod dicimus de legato facto pauperibus: quia intelligitur de pauperibus illius loci, & non alterius, vt traditur in l. si quis ad declinandam. C. de episc. & cle. & per Bal. & Doct. in l. id quod pauperibus. eo. ti.

¶ Septimò quæro, qualiter visitator se debeat habere circa cibos? Sol. Dic, ut diximus, lib. 11. quæstio. 2.

31 ¶ † Septimò quæro, quot diebus uisitator possit moram trahere apud visitatos. Sol. Dicendum, vt diximus lib. 11. quæstio. 2. Et sic ex prædictis expeditum est primum membrum de his, qui iure ordinario uisitant.

¶ Circa secundum memb. princ. de his, qui delegata potestate visitant, quod fieri potest secundum ea quæ diximus, lib. 4. quæst. 14. dicendum arbitror quod aut visitatio simplex delegatur, & hoc casu arbitror, quòd debeant seruare, quæ seruare tenebatur ipse delegans, si visitaret: cuius vices circa uisitandi actum delegatus gerit. Aut data est certa forma circa visitationem fiendam, & illa seruanda est. c. cum dilecta. de rescrip. & c. venerabili. de offi. delega. dummodo delegans sic committendi potestatem habuerit, aliàs secus. c. quod autem. de iure pat. Et vltimum tenet Ioan. Andr. c. 1. §. hanc autem. de cens. lib. 6. & seq. D. Dom. facit, quia nemo plus iuris & c. vt in re. nemo plus. de reg. iur. lib. 6. tetigi supra, lib. 6. quæst. 3.

¶ Circa tertium princ. memb. de le. aduertēdum est quòd Io. And. & Ioan. Mo. in c. 1. de cens. lib. 6. quærunt, vtrum legatus teneatur seruare formam ibi positam. & sol. quod non. & assignāt triplicem rationem. Prima, quia vices Papæ gerit. 93. dist. c. fi. & 93. distin. c. 1. Secunda, quia maior est episcopo. de offic. deleg. c. sanè. qui non includit sub clausula generali. de sent. excom. quia periculosum. argu. de rescript. c. sedes. Tertia, quia Romana ecclesia contra se & contra suos in dubio non intelligitur priuilegiare, de cens. cap. cum instantia. Sed dicit Io. de Imo. quod istæ rationes sunt satis generales: transit tamen sine alia discussione. Sed Do. Dom. in d. cap. 1. §. hanc autem. dicit fortè posse teneri cōtrarium. Nam etiam legatus de latere, seruare tenetur iura communia: nec illa tollere potest. no. glo. 3. cap. fi. de hære. Et pro prædicta parte potest induci prædictus §. hanc autem. in quantum dicit, quod seruetur ab vniuersis ordinario iure visitantibus. ergo competit etiam legatis: quia & ipsi ordinarij sunt. cap. 2. de offic. lega. lib. sexto. & addit de episcopis per dictionem etiam, quæ est implicatiua, & ampliatiua, non restrictiua, in cap. nullus. §. primo, de præbend. lib. 6. secundum Do. Dom. & mihi placet. facit text. optim. l. etiam partis. & l. & hoc modo. ff. de leg. 1. Item quia legatus in legatione sua concurrit cum quolibet ordinario, siue ille sit Abbas, siue sit episcopus, archiepiscopus, vel Primas, siue etiam sit consul, vel proconsul, tradit Spec. in titu. de leg. §. nunc ostendendum. §. legatus ergo quicunque, & ff. de offic. procons. l. si in aliam. §. fin. ff. de offic. præsi. l. ex omnibus. & l. sequen. dixi in cap. 1. de officio lega. & probatur expressè in c. 2. & fin. de officio leg. lib. 6.

¶ Expleto lib. 10. in quo tractatū est, qualiter visitator in visitando uersari debeat, hoc lib. 11. tractandum est, qualiter uisitati se debeant habere circa visitatorem, quæ quidem materia cęteris est difficilior: quoniam huic materiæ procurationis tractatus adiūgitur: quare pro clariori ipsius doctrina prosequar infrascriptas quæst. Prima generalis, qualiter visitati se debent habere circa visitatorem. Secunda, quia inter alia visitati suos visitatores procurare debēt, tractabimus quid sit procuratio. Tertia, quot sint procurationum species. Quarta, quis possit

sit

sit procurationem petere, & an debeatur. Quinta, à quibus procuratio debeatur. Sexta, in quibus rebus procuratio debeatur. Septima, propter quas causas & quo iure procuratio debeatur. Octaua, quanta, & qualis visitantibus. Nona, in quo loco procuratio sit præstanda. Decima, pro quanto tempore, seu pro quot diebus procuratio debeatur. Vndecima, qualiter procuratio petatur, & de forma libelli. Duodecima, qualiter per visitatorem procuratio sit recipiẽda. Tertiadecima, qualiter, & quibus remedijs visitatus possit compelli ad procurationem soluendam. Quartadecima, propter quas causas iustè & legitimè procuratio denegari possit, & ista subdiuiditur in 13. quæst. Quintadecima, de pœna visitatoris transgredientis debitæ procurationis exactionem.

32 ¶ † Primò ergo quæro, qualiter visitati se generaliter debeant habere circa visitatores. Sol. Dicendum arbitror quòd visitati visitatorum suorum accessum gratiosissimum habere debent, & honore, & reuerentia, seu honorificentia, quæ vtrunque importat, grata fronte illum recipere, vt dicit D.M. in cap. his quæ. de maior. & obed. Et etiam cum pauore. hoc enim reuerentiæ verbum importat, vt not. Archidiac. & post eum Ioan. Andr. in cap. 2. de officio delega. lib. 6. facit 9. quæst. 3. per singulas. & per Archidiac. 2. quæst. septima, cap. sicut tales. Etenim pro correctione & reformatione ecclesiarũ & personarum locorum uisitatorum visitant: quorum alterum ad charitatem, alterum ad iustitiam noscitur pertinere. Vnde non debet visitator ad visitationẽ accedere, vt quæ sua, sed quæ Iesu Christi sunt, quærat. & secundum quod diximus lib. præced. quæst. 1. ergo ex charitate debent visitare. dicitur enim primo ad Corinth. cap. 14. Charitas quæ non est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt. insuper etiam à iustitia procedit, secundum ea quæ lib. præcedenti quæstio. 1. latius pertractabimus. Cum honore ergo recipiendus est visitator qui honor, vt etiam dicit Beatus Thomas secunda secundæ, quæst. 131. articu. 1. importat quandam reuerentiam ipsi visitatori exhibendam in testimonio excellẽtiæ suæ, quæ data est sibi à Deo, vt ex ea alijs præsit. verbis autem & factis honorandus est visitator. verbis cum dicendo, huc Re. D. V. aduentum summo cum desiderio expectabamus: annuit Deus votis nostris. Vel breuius, vt quidam dicunt: Beneueneritis reu. ac præcolen. pater & domine. vel cum adiectione alia propria & conuenienti. Memini cum apud balneas Petrioli agerem, & ad collationem balnealem, quæ vino optimo cæterisque opulenter expediri solet, pro parte Domini Leonardi Aretini, per Bertum Antonij conciuem nostrum de sero, vt sequenti manè ad ipsos conuenirem, fuisse inuitatus. Post expeditas sequenti diluculo operas balneales illos conuenisse arbitratus, alios quamplurimos, vt fieri assolet, ab illis similiter inuitatos, eo quod & à magnifica cõmunitate nostra, & a quamplurimis ciuibus varias optimi vini ac optimarum cõfectionum multiplices species, & multa marzapania, vt vulgari nostro vtar, recepisset: cum verò neminem præter me inuitatũ intelligerem, de hoc in primis longè de maiori deinde admiratione ductus: quandoquidem talia parata erant, quæ rusticana hospitalitati merito dedecori fuissent, venit in mentem, vt ab illis hanc ex industria facerem interrogationem. Placet equidem huc loci nos ambos conuenisse, vt scientia vestra doctior fiam. erat profectò Leonardus & Latinarum, & Græcarum peritissimus, suaque latria atque aurea eloquentia omnes qui à quingentis annis citra fuerint superabat. Bertus etiam in nostra republ. eloquentissimus habebatur. Ambo tamen omnium auarissimi. hãc ego ab illis interrogationem feci: Vtimur frequenter aduenientibus aliquibus hoc uocabulo, Beneueneritis, optarem scire vtrum aliud verbum huic intentioni proprius reddi posset. Cum vero illi & Saluete & Valete, in medium deduxissent, disputatione facta, nullum prædictorũ de nouo aduenientib. conuenire cõi iudicio conclusum est. Leonardus tandem inquit, Nullum equidem pro nunc uerbum habeo magis proprium quàm Beneueneritis. Ego autem immediatè subiunxi, Benestenteritis. Suppressi tamen quoad potui N. & inde discessi, & cũ ad prandium ad quod à Reuerendiss. Cardinali Cæsarino, Prælato scientia atque prudentia præstantissimo, qui contra Teucros diem clausit extremum, inuitatus fueram, venissem: Et completo quasi prandio, simul cum reliquis surrexit Reuerendiss. Dominus Cardinalis; Pro beneueneritis ergo, quo breui vocabulo illi doctissimi viri nullum magis breue ac proprium inuenisse asseruerunt, tantorum virorum authoritate suffulti, Beneueneritis vocabulo vti possunt visitati: verum ita deinde agant, vt facta verbis correspondeant, ne fortè ut mihi contigit, malè stenteritis verbum conueniat. Non tamen intelligat quispiam intentionis nostræ esse, vt illis immoderatas procurationes exhibeant secundum eam quam infra in 8. quæst. doctrinam ostendemus. Non solùm autem verbis, sed factis & signis honorem & reuerentiam exhibere debent secundum diuersarum regionum varias consuetudines, vt inquit Ioan. Andr. & Hostien. in cap. his quæ. de maior. & obed. Communis tamen obseruantia est, vt visitatus genuflexus visitatoris manus osculetur. His verò peractis villicationis suæ tenetur visitatus rationem reddere, quam de facili reddet, si quæ sibi incumbunt, adimpleuerit. vitam ergo ita agat, vt laudatus cum gratiarum actione uisitator ab eo recedat, vt supra demonstrauimus. Debet enim illius monita modestè recipere, & correctionem cum patientia supportare, & ipsius præceptis iustis & honestis pariter obedire. 11. quæst. 3. cap. si dominus. & in cap. Iulianus. de tempo. ordi. c. ad aures. & l. dilectus. ff. quæ senten. sine appella. rescind. 4. distin. cap. vlti. de maiorit. & obed. cap. si quis venerit. & c. illud, secundum Hostien. in summa in titu. de offic. ord. §. quid pertinet ad officium. versicu. visitabit. Tenetur insuper visitatus visitatori procurare secundum eam quam infra in 8. quæstio. formam demonstrauimus. Finita tandem visitatione, gratias quas poterit aget, quoniam post religionem, quam debitum cultum Deo impendimus, & pietatem, qua colimus parentes, & obseruantiam qua colimus personas dignitates præcellentes est gratia siue gratitudo habenda, quæ benefactoribus gratiam recompensant, tradit Beatus Thomas secunda secundæ, quæst. 106. artic. 1.

¶ Secundò quæritur, quia diximus quòd visitatus tenetur ad procurationem: Quid sit procuratio. Sol. Quantum ad terminos nostros attinet, videlicet de procuratione quæ debetur ratione visitationis incumbentis Prælato ex officio debito: Arbitror quòd procuratio ita possit describi, videlicet quòd est præstatio quædam ad quam tenentur visitati visitationis causa Prælatis ex debito officij pro correctione morum, & reformatione ecclesiarum tam in capite, quàm in membris per se, vel per alios legitimè visitatis debito loco, & tempore in cibarijs, aut pecunia canonicè prouidenda. Verbum præstatio ponitur vt genus. Verba illa, visitationis causa, ponuntur ad differentiam visitationis quæ ex charitate fit & aliarum visitationum. de quibus diximus supra lib.2. verba autem illa, debito loco, ponuntur propter illa quæ diximus.li.1.quæst.8. Verba autem illa, & tempore, ponuntur propter ea quæ diximus infra eodem lib. quæst.9. verba autem illa, quæ in cibarijs aut pecunia canonicè prouidenda, subiunguntur propter illa quæ diximus inf. eodem lib.quæst.6.& 8.

33 ¶ † Tertiò quæro, quot sint procurationum species. Sol. Dic quòd plures sunt species. Quædam est procuratio quæ præstatur visitationis causa Prælato ex debito officij sui visitanti vel eius mandato visitāti, & de ista in præsentiarum agitur. Quædam est quæ debetur legatis nuntijs Apo.sedis non visitationis causa, sed ex alia.

¶ Quædam, quæ debetur ex consuetudine, vel præsciptione, vel ex pacto in fundatione vel consecratione apposito, de quibus in c.quanto. & c.procurationes, & c.cum super.glo.Hostien.& Zabar. & D.M.de cens.& in c.accedentibus.de priuil.18.q.2. Eleutherius. tradit glo. super ver. visitationis. cap. 1.de cens.lib.6.& per Henric.in c.cum ex officij. de præscript. Quædam est quæ fit ex charitate, vt cle.2. vers. nos ergo. de censi.

34 ¶ † Quartò quæro, quis procurationem petere possit, & sic quæritur cui sit soluenda. Sol. Dicendum est quòd omnibus Prælatis, qui ex debito officij visitant, debetur procuratio. c.cum Apostolus. & c.procurationes. de cens.& c.1. & 2.de cens. lib. 6.& clem.1.& 2.eod.tit.& in alijs iuribus infra allegandis, maximè in seq.quæstio. & quomodo episcopus possit exigere procurationem cum propter hęc onera videantur sibi attributi reditus episcopatus, ibi videbimus. Item debetur delegato ad visitandum misso ex eo quòd Prælatus necessario impedimento sit impeditus: non enim debetur deleganti seu mittenti, & per mediam personam visitanti, sed ipsi in propria persona visitanti, vt no.glo.in ver.impenso.cap.2.de cens.lib.6.text. in c.si episcopus. de offi.ordin. lib.6. Idem tenet glo. ver.personali. c.3. de cens. lib.6. facit quod diximus lib.4. quæstio.4. Legatis etiam Aposto.se. visitantibus debetur procuratio.c.procurationes.& ibi not. Dom.meus.Hostien.& Zabar. ibi dicunt quòd debentur procurationes siue sint legati de latere, siue sint legati missi. ad idem tex.c.cum nuper.& ibi not.& c.cum instantia.de censi.ad idem, c.2.de offi.deleg.li.6. & quod diximus, lib.4.q.2. & 3. Nuntijs etiam Apost. sedis visitantibus debetur procuratio.c.cum instantia. & procurationes, de censi.

¶ Et idem fortè dicendum est de nuntijs, quos per prouinciam in casu necessarij impedimenti mitteret archiepiscopus visitationis causa, vt traditur per Zabar. in ca.procurationes. de cens. in summa. ego arbitror, quod omnibus ordinario iure personaliter visitantibus, siue suo, siue alieno iure in casibus permissis legitimè visitantibus debeatur procuratio: cum in omnibus eadem ratio & causa subsit, de quibus diximus inf.eod.lib.quæst.7. Nota tamen, quòd quamuis visitatoribus sit procurādum, tamen familiares eorū nihil possunt ratione eorum officij à visitatis exigere, vt in cap. 1.de cens. lib.6. vnde coquus Episcopi vel Archiepiscopi uisitantis, aut scriptor vel sigillator, aut similis, non potest aliquid exigere, vt dicit gl.super verbo, officij, in c.1.de censibus. lib.6. & idem tenuit Host. qui allegat de symo.cap.1. & 1.quæst.2. sicut episcopum.& in Authent. vt iud. sine quo. suffra. §.hæc omnia. & §. sicut. colum.2.

¶ Et hoc verum si petatur ratione visitationis.vnde dicit Hostien. quòd tex. non intendit damnare clericum si faciat literas, & aliquid habet pro labore. ar.11. quæst.2. cap. charitatem. & c. ecclesiasticum. Et idem tenet Io. Mon. nisi de publico reciperet salarium, quo casu stipendijs suis debet esse contentus. 23.q.4. c.militare.& seq. Io.Andr. in d.c.1. Sed quæro circa prædicta, quid si Archiepiscopus vel Episcopus concurrant in visitatione, & Ecclesia non sufficiat vtrique, quis præferetur, cui procurabitur? Sol. Dicunt Innoc.Hostien. Io.Mo.Abb. & Archi. in c.1.de cens.lib.6. quod admittitur primò veniens, & illi procurabitur. ff. de iudic. l.qui prior. de foro compet.proposuisti. cum concordantijs. facit l.si ex plagis. §.in cliuo. ff.ad leg.Aquil. Si verò concurrunt, nec apparet quis prior, licet uideatur Episcopum præferendum eo quod sibi specialis cura inest.10.quæst.1. c.regenda cum simili. tamen plus placet prædictis Doctoribus, Archiepiscopum præferendum.11.quæst.3.c.qui resistit.& no.de pręscript.c.cum ex officij. super glo.penult.quasi casus Archiepiscopi sit specialis contra iuris regulam. ff. de regu.iur.l.1. facit c.si à sede. de præben. lib.6. Si vero concurrat Episcopus cum Prælato sibi subiecto, ad quem etiam spectat visitatio, dicit Archid. præferendum episcopum, nisi obstaret consuetudo alleg.quod no.Inno. in c.in Lateranen.de præb. & sequitur Io.Andr. & D.Dom. in c.1. de cens.lib.6. q.5.vers. sed quia supra diximus.

35 ¶ † Quintò principaliter quæro, à quibus procuratio debeatur. Sol. Dicendum quòd debetur solùm à locis visitatis. tex.est in c.1.de cens.lib.6.& probatur in c.2. Gofr.& Zab.cap.cum instantia, de cens. Et aduerte, quia Specu.in tit.de leg.§.superest. vers. illud quoque, vult quòd nec legatis, aut nuntijs Apost.se. debeantur procurationes, nisi personaliter visitent. contrarium tamen videntur velle Docto. in cap.procurationes, de censib. volentes quod legatis & nuntijs Aposto. se. debeatur procuratio, etiamsi nō uisitent, quia procuratio datur illis non ratione uisitationis, sed quia subeunt onera aliorū. c.2.de offi.leg.lib.6. & sequitur Do.me. d.c.procurationes. alleg.c.cum instantia, de cens. & c.Ego N. de iureiuran. Ego arbitror quòd utraque opi. possit saluari per distin. aut enim loquimur de procuratione

ratione debita ratione visitationis, & procedat opi. Specul. Aut de alia procuratione, & procedit secunda opin. ad prædicta tamen videnda sunt, quæ infra eod. lib. quæst. 7. ver. & prædicta procedunt. Et loca visitata intelliguntur siue sint illa, quæ personaliter visitat: siue illa quæ ad visitationem vocat, ut dicit glo. super ver. visitatus. cap. 1. de censi. lib. 6. faciunt quæ diximus sup. lib. 8. & idem tenent Innoc. & Hostien. & sequuntur Ioan. Andr. & do. Dom. d. c. 1. Item loca visitata intelliguntur siue pro salute animarum, aut cultu diuino ampliando, vel pro statu ecclesiæ in melius reformando: Aut pro confirmandis pueris, aut consecrandis Ecclesijs visitatio celebretur. quid autem si visitet pro reconciliatione ecclesiæ? Archid. cap. 1. de censi. lib. 6. tenuit procurationem non deberi. alle. ad hoc opin. Vinc. & idem tenuit in c. proposuisti. de consec. eccle. vel alta. quem refert idem Archid. de consecr. distin. 1. de ecclesijs. Ad quod etiam alle. not. per Vin. Lau. & Gof. in c. cum ab omni. de vita & honest. cleric. Idem tamen Archid. 10. quæst. 3. c. cauendum. alleg. opin. contrarias, & non firmauit. Ioan. in c. proposuisti, recitat opin. aliorum qui tenent, quòd Episcopus procurabitur expensis illius, qui violauit ecclesiam. argum. c. fin. de iniurijs, & c. si canonici. §. penult. de offi. ord. lib. 6. Et si non apparet, quis fuerit, vel non sit soluendo, recurritur ad statutum vel consuetudinem loci, secundum quam determinabitur quibus teneatur. facit 9. quæstio. 3. c. conquestus. Et his deficientibus parochiani cum rectore contribuent. fa. not. cap. 1. de ec. ædi. Et si soluendo non sint, Episcopus gratis hoc faciet. 1. quæst. 2. placuit. & 10. q. 3. cauendum, secundum Archid. ibi. facit ad hoc vltimum quod dicam infra quæst. 8. ver. vnde notandum. Et prædictam opin. tenet Io. de Lig. in Clem. 1. de celebr. miss. & placet Do. meo in d. c. proposuisti. de consec. eccles. vel alta. & hanc opin. tenuit Innoc. in c. conquerente. de offic. ordi. dicens quòd Episcopus debet hoc facere suis expensis: quia propter hoc & similia recipit reditus Episcopales. Nec obst. c. cum sit Romana. de sim. quia loquitur in consecratione, secundum Vinc. in cap. sicut olim. de accu. vbi dicit quòd non debetur procuratio, nisi in casibus à iure expresfis. & idem sentit in d. c. proposuisti. quod est singulare secundum Zabar. ibi pro hoc, quia cum in certis casibus iura exprimãt procuratioñe deberi, videtur in alijs prohibere, argu. c. nonne. de præscrip. & l. cum prætor. ff. de iudi. Subdit tamen quòd prælati hoc nolunt seruare. Sed quoties ex aliqua causa accidit eos egredi ad aliquam ecclesiam, volunt procurari, & sic secundum prædictam opin. procuratio non debetur. & idem tenuit ibi Guil. de monte Lau. in clem. frequens. de exces. præla. D. Dom. in c. 1. de censi. lib. 6. dicit quòd si rectè prædictæ opin. inspiciantur, per illas non deciditur, vtrum procuratio debeatur, sed solùm quis debeat procurare. Sed hoc dictum satis respondet, quia disputãtes à quo sit procurandum, præsupponunt procurationem deberi. vnde placet mihi quòd debeatur, quia eadem est ratio, quòd debeatur pro reconciliatione sicut pro consecratione, vt etiam dicit ipse do. Dom. & satis æqua est distinctio prædicta, & ab omnibus ecclesijs visitatio debetur. Et si sint plures eadem die visitatæ, ab omnibus pro virili portione debetur, vt diximus inf. quæst. 8. ver. hoc eodem lib. Et debetur talis procuratio non solùm ab ecclesiis inferioribus visitatis, sed etiã ab ecclesiis ciuitatis ipsius Episcopi vel Archiepiscopi, si illas visitant, vt in c. venerabili. de cens. & per glo. 1. allegatur ratio dubitandi in illo tex. videbatur enim quòd non esset procurandus, sicut in simili dicimus, quòd quando iudex proficiscitur extra domicilium, computat ea quæ domi expendisset, vt in c. cum ab omni. de vita & hon. cler. Sed ratio decidendi in contrarium quòd debeatur procuratio, vt d. c. venerabili. fuit, quia in procuratione non consideratur interesse, sed vel officij ratione, vel in signum subiectionis datur, vt diximus, quæst. 7. infra eod. lib. quæ ratio vendicat sibi locum tam in ecclesijs ciuitatis, quàm diœcesis. Ad quod addendum quod diximus infra eod. lib. quæst. 7. ver. est tamen aduertendum. Et non solùm ab ecclesijs debetur huiusmodi procuratio, sed etiam ab oratorijs, si modo sint oratoria quæ habeant populum & curam, quia tunc sunt visitanda, & per consequens procuratio quæ est annexa visitationi præstanda. 10. q. 1. placuit. & c. episcopum. & per Innoc. de offic. Archid. c. fin. Idem etiam si non haberet populum, nec curam animarum: esset tamen in tali oratorio ordinatum quòd certa persona vel aliqua de certis debeat sibi seruire, quia etiam hoc casu poterit Episcopus visitare, & ratione visitationis procurationem recipere, cum talis locus sit sacer, & in potestate ipsius, & certa persona sit ibi visitanda. ar. c. de xenodochijs. de reli. dom. & c. ad hæc. eod. titu. de consecr. distin. 1. c. clericos. Secus autem si non habet populum, neque curam, neque aliquis est ibi ordinatus authoritate ordinarij ad celebrandum continuè & ordinariè: Sed est ordinatus vt esset ibi locus ad ordinandum tantum, & quòd quilibet qui vellet, posset ibi orare: quia tunc cum non esset ibi, quòd visitari posset ratione oratorij, nec etiam per consequens exinde procurationis nomine quæ est annexa visitationi, vt dictum est, aliquid debetur, c. cum venerabili. de cens. & c. fi. eod. ti. & ar. cap. cum cessante. de appel. secundum Vincen. Goff. Innoc. Hostien. Ioan. An. Henri. Boich, & Zab. d. c. fin. de censi. & Guliel. de monte Lau. super ver. fundatione. & Zenze. super ver. constitutum. in cle. quia contingit. de relig. do.

¶ Quid autem de capellis ecclesiarum collegiatarum: vtrum ab eis debeatur procuratio. Lapus Abb. alleg. 20. dicit quòd etiam ab illis procuratio debetur. Et non solùm ab ecclesiis secularibus, sed etiam à monasterijs debetur procuratio. Nam talia monasteria possunt visitari, vt dictum est supra, lib. 6. quæst. 9. ergo visitati debent procurationem habere. Et hoc procedit etiam in archiepiscopo visitante prouinciam, quia potest procurationem à monasterijs visitatis exigere. c. sopitæ. de cens. vnde licet monasteria sint exempta à lege diœcesana, vt in c. dilectus, & quod ibi no. de offi. ordi. tenentur tamen ad procurationem præstandam ratione visitationis. Ex quo infertur quòd falsa est theorica dicentium, quòd ea quę consistunt in dando, sunt de lege diœcesana. Nam procuratio consistit in dando, & tamen monasteria ad illa tenentur, licet sint exempta à lege diœcesana: tenet Dom. meus in d. c. sopitæ.

c.sopitæ. latius per eum in cap.1.de regula. Et vide quod latius diximus supra, quæst.1.versi. est notandum. Sicut ergo Episcopo debetur procuratio ab omnibus ecclesijs diœcesis suæ ratione visitationis: ita etiam Archiepiscopo ab omnibus ecclesijs suæ prouinciæ. Nec ob.c.luminoso. vbi videtur probari quòd procuratio nō debeatur à monasterio, quia respondet quod ille tex.loquitur de monasterio exempto, vt dicit glo. antepen. d.cap. sopitæ. & idem Inno.sed Hostien. dicit quòd illud quod dicitur in d.c.sopitę. dum dicit procurationem deberi de iure communi, debet intelligi quòd de iure communi fundatur, sed consuetudine adiuuatur. nam ius commune non est super hoc expressum, nisi in hoc casu quo Episcopus negligat, secundum Hostien. sed verior & communis est præcedens opinio, quia de iure communi Archiepiscopus visitat ecclesias, & monasteria totius prouinciæ. c.1. & fin. de censi. lib.6. faciunt quæ dixi supra, lib.3.& lib.6. quælt.9. in summa ego arbitror concludi posse, quòd procuratio ista debeatur omnibus ecclesijs legitime, & à legitimo visitatore visitatis, dummodo nō excusentur propter paupertatem vel ex alia legitima causa, secundum quod infra subijciemus. Sed vtrum debeatur à laicis visitatis.glo.in ver. laico.c.1. de cens. lib.6. dicit quod non, per no.per glo. 10.quæst.1.c. placuit. idem etiam tenet Hostien. & Ioan. Mon. sed Archid. contra alleg.no. per Innoc. & Hostien. de offi.ordin.c.inter cætera.& 10.quæst.3. c.cauendum. vbi idem tenet, dicens quòd vna die erit cum clericis: sequenti die cum laicis. de quo dixi supra lib.10. & sic sumptibus laicorum, & idem no.10.q. 1.c.placuit. nec est mirum, si vbi seminat spiritualia, metat carnalia. 13.quæst.2. §.2. & sic residet Io. Andr.in d.c.1.de cens.lib.6. Et dicit ibi Io.de Lino. quod fortè ista opin. est verior de iure: tamen credit quòd in practica non seruaretur propter authoritatem glo.& aliorum, secundum eum.d. Domin. etiam ibi dicit, quòd ista pars est verior de iure, & eam dicit probari optimè per tex. in dicto c.cauendum. & idem tenet Paulus in quodam suo consil. quod incipit, quædam monasteria. per c.cauēdum. Contraria etiam opi. procedit de consuetudine, secundum quam laici non soluunt, & sic etiam dicit glo. prædicta in ver.laicos. dicens quòd sic est consuetudo. Sed pone, aliqui ex pacto tenentur ad solutionem onerum Episcopalium, vtrum teneantur ad solutionem procurationum legatorum Apostol. sedis. glo.super ver.episcopalia. clemen.1. de cens. tenet quod non, per illum text. qui prædicta ponit vt diuersa,& sic de uno ad aliud non differtur. cap. cum venerabilem.qui fil.sint legi. cum alijs vulg. & idem tenet Guil.de monte Lau. in d.clemen.1. dicens quòd licet in assignanda congrua portione sit ordinatum quod vicarij de sua portione soluant iura episcopalia, non tamen tenentur soluere procurationes legatorum cum non includantur sub uiribus episcopalibus, tanquam maius sub minori. de maior.& obed.c.cum inferior. de offic.deleg.c.studuisti. Notandum tamen quod legati non coguntur recipere procurationem per communes ministros Ecclesiarum visitatarum, aut à communibus ministris totius cleri. Sed potest nunc ab uno Prælato, nunc ab alio procurationem exigere, vt est tex. in c.cum instantia.§.sanè. de cens. & no. Do.meus, & grauatus ab alijs recurabitur. de quo dicam in quæst.8. Sed Hostien.in dicto §.sanè.& Zab.post dicit quod dum tex.ibi dicit: Nec per communes ministros. debet intelligi quòd a ministris non tenetur procurationem recipere, sed per suos ministros se possunt procurare: quod intelligit Zab. dummodo non petatur procuratio ab eo qui per se non sufficit. quo casu debet alij coniungi, vt in c.procurationes.de censi. dicam in q.7.

36 ¶ † Sextò quæro, in quibus rebus solui debeat procuratio. Sol. Tex.c.2.de censi.lib.6. vult, quòd procuratio debeat præstari in victualibus, non in pecunijs, aut alijs muneribus quas à volentibus recipere non possunt, ad idem tex.in cap.cum Apostolus. de censi. Et dicit tex. in c.1.de censi.lib.6. procurationes autem recipiant, secundum quod est in canonibus constitutum. Et habentur canones 10. q. 4.c.relatum.de censi.c.cum Apostolus.& c.cum nuper. Et subdit tex.in c.1.nullam tamen pecuniam ipse vel aliquis de familia &c. sed in victualibus expensas recipiat moderatas. Et appellatione familiæ continentur, siue sit laicus, siue clericus, siue pedester, siue equester, secundum Hostien.& Io.Andr. d.c.1. Ideo autem visitantes pecuniam recipere nō debent, quia sicut verè philosophantes illam despiciunt.ff.de vaca.mune. l.in honoribus. 12.quæst.2. c.Socrates.aliàs,& verius. c.Crates, fortius visitātes. Item quia vt dicit Hostien. ciuilis sapientia pretio nummario inhonestari non debet.ff.de varijs & extraord.cog.l.1.§.est quidem. ergo multo minus canonica vituperanda, quæ tamen acerbe clericorum auaritiam reprehendit. de censi. c.ex parte. & c.ea quæ, de deci.c.1.de offi.ordi. c.irrefragabili.ad fin. Et prædictas etiam rationes posuerunt Ioan. Mon. & Cardin.in c.1. de censi.lib.6.& sequen.Io.Andr. c.1. de censi.lib.6. Nec consuetudo in contrarium visitantes defenderet: quia ex quo per se. Apost.reprobata est, 11.dist.c.quis nesciat. 11.d.c.1.& 2. præscribi non potest.c.fin.de consuet.secundum Ioan. Andr.d.c.1.& sequ.do. Domin. Et eisdem rationibus possemus fortè dicere prohibita esse visitantibus & familiæ suæ quæcunque munera etiam sponte oblata recipere. Et ne uideatur quæ sua, sed quæ Iesu Christi sunt quærere, vt dicit tex. in d.c.1. quibus etiā addo aliam rationem, quoniam inter quatuor, quæ humanum iudicium peruertunt, de quibus 11. quæst.3. c.quatuor potissimum munera corrumpunt. Et nullum est officium tam sanctum, neque tam solenne, quod auaritia comminuere atque violare nō soleat. Tullius in oratione pro Milone. Munera & dona excæcant sapientes, & subuertunt verba iustorum. Exodi c.23. & Psal.25. In quorum manibus iniquitates sunt, dextera eorum repleta est muneribus. & Eccles. c.20. Encenia & dona excæcant oculos iudicum. Inde illud Gualterij de Castilionio: Munus enim à norma recti distorquet acumen Iudicis,& tetra voluit caligine mentem. Et alibi, Venditur arbitrium dum viuitur ex alieno: Sumptus pane tuo vescere, liber eris. Et Henricus Samaren.lib.1.parte 2. Deuiat à vero corruptus munere iudex, Falsidicumque facit impia gaza pium. Visitans ergo prædicta, atque illam Ciceronis lib. de offi.sententiam mente repetat. Inquit enim, Caput

put autem in omni procuratione muneris publici est, vt omnis etiam minima auaritiæ fugiatur suspicio. Vtinam, inquit Caius Samnius, ad illa tempora me fortuna seruasset, quibus Romani recipere dona cœpissent. Non enim essem passus eos diutius imperare. Et si fortè munera aliquando iudicis animum penitus non corrumpunt, saltem plicant, iuxta illud Nasonis: Munera, crede mihi, placant hominesque, deosque: Placatur donis Iuppiter ipse datis. Abstinere ergo debent Prælati, & quicũque iudices à muneribus & donis, etiam pro iustitia administranda. Sunt enim nonnulli qui per vias rectas verentes corrumpere exquisitam adhibẽt fraudem, dicentes, quòd nullo modo esset intentionis eorum quòd iudex iniustitiam faceret. verum si iustitiam foueant, & iustitia mediante, & non aliter sententiam profert, tantam dabit pecuniam. Caueant iudices à talibus, atque illos exterminent & confundant. Considerare enim debent, quòd nullo recepto præmio iustitiam administrare tenetur. c. cum ab omni. de vita & honest. cleric. 11. quæst. 3. c. qui rectè. 14. quæst. 5. c. non sanè. & quod traditur in l. 2. ff. de condic. ob turp. causam. & l. venales, C. quando prouoc. non est neces. 2. quæst. 6. cap. fin. ver. venales. Qui enim rectè iudicat, & præmium remunerationis expectat, fraudem in Deum perpetrat, quia iustitiam quam gratis impartiri debet, acceptione pecuniæ vendit, vt dicto c. qui rectè. talia enim munera soli, idest iustitiæ obstant. vnde Valerius lib. 4. de abstinentia sic inquit: Alexander cognomen inuicti assecutus continentiam Diogenis amici vincere non potuit. ad quem cum ad solem accessisset, hortaretur vt si qua præstari sibi vellet, indicaret. Mox inquit, de cætero velim à sole non obstes. In his ergo ita euagatus, quia non possum continere, atque de clericis & Prælatis ecclesiasticis, quòd tanta auaritia teneantur, satis dignè admirari auarissimum esse clericorum genus prædicta glos. super ver. maioris. c. si pluribus. de præbend. lib. 6. cap. nonnulli. de cler. non resid. c. auaritiæ. de electio. Ioan. An. in c. peruenit, de censib. Res profectò penitus admiranda. Habui ego socios mirum in modum liberales, qui post assumptum clericatũ, & ampla obtenta beneficia in tantam auaritiam deuenerunt, vt non mingerent, ne biberent. Res profecto penitus vituperãda atque detestanda, cum intelligant, aut saltem intelligere debeant auaritiam hominum mentes obcæcare, vt dicit glo. d. c. auaritiæ. crimenque sæuum appellari, vt inquit textus in c. ita quorundam. de Iudæis, & omnium malorum radicem esse, vt inquit Apostolus ad Timot. c. 6. tex. in Authen. vt iud. sine quoquo suffrag. §. cogitatio. versi. fin. coll. 3. no. glo. cap. 4. de constitu. Tale ergo tam tetrum atque detestabile vitiũ fugere debent clerici, & potissimum Prælati, maximè dum iudicio & correctioni, ac morum reformationi incumbunt, & ab omnibus muneribus etiã sponte & pro iustitia oblatis abstinere vt viuant. Inquit enim Salomon, Prouerb. c. 15. Qui odit munera, viuet. Secus enim agentibus per contrarium euenit, iuxta illud Isa. cap. 33. Væ qui iustificat impium pro muneribus, & iustitiam iusti aufert ab eo. Postremò vt breuibus concludam, vna cum Boetio, lib. 1. de phi. consolatione, sic libet quemlibet visitatorem exhortari. Tu quoque si vis tramite recto carpere callem, gaudia pelle. Pelle timorem, spemque fugato: nec dolor assit. Nubila mens est vitaque frenis, hæc vbi regnant. Sed de his satis & merito propter causas supra in medium deductas abstinere, & ex hoc quæcunque munera recipere prohibentur. d. c. 1. & 1. quæst. 1. cap. sunt nonnulli. pariter & dona recipere fortius prohibiti intelliguntur, secundum Io. Andr. in dicto c. 1. de censi. lib. 6. per tex. in l. inter donum. ff. de verbo. signif. Et quamuis esculenta & poculenta videantur posse recipere, secundum Hostien. ar. l. solent, ff. de offic. procons. in fi. & eorum quæ traduntur in c. statutum. §. insuper. de renuncia. lib. 6. tamen subdit Hostien. quòd mens literæ d. c. dum dicit quodcunque munus. innuit cõtrarium. Ioan. Mo. dicit quòd non videt quomodo isti possunt vti esculentis & poculentis, cum in victualibus procurationem recipiant. Sed possit esse si visitator aliquod excellens encenium portaret vltra omnes expensas. glos. tamen in ver. munera. in c. 2. de censib. lib. 6. recitat opin. Garz. qui dixit se credere quòd modicũ esculentum & poculentum possunt recipere, si nõ sit verisimile quod recipientem moueat vel donantem pauperiorem faciat. ar. c. & si quæstiones. de symo. & ff. de offi. præsid. l. plebiscito. quia talia non trahuntur ad munera. ff. de offi. procon. l. solent. ad fin. facit c. fin. de donat. inter virum & vxorem. Ioan. Andr. dicit quòd putat periculosum quod victualia portanda recipiat, sed victualia ibi consumenda quantum cum excellentia recipere non est periculosum, vt ad pœnas obligentur, de quibus dicitur infra eod. lib. quæstio. 15. Et prædictam distinct. Io. An. dicit Do. Dom. quòd credit per veram rationem text. d. cap. 1. qui prohibent, vt euitet penitus quamlibet fraudem: quia ex quo prohibuerat recipere pecuniam, potuisset fieri fraus, vt darentur encenia ad domum portanda, puta capones, perdices, casei, vel fiaschi, vt dicit Ioan. Andr. c. 1. de censi. lib. 6. Sed si dantur encenia, quę ibidem comeduntur non potest esse fraus respectũ visitantis cum à visitatis victualia recipere deberet. Nec obst. text. d. c. 1. qui loquitur vniuersaliter per dictionem quocunque, & qualitercunque. & sic quamlibet rem, & quemlibet modum videtur prohibere: quia respondet, quod quãdo loquitur per verba generalia vel vniuersalia. & ponit rationem quæ est apta restringere sensum verborum vniuersalium, debent illa verba restringi ad intellectum rationis positæ in l. quia ratio l. est illa quæ dicitur l. idest consuetudo. de verb. signifi. cap. intelligentia. Credit tamen Do. Domi. hoc verum quando recipit procurationem in victualibus, sed si acciperet in pecunia, in caseis. c. 3. de censi. lib. 6. nõ credit quod possit tutè recipere, quia possit fieri fraus, videlicet quòd assignata pecunia, esculenta & poculenta reciperent secundum Do. Domi. Est tamen aduertendum, quòd quãuis olim visitatores procurationem duntaxat in victualibus, & non in pecunia recipere possent, vt dictum est: tamen per Decretalem Bonifacij VIII. quæ incipit, Felicis, de censi. lib. 6. sancitum est, vt Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, & alij quibus ex officio competit visitare à volentibus ecclesiarum, & locorum uisitatorum rectoribus, seu personis pecuniã recipere ualeant pro sumptibus

ptibus moderatis faciendis in victualibus diebus, quibus visitationis officium impeditur. Fuit autem prædicta prouisio facta propter multa incommoda atque dispendia, quæ propter antiquas constitutiones disponentes quòd tantum in victualibus procurationes recipientur tam à personis visitantibus quã locis & ecclesijs visitatis quotidie proueniebãt.

¶ Quid enim si visitatus presbyter ruralis qui forte non nisi vnum gausape & vnum manutergium, & vnicum habet lectulum, quomodo procurabit, & quomodo hospitabitur episcopum, cum forte nec domus sufficiat, posito quod in reliquis abundaret, & quomodo episcopus in vili loco manebit? Vtilis ergo & quodammodo necessaria fuit prædicta prouisio. Nec obst. quòd possint portari victualia ad locum competentem, quia talis delatio posset esse valde onerosa, vt dicit Ioan. Andr. in d. c. felicis. Et no. quòd in electione visitatorum est, vtrum velint procurare in victualibus, an in pecunia, vt patet ex illo tex. dum dicit, volentibus. Vel verius dicendum est, quod in recipienda pecunia pro victualibus debeat concurrere vtriusque consensus & visitatoris & visitati. Nec ex eo quòd aliquando visitator, & visitatus fuerint pacti de soluenda pro victualibus pecunia, successores ligantur, vt visitator vel visitatus in noua visitatione pecuniam inuitus soluere aut recipere cõpellatur, secundum Io. And. in d. c. felicis. Et est aduertendum quòd non solùm possunt conueniri de pecunia numerata, sed etiam in quibuscunque aridis & liquidis, vt frumento, ordeo, vino, pullis, & similibus: dummodo seruetur moderamen, de quo in d. cap. felicis. verùm quia olim per huiusmodi Decretales non erat taxata certa quantitas, hodie per constitutionem extrauag. Benedicti quæ incipit, vas electionis, secundum diuersitatem prouinciarum & locorum quantitas est taxata: cuius constitutionis verba lege in loco suo.

¶ Cùm autem in victualibus procuratio fiet, dicendum quòd victualium appella. continetur esus potus & stramenta, & omnia huiusmodi ad viuendum necessaria. ff. de verborum signific. l. verbo victus. ff. de alimen. & ciba. leg. l. legatis. §. item calciarum. Et hæc nõ videntur remissa, si de omnibus alimentis transactum sit, nisi specificentur. ff. de transact. l. cum hi. §. eum qui transigit. Cauere tamẽ debet visitator ne vltra facultates grauet ecclesias. c. cũ Apostolus. & c. sopitæ. de censi. vnde dicit Hostien. ad episcopum: Considera ne fimilia & mella fastidias, qui natus est in paupere domo, & tugurio rusticano. & cap. 25. d. c. ecce Princeps. & caue ne de te dicatur, solus episcopus incumbit domui, & c. 93. d. c. diaconi. vltra medium, secundum Io. Andr. in cap. 1. de censi. lib. 6. Et ad prædicta vide glo. super ver. prouidere. c. si episcopus. de offic. ordin. & glo. 10. quæst. 2. c. episcopos. & glo. 31. d. c. omnino. & tex. in l. fi. §. 1. C. de his qui ad eccle. confu. & tex. in l. verbo victus. cum seq. ff. de verbo. signif. vbi tex. dicit quod continentur quæ esui potuique cultui corporis, quæque ad vtendum viuendumque homini necessaria sunt. & vestis secundum Labeonem, & cæteræ quibus viuendi curandive corporis gratia vtimur. Et tradunt Io. An. Gof. & Docto. in c. cum secundum. de præbend. vbi etiam dicit Io. de Imo. post Docto. quòd ad considerandum prædicta considerari debet qualitas debentis recipere, quæ fit vt plerisque episcopis mihi cognitis potius boues, quàm perdices aut capones sint præparandi. Insuper quantitas vel facultas debentis præstare, & qualitas, & cõsuetudo regionis. no. gl. in ver. successionis. in d. c. cum secundum. facit quod traditur in l. cum alimen. ff. de alim. & cib. leg. & l. pen. §. 1. ff. de vsu & habit. lega.

¶ Visitantibus autẽ monasteria si victualia procuranda sunt, non coarctantur visitatorum cibis se conformare, sed cibi debitas procurationes de iure communi, cõsuetudine, priuilegio, vel alio iure speciali, puta pacto, vel honore tempore fundationis impositæ in domibus ipsorum monasteriorum: extra tamen septa ipsa: non tamen infra portam, quã regularem appellant carnium pro cõgruentia temporis, si voluerint priuilegio non obstante quæcunque cibaria ministrare debent, vt est tex. in clem. 2. 2. versic. ipsis autem. de censi. & ideo dicit in domibus eorum priuatorum, vel ecclesiarum, etiamsi domus essent ad hoc aptæ, nisi Prælatis ipsis consentientibus procurari, secundum glos. super ver. ipsorum. in d. clemen. 2. Est tamen aduertendum quod si extra portam regularem non est aliquis locus aptus ad procurandum Prælatis, quòd poterit hoc casu ratione necessitatis infra portam regularem procurari, secundum glo. super ver. regularem. in dicta clemen. 2. alleg. c. consilium. de obser. ie. vbi propter necessitatem est licitum carnes tempore à iure communi prohibito comedere: ergo eadem ratione dicto loco licitum esse illas comedere. arg. sumpto de tempore ad locum quod validius est. ff. si certum pet. l. vinum. ff. de triti. l. fin. c. de causis. de offi. deleg. c. 1. de plus pet. & probatur de regu. iur. cap. quod non est. Et ad id quod dictum est de necessitate, videnda sunt quæ latè & notabiliter scripsi in c. si quis propter. de furtis, secundum glo. super ver. regularem. in clem. 2. de censib. Stat ergo in voluntate visitatorum, vtrum velint tempore congruo de carnibus procurari. Prædicta tamen sunt vera in religiosis non priuilegiatis. Subdit tamen quod et si essent priuilegiati, fatẽdum dici posse quod cum priuilegium religiosorum nõ tollatur intra portam, quòd tunc prælati secundum formam priuilegij debebunt esse contenti cibis regularibus, quando procurabuntur intra talem portam, secundum glo. prædictam. Quod tamen dictum est intra talem portam comedi carnes, procedit vbi religiosi non haberent priuilegium, quod cõsueuit esse secundum Zenze. quòd superuenientes in monasterio non comedant carnes, sed dispositioni regulæ relinquantur, secundum Gul. quod tamẽ ego intelligo secundum præcedentem limitationem glos. Sed ad omnia dubia fugienda, & tollendum scandalum, honestum est quòd visitator declinet ad monasteria eo tempore, quo carnes non comeduntur, videlicet 6. & 7. feria, vt sic eisdem vtantur cibarijs quibus monachi. Sed cum non vult tali tempore declinare, & non vult cibarijs regularibus vesci, non potest cogi. facit 40. d. cap. non coguntur, secundum glo. super verbo, voluerint, in clemen. 2. de censib. dixi supra. Nec debet visitator exquirere cibaria, aut epulas nimium sumptuosas, vt c. cum Apostolus. de censib. de quo ibi per glo. ad quod vide quod dixi inf. eo. lib.

lib.q.8.post princ. Nec pro soluenda procuratione possunt ornamenta alienari, vel pignorari. de quo infrà dixi in q.8.ver. & aduerte, quia non debet rector. Et prædicta procedunt in procuratione debita visitantibus ex officio eis incumbēte. Sed si charitatiuè hospitalitatis causa ad monasteria venerit, supradicta victualia gratiosè recipiant, quæ charitatis gratia eis fuerunt ministrata, text.in clem.2.de censi. ver. nos ergo.

37 ¶ Septimò quæro, propter quas causas, & quo iure procuratio debeatur. Sol. Dicendū est quòd plures sunt rationes & causæ, propter quas huiusmodi procurationes debentur. Prima, quia naturæ consonum est illos non recusare onera, qui eorum commoda complectuntur, vt est text. in clem. 1. in princ. de censi. & probatur in reg. secundum naturam. ff. de reg. iur. & in regula, is qui sentit onus. de reg. iur. lib.6. vnde dicit lex, non est qui lucrum amplectitur ferendus, & c. l. 1. §. pro secundo. in fi. C. de cad. tol. Secunda, qui in vno grauatur, debet in alio releuari. l. eum qui. in prin. ff. de iureiuran. & in c.2. de parochiis. Tertia ratio colligitur ex decisione c. cùm instantia. de censib. quod cum visitator pro ipsis visitatis laboret, sequitur vt ab illis subsidium reportet. Quarta ratio sit, ex quo visitans seminat spiritualia, conueniēs est vt temporalia metat, vt in c. cum ex officij. de præscript. & in c. felicis. prope fi. de censib. lib.6. secundum Host. in c. venerabili. de censib. & Zab. ibi. Quinta ratio, quia datur ratione officij, & in signum subiectionis, vt no. Dom. me. in c. procurationes. & c. venerabili. de censib. Sexta ratio, vt facilius Prælati inducātur ad visitationem, sicut videmus in canonicis, quibus quotidianę dantur distributiones propter interessentiam diuinorum, licet de iure teneantur ad diuina officia. ca. 1. de cleric. non resid. lib.6. secundum Dom. meum in d. c. procurationes. Septima ratio est, quæ colligitur ex cap. cum instantia. de censib. videlicet quod datur propter solicitudinem, quam Prælatus gerit visitando & prouidēdo ecclesijs. ex quo infert Goffred. & post eum Zab. ibi, quod cessante visitatione procuratio non debetur, de quo statim subijciam. Octaua ratio est, quia dicitur visitando quodammodo militare: & nemo suis stipendiis militare debet. 12. q. 2. charitatem. Apostol. ad Corinth. c.9. de præscript. c. cum ex officij. & ibi tradit Dom. meus. Nona ratio, quia datur, ne visitatio negligatur, vt refert Ioan. And. post Innoc. & Dom. me. in c. cum ex officij. de præscrip. quia procuratio annexa est visitationi. ca. cum venerabilis. de sent. & ibi Zab. & in c. venerabili. eod. tit. Et ex prædictis infertur, quòd cessante visitatione visitanti non debetur procuratio, secundum Goffr. in c. cum instantia. de censib. & probatur in c. procurationes. eo. tit. & ibi tenent doct. Dom. me. & Zabar. & probatur in c. 2. de censib. lib.6. ibi dum text. dicit, procurationem sibi ratione visitationis debitam. & c. felicis. de censib. lib.6. ibi, locis personaliter uisitatis. & c. si episcopus. de offi. ord. lib.6. tenet Ioan. And. in addi. Spec. in tit. de censi. in vltima addi. vbi subdit, quod prædicta non esset dubia q. Dom. Thomæ de Piperato de Marchione Montisferrati, qui debebat habere ab uniuersitate cuiusdā castri quolibet anno duas albergarias: cum uerò per quinquennium stetisset, quibus non iuit ad castrum prædictum, nec procurationes recepisset: quærebatur, vtrum posit petere æstimationē illarum albergariarum. Et prædicta quæstio etiam posset esse vtilis Canonistis in procuratione quæ debetur prælato ex constitutione, uel ex pacto secundùm c. quanto. de censibus. de quo statim subiiciam. tenuit Tho. quòd non posit, & maximè illa ratione, quia tacitè uidetur actum inter partes illas albergarias præstari si Marchio ad castrum iuerit. facit c. cum venerabilis. de censib. vel cum ad ecclesiam ipsam accesserit. Et quod tacitè agitur, pro expresso habetur. ff. si certum pet. l. cum quid. ff. de seruit. l. sicuti. ff. de oper. lib. l. quatenus. circa finem. Et mentem ponderamus. de elect. c. si postquam. §. 1. lib.6. cum concord. Item qui aliàs esset in potestate Marchionis nō eundo ad castrum recipere aliud pro alio, uidelicet ęstimationem pro albergaria, & hoc licet communi cōsensu fieri possit uni, tamen soli parti non licet. ff. de arbit. l. si quis rem. facit C. de contrahen. emptio. in l. in uenditis. Item notabilis esset inęqualitas quòd creditor à debitore inuito reciperet aliud pro alio, quod debitū inuito creditori solui non posset. ff. si cer. pet. l. 2. §. mutuum datum datur. in fi. ff. de sol. l. eum à quo. seruetur ergo ęqualitas. C. de fruct. & lit. expen. l. fi. & ne liceat actori &c. ut in regula, non liceat. lib.6. & sic Ioan. And. in dicta addi. & mihi placet. Et prędicta procedunt in procuratione debita de iure cōmuni, ut Archiepiscopo, Episcopo, & similibus qui procurari non debent, nisi personaliter uisitent. Si tamen fuerint impediti, quia non posint personaliter uisitare, & propter hoc per alios uisitent: tunc illi uisitatores procurabuntur, ut legitur, & not. de offic. ord. cap. inter cætera. & in cap. si episcopus. de offic. ordin. lib.6. Prædicta tamen non procedunt in legatis, sed in illis distinguendum est, quod aut loquimur de legatis, de latere, aut de aliis legatis, puta missis, uel natis. Primo casu dicendum est, quod recipere debent procurationem, licet personaliter non uisitent, ut in cap. procurationes. §. hoc adhibito moderamine. de censibus. Secundo casu cum loquimur de legatis missis, uel natis, & isti non recipient procurationem nisi personaliter uisitent, vt dicto cap. procurationes. 1. respon. tenet Spec. in tit. de lega. §. superest. uersic. illud non est omittendum. & hæc est una differentia inter legatos de latere, & alios. de alijs differentijs not. cap. 1. de offi. leg. lib.6. Et hoc procedit quando legatus uult colligere procurationes per totam prouinciam sibi commissam. Aliàs quicunq; legatus sit missus, uel natus, siue nuntius, qui in aliquo loco habeat moram trahere, potest procurationem exigere, ut in d. cap. procurationes. & c. cum instantia. de censibus. quia in eis habet locum ratio quæ tangitur, dicto cap. procurationes. & idem Innocent. cap. tua. de consang. & affin. cum aliis iuribus uulgatis. Et idem tenet Spec. dicto uersic. illud non est omittendum, dicens, quod si oportet in uno loco necessariam moram trahere, moderatas recipiet procurationes ab aliis ecclesis, uel personis, quæ nondum fuerunt de suis procurationibus aggrauatis, & secundum prædictam distinctionem intelligo dictum Domini mei in dicto cap. procurationes, qui dicit, quod legatis etiam nuntijs debetur procuratio, licet nō visitent,

fitent, quia procuratio non datur illis principaliter ratione visitationis, sed quia subeunt onera aliorũ. cap. 2. de offic. leg. lib. 6. facit cap. cum instantia. de censibus. & c. ego N. de iureiuran. de Archiepiscopo, si pro negotio totius prouinciæ oporteat ipsum in aliquo loco moram trahere, est continuè procurandum, cap. 1. de censib. lib. 6. iuncta glo. 1. versicu. visitatur. tenet Hostien. & Ioan. Andr. in dicto cap. procurationes. quia eadem est ratio in ipso quæ in legato. ergo idem ius, vt dictum est. Nec obstat, si diceretur quod licet ubi eadem sit ratio iuris communis, idem ius esse censeatur: non tamen vbi est eadem ratio priuilegij, ibi idem debet conferri priuilegium, nisi à Principe impetretur. de priuileg. cap. sanè. quia responderi potest, quòd illud procedit in priuilegio non clauso in corpore iuris, secus si clausum sit in corpore iuris, secũdum Host. & Io. An. Sed dicit Henric. Bohic. d. cap. procurationes. quod tutius est, & maximè hodie, quòd non ratione visitationis à locis uicinis, vt dicit tex. in cap. procurationes, sed potius ratione communis honoris procurationes à tota prouincia communiter exigantur, cap. in singulis. de statu reg. & de procurat. cap. cum pro causa. soluo eo quod dicitur in dicto c. procurationes. vers. & cum aliquæ. Si verò procuratio non est debita de iure communi, sed fortè ex onere apposito in fundatione ecclesiæ, vel consuet. vel priuilegio, vel compositione legitimè facta, hoc casu distinguendum est, quòd aut debetur illi qui non habet uisitationem, sed tantum procurationem, & tunc procurari debebit, licet non uisitet, quia non potest ex fundatione. patet decimaoctaua, quęstio. 2. cap. Eleutherius. de censib. cap. præterea. & cap. sopitæ. & cap. cum venerabilis. & cap. quanto. decimaoctaua, quæst. 2. cap. seruitium. clemen. 1. de censib. & ibi glos. super ver. speciali. & Guliel. etiam ex consuetudine quãdoque debetur archidiacono. De priuilegio habetur etiam 16. quęstio. 1. cap. possessiones. de excess. Prælat. accedentibus. de immunit. eccles. De compositione patet in dicto c. quanto. secundum Gul. & Ioan. de Imo. in clemen. 1. de censib. ad quod videnda quæ diximus infra eod. lib. quæst. 14. vers. quarto quęro. ibi. 5. lib. Aut est debita tali qui etiã habet ibi visitationem: & tunc procurari non debebit, nisi visitet. d. c. procurationes. primo responso, vbi denegatur procuratio habentibus visitationem, & ipsam non exercentibus: ergo multo fortius ipsam habentibus de iure speciali, cum ius commune magis debeat ampliari, quàm speciale. ff. de cond. & demon. l. mulieri & Titio. & in Authen. de non alie. aut perm. reb. eccl. §. quia verò. col. 2. secundum Henr. in d. c. procurationes. & ferè omnia p[ræd]icta traduntur per Hostien. in summa in titu. de off. archid. §. quid sit eius officium. ver. sed nunquid plures. & vide etiam ad prædicta quæ dixi infra eod. articu. quæstio. 5. in prin. sed & satis dicuntur loca visitari, ita vt debeatur procuratio, siue personaliter visitet, siue ex causa legitima ad locum cõgruum pro visitatione conuocet, vt dicit glos. super ver. visitat. cap. 1. de cens. libro 6. vt dixi eod. articu. quæstio. 5. in princ. Et ex prædictis colligitur quo iure debeatur procuratio. Quandoque enim debetur de iure cõmuni. Quandoque ex onere apposito in fundatione ecclesiæ. Quandoque ex compositione legitimè facta. Est tamen aduertendum, quòd quamuis procuratio debita ratione visitationis solummodò visitantibus regulariter debeatur, vt dictum est: non tamen debetur propter visitationis, aut consuetudinis, aut similis causæ actum, sed pro labore viæ, & ex causis supra positis, & ex iuribus ibi alle. vt probatur in ca. 1. de censib. lib. 6. Et quamuis in propria ciuitate uisitando vel consecrando laboret: debetur tamen sibi procuratio, vt no. Gotfred. in summa in tit. de simonia. §. sunt autem. ver. minus autem. per c. statuimus. 1. q. 1. vbi hoc idem no. Archid. tenet Henri. Bohic. in cap. cum Apostolus. de censib. & hoc ultimum uide quod dixi supra eo. lib. 5. vers.

38 ¶ † Octauò quæro, quanta & qualis debeatur visitãtibus procuratio. Sol. Dicendum est quòd procuratio debet esse honesta, modesta, seu moderata, vt in cap. cum instantia. de cens. Ne breuis hora longo tempore quęsita consumat, vt ibi singulariter dicit glo. 3. in d. cap. cum instantia. Quod illud semper obseruandum est, vt secundum facultates ecclesiarum procuratio exhibeatur, 10. quæst. 3. c. inter cætera. & c. fin. & c. cum Apostolus. & cap. ex parte. & cap. cum nuper, de cens. Si enim tenuis est ac parua, extraordinario auxilio seruanda est. C. no. vect. l. 1. Imò à paupere non debet exigere. 1. quæstio. 2. cap. placuit. quia nec iudex exigit à pauperibus sportulas, in Authen. de man. princ. §. sit tibi. Nec tenuis vitæ homines sub aduentu officialium iniurijs affici debent. ff. de offic. præsi. l. illicitas. §. 2. facit cap. ea quæ. de censib. Et sic concludit, quod legatis dabitur lex ad bibendum, ne rubentibus buccis prædicent ieiunorum doctrinam, vt dicit Ioan. Andr. 35. distin. fastidiat. 12. quæst. 2. gloria Episcopi. bonis tamen & delicatis cibis vesci debent, vt d. cap. non cogam. & melioribus quàm dicit glo. in c. cum instantia. quæ est 3, quam supra allegaui. Nec super barbas pauperum comessationes siue conuiuia extraordinaria frequentent. Nam species furti est velle de alieno largiri. ff. de furtis. l. si pignori. §. fi. nam qui offert sacrificium de substantia pauperis, est similis illi qui victimat filium in conspectu patris. 14. quæst. 5. immolans. 1. q. 1. non est putanda. secundum Specula. in d. uer. illud ergo non est omittendum. Ioan. An. in c. procurationes, de cens. dicit quod curia legatis Cardinalibus taxat in itinerando florenos 40. pro die, in prouincia verò sibi decreta non fit taxatio, sed recipiunt 25. partem redituum, & tradit Io. Andr. in addi. Specu. d. vers. illud. Ex prædictis potest sumi vniuersalis doctrina, quòd procurationes debent præstari secundum qualitatem visitantis, secundum qualitatem temporis, secundum consuetudinem loci, & si ibi non appareat secundum consuetudinem proximorum locorum. c. super eo. de censi. & secundum quantitatem redituum illorum, qui illas præstare tenentur: secundum ergo prædictas consuetudines debet esse moderata & modesta. Nec enim luxuria cuiusque in expensis sequenda est semper. de damno infecto. l. ex damni. Et cauere debet à sumptuosis epulis, vt c. cum Apostolus. de censibus, & ibi vide glos. vnde Seneca epistola 5. inquit: Sicut desiderare res delicatas luxuriæ est: ita visitatas & non magno parabiles fugere dementiæ est. Narrat Valerius, lib. 2. cap. 4. Duronium

ronium remotum à senatu, quia legem limitantem conuiuia abrogauerat. Debet autem ipsa præstari procuratio, vt nulla ecclesia, nullusq; Prælatus vltra facultates proprias prægrauetur. tex. est, & ibi not. Dominus meus in cap. cum instantia, de censibus. & vide ibi glo. Præstari tamen debet integra, & nō per partes, sicut nec opera liberti. l.libertus. si seruu. vendi.& Ioan. And. & Henr. Quod dictum non video qualiter posiit procedere in cibarijs, nisi dicere, quod si vna ecclesia nō sufficeret propter quod plures adinuicē conueniant, vt statim dicam: non potest præstari procuratio ab vna ecclesia, sed omnes simul debēt integram procurationem præstare, vel posset procedere, si fortè procuratio esset præstāda in quantitate. Et quamuis lōgo tempore minor debito procuratio præstita esset: non tamen præiudicaret visitanti, quo minus integram exigere posiit, vt not.Specul.in tit.de cens.§.fin.versic.fin. Et Henric.in cap.cum ad quorundam. in fine, de excessib. Prælator. Nec obstat l.aduersus,& l.quamuis. C.de vsuris.quoniam secundùm Specul.illud procedit in odium vsurarum. Vnde notandum est, quòd si vna ecclesia potest integram procurationem soluere, illam soluat: Si verò propter paupertatem non potest integram procurationem soluere, tunc duæ, vel plures ecclesiæ coniunguntur. simile habetur Exodi cap. 100. & in sexta,& septima feria Dominicæ Passionis. vbi dicitur, quod si minor fuerit numerus personarum, qui non sufficiat ad vescendū agnum, assumat sibi vicinum, qui iuxta numerum personarum sufficit ad esum agni. Vnde si procuratio ascēdit ad quadraginta, & vna non potest nisi viginti soluere, coniungitur ecclesia ęqualis sibi, & sic facient integram procurationem. Si verò procuratio ascenderet ad triginta, & vna ecclesia non esset potens, nisi in decem, adiungetur sibi alia ecclesia, si est potens in viginti, vel duæ aliæ, si quilibet est potens in decem: caueat tamen rector, quòd nihil fraudis committat: nec aliquid confingat: si non vult peccatum inobedientiæ incurrere, vt patet in eo, quod legitur, & notatur in cap. cum instantia, de censibus. Dicebant tamen quidam, quos refert, & etiam videtur sequi Hostien. quòd Archiepiscopus visitabit tantùm ecclesias opulentas: pauperes verò, cùm aliquid de illis sinistrū audiet. Sed prædicta opinio non est vera, vt dixi suprà lib. 6. quæstio.8. vnde dicit Zabarel. quòd plures tales ecclesias visitabit eadem die, & ab omnibus exiget vnam tantum procurationem, vt in cap.procurationes. de censibus. & cap.felicis, de cens.lib.6. & idem etiam tenet in cap.cum instantia, eodem tit. Ad idem facit, quod not. Archid.in cap.1.de censi.lib.6.vbi reprobans opinio. Hostien. qui innuit, quòd si locus non sufficit ad procurationē episcopi, est iusta causa non accedendi, & sic non visitandi. Sed Archid. tenet contrarium, vt dixi: quia licet ecclesię sint pauperes, tamen sunt visitandæ, & omnes cōtribuent, per c.cum instantia,& cap. procurationes, de censibus. Et ad hoc vide, quæ dixi supra, lib.8. Idem tenet Speculat. in tit.de legato. §. superest. versic. illud quoque non est omittendum. Fiat autem contributio, iuxta possibilitatem,& facultatem cuiusque Ecclesiæ pro sua virili portione, argum. Clement.2. de cens.& ibi notat Ioann. de Imo.& probatur optimè in cap.conquerente, de offic.ordi.ibi, nisi quantum pensatis facultatibus. Quare si vna plus alia facultatibus abundat, plus cōtribuet: & si ęqualiter abundant, ęqualiter contribuent. Et si ęqualitas non seruaretur, possent subditæ licitè conqueri.facit, quod habetur in l.1. & in l.qui se grauatis. C.de censi. & per ea, quæ lib.11. tenet dom.Anton.in dicto cap. conquerente.Qui dicit se aliàs de facto consuluisse. & sequitur ibi Ioan.de Imo. Et si ecclesia visitata esset omnino pauper, ita quòd nihil ad procurationē posset contribuere, debet Prælatus suis sumptibus visitare. no.glo.in dicto cap.procurationes.& Ioan. Andr. & Doct.in dicto cap.conquerente, de offic. ordin. per cap.licet, de cens.& Stepha.in Clem.1.de cens. Licet ergo teneatur semel in anno visitare, & etiam posset pluries visitare, maximè exigente necessitate, vt dixi infra, lib.12. nō tamen poterit procurationem recipere etiā à uolente, sed eo casu suis expensis uisitabit. 10.quæstio.3.cap.cauendum. 1. quęst.2.placuit. 18.quæst.2.cap.visitandi, in fine. & cap.cum Apostolus, in prin.& fine, tenent Fon. Vincen. Bern. Host. & Ioan. And. in c.cum Apostolus. & Laur.& Roffr. prout ipse no.in libellis iuris canonici, rubri. de procurato. §.illud quæritur. & Ioann. Goffr. Vincen.& Hostien.in cap.venerabili, eod.tit. Ioan. Andr.& Henr.in d.cap.procurationes. & Archid.cap.1.in prin.de cens. lib.6. Et quòd suis sumptibus dicto casu teneatur uisitare, tenet etiam Domin. in cap.venerabilis, de cens. & c.cum instantia, eodem tit.Zabar.in cap.cum nuper, in fi.& cap.procurationes, in fi.eo.tit. & Lapus Abb. & do. Domi. cap. fin.de cens.lib.6.facit quæ dixi infra eodem lib. quæst.14. vers.decima quæstio. suis ergo stipendijs in casu prędicto debet Prelatus visitare, vt dicit glo. in cap.venerabilis, de cens.argum. 10.q.3.cap.cauendum.& 18.quest.1.cap.nam nunc.& per glo.c.cum instantia, de cens.& tenet etiam Archid.c.1.de censi.lib.6.quia ad hoc sunt sibi reditus episcopales deputati.cap.cum ab omni, de vita,& honest.cler.dixi supra lib 8. Nec obstat de offic.ordin. cap.conquerente. vbi dicitur, quòd nomine procurationis non potest amplius exigi, quàm pēsatis facultatibus moderatè possunt exhibere. Et sic videtur innuere, quod aliqui debeant conferre. Sed dicit Archid.cap.1.de cens.lib.6. quòd si ecclesia est penitus impotens, nihil contribuet. sic loquitur c.placuit. 1.quæst.2.aut non est penitus impotens: quia potest aliquid procurare, sed non integer, quia semper debet haberi ratio, ne ministri ecclesiæ egeant. facit ff.de reg.iur. l.in cōdemnatione.& ne fraudentur alimentis.ff.de cessio.bonor.l.qui bonis.dicit enim Archid.in cap. cum instantia, & cap. procurationes, de cens. Non obstat, quia quo ad contributionem nō loquuntur de Prælatis visitātibus, sed de legatis,& nuncijs.imò capit. procurationes. facit contra eum prætermissis episcopis, de quibus prętermiserat contributionē, promittit solis legatis,& nuntijs, ar.25.d.c.qualis. & sequitur Io.An.c.1.de cens.lib.6. Et aduertendum, quia non debet rector ecclesiæ pro soluendis procurationibus ornamenta ecclesiastica alienare, nec etiam pignorare, vt dicit tex. in c.cum Apostolus, de cens.& ibi Doct.ad quod vidēdum cap.1. de pignor.& clem.si beneficiorum, de decimis.

¶Sed pone, ecclesia visitata dicit se impotentem, vi-

visitans dicit eam potentem, cui credetur, aut quis tenetur probare? SOL. Hostien. in cap. procurationes distinguit quod aut euidenter constat quòd est potens secũdum communem famam. ff. de fun. instru. l. cum de lanionis. §. asinam. & ff. qui satisda. coga. l. si verò. §. 1. & tunc compellitur procurare. Aut euidenter liquet quòd eget: & tunc non cogetur. ar. c. Odoardus. de solut. Aut dubitatur, & tunc potest Prælatus si vult exigere iuramentum quòd veritatem dicet, & stabit dicto suo. ar. cap. fin. de iureiuran. potest etiam ipsum excommunicare si suspectum habet sub hac cõditione, si in fraudem vel falsò asserat se impotentem. argumen. cap. præterea. de appellatio. & sic relinquent eum conscientiæ suæ. de iureiuran. cap. mulieres. secundum Hostien. dicto cap. procurationes. quem ibi sequuntur Ioan. And. & Zab. & Dom. meus, & Henr. quod autem possit sic excommunicari, facit de sententia ex commun. c. sacro. vers. quid si talis. & quod no. Abbas ibi super ver. dubitari, de illo quem iudex excõmunicat, quia non soluit illud in quo est condemnatus, qui dicit quod non habet vnde soluat: cum tamen fama sit quòd sit diues, & soluendo. Similiter no. Hostien. in summa de postula. §. quid pertinet. sub §. quid si clericus. & Spec. in titu. de aduoc. §. 1. vers. sed nunquid cogi. Et ad id quod dictum est, quis teneatur probare ecclesiam esse nõ soluendo, seu ecclesiam non sufficere: vide glo. & Doct. in cap. quoniam. de vita & honesta. cler. & ibi per Ioan. de Imo. & Dom. meum in cap. 1. de præsump. & per Iac. de Are. & Nico. l. paupertas. de excusat. tuto. & l. si constante. & per Bar. & Mod. ff. solu. matrimo. & l. vbi. C. de iure dot. & quod latè scripsimus in titu. de procur. Sed quæro, quid si vna ecclesia soluit pro pluribus ecclesijs, secundum quod supra diximus, qualiter concipiet libellum contra aliam ecclesiam. SOL. Dic quòd poterit libellum hoc modo concipere.

¶ Coram vobis, Reuerendo in Christo P. & Domino, Domino Iohanne de Agazaria de Sena, dignissimo Episcopo Grosseti, propono ego M. Plebanus plebis sanctæ Mariæ de Campagnatico diœcesis Grosseti pro me, & A. B. C. D. E. quorum procurator sum contra G. H. I. &c. quod cum de anno M.CCCCLV. Iacobus Picininus cum gentibus suis inuasisset territorium Senense, & inter alias diœceses, diœcesim Grossetanam: Beatissimus in Christo pater Calistus III. piè ac iustò considerans fidelitatem & obedientiam, quam Senenses ad Romanam ecclesiam, sedemque Apostolicam habuerũt, & quod semper fuit, & est, & erit quasi quædam sedes patrimonio beati Petri, & Romanæ curiæ intendens optimi pastoris more Senensium indemnitati prouidere cum gentibus suis quas ad Senensium defensionem transmisit simul cum ipsis gentibus, Reuerendissimum in Christo Patrem & Dominum, Dominum Episcopum Nouariensem misit legatum.

¶ Quare ijdem per Grossetanam diœcesim transeunt, ego & prædicti A. B. C. D. E. procurationem exhibuimus, in qua exposuimus decem modios frumenti, centum bariles vini, decem vitulos, viginti castrata, quadraginta hœdos, centum paria caponum, quinquaginta modios hordei, & in ouis, piscibus, caseo, & pluribus alijs debitis procurationibus necessarijs exposuimus florenos viginti, quæ procuratio erat ab omnibus clericis vestræ diœcesis exhibenda. Quare tam nomine meo, quàm prædictorum rectorum peto per vos & vestram sententiam ipsos G. H. I. &c. & quemlibet eorum condemnari ad conferendum debitam ratam iuxta ecclesiarum suarum facultatem vestro arbitrio declarandam & æstimandam, & ipsos sic condemnatos &c. & hæc forma iustificatur ex his quæ superius dicta sunt, & per Specula. titu. de censibus. in princip. Ad quod etiam videnda quæ latissimè scripsi, cap. 2. de libel. oblatio. duodecimo princip. articu. per totum, sed maximè decimaquinta quæstio. princip. & sequen. Nec licet visitanti nisi vnam procurationem recipere vna die, siue vnum locum visitauerit, siue plura, etiam si locus quilibet visitationi ab illo satisfaceret ad procurationem integrè persoluendam: cum eidem sufficere debet, vt temporalia metat à locis personaliter visitatis, pro diebus quibus ei spiritualia subministrat. text. est cap. felicis. vers. adijcientes. de censibus. lib. sexto, & glos. etiam penult. vbi assignat rationem, quia aliàs posset Prælatus totam ciuitatem vna die visitare, & tot procurationes recipere quot ibi essent ecclesiæ, quod esset absurdum. Et ideo numerus procurationum nõ debet excedere numerum dierum, vt dicto cap. felicis, & cap. procurationes. de censi. & no. glos. super ver. vno die. clement. 2. de cens. Et quia cum visitatio sit principale, & procuratio accessorium visitationi vnius diei, plurium dierum procuratio accedere non debet, quoniam accessorium suo principali maius esse non debet. not. Ioannes Andr. Dom. Domin. dicto capit. felicis. Nec ab vna ecclesia potest plures procurationes recipere, nisi indiguerit visitari pluribus diebus, & fuerit visitata, decima, quæstio. 3. cap. inter cætera. Dom. Domin. cap. felicis, de censibus. lib. sexto. Et si Prælatus qui duplici iure potest visitare: puta tanquam Archiepiscopus, & tanquam legatus, diximus supra lib. quarto, in fi. si visitat eundem locum diuerso iure plures potest procurationes recipere, vt probatur in cap. cum nuper, de censibus. quod intelligo quando secundam visitationem fecit ex causa, vt etiam ibi no. Dominus meus: aliàs si confestim primam visitationem fecit: secunda videtur esse de superfluo, & non nisi vnica uidetur deberi procuratio secundum Zabar. dicto cap. cum nuper. facit l. qui bis idem. ff. de verborum obligat. Et eo casu quo duplex procuratio debetur, si simplex procuratio soluatur, nec aliud exprimitur, intelligitur soluta nomine legationis, cum minus possit resisti legato, quàm Archiepiscopo, & solutio præsumitur facta in duriorem causam. l. in his. in princ. ff. de solut. secundum Zabar. in cap. cum nuper. de censibus. ego dico hoc verum, habita tamẽ distinctione & consideratione, de qua in l. prima, secunda, & tertia. ff. de solutio. Sed circa prædictam quæst. cum supra lib. 5. dixerimus quòd potest contingere, quòd eadem ecclesia visitabitur per Primatem, & per Archiepiscopum duplici iure, videlicet iure metropolitico. Item, quia sit legatus natus, & etiam per Episcopum, & per Archidiaconum, aut Abbatem: & per prædictos etiam quandoque

doque potest reiterari, vt diximus infra, libro duodecimo, & hoc præter visitationem quam faciunt legati & nuntij Apostolicæ sedis. quomodo poterit ecclesia tot sufficere ad procurandum? SOL. Dicendum, vt duodecimo libro latiùs tractauimus. Sed circa prædictam quæstionem, vtrum vltra debitas & modestas procurationes per Archiepiscopos, Episcopos, & similes visitatores aliquis exigi possit locus visitatis? & dicendum est quòd non. Vnde non possunt eligere expensas quas in eundo ad locum illum visitandum fecissent, nec etiam vecturas equorum conductorum, aut emendam equorum mortuorum, aut vestium destructarum aut amissarum, aut pro ferraturis ipsorum equorum, & nedum quid exigere: & sic ab inuitis extorquere non possint, imò nec à volentibus prædicta aut aliquid aliud recipere debent. tex. in cap. secundo. de censibus, libro sexto. Sed idem Innocen. in capitu. procurationes. tenuit contrarium, vt dicit Garzias, quod sequuntur Hostien. & Guliel. quos refert gl. super ver. pecuniam. in dicto capit. 1. de cens. lib. sexto. & sic Innocen. videtur fuisse sibi ipsi contrarius. Sed pro concordia & solutione vtriusque opi. potest distingui ex mẽte Doctor. Quod aut nos loquimur in legatis & nuntijs Apostol. qui veniunt propter vtilitatem loci: & hoc casu procedit opinio Innocen. in capit. procurationes. & ita in veritate intellexit Innocen. vt dicit Ioan. And. quia illa opinio posita est super illa parte, quæ loquitur de legatis & nuntijs Apostol. sedis, & hoc fuit quod fecit errare Garziam, &c. Aut loquimur in Archiepiscopis, Episcopis & similibus visitantibus ex debito officij sui, & procedit prima: quia nec pro ferraturis equorum aut similibus aliquid exigere: aut volentibus visitatis recipere possint. Pro prima opi. Innocen. superius allega. quam etiam sequutus fuit Archid. facit capit. si episcopus. de offi. ord. libro 6. Hæc tamen opinio procedit, nisi esset talis indigentia in eo, qui debet visitare per quam impediretur visitatio, & sic potest saluari glos. præallega. super ver. pecuniam. dum dicit, si indigeant, secundum Ioann. Andr. ibi in nouel. facit capit. quod non est. de regulis iuris, & quod dixi latè in cap. si quis propter. de furtis. Nec etiam esculenta Archiepiscopi, aut episcopi, & similes vltra procurationem recipere possunt, secundum ea quæ diximus supra eodem lib. quæst. 6.

39 ¶ † Nonò quæro, in quo loco procuratio præstanda sit. SOL. Dicendum quod si loquimur de procuratione præstanda ratione visitationis, debet præstari in loco visitato. facit clement. secunda, de censibus, faciunt no. in l. fin. ff. de triti. & l. vinum. ff. si certum petat. & quam dixi in cap. dilecti. de foro comp. in 2. prin. art. 1. q. in prin. & hoc procedit vbi ad locum visitandum accedunt. Sed si ex causa rationabili ad alium locum uisitans visitandos vocaret, secundum ea quæ lib. 8. diximus: tunc eo loco procuratio exhibenda foret, in quo visitans visitationem expediret. Et si fortè eadem die plura loca visitaret, clarum est quòd si fit procuratio præstabitur in victualibus in loco vbi agit eo tempore quo victualia, vel pro prandio, vel pro cœna & equis sunt præstanda. Et quando declinant ad seculares in refectorio simul cum prælato, & alijs clericis illius loci præstari poterit, sed cum declinant ad regulam res seruanda est. clement. secunda, de censib. & quod traditum fuit supra eo. lib. quæst. 6. Si verò conuenit de procuratione præstanda in pecunia, poterit vbique præstari tam à secularibus quàm à religiosis. Si tamen ad monasteria diuerterent, seruanda sunt quæ diximus supra eod. lib. quæstio. 6. vers. visitantibus autem monasteria. Et prædicta procedunt vt diximus in procurationibus quæ ratione visitationis debentur. Procurationes verò legatis debitè præstãdæ sunt in loco vbi legati agunt, & legatis de latere etiã extra prouinciam illis decretã procurationes sunt ministrandæ, vt voluit glos. pen. cap. cum instantia. de cen. & Zabar. ibi & Hostien. & post eum Specula. in titu. de lega. §. superest. ver. illud quoque non est omittendum. ibi, Item legato de latere. Sed de hac procuratione omittamus, quia ad præsentem materiam non pertinet.

40 ¶ † Decimò quæro, pro quanto tempore, seu pro quot diebus debeatur procuratio. SOLV. Videtur dicendum quod pro vno tantum die debeatur. 10. quæstio. 3. cap. inter cætera. & cap. felicis. ver. adijcientes. de cens. lib. 6. Innocen. in cap. 1. de censibus. lib. 6. in ver. visitatis. dicit quod si pluribus diebus oportet uisitantem in vna ecclesia intendere semper procurabitur. 10. quæst. 1. placuit. nam si in dicto cap. 1. conceditur Archiepiscopo redire ante primam procurationem non completam. cap. fin. de cens. lib. 6. & iterum procurabitur: fortius secundum eum licet manere, & visitationem perficere. Nec obstat 1. quæstio. 3. inter cætera. quia intelligitur, cum vna die potest visitatio expediri. Nec est malignandum contra iura secundum Innocen. allegat Hostien. 18. quæstio. 2. capit. visitandi. & cap. non semel. Alij stantes in cap. inter cætera, dicunt quod c. placuit. est correctum, sed præcedens dictum communiter tenetur. Et ad cap. felicis, respondet Ioan. An. in dicto cap. 1. de censibus, lib. 6. quod non dicitur quòd vna sola die debeat procurari, sed quòd pro vna die solùm vnam procurationem debet habere etiam si plures visitat eadem die. Dicit etiam quod visitator communiter trahet moram in vna ecclesia per vnam diem, & partem alterius diei. Nam secundum aliquos postquã stetit per vnam diem in vno loco, die sequenti prædicat ad populum, & vadat ad vicinam ecclesiam ad prandium. Alij verò dicunt quòd procuratio incipit in cœna, & finitur in prandio die sequenti, & sic sunt duo dies, & ista est communis opinio Ioan. Andr. Hostien. Dom. Anton. & Dom. mei, in cap. cum Apostolus. de cens. & Ioan. Andr. post Hostien. in cap. 1. de cens. lib. 6. & Hostien. in summa, in tit. de offi. Archid. §. penult. ver. patet. per c. visitandi. & c. non semel. 18. q. 2. & Io. And. in c. 3. de cens. lib. 6. licet Vinc. in c. conquerente. de offic. ordin. dicat quod in huiusmodi visitationib. assiduis episcopus episcopalem procurationẽ non recipiet, nisi semel in anno per c. inter cætera. 10. quæstio. 3. & malè secundum Henr. Sed potest breuibus concludi ꝙ siue vnam siue plures eadem die ecclesias visitet, & visitans in victualibus si procurandus pro curabitur pro debito tempore, quo prandium & cœna ministrandæ sunt. Et si in vno loco reperiret se ho-

hora prandij, ibi procurabitur: si hora cœnæ, ibi cœna procurabitur, & si erit ieiunium, ibi pro ieiunij obseruatione comedendum, & si post ad alium locum vel plura loca diuerteret in quibus propter ieiunium non procuraretur, debent illa loca ecclesiæ quæ visitata sunt procurationi contribuere. Et idem dico de ecclesijs visitatis eadem die antequã ad locum vbi ieiunium soluitur visitator diuertat: quia & ipsę pro facultatibus contribuere tenentur. & si plures dies necessarium est moram trahere, pro omnibus illis diebus secundum qualitatem dierum in procurationibus prouidebitur, argum. dictorum iurium. Si verò de pecunia conuenirent, arbitror habendam considerationem temporis moræ tractæ in loco occasione visitationis necessitate. Illud etiam subiungo, quod si dies ieiunij occurrerent, non esset tanta pecunia æstimanda, quanta si bis in die procuratio esset præstanda: quia pecunia succedat ex compositione in locum victualium, vt diximus supra eodem lib. quæstio.6. ver. est tamen aduertendum. Et ideo pecunia tanquam subrogata in locum alterius debet illius naturam sapere, vt l. si quis cum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cau. & cap. maiores. de baptis. Esset tamen habenda ratio equorum & illorum, qui non tenentur ieiunare, & in nullo casuum prædictorum ecclesia visitata est vltra debitum grauanda secundum Ioannem Andr. in capitu. primo. de censibus. libro sexto. per cap. sopitæ. de censibus. Et siue procuratio præstetur in victualibus, visitatio debetur, & præstari debet. & hoc clarum in pecunia procuranda seruandum arbitror: quia vt dixi subrogatum in locum victualium quamuis secundum opinionem quorundam videtur dicẽdum quod debentur collectiones fructuum in fine anni. ad quod videda quæ sunt supra lib. 7. tractata.

41 ¶ † Vndecimò quæro, qualiter procuratio petatur, & de forma libelli. SOL. Distinguendum arbitror duo membra. Primum de legatis & nuncijs Apost. se. Secũdum de ordinarijs visitatoribus, quibus procuratio de iure communi debetur.

¶ Circa primum membrum dicendum, quod quando legati aut nuncij Apost. se. transeuntes aliquid postulabunt si ipsi præsentes, vel vicini sint debent facere copiam literarum suarum: Si verò sunt absentes illarum transcriptionem authentico sigillo sigillatam ostẽdere tenentur, alioquin nullus tenetur eis in aliquo respondere. Sed si ostenderint debet eis numero personarum & equorum in literis comprehenso, iuxta tempus quo eos morari contigerit, competenter prouideri: duntamen illi tradant suas patentes literas continentes quid, quantum, & quando receperint ab eisdem, quæ literæ locorum ordinarijs assignentur. Et si absentes per procuratorem, aut nuncium procurationem exegerint, soluentes debent transumptum literarum sub sigillo authẽtico retinere: & sic sub aliquorum testimonio soluere, nec petere procurationem, nisi ab illis, per quorum diœcesestransitũ fecerint: nisi fort è alicubi contigerit eos moram trahere, vel nisi aliqua diœcesis propter tempus moræ inibi factæ nimis in procurationibus sit grauata. Et hoc obtineret in legatis quibus in aliqua prouincia plenè legationis officium non est commissum, vt in constitut. Alexandri. 4. Solent autem legati & nuncij sed. Apost. literas super suis procurationibus mittere sub hac forma.

¶ Ludouicus domini Papæ nũcius, vel Apost. sed. legatus E. Episcopo Senensi salutem in Domino Iesu Christo. Cum pro negotijs Apostoli. sedis in tali prouincia amplius commorari nõ oporteat, & iam receptarum procurationum tempus completum sit, deuenimus ad præsens pro tot futuris mensibus die primo Maij incipiendis procurationes ordinatas recipere, facta igitur de concilio peritorum distributione æquali, ecclesijs ciuitatis & diœcesis vestræ tot libras pro dicto tempore duximus imponendas. Quocirca imponendi ac proportionabiliter exigendi per vos vel alium dictam summam cum moderatis ac necessarijs expensis, pro exactione huiusmodi faciendis ab ecclesijs vel ecclesiasticis personis exemptis, & non exemptis ciuitatis, vel diœcesis vestræ secundum vniuscuiusque ecclesiæ & loci facultates, prout soluere cõsuetum est, authoritate nobis in hac parte commissa paternitati vestræ præsentium authoritate plenam committimus potestatem. Nos verò ex nunc contradictores quoslibet & rebelles, si legitima monitione præmissa per vos de portione sibi legitimè imposita in prefixo eis termino satisfacere contempserint, in his scriptis excommunicationis vinculo innodamus: & eorum ecclesias ecclesiastico supponimus interdicto: quarum sententiarum denunciationem & publicationem: & prædictorum, etiam si necesse fuerit absolutionẽ & interdicti relaxationem post cõdignam satisfactionem vobis tenore presentium duximus committendas pecuniam ipsam nobis intra decem dies à præsentatione præsentium computandos omni excusatione & dilatione cessantibus per aliquem vestrum certum & fidelem nuncium transmissuri. Porro vrgente nos viarum difficultate cogimur ex nunc vos monere & insuper in his scriptis excommunicationis in vos & in ecclesiam vestram interdicti sententias proferre si moram vel difficultatem aliquam in præmissis adhibueritis & præmissa adimplere cõtempseritis vel si hac occasione aliquid vltra summam supradictam à subditis vestris duxeritis extorquendum, scituri quod super præsentatione præsentium literarum fidem eorum dabimus portitori. De impositione autem prædictarum literarum, nec non de Apostolico mandato necessarium est quod nuncij faciant fidem, vt supra dictum est. Nuncij quoque & legati viatores ad instar formæ prædictas suas literas hoc modo formabunt.

¶ Ioanni de Aghazaria episcopo Grosseti M. domini nostri Papæ nuncius, salutem, literas Aposto. nos recepisse noueritis in hac forma, Calixtus Episcopus &c. veniens ergo ad talem locum pro executione iniuncti nobis mandati, vel transiens per talem locũ pro sumptibus tot dierum, quibus ibi moram traximus à P. Procuratore ciuitatis Grosseti dante atque soluẽte pro clero ipsius ciuitatis & diœcesis quinquaginta ducatos. Cum itaque in partes onus diuisum & proportionaliter impositum facilius supportetur &c. vsque ibi, pecuniam ipsam &c. secundũ Spe. in ti. de legato. §. superest. ver. itẽ quando nuncij &c. & ver. solent autẽ legati. Et hæc procedunt

cedunt in legatis & nuncijs petentibus procurationem, sed commissi eis mandati & oneris quod ex legatione subeunt, secundum quod diximus supra eo. lib. q. 7. ver. prædicta autem non procedunt. Si vero à prędictis petenda esset procuratio ratione visitationis potest formari libellus, secũdum modum de quo diceretur in sequenti membro. Circa secundum membrum de ordinarijs, qui de iure communi volunt petere procurationem, qualiter formare debeant libellum. dic quòd sub hac forma: Coram vobis &c. Propono ego B. procurator archiepiscopi contra Abbatem & conuentum monasterij sancti Mariani, quòd cum dictus Archiepiscopus consueuerit recipere ab omnibus monasterijs suæ prouinciæ procurationem, quæ debetur ratione uisitationis: tam ratione iuris communis quàm præscriptæ consuetudinis. idem Abbas & conuentus procurationem dicto Archiepiscopo irrationabiliter soluere contradicit. Quare peto ipsum ad procurationem soluendam cogi, & ad id sententialiter condemnari. c. sopitæ. de censi. & c. 1. de cens. lib. 6. secũdum Specu. in tit. de cen. ver. vel sit libellus &c. Sed prædicta forma est satis inepta iudicio meo: ideo arbitror quod aptior forma sit, quod facta narratione debita, prout facti cõtingentia euenit, deductis causis cum narratione per quas concludatur procurationem ratione visitationis debitam, & nõ solutam petit agens sentẽtia eius coram quo agitur illum ad procurationem denegatam vel non solutam in totum vel in partem condemnari, & condemnatum cogi, & compelli sacrorum canonum remedijs opportunis, ad quod uidenda sunt quæ latius diximus in c. 2. de libel. obl. in 12. art. princ.

42 ¶ † Duodecimò quæro, qualiter procuratio per visitatorem sit recipienda. Sol. Dic quod recipienda est benigne, & cum humanitate & gratiarum actione, vt est text. in c. Apostolus. de censibus. vbi tex. dicit, nec sumptuosas epulas quærent, sed cum gratiarum actione recipiant, quod honestè ac competenter illis fuerit procuratum. Scribitur enim ad Coloss. 1. c. vlt. In omnibus gratias agite. Quamuis enim visitator recipiat à visitatis debitum quodammodo necessarium, tamen ex affectu procurantium maximè forte vltra quam teneantur: quia opiparè procurant, transit in beneficium, vt voluit Seneca, lib. 3. de beneficijs, tradit Beatus Thomas secunda secundæ, quæst.

43 ¶ † Tertiodecimò quæro, qualiter & quibus remedijs visitatus possit compelli ad procurationem soluendam. Sol. Dicendum arbitror, quod visitator potest intentare viam ordinariam porrigendo libellum corã habente ad id iurisdictionem, per quẽ petat condemnari & cogi, secundum ea quæ supra diximus, quæst. 11. Potest etiam per sententias censuræ excommunicationis interdicti & suspensionis compellere denegantes debitam soluere procurationem, vt est tex. & ibi no. Docto. c. cum nuper. de censi. & ad prædicta videnda sunt quæ diximus supra, lib. 6. quæst. 20. & etiam quæ tradita sunt supra eod. lib. q. 11.

44 ¶ † Quartodecimò quęro, propter quas causas iustè ac legitimè procuratio denegari possit. Sol. Dicendum quòd causæ possunt esse plures. verum ut aptius declarentur, prosequar istas quæstiones. Prima, vtrum ratione priuilegij. Secunda, vtrum ratione exemptionis. Tertia, vtrum ratione præscriptionis. Quarta, vtrũ ratione consuetudinis. Quinta, vtrum ratione compositionis vel pacti. Sexta, vtrum ratione cõmutationis. Septima, vtrum propter rem iudicatam. Octaua, vtrum propter paupertatem. Nona, vtrum propter sterilitatem. Decima, vtrum propter non instantem necessitatem. Vndecima, vtrum ex eo quod visitator debitum modum excedit. Duodecima, quid si subditus ex aliqua causa de quibus supra, denegaret uisitationem, vel nollet procurare vltra debitum modum excommunicaretur, vtrum sententia teneret. Tertiadecima, vtrum ecclesia possit se defendere à præstatione procurationis, quia dicit se indebitè soluisse.

45 ¶ † Primò quæritur, vtrum ratione priuilegij ecclesia excusetur à solutione procurationis. Sol. Dicendum est quòd sic, si expressè conceditur, ne aliqua ecclesia, monasteriũ vel locus teneatur ad procurationem, vt in c. cum instantia. & ibi Docto. de censib. Et est tex. in clem. 1. de censi. & no. Glo. super ver. alui. c. cum ex officij. de præscript. Sed circa hoc quæro de no. & quotidiana q. Papa concessit priuilegium cuidam monasterio, vt non teneretur ad procurationem legatorum: etiam si in literis eorundem dicatur, vt tam non exempti quàm exempti ad hoc onus, nisi de ipso indulto concesso monasterio fiat mentio de verbo ad verbum. Demum Papa concessit legato, vt possit exigere procurationem à quibuscunque personis etiam exemptis, quãuis talia sint priuilegia quod de eis sit facienda mentio de verbo ad verbum, quæ voluit in his literis haberi pro expressis. Quæritur, nunquid per has literas legatorum sit derogatum illi priuilegio. quæstio est satis dubia, in qua Federic. consil. 225. tenuit primum priuilegium non esse sublatum per secundas literas: quia de priuilegio debet fieri mentio ad hoc vt illi derogetur, vt in cap. veniens. de præscriptio. Et plenè not. 25. quæstio. 2. in summa, & in cap. 1. de præscriptio. nec sufficit mentio generalis, sed requiritur specifica, vt in cap. 2. de dolo & contumacia. Item si diceremus oppositum, priuilegium esset inutile, cum Papa semper concedit plenissimas literas legatis, & nuncijs. Sed tamen idem Federic. tenuit contrarium, vt patet cons. 46. mouetur: quia per verba generalia plenissimè reuocantur omnia priuilegia, statuta, & consuetudines, vt est bonus tex. in Clement. dudum. prope finem, de sepult. Item si diceremus contrarium, indirectè diminueretur potestas Papæ. nam cum priuilegia consistant in facto, & Papa non habeat omnium memoriam, impossibile foret quòd de omnibus huiusmodi priuilegijs faceret mentionẽ de verbo ad verbum. & satis debet esse, quod apparet de intentione sua velle talia priuilegia reuocare. Concludit ergo quòd tam in hac materia quàm in alia debemus semper considerare clausulas primi & secundi priuilegij, & secundum eorum vim iudicare, vel pro priuilegio, vel pro reuocatione, & hanc vlt. opin. sequitur Do. meus in c. cum instantia. de cen. Ista materia iudicio meo indigeret latiori discussione: sed quia principaliter pertinet ad titu. de priuilegijs, vel etiam de rescriptis: ideo omitto. Ad præ-

dictam tamen materiam videnda sunt, quæ tradun tur per Dyn. & Ioan. An. in reg. quod semel. de re gu. iu. lib. 6. & per Bar. & legistas in l. si quis in prin. ff. de legat. 3. & per Bart. in l. fina. C. si contra ius vel vtil. publ. vbi singulariter voluit, quòd specialis dicitur fieri reuocatio, quando dicitur, non obstante aliqua lege, de qua oporteret fieri mentionem specialiter, faciunt etiam quæ traduntur per Bart. in l. humanum. C. de legi & per Iac. But. l. de quibus. ff. de legi. & per Bar. in l. omnes populi. ff. de legi. & per Anch. in repe. cap. 1. de constitut. 14. q. princip. versi. quæro iuxta prædictam quæstionem. & alias plurimas remissiones potest quis videre in his, quæ de clausula, non obstante, in titu. de const. & de rescript. latissimè diximus.

46 ¶ † Secundò quæro, vtrum exemptio tribuat iustam causam denegandi procurationem, quamuis de procuratione nullam faciat mentionē. Sol. Dicendum est quòd sic, quamuis monasterium aut locus sit exemptus à iurisdictione episcopali: & de procuratione nulla sit facta mentio, dūmodo exēptio sit generalis, seu vniuersalis à iurisdictione sui ordinarij. Secus si esset limitata ad certas species, in quibus non comprehenderetur visitatio, & procuratio: ad quod vidēda sunt, quæ diximus supra, li. 7. q. 14. in prin. & ita intelligi debet glo. fina. cap. venerabili. de censi. & c. cum instantia. eo. titu. Sed iuxta hoc quæro, vtrum ecclesia sit exempta generaliter, & vniuersaliter, seu simpliciter à iurisdictione sui ordinarij, vtrum prosit quo ad soluendas procurationes legatorum sedis Apost. aliàs aūt etiam exempti tenerentur ad tale onus, cùm nec contra tales procurationes currat præscriptio. de præscr. cap. accedente. Nec obstat prędictis cap. cum instantia. de censi. quia secundùm Pau. de Leaz. in d. Clemen. 1. debet intelligi secundùm prædicta videlicet, de exempto exemptione speciali etiā à procuratione legatorum, vt innuit litera in d. cle. 1. dum dicit, quod non credimus. Nā bene scit Papa, ꝙ à iurisdictione episcopali multæ ecclesiæ sunt exemptæ: sed ab absolutione procurationis legatorum non credit aliquam exemptam per priuilegium. Et idem tenet Zenze. & Stepha. in d. Clemen. & idem Zaba. in d. Clemen. 1. in 4. oppo. & Glos. 2. in c. cum instantia. de censi. Mouetur: quia ecclesia Romana non solet aliquem priuilegiare contra se, argu. l. iubemus nullam. C. de sacrosan. eccle. Nec Imperator. l. comperit. C. de præscript. 30. ann. quinimo dicit ibi Ioā. And. se non credere quòd Papa possit aliquem priuilegiare, ne teneatur venire ad eum, vel quod per eum non possit excommunicari, quod Do. meus ibi habet pro indubitato. quia cùm Papa locum Dei teneat in terra, cap. 2. de transla. præla. non debet posse aliquem eximere à sua potestate: quia per hoc eximeretur à potestate Dei.

Nec contra supremam potestatē Papæ valet præscriptio, vt not. Innoc. in cap. bonæ. 2. de postu. præla. Et ex prędictis infert Dom. meus in d. c. cum instantia, & ex illo tex. dū dicit, quod non credimus, quod contra priuilegiū indultum super exemptione à procuratione est præsumptio falsitatis. & quòd non emanauerit à curia Romana, facit cap. cum instantia. ibi, quod non credimus. & in glo. de censib. vnde expectanda esset secunda iussio. facit quod no. c. 2. de testi. Sed aduertendum: quia propter prędictam rationem intelligo hoc procedere tam in legatis de latere, quàm in legatis missis. Sed in legatis natis arbitror distinguendum quod ecclesia est exempta ab omni iurisdict. ordinaria: & tunc arbitror quod non potest visitare, nec procurationem exigere non solum episcopus, sed nec Archiepiscopus, aut primas, aut legatus natus: quia omnes sunt ordinarij, licet aliqui immediatè, aliqui mediatè. & quia facilius debet intelligi sublata ab ordinario mediato quàm ab ordinario immediato. ar. cap. de offic. iud. lib. 6. & c. Romana. de appel. lib. 6. & cap. 1. de pœni. & remis. lib. 6. cum sim. Si verò ecclesia eximeretur à iuris. episcopali, aut legati nati: quia ex separatis non fit illatio. c. quod ad translationem. de off. leg. & l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acq. poss. cum alijs iuribus vulgatis. Nec obst. quod statim dictū fuit: quia illa exemptio erat generalis ab omni iuris. ordinaria. ista autem est limit. ergo &c. secundùm ea quæ tradita sunt, lib. 6. q. 14. in princ. Est tamen aduertendum quod post hanc meā imaginationem reperi q. formatā per Lau. in Cle. 1. de censi. lib. 6. Vtrum ecclesia exempta à iuribus episcopalibus, intelligatur exempta à procuratione. Archi. arguit quòd non: quia sub minori non continetur maius. ar. c. studuisti. de offic. deleg. c. cum inferior. de maio. & obe. In contrarium arguit: quia Archiepiscopus quantum ad ea quæ sunt ordinis, non habet plus quam episcopus. Quinimo nec Papa plus habet. pro quo remittit ad not. per se in suo sacramentali, in tit. de or. episcopali. facit quia episcopus non est propriè dignitas, sed dignitatis culmen. de præben. c. venerabilis. & c. cum olim. 60. di stin. c. si per ordin. c. 2. de præb. lib. 6. hinc videmus quòd Papa seipsum in literis appellat episcopum. Concludit ergo quòd etiam à procuratione Archiepiscopi intelligitur exempta. Vnde fortè dici posset, quod aut ecclesia vel monasterium eximitur à iuris. episcopali: & habet locū quod supra dixi. aut à iuribus episcopalibus, & tūc habet locum opinio Laud. Et est aduertendum circa prædicta, quod priuilegium exemptionis non extenditur ad ecclesias postea quæsitas, vt est tex. in cle. 1. in fine, de censib. quod procedit secundum Paulum, etiam si priuilegium exemptionis expresè loqueretur etiam de ecclesiis acquirendis. Sed communiter reprobatur, vt dicit Zab. in d. cle. 2. in 3. opp. q. 7.

47 ¶ † Tertiò quæro, vtrum ratione præscriptionis ecclesia, seu monasterium posset se defendere à prę standa procuratione. Vin. in c. cùm ex officij. de prę scri. distinguit, quod aut procuratio non fuit petita, & videtur remissa: & post præsumptam remissionē potest inferior illam præscribere, sicut post priuilegium. de priuil. c. cum olim. Sed prædicta opin. non placet domino meo ibi: quia est contra tex. d. c. cū ex officii. Dicebant enim illi Abbas & Prior, quod non ab eis fuisset petita: & tamen non profuit, nec tāta remissio, vel præscriptio. imo dicit quòd qui nihil soluit, non potest se tueri præscriptione: secus si aliquid soluit, quamuis modicum. arg. c. ex parte. de censib. Io. And. c. fin. de cen. lib. 6. refert idem etiam tenuisse Innoc. in quadam extrauaganti, quæ incipit, venerabilibus. vbi concludit quod procuratio ex toto præscribi non potest. Sed quota sit: quia

ius

ius quo disponitur, vt aliqua detur procuratio, est publicum authoritate & vtilitate, sicut ius quod disponit de visitatione & correctione. Et hoc ne negligatur visitatio. Et no. bene hanc rationem de qua dixi supra eod. lib. q.7. versicu. 10. ratio. Consuetudo autem contra ius publicum authoritate & vtilitate nihil valet, nisi inducatur expresso consensu Papæ, vel tacita interueniente iusta causa. alleg. 11. dist. non consuetudinē. & quod ibi no. ad quod videnda quæ not. in c. fin. de consuetud. Et puto quod si consuetudo est rationabilis, tollat tale ius publicum: licet non interueniat consensus Papæ expressus vel tacitus, vt dicit Glo. no. 3. d. §. legis. & 8. dist. cap. frustra. Satis enim habetur consensus Papæ ex dispositione cap. fin. de consuetud. vnde permittit generalem consuetudinem contra ius positiuum, si est rationabilis & præscripta. Sed in casu nostro quod nihil detur pro procuratione non potest esse rationabile, vt patet ex supradictis, & ex his quæ dixi in septima quæst. ius autem quod disponit de integra procuratione, est vtilitate priuatum. ideo pacto & consuetudine potest tolli eam moderando, secundum Innoc. in loco præalleg. alleg. 10. quæst. 3. relatum, Ioan. And. in d. c. relatum. pro primo membro, Innocen. quod ex toto præscribi non possit. allegat illum tex. & quota possit præscribi, inducit c. cum olim. de censib. & eod. titu. cap. felicis. lib. 6. Et quod no. Glos. in c. quicunque. 17. quæstio. 7. quæ dicit quòd in quantitate cathedratici currit præscriptio, non autem in totum. hanc tamen opi. non firmat ibi Io. And.

¶ Dominus meus dicit se dubitare, vtrum ratio negligendi, quam Innoc. reddit de tota procuratione, locum habeat etiam in partem: quia videns visitator quod de suo habeat impendere in procurando, se abstinebit à visitando. Dom. Anton. d. c. si diligenti. dicit se putare, quod de iure sit vera opinio Inno. qui dicit valere præscriptionē in modo procurandi. de exces. Præla. c. sanè. & Spe. in tit. de legato. §. superest. ver. illud quoque. Sed Dom. meus in d. c. cum ex officij. putat quòd nec in totum, nec in partem valeat præscriptio, quemadmodum nec contra visitationem ipsam potest aliquo modo præscribi. Vnde primo ponderandus est tex. dum dicit quod contra procurationem, quæ ratione visitationis debetur, non currit præscriptio: sed ratione visitationis debetur integra procuratio pro se, & suis, secundum numerum taxatum in cap. cum Apostolus. de censi. ergo præscriptio non procedit etiam in parte: quia subtrahendo partem, subtraheretur debitum. ar. eius quod legitur & not. in l. quidam ex. ff. si cert. peta. Item mouetur per similitudinem, quam facit tex. d. c. cum ex officij, dum dicit, sicut visitatio non potest aliquo modo præscribi &c, vnde ponderanda sunt illa verba, aliquo modo, sicut visitatio non potest in totum vel in partem præscribi, ita nec procuratio illi annexa, vt hic & in cap. translato. de constit. Præterea licet arguere de parte quo ad totum, quando eadem est ratio in vtroque. l. quæ de tota. ff. de rei vend. & c. pastoralis. §. item cum totū. de offic. deleg. Sed visitatio ita leuiter negligeretur dando modicum, sicut nil dando: quia de modico non curatur. in cap. & si quæstiones. de simonia. ergo &c. dixi in c. de appellationibus. de appellat.

Item text. d. c. cum ex officij. indistinctè prohibet præscriptionem contra procurationem: nec habemus tex. in contrarium. ergo pro opinione magistrorum non debemus à verbis literæ recedere. ar. in cap. solitæ. de maior. & obedien. & 19. distin. c. si Romanorum.

¶ Ego satis dubito de prædicta deci. Dom. mei, nec etiam placet opinio Vinc. Innoc. Ioan. And. &
48 Dom. Anto. † arbitror enim dicendum esse, quod regula sit quod subditus nō possit se defendere præscriptione, quominus prælato suo visitanti procurationem soluere non teneatur, per tex. in c. cum instantia. de censib. vbi tex. vult, quod contra procurationem debitam non currat præscriptio etiā longissimi temporis: tenet Spec. in ti. de leg. §. superest, ver. illud quoque non est omittendum, per d. cap. cum instantia. Et Hostien. in summa in §. de censi. §. ex qua causa, per c. cum venerabilis. & c. cum nuper. eod. titu. Et hanc opinionem tenet Lau. & sequitur Io. de Imo. in cle. 1. de censi. Et pro hoc facit opinio illorum qui voluerūt præscriptione nō tolli procurationē, quod uidetur procedere non solùm respectu totius procurationis, sed etiā respectu partis quo ad quantitatem. Quia licet episcopus multis vicibus receperit minorem quantitatem debito: non tamen obligatur minorem recipere, vt voluit Specul. in titu. de censibus. vers. fin. dixi supra lib. 11. q. 8. & hoc idem voluit Dom. meus, vt patet ex supradictis. Est tamen aduertendum, quod D. M. loquitur in præscriptione. & Spec. dicit si multis vicibus. sed de hoc statim subijciam. Prædicta tamen regula videtur multipliciter limitanda.

49 ¶ † Primo modo si loquamur respectu solutionis, secus respectu modi procurādi: puta quod potius procuraretur in pecunia quàm in uictualibus, vel econtra. & sic de similibus. hæc fuit originalis opinio Specu. in tit. de leg. §. superest. ver. illud quoque. loquitur tamen sub dubio fortè, alleg. c. sanè. de excess. prælat. In contrarium alleg. c. quanto. de censi. sed ille tex. vt dicit Io. And. facit cōtra & pro, secundum varias lecturas. Sed Do. Anto. vt patet ex supradictis in modo procurandi tenet præscriptioni locum esse: pro quo faciunt quæ dicta sunt in sequen. quæstio. limit. 2. quod indubitanter procederet, quando esset præscriptio tanti temporis cuius in contrarium memoria non existit, ut statim subijciam.

50 ¶ † Secundò limitatur, si ex pręscriptione defraudaretur visitator debita procuratione. secus si non defraudaretur: sed alius dānificaretur. Exemplum: si præscriptio habet quod quædam ecclesiæ nō soluunt procurationem: sed tamen procurationem ipsam ad quam ex debito tenerentur, soluant aliæ ecclesiæ, seu reliquus clerus. Et sic valet præscriptio quod certa pars cleri soluat integram procurationem omnium ecclesiarum. hanc opin. tenet Io. de Lig. in c. accedentes. de proc. quod dictum est notabile. Sed D. M. dicit in d. c. cum instantia. quod videtur esse contra illum tex. dum dicit quod nulla persona debet esse contra illum tex. dum dicit quod nulla persona debet esse excusata ab hoc onere. & remittit ad no. per se in d. c. accedentes. mihi placet prædicta limitatio, & ad tex. c. cum instantia. resp. quod effectualiter persona nō excusatur, ex quo alius sol-

uit pro eo. Nec possum considerare rationem quare hoc non possit præscriptione induci. facit quod dicam in 2. membro princ.

51 ¶ † Tertiò limitatur, si nō subditus vellet se defendere præscriptione aduersus suum visitatorem: secus si alius prælatus diceret se præscripsisse ius visitandi illo loco: & per cōsequens sibi deberi procurationem, & diceret se præscripsisse per viam exclusiuam: vnde subditus posset opponere quod nō competeret visitatio, & si sic esset, nec procuratio, quæ non cōpetit nisi visitanti, secundum ea quę diximus supra hoc eodē lib. q.7. ver. ex prædictis infertur. potest enim prædicto modo visitatio pręscribi. Et de vtroque, videlicet tā de visitatione quàm de procuratione quod alius possit hoc ius præscribere, est tex. apertus in c. cum ex officij. de præscrip. tenet Host. in summa in tit. de censi. §. ex qua cum. vide quæ diximus lib. 6. q. 14. ver. quarto quæro.

52 ¶ † Quartò limita, si modo loquamur in simplici præscriptione longi vel longissimi temporis &c. secus in præscriptione tanti tēporis, cuius in contrarium memoria non existat: quoniā præscriptio prędicta habet vim tituli, & cōstituti seu priuilegij. c. 1. de præscr. lib. 6. & l. b. 1. in fi. & l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quo. & æsti. c. super quibusdam. de verb. sign. 3. quęst. 7. c. hoc quippe. & l. si arbiter. ff. de prob. Et Ioan. And. c. cū Apostolica. de his quæ fiunt à præla. Ioan. Mo. c. 2. de præscrip. lib. 6. Bal. in quæstione quæ incipit, Apuleius. ad quod videnda sunt, quæ latius scripsi, c. si. de dila. 22. princ. ar. quæstio. 4. prope finem.

¶ Sed priuilegio potest competere, vt quis non teneatur procurare, vt diximus supra in 1. & 2. q. huius 14. q. princ. Et prędictam limitationem arbitror procedere siue loquamur de modo procurandi, siue quod alius soluat, siue de parte quotidiana procurationis, siue etiam de integra procuratione. ex quo, vt dixi, talis præscriptio habet instar priuilegij: & prædicta omnia possunt ex priuilegio competere, vt diximus. Aduertendum tamen: quia contra prædicta fortiter videtur obstare cap. venerabili. de censi. vbi tex. vult quòd procurationi non præscribitur, quamuis subditus nunquam fuerit visitatus, vt patet ex tex. ibi dum dicitur, procurationem hactenus nō soluerunt. Sol. arbitror posse multipliciter responderi.

¶ Primo, quòd dictio illa, hactenus, debeat restringi ad tempus longum, vel longissimum, quod non habet instar constituti & priuilegij. Secundo modo potest responderi quod si aliquis alleg. præscriptionem, & fundet se super sola præscriptione: licet sit tanti temporis, in cuius contrarium memoria non existat. Sed aduerte, quia in præscriptione ista tanti temporis, cuius in contrarium memoria non existit, non videtur necessarium allegare titulū per pręall. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quo. & æstiua. & d. c. super quibusdam. de verb. sign. Sed potest ad hoc respōderi, quod illud procedit in actibus, in quibus aliquid agitur, posito quod nō sit necessaria tituli allegatio. Secus, quando præscriptio allegaretur nullo dato actu positiuo, sed sola patientia aut negligentia interueniente: quia tunc est necessaria tituli allegatio. & maximè quando res est grauis præiudicij, de quo per Bar. in l. cū de in rem verso. ff. de vsu. & per Cy. Pet. & Doct. in l. si certis annis. C. de pact.

¶ Tertio modo potest responderi, quod c. vene. procedit, quando quis allegaret præscriptionē prędictam solùm contra procurationem, & permitteret se visitari: quia admissa visitatione tenetur soluere procurationem, cū visitationi sit annexa procuratio, per ea quæ latius dicta sunt, supra eod. lib. quæstio. 7. &c.

53 ¶ † Quintò limitatur, si modo loquamur in procuratione debita ratione visitationis: secus si deberetur ratione consuetudinis vel institutionis: quia tunc potest præscribi etiam longissimo tempore, secundum Gul. in clem. 1. de censi. Mouetur per no. per gl. fi. in c. accedentes. de præscr. & sequitur Zenze. super ver. consuetudine. in clem. 2. de cens. per no. d. c. accedentes. & c. cum ex officij. de pręscr. Et recitando sequitur Io. de Imo. in d. clem. 2. & mihi placet. Et idem arbitror, si ex priuilegio, vel cōuentu seu compositione deberetur non ratione visitationis, per ea quæ diximus supra eod. lib. q. 7. ibi, si verò procuratio non est debita. no. Host. in summa in tit. de censi. §. ex qua causa.

54 ¶ † Sextò limitatur, si mō esset procuratio quæ deberetur ratione visitationis, & de iure communi: secus si consuetudine. Exemplum esset Abbas, vel Arch. cui ex consuetudine competeret visitatio & procuratio, secundum Gul. & Ioan. de Imo. in d. clem. 1. de censi. per no. in c. cum ex officij. de præscrip. & mihi placet. Et idem arbitror si priuilegio, præscriptione, vel alio iure speciali competeret visitatio & procuratio, tum quia facilius tollitur ius speciale quàm commune, tuetur per no. per Gl. in authen. qua in prouincia. C. vbi de cri. agi opor. & in Authen. vt omnes obe. iud. prouin. §. si igitur. & Gl. l. 2. §. omnes. ff. de iudic. & in Authen. vt iud. sine quoquo suff. §. quod autem. coll. 2. tum quia res de facili redit ad naturam suam. 35. distin. cap. ab exordio. & l. si vnus. ff. de pact. cum sim. & pro prædict. deci. facit quod no. Glo. super ver. legitima. in clemen. 1. de cens.

55 ¶ † Septimò potest limitari, si modò prædicta præscriptio esset super tota: secus si super parte; dummodo esset super tali parte quòd verisimiliter non impediretur visitatio, per ea quæ superius dicta sunt, & quæ dicta sunt infrà quæstio. 7. in 2. limitatione.

56 ¶ † Quartò quæro, vtrum quis possit se tueri consuetudine aduersus procurationem. Sol. Do. meus, & Doct. idem videntur velle de cōsuetudine quod de præscriptione, & velle Zabar. post Steph. in clemen. prima, & secunda, de censib. & exemplificat Stepha. & post eum Zab. in oratorijs priuatis per capit. fin. de censibus. quod exemplum non videtur mihi esse bonum: quoniam oratoria priuata de iure non videntur visitanda: ad quod videnda quæ diximus, lib. 7. quæstio. 11. Ego arbitror quòd consuetudine posit quæri: quia si potest quæri visitandi potestas, vt dixi supra, art. 7. quæst. 14. ver. 4. quæstio. ergo & procurandi, cum procuratio sit annexa procur. visitationi, vt sæpius dictum est, & accessoria ad visitationem. ergo &c. ar. reg. accessoriū. de reg. iur. lib. 6. & maximè in casibus in quibus supra diximus posse reduci præscriptione, qui tamen

casus

casus possint adaptari ad terminos consuetudinis. Prædicta tamen conclusio procedit, quando alius prælatus præscriberet procurationem per viam abdicatiuam ab alio Prælato, quia tunc potest subditus sublata potestate visitandi, & procurãdi ab vno virtute consuetudinis, cuius vigore alius prælatus præscripsit per viam abdicatiuam. Si verò quæsiuisset consuetudine præscripta per viam accumulatiuam, vt quandoque contingit in Archidiaconis, & sim. secũdum quod supra diximus: tunc nec quęstio, nec decisio procederet.

57 ¶ †Quintò quæritur, vtrum compositione inita posset quis se defendere à solutione procurationis. exemplum si prælatus per compositionem remittit procurationem recipiendam. Sol. Innocen. in c. cum ex officij. de præscriptio. tenet quòd sic, cum in iure priuato temporalitate consistit. 7. quæstio. 1. c. quàm periculosum. sed tacitè remitti non potest secundum eum, id est, multo tempore nõ recipiendo procurationem, cum non pręscribatur contra ipsam, vt d. c. cum ex officij. Procuratio enim debetur accessoriè per visitationem: quia visitatione retenta tenetur accessorium, videlicet procuratio. Sed visitationem & correctionem quæ consistunt in iure publico, etiam expresè non potest superior remittere, secundum Innoc. Ad hoc alleg. quod legitur & no. in cap. si diligenti. de foro compet. Do. meus. alleg. c. cum venerabili. & quod ibi no. de cens. & l. legatus. ff. de offic. præsi. Idem quòd nõ posset procuratio expresè remitti, tenuit Vinc. in d. cap. cum ex officij. nisi remisio fiat per vim. 1. quæstio. 3. quęsitum. vel precario. l. malè agitur. C. de præscriptio. 30. anno. Ho. autem tenet contrarium: quia est iuris publici sicut ipsa visitatio, cui est annexa. argu. c. translato. de constit. Innoc. in extrauaganti, quæ incipit, venerabilibus. magis strictè locutus fuit. nam tenuit quòd pacto potest remitti in parte, nõ etiam in totum, per c. relatum. 10. quæst. 3. Dom. Anto. d. c. cum ex officij. dicit quòd opin. Innoc. vt non posit expresè remitti, est vera in remisione temporali ad præiudicium prælati: non autem ad perpetuam ad præiudicium successoris. argu. cap. 2. de preca. & c. de cætero. de transac. Do. meus in d. c. cũ ex officij, distinguit quod aut quęritur, nũquid possit prælatus anno quolibet, dum visitat, remittere hanc procurationem. & dicit quod sic & expresè, & tacitè non petendo. ar. opti. in c. fi. 12. quæstio. 3. in d. cap. periculosum. & c. ad Apostolicam. de reg. cum ex hoc nõ lædantur iudicia publica. Aut quæritur, nunquid posit illam remittere se obligando ad eam non petendo pro futuro tempore, & indubiè dicit quòd non, nec respectu sui, nec respectu suorum successorum: quia ea ratio quæ militat, vt non posit præscribi, de qua dictum est, militat ut non posit pro futuro tempore remitti. Si enim hoc esset remisibile per prælatum, fortius esset præscriptibile: quia iuris authoritate remitteretur. ar. in l. alienationis verbo. ff. de verb. signif. ratio enim annexionis & iuris publici, & ne visitatio negligatur ex defectu procurationis militat contra remisionẽ siue contra præscriptionem. ar. c. si diligenti. de foro compet. Et tanto fortius quanto in remisione non interuenit iuris authoritas: nec aliquis fauor publicus versatur, qui versatur in præscriptione l. 1. ff. de præscript. iuxta ea quæ tradit D. M. in rub. de pręscript. Hinc est quod bona ecclesiæ possunt præscribi, vt per totum titu. de præscript. quæ tamen per prælatum alienari seu remitti non possunt. 10. q. 2. sine exceptione. Et quod non valeat remisio seu etiam compositio, quod fortius est, alleg. glo. no. in Clem. 2. de cens. in ver. compositiones. fatetur tamen, secundum quod dicit illa Glo. quod super modo procurandi, & super numero procurandorum poterit interuenire compositio. ar. c. cum Apostolus. de cens. de transact. cap. statuimus. de decimis, ex multiplici. quod tamen intelligo, vt fiat ita & taliter quod indirectè procuratio non tollatur, nec visitatio debita negligatur. Quid enim si interuenisset compositio vt procuraretur episcopus cum vno clerico? certè paria sunt nil dare, vel ita modicum, quòd ex modicitate euidenter negligeretur visitatio, per ea quæ superius in præced. quæstio. demonstrata sunt. argum. optimum in l. si quis antea. ff. de acquir. posses. vbi dicitur quod conductio seu locatio facta pro vno nummo, nullius momenti est. & sic limitat Do. meus illam gl. & quod legitur & not. 10. quæst. 3. cap. relatum. mihi ex toto non placent prædicta. Vnde arbitror dici posse clarius & breuius loquendo, quod regulariter talis procuratio per prælatum remitti non potest, per iura ad hoc superius alleg. hæc regula recipit plures fallentias siue limitationes.

58 ¶ † Primò si simpliciter remitteret non solùm pro præsenti tempore, sed etiam pro futuro: secus si loqueremur de remisione quę fieret quolibet anno per prelatum visitantem, secundum quod supra dictum fuit per Dom. meum.

59 ¶ † Secundò limitatur, si modo fieret compositio seu remisio simpliciter: secus si fieret super modo procurandi, vel numero procurandorum per præalle. glo. no. super ver. compositiones. in d. Cle. 2. de censi. & ibi Pau. de Zab. & idem etiam voluit glo. super ver. legitima. in Clem. 3. de cens. & idem voluit Gul. ibi dicens, quod remisio & compositio potest excusare à tanto, non à toto. alleg. no. in c. conquerente. de offi. ord. quia quatuor sunt iura episcopalia, quæ episcopus etiam si velit, non potest à se abdicare in totum, videlicet Visitatio, Correctio, Procuratio & Cathedraticum: cum ista contineantur sub episcopali imperio, quod non potest episcopus à se abdicare seu abijcere. ff. de offi. pręsi. l. legatus. ff. de pact. l. ius agnationis. facit quod no. de dona. c. pastoralis, & ista fuit originalis opin. Hostien. in summa in tit. de offic. ord. §. quod pertinet. ver. & no. quantumcunque. & Laud. clemen. 1. de censib. & ibi per Zabar. Et prædicta procedunt, si modo talis compositio fiat cessante fraude, secundum Io. Gof. Ber. & Host. c. cum ex officij. de præscript. & Pau. Steph. Io. de Imo. in Cle. 2. de censib. Placet tamen in hoc limitatio D. M. si modo remisio seu compositio fiat in quantitate, & numero, & modo discreto, ita quòd verisimiliter propter eam non tolleretur seu retardaretur debita visitatio. facit quod dixi. q. 5. limit. 1.

60 ¶ † Tertiò limitatur, si modo esset procuratio, quę deberetur de iure communi. secus si deberetur ex compositione, priuilegio, præscriptione, vel consuetudine non proprio Prælato, sed alteri. & fieret compo-

compositio vel remissio procurationis speciali iure quæsitæ, per quam rediremus ad debitam iuris communis dispositionem: quia tunc valeret etiam super toto, etiam si fieret talis cõpositio, vel remissio per solum prælatum. ad hoc allego tex. sing. in c. 1. iuncto c. fi. de pact. lib. 6. & quod tradit singulariter conciuis noster Feder. de Senis, consil. 89. faciunt quę dicta sunt supra, q. 5. in 5. & 6. limitatione, tenet Paul. & post eum Zab. in cle. 2. de cens. facit Cle. 2. de decimis. Et quia contra eam præscribitur, no. Innoc. in c. cum ex officij, de pręscr. facit c. venerabilis. & quod ibi no. de cens.

61 ¶ † Quartò limitatur, si modo loquamur de cõpositione, quam faciunt ordinarij, quibus de iure communi competit ius visitandi & procurationes exigendi: secus si compositio seu remissio fiat à legato Apost. se. secundum Gul. in Clem. 1. de censi. quod tamen procedit secundum eum in remissione expressa: secus si sit tacita. alle. de arbi. cap. cum tempore. & quia honor qui impenditur legatis, est honor Papæ. 97. dist. c. nobilissimus. de offic. lega. c. cum olim. Et est not. quod per remissionem seruitiorum non intelligitur remissa procuratio. text. est & ibi traditur per Docto. in cap. cum venerabilis. de censi.

62 ¶ † Sextò quæro, vtrum subditus excusetur à procuratione ratione commutationis. Sol. Host. in c. cum ex officij, de præscript. tenet quòd possit fieri cõmutatio, vt pro procuratione recipiatur pecunia annuatim, per c. relatum. 10. quæst. 3. dummodo fraus excludatur. ar. l. præsens. C. de transactio. Hostien. verò dicit quòd in cap. relatum. statutum fuit ad tempus ex causa: nec ibidem cõuentio confirmatur. Do. meus remittit ad id, quod hodie habetur in c. exigit, & cap. felicis. de cens. lib. 6. concludens quòd potest prælatus recipere pecuniam à volentibus pro procuratione sibi debita, non autem ab inuitis. imò prælatus ab inuitis extorquens incurrit pœnas, de quibus in d. c. exigit.

63 ¶ † Septimò quæro, vtrum res iudicata tribuat legitimã causam denegandi procuratione͂. Sol. Gl. super ver. legitimam, in Cle. 1. de cens. tenet quòd sic, per c. cum inter. de re iud. & per no. per Glo. fin. in cap. cum ex officij. de præscript. vbi gl. hoc idem tenet. vnde si inter aliquem prælatum volentem uisitare & procurari, ortum fuit litigium, & sententia lata contra prælatum, quæ transiuit in rem iudicatam, huiusmodi res iudicata iustam tribuit causam denegandi procurationem, quod tenet Gul. si sententia sit obtenta uirtute priuilegij papalis: secus si occasione consuetudinis præscriptæ. quod dictum intelligendum, secundum ea quæ diximus supra, vers. 4. quęro, vtrum ratione præscriptionis, & quæstio. seq.

64 ¶ † Octauò quæro, vtrum paupertas tribuat legitimam causam denegandi procuratione͂. Sol. Dicendum est quòd sic, secundum Pau. & Zab. Cle. 1. de censi. per tex. 10. quæstio. 3. cauendum. & c. cum apostolus. & c. cum instantia. de censi. quia inanis est actio & c. de restit. spo. c. olim. 2. ff. de dolo. l. nam is. de solu. c. Odoardus. & quia impotentiam visitati supplere debet visitans suis sumptibus. Ad quod videnda sunt quæ diximus supra, lib. 11. q. 5. & q. 8. ver. vnde notandum.

65 ¶ † Nonò quæro, vtrum propter sterilitatem ecclesiæ habeat legitimam causam denegandi procurationem. Sol. Lau. tenuit quòd sic. 10. quæst. 1. relatum, & sequitur ibi Arch. in glo. fi. Dicunt tamen quòd sequẽti anno soluet duas procurationes, dummodo absque grauamine ecclesiæ possit. ar. ff. locati. l. si vno. tenet Henr. c. cum Apostolus. de censi. Ego pro primo dicto allego, quod dicitur in quæst. præced. quod tamen arbitrarer limitãdum, nisi præcedens annus fuisset adeo abundans, quod non obstante sterilitate sequentis anni absque grauamine ecclesiæ posset procurare. Pro secundo dicto faciunt, quæ traduntur in c. propter sterilitatem, de locato. & l. licet, C. locati. & ibi per Bal. facit etiam quod traditur per Dom. meum in c. prohibemus, & c. quanto. de censi.

66 ¶ † Decimò quæro, vtrum ecclesia legitimam habeat excusationem denegandi procurationem, si prælatus suus illam visitet non instãte necessitate. Sol. Dicendum arbitror, quòd aut loquimur de visitatione, ad quam prælatus annis singulis tenetur, secundum ea quæ diximus, lib. 4. 5. & seq. & hoc casu ecclesia tenetur, quamuis forte ipsa nulla indigeret uisitatione. Aut loquimur de visitatione, quam prælatus vellet reiterare vltra visitationem ad quam obligatur, vt dictum est, & tunc cum illam solummodo debeat facere instante necessitate, ut diximus in præced. lib. & hoc casu dicendum arbitror, quod ecclesia non teneatur procurare, per ea quæ ibi diximus.

67 ¶ † Vndecimò quæro, vtrum sit iusta causa denegandi procurationem, si visitator debitum modum excedat? Sol. Dicendum est quòd sic, vt est tex. c. sanè. & c. cum ad quorundam. de exces. prælato. tenet Spe. in tit. de leg. §. superest. vers. illud quoque non est omittendum.

68 ¶ † Duodecimò quæro, quid si subditus ex aliqua causa legitima, de quibus supra, denegaret visitationem, vel nollet procurare vltra debitum modum à iure dispositum, & propter hoc excommunicaretur, vel interdiceretur, aut suspenderetur, vtrum sententia valeret. Sol. Dicendum est, vt latè traditum fuit supra, lib. 6. quæstio. 14. vers. sed iuxta materiam. Potest autem dicere quod si excommunicaretur, aut alia sententia innodaretur ex eo, quia visitatus denegaret procurare vltra legitimum numerum euectionum & personarum, sententia indubitanter esset nulla, per tex. in dicto cap. cum ad quorundam. Si verò propter alias causas, recurrendum est ad theoricas traditas in dicto vers. Sed iuxta materiam.

69 ¶ † Tertiodecimò quæro, vtrum ecclesiæ & monasteria, & loca ciuitatis visitãda possint se excusare à tali præstatione procurationum. Sol. Dicendum est quòd non, secundum ea quæ diximus eo. lib. q. 5. vers. & debetur talis procuratio.

70 ¶ † Quartodecimò quæro, vtrum ecclesia possit se defendere à solutione procurationis eo quod alleget se indebitè soluisse procurationem. Sed Glo. in vers. legitima. clemen. 1. de cens. dicit quod non, nisi aliud probetur: quia de mente dictæ Clem. 1. videtur quod possidens sit tuendus in sua possessione, donec probetur indebita, alle. cap. peruenit. de cens. de elect. c. querelam. ad fin. & quod ibi no. de offi.

offi.or.c.duo simul.in 3.glo.idem etiam tenet Pau. in d.Cle.1. & Steph. ibi, facit quod habetur in c.1. vt lite pen. & per totum.

71 ¶ † Quintodecimò quæro de pœna visitatoris transgredietis debitam procurationis exactionem. Sol. Tex.in c.procuratores.in fi.de censibus dicit: Qui autem contra hoc venire tentauerit, & quod acceperit, reddet, & Ecclesiæ quam taliter aggrauauit & tantundem impendat. & per illam constitutionem tria prohibentur.

¶ Primum, quòd procuratio nõ reciperetur, nisi à locis visitatis, intelligitur de procuratione ratione visitationis debita.

¶ Secundum, quod solùm in uictualibus procurationem reciperent.

¶ Tertium, quod visitantes, vel familiares munera non recipient. verum pœna contra facientibus non erat apposita. vnde prædicta etiam pœna adiecta fuit confirmata per Inno. in c.1.de cens. lib.6.§. procurationis. vbi text. dicit, procurationes autem recipiat, secundum quod est in canonibus constitutum, nullam tamen pecuniam ipse, vel aliquis de familia occasione alicuius beneficij, aut consuetudinis, seu quolibet alio modo eorum nomine: sed in victualibus expẽsas recipiat moderatas. Caueat insuper, quod nec ipse vel quisque suorum aliquod munus, quodcunque sit, & qualitercunque offeratur, præsumat recipere, quod si fuerit cõtra præsumptum recipiens maledictionem incurrat, à qua nunquã nisi duplum restituat, liberetur. volumus enim in his fraudem quamlibet penitus euitari, vt d.c.1. Et dicebat Hostien. in sum. de censi. §. quibus est dandum, ver. quid si recipiat, quod recipiens cõtra prædictam constitutionem, & postea celebrans, antequam pœniteat, iudicium sibi manducat & bibit: sicut dicimus de cõstituto in quolibet peccato mortali. de cohabi.cle.& mul.c.fin. de consec.dist.2.ca. quotidie. accesserunt.c.pro dilectis. Sed hodie alia est imposita pęna per Gregorium X. in c.2.de cens. lib.6.& fuit vtilis talis pœnæ adiectio: quia nõ omnia deducuntur in iudicium.de præben.c.cum iam dudum. vnde sola prohibitio non videbatur sufficere. vnde Macrobius super somnio Scipionis, ad fin.sic inquit: Inter leges illa dicitur imperfecta, in qua nulla deuiantibus pœna sancitur multorũ maledictionem illam, quasi aquam bibentium, secundum Gul.& Io.An.in d.c.2. facit quod no. Glos.in de offi. or. & prædicta pœna fuit confirmata & aucta per Grego.X. in cap.2.de cens.lib.6. vbi tex.formaliter dicit: Statuentes vt vniuersi & singuli qui ob procuratorem sibi ratione visitationis debitum exigeret pecuniam, vel etiã à volente recipere: aut aliàs constitutionem ipsam recipiendo munera sine visitationis officio non impenso procurationem in victualibus, aut aliquid aliud procurationis occasione violare præsumpserit duplum eius, quod receperit, ecclesiæ à qua id receptum fuerit intra mensem reddere teneatur. Alioquin ex tunc Patriarchæ archiepiscopi duplum ipsum vltra prædictum tempus restituere differentes ingressum sibi ecclesiæ interdictum: Inferiores verò ab officio & beneficio nouerint se suspensos, quousque de duplo huiusmodi grauatis ecclesijs plenariam satisfactionem impendant, nulla eis in hoc dantium remissione liberalitate seu gratia valitura. tex. est in d.c.2. Et est mirabilis & casus singularis, in quo nõ possum rem meam, vel mihi debitam remittere, cũ nihil sit tam naturale quàm voluntate domini rem suam in aliũ transferri. Inst.de rerum diu.§.vniuersitatis. Et cum rei suę quilibet est moderator & arbiter.l.in re mandata.C.manda. Et similis casus in quo nõ sufficit remissio, not. in cap.statutum. §.si quid autem. de rescript. lib.6. quos tex. & maximè vltimum maturè & diligenter debent ponderare visitatores & ipsas constitutiones obseruare, ne in tam graues pœnas incidant.

¶ Circa prædictas tamen constitutiones primò not. est, quòd in prædictas pœnas incurrit recipiẽs duntaxat, vt patet ex d.c.1. ibi, recipiẽs maledictionem.& in d.c.2.ibi, exigere pecuniam &c.& ibi, recipiendo, & ibi, receperunt. Vnde dicerem quod licet uisitans teneatur pro familia sua. arg. 86.distin. c.amputatis. & c.generali.§.fin.de elect.lib.6. tenet Glo.super ver.teneatur. d.c.1. de cens.lib.6. tamen arbitror quòd non teneatur visitans ad prædictam pœnam, sed solùm recipiens, nisi etiã visitans fraudem ad id commiserit: quoniam pœna suos debet tenere authores. c.quæ sint. de his quæ fiunt à prælato.l.sancimus.C.de pœnis. Arbitror tamen quod familiaris, cui conueniret pœna prædicta cap. secundi, ad illam teneatur: Si verò non conueniret, incurrant pœnam maledictionis, de qua in d.c.1.

¶ Secundò notãdum, quòd in dicto duplo inest simplum. est enim hoc regulare: quia si lex vel statutum imponat pœnam per nomina multiplicatiua duplum, triplum, quadruplum, excepto furto, semper in duplo inest simplum.tex.est in l.mulier.C.de sponsa.& ibi Bar.& Bal.in l.hoc edicto. ff.de publi. Inst. vi bo. rap.§.fi.Inst.de actio.§.sic itaque. & Bar. in l.sanctio. de pœnis. cum sim.

¶ Tertiò no. quod si tempore quo Patriarchis Archiepiscopis episcopis interdictus est ingressus ecclesiæ &c. celebrarent in ecclesia in suo officio sicut prius, irregulares efficerentur, per c.is qui. de sen.excom.lib.6.& etiã si interim morerentur, non sepelirentur in cœmiterio, secundum gl. super verbo, interdictum.in c.2. de cens.lib.6.

¶ Quartò no. quòd alij inferiores qui secundum prædictam cõstitutionem d.c.2. pœnam suspensionis ab officio & beneficio incurrunt, si interim celebrarent, vt prius, sunt irregulares: nec possunt ab alio, quàm à Papa absolui.cap.1.de re iudic.lib.6.& cap.1.de senten.excom. lib.6. tenet glos. super ver. suspensos.d.c.2.

¶ Quintò no. quod quamuis text. prædicti velint restitutio. fieri ecclesijs: tamen satis est si fiat restitutio prælatis, seu rectoribus ecclesiarum, secundum Gul. & Ioan.And.in d.c.2. unde exponetur ecclesiis, id est earum rectoribus, probatur 6.q. 1. scire debes.

¶ Sextò no. quòd visitantes & alij qui in prædictas pęnas inciderunt, facta restitutione statim sunt absoluti sine alia sententia.80.dist.c. si qui.cum suis concordantijs.de sponsa.c.non est. tenet glo.pe. d. cap.2.de cens.lib.6.

¶ Septimò no. quòd illud quod dictum est de pecunia non recipienda, est hodie limitatum per c. felicis. de cens.lib.6. ad quod videnda sunt quæ diximus

ximus supra hoc eod.lib.q.7. vers. est tamen aduertendum. Sed contra prædicta in quantum dicitur quod talis indebitè exigens tenetur ad duplum op. quia imò videtur quod teneatur ad quadruplum. 18.dist. c.quoniam quidem. Sol. Glo.fi.in d.c.pro curationes, soluit quod ibi loquitur de enxenijs. & hanc solutionem tenet Host.in summa in titu.de censi.§.quibus. ver. enxenijs. quæ solutio non procedit per alle.c.1.in fi.de cens.lib.6. vbi etiam loquitur de enxenijs, dum dicit, munera,& tamē satis est quod reddat duplum. Host.dicit quòd etiam in enxenijs satis est quod reddat duplum. Et ad contrarium respondetur, quod potest intelligi, quòd quādo per vim vel per concussionem aliquid est extortū, vt in Auth. vt iu. sine quo.suf.§. si ergo, in fi.& §. si necessitatis. in fi. facit quod not.in c.quoniam.in gl.fi. Hæc tamen sol.communiter non placet Doct. quia continet diuinationem. vnde datur tertia sol. videlicet ꝙ ibi loquitur in alio casu, videlicet quando Archiepiscopus Episcopo accedente ad concilium prouinciale de his quæ secum defert, aufert.& hanc solutionem communiter tenent Doct.in d.c. procurationes.& ibi Do.Anton.& D.M.Zab.

¶ Octauò no.quòd exigens vltra taxatum numerum, suspenditur ex constitutione Benedicti ab officio & beneficio, secundum Lap. Abb.alleg.37.

¶ Nonò notandum, quòd pœnæ dictæ non habent locum in visitantibus monasteria non seruantibus constitutionem Clem.2.de censib. vnde dicit Gl.super ver.religiosi. Quicunque religiosi frequēter conqueruntur, quòd constitutiones editæ contra eos, sunt pœnales. & figurat ibi glo. plura exempla: constitutiones verò contra alios in eorum fauorem editæ non sunt pœnales. Ego arbitror quòd respectu pœnarum de quibus in c.1.& 2.de cens. li.6. ita teneantur visitatores monasteriorum, sicut aliarum: sed ideo in d.Clem.2.non adijcitur alia pęna: quia loquitur de his, qui debitas recipiunt procurationes, vt patet ibi, procurationes debitas. Sed non seruant constitutionem illam in reliquis. Similiter etiam nō habet locum in visitatoribus monasteriorū, qui eligūtur in ca. generali prouinciali ipsorum monasteriorum.de quibus in c.ea quæ. de sta.mon. qui si constitutionem illam transgrediūtur, puniuntur pœna ibi statuta, de qua diximus lib. 10. q.14. versi. Et hæc seruanda sunt.

72 ¶ † Duodecimo lib.princ.tractandum est, quoties & quando possit fieri visitatio. Circa quod dicendum est secundum aliquos, quòd singulis annis semel, si causa subest. 10.q.3.c.relatum.& c. cauendū. Sed si necessitas non subest de triennio in triennium, per c. Archidiaconis. de offi. Archid. Sed cōmunis opinio est quod quilibet Prælatus, cui visitādi officium de iure communi incumbit, semel in anno potest visitare. text. est in c.conquerente. de offi.ord.& ibi glo.10.q.3.c.decernimus. & c.episcopum. & c.placuit. & de hære. c. excommunicantis. el 1.§ adducimus. de offi. Archid. c. mandamus. & & ibi gl. tenent Gof.Ioan. & Philip.in c.cum venerabi. de censi.& gl.2. in c.si episcopus.de offic. ord. lib.6. Archi. 18.q.2.c. visitandi. Host.in sum.in ti.de cens.§.quibus. & §. qualiter.ver. sed quoties.& in ti. de offic. Archi. §.quod sit eius offic. ver.visitabit.& Archi.in c.fi.in 1.gl. de censi.lib.6. & Henr.Bohic. in c.cum Apostolus.de censi.& monasteria monialium annis singulis visitanda sunt. tex. est in Clem. attendentes.de sta.mo. prædicta tamen regula plures recipit limit.

73 ¶ † Primò limit. si necessaria, vel alia legitima causa visitandi subesset: quia tunc non solùm bis, sed pluries posset visitare. probatur c. mandamus. de offi. Archi.ibi, nisi fortè talis causa emerserit, propter quam Episcopum oporteat præfatas ecclesias sæpius visitare. 18.q.2.c. visitandi,& c.non semel.& per quæ iura idem tenet Glo. 2.in c.si episcopus.de offic.ord. lib.6. 10.q.1. c.regenda. & sic plures debentur procurationes. tenet glo.versic.annua. in c. conquerente.de offi.ordi.& d.c.mandamus. & glo. c.cum venerabilis. de censi.Et debet intelligi secundum Glo.prædictas,& d.c.cum venerabilis. dum dicit bis in anno: quia intelligitur si instante necessitate, secundum vnum intellectum, quem sequitur Zab. Vel potest responderi ad illum tex.vt diximus in seq. fal. Vel aliter & 3.vt diximus in 3.fal. Vel aliter & 4. vt diximus in 7. fallen. Idem tenet Host. in summa de censib. §.quibus est danda. & in summa in ti.de offi. Archi.§.quod sit officium. ver.patet ex præmissis. tenet Io.in c. episcopum. & Archi.ibi in glo. adde & huiusmodi visitationibus. Io. Laud. & Archid.in d.c.visitandi. 18.quæst.2. & Inno.& Archid.c. 1.de censi.lib.6. super ver. visitat.& Io.And. ibi in nouella,& Henr.in d.c.cum apostolus.Et hęc fallentia procedit etiam in monasterijs monialium exemptarū, quæ per ordinarios authoritate Apost. visitantur secundum dispositionem Cle.fi. de statu mon.& hoc tenet glo.in d. Cle.fi. in prin.super ver. annis singulis. sequitur Pau.ad tex.illum, dum dicit, annis singulis. Resp.quòd respicit consuetam & regularem visitationem, quæ fit etiam sine causa, non tamen prohibet iteratam, si causa subesset. Potest ergo monasteria & loca exempta toties visitare authoritate Apostolica, quoties posset iure ordinario visitare loca non exempta, cum ponatur sub eod.præcepto.ar. c.translato. de const. In contrarium tamē facit: quia cessante dispositione d.Clem.2.ordinarius nullo modo possit visitare loca exempta. Ergo cum cōcedatur quod annis singulis visitet, videtur quòd tantum semel. Sed tamen plus placet præcedens opinio: tum quia non dicit semel tantū: tum quia vna & eadem determinatio determinans duo determinabilia, debet pariformiter determinare. l. quamuis. & l.hæreditatis.ff.de impu. & alijs substi. c.maiores. de bapt. 15.q.7. c.& hoc dicimus. Cum ergo dicta dictio annis singulis, respicit non exempta & exempta: ergo sicut subiecta ex causa potest pluries visitare: ita etiam exempta,& maximè monasteria in plus teneri videtur quo ad visitationem.

74 ¶ † Secundò fallit, si hoc competit ex onere in fundatione ecclesiæ adhibito, vt possit bis vel pluries visitari & procurari.ar.tex. 17.q.2.c. Eleuterius. & est tex. secūdum vnum intellectum, quem tenet glo.fi.in fi.in d.c.cum venerab. de cens. & hunc intel.tenet ibi D.M. licet Zab.dicit quod continet diuinationem. facit c.quanto.de censi. & c.præterea. de iure patr. tradit Henr. Bohic in c. cum Apostolus.de cens.& Zab. Cle.fi.de statu mon.

75 ¶ † Tertiò fal. si potestas pluries visitandi & procurandi competeret ex speciali consuetudine præ-

scripta.

scripta. tex. est secundum vnum intellectum in d.c. cum venerabilis. quẽ tenet Host. ibi, qui dicit quod illa Decretalis loquitur secundum consuetudinem quarundam ecclesiarum, in quibus episcopi procurationem recipiunt bis in anno: vnde dicitur in talibus ecclesijs vulgariter quod episcopus habet procurationem cum fœno, & cum herba. hoc est semel in hyeme, & semel in æstate: vnde potest habere vnam procurationem de iure communi, & aliam de consuetudine præscripta. facit Cle. 2. vers. ipsis autem. de censib. & idem tenet etiam Host. in summa in ti. de censib. ver. quibus est danda. in fi. & Henri. c. cum Apostolus.

76 ¶ † Quartò fallit, si ex priuilegio competeret potestas eodem anno pluries uisitandi. facit de priuil. c. pastoralis. & c. porrò. & Cle. 2. §. ipsis autẽ. de cens. Item, quia si hoc potest facere consuetudo, vt dixi in præced. fal. fortius hoc potest priuilegium Papæ, vt in extrauag. Ioãnis 22. quæ incipit, Suscepti. facit 63. distin. c. in synodo. & c. Adrianus, secundum Henri. in d.c. cum Apostolus.

77 ¶ † Quintò fallit in Archidiacono, qui non semel in anno, sed de triennio in triennium vnam debet facere visitationem, & vnam procurationem. c. 1. de offi. Arch. & Host. in summa in tit. de offi. Archid. §. quod sit officiũ. ver. patet ex præmisis, quod ad minus de triennio in triennium debeat visitare per d. c. 1. Sed ad plus semel in anno, nisi causa emerserit, propter quam habeat sæpius visitare. & ita procedat c. mandamus. de offic. Archid. Vel secundum glo. in d.c. 1. possumus distinguere, quod aut loquimur de visitatione propriȩ parochiæ ipsius Archidiaconi, & illam semel in anno iure ordinario tenetur uisitare. ita loquitur cap. mandamus. Aut loquimur de visitatione fienda de tota diœcesi ad mandatum Episcopi propter ipsius impedimentum: & tunc de triennio in triennium. & sic loquitur d. cap. 1.

78 ¶ † Sextò fallit, si diuerso iure vellet visitare, quia tunc potest bis visitare. exemplum in illo, qui est Archiepiscopus & legatus natus, qui tanquam Archiepiscopus potest semel visitare in vno anno, & tanquam legatus potest eodem anno secundam facere visitationem, & duplicem recipiet procurationem. text. est in c. cum nuper. de cens. & hoc tenet Zab. ibi, facit c. cum olim. de re iudic. Quod tamen procedit secundum Zab. quando ex causa sic visitaret: aliàs si post primam uisitationem confestim facit secundam, videtur esse de superfluo. Quod procedit in dubio, vt arbitror, aliàs posset contingere causa propter quam etiam eo iure posset immediato reiterare visitationem. Et sic facta duplici visitatione legitimè, vna tamen dũtaxat simpliciter soluta sit procuratio, in dubio secundum Vinc. potius intelligitur soluta nomine legationis, cum minus possit resisti legato, quàm Archiepiscopo. & solutio præsumitur facta in causam duriorem. ff. de solu. l. in his. in princ. secundum Vinc. in d.c. cum nuper. & seq. ibi Zabar.

79 ¶ † Septimò fallit in Archiepiscopo, qui potest reiterare etiam eodem anno visitationem diœcesium suffraganeorum suorum, per tex. in c. 1. §. postquam. de cens. lib. 6. vbi text. formaliter dicit: Postquam autem omnes diœceses prouinciæ suæ visitauerit, licitum sit ei postea, prius tamen suffraganeorum suorum requisito concilio, videlicet in concilio prouinciali, vt dicit ibi glo. & ipsius diffinitione super hoc habita coram eis, quæ in his scriptis redigi volumus, vt possit alijs esse nota visitationem per eundem reiterare prouinciam iuxta modum superius annotatum, etiamsi non interueniat in hoc suffraganeorũ assensus illam semper prouinciam adhibendo, vt in posterioribus uisitationibus illas ecclesias, eosque cleros & populos prius uisitet, qui non fuerant ab eo in prioribus uisitati, nisi magis sit alijs visitationis officium opportunum, vt d. §. postquã. ad quorum intellectũ uidenda sunt, quæ latissimè dicta fuerunt supra in 6. princ. lib. quæst. 5. Et prædicta procedunt etiam nulla data suffraganeorum negligentia, vt in c. fin. de cens. & latius dictum fuit in d. quæst. 5.

80 ¶ † Octauò fallit, vt arbitror, si Archiepiscopus iure metropolitico semel visitasset prouinciam suã, & demum data regula suffraganeorum suorum, vel alicuius suffraganei sui vellet iterum visitando negligentiam illorum supplere: nec in hac visitatione arbitror necessarium esse seruare formam c. 1. de censibus. lib. 6. videlicet vt incipiat à sua diœcesi, quoniam primam visitationem facit iure suo ordinario, hanc autem propter negligentiã suffraganei, quam supplere tenetur. 9. q. 3. c. cum simus. de senten. excommun. c. per tuas. de app. c. qua fronte, & in Authen. de eccle. ti. §. si quis autem. & §. seq. col. 9. not. glo. in c. pastoralis. de offic. ordi. Nam in hac visitatione cessat ratio cessandæ formæ, de qua in d. ca. 1. de cens. lib. 6. Et quia non esset conueniens propter negligentiam suffraganei grauare propriam diœcesim Archiepiscopi iterata eodem anno visitatione, vt in reg. non debet alteri. ff. de reg. iur. cum sua materia. Ex prædictis rationibus idem ego arbitrór, quando fortè instantia necessitatis iteratam suffraganeorum suorum, vel alterius eorum vellet facere visitationem, vigore cuius necessitatis superius diximus annuatam visitationem reiterare posse: in his tamẽ maturius cogitandum est, quoniam à Doctoribus non tanguntur.

81 ¶ † Nonò fallit in visitationibus monasteriorũ, quæ etiam ab eodem ordinario pluries in anno possunt visitari, vt est tex. in c. cum venerabilis, de cens. secundum Io. Vinc. & Gof. qui dicunt quòd monasteria plus in hoc tenẽtur, quarum ecclesiæ subsunt episcopo vtraque lege diœcesana & iurisdictionis. Monasteria verò non subsunt lege diœcesana, sed iurisd. tantum, vt legitur & no. in c. dilectis. & c. conquerente. de offi. ordi. Vnde cũ monasteria in hoc alleuientur, grauantur in alio, vt seruari debeant canones, qui tradunt monasteria sæpius visitari. 18. q. 2. c. non semel. & c. visitandi. Nec obstat ꝙ tex. in c. venerabilis, loquatur de ecclesia, & non de monasterio, quia potest responderi, quia secundum Ioan. Andr. vt patet in antiqua ecclesia, illa erat canonicorum regularium. Et prædictam opi. tenet Henr. in cap. cum Apostolus. Est tamen aduertendum ꝙ tex. in Cle. fi. de statu mon. dicit quòd annis singulis debeant visitari, & non dicit, sæpius. ergo solum vna visitatio fieri debet. Et hoc tenet glo. ibi super verbo, annis singulis, dicens quòd solummodo potest reiterari, si necessitas suberit, & sic videtur ꝙ sufficiat

ficiat annua visitatio, nisi diceretur quòd ille text. loquitur solùm in monasterijs monialium, non autem de monasterijs monachorum. Vnde in monasterijs monialiũ correcti sunt canones antiqui, qui dicebant sæpius visitanda: in monasterijs verò monachorum incorrecti remaneant, vt sæpius sint visitanda. Fortè dici posset quòd iure ordinario & regulariter sicut ecclesiæ seculares, & clerici non sunt nisi semel visitandi, ita nec monasteria per iura nouissima quæ simpliciter disponunt de annua visitatione, nisi alia subsit causa spiritualis, propter quam iterato possit fieri visitatio, secundum quod in fallentijs hic insertis explicauimus. & ad hoc videnda quæ diximus in fi. primæ fallentiæ.

82 ¶ † Decimò fallit, si Prælatus ordinatus vellet sæpius eodem anno uisitare absque eo quòd aliquam procurationem inde recipiat, uel aliud grauamen inferat, secundum Henri. Bohic. in cap. cum Apostolus. in princ. de censib. quoniam ex talibus procurationibus salus cleri, & populi, & vtilitas, & informatio ecclesiarum, & non grauamen ecclesiæ procuratur. & ita dicit posse intelligi. 18. q. 2. visitandi. in prin. & mihi placet. Cæterum cum supra diximus, quod eadem ecclesia potest visitari à legato de latere, & legato misso, & legato nato, & Primate, Archiepiscopo, & Episcopo: & quandoque ab Archidiacono, Abbate, & nuntio sedis Apost. & alijs, de quibus diximus sup. artic. 5. & non solùm semel, sed ex varijs causis pluries: posset quispiam dicere, quid faciet miser rector ecclesiæ? Nam Archipresbyter visitat. c. 1. 2. q. 3. de licẽtia Archiepiscopi cum duobus equis. Et Decanus cum duobus, & Archidiaconus cum quinque, vel septem equis, episcopus cum 20. vel 30. Archiepiscopus cum 40. vel 50. & similiter Patriarcha. Cardinalis cum 25. secundum ea quæ latius diximus sup. lib. 19. Quare si omnes hi eodem anno, etiã semel ad eandem ecclesiam declinauerint, citò certè ad exinanitionẽ extremę virtutis, id est, facultatis ecclesia deueniret. Et longi temporis vitium breuis hora consumeret, quod est contra iura 10. q. 3. c. inter cætera. ante medium. de cens. cap. cum Apostolus. Ad huiusmodi absurdum euitãdum varij varia dixerunt, quorum opinio. refert Host. in sum. in ti. de offi. Arch. §. quid sit eius officium. vers. sed diceres, quid faceres. Sed illas ego referre omitto, quia communiter reprobantur, & sunt omnino falsæ: vnde dicit Host. in d. loco se putare quòd ius non debet calumniari, neque verba captari, sed qua mente quid constituatur, animaduertere conuenit. ff. ad exhib. l. penult. Putat ergo quòd ad hoc vt ecclesia Dei sanctius regatur, crimina purgentur, & virtutes inserantur, plures visitatores sunt admittendi. argu. ff. de no. oper. nunc. l. nam reipublicæ. & l. pręce. §. fi. Sicut ergo septem cohortes constitutæ sunt propositis eis tribunis, & super omnes spectabili viro, qui præfectus vigilum appellatur, vt vrbs ab incendijs defenderetur. ff. de offi. præfe. vigi. l. 3. sic multo fortius cauendæ sunt ecclesiæ Dei ab incendijs spiritualibus. Vnde ad hæc incendia euitanda inferiores constituti sunt propositis eis Episcopis & Archiepiscopis, & super omnes summus Pontifex proponitur: quare omnes ad prædictum effectum visitabunt. Sed aduertendum, quoniam per prædicta non videtur tolli supradictum absurdum: quare dicendum arbitror, quòd si propter necessitatem ecclesiæ totiens reiteratur uisitatio, sibi imputet ecclesia, quæ talem causam præbuit. hoc sentit glo. super verbo annua. in cap. conquerente. de offic. ordin. vnde damnum quod sua culpa sentit &c. vt in reg. damnum. de regul. iur. lib. 6. Si verò ecclesia nullam visitationi causam præbuit, & pluries visitaretur, nec posset tot visitatores procurare: tunc vel facta contributione, vel proprijs sumptibus visitantis, talis visitatio fiet secundum ea, quæ diximus supra lib. 11. quæst. 14. vers. vnde no. Et semper habenda est ratio, ne ministri ecclesiæ egeant, vt ibi diximus, faciunt ad prędicta quæ traduntur per Host. & Io. Andr. de offic. Archid. c. mandamus. & Lap. Abb. post Io. Andr. in cap. fi. de cens. lib. 6. qui dicunt quòd impotentiam visitati visitans suis sumptibus supplere teneatur.

83 ¶ † Postremo loco tractandum est de effectibus, qui producuntur ex visitatione. Circa quod dicendum est, quòd varij, multiplices, sanctissimi, necessarij, & vtiles fructus ex visitatione oriuntur & producuntur. Per eum namque Prælati præceptis canonicis atque diuinis satisfacere intelliguntur, ita vt canonicè visitantes, & visitationẽm legitimè expedientes, non possint de negligentia reprehendi. de quibus aliquid libro 3. explicauimus. Insurgit etiam animarum salus tam clericorum quàm laicorum per exhortationem, correptionem, & reformationem. Et ipsarum ecclesiarum vtilitas ac reformatio, secundum ea quæ latissimè demonstrata sunt lib. 10. per totum, sed potissimum, q. 1. 2. 3. & 5. & ex ea fructus vberrimi & salutiferi referuntur, qui nunquam pereunt, vt dicit tex. in c. procurationes. de censib. per visitationem itaque ecclesia Dei sanctius regitur, crimina purgantur, virtutes inseruntur, secundum quod & præcedenti, & alijs superioribus libris latius explicata fuerunt.

¶ Hæc enim sunt (Reuerende Domine, Dom. Ioannes de Agaza, Grosseti Episcope) quæ inter hos saxeos montes & colles superioribus longioribusque noctibus circa visitationis materiam, mihi Mariano Socino Senensi, literis mandare visum fuit. Tu vale, & emenda, & me commendatum habe.

FINIS.

1972